Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alonso Ruiz de Ugarte

Universidad de Deusto
Biblioteca

ihs
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 3
Plúteo 8

30,6

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATENA

IN GENESIM EX authoribus ecclesiasticis plus minus sexaginta, iisque partim Græcis, partim Latinis, connexa, authore Aloisio Lippomano Metonensi episcopo, coadiutoréque Veronensi.

Habes hic studiose lector penuarium ita copiosum adeóque refertum, vt nihil eorum quæ ad explanationem Geneseos faciant, seu historiam, seu mysticam intelligentiam spectes, desiderare queas.

Accessit præterea index quadruplex, uidelicet rerum memorabilium, Hebræarum Græcarumque dictionum, Authoritatum postremò sacræ scripturæ obiter explicatarum.



PARISIIS,

Ex officina Carolæ Guillard, sub Sole aureo, uia ad diuum Iacobum.

M D X L V I.

Cum priuilegio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extraict des regiſtres de Parlement.

FRancoys par la grace de dieu roy de France au preuoſt de Paris, ſenechal de Lyõ, bailly de Roüe, ſenechal de Guienne & Poictou, & à tous noz autres iuſtitiers & officiers, ou a leurs lieutenentz ſalut & dilection. Receue auons lhumble ſupplication de Charlotte Guillard vefue de feu Claude Cheuallon marchant Libraire & Imprimeur iure en Iuniuerſite de Paris. Nous a eſte expoſe que icelle ſuppliante a recouuert vng liure intitule Alloiſij Lippomani epiſcopi Metonenſis, coadiutorisq; Veronenſis Catena ſuper Geneſim: lequel liure a eſté viſité par la faculte de Theologie de Iuniuerſite de Paris, comme il nous eſt deument apparu par concluſion dicelle faculte ſur ce faicte le deuxieſme iour du moys de Iãuier dernier paſſe cy attachee ſoubz le cõtreſeel de noſtre Chancellerie. Et lequel liure ladicte ſuppliante imprimeroit voluntiers au bien & proffit de la choſe publique: Mais elle doubte que apres quelle auroit faict imprimer ledit liure, que autres Libraires & Imprimeurs le voulliſſent ſemblablement faire imprimer, mettre en vente & diſtribuer a leur plaiſir, oſter & priuer ladicte ſuppliante de ſon labeur fraiz & miſes ſans auoir ſur ce noz lettres a ce requiſes humblemẽt requerant icelle. Pourquoy nous ces choſes conſidereez inclinans a la ſupplication & requeſte de ladicte ſuppliante, A elle auons permis & octroyé, permettons & octroyons par ces preſentes, de imprimer & faire imprimer ledit liure, icelluy mettre & expoſer en vente durant le temps & terme de quatre ans prochainement venãtz à cõmancer du iour que ſera faicte la premiere impreſſion ſans ce que pẽdant ledict tẽps aucũs autres libraires ne Imprimeurs & autres ſe puiſſẽt ingerer icelluy imprimer ne mettre en vẽte ſans le vouloir & cõſentemẽt de ladicte ſuppliant. Si vous mãdons & cõmectons par ces preſentes & a chaſcun de vous ſur ce requis & ſicomme a luy appartiendra que de noz preſentes grace permiſſion & octroy vous faictes ſouffrez & laiſſiez ladicte ſuppliante ioyr & vſer plainemẽt & paiſiblemẽt en faiſant ou faiſant faire ihibitiõs & deffences de par nous a tous autres libraires & imprimeurs & perſoniers quelzconques ſur certaines & grãdes peines a nous a applicquer & de perdition des deſuſdictz liures & de tous ce quilz y mectroient de imprimer & expoſer en vente ledict liure ſans lexpres vouloir & conſentement de ladicte ſuppliante: car ainſi nous plaiſt il eſtre faict. Donne a Fontainebleau le trente & vnieſme iour de Mars. Lan de grace M. D. XLV. Et de noſtre regne le trentedeuxieſme.

Par le Roy en ſon conſeil.

Ainſi ſigne le Picart.



COLLEGII LOYOLÆI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECA

Ad ſanctiſsimum beatiſsimumque dominum PAVLVM TERTIVM DIVINA PROVIDENTIA MINVM Pontificem Maximũ, Aloiſii Lippomani Metonen. epiſcopi, coadiutoríſque Veronenſis, in Catenam ſuper ſacram Geneſim æditam prologus.

BIBLIOTECA DOMESTICA IESV COLLEGII LOYOLÆI

MVltis me pater beatiſsime negociorum curis inuolutũ, & frequentibus huc illuc cum ſereniſſimo Rege Portugalliæ peregrinationibus circuncurſantem, ut ſuper ſacroſancta ueteris teſtamenti ſcriptura ex ſanctorum tam Latinorũ quàm Græcorum patrum dictis, collectam catenam cõtexerem, duæ perquam inſtæ (ut arbitror) cauſæ perpulêre. Altera nempe, eximia mea erga illuſtriſsimos nepotes tuos dominos meos Cardinales, Alexandrũ de Farneſio, & Guidonem Aſcanium de ſancta Flore, ſanctæ Romanæ eccleſiæ alterum Vicecãcellarium, Camerarium alterum, ac ſingularis obſeruantia, quos & ſi egregios undique diuinæ uideo pietatis cultores, & ſacris hiſce diſciplinis uehementer deditos, tanta tamen continue uterque ſecularium negociorum multitudine obruitur, ut uix aut raro eis diuinorum uoluminum lectioni uacet incumbere. Vt igitur haberent bi quibus te mandãte tota Apoſtolica ſedes immittitur, librum, cui uel una furtiua hora diebus ſingulis inſiſtendo, plura utriuſque linguæ uolumina percurriſſe ſe ſcirent, ac non multa legendo, multum legiſſe conſpicerent, tot tantoſque exudandos mihi labores deſumpſi. Altera illa eſt, ut clericis omnibus qui per uniuerſum Chriſtianum orbem deo te pontifice militant, & iam in fundendis deo horariis precibus maiori ex parte nouo orandi more tuo conſenſu utuntur, & in his peragendis bonam ueteris ipſius inſtrumenti partem percurrunt (ne forte & ipſis illud Philippi ad Aethiopẽ Candacis reginæ eunuchum, Putaſne intelligis quæ legis, conueniat) incõmune conſuleremus. Ex his enim nonnulli propter paupertatem, quidam propter deſidiam, atque ſegnitiem, propterque uarias occupationes alij, à ſacrorũ uoluminum lectione deterrentur. Cum tamen turpe maxime ſit, clericos qui in ſortem domini uocati ſunt, & quorum pars dominus ſolus eſt, dei optimi maximi legem ignorare, & ad id quod ſui muneris eſt, rudes penitus & tanquã aſinos (ut dicitur) ad lyram eſſe. Quis enim neſciat, labia ſacerdotum cuſtodire debere dei ſcientiam, & legem eius ab illorum ore exquiri, quoniam Angeli domini exercituum ſunt? Vt igitur nullus ſe à ſanctarum ſcripturarum lectione excuſare poſſit, ſed quilibet ſiue pauper ſiue deſidioſus aut occupatus clericus, uel unum ſacrum harum codicem, in quo acquieſcat, & diuina meditetur aſſiduè, ac quæ dei ſui ſint norit, utque in terris poſitus, cum eo cæleſtis regni habitaculum ſibi ædificet, hoc tãtum operis elaborandum nobis aſſumpſimus. Vt autem paucis inſtituti noſtri propoſitum norit ſanctitas tua, Diuum Thomam Aquinatem qui & ipſe ex ſanctorum patrum dictis aureã ſuper quatuor euangelia catenam cõtexuit, in hoc opere imitatus ſum. Sed utinam huic longo ſim proximus interuallo. Is enim ingenij acumine, & ſanctarũ eruditione Scripturarum, & (quæ ad illarũ enodationem [illegible] fert) uitæ ſanctitate & innocẽtia plurimum ualuit. At nos miſeri & pauperculi, ſterili præditi Minerua, qui uix pertenui ſanctarum ſcripturarũ exercitatione delibuti ſumus, & (quod infœlicius eſt) magnis peccatorum faſcibus onerati, quid obſecro boni, quid enucleati, quid quod proximũ ædificet, in medium afferre poſſumus? Verum etſi ad hoc opus ex nobis ipſis ſufficere non poſſe uideamur, uires quas imperitia ſimulque peccata noſtra denegant, charitas ipſa quæ nos ad ſcribendum compulit, ſubminiſtrabit. Illiuſque aderit uirtus qui pollicitus eſt, Aperi os tuum, & implebo illud, facietque ut bonũ opus quod nobis in uolũtate eſt, ex eius adiutorio ſit etiam in perfectione. Quotquot igitur ſanctorum patrum tam Latinorum quàm Græcorum, tam antiquorũ quam recentiorum uolumina euoluere potuimus, percurrimus, ex eorumque dictis (ætatis tamen illorum quantum ualuimus, ordine ſeruato) ita ut primogenitus ſedeat iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam, tanquã ex diuerſis floribus coronam unam intexuimus, ut ſingulorum qui in ſacram ſcripturam commentariolos reliquerũt, ſentẽtias adducentes, noſtráque quandoque ſub Gloſſematis nomine in mediũ afferentes. Cum uero gloſſam ordinariam primo intuitu lector exiſtimaret, in Auctorẽ catenæ in cæteris à primo capitibus cõſultius immutauimus, in legendis ſingulis ac probandis, non noſtræ uolũtati, ſed pij lectoris acquieſceremus arbitrio. In quo & illud plurimum ſanctitati tuæ nos debere fatemur, quod uetuſtiſsimos Græcos codices, & nunquam typis excuſſos, ex celeberrima illa tua bibliotheca nobis benigne ſubminiſtraſti, ex qua non pauca eaque recondita, in hoc uolumen ingeſſimus, adiuti in hoc Baſilij Zanchi Pergamenſis, ordinis canonicorum regularium, uiri eruditiſsimi & de bonis literis benemeriti opera: nam nos laboribus tantis ſoli haud quaquam ſuffeciſſe potuiſſemus. In recenſendis autẽ ſacrorum ſcriptorum dictis ſeruatur à nobis ordo huiuſmodi, ut eorum tantũmodo ponantur nomina, qui nos præceſſerunt, & beata iam cum Chriſto in cœlis requie perfruuntur: at ſiqui adhuc uiuunt (uiuunt autẽ perplurimi, interquos uel præcipuus eſt ſanctitatis tuæ Bibliothecarius Auguſtinus Steuchus Chiſimenſis epiſcopus, excellen

Universidad de Deusto Biblioteca

tis uir ingenij ac probitatis, & tam Græce & Hebraice quàm Latine insigniter eruditus, doctißimusque Sebastianus Munsterus) horum ut assentationis notam penitus effugeremus, tanquā in uita homines ac nō post consummationem laudantes, satis per se ex ipsorum uirtutibus celebrata nomina subticuimus, & in communem Glossematis uel Auctoris catenæ ordinē congeßimus. Quoniam uero sancta ipsa scriptura quadrifariam, nempe historice, allegorice, anagogice, & tropologice exponi consueuit, is primus noster labor fuit, ut literali sensui eruendo insisteremus, & in quæcunque loca difficilia incideremus, ea quàm subtilißime & delicatißime pertractarentur, Hebraicis etiam ipsis ac Græcis exemplaribus in medium allatis, Chaldaica quoq; æditione adducta (ea tamen quæ ad latinā linguā syncere & ex ueritate reddita est, ne immenso peregrinas legendi literas fastidio lectorē oppleremus) quo dilucidius paterent omnia. Tum secūdus ille, ut quæcūq; sacrosancta diuinißimæ Trinitatis mysteria, siue æternæ uerbi à patre deo generationis, siue indeficientis à patre simul & filio spiritus sancti proceßionis, uel eiusdē filij dei incarnationis, paßionis, mortis, ad inferos descēsionis, resurrectionis, in cœlū ascensionis, spiritus sancti mißionis, aduētusq; ad iudiciū, quæcunq; etiā Christi & ecclesiæ sacramēta, quæcunque deinde cœlestis illius ciuitatis Hierusalē quæ sursum est, & mater nostra, ac uisio pacis dicitur, arcana, quæ in litera ipsa ceu triticū sub palea causa tenebātur, & quæ in domini paßione sub typo ueli tēpli à summo usq; deorsum scißi, aperta sunt, quæcunq; deniq; ad Christi fideliū mores cōcinnandos & in melius instaurādos facere uidebātur, ea sedulo pertractarentur oīa, ac legētibus patefierēt. Quæ tamen tria postrema sub uno mystico sensu mixtim collocauimus, licet nihilominus nō ita hæc usquequaq; ad amußim obseruari potuerint, ut nō eorū aliqua interdū etiā sub literali sensu, cōpellente ad id nos neceßitate, posita fuerint. Et licet diuina fauēte gratia totā Genesim totāq; Exodum ad hāc usque diē perfecerimus, Leuiticū propediē dāte domino adorituri, & cū primū ab hoc legationis munere sanctitas tua nos absoluere dignata fuerit, solā tamen Genesim tanquā laborū nostrorū primitias, ac Christi fideliū ad reliqua in posterū expectāda certa spei excitamēta, in p̄sentia ædidimus, quā nūc ad sanctitatē tuā quæ in terris Christi uices gerit, & Petri fidē & sedē meritißime tenet, mittimus. Cui etenim poti' uniuersæ uigiliæ nostræ dicādæ sunt, quā Beatitudini tuæ, atq; Apostolicæ illi sedi, cui oīa debemus? Vt enī tanq̄ qui in exigua tabella, latißima orbis spacia depingūt, summatim cūcta q̄ in me cōtulisti beneficia p̄stringā, cū primū ad Apostolatus apicē miro illo & ineffabili pene modo diuina aspirāte gratia assumptus fuisses, me alloquio certe scio ac nescio an facie quoq; ignotū, in eorū qui tibi à cubiculo assistūt numerū benignissime cooptasti, paucisq; pòst euolutis mēsib', fratri meo amātissimo Petro tūc Pergamēsi episcopo, id enixissime à te flagitāti (qđ apud Italos fauoris est p̄cipui) in episcopat' munere coadiutorē deputasti. Vbi cū uix menses sedecim in demandato mihi onere p̄egissem, Romā me euocari fecisti, statimque unū ex oībus qui tibi diu noctuque inseruiūt, exque tot p̄latorū numero qui tibi iugiter assistūt, & quorū nō sum ego dignus corrigiā calceamentorū soluere, quē ad religiosissimū christianissimūq; Ioannē Portugalliæ & Algarbiorū regē nunciū destinares, elegisti. Benedictiōe à sanctitate tua p̄cepta p̄fectus sum, & ut ipse nosti, difficillimo christianæ Reipublicæ tēpore, ac post uarios casus, postque tot rerū discrimina, incolumis tandē huic regno applicui, & (quæ sola tua fuit uirtus & sapiētia) à potētissimo hoc rege p̄benigne susceptus sum, ac deinde Maiestati suæ, serenissimæque eius cōiugi Catherinæ reginæ, Caroli Cæsaris Romanorū semper Augusti uere sorori, ac regiis infantibus, toti denique curiæ tā charus habit', qualis forte qui antea hoc legatiōis munere sanctæ istius sedis nomine fungeretur, fuerit nemo. Mitto quod ipsum fratrē meū ad te postea euocasti, atque inter septemuiros qui tuis exigēdis reditib. p̄sunt, unū esse uoluisti. Prætereo qđ ex Pergamēsi ad Veronēsem, nobilē adeo & insignē ecclesiā illū mēque unà cū eo, motu tuo proprio (quæ p̄clara tui erga nos amoris extitere monumēta) trāstulisti. Taceo qđ nihil unq̄ à te q̄uis arduū & difficile petierimus, qđ non benignissime nobis concesseris. Parua ne hæc fortasse uel cōmunia alicui uidebūtur? Quod si beneficia ex magnitudine pēsanda sunt, fateor me tibi debere plurimū. Tāta enī sunt, ut oēm superēt sermonē ac cogitationē. Sin ex raritate, qui tibi magis debeat q̄ ego, uideo neminē. Nō enim me latet q̄ rara in terris auis sit, q̄ nostris hactenus seculis insuetū, in illustri natū Venetiarū ciuitate, nobilibus æditū parētibus, p̄terea publicis in rebus parū alioqui uersatū, ac pene rudē oībus in rebus hominē, à tāto pontifice, hoc tēpore, ad sapientissimū potentissimūque regē mitti, apud quē Apostolici legati fungatur munere. Fateor ingenue, peccati cuiuscūque reus esse fortasse potero, ingratitudinis tamē erga te nunq̄. Et quādiu spiritus hos reget artus Paule sanctissime, semp̄ honos, nomēque tuū laudesque manebūt. Suscipe igitur læta frōte Pōtifex beatissime, minuta duo q̄ paupercula uidua p̄ munere offert in domini gazophylaciū, & codicē hūc q̄ se sacris istis uestigiis supplex aduoluit, benignus amplectere, sanctáque tua benedictiōe resigna, ut tua amplissima auctoritate cōfisus, securus studiosorū oīm cubicula penetrare audeat, & uniuersæ dei ecclesiæ multiplices spiritualiū charismatū fructus afferre. Nā absque Apostolici tui oraculi cōsensu, nūquā patrios exire lares pertētaret. Sed iam hæc ad Beatitudinē tuā satis. Nam de publicis tuis tam domi quàm foris præclarissime rebus gestis, ne ea in præsentia tam perfunctoria commemoratione offuscem potius quàm illustrem, alius erit dicendi locus. Nunc ad instruendum de operis ordine lectorem conuertimur.

Ad lectorem de his quæ ad Catenę lectionem SVNT PRAENOTANDA.

Antequam de subiuncto opere aliquid dicamus, operæpreciū uidetur, ut tacitæ obiectioni quæ nobis hic ab inuidis fieri poterit, occurramus. Filij enim hominū (ait Propheta) dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorū gladius acutus. Superuacaneus enim (inquiet aliquis) iste labor est eò, quia tam antiqui quàm recētes doctores in eo permultum desudauerunt. Nam & Rabanus Moguntinensis, & Eucherius Lugdunēsis episcopi, & quam glossam appellant ordinariam, ex dictis sanctorum patrum antiquorum super genesim catenam contexuerunt, & ex recētioribus Romanus Bibliothecarius, & Munsterus annotationes, peregrinarum etiam ipsi literarum collatis inter se exemplaribus, in eandē conscripserunt. Huic itaque respondemus, non damnare nos, non reprehendere præcedentes patres, nec credere nostram penuriam illorum diuitiis sterilitatem afferre. Quin immo eorum labores commendamus, perplurimi facimus, ac ueneramur. Fuerunt enim hi antesignani nostri, de multis nos erudierunt, ac iter per quod nobis gradiendum esset, fœliciter ostenderunt. Verum siqua ab illis prætermissa (prætermissa sunt enim ob librorum defectum plurima) uel siqua à posterioribus patribus addita, hæc nos nunc tanquā altera Ruth spicas post messores relictas colligēs, tractanda suscepimus. Quæ preterea à sanctis uiris dictata, strictius illi & succinctius posuerunt, nos latius & diffusius prosequuti sumus. Tum deinde alius ab illis ordo, alius seruatur à nobis. Et ut demum reliqua taceā, legat prius qui nos obiurgat, & postea despiciat, ne uideatur non ex iudicio, sed præsumptione ignorata damnare. Quod uero ad annotationes attinet, & si diligentißimus fuerit Bibliothecarius, & si uigilantißimus Munsterus, non tamen omnia & ipsi uelut qui grauiora duntaxat pertractauerunt, complexi sunt. Et fit plerunque, ut quæ in sacris literis leuiora uideantur, ea magis necessaria sint. cum in singulis syllabis, & apiculis unicis magnus interdū reconditus iaceat thesaurus. Norunt ad hæc omnes, quotidie nobis cum Hæreticis, cum Iudæis sæpißime de rebus fidei quæstionem esse. Hi utrique siquid ex latina æditione quod eos uehementer urgeat in medium attulerimus, statim derident, non ita haberi dicunt in Hæbræo, dormitasse bonum clamant interpretem, & ad Hebraicos uel Græcos codices pertinaciter appellāt. Tu si peregrinas ignores literas, tua negantibus quid respondeas non habes, statimq; ab incœpto desistendū est tibi, uictæq; illis dandæ manus. Quod cum facis, non te latet quanta Christo irrogetur iniuria, quantumq; sacrosanctæ eius fidei detrimenti inferatur. Adde quod & ætate nostra diuersæ ex Hebræo Bibliorum fabricatæ sunt æditiones, ita ut iam unusquisque pro arbitrio suo, uel addiderit, uel subtraxerit, uel mutauerit quod ei uisum est, cū utiq; non poßit uerum esse quod dissonat. Quo ergo & fidißimum fuisse latinum ostendamus interpretem (quisquis tamen is fuerit, neq; enim mihi nunc siue Hieronymus siue alius fuerit peruicaciter contendendum est) recteq; sensum ex sensu quod optimum interpretandi genus esse dicitur, & si nō uerbum ex uerbo transtulisse, & siqua præterierit, uel propter hyperbatorum anfractus, uel figurarum uarietates, aut linguæ illius idiotismos non bene apud latinos sonātes, consulto (salua tamen sententia) præteriisse, & si in pauculis quādoque deuiarit, id ei siue propter dictionum æquiuocationem, aut literarum similitudinem, uel codicum menda ex quibus excipiebat, contigisse, cum forte iuxta aliquorum sententiam, nec dum Hebraici characteres distinctionum punctis subsignarentur, Tum etiam ut si quid obscuriuscule, & de quo in nostra æditione aliqua tenus dubitetur, uersum sit, collatis ad inuicem diuersarum linguarum exemplaribus, manifestius fiat, & clarum inueniatur quod requiritur, in hanc nouam interpretādi palæstram descēdimus. Vt sic uelint nolint Christianæ fidei hostes conuincantur, habentibus nobis quomodocunque legatur, quid cōtra illos singula uerba calumniātes, respondeamus. Palamq; fiat omnibus, non immerito latinam æditionē qua nunc utimur, tantam in ecclesiis dei auctoritatē obtinuisse. Non ergo undecima hora in uinea domini ad operandum conductis nobis inuidendum est, nec ab his quidem qui nona uel sexta hora mißi sunt, ne & ipsi inuidiæ apud primum & tertium pateant (eadem nanque & ij de illis dicere poterunt) & domino iniuriam faciant, illiusq; sententiæ subiaceāt, qua sub omnibus parabolis arguuntur inuidiæ. Quinimmo magis & ipsi lætentur, & grati sint laboribus nouißimorum, quod habeant Christi fideles, unde aduersarij ecclesiæ torqueantur.

His expeditis ut intelligas studiose lector modum & ordinem quem in hoc opere seruauimus, ac deinde poßis hoc libro facile uti, scito primum, quod & iam superius tetigimus, & repetere non uidetur incongruum, illud præcipue nostri fuisse studij, ea quæ eruditißimi pariterq; sanctißimi patres prædecessores nostri, tam Latine quàm Græce seu Hebraice docti, pro sanctæ huius scripturæ quadruplici intellectu conscripserunt, & si non omnia, quæ tamen magis ad rem facere uisa, in medium afferre, tum deinde quæ à latino interprete bene reddita (quorum pars maxima est) aperire, quæ autē uel à Septuaginta interpretibus obscurius uersa, clarius & purius à nostro uerti quandoque potuissent, detegere. Non quod ueterem (ut iam diximus) àbrogare uelimus æditionem, quæ tantæ est auctoritatis, & merito cæteris (tum quia est uerborum tenacior, tum quia perspicuitate sententiæ clarior) antefertur, Verum quo magis ei faueamus. Sed aliud est in ecclesiis Christo credentium sacras recitaræ lectiones, aliud Iudæis & Hæreticis ueritatis inimicis, pro iustitiæ & fidei defensione respondere, ac reluctantes conuincere. Et quo facilius quæ diximus cognoscātur, ipsa primum ut apud nos sunt testimonia proponemus, deinde ex Hebræorum Græcorum Chaldaicorumq; codicum collatione, quid bene, aut minus, aut plus, aut aliter sit, indicabimus. Verum memento ubi literam sine annotatione præterierimus, locum recte esse redditum, & de eo nullam apud aliquem quæstionē haberi. Quotiescunque autem peregrinas literas in medium afferimus, scito nos Complutensi exemplari uti, tum quia in eo Latina & Græca, simúlque Hebraica & Chaldaica scripta sint, tum quia ab eruditißimis in omni linguarum genere uiris, undecūque magni illius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis uirtute in unum collectis, æditum reperiatur.

Deinde ut noris ex quibus fontibus hæc hausimus, omnium sanctorum patrum qui in hoc opere alternatim intercalantur, seriem hic tibi subiicimus.

Ex Latinis.	Ex Græcis.
Zeno episcopus Veronensis	Philo Hebræus
Hilarius	Melito episcopus Sardicensis
Ambrosius	Apollinarius episcopus Hieropolitanensis
Hieronymus	Irenæus
Augustinus	Origenes
Eucherius	Hippolytus Romæ
Leo papa	Theodorus
Prosper Aquitanensis episcopus	Eusebius Cæsariensis
Gregorius papa	Eustatius Antiochenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM.

Isidorus episcopus Hispalensis
Iunilius
Beda
Strabus
Alcuinus qui & Albinus
Rabanus
Nicolaus papa
Bernardus
Hugo de sancto Victore
Rupertus
Gratianus
Magister sententiarum
Bonauentura
Thomas Aquinas
Ordinaria
Interlinearis
Caietanus
Glossa seu ipsius Catenæ auctor

Eusebius Emesenus
Acacius
Serapion
Didymus
Philo episcopus
Apollinarius alter
Ephrem
Basilius
Gregorius Nazianzenus
Cyrillus
Gregorius Nyssenus
Epiphanius
Diodorus
Theophilus episcopus Alexandrinus
Theodorus Mopsuhestiæ
Chrysostomus
Cassianus
Ioannes Damascenus
Seuerianus Gaballorum
Theodoretus
Gennadius
Isidorus Peluſiota
Isidorus Abbas
Græcus incertus auctor
Glossa Græca

Vbicunque uero in græcos doctores legendo incideris, Basilio, Origene & Chrysostomo duntaxat exceptis, quorum primi super primum tantum geneseos caput congressiones noucm, Secundi autem etiam super nonnullis aliis homiliæ sedecim, Tertij uero super totam homiliæ continuæ septuaginta septem inueniuntur, parcito, æquoque feras animo, si non locum ubi quæ dicuntur excerpsimus, annotauerimus. Eorum nanque dicta ex antiquissimo Apostolicæ Bibliothecæ græco extracta sunt codice, in quo literæ caducæ erant adeo, ut uix legi possent, ubi nulla etiã reperiebatur loci assignatio. Quod si latinũ quoque legeris sine assignatione loci scriptorem, recurre ad immediate præcedens eiusdem Doctoris dictum, & si ibi fuit posita loci adnotatio, in loco eodẽ diligenter originariũ codicem inquiredo, quæ dicuntur inuenies. Quod si nec ibi ubi proxime dictum eius repereris, locum assignatum inueneris, tantisper retrocedendo eiusdem Doctoris nomen quære, donec loci assignationem primum inuenias, qua inuenta ad codicem originarium confugiens, statim etiam dictum quod quæris reperies.

Qui autem super totam genesim aut maiorem eius partem continua commentaria scripserunt patres, sunt hi, Ambrosius, Chrysostomus, Eucherius, Isidorus, Rupertus, Rabanus, Interlinearis, Glossa ordinaria, & Caietanus. Quod ideo te admonemus, ne mireris, si cum prædictos Doctores adductos repereris, locum in eis non inueneris assignatum, nam super genesim cum quærendum scribentem cognoscito, Ambrosio excepto, qui cum in genesim scribat, sub diuersis tamen titulis uolumina quamplurima ædidit, ueluti Hexaemeron, De Paradiso, De Cain & Abel, De Noe & arca, & cætera huiusmodi.

Illud etiam te admonitum esse uolumus, ut si in toto hoc opere Chrysostomum aliquando legeris dicentem, homini quoties is sua attulerit, & conatum omnem fecerit, abunde postea à deo gratiã suppeditari, caute & prudenter sanctum ac pium Doctorem legas, ne in errorem illum decidas, ut credas gratiam dei dari propter merita nostra, nam si ex meritis, non est gratia. Cum nec istud ipsum sua afferre, & conatum omnem facere, sine præueniente dei gratia possit esse iuxta illud psalmi, Et misericordia eius præueniet me. Itemque, Et misericordia eius subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Ac illud sanctæ ecclesiæ, Tua nos quæsumus domine, gratia semper præueniat & sequatur. Cui nos quoque scrupulo prouide occurrentes, in duobus fortasse aut tribus locis, paucula quædam de nostro in Chrysostomo apposuimus, ne pius lector imprudenter in errorem incideret.

Superest nunc mihi ut te candidissime lector, quisquis es qui ad hæc sacrosancta legẽda accedis, per ipsum deum optimũ maximũ, eiusque unigenitum filium dominum nostrum Iesum Christum enixissime obtester, ne hæc elata mente, aut erectis superciliis, sed maxima cum humilitate, & nihil scire tibi persuadens, atque ea duntaxat intentione, ut ipsum solum deum in his literis inuenias, inuentum habeas, habito fruaris, & ut non tuam tantum, sed proximi quoque animam serues, legas. Nam si aliter feceris, certo scias, sanctam hanc scripturam quæ ad illustrandas hominum mentes, salutẽmque parandam conscripta est, in lapidem fore tibi offensionis & petram scandali simplicitate nanque (ut ait Hilarius) deus quærendus est, cõfessione discendus est, charitate amãdus est, timore uenerandus est, uoluntatis probitate retinendus est. Siqua autem scitu digna, sancta & utilia per nos in hoc opere adducta fuerint, gratias illi patri luminum agito, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Siqua uero indigna, impura & inutilia, patiẽter ferto, ac benigne to negociis. Nosti enim uix bene fieri, quod non toto animo fiat. Vale.

Datum Elbore in regno Portugalliæ Calendis Maij anni millesimi quingentesimi quadragesimi quinti.

INDEX,

INDEX COPIOSISSIMUS RERUM QUÆ SCITU DIGNÆ UISÆ SUNT IN CATENAM SUPER GENESIM.

Abel posterior natu ad ciuitatem dei pertinet. 104. E
Abel à patre & ex fide istitutus melior a obtulit. 105. G.
Abel Christum figurauit. 106. E. & sequentib.
Abel triplicem & totam habuit iustitiam 109. H. Ideo Christus illi iustitiæ primatum tribuit. Ibidem.
Abel primus iustus, & primus martyr. 109. M
Abel Christo fuit similis, quod nullos habuit propinquos nisi propinquos Cain. 113. I
Abel protomartyr in Damasco fertur occisus. 193. B
Abimelech tanto timore perculsus est, vt Saram tangere non ausus sit. 238. G. Imo incurrit statim ægritudinem qua impeditus est. I
Abimelech tempore non omnes fuerunt idololatræ. 239. B
Abimelech rex iustus Saram iustam volebat sibi copulare. 238. K. qui licet deum crederet, non tamen syncero affectu. L. fidelis autem æstimatus est deo. 239. E
Abimelech & Pharaonis differentiæ. 233. E. F. G 240. L. M
Abimelech diuina correptus monitione facinus emendat. 239. H. & quia fidelis erat. L
Abimelech erga Abrahã officiũ. 241. G. H.
Abimelech rex dignus habebatur deo. 248 F. qui per deum non per deos multos iurauit Abrahæ. K
Abimelech rex Palæstinorum qui erat tempore Abrahæ an erat tempore Isaac. 280. E. F. G
Abimelech cogitur cum Isaac inire fœdus. 286. I. & sequen.
Abraham an fuerit primogenitus Thare. 172. I
Abraham spretis idolis gentium vnius dei cultor fuit. 174. D
Abraham concedens Aegyptiis vxorem, non perdidit spem in deum. 176. B. & sequentib.
Abraham domino non gratis confisus est. 177. M. De Aegypto diues ascendit. 178. C. D
Abraham mortuus est priusquam Sem. 35. annis. 189. I. L
Abraham non diffidebat dicens vnde scire possum, &c. 195. & seq.
Abraham quomodo à concubinatu excusatur cum Agar. 201. A. & sequen. qui de modo propagatiõis prolis incertus erat. E. F. G.
Abraham vnum ex tribus dominum suum esse cognouit. 217. A. B. & seq. & peregrinus offert hospitium qui non habet tectum. K
Abraham á deo institutus est hæres terræ Chananæorum & terræ cœlestis. 208. F.
Abraham non est incredulus in promissis, nec auarus in votis 213. E
Abraham vnum adorans in tribus personis vnum deum esse cognouit. 216. L. cur aliquando eos pluraliter alloquitur aliquando singulariter. 217. M. 218. A
Abraham triplicem figuram gerit in semet ipso. 218. A
Abraham vnde cognouit esse angelos qui sibi apparuerunt. 221. G
Abrahã omnes virtutes possedit. 222. C D.
Abraham sibiipsi sui honoris fuit auctor. 222. H
Abraham non suam sed dei gloriam intendebat. 225. A
Abraham 137. annum agebat cum Sara mortua est 261. E
Abraham quo timore motus est vt diceret vxorem suam esse sororem. 237. L. M. 238. A. & seq.
Abraham diuersis in locis fixit tabernacula sua quasi peregrinus. 237. H. I. cuius virtus semper per tentationes emicuit. K
Abraham tanquam propheta nil timebat de adulterio & infamia Saræ. 238. I. & in multis propheta fuisse declaratur. 239. C. & primus nominatus. Ibidem
Abraham toties tentatur quoties auſtrum petit. 238. E
Abraham flagitio non consensit vxoris. 240. L
Abraham ne deum tentaret, fecit quod potuit, quod non potuit illi comisit. 241. B
Abraham nonagenarius accepit circuncisionem, centenarius Isaac filium circuncisionis. 243. D. E
Abraham probare non poterat sententiam tam duram Saræ contra Ismaelem & Agar. 245. B
Abraham quomodo non accepit passum pedis in hæreditatem cum nemus plantauerit in Bersabee. 249. F. G. & eius liberalitas ad peregrinos. H
Abraham peregrinus fuit in terra Philistinorum quoad vixit. 248. L
Abraham sperabat resurrecturum Isaac, in quo accepit fidem resurrectionis. 250. I. In quo erant triplicia supplicia. K
Abraham pergens ad immolandum filium deum patrem figurat & Isaac filium. 252. K. & sequen.
Abraham suis manibus nectit filium comburendum 253. K. L
Abraham in sacrificio arietis pro filio vidit Christi passionem 255. K
Abraham habitabat in Geraris cum obtulit filium suum. 257. I. K
Abraham quomodo defleuit Saram. 258. I.
Abraham rex ab alienis nominatus est. 258. M 259. A. D. cum seipsum incolam vocet Ibidem
Abraham quomodo populum gentilem adorauerit. 259. F
Abraham non ius sepulchri, sed ius agri in quo ædificaret sepulchrum petebat. 258. L. 260. E. F
Abraham voluit precium pro loco sepulchri soluere cũ gratis daretur. 260. D & quare. Ibi. E. F
Abraham multipliciter deum patrem figurauit. 262. D. E. & quare filium suum nõ mittit ad quærendam vxorem. G
Abraham omnibus terræ regibus celebri fama notus erat. 267. B
Abraham, Isaac & Iacob prophetæ. 171. A
Abraham secundum corpus mortuus est & sepultus, secundum animam vero ad populos suos congregatus est 273. E. F
Abraham dicens vxorem suam esse sororẽ, nihil mentitus. 175. L. quia vxorem tacuit, non negauit. Ibidem. nec in hoc tentauit deum. 176. B
Abraham non senex, sed in senectute bona dicitur esse mortuus. 273. G
Abrahá an excusetur à mendacio officioso. 176. C
Abraham commendatur ab obseruatione quatuor diuinarum rerum. 281. D
Abraham puericida dici non debet. 290. E
Abrahæ virtutes in omnes gentes propagatæ sunt 171. C. D
Abrahæ descensus in Aegyptum descensum Iacob figurabat 177. B. C
Abrahæ multæ molestiæ accidere. 205. M
Abrahæ nomen cur immutatum est. 212. H.
Abrahæ & Saræ comparatio 218. I
Abrahæ prius nomini litera additur quàm circuncisio imperetur. 210. M. 211. A
Abrahæ fides à Iudæis ad gentes translata. 249. I
Abrahæ obedientia in testimonium erat omnibus futuris 254. G. L. 255. C
Abrahæ repromissio duplex. 256. G. & seq. primam non firmauit iuramento, sed secundam. Ibidem. & præcipue. I. K
Abrahæ nulla fit mentio in aduentu Rebeccæ 270. F. 272. C
Abrahæ coniugium cum Cethura figurabat hæreticos ex ecclesia futuros. 272. G. postquam sacramenta receperint. H
Abrahæ merita maiora erãt & potiora quã filij sui Isaac. 278. A. B
Abrahemium distat à loco sepulturæ Christi. 30. milibus passuum. 411. B
Abram vixit 48. annis ante diuisionem linguarũ. 168. B. & in Sodomorum subuersione erat. 99. annorum. Ibidem
Abram cur totiens locum mutabat. 174. M 175. A. qui non incola, sed peregrinus in Aegypto. C
Abram in Chaldæa natus in regno Assyriorum. 168. E. & an maior natu quàm Aran. F. G. & sequen.
Abram quæcunque chara habebat iubetur relinquere 170. F. G. & seq.
Abram ædificans altare vbi primus homo sepultus erat sese prædicat totius mundi hæredem 184. C
Abram cũ regibus quare aggressus est bellum 188. D. E. qui triumpho humilior factus est, non superbior. Ibidem
Abram cur à Melchisedech accepit munera à rege autem Sodomorum non accepit. 190. L. M. nisi res Assyriorum. 191. B
Abram cur non excepit partem decimarum datam Melchisedech. 191. E
Abram super promissionibus non impletis semper bene sperauit 200. A. B
Abram promissionibus diuinis non diffidit 206. G
Abram mutatur in Abraham. 207. I. qui fuit pater carnalis in principio & in medio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dio,sed in fine spiritualis. M.& cur nomen eius auctum &c. 208.A
Abram pater est omnium quorum deus pater est 207.G
Abræ.99.annus est.13.Ismaelis annus. 207.C.& 100. annus eius quo natus est Isaac, fuit 14. Ismaelis annus. Ibidem
Abræ historia plena est exemplis fidei & morũ,& prouidentiæ diuinæ circa pios. 170.F
Absalon materiam habuit superbiendi. 125.G
Abyssus quid sit. 7.F.K.L.8.A
Abyssus quid esset in principio 18. H
Abyssus quid sit 138.B
Abyssi nomine ignis,aer & aqua designantur. 8.F.G.9.D
Acceptatio dei est beneficentiæ misericordiæque principium. 1.L
Accipere ad manum quæ veniunt, quid sit. 328.F
Accusatio erroris magna est subterfugere & abscondi. 88.B
Accusatio à Ioseph totiens fratribus obiecta fraternæ venditionis expiatio est. 393.M
Aceruus Iacob & Laban testis est inter Iudæos & gentiles. 325.M.326.A
Achab & Heliæ comparatio. 226.L
Actiones iustæ ad beatam promouent vitã. 1.L
Adam extra paradisum creatus,& in paradisum translatus. 11.C
Adam ante peccatum habebat imaginẽ cœlestem,post peccatum terrestrem. 40.G
Adam vnde dictus sit. 44.F.G
Adam communis generis est. 44.G
Adam quando est inchoatus & prædestinatus. 54.G
Adam Hebraicè,Græcè,& Latinè nihil est aliud quàm terrigena. 57.M
Adam creatus fuit sciens bonum & malum. 62.B
Adam hoc proprium habuit quod non ex parentibus natus est. 54.I
Adam an primo formatus sit vt infans,an in ætate virili & perfecta. 54.I.& seq.
Adam dono dei immortalis erat. 67.A
Adam qua mortuus sit morte per primum peccatum. 68.C.D.& seq.
Adam non copulatur deo absque fide & obedientia.68.M.qui paradisum custodisset,si præceptum seruauisset. 69.D
Adam non errauit antequàm facta esset mulier. 70.I
Adam non cognouit mulierem in paradiso. 71.A
Adam consideratis singulorum animãtium naturis nomina illis imposuit. 72.G.H & seq.& hæc Hebraica.73.L.M.
Adam prophetię dignitate à deo insignitus est.75.I.K.tribus beneficentię diuinæ datus muneribus. Ibidem
Adam & Eua ante peccatum nondum quicquam comederant. 78.K
Adam per inobedientiam peccauit. 81.F
Adam nõ sua culpa decipitur,sed vitio vxoris lapsus est. 82.I.83.D
Adam increpationem dei per angelum audiuit. 86.I
Adam & Eua vbi & quomodo absconderũt se in medio ligni. 86.M.87.A
Adam quomodo aperuit oculos. 87.
Adam culpam tacuit,quæ causa erat pudendæ nuditatis. 88.G
Adam à deo requisitus confiteri culpam noluit. 91.B
Adam nobis laborem in actione, & dolorẽ in passione reliquit. 97.B
Adam & Eua indigni quo induebãtur vestimento glorioso induti sunt pellibus. 99.H.I
Adam viri & vxoris commune nomen est. 100.G.101.H
Adam volens fieri sicut deus factus est quasi diabolus. 100.I
Adã à multis bonis ad multa mala cecidit. 101.G
Adam de terra sumptus est, mulier de ossibus eius.101.H.Ideo viri est operari circa terram,& mulieris circa virum.I
Adam fertur sepultus in Hebron. 102.B
Adam priusquã peccaret potuit videre deũ 103.B.post peccatum se indignum reddidit.C
Adam docuit filios suos diuinum cultum, quem à domino acceperat. 105.B.G
Adam commune nomen est amborum. 119.D
Adam ad imaginem & similitudinem dei factus est, homines autem ad similitudinẽ Adæ. 119.vi
Adam ætate perfecta creatus est. 119.M
Adam cur à paradiso eiectus est. 140.F.G
Adam ante peccatum recepit benedictionẽ quam Noe egrediens arcam recepit. 145.K
Adam primus terram viuentium perdidit, quam secundus Adam inuenit. 183.A
Adam quidam putant in Arbee sepultum, alij in loco Caluariæ. 184.A.C
Adam in Arbeæ sepultus dicitur. 258.G
Adam vir non fuit congressione,qui fuit ex munere. 367.C.D
Adam post peccatum latebat, quia vestem fidei non habebat. 369.C
Adam peccante omnes peccato obnoxij,& morti fuerunt. 371.L.M.372.A
Adæ an fuerit formatum corpus animale an spiritale?54.K.& an mortale vel immortale.L
Adæ datum est præceptum vt voluntas humana deo subiiceretur. 69.E
Adæ perfectio in quo cõsistebat.72.E.F.& an piscibus & natatilibus sicut aliis animalibus nomina imposuerit.G.& seq.
Adæ peccatum magnum est.83.B.quia maioris facere debebat præceptum dei.Ibi.D.qui plus debebat conditori quàm vxori.Ibidem
Adæ crudelitas qui videtur vxoris amore peccasse.89.K.qui potius se debebat quã vxorem accusare.Ibidem.& seq.
Adæ culpam suam in deum & vxorem retorquet. 89.L.M
Adæ eiectio à paradiso. 101.I.K.& seq.
Adæ culpa sæpe committitur cum etiam vilia sumuntur. 279.H
Adama de quinque ciuitatibus subuersa in Sodomis. 184.M
Adiurare aliquem an liceat. 261.L.M
Adiurare solos subditos licet. 261.M
Adiuratio qua Caiphas Christum adiurauit erat illicita. 261.M
Adiuratio quid sit. 261.I.M
A diutorio diuino frui quanta sit virtus. 188.F.G
Admissura prima,secunda, & serotina quomodo intelliguntur. 316.B.C
Adolescentia est vulua prauæ cogitationis. 136.D
Adolescentia per se in malum propensa. 270.G
Adolescentia non est virtutis præpedimentum. 348.L
Adorare creaturam non est prohibitum. 259.F.G
Adorare prono in terram vultu viros spectabiles non fuit prius illicitum. 228.E
Adorant Ioseph fratres eius.383.I.& sequ. quos merito castigat donec peccatum agnoscant. 384.B
Adoratio quomodo licite exhibetur hominibus.332.I.K.sicut Romano pontifici,& principibus.K
Adorationem duliæ fratres Iosephilli exhiburunt. 390.F.G.& seq.
Aduẽtus Christi per egressum Isaac figuratus. 271.A
Aduentus filij dei sicut electis est in multitudine misericordiæ,sic reprobis in abũdantia iræ. 224.F.G
Aduersitates nostræ vnde procedunt. 7.H.I
Adulter lucem erubescit quasi adulterij cõsciam. 109.E
Adulter fallens maritum non fallit deum. 176.M.& iudicem fori euadens, non euadit iudicem mundi.Ibidem.
Adultera mulier Aegyptia synagogam figurabat.269.K.& seq.vel idololatriam.M.
Adulteræ prima oculorum tela sunt,secunda verborum.367.I.vtrunque autem repellitur.L
Adulterium etiam apud gentes semper fuit crimen,& supplicio dignum. 176.L
Adulterium est omne stuprum. 201.C
Adulterium diuino iudicio morte punitur. 238.H
Adulterium pluribus modis committitur. 238.H
Adulteriũ dicitur grande.282.C. quia post homicidium inter peccata in proximum primum locum tenet. 282.C
Adulterium est directè peccatum in proximum.368.F.est tamen in deum.Ibidem.
Adulterij damnatur crimine quicquid in nõ suam commissum est. 201.C
Aedificia imprimis construenda. 164.H.I
Aegyptus à Ham filio Noevsq; hodie Ham dicitur. 154.E
Aegyptus apud Hebræos Mizraim dicitur. 159.L.160.G
Aegyptus regio est feracissima frumentorum. 381.D
Aegyptum profectus est Abraham, vt Aegyptus ab eo disceret virtutem. 175.D
Aegyptij circuncisionem ab Hebræis susceperunt. 209.K
Aegyptij à Mesraim postero Cain orti fũt. 406.K
Aegyptij procliues sunt ad degenerem vitam. 408.F.409.E.F
Aegyptiorum superstitiones. 391.H
Aena vel Aenan nomen loci à fonte dicti. 362.B.C

Aeolides

Aeolides qui & Elisei ab Elisa filio Iapheth 160.C
Aer vnde causatur. 2.C
Aer omni ex parte illustratur. 10.C.D
Aer potest dici firmamentum.15.F.& cœlũ. Ibidem
Aer interdũ pro cœlo capitur.33.F.I.& pro aqua interdum.Ibidem
Aeris natura. 6.C
Aeris formatio. 20.H
Aeris mutationes vnde præsagiri possunt. 25.K.L
Aestas quando fit. 27.E
Aetas prima ab vno inceperat, secunda à tribus. 159.M
Aetas senilis multipliciter variatur. 243.A
Ante ætatem. 30. annorum nemo debet assumi ad sacerdotium & prædicandi officium. 381.A
Aetates hominis sunt sex.154.D.& sex ætatibus finiendus est mundus.Ibidem
Aetheris natura. 10.D
Aeternum quid dicitur. 208.G.H
Aeterna sunt quæ non videntur. 2.F
Aeternitatem mundi cum æternitate dei cõiungere inconueniens est. 2.D
Aethiopia dicitur terra Chus denominata à filio Cham. 63.F
Aethiopia apud Hebræos Chus appellatur 159.L.160.F.G
Affectus hominis quare male informentur ab ineunte ætate rationis. 147.G
Affectus maritalis quibus probatur. 258.F
Affectus præferendus est officiis. 334.E
Affectus boni semper procliuus est ad pietatem. 390.M
Afflictiones quantum prosint ad exaltationem. 378.L.M
In afflictionibus magnum lucrum est. 203.K.L.205.F
Agar ecclesia ex gentibus congregata. 203.G
Agar afflictio triplex. 204.A
Agar quomodo proiecit puerum sub arbore cum esset plusquàm.15.annorũ.246.M.247.A
Agar synagogam figurabat,sicut Sara ecclesiam.246.A.& seq.errabat electa de domo Abrahæ.247.L.M
Agar quomodo errabat iuxta puteum iuramenti qui nondum factus erat. 248.H.I
Agar & Cethura concubinæ Abrahæ sunt appellatæ.272.F.G.& non Sara.Ibid.
Agrorum suauitas & vbertas cui tribuenda 22.C.D
Agricola quæ signa obseruet ad serendum & arandum.25.L.M.26.A.D.K.
Agricolæ nobilissimum apud veteres hominum genus fuerunt. 405.A
Agriculturam sine dolore exercuisset homo in statu innocentiæ. 96.I
Agriculturam fertur Noe inuenisse. 122.A.B
Albedo & corpus albedine delibutum sunt diuersa natura. 28.B
Allegoria est cum aliud geritur,aliud figuratur. 201.C
Alimenta necessaria animantibus in arca. 134.B.C
Aliorum virtus multorũ potest tegere malitiam. 226.K.L.M
Altare domino Noe primus consecrauit. 146.F.G
Altaris Noe constructio sanctę trinitatis cõfessionem significat. 148.F
Altitudo montium speculatio est perfectorum. 234.G
Amare deum quomodo possibile sit. 44.A.B
Amalechites regio in deserto ad Meridiem Iudæ.346.F.cuius populi Israelitis semper infesti sunt.Ibidem
Amath ciuitas Syriæ quæ & Epiphania vel etiã Antiochia, ab Amathæo filio Chanaan. 162.B
Amator contemplatiuæ vitæ non cito fruitur optatis. 307.F.G
Amator dei dilectissimi mulieris amore nõ vincitur. 367.M
Ambitione nihil periculosius. 311.K.L
Ambulare cum deo,est deũ timere,& cæte. 120.K
Ambulare cum deo est ipsum timere,& mãdatis eius subiici. 128.L.M.129.E
Ambulare coram deo quid sit. 206.L.M
Ambulare corã deo est placere illi. 413.D
Amicitia vicinorum summo in precio habẽda. 187.I
Amici assiduitate officiorum conciliandi sunt. 334.F
Amici dei minuta peccata non semper vitauerunt. 389.D.E
Amigdalæ amaræ quopacto dulcescunt. 22.I
Ammon hæreticos significat. 237.E
Ammonitæ idolo Melchora seruierunt. 237.C
Amor indigus subiicitur rebus quas diligit 9.F
Amor dei coniungit quos diuitiæ separant. 179.K
Amor dei præferendus est amori carnis. 253.K
Amor magnus & laborem & temporis longitudinem succidit. 305.C.DE
Amor in deum mẽtem à sensibilibus ad spiritualia transfert. 305.F
Amor patrius nisi moderationem teneat,nocet liberis. 350.A
Amphibia animantia quæ natant, & pedes habent. 31.H
Ancillam eiicere melius est quàm vxorem. 245.D
Angelus aut homo non dei voluntate periit. 12.F
Angelus imago dei alia ratione quàm homo dicitur. 41.L
Angelus loquens Agar loquebatur in persona dei. 203.I
Angelus dei idem dominus & deus est. 204 H.qui & deus est ex deo.Ibid.&.I.L
Angelus corpore assumpto apparuit Iacob visibilis.329.D.& luctatus est cum eo. Ibid.& cur non potuit eum vincere.E
Angeli dudum ante cœlum non sunt conditi.3.A.sed simul cum cœlo & terra creati.Ibidem.C
Angeli non creant.4.A.licet videantur pleraque subito operari.Ibidem
Angeli sancti differunt honore & gloria.11. B.& extra paradisum conditi sunt.C
Angeli cum patriarchis manducasse leguntur. 47.C
Angeli per cœlum spiritale inuisibile significati sunt. 49.B
Angeli requiei diei septimi participes sunt facti. 50.M
Angeli mali natura sunt excellentiores cũctis bestiis terræ. 77.F
Angeli boni & mali habent quædam opera similia. 78.D
Angeli tres apparuerũt Abrahæ inter quos quidam dicũt fuisse Christũ. 216.C.D.E
Angeli tres Abrahę in meridie apparent,& duo Loth in vespere,& quare. 218.D.E
Angeli charitatis officia non vitãt. 218.G
Angeli an comederint coram Abraham. 219.E
Angeli qui venerunt Sodomam vespere,venerant ad Abraham in meridie. 227.K. M.228.A
Angeli cur renuerũt hospitium Loth quod postea intrauerunt. 228.I.& seq.229.A
Angeli cur tres Abrahæ,duo tantum Loth apparuerunt. 229.C
Angeli homies apostolicos & doctores designant.299.D.E.Iustos & iniustos.E. euangelistas & prædicatores.G
Angeli quomodo in cœlum ad filium hominis ascendant,& in terram descendant. 299.B.C.301.D
Angelorum creationem cur tacuit Moyses 3.B.de quibus multoties mentionem fecit.Ibidem.
Angelorum bonorum à malis diuisio. 12.D.E.14.A
Angelorum ministerio deus operatur. 166.G
Angelorum beneficio educuntur Loth & sui. 232.I
Angelorum statuitur principatus pro meritis vnicuique genti. 407.L
Angelorũ cur non meminit in creatione. 56.K.L
Angelos non potuisset Abraham adorare, nisi corpus ex aere assumpsissent. 217.I. & cur eos dominos interdum vocat.Ibi.
Angelos adorauit Loth nec prohibitus, Iosues vero prohibitus. 228.D
Anguillæ ex feculenta producuntur materia. 37.D
Anima quomodo fit similis deo.40.F.& ad imaginem & similitudinem dei picta. Ibidem.& seq.
Anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eius.40.I.& in illa est trinitas.Ibidem.& seq.
Anima est totum quod viuit hominis. 40.K
Anima in quibus est imago dei.41.A.& seq. per eam factꝰ est cæteris præstatior.F.G.
Anima hominis per phantasiam vbique est. 42.A.& verbũ intellectus gignit.42.A.
Anima vnde facta est. 55.B.C.56.I
Anima quantũ præstat corpori.56.M.à qua omnis perfectio inest corpori. Ibid. anima est & spiritus.57.B.C
Anima intellectiua ad dei imaginem facta est principium spirãdi.57.K. quæ dat homini triplicem vitam.Ibidem.
Anima viuens est persona composita ex anima & corpore. 58.B
Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. 58.C
Anima potest dici paradisus.62.C.64.C.D

Anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima Adæ quomodo mortua est per primum peccatum 68. C. D
Anima Euæ vtrum ex Adam fuerit formata sicut corpus 74. G
Anima in mala consuetudine deprehensa, neque sentit peccatorum fœtorē. 125. I.
Anima graui passionum mole curuatur. 133. E
Anima hominis non est sanguis 150. F. G.
Anima est ea pars in homine diuinior, à qua totus homo denominatur 173. A
Anima in Hebræo pro toto homine ponitur. 190. I
Anima redimitur per corporis oblationem 210. E
Anima apud Hebræos pro vita ponitur. 211 F. vel pro corpore animato. G
Anima pro homine sæpius in sacra scriptura ponitur 290. H
Anima interdum pro toto composito ponitur, sicut & corpus 345. M
Anima illa sœlix est quæ aromatibus virtutum condita est 433 C
Anima pro vita accipitur 354. I. K
Animæ præparatio ad intelligentiam diuinarum scripturarum. 1. C
Animæ viuentis tres sunt species 36. M
Animæ intellectualis partes. 40. I. K. 41. A. 43. L 44. C
Animæ vires tres trinitatem repræsentantes. 44. C
Animæ natura in deterius vel in melius mutari potest. 55. A. quæ à deo est, & non de deo. Ibidem
Animæ alacritas sæpe vincit corporis imbecillitatem 219. C
Animæ immortalitas. 113. F. & erroris circa illam impugnatio. Ibidem & G
Animæ motus triplex per tres filios Iacob designatur. 418. M
Animam cogimus parere carnis voluptatibus 58. D
Animæ quotidie nouæ creantur 5. E
Animæ nostræ nō sunt subditæ corporibus cœlestibus. 26. L. nisi per accidens. D. E. 27. A
Animæ non sunt ex traduce, sed corpora 57. F
Animæ dictæ sunt pro hominibus. 403. G nomine vero animæ intelligitur vita. Ibi.
Animas nouas deus quotidie creat. 74. G H
Animal sensu præditum die quinta creatur 31. G
Animal quoduis ab homine subiugari potest. 43. E 45. K. & seq.
Animalia quæ timemus in terris, amamus in aquis 31. M. 32. A
Animalia ferocia sunt bona condita, sed peccantibus data in flagellum. 37. M. 38. A. & sequen.
Animalia minutissima an sint in principio condita. 38. C. D. quorum sex sunt genera. E
Animalia impfectiora cur prius quàm perfectiora condita sunt 38. E
Animalia aquarum sola benedixit deus sicut homines 38. IK
Animalia domestica homini à deo etiā post peccatum subiecta. 42. M. 45. I. & sequē.
Animalia homini profutura ante ipsū creata sunt 56. A
Animalia & innoxia & noxia terra profert. 47. K. L. & quare noxia. Ibidem
Animalia mansueta data sunt homini ad vsum. 73. A. B
Animalia terrestria plus maledictionis habent quàm aquatilia 96. F
Animalia & volatia an Noe introduxerit in arcam. 133. L. M. 134. A
Animalia quæ partim aqua partim arida viuunt, an mortua sint diluuio 140. D
Animalia ab extremæ dementiæ hominibus adorantur 149. F. G
Animalia per Abram deo immolata quid significent. 195. M. 196. A B
Animalia ab Abraham immolata typum omnium gentium in Christum creditu-rarum designabant. 199. H
Animalium mundorum & immundorum differentiæ 18. F
Animalium proprietates diuersæ. 37. E F G quæ facile capi possunt fœcūdiora sūt. G
Animalibus quomodo dominamur. 46. F. G. & quomodo docentur. Ibidem & H
Animantia cur facta sint post luminaria. 33. I
Animantia quæ in terra viuunt perfectiora sunt his quæ in aquis degunt. 36. G. & sequentib.
Animantia ad hominis vsum vel escam sunt creata 36. M
Animantia quomodo sunt adducta ad Adā vt vocaret ea. 71. L. M. 72. A. & sequen.
Animantia cur perierunt in diluuio cum homine. 127. A B F. 131. M. 132. A. B.
Animantium species multæ sunt 21. I.
Animantium tria sunt genera. 46. B. C. super quę dat deus homini principatum. C
Animum prius attendit dominus quàm sacrificium. 105. I. L
Annus solaris, lunaris, & embolismus. 27. L. M
Annus fit 365. diebus & sex horis. 27. H. I.
Anni, menses & dies patrum ante diluuiū nostris æquales erant 120. C. & seq.
Anni Seth & posterorum notati sunt, non autem anni Cain & posterorum. 120. C.
Anni centum sex ætates seculi significant. 139. D
Anni ab Adam ad diluuium 140. L
Anni tempore Noe erant solares, vt ex diluuij duratione 361. dierum patet. 144. H. I. 145. A. & seq.
Anni à conditione mūdi ad diluuium. 1656. iuxta Hebræos & Latinos. 159. K
Anni à diluuio ad confusionem linguarum 340. computantur ab Hebræis. 167. A
Annorum Noe post diluuium mysteria. 159. G
Annos mundi si à textu nostro Latino trahere vellemus conueniremus cum Hebræis 120. G
Antichristus de tribu Dan futurus. 424. L. 425. A
Antichristum Iudæi expectant saluatorem. 183. L
Antiochia quæ & Hemathæus 162. C
Autumni ortus 27 F
Apparuit deus Abrahæ quomodo ipse solus scit. 173. K
Apparitiones priores ad Abrahā de cœlo fiunt, posteriores in tabernaculo. 218. B.
Appellatio diei à deo qualis est. 12. K. L. M
Apelles hæreticus Marcionis hæretici discipulus 130. G
Aperire oculos quid sit 83. G. & seq.
Apher nepos Abrahæ Aphricam deuictam suo nomine denominauit. 272 D
Appetitus carnalis rebellio ad spiritū erat pœna peccati primorum parentum. 69. F
Appetitus sensitiuus per instrumentū corporeum operatur. 84. L. M
Appetitus cibi, non cib⁹ in vitio est. 279 H.
Appetitus carnalis dicitur primogenit⁹ noster. 417. F. & eum oportet reprimere, quem extinguere non possumus. Ibidem
Apis natura & industria. 34. A. quæ oliuo madefacta perit, aceto autem resurgit. C
Apostoli illiterati quoscunque sapientes & potentes deuicerunt 154. L. M
Apostoli & discipuli Christi sunt Christi hæredes 246. A
Apostoli non fuerunt à peccato veniali immunes 290. G
Apostoli siue ecclesiarum ministri dicuntur arietes 316. G
Apostoli loquebantur gentibus scripturis iamdudum diuulgatis. 403. K
Aprilis apud Moysen erat primus mensis. 145. B
Aqua terræ viribus insita demonstratur. 2. C
Aqua longe maior est quàm terra. 8. E. F.
Aqua quomodo suspenditur super cœlum 15. I. K. & seq. 16. A. & seq.
Aquæ istæ visibiles à deo factæ sunt 15. F
Aquæ super cœlum omni creatura corporali superiores, cœlis tamen spiritualibus humiliores. 16. B. quæ & ratione carent. E. sed an sint congelatæ. F
Aqua quomodo in concaua firmamenti superficie consistere possit. 16. G. & seq.
Aqua multis modis stirpes & herbas iuuat. 22. L
Aquæ an sint super firmamentum. 15. E. F
Aquæ per inuisibiles terræ venas manantes trahunt ex mari principium 20. A
Aquæ in quo loco congregatæ fuerunt. 20 A. B. & seq. quod tripliciter intelligit C
Aquæ diluuij vnde tantæ venerunt. 137. L
Aquarum natura cum terra cōdita fuit. 8. B
Aquarum natura dei præcepto in diuersa fluit. 19. G. H. Interdum sursum, interdū deorsum fertur. H
Aram duplex ciuitas Syriæ. 258. A. quæ etiam Syria dicitur. B
Arā duplex, altera Syrię, dicta Arā Soba, altera Mesopotamiæ, dicta Arā Padā. 275 A
Ararat sunt montes in Armenia 142. E H I
Arbee ciuitas est quatuor ibi sepultorum. 258. G. à quodam gigante sic dicta. H
Arbee, id est, quatuor, eo quod ibi tres patriarchæ & Adam sepulti sint. 183. M 184. A C
Arbor siue lignū bifariam diuidit. 23. D. G
Arbor pro fructu & ligno accipitur pro more Hebræorum 61. M
Arbor vitæ magnam habebat efficaciam. 62. A
Arbor vitæ, & arbor mortis erāt in medio paradisi 66. K
Arbor cur prohibita est Adę cum non esset mala? 67. K. & seq.
Arbor scientiæ boni & mali dicta est ab effectu. 69. M. & capitur arbor, p fru. 70. A.

Arbor

Arbor transgressionis Adæ ficus à quibusdam creditur à qua folia ad nuditatem tegendam accepit. 84. E. H
Arbores infructiferæ. 23. A
Arbores & herbæ inter elementa numerari non possunt. 23. B. C
Arbores infructuosæ non minorem nobis conferunt vtilitatem quàm fructuosæ. 38. H
Arboris scientiæ boni & mali efficacia. 62. A. B
Arbores cunctas paradisi præter vnam deus homini concessit. 66. L. M
Arbores infructuosæ docent quàm sit erubescendum sine fructu bonorum operū esse in agro dei. 96. K
Arborum ortus & fructificatio. 22. D. & se. & earum species. G. & seq.
Arborum propria. 22. K. L
Arborum tres differentiæ diuersorum effectuum. 67. A
Arbusta quomodo mouentur. 55. C
Arca figura fuit ecclesię cum partibus suis. 132. C. D. I. M
Arca in quo montium Armeniæ sederit. 142. E. F. G. & seq.
Arca disiuncti intrauerunt, coniuncti egressi sunt. 145. L
Arcæ Noe fabrica & quantitas. 130. H. & seq. 131. A
Arcæ Noe mansiones quinque. 131. D. E. & forma eius. F. G. & seq.
Arcæ mensura per pedes geometricos. 131. K. L
Arcæ longitudo, latitudo, & altitudo mystica. 133. C
Arcæ ingressus & exitus differentia. 145. G H. & mysteria eius. L. M. 146. C
Archas opidum iuxta radices Libani ab Arachæo filio Chanaan. 162. B. C
Arcus cœlestis multas præsagit aereas mutationes. 25. L
Arcus propter signum securitatis in cœlo posit⁹ est. 153. D. E, & quid mysticé significat. 154. A. & seq.
Arcus cœlestis præconia. 153. G. H
Arcum in nubibus magis ponit deus quam sagittam. 153. A. B
Ardor & foetor debebatur Sodomitico crimini. 234. A
Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. 369. H
Arianorum circa verba: faciamus hominem hæresis confutatio. 39. H
Arida naturaliter & propriè terra est. 20. D. & seq.
Aries pro Isaac immolatus verus fuit, non putatiuus. 255. E. & Christum significare potuit. I. M. 256. A. B
Aristotelis opinio circa rerum principia. 2. D. E
Arma non benedictionis gratia, sed cupiditatis reperit immanitas. 45. H
Armenia est in montibus Ararat, vbi arca post diluuium sedisse perhibetur. 142. E
Armeni ab Vl filio Aram. 162. L
Arrabo Græcum, Hebraicum & Latinū est. 362. H
Arrabones Iudæ ad Thamar quid significēt 363. B. 364. K. L
Ars prima homini indita fuit agricultura. 66. E
Artis primum opus fuit fuere. 84. K
Artes vndiquaque disquirere difficillimum est. 3. E
Artium differentiæ, & finis. 1. M
Artium studia quomodo fuerunt introducta. 155. F
Asbestus, Asphaltus, & bitumen differunt. 164. B
Ascendere ad filium hominis in cœlum. 299. C. D
Ascendere ad quædam loca & descendere in quo differunt. 400. E
Ascēsus Abrahæ ex Aegypto figurabat exitum Israelis de Aegypto duce Moyse. 178. I
Aser Christum significat. 426. C. Diuitias. B. D. & vocationem nostram. D. E.
Asia à Sem filio Noe habitata. 163. E
Asinæ filius populum Iudaicum designat. 420. K
Asinus Abrahæ stratus insensata est stultitia Iudæorum. 252. M
Asphalti lacus non est vbi erat Sodoma, sed iuxta planitiem eius. 233. M. 234. A
Assur dicitur fuisse secundus filius Sem. 161. G
Astaroth Carnaim, terra gigantum quondam in supercilio Sodomorum. 185. H. I. L
Astrologi quandoque vera dicunt. 27. D
Astra si dicantur esse signa euentuum tolerabile est, secus si dicantur causæ. 27. B. C
Astra nullam important animis nostris necessitatem vt auferant liberum arbitrium. 26. D. E. licet quodammodo corporibus dominentur. Ibidem. & E. 27. C
Astrorum tria officia. 30. G
Atad area, quæ nunc Betagla, locus vbi olim planxerunt Iacob. 432. A
Auari cito inuidiam mouent. 180. E
Auarorum insatiabilis cupiditas. 258. M 259. A. B
Audire quotidie mandata dei, & opera negligere nullius est vtilitatis. 257. I
Augurari gentilium est, & ex lege dei illicitum. 399. M
Augures ab auium garritu dicti. 33. G. ventura putant præsignare. Ibidem.
Augurium illicitū est, quia superstitiosum. 263. I
Aues carniuoræ quid comedebant in principio. 47. D
Aues tam noxiæ quàm innoxiæ in aere procreantur. 47. K. L. & quare. Ibidem.
Aues ab Abraham deo oblatæ quid significent. 195. M. 196. A. B
Auium diuersæ species. 31. M. 33. I. K. & seq. & variæ habitudines & conditiones. 33. I & seq. 34. A. & seq.
Auium garritus non sunt causa futurorum euentuum. 393. M. 394. A
Aures suas & suorum quomodo circuncidere oportet. 211. K
Auxilium diuinum succurrit cum cessat humanum. 110. I
Auxilio superno frui nihil fortius. 283. E
Auxilio diuino maiori fruimur, cum affligimur & mansueti sumus. 318. H
Auxilio diuino niti quantum sit. 341. E. F

B

Babel non à Belo nomen accepit, sed confusione. 167. A
Bala, quæ & Segor, Zoara, Salissa. 185. A
Balaam ille diuinus est de genere Buz secundi filij Nachor, dictus Eliu in libro Iob. 257. M
Balach filius Beor, & Balach filius Sephor differunt. 347. I
Baptismatis gratia innumera nobis affert bona. 214. M. 215. A
Baptismum coniunxit Iudæos cum gentibus. 328. B
Barce oppidum in solitudine Palestinæ. 183. G
Bathuel & sui colebant summum deum. 268. E
Bathuel non erat Syrus, sed Mesopotamius. 275. A
Bathuel filius Nachor & pater Laban. 297. A
Bdellium siue carbunculus vbi præcipuè crescit. 63. C
Beatitudo hominis in paradiso positi fuit causa inuidiæ diaboli. 78. F. G
Beatitudo vulgaris in quibus consistit. 426. B
Beatum fieri multo plus est quam diuitem. 411. G
Beatus nihil est eo qui dei gratiam habet. 370. F
Beersabee est in tribu Iuda siue Simeonis vicus grandis distans. 20. miliaribus ab Hebron. 248. M. terminus Iudææ vsque Dan protensæ. Ibidem.
Bersabee vnde nomen sumpsit. 287. C. D. & seq. quod & Beer saba. D. quod hodie vocant Giblin. E
Bersabee extrema pars terræ sanctæ versus austrum. 297. G
Beluæ cur interdum deuorant homines qui illis prælati sunt. 149. E
Bella nulla ante diluuium fuisse leguntur. 115. F
Bella fratrum suspecta. 150. M
Bella à fidelibus non cupiditate, sed charitate gerenda sunt. 191. A
Bella plura Iudæorum cum Palestinis quàm cum aliis. 248. H
Benedicunt omnes creaturæ domino. 25. B
Benedicere dei est vim prolificandi Inserere. 35. C. In quo secunda persona vtitur. E
Benedixit deus animantibus & non plantis 35. F
Benedixit deus septimum diem, & non alios præcedentes. 50. E. F. & sanctificauit illum, non cæteros. Ibidem. K
Benedicere deum Noe & filiis eius quid sit. 148. K
Benedixit deus Abrahæ omnium benedictionum generibus. 171. B. quarum quædam in Christo impletæ sunt. Ibidem.

Benedicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benedicit deus aliter hominibus, & aliter homini homo 171.D.E
Benedixit deus Saræ propter filium.212.L M.213.A
Benedicit Christo qui confitetur & laudat Christum 292.K
Benedicere quid sit 406.A.I
Benedicens maior est quàm cui benedicitur. 190.F
Benedictum esse est summa omnium bonorum. 292.C
Benedictio dei ad multiplicationem valet. 34.M.35.A. & hactenus generationem conseruat. Ibidem. & C. & seq.
Benedictio piscibus & volatilibus necessaria fuit. 35.F.G
Benedictio dei donũ dei est ad multiplicationem generis humani 45.C F H
Benedictio hominum qualis sit 46.A.B
Benedictio diuina in Noe triplici verbo designabatur. 151.M
Benedictio datur hominibus pro benedictione qua deum benedicunt. 158.F
Benedictio Sem causa fuit multarum benedictionum 158.G.H
Benedictio prima Abræ est temporalis altitudinis, altera est spiritualis amplitudinis. 170.K. & seq.
Benedictio dei vocatur remuneratio etiam reproborum pro hac vita. 171.E
Benedictio ex præterito, multiplicatio in futurum 214.A
Benedictio comprehendit largitionem rerum spiritualium & corporalium. 257 A
Benedictio omnium gentium impleta est per Messiam 257.G. & seq.
Benedictio Iacob in quinque partes secatur. 291.L.M. 292.A
Benedictio Iacob quatuor per ordinem cõtinet. 292.F. & est prædicatio Christi in omnibus gentibus. Ibidem
Benedictio non hominis est, sed dei. 293.H
Benedictio dei est eius beneficium. 342.D
Benedictio dei ad Iacob. 342.H. & sequen.
Benedictio Esau à patre suo Isaac quantum illi profuerit 346.K
Benedictio dei facta domui eunuchi erat multiplicatio rerum suarum 366.H
Benedictio vltima parentum ad filios. 411. G.H. quia non hominis sed dei benedictio est. K
Benedictio & gratia à deo in homines non aliter descendit quàm per Christum. 413.F
Benedictio Iacob ad filios Ioseph tam spiritualium est quam corporalium. 413. H & seq.
Benedictio est sanctificationis & gratiarum votiua collatio 416.L
Benedictio Ruben magis prophetia quàm benedictio est 416.L
Benedictio Iudæ mystica est, significans omnia quæ ad Christum attinet. 422 A B
Benedictio omnipotentis patris in filium conualuit vltra omne prophetarum meritum. 429.C
Benedictionis verba ad pisces & aues sunt tria 35.B
Benedictionis dei ad hominem & cæteras bestias differentia. 45. H.I. & eius fructus. M
Benedictionis hæreditas debebatur Israelitis vnde natus est Christus 203 K
Benedictione quę infima sunt creata, genus suum nascẽdo custodiunt. 34. M. 35. A C
Benedictione dei nihil beatius 280. I K
Benedictiones filiorum Iacob historialiter quo ad terræ diuisionẽ, spiritaliter quo ad Christum vẽturum. 415. I. tam in primo aduentu quam secundo. K L
Benedictiones Ioseph excellũt superiores benedictiones 428. D E
Benedictiones tres plenarias Abrahã accepit. 257. F. sed vltima sola cũ iuratione. G
Benedictionibus dei serpens intulit pestem 95. B
In benedictionibus Iacob historia tenenda, & allegoria inuestiganda 415. G
In benedictionibus filiorum suorum cur Iacob non meminerit sacerdotij Aaron. 430. E. F
Beneficij obliuio cito obrepit rebus secundis 374. D
Beneficia dei in homines 43. F
Beneficia sunt causa beneficiorum 215. I
Beneficia dei in nos collata 148. D E
Beneficia tria dei recognoscit Sara. 243. I
Beneficia cordatos magis alliciunt quàm pœnæ ad mandatorum obedientiam. 153. K
Beneficiorum dei recordatio ad multa cõducit 76. L
Beneficiorum summa est à deo benedici. 292. E
Beniamin figurauit Saulem 429. F. Mardocheum. Ibidem. Paulum. G. & seq.
Beniamin in ortu suo Paulũ figurauit. 344. A. vel etiam Hierusalem. Ibidem & B
Beseleel repletus erat spiritu prudentiæ & disciplinæ 124. G
Bestiam nullus incitet vt deuoret hominẽ. 150. K
Bestiæ cur sibiinuicem nocent 38. B
Bestiarum nomine quid designatur. 37. A.
Bestiolæ plurimæ ex humo terræ nascũtur. 37. D
Bestiolæ minutissimæ deletæ sunt in diluuio, quę ex putredine gignuntur. 133. K. L. M
Bethel prius vocabatur Luza. 174. E. F. & est in tribu Beniamin. 178. G. postea Bethauen dicta. H
Bethel mors Moria est Dauidi demonstratus. 300. F. Ibi Christus vixit, prædicauit, passus est, cœlos ascendit, &c. G
Bethel vicus in 12. lapide ab Aelia sit⁹. 300 K. qui prius Luza. Ibidem. & seq. 301. A.
Bethel ecclesiam Christi figurabat. 341. A
Bethel diuersa nomina 341. F. G. H.
Bethlehem ciuitas Dauid tribus Iudę. 343. M. quæ & Ephrata. Ibidem & G
De bigamia nascuntur Iabel, Iubal, & Tubalcain artium inuentores. 115. B
Bisextus vnde consurgit 17. H. I
Bitumen quid sit. 130. F. & in quibus locis reperiatur. Ibidem & G
Bitumen aquis non potest dissolui, nec aliqua re nisi menstruo sanguine. 164. B C
Blasphemus non aduersus hominem, sed aduersus deum extollitur 352. A. B
Bonitas à pulchritudine, & pulchritudo à bonitate minime seiungitur. 124. E
Bonitas domini omnem sermonem transcẽdit & omnem cogitationem 226. E
Bonus absolutè dicitur tantum angelus vel homo 11. K
Bonus est auctor firmamenti velint nolint Ariani & Eunomiani 18. B
Bonus per ignauiam excidit, & fit malus. 109. B
Bonum esse cum malis laudabile est. 180. K
Bonum mali videre non possunt 353. F
Boni tristantur etiam de morte malorum 138. H. Imo pro illis deo supplicant. Ibi. & I
Boni cur permittuntur versari cum malis. 215. B
Boni in ecclesia volunt lucrari malos. 276. M
Bonum & pulchrum pro eodem sumuntur. 124. D. E
Boni totius conditio, & quicquid potest optimum intelligi 41. A
Boni natura est duplex 202. H
Bona imo valde bona quid vniuersa creata dicantur. 47. H. & seq. 48. A. & seq.
Bona tria nuptiarum, fides, proles, sacramẽtum 71. C
Bona non prosunt nisi mala caueantur. 66. B
Bona nobis ineffabilia dominus pręparauit 184. G. H.
Bona luci similia sunt, mala vero tenebris. 228. A
Bona nostra tam orationes quàm exauditiones & beneficia sunt dei 311. H
Bona inexpectata maiorem solent voluptatem afferre 400. D
Bonorum tres sunt gradus 48. C
Bonorum vita detrimentum est pessimorũ 353. F
Boues homini conceduntur in adiutorium laboris. 45. K
Bruti anima sanguis est. 149. L. M. & sedes animæ in sanguine est M. 150. B
Bruta cum homine pœnam sustinuerunt in diluuio 127. A. B. 135. D

C

Adaueribus mortuorum peccata significantur in lege. 411. A
Cadere retro & cadere in faciem 425. D
Cades duplex 186. A
Cades quam cepit Iosue est in tribu Iudæ. 205. D
Cades solitudo est super vrbem Petram. 202. L
Cæcitas mentis & corporis sequela est immoderatæ libidinis 231. C
Cæcus oculis non recipit lumen à sole, nec cæcus mente à Christo 30. M. 31. A
Cain pro primo homicidio immedicabili supplicio obnoxius fuit 85. C
Cain quia voluit crimen negare, indignus est iudicatus qui puniatur in peccato. 90 A. cuius accusatio diabolo reseruata est & flagellatio. Ibi.
Cain prior natu hominum designabat ciuitatem 104 E G
Cain & Abel signa sunt omnium hominum 104. E. G
Cain duplex est culpa 104. I.
Cain & Abelis in offerendo differentia. 105. C. & seq.

Cain

Cain quomodo intellexit sacrificium suum à deo repudiatum, fratris vero sui acceptum. 105. H. & seq.
Cain duplex tristitia facta est ob sacrificij sui recusationem. 106. B. Ideo nõ est pœnitentia ductus. Ibidem
Cain execrandum parricidij facinus. 109. I & seq.
Cain omnium impiorum patriarcha, & primus lapis in ædificio ciuitatis diaboli. 109. M
Cain à terra maledictus est. 110. L. quem & superiora cum inferioribus damnauerunt. 110. L
Cain parricida Christi figurat Iudæos interfectores. 111. E. & seq.
Cain nusquã legitur aut pœnituisse de suo scelere, aut veniam meruisse. 111. L
Cain peccata peccatis adiiciẽs desperat cõfitendo. 112. A & blasphemat. Ibidẽ credens quod deus vel nolit, vel non possit ei dimittere. Ibidem
Cain à quibus timebat occidi. 112. D & seq.
Cain peccauit septem peccatis. 112. I K. quibus vltiones & pœnæ totidem respondent. Ibidem. L 113. A
Cain nullam aliam vxorem duxit quàm sororem. 114. H I. quod vrgẽte necessitate licitum erat. Ibidem
Cain genus diluuio deletum est, cum his qui secum miscuerant. 135. D
Cain & Abel inuidiæ causa. 295. H
Cain propter despectum sacrificium in fratrem armatur. 350. F
Cainan quotnõ omisit scriptura. 167. L M
Caiphæ verba ipso nesciente magnum bonum significabant. 363. F
Caloris creatio necessaria fuit. 15. M. 16. A B
Caluariæ locus quare sic dictus est. 255. M
Campestria sunt succinctoria. 84. C
Canistra pistoris pharaonis quid. 373. M
Canes ad hominis vtilitatem conceduntur. 45. K
Cappadoces à Mosoch filio Iapheth nũcupati. 160, A
Cappadoces à Capturim filio Mezraim. 162. A
Caput serpentis est cogitatio illicitæ suggestionis. 93. C
Carbunculus lapis ignei coloris. 63. C D
Cariathaim ciuitas quam exstruxerunt filij Ruben. 185. I
Cariatharbe ciuitas quatuor interpretatur 102. C
Carnain Astaroth vicus est grandis in angulo Batanee, vbi dicitur fuisse domum Iob. 185. H
Carnales facilius persuadentur ad peccandum. 85. F
Carnales inter se diuiduntur. 196. D E L M. 199. H. I
Carnales in Esau intelliguntur, in Iacob spirituales. 276. M. 277. A B
Caro facta est homini rebellis, qa ipse creatori suo factus est rebellis. 76. G
Caro non obedit rationi, quia ratio nõ obediuit deo. 84. H
Caro iuxta naturam & caro iuxta culpam differunt. 124. K
Caro est causa corrumpendæ animæ. 129. F
Caro mouet voluptates, & voluptatibus commouetur. 140. A
Caro semper respicit ad vitia. 234. K
Caro spiritui blanditur. 246. H
Carnis & spiritus rebellio & bellum. 84. L M. vnde factus est homo passibilis & mortalis. ibidem
Carnis depositio an conferat ad animæ libertatem. 210. G
Carnis natura disciplinæ repugnat. 124. G
Carnis nomine carnales appellãtur 124. K & seq. 129. E F G H
Carnem cũ sanguine comedere. 143. L M
Carnium edẽdarum initium post diluuium 149. F G. & seq.
Carnes comedere hominibus cõcessum est post diluuium propter terræ sterilitatem. 129. M
Castimoniam nulli magis vindicare debẽt quàm sapientes & sacerdotes. 418. E
Castitas vera quæ sit. 367. M
Cataractæ cœli quæ sunt. 137. K. & seq. 138. A & seq.
Catulus leonis recens natus tribus diebus & tribus noctibus dormit. 422. F
Cenereth dicitur nunc Tyberias. 183. H
Cenodoxia auaritia est. 80. F
Cerebri pars anterior principiũ est omniũ sensuum. 58. C
Ceremoniæ dissipatæ sunt sub Tito & Vespasiano 246. A
Ceremoniæ à Cerete oppido dictę 281. D
Ceremoniæ stultæ nuptiarum, & inepta lætitia in nuptiis fidelium locum non habent. 306. D
Ceremonias veteres permisit deus, sed nõ præcepit populo Israelitico. 201. K
Cete natura & magnitudo. 34. F G. quæ etiam dracones dicuntur. I
Ceturam Iudæi credunt fuisse Agar reuocatam ab Abraham ex concubina in vxorem. 272. A. Alij dicunt aliter. B C
Chaldaica æditio habet inter verbũ meum & vos, vbicunque nostra habet inter me & vos. 209. M
Chaldęi dicti sunt Chasdim à Chased quarto filio Nachor. 257. M
Chaldæorum mos est auro caput, collum, & manus insignire. 362. I
Cham filius Noe superstitiosis artibus deditus librum illarũ seruauit in arca. 123. I. ac eas in laminis metallorum & durissimis lapidibus insculpsit. Ibidem
Cham pro Ham verterunt 70. interpretes. 154. E
Cham multiplex peccatũ fuit ridendo patrem. 156. D
Cham verè inebriatus erat qui ridebat patrem. 157. D
Cham secundus filius Noe, & maior quàm Iapheth. 157. H. ætate prior voluntate minor. Ibidem. licet dictus sit Cham minor filius Noe. I
Cham nõ poterat generare bonum filium, qui bono patri nequàm filius erat. 156. B
Chanaan pater Chananæorum. 154. G H
Chanaan an natus esset cũ pater suus Cham ridebat patrem. 156. B C
Chanaan propter patris peccatum maledictus est. 157. I K L M. 158. A. & seq.
Chanaan terram duodecim populi possederunt. 160. G
Chananæorum termini. 162. E
Chaos quidam fuisse in mundi principio dixerunt. 2. H I. 5. I. K
Charra ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam. 168. L. quæ & Haram vel Charam. 169. C. D.
Charitas ordinata quæ sit. 349. K
Charitas Abrahæ excellentissima. 251. L. 252. A
Charitas est fidei fructus. 259. G
Charitas quibus operibus augeatur. 360. B
Charitas congruere non potest vbi discrepat fides. 261. G
Charitas & vita æterna non nisi ad filios promissionis pertinet. 272. H
Charitatis consuetudo est, vt dilectos nobis non solum oculis, sed & sermone teneamus. 390. K
Charitatis desiderio sauciatus omnia leuia fert. 305. C
Charitatis multiplex effectus. 251. K. & seq. & plurima eius exempla Ibidem. 252. A
Charitatem possibile est omnibus exhibere. 349. H. I
Cherub singulare, cuius pluraleest Cherubim. 102. L
Cherubim quid sit. 102. A. C. & seq. & eorum officium. E. & seq. qui impedit diabolum ne paradisum rursus ingrediatur. G
Christiano nil prosunt recta dogmata, nisi vitam recte instituant. 64. B
Christiani vniuersi appellantur Franci à Syris. 366. B
Christus est omnium principiũ, omnis creaturæ primogenitus. I. F. 4. F
Christus dicitur principium in quo deus creauit cœlum & terram. 4. F. Et quare filius, & quare principium. Ibidem.
Christus est lux Apostolorum, Apostoli vero lux mundi. 30. M
Christ⁹ illuminat omnes prẽter cæcos. 30. M. 31. A sed singulos secundum capacitatem Ibidem &. B.
Christus dei imago est. 39. G. H
Christus dicitur fons. 64. D
Christus deus factus est homo propter hominem 66. F
Christus solus potuit humanũ genus à morte liberare. 73. D
Christus crucem ascendit hora qua Adam arboris fructum comedit. 86. K
Christus semen est singulare, quẽ sine semine peperit intemerata virgo. 93. A. D. qui præsignatus est serpenti futurus ad elationem eius conterendam. Ibidem. B
Christus pastor ouium occiditur post Abelem ouium pastorem. 111. F. & eius mortis figura amplissima. Ibidem. & seq.
Christus per Noe figuratus est. 132. F. G
Christus octauo die surrexit. 244. B
Christus nouum altare, & nouum sacrificiũ instituit. 148. G
Christus per Noe figuratus vineam plantauit. 156. I. de cuius vino in passione sua bibit. K
Christus ex genere Sem natus est. 158. G. & seq.
Christus se Abrahæ gessit hæredẽ. 195. D
Christus dictus est angelus, deus, & homo. 204. L
Christus est per quem Abram factus est pater multa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter multarum gentium. 207.F. per quem omnes filij dei dicti sunt. G. qui & semen est Abrahæ. Ibidem.
Christus cur non prius venit. 213.G
Christus quomodo dicitur vitulus. 219.H & sequen.
Christus adest vbi gratia largienda est. 229.C
Christus deus verus & Iudex est. 233.G
Christus fugit in Aegyptū cum aliunde posset mortem euadere. 241.A
Christus & ecclesia sponsus & sponsa dicūtur. 241.E. qui & omnes sancti cognatione coniuncti sunt. Ibidem.
Christus de synagoga secundum carnem natus est. 244.A. tempore quo prædixerat deus. Ibidem.
Christus natus est sub seruitio Romani imperii. 249.B
Christus apostolos diligebat, sed præcipua dilectione Ioannem euangelistam. 349.I.K
Christus non facile vocauit patrem dominum. 255.A
Christus & per Isaac & per arietem figurabatur. 255.I
Christus semen est Abrahæ & filius Abrahæ. 256.M
Christus semen Abrahæ est proximus omniū. 261.H. & generatio Abrahæ. 262.F
Christus nec ecclesiam, nec Christū ecclesia inuenit, nisi in fonte baptismatis. 271.A
Christus accepit ecclesiam, & eam constituit in loco synagogæ. 271.G
Christus est solus benedictio, iustitia, & cę. sanctorum omnium. 280.M
Christus quomodo de torrente bibit. 283.G
Christus primo famelicos satiauit panibus hordeaceis deinde triticeis. 284.H.I
Christus discessit ab hæreticis. 284.E
Christus in scripturis varius & diuersus nominatur. 286.B.C.& varia eius nomina. Ibidem. & seq.
Christus non emitur pecunia. 386.E
Christus ore Iudæorum quanuis errantium benedicitur. 292.G. cui omnes gentes benedicunt. I
Christus ex solis Israelitis nasci debuit. 292.A
Christus quasi chrismate vnctus. 298.M
Christus dedit nobis argentum naturæ & gratiæ. 393.H. non tamen omnibus donat. Ibidem.
Christus vt ecclesiam sibi assumeret, prius sibi synagogam coniunxit. 306.M. qui est deus gentium & Iudæorum. 307.B
Christus manifestè venit ad saluandum populum. 397.H.I. qui in fine Iudæis exhibebit se placidum, quem prius senserant iustè iratum. Ibidem. L.M
Christus omnium gentium benedictio. 298. B.& mundi salus. Ibidem.
Christ⁹ in cœlo est & in terra. 299.A. qui est caput ecclesiæ. Ibid. secundum caput in cœlo, secundum corpus in terra. Ibid.
Christus nihil aliud requirit à nobis nisi vt eum diligamus ex toto corde. 305.G
Christus aduenies veterem illam de pluralitate vxorum consuetudinē aboleuit. 306.K
Christus omnes virtutes habuit. 330.M. sed præ omnibus humilitatem. 330.M
Christus homo factus omnes humanas infirmitates pertulit. 331.H. vt ei⁹ incarnatio per omnia fieret manifesta. Ibidem.
Christus Emmanuel si cum prophetis comparetur, iuuenis inuenitur. 350.L
Christus non debuit viliori metallo vendi quàm Ioseph. 356.I. qui non omnibus vnius æstimatione prævalet. 357.B.& seq.
Christus rediēs ab inferno, ab omnibus gētibus fidei commertio comparatur. 357.C
Christus sicut Ioseph bis venditus est, semel numerata pecunia, & semel non numerata. 359.G.H
Christus ex Iudæis est, non tamen tantum pro Iudæis. 360.K
Christus apud Iudæos mortuus existimatur, apud gentes viuens, & inæternum victurus. 358.F
Christus quomodo est agnus, & quomodo hędus. 363.A
Christus in omnibus actis suis se virum ostendit. 367.D.E
Christus post Ioseph passus est à multis. 380.F.& seq.
Christus annorum. 30. ętatem expectauit ad prædicandum. 381.A.G
Christus non quæritur argento. 382.H
Christus nō morituris manum imponit, sed victuris. 402.H
Christus est auctor omniū, fons & initium 409.F
Christus ex tribu Leui secūdum corpus genus traxit. 418. H. qui est sacerdos & princeps omnium sacerdotum. 418.H
Christus vasa iræ fecit vasa misericordiæ. 422.E
Christus maximè dies est. 426.C
Christus fuit verus Nazaræus. 428.H. qui sero, & iam senescenti mundo aduenit. K 429.D.
Christi redemptoris & Adæ præuaricatoris comparationes. 80.G
Christi mors & vita eius ex mortuis ex Abel & Seth præfiguratur. 118.E.G
Christi ordinatio à cœna ad captiuitatem figurata est in Iacob redeūte à Mesopotamia. 332.L
Christi passio & resurrectio per Ioseph persecutionem designatur. 355.C.& sequē. 356.A.& seq.
Christi venditionis effectus. 359.I.& seq.
Christi effectus apud inferos. 371.A
Christū venisse negat qui adhuc circūcidetur. 210.I. Imo Christum esse negat. Ibi.
Christum venisse, ostendere oportet in carne nostra. 212.E
Christum emere quid sit. 356.E.F
Sine Christo nemo venit ad patrem. 299.H
Cibus omnibus communis. 21.I.K
Cibus ante peccatum erat ex vegetabilibus post peccatum ex carnibus. 104.D
Cibi hominum & animalium existentium in arca Noe. 134.B.C.137.D.E
Ciborū vsus primitus ex herbis & arborib⁹ à deo institut⁹. 46.K. deinde tēpore Noe facultas vescendarum carnium. Ibidem
Cibis vilioribus vescuntur sancti. 279.A
Cibus nullus scientia & doctrina dulcior. 359.I
Cicuta quibusdam est cibus, aliis venenum. 21.L.M
Circuncidere aures quomodo oportet. 211.K
Circuncidere labia sua quomodo oportet. 211.L.& quis circuncisus labiis. Ibid.
Circuncidere manus. 212.A. Pedes, oculos, gustum, odoratum, Ibidem, & B.
Circuncisus præputio carnis quis sit. 211.L.M
Circuncisio non nouum fœdus, sed nouum veteris fœderis signum erat. 209.B
Circuncisio cur ordinata est in tali membro 209.D.E.F.G.& seq.
Circuncisio datum est Iudæis quasi frenum & vinculum quoddam. 209.I. ne gentibus miscerētur, Ibid.& inter eas semper peregrini haberentur. Ibid.& K.
Circuncisio cur Abrahæ commendata est. 209.K.L. quam Abraham non suscepisset si Adam pactum custodisset. Ibid.
Circuncisio carnis præceptum est castimoniæ. 209.G
Circuncisio triplicem habuit literalem significationem, & triplicem mysticam. 209.M
Circuncisio cur octauo die nō ante nec post 210.A.& seq.
Circuncisio corporalis signum est circuncisionis spiritalis. 210.E
Circuncisio non est fœdus, sed signum fœderis. 210.H.I.& quomodo æternum. Ibidem.& seq.
Circuncisio quare ante legislationem data est. 210.M.& cur tempore Abrahæ. Ibid.
Circuncisio carnalis circuncisionis spiritalis formam gerebat. 211.I
Circuncisio diuinitus in ecclesia prædicatur. 212.C. In quo differt à Iudaica. Ibid.
Circuncisio est renouatio naturæ. 214.D
Circuncisio cur fiebat octauo die. 243.D
Circuncisio Isaac nascituri Christi prophetia fuit. 244.B
Circuncisio nihil Sichimitis profuit. 338.F
Circuncisionis lex non ligauit mundū sicut nūc lex baptismi, sed semen Abrahę. 209 C.& cur non mulieres etiam peccato originali infectas. Ibid.D.E
Circuncisione vtebantur plurimi ab Hebræis. 209.K
Circuncisione non indiguerunt Iudæi per. 40. annos in deserto. 209.K
Circuncisiones sunt tres. 215.D.E. & quid vnaquæque signific at. Ibidem.
Ciuitas huius seculi in quo differt à ciuita te dei. 104.F
Ciuitas superna est sanctorum. 115.I
Ciuitatis primæ causa fuit homicidium. 115.B.G.& seq.
Ciuitatis magnitudinem facit inhabitantiū virtus non ædificiorum pulchritudo. 178.F
Clamor quid sit in scriptura. 223.E.F
Clausum vocant Hebræi incircuncisum. 211.E
Clementia dei suscipit quem homines abiiciunt. 366.D
Clementia est honor principis. 371.L
Cœlum quod statim vnà cum terra fabricatum est, non est visibile. 3.A.4.D
Cœli & terrę nomine quæ designantur. 2.L M.4.D.E.& seq.5.K

Cœlum

Cœlum cœli quomodo sit factum animalis homo, nec opinari potest 4.L
Cœlum cœli domino, &c 4.L.
Cœlum cur factum est perfectum, terra autem imperfecta 6.A.B.C
Cœlum non omni ornatu in principio vacuum erat 7.A
Cœlum vnde dicitur 17.H
Cœlum nomen commune, firmamentum autem speciale 17.H.L.M
Cœlum crystallinum ab aquis dictum. 17.M
Cœlum spiritale quale sit 18.K.& seq.
Cœlum primum ex non entibus, secundum autem ex aqua factum 28.D
Cœlum an moueatur 30.B.& seq.
Cœli & terræ ornatus qualis fuerit. 4.E
Cœli & terræ nomine omnes creaturæ cōprehenduntur 52.D
Cœli nomen ab Hebræis tantum pluraliter effertur 17.D.E
Cœli carent anima. 16.E. An sint plures. 17 D.E. Duos agnoscit diuina scriptura. F.
Cœlorum pluralitas ex distinctione varia illius corporis 17.H
Cœlorum appellatione cōprehenditur aer 428.A
Cogitationis effectus' 126 D
Cogitationum suarum nemo sibi victoriam tribuat 126.D
Cognati vocantur filij vel fratres in scriptura sacra 321.C.322.A
Cognitio diuinarum personarum nobis necessaria est 11.F.G
Cognitio rei in verbo & in seipsa in quo differunt 13.H.I.K.
Cognitio matutina & cognitio vespertina 13.K
Columba ex mundis est auibus. 143.D.E. & egressa ab arca non inuenit requiem E.F.& tandem attulit ramum oliuę. L M
Columbæ trina emissio 144.C.& seq.
Columnas duas lapideam inquam & lateritiam fecit vt in his sculperet inuētum suum 115.C.D
Comparari licitè non potest quod illicitè venditur 260.E.
Computationes annorum mundi à Septuaginta interpretibus tractæ sunt. 120.G
Concordia bonorum omnium & spiritualium & temporalium radix 238C
Omnis concubina vxor in sacra scriptura dicitur, sed non omnis vxor concubina. 308.M
Concubina veteris testamenti typum designat. 345.A. cum qua rem habuit Rubē primogenitus Israel. Ibidem. atque omnibus hæreticis se prostituit. B
Concubinæ olim dicebantur minores vxores 258.C
Concubinæ quæ dicebantur in veteri testamento 344.F
Concubitus in Hebraismo cognitio vocatur 104.A
Concubitus omnes extra matrimonium habent suam culpam 238.H
Concupiscentia germen est corporis. 48 H
Concupiscentia carnis pœna est peccati. 76.H
Concupiscentia carnalis rubea & sanguinea est 417.F
Conditiones plures Ruben primogeniti. 416.F.
Confessio pœnarum compendium est. 110. A
Cōfessio peccatorum abolitio est delictorum. 116.M. & illius maxima est vtilitas. Ibidem. 117.A.B
Confessio plurimum valet ad emendanda peccata. 116. H
Confessionis humilitas exordium est illuminationis 90 G
Confessionis Cain indiscretio. 111.L.M.
Confessionem à nobis deus requirit, qui nunquam quippiam ignorat 116 M
Absque confessione nullus quanuis potest saluus fieri 364.B
Confusio ducit in peccatum 127.M
Congregari ad populum quid sit 273.D
Coniugium non est putandum virtutis esse obstaculum 120.I
Coniugium credendum est à deo esse datū 261.H
Coniugij custos est deus 239.A
Coniugij prima fides castitatis gratia est. 261.G
Coniugia patriarcharum Christum & ecclesiam iungi significāt. 271.G.I. quæ ad aquas sortiuntur. H. 272.I
Coniunctio triplex viri ad vxorem 75 D
Connubia sanctorum interdicta sunt fieri cum gentilibus 123.G
Conscientia iudex est incorruptus. 86.E. accusat hominem perpetuo. F.G
Conscientia nostra ad nostri cordis fores semper accebat 108.H.I.
Conscientia indesinenter non cessat accusare 116.K L
Conscientia post consummatum peccatum mentem arrodit. 385. G.& quantum sit à conscientia accusari. I
Conscięntiæ impiorum tales sunt, vt in prosperis expauescant. 389.I
Consensus alius est præcedens alius subsequens 306.E
Consilium diuinum impletur dū deuitatur. 36.M
Consilium pro Iacob à Rebecca sumit initium 296.C.H.
Consilium dei mutari non valet 396.F
Cōsobrini dicūtur quasi cōsororini. 304.I.
Constantinus persecutioni ecclesiæ finem imposuit 282.H.I
Consuetudo malitię processu temporis inualescens non potest tandem vinci admonitione. 339.L
Contemplationis studia ocio ignescunt. 310. E
Contemptus quantum deo displiceat. 282.C
Continentia virginali Helias & Hieremias euangelicæ castitatis typum gesserunt. 278.A
Contrahere in facie ecclesiæ quid sit. 306.C. D
Contraria contrariis efferūtur. 35.M. 36. A
Contritionem cordis vult deus, compunctionem mentis, & confessionem ruinæ. 117.A
Cor alterius hominibus absconditum est. 107. H
Cor est receptaculum omnium cogitationum 147.H.
Corde circuncisus & incircuncisus. 211.M.
Corda hominum duriora sunt quam saxa. 23.B.
Corpus quantumlibet subtile circūscribitur loco. 10.I
Corpus mathematicum 15. A.
Corpus Adæ & mortale secundum vnam causam, & immortale secundum aliam. 54.L
Corpus animale & spiritale in quo differūt 54.K.L
Corpus hominis ex quatuor constat elemētis. 56. M. quæ inæqualiter in eo dominantur. Ibi. & 57. A
Corpus priusquam anima factum est. 57.M 58.A
Corpus diaboli sunt omnes reprobi. 92.G.L
Corporis præsentia nihil prodest si cor circa terrenum thesaurum elaborat. 14.I
Corpora diaphana fuerunt creata obscura. 8.F
Corpora nostra multis mouentur motibus 55. C. D
Corpora à bestiis consumpta in resurrectione congregabit deus 150.G
Corui emissi & reuersi opiniones. 143. A. B.& seq.
Costa Adæ quomodo sufficit ad formandā mulierem 74.C.& seq.
Cras in scripturis futurum tempus intelligitur 314.E
Creare quomodo dicitur deus 4.F.G.
Creauit deus prius in verbo æterno quod postea faceret in opere 50.H
Creauit deus interiorem hominem, finxit exteriorem 119. A
Creauit deus hominem in momento, deleuit eum multis diebus 138. E
Creatio mundi à deo deum monstrat esse æternum 3. L.
Creatio mundi an fuerit continua. 14.D.E
Creationis mundi multiplex vtilitas. 1. E.F
Creationis ordo, & creaturarum distinctio 4.D.E
Creator ex creaturis cognosci quodammodo potest 3.F
Creator ex magnitudine & pulchritudine creaturarum consideratur 18.D.E
Creatorem nullum præter deum credere licet 4 A.
Creatura intellectualis potest dici principium 2.L
Creatura rationalis quodam suo modo informis facta est. 5. D. per conuersionem ad creatorem formata est. Ibidem
Creatura cœli & terræ quomodo sit spiritualiter intelligenda 5.K.L
Creatura inuisibilis creaturam visibilem antecedit 9.G
Creatura rationalis ab æterna luce formata est. 17.A
Creatura humanæ fœlicitatis particeps est cum homo fit deo gratus 127.B
Creatura sæpe armatur in vltionem creatoris 153. H
Creaturæ non carent principio 1.K.
Creatum non est quod de nihilo factum nō est 4.M
Creata an cum materia & forma, an cum sola materia prodierint 5.A.B.K.
Credere voluntarie deo, & non ex euidentia, donum dei est 194.G.

Crede-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Credere deo, in deo,& in deum differunt. 194.G.H
Crimen fateri est quædam in peccatis verecundia & pœnitentiæ portio 110. A
Crimen Cain maius crimine patris,ideo pœna illius maior 111. A
Crimen non prodere vultu quam difficile sit 358.G
Crimen quo Ioseph fratres accusauit, quale fuerit 349.D.& seq.
Crux Christi per manuum Iacob transpositionem figurata est 413. K.L
Culpa oculos concupiscentiæ primis parentibus aperuit 83.M
Culpa crescit cum ætatibus 147. D
A cultu mulierum externo innumera fiunt mala 218. L
Cupiditati diuitum nihil satis est 178.L
Cura dei erga hominem quem condidit. 46.L
Cura dei de nobis semper propensior est quam sperare possimus 326.E
Cura nostra deo commendetur de omnibus donis & diuitiis nostris 346.C
Cursus lunæ per 300. dies conficitur secundum Hebræos 27.H
Custodire paradisum quomodo tenebatur Adam 65.G.& seq.66.B C
Cyprus à Cethim filio Iauan 160. E.
Cyrus rex Persarum iussit templum domino deo cœli ædificari in Hierusalem. 239.G
Cyro nomen per Esaiam ante conceptum prædictum est 204.B

D

Daemones gaudent incantationibus 78.C.
Dæmones vtũtur operationibus brutorum ad implicandos homines 394.B
Dæmones quidam sunt improbi mulierib' 123.B
Dæmonum lapsus 12.I.14.A
Dæmoniacus maiore dignus misericordia quàm ebrius 157. E.
Demoniaci non intelligunt quæ diabolus loquitur per eos 78.D.& seq.
Damascus est metropolis Syriæ quam vocant Aram 258. B
Damascus nobilis vrbs Phœnices 188.B.
Damascus à famulo Abræ condita dicitur. 192.I.193. B
Dan est vnus ex fontibus Iordanis. 188.A.
Estque viculus quarto à Paneade miliario. B
Dan figurabat Sampsonem. 424. K.L. 425 A. Antichristum. Ibidem. Iudam proditorem. D
Damnatio iusta est illorum qui tantis paternæ disciplinæ verberibus afflicti non resipiscunt 98. A
Damnati sunt plurimi pro his factis ex quibus bona postea orta sunt 291. A.
Dauid in typum Christi & ecclesiæ tertio rex inunctus est 284.G.
Dauid non ideo laudabilis quia facta eius erant vituperata 364. G
Dauid fratrum minimus in regem Iudæ electus est 419.E
Decem gentes incolebant terrã Chanaan, quarũ septẽ tantum expulit Iosue. 199.G
Decem præcepta legis ex duobus pendent 201.L
Decimæ cur sacerdotibus debentur. 190.E
Decimarum datio confessio est datorum à deo munerum 190.E
Decimas etiam ante legem scriptam Iacob lege naturæ pollicetur soluendas. 302.E
sed quibus erant soluendæ. Ibidem
Decimas ministris ecclesię & sacerdotibus populus ministrare debet 409.F
Dedicatio ecclesia exemplo Iacob. 301. A. & seq.
Defensio peccati est irremissibilis. 90.K
Propter defunctorum virtutem deus viuẽtium miseretur,& curam habet. 226.K M
Delboræ nutricis Rebeccæ cur mors celebratur,& nusquam Rebeccæ mors inuenitur. 341.M.344.B
Delectatio est prima origo peccati. 94. B.
Delictum hominis est causa cur nostris laboribus pane vescimur 22. B
Dementiæ extremæ est adorare quod comeditur 149.F.
Denarius numerus per totam scripturam laudatur 29.G.
Denarius numerus venerabilis est in vtroque testamento 409. F
Denarij numeri figura crucem dei demonstrat 227. D
Denominatione pro re denominata sæpe vtuntur Hebræi 259.H.
Denominationes pro rebus denominatis sæpius in sacra scriptura ponũtur. 171.C
Denominationibus vtũtur Hebræi pro denominatis 62.A
Dentes verba significant 421.C.
Descendere & ascendere indignum deo est 342.K. M. nec accedit nec recedit.M
Desidia graue malum est 68.G
Deuotio offerentiũ nunquam fastidit deũ. 146.L
Deuotio celerata vberiores fructus habet. 216.H
Deus est,& vnus est 1.F.
Deus noscitur ex mundi creatione 1.M.
Deus est principium mũdi & vniuersorum. 2.E.F. Quomodo mundum creauit. Ibi.
Et quæ videntur,& quæ non videntur.F
Deus vnus omnium artifex est 2.C.
Deus solus est sibi principiũ. 2.I. solus sui conscius,solus perfectus,&c. Ibidem.K.
Deus ante mũdum creatum opus laudatoribus non habebat 3.A
Deus ab initio per seipsum creaturis loquebatur. 3.C. sed degenerantibus hominibus non loquebatur. Ibidem. at longe absentibus literas mittit. Ibi. D
Deus quo ordine mundum creauit 3.H
Deus absque principio est,cætera principium habuerunt 3. I.
Deus ad mundi creationem non eguit mora temporum 3.M
Deus ante omne tempus angelicam creaturam & materiam informem fecit. 4. D.
H'. M. dum angelos & animam de nihilo fecit, hominem & creaturas de aliquo. Ibidem
Deus non potuit habere sibi coæternum. 4. M. sed materiam omnium de nihilo creauit 5.A
Deus non est mutabilis 4.H.I
Deus quare mundum creauit 4.I.K
Deus quomodo aliquid dicitur creasse imperfectum. 5. E.& nihil à principio nouum creasse. Ibidem.&.F.
Deus ordine creauit & ornauit 6.F G
Deus est cui omnia cedunt 10. G
Deus propter duo suam amat creaturam. 11.G
Deus est auctor non solum rerum naturalium,sed & artificialium. 12.M.13. A. qui imposuit nomina luci & tenebris. 13. A
Deus ob suam bonitatem & benignitatem fabricauit omnia 13.F.
Deus non sic videt quemadmodum homo. 14.I.& quonam pacto loquitur. K.L. Vnum verbũ genuit in quo dicit omnia. L
Deus luci,tenebris,cœlis, & terræ nomina imposuit. 17.I. quæ mutari non possunt. Ibidem. K.L.
De' variè his verbis vtitur dixit,fecit,fuit, vocauit 17.M
Deus minima etiam non negligit 21.H
Deus commodat vel incommodat arbores & herbas. 23.I.K. quãuis aliqui hęc astris ascribere nitantur. Ibi.& L
Deus cur non fecit prima die solem,lunam, & stellas 29.F.G.
Deus in rerum suarum creatione admirandus est laudandus, &c. 35. D. qui maiorẽ habet rationem animatorum quàm inanimatorum. F
Deus in suis operibus quantum admirandus,laudandus ac glorificandus. 30.H.I.
Deus in omni creatione prima & præcipua causa est 34. I.
Deus non incusandus quòd animalia homini infesta creauerit. 37.L.M. 38.A. & se.
Deus à seipso vitam homini infundit. H.I. cui multa sunt appropriata. I 41.
Deus rectus rectum fecit hominem 43 I
Deus vbique est, & totus in sua creatura vbique 43. M.
Deus accusatorib' & testibus minime eget 41.M
Deus hominem primo luteum finxit. 44. F ex terra rubra in campo Damasceno Ibidem
Deus facto homine requieuit 48.L
Deus cur vocatur dominus exercituum. 49.D
Deus nunquam finit opus quod potest facere,sed opus quod fecit 49. H
Deus non aliter afficitur cum vacat, quàm cum operatur 49 M
Deus propriè deum significat 66.K
Deus ante creationem mundi æternaliter in seipso quiescebat 50.B
Deus inhabitat in angelo & homine. 51. D. sed hoc per gratiam. Ibidem. & pro quanto illi conformamur. E
Deus neminem ex præscientia damnat. 59.D
Deus erat dominus paradisi, Adam vero aduena & colonus eius 59. I
Deus nihil superfluum facit. 67.G.H
Deus quomodo loquebatur Adæ sufficienter vt Adam deum intelligeret. 68. B. 70 D.E
Deus quam mortem fuerit homini comminatus. 68. C. & seq. & an bonum & malum prohibuerit. I.K. & cur non posuit Adam sine præcepto in paradiso. L.M.

Deus tres virtutes in præcepto Adæ complexus est. 69. A. & quod facilius erat illi præcepit. D.
Deus sub variis formis visus est sanctis viris 70. E.
Deus eodem verbo vtitur ad faciendã mulierem quo ad faciendum virum 71. E
Deus cur mulierem fecit in occasione peccati viri futuram 71. F
Deus cur tentari permisit hominem? 79. C. & cur non fecit hominem qui nollet peccare. D. & cur fecit hominem quem sciebat peccaturum. E
Deus aliquando loquitur per angelos verbis simul & rebus 86. I
Deus vbique præsens 86. L.
Deus an loquatur voce corporea. 87. H.I. qui auditur loquens, & non loquitur: & ambulans, & non ambulat. Ibidem
Deus omnium videt culpas,& omnium delicta cognoscit 87. K
Deus maiora supplicia intentat, minora vero sumit 88. B.
Deus ad pœnitentiam vocat qui à fide & operibus labuntur 88. E.
Deus iudex prior Adam præuaricatorem vocauit, quàm præuaricator deum. 88. F.
Deus non dignatur audire serpentem excusantem se 92 A
Deus operatur quod bonum est,non quod malum. 92. C. & inuisibilem serpentem pœna inuisibili insequitur. D
Deus sicut est æternus & fœlix, ita est ipsa fœlix æternitas, & æterna fœlicitas. 101. C
Deus in omnibus operibus suis misericordiæ argumentum ostendit 101. L.
Deus largius sua dona erogat, cum ipsum benefactorem agnoscimus 104 B
Deus nulla re indiget, sed nec nostris operibus. 104. K
Deus docuit Adam cultum diuinum. 105. B
Deus prius ad eum qui dat,quàm ad ea quę dat,respicit 105. L
Deus præuenit tempus pœnitentiæ præfixum,propter defectũ pœnitentiæ. 124. F
Deus homines diuersimode punit. 125. C
Deus quomodo dicitur pœnituisse. 126. F. G.& seq. 127. E
Deus gaudere dicitur cum homines optimè viuunt, sic dolere cum pessimè viuunt 126. M
Deus non est acceptor personarum. 127. H
Deus vult agnosci prima causa influentiarum cœli,& effectuum elementorum. 132. B
Deus fidelis in promissis, fidei mercedem præstat 134. L
Deus quare iussit Noe seruari animalia & aues quæ ipse vno verbo reparare vel creare. 135. E.
Deus indignatur peccatis nostris, sed non obliuiscitur pietatis 135. M
Deus cur non expectauit centum viginti annos sicut promiserat ad pœnitentiam. 136. L. M. 137. A
Deus cur permisit oblationem sibi fieri. 146. F.& seq.
Deus potius mentem quàm ad ea quæ offerimus attendit. 146. K. nec carnium nidoribus delectatur. Ibi.
Deus legem statuit cum ratione carẽtibus. 152. H
Deus quãta liberalitate dignabitur dignos qui indignis ita benefacit 153. K
Deus per duodecim idiotas totum sibi orbem conciliauit 154. L.
Deus puniturus prius indicat quam magna sint peccata 165. G
Deus in forma gloriosus apparuit primo Abræ. 169. H. & ad multa vocauit eum. Ibi.& seq. 170. A.& seq.
Deus certos eos reddit quos trahit 172. F
Deus multis modis apparet. 173. K. vnicuiq; pro sua dignitate. L
Deus omnia nobis largitur, & potest seruare quæ donat. 177. I. K
Deuotio in Abraham primas sibi partes vendicauit 178. K
Deus est cui omnia sunt possibilia. 182. E
Deus à sacerdote benedicitur benedictione laudis 190. B.
Deus cur differat iniquorum punitionem. 198. I. & seq.
Deus indicit pœnas peccatis valde minores 198. H. nec prius est vltor quàm homo sit peccator. Ibi. qui etiam permittit vt cæcata mẽs in deteriora labatur. Ibi.&. I
Deus ante Ismael nulli nomen imposuit. 203. M
Deus est & qui angelus dei est. 214. B. & qui angelus dei est, ex deo natus est. Ibi.
Deus trinus & vnus sese Abrahæ ostendere dignatus est 216, M. 217. A
Deus in homine visus est nondũ natus, postea visus & natus 217. B
Deus verus in tribus angelis apparuit Abrahæ. 221. D
Deus non fert incredulitatem nostrã. 221. E. cui nihil inordinatum quod vult. Ibi. & amicis suis semper adest. H.& cur Saram non puniuit. I
Deus siue seruum siue ancillam nullum despicit. 202. L. & necessaria ordinat sinos ei ac nostra crediderimus 203. A
De' quas ob res noluit cælare Abrahę quę gesturus erat. 222. I. qui triplici de causa illi reuelauit ea. 223. A
Deus non ignorabat peccata Sodomorum. 223. M. qui dicitur aliter nosse iustos aliter peccatores 224. A
Deus humano more in scripturis ad homines loquitur 224. B
Deus orandus est cum certa fiducia humiliter ac constanter 226. A.
Deus adest vbi beneficia dei explicantur. 228. A. angelos vero mittit vbi supplicia exercentur. Ibidem. 229. C
Deus propensior est ad exaudiendũ, quàm nos ad orãdum. 233. D. & pronior ad indulgendum quàm ad subuertẽdum. Ibi.
Deus in omni gente semper habet sibi dilectos. 238. I. K. cui debemus non solũ pctã quæ nobis remittit, sed ea à quibus nos impedit. K
Deus finit mala fieri vt bona promoueãtur 239. L.& amicorum suorum periculis vtitur ad suam gloriam. Ibidem.
Deus in aduersis præbet lætitiam. 241. G.
Deus promissa statuit, fallere nescit, neque falli. 243. B
Deus iubet Abraham obsequi vxori,& acquiescere eius consilio 245. G
Deus non seruauit Agar quia ancillã, sed quia patriarchæ promiserat. 247. D. qui bona cui vult largitur vel negat. H
Deus nominatur ab esse, à fortitudine, ab æternitate. 249. G
Deus quomodo tentat, cum dicat Iacobus ipsum non tentare. 250. B.C.& cur tẽtauit Abraham. Ibi.& seq.
Deus imperat Abrahæ parricidiũ, qui prohibet homicidium. 251. B
De' nõ interrogat præcipiẽdo dura. 251. D
Deus p. Isaac offerẽdo parabat hostiã, quæ mundaret orbem terrarum. 253. F.G.
Deus quomodo scit & nescit. 254. L. 255. B
Deus pater suum colligauit filium. 254. D.
Deus nihil cognoscit ex tempore. 255. B & quomodo cognoscit. Ibi.
Deus magnifica liberalitate certat cũ homine. 255. C. & magna pietate. L. & donis. 256. E
Deus beneficiis semp vincit mẽtem nostrã 256. E. In semetipso iurat, quia nõ habet superiorem. Ibi. I
Deus post mortem Saræ non legitur apparuisse Abrahæ 259. E
Deus multa dispensat quorum nos causam nescimus 275. C.
De' cur nõ statim exaudit orationẽ nostrã. 274. M. qui melius nouit quid vtile nobis sit. Ibi.
Deus non patitur descendere sanctos, sed vult eos semp ad maiora pficere. 280. I
De' dat gratis dona sua remunerãdo. 281. F
Deus seruos suos facit per inimicos suos celebrari 282. D
Deus propter merita vnius, miseretur & benedicit alteri 286 A
Deus benedictionem primam populo Iudæorum detulit 288. L
An deus cooperetur mendacio 290. E
De' quæ difficilia sunt facilia reddit. 290 E
De' solus scit ex malis bona elicere. 290. G
Deus cum vult facit nõ intelligere intelligentes 290. K.
Deus solus de futuris iudicat 293. H
Deus est qui mittit angelos 298. E
Deus est in omni loco qui nullo claudit loco. 300. B. 301. B.C. sed apud bonos & malos aliter atq; aliter. C.& aliter operatur. Ibi.& seq.
Deus non vult tentari, & ocio torpere fideles. 313. C
De' oim rerũ naturas mutare potest. 320. L
Deus fideles suos à periculis eripit dũ ignorant 322. B
Deus à timore nuncupatur 325. H. I
Deus cur permittit iustũ angustiari. 327. C
Deus non vult peccata quæ odit, animo ini quo à quoquam puniri 337. F
Deus nõ põt nisi p deũ intelligi. 340. F.G. nec honorẽ à nobis deus nisi per deum accipit. Ibi.
Deus apud Græcos & Latinos non potest nisi vno nomine exprimi 342. G
Deus auctor inuidiæ esse non põt. 352. B
Deus quomodo dona sua circa electos dispensat 365. E
Deus non liberat à periculis virtute claros neque à tentationibus eruit. 366. F
Deus semper & vbique timendus est. 368. F
De' inuidia fratrũ Ioseph optime vsus est. 374. M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus erga publicas personas prouidẽtiam suam frequenter ostendit. 375.B
Deus pro commisso crimine dolorem donat & resipiscentiam. 385.I
Deus merito videtur in loco pacis & cõcordiæ. 401.L
Deus non iudicat secundum carnem. 413.A
Dei affectio magna est erga iustos. 233.E
Dei collocutio cum Abimelech fuit interior. 239.F
Dei nomina duo præcipua. 52.I.K
Dei natura in trinitate creditur à multis, intelligitur à paucis. 54.M
Dei apparitiones quomodo fiant. 85.M.86.A.& seq. 87.L
Dei misericordia & pietas in protoplastis è paradiso expellendis. 100.K.& sequẽ. 101.C.D
Dei pietas maior est quam quæuis iniquitas. 111.L
Dei benedicere tantum est, vt sit dei benefacere. 342.D
Deo nihil imperfectum placet. 196.D
Deo cura est nostrarum singularum actionum. 199.E
Deo quidam adhærent pro charitate, alij, p metu. 246.I
Deo vehementer peccant qui quauis ratiõe mysteriis sacrosanctis abutuntur. 337.M
Deum nescire peccata quid sit. 223.H.I. & ipsum descendere quid. Ibidem. K.& se. 224.A
Deum si habuerimus amicum, omnia nobis facilia sunt. 325.K.L
Deum nemo tentet cum habeat quod faciat. 241.A.B
Prope deum esse quid sit. 405.D
Deo deferente hominem ingruit diabolus. 112.D
Deo annuente difficilia fiunt facilia, & impossibilia possibilia. 243.H
Dextera in omnibus bonis, siniſtra autem in malis. 268. A. vel in æternis & temporalibus. Ibidem.
Dexteritas in agendis fauorem conciliat. 370.C
Diabolus non fuit creatus malus. 12.E
Diabolus sæpius se immiscet operationibus eorum qui iudiciis astrorum intendunt. 27.D
Diabolus non per virum mulierem, sed virum per mulierem decepit. 70.G
Diabolus suo instinctu serpentem sapientẽ reddiderat. 77.F
Diabolus è cœlo lapsus meruit serpens nũcupari. 77.I.K. qui superbiendo corruerat. Ibidem.
Diabolus non potuit hominem ante peccatum interiori suggestione tentare. 78.A
Diaboli verba ad mulierem. 80.L.M
Diabolus mendacem volebat in tentatione facere deum. 80.K. ludẽs hominem equiuocatione mortis. M
Diabolus tria mulieri promisit. 81.C.D.E
Diabolus promissis falso decipit incautos. 81.K. cuius non est fidelius consilium quã dei præceptum. 83.B
Diabolus in serpente maledicitur, qui per serpentem loquebatur. 91.H
Diabolus fœlicitatem, sed nõ æternitatem amisit. 101.C
Diabolus fuit pater noster ante gratiam. 171.G
Diabolus plurimos habet lupos quos ad oues Christi dirigit. 429.G
Diabolus omnium corruptè viuentium pater designatur. 363.B.C
Diabolus omnium prosperitatibus inuidet 367.F.G
Diabolus dicitur princeps carceris, quia princeps mundi. 370.M.371.A
Diabolus primum hominem sibi pomo subdidit, & secundum pane tentauit. 279.H
Diaboli machinationes in eos qui sibi obtẽpefant. 99.I
Diaboli inuidia in hominem, & illius executio. 110.M
Diabolo ingressus non concedendus. 125.I
Diathesis quid sit, & quibus exhibeatur. 349.I
Dicere dei dupliciter dicitur. 10.B.C
Dies prima cœpit cum luce. 10.K.L
Dies dominicus à domino adornatus. 13.D
Dies interdum pro nocte & die dicitur. 13.E
Dies primus ex vespera & mane constitutus 14.C
Dies maximi sunt in quibus vmbræ breuissimæ fiunt. 27.F. breuissimi vero oppositomodo. Ibidem.
Dies quid sit. 27.H
Dies septimus natus non factus, genitus nõ creat⁹. 50.K. de quo fides catholica nil aliud nouit, nisi quia est. Ibidem.
Dies interdũ sumitur pro multitudine dierum. 52.E.F
Dies in quo creauit deus cœlum & terram est filius dei vnigenitus. 52.G
Dies veritatis iam lucet, tempus vero figurarum præteriit. 106.G
Dies quis sit. 135.H. & ad virum refertur. Ibidem.
Diei & noctis distinctio. 12.G. & seq.
Diei septimi præconia. 50.I.& seq.& ꝓprietas. K.& in quo à cæteris differt. Ibidem. &.L.51.B.C
Diem septimum cur deus benedixit, & sanctificauit. 50.E.& seq.
Die sexto & die septimo deus dicitur opus suum consummasse. 49. F.& seq.
Dierum penes opera distinctio. 53.E.F
Dierum impletio ortum perfectæ sobolis indicat. 277.G
Dij Laban valde imbecilles erant, qui furari se patiebantur. 321.E.F
Dilectio proximi ingreditur simul cum charitate in deum. 305.H
Dilectio parentum non est vniformis erga filios. 349.I
Dilectionis dei virtus & efficacia. 43.L
Diligentia nulla sufficit contra consilium domini. 291.G
Diligere inimicum ante euangelium valde mirandum. 348.I
Diliguntur coniunctiores magis quam minus coniuncti. 349.I
Diluuium fuit purificatio orbis. 131.M
Diluuium quo mense cœperit. 137. B.E.G.I
Diluuium immisit deus vt scirent futura secula quantum peccatis aduersetur. 140.B.& seq.
Diluuium animæ quale sit. 142.B
Diluuium in æquinoctio factum est, quo mundus conditus fuerat. 142.G
Diluuium eodem numero imminutum est quo cumulatum est. 142.G
Dimittendum est eis qui in nos peccauerunt. 389.G
Dina curiositate periclitata est. 335.M. 336.A. quam Philo dicit fuisse vxorem Iob. Ibidem.
Dina cur non annumeratur fratribus. 344.H
Dinæ ætas cum stuprata fuit à Sichem. 338.K.L
Discretio inter lucem & tenebras. 12. A. non quod simul essent confusæ. Ibidem. Et in quo inter se differunt. Ibidem. &.B
Discretio inter bonum & malum. 35.K.L
Distinctio lucis à tenebris quo ad tria. 12.D
Dispensationem dei nihil infringere potest 356.M
Diuinatio quæ licita & quæ illicita. 394.B.C
Diuinitas est plenitudo bonitatis. 40.M
Diuinitas sola peccatum suscipere nequit. 66.H
Diuina substantia oculis carnalibus videri non potest. 206.F
Diuinum appellatur in scripturis quicquid illustre dicitur. 333.H
Diuina si præferamus omnia nobis prospere succedent. 205.I
Diuitiæ sunt bonis adiumenta virtutũ. 176. I. malis autem tentationis occasio, & peccandi materia. Ibidem.
Diuitiæ veræ sunt si vir cum muliere non discordet. 202.G
Diuitiæ veterum in armentorum multitudine constabant. 333.D
Diuitiæ pariunt odium. 283.E
Diuitiæ stabiles sunt & fœliciores quæ pecoribus alendis parantur. 405.I
Diuitiæ priscorum patrum in pecoribus & familia erant. 346.A
Diuitiarum præsentium cupiditas intellectum obscurat. 191.G
Diuitiarum deceptio & curæ huius seculi suffocant mentem. 335.K
Diuturnum non est quod falsum, fictũ vel violentum. 357.H
Doctores asserentes contra Origenem, Melchisedech fuisse verum hominem. 188.I.& seq.
Doctoribus quanta debet esse discretio. 396.E
Doctrina multiplex ex traditu à Moyse creatione. 1.E.F
Doctrina danda est iuxta auditorum capacitatem. 3.F.G
Doctrina operum multo fidelior & certior quam sermonum. 64.B
Doctrina sapientiæ in contemplatione veritatis defigitur. 312.A
Doctrina domini nihil purius, nihil candidius. 421.C
Dolor in pœnam peccati Adæ inflictus est. 96.I

Dolor est de re amata amissa. 126.L. qui tãto altius tangit, quanto profundior est amor. M
Doloris natura qualis sit. 358.G
Domina non est quæ non meretur extorquere quod cupit. 367.L
Dominus propriè regis & principis potestatem designat. 66.K
Dominus non est serus ad remunerandum. 192.I
Dominus magis nos audit in afflictionibus illum inuocantes. 203.L
Dominus naturæ potest dare ea quæ supra naturam sunt. 205.L
Domin⁹ per indignos magnas res sæpe prædicit. 121.L.M
Dominus in angelis loquitur. 224.L
Dominus deus non est in loco. 300.B. nisi præsẽtia gratię, & magnitudine præsentiæ. Ibidem. 301.B
Dominus toties iratus est contra populum Israel quoties conuersus est cum diis alienis. 330.F
Dona dei benedictio dicuntur. 366.H
Dominus ille est qui amantis non excepit faces. 367.L
Domino peccat qui amicum dei persequitur, vel probro afficit. 239.B
Dominium duplex est. 149.D.E
Domus Christi quæ nam sit. 313.F. cui Christus aliquando prouidit. Ibidem.
Donum suum modicum existimare debet quicunque dat. 333.E
Donum dei qualecũq; sit, pro honore dãtis semper precio sum est. 410.F
Dona à deo nobis data negligere nõ debemus. 279.H
Dona Christi videre non possumus, quia operatur occulte in nobis. 393.H
Dominus fidelium est procurator. 303.I
Dormiunt sancti secundum corpus in puluere. 410.G
Dormientium sub dio luna corpora afficit. 28.K
Dothaim. 12. miliario à Sebaste distat. 353.I
qui defectus dicitur. 354.B
Duces qui ex Abraham prodierũt. 208.D
Duæ res sunt promissæ Abrahæ. 170.K
Duodecim patriarcharum ordo varius describitur in sacris literis. 415.E.F. & cur interdum filij Iacob, interdum filij Israel dicantur. G

E

EBrietas non vino sed intemperãti imputanda. 155.G
Ebrietas voluntarius est dæmon. 157.E
Ebrietas Loth decepit quem Sodoma non deceperat. 235.K
Ebrietas vitanda est, per quam crimina cauere non possumus. 236.K. & eius sunt effectus plurimi. Ibid.& L.
Ebrietas sanctorum patriarcharum cur scripturis sit exposita. 236.L
Ebrietas saturitatem interdum significat. 391.M.392.A.B
Ebrietas nullatenus Noe vitio datur. 155. G.& seq.
Ebrietas non solum temulentiam sed & satietatem significat. 155.K
Ebrietatis effectus. 155.M.& vituperia. Ibi. 156.A
Ebrietatem sequitur nudatio fœmoris sicut libido satietatem. 156.A
Ebrietatem lex æterna condemnat. 237.A
Ebriosus & ebrius in quo differunt. 237.A
Ecclesia est vna congregatio. 24. D. quæ per congregationem aquarum designatur. Ibid. per terram. H
Ecclesia lumen à Christo accipit sicut luna à sole. 30. K. quæ instar lunæ suos patitur defectus. L. & mentes nostras illuminat. M
Ecclesia potest dici paradisus. 62.D 64.K
Ecclesia vniuersa ex multis constat ecclesiis. 68.C
Ecclesia facta est de latere Christi morientis, sicut mulier de latere viri dormientis. 76.A.B.& se.
Ecclesia insidias diaboli abigit. 94.D. quam diabolus circuit, quærẽs quem deuoret. Ibidem.
Ecclesia per Abelem figurabatur. 104.E.G 106.D
Ecclesia dei fuit figurata per arcam. 132. C.L.& quare bicamerata & tricamerata. 133.A.B
Ecclesia gentium in domo legis & prophetarum iustificata est. 158.M
Ecclesia sancta quandoque arcturo comparatur. 194.E
Ecclesia catholica carnales habet & spirituales. 196.K
Ecclesia primitiua per Sarai designatur. 203.G
Ecclesia per domum Abimelech significatur. 242.F.G
Ecclesia de fontibus euangelicis & apostolicis bibit, qui nunquam deficiunt. 248.B
Ecclesia Christo sociata non esset nisi ad fontem baptismatis venisset. 264.K.& ibi inuenit Christum. Ibidem. quæ illi soli socianda erat, & debita. Ibid.
Ecclesia à quibus recipit ornamenta. 266.G.H
Ecclesia sponsata vasa aurea & argentea accepit. 268.L
Ecclesia habet bonos & malos seinuicẽ collidentes. 276.L.M.277.B
Ecclesia primitiua quantis laboribus subiecta fuerit. 282.G.H
Ecclesia in præferendis idoneis non sequatur Isaac cæcutientem sed Rebeccam videntem. 293.A.B
Ecclesia exactiori modo filios suos eligit & cognoscit quam summus sacerdos. 293.A.B
Ecclesia quomodo dicitur locus terribilis. 301.D.E
Ecclesia ex gentibus congregata prius sterilis erat. 320.A. quæ per Rachelem figuratur. Ibidem.
Ecclesia pœnitentium facta est ex synagoga peccantium. 362.M
Ecclesia quasi adultera, est à Iudęorum senioribus accusata. 364.L
Ecclesia est corpus domini. 422.F 423.F
Ecclesia radicata & fundata est in fide. 423.M
Ecclesiæ fides non acquiritur nisi pœnitentia & baptismate. 264.D
Ecclesiæ primitiuæ typum tenebat domus Rebeccæ. 269.H
Ecclesiæ ædificatio. 286.D.E
Ecclesiæ ad precationes fundendas sunt frequentandę. 77.A.B
Ecclesiæ possessiones distrahi non debent. 408.B
Ecclesiæ terra libera est à censu mundiali. 408.H
Ecclesiam antiquam Christus priusquam in hunc mundum veniret, condidit. 145.M
Ecclesiæ sacramentis communicant boni & mali. 134.F.136.D.E
Ecclesiæ omnia preciosiora dedit Christus 266.D.& seq.
Ecclesiarum particularium cõsecratio & benedictio. 301.A.B.E
Ecstasis immissa in Adam. 73.E.F. ex qua euigilans in prophetiam prorupit. Ibidẽ. & sequen.
Edem locus ad orientem respectu paradisi. 58.I.L.M.59.D.& seq.G.60.D.& est ciuitas. Ibidem.
Edom lingua Hebræa dicitur rubrum vel fuluum. 278.M. quare id nomen Esau sortitus sit. Ibidem.
Edom vendens primogenita Iudæos figurabat. 279.M.280.B
Effectus vnus caloris & frigoris. 323.I
Elam à quo Elamitæ principes Persidis ab Elam filio Sem vrbs Persarum. 162.I
Elam Persidis regio est. 184.M
Electus quisque conterit caput diaboli. 93.L
Electi nil præsentis gloriæ quærunt. 115.I
Electorum numerus multiplex est. 95.B
Electis aliorum etiam peccata cooperantur in bonum. 351.F
Eleemosynam daturus primo mundet animum vel mentem. 105.L
Elementum secundum aquæ quomodo esse potest super quartum. 16.I.K
Elementi terræ & aquæ comparatio. 8.E.F
Elementa insensibilia imperio dei parẽt, & non homines. 20.F.I
Elementa ignis aeris & aquæ cum aqua creata intelliguntur. 2.B
Elementa quo ordine creata. 4.D
Elementa omnia in principio erant commixta. 6.M
Elementa quatuor. 9.B.C
Elementa cursum suum perpetuò seruant. 12.C
Elementa tertio die in proprias formas distincta sunt. 20. H. nec antea dedit illis deus nomina quam absoluerit ea. M
Elementa ipsa propter scelus hominum dãnantur. 109.E
Elementa cuncta auctorem suum venisse testata sunt. 291.E
Elementorum comparatio ad inuicem. 15.L.M
Elementorum compositio & comparatio. 19.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elementorum habitudo in principio. 5. G 6.B.C
Eleuare caput, extollere vel honorare. 373. B. vel suspendere, aut crucifigere. Ibid.
Eliphaz filius Esau est ille de quo in libro Iob habetur. 345. K. qui & Themanites à Theman nuncupatur. 346.F
Enoch & Elias in Adã nõ sũt mortui. 70.M
Enoch duplex alter in generatione reproborum alter in generatione electorum. 115.H
Enoch trãslatus an adhuc viuat. 120.M. 121. A. & an naturæ vel gratiæ tribuendum sit. 121. A. & ad quem locum transl atus sit. Ibidem.
Enoch primꝰ didicit literas, & signa cœli, conuersiones temporum, & menses literis mandauit. 121. A
Enoch translatus est Heliæ sociãdus. 121. A
Enoch primus in generatione reproborũ, & Enoch septimus in generatione electorum. 121. E.F. Ideo hic septimam requiem significat. Ibidem.
Ephratha & Bethlehem vnius vrbis vocabulũ. 343. G.M. ciuitas Dauid in qua natus est Christus, in tribu Iuda. M
Epistola ad Hebræos siue Pauli, siue Barnabæ, siue Clementis sit ab vniuersa ecclesia recepta est. 183.E.F
Error triplex circa mũdum & eius initium. 5.G.& eius confutatio. Ibidem. I.K
Error circa materiam & tenebras. 10.G
Error ponẽtium deum creasse res ex necessitate. 11.G
Error super causas germinationis terræ. 21.G
Error Iudæorum super vespera creationis. 24.A
Error philosophorum circa trãsmigrationem animarum. 36.K.L
Error ponentium dissimilitudinẽ inter patrem & filium. 44.I
Error Iudæorum circa creationem Adæ in vtroque sexu. 45.B
Error circa creationẽ animæ in Adam. 54. M. 55. A. & seq. K. & eius Impugnatio. Ibidem. 56.B.F
Error Iudæorum circa tempus productionis mundi. 60.L
Error Sadducæorum circa mortem animæ. 354.K
Error circa creationem & infusionem animarum. 77.D
Error circa pelliceas vestes protoplastorũ. 99.L.M. 100.A.B.& seq.
Error super congressu filiorum dei cum filiis hominum. 123.B.& seq. 124.B
Error circa aquas diluuij. 139.M
Error dicentium deum non habere curam super homines. 151.B
Error super secundis nuptiis. 272.A
Error prædestinatorum asserentium prædestinatos non necesse habere operari bona. 275.K.L
Error mathematicorum super fato natiuitatũ. 277. K.L.& eius impugnatio. L.M
Erroris confessio veniam, cõsolationem & gratiam promeretur. 203.C
Errores antiquorum circa rerum principia & causas. 1.H.I.2.A.& seq.
Errores circa tenebras. 7.D.E
Errores circa locum paradisi & eius plantationem. 58.L.M. 59.A.& seq.
Errores Aegyptiorum & Chaldæorum circa annos mundi. 159.I.Et Hermodori platonici. Ibidem
Errores nostros deus in suam gloriam ordinat. 288.I
Erubescẽtia ex peccato processit. 76.G.H
Erubescentia de præcepti transgressione venit. 84.B
Eruditionem habere, & nescire ea vti non prodest. 285.C
Esau vocatus est Sear, i. pilosus, & Edom, id est rubens vel rufus. 277.H
Esau mores & studia. 278.H.I.K
Esau & Iacob tantum diuersi erant sicut Cain & Abel. 278.C.D.E
Esau putans hæreditare benedictionem reprobatus est. 279. F.G. & cibo vili primogenita amisit. H
Esau venator duplici de causa fuit. 278.H. I.K. atque etiam agricola. K
Esau quomodo primogenita amisit. 279.A
Esau sine patris matrisque consilio duas vxores accepit. 288.C.D
Esau portat imaginem populi prioris & diaboli. 288.K
Esau mores Iacob promotionem impedire non poterant. 289.B
Esau & Iacob differentia. 289.K
Esau per cibos venationis venari nitebatur patris benedictionem. 290.H
Esau de duobus cõqueritur, & de vtroque falsum dicit. 294.D
Esau non Abrahæ non Isaac aut rebeccę filius erat benedictione. 296.L
Esau benedictio non fuit illi vacua. 327.A
Esau, Edom, & Seir Idem. 326.H
Esau, Edom & Seir vnius est nomen hominis. 345.H.K
Esau ad persecutionem fratris exarsit propter vendita primogenita. 350.F.G
Ethnici nouẽ diebus mortuos flebant. 431. E. 432.C
Eua confessa est delictum suum. 90. A.B.& ideo reputata est venia digna. Ibidem
Eua culpam ad dominum retulit, qui posuit serpentem in paradisum. 90.G.H
Eua resipiscens pœnitentiã egit, vnde diabolus doluit. 93.I
Eua quomodo dicta sit vita, quæ est prima causa mortis. 99.C.D. & causa mortis omnium. Ibidem
Eua potest ecclesiam catholicã designare. 103. C
Eua sic appellata est proprio nomine. 119.D
Euæ infœlicis viri infœlicis socię erga deũ infidelitas. 69.B.& peccati grauitas. Ibidem.& seq.
Euæ seductæ incõmoda pro se & posteris. 82. C.D. quæ magis diabolo quàm deo credidit. E.& magis adhęsit diabolo q̃ viro. M 83.A
Euangelica præcepta clariora sunt quam veteris testamenti mandata. 422.L
Euangelistæ aliquibus verbis non conueniunt, quamuis rebus & sententiis nõ discordent. 267.D
Euilaã à minoribus filiis Noe dicta. 63. A. quæ dicitur esse in deserto Sur. 63.A
Euilath regio est Indiæ. 63. A. quã Hebræi vocãt Cauilath, vel Heuila. Ibidem & B.
Euila duplex, altera Indiæ, altera Arabiæ. 274.E.F.
Eunuchi nomen æquiuocum est. 359.A.C
Eunuchorum duo sunt genera. 370.C.D
Euphrates fons in Armenia monstratur. 59.L.M. qui antiquum retinuit nomen. 62. H. 63.I.
Euphratis cursus & natura. 63. K. & vnde dicatur. H
Euripi ad lunæ mutationẽ etiam mutantur. 28.L
Europa à Iapheth habitata. 163.E
Excusatio in omnibus filiis Adæ post peccatum & citius accusatio dei quàm sui. 88.G.H.89.L
Excusare peccatum suum volẽs vir per mulierem, & mulier per serpentem auxerunt culpam. 90.F.H
Excusatio perfecta tribus partibus perfecta est. 248.K
Exequias Saræ egit Abrahã pro more, flendo ac plangendo. 258.I
Experimentalis notitia quomodo cõueniat deo. 255.B
Exterminari animam quid. 211.G
Exterminatio est qua quis moritur ante legitimum tempus. 211.G

F

Facere rectè non satis est, nisi facere matures. 216.H
Facere & posse idẽ sũt apud deũ, non sic apud homines. 30.B
Faciendum ne sit aliquod malum, ne alius grauius peccet. 230.A
Facta maiorum non omnia præscribuntur nobis ad exemplum. 306.D
Facies hominis cur dicitur in formatione eius. 56.H
Faciem dei cognitionem eius vocamus. 331.E.F
Facultatum multitudo est multorum causa malorum. 178.M
Fames Iudęorum præfigurata tẽpore Isaac. 281.F.G
Famis spiritualis in angustia vnicum consilium est. 382.E
Fames Aegypti vnde prouenit. 407.I
Famis necessitas patris amorem vicit. 388.F
A famulorum nequitia multa mala pullulant. 178.M
Fatum apud Christianos nihil reputari debet. 277.K.L
Fatum, cœlorum influentia, ordo causarum naturalium, & sors ipsa, non sunt aliud quàm dei volũtas & prouidentia. 290.I
Fata syderum à nostra fide respuenda. 26. K.L.
Fausti Manichæi error circa concubitum Loth. 236.M
Feræ ante peccatum homini subiectę erant sicut & postea Noe. 42. B. K. nunc sunt illi terrori. Ibidem
Feræ non nobis dominãtur. 43.A. licet per peccatum amiserit homo dominium. Ibidem.& B. 45.K.& seq.
Ferarum genera non minorem nobis conferunt vtilitatem quàm domesticorum. 38.H
Ficus fructus quomodo mutetur. 22.K
Ficus folia signa peccatorum fuerũt in primis parentibus. 84.E
Ficui quare Christus maledixit. 84.E
Fidere veritati dei est maximus honor quẽ ei impendere possumus. 206.G
Fidere nimium deo nemo potest. 208.F. sicut nec venerari nec amare. Ibidem
Fides vnum solummodo principium primũ confitetur. 4.M
Fides prima est in conuersione. 14.E
Fides syncera est. 356.E
Fides custodit à nocentibus. 37.M
Fides, deuotio & orationes fidelium erant deo odor suauissimus. 146.M
Fides vera non patitur quicquã honori diuino decidere. 191.C
Fides quid sit. 194.C
Fide nihil iustius est. 194. D. quam præuenire rationem bonum est. Ibidem
Fides iustitiæ meritum habet. 194.F in quo præcipuè consistit. I.K
Fides est fundamentum virtutum, & iustificationis exordium. 194.L
Fides non senescit, sed fit per tentationes constantior. 206.G
Fides vera negocios a est nõ sterilis. 208.D
Fides Loth non magni ponderis fuit. 235. H.& quantum temporis manserit in Segor non inuenitur. Ibidem.
Fides debet esse in dominum fortior quàm carnis affectus. 253.K
Fides & obedientia ad verbum dei quantũ deo placeant. 254.F
Fides est voluntatis non necessitatis. 269.C
Fides habet suos gradus. 297.A
Fides vera est non attendere ea quæ videntur, sed solam promittentis potentiam 298.M
Fides & charitas in deum mentem à visibilibus ad inuisibilia tranffert. 305.F
Fides debet habere causam iudicij vbi causa agitur religionis. 322.F
Fides ecclesiæ omnem obseruantiam gentilitatis aboleuit. 341.C
Fides fidelium vera deiici nõ potest ab hominibus. 351.H
Fides adhibenda est verbis dei promittentis bona credentibus. 401.B
Fides præcedit deuotionem. 402.G
Fidei meritum perderetur si per baptismũ homo fieret immortalis. 97.F.G
Fidei virtute mundus vincitur. 184.K
Fidei est non corporeis oculis, sed mentalibus imaginari ea quæ non videntur. 379.A
Per fidem oraculo admonitus Noe, ea quæ nondum videbantur veritus, &c. 138.M. 139.A
Fideles veri quam pretiosi sint in cõspectu dei. 235.E
Fideles semper domini recordãtur. 412.K
Fidelium est totus orbis. 399.D
Fidelibus deus sibi confidẽtibus, & dextrè agentibus succurrit. 364.C
Fiducia in deum omnia tuta reddit amicis eius. 282.C
Figuræ pulchræ electionis Agar & filij eius. 246.A.& seq.
Figuram oportet minus habere quàm veritatem. 357.A
Filiæ Loth an coniunctæ essent, vel despon satæ. 231.L.M
Filiæ Loth vnde habebant vinum ad inebriandum patrem. 236.D
Filiæ Loth patri non posse commisceri credebant, nisi eius ignorantiam procurarent. 237.A. vnde in multis excusabiles. Ibidem & B.C. non tamen omnino excusabiles. Ibidem.D
Filiæ Laban imposuerunt nomina Hebræa filiis suis. 324.M
Filiæ Iacob quæ dicuntur. 402.F
Filiarum Loth error in multis. 235.K.L.& an possint excusari ab incestu. I. L. M. quarum castior fuit. incestus, quàm pudicitia multarũ. M. 236. I. & seq. Inde excusabiles sunt. B.D.I.K
Filius dei est patris imago & omnis rei creatæ exemplar. 5.G.H. vnde illi conuenit ratio principij. H
Filius est imago patris. 42.F. non ad imaginem. H
Filius dei imago dei est, & nos ad imaginẽ dei facti sumus. 43.K
Filius hominis idem quod homo. 44.G
Filius dei quare natus est. 119.B
Filius Agar est qui secundum carnem viuit. 246.F.& aduersatur his qui secundum spiritum viuunt. Ibidem.& seq.
Filio plus acquiritur cui fratrum amor acquiritur. 350.A
Filij hominum qui dicuntur. 123.B.& seq. & filiæ hominum. Ibidem
Filij dei qui dicuntur. 123.B. & seq. 124.A & seq.
Filij dei quomodo à pulchritudine victi sunt. 123.D.E
Filij Seth filij dei erant. 123.I.K
Filij non pro voto nostro, sed dei gratia gignuntur. 148.K
Filij Seth producuntur ad Noe, & filij Sem vsque ad Abram. 167.H
Filij Abrahæ omnem terram orbis possident. 182.C
Filij productio sine grandi miraculo Abrahæ & Saræ fieri non poterat. 221.A
Filij noctis operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis. 229.G
Filij dei fiunt auditores credendo quomodocunque Christus annuncietur. 242.G
Filij à matribus lactati magis ab illis diliguntur. 243.I
Filij Abrahæ dicuntur qui per fidẽ veniunt ad agnitionem dei. 246.I
Filij sancti non nisi precibus & fide à domino impetrantur. 275.G
Filij Abrahæ sunt filij Isaac. 280.M
Filij solatio senum parentum sedulo obsequi debent. 289.D
Filij dei in spiritu potius dominãtur. 292.A
Filij contra parentum voluntatem non contrahant. 297.I
Filij potentum abuti solent patris voluntate & sapientia ad suam concupiscentiam 336.E
Filij patriarcharum pastores erant non ocioſi. 336.F
Filij illegitimi peiores sunt. 360.M
Filij Iacob an fuerint excusabiles circa permissionem factam Sichimitis. 337.H
Filij duodecim Iacob apostolorum cœtum expresserunt. 345.B
Filij tenebrarum quinque sensibus dediti cœlestia non curant. 378.F
Filij Iacob omnia in Aegyptum tulerunt quæ in Chanaan possederunt. 402.E
Filij Israel secundum spiritum benedictionem dei suscipiunt non autem filij secundum carnem. 413.L
Filij Iacob sunt quicunque deum fideliter confitentur. 415.I.K
Filiorum masculorum tria genera comprehenduntur in circumcisione. 210.C
Filiorum carnalium & fidelium differentia. 328.A.B
Filiorum Iacob ætas in excidio Sichimorũ 338.I.K. qui omnes in hoc facto peccauerunt. 339.A
Filiorum Iacob ætates. 344.K.L
Filiorum dicitur esse quod patris est. 414.I
Filiorum successio summa consolatio erat postquã subintrauit mortalitas. 104.K
Filiorum Iacob quidam assumuntur quidã relinquuntur. 430.A.B
Filiis concubinarum olim non debebatur hæreditas, nec æqualis honor. 258.C
Filios Iacob quare tam accurate Moyses ẽnumerauerit. 403.M
Finis eorum quæ fiunt dicitur principium actuum. I.L
Finis perfectio rerum, & virtutum consummatio ponitur. 402.K
Firmamẽti natura, & quomodo distinguat aquas ab aquis. 15.A.B.& seq. An sit aer distinguens nubes ab aquis inferioribus F.& seq.
Firmamentum priusquam cœlum factũ est. 15.D. in quo fixa sunt sydera. E. nec soli dum nec durum F. quod etiam dici potest spiritus. Ibidem
Firmamentum factum est die secunda. 15.G prius de nihilo creatum. Ibidem
Firmamentum tripliciter factum. 17.B
Firmamentum ad differentiam supremi cœli est appellatum cœlum. 17.E.F.G
Firmamentum an sit perituru. 17.K.18.K
Firmamenti pulchritudo. 18.C.D
Firmamentum vna species est, sed vnũ quid totum non est, licet mundi quasi tectum sit. 18.G
Firmamẽtum cœli dicitur tota ætherea machina cœlestis. 25.F
Fletus mortuorum apud diuersos diuersus. 431.C.& seq.
Fluuij paradisi non sunt spirituales. 58.L
Fluxus & refluxus maris ex motu lunæ causatur. 28.L
Fœcunditas non proficiscitur nisi à domino. 307.L
Fœdus dei cum Abram. 196.C.& seq.
Fœdus dei initum cum Noe quale fuit. 133.I
Fœdus cum Abraham initum in Isaac adimplendum erat. 213.M
Fœdus æternum quod in æternitatem ducit. 210.K. vel perpetuum, aut sempiternum. Ibidem.&.L.M
Fœlix qui sanctum ministrum consequitur. 366.H
Fœmina nulla in generationibus Seth vsq; ad Noe ponitur. 120.H
Fœmina instrumentum dei fit, etiam mentiendo,& dolum agendo. 289.C
Fœminæ rara probitas. 200.I
Fœmina est mas occasionatus. 209.E
Fœminæ alio remedio quàm per circũcisionem ab originali purgabantur. 209.D.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fœminæ ſeminis Abrahæ nubere non debebant niſi circunciſis. 337.G
Fœmitarum pudor quantus debet eſſe. 220.C
Fœmur Iacob quare contractum eſt. 329.D
Fons paradiſi primo vnum emittit fluuium, qui inde diuiditur in quatuor capita. 62.H. ſed an ſtatim diuidatur dubium eſt.L
Fons vnus generis humani. 73.M.74.C
Fontis ortus è paradiſo ad irrigandum ortum. 53.H. & ſeq. an vnus eſſet fons vel plures.K
Iuxta fontes & flumina deus magnalia ſua oſtendit. 303.A
Forma eadem patris & filij eſt. 39.E
Forma caſtitatis eſt periculum. 368.F
Formæ corporales ſunt immediatè à deo productæ in principio. 10.A.B
Fornicatio eſt ſemper peccatum ad mortẽ apud deum. 363.M.364.F
Formationis modus omnium creaturarum. 55.G.& ſeq.
Fornicationis genera ſunt tria. 360.K.L
Fornicationem honeſto modo ſacræ ſcripturæ appellant. 362.G
Fortis erat vera fortitudine Abraham, qui fortiſſimum dominum tenebat. 227.A
Fortitudo vera quæ ſit. 227.A
Fortuna ſequitur tentationes. 368.F
Frater in lingua Hebraica idem eſt quod proximus. 151.A
Fratres ſumus omnes. 150.L
Fratres dicũtur qui eiuſdem ſunt cognationis.179.D.& hoc tribus modis.E
Fratres pro filiis appellantur. 274.G
Fratres ſororibus olim copulabantur. 310.A
Fratres dicuntur vel filij vel cognati,vel etiam vicini. 320.E
Fratres Chriſti ſecundum carnem,Iudæi. 351.B
Fratres Ioſeph propter ſomnia oderãt eum 352.M.354.E.F.& ſeq.
Fratres Chriſti ſecundum carnem ſunt ſcribæ & Phariſæi. 353.K
Fratres Ioſeph non tantum malitia ſua fratri nocuerunt quantum ſibi. 360.B
Fratres Ioſeph quomodo exploratores erant. 384.B.C
Fratres Ioſeph in anguſtia conſtituti vendi tionem eius in memoriam reducunt. 385.G.H
Fratres vndecim Ioſeph & pater quomodo illum adorauerunt.390.F.G.& ſeq.
Fratres Ioſeph vendendo eum, ipſi venundati ſunt.358.M.quilibet eorum duobus argenteis. 359.A
Fratribus in hæreditatis diuiſione frequenter odia ſuccreſcunt. 150.M
Fraus triplex dicitur eſſe. 294.C
Fructus varij arborum. 23.A
Fructus arborum an ſimul creati ſint cum arboribus. 53.B.& ſeq.
Fructus arboris ſcientiæ boni & mali efficacia. 84.I
Fructus pacis eſt nõ perturbari in pectore. 328.K.L
Fructuum arborum mutatio. 22.I.K
Fundamentum præponendum eſt ædificio & ornatui eius. 6.D
Fundamentum debile ex morte Abelis. 109.L
Fundamentum primum & maximum fidei, eſt in reſurrectionem Chriſti credere. 401.E
Furtum ſimplex lege naturæ morte plectebatur. 322.A

G

GAd Chriſtum figurauit. 425. K.& ſequen.
Galatæ à Gomer filio Iapheth nũ cupantur. 160.A.vel Aphrica.B
Galaad mons eſt ad quem Iacob profugus peruenit à charris ſeptimo die.320.D.E
Ganges qui & Phiſon dicitur fluuius Indiæ. 62.H.M.63.A.F
Gaſtrimargia gula eſt. 80.F.81.I
Gaudia ſperanda ſunt poſt triſtitias fideliũ. 401.B
Gaza ciuitas Euæorum. 162.D
Genealogiam Chriſti conſtituunt tres fœminæ alienæ. 364.D
Generationes cœli & terræ quæ ſint. 52.D.E
Generationes ſeptuaginta ſeptem ab Adam vſque ad Chriſtum. 116.B.117.F
Generationes ſeptuagintaduæ ex filiis Noe egreſſæ ſunt. 159.C.D.L.163.D.E
Generationes ab Adam ad Noe decem à Noe ad Abram decem fuerunt. 167.K
Generationes Abrahæ vſque ad exitum de Aegypto.158.E.F.& vſq; ad terram promiſſionis.Ibidem.G
Generationes plures ab Abraham ad Moyſen per Eſau quàm per Iacob numerantur. 347.M
Generationes plures numerat Lucas,ab Abraham ad Ioſeph quàm Matthæus. 348.A
Generationum ſeries non ſemper per primogenitos. 119.L.M
Generationum præteritarum recordatio ad multa vtilis eſt. 118.M
Geneſis cur dicitur liber generationis cœli & terræ. 52.C.D
Genethlialogiam priſci philoſophi nõ probarunt.26.A. D. E.F. Eiuſdem confutatio.G.& ſeq.27.A.& ſeq.
Gentes ſiue populi de Sem.27.de Cham.31. & de Iapheth.15.Egreſſi ſunt. 159.C.D. L.163.C.D
Gentes conuerſę dominantur incredulis Iudæis. 159.D.E
Gentes quæ de carne Abræ ortę ſunt. 182.F
Gentes magis quàm Iudæi prophetiæ fuerant creditуræ. 363.C
Gentium vocatio. 246.A.& ſequen. 281. G.H
Gentium populus ad credendum in Chriſto per Iudæorum libros inuitatur. 277.E
Gentium populus per Iacob figuratus eſt. 278.G
Gentiles cuncti in nouiſſimis temporibus ad Chriſtum venient. 287.F
Genus humanum per fidem ab initio ſalutẽ aſſecutum eſt. 146.I
Genus humanum appellant filios Adam. 302.M.filios Iſrael,populum Hebræorũ &c. Ibidem.
Geon dicitur alias Nil⁹.62.F.H.63.F G. de quo multi contendunt. 63.G
Gerara ciuitas olim metropolis Paleſtinæ. 162.D
Gerara trans Daroma. 25.miliaribus diſtãs ab Eleuteropoli.237.K. metropolis Paleſtinæ.Ibidem.
Gerara metropolis erat Palæſtinorum. 280.G.H.
Geraris vel Gerara metropolis erat Philiſtinorum. 249.B
Germania ab Aſenez filio Gomer. 160.C
Germinatio terræ diuerſa. 21.K.& ſequen. 22.A.B
Geſta patriarcharum futurorum myſteria ſunt. 405.B
Getulia vnde Getuli ab Euila filio Chus. 160.G
Gigantes vnde generati ſunt. 123.L
Gigantes qui fuerunt. 125.D.& ſeq.
Gladius flammeus & verſatilis qualis erat. 102.A.& ſeq.poſitus ante portam paradiſi ne illuc homo reuertatur.G
Gladius quo circuncidenda ſunt membra. 212.C
Gloria capitis refertur ad membra. 189.F
Gloria popularis quomodo & à quibus acquiritur. 311.M.312.A.B
Gomorra vna de quinque ciuitatibus Sodomorum. 180.G
Gomorra vna de quinque ciuitatibus ſubuerſa cum Sodomis. 184.M
Goſen quidam credunt Thebaidem,alij vero Arſenoitem nunc appellari. 404.F. alij heroum vrbem.Ibidem.Latini autem Geſſen.Ibidem.
Gradus ſcalæ Iacob qui ſunt. 299.E.F
Gratia animarum clarificatur ſplendore vir tutis. 128.B
Gratia trina ſpiritus ſancti cuiq; fideli animæ depromitur. 144.D
Gratia diuina diuerſo modo omnia operatur. 154.K
Gratia diuina omnia nobis ſuppeditat. 247.H.quæ murus eſt inexpugnabilis. Ibidem.&.I.
Gratia ſuperna adiuuari quantum ſit. 376.F
Gratia dei corda regum & principum cum vult mutat & dirigit. 398.L
Gratia prædicit futura. 414.E
Gratiæ ſpirituſſancti operatio. 5.M
Gratiæ diuinæ effectus in omnibus actibus Ioſeph. 366.B.C.D
Gratiam apud deum inuenire plus eſt quam inuenire iuſtitiam. 128.B
Gratiam in oculis alicuius habere eſt illius frui fauoribus. 370.G
Gratiam ſupernam habentes etiã inter barbaros verſari poſſunt. 356.H
Gratiæ deo agendæ pro opere in quo requieuit. 48.L
Gratiæ deo offerendæ ſiue in proſperitate, ſiue in afflictione ſimus. 400.C
Gratiarum actiones & laudes deo in omni tempore agendæ ſunt. 268.H
Grauius nihil eſt quàm innocẽtem animam iugulari. 354.F
Gratias agit Abram deo ſuper promiſſionibus. 184.B.C.F

Gratitudo inhabitantium eſt caput & ſumma bonorum. 181.A
Gula quantum nociua.80.F.81.I. & comparatio eius ad cætera peccata.Ibidem.
Gulæ dediti vſque ad luxuriam facile pertrahuntur. 92.E.& ſeq.
Gulæ vitium nos quinque modis tentat. 279.G

H

HAereditas non niſi ad Iſaac fidelem, non ad filios concubinarum hæreticos ſpectat.272.H qui vitandi & ſeparandi ſunt à fidelibus.Ibidem.
Hæreſis circa creationem terræ. 6.H.I
Hæreſis Manichæorũ quàm ſceleſta & pernitioſa.7.E.& eius confutatio.F.& ſeq.
Hæreſis circa dæmonum pœnitentiam. 12.L
Hæreſis Manichæorum aſſerentium terram animatam.36.F.Eiuſdem confutatio.G
Hæreſis circa hominis creationem.39.C.D & ſeq.
Hæreſis circa dei imaginem corpoream. 39.I.K.& eius impugnatio.Ibidem.
Hæreſis Porphyrij & ſequacium circa præceptum dei Adæ factum. 68.I.K
Hæreſis quorundam putantium Chriſtum eſſe hominem ſolum. 73.C
Hæreſis circa priuationem iuſtitiæ originalis propter eſum pomi. 85.A.B
Hæreſis circa Arcæ Noe conſtructionem. 130.G.H
Hæreſis dicentium vetus teſtamentum non eſſe à vero deo. 271.M
Hæreſes circa generationem filij dei. 23.E.F
Hæreſum multarum confutatio ex geneſis principio. 3.G.& ſeq.
Hæreticus quicunque negans Chriſtum ante ſecula natum ipſe eſt Cham. 156.L 157.A
Hæretici per ſerpentem deſignantur.81.H. ac etiam per mulierem.Ibidem.&.I.
Hæretici ex hoc dicunt diabolum beneficum,quia primorum parentum oculos aperuit. 83.K
Hæretici per Cham exprimuntur,qui in fructu ſuo maledicitur.158.I.K.159.B.Et per Chanaan.Ibidem.&.C
Hæretici vnitatem eccleſiæ diuiſerunt. 272.G
Hæretici ſcripturas quæ fuerunt ante aduẽtum Chriſti obturauerũt,quę vero poſt, impugnauerunt. 284.F
Hæretici amici ſunt ſerpenti qui ſeduxit Euam. 311.A
Hæretici & hæreſes circa Chriſti doctrinã. 417.C.D
Hæreticorum impia dogmata per turrim Babylonicam figurantur. 164.I
Hæreticorum inuidia valde aucta eſt. 284. D.E.quæ atrocius in Chriſtianos quàm gentilium tyrannis deſæuiit.Ibidem.
Hæretica & à fide aliena non eſt in coniugium accipienda.261.G.ſed nec catechumena.H
Hai quam Hieronymus in locis Hebraicis vocat Gai iuxta Bethel.174.F.F.eſt in tribu Iudæ.178.G
Halcyone nidificante mare manet tranquillum. 33.F
Hazazonthamar olim dicebatur Engaddi. 186.B.D
Hebdomas ſignificat quemlibet ſeptenarium numerũ,in ſacris ſcripturis, annos. 306.H
Heber cur primus nominatus eſt inter filios Sem,cum ſit quintus. 162.G.& an ſit nomen proprium vel commune.K
Heber ante omnes filios Sem commẽdatur. 167.B.apud quem lingua ante confuſionem communis remanſit.167.B.C
Hebionitæ hæretici contra quos ſcripſit Paulus ad Galatas. 188.B
Hebraica lingua ſæpius appoſitione vtitur. 150.A
Hebraica lingua ab Heber dicta eſt. 159.A
Hebraica lingua erat ante diluuium. 118.D
Hebræa lingua ſola erat ante turris confuſionem. 166.E
Hebræa lingua an ab Heber vel Abraham ſit dicta.168.B.quæ tandem in ſola Thare domo remanſit.E
ebrææ linguæ auctoritas apud prophetas Hremanſit. 167.B
Hebræi ſolos nouere annos & menſes lunares. 72.K
Hebræi ab Heber cognominati ſunt. 162.G.M
Hebræi vnde dicuntur. 187.E.F.& ſeq.
Hebraiſmus in pleriſque à Latinis vitãdus eſt. 35.C
Hebron vel Chebron olim metropolis Philiſtinorum.184.A.diſtat ab Aelia.22.miliaribus.Ibidem.pluribus nominibus dicta eſt.Ibid.& ſeq.
Hebron quatuor milibus diſtat ab Hieruſalem.102.C. quæ prius dicebatur Cariatharbe.Ibidem.
Hebron vel Chebron prius dicebatur Arbe. 353.H
Heli propria vita iuſtus,ſed paſtorali remiſſus pœnas in fine dedit. 226.M
Heli filiorum prima culpa gula fuit. 279.G
Helias quantum potuit melote. 226.L
Heliopolis ciuitas ſolis vrbs Aegypti. 380.A
Hemath vocatur Epiphania Syriæ. 183.H
Herba bifariam diuiditur. 23.D
Herbæ miræ ſunt virtutis in effectibus. 26.D
Herbæ appellatione omnia ſemina vocat. 52.L
Herbæ & arbores quando primo factæ ſũt. 53.E.F
Herbarum quædam eſculentæ, aliæ minimè. 21.M
Herodes maior non eſt computandus in regibus Iuda. 361.G
Herodes alienigena abſtulit ſceptrum de Iuda. 423.D
Herodis crudelitas ſuper cęde innocẽtium non vituperatur,ſed narratur. 364.F
Heuila multiplex eſt. 63.B
Hieroſolyma prius dicta eſt Salem. 188.K
Hieroſolyma deſtructa propter crudelitates Iudæorum in prophetas & Chriſtum. 374.G.H
Hieruſalem nomina. 183.I
Hieruſalem, Salem, Solyma, Hieroſolyma, Luza, Bethel, Iebus, Moria, idem. 300. G.& ſequen. quę & Aelia.301.A
Hippocrates dixit conceptum propter imaginationem differre à parentibus. 313.L. 315.M
Hiſpani à Tubal filio Iapheth. 160.A vel Heſperia duplex.B
Hiſtorias narrare in ſcripturis ſacris multum condicit ad ſpiritalem doctrinam. 265.A
Hiſtorialis intelligentia in multis deficit. 248.B
Hoba vel Choba villa eſt i Damaſci regione.188.B.
Hœdus Chriſtum figurabat. 363.A.peccatorem.K.Ideo pro peccato mittitur. Ibidem.Pro peccatoribus. 289.M. 290.B. Homicida ſi effugiat homines, iudicium dei non poteſt effugere.150.M
Homicidę pœna eſt pœna talionis. 151.D.E
Hœdi pro peccatoribus accipiuntur. 289. M.290.B
Hœdus Chriſtum quandoque ſignificat. 363.A.& peccatorem.K.Ideo pro peccato mittitur.Ibidem.
Homicidium eſt cauſa prima terrenarum ciuitatum. 115.B
Homicidium Lamech coniunxit bigamię. 116.C
Homicidium quàm graue ſit peccatum.150. H.& pręcipue ſuiipſius.K
Homo & quęcunq; partes eius ex terra conficiuntur. 3.H.I
Homo dominus eſt ſuarum paſſionum. 7.H.I
Homo factus eſt in ętate perfecta. 23.L
Homo quantum cęteris pręſtat, tantum pręſtantiorem ſortitur animam. 37.D.E
Homo à reptili ſeductus eſt. 37.I.ab aliis feris iuſtè infeſtatur,à iumentis iuuatur. Ibidem.
Homo aliter quam cętera creatus eſt. 38.L. qui à deo factus eſt, reliqua iuſſu eius. Ibid.qui habet etiam honorem ſolis & lunę.Ibidem.&.M
Homo creatur cum conſilio, cętera omnia ſine conſilio.38.M.39.A.& cętera digni tate pręſtat.Ibid.40.H.I
Homo inter cętera creata ad imaginem dei eſt factus.40.C.ſed interior homo noſter.Ibidem.
Homo per peccatum diabolo ſimilis efficitur. 40.E.F
Homo æſtimandus eſt ex eo quod diſiungit eum à beluis. 41.E. Cętera quanuis pulchra cum beluis communia ſunt. Ibidem.
Homo ad imaginem dei pluribus rationibus eſt factus.41.H.& ſequen.& eius varia opera ad exemplar operum dei facta.M
Homo creatus à deo bono eſt, vt bonorum eius particeps fieret,imo omnium bonorum.40.M.41.A
Homo vnus ad duorum imaginem & ſimilitudinem fingitur.41.C.D.In quibus irrationabilibus antecellit.D.& omnium princeps eſt.G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo ad totius trinitatis imaginem factus est. 41.E.F. Et est imago dei. Ibidem. 42 A.I
Homo imago dei & ad imaginem dei dicitur 42.A
Homo deus dicitur 41.M.42. A
Homo per conditionem imaginem dei seruauit, sed per peccatum similitudinem amisit. 42.B.C D
Homo in maximis & minimis animantibus perdidit dominium, in mediis retinuit ad consolationem 43.B
Homo irrationalibus antecellit in hoc quo est ad dei imaginem factus. 43.C. ex quo cūctis animantibus præesse deberet. Ibi. & seq.
Homo quomodo fiat cum deo vnus. 43.M 44.A
Homo per peccatum similitudinem dei amisit, quā Christus instaurauit. 44. D.E
Homo vnde dictus sit 44.F
Homo quomodo sortitus sit vniuersorum principatum 45.I
Homo per peccatum amisit dominationem illam qua ad imaginem dei factus fuerat. 45 M. & prospera fuerunt illi aduersa. Ibi.
Homo qualiter sit factus immortalis. 47.B & post peccatum mortalis. Ibidem. & C
Homo an fructus arborum haberet ab initio 47.E.F G
Homo ante peccatum in suo genere bonus erat 47.H
Homo præter ea quæ sunt cæteris animantibus est præditus ratione 48.C
Homo factus est vt in deo requiesceret. 50.B.
Homo spiritualis omni tempore sabbatizare satagit 51.G
Hominis creationem sua causa præcessit. 54 E. F. G.K. & modus creationis eius. H. & seq.
Homo nil habet excellentius quàm quod ad dei imaginem sit fact⁹. 54. H. nec hoc secundum corpus, sed mentis intellectū. Ibidem
Homo quare è puluere formatus 56. E
Homo quando factus est spiritalis. 56. I.K.
Homo inter cætera factus erecta statura est 54. H.I. ad intuenda ea in quæ dirigat animam. Ibidem. 57. G.I.
Homo vnam tantum habet animam, & vnā vitam essentialem. 57.L
Homo qui secundum corpus, & non qui secundum imaginem dei factus est, non est positus in paradiso. 58.H.I.
Homo neque omnino mortalis, neque prorsus immortalis erat 59.F.61. H
Homo debuit extra paradisum produci. 60 C. & quare in paradiso locatus. Ibidem.
Hō formatus est in agro Damasceno. 65.F.
Homo paruus mundus dictus est. 66. F. qui & dei domus & eius templum fit. Ibidē.
Homo vsque ad belluarum mortalitatem deiectus est, qui per superbiam deus esse appetiit 100.A.
Homo finem mortis incurrit ob transgressionem 100. F
Homo si in paradiso remansisset, diabolo in æternitate & miseria similis fuisset. 101. C.D.
Homo quilibet ad inferni claustra ante Christi aduētum descendit. 102.A. Quæ plura fuerunt. B
Homo angustæ mentis præsentem mortem veretur, perpetuam negligit 112. D
Homo dicitur ad dei similitudinem factus propter intellectum, voluntatem & memoriam 119.C.
Homo est quando virtutem colit. 128. C. quia homo dicitur qui imaginem hominis saluam retinet. Ibidem
Homo nisi à peccato refrenetur, tandem in præceps ruit 140.G.
Homo irrationalibus non rationalibus natura prælatus est 149.B.& seq.
Homo cur in terrorem cæteris animalibus præponitur 149.G.D.
Homo non ita sibi notus est vt creatori. 250.C.
Homo suorum actuum dominus est, non aliorum. 261.M
Homo nō est factus propter stellas, sed stellæ propter hominem factæ sunt. 277.L.
Nullus homo præter Christum plenam habuit scientiam, & certissimam veritatem 240. L
Homo aliquando ab anima, aliquādo à corpore denominatur 406.L
Hominis vultus omnibus momentis & modis mutatur 41. B
Hominis figura erecta est ad intuendū cœlum 41.E.42.D.
Hominis natura media est inter angelos & bestias. 55.D.E. & quare. Ibidem
Hominis formatio cæteras excellit. 55.G &c.
Hominis corpus de limo, & anima de nihil facta est 56.G
Hominis corruptio ex dono dei erat. 65.E
Hominis & sequelæ conditiones si Adam non peccasset. 70.L. nec mortuus fuisset Ibidem M.
Hominis dignitas & excellentia. 66.F.G H
Homini multa detracta sunt, quia non bene est vsus ratione 57.G
Homini inest temporalis miseria, & misera temporalitas 101.C
Homini omnis scientia legis ab initio est infusa 104.L
Hominem solum fecit ad immortalitatem. 34.G.
Hominem sine peccato oportebat non erubescere, nec nuditatem suam attendere. 84.A
Hominem nemo auctoritate propria per se vel per hominem conductum 150.K
Homines quæ foris sunt probant, deus quę intus 134.I.
Omnes homines natura æquales sumus. 149.A.D
Homines ignoscere solēt his qui per ignorantiam peccant 237. B.
Homines mali cogūtur dei virtute aliquando dicere veritatem contra se 321.C.
Hominum nō sunt multa facta genera sicut cæterarum creaturarum 37.L.
Hominum maxima pars deo sunt rebelles & longè à similitudine dei 43.D
Hominum ingenia sunt diuersa 180. E
Hominum genera in Christo credentium post fidem Christi 284. C.D
Hominum priscorum probitas 304.B
Hominum duo genera inutilia generi humano 361.F.
Honor quantus sit parentibus exhibendus 411.G
Honoris magnitudo, beneuolentia, & misericordia domini erga hominem 45. I.
Honoris maximum signum inter homines est adoratio 332.I.
Honore inuicem præuenire docemur. 228.E.
Hordeum iumentorum cibus est, & seruorum rusticorum 284. H
Hospitalitas nō mediocris est virtus. 215.H
Hospitalitas copia bona est. 216.I.& quę est deo accepta, & hominibus grata. Ibidē & K
Hospitalitas magis accipit quàm dat. 217. C. cuius exemplar est Abraham. F. quam qui negligit, tandem negligetur. Ibidem & seq.
Hospitalitas Loth inter Sodomitas. 227. G.& seq.
Hospitalitas Loth & eius merita ab angelis remunerantur 231.C.
Hospitalitas sola memorat eripuisse Loth de incendio Sodomorum 232. H
Hospitalitas etiam apud infideles fuit. 266.B
Hospitalitatis Abrahæ excellentia & magnitudo. 219. C.D.K.& seq.& eius fructus. 220. D.F 221.I.K
Hospitalitatis merces 216.K.
Hospitalitatis gratia tam in veteri quàm nouo testamento plurimum commendatur 228.E
Hospitalitatis leges 228. I.
Hospites sumus omnes in hoc incolatu. 216. I
Hospitij Abrahæ erga peregrinos preciū. 249.H
Hostia placens deo salus est peccatorum. 292.F
Hostes orando & bene operando præuenire oportet 326.G.
Humana natura multarū perfectionum capax est 41.H
Humanū genus melius ab vno quàm à pluribus inchoatum est 55.D.E.
Humanum genus semper maiora supra se appetit 163. L
Humanæ conditionis dignitatis. 40.H 41.A.
Humilitas recordari facit hominē quia cinis est & puluis. 225.K.L
Humilitatis veræ testimonia. 90.E
Humilitatis virtus magna est potentibus viris 149.A
Humilitatis effectus 191. F.G
Hus primogenitus Nachor de Melcha. 257.L
Huz Traconitidis & Damasci conditor. 162.L. cuius regio Austitidis, vel Vsitidis, vbi natus est Iob. Ibi.
Hyems quando fit 27.E
Hyle non est deo coæterna vt quidam finxerunt philosophi 4.H.6. D.E.
Hypocritarum conditiones 318. L

I

Aboch fluuius inter philadelphiam & Gerasam fluens, Iordani commiscetur 329.A.B.

Iacob in certamine pietatis Esau præstantior fuit. 277.I
Iacob quomodo per dolum accepit benedictionem qui erat siue dolo. 278.C
Iacob mores & virtutes. 278.H.I.K
Iacob à luctando & supplantando nomen accepit. 278.H
Iacob quomodo sit factus supplantator. 279.E.
Iacob magna in patrem reuerētia. 289.D.E
Iacob ex verbis matris ipsam dei voluntatem præsciuit. 289.H
Iacob frater iunior fratrem seniorem exuit 290.A. & an dicens se Esau cooperatus sit mendacio. E
Iacob gentilis populi figurā tenet. 292. K. qui post cibum & potum à patre benedicitur. M.
Iacob luxit filium suum Ioseph. 23. annis. 357. K
Iacob typum Christi gessit, qui peccatum supplantauit. 295.E
Iacob parentes & fratrem fugiens Christū figurabat. 297.E.F. 299.D. Cuius dormitio in itinere mortē Christi figurabat. F
Iacob dormiebat vbi Abraham filium obtulerat. & promissiones receperat. 300. B. Ibi locus templi Salomonis, & Christi passionis. Ibidem. & C. & primo deus coli voluit. C. & ecclesia dei est. D
Iacob in Bethel tria contigerunt. 300.E
Iacob electus Esau reprobato ad quærendā sibi vxorem missus Christum figurauit. 303.B
Iacob Iam octogenarius adhuc cœlebs & castus erat. 304.B
Iacob in nuptiis suis fuit in multis deceptus. 305.M
Iacob post septem dies nuptiarū cum Lia, accepit Rachelē in vxorem. 306.F.G.H
Iacob an peccauerit plures ducens vxores. 306.K.& quare deus permiserit. L
Iacob & sanctorum patrum virtutes quomodo nos imitari oportet. 312.E
Iacob terram Chanaan vocat terram suam, & patriam suam. 312. F. terram vero patrum suorum vocat peregrinationem suam. Ibidem.
Iacob faciens oues & capras gignere maculosos fœtus non à seipso, sed à superna gratia mouebatur. 315.G. quia deo volēte natura ipsa superatur Ibidem. & seq. 316.F
Iacob charitas & beneuolentia erga fratrem. 326.I.K
Iacob quomodo habuit fidem promissorū timens occidi à fratre. 327.C.L
Iacob lucta passionem & resurrectionem Christi figurat. 330.C.& seq.
Iacob fides atque deuotio insuperabilis erat. 330.D
Iacob claudicatio fideles & infideles ab ipso descendentes significat. 332.B.& eius occursus ad fratrem Christum occurrentem Iudæ traditori. L
Iacob an sit mentitus dicens se secuturum fratrem in Seir. 334.D
Iacob māsuetudine Laban superauit & fratrem. 334.G
Iacob matrimonium cum quatuor vxorib⁹ non est factum sine causa. 344.G.H
Iacob & Esau. 120. annorū erant cum Isaac patrem suum sepelierunt. 345.F.H
Iacob patientia audientis Dinam filiam cō stupratam. 336.E
Iacob fundens vinum & oleum super lapidem in Bethel figurauit ecclesiæ sacramenta. 343.D.E
Iacob filios paterna charitate diligens non vniformiter diligebat. 249.I.& seq.
Iacob non reuelauit deus de seruitute filij sui Iacob. 389.B.C. quamuis non distaret ab eo trecentis miliaribus. C
Iacob non egreditur Chanaan absque prēuia oratione & dei reuelatione. 401.I.
Iacob ingressus est Aegyptum cum. 66. animabus egressis de fœmore eius. 403.G. H. & quomodo aliquando cum septuaginta, aliquando cum. 75. dicatur introisse. H.& seq. 404.A.B
Iacob ætas cū profectus est Mesopotamiā, cum genuit Ioseph, cū ingressus est Aegyptum. 406.E.F.G. & illius tribulationes. H.I
Iacob quomodo funus suum tantum curauerit. 410.E.F.& an filium vel virgā an deum adorauerit. G.& seq.
Iacob cur filios ancillarum pari honore cū legitimis dignatus. 430.B.C
Iacob humanissimè cōuersatus est cum Aegyptiis. 432.D
Iacob introitus in Aegyptum accipiendus est quandiu Ioseph vixit, per quem factum est vt intraret. 433.K
Iamim quid sit. 347.B.C.& seq.
Iapheth quod natura non habuit, saniorem ob mentem accepit. 157.H
Iapheth filij variarum nationum origines fuerunt. 159. A. B. & præcipue in Europa. Ibidem.
Iapheth pater gentium. 158. I. qui interpretatur latitudo, quia lata est multitudo credentium. Ibidem. & seq. 159. A.B.C
Iapheth cur maior Sem & Cham dicitur. 162. I.K.& an sit primogenitus. K
Idola Iudæorum. 183.H
Idolorum error vnde profectus est. 3.F
Idololatræ damnatur, quia idolo exhibent quod soli deo debetur. 259.G
Idololatrarum grauis error. 321.E
Idololatria ex qua radice processit. 79.G
Idololatria vnde processit. 84.M
Idumæa recessit à Iudæorum dominio tempore Ioram. 294.K
Idumæi dicuntur. Edom ab Esau principio illius gentis. 346.E
Idumæi primo habuerunt duces, deinde reges, & iterum redierunt ad duces. 348.C & rursum ad reges tēpore Ioram. Ibidē.
Iebusæi à Iudæis non potuerunt expelli ab Hierusalem vsque ad Dauid. 183.I
Iecur in corpore animalis cunctis venis sanguinem ministrat. 59.M
Ieiunium est ipsa omnis paradisi vita. 96.K
Iesus Christus risus & gaudium est omniū electorum. 244.B
Iesus venit aperire oculos cæcorū. 248.D
Iesus in cruce positus fleuisse creditur. 329.I.K
Iesus Hebraice salutare latinè dicitur. 425.D
Iescha filia Aran an fuerit Sarai. 168.L
Ignis in omnibus mixtis reperitur. 2.B
Ignis ex se nihil gignit, sed terræ & aquis gignentibus cooperatur. 9.C
Ignis de cœlo ad sacrificium deuorandum descendere solebat. 105.H.M
Ignorantes deum naturas rerum ignorauerunt. 1.H.
Ignorantia rex Abimelech se excusat. 248.K
Ignorantiæ & fragilitatis peccata deus venialia ducit. 239.B
Ignorantiæ peccatum coram deo imputari, & iudicari lege docemur. 282.C
Imago dei quæ sit? 40.C.& seq.
Imago hominis interdum deo, interdū diabolo similis est. 40.F
Imago & similitudo in quo differunt. 42. D.E.& quid vtraque. Ibidem.
Imago multis modis dicitur. 42.F.I
Imago dei æqualiter ab omnibus hominibus participatur. 56.D.E
Imago hominis est rationalem esse. 128.C
Imaginem dei quomodo habeamus, & si sit incomprehensibilis. 41.B.C.H
Imaginem dei habemus si eius imitatores sumus. 41.H.& seq.
Imagines ad incitādam deuotionem in deū inuenit Enos. 118.E
Imagines astrologicæ an sint licitæ. 319.L
Imagines in ecclesia quomodo & quare receptæ sunt. 324.K
Imitatores deus nos esse voluit. 6.F
Immundum est quicquid præter naturam mouetur. 142.B
Imperium ternarium potentiæ creatricis super aquas. 21.E
Impietas mater est delictorum. 107.F
Impius suis etiam suspitionibus affligitur. 328.K
Impij non tantum mali sanctis inferre possunt, quantum volunt. 324.H
Impij nunquam dicuntur aucti. 409.I
Impostores qui dicuntur. 282.B
Impressiones cœlestes interdū multa præsagiunt. 26.A.B
Improbus pater improbum generauit filium. 154.G.H
Improbum plus præsentia quàm futura solicitant. 111.B
Improborum varia est cautela, & tentatio iuncta periculis. 336.F
In aliquando Hebræis vsurpatur pro cum. 327.I
Inaures ornamentum vultus & aurium. 265.H
Incarnatio Christi per omnia fuit manifesta 331.H
Incarnationis opus præcessit secundum similitudinem. 50.A
Incarnationis Christi figura. 398.H.I
Incestus est si quis cognoscat mulierē quā pater cognouit. 416.C
Incircumcisus carne & corde. 211.M
Increpatio dei ad Adam. 88.A.& seq.
Indiæ regiones plus cæteris auri venis abūdant. 63.B. ita & insulæ eius. Ibidem.
Indigni notitia dei dicuntur quorum actus indigni deo sunt. 224.A
Indulgentia non solum est peccatorum quę fecimus sed eorum quæ omittimus. 232.G
Infernus interdum sepulchrum & fossam significat. 358.K.L
Infideles in multis sequimur. 302.G.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infideles sua tantum curant. 338.D. eorum pessimæ conditiones. Ibidem.
Influentiæ stellarum & planetarum in terram. 28.F. In corpora humana, non in animam. Ibidem.
Influentiæ astrorum non omnino spernendæ. 29.K
Ingratum beneficio se indignum reddit vt amplius recipiat. 147.I.K
Ingredi ad mulierem est generationi incubere. 308.M
Iniquitatæ & fraudes in quo differunt. 93.E
Inimicitiæ inter mulierem & diabolum. 93.K.L
Inimicitiæ inter deum & homines veniunt ex prima præuaricatione. 211.B
Inimici veritatis fiũt testes veritatis. 320.G
Inimici nobis conciliandi sunt quantuncumque iustam causam habeamus. 326.K
Iniuriam proximo irrogatam deus sibi fert acceptam. 239.B.& sibi vindicandam seruat. Ibidem.
Iniquitas cordis non carnis vitium est. 43.I
Iniquitas inimica est iustitiæ. 295.I
Iniusti generatio comprehenditur prius quàm iustorum. 154.G
Iniustum est vt homo sit homini, vel animali alimentum. 150.I. quia talis occisio est naturaliter iniusta. Ibidem.
Innocentes non turbentur, cum falsis criminibus appetuntur. 370.G
Cum Innocentes patimur, pristinorum peccatorum reminiscamur. 393.G
Innocentia libera est. 359.K
Inobedientia quomodo mortis causa fuit. 67.F.G
Inobedientiæ magna pœna proposita est. 97.D.
Insidiatores etiam inuiti ministrant dispensationi futurorum. 354.H
Inspirare est spiritum facere. 57.A.B.F
Instinctus in auibus vel brutis ex duplici causa procedere potest. 394.A
Instrumenta multa conceduntur homini ad domandas feras. 45.K. L. & volatilia. Ibidem.
Intellectus actiones. 40.I.K.43.L.44.C
Intelligentia ad vitam animæ spiritalis necessaria est. 383.E
Intemperantia coniugij multa mala facit. 201.C
Interpres diuinitatis est Christus. 405. A. qui vere saluator mundi est. B
Interpretationum diuersitas vnde profecta est. 119.F.I.K
Interrogatio blanda suauem meretur respõsionem. 259.D
Inuentores rerũ ex generatione Cain prodierunt. 115.E.F.G
Inuidia est causa inimicitiarum diaboli ad hominem. 78.F
Inuidia nihil cum ratione operatur. 283.D. quæ non potest aliorum videre fœlicitatem. Ibidem.
Inuidia radix est homicidii, & fructus inuidiæ homicidium. 290.H
Inuidia comitatur diuitias. 317.D
Inuidia sanctos adussit. 348.K
Inuidia fratrum Ioseph in ipsum. 349. D. & seq.
Inuidia ex bonis causatur. 350. E. F. quæ Cain ab initio in fratrẽ armauit. Ibid.G
Inuidia exarsit inter filios Iacob propter tunicam. 350. A. B. K. quos Ioseph iniuria non affecerat. D.E. 354.E.F
Inuidiæ morbus difficilius curatur quàm cętera vitia. 351. K.M. quę mortiferis basilisci venenis comparatur. L.M.
Inuidiæ morbus animam prius corrumpit. 360. A.
Inuidiæ effectus. 350. G.H.& remedium cõtra illam. I.K. 351. L.M. 352. A.B.
Inuisibile quid dicatur. 6. B.E.H.I.
Inuisibilia sunt his quæ non videntur potiora. 2.F.
Inuocare nomen domini quid sit. 118.C.
Inuocationi nominis dei multas tribuunt Hebræi virtutes. 118.D
Ioannes baptista erat frater Christi secundum carnem Abrahæ. 362.L
Iob quidam fuisse de genere Esau, alij opposítum autumant. 188.K
Iob de tribu Hus primogeniti Nachor. 257.L.M. & non de genere Esau. Ibidẽ.
Iob quidam dicunt genus à Nachor, alij ab Esau duxisse. 347.I.K
Iocabed filia Leui & mater Moysi annumeratur filiis Iacob. 403.E.404.C
Ionas prudenter sapere volens prædicationem recusauit. 367.A.B
Ionię nomen dedit Iauan filius Iapheth. 159. K. 160. A
Iordanis diuidit Iudæam, Arabiam & Aulonem. 180. G
Iordanis ex Ior, & Dan, fontibus oritur. 188. A.
Ioseph multis effulsit virtutibus. 348. H. I. L. qui est speculum pietatis & castitatis. I.
Ioseph ex sterili Rachel natus eiusdẽ bene dictiõis cũ patre hæres futur⁹. 348. K.L
Ioseph multam inuidiam & persecutiones à fratribus passus. 349. D.& seq.
Ioseph cur à patre plus cęteris fratribus est dilectus. 349. G.& seq.
Ioseph ardentius pater diligebat, quia typum domini præferebat. 349. I. & seq. 350. A.& seq. 352. M.
Ioseph amor patris inuidiam concitauit. 350. E
Ioseph in quibus Christum figurauit. 350. L.M. 351. A.& seq. 353. K. & seq. 354. A. & seq.
Ioseph quomodo à patre, à matre & fratribus sit adoratus. 352. D.E.F. cuius somnia Christi parabolis similia sunt. I. M.
Ioseph susceptę seruitutis notam quem dominus præparabat ad gloriam. 366. A
Ioseph à fratribus venditus est ne ab ipsis adoraretur, sed ideo est adoratus quia venditus. 366. M
Ioseph sapientia dei adiutus in omnibus suis operibus bene prosperatus est. 366. L.M. & tribulationibus magis iustus ostenditur. 367. B
Ioseph non solum anima, sed & corpore pulcher erat. 367. G. sed pulchrior intus quàm foris. M.
Ioseph naturalem legem ante legem datam seruabat. 368. C.D.&. 4. virtutibus probatus est. G
Ioseph non pluris fecit vestimenta corporis quam animi castimoniam. 369. B. ab vxore domini teneri veste potuit, animo capi non potuit. Ibidem.
Ioseph inuenit gratiam in carcere. 370. G. vt etiam inclusos custodiret. Ibidem. H. ad imperium natus. K.
Ioseph in carcere inter duos principes Christum figurabat inter duos latrones 374. E.F.
Ioseph cur seruitutem suam patri non manifestauit. 374. M. vel cur deus eam Iacob nõ reuelauerit. Ibidem.
Ioseph non fuit sine peccatis minimis. 375. A. pro quibus tribulationes passus est. Ibidem.
Ioseph exaltatio & conditionis eius mutatio. 379. E. F. & seq. 380. F.& seq.
Ioseph mystica meruit præmia. 380. F. qui 13. annis fuerat seruus. 381. A
Ioseph somnia impleta sunt fratrum opitulante inuidia. 382. L
Ioseph patrem & fratres per. 22. annos pręcessit in Aegyptum. 360. C.& seq.
Ioseph non est permissus à fratribus occidi. 355. D
Ioseph venditionem oportebat per Iudam fieri. 356. F. quæ figura fuit Christi. M. 357. A.B.C.
Ioseph bis venditus fuit. 358. M. 359. G.H
Ioseph quomodo duxit filiam Phutiphar is si ipse esset eunuchus. 358. L. M
Ioseph ante famem Aegypti duos genuit filios. 381 E.I.K.L. Ideo adorat⁹ est, quia venditus. 382. L
Ioseph cur iurat per salutẽ Pharaonis. 384. H.I.& vtrum sit periurium. I
Ioseph cur ita duré fratres suos tractauit. 385. M. austeritatem fingit vt charitatem exprimat ampliorem. 386. A
Ioseph cur non mandauit patri captiuitatem suam, 389. C. & seq.& cur deus permisit eum pati. D.E
Ioseph cur tantum fratres suos afflixit. 389. E.F
Ioseph auguriis non vtebatur. 393. M. nec serio sed ioco dixit non esse ei similem augurem. Ibidem.
Ioseph in Aegypto habebatur vt pater vt dominus & vt princeps. 397. F.G. 398. D
Ioseph in fratres misericordia & pietas. 396. K. 397. A
Ioseph manifestatio ad fratres Christi manifestationem figurabat. 397. H & seq.
Ioseph filij post ingressum Iacob patris eius. 403. H.& seq.
Ioseph dispensando frumenta egentibus pro pecunia fidelis fuit dispẽsator. 407. B.& subiecit Pharaoni totã terram Aegypti. K.L
Ioseph an fuerit à patre & matre adoratus. 410. I.& seq.
Ioseph benedicebatur in filiis suis. 413. C.
Ioseph officia duo. 427. F
Ioseph Christum figurauit in benedictioni bus suis. 428. K.L. 429. D
Ioseph benignitas in fratres. 432. L. 433. E.F.
Ioseph venditio non fuit à diuina voluntate, nec ei placita. 433. D. euentus autem eius placuit. Ibidem.
Ioseph. 40. annis regnum Aegypti admini strauit. 433. M.& postea sepultus est in Sichem. 434. A

Ira germen est corporis. 48. H. quæ interdum laudabilis, interdum vituperabilis effectus. Ibidem. & I
Ira interdum peccatum est, interdum non est peccatum 108. D.
Ira Cain inuidia erat diaboli 108. D.
Iram dei inextinguibilem accendimus, si cõtra benignitatem eius ex sua largitate pugnamus 368. A.
Iracundia locum non habet vbi pax est. 401. C
Irrationalia in rerum creatione hominẽ ratione præditum præcesserunt 8. C
Irrationabilia cur in diluuio deleta sunt. 127. A.B.F. 131. M. 132. A.B. 135. D. 139. I 140. C
Irrationabilia naturaliter homines humanamque faciem metuunt. 149. D
Iris quomodo in nube causatur. 152. M.& quomodo causa pluuiæ. Ibidem.& an sit is arcus promissi fœderis ipsi Nõe. 153. A.& seq.
Iris cum sit naturalis quomodo potest esse causa supernaturalium iudiciorum. 153. F.
Isaac nativitas typus fuit incarnatiõis Christi 207. C
Isaac secundum carnẽ genuit reges Iudæos & Gentiles 212. L
Isaac quare sic fuerit appellatus. 213. I.& seq.
Isaac Christũ & nomine & munere signat. 213. K
Isaac mirabiliter concipitur. 242. L.M. 243. F
Isaac natus ob risum parentum sic appellatus est. 243. B.& seq.
Isaac Christum figurabat 244. B.G
Isaac filius promissionis est non carnis, Ismael carnis non promissionis. 245. E
Isaac natus fuit in Geraris, non in Mambre 248. M 249. B.
Isaac obedientia & fides super præcepto diuino sibi patefacto à patre. 253. L qui simpliciter se ligari permisit. M
Isaac quid patientius, qui ligna portat, & aræ superpositus non reluctatur. 254. B.C
Isaac fuit in omnibus figura Christi. 252 K.L. 253. A.B.& seq. 255. I. & seq.
Isaac immolatus est vbi Christus crucifixus est. 255. L. & ibidem prius Adam fuerat sepultus. M.
Isaac typum habuit saluatoris nostri. 276. L
Isaac & Abrahæ comparatio. 278. A.B
Isaac tanto tempore sterilitatis vxoris cur non aliam vxorem accepit sicut Abrahã pater eius 278. A.
Isaac Esau, & Rebecca Iacob vnice diligebat 278. E.F.G. & seq.
Isaac deum figurauit, qui vtrunque populũ sibi filios fecit 278. H.
Isaac nec passum pedis, sicut nec Abraham habuit in terra Chanaan 280. K
Isaac in idem periculum apud Abimelch incidit in quod pater eius Abraham. 281. L.M
Isaac cur prohibitus est Ingredi Aegyptũ, Abrahã vero & Iacob iussi sunt intrare. 282. F G
Isaac post venditionem Ioseph vixit annis tredecim 359. B.
Isaac elegit magis discedere quàm litigare 284. A. vbique sui similis. Ibi.
Isaac possessiones fidei post passionẽ Christi figurabant dilatationem. 284. C.D.
Isaac Palæstinos mansuetudine vicit. 286. I. K.& seq. cuius virtutes cuncti discere debent. 287. A & seq.
Isaac cur ex duobus filiis malum benedicere, & non bonum volebat. 288. I
Isaac portat imaginem dei patris. 288. K
Isaac & Rebecca pari affectu erga filios certabant. 289. F.G.
Isaac cæcutiens oculis Iudæos figurabat. 291. F.
Isaac didicit primogenituram vel venationem nihil posse proficere Esau. 293. G. nec se, à Iacob deceptum conqueritur. Ibidem
Isaac non Esau quem voluit, sed Iacob quẽ noluit benedixit 293. H
Isaac cur vnam tantum benedictionem habuit. 295. E.F
Isaac surreptionem benedictionis æquanimiter tolerat 296. H.
Isaac mittens filium in Mesopotamiam dei patris filium figurabat 297. D
Isaac ætatem Abrahę excessit quinq; annis 345. D
Isaac vixit post venditionem Ioseph in Aegyptum 348. M. 349. AB
Isaac in holocaustum deo oblatus, benedictionem hæreditate possedit. 411. L. & cur non ambos filios benedixerit, cum Iacob omnes filios suos benedixerit. Ibidem.
Isachar Christum figurauit. 424. F. vel eius apostolos. G. vel hæreditatem gentiũ. H
Isai enim proferunt semper, & non Iesse. 398. C.D
Ismael primus à deo nomen sortitus est. 203. M
Ismael natus est Abrahæ anno vndecimo ab introitu terrę Chanaan 206 A
Ismael quatuordecim vel tredecim annos habebat in Isaac natiuitate. 244. L. 245. H.I
Ismael vel solus irridebat Isaac, vel ipse cũ aliis vel conuiuium ablactationis imperabat 244. M.
Ismael post decẽ & octo annos ejectus est. 245. I. & Iudæos Christum persequẽtes & Iudę ejectos figurabat 246. A.
Ismael mortuus est superstitibus cunctis liberis suis 274. G
Ismaelitæ qui sunt 204. A.B.
Ismaelitæ nunc vocantur Saraceni. 247. I
Ismaelitæ iidem qui & Agareni ab Agar, & Saraceni à Sara 274. C.
Israel aliquando erat pars domini, nunc autem propter peccata dispersus est sub vniuerso cœlo 257. C.
Israelitæ ducentis & decem annis fuerunt in Aegypto 197. M. 198. A
Israel populus institutus est solus hæres Abrahæ quoad terram Chanaan. 199. F.
Israel ingressus in terram promissam cum filiis suis 329. B.C
Israel quid significet, & vnde dicatur. 329. M. 330. A. B.
Israel florebat antequam veniret Christus. 330. G
Israel nomen compositum 335. F
Israelitæ soli fuerunt olim peculium dei, & vera hæreditas 292. A
Israeliticum genus non rationẽ naturę, sed diuina gratia propagatum est. 307. K.L.
Israelitici & Aegyptij populi differentia. 409. E F G
Italia à Tubal filio Iaphet. 160 C
Iubal musicam coluit, & psalterium citharamque laudauit. 115. C. quæ in duabus columnis insculpta mandauit. Ibidem D
Iudæa pro nihilo habetur, dum gentilitas ad contemplationem perducitur. 271. F.
Iudæa laqueis suis capta pro Christo Antichristum expectat 425. D
Iudæa inter Euphratem & Rhinocoruram. 199. E.F
Iudæus perpetuum bellum indixit Christo 39. G
Iudæo vel gentili christianus filiam tradere caueat 261. G
Iudæi sunt filij Abrahæ tantum secundum carnem. 207. H.& ideo eiicientur foras Ibidem
Iudæi per Cain figurati exules & trepidi. 111. G.& seq.
Iudæi negant posse inter dormiendum quẽ quàm generationi vacare 236. E
Iudæi Christum occiderunt propter ecclesiam sponsam eius 241. F
Iudæos in fine cum gentibus victuros figurauit reuersus Abraham cum pueris. 257. K
Iudæorum populus longe maior ætate, sed longe minor virtute christiano. 277. B.
Iudęorum consilium in Iesum sub figura Ioseph & fratrum eius. 355. A.& seq. M
Iudæi sanguinum viri quomodo sunt per Esau figurati. 278. G. qui propter superbiam & incredulitatem sunt subiecti. H.I
Iudæi multis vicinis suis ob idololatriam seruierunt. 183. K.L.& nunc omnibus seruiunt. Ibidem. & vsque ad finem mundi seruituri sunt Cæsari. Ibi.
Iudæi quomodo trahendi sunt ad fidem. 386. C
Iudęi dicunt christianos ab Esau descẽdisse 294. K
Iudæorum corda duriora saxis deum non cognoscunt. 291. E
Iudæi propter traditiones hominum traditiones dei dereliquerunt 297. K.
Iudæi secundum carnem Christo erãt propinqui, sed non omnium propinquitatẽ approbauit 304. I
Iudæi temulentiæ Iacob tribuunt, nos pudicitiæ quod deceptus sit in nuptiis Liæ 306. D.
Iudæi oderant Christum propter miracula 352. M
Iudæi in comparatione christianorum pauci sunt 417. A
Iudæorum figmentum circa hæc verba: Faciamus hominem, & cætera. 39. D.E.& seq.
Iudæorum populus post veri Abelis mortem profugus viuit inter gentes & vagus instar Cain 114. E
Iudæorum reprobatio 246. A & seq.
Iudæorum calumniæ in nostram æditione. 374. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæi aduersantur Christianis, sicut aduersabantur Christo. 257.B
Iudæos reliquit omnis sanctitas & omnis iustitia ex quo cœperũt blasphemare Christum. 276.K
Iudas nõ excusatur à peccato fornicationis cum Thamar. 362.G
Iudas vterq; suo facto non intendebat bonum quod inde euenit. 363.E.G
Iudas exponit se venditioni pro fratre, qui fratrem venditioni exposuerat. 395.G
Iudas benedictione paterna fratribus præfertur quia Ioseph à morte liberauit. 355.E
Iudas duxerat vxorem ante vẽditionem Ioseph. 360.C.& seq.
Iudas vitam cum precio perdidit. 357.D
Iudæ tribus regia fuit, imprimis quia numerosior. 419.B. ad quẽ primogenitura pertinebat. Ibidem. & quia semper constantior & fortior. E
Iudæ tribus post reditum Babylonicum nõ est vocata Israelitæ sed Iudæi. 419.I
Iudaicus populus non solum Christum sed etiam in eum credentes persequutus est. 296.G
Iudaicus populus hactenus insidiatur corruptioni ecclesiæ Christi sponsę. 417.A
Iudicium diuinum circa vniuersum. 48.D
Iudicium vnius trinitatis triforme est. 140.L
Iudicium & correctio dei incipit à domo dei, & in reproborum damnatione quiescit. 159.E
Iudicij dies quam tremenda omnibus erit. 199.I.K
Iudicia astrorum in quibus tenenda. 27.C. In his sæpe diabolus se immiscet. D
Iudicia dei sunt occulta. 389.D
Iudiciis astrorum vti circa ea quę à voluntate nostra pendent, graue peccatum est. 27.E
Iudiciis humanis non est de deo sentiendũ. 340.G
Iumenta quę sunt. 36.M.27.A
Iumenta concessa sunt homini ad onera graviora. 45.K
Iurare quomodo dicatur dominus, & an sit illi iurare necessarium. 256.E.I
Iurabant patres manu sub fœmore posita. 410.A
Iuramentum antiquorum. 248.H
Iuramentũ inter quos locũ habet. 262.C.D
Iuramẽtum non celebratur sine inuocatione diuini nominis. 325.C
Iuramentum duplex. 384.I.& seq.
Iuramenti firmationem deus vocat iuramẽtum. 280.L
Iurans promissoriè immobiliter se obligat iuramento. 261.L
Iuratio dei veri & veracis. 257.G
Iuratio quomodo maledictum intelligitur. 267.D.E
Ius sepulturæ, primogenituræ, aut patronatus vendere vel emere non licet. 258.L. 259.I.& seq.
Ius patronat⁹ partim temporale partim spirituale est. 279.D
Iustificari nemo potest à peccato, nisi fuerit ante peccatum confessus. 90.A
Iustitia defuit sacrificio Cain, & Iudę. 107.C
Iustitia triplex in Abel fuit, virginitas, sacerdotium, & martyrium. 109.H
Iustitia magna est quę pro sanguine innocẽtis vindictam expetit. 110.I
Iustitia antiquorum circa nuptias cum affinibus. 364.I
Iustitia est credere his quæ à deo dicuntur. 379.A
Iustitia non modo ea est quæ suum cuique tribuit, sed omne probitatis equitatisq; genus. 194.I. à qua homines boni appellantur. Ibidem.
Iustitiæ originalis status fuit donum gratiæ speciale. 98.E
Iustitiæ prędonium certum est deum testem & defensorem habere. 324.E
Iustitiam originalem nullus habuit post peccatum primorum parentum. 84.M.85.A. & quare sunt omnes posteri Adæ priuati. Ibidem.
Iustitiam originalem non potuit Adam mereri pœnitendo, quam perdiderat peccãdo. 98.E
Iustitiam summam apprehenderunt pleriq; per reprehensibiles actus. 291.A
Iustitiam qui sequitur, necesse est vt probetur. 364.A
Iustus quisq; Christo æquari non potest. 73.D
Iustus appellatione omnem virtutem complectitur. 128.F.G.& seq.
Iustus mandata accipit, seruus imperia. 136.G
Iustus qui neque in deum, neq; in homines peccet. 194.I
Iustus à minorib⁹ incipit, & ad maiora progreditur. 332.L
Iusti pleriq; ante Christi aduentum, per fidem eandem gratiam habuerunt qua saluantur Christiani. 120.A
Iusti hominibus multi videntur, pauci deo. 134.I
Iusti à deo custodiuntur ne per ignorantiã peccent. 176.L
Iusti ex societate malorum interdum pœnas incurrunt temporales. 186.M
Iusti bonitate sua malos vincunt. 391.H
Iusti omnes in hac vita affecti sunt. 406.C
Iustorum generatio sunt ij qui iustè viuunt. 128.G
Iustorum virtutes spiritus sancti gratia scripturis sunt traditæ. 237.G.H
Iustorum conuersatio & vita totius philosophiæ continet doctrinam. 297.L
Iuuentus & infantia peccatis deditæ sunt. 147.C.D
Iuuenes tantum præsens tempus animaduertunt. 339.L

L

Laban quomodo dicitur fili⁹ Nachor, cum sit filius Bathuel. 303.G
Laban nutu dei regitur, vt pro Iacob cogitet. 304.M
Labores præsentes maxima sibi præmia cõciliant. 305.G
Laban cultui idolorum deditus erat. 306.A.B
Laban cur Liam pro Rachele introduxit. 307.A. qui gentium & Iudæorum figurã prædixit. Ibidem. &. B
Laban summum deum simul adorabat cum Idolis. 312.I
Laban primus inuenitur nominasse plures deos. 321.E.F
Laban diaboli typum tenuit. 322.H.I.K. vel mundi. I
Laban nõ patrio, sed Syrorum vtebatur sermone. 324.M. non tamen Hebraici ignarus. Ibidem.
Laban rectè sentiebat de prouidentia dei, quanuis coleret idola. 325.B. & successiuè ad dei notitiam ducitur. D
Labor iustorum maximum fructum habet. 310.D.E
Lac & butyrum prima sanctorũ patrum salsamenta. 219.C
Lædere neminem potest qui seipsum non læserit. 370.K
Lamech primus contra naturam & morem adulterium commisit. 115.C.D
Lamech primus sanguinarius & homicida. 116.C.& bigamus. Ibidem.
Lamech frustra fertur occidisse Cain. 116.F.G
Lamech vltionem euasit peccatum suum cõfitendo. 117.C. Et dum seipsum iudicat, iudicium dei effugit. 117.C
Lamech primus omnium duas legitur simul habuisse vxores. 310.A
Lapis grandis claudens scripturam qualis sit. 303.E.F
Lapidis à Iacob erecti mysteria. 300.G.H. 301.F.G
Lapides mirabiles habent effectus. 26.D
Laqueі diaboli. 93.B
Lauari pedes hospitibus antiquorum mos fuit. 217.G
Laudare iustos est bonum ex genere, etiam si fiat à malis. 171.E
Laus hominum absque dei laude inanis est. 128.A
Lazari suscitatio fidem auxit per gradus. 6.G
Leæna vix partum euadit. 37.G
Leo regiam auctoritatem figurat. 422.B
Leonis natura & proprietas. 37.F
Leones cur Danieli non nocuerunt. 37.M
Leuare peccatum parcere ac dimittere significat. 112.C
Leui hæreditatem propriam non accepit. 417.H. quem Moyses à maledicto absoluit. K.M
Leui tribum Moyses benedixit. 418.H
Lex de paruis rebus æquè obligat, sicut ea quæ magna iubet. 85.B
Lex potestatis viri in mulierem naturalis est. 95.A. licet à quibusdam barbaris sit violata. Ibidem.
Lex carnis repugnat legi mentis. 98.K
Lex peccati æquissimi iudicis est sententia. 98.L
Lex est homini connaturalis. 104.L.M
Lex Christi contra concupiscentiam. 123.E.F
Lex naturalis æquum docuit sacrificium deo offerre. 146.G
Lex naturæ maior est quàm legum præscriptiones. 177.F
Lex æterna cibum & potum non nisi gratia conseruandæ salutis admittit. 237.A
Lex dei multiplex dicitur. 251.K
Lex & prophetia Iudæis mortua tribus annis ante Christi passionem. 276.I
Lex de suscitando semine fratri ante Moysem data erat. 361.A.B
Lex veteris testamenti non est humana inuenta astutia. 373.M
Lex quædam naturalis intra nos est. 417.E
Legem secundum carnem intelligẽtes aduersantur his qui secundũ spiritum sentiunt. 246.G
Lege naturæ vnus vir tantum vni vxori copulatur. 75.G
Leges naturæ deus ab initio dedit sufficienter. 156.E
Lia synagogam figurabat. 305.H.I
Lia an fuerit vera vxor Iacob in quam non consensit. 306.E
Lia vitam actiuam figurat. 307.E.F
Lia non temerè nomina filiis indidit. 308.A
Lia longe magis pia fuit quàm Rachel. 319.K
Liberalitate sua deus nostras preces transcendit. 401.M
Libertas voluntatis quomodo subiicitur deo. 289.C
Libertas in omni terra Aegypti adempta est. 408.E.F. vnde dicta est domus seruitutis. Ibidem.
Liber quis dicitur. 295.C.D
Liberum arbitrium non auferitur per cœlestes fluentias. 26.D.E.27.C.D
Liberum deus fecit hominem. 88.B.C
Liberum arbitrium est causa quare peccatum non habet in nos dominium. 108.C
K.& Lutheri error circa ipsum. L
Liberum arbitrium donauit deus. 127.A
Liberi arbitrij nostri fructus statim proditur in initiis. 88.K
Liberi arbitrij naturam nostram esse fecit dominus. 109.B.C
Liberi arbitrij mentẽ nostrã fecit de⁹. 116.K
Libero arbitrio sublato non deputarẽtur homini bona opera ad meritum, nec mala ad culpam. 27.D
Libri Machabæorũ tempore Gregorij nõdum canonici erant. 66.C
Librorũ nomina ex principiis Hebræi imponunt. 1.G
Libido omnis cæca est, & ante se non videt 231.A.& eius effectus. C.
Libidinem fugiendo superare, contra alia vero vitia deo auxiliante resistere debemus. 369.D
Libidines carnis amputãdæ semper. 209.H
Libya à Phut filio Cham dicta. 160.G. 161.M.
Libya à Cham filio Noe habitata. 163.E
Libyes à Laabim filio Mesraim. 161.M. qui prius Phutei vocabantur. Ibidem.
Lineæ duæ ab Adam ad diluuiũ ductæ sunt 124.B.C
Lignum scientiæ boni & mali, & eius virtutes. 60.M.61.A.& seq. quod potest dici lignum mortis. G.H.
Lignum vitæ sapientiam figurabat 60. M. & eius virtutes. 60.M.61.C.H.I
Lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali quare dicuntur esse in medio paradisi. 61.H
Lignum cur dictum sit scientiæ boni & mali. 67.M.68.A.K.& seq.
Lignum vitæ cur sic appellatum est. 100.L. & cur Adæ prohibitum. 100. L. M. 101. A.& seq.& an posset conseruare vitam inæternum. D.E.F.
Lignum vitæ post peccatum vitam prolongasset & si immortalitatem non contulisset. 102.H
Lignum scientiæ multa mala intulit, lignũ vero crucis multa bona. 103.E.F
Ligni vitæ vsus, & vtilitas. 66.M.67.A.
Ligni esus quare vetit⁹ est Adę. 69.E.F.KL
Lignorũ paradisi triplex differẽtia. 61.I.K.
Ligna paradisiaca cunctas longè superant diuitias. 46.L
Lingua vnica omni hominum naturæ fuit 163.H.I. quæ Hebraica erat. I.K
Lingua quæ ante diluuium cõmunis erat in familia Heber remansit. 167.B.C. quia à constructione turris abstinuerit. Ibidẽ.
Lingua Hebræa in sola domo Heber post diluuium remansit. 187.H
Lingua summa cura frenanda. 385.L
Lingua Hebraica matrix est omnium linguarum. 418.A
Lites & iurgia quomodo licet dirimere. 179.A.B.C.
Literæ occidentis importabile est onus. 246.E
Literam solã synagogæ Christus reliquit. 368.K
Literæ Moysi apud Iudæos sunt, sensus vero apud nos. 39.E
Literis sacris is deferri debet honos, vt eas veneremur exequendo quæ præcipiunt. 161.A
Liuor sacrificij fratricidij seminarium fuit 106.C
Locus mentẽ nõ munit, quinec Satan in cœlo nec Adam in paradiso seruauit. 83.F
Locus hominis deus est. 88.F
Locus qualis sit vbi dominus potest habere conuiuium. 218.A.B
Locus non facit nos virtute præditos, sed mens & mores. 227.I
Locus non adiuuat si desit spiritus. 236. H. quia loca mentẽ non muniunt. Ibidẽ.
Locus in quo Iacob profugus dormiuit, dicitur à quibusdam Hierusalem. 300. B. Aliis Bethel distans à Hierusalem. 12. miliaribus. 301. A. aliis. Bethlehem. G
Loca ab euentibus prisci nominauerunt. 341.K
Locorum nouisse nomina prodest ad intellectum scripturarum. 347.F
Locutio dei qualis sit. 10.A.B
Lolium vnde generatur. 22.A
Loquela hominis vitam eius indicat. 58.A
Loth facultates quomodo auctæ sunt. 178.K.L
Loth valde laudabilis est, quia habitabat cum malis. 180.K.L
Loth cur habitationem suam elegit inter pessimos Sodomitas. 181.C
Loth planitiem Sodomorum eligens Iudai cum figurabat populum. 181.G. & hæreticos. Ibidem. &. H.
Loth infirmioris consilij preciũ fuit. 186.K cui nil profuit primat⁹ & electio. Ibidẽ.
Loth angelis hospitalitatẽ exhibuit quam didicerat in domo Abrahæ. 228.B. an eos putaret angelos. C
Loth nullum in angelos hospitalitatis officiũ prætermisit. 229.A. quibus conuiuiũ frugalius quàm Abraham instruxit. B
Loth an excusetur prostituẽs filias vt hospites saluaret à tanto Sodomitarum flagitio. 229.M.230.A. vel an perturbatione excusetur. Ibidem. & C
Loth modestia aduersus Sodomitarum insaniam. 229.K
Loth non obtulit filias animo repensandi flagitiũ flagitio. 230. A. sed quòd tanta submissione eorum placaret furorem. Ibidem. & B.
Loth iustus in comparatione Sodomitarũ, non tamen simpliciter. 230.C
Loth & familiæ cur prohibitum est retro respicere. 232.K.L. hac autem perturbatione timoris non credebat domino. 233.A.
Loth in duobus angelis deum agnoscebat, quem singulariter alloquebatur. 233.A
Loth cur noluit in monte ipsi Abrahę proximus habitare. 233.B
Loth malè cessit propter electionem suam. 234.D.
Loth exiẽs Sodomã nõ erat ita perfectus vt montẽ posset ascẽdere. 234.D.E. medi⁹ erat inter perfectos & perditos. Ibidem
Loth orto sole in Segor seruatus est. 235. A. sed magis propter orationem Abrahæ. C.D.E
Loth in parte culpabilis in parte excusabilis. 235.I
Loth cur Segor habitaculum mutauerit. 235.G. cui dominus in ea promiserat securitatem. H
Loth cum filiabus cubans ebrius an possit excusari ab incestu. 235.I.& seq. 236.E.F & seq. I.K
Loth elapsus ex Sodomis magis ad honorem pertinet Abrahę quàm ad meritum Loth. 235.K
Loth cum filiarum concubitus Adæ dormienti comparatus. 236.G.& aliud figurabat quàm gerebat. L.M
Loth factum cum filiabus, quando in scriptura narratur prophetia est. 236. M. in illis autem flagitium. Ibidem.
Loth culpandus est, non quãtum incestus, sed quantum meretur ebrietas. 237.A
Loth peccatum fuit causa peccati, ideo inexcusabilis. 237. C. cuius tamen peccatũ non incestus fuit, sed ebrietas. Ibidẽ. D
Lucam euangelistam plerique tradunt vt proselytum Hebraicas literas ignorasse. 403.K. qui sepius septuaginta editionem secutus. 404.B
Luctari cum deo quid sit. 330.D.E
Ludus Ismael cum Isaac cito causauit seditionem. 244.I. Imo persecutionem. Ibidem. &. K. 245.M
Lumen cognitionis est habere charitatis perfectionem. 385.H
Luminare maius Christus, luminare minus ecclesia eius. 30.K.& seq.
Luminaria quomodo sunt in signa temporum. 25.K.& seq. 26.A.& seq.& potius dicuntur signa quàm causæ. E
Luminaria sunt nuncupati prisci sancti homines. 28.A.B
Luminaria magna & parua ex luce prima cõdidit deus. 28.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luminaria magna quæ, & quare dicantur. 28.F.F.& eorum officium.F
Luminaria maiora sunt quàm pateant nostris aspectibus. 28.F.G
Luminarium tria officia. 30.G
Luna princeps est noctis.25.G. sed tantum temporaliter nocti præest.I
Lunæ significatio. 30.K
Luna creata est plena soli opposita. 54.E
Luna qualiter magna deprehendit.28.F.quę est corpus splendidissimũ post solẽ.28.H
Luna crescens & decrescens quomodo appareat. 28.H.I.cuius mutationes ad multa conducunt.K
Luna corpora multipharia afficit.28.K.L
Luna an veneficiis & carminibus deduci possit à cœlo. 28.M
Luna cur præest nocti.29. D. & cur soli æqualis cernitur. Ibidem.
Luna qualis sit facta.29.F. G. nec est maior multis aliis stellis.M.30.A
Lunæ obseruationes. 25. K.L. & quantum vitæ humanæ præstant.L
Lunæ cursus mẽsem conficit.27.G.sed per 300.dies annum secundum Hebræos. H
Lunę mutationes tam aerem quàm corpora multum afficiunt. 28.K.L
Lusitani à Naphtuim filio Mezraim.162.A
Luscinię cantus mirabilis. 35.G.& eius ꝓprietas. Ibidem.
Lutheri hæresis circa liberũ arbitriũ.108.L
Lux & tenebræ etsi contraria sint,hominibus tamen sunt necessaria. 8.B.C
Lux nec de nihilo creata est. 10.I
Lux tribus diebus ante solẽ facta est. 10.L. Et quid lux illa esset.Ibid.& M.11.A.D.
Lux non fuit deo coęterna.11.D.sed magna laude digna.Ibidẽ.& seq.& prima à deo laudatur.F.& seq.
Lux primo creata distincta est in solem, lunã & stellas.11.M. Cur bona dicitur.Ibi.
Lux à principio suos terminos nõ est trãsgressa. 12.C
Lux diem demonstrat & tenebras abscondit. 12.G.H
Lux prima facta est in motu. 14.A. in puncto orientis creata.B
Lux à sole est separabilis. 28.B.quæ sine sole non facit diem.Ibidem.& C
Lux facta primo die non illuminabat super terram,sed super aquas. 28.D.E
Lux prima die facta quarta die ad suos determinata est effectus. 29.H.I
Lucis natura & proprietates. 10.E.F
Lucis nomine natura angelica designari potest.10.L.M.11.B.sed nõ sunt vera lux.C
Lucem deus sciebat fore bonam antequam eam faceret. 11.H.I.L. quã probauit per lucem.K
Luxuria & scortatio vbi est ebrietas & crapula.126.B.& multa alia peccata.Ibidẽ.
Luxuriæ malum aut cogitatione aut opere perpetratur. 92.E
Luxuriæ peccatũ causa fuit diluuij. 124.A
Luxuriæ immoderatæ ardorẽ deus igne gehennæ compescit. 225.C
Luxuriæ stimulis tẽtatus factum Ioseph ad memoriam reuocet. 367.M
Luza in tribu Beniamin quæ postea Bethel.300.L.M.301.A
Lymbus patrum erat receptaculum animarum iustarũ ante aduentũ Christi. 387.G

M

Maacha Absalonis mater. 125.G
Machabæorum mater triẽnio latauit filios 243.M
Mactare victimas quid. 389.H
Madianitę vocantur etiam Ismaelitę.356.K
Madian regio trans Arabiam ad meridiẽ. 347.L.
Maeones à Mes filio Aram. 162.I
Magna non sint perdenda propter parua & vilia. 279.H.I
Mahumetus in Alchorano suo Abrahã sanctissimum virum vocat. 171.E
Maior populus quomodo seruit minori. 276.M.277.A.& seq.
Maior & senior est populus Iudæorũ.277.E.qui per totum mundum dispersus gẽtibus vbique seruit.Ibidem.atque etiam in libris fidei nostræ. Ibidem.
Maius apud Moysem erat mensis secundus. 145.A.D
Male agere est male affligi. 359.F
Maledicit Christo qui blasphemat Christũ 292.I.& talis caret spiritu sancto.K
Maledictio perpetua serpentis. 77.K.L
Maledictio in serpentem.91.F.G. & in diabolum qui serpens dicitur. Ibidem.
Maledictio Cain multiplex.110.L.M.111.A & maior maledictione paterna. Ibidem.
Maledictio dei super eum recidet qui male precatus fuerit sanctis. 292.E
Maledictioni subduntur multæ arbores & herbæ. 23.E
Maledictionem terrę inuehit deus propter malitiam hominum.147.A.H.& quę inde mala proueniunt. Ibidem
Maledictiones Adæ ex pluribus. 96. G. & seq.97.B
Maledictus non solum est diabolus, sed sui etiam sunt maledicti. 92.K
Maledictus nõ est homo,sed serpẽs, nec maledicta terra in se,sed in opere hois.98.I
Maledictus est qui contra iurationem fecerit. 267.E
Maledicti dicuntur qui male vtuntur diebus terræ & maris. 51.C
Maledictum duobus modis scriptura sacra memorat. 96.D
Malitia accidens non substantialis. 7.L.M. à nobis non à deo exorta Ibidem.& M.
Malitia est causa prima diluuij.126.B. quæ & homines reddit incorrigibiles.Ibidẽ.
Malitia sęper insanit cõtra virtutẽ.127.M.
Malitia voluntatis ex hominibus facit bestias. 128.E
Malitia crescit à iuuentute. 147.C.D
Malitia peruersorum quãtumlibet magna, cedit prouidentiæ diuinæ. 176.I
Malitia quantum imbecillis sit. 282.F
Malitia consuetudine tantum crescit vt diabolus ducat quoquo iusserit. 339.L
Malitia semper cõtra virtutẽ pugnat. 369.F
Malitiam dæmonum deus non creauit. 7.L
Malus si voluerit,mutaꝫ,& fit bonus. 109.B
Mali exẽplo Cain insurgũt in bonos.109.L
Mali quomõ seruiũt bonis. 276.M.277.A qui cum bonos persequuntur in corpore se occidunt in mente. Ibidem.
Mali cupiunt extinguere bonos in ecclesia 276.M
Mali &vitiosi plures sunt quàm boni & stu dioſi. 277.F
Malorũ numerus semper maior est. 277.B
Malum vnde naturam sortitur. 7.G.H
Malum quod proprie dicitur, à voluntate sumit principium. 7.I
Malum pœnæ à quo dependet. 69.I
Malum nunquam per obedientiam fieri debet. 66.L
Malũ non nisi experimẽto sentimus. 67.M
Malum minus est secundum naturam quàm contra naturam delinquere. 229.M
Mali sui quisque auctor & origo est. 7.H
Mali nulla est substantia. 7.M
Malo nostro deus abutitur ad gloriam suã. 351.F
Mala vnde proficiscuntur hominibus. 7.H I.& seq.
Mala hominum non antea præsumamus credere quam probare. 224.C
Mambre & spelunca duplex per mediã leucam. 260.H
Mambre vel Mamre hæc est Hebron, iuxta quam erat spelunca duplex. 260.I
Mandatum diuinum homini datum. 66.K. & seq.& quare datum. M. an etiam mulieri.68.A.B
Mandata legis seruauerunt patres ab initio.104.L.M.105.A
Mandatis diuinis nihil detrahendum nec addendum. 79.I
Mandragora somnum inducit. 21.M
Mandragora Racheli abstulit sterilitatem. 101.E
Mandragorę descriptio. 310.K.L. quæ humanam habet effigiem. Ibidem.M
Mane est finis noctis & impletio diei.24.A
Manichæi existimant anima terram præditam. 36.F
Manichæorum hæresis dicitur ecclesiæ pestis & putredo. 7.E
Manichæorum hæresis circa dei descensum in Sodomam. 224.A
Manichæorum errores circa coniugium Iacob.311.A & seq.
Mãsuetudo q̃ potẽs sit & fortis.181.D.E.F
Mansuetudo quantum bonum sit.205.F.G.
Mansuetudo in quo consistit. 283.I.K
Mansuetudine nihil violentius. 334.F
Mansuetudine nihil validius. 312.G
Manus dei pro potestate & virtute eius ponitur. 54.G.H
Manuum Iacob super filios Ioseph transpositio crucis signabat figuram. 413.K.L
Mardocheus & Hester fuerunt de tribu Beniamin. 429.E
Mare an in fine desiccetur. 17.L
Mare est altius terra. 20.C
Mare siue dulcium aquarum siue salsarum congregationem significat. 20.I.M
Mare mediterraneum est ab occidente respectu terræ promissionis. 174.G
Mare in sacra scriptura sæpe ponitur pro occidente. 181.K
Mare salinarum dicitur nunc mare mortuũ 183.H
Mare salis dicitur quod adeo salsum est vt nihil in eo possit viuere.185.C. quod & mare mortuum & lacus Asphalti. Ibidẽ.
Maris motus & eleuationes. 19.H.I
Maris ꝓprietates & vtilitates. 21.A & seq.
Maris diuersa miranda. 32.I.& seq.

Maria

Maria diuersa sunt, licet aquæ congregatæ sint in locum vnum.19. I.K.& seq.pro variis regionibus varia sortiuntur nomina 19.K. & seq.
Maria soror Moysi sepulta est in Cades. 186. A
Maria virgo sine corruptione concepit,& sine dolore peperit 95.F.
Maria virgo ab omni peccato mortali, veniali,& originali immunis fuit. 192.H.I
Maria non diffidebat dicendo: Quomodo fiet istud 195.H
Maritus & vxor perpetuo cohabitare debent 319.A
Maritus si commisceatur ancillæ,soluit matrimonij gratiam 245.D
Mariti attendere non debent verbis vxorũ iratarum. 202.I
Mars homicidam significat,sed homicidam non facit 27.B.C
Martionis hæresis circa deum pro esu pomi inexorabilem 85.C.D.
Martius mensis apud Hebræos dicitur Nisan 316.B.
Martyres dicuntur vestimenta Christi. 369.M.370.A
Martyrum sanguis deo clamor est. 110.H.
Maris & fœminæ sexus in sola specie hominis in creatiõe determinatè dictus est 45.A
Matres plus amare filios solent quos propriis lactauerint vberibus 243.I.
Matres sanctorum patrum vtplurimum fuerunt natura steriles 168.L.
Matres impiæ filios religiosos raro propagabunt 297.A
Matres olim ex euentu nomina filiis imposuerunt 311.I.
Materia omnium rerum ante omnem diem creata est.5.E. F. quæ tamen simul cum tempore cœpit. Ibidem.& quomodo informis sit creata.F.& ante formam, & in forma.Ibidem
Materia hominis & bestiarum diuersa. 71.L
Materies omnium cœlum & terra dicitur. 2.M
Materies omnium rerum cœli & terræ nomine designata est 9.D
Mathematicorum vanitas aufert orationes deo offerendas 27.A.B
Mathesis doctrina aliena est à fide. 26.A.K L.27.A.& seq.
Mathusala an vixerit post diluuium. 121. H.I
Matrimonium sanctum est 46.B
Matrimonio contrahendo plura sunt considerande 275.B
Matrimonia tantum dei dispensatione iunguntur & angelorum ministerio.267.F.
Matrimonia sancti patriarchæ ad puteos & fontes inueniunt 304.G.
Mauritani à Ludim filio Mezraim. 162.A.
Mediator dei & hominum Christus est. 210.I
Medicina herbarum 22.L.M
Medici circa ægritudines dies criticos obseruant 27.C.D
Media obtinendi gratiam in præsenti & gloriam in futuro cadunt sub dei prouidentiam 327.M
Media à Madai filio Iapheth nomen sortita est 159. K.160.A.
Melchisedech fuit sacerdos ante circuncisionem,ante Leui & Aaron.188.K.& seq. 189.A.quem Hebræi tradunt fuisse Sem. Ibidem. E.F.L
Melchisedech quis & qualis fuerit. 188. I. & seq.189. F.& seq.
Melchisedech Abrahæ panes & vinum offerens illi debebat, & decimas prædæ sibi debitas accepit 189.B
Melchisedech nec spiritussanctus nec angelus fuit. 189. D.E. Vnde genus duxit. F. & seq.
Melchisedech maior erat quàm Abrã. 189. M.190. D. cui obtulit tria munera vt sacerdos. E
Melchisedech figuram Christi,& sacramẽti altaris. 189. F.G.H.M.190. D.F.G.H.
Membra extra corpus non sunt ita pulchra ac si essent corpori coniuncta 47. H.
Membra nostra quomodo sunt domanda ad virtutes 77.A
Memoria ex voluntate & intellectu procedit 40.I.43.L.
Mendacium incepit à muliere 79.K
Mẽdacium Sarę excusabile fuit quia timore erat perterrita 221.H
Mendaciũ non fuit quo Isaac dixit Rebeccam vxorem suam 281. K.L
Mendacium Iacob non debuit crimen vocari, quod desiderio benedictionis exortum est 291.B
Mendacium Iacob excusauit reuelatio facta matri.290.H. quod licet criminosum fuerit maxime tamen illi profuit.291.B
Mendacia & peccata priscorum patrum figuræ fuerunt futurorum 290.G
Mendacia tria in verbis Iacob ad patrem continentur 290 G
Mens hominis quid. 40.K.43.L.
Mens imago dei est,quæ tria continet.43 L
Mens sobria est quando & præterita & futura cognoscit 157.D.
Mentis fraus & dolus suum exercent venenum 139.C
Mentem solam requirit dominus.146. F.K
Mente bona faciamus oportet quæcunque facere intendimus 146. K
Non mentitur quis cum aliquid mysticum dicit 390. D
Mercennarij solent comedere oues.323.H. L.M.
Merces Abrę à domino promissa. 192. I.K
Merces operi debetur 192.K
Mercedes laborum in morte inuenit qui in via virtutis ambulauit. 198.D
Ante meridiem antiqui non comedebant. 390.E
Meritum singulare Adæ non potuit sufficere ad reparandam naturam humanam. 98. D
Meritum obedientiæ Abrahæ figurauit Christi meritum 257.H.I
Merita deuotionis Pauli, non remedia natiuitatis socios à naufragio liberauerũt. 26. G
Merita Abrahę quomodo promissionũ dei meruerint impletionem. 223. C. nisi de condecenti & congruo. Ibi.
Merita propria ad absolutionem peccatoris suffragantur 226. L
Merita bonorum eximia sunt apud deum. 233.E
Messias quid significet 420. C.& seq.
Messias maluit per crucis meritum acquirere immortalitatem q̃ aliter. 421.B.
Messias ꝓmittitur ex semine Iacob. 298.H. & in quibusdam æquatur Abrahæ. Ibid.
Messiæ officia 420.K.
Messe regio Indiæ, quam incoluerunt filij Iectan 163. C
Mesopotamia Syriæ dicitur, quia est Syria, quæ etiam dicitur Aram, & Padan Arã. 297.G
Mesopotamia quomodo erat terra Abrahę cum natus esset in Chaldæa. 262.A.B
Mesopotamia media est inter Euphratẽ & Tigrim fluuios,quæ & Aram & Syria dicta est 263.E.F.
Mesraim pater Aegyptiorum 158.C
Meum & tuum sunt occasio litium omniũ & contentionis 179.F.
Militia cœli est vniuersa stellarũ multitudo 49.D quæ Hebræis adorari prohibetur Ibidem
Mineralium productio occulta 23.G.
Ministrorum regalium fastus & fragilitas. 376.D
Miseri soli sunt qui in peccato viuũt.275 C
Misericordia dei omnem transcẽdit, rationem. 68.F
Misericordia dei mitius agit cum eo qui se ipsum accusat. 89.B. contra vero acrius arguit. Ibidem
Misericordia dei etiã vsque ad bestias pertingit. 152.G.H
Misericordia dei in multis apparet. 225.H & eius longanimitas.Ibi.
Misericordia dei erga Loth seruauit vxorem eius & filias 232.F
Misericordia dei nunquam derelinquit seruos suos 282.E.
Misericordia dei ad homines pios. 391.A
Misericordia & veritas maximè commendanda 409.M.410.A
Moab Iudæos significat 237 E
Moab vrbs Arabiæ,nũc Areopolis dicitur 347.M.
Moabitæ idolo Chamos seruierũt. 237. C.
Modestia sup oĩa aĩam in qete tenet. 181.E.
Modestia frãgit indignationẽ.333. C.334.E
Modus orandi dominum deum 226.A.
Mõs in quo saluari oportet qualis est. 234. E F
Moralis philosophia quæ sit 287.I
Moria mons est super quem Abrahã iubetur immolare filiũ. 251.A. In quo postea constructum est templum Salomonis. Ibi.& B.F.G.
Moritur multipliciter qui in peccatis viuit 133.E.
Mortalitatis suæ obliuiscitur quisque in peccato positus 225.K
Morticiniũ ad escam nõ admittitur. 149.M
Mors vniuersalis ex oĩbus constat mortib⁹ 68.C.quã cõminat⁹ est de⁹ hoĩb⁹.Ibi.& se.
Mors triplex corporis ab anima separatio, animæ sine corpore ad tempus,& animæ cum corpore inæternum. 68. C.& seq.
Mors fit iustis meritoria licet sit mala,quia bene morte vtuntur 69.K.
Mors ẽ homini naturalis.69.G.H. nec ideo erat pœna peccati primorum parentum. Ibidem.& non sequentium. I.

Mors

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mors instrumentum est quo transitur ad vitam. 97.G
Mors prima omnibus communis, non autem secunda. 97.I
Mors carnis vltima hominis percussio. 97.L
Mors quomodo post peccatum sit pœna. 98.F
Mors non supplicium, sed medicina. 100.M
Mors peccatoris finem peccandi facit. 112.D
Mors est lucrum his qui peccauerunt. 112.H.I
Mors est sapere secundum carnem. 114.F
Mors Enoch & Enoch & Heliæ dilata est. 121.B. qui tamen postea morientur. Ibidem.&.C
Mors singulis patribus additur tãquam finis malorum. 122.C
Mors his qui bene viuunt, translatio quædam est ad meliora. 192.M
Mors nihil est vltra quàm somnus. 237.M. quæ post Christi mortem non est timenda sicut ante. 238.A
Mors domini nobis immortalitatem donauit. 237.M.238.A
Mors iustorum preciosa & optabilis requies. 259.E
Mors filiorum Sodomitarum crimen est parentum. 233.K
Mors sanguinea Christi ruffa coctio Iudeis fuit ob quam perdiderunt primogenituram. 279.M
Mors iustorum non est dicenda ignominiosa. 410.B.& seq. mors vero mala peccatorum. D
Mors Christi non tam fuit mors quàm ablutio vniuersi corporis. 421.A
Mortis duo modi sunt sicut & vitæ. 62.K
Mortis diem vel horam incognitam voluit esse deus. 98.B
Mortis nostræ diem cur dominus voluit esse nobis incertum. 279.L
Mortis diem deus nos scire noluit. 288.G
Mortis conditiones. 113.E.F
Mortis primorum parentum & iustorum martyrum differentia. 97.F.G
Mortem propter peccatum quare deus intulit. 85.D
Mortem, cum sit pœna peccati per Christi mortem abolita patiantur homines. 97.F
Mortes sunt duæ, animæ & corporis. 80.L
Mortui sunt protoplasti quia peccauerunt, non peccant martyres quia moriuntur. 97.G. Imo peccarent nisi morerentur. Ibidem.
Mortuis quantum satis est officij deferam⁹. 258.I
Mortui moderatè deflẽdi cum adhuc in prõptu est funus. 260.I. pro quibus orationes, eleemosynæ, & oblationes offerendę. Ibidem.
Mortui quantum fleri debeãt. 431.C.& se.
Mos pacisscendi veterum qualis erat. 196. C.D.E.F.
Moyses auctor libri Geneseos. 1.D. Eiusdem mores & præconia. Ibidem.& seq.
Moyses deum vidit vt cæterorum contigit nemini. 1.E .etiam æquè atque angeli Ibidem.
Moyses quam excellentem super cæteros prophetas habuerit prophetiam. 3.D
Moyses secundum crassitudinem Iudæorum crassioribus vtebatur verbis. 3.F.G
Moyses doctrinam de deo primum docet Iudæos. 3.I
Moyses & mundi creationem & legislationem instituit. 3.K
Moyses omni sapientia Aegyptiorum eruditus fuerat. 130.H.I
Moyses ascensurus in montem soluit calceamenta, non autem Abraham & Isaac. 253.H
Moyses vitam venturi seculi nouit. 273.D
Moysem quidam credũt historiam Iob scripsisse. 347.K
Munus acceptum non est vertendum in vitium. 368.A
Munera carnalia carnalib⁹ commerciis promittuntur. 337.D
Ad munditiam cordis custodiendam exteriorum sensuum disciplina seruanda est. 82.B.
Mundus est vnus quia deus est vnus. 1.F
Mundus quale habuit principium. 1.H.I. & seq. Nec principio caret nec fine. K.L
Mundus demonstratur artificiosum esse opus. fol.2.A
Mundus principium habuit. 2.G. nec potuit deo coæternus esse. Ibidem. H
Mundus à principio á deo factus perfectus, sed peccato Adæ corruptus. 52.I. Sed per Messiam recreatus. Ibidem.
Mundus digestio & ordinatio rerum dicitur. 2.M
Mundus & omnia quæ in eo sunt, quædam præclarissima sapientiæ dei signa sunt. 4.I
Mundus propter hominem factus est. 4.M. 5.C
Mundus iste factus est in medio aquarum. 16.F
Mundus totus paradisus erat Adæ & postea ris. 46.B
Mundus per sex dies conditus est, & per sex dies diluuio periit. 135.F.G
Mundus odit & persequitur amicos dei. 283.F
Mundus effectus est dies ad aduentum Christi. 313.E
Mundi principium à Christo magis secundum sensum quam secundum literam dicitur. 1.G
Mundi creatio quantum ab hominum operibus distet. 3.H
Mundus paulatim senescit & deficit. 409.L
Mundum esse deum quidam philosophi putauerunt. 2.E
Munda ab immũdis quomodo discernebat Noe. 134.M.135.A.B
Mulier sicut diabolus appetebat fieri similis altissimo. 81.B
Mulier cur non timebit serpentem. 42.L
Mulier æquè vt vir imago dei est. 44.L. & creata est sexto die. 45.B.46.A
Mulier facta est intra paradisum. 65.A. quæ prior decepta virum decepit. Ibidem.
Mulier prior diuinum est præuaricata mandatum. 70.I.& virum secum traxit in errorem. Ibidem.
Mulier in quibus est adiutorium vel auxilium viro. 71.F.G.& illi bonum. H
Mulier quadruplici ratione debuit ex viro formari. 74.F. non per naturalem generationem. G
Mulier propter seductionem perpetuo iugo est addicta. 77.L
Mulier an sciuerit serpentem esse irrationalem, & ex se non posse loqui. 79.F.G
Mulier viro, non vir mulieri auctor erroris est. 79.K. quæ deprauauit verba præceptoris domini tribus modis. M. 80.A
Mulier non solum putabat se non offendere deum, sed fore similem deo. 81.M. 82.A
Mulier duplicis verecundiæ pœna affecta est, vir autem simplicis. 83.C. illa peccauit per ignorantiam, iste per infirmitatem. D
Mulier planta nuda calcans caput serpentis ipsum penitus occidit. 93.H
Mulier ad culpam virum vocauit, Ideo iustum est vt ei subdatur. 94.G.K. & in sexu proprio triplicem habeat pœnam. L.M
Mulier quanto fœcundior tanto erumnosior. 95.B
Mulier quantum ad generationem prolis fuit punita dupliciter. 95.E.F
Mulier facta est de viro, vt per eam natiuitas oriretur. 119.B
Mulieris formatio. 73.I.& sequen. propter virum & non vir propter mulierem. L. 74.A.& sequen.& quare de latere viri. B. & non de capite vel pedibus. C. & sequen.
Mulieris peccatum multiplex inuenitur. 82.F. sed primum actuale fuit comestio. Ibidem. quod præcesserunt multa alia. Ibidem.
Mulieris conceptus moriuntur omnes. 94.L
Mulieris procacis retia. 367.I.K
Mulieris Aegyptiæ conditiones. 370.E
Mulieri virum dominari & sub illius potestate esse in quo differunt. 94.M.95.A
Mulieri attributa est pœna secundum duo. 95.E
Mulierem nulli licet scire præter vxorem. 238.H
Mulierem fœminam appellare proprium est Hebraicæ linguę. 262.I. sed etiam virginem. 267.I
Mulieres discant sequi viros suos. 220.G
Mulieres Saram habeant in exemplum. 221.A
Mulieres Saram pro exemplari habeant. 238.C
Mulieres separatim à viris olim habitabant cum filiabus suis. 270.H
Mulierum sanctarum corpus non vis maculat, sed voluntas. 176.G
Mulierum multa nunc mollities in cultu præcipue. 218.K. Animæ vero nulla est cura. Ibidem.
Mulierum fragilitates non durius vindicandæ. 221.H. sed non omnino dissimulandæ. Ibidem.
Mulieribus commendatur humilitas, verecundia, gratiosus timor. 270.F
Multiplicatio data mulieri duplex. 95.B
Multiplicatio generis promissa Abræ ad quos se extendebat. 207.A.B.D.F
Mulus

Mulus ex duabus generatur speciebus. 37.C
Mulus ex asino & equa generatur. 50.A
Mulus & mula an fuerint introducti in arcam. 133.M
Mulorum generatio ex asino & equa. 176.I
Mulorum generationem inuenit Ana. 347.B.C.D
Mysteria plurima in coniugio Rebeccæ. 265.A.& seq.
Mysteria multa ad puteum visa sunt. 285.G
Mysteria diuina non emuntur. 386.E
Mysteria benedictionis filiorum Ioseph. 413.I.K
Mysteria in benedictione filiorum Ioseph. 415.A.& seq.
Mysteria mortis Christi. 421.A.& seq.

N

Nabathena regio à Nabaioth filio Ismaelis dicta. 274.C
Nabuchodonosor pueros à fornace extractos prædicauit illustres. 282.D.E
Nachor nomen est duorum, scilicet aui & fratris Abræ. 168.C
Nachor an profectus sit à Chaldæa in Mesopotamiam cum patre suo Thare. 168.M. 169.A
Nachor fugit Chaldæam & venit in Mesopotamiam. 263.E. quanuis non simul cum patre & Abraham. Ibidem.& F.
Natiuitatis Christi testimonia. 423.D.E
Natiuitates & filij è dei voluntate pendẽt. 365.A
Natiuitatum obseruatio vana est. 26.A.D. & seq.& eius impugnatio. G.& seq.
Natura diuina non loquitur corporalibus modis. 10.A
Natura nostra duplex est, visibilis & inuisibilis. 56.C. In qua est dei imago. D.E
Natura omnes homines æquales genuit. 149.A.D
Natura eadem omnium hominũ mater est. 150.L
Natura est opus creatoris, gratia est opus redemptoris. 393.H
Naturæ humanę impossibile est dei opificium penitus edíscere. 3.E
Naturæ sensitiuæ & intellectiuæ pronitas ad bonum. 147.G
Naturæ dominus omnia facile operatur. 307.K
Naturalis philosophia quæ sit. 287.I
Nati ex Iudæis quidam approbantur, quidam reprobantur, sicut ex Græcis. 430.B
Nazarẽus dicitur Christus. 428.H. 429.D
Nazarẽorum est pro voto seruare crines. 428.G
Neapolis iuxta Luzam quæ dicebatur prius Bethel. 174.E
Negare vxorem & negare saluatorem non est culpa æqualis. 240.M
Negligenti nihil prodest solitudo. 227.I.
Negligentia multorum est causa malorum. 235.C.D
Negociatio fœlix vbi salus emitur. 357.A
Nemo grauius moritur quàm qui in peccato viuit. 133.E
Nemo dignè orat, nisi à deo illi detur vt oret. 311.H
Nemrod filius Chus gigas potens. 160.I. eius mores. 161.A.& seq. qui primus arripuit, in populo tyrannidem. C
Nemrod regnauit in Babylone, in Edessa, in Nisibi, & in Chalanne, quæ nũc Seleucia. 161.C. & fuit primus rex post diluuium. D.
Nemrod condidit Babylonem. 164.E. & turrim Babylonicam aggressus est. F.M.
Nemrod quidam dicunt fuisse Amraphel. 184.L
Neptalim apostolos & prædicatores significat. 426.H.I.K
Nilus Aegyptum irrigans, ipse est Geon ex paradiso procedens. 62.F.H.63.F.
Ninus dilatauit Niniuem Assyriorum. 161.F
Ninus orientalium dominator. 168.A
Niniue vrbs Assyriorum quam ædificauit Assur. 161.E. est & altera in Arabia. Ibidem.
No Alexandria, ciuitas Aegypti. 380.D
Noe quomodo animalia introduxit in arcã 42.B
Noe dicitur inuenisse artem arandi. 122.A.B
Noe inter tot impios virtus. 127.H. & sequen. quorum in nullo nocuit, imo profuit. Ibidem.
Noe quomodo dicitur iustus & perfectus. 128.G. & sequen.& continens. M. 129.A
Noe cum domo sua solus inuentus est iust⁹. 134.L
Noe iustitia magna patet qui carcerem arcæ non exiuit donec iuberetur. 145. A.F.
Noe cum filiis Christum cum apostolis figurabat. 150.D.E
Noe ex ignorantia magis quam ex intemperantia inebriatus est. 155.C. inde primus vini inuentor fuit. Ibidem. L.M
Noe comparatur Adæ. 155.H
Noe lanum vocat Berosus. 154.F.155.L
Noe benedicendo Sem prophetauit. 158.G.K
Noe & Abraham contemporanei fuerũt. 58. annis. 159.G
Noe vixit decem annos post linguarum cõfusionem. 167.A
Noe inebriatus & derisus Christi figuram tulit. 188.K
Noema voluptas interpretatur. 115.K.L
Nomen mulieris à nomine viri ductum est, sicut mulier à viro. 75.A
Nomen dei tetragrammatum scribitur Hebræis literis & characteribus. 118.D
Nomen dei tetragrammatõ cœpit tempore Enos ante diluuium. 174.I.
Nomen Isaac antequàm conciperetur, Ismaeli vero post conceptum prædicitur. 213.L
Nomina ante natiuitatem tribus in veteri testamento imposita, & duobus in nouo. 204.A.B
Nomina imposita sunt quatuor ante natiuitatem in veteri testamento. 213.K
Nomina filiorum Loth factum eius significabant. 236.I
Nomina Hebraica sepissimè aliter in Hebræo, aliter in Chaldaico, Græco vel Latino scribuntur. 258.A
Nomina natis matres non fortuitu, sed instinctu imposuerunt. 277.H.I
Nominum impositione significabant dei in se gratitudinem. 117.M.118.A.B
Nominum Abrahæ, Isaac, & Iacob positiones differentes. 343.B.C.& eorum figuræ. C.
Noui testamenti prædicatione vmbra legis exclusa & veritas patefacta est. 303.D
Nox diuersis modis accipitur. 12.K.& seq.
Nox non erat in mundo ante lucem exortam. 13.B
Nox nulla primam diem præcessit artificialem. 14.B
Nox & dies quomodo essent antequam sol fieret. 18.I.
Nox & dies diuidere tempus non desinunt 19.G
Nox quæ sit. 135.H. quæ ad mulierem refertur. Ibidem.
Noctes in metiendo tempore non vna cum diebus connumerantur. 13.B
Noctes tres factæ sunt ante lunæ creationem. 29.C
Noxia etiam incognita timentur. 67.D
Nubes quomodo feruntur super aerem. 16.K
Nuditas secundum se non est turpis. 76.K. & eius proprietates ab initio. 76.K
Nuditas vbiq; hominibus est in verecundia 84.C
Nuditas potius accusat quàm excuset. 89.C
Nuditatis nomine verenda Hebræi designant. 156.D
Nudus non est nisi quem culpa nudauerit. 369.C
Numerus senarius est mundi perfectio. 49. B.C. & quare dicitur perfectus. Ibidem.
Numerus vndenarius trãsgressionem legis designat. 115.K.L
Numerus septimus mundus, sacer, & virgo, dicitur. 135.B
Numerus filiorum Iacob qui egressi sunt Chanaan, & ingressi Aegyptum. 403.C & sequen.
Numeri septenarij perfectio. 49.I.K
Numeri. 318. mysteria. 188.H
Numerorum rationes. 206.B
Nunciorum pulcherrima instructio. 266. M.267.B
Nuptiæ cur ante peccatum institutæ. 45.F. quæ nec sunt damnandæ. 45.F
Nuptiæ terram replent, virginitas cœlum. 45.G
Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum. 103.K
Nuptiæ non sunt impedimentum ad virtutem. 120.I.K
Nuptiæ dictæ sunt, quòd pudoris gratia puellæ se obnuberent. 270.D
Nuptiæ priscorum. 305.M.306.A
Nuptiarum honestas & fructus. 71.C. quæ triplex

Universidad de Deusto
Biblioteca

triplex habent bonum. Ibidem.
Nuptiarum priscarum tripudia. 268.F.G
Nuptiarum pompa fugienda, 270.G

O

Bedictia in creatura rationali mater est & custos omnium virtutum. 97.E
Obedientia implenda est sine mora. 214.K.L
Obedientia Abrahæ an meruerit de condigno benedictionem omnium gentium in Christo. 257.H
Obedientia multa nobis bona conciliat. 257.I
Obedientia Abrahæ in multis commendatur. 172.C.& seq.
Obedientiam Abrahæ nihil potuit impedire. 173.G.174.A.B
Obedientia quam præclaram reddiderit Saram. 175.I
Obedientia Abrahæ Christi incarnationē, & gentium benedictionem de congruo promeruit. 281.F
Oblatio Noe iusti deo accepta fuit. 146.H
Oblatio vna Christi perficit omnia nostra sacrificia. 196.D
Oblationis Caim defectus. 107.D.E.& seq. 108.A.& seq.
Oblationes externæ secundum se non sunt deo gratæ. 105.M. nec etiam tales displicent. Ibidem.
Obliuisci nostri videtur deus cum obruimur tentationibus. 141.F
Obsequium multa potest. 288.I
Obseruationes astrorum vtiles, & vanæ. 25.K.L.M, 26.A.27.C.D
Obseruationes astrorum referendæ sunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita. 27.D.E
Obtineri non possunt quæ prædestinata nō fuerunt. 275.I
Ocium omnem malitiam docuit. 65.M
Occidens maiora mala patitur quàm occisus. 114.C.D
Octauus dies infantis significat octauā mundi ætatem. 210.A
Octaua quid sit. 49.F.G
Octonarius numerus fœmina est, & imperfectus. 206.B.C
Octonarius numerus resurrectionis gloriæ conuenit. 244.B
Oculus non est causa ruinæ, sed negligentia. 123.E
Oculus mentis Sodomitarum excæcatus erat. 230.M
Oculus solet animam deprauare & deprędari. 367.K
Oculi spirituales & corporales in quo differunt. 45.D
Oculi nostri quomodo aperiendi vt scripturas intelligant. 248.C.D
Oculi dei nec falli nec fallere possunt. 299.M.
Oculi Christi apostoli sunt & euangelistæ, vel septem spiritus missi. 423.H
Oculorum apertio quid sit. 83.G.& sequen.
Oculos diuinos nihil subterfugit. 105.M
Odium excæcat mentem. 356.A
Odolla locus ad quem aufugit Dauid cum fugeret Saul. 360.B
Odores varij diuersarum virtutum. 292.K.L
Officium diaboli ad tentandum. 92.K
Olera non indifferenter sicut carnes conceduntur ad vsum. 149.I.K
Olympi montis cacumen nubes aut ventus non sentitur. 139.K.M
On vrbs in Aegypto dicta Heliopolis. 380.A
Onager præ cæteris animalibus fugit frequentiam hominum. 204.C
Onix lapis preciosus coloris vnguis. 63.C.E
Opera omnia etiam infidelium dei voluntate ordineque disponuntur. 355.K
Operari & custodire differunt. 65.F.G. & sequen.
In oppidis non tam impiè communiter viui tur quàm in vrbibus. 233.C
Opinio vel potius error super cœlorum immobilitate. 30.B.& seq.
Opiniones de mundi mutatione. 1.L
Opiniones philosophorum super æternitate mundi. 2.D.E
Opiniones circa distinctiones rerum in earum creatione. 5.B.C
Opiniones circa aquarum diuisionem. 16.C
Opiniones circa pluralitatem cœlorum. 17.D.& seq.
Opiniones circa creationem lunæ. 29.F
Opiniones de situ stellarum in firmamento. 30.B.& seq.
Opiniones de comparatione animæ ad corpus. 56.B.C
Opiniones variæ de paradiso & loco eius. 58.L.M.59.A
Opiniones circa significationem ligni vitæ, & ligni scientiæ boni & mali. 60.L. 61.F
Opibus abundans, & illis solus vtens gehēnæ ignem expectat. 279.K
Opus dei quid sit. 66.C
Opus bonum vsq; ad debitum finem perducendum est. 350.G
Opus prouidentiæ dei non potest deiici ab hominibus. 351.H
Opus dei quacunque molitione humana impediri non potest. 397.H
Opera in tenebris facta non diligit deus. 14.E
Opera dei dignè laudare non sufficit humana natura. 21.D
Opera humana non ex necessitate astris subduntur. 27.D
Opera vniuersa in sex diebus facta sunt. 49.M.50.A
Opera negligendo impossibile est saluari. 257.I
Opera misericordiæ non negligenda. 279.K.L
Opera sanctorum quæ sunt. 283.H
Opera contemplatiuæ vitæ. 307.D.E. Ab actiua incipiunt. Ibidem.
Opera fidelium non sunt in exemplum trahenda. 362.G
Opera quædam mala hominum bona futura & non mala in scripturis significant. 363.D.E.& seq.
Opera fidelium & piorum imperfecta dei gratia & fide perficiuntur. 363.I
Orare deum continuo debemus pro remissione peccatorum. 274.M
Orandus est deus ab his qui volunt scrutari tanta patriarcharum rerum sacramēta. 276.I
Oratio fidelis omnium sanctorum clamor est deo. 110.G.H
Oratio fidelium ad dei gloriam pertinens non potest non exaudiri. 193.K
Oratio pro salute proximorum delectat deum. 226.A
Oratio iustorum valet multum apud deum. 233.D
Oratio sanctorum est eleuatio mētis in deum. 270.C
Orationis conditiones. 107.C
Orationis vis naturam superat. 275.I
Orationis virtute fœcunditas obtinetur. 311.E.F
Orationes & deprecationes Iacob arma fuerunt fortissima aduersus hostes eius. 415.A
Orbis purificatione indigebat, quia plenus erat malitia. 139.H
Ordinari nullus debet pro quouis munere. 292.M.293.A
Ordo creaturarum. 1.M.4.D.E
Ordo creationis & habitudinis rerum inuicem. 11.L.M
Ordo ornatus creatorum: cœli, aeris, aquæ & terræ. 36.E.F
Ordine dei fiunt omnia. 288.F
Ordines angelorum qui sint. 18.E
Origenis error de loco paradisi. 58.L.M
Originale peccatum non fuisset transfusum nisi Adam peccasset. 209.D
Ornatus cœli & terræ cur non simul cum illis factus. 6.F
Ornatus terræ quibus consistit. 7.B.C
Ornatus mundi à luce exordium sumpsit. 10.E
Ornatus terræ & cœlorum. 23.D. factus est verno tempore. L
Ornatus terræ præcessit cœli ornatum. 25.C. secundum suam creationem ornatur. D.E
Ornatus aeris & aquæ quinta die. 31.F. quæ cœlo iunguntur. Ibidem.
Ornatus vtriusq; cœli & terrę. 49.B
Ornatus primus terrę fuit plantatio paradisi. 58.K
Ornatus corporis non vsque adeo curandus. 99.I.K.L
Osculari propinquo consuetudinis fuit antiquorum. 304.D
Osculum Isaac filio Iacob mundi reconciliationem significat. 292.M
Osculum in sanctis sanctum est, pium in consanguineis, in cęteris autem non necesse est excusari peccatum. 304.E
Osee coniugium cum fornicaria significabat ludęorum fornicationem. 272.G
Ostendere pro facere vsurpatur. 432.G.I
Ouis à domino loco Isaac immolanda parabatur. 253.E.F
Oues dicuntur qui veniunt ad fidem Christi. 316.G

P

Abulum aliud est aliis piscibus per genera definitum. 32.F
Pactum cum dæmonibus Christiano vitandum est. 27.E
Pactum dei cū Noe & posteris quale fuit. 152.E.F. cuius sunt duo signa. F
Pactum quod propriè est ad Isaac, est redemptio & reconciliatio generis humani. 213.M
Palmæ natura, rami & fructus. 60.L
Palus dicitur luxuria, intemperantia, & incontinentia. 24.D
Paneas prius Dan dicebatur terminus Iudææ. 189.C
Panis conuertitur in sanguinem & cæteras corporis humores. 3.I
Panis nomine omnis cib⁹ in sacra scriptura significatur. 266.C.D
Panis omne subsidium vitæ præsentis dicitur. 301.L.M
Panis pinguedo vel abundantia, quædam beatitudo est. 426.B
Pantheræ natura & proprietas. 37.F
Papaueris succus dolores corporis plurimos sedat. 21.M
Parabola comparatur somnio. 352.K & seq.
Paradisus vbi sit, qualisue, & quid sit. 58.G. & sequen. an sit plantatus ante quàm cœlum & terra creata essent. I. K. 59. E. F. & seq.
Paradisus tā cœlestis quàm terrestris plantatus est hominibus. 60.A.C. 64.I
Paradisus in Eden plantatus dei manibus. 59.G.& in oriente omni terra excelsior. Ibidem. H.& eius situs. Ibidem. 60.B.
Paradisus Græcè, hortus Latinè dicitur. 59. K. 60.B
Paradisus quidam locus determinatus in parte terræ. 64.A.
Paradisus non indigebat cura Adæ. 66.A
Paradisus terrestris integritatis statim cōpetebat. 102.H. quo priuauit Adam suos posteros. Ibidē. & quare inaccessibilis. H.I.
Paradisus est sub æquinoctiali. 102.M
Paradisi voluptas & plantatio. 62.B.C. 65.E.
Paradiso dei quomodo Sodomorum vallis comparetur. 180.H
Parentes primi non fuerunt creati cæci. 76.F
Parentes non liberè liberorum coniugia dissoluant. 297.I
Parentibus quàm vxori in quibusdā homo potius adhærere debet. 75.C
Parentibus quanta reuerentia sit referenda. 411.F quorum prærogatiua filiorum est disciplina. G.
Parentes plus diligunt quos credunt plus mereri. 350.B
Partus sequitur ventrem. 296.M.297.A
Passio Christi sacrificium nuncupatur. 105.K.
Passio Christi nos à quinque sensuum carnalium dominatu liberauit. 188.H
Passio Christi saluberrima, & tamen Iudæ mortifera. 291.A.B
Passio Christi ratio est patiendi spiritualibus Christianis. 421.C.D
Passionis Christi figura in Ruben. 417.B
Passiones vnde dominantur corporibus. 54.L.M
Pastorum differentiæ. 303.K.& seq.
Pastorum vigilantia & studium. 323. K. & sequen. & negligentia quàm periculosa. L.M.
Pater in creatione rerum distinguitur à filio. 16.L.M
Pater in solo redemptore nostro complacuit. 127.C
Pater, filius, & spiritussanctus in tribus mēsuris similaginis intelliguntur. 219.G. sicut & tres virtutes theologicæ. Ibidē. & tres mundi partes. Ibidem.
Paterfamilias domestica curare debet. 313.C
Patres veteris testamenti à mendacio officioso non necessario excusantur. 290.G
Patres Abrahæ omnes iusti præmortui intelligebantur. 198.C
Patres veteris testamenti possunt omnino à peccatis excusari. 384.D
Patientia quantum bonum sit. 177.H.I
Patientia quanta res & virtus sit. 214.F
Patientia domini magna, vt non statim peccatorem puniat, expectans correctionem. 223.D
Patientia Abrahæ pro filij immolatione. 251.H.I. 252.H. 253.I.& seq.
Patriarchæ deum sub imagine viderunt. 192.D
Paulus non desperabat auxilium quando per murum in sporta dimissus est. 176.A
Paulus per murum maluit euadere quàm deum tentare. 241.B
Paulus de tribu Beniamin aliquando infirmatus est. 383.G
Paulus per Beniamin figuratus. 393.H.I.
Paulus non duré egit excōmunicando Corinthum. 407.L
Paulus de tribu Beniamin primo lupus erat. 429.G
Pauli prædicationis effectus. 388.M
Pauli conuersio figurata est per visionem Beniamin à Ioseph. 391.D.E. 392.B.C
Pauli præ cæteris priuilegia. 399.K.L
Paulum cæcitas non natiuitas saluauit. 26.G
Pax inter Isaac & Abimelech firmata. 286. I.K.& seq.
Pax interior maior est quàm exterior. 328.L
Pacis conseruandæ magna erat cura Abrahæ. 179.E
Pacis studiosus Abraham seperatur à Loth. 180.F
Pacis symbolum quale fuit antiquis. 324.L 325.I
Pacem Christi habere non meretur qui per aquam baptismi non abluitur. 304.H
Pacem internam Christus pro firmamento Christianis inuexit. 328.K
Peccare in deum quid sit. 239.A
Peccans in deum sacramenti cœlestis amittit consortium. 239.A
Peccantes in proximum in deum peccamus 239.A.B
Peccator tandiu absconditur à deo quādiu amat vitium. 87.A
Peccator in conspectu dei quis dicatur. 181.A.B
Peccator quò grauiora scelera commiserit, eo fit insolentior. 133.E
Peccatores deus non facit, sed ordinat ad pœnas quas meruerunt. 12.B.C
Peccatores de terra promissionis iustè deexterminare habebat. 260.K
Peccatores à peccatoribus non temere iudicandi. 355.A
Peccatores porcis comparantur. 272.L
Peccatores dorsum magis quàm faciem ponunt in faciem iusti. 353.K
Peccatum non est in mandante, sed in præuaricante. 67.H.I
Peccatum quid sit. 67.I
Peccatum est interdum pœna alterius peccati. 69.F.G
Peccatum primum mulieris erat simile primo peccato diaboli. 81.B
Peccatum magnum est quod mulier virum secum in culpam traxit. 83.D
Peccatum venit ad virum per mulierem. 87.L
Peccatum hominis cur arguit deus, & non angeli mali. 90.I
Peccatum quadruplex primorum parentum quotidie in humano genere agitur. 91.B
Peccatum Cain in quo consistebat. 107. G & seq.
Peccatum diabolicum est. 108.D
Peccatum in foribus dupliciter potest esse. 108.F
Peccatum Cain septuplex. 112.I.K.& vltiones ac pœnæ totidem. Ibidem. L. 113.A
Peccatum nullum est quantumuis graue, quod illius misericordiam vincat. 112.A
Peccatum vsqueadeo malum est vt peccantibus confusionem inurat. 117.I
Peccatum reducit homines ad bestialitatē. 125.C
Peccatum quantum sit malum. 157.L. à quo seruitus sumpsit originem. 157. Ibidem.
Peccatorem quomodo dicitur deus obdurare. 198.I.K
Peccatum minimum mortale meretur exterminationem. 198.L
Peccatum sequens sæpius est pœna sequentium. 222.E
Peccatum cum voce & cum clamore in quo differunt. 223.E
Peccatum incorrectum apud deum non remanet inultum. 239.E
Peccātem necesse est suppliciis obnoxium fieri. 370.L
Peccatum consummatum suæ absurditatis ostendit excellentiam. 385.G
Peccatum nullum mortale est excusabile. 392.L
Peccatum appellatur mors. 401.F
Peccati primi initium non fuit lapsus Adæ vel vxoris. 77.I.& sequen. sed ipsius serpentis. Ibidem.
Peccati pudenda perpetratio quantum perturbatos humiliat. 87.M
Peccati quantitas in triplo maior est in fœmina quam in viro. 94.L
Peccati primorum parentum incommoda. 103. A. B. & propter illud amissa commoda. B.E.F.H.I.
Peccati Adæ & Cain differentia & comparatio. 110.L.M.111.A
Peccato nihil peius. 86.G. cuius effectus est hominem dementare. Ibidem.& H
Peccato nullus est locus veniæ, cum cogitationi opus, operi consuetudo, & consuetudini adiicitur defensio. 90.K
Peccato quomodo quis dominatur. 107.I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccata noſtra magis cognoſcimus, poſtquam peccauimus. 87.I
Peccata ſua defendit natura meticuloſa. 90.D
Tria peccata ad deum vindictam quærunt. 110.K
Peccata negare grauiſſimum peccatum eſt. 116.H
Peccata enormia miſericordem deum indignari faciunt. 126.G
Peccata hominũ penitus auferri nequeunt. 147.C
Peccata hominum quibus malis puniantur. 147.A.H.& ſeq.
Peccata ſingula vitet qui beneficiorum paſſionis Chriſti vult particeps fieri. 271.G.H
Peccata parua deus vult in hoc mundo igne tribulationis conſumere. 375.A
Peccata innumera & pecuniarum affluentia accedunt. 279.I.K
Peccata quædam ſunt contra naturam, quædam contra mores, quædam contra præcepta. 309.L
Peccata noſtra deus ſæpe præordinat ad finem bonum. 397.G
Peccata electorum deus non ſinit impunita in hac vita. 353.E
Peccatorum tria præcipuè genera clamant ad deum. 224.G
Peccatorum declinatio & pœnitentia. 76. L.M.
Peccatis pluribus mulieris erumnę ſuæ imponuntur. 95.I.K
Peccatis renuntians poteris emereri dei miſericordiam. 201.A
Pectus pro receſſu quodam ſapientiæ accipitur. 92.B.& pro ſuperbia mentis. F
Pecunia apud omnes argentum appellatur. 210.D
Pecuniam pro ſepultura accipere, non petere iubemur. 259.L. ne venalis dicatur eccleſia. Ibidem.
Pelliceæ veſtes ex quibus rebus erant. 99. L.M.100.A.& quomodo deus eas illis fecerit. Ibidem.&.B.C
Peregrino nil ſuauius quàm benevolentia hoſpitis. 218 G
Pericula ad peccandum nunquam fidelibus deſunt. 282.C
Perfectio hominis qualis eſſe debet. 207.A
Perfectio vitæ mons iuſtitiæ eſt. 234.E.F
Perfectus homo quis dicitur. 128. G. H. & ſeq.
Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem, & ſtabilitatem. 328.I
Perfectorum eſt non facile mundanis moueri. 328.K
Perfectis & fidelibus diuina ſolent adeſſe præſidia. 326.E
Perſæ non occiduntur ab Hiſpanis aut ecõ uerſo. 151.A
Perſarum reges præceperunt omnibus ſubditis lingua Perſica loqui. 165.L
Perſeuerantia eſt virtus boni operis. 350.C
Permiſſio dei iuſta eſt cum dimittit quempiam in arbitrio vt cadat. 408.H
Perturbatio animi quid ſit. 197.E
Petitio ſigni à ſeruo Abrahæ in quo differebat ab auguratione. 263.I
Petra percuſſa à Moyſe in Cades fudit aquas. 186. A. quæ dictæ ſunt aquæ contradictionis. Ibidem.
Petrus non eſt in omnibus factis ſuis laudandus. 364.G
Petrus & Paulus precioſa morte perierunt 410.D
Phaleg cur ſic fuerit nominatus. 163.A.B.
Phanuel locus eſt in quo Iacob tota nocte cum angelo colluctatus eſt. 331.G
Pharan deſertum eſt Saracenorum ſupra Arabiam. 185.I
Pharan oppidum trans Arabiam, iunctum Saracenis. 247.I
Pharao ſtatim poſt raptam Saram ægrotauit, ne eam violaret. 176. L. 177. B.G.
Pharao & Herodes cur diem natiuitatis celebrauerunt. 374.A
Pharao non hominis nomen eſt, ſed dignitatis. 379.I
Pharaonem vexatio erudiuit. 177. E. cui tantæ iniquitatis vltor deus reuelauit. Ibidem.
Phariſæi à Pharez dicti, diuiſi appellabantur. 365.B
Pherezæi aduenæ in terra Chanaan. 179.A.
Philiſtiim à Cheſluim filio Meſraim, qui nunc dicuntur Paleſtini. 161.M
Philoſophia huius mundi neque in omnibus diuinæ legi contraria eſt, neque in omnibus conſona. 287.G.H
Philoſophiæ tres ſunt partes. 287.H.I. quæ ad diuinam legem ducunt. I
Philoſophus quidam in tempeſtate perturbatus arguitur ab adoleſcente. 197.E
Philoſophi externi complura de rerum natura inutiliter diſſeruerunt. I.H.I
Philoſophi in pluribus diuinæ legi diſſident. 287.H
Phinees egregium facinus. 48.H
Phineas homicida dici non debet, ſed zelotes. 290.E
Phiſon per diuerſas plagas fluit. 62.M
Phiſon è paradiſo manans nunc vocatur Ganges. 62.H.M. Vnde Gangetica regio orientalis. Ibidem. 63.A
Phrygia à Thogorma filio Gomer. 160.C vel Barbaria. Ibidem.
Phut fluui⁹ Mauritaniæ à Phut fluuio Cham 160.G. vnde regio Phutenſis. Ibidem.
Phutiphar quomodo habuit vxorem & filiam cum eſſet eunuchus. 358.L.M
Phutiphar eunuchus per ſimilitudinem dicitur. 366.A
Phutiphar ſi eunuchus erat, quomodo vxorem habebat. 370.C
Pietas eſt omnium virtutum princeps. 240.D.
Pietas patris noſtri Abrahæ data eſt nobis in memoriam. 251.C
Pietas domina eſt crudelitatis. 295.C
Pietas lucrum neſcit pecuniæ, in quo pietatis diſpendium eſt. 350.A
Piger nullus eſt in domo Abrahæ. 219. A.B.
Piorum & impiorum differentia. 276.M
Piſces memoriam habent. 31.H
Piſcis diuinæ legi non aduerſatur. 32.I.K
Piſces variantur penes genera animalium. 32.C.& ſequen.
Piſces ſine ſubſtantia ſui extra aquam viui eſſe non poſſunt. 32.C
Piſces quidam ſilicum duritia teguntur. 32. D. quidam mutant loco, alij nunquam. I.
Piſcium variæ ſpecies. 31. K. & ſequen. 32. A.B.C.& ſequen.& eorum propria natura. C.& ſeq.
Piſcium maris dominium in quo ſit homini vtile. 45.L
Planetæ maiores annos ſuo circuitu faciũt. 27.L.M.
Planetæ contra motum firmamenti mouentur. 30. D. quos Idololatrę nominibus ſuorum idolorum inſigniuerunt. Ibidem.
Planities vbi erat Sodoma cum cæteris quatuor vrbibus adhuc cernitur exuſta. 233. M.234.A
Plantæ cur factæ ſunt ante luminaria. 33.I
Plantæ omnes productæ ſint in actu tertia die. 60. K. ſicut & ligna paradiſi. Ibidem.
Plantas cur prius terra quàm animãtia produxit? 36.F
Plato mundum cœpiſſe, ſed non deſinere aſſerit. 2.E
Plato credit intelligibilia longe antiquiora his quæ ſub ſenſibus cadunt eſſe. 3.A
Plato formationem mũdi de principio Geneſeos furatus eſt. 249.C
Platonis opinio de rerum principiis. 2.D
Platonis error circa ſpiritum dei. 9.B
Pluralitas in perſonis diuinis credenda eſt. 240.K
Pluuia ex vapore à mari eleuato efficitur. 21.B
Pluuiam non miſerat deus ante virgultorum creationem. 53.G.H. nec inuenitur miſiſſe ante diluuium. K
Pluuiarum cauſæ. 16.B
Pœna peccati aliquando eſt peccatum. 69.F
Pœna ſecuta peccatum primorum parentum. 84.A
Pœna triplex Adæ inflicta omnibus communis. 98.I
Pœna inflicta Euam meliorem reddidit. 104.A
Pœna temporalis quantumuis grauis, nullum iniquum à culpa purgat, aut ab inferno præſeruat, niſi ipſe prius pœniteat. 234.B
Pœna iniquorum hic incipit, poſtea in futuro ſeculo ſine fine perficienda. 234.B
Pœna impij eruditio iuſti. 234.C
Pœnam peccati tranſfudit Adam in poſteros. 97.L
Pœnam luit vnuſquiſque pro peccatis ſuis. 157.L.
Pœnæ omnes infliguntur diabolo. 92.K
Pœnæ & ſupplicia beneficia ſunt. 140.F
Pœnitere dicitur cui id quod fecit, diſplicet. 126.H. & dum opus mutat voluntate immobili permanente. 126. Ibidem. & I.
Pœnitentia Adæ non potuit totam naturam humanam reparare, quam totam per peccatum infecerat. 98.D
Pœnitentia quantum neceſſaria pro hac vita. III.M

commoniti ſunt relicta ſynagoga tranſire ad gentes. 296.H
Prædicatorum diuerſa præmia. 399.K.L
Prædicta à deo impoſſibile eſt non impleri. 354.H
Præmia diuerſa vbi diuerſa merita. 399.L
Præmia maiora ſunt quàm labores. 433.M
Præputio carnis circumciſus & incircumciſus. 211.L.M
Præſentia non differunt ab vmbris & ſomniis. 279.L
Præſumentes ſe proprio ſenſu regere contra dei verbum finaliter ruunt. 234.D
Praſinus lapis viridantis aſpectus. 63. C.E.
Precium de terra conceſſa putredini quærere nimis graue eſt. 259.K
Primatus maioris tranſſunditur in minorem. 279.E
Primatus Petri tranſiit ad gentes à Iudæis in paſſione Chriſti. 280.A
Primogenitura apud priſcos ſummus honor erat. 279. A. & fuit ſucceſſio in dignitate patris. C
Primogenitura aliqua ſpiritualia includebat. 279. C.D.& ſit ſimoniacum vendere vel emere. Ibidem.
Primogenitura Iacob ex multis deſignata eſt. 293.F
Primogenituræ ætas nihil valet apud deũ. 344.H
Primogenituræ dignitas olim magna erat. 365.A
Primogenito olim debebatur regnum, ſacerdotiũ & patriarchalis dignitas. 289. H.K.
Primogeniti omnes ante Aaron ſacerdotio functi ſunt. 279.C
Primogeniti ex ſtirpe Noe vſq; ad Aaron fuerunt ſacerdotes. 189.B.E.F
Primogeniti duplicem patrimonij partem antiquitus ſortiebantur. 288.H
Primogeniti partes tres, primogenitura, ſacerdotium,& regnum. 416.H
Primogenitorum malitia nihil offendit naturam noſtram. 161.F
Primogenitis omnes fratres obediebant ſicut filij patri. 279. C. & illius erat offerre deo. Ibidem.
Primogenitis minores natu à deo præferuntur. 412.C
Primogenitos cur voluit deus ſibi conſecrari. 360.M
Primogenita Aegyptiorum omnia ſimul occiſa ſunt. 279.A.B. vnde primogenita Iudęo deo offerebantur. B
Primogenita & benedictio ab Eſau ſublata quæ ſint ſpiritualiter. 294.M
Primogenita reputata ſunt Ioſeph. 391.I
Primogenitura male proficit in filiis. 360.M
Primi parentes non ſunt facti clauſis oculis. 83. G. licet poſt peccatum ſint aperti oculi amborum. Ibidem. & ſeq. 84.A
Primi parentes voluerunt facere deum ſibi æqualem in culpa, qui nequiuerunt eſſe illi ſimiles in diuinitate. 90.G
Primi parentes cur non remanſerunt in paradiſo. 100.K.& ſeq.
Primi parentes ante peccatum virgines in paradiſo fuerunt. 103.K.& quare. L
Principem oportet eſſe deicolam. 160.M
Principes ſacerdotum cogitauerunt conſilium aduerſus Chriſtũ, apoſtolos, & prophetas. 418.F.G.H.I
Principes Iudæorum ex variis tribubus. 419.M
Principium dicitur ipſa motio prima. I. L. quot modis accipiatur. Ibidem. M
Principium eſt ſine principio, & principiũ ex principio. 2.L
Principium multipliciter dicitur. 2.L
Principium verbum dei eſt. 4.G
Principium mundi quomodo accipiendum ſit. 4.E.F.G
Principium generis humani vnum. 74.C
Principum qui non rectè operantur in plebe, duo ſunt genera. 361.E.F
Principia rerum tria Plato poſuit. 2. D.& totidem Ariſtoteles. Ibidem.
Principia duo rerum ſunt, & ea repugnantia. 2. I. Vtrum illorum fortius. Ibidem.
Principia rerum tria ſine principio philoſophi poſuerunt. 4.M
Principia naturæ per ſe ſunt materia & forma. 69.G
Priſcillianiſtarum hęreſis ſuper natiuitatibus puerorum. 277.K. ac etiam de ſtella in natiuitate Chriſti. Ibidem.
Probatio amicorum à deo. 87.G
Probatus eſt Abraham à deo multipliciter. 250.A.B
Probitas etiam apud exteros amicos parat. 187.I
Procreatio filiorum interdum in ſacra ſcriptura dicitur ædificatio. 200.F.H
Progenies Loth infamis vſque ad decimam generationem in eccleſiam ingredi prohibet lex. 237.C
Proles conceſſa eſt Iſaac ex precatione ſua. 274.M
Proles ſemper fuit in deſiderio mulieribus ſanctis antiquis. 236.C
Promiſſio ſanctæ prolis fit præmium hoſpitalitatis. 220.F
Promiſſionis diuinæ ad Abram magnitudo. 182.H.I
Promiſſionis tota ſumma in Chriſto conſiſtit. 276.K. In cuius typum patres operati ſunt. 276.K.L
Promiſſiones à deo factæ Abrahæ ſeptem. 171.A.B
Promiſſiones factæ Abrahæ per Saram & non per Agar implendæ erant. 212.M
Promiſſiones diuinæ frequenter ſub conditione intelliguntur. 301.L
Promiſſiones factæ patribus propter frequentes iterationes dictæ ſunt repromiſſiones. 342.L
Promiſſiones dei non ſunt reſtringendæ ſed ampliandæ. 412. A. qui plura exhibere conſueuit, quàm promittat. Ibidem.
Promiſſa nobis bona à deo. 195.C
Promiſſa à deo & ſi in medio non eueniant, in fine tamen non aberrabunt. 294.L
Propheta interdum præuidet futura & nõ præſentia. 291.C.D
Propheta nullus omnia ſciuit. 322.B.C
Prophetæ de nondum factis vt de factis loquuntur. 43.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prophetæ præcipue dicuntur quia cognouerunt incarnationem verbi. 171.A
Prophetæ futura prospiciebant, vnde vidē tes dicuntur, & prophetia visio. 192.D.E
Prophetę aliquando verbis, aliquando factis prophetabant. 272.G
Prophetæ super visionum significatione angelos interrogabant. 290.M
Prophetæ ad Iudæos non ad gentes fuerūt destinati. 363.C
Prophetarum & iustorum mos est non solum pro proximis dolere. 155.D
Prophetia ex præteritis futura & ex futuris præterita docet. 4.B.C
Prophetia ad Iacob & Esau non fuit suis temporibus impleta. 292.C. sed in regibus, & maximè in Christo. Ibidem.
Prophetia est domus dei. 302.D
Prophetia annunciatio futurorum est. 416.L
Prophetia præsentis temporis, nec præterito nec futuro indiget. 419.M
Prophetiæ tria sunt tempora. 4.A. quę sibi inuicem concinunt ad probationem. B
Prophetiæ ordo 4.C
Prophetiæ spiritus non semper prophetarum mentes irradiat. 414.B.C
Prophetiæ tempora inuicem sibi concinunt ad prabationem. 419.K. vt præterita probent futura, & econtra. Ibidē. &.L.
Prophetiam oportet esse certam. 268.G
Proselyti qui ad Iudaismum de gentibus cō uertebantur. 210.D
Prosperitatem cito sequitur inuidia. 244.I
Prospera semper temperantur aduersis. 214.G
Protectionis diuinæ sunt diuersi gradus. 192.H
Prouidentia dei etiam in paruis cognoscitur. 23.B
Prouidentia diuinæ sententiæ qualis sit. 113.G
Prouidentia dei præparauit Rebeccam. 275.G
Prouidentia diuina seruat vbique virtutem bonitatis suæ. 363.E
Prouidentia dei peccatis hominum abutitur ad gloriam suam, & fidelium bonum. 433.E
Prouidentia sua & voluntate deus operatur omnia in omnibus. 290.I.K. cōtra quam nihil proficitur. K
Prouidentiæ diuinæ per omnia innitendum 313.C
Prouidentiæ dei ordinem impedire nō possumus. 395.H
Prouidentiæ diuinæ est in afflictionibus & tentationibus esse. 400.C
Pudendus motus membrorum ex præcepti venit transgressione. 84.B
Pudenda cur dicantur ipsa membra. 76.F
Pudicitia bonum munus est, sed minoris meriti cum periculum abest. 370.F
Puellæ non sunt cogendæ, nec maritis inuitæ tradendæ. 269.D
Puer tam Græcè quàm Hebraicè seruum significat. 228.H
Puer vocatur homo triginta annorū. 376.E
Pueri Hebræorum loquuntur nunc primo lingua patriæ in qua nati sunt, & non Hebræa. 167.D
Pueri non propriè sed originaliter nascuntur peccatores. 211.C. & legis datæ in paradiso præuaricatores. Ibidem.
Pueri qui dicuntur. 268.G.H
Pueri quomodo corrigendi. 339.C.L
Pueros incitabant prisci ad imitationem vir tutis à qua nominabantur. 118.A.B
Ad pueros procreandos manus superna cooperetur oportet. 200.D
Pulchri siue speciosi aliquando boni dicuntur. 123.C
Pulchritudo quantum animum percutiat iustorum. 124.A.C
Pulchritudo donum dei est, quod etiam datur malis. 123.A
Pulchritudo vera quæ sit. 367.G
Pulchritudinem Christi aliter synagoga aliter ecclesia intuita est. 368.I
Punica acida quomodo dulcescunt. 22.I
Pūcta apud characteres Hebraicos maximè conducunt ad lectionem. 196.H.I
Purgatorium necessarium ante paradisi ingressum. 102.D.E.F. vbi alij citius, alij tardius purgati paradisum ingrediūtur. Ibidem.
Purgatorius ignis in plerisq; scripturæ locis gladius appellatur. 102.F
Puteus Agar hactenus monstratur. 205.D. & incarnationem significat. E
Puteus iuramēti quādo fossus est. 248.H.I
Puteus aquæ viuæ est profundæ altitudo dctrinæ. 285.G
Puteus sacræ scripturæ significat profundi tatem. 270.K.& seq.271.I.K
Puteus baptismum designat. 303.E
Puteus iuramenti quare sic dictus. 401.H. qui ideo dictus est Bersabee. Ibidem.
Putei Isaac quid significent. 285.G.& seq.
Puteorum Abrahæ & Isaac mysteria. 284.I & seq.285.A.& seq.

Q

Quadraginta diebus Christus post resurrectionem suam lætatus est cū discipulis suis. 431.C.D
Quadraginta dies ieiuniorum nō sine causa instituti sunt. 431.C. quib⁹ ieiunauerunt Moyses, Helias & Niniuitæ. Ibidem. qui nec tantummodo luctui conueniunt. D
Quadrata ligna arcæ Noe esse referuntur. 130.C.132.C.D
Quadringenti anni peregrinationis filiorū Abrahæ quomodo intelligendi. 197.I.& vbi inceperūt. Ibidem.& K. & se. 198.A.
Qualitates elemētorum. 20.E. interdum sibi inuicem miscentur. Ibidem.
Quartus dies fuit in creatione primus dies solaris. 30.H
Quarto die ornatur cœlum. 25.D.& seq.
Quarto die officium astrorum describitur. 28.E
Quarto peccato deus denegat veniā. 90.K
Quatuor elementis mundus iste visibilis surgit. 9.H
Quatuor sunt vitæ gradus. 58.B.C
Quatuor flumina ex paradiso orta dicūtur capita aliorū fluuorum. 62.G.I.63.I.K.L
Quatuor flumina Gallica ex eodem loco ad 4. mundi plagas manant. 62.L
Quatuor fluminum paradisi ortus & fluxus. 63.K.& seq.64.A.& eorum significatio. D.& seq.
Quatuor initia virtutum sunt quatuor virtutes cardinales. 64.E.F
Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, & quatuor consummatur in opere 91.A.B. quibus serpens Adæ rectitudinē fregit. Ibidem.& B.
Quatuor pœnas serpenti dominus infligit. 91.L
Quatuor pœnæ mulieri inflictæ sunt propriæ vxoribus. 95.G
Quatuor sunt genera quibus sacrificia commendantur. 107.A
Quatuor virtutes principales siue cardinales. 107.B.C.
Quatuor combinationes omnes mutatiōes significant. 147.M
Quatuor animi præcipuas passiones quomodo vincere oportet. 191.H
Quatuor sunt res diuinæ quibus Abraham commendatur. 281.D
Quatuor per ordinem in benedictione Iacob continentur. 292.F
Quatuor vxores Iacob quid figurauerint. 310.D.& seq.& earum æmulationes. G
Quatuor causæ odij fratrum Ioseph in eum 351.E.F.352.M
Quinquagenarius numerus pœnitētiam significat. 225.C
Quinq; sensus corporis proni sunt in malū. 147.D
Quinta generatio Cain introduxit pluralitatem vxorum. 115.D.E
Quercus Mamre vsq; ad Constantini tempora monstrabatur. 184.A

R

Rachel ecclesiam figurauit. 305. H.I.
Rachel contemplatiuam vitam figurat. 307.E.F
Rachel quæ sunt mediocre solatium per zelotypiæ errorem contra sororem. 309.A
Rachel ideo dicitur idola patris abstulisse vt eum ab idololatria liberaret. 319.K. ꝙ magnum fuit mysterium. M
Rachel desiderans filios non obtinuit donec oraret. 311.H
Rachel cur non fuit sepulta cum Abraham 343.M. cuius mors & non Liæ scribitur. 344.B
Ramesse vrbs est, quam ædificauerunt filij Israel in Aegypto. 406.I.& est pars Thebaidis. Ibidem.
Ratio qua solus homo insignitur quid sit. 57.E
Ratio absque organo corporali operatur. 84.L.M
Ratio non potest seduci ad peccandum nisi præcedente delectatione in affectu carnis. 85.E
Ratio cur data est homini. 119.C
Rationis facultate potest homo acquirere similitudinem dei. 42.H
Ratione excellentes dominatione excellūt. 404.K
Rationalis creatura sola est diuinæ capax bonitatis. 11.K
Rationalis philosophia quæ sit. 287.I
Rationale in nobis quod regit, aliud est ab animali quod regitur. 75.L
Rhinocorura fluuius est inter Aegyptum & Palæstinam fluens. 199.F
Rhod⁹ à Dodanim filio Iauan. 160.C. & se. vel Dardania. E
Ridere mentis est, gaudium cordis. 213.C
Riserat Abraham, riserat Sara, Ideo vocat⁹ est filius Isaac, i. risus. 243.B.C
Risus Abrahæ exultatio fuit gratulantis, nō irrisio diffitentis. 213.C
Risus Saræ duplicem habuit sensū. 222.B
Rebecca filia Bathuelis filij Nachor, soror Laban. 264.F. eius alacritas erga seruum Abrahæ. G.H
Rebecca figurabat ecclesiam. 266.D.& se.
Rebecca ecclesiam figurauit. 276.L.277. C. quæ geminos populos concepit. Ibid.
Rebecca quomodo dicitur consuluisse dominum. 276.A.& seq.& an per sacerdotem. E.F. An per Melchisedech. Ibidem. an apud altare. F.G. an per angelum. G. an per deum. H
Rebecca ex dei consilio Iacob semper melius amabat. 289.A.B
Rebecca præposuit Iacob Esau ex diuina reuelatione. 289.D.E. cuius factum suapte natura erat fallax. E
Rebecca non quasi filium filio, sed quasi iustum præferebat iniusto. 289.F
Rebecca plena spiritu sancto quæ futura nouerat in Christo meditabatur in Iacob. 289.M
Rebecca monstrat qualem nos gentes tenere debeamus religionem. 296.H
Rebecca spiritus sancti gratiam, Delbora vero legem Moysi designat. 341.M.342.A
Rebeccę sterilitas per Isaac deprecationem soluta est. 275.H. postquàm per. 20. annos deprecatus est. Ibidem. I.
Rebeccam deus ipse viro fideli preparauit. 270.D
Recordatio interdum misericordiā signat. 141.F
Rectitudo hominis est vt pars superior imperet inferiori. 76.H
Regina Saba quę venit ad Salomonem erat de Saba Arabica. 160.H. à qua & magi ad Christum venerunt. Ibidem.
Regnum cœlorū nullus moriens ante Christi aduentum ingrediebatur. 387.G
Regni nō prodest vtilitas ei qui diuino destitutus est auxilio. 188.G
Regna post diluuium à Nemrod incepe-runt. 161.D
Regna cœlorum instrumentum vetus omnino non nominat. 183.H
Religio vera contra carnem & sanguinem militat semper. 209.H
Remedium contra vitia. 35.K.L
Remedium contra iram. 295.H.I
Remedium contra mulieris impudicitiam. 367.K
Remissio peccatorum est vbi est Christus. 344.D
Renunciationes monacho sunt tres. 171.H. I.M. quæ per tres libros Salomonis designantur. M. 172.A
Reprobi aliquomodo terram sibi subiiciūt sed hic modus non est de benedictione dei. 45.H
Reprobi sola temporalia, & nihil post hanc vitam quærunt. 115.H.I
Reptile omne animal præter hominem dicitur. 149.I
Reptilia dicuntur genera serpentum. 31.G. sed multo magis omne quod natat. Ibid. quorum quædam pedes habent. Ibidem. &.H.
Reptilia quæ dicuntur. 36.M.37.A
Requies interdum cessatio est. 49.L
Requies nostra vera quæ sit. 141.A
Restitutio ablati pars pœnitentiæ est. 239.D.
Resurrectionis spes insinuatur. 430.I.K
Resurrectionis inditia certa sunt & multa. 432.E
Resurgentium status. 210.A
Retribuit nobis deus ob alacritatem, & nō ob ministrorum dignitatem. 409.B
Regis iustitia nec totum puniat, nec totum remittat. 371.L
Regi assistere olim non licebat in sordido habitu. 376.G
Rege peccante omnes de domo eius sunt pœnæ participes. 176.K
Reges qui ex Abraham egressi sunt. 208.D
Reges leuia ducunt delicta sua. 238.L
Reges offendere nequeunt quem deus tuetur. 241.G.& sic ab iniuria maximè caue re debent. H
Reges plerique putant sibi licere quæ libent 248.K
Reges Israel Messiæ vocabantur. 420.D
Reges Iuda præter Dauid, Ezechiam & Iosiam omnes peccauerunt. 422.M
Reges Iuda defecerant in captiuitate Babylonis. 423.D
Regum & principum infidelium prisorum mores. 185.D
Regum officium. 241.H
Romani à Ros filio Beniamin nomen acceperunt. 403.F
Romanæ ecclesiæ principes latius dominantur quā Romani imperij Cæsares. 284.E
Ros cœli significat gratiam spiritus sancti. 292.H
Ruben primogenitus Israelis primogenitū dei populum præsignabat. 345.A. cui⁹ incestus peruersitatem populi Israelitici præfiguravit. Ibidem.& hæreticorum. B.
Ruben propter incestum perdidit primogenitum. 416.B.& seq. quia concubuit cum bala concubina patris. Ibidem.& eius cō ditiones. E.F
Ruben tribum Moyses benedixit. 418.H
Ruth processit ex altera filiarum Loth. 236. C. vnde & Dauid, à quo Christus. D

S

Saba vnde Sabæi à Saba filio Chus dicta. 160.G
Saba interdum per ☧. Arabia. per. D. vero est. Saba à qua Sabæi. 160.H
Sabatheni à Sabatha filio Chus. 160.G
Sabbati primus violator cur lapidatus sit. 85.G
Sabech quid sit. 255.D.& sequen. vel Sebach. F
Sacerdos dei refert benedictionem in deū. 190.B
Sacerdos summus ecclesiæ sibi commissæ vt vir coniugi, vel caput corpori præest. 293.A
Sacerdos interdum poni solet pro magno & principali. 380.C
Sacerdotis est benedicere, dei effectum tribuere. 293.H
Sacerdotes dei & sacerdotes Ppharonis in quo differunt. 48.B.C. & quid vtrique præcipiatur. C.D
Sacerdotes famem experiri Ioseph non permisit. 408.B
Sacerdotes fuerunt ex tribu Leui. 418.H
Sacerdotum Aegyptiorum & diuinorum differentia. 409.A.B.C.G
Sacerdotibus dei quanta debet esse discretio. 396.E
Sacerdotibus dei quantus honor debetur. 409.B.C. & eorum contemptus quàm malus sit. Ibidem.
Sacerdotium Iacob fraudulenter acceptum quomodo potuerit esse ratum. 292.M
Sacerdotium Melchisedech fuit in tribu Iuda repositum. 430.F
Sacerdotium Aaron non pro benedictione datum est. 430.F. sed pro significatione benedictionis. Ibidem.
Sacerdotij veri & vnici officium. 430.F
Saccus est vox Hebraica, Græca & Latina. 357.K
Sacra eloquia in exordiis qualitates exprimunt causarum. 227.K.L.M
Sacra scriptura in obscœnis honestissimè loquitur, vnde vocatur lingua sancta. 229.H.K
Sacra scriptura per puteos designatur. 270. K.& seq. 271.I.K
Sacra & doctrinam populo ministrantes iure gentiū & naturali vitæ necessaria percipere debent. 408.E.F
Sacramenta legis mysterium dispensationis euangelicæ præfigurant. 217.B
Sacramenta dominica non nisi in lauandis pedibus consummantur. 218.C
Sacramenta secunda sunt firmiora primis. 256.K
Sacramēta patriarcharum in puteis, nuptiis parturitionibus, sterilitatibus figurantur. 276.I
Sacrificandum est solummodo vni deo. 107.F
Sacrificium celeritate commendatur & gratia. 104.I
Sacrificium Abel quale fuerit. 105.C.& seq.
Sacrificium Abrahæ est totius veteris legis memorabilissimum opus, & nouæ exemplar. 250.E
Sacrificium precum in omnibus cœptis nostris primò deo offeramus. 401.I.K
Sacrificium exterius significat sacrificium spirituale interius. 105.B
Sacrificium Cain quale fuerit. 105.D.E. 106.F
Sacrificia Cain & dona vel munera Abel in quo differunt. 105.I.K
Sacrificia quare deus permisit à patribus sibi offerri. 146.F.G.H.& se.
Sacrificia taurorum aut vitulorum vel arietum. &c. non fuerunt à deo iussa, sed permissa. 430.F
Sacrificiorum differentia. 107.A
Sacrificiorum tria genera Abram obtulit. 196.C. quæ spiritales & carnales designabant

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant. C.& seq. & Christum incarnãdum & immolandum. 197.B.
Salem non Hierusalem, sed oppidum iuxta Scytopolim, habitatio Melchisedech. 189.C.alij oppositum.
Salem dicunt primo à Melchisedech fuisse fundatam 301.A
Salem nomen plurium vrbium Chanaan. 334.M. 335.A
Salim iuxta quam Ioannes baptizabat, dicta est olim Salem oppidum Melchisedech 189.C.D.
Saluari impossibile est sine fide seminis Abrahæ quod est Christus 211. A
Salomon de filiis dei per mulieres idololatras factus est idololatra 123. G
Salus mundi in Christi potestate constituta est 409.E
Salutis expectatio habenda est in omni virtutis operatione 118. B.
Samaræi Syriæ ciuitas à Samareo filio Chanaan 162. B
Sampson de tribu Dan ortus. 424.K.L 425.A
Samuel elegit Dauid reprobatis fratribus eius 290.L.M
Sãctificatio & benedictio diei septimi quid repræsentet. 50.G. quæ in typum maioris facta est. H
Sanctitas habet suos gradus 297. A.
Sancti martyres possunt nos in suis loculis iuuare 77.B
Sancti viri cum præsunt, magis gaudẽt prodesse quàm præesse 149.AB
Sancti patres cur ante Christi aduentũ non introierunt in regnum dei 211.H
Sancti pendent toti ex deo, tuti in omnibus huius mundi periculis 238.I
Sancti omnes per eandem gratiam fratres sunt 241.E
Sancti in terra locum fixum non possident 283.F.& quæ sint eorum opera.H
Sancti spiritus charismata potiora sunt tria 284.G
Sancti mortem ob oculos semper habent. 288.G
Sancti peccare possunt, sed perpetuo pœnitent 389.K
Sancti viri ea solum sciuerunt quæ eis à domino reuelata sunt, & ignorauerunt quę reuelata eis non fuerunt 290.M
Sancti in hoc mundo incolæ sunt & peregrini 335. K
Sancti laborant ad proximorum multorum vtilitatem. 338. D. eorum perpulchræ cõditiones. Ibidem
Sancti in veteri testamẽto angelos comites habebant 413. F
Sancti cur dicuntur colles æterni. 429.C D
Sancti mortem non exhorrent 433.L
Sanctorum non solum bona opera, sed & peccata nobis scripta sunt 155.A.
Sanctorum mos est pro afflictis plurimum affici 235.A
Sanctorum intercessio facienti quod in se est, plurimum confert 235.C
Sanctorum profectus per coniugia figuraliter designatur 272.M
Sanctorum vita cæteris norma viuendi est. 348.H
Sanctis omnia cooperantur in bonum. 371. H
Sanguis victimarum designabat sanguinem Christi effundendum 50.H
Sanguis serpentis venenum est 93.H.I
Sanguis brutorum comestus causa est multarum ægritudinum 151 D
Sanguis Christi clauis paradisi est 183. A
Sanitas nulla firmior quàm quæ salubribus reformatur alimentis 22. L
Sapiens sibi & plurimis sapit 134.I
Sapiens præterita recordatur & futura. 157.B
Sapiens nunquam inanis est. 322.M.323.A.
Sapientia diuina est causa distinctionis rerum 10. A
Sapientia quid sit, & vnde sit 62.C
Sapientiæ dei variæ vię sunt 282. D
Sapientia dei omnia mala in bonum cõmutat 433. A
Sapientiæ nullus est finis. 272.I
Sara ob patientiam dignam mercedem reportauit. 175.I. quæ non facultatibus ditior viro suo erat. K.L
Sara quomodo soror & coniunx erat Abrahæ. 176. B.C. & potuit per annum intacta remansisse apud Pharaonem. G.H.& excusari potest. Ibidem
Sara typus erat ecclesiæ non synagogæ. 213.F.G
Sara an prius per vnum R scriptũ, & postea per duplex. 212.G. & ratio mutationis nominis. Ibidem. & H.I. 213.F.
Sara typum ecclesiæ tenet 219.F.G
Sara cur arguitur quia risit, & non Abrahã 221.B.C. quia ipsa ridendo & dubitando peccauit. E
Sara nonagenaria quomodo tam pulchra & tam concupiscibilis vt eam Abimelech concupisceret 238.D.239.G.H.
Sara quomodo soror esset Abrahę. 240.D E.& seq.
Sara designabat ecclesiam sicut Abraham Christum 239.H.241.C. & seq.
Sara mirabiliter concepit Isaac. 242.L.M. 243.A.& seq.
Sara tria agnoscit dei beneficia 243.I
Sara potest designare synagogam. 244.A.
Sara impatienter tulit Isaac ab Ismaele irrisum 244.M
Sara multas designabat figuras. 244. B.& seq.
Sara libera genuit populũ liberum. 246. F
Sara & Rebecca non solũ gratiosæ fuerũt, sed præ cũctis Palæstinis pulchræ. 281.L
Saræ prudentia & mansuetudo 221.A
Saræ risus prophetia est 221.G.222.B
Saræ admirabilis charitas quæ virũ à morte eripere voluit 238. B.
Saræ vita & ætas supra cæteras mulieres. 258.I.
Sarę mors finem legis & prophetarum figurabat 259.D.E
Saræ mors infidelitatem signat synagogæ. 271. G.
Sarai meritis misit deus angelum ad reducendum Agar 203.B
Sarai vnius fratrum Abræ filia fuit. 168.K. vel filia Thare patris Abræ ex alia matre. L.
Saraceni prius dicebantur Agareni, 183. F.
Saraceni vel Agareni non erãt futuri filij promissionis Abrahæ. 203.K. nec benedictionis hæredes. Ibidem.
Saraceni pueros suos. 13. anno circuncidunt, quia illo anno Ismael circuncisus est 215.C.
Satan erat serpens qui decepit Euam. 78. B
Satanas contrarius interpretatur. 283.M
Saue ciuitas antiqua super regionem Sodomæ 185 H
Saue quæ vallis sit 188. G
Saul propter virtutem Dauid persequebatur. 350. G
Saul vituperabilis est, quanuis multa eius sint laudabilia gesta 364.F.G
Scala Iacob crucem Christi significat. 299. A.B.E. atque duo testamenta. D.E. & mysterium incarnationis. H.
Sceleris patrati euidentia non indiget clamore accusatoris 110.I
Sceleris domestici notitia non est alienis communicanda 396.I.
Scene, id est tabernacula. 334.K. quæ Hebraicè Sochot. Ibi. vel Suchot. L.
Scientia creaturæ in comparatione ad scientiam creatoris vesperascit & lucescit. 13.H
Scientia boni esse non potest, nisi esset & mali 61. B
Scire dei est appropinquare & approbare. 304.I
In schola dei non proficere est deficere. 299.M
Scribę ex Simeonis tribu ortum duxerunt. 418.A.D H
Scriptura sacra non est alicubi sibi aduersa 17.D
Scriptura diuina omnia nobis prout nostrę infirmitati congruunt, narrat. 101.L.M.
Scriptura diuina non habet opus sapientia humana, sed reuelatione 122. F
Scriptura sacra nec virtutes, nec vitia iustorum præterit 157.F
Scriptura sacra plus fructus affert quam omnes secularių historicorũ libri. 284.C.
Scriptura sancta à Iudæis & Samaritanis non rectè intelligebatur 303.C.D
Scriptura sanctà nullius adulandam personam accipit 364. F
Scriptura sacra sæpius totum pro parte, & partem, pro toto ponit. 404. A.
Scripturæ sacræ profunditas non pateret, nisi Iesus Christus passus fuisset. 270. K.L
Scripturæ diuinæ obediendum est 12.C.
Scripturæ sanctæ nõ hominum peccata defendenda sunt. 237. B. quas deus propter hominum peccata nõ damnauit. Ibidem.
Scripturam sanctam omnis qui est ex parte diaboli tribus modis nititur deprauare. 79.M.80.A
Scripturarum diuinarũ lectio thesauro confertur. 5.L. atque fonti. Ibidem. & M
Scythæ à Magog filio Iapheth dicti. 160.A vel Germani. B.
Seculum non tam malum quàm ea quæ in seculo fiunt 406.D
Secularia quæ breui tempore transeunt. 208. G
Secularia negligens ad imaginem & similitudinem dei propius accedit 330. D.
Securis ad radicem ponitur quotiens verbũ domini prædicatur 232.D
Seductus quis dicitur. 82.L.
Segor quæ & Bala & Zoara vna de quinq; ciuitatibus
ciuitatibus Sodomorum 180.G.
Segor primo dicta est Bale, postea Salissa terræ motu frequenter subruta. 235.H
Seir mons est in terra Aedom 185. I
Seir mons in terra Edom in regione Gabalena 326. G
Seir postea dicta est Idumæa. 346. A M. 347.A.
Sem dicunt Hebræi fuisse in Salem dei excelsi sacerdotẽ. 157. I.& eius benedictio. 158.A.B.
Sem pater Hebręorum. 158.G.& seq.& eius tabernacula à Iapheth occupata. M. 159.A
Sem fuit pater electi populi, & tandem Messiæ 162.H.
Sem dicitur primus filius Noe, Iapheth secundus, & Cham tertius 162.I
Sem Hierosolymis in vmbilico terræ fertur habitasse 163. C.
Sem quomodo esset centum annorum bienio post diluuium. 167.I.& seq.& an fuerit primus filius Noe. K
Sem progenies vsq; ad Abraham. 189.A.B. qui post Abraham vixit. Ibidem. E.F.I.
Semina varia arborum 23. A.
Semen diaboli praua suggestio 93.D
Semẽ solum virginis nos reconciliauit deo 93.F
Semen duplex Abrahæ futurum erat. 174.B
Semen Abrahæ fidei eius imitatione facti sumus. 193.B.
Semẽ Abrahæ cur modo pulueri terræ, modo stellis cœli cõparatur. 193. M. 194. A.
Semen Abrahæ domino gratum secundum carnem in Christo cessauit 208. I
Semen Isaac & semen Ismaelis in quo differunt 280. M
Semen Abræ duplex. 182.A. & seq.H. & seq.
Semini Abræ quod est Christus, hæreditas omnium gentium promittitur. 183. M
Semen cordis est verbum dei 361. I.K
Senarius numerus perfectus est. 206. B.C
Senectutis miseriæ. 113.G
Senectus discendi terminum non imponit 272.I
Senectus bona quæ sit 273. G
Senectus honoratæ est dignitatis 390. G.
Sennaar vnde fuit Amraphel bellum gerẽs in Sodomitas 184.K.
Sẽnaar regionis nomen in qua sunt quatuor ciuitates 161.D.
Sensus omnes in facie magis vigent. 58.C.
Sensus omnes peccatores moriuntur. 133.E
Sensus spiritus est disquirendus 248.D.
Sensus exteriores in somnis clausa sunt. 318.G.
Sẽsus noctu sunt diuinarum apparitionum capaciores 401.L
Septem peccatis peccauit Cain, quorum quodlibet dignum erat plecti maxima pœna. 112.I.& seq. 113.A.B
Septem agnæ Abrahæ septiformem spiritussancti gratiam designabant 249.E
September mensis apud Hebræos dicitur Tisri 316.B
Septena ex mundis cur sunt introducta in arcam 135.B.& seq.
Septenarius mas dicitur, & insolubilis. 206. C
Septenarius sacer est numerus 249. A.
Septenarius numerus significat requiem. 431.E.F.432. C
Septenarij numeri ratio 113. A.B.
Septenario numero vniuersitas bonorum significatur 171.A.
Septenario numero solet vniuersitas designari 378.C.
Septima quid sit 49. G.
Septimus dies non dicitur vesperã habuisse sicut cæteri præcedentes 50. C
Septimanæ mensura 13.C. D.H
Septuaginta septem ex septenario & vndenario prodeunt 116. D.
Septuaginta tres vel potius 72. linguæ atribus filiis Noe 167.A.B.
Septuaginta interpretum discordia ab Hebræis vnde orta est 404.B.C
Septuaginta pro æquiuocatione multa reliquerunt dubia 410.L.M.
Sepulchra vendentium, & extorquentium nomina mutantur 260.E
Sepulchrorum tituli non improbandi. 344.A
Sepultura mortuorum remissionem significat peccatorum 411. B
Sepulturæ ius vendere aut emere non licet 258.I. 259.I.& seq. 26.E.F
Sepulturas Christiani eligunt penes martyrum memorias, & sacras sanctorum ædes 259.D
Sequi dominum post satietatem 301.M
Sequens deum semper tutus est 177. I
Sermo dei virtus naturæ est 16.H
Sermo melior quàm munus 221. K
Sermo dei repromissio est benedictionis. 288. K
Sermonis scripturarum efficacia 107. B
Serpens quomodo dicebatur sapientissimus 77.F.G.& seq. 78.A.& seq. qui erat Satan 78.B.
Serpens non intelligebat sonos qui fiebant per eum ad mulierem. 78.B. C.D. Sicut nec asina Balaan. B.D
Serpens quãta mala offert mulieri. 82.C D
Serpens cur per mulierem, non per virum decipit 85. E.
Serpens à deo non est interrogatus sicut protoplasti. 91.C.D.& seq.& cur illi pœna infligitur cuius opera diabolus vsus est. E
Serpens nascitur ex medula spinæ dorsi hominis 91.I.K.
Serpens homini naturaliter inimicus est. 93.I.
Serpens typus est delectationis 94.B.C.
Serpens in luxuriosis multipliciter repit. 92.E.F
Serpentis multæ viæ ad decipiendum. 90.B
Serpentum quot genera tot venena. 93.I
Serpentum genera. 31.M.
Seruilis est omnis passio 295. C
Seruile est omne peccatum 359.K
Seruire deo cupiẽs vt honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, Ad Esau pertinet. 276.M. sicut & qui terrena sapiunt. Ibidem.
Seruire qui dicuntur 295.C
Seruit imprudens prudenti Ibidem
Seruitus Iacob septem annorum vitæ præsentis tempus significat 306.M
Seruitus Aegyptiorum qualis sit 408.G.
Seruitus Ioseph beatior erat quàm regnũ Pharaonis 359 L
Seruitus iusta est cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. 404.I
Seruitutis est ordo naturalis in hominibus 404.K
Seruitutis nil tã speciale est quàm semper timere 359.L
Seruitus grauissima est in ordine libertatis 160.K
Seruus pueri nomine solet significari. 390.G
Seruus Abrahæ iurauit in semine eius nasciturq; quod est Christus, licet Iudæi dicant in circuncisione 263.C
Serui Abrahæ dimissi ad custodiam asini Iudæos figurabant. 252.M. 253.A
Serui omnium sunt quibus plura affluunt. 279.I
Serui conditionis 359. K.L.
Serui dei non carent minutis peccatis. 374.M
Seruum fortuitum conditio non facit, sed probrosa insipientia 295.D
Seruum hominem homini vel iniquitas vel aduersitas facit 404 K
Seruos primos bella fecerunt 404.K.
Sex cur dicatur numerus perfectus. 49. C.
Sex dies sex ætates designare possunt. 51.H & seq.
Sex mũdi ætates per sex primos dies possunt figurari 51.H.& seq. 52.A
Sex tempora anni secundum Hebræos. 148.A
Sexus vterque ad imaginem dei creatus est 44. K. Vnde homo vtriusque sexus nomen est. Ibidem
Sichem & Salẽ, quæ & Sicima ciuitas olim Iacob. 173.C.D. quæ in euangelio Ioannis dicitur Sichar. E
Sichem dicta est Salem, & postea Sichar. 335. A. C. & est prima mansio Iacob. 335. B. G
Sichem ardebat concupiscentia Dinam. 337. A
Sichem Hebraicè, Sichima vero Græcè & Latinè, ciuitas est Samaritanorum, quæ nunc Neapolis dicitur 414.H.I.
Sichimitæ omnes consenserunt in stuprum Dinæ 339.D. & seq.
Sichimorum clades & præda an iusta fuerit & licita 339. D
Siclus quid sit apud Hebræos 260.C.
Siclum quatuor drachmæ faciunt 265. G.
Sidon vrbs Phœniciæ à Sidone primo filio Chanaan. 162. A.C.D.
Sidon vrbs Phœnices insignis de tribu Aser 423.K
Signum quod dominus posuit in Cain ne ab aliquo occideretur, quale fuit. 113.H. & seq.
Signum petere à deo quomodo licitum sit. 263.I.L.M.
Signa obseruanda in quæ sunt cœli & astra 25.K.& seq. 26.A.& seq.
Silentium nihil est, sicut nec tenebræ. 8.D.
Simeon & Leui non soli Sichimorum ciuitatem deprædati sunt. 338.I. & seq. 339.D.& seq.
Simeon proprium funiculum non est consecutus. 417.H. M. Ideo tribus eius exigua

Universidad de Deusto
Biblioteca

gua numero fuit.K
Simeon & Leui duo crimina patrauerunt. 417.E. Deleuerunt Sichem, & Ioseph vendiderunt 418.C. D
Simeon senex ex diuino respōso vidit Christum ante mortem 423.E.
Simeonis tribus filij fere omnes fuerunt pædagogi & scribæ 418.A.D.
Similitudo dei & hominis quæ sit. 40. E.F L.M. & quomodo eam perdit homo. Ibidem
Similitudo animæ ad deum in quibus consistit. 41.A.B. & seq.
Similitudo dei cognationem inter nos & dei filium testatur 43. K
Similitudo dei non in crassa substantia conseruatur aut reparatur. 43.I. sæpius in pecorinam mutatur similitudinem. K
Similitudo dei quæ & quanta sit. 43. L.M. quæ interdum intantum propria vt vnitas nominetur. M.
Similitudo hominis ad alia animalia penes quid attenditur 69. I
Similitudo ad corpus, & imago ad animam referri potest 119. H.
Simulatio quadruplex assignatur. 294. C.
Simplicitas & prudentia connectuntur. 278.E. & vtriusque officium. Ibi.
Sinai mons est in deserto Sur ad Euila. 274.G
Sobrietas & continentia obumbrant mentis improbitatem 139.C
Societas bonorum & malorum ad plura vtilis 127.H.I. & seq.
Sodoma potuit non perire si habuisset decem iustos 226. G.M
Sodomæ omnes habitatores consumpti fuerunt incendio 225. B.
Sodomitæ cur dicebātur mali valde & peccatores. 181.B. & peccata eorum qualia erant. C
Sodomitæ destruuntur quia iam completa erant eorum crimina 228.B
Sodomitæ typum gesserunt falsorum Hierosolymitarum 224.G. H.
Sodomitæ de cœlo puniendi erant, quia clamor eorum ascendit in cœlum 231. D.
Sodomitæ cur grauiori supplicio quā peccatores tempore Noe perierunt. 233.L.
Sodomitę an post tam acerbam pœnam temporalem, æternam euaserint damnationem. 234.B. nisi in illo incendio pœnituerint. Ibi.
Sodomitarum pertinacia aduersus Loth. 230.C. D.E.
Sodomitæ cum à Loth mouerentur infidelitatem aliis criminibus addebant. 232.B
Sodomitas imitantes quantum manet supplicium. 226.H.I. & cur non puniuntur sicut tunc Sodomitæ. Ibi.
Sodomorum euersio in exemplum est his qui impiè acturi sunt. 62.F.G.
Sodomorū subuersio fuit. 52. anno post linguarum diuisionem 168.B.
Sodomorum planities erat extra terram Chanaan 180.L.
Sodomorum vrbes & situs 180.G. & seq.
Sodomorum peccata prius dominus lenius puniuit, inuitans ad emendationem. 186.K
Sodomorum vitia communia. 224.G. quæ terra diutius ferre non posset. Ibidem
Sodomorum incendium. 233. G. & seq. & quare sulphure & igne de cœlo. Ibidem. & cur tam crudeliter punitum est eorū facinus. I.K
Sodomorum subita perditio figura fuit extremi iudicij 234.I
Sodomis nullus iustus, nullus innocens. 229.G
Sol fons ignis ætherei dicitur 9.C.
Sol non est factus ante lucem 10. L
Sol non est auctor terræ nascentium. 21.G.
Sol iustitię ad mandatum patris mundi solem fecit 25.F
Sol & luna an fuerint creati in coniunctione vel oppositione 54.E.
Sol est oculus mundi, iocunditas diei, pulchritudo cœli, & cætera. 24.M. Effectus eius. Ibi. 25. A.B
Sol præfectus est diei 25.G
Sol est vehiculum illi primogenitæ luci 28. A.
Sol non maior proximis quàm remotis apparet 28. F.
Sol quare quarto die factus est. 29.C. & cur præest diei. Ibi. & cur luminare maius. D
Sol ortu suo omnes stellarum claritates extinguit. 28.H. & clariorem diem efficit. M. 29.C D
Sol cur dicitur luminare maius. 29.E F
Solis motu variantur quatuor tempora anni 27.K
Solis radius differt à radio lunæ. 29.H
Solis influentia & calor multos facit effectus. 29.A. vt nullus laudes eius pro dignitate prædicauerit Ibidem. & B
Solicitudo est causa somniorum 372.D.
Somnium est omnis potentia seculi, non veritas 372.L.
Somnia curare impium est 372.D
Somnia Pharaonis quid significent. 375.L.
Somniorum imagines quot modis animum tangunt 352. H. I
In somnis exteriores sensus clausi sunt. 318.G
Sophera mons orientis in India 163. C
Sopor immissus in Adam qualis fuerit. 73. F.G
Sopor Adæ mortē Christi figurabat. 76.A
Soror dupliciter accipi potest 282.A.
Species rerum productæ sunt de terra & aquis 9.C
Species animalium in terra pares habent in aquis 31.M.32.A. & seq.
Species sibi succedunt 37. B
Species omnes in sex diebus sunt creatæ. 50.A.
Species rerum successiue creatæ sunt, substantia autem earum simul 53.A.B.
Spes cuiusque fidelis confortatur à domino triumphata multitudine vitiorum. 193.F
Spes bona huius vitæ labores imminuit. 414. G
Spiraculum vitæ anima coniuncta corpori dicitur 56. H
Spiritales inter se non diuiduntur. 196.D.E L.M. nec tormentis separātur à Christo M. 199. H.I.
Spiritussanctus verba Geneseos protulit. 1.E
Spiritussanctus dictus est spiritus dei. 8.G. Omnium viuificatorū principio. I.K.M
Spiritussanctus est amor & bonitas creatoris 9.B.
Spiritussanctus est similitudo patris & filij 42. F
Spiritussanctus futurorum præscius est. 52. K.L. qui fontis nomine significatur. 54.D
Spiritussactus septiformi gratia omnia sex diebus condidit 103.H
Spiritussanctus in electis operatur intrinsecus 109. A
Spiritussanctus spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis 124.G
Spiritussanctus vera est benedictio dei. 292.K
Spiritussanctus per ignem significatur. 373.M
Spiritussancti nomina. 44.A. ab effectibus eius illi indita. Ibi.
Spiritussancti virtute diluuium repressum est, non flatu 141.H.I. & seq.
Spiritussancti dispēsatione pro meritis res geruntur 218. D.
Spiritus dei quomodo superferebatur aquis. 9.E.F. qui deus est nec loco continetur. F. sed est vbique præsens & totus Ibidem.
Spiritus dei potest dici spiritus vitalis omnium creaturarum. 9.G. sed & aer. H
Spiritus est creator vniuersorum 141. I
Spiritus prophetarum non semper est subditus prophetis 240. C
Spiritus dei tribus in locis reperitur in Genesi 378. I
Spiritus prophetiæ aliquando ex præsenti & futuro simul animū prophetantis tangit. 414.C
Spiritus vis dei qua curam nostri gerit. 124.H.125 A.B
Spiritus propter deum factus est, & corpus propter spiritum 4.M
Spiritus multipliciter dicitur. 8.H.I.
Spiritus viuificans aliud est quàm habitus vitæ 56. G
Spiritus hominis propriam habet conditionem. 56.L. In quo differt à spiritu iumentorum 57.E.
Spiritus rationalis hominis positus est medius inter deum & carnem suam. 76.H.
Spiritus habet sibi commissum dominium carnis. 84.F.
Spiritum discretionis habere vel non habere qui dicuntur 396.H
Sponsalia consensu contrahentium fieri oportet 269.C.
Stare coram domino est esse gratum deo 381.G
Stella Magis apparens non fuit fatum pueri, sed puer stellæ 277.K.
Stellæ in cœlo cum sole & luna quarta die sunt positæ. 3.A
Stellæ non solum corpora, sed ex cōsequenti animas mutant 26. D.E
Stellæ quomodo sunt in signa & tempora. 27.G. nec dies efficiunt, sed illis præsunt 27.G.I
Stellę animæ humanæ seruire debent, non dominari 28. E
Stellarum varij influxus. 30.A. passiones & effectus. Ibi. & quomodo deus posuerit eas in firmamento. B. & seq.
Stellæ an sint fixæ in cœlo. 30.B. & seq.
Stellæ omnes præter planetas infixæ sunt cœlo. 30.D. & cum firmamento mouētur Ibidem
Stellæ maiores interdum in die videntur, non tamen diei præesse dicuntur 30.F.
Stellę possunt dici sancti patriarchæ & prophetæ. 30.M. & sancti doctores. 31.B.C
Stellarum motus speciales cœperunt quarta die 25.K.
Stellarum vniuersa multitudo appellatur exercitus vel militia cœli. 49.D.
Stellas an numerare sit possibile 193.M
Stephanus lapidatus est 410.D
Stephani narratio in multis à genesi discrepat 169. H.I.
Sterilis in lege maledicto subiacet 272.K
Steriles voluit deus matres sanctorū fuisse 275.G.276.K
Steriles plures quæ tandem dei nutu pepererunt. 275.C. & cur fuerunt steriles. D. G. 276.K
Sterilitas viam parat virginitati 275.D.
Sterilitas magna vt plurimum sequitur magnam fertilitatem 377.I.K.
Stirpium naturę & genera varia. 22.G. & seq. & earum qualitatum mutatio. I. & locus aptus. M
Stolam regiam, propheticam, & sacerdotalem Rebecca protulit typo ecclesiæ. 290.A. quam Iudęorum populus sine vsu habebat. Ibidem. & B
Stolę binæ quid significent 399.K. & seq.
Stultus sibi soli stultus est 134.I
Stultus quis dicitur 321.L.
Subiectio mulieris ad virum in pœnā mulieris inducta est 95.F.
Subiectio Esau impleta fuit tempore Dauid 294 I.
Substantia rerum simul creata est, sed non rerum species 53.A
Substantia dei est incommutabilis. 55.A
Substantia quædam in homine est incorporea & immortalis 56. A
Substantia mulieris non differt à substantia viri 71 E.
Successio apud Iudæos tandiu intemerata permansit donec Christus ex Virgine nasceretur 420.A.
Suffocatum quid sit 149. L
Suggestio interior diaboli ostendit ipsum plus habere potestatis in hominē quàm exterior 78.A
Suggestionis exterioris & interioris differentia. 78.A
Sulphur & ignis cur ceciderunt super Sodomā & cęteras ciuitates. 233. G. & seq. 234.A. quę iram domini grauissimā portendebant. Ibidem.
Superbia fuit primum hominis peccatum. 77.M
Superbia quid sit. 80.F.G
Superbia habet confusionis deformitatem, & non confessionis humilitatem 89. E
Superbire est contra naturam 149.B
Superstitio quid sit 240.C D
Sur situm est in Cades & Barad 202. L
Sur nominatur Agara, ab Agar 274.F.
Susanna melius locuta est oraculo quæ tacuit in iudicio 369.F
Sydera vaga quæ dicuntur. 25.F
Synagoga per Cain parricidā figurabatur. 104.E.G.106. D.& seq.
Synagoga electa est de hæreditate Abrahæ 246.A.& seq.247.L.M
Synagoga cum primum oportebat loqui verbum dei, repulit illud 249.B.
Synagoga repudiatur vt introducatur ecclesia 271.G
Synagoga nō credit messiam adhuc venisse 294. M. cui deus assidue multis modis illam venisse testatur. Ibidem.
Synagoga adhuc copulabitur Christo cum gentium multitudo introierit. 307.B.
Synagoga tunc mortua est, quando Christum & apostolos eiecit 344.B
Synagogæ infœlicitas cum populo suo per totum orbem à deo desertæ. 247.L.M. & eius in fine vocatio. Ibidem. 248.A
Synagogæ infidelitas tristitiā Christo intulit sicut ecclesiæ fides lætitiam generauit 271 G
Synagogæ benedictio 295.A
Synagogæ figura fuit vxor Phutipharis Aegyptia 368.K
Syntheresis vel synderesis officium deo non naturæ aut angelo tribuendum est. 108.G.
Syra lingua Hebrææ cognata, & magna ex parte similis est 170.E
Syria vocatur Aram 258.B
Syria ab Aram filio Sem dicta 162.L
Syria duplex, Syria Soba, & Syria Nechorim 275.A.

T

Abernaculum Abrahę modo ecclesiæ, modo terrenæ Hierusalem typum gerebat. 218.B. Tabernacula Sem sunt priuilegia Iudæorum 159.A
Tactus in hominibus certior est 290. K
Tarsus Ciliciæ, à Tharsis filio Iauan. 160.C.
Tartari apud montes Riphæos à Riphat filio Gomer 160.C
Templum Salomonis conditum est in area Ornæ Iebusæi. 183. I. ab ethnicis constructum. Ibidem
Templum per septuaginta annos desolatū, Cyri permissu ab Esdra instauratum. 183. K.
Templum seu domus dei figura est ecclesię 299.I. In qua sola est via ad regnum cœlorum. K. extra cuius vnitatem nullus viam habet ad cœlestem patriam. Ibidē
Templorum partes Christum & fideles indicant. 301.E.F.
Tempus vnde sumpsit principium. 2.H.
Tempus simul cum materia creatum est 5.E.F
Tempus fuit quando nec dies nec nox fuit. 10.K
Tempus non erat antequam incœpisset mūdus 13.A.
Tempora anni sunt quatuor, hyems, ver, æstas & autumnus 27.E.K.
Tempora ex motu solis fiunt. 27.G.K
Tempora sunt quæ corrumpunt aut reseruant 147.K
Tempora quatuor anni, ver, æstas, autumnus, hyems 147.M.148 A
Tempora ab Adam vsque ad Dauid. 195.M
Tempora tria ante legem, sub lege, & post legem in scripturis ostenditur. 373 F.G.
Tenebræ an sint simul cum mundo exortæ. 7.I.K.8.C.
Tenebræ quæ sint. 7.D.E.M. nec sunt principium lucis. G.& seq.
Tenebræ non sunt, nec creatæ fuerunt. 8.C.D.
Tenebræ non sunt à deo factæ. 12. B. quæ sunt lucis priuationes. Ibidem.
Tenebræ à principio suum ordinem non prętierierunt. 12.C
Tenebræ possunt dici angeli satanæ cum suo principe. 12. E. qui prius fuerunt lucentes angeli, sed suo vitio facti dæmones tenebrosi. F.
Tenebrarum vtilitas. 8.C
Tentare deum quomodo contingit. 176.B.
Tentare deum suum nemini licet, ideo Abraham celauit Saram esse vxorem suam. 175. M. nec eam instruxit vt mentiretur. 176.B
Tentare deum non debet homo cum habeat quid faciat. 238.B
Tentare deum non licet cum alius sit euadendi locus. 241.A.B
Tentare multipliciter dicitur. 250. A. & sequen.
Tentat deus aliter quàm diabolus. 250.A
Tentauit deus affectum Abrahæ, si dei præcepta præferret filio. 250.B.& seq.
Tentare dei, est magnis nos iussionibus interrogare. 251.D
Tentare deum & petere signū à deo in quo differunt. 263.I.K
Tentare deum non oportet. 327.C
Tentamur à diabolo per animalem partem. 93.C
Tentantes dominum per. Gad figurantur. 425.K.L
Tentatio lumen iustitiæ in electis non extinguit, sed abscondit. 14.G
Tentatio triplex diaboli in primos parentes. 80.E.F.& hisdem in Christum. H.
Tentatio serpentis non solum ad inobedientiam sed ad idololatriam tendebat. 80.K.
Tentatio diaboli & inuidia viam gratiæ aperuit. 92.I
Tentatio tribus modis perficitur. 93.G
Tentatio est tota vita fidelium. 250.E
Tentatio mira Abrahę, quę aut sacrilegum facit, aut crudelem. 253.M.254.A
In tentatione primorum parentum, deus affirmat, mulier dubitat, Satan negat. 80.D.81.C.
Tentationes Christi similes tentationibus. Adæ. 80.G.& seq.
Tentationes cum actione gratiarum ferre quantum sit. 378.L
Ter tria ter fiunt numerus cubicus. 139.E
Terebintus vtilis est in foliis, fructu, & cortice. 388.H
Terra cur facta sit inuisibilis. 6. A. B. C.D.E.
Terra erat inuisibilis, incomposita, inculta informis & deformis. 6. G. & seq. 7.B. 9.D.& seq.
Terra nostra patria est & commune sepulchrum. 6.K
Terra inanis & vacua quæ dicitur. 7.C.D Terra &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terra & arida in quo differunt. 20.D.E
Terra ante soliscreationē germinauit. 21.G
Terra fidelis in germinatione manet. 22.C.
quod si vno anno deficiat, sequenti damna compensat. Ibidem.
Terra sine sole potest esse fœcunda. 25.A
Terra & germina eius antiquiora sunt sole & luna & astris. 24.M.25.C
Terra maior est luna, sed minor sole. 29. E.M.
Terra creatura dei admirabilis. 36.I.M. 37.K.& multarum vtilitatum. Ibidem.
Terra nobis duplicem affert frūctum. 37.L
Terra viuentium est solum electorum, qui eam sibi subiiciunt libertate animorum. 45.H
Terra nihil noxium ante hominis peccatū protulit. 47.A
Terra maledicitur non Adam. 96. E. F. sed non in semetipsa. F. G. quæ nec maledictione nec benedictione digna est. Ibidem.& G
Terra sterilis peccati pœnas ante oculos ponit. 96.K
Terra nostra caro nostra est. 171. F. de qua vide quomodo sit egrediēdum. Ibidem.
Terra Chanaan promissa est Abrahæ pro semine suo secundum carnem, non secundum fidem. 182. A. B. sed donec desierit esse semen suum. B.C.F.H.
Terra repromissionis & terra viuentium in quo differunt. 182. K. & sequen. 183. A. & sequen.
Terra Chanaan potest intelligi terra viuentium. 208.H
Terra visionis Iudæa est. 251.E. In qua prophetæ dicti vidētes futuri erant, & Christus videndus erat. Ibidem.
Terra orientalis eos qui peccati tenebras fugiunt, significat. 303.C
Terra austri Geraram significat. 269.M
Terra Chanaan data est Israelitis propter merita Abraham, Isaac, & Iacob. 342.I
Terra non natat super aquas. 375.C. sed est altior quàm aqua. Ibidem.
Terræ habitudo in principio creationis. 5.F.G.
Terræ ornatus. 6.D. G.H. quæ prius incōposita. H.& seq.
Terræ bina informitas tertia die remouetur. 19.D
Terræ diuersæ sunt pro regionum appellatæ vocabulis licet vna sit terra. 19. K.L.M.
Terræ nomine hominum multitudo intelligitur. 129.B.& seq.
Terræ vigor & fœcunditas longe inferior esse fertur post diluuium quàm ante. 129.L.M.
Terræ nomine qui terrena sapiūt designantur. 92.G
Terræ promissionis longitudo. 183. F. Latitudo. G
Terræ fœcunditas à deo solo petenda. 291.M
Terram replent tam electi quàm reprobi. 45.G.H
Terram operari an oues pascere vtrum melius. 104.G.H
Terram aspiciunt qui crudelia meditantur. 106.C
Testamentum factum ad Abraham terram Chanaan manifestat. 199.D.E
Testamentum à Græcis ponitur vbi ab Hebræis fœdus. 207.F
Testamentum dei quomodo sit super carnem nostram. 212.C.D. quid in carne & quid in voce testamentum dei habere. Ibidem.E.F
Testamentum vetus est occultatio noui. 214.D
Testamenti veteris & noui concordia. 271. I.K
Testamenta duo per Agar & Saram intelliguntur. 204.E
Testamēta dei multa sunt à duobus magnis vetere & nouo. 211.B.C
Testimonium dei maius omnibus est. 134.I.
Thamar creditur fuisse Chananæa. 360.IK
Thamar postquam primo peperit à nullo cognita est. 362. C. quare meretricium finxit. Ibidem.
Thamar typum gerebat ecclesiæ. 363.A
Thamar an peccauerit cum socero. 363. H. quæ tanquam Iudas peccato non caruit. I. 364.H.I.
Thamar tacens in causa vicit. 364.D.& accusatorem non verbo sed facto confudit. Ibidem.
Thamara castellū vnius diei itinere à Memphis. 186.C
Thamna vicus grandis vbi Iudas tondebat oues. 362.A
Thare persecutionem à Chaldæis passus fugit in Mesopotamiam. 168.M. 169.A. 172.H.& seq.
Thare quoto anno ætatis suæ genuit Abraham. 172.H.& sequen.
Theman regio principum Edom. 347.L
Theristrum velamen est quo vtebantur Paſstinæ mulieres. 362.C.D
Theristrum pallium quo mulieres velantur. 270.D
Thesaurus magnus latet in quibuscunque sacræ scripturæ literis vel etiam syllabis. 122.E.F
Tigris é paradiso manans fluit ad Assyrios, & tandem in mare rubrum labitur. 63. G.H. eius cursus. K.L
Tigris fons in Armenia monstratur. 59. L. M. qui antiquum retinuit nomen. 62.H. 63.I
Timere deum quid sit. 240.C
Timet omnia tuta quem reum conscientia redarguit. 385.L
Timenti deum omnia tuta sunt. 176.I
Timenti consolatio diuina fiduciam submi nistrat. 402.A
Timor elationis quomodo deprimendus sit. 149.A
Timor dei à malis consiliis impedit. 321.D
Timor seruilis motus est. 323 C
Timor Esau excepit Iacob sedato timore Laban. 326.D
Timor seruilis prior est in ordine. 332.L
Tonitruum quid. 15.B
In tonsionibus ouium conuiuium grande olim fieri consueuerat. 362.A
Tres pueri propter suam virtutem superna freti gratia igne præstantiores visi sunt 369.B.
Tria sunt nobis scienda de conditione creaturæ. 11.H
Trium primorum dierum opus. 24. B. 25.D
Tria in opere mundi cogitanda. 48.E.F
Tribus Iuda in omnibus tribubus tenuit principatum. 249.A
Tribulationes multos extulerunt ad virtutem. 409.K.L
Tricenarij numeri mysterium & ratio. 132.I.K
Trinitas non ideæ sibi exemplar fuit, vt tria crearēt. 4.E
Trinitas personarum in vtroque opere creationis & formationis insinuatur. 11.F
Trinitas est creatrix omnium. 23.M
Trinitas per sacrificium Abrahæ designabatur. 196.B.197.A.B
Trinitas qualiter in Christi incarnatione operatur. 218.F
Trinitas sanctissima per nomen Elohim significatur. 240.I
Trinitas in tribus patriarchis inuocanda est. 411.L
Trinitatis diuinæ propria & appropriata. 2.K
Trinitatis operatio in creatione mundi elucebat. 8.I.9.A
Trinitatis operationes in creatione hominis, & redemptione. 39.A.B.C.K.L
Trinitatis imaginem in se quisque agnoscat. 40.M
Trinitatis expressio in creatione hominis. 44.K
Trinitatis sanctæ mysterium. 39.K.L
Trinitatis numerus in personis, sicut in natura vnitas diuinitatis. 218.E. quæ in forma trium angelorum se homini ostendit. Ibidem.
Trinitatis scientia per Thau litera representatur. 399.L
Trinitatē simul in tribus hospitibus Abraham suscepit. 216.C.L.M
Trinitatem nō ita clare enunciat vetus testamentum sicut nouum. 216.M
Tristitia pœnitentiam comitatur. 126.M
Triticum mutatur in frumentum. 22.A
Tunica Ioseph in eum parit odium. 350. A. B.K. quæ Christi humanitatem, vel eius vestem figurabat. 356. B. & sequen. 358. A.& sequen. Et quid sit tunicam Christi patri monstrare. 357. L. M. 358. A. & sequen.
Turpitudo horrenda Sodomitarum. 229. G. & sequen.
Turris Babylonicæ ædificatio. 164. A. & seq. 165. A.& seq.
Turris gregis locus erat vbi postea templū ædificatum est. 344.E
Tyrus à Tyras filio Iaphet dicta. 159. K. ac Thraces. 160. A.& seq.
Tytirus ex hirco & oue generatur. 37.C

V

Vallis dicitur hæresis & gentilitas. 24.C. scæna & circus. D
Vasis nomine intelligitur omne instrumentum. 417.K
Veneris vsus post paradisi amissionem cœpit. 103.L.M
Veditio Ioseph à deo fuit effectiuē. 397.G
Venditionis Christi & Ioseph & vtriusque precij differentia. 359.G.& seq.
Venialis culpa quā sequitur professio delictorum. 89.M
Venter quibuslibet escis refectus seminaria luxuriæ parit. 231.E
Veratrum coturnicibus est gratissimus cibus. 21. M. & corporis diuturna vitia curat. Ibidem.
Verbum dei patri coæternū. 9.L. per quod pater omnia fecit. M. 10.A
Verbum diuinum est causa eorum quæ ex terra oriuntur. 36.G
Verbum dei ministrans sapientibus & insipientibus debitor est. 287.K
Verbum Hebraicæ pro facto ponitur. 337.L
Verbo suo dominus loquitur hominibus. 154.C
Verba dei peruertentes sunt filij diaboli. 79.B
Verba in sacra scriptura non minus quàm facta quærenda sunt. 100.D.E
Verba diuina omnibus margaritis sunt pretiosiora. 266. D.
Verecundia est de turpi. 76.K
Verecundia commendare debet coniugium. 269.C. quæ nuptiis præire debet. 270.D
Veris ortus. 27.F
Veritatem quandocunque occultare licet, mentiri nunquam. 175.L
Vermis cuiusdam Indici natura. 34.B
Vespera terminus diei & nocti communis. 13.A
Vespera non est finis diei. 18.I
Vespera finis est lucis & principium noctis. 24.A
Vesper erat antequam Christus veniret. 229.B
Vestem multicolorem ferre non est peccatum. 350.D. sed superfluo cultu lasciuam. Ibidem.
Vestes pelliceæ mortem naturæ post peccatum debitam significabant. 100.A
Vestes lacerare in magnis doloribus mos fuit Iudæis. 356.L
Vestes Esau fides & scripturæ sunt Hebræorum quibus gentilis populus est indutus. 289.M
Veteris testamenti scripta non solum secundum literam sunt accipienda. 262.D
Vetulus de adolescentula, sicut vetula de iuuene gignere potest. 220.K.& seq.
Via Sur postea Agara dicta est. 203.A
Via hominis in paradisum erat, quam per peccatum corrupit. 129.F
Via dei non est sine iustitia & iudicio. 223.B.
Viam perfectionis obambulare non est impossibile. 58.E
Videre est oculi, male videre mentis. 123.E
Videre interdum pro audire accipitur. 383.B
Vidua si pudicitiæ timeat, nubat in domino. 269.C
Viduarum certa fuere vestimenta tempore patriarcharum. 362.B
Viduarum Christianarum vestimenta præ se ferunt vestimenta meretricum. 362.F
Vigilantia quanta debet esse ad virtutem. 76.L.M.77.A
Viginti quatuor horæ sunt vnius diei spacium. 13.C.E
Vindicta triplex peccato triplici mulieris super virum. 94.L
Vindicta legis ad timorem proficit, & cognitionem doctrinæ. 147.B
Vindictæ Lamech vbi terminantur. 116.B
Vineam quam plantauit Noe, vbi accepit. 155.E.F
Vineam Christus multipliciter plantauit. 156.I.K
Vinum primo fuit causa mali inter patrem & filios secundo inter patrem & filias. 236 D.L.
Vinum adeo vtile vt materia bonorum salutis nostræ per hoc perficiatur. 155.G
Vinum est voluptarium, & causa delectationis datum. 155.H
Vinum est causa amoris. 421.A
Vini primus inuentor Noe. 155.C
Vini potus ad vtilitatem conceditur. 291.M
Vino non sunt ebrietatis mala tribuenda, sed corruptæ voluntati. 155.G
Vipera cōmiscetur murenę. 37.C.& in partu moritur. G
Vipera Paulo non nocuit. 37.M
Vir factus est extra paradisum. 65. A. B.& sequen.
Vir non propter mulierem, sed mulier propter virum facta. 70.G
Vir circa vitæ necessaria punitur tripliciter. 98.C.& similiter ex parte animæ. D.
Vir in Hebraica lingua vnumquemque significat. 151.A
Vir terræ, qui colendę terræ deditus est, sicut vir sanguinum, &c. 155.K.L
Vir caput esse debet mulieris. 221.E
Vir iustus quantus sit murus patriæ. 226.G
Vir iustus qualis esse debet, si inuidia fuerit exorta. 319.D
Vir à virtute nominatur. 367.C
Vir iustus abominatio est viro iniquo. 405.D
Viri cum mulieribus extra matrimonium periculosa est habitatio. 236.E
Viro non licet quod mulieri non licet. 201.C
Viri spirituales quomodo vtantur hoc mūdo. 48.F.G
Viri probati genus virtutis prosapia est. 128.B
Viri quam erga vxores beneuolentiam habere debeant. 238.C
Viri sancti & iusti veteris testamenti ad nouum pertinent testamentum. 361.G
Viri cauere debent oculos fœminarum. 367.H
Viris sanctis feræ non nocuere feroces aut venenatæ. 45.L.M
Virginalis pudoris non est eligere maritum. 269.C. sed electionem parentibus deferat. Ibidem.
Virginitas maiore digna est benedictione quàm nuptiæ. 45. F. G. cuius gloriam magis quàm nuptias deus diligit. Ibidem.
Virginitas magnum habet honoris meritū apud deum. 71.B
Virginitas ab initio palmā principatus accepit. 103. L. quæ vitam agit incorporearum virtutum. M
Virginitatem deus voluit commendare seruandam. 46.B
Virgo nomen est ætatis, non integritatis. 264.E
Virgo nomen est ætatis secundum Hebreū eloquium. 336.B
Virginis mariæ & mulierum sterilium collatio. 275.D
Virgines etiam appellantur mulieres. 267.I
Virgines si non possint continere non erubescant nuptias. 269.E
Virgines olim sine periculo castitatis consortia frequentare poterant. 304.B
Virginum ornatus ad imitandam Rebeccam. 266.E
Virtus est salutis fundamentum. 127.F. quę si extinguatur in homine, omnis sensus extinguitur. Ibidem.
Virtus quantum bonum sit, & quantum malum peccatum. 127.G
Virtus syncera in multitudine peccantiū seruari potest. 127.L
Virtus tantam habet fortitudinem vt clarior fiat dum infestatur. 359.E
Virtus non est, nisi coniunctam habeat humilitatem. 191.F
Virtus iustorum thesauro assimilatur. 192.B
Virtus & morum integritas quantum valeant. 288.H
Virtus tanta est vt vbicunque apparuerit. ibi dominetur, & prævaleat. 366.I
Virtutis principale est inchoare à beneficiis, & præeminare gratiam. 122.M
Virtutis cultores quantas mercedes adipiscantur. 133.G
Virtutis studium olim quantum apud veteres exercebatur. 200.L
Virtutis cura quantum curæ habenda est. 410.C.& seq.
Virtutem amplexati duplicem à deo mercedem accipiunt. 215.B
Virtute præditos quāto honore ducat dominus. 222.G
Virtute esse præditum in ciuitate non est impossibile. 227.I
Virtute nil fortius. 287.A
Virtute præditi per tentationes ingressi sunt ad principatum. 409.L
Virtutes vitis & proprietates. 22.F.G
Virtutes non laudarentur nisi vitia vituperarentur. 35.M.36.A
Virtutes principales sunt quatuor. 107. B.C
Virtutes quomodo, & quorum exemplis possunt acquiri. 396.A.& seq.
Virtutum copia in Ioseph. 391.A
Vires corporis hominem superbum, arrogantem deique contemptorem reddunt 129.E
Visitare infirmos, & domesticos edocemur 411.I
Visitatio dei larga gratiæ eius donatio est. 243.A
Visa à deo impossibile est non euenire. 379.A
Vita reptilium vitam superat herbarum atque arborum. 31. K. sed longe inferior quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm vita hominis. 379.A
Vita viuere quid sit. 67.I
Vita angelica data est ab initio primo homini. 75.H
Vita hominis non minutior erat vita angelorum. 85.L
Vita longissima priscorum patrum potius miraculo ascribenda. 121.K
Vita humana sex ætatibus finitur. 154.D
Vita actiua nec à mundi curis est ex toto discreta. 234.G
Vita actiua sepulchrum est. 261.A. sed contemplatiua perfectius sepelit. Ibidem.
Vita iustorum plenitudinem habet, inanes vero sunt dies malorum. 273.D
Vita duplex, actiua & contemplatiua. 307. C. quarum prior circa sex opera misericordiæ exercetur à quibus ad contemplatiuam progreditur. Ibidem. & in quibus oportet quemlibet prius exerceri. F
Vita actiua semper minus videt. 308.D. quàm Christus passione declarauit. 310.D.
Vita contemplatiua æterna quam Christus sua resurrectione declarauit. 310.D
Vita non est apud inferos. 356.D
Vita sanctorum quàm dispar sit ab infidelium vita. 33.D
Vitæ probæ principium est agere iusta. 1.
Vitæ gradus sunt quatuor. 58.B.C
Vitis florentis odore nihil gratius. 22.F. de cuius flore expressus succus fit poculi genus preciosi. Ibidem.
Vitium quid sit. 7.M
Vitia nō sunt in natura sita, sed in arbitrio & voluntate 156.F
Vitia virtutibus semper aduersantur. 277.B
Vitia alia à concupiscentia carnali contrahuntur à malitia mundi. 417.F
Vitiorum nostrorum non est auctor deus, sed ordinator. 12.B
Vitiorum multiplicatio venit ex multiplicatione hominum. 123.M.124.A
Vitiis subiectus seruus est multorum. 295.C
Vituperium hominum, modo deo gratus sis despice. 128.A
Viuere deo non possumus, nisi ante peccato moriamur. 402.H
Vltio diuina in homicidas. 150.K. & sequē. 151.A
Vmbra totius terræ vocatur nox. 12.F
Vmbram tria causant. 7.K
Vnitas neque mas neque fœmina dicitur. 206.C
Vnitatem semper dominus intendit. 67.B. vnde omnes vnum fecit. Ibidem.
Vocatio gentium commissa est Christo. 269.I
Vocatio gentium post Christi aduentum. 271.A.& seq.
Vocatio gentium post Christi aduentum. 277.C
Vocatio gentium reprobatis Iudæis. 183. I.K.
Vocatio gentium. 285.A.& seq. 297.E.F
Vocatione gentium significatus est Christus. 257.F
Vocatio dei non est mutabilis. 342.E
Vocationes sunt tres ordine. 171.H.I
Volatile nullum pedibus caret. 33.I
Volatilia cœli quare dicuntur. 31.F.G
Volucres pabulum sumunt à terra. 33.H
Volatilia hominis sunt commodata vsibus. 45.L
Volatilia sunt formata de humo vel terra. 71.K
Voluntas noua in deo exorta non est. 3.L
Voluntas dei sua bonitate nunquam priuari potest. 5.C
Voluntas hominis non est subiecta necessitati astrorum. 27.D
Voluntas dei æterna est & incommutabilis. 49.M
Voluntas talis est qualis & natura. 83.K
Voluntas nostra omnium malorum causa est. 135.L
Voluntàs peruersa omnium est causa malorum. 175.H
Voluntas dei regula est iustitiæ. 198.M
Voluntas operantis non processus operis in omnibus causis est intuenda. 291.A. & seq.
Voluntas Christi non fecit inimicos suos, sed malitia eorum. 421.F
Voluntas dei est ipsemet deus. 433.D. quæ semper infallibiliter completur. Ibidem.
Voluntas dei fuit vt Ioseph venderetur, & malum fratrum illius conuerteret in bonum. 355.M.
Voluntatis actus. 40.I.K. 43.L. nihil in nobis tam simile spirituisancto quàm illa. Ibidem.
Voluntatis diuinæ nulla est regula alia à se. 221.E
Voluntatem suam quisque debet conformare voluntati dei. 269.B
Voluptas ex prosperitate nascitur. 368.A
Voluptas huius seculi quàm inanis sit. 372.L
Voluptas ingens sæpe profundere lachrymas facit. 404.G
Voluptates paradisi quæ & quales. 60.H. & seq.
Voluptates & curæ quæ spinæ sunt ex corpore oriuntur. 98.L
Votum Iacob quomodo erat obligatoriū. 302.B.C
Voti materia debet esse bonum supererogationis. 302.B
Vouentis oratio cōditionalis à nobis prætereunda non est. 302.A
Vox prima dei lucis naturam creauit, tenebras deleuit &c. 10.C. quæ à lumine inchoauit. E
Voces in Hebræa lingua rerum naturas sequuntur. 124.E
Vr non idolum vel incendium, aut fornax, sed proprium loci, vbi Aram natus & mortuus est. 168.I
Vr Chaldæorum, vbi mortuus est Aram frater Abrahæ. 194.M
Vrsæ natura & proprietas. 37.F
Vxor in statu innocentiæ fuisset subdita marito. 95.G
Vxor marito tanquam domino debet seruire. 200.F
Vxor Loth propter illum & filias euaserat, propter suam malitiam tandem pœnam dedit. 226.K
Vxor Loth neglexit præceptum angelorum, propterea suæ negligentiæ dedit finem. 234.C.I
Vxor Loth vbi retro respexit, remansit. 232.K. & quare tali pœna afflicta sit. 234.I.K
Vxor qualis sit quærenda. 261. H.I. & sequen.
Vxor Moysi ex Madiam filio Abrahæ descendit. 273.B
Vxor formosior est periculosior. 308.D
Vxor Ioseph an filia fuerit Phutipharis domini sui. 380.A.& seq.
Vxoris probæ conditiones. 75.G
Vxorem relinquere nō licet nisi volentem 75.B. & non nisi fornicationis causa. Ibidem.
Vxorem ducens non respicit ad faciem. 308.D
Vxores duæ Iacob gentem & Iudæos figurabant. 306.M.307.A
Vxores patriarcharum steriles fuerunt. 307.K
Vxores Iacob mutua zelotypia afficiebantur. 308.I.& se inuicem superare contendunt. 309.I
Vxores Iacobi dolorum cultui addictæ erant. 319.H
Vxores plurimas ducere quomodo licitū fuerit patriarchis. 344.M
Vxores tot videtur quis accepisse quot virtutibus gaudet. 272.M. concubinas vero qui septem artibus liberalibus insistit. 273.A
Vxorum Esau pessimi videbantur mores. 296.D.E.F
Vxorum pluralitas Iacob excusatur. 309. A.B. quæ tunc crimen non erat quando mos erat, nunc autem propterea crimen est quia mos non est. K.L.M.310.A

Z

Zabulon benedictio à securitate. 423.L.M. & fidei immobilitate. M.
Zelant mansuetum inuidi, modestum superbi, &c. 354.F
Zelotypia graue malum est. 308.K
Zelotypia laborantes bonum pacis amittunt. 202.G
Zelotypię affectio ambas Iacob vxores afficiebat. 310.K
Zelus sæpe mulieres in furorem incitat. 201.B
Zelus filiorum Iacob in vltionem sororis commouet pastores. 339.M
Zelum pro dei iustitia prætendit vir sanctus Abraham. 225.F
Zizania vnde ortum habent. 22.A
Zoroastres dicitur à Græcis fuisse Assur ædificator Niniue. 161.G

FINIS.

HEBRAEARVM DI-
ctionum index.

א

אָב pater 379.E
אַבְרָךְ quid sit 379.E. G.H.
אֲדֹנָי septimum nomen dei est, quod dominum significat 217.A D
אוֹן vis, robur, fortitudo, dolor, luctus. 416.G
אַיִל vallis, campestria 184.F.
אִישׁ virum significat 74.L.75.A
אַחֲרֵי post posteriora 205.A.
אָחוּ palus. 375.C. pratum. D.
אָחַז apprehendere, possidere, tenere. 409.I
אֲחֻזַּת possessio, hereditas 258.L.
אֶל contra significat 109.M
אֵל primū decē diuinorū nominū. 206.H
אֱלֹהִים vnum de diuinis nominibus. 5.H.I
אֱלֹהִים vel elohe, commune est deo vero & deo secundum opinionem 340.K
אֱלֹהִים communis est numeri 123.B
אֵלֹן quercus, quercetum. 184.E.187.H. con uallis, campestria. Ibidem
אִם si coniunctio Hebraica quandoque cōditiōalis, negatiua, interrogatiua. 362.H
אַמָּה quid sit 130.L
אָמַר dicere 398.C
אָסוֹן periculum, mors 387.F.
אַף facies vel naris 57.M
אַף כִּי Itaque significat 79.A
אַרְבַּע quatuor. 258.H. quatuor de causis sic dicta. Ibi.
אַרְבַּע quæ & Hebron & Mambræ dicitur, metropolis, & quadrata erat, locus sepulturæ patrum 245.D
אֲרֻבֹּת Cataractæ, fenestrę 138.B
אִשָּׁה vira, virago, mulier 74.L.75 A
אַשּׁוּר Hebræi vocant Assyriam 258.B
אֵשֶׁל arbor, nemus 249.G
אָשָׁם peccatum culpa, delictum. 282.B
אִתָּךְ tecum, vel post te 297.A
אִתָּם simul, pariter 169.B
אֲתֹנֹת asinæ, ab אָתוֹן, asina non mulus. 176.I.

ב

בְּאֵר שֶׁבַע puteus iuramenti. 246.M. ex duplici causa sic dictus locus 248.L M
בָּבֶל confusio, vnde dicta est Babylon. 161.C
בְּגָד fortunatè, cum fortuna. 309.H
בֹּהוּ quid sit 7.C.D.
בּוֹר fouea, carcer 376.F
בֹּחַן quid sit 185.H.
בֶּטַח audacter, confidenter. 338.H.
בָּטְנִים fructus pineæ 388.H
בִּי eia, vox est obsecrantis. 389.L
בַּעַל magister, dominus, maritus. 354.G
בֶּקַע semiuncia est, quæ & didrachmus. 205.F
בֹּקֶר mane 239.K. 252.D.
בָּרָא quid significet 5.H.
בָּרָה cibare 343.I
בְּרִית fœdus, pactum, testamentum. 207.F.
בַּת filia 345.I.346.G

ג

גִּבּוֹר fortis, robustus, potens 161.A
גְּבִיר dominium, dominator, superior. 292 B
גָּבַר præualere, confirmare, &c. 140.K
גָּדוֹל quid significet 112.B
גָּדַר accingere se ad pręliū, & cætera. 425 H vnde גְּדוּד. accinctus, expeditus. Ibidem
גּוֹזָל pullus columbæ 196.C.
גּוֹיִם Iudæi dicunt omnes gentes præter se. 207.H
גָּחוֹן venter, pectus 92.L
גַּל aceruus, tumulus. 324.L. יְגַר. Idem
גָּלָה reuelare, aperire 341.I
גָּמָל Camelus 263.D.
גֶּפֶן vitis, vel vinea 420.L.
גֹּפֶר quid sit 130.D.E
גּוּר peregrinari, habitare 405.K
גֹּשֶׁן Imber. 398.C. Gosen enim proferendū est, & non Gessen. Ibi.

ד

דָּבָר res, verbum 353.G
דִּבָּה fama, infamia 349.F
דָּגָה crescere, multiplicari 413.G
דִּין Certauit, litigauit, &c. 125.A.
דָּלַק persequi, exardere 323.E
דָּפַק pulsare, impellere 334 A
דֶּרֶךְ via, spacium 315.C.

ה

ה ponitur inter sacratiores literas quibus nomina dei scribuntur 208.A
הָבָה eia, agite, aduerbium hortandi. 164 C
הִיא Illa. 377.F.
הַגּוֹאֵל redimens, vel redemptor 413.F.
הֹלֵךְ ambulans, simul pergens 178.L
הָיָה quid significet 11.C.
הַיּוֹם hodie 384.G
הֲלֹם hic, In hoc loco 205.A.
הָמוֹן multitudo, vulgus, populus. 207.M
הִנֵּנִי ecce ego. 250.G. Alij dicunt Adsum, præsto sum. Ibidem. & 318.G
הַפַּעַם hac vice 308.B.C.
הָרָה concipere 428.E.
הֵרָיוֹן conceptus, & propriè gemitus parturientis 95.H.

ו

זָבַל cohabitare 311.F
זָהָב aurum 348.A.
זוֹן esca, cibus, alimonia 399.I
זָכַר recordari 376.B.
זָמַר psallere, cantare. 388.G. vnde, זִמְרָה. laus, laudabilis, optimus. Ibi.
זָרַח oriens 365.E

ח

חוּם fuluum, ruffum, fuscum 314.C.
חוֹרִי candida 373.I
חַיָּה bestia 38.F
חַוָּה Idem est quod vita 99.B
חַיִּים vita est 57.M
חַי viuens dicitur 134.A.
חַוָּה propriè vitam significat. 99.G
חָטָא purgare, mundare, peccare 323.H.
חֵלֶב pinguedo, adeps, medulla, &c. 399.A.
חָמַם calescere, incalescere 216.B
חֹם calor, æstus, feruor 216.B
חָמַד concupiscere, desiderare 424 D.
חָמַל misereri, parcere, indulgere 232.G.
חֲמֻדֹת concupiscibiles, desiderabiles 289 L
חָמָס Iniquitas iniustitia, &c. 129.D
חָמָס Iniquitas, iniustitia, iniuria, &c. 202.B
חֹמֶר cęmentum. 164.D. vel lutum. Ibidem.
חֵמָר bitumen cęmentum. 186.H.164.D. quod & Naphta. Ibi.
חֲמֹר asinus 424.D.
חָנַט facere pigmentum ex speciebus aromaticis 431.B
חָנַךְ erudire, imbuere. 187.M. vnde חֲנִיכִים eruditi sine imbuti legibus domus. Ibi.
חֶסֶד misericordia, beneficium, gratia: 327.G.410.A
חָצֵר villa, oppidū. plura. חֲצֵרִים & חֲצֵרוֹת. atria 274.C
חָקַק decernere, statuere, præcipere, leges condere, & describere. 420.B. à quo
מְחֹקֵק legislator, doctor, dux, princeps, præceptor, scriba, & cætera. Ibidem
חֻקָּה præceptum, lex, institutum, &c. 281. D.E. In plurali חֻקּוֹת leges, statuta. F
חָרַד expauescere, timere, admirari 293.F
חָרָה Irasci, excandescere 106.D
חֹרֶף hyemem significat 148.A.
חֶרְפָּה opprobrium, improperium, ignominia 337.G.
חָשַׁק adhærere, diligere, concupiscere, amore iunctum esse 336.M.

ט

טַבָּח occisor, carnifex, coccus. 359.B
טָבַח mactare, occidere. Inde טֶבַח victima. 389.H
טוֹב quid sit 11.M.
טוֹב bonum & pulchrum æqualiter significat 124.E.
טִירָה habitatio, castellum, palatium, castrum vnde pluraliter. טִירוֹת. castra, &c. 274 C
טָלֻא maculosus, varius 314.B
טַף. cœtus puerorum. 388.B. familia. Ibidē.
טָפַף manus in plateis complodere, saltare, ludere 388.B.
טֹרַף lacerari, discerpi dentibus bestiarum. 395.D.
טָרַף rapere, laniare, lacerare 357.H
טָרָף raptum, ramum, palmitem, & folium signat 143.M.
טֶרֶף præda, esca, טָרָף vero truncus, palmes ramus, surculus 419.F

י

יָאַל Incipere, velle, complacere 225.M.
יָבֵשׁ siccare. 20.L.
יָדָה laudare, confiteri 419.C
יְהוָה nomen tetragrammaton 52.I
יָחַם concipere, calefieri 315.F
יַחְמְנָה quid sit 313.M
יָכַח corripere, arguere, reprehendere. 241.L
יָלַד parere, concipere 242.E
יָמִין & יָמִים. In quo differunt 343.L
יָעַד conuenire, statuere, constituere. vnde לְמוֹעֵד tempus statutum vel constitutū. 221.F
יָפֶה decorus, pulcher, formosus 367.H
יָצָא egredi, exire, educere 169.B.
יָצָא egressus est 364 M
יָצַב stare, collocare 300.H
יָצַב stare, statuere, erigere, collocare. 298 F 300.H
יָצַר quid significat 57.L
יֵצֶר figmentum, plasmatio, &c. 126 E
יֵצֶר figmentum, cogitatio, sensus, & cętera. 147.I
יִקְּהַת expectatio 420.E
יְקוּם substantia, vel subsistens 136.C.
יָקַץ expergisci, euigilare 157.F
יָרַד descendere 394.L

Universidad de Deusto Biblioteca

יָרָה immittere,docere,ostendere. 404.E
יָרַשׁ possidere,hæreditare. 195.B.257.D. 297.G
יֵשׁ est. 311.E
יָשַׁב sedere,manere,quiescere. 115.D. 196.I.
יָשַׁב sedere,habitare, manere, stare quiescere 259.I
יִשְׂרָאֵל hoc est,vir videns deum. 75.A
יִשְׂרָאֵל quid sit. 33.C.D
יֶתֶר excellere,excellentem esse. 416.I

כ

כָּבֵד grauare,graue fieri,inde כָּבְדוּ. grauati erant. 412.L
כַּבִּיר multus,magnus,potens. 178.E
נִכְבָּד honorabilis,inclytus,nobilis, gloriosus. 337.M
כַּבִּיר multiplex,magnum, multum, grande. 343.I
כִּבְרַת quid sit. 343.F.H.& seq.
כָּחַד cælare,extirpare. 407.G
כָּזַב mentiri, frustrari, fallere, & deficere. 360.F
כֹּחָהּ fructum suum significat. 111.B
כִּי quoniam,quia. 327.I
כָּל-כֹּל omnis,& est omnium generum & numerorum. 242.B
כְּלִי vas,instrumentum,arma. 323.F
כְּלִי vasa,arma. 418.A
כֵּן cuius plurale כֵּנִים. rectum.E
כֵּנִים recti,synceri,veraces. 386.I
כִּנּוֹר cithara. 115.E
כֹּפ quid significat. 329.F
כֹּפֶר bitumen. 130.E
כָּרַע & רָבַץ. genuflectere,accũbere vt leo. 419.H
כָּרַת exterminare,perire,disperdere.211.G
הִכָּרֵת abscindetur, succindetur, disperdetur,conteretur. 378.B

ל

לָבָן album,seu albedo. 314.M
לִין dormire,ibi manere. 298.C.D
לֹט stacte, mastix. 355.K
לָבָן quid sit. 113.D
לָעַט comedere,deuorare. 278.M.279.A
לְעֹלָם quid sit. 101.E.125.B
לָקַח sumere significat. 101.I

מ

מְאֹד valde. 91.M
מִגְדָּנֹת fructus, poma, scilicet exquisita & optima. 268.I
מְגוּרֵי habitatio, peregrinatio, vel peregrinationes,aut habitacula. 208.I.348.F
מִגֵּן protegere,claudere, tradere. 190.C. 192.H
מִחְיָה viuificatio,nutrimentum. 397.C
מַהְמַהּ tardare,differre,moram facere, &c. 232.G
מָזוֹן nutrimentum, esca, alimentum, annona,cibaria. 399.I
מִטָּה lectus,מַטֶּה. baculus. 410.L.411.H
מְכֵרָה colonia,habitatio,vel arma, gladius 418.A
מָנִים numerũ magis significat quàm agnos 317.I.quod & mnam significat.L.M
מֵינִקְתָּהּ nutrix eius. 269.E
מִסְפָּר numerus. 339.I
מֵעָה viscera,intestina,venter,vterus. 193.I
מְעוֹרֵי quid sit. 413.E
מַעַל ab, desuper.214.I.à.17.D

מָצָא inuenire. 151.F
מַצֵּבָה titulus,statua, 300.H
מָקוֹם locus,habitatio,mansio. 312.F
מִקְנֶה possessio vel acquisitio bonorũ mobilium vel immobilium. 115.D.318.D
מִקְצֵה extremus,extremitas. 405.H.I
מָרַד recedere,rebellare. 185.F
מִרְעֶה pastus,pascua. 405.K
מֶשֶׁק procuratio,gubernatio. 193.D
מָשַׁשׁ attrectare,palpare,vel scrutari.322.F
מְתֵה vir,homo,mortalis. 339.I

נ

נָכַל insidiari,iniquè cogitare. 354.D
נֶגֶב meridies,austrum. 178.C
כִּנְּרוֹ quid sit. 71.G
נָגַשׁ accedere,appropinquare,offerre.291.I
נָדָן vagina,à nadan. 125.A
נָדַן vaginare,induere,&c. 125.A
נוּד quod.70.interpretes dixerunt Naid,dicitur motio. 113.M.114.A.B.G
נָזִיר seiunctus à fratribus,ac deo consecratus. 428.H
נֹחַ Requies interpretatur.121.K.qui & decimus ab Adam numeratur, quia per adimpletionem mandatorum decalogi requies inuenitur. 122.H.I. Lamech vnde vaticinium de requie per Noe habuit. 121.L.M
נוּחַ verbum quiescere & sedere significat, vnde Noe dictus est. 122.B
נָחָה offerre,apportare,adducere. 106.A. Inde.
מִנְחָה oblatio,sacrificium.Ibidem. & inde
מִנְחָתוֹ oblatio eius.Ibidem.
נַחַל torrens,vallis. 283.I
נִחַם consolari,consolationem accipere. 122.B.270.I
נִחַם consolari,minari. 296.A
נִחַשׁ experiri,vsu percipere,augurari.312.I
נְכֹאת aromata,aromatum collectio. 355.K
נְכֹאת omnia aromatum genera. 388.G.H
נֶכֶד nepos,id est filius filij. 248.G
נִין filius,proles,progenies,&c. 248.G
נָפַל cadere significat,vnde nephilim gigantes. 125.G.H
נָפַל iactare se,corruere,procidere. 270.F
נְפִלִים Gigantes. 125.D.G
נָפַץ disseminare, spargere,&c. 154.M
נָקֹד punctus,stigma,macula. 314.B
נָקֹד vel נָקוֹד punctum,stigma,macula.318.B
נָקֹד vel נָקֹד. plural. נְקֻדִּים. animal album habens maculas nigras, vel econuerso. 318.B
נָשָׁא seducere,decipere,&c. 90.M
נָשָׂא dimittere,parcere,indulgere, & cęte. 112.C
נָשָׂא leuare,eleuare,extollere. 374.B
נָשִׂיא dux,princeps,prælatus. 259.D
נָשַׁב amouere,expellere. 196.I
נָשַׁק obedire,armare. 379.B
נָתַן reddere,dare. 297.C

ס

סָפָה consumere,disperdere. 225.C
סָבַךְ Irretire,complecti, perplexum esse. 255.F.
סָגַר claudere,includere,concludere.139.B. 229.L
סוּר remouere,auferre,separare. 144.L
סוּתָה pallium,opertorium. 421.B
סֻכָּה quid sit. 334.K

סָרִיס. eunuchus,minister. 359.C
סָרִיס. officiarius regius, vel eunuchus. 371.G.H

ע

עָבַד operari,seruire. 96.G
עֲבֹדָה operari,seruire,&c. 66.E
עֲבָדִים Serui. 158.D
עִבְרִי transitor.187.C.transfluuialis.D
עַד ad,vsque ad,in. 180.M
עֵד testimonium.324.L.שָׂהֲדוּתָא.Idem.
עֵדֶן delitiæ interpretatur.58.I.locus ad orientem positus.Ibidem.59.E.G.60.E.
עוֹלָם non semper tempus perpetuum significat,sed interdum satis longum. 411.M
עוֹלָם æternum,æternitas. 249.H
עוֹלָם In sempiternum,in seculum. 182.C
עֹז fortitudo,imperium. 416.H
עַיִן fons,oculus. 186.B
עַיִן oculus,aspectus,fons : à quo plurale euaim. 362.E. vel proprium loci. Ibidem. &.F.
עַמְּךָ populus tuus.עִמָּךְ.tecum. 196.I
עַל super,aduersum,ad,apud,&c. 223.B
עַל cum,supra,prope. 332.G
עַל super,iuxta. 375.D
עַל super. 380.M
עַל In quandoque significat. 267.L
עָלֶה ramus,frons folium. 427.G
עָלָיו super eum, prope eum, iuxta eum. 216.F
עֲלֵהֶם super eos. 398.G
עֶלְיוֹן excelsus, summus,altissimus. 189.M
עַלְמָה virgo,abscondita. 267.G.H
עָלַף peplum,velum, theristrum, inuoluit, operuit se,texit,celauit peplo,velo, &c. 362.E
עִמּוֹ significat secum. 83.F
עַמִּי populus meus. 236.I
עָנָה respondere,testificari. 314.F
עָנִי afflictus,hnmilis,pauper, egenus, vnde עֳנִי paupertas,humilitas,afflictio.307.M
עָפָר fauilla vel puluis. 92.B.L.98.F
עָצַב dolere,irasci,contristare. 126.M
עָצַב contristari, mœstum esse, dolere. 397.B
עִצָּבוֹן laborem, dolorem, tribulationem significat. 95.H
עָצַר priuare,concludere. 200.H
עָקֵב calcaneum,planta,vestigium. 425.H
עָקַד ligare,alligare,vincire. 314.M
עֲקֻדִּים ab עָקַד. animal maculosum diuersis coloribus. 318.C
עָקֹד animal maculosum. 314.M
עָקַר effodere,eneruare. 418.C
עָרוּם sapiens,astutus,callidus. 77.E.78.B
עֶרְוָה vnde עֶרְוַת. turpitudo, ignominia, hominis verenda,nuditas.384.C. exploratio rerum fragilium.E.F
עָשָׂה facere,apparare,operari,&c. 151.F
עָשָׂה facit. 318.I
עָשַׂק iurgari,litigare. 283.L
עָשַׁק calumniari, calumniam facere, vim inferre,&c. 283.L
עָתַק transtulit,euulsit,dimouit. 174.G

פ

פָּגַע casu occurrere,obuiare. 298.C
פָּז aurum obrizum. 427.I
פָּלָא mirificare, mirabiliter agere.& cęte. 221.D
פָּלַל iudicare,arbitrari,putare. 412.L

פַּס filum diuersi coloris,fragmentum, particula. 350.C
פַּעַם quid sit 74. L
פַּעְנֵחַ cognoscere,reuelare,reperire. 379.K M.380.A
פֶּרֶא onager,ferus,syluestris 204 B.C
פֶּרֶץ diuisio.365.B.C.D. tam propriũ quam commune nomen.Ibidem.
פָּרָה augere,multiplicare 145.L
פֶּשַׁע iniquitas, transgressio, dealbatio. 322.E
פָּתַח soluere,dissoluere 266. C
פְּתִיל filum,ligamen 309. E
פְּתִיל filum,vitta,armilla 362. I
פָּתַל comparare,peruertere 309 D

צ

צֹאן,ouis,grex,pecus 334.A.
צֹהַר.fenestra,lucerna 131. B
צָהֳרַיִם meridies 131. B.
צָחַק ridere, iocari,ludere 213.C.281. M.
צָחַק ridere,ludere,iocari,illudere, vel irridere 244. L
צֵידָה cibaria,sitarcia 399.F
צָנֻם siccum,aridum.vnde צְנֻמוֹת plurale tantum 376. M.
צָעִיף peplum,vestis genus quo mulieres obtegunt caput seu faciem 362.D
צָפְנַת absconditum, arcanum. 379. K. M. à verbo צָפַן celare,tegere,abscondere.M.
צָרַעַת lepra à verbo צָרַע leprosum esse. 212.H.
צֳרִי resina,gutta 355. K.

ק

קָדַד inclinare,genua flectere 265. L
קֶדֶם quid sit 60. E
קֶדֶם ante vel ad orientem signat 102.K.
קֶדֶם oriens,ante,primum 180.K
קָוָה sperare,expectare 425. E
קוּם confirmare, statuere, vel erigere. 260.I
קוּם surgere vel consurgere 136. C
קִיטֹר vapor,fumus,fauilla 235.A B
קֶמַח farina,simila 218. M.
קָנָה quid sit 104.A.
קָנָה possidere,acquiescere.190.C. vel creare.Ibidem.
קָנָה vẽdere,possidere.Inde מִקְנֶה possessio emptio 260.H.
קָצָה amouere,dimouere,dissoluere.329.G.
קָרָא vocare,clamare,nominare. 233.E.
קָרַב accedere,appropinquare, appropiare. 238.I.
קָרָה contignare,tegere.vnde קֹרָתִי tectum meum,culmen meum 230.B
קִרְיַת ciuitas 258. H
וַתְּקַשׁ quid sit 343.L.
קְשִׂיטָה agna,vel genus monetæ. 335.D.E

ר

רָאָה videre,videri,intueri,aspicere.173.M.
רָאָה videre,aspicere,intueri 251.G.
רָאָה videre.Inde הֶרְאָה fecit videre.377. F 291.K.
רָאָה vide,ecce
רַב multus.Inde רַבִּי doctor, qui multæ est eruditionis 247.K

רָבָה multiplicare,augere,crescere 145.L
רָגַז concuti, contremiscere, inquietari, ira moueri 400. D.
רָדָה dominari significat 43. E.
רָדַם dormire, dormitare,&c 73.H.
רָדַם dormire,sopiri sopore graui. 197.F à quo תַּרְדֵּמָה sopor, somnus. D.F
רוּחַ & spiritum sanctum & ventum significat 141. L
רוּץ conterere, confringere, collidere. 275.M
רָחַב dilatare,dilatatum esse 161. H
רְחֹבָה platea,area.Ibidem
רָחַף quid significet 9.I.
רִיק educere gladium,euaginare,armare. 187.M
רַךְ tener,mollis,delicatus 305.A
רַךְ delicatus tenerrimus 379.E
רְכוּשׁ substantia,facultas, vniuersaque bona 188.F.
רָמָה decipere,fraudare 294 C
רֵעַ & רֵעֶה amicus,socius. 286.H
רֵעֶה amicus.362.A vel socius.Ibidem.
רֹעֶה pastor. 362.A
רָצָה velle,complacere. 333.I
רַק verè,forsitan. 240.C
רָקַע quid. 15.H
רָקִיעַ quid sit. 15.H

ש

שָׁאָה deuastare,desolare,admirari.264.I.K Inde מִשְׁתָּאֵה admiratus est, stupefactus est.I.
שְׁאֹלָה fouea, sepulchrum. 395.D. sepulchrum.E.
שְׁאֹלָה infernus,fossa,sepulchrum. 358.K 387.F
שָׂבָע saturitas,satietas,abundantia. 287.E
שָׂבַע saturare,satiare,replere.287.E.345.F
שָׂבֵעַ satur,saturitas,satietas. 273.G
שָׁבַע iuramentum,septem,satietas,abundãtia. 377.G.H
שָׁבַע iurare. 287.E
שֶׁבַע septem & iuramentum significat.248.
שְׁבוּעָה & שְׁבֻעַת iuramentum 287.E
שִׁבְעִים septuaginta. 404.A
שָׁבַר frangere,confringere,conterere,vendere.383.A.Inde שֶׁבֶר fractio, venditio, frumentum,alimentum. Ibidem
שַׁדַּי.decimum est diuinorum nominum. 206.H
שַׁדַּי omnipotens 297. A
שָׂרִית princeps 329.M
שֶׂה agnus,pecus 253. E
שׂוּחַ submissa voce loqui 270. B.C.
שׁוּף conterere 94. A.
שׁוֹר murus,taurus. 418.C
שׁוּת ponere,vnde Seth,positio 117. L.
שָׂטַם odire odium habere,cõminari.432.H
שְׂחָה reuerentia est quam corpore exhibemus. 216.L
שָׁחָה inclinare,incuruare,adorare, & cęte. 259.G
שָׁחַת corrumpere,disperdere. 161.C

שִׂיחַ virgultum,frutex,arbustum. 247.A
שָׁכַב dormire,concumbere. 282.B
שָׂכַל intelligere,prudenter agere. 82.H
שָׂכַל intelligere,prudenter agere,aspicere, superponere. 413.B
שְׁכֶם pars,& proprium loci. 414.M
שָׁכַם mane surgere diluculo. 228.H.239.K. 252.D M. 249.A
שָׁכַן habitare. 204.D
שָׂכָר merces. 311.E
שָׁלַח dimittere destinare. 222.F
שָׁלַח mittere.420.C.à quo שִׁילֹה missus. Ibidem.
שָׁלוֹם pax,concordia. 303.H
שָׁלוֹם pax,prosperitas,salus. 353.G
שָׁלֵם integer,sanus,saluus,incolumis.335.C
שָׁמַיִם quid sit. 17.M
שָׁמַע audire,obedire. 96.C.200.I.281.D
שָׁמַע audire obedire. 281.D
שָׁמַר custodire,seruare,conseruare. 352.H
וַיִּשַׁע attentio,consideratio,&c. 106.A
שַׁעַר porta,ianua,fores. 257.D.269.F
שֵׂעָר pilosus,hirsutus. 277.H.vnde שֵׂעִיר prouincia Esau, ab eo sic dicta.Ibidem.
שְׂעֹרִים hordea. 282.L
שְׁעָרִים æstimationes. 282.L
מִשְׁפָּחָה familia, cognatio, generatio & genus. 146.D
שָׂפָה labium,lingua. 166.M
שַׂק saccus,cilicium. 357.I
שָׁקָה potum dare,propinare. 371.F
שֶׁקֶל siclus vnciæ pondus habet. 265.F
שֶׁקֶר mentiri,falsificare, aut falsum dicere. 248.G
שַׂר princeps. 212.I.
שָׁרָא manere,habitare. 274.I.
שָׂדֶה ager,campus planities. 185.C.186.C
שָׂרָה dominari,confligere. 186.C
שֶׁרֶץ quid sit. 33.D
שָׁרַץ moueri,motare,reptare,&c. 145.I.
שֶׁרֶץ quid. 33.D

ת

תַּדְשֵׁא herbificare. 23.I.
תֹּהוּ quid sit. 7.C
תּוֹלְדוֹת generationes perfectas signat. 52.I.
תּוֹרָה doctrina,lex,instructio,doctrina, pluraliter תּוֹרֹת tota lex Moysi pręcepta,ceremonias & alia instituta continens. 281.F.
תֶּלְיְךָ pharetra tua,alij,gladius tuus. 288.G
תָּם simplex,consummatus, perfectus, integer,immaculatus,innocens. 278.D
תָּמַם consummare, complere, perficere. 278.D
תָּעַב abominari, detestari. 404.M. Inde תּוֹעֵבָה abominatio,detestatio. Ibidem.
תָּעָה errare,decipere. 289.E
תָּעָה errare,declinare,aberrare. 240.I.
תֹּף tympanum,vel tympanizare. 115.E
תַּרְדֵּמָה quid significet. 73.E.G.H
תְּרָפִים idola,imagines. 319.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

GRAECARVM DI-
ctionum index.

ἅγιος. sanctus 324.M
ἄγνοια. ignorantia, inscitia 282.C
ἀδικία. iniustitia, violentia. 283.L
αἰών. seculum, à quo αἰώνιος. æternum. 208.G
ἄλλομαι. robustus, sufficiens 342.F.
ἁμαρτωλός. qui voluptate quadam inductus peccat 181.A.
ἄνθρωπος. vnde dicatur 44.E.F.
ἀσφάσία. quid sit 231.A.B.C.
ἄπλαστος. simplex, sine dolo 278.C
ἀρχιμάγερος. princeps vel præpositus cocorũ. 358. M. vel præpositus militiæ. Ibidem.
ἀκριβῶς. diligenter. 338. H
διαθήκη. dispositio, testamentum. 208.F.
ἐγκρυφίος. occultus, & abscõdit⁹ panis. 218.I.
εἰρηνικοί. pacifici. 384.E.
ἔκστασις. plus dicit quàm sopor vel somnus 197.F.G
ἐναντίον. ante & contra vel coram significat 160. K.
ἐνταφιασταί. sepultores. 431.A. funeratores. B. pollinctores. C.
ἕτοιμος. accinctus, expeditus 425.G
ἐπιθυμητός. desiderabilis, amabilis 427.G.
ζωμαδία. quid sit 339 B
ἡμίονος. mulus, mula 399.I.
ἡμίονοι. muli, quasi semiasini 176.I.
θεός. deus, à timore nũcupatur. 325.H.I.
θεοσέβεια. pietas, cult⁹, dei venera. 240.C
θήρα. venatio, vel far siue fruges. 399 F.
καλόν. pulchrum & bonum 124.E.
καταρήγνυμι. dirumpo, discindo 138.B.
κτῆσις possessio 258.L. 260.H.
κόπος. laborẽ & dolorẽ designat. 96.I.
λατρεία. seruit⁹ soli deo debita. 259.F.
λεπτός. tenuis. 376.M
λυπῶ. mœrore afficio. 106. D.
μαγειρεῦσαι. occidere 358 L.
μαλακία. lãguor, lassitudo. 383. C. 395.D
μήν. luna dicitur, vnde μὴν mẽsis. 27 G
μορφώματα. figuræ, imagines 319.H.
νεανίς. adolescentula, virgo 267.G.
παιδία. Infantes 338.H
παῖδες pueri 393. vel serui. Ibidem
παιδαγωγός. nequam, verspellis. 77.E.
ποιέω. facere & creare significat. 44 E
πονηρός. qui de industria peccat 181.A.
ῥέθορα. riuus 188.A B
σαλευόμενος. fluctuãs, instabilis, & sedis incertæ 113.M.
στέγη. tectum. 131.E. vnde distega & tristega. Ibidem.
σύγχυσις. confusio 166.M.
ταπείνωσις. humilitas 307. M
τέμπη. terra voluptaria 183.A.
χονδρίτης panis cibari⁹. 373.I. farina. K.

INDEX AVTHORI-
tatum in hoc uolumine obiter explicatarum.

Genesis. 3.
Et aperti sunt oculi amborum 299. L.
In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. 42.M.43. A.
Genesis.49.
Non auferetur sceptrum de Iuda, & cætera 244. A
Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmore eius, & cætera. 361. H
Exodi.5.
Ego indurabo cor eius 198.I
Exodi. 32.
Dimitte me vtdeleam populum istum, & faciam te in gentem magnam. 183.I
Consecrastis manus vestras hodie domino, &c. 430. F
Numerorum. 35.
Si per odium quispiam hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, &c. 113.H.I
Deuterono.6.
Matthæi. 22.
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. 40. I.
Deuteronomij.18.
Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris 4.B
Deutero. 19.
Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester, &c. 419. K
Deutero. 33.
Qui dicit patri suo & matri suæ: nescio vos &c. 75.B
Benedictus qui ampliauit Gad. 425.K.M
I. Regum. 2.
Honorificantes me honorificabo, & contemptor mei honore priuabitur. 92,C
4. Regum. 4.
Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, &c. 240.C
4. Reg. 19. & 20.
Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. 226.K
Iob. 3.
Pereat dies in qua natus sum 12.I.M
Iob. 5.
Homo nascitur ad laborem 98.C
Ingredieris in abundantia sepulchrum. 307.D.E
Iob. 7.
Neque cognoscet eum amplius locus eius. 88.F
Iob. 12.
Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur 81.B
Iob. 15.
Nõ est immunis à pctõ nec infans cuius est vnius diei vita super terrã. 374.M. 375 A
Iob. 38.
Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, & cum me laudarent astra matutina. 6.M
Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de vulua procedens. 126. D.
Psalm. 1.
Ideo non resurgũt impij in iudicio. 91. G.
Psalm. 2.
Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c. 255.A
Postula à me, & dabo tibi gentes, & cætera. 183.I.M
Psalm. 4.
Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis, & cætera. 108.D.
Signatum est super nos lumen vultus tui domine 44.M.
Psalm. 6.
Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua, &c. 49.F.G.
Psalm. 11.
Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, &c. 49.G
Psal. 16.
Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis 279.M.280.A.
Psalm. 17.
Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris 261.G
Psalm. 18.
Et ipse tanq̃ sponsus egrediens de thalamo suo, &c. 28.M.29.A
Ab occultis meis munda me 250. C
Psalm. 22.
Parasti in conspectu meo mensam, &c. Impinguasti in oleo caput meum, & cætera 363. D
Psalm. 24.
Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas 409.M.
Psalm. 26.
Credo videre bona domini, in terra viuentium 182.I.M
Psalm. 32.
Verbo domini cœli firmati sunt. 8.I. 141 M
Psalm. 33.
Define à malo & fac bonum 7.L
Vultus autem domini super facientes mala 87. A
Psal. 45.
Vacate & videte quoniam ego sum deus. 51.G.
Psalm. 48.
Homo cum in honore esset, non intellexit, &c. 40.L
Psalm. 55.
Ipsi calcaneum meum obseruabunt. 93.B
Psalm. 57.
Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero, &c. 278.G
Psalm. 65.
Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti, &c. 102.D.
Psalm. 72
Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges 40.G
Deiecisti eos dum alleuarentur. 77.M
Psalm. 77.
Excitatus est tanquam dormiens dominus, tanquam potens crapulatus à vino. 87. B. C
Psalm. 86.
Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob 183.A.
Psalm. 89.
Dies annorum nostrorum in ipsis septua. an. 13.B.
Psalm. 90.
Super aspidem & basiliscum ambulabis &c. 37.M.93.E
Psal. 92.
Dominus regnauit, decorem indutus est, & cęte. 40.L
Psal. 101.
Ipsi peribunt, tu autem permanes. 17.K
Omnes sicut vestimentum veterascent. &c. 48.A
Psal. 103.
Qui tegis aquis superiora eius. 15.E.F
Qui emittis fontes in conuallibus, & cęte. 35.G
Emitte spiritum tuum & creabuntur. 8.K
Et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. 12.I.25.H
Omnia in sapientia fecisti. 4.F
Psal. 104.
Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph. 355.M
Non reliquit hominem nocere eis, & cæte. 320.H
Et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos. 171.A
Psal. 105.
Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. 97.I
Psal. 109.
Iurauit dominus & non pœnitebit eum. &c 127.C. 180.F. 190.G.H. 430.F
De torrente in via bibit. 283.G
Psal. 111.
Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. 164.I
Psal. 115.
Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. 410.C
Psal. 117.
Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, &c. 51.B
Psal. 118.
Priusquam humiliarer ego deliqui. 77.D
Psal. 135.
Qui fundauit terram super aquam. 375.C
Psal. 134.
Solem in potestatẽ diei, lunam & stellas in potestatem noctis. 27.H.I.29.M
Psal. 126.
Nisi dominus ædificauerit ciuitatem, & cę. 65.G
Psal. 136.
Memento domine filiorũ Edom in die Hierusalem, qui dicunt exinanite, & cæte. 327.M.328.A
Psal. 138.
Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. & cæte. 86.L
Psal. 143.
Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. 426.B
Psal. 148.
Laudate eum cœli cœlorum. 30.D
Aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomẽ domini. 16.C. & seq.
Dracones & omnes abyssi. 34.I
Prouer. 9.
Sapientia ædificauit sibi domum &c. 286.E
Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. 81.H.I
Prouer. 12.
Qui operatur terram suam implebitur panibus. 183.B.C
Prouer. 13.
Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. 183.C
Prouer. 14.
Vita carnium sanitas cordis, putredo ossiũ inuidia. 350.H.I
Prouer. 18.
Iustus accusator est sui in principio sermonis. 90.A
Prouer. 19.
A deo præparabitur viro vxor. 261.H
Prouer. 31.
Date vinum his qui in tristitia, &c. 155.D
Ecclesiastes. I.
Terra autem in æternum stat. 17.I
Ecclesia. 3.
Vnus interitus est hominum & iumentorũ, & æqua vtriusque conditio. 69.H
Ecclesia. 4.
Funiculus triplex difficile rumpitur. 82.C
Ecclesia. 7.
Deus fecit hominem rectum. 76.H
Canticor. I.
Osculetur me osculo oris sui. 398.I
Canti. 2.
Ordinauit in me charitatem. 349.K
Sapientiæ. 2.
Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. 350.G.351.L
Sapien. 7.
Est enim splendor vitæ æternæ &c. 62.C
Sapien. 13.
Virtus eius iustitiæ initium est. 225.B
Ecclesiasticus. I.
Prima omnium creata est sapientia. 5.F
Ecclesiasti. 3.
Altiora te ne quæsieris. 270.G
Ecclesiasti. 5.
Melius est enim non vouere votum, quàm vouere & non reddere. 104.I
Ecclesiasti. 18.
Fili in mortuum produc lachrymas, & cęt. 431.F
Qui viuit in æternum creauit omnia simul. 5.B.E.50.H
Esaias. I.
Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem. 58 A
Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & cæt. 144.C.D
Audite verbum domini principes Sodomorum, &c. 224.G
Esa. 3.
Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. 223.E
Væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt consilium aduersum se, &c. 418.G
Esa. 6.
Vidi Cherubim stantia à dextris virtutis dei, & Seraphim, &c. 39.F
Esa. 7.
Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum inferni, &c. 263.K
Esa. 9.
Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. 39.H
Esa. 11.
Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. 421.H
Esa. 41.
Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ. 249.I
Esa. 42.
Qui dedit flatum populo qui est super terram, & spiritum calcantibus eam. 56.G
Esa. 43.
Dic iniquitates tuas vt iustificeris. 90.A. 117.A
Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, &c. 135.G
Esa. 45.
Aperiatur terra & germinet saluatorem. 54.D
Ego dominus & non est amplius formans lucem & creans tenebras. 12.I
Ego dominus faciens pacem, & creans malum. 38.A
Esa. 46.
Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. 433.D
Esa. 49.
Dedi te in lucem cunctis gentibus & cæte. 183.K
Esa. 50.
Veni, & non erat homo, vocaui, & non erat qui audiret. 128.D
Esa. 52.
Ego qui loquebar, ecce adsum. 397.H
Esa. 57.
Spiritus à me procedet, & flatum omnem ego feci. 55.B
Esa. 66.
Super quem requiescam nisi super humilẽ corde &c. 48.L
Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. 300.B
Hieremias. 3.
Ponam offendiculum coram eo. 198.I
Hiere. 5.
Circumite vias Hierusalẽ, & videte & quęrite in plateis eius, &c. 226.G
Discurrite, & videte, si est vnus qui faciat iustitiam. 128.E
Hiere. 7.
Holocautomata vestra addite victimis vestris, &c. 201.K
Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiãte. 235.D
Hiere. 10.
A signis cœli nolite metuere, quæ gentes timent. 27.D
Ezechiæ. I.
Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. 173.K.L
Ezechie. 16.
Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ superbia & saturitas panis. 279.H. 377.I.K
Quid enim peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum in saturitate & abundantia comedebat. 231.E
Danielis. 2.
Tu rex cœpisti cogitare in stratu tuo &c. 4.C. 419.L
Daniel. 13.
Angustiæ sunt mihi vndique. Si enim hoc egero mors mihi est. 401.F
Osee. 3.
Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege & principe, &c. 319.I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oſee.5.
Sanguis sanguinem tangit 198.I
Ioel.1.
Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. 164.M
Amos.1.
Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam 90.K
Naum.1.
Non vindicabit deus bis in idipſum. 112.L. 116.B.234.B
Machabæo.3.
Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe ciliciis,&c. 239.H

Nouum teſtamentum.

Matthæi.3.
Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui 51.F
Matthæi.4.
Non tentabis dominum deum tuum. 263.I.
Matthæi.5.
Beati mites, quoniam ipſi poſſidebũt terrã 182.L.M
Vos eſtis lux mundi 30.M.
Beatus qui fecerit & docuerit 64.B.
Niſi abũdantior fuerit iuſtitia veſtra quàm ſcribarum & phariſæorum,&c.136.H
Nolite iurare omnino,&c. 384.K
Facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos 301.C.302.G.
Matthæi.6.
Pater noſter qui es in cœlis 301.B.
Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus,&c. 389.G.
Reſpicite volatilia cœli: quoniam non ſerunt neque metunt,&c. 21.H.
Matthæi.8.
Recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, &c. 207.H
Matthæi.10.
Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam 176.A
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ 77.H.
Matthæi.10.& 24.
Qui autem perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit 350.C
Si vos perſecuti fuerint in vna &c. 241.A
Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium 425.L.
Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam 210.E
Matthæi.11.
Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde,&c. 181.E.330 M
Lex & prophetæ vſque ad Ioannem prophetauerunt 276.I.
Matthæi.13.
Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. 279.L
Matthæi.13.
Lucæ.8.
Sunt ſpinæ ſolicitudo huius ſeculi. 335.K.
Matthæi.18.
Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me,&c. 116.E
Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagieſepties 116.E
Matthæi.19.
Nemo bonus niſi vnus deus 11.K.

Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata. 275.L
Propter hoc dimittet homo patrem & matrem,&c. 75.G.H
Matthæi.20.
Primi erunt vltimi & vltimi primi 105.H
Matthæi.21.
Venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. 183.L
In qua poteſtate hæc facis,&c. 425K
Matthæi.22.
In his enim duobus mãdatis lex & prophetę pendent 305.H.
Qui aſpicit mulierem vt concupiſcat illam iam adulterium commiſit cum illa. 123.F
Licet tributum dare Cæſari an non? 425.K
Matthæi.23.
A ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ 109.I
Matthæi.24.
Cœlum & terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt. 17.I.
Matthæi.25.
Venite benedicti patris mei,&c. 279.K
Matthæi.27.
Sanguis eius ſup nos,& ſuper filios noſtros 279.M

Lucæ.1.
Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco,&c. 19.H. 275.E
Lucæ.4.
Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies 259.F
Lucæ.7.
Aquam pedibus meis non dediſti. 217.G
Lucæ.8.
Et rogauerunt eum ne imperaret illis vt in abyſſum irent 7.L
Lucę.9.
Qui vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,&c. 210.E.
Lucæ.10
Dignus eſt operarius mercede ſua 191.D
Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico,&c. 77.M
Maria optimam partem elegit,&c. 61.F.
Lucæ.12.
Hac nocte repetent animam tuam abs te. 227.M
Amen dico vobis,quod præcinget ſe,& faciet illos diſcumbere,&c. 49.G.
Lucæ.15.
Cito proferte ſtolam primam,& induite eũ &c.250.C.
Lucæ.17.
Et ſi ſepties in die peccauerit frater tuus in te,&c. 116.E

Ioannis.1.
Omnia per ipſum facta ſunt 4.I
Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt, Amodo videbitis cœlos apertos, &c. 299.B.
Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu vidi te 84.I
Super quem videris ſpiritum deſcendentẽ, &c. 124.G
Ioannis.3.
Qui habet ſponſam ſponſus eſt 421.I
Omnis qui male agit odit lucem,&c.87.A.
Ioannis.5.
Pater meus vſque modo operatur, & ego operor 49.M

Ioannis.5.6.
Non veni facere voluntatem meam,ſed voluntatem patris mei 262.G
Quæritis me nõ quia vidiſtis ſigna,ſed quia manducaſtis ex panibus meis, & cætera. 301.M
Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto,& mortui ſunt 426.C.D
Ioannis.8.
Principium qui & loquor vobis 4.F
Vos ex patre diabolo eſtis,&c. 171.G
Homicida erat ab initio,&c. 78.L.M
Mendax eſt & pater eius 78.M.
Abraham diem meum vidit,&c. 255.K.
Ioannis.10.
Ego ſum paſtor bonus 106.E.F
Poteſtatem habeo ponendi animam meam. 56.I
Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum,&c. 51.A.
Ioannis.11.
Tollite lapidem,& cætera. 6.G
Lazare veni foras 90.H
Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo,&c. 363.F.
Ioannis.12.
Qui amat animam ſuam perdet eam. 173.A
Et clarificaui,& iterum clarificabo 87.I.
Ioannis.14.
Ego in patre,& pater in me eſt 40.C.
Ego & pater vnum ſumus 40.F
Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis 328.IK.401.C.
Ioannis.17.
Pater da, vt ſicut ego & tu vnum ſumus,ita & iſti in nobis vnum ſint 40E
Ioannis.19.
Non habemus regem niſi Cæſarem. 361.G.
Ex eo exiuit ſanguis & aqua 421.L.

Romanorum.1.
Inuiſibilia dei à creatura mundi, & cætera. 1.M 19.A
Non ſicut deum glorificauerũt, aut gratias egerunt 29.I.K
Roma.2.
Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit,&c. 198.K.
Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt,&c. 99.A.B
Non enim auditores legis iuſtificantur,ſed factores 257.I.
Roma.4.
Credidit Abraham deo, & reputatum eſt, &c. 194.E.F.I.K.
Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei 209.L. 210.D.
Roma.5.
Afflictio patientiã operatur,patientia probationem, probatio ſpem, & cætera. 378.L
Per vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors. 69.F
Roma.6.
Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem,&c. 212.B.
Roma.8.
Qui autem in carne ſunt, deo placere non poſſunt 129.E
Vos autem non eſtis in carne 124.HK
Et creatura hęc liberabitur à ſeruitute corruptionis,&c. 127.B.

Diligentibus

Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. 433.A
Qui non proprio filio ſuo, ſed pro nobis, & cæte. 184.G
Quis nos ſeparabit à charitate dei?305.E.F
Roma.9.
Nunquid poteſt figmentum dicere ei qui ſe finxit,&c. 57.D
Non enim qui ex Iſrael hi ſunt Iſraelitę,&c. 246.C
Roma.10.
Volentes enim ſuam iuſtitiam ſtatuere,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. 201.L
Roma.11.
Fracti ſunt naturales rami, & tu cum eſſes oleaſter,inſertus es in illis,&c. 277.D
Et ſi fuerit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris,&c. 397.L
Roma.12.
Non vos ipſos vindicantes chariſſimi, ſed date locum iræ. 401.

1.ad Corinthios.2.
Sapientiam loquimur inter perfectos,&c. 299.C
1.Cor.2.
Spiritualis omnia iudicat,& à nemine iudicatur. 43.G
1.Cor.3.
Si quis autem ſuperędificat ſuper fundamẽtum hoc aurum,argentum,&c. 102.D.F
Quia non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus,&c. 287.L
1.Cor.6.
Fugite fornicationem. 369.D
1.Cor.7.
Iunctus es vxori noli quærere ſolutionem. 238.H
Non enim formatus eſt vir propter mulierem,ſed mulier propter virum 73.L.
1.Corin.10.
Nolo vos fieri ſocios dæmoniorum. 27.E.
Omnia in figuram contingebãt illis. 262.D
1.Cor.11.
Vir quidem non debet velare caput, quia imago dei eſt 41.E.G.44.L
1.Corin.12.
Nemo loquens in ſpiritu dei dicit anathema Ieſu,&c. 292.K
1.Cor.15.
Factus eſt primus homo in animam viuentẽ nouiſſim⁹ vero in ſpiritũ viuificãtẽ.57.H
Sicut portauimus imaginem terreni,portemus & imaginem cœleſtis 41.L
Si corpus eſt animale,eſt & ſpirituale.54.K

2.Cor.2.
Chriſti bonus odor ſumus 272.L.
2.Cor.4.
Habemus theſaurum in vaſis fictilibus,&c. 268.L
2.Cor.6.
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis 52.E
In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, &c. 44.A.B.
2.Cor.8.
Quia propter vos pauper factus eſt cum dines eſſet 426.C.
2.Cor.10.
In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus. 246.G.
2.Corint.11.& Act.9.
In ſporta dimiſſus ſum per murum. 176.A

Galatarum.2.
Viuo autem, iam non ego,viuit vero in me Chriſtus 98.I
Galat.3.
Abrahæ dictæ ſunt repromiſſiones,& ſemini eius,&c. 262.F
Gal.4.
Abraham duos filios habuit vnum de ancilla & vnum de libera. 246.H. & ſeq.
Non ſecundum carnẽ natus eſt Iſaac.251.C
Hæc autem ſunt per allegoriam dicta. 201.C.D.I.
Galatarum.5.
Si circuncidamini Chriſtus nihil vobis proderit 210.I
Galat.6.
Si carnalia ſeminauerim⁹, quæ carnalia ſunt metemus 98.K
Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes,&c. 349.H.I

Epheſiorum.2.
Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum 307.A
Epheſiorum.4.
Omnis ira & indignatio & clamor auferatur à vobis 295.H.I.
Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem,&c. 41.D
Epheſiorum.5.
Magnum ſacramentum, ego autem dico in Chriſto & eccleſia 75.M.

Philippenſium.2.
Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus &c. 40.D
In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium,terreſtrium,& infernorum. 371.A.
Philipp.3.
Noſtra conuerſatio in cœlo eſt 4.K.
Saluatorem expectamus dominum noſtrum &c. 76.I.
Philippenſium.4.
Et pax dei quę exuperat omnem ſenſum, &c. 328.K.

Coloſſenſium.1.
Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum. 40.F
Per ipſum & in ipſo condita ſunt omnia. 5.H

1.Theſſalonicenſium.3.
Ne forte vos tentauerit is qui tentat. 250B
1.Theſſalonicenſium.5.
Omnes vos filij lucis eſtis,& filij diei.12.K

1.Timothei.2.
Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta eſt 82.L.83.D.
1.Timoth.5.
Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, &c. 313.C.
1.Timot.6.
Lucem habitat inacceſſibilem 10.E

2.ad Timotheum.2.
Nemo coronatur niſi qui legitimè certauerit 35.M
2.Timo.4.
Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit 432.G.

Hebræorum.1.
Multipharie multisque modis, &c.398.H.I
Hebræo.4.
Viuus eſt enim dei ſermo & efficax, &c. 212.B
Hebræo.7.
Melchiſedech rex Salem,ſine patre,ſine matre,&c.188.L.189.F.& ſeq.190.F.G
Hebræo.11.
Mortuus Abel adhuc loquitur. 114.C
Per fidem peregrinus fuit Abraham in terra promiſſionis &c. 259.A
Fide Iacob moriens ſingulos filios Ioſeph benedixit,&c. 410.K
Confitentes quia peregrini & hoſpites facti ſunt ſuper terram 406.E
Obambulauerunt in melotis, in pellibus caprinis egentes,afflicti,&c. 206.I.226.L.
Hebr.13
Hoſpitalitatis ne obliuiſcamini 215.L

Actuum.9.
Saule Saule quid me perſequeris? 299.A.
Actuum.15.
Quid tentatis ceruicibus diſcipulorum imponere iugum,&c. 246.E
Abſtineatis ab immolatis ſimulachrorum, à ſuffocato & ſanguine 149.M.
Actuum.17.
Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo ſunt,&c. 3.F

Iacobi.5.
Clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit 110.K.

1.Petri.3.
Mulieres viris ſuis ſubiectæ ſint,&c.221.A
2.Petri.2.
Et iuſtum Loth oppreſſum à nephandorum iniuſta cõuerſatione eripuit.180.K.181.C
2.Petri.3.
Quòd cœli erant prius & terra de aqua, & per aquam conſiſtentes dei verbo. 33.F

1.Ioannis.4.
Qui timet, non eſt perfectus in charitate. 246.I
1.Ioan.5.
Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra 199.A
Mundus in maligno poſitus eſt 406.D

Apocalypſis.4.
Et requiem non habebant dicentia: Sanctus,&c. 49.L.
Apoca.7.
Ex tribu Iuda duodecim milia ſignati. 430.B
Apoca.21.
Et mare iam non eſt 17.L

Finis indicis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errata sic corrigito.

Fol.11.M.lege Tob,vbi habes Iob.
Fol.13.L.lege vnum,vbi habes virum.
Fol.85.C.lege ſupplicia, pro ſupplica.
Fol.95.M.lege ferme,pro fame.
Fol.107.B.lege vſſit,pro iuſſit.
Fol.142.G.lege eodem, pro eadem.
Fol.160.F.lege Phut,pro Ruth.
Fol.161.M. lege Laabim pro Labaim.
Fol.185.M.lege quoquouerſum,pro quoquoherſum.
Fol.188.A.lege Statim,pro Satim.
Fol.210.K.lege deſiderantur pro deſiderant.
Fol.205.B.lege locus,pro cus.
Fol.217.I.lege aſſumpſiſſent pro aſſumpſiſſet.
Fol.233.L.lege alligatam,pro alligatum
Fol.235.C.lege plurimum,pro plurium.
Fol.262.B.lege poſteritate,pro proſteritate.
Fol.293.G.lege profore,pro profere.
Fol.314.E.lege omne, pro oue.
Fol.327.M.lege gratiam pro gratia.
Fol.351.H.lege manipulo, pro manipulos.
Fol.365.A.lege filum, pro filium.
Fol.369.H.lege reuerteretur,pro reuertetur.
Fol.373.I.lege חורי,pro רי
Fol.376.G.lege ſua ſomnia, pro tua ſomnia.
Fol.379.A.lege præcedam,pro præcedant.
Fol.385.M.lege terrorem, pro terror.
Fol.384.E.lege Non ſunt,pro Nam ſunt.
Fol.292.G.lege argenteum,pro argenetum
Fol.404.C.lege filiam Leui,pro filiam Lem.
Fol.420.C.lege videntur, pro vindentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A In nomine sanctissimæ & indiui-

DVAE TRINITATIS, PATRIS, ET
filij & spiritus sancti, Amen.

ALOISII LIPPOMANI EPISCOPI METONENsis coadiutorisque Veronensis in Catenam super sacram Genesin æditam, Argumentum.

B GLOSSA. Auctor huius libri Moyses dei famulus, hominũ mãsuetissimus, à deo sicut de futuris, ita & de præteritis edoctus, falsitatem errantiũ circa rerum principiũ eliminare uolens, librũ hunc conscribit, quem Hebræorum more, à suo principio Generationis uolumen nuncupat, sicut suum Matthæus. In quo primũ rerum omnium unum docet esse principiũ, deum scilicet optimum maximum. Ornatum deinde mundi, & distinctionem rerum omnium per senariam dei operationem pertractans, formationem & peccatum primi hominis, cuiusque de Paradiso eiectionem prosequitur. Ad eius postea propagationem descendens, uniuersale diluuium quo humanum genus pene deletum est, ac mox hominum multiplicationem ex Noe seruato describit. Demum in patriarchas perueniens, quomodo Iacob & filij eius uenerint in Aegyptum, ibique moriens illis benedixerit, historiam texit, ac nouissime quẽadmodum & ipse quoque Ioseph ibidem mortuus, conditus aromatibus, repositus sit in loculo.

ALIA PERIOCHE.

HIERONYMVS PAVLINO. In Genesi de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, de descensione usque ad Aegyptum scribitur Hebræorum.

C IN PRIMVM GENESEOS CAPVT ARGVMENTVM.

Verbo dei creantur ac benedicuntur terra, dies, nox, cœlum, mare, sol, luna, stellæ, pisces, & bestiæ terræ. Creatur homo, cui & de uictu prouidet deus.

Lectio prima. I N *principio creauit deus cœlum & terram.* Cõgressione prima.

BASILIVS IN HEXAEMERON. Qualis nam auditus dignus est eorum quæ dicuntur magnitudine tanta? Qua præparatione præditam animã taliũ auscultatione sermonum obuiam ire oportet? Nempe carnis affectionibus expurgatam, curis vitæ non occupatam, ac obfuscatam, sed patientem laboris, indagatricem, omni ex parte circunspectantem ac explorantem, si quo ex loco dignum deo conceptum, atque sententiam accipere possit. Sed antequam insitam his verbis diligentiam inquiramus, quantæq; sint perD breuium harum vocum sententiæ perscrutemur, quis nam is est qui nos alloquitur, animaduertamus oportet. Nam si cor auctoris altum ob mẽtis imbecillitatem nostræ non attingamus, at fidei mẽtem adhibentes, dignitatiq; differentis, sponte ad assentiendum his quæ dicta sunt adducemur. Moyses igitur is est, qui commẽtationem hanc scripsit. Moyses ille, qui testimonio habitus est apud deum gratiosus esse, cum adhuc infans esset, ac alimentum fugeret primum. Quem Pharaonis filia adoptauit, regioq; modo sapientibus Aegyptiorum adhibitis præceptoribus, educauit & erudiuit. Qui tyrannidis aspernatus fastum, humilitatemq; gẽtis nationisque suæ complexus, ærumnas illas populi dei calamitatesq; subire maluit, quàm breui tempore peccando voluptate potiri. Qui summo amore, suapte natura iustitiam prosequutus est semper ac æquitatem, vbi & antequam principatus ipsi populi magistratusq; traditus esset, ad necemvsq; (nimirũ ob improbitatis odium insitum ipsius naturæ) malos punisse vitiososq; videtur. Qui ab iis est expulsus, in quos ipse beneficia contulit, & Aegypti quidem libenti animo tumultus reliquit. Ad Aethiopiam autem vsque profectus, ibique otium nactus,
E totos quadraginta annos contemplationi rerum indulsit. Qui natus iam annos octuaginta, deum vidit, quoad homo videre potest, imò verò vt cæterorum contigit nemini, teste deo. Siquis dicente, fuerit inter vos prophe-
ta domini, in visione videbor ei, vel per somnum eum alloquar. At non talis est seruus meus Moyses, qui in tota mea domo fidelissimus est, ore ad os ipsum alloquar, in forma palam, & non per scirpos. Is igitur qui deum æque atque Angeli ipsa facie vidit: hæc ex iis nobis refert, quæ ab ipso deo percepit, ac audiuit. Audiamus igitur veritatis verba, non ab humana sapientia, sed à spiritus sancti vera doctrina prolata, quæ non ab auditoribus laudem atque plausum expetunt, sed eorum qui docentur, salutem affectant. *In principio creauit deus cœlum & terram.*

PHILON. Propter traditam à Moyse creationẽ, præclarissima & omnium optima edocti sumus. Primum, esse & subsistere in natura rerum aliquod numen, aliquam diuinitatem, idq; propter impios ostensum. Secundũ, quod deus sit vnus, propter eos qui multos deos introduxerunt. Tertium, quod mũdus is est creatus, propter eos
F qui eum statuerunt sempiternum. Quartum, quod vnus sit etiam iste mundus, quia creator eius sit vnus. Quintum, quod gubernet deus, & regat hunc ipsum quem fecit. Qui hæc igitur non tam auribus, quã cogitatione arripuerit, imprimens præclaras has & admirãdas in animũ species. Deum esse, & vnũ esse, qui vere est, & hũc creasse mundum, & creasse vnum tantùm, vt dictũ est, singularem eum sicut ipse est, faciendo, & quod facto prospiciat, felicem & beatã aget vitam. ORIGENES SVPER GENESIM. In principio creauit deus cœlum & terram. Quod est omnium principium, nisi dominus noster & salualtor omnium Christus Iesus, primogenitus omnis creaturæ? In hoc ergo principio (hoc est in verbo suo) deus cœlum & terram fecit, sicut & Euangelista Ioannes in initio euangelij sui ait, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ergo hic tẽporale aliquod principium dicit, sed in principio, id est in saluatore factũ esse dicit cœlum & terrã, & Homilia prima.

Universidad de Deusto Biblioteca

omnia quæ facta sunt. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Plerique G
existimāt,sicut in altercatione quoq; Iasonis & Papisci scriptū est, & Tertullianus in libro cōtra Praxeam dispu-
tat,nec nō Hilarius in expositione cuiusdā psalmi affirmat, in Hebræo haberi. In filio fecit deus cœlum & terrā,
quod falsum esse ipsius rei veritas comprobat.Nam & Septuaginta interpretes,& Symmachus,& Theodotio,in
principio transtulerunt.Et in Hebræo scriptū est,בְּרֵאשִׁית beresith,quod Aquila interpretatur in capitulo,& non
בְּבֵן baben, quod interpretatur in filio.Magis itaque secundum sensum,quàm secundum verbi translationem de
Christo accipi potest,qui tam in ipsa fronte Geneseos,quæ caput librorum omnium est, quàm etiā in principio
Psal.39. Ioannis euangelistæ,cœli & terræ conditor approbatur.Vnde & in psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum
Ioan.1. est de me,id est,in principio Geneseos.Et in euangelio : Omnia per ipsum facta sunt , & sine ipso factum est ni-
hil.Sed & hoc sciendum,quod apud Hebræos liber hic Bresith vocatur,hanc habentes consuetudinem,vt volu-
minibus ex principiis eorum nomina imponant:hæc ille. BASILIVS. Secundum aliam literam:In prin-
cipio fecit deus cœlum & terrā.Comprimit sistitq; linguam orationemq; meā admiratio mentis.Quid primùm H
dicam? Vnde exordiar? Externorúm ne sapientū vanitatem redarguā, an veritatem nostram laudibus efferam?
Complura de rerum natura sapientes externi disseruerunt,& nulla prorsus apud illos ratio,nulla sententia fixa,
stabilis immobilisq; permansit,posteriore semper antecedentem eiiciente,atque adeo,vt opus nobis non sit opi-
nationes illorum euertere,quippe cum satis ab illis(vt diximus)sint euersæ.Qui nanq; deum ignorauerūt,ij mē-
tis cōpotem causam ortui rerum præesse non concesserunt.Sed ea quæ deinceps emergere videntur,ad suam illa
accōmodata primam ignorationē,in medium attulerunt ac cōcluserunt.Quāobrem quidam ad materiales sup-
positiones confugerunt,vniuersiq; causam ad elementa mundi redegerūt,atque accōmodarunt . Quidā indiui-
dua expertiaq; corpora partium,& moles atque meatus,rerū earum omnium quæ cōspiciuntur, continere natu-
ram asseruerunt,& ortus occasusq; concursionibus semotionibusq; corpusculorum illorum partibus vacātium
fieri,validiorémque connexionem eorundem,diuturniorum corporum durationis causam esse . Stamen aranei
qui hæc scribunt profectò texunt,qui talia tam temere de mundo effutiunt,qui pertenues adeo causas , exiguaq; I
principia cœli terræq; marisq; supponunt,quæque in ratione rerum esse non possunt.Non enim dicere sciuerunt:
In principio fecit deus cœlum & terram.Quapropter sine gubernatione vlla prorsus administrationeq; hoc vni-
uersum esse,ferriq; casu fortunaq; putarunt,sua opinione propria sanè decepti,qua deum esse negabant . In quod
absurdum ne nos incidamus,is qui rerum effectionem mundiq; conscripsit,in primis continuò verbis,ipsius dei
nomine nostram illustrauit mentem,hoc exorsus modo: In principio fecit deus cœlum & terram . Pulcher pro-
fectò orationis est ordo.Principium in primis posuit,ne mundum aliqui principio carere arbitrarentur . Deinde
addidit,fecit,vt ipse mundus effectus,minima pars virium opificis ostendatur.Nam vt cum ab eadem arte figu-
lus vascula mille finxisset,neque artem neque vires absumpsit,sic & huius opifex vniuersi,non ad vnum mūdum
procreandum accommodatam potentiam habens,sed in infinitum exuperantem , rerum earum omnium quæ
spectantur magnitudines,solo sane voluntatis momento creauit.Quod si principio mundus non careat, factús-
que sit, quærere velis inuestigaréque,quis est qui principium ei præstitit,& quis nam est ipsius effector.Quin po- K
tius ne rationibus fortasse nostris quæritantes,cogitationibúsque humanis à via recta veritatéque exorbitemus,
hac nostros animos doctrina Moyses ipse præoccupauit , dei preciosissimo nomine perinde atque imagine , si-
gillo,monimentóque quodam in ipsos impresso : In principio(dicendo)fecit deus cœlum & terram. Natura ip-
sa beata,abundans infinitáque bonitas,id quod cunctis iis est clarissimum,quæ prædita sunt ratione , pulchritu-
do summe desiderabilis , prncipium eorum quæ sunt omnium,fons origóque vitæ, lux accommodatissima mē-
ti,immensa sapientia dei,hic in principio cœlum & terrā fecit.Noli igitur homo res eas quæ cernuntur,principio
carere putare,neque propterea quod in orbem cœli,circumq; feruntur,orbisq; principium nostro facile sensu ca-
pi non potest,corporum eorum quæ versantur,naturam carere principio arbitrare . Neque motionis ipsorum æ-
quabilitas,nullaq; prorsus intercedente quiete continuatio , errorem illum imprimat atque relinquat, mundum
(inquam)principio finéque carere. Transit enim huiusmodi figura,& cœlum præteribit & terra. Opinionum sen- L
tentiarúmque prædictio de consummatione déque mundi mutatione , sunt ea sanè, quæ nunc perpaucis tradita
sunt ab ea doctrina,quæ à deo spirata est : In principio fecit deus cœlū & terrā . Quæ enim tēpore cœperunt esse,
tēpore quoque desinant ac finiantur necesse est,& si temporis initium habent,noli dubitare de fine.Scito autem,
quod principiū dicitur ipsa motio prima, quo pacto vitæ probæ principiū esse dicitur,agere iusta. Nā à iustis ac-
tionibus primum ad beatā mouemur atq; proficiscimur vitā.Dicitur item & id vnde fit quippiam,cum vti cau-
sa quædā inest in ipso,quale quid est in ædibus fundamentū,& in nauigio carina. Quo pacto dictū est:Principiū
sapiētæ timor domini.Est enī ipse metus veluti fundamentū ad perfectionē ipsam sumendā.Est præterea princi-
piū & artificiosorū operū ars,vt Beseleelis sapientiā,ornatus tabernaculi principiū esse cōstat.Principiū insuper a-
ctuū sæpenumero dicitur ipse finis eorū quæ fiūt atq; agūtur, Vt beneficētiæ misericordiæq; principiū dicitur, ac-
ceptatio dei,omnisq; actionis eius omnino quæ prouenit à virtute,finis is qui studiosis sanctisq; promittitur. Cū
hæc ita sint, totq; modis principiū dici soleat,cōsideres velim,si nō omnibus accōmodari præsens vox possit . Nā M
dicere sane potes quonā tēpore cœpit ortus huiusce mūdi,si hoc ex tēpore præsenti regrediēs,diē extructionis pri
mum tandē offēdere mūdi cōtenderis. Inueneris enī hoc pacto,vnde prima tēporis motio est exorta. Deinde cœ
lum & terrā ante totius extructionē vniuersi,quasi fundamēta iacta fuisse. Præterea quandā artificiosā esse ratio-
nē,à qua prodiit oīs earū rerū quæ cōspiciūtur,ornatus.Deniq; vocē ipsam principij, nō temere, nō frustra, sed ad
aliquē finē cōducentē , vtilitatéq; rerū nō mediocrem innuere demōstrareq;,mundū excogitatū fuisse,siquidē si-
ne dubio ratione præditis animis,eruditionis est diuersoriū,facultatisq; domicilium eius,qua deus noscitur,mē-
ti modū viāq; præstās,per ea quæ cōspiciuntur,sensuiq; sese offerūt,ad eas res contēplādas,quæ visu cerni minimè
possunt.Vt & ipse diuus Apostolus asserit.Inuisibilia dicēs,ipsius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt, intellecta
cōspiciuntur.Sed de principio quidē vt perpauca de multis dicamus, eoúsq; sit dictū. Cum autē artes partim esse
ctrices,partim actrices,partim contēplatrices dicātur,& harū quidē finis sit operatio mentis, & secundarum ip-
sa cor-

A sa corporis agitatio, quæ cum cessauerit,nihil ortum inde conspicitur, nihil persistens (saltationis enim modu-
lationisq; nullus est finis, sed ipsamet in seipsa desinit operatio) effectricum autem post operationem extet quid
& permaneat opus,vt ædificandi facultates,excudendi,texendi,cæterarumq; similium,in quibus etiam si nō ad-
sit artifex,satis præ sese rationes ipsas artificiosas opera ferūt, ac ædificatorem admiratione tibi operis aspectu li-
cet afficere,& excusorem item,atque textorem. Vt artificiosum opus esse mundus ante oculos omnium positum
demonstretur, quo per ipsum eius sapientia qui fecit ipsum percipiatur,nulla prorsus alia,quàm hac voce de ip-
so sapientissimus Moyses vsus est, In principio fecit deus, non egit, non constituit,sed fecit. Et quia complures
eorum qui mundum ab æterno simul esse cū deo sunt opinati, non ab ipso factum esse,sed quasi virium vmbra-
culum ipsius esset,sponte emersisse eum asseruerunt,atque causam quidem ipsius deum esse fatentur,causam ta-
men voluntate non concurrente,perinde atque corpus vmbræ,lucidumq; splendoris est causa,ideo talem errorē
emendare Propheta percupiens,hæc exactissima verba protulit,In principio fecit.Non vt sit,ipsi mundo causam
B præstitit,sed fecit vt bonus,quod vtile est,vt sapiens,quod pulcherrimum est,vt potentia præditus, quod maxi-
mum est, & omnino quasi artificem sanè tibi deum in ipsam rerum substantiam omnium ingressum , ac partes
singulas inter sese contingentem atque accommodantem, consentaneumq; sibi consonumq; totum vniuersum
efficiētem ostendit,In principio fecit deus cœlum & terram.Ex duobus extremis vniuersi sanè totius innuit or-
tum, cœlo quidem primis ortus redditis partibus, terræ verò secundis.Quicquid autem istorum medium est,id
vnà cum ipsis omnino finibus exortum esse,cōsentaneū est rationi.Itaque si nihil etiā de cæteris dixerit elemen
tis,igne(inquam)aëre,atque aqua,tute tamen ipse tua solertia mente capere velis.Primū quidem in cunctis immi
xta omnia esse, atque in terra tam aquam,quàm aërē, quàm etiā ignem inueneris,si tā è silice quàm è ferro, quæ
suam originem è terra trahere cōstat,ignis exiliat,frictionibúsve copiosus emergens eluceat. Aquæ verò naturā
C ipsis insitam terræ viribus ij demonstrant, qui puteos confossa terra conficiunt,& aëris item naturam ipsi vapo-
res,quos ab humectata terra sole tepefacta resultare,sursumq; ferri conspicimus.Deinde si cœlum natura locū su
perum occupat, humus infimū obtinet, propterea quod leuia cœlū suapte natura petunt,ad humū pōdera suopte
nutu feruntur,aduersanturq; sibi mutuò maximè, superus inferúsque locus,qui mētionē eorū fecit,quæ plurimū
inter sese suaptè natura distant,eum & profectò significasse,ac innuisse quæ medium inter illam regionem occu
pant atq; implent, palàm est. Quare singulorū enarrationem quærere noli,sed ea quæ silentio præterita sunt,per
ea quæ dicta declarataq; sunt, intelligere velis, fideq; adhibita Moysi diuo,deum cœlum & terram fecisse dicēti,
optimum illum summúmque architectum,qui sapienter exactissimáque cum arte,res omnes extruxit atq; crea-
uit,admiratione gloriáque perinde vti decet,afficiamus.Denique tum à rerum earum pulchritudine quæ cōspi-
ciuntur,illum pulcherrimum opificē animaduertamus: Tum à sensibiliū horū definitorúmque corporū magni-
tudine,immēsum illū ac infinitū,omnémque mentē in copia illius concipienda viriū exuperantē,excogitemus.
D AMBROSIVS IN HEXAEMERON. Tātúmne opinionis assumpsisse homines,vt aliqui eorū tria prin
cipia cōstituerent omniū,deum,& exēplar:& materiā,sicut Plato discipuliq; eius,& ea incorrupta & increata,ac
sine initio esse asseuerarent, deúmque non tanquam creatorem materiæ, sed tanquā artificē ad exēplar, hoc est,
ideam intendentem, fecisse mundum de materia quam vocant hylen, quæ gignendi causas rebus omnibus de-
disse asseratur:ipsum quoque mundū incorruptum, nec creatum aut factū existimarēt. Alij quoq; (vt Aristoteles
cū suis disputandū putauit) duo principia ponerent, materiam & speciē,& tertiū cū his quod operatoriū dicitur,
cui suppeteret competenter efficere quod adoriundū putassent? Quid igitur tā inconueniēs, quàm vt æternitatē
operis cū dei omnipotentis coniungerēt æternitate, vel ipsum opus deū esse dicerēt,vt cœlū & terrā & mare di-
uinis prosequerētur honoribus? Ex quo factum est,vt partes mundi deos esse crederēt,quāuis de ipso mundo nō
mediocris inter eos quæstio sit.Nam Pythagoras vnū mundū asserit,alij innumerabiles dicunt esse mūdos,vt scri
psit Democritus,cui plurimum de physicis auctoritatis vetustas detulit.Ipsum quoque mundum semper fuisse &
E fore Aristoteles vsurpat dicere.Contra autē Plato non semper fuisse, sed semper fore præsumit astruere. Plurimi
verò nec fuisse semper,nec semper fore, scriptis suis testificantur.Inter has dissensiones eorū , quæ potest esse veri
æstimatio,cū alij mundū ipsum deū esse dicant,quod ei mēs diuina(vt putant)inesse videatur,alij partes eius,alij
vtrunque,in quo nec quæ figura sit deorū,nec qui numerus,nec qui locus,aut vita possit,aut cura cōprehēdi? Si-
quidē mūdi extimatione,volubilē,rotundū,ardentē,quibusdā incitatum motibus,sine sensu deū cōueniat intelli
gi,qui alieno non suo motu feratur.Vnde diuino spiritu præuidēs sanctus Moyses hos hominū errores fore,& iā
fortè cœpisse,in exordio sermonis sui sic ait,In principio fecit deus cœlū & terrā.Initiū rerū,auctorē mūdi, crea-
tionē materiæ comprehēdēs,vt deū cognosceres ante initium mūdi esse,vel ipsum esse initiū vniuersorū, sicut in
euangelio dei filius dicētibus sibi.Tu quis es? respondit,Initium quod & loquor vobis.Et ipsum dedisse gignēdis Ioan.8.
rebus initiū, & ipsum esse creatorē mundi, non idea quadā duce imitatorē materiæ, ex qua nō ad arbitriū suum,
F sed ad speciē propositā sua opera formaret. Quàm bonus ordo,vt illud primū assereret,quod negare cōsueuerāt,
& cognoscerēt principiū esse mūdi,ne sine principio mūdū esse hoīes arbitrarētur.Pulchrè quoq; ait,In principio
fecit, vt incōprehēsibilē celeritatē operis exprimeret,ne mora in faciēdo fuisse extimarēt, cū effectū prius opera-
tionis impletæ,quā indiciū cœptæ explicuisset,vt vel sic intelligerēt homines, q̄ incōprehēsibilis opator esset,qui
tātū opus breui exiguoq; momēto suæ operatiōis absolueret,vt volūtatis effect⁹,sensū tēporis præueniret.Nemo
operātē vidit,sed agnouit operatū.Vbi igit̄ mora,cū legas,Quia ipse dixit,& facta sunt, ipse mandauit,& creata Psal.148.
sunt:Nec artis igit̄ vsum,nec virtutis expēdit,qui momēto suæ volūtatis maiestatē tātæ operatiōis impleuit,vt ea
quæ nō erāt,esse faceret,tā velociter,vt neq; volūtas operationi præcurreret,neq; operatio volūtati.Miraris opus?
Quæris operatorē? Quæris quis prīcipiū tāti opis dederit? quis tā citò fecerit? Subiecit statim,dicēs,quia de⁹ fecit
cœlū & terrā.Audisti auctorē,dubitare nō debes.Non mirū ergo si deus qui est sine initio,initiū omnibus dedit,
vt quæ nō erāt,esse inciperēt. Nō mirū si de⁹ qui oīa virtute sua cōtinet, & incōprehēsibili maiestate vniuersa cō-
plectit̄,fecit hæc quæ vidētur,cū etiā illa fecerit,quæ non vidētur.Inuisibilia aūt his quæ vidētur potiora esse quis
neget,cū ea quæ vidētur tēporalia sint,æterna aūt quæ nō vidētur? Cum ergo testificet̄ Moyses quod deus fecerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundum,noli eum sine principio esse credere, quia quasi sphæra mũdus esse dicatur, vt principium eius nullum videatur extare, & cum intonat quasi in circuitu omnia commoueantur,vt vnde incipiat,vbi desinat, non facile comprehendas, quia circuitus principium sensu colligere impossibile habetur.Neque enim sphæræ potes initium reperire, velvnde cœperit globus lunæ,vel vbi desinat menstrua lunæ defectio.Neque verò si ipsẽ non cõprehendas, idcirco non cœpit,aut nequaquam desinet.Si ipse circuitum vel atramento vel graphio ducas,vel cẽtro extremas,vnde cœperis,aut vnde desieris,interuallo interposito non facile vel oculis colligis,vel mente repetis, & tamen & cœpisse & desiuisse ipse tibi testis es.Nam & si sensui subterfugit,veritatem non subruit.Quę autem inium habent,& finem habent,& quibus finis datur,initium datum constat.Finem autem mundi futurum ipse saluator docet in Euangelio suo dicens,Cœlum & terra præteribunt,& infra,Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.Quomodo ergo coæternum deo mũdum asserunt,& creatori omnium sociant, atq; æqualem esse disputant creaturam,corpusq; materiale mundi,inuisibili illi atque inaccessibili naturæ diuinæ coniungendum putant,cum præsertim secundũ suam sentẽtiam non possint negare:quoniã cuius partes corruptioni & mutabilitati subiacent,huius necesse est vniuersitatẽ hisdem passionibus quibus propriæ portiones eius sunt obnoxiæ,subiacere?Possumus etiam intelligere,In principio fecit deus cœlum & terram,id est ante tempus,sicut initium viæ,nondũ via,& initium domus,nondũ domus.Deniq; alij dixerũt ἐν κεφαλαίῳ,quasi in capite,quo significatur in breui & in exiguo momẽto summa operatiõis impleta.Sũt ergo & qui principiũ nõ pro tẽpore accipiãt, sed ante tẽpus,vel caput,vt dicamus latinè quasi summã operis,quia rerum visibiliũ summa , cœlum & terra est. In principio itaq; temporis cœlum & terram deus fecit.Tempus enim ab hoc mundo,non ante mundũ.Dies autem temporis portio est,non principium. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS SERMONVM LIBRO SECVNDO. Nisi quis hostẽ à quo impugnatur expugnet, nunquã bonis suis poterit vti securus. Sũt enim multi qui asserere conãtur,Chaos in principio fuisse,id est informẽ indigestamq; latentis naturę cõgeriẽ,aceruo quodã magnitudinis suæ per se in se manẽte,postea vero hãc deũ diremisse,ex eaq; cõstituisse mundũ, pariter & ornasse.Igitur si(vt volũt)deus materiã qua vsus est,nõ fecit,sed ęterna sitvt ipse est,duo sunt ergo principia,& quidẽ repugnãtia.Ac per hoc necessariò requirendũ nobis erit,quid sit fortius de duobus,illud quod sensibile est,an quod caret sensu?Verũ quis dubitet illud fortius esse quod sentit,quod sapit,quod cogitat,quod mouet,quod nõ mouetur,quod mira prouidẽtia chaos ipsum vt chaos nõ esset,effecit,quod eius mẽbra discreuit,ratione disposuit,colorib⁹ decorauit,determinauit mẽsura,officiisq; cõpetẽtibus seruire præcepit?Vnde nõ est principiũ,quod senescit,quod opus factũ est alienũ,quod nõ est in sua positũ potestate , quod à sua substãtia tollitur, quod mutatur,quod alieno mouetur pulsu,quod quid sit,quid fuerit,quid futurũ sit,nõ potest aliquãdo sẽtire:sed quod est principiũ?In principio(inquit Moyses)fecit deus cœlũ & terrã.Solus de⁹ est,itaq; principiũ,qui ex se ipso dedit sibi principiũ,solus ante omnia,& post omnia,quoniam in eius manus inclusa sunt omnia, ex se est, quod est.Solus sui cõscius,quãtus & qualis est.Solus perfectus,quia nõ potest illi aliquid addi nec minui.Solus omnipotẽs,qui ex nihilo vniuersa cõstituit,virtute regit,maiestate custodit.Sol⁹ indemutabilis ac semper æqualis,quia in se nõ admittit ætatẽ.Solus sempiternus,quia immortalitatis est dominus.Hic est deus noster,qui se digessit in deũ. Hic pater,qui suo manẽte itegro statu,totũ se reciprocauit in filiũ,ne quid sibimet derogaret.Deniq; alter in altero exultat,cũ spiritus sancti plenitudine,vna originali coæternitate renitẽs . Quẽadmodũ si dicere dignũ est, duo maria quæ in semet recũbũt,freto æstus alternos in vnũ cõferente cõnexa,quæ licet sui proprietate locis vocabulisq; discreta sint,tamẽ bini profundi vaporis vna virtus,vna substãtia,vna est fluẽdi natura,nec potest incõprehẽsibilis cõmunisq; vndæ diuidi magnitudo,in vtrunq; cõmeando largiflua, vtrisq; propria,nulli priuata.Etenim damnũ patiẽtur vbertatis & gratiæ,si adimatur quod vno eodemq; æstu alterũ ex altero decoratur. AVGVSTINVS LIBRO DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Secundũ historiã quęritur quid sit in principio,id est vtrũ in principio tẽporis,an in principio,in ipsa sapiẽtia dei?quia & ipse dei fili⁹ principiũ se dixit,quãdo ei dictũ est,tu quis es?& dixit,Principiũ quod & loquor vobis . Est enim principiũ sine principio,& est principiũ cum alio principio.Principiũ sine principio,sol⁹ pater est,ideo ex vno principio esse omnia credimus.Filius autẽ ita principiũ est,vt de patre sit.Ipsa etiã prima creatura intellectualis,potest dici principiũ iis quibus caput est,quæ fecit deus.Cũ enim rectè appellatur principiũ caput,in illa gradatiõe Apostol⁹ mulierẽ nõ dixit caput alicui⁹.Nã & virũ dixit caput mulieris,& caput viri Christũ,& caput Christi deũ,ita creatori creatura subnectitur.An ideo in principio dictũ est,quia primũ factũ est?An nõ potuit inter creaturas primũ fieri cœlũ & terra,si Angeli & omnes intellectuales potestates primũ factæ sunt ? Quia & Angelos creaturã dei, & ab eo factos credamus necesse est.Nã & Angelos enumerauit Propheta in cxlviij.psal.cum dixit, Ipse iussit & facta sunt, ipse mãdauit,& creata sunt.Potest autẽ cœlũ & terra pro vniuersa creatura positũ videri, vt & hoc visibile æthereũ firmamentũ,cœlum appellatũ sit,& illa creatura inuisibilis supereminentiũ potestatũ,rursusq; terra omnis inferior pars mũdi,cum animalibus quibus inhabitatur.An cœlum omnis creatura sublimis atq; inuisibilis dicta est,terra verò omne visibile,vt etiã sic possit hoc quod dictũ est,In principio fecit de⁹ cœlũ & terrã,vniuersa creatura intelligi?Fortasse quippe nõ incõgrue in cõparatione inuisibilis creaturæ,omne visibile terra dicitur, vt illa cœli nomine nũcupetur.Quoniã & anima quæ inuisibilis est,cum rerũ visibiliũ amore tumesceret, & earũ adeptione extolleretur,terra dicta est,sicut scriptũ est.Quid superbit terra & cinis?Sed quæri potest,vtrũ iam distincta & composita omnia dixerit cœlum & terram,an ipsam primo informẽ vniuersitatis materiẽ , quæ in has formatas & speciosas naturas deo ineffabiliter iubẽte digesta est, cœli & terræ nomine nũcupauerit ? Quanquam enim scriptum legerimus,Qui fecisti mundum de materia informi , tamen etiam ipsam materiam cuiusmodicunque sit,non possumus dicere non ab eo factam,ex quo omnia confitemur & credimus. Vt etiam ipsa digestio & ordinatio singularum quarumq; rerum formatarum & distinctarum,mundus vocetur,ipsa verò materies cœlum & terra,veluti semen cœli appellata sit, quasi confusum atq; permixtum , ab artifice deo accipiendis formis idoneum.Hactenus de hoc quæstum sit quod dictum est , In principio fecit deus cœlum & terram , nihil enim horum temere affirmari potuit. DIODORVS. Post inuisibiles atque intellectu præditas substantias, deus cœlum

Matth.24. Matth.vlt.

Ser.1.

Ioan.8.

Eccl.1.10.

Sap.11.

A cœlum statim vnà cum terra fabricatus est, non illud quod aspectabile est,sed quod supra omnes cœlos est,quod Dauid cœlum cœli nuncupare solet. ACACIVS. Nam hi qui angelos dudum ante cœlũ conditos volunt, Platonis Græcorum sapientissimi fabulas secuti sunt, qui voluit, rationalia, quæque sub intelligentiam cadunt, longè priora atque antiquiora esse iis quæ sensibus subiacent. THEODORETVS. Qui ergo dicunt angelos ante cœlum fuisse,alioqui vniuersorum deum non habuisse qui sese laudarent,hi considerare debent, si deus laudatoribus opus habuerit,angelos necessario sempiternos ac sine principio fuisse, quia deus sempiternus ac sine principio est,quod dictu perabsurdum est.Prẽterea cum iuxta Apostolum angeli sint administratorij spiritus, Hebr.1. ad quid ante cõditam creaturam creati sunt,cum adhuc nihil esset quod angelorum ministerio indigeret:Quod si illud Iob adduxerint, Cum facerem stellas, laudabant me omnes angeli mei, his considerandum est , stellas Ioan.38. quarta die vnà cum sole & luna in firmamẽto positas,angelos vero simul cum cœlo & terra creatos esse.Vt cum viderent lucem ex nullo subiecto effectam,& firmamentum in medio aquarum compactum,& liquidam essen-

B tiam à terra separatam,ac cętera omnia quæ diuina voluntate è nihilo creata sunt,se quoque conditam naturam habere ab vniuersorum opifice cognoscerent. Hæc autem à nobis ita dicta sunt,vt nihil tamen affirmare audeamus,cum nihil horum manifestò diuina scriptura declaret. Sed dicat quis, cur nullam apertam Moyses de creatione angelorum fecit mentionem?Huic respondemus,quod Iudæi qui legem acceperant,nihil firmum,nihil stabile habebant, nam & post tot ac tanta tãmque inenarrabilia miracula, vitulum sibi in deum conflauerunt . Et quid obsecro te fecissent,si spiritualium atque angelicarũ naturarum cognitionem habuissent? Idcirco vsque ad illam Abraham perfectionem,ad neminem veterum illorum hominum vniuersorum deus per angelos locutus est.Ac primùm quidem in historia Agar ancillæ Abraham,diuinus Moyses angeli mentionem fecit.Ac iure qui dem.Nam vt ait diuus Paulus,Agar veteris testamenti figuram gessit. Quia igitur lex seruitutis per angelos data Gala.4. est,idcirco vniuersorum deus per angelum & seruitutis,& nascituri ex ancilla filij,mentionem fecit.Quod autẽ

C à deo angeli conditi sint,declarat Propheta Dauid,cum spirituales substantias vt deum laudent inuitat,Laudate eum,inquiens,omnes angeli eius,& cætera.Et vt huiusce laudis rationem redderet,subdit,Quia ipse dixit,& facta sunt,& cætera. Ac rursus in alio psalmo, Qui facit angelos suos spiritus,& cætera. Quid multa? huiusce doctrinæ plena est diuina scriptura. CHRYSOSTOMVS SVPER GENESIM. In principio creauit deus cœlum & terrã. Meritò hic dubitatur, quam ob causam beatus Propheta, qui etiam ipse multis seculis post conditionem mundi vixit,hæc nobis exponat. Sanè non temere hoc agit,nec frustra.Etenim deus humani generis conditor, ab initio per seipsum hominibus loquebatur,quomodò hominibus audire eum possibile est.Sic enim ad Adam venit , sic Caĩn increpauit , sic cum Noë locutus est, sic apud Abraham hospitatus est . At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, neque tunc sese totum ab hominum genere auertit opifex omnium,sed quia familiaritate sua indigni facti fuerunt, iterum suam erga illos amicitiam innouare volẽs, quasi longè absentibus literas mittit,conciliaturus sibi vniuersam hominum naturam.Et has quidem literas de-

D dit,deus,attulit autem Moyses.Quid igitur dicunt hæ literæ?In principio fecit deus cœlum & terram.Considera charissime, quàm admirabilis & eximius sit ille Propheta . Alij enim omnes prophetæ dixerunt , vel quæ multis postea temporibus futura erant,vel quæ in futuro seculo euenient.Beatus autem ille,natus cum iam multa nundi transissent secula, & ducem & directricem sortitus supernam dextrã,dignus est habitus, vt illa nobis diceret, quæ ante suam natiuitatem omnium dominus formauerat. Idcirco & sic incœpit dicens,In principio fecit deus cœlum & terram.Quasi ad omnes nos clara voce clamet,& dicat,Num ab hominibus doceor,vt hæc loquar?Minimè.Sed qui hæc cum non essent, fecit vt essent,hic & linguam meam ad isthęc enarranda impulit.Igitur obsecro,ita auscultemus,ita nostris rationibus longum valere dicamus,quasi non iam à Moyse,sed per linguã Moysi ab ipso omnium deo audiamus.Rationes enim hominum timidæ sunt (inquit)& parum securæ adinuentiones eorum. Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur vltra quàm fert mensuræ nostræ tenuitas, néve curiosius quæ supra nos sunt indagemus, id quod veritatis hostibus euenit, qui voluerunt propriis ra-

E tionibus vniuersa expendere,non cogitantes,quod impossibile sit humanæ naturæ dei opificium penitus edisce re. Quid (inquam) dei opificium, cum neque hominis qui nobis natura cognatus est, artes vndiquaque disquisi possine?Dic enim quæso,quomodo per metallicam artem auri natura conflatur?vel quomodò vitri puritas ex arena fit?Verum non habes quæ dicas.Si igitur hæc quæ ante oculos sunt posita, & quæ per dei misericordiam humana operatur sapientia, edisci nequeunt, quæ à deo ipso facta sunt,curiositate tua inquires homo? Quam assequêris veniam? qua te tueberis apologia, ita insaniens, vt quæ supra naturæ tuæ captum sunt, speculeris? Dicere enim,ea quæ sunt, ex præiacente materia esse facta,& non cõfiteri quod ex nihilo creauerit ea omniũ opifex, desipientiæ extremæ signũ fuerit.Beatus itaq; Propheta ille,obturando insipientiũ ora,auspicaturus librum, sic cœpit,In principio fecit deus cœlum & terram. Cum igitur audies,fecit,nihil aliud vltra curiosius quære, sed humũ spectans,crede ei qui dixit.Nam deus est qui omnia facit,& prẽparat,& iuxta volũtatem suã omnia aptè cõponit.

F Et vide quantum docendo nostræ paruitati se attemperat. Nihil de inuisibilibus virtutibus disserit,neq; dicit,In principio fecit deus angelos vel archangelos.Non simpliciter,neque temere hanc nobis doctrinæ viã parauit.Iudæis enim loquebatur, qui toti præsentibus rebus inhiabant. Itaq; eos à sensilibus ad cognoscẽdũ vniuersi opificẽ inducit,vt ex creaturis fabricatorẽ mũdi discentes,adorent creatorẽ omniũ, & nõ in creaturis ipsis permaneãt & quiescant.Nã cũ licet hæc ita facta sint, non intermiserũt ex creaturis deos facere, & diuinũ honorem fœdissimis brutis exhibere,inquã nõ amẽtiã incidissent,ni tãta erga nos humilitate & attẽperatione fuisset vsus?Nec mireris dilecte,qđ Moyses hac via incesserit,qui in principio & in pręludiis,crassiorib⁹ locut⁹ est Iudęis.Et Paulus quoq; tẽpore gratię,cũ tantũ prędicationis esset incremẽtũ, disputaturus cũ Atheniẽsib⁹,à visibilibus doctrinã cœpit,& eis sic dixit,Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cũ sit dominus, non in manufactis Actũ.17 habitat tẽplis,nec humanis manib⁹ colit.Et ideo quia talẽ eis cõgruere sciebat doctrinã,hãc docẽdi viã arripuit. Et vt scias huius causam fuisse personarũ varietatẽ,& auditorũ crassitudinẽ,audi illũ ipsum.Ad Colossenses enim Coloss.1. epistolã scribẽs,non hac ambulat via,sed aliter cũ eis loquit̃,& dicit,Quia in ipso creata sunt omnia quę in cœlis

 sunt, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marci. 5.
Ioannis. 1.

sunt,& quæ in terra,visibilia & inuisibilia,siue throni,siue dominationes,siue principatus,siue potestates,omnia per illum & in illum creata sunt. Ioannes autem tonitrui filius clamabat dicens,Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil.An non & Moysen hoc decebat? Haud dignum erat & congruum,vt solido pascerentur cibo,quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodum magistri ludi pueris qui à matribus suis commendantur erudiendi, prima tradunt elementa,quos qui ab illis postea suscipiunt,sublimioribus & perfectioribus doctrinis imbuunt, ita beatus Moyses,& doctor gentium,ac filius tonitrui fecerũt.Nam Moyses quidem cum primus omnium instituendam suscepisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa. Iomnes autem & Paulus his,quos à Moyse acceperũt, postea perfectiora tradidere.Igitur iam quidem didicimus, quare ita se humiliarit ad nostram tenuitatem, & quod spiritu sancto loquens, prout auditoribus congruebat exposuerit, verum interim & omnes hæreses quæ sicut zizaniæ pullulaturæ erant in ecclesia, eradicat per hoc quod dicit,In principio fecit deus cœlum & terram.Vnde si Manichæus te accesserit, dicens,materiam præexistere:vel Marcion, vel Valentinus,vel gentilis: dic ad illum,In principio fecit deus cœlum & terram.Sed quid, si non credit ille scripturæ? Tu post hoc ipsum auerseris velut furibundum & attonitum.Nam qui omnium opifici non credit, & veritatem mẽdacij arguit, qua vnquam dignandus est venia?Attende autem & quomodo ex ipso opificij modo diuinæ naturæ dignitas enitescat. Nam deus præter humanum morem,suum perficiens ædificium,prius cœlum extendit,postea & terram substernit,prius culmen,& postea fundamentum.Quis tale quid vidit?quis audiuit?In hominum sane operibus nihil tale vnquam fuit.Sed iubente deo,voluntati eius parent, &

Roma. 1.

cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manuducti, admiremur artificem.Nam inuisibilia eius ex creatione mũdi,dum per opera intelliguntur,præuidentur.Quod si veritatis hostes adhuc dicunt, esse impossibile ex nihilo aliquid fieri,interrogabimus eos,primus ne homo ex terra formatus est,an forte aliunde? Omnino dicent ac fatebũtur,quod ex terra. Dicant igitur nobis,quomodo ex terra facta sit natura carnis.E terra enim lutum,& lateres & figulinum vas, & testa fieri solet:quomodo ergo natura carnis facta est?quomodo ossa,& nerui, & arteriæ,& medulla,& cutis,& vngues,& capilli,& ex vna præiacente materia diuersarum substantiarum qualitates?Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore nostro?Dicant nobis de pane,quo quotidie reficimur,quomodo cum vnius speciei sit,transmutatur in sanguinem, & phlegma,& choleram,& varios humores? Et panis quidem sæpe habet colorem frumenti, sanguis autem rufum vel nigrum.Si igitur hæc quæ quotidie ante oculos videntur,nunquam nobis dicere potuerunt,nullatenus &de aliis dei opificiis digna dicent.Quod si post tantam demonstrationum copiam,adhuc suam contentionem roborare volunt, & neque nos desistemus,sæpe eadem ipsis obiicere,dicentes,In principio fecit deus cœlum & terram.Hoc enim vnicum verbum sufficit nobis ad subuertendas omnes aduersariorum turres,& ad reuellendas ab ipsis fundamentis humanas rationes: atque si vellent vel sero à sua cõtentione desistere, possent per hoc in veritatis viam manuduci. THEODORETVS. Metiri ergo consueuit diuina scriptura doctrinam suam pro viribus erudiendorum . Et perfectis quidem perfecta,imperfectis verò veluti elementa impartit.Itaque quia Iudaicus populus diu cum Aegyptiis vixerat,qui plures deos colunt,iure populo huic Moyses primum doctrinam de vero & solo deo omnium creatore ac principio tradidit, ostendens omnia quidem principium habere, creatorem vero sempiternum, & absque principio esse,vnde ait,In principio fecit deus cœlum & terram.Quam doctrinam & ipse didicerat cum audiuit.Ego sum qui sum,&cætera. SEVERIANVS GABALLORVM. Duo Moysi proposita sunt,Et dei opificium exponere,& legislationem informare.Cum enim Moyses legislator esset,prius deum vniuersorum creatorem ac dominum ostendit,deinde eorum quos cõdidit gubernatorem, ac iure illis leges dantem, tanquam suis,& non alienis,quia hoc consequens est,illud verò ad violentiam atque tyrannidem pertinet. GENNADIVS. Sunt autem qui dicant,deum condere vniuersa decernentem, oportuisse non tandiu à creando eum supersedere, sed multo antè tempore opus aggredi. Quorum verba præterquam quod temeraria sunt,etiam sunt stulta vehementer.Nam cum deus & sit,& credatur sempiternus, semper idipsum poterit qui volet dicere, etiam si innumerabilibus annis antè, mundus fuisset creatus, æquali semper spatio remanente, respectu creatoris infiniti,& cogitatione nostra semper progrediente, neque vsquam sistente,ac perueniente ad id quod est sine principio & sempiternum.Quapropter his audacia nostra debet supersedere,standumq; religiose est,& acquiescendum his quæ sunt tradita. EVCHERIVS SVPER GENESIM. Sed & frustra dicitur,cur per tanta retro tempora deo vacante,noua mundum faciendi orta fuit occasio? Noua enim voluntas in deo exorta non est, quia & si in re mundus non erat, in æterna tamen voluntate semper erat,quando in suo æterno semper manet consilio mundi constructio, nec tempus ante principium,sed æternitas fuit.Tempus enim à substitutione creaturæ,nõ creatura cœpit à tempore. IVNILIVS IN OPERE SEX DIERVM. Nostra autem litera habet, In principio creauit deus cœlum & terram. Creationem nanque mundi insinuans scriptura,primo verbo æternitatem & omnipotentiam dei ostendit.Quẽ enim in principio temporũ mundum creasse, eundem ante tempora æternaliter significat extitisse, & quem in conditionis initio cœlum & terram creasse narrat, tanta celeritate operationis omnipotentem esse declarat,cui voluisse creasse est.Nam humana fragilitas cum aliquid operatur,verbi gratia domum ædificamus,in principio operis materiam præparamus,& post hoc principium,fodimus in altum,deinde mittimus lapides in fundamentum, deinde pariter augescẽtibus lapidum ordinibus, adponimus:sicq; paulatim ad perfectionem operis proposiri perficiendo peruenimus.Deus autem cuius manus omnipotens est, ad explendum opus suum non eguit mora temporum,quia scriptum est,Omnia quæcunque voluit fecit.Vnde bene dictum est, quia in principio creauit deus cœlum & terram,vt apertè detur intelligi, quia vtrunque simul ab homine dici non possit. Denique dicit Propheta,Initio terram tu fecisti domine,& opera manuum tuarum sunt cœli.Hic autẽ dominus cœlum & terram in principio creasse narratur, vnde liquidò colligitur, quia factura est vtriusque elementi pariter expleta,& hoc tanta velocitate diuinæ virtutis, vt necdum primum mundi nascentis momentum esset transcensum. HILARIVS DE SYNODIS. Creãtis vero opus non habet passionem aut permixtionis,aut partus. Esse

enim

enim aliquid incipit,quod creatur ex nihilo. Et qui creat , efficit pro potestate quod condidit,& est opus virtutis creatio,non naturæ,ex natura gignente natiuitas. PROSPER IN SENTENTIIS. Nullius quãuis minimæ naturæ, nisi deum creatorem credi aut dici licet ab aliquo . Quia etiam si Angeli iussi vel permissi adhibeant operationem suam rebus,quæ gignuntur in mundo,tam non sunt creatores animalium,quàm nec agricolæ frugum atq; arborum. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Sciendum prophetiæ tempora tria esse,præteritum scilicet,præsens,& futurum.Prophetia de futuro est , Ecce virgo concipiet, & pariet filium.Prophetia de præterito.In principio creauit deus cœlum & terram.De illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo.Prophetia de præsenti est, quãdo Paulus Apostolus dicit,Si autem omnes prophetent,intret autem quis infidelis vel idiota,conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt,& ita cadens in faciem,adorabit dominum,pronuncians quod verè deus in vobis sit.Cum igitur dicitur,Occulta cordis eius manifesta fiũt, profecto monstratur , quia per hunc modum prophetiæ spiritus non prædicit quod futurum est,sed ostendit quod est.Sciendum quoque est,quia prophetiæ tempora inuicem sibi cõcinunt ad probationem,vt aliquando ex futuris præterita,aliquando verò ex præteritis probentur futura . Dixerat enim Moyses,In principio creauit deus cœlum & terram.Sed quis crederet,quia verum de præterito diceret, si de futuro etiam aliquid non dixisset? In ipsius etenim libri fine,in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetiæ per Iacob vocem de venturis permiscuit,dicens:Non auferetur sceptrum de Iuda,& dux de fœmoribus eius,donec veniat qui mittendus est,& ipse erit expectatio gentium . Qui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat,ei quem ducebat populo prophetauit,dicens,Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris:tanquam me,ipsum audietis.Erit autem quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo.Cur ergo præteritis ventura permiscuit,nisi vt dum implentur ea quæ de futuro prædiceret,ostenderet etiam quia de præterito vera dixisset? Quia itaque docuimus qualiter ex futuro prophetiæ probentur præterita,restat nunc vt adhuc de sacris eloquiis ostendamus,quomodo in ipso prophetiæ spiritu ex præteritis probentur futura.Certè rex Babylonicus cum somnium vidisset:misit ad magos & hariolos,omnesque sapientes Babyloniæ conuocauit,nec ab eis solummodò interpretationem somnij, sed etiam somnium quẽ fuit,vt nimirum ex præterito colligeret,si quid in eorum responsionibus de venturo certum teneret . Qui cum dicere nulla potuissent,Daniel deductus ad medium est,qui de interpretatione somnij,& de narratione requisitus,non solum hoc respondit quod interrogatus est,sed ipsam somnij originem replicauit,dicens.Tu rex cœpisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum posthæc.Et paulopost,tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis,& cætera.Cuius videlicet somnij mox vt ordinem dixit:quicquid ex eodem venturum sequebatur,aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetiæ.A cogitationibus venit ad somnium,à somnio peruenit ad futura . Qui ergo ipsam (vt ita dicam) radicem somnij protulit,profectò ex præteritis probauit quod vera essent quæ de futuris diceret. Prophetia autem præsentis temporis,nec præteriti, attestatione indiget,nec futuri , quia cum res occulta per prophetiæ verba detegitur, veritati illius res ipsa quæ ostenditur, attestatur. ORDINARIA. In principio creauit deus cœlum & terram.Cœlum autem non visibile firmamentum, sed empyreum,id est, igneum,vel intellectuale dixit,quod non ab ardore,sed à splendore dicitur,quod statim repletum est angelis. Vnde in Iob , vbi eras cum me laudarent astra matutina ? Et nota hic tria commemorari elementa . Nomine cœli, aërem intelligimus:nomine terræ,ipsam,& ignem qui in ea latet . Quarti, id est aquæ, in sequentibus fit mentio. BEDA. Proinde duas res fecit deus antè omne tempus , Angelicam creaturam, & materiam informem . Et quamuis Salomon dicat , Qui viuit in æternum,creauit omnia simul: secundum Origenem tamen, informis materies antecedit formatam speciem . Itaque mundum & Angelos & animam de nihilo fecit deus, hominem & creaturas de aliquo. RVPERTVS. Scripturarum omnium vertex sublimis , liber Geneseos sic incipit,In principio creauit deus cœlum & terram.Duobus istis,scilicet cœlo & terræ,postmodum adiecit tertium,dicendo,Igitur perfecti sunt cœli & terra,& omnis ornatus eorum.Sanè cœli nomine , inuisibilis illa sanctorum Angelorum patria:Terræ autem vocabulo,visibilis iste mundus designatus est.Porro ornatus cœli,Angelica creatura:terræ autem,cum cætera quæ nascuntur,vel sunt in ea,tamen præcipue genus humanũ est.Quod habuit exemplar faciens hæc tria , nisi seipsum deus vnus,qui est trinitas? Plane non ideas, id est formas, quas philosophi seculares effinxerunt , sed seipsum pater deus, seipsum (inquam) attendit deus , vnus pater & filius cum eo, quo pariter vterque naturaliter ornatus est sancto Spiritu , dum non solum cœlum incorporeum , sed etiam corpulentam creauit substantiam terræ,& vtrunque simili compsit ornatu, cœlum scilicet Angelicis spiritibus,terram autem implens hominibus, quos æquales Angelis esset facturus . Igitur non extrinsecus quæras aut suspiceris fuisse exemplar,siue quas dixerunt sapientes huius seculi,creatoris adiutrices ideas , quia profectò cum præter deum nihil existeret,sola sibi vt hæc tria faceret, exemplar fuit ipsa trinitas . Cum autem ipsa creatio principium mundi sit, cur sic dictum est , In principio creauit ? Idem enim est , ac si diceretur , In principio principium fecit . Sed si hoc modo vulgariter hic accipias principium, dum dicitur in principio creauit , vitium est in superfluitate dictionis . Bene ergo hoc loco principium sic accipitur , tanquam proprium quoddam filij vocabulum , quia videlicet sic ipse voluit. Qui cum interrogaretur à Iudæis , Tu quis es ? Principium (ait) qui & loquor vobis . Nam verè in hoc principio creauit cœlum & terram deus , quia per ipsum omnia facta sunt . Hoc & alia scriptura fatetur , cum dicit , Omnia in sapientia fecisti , quæ videlicet sapientia non est alia quàm verbum dei , verbum deus , qui(vt iam dictum est)se ipsum principium nuncupauit.Filius autem,quia de deo natus,Principium,quia creaturarum omnium prima & efficiens causa esse probatur.Itaq; in principio,id est in filio,in verbo suo,in sapientia sua,creauit deus cœlum & terram.Creauit(inquam)id est non vt philosophi gẽtilium vanè putauerũt,sibi coæuam habuit Hylen,siue materiã,sed de nihilo fecit cœli & terræ substantiã.Quod siquis obiiciat,hominem quoq; cum non de nihilo,sed de terra factus sit,creatum dici,sicut scriptum est, Et creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam,ad imaginem dei creauit illũ:vel quod item dictũ est, Creauitq; deus cete grandia:dicimus ad hæc rectè dictũ,eo duntaxat respectu,quia iam ipsa de qua productæ vel

 sumptæ

Homilia. 1. Etaiæ. 7.
1. Cor. 14.
Gene. 49.
Deut. 18.
Ioan. 8.
Pſal. 103.
Iob. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumptæ sunt ſpecies, creata fuerat materia. Quibus nominib⁹, ſcilicet cœlo & terra (vt ſupra dictũ eſt) ſignificari G
vniuerſam creaturam viſibilem & inuiſibilem ſimul, & nihil excipi ex ſymbolo quoque cõprobatur apoſtolico:
quo cùm dicimus, Credo in deũ patrem omnipotentem, creatorẽ cœli & terræ, nihil creaturarũ adiicientes, cun-
cta his nominibus viſibilia ſimul & inuiſibilia nos cõprehendiſſe nõ dubitamus. Nam in alio nihilominus catho
lico fidei ſymbolo cum dicimus: Credo in vnũ deum patrẽ omnipotẽtem, factorẽ cœli & terræ, ſtatim exponẽ-
tes quid dixerimus cœli & terræ nomine, ſubiungimus, viſibiliũ omnium & inuiſibilium. Igitur quod dictũ eſt,
In principio creauit deus cœlum & terrã, idem eſt ac ſi diceretur, per filium ſuũ deus pater creauit omnium viſi-
bilium & inuiſibilium ſubſtantiam vniuerſam. Quare autẽ non dictum eſt: In principio dixit deus, fiat cœlum
& fiat terra, & factum eſt ita ſicut poſtmodum dicitur, fiat lux, & facta eſt lux & cætera. Ad quod tripliciter re-
ſpondendũ eſt. Primo, quia cum ipſum principium verbũ dei ſit, ſuperfluum vel ineptum fuiſſet dici, in princi-
pio dixit deus, tanquã ſi diceretur, in verbo ſuo dixit deus. Deinde quia verbũ imperatiuum, quale eſt hoc quod
dicitur, fiat, incõgrue promitur, vbi nondum eſt aliquid cui imperetur, vel præceptũ ponatur. Nondũ autem erat H
aliquid, ſi (vt vere credimus, & præſens ſcriptura teſtatur) cœlum & terrã creauit, id eſt de nihilo fecit deus. Ergo
ne nihilo præceptum dediſſe diceretur deus, quod incongrue eſſet, recte prius ſcribitur materiã qualemcunq; cõ
fuſam ſiue informem creauiſſe, & deinde præceptum rei iam exiſtenti dediſſe, vt diſcretas ac ſpecioſas quas non
habebat, aſſumeret vel produceret formas. Tertium nihilominus & hoc ſciendum, tantarũ ſcriptorem rerum ſic
dicere debuiſſe, quatenus nulli vacaret ſuſpicari, quod (vt ſupra dictum eſt) quidam de corde ſuo finxerunt, phi
loſophi ſcilicet, deum mundi quidem ſpeciem, vel rerum quæ in mundo ſunt, formas diuerſiſſimas feciſſe, ve-
rum Hylen, id eſt materiam de qua hæc cuncta facta ſunt, non à deo factam, ſed deo ſemper fuiſſe coæternam.
Igitur quomodo dici debuit, ſic dictũ eſt, quia in principio creauit deus cœlum & terrã. Sed hoc mutabilitati dei
aſcripſerunt quidam, quod fecit iſtum qui non erat, mundum, illi videlicet qui volunt deo mundũ eſſe coæter-
num. Dixerúntque, Aut deo coæternus eſt mundus, aut certe mutabilis eſt deus. Si enim tandem aliquãdo fecit,
quod in tantis æternitatis ſuæ ſpaciis nõ fecerat, profecto nouo cõſilio vſus eſt, ac proinde mutabilis eſt. Ad hæc I
inquam, veriſſime, neque mutabilis eſt deus, neque deo coæternus eſt mũdus. Nũquid mutabilitate vtitur quis,
quando ſapiẽtiam ſuã nolens eſſe occultam, pulchrã orationem vel quippiam eiuſmodi quod vtiq; in mẽte ha-
bet ſecretum, deſcribit in charta per atramentũ & calamum, & aduocat multos, vt audiant ſapientiam, & intel-
ligant vtilem ſcientiam? Nunquid mutabilis animi vitio dicendus eſt, pro eo quia quod occultum habebat, vti-
liter fecit, in publico, vt cognoſceretur auditorio? Non vtique de mutabilitate culpandus, ſed de beneuolẽtia col
laudandus eſt. At vero mundus, & omnia quæ cœlo & terra continentur, quædam clariſſima ſapientiæ dei ſigna
ſunt, quæ videlicet ſapientia ſiue verbũ, ſic erat in corde dei priuſquam iſta fierent, ſicut in corde tuo ſapiẽtia vel
Ioan.1 ars prius eſt, quàm notulis viſibilibus, aut opere aliquo illã ſignifices. Vnde Euangeliſta cum dixiſſet: Omnia per
ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ſtatim adiecit: Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Quæ videlicet
ſapientia dei vt ſciretur vt eſſet, vnde vel à quibus cognoſceretur, creauit deus cœlum & terram, & poſuit in cœ-
lo angelos, & in terra homines, qui ex ſeipſis & cæteris quæ facta ſunt, tantum artificem vtiliter cognoſcerent. K
Ergo niſi tu nimium ingratus ſis, non deũ in hoc mutabilitatis accuſas, ſed de magna beneuolentia collaudas,
& ſupplices gratias agas ei, quia propter gratuitam bonitatem ſuã in principio creauit cœlũ & terram. Iam qui-
Philip.3. dem cum audimus cœlum & terram, animalis homo qui nunquã in cœlo cõuerſatus eſt, nec dicere poteſt cum
Apoſtolo: Noſtra autem cõuerſatio in cœlo eſt, hic talis nec opinari poteſt qualis habitatio cœlum ſit vel fuerit,
mox vbi creatum fuit, quippe cum nec ſpiritualis homo quantũcunque cœleſtia contempletur, dum viuit, ſuffi-
cienter diiudicare poſſit, niſi quia magnus & immenſus locus, magna & ſpiritualis eſt patris domus, in qua ab
initio manſiones multæ paratę ſunt beatis angelis, & ſanctis hominibus, vbi localis eſt, & localiter ſedet ſecun-
dum verũ hominis corpus, pontifex ſummus, qui penetrauit cœlos Ieſus Chriſtus filius dei. Cuius videlicet ſpiri
Pſal.113 tualis habitationis cõparatione, terra eſt, quicquid carneis oculis cernitur, vt recte per Pſalmiſtã cœlũ cœli dica-
tur, qui cum præmiſiſſet: Benedicti vos à domino, qui fecit cœlum & terram, ſtatim ſubiunxit, Cœlum cœli do- L
mino, terram autem dedit filiis hominum. Cœlum cœli dixit, eo quod comparatione eius, hoc viſibile firmamẽ-
tum, quod ſecundo die factum eſt, non iam cœlũ, ſed terra, aut vt multum quidem terræ ornatus ſit, quia vide-
licet illud inuiſibile eſt, iſtud autem terrenis animantibus conſpicabile eſt. Illud (inquam) cœlum cœli, quale factũ
ſit, animalis homo nec opinari poteſt, terra autem forte ſtatim animo eius talis occurrit, qualis in ſua forma cõ-
ſpicitur, ſcilicet herba virenti, ligniſque & pomiferis veſtita arboribus, & diuerſis animantium generibus plena.

In prologo libri de Sacramentis. cap.3. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quanuis principalis materia diuinæ ſcripturæ ſint opera reſtau-
rationis, tamen vt cõpetentius ad ea tractanda accedat, primùm in ipſo capite narrationis ſuæ, breuiter ſecundũ
fidem rerum geſtarum, exordium & conſtitutionem narrat operum conditionis. Non enim cõuenienter oſten-
dere poſſet qualiter homo reparatus ſit, niſi prius demonſtraret qualiter ſit lapſus. Neque vero lapſum eius con-
uenienter oſtenderet, niſi prius qualiter à deo inſtitutus fuerit, explicaret. Ad oſtendendam autem primam in-
ſtitutionem hominis, oportuit vt etiam conditio ac creatio mundi panderetur, quia propter hominẽ factus eſt M
Libro 1. de Sac. cap. 1. mundus, ſpiritus quidem propter deum, corpus propter ſpiritum, mundus propter corpus humanum, vt ſpiritus
deo ſubiiceretur, ſpiritui corpus, & corpori mũdus. Ait igitur ſcriptura: In principio creauit deus cœlum & ter-
ram. Quod creatum eſt, de nihilo factum eſt. Nam quod de aliquo factum eſt, factum quidem eſt, ſed creatũ non
eſt, quia de nihilo factum non eſt. Deus cœlum & terram nec ſolum fecit, ſed creauit, hoc eſt, de nihilo fecit.
Philoſophi gentilium tria quædam rerum principia ſine principio poſuerunt, opificem, materiam, & formam,
profitentes ea quæ facta ſunt, omnia ex materia quidem in formam per opificem eſſe producta. Sed iſti factorem
ſolum, non creatorem deum profeſſi ſunt. Fides autem vera vnum ſolummodo primum principium confitetur,
quod ſemper erat, & per ipſum ſolum factum eſt vt eſſet, quod aliquando non erat. Cuius ineffabilis omnipoten-
tiæ virtus, ſicut non potuit aliud præter ſe habere coæternum, quo in faciendo iuuaretur, ita ipſi cum voluit ſub-
erat, vt quod voluit, & quando, & quantum voluit, de nihilo crearetur. Omnia ergo quæ facta ſunt, deus non ſo-
lum ex

A lum ex materia fecit, ſed materiã omnium ipſe de nihilo creauit. Sed non parua quæſtio eſt, vtrum ea quæ fa- Cap.2.
cta ſunt, ſimul in materia & forma ad eſſe prodierint, an prius per materiam quidem eſſentialiter condita ſint,
poſtmodum formata. Scio quoſdam ſanctorum patrum qui ante nos verbi dei arcana excellẽter ſcrutati ſunt,
quaſi aduerſa quædam ſuper hac inquiſitione ſcripta reliquiſſe. Aliis quidem aſſerentibus, omnia ſimul in mate-
ria & forma creata fuiſſe. Aliis autem hoc magis probantibus, vt corporea quidem omnia quæ facta ſunt, prius
ſimul & ſemel materialiter condita, poſtmodum verò per interualla ſex dierum in formam diſpoſita fuiſſe cre-
dantur. Ego puto viros ſapientiæ in rebus tam obſcuris & dubiis, atque à ſenſu noſtro remotis, nec temere aſſe-
ruiſſe, quod neſcierint, neque in his quæ aſſeruerunt, præſertim tanta diligẽtia prolatis, errare potuiſſe. Illud ma-
gis crediderim, ſub aſſertionis forma, inquiſitionis ſtudium aliquando fuiſſe. Qui ſic dicta ſanctorum pie inter-
pretari voluerint, nec falſa credendo, in errorem incident, nec vera reprehendendo, in elationem. Qui deum
omnia ſimul in materia & forma feciſſe contendunt, propterea fortaſſis ſuam aſſertionem iuſtam eſſe arbitran-
B tur, quod omnipotentiæ creatoris indignum videatur (ad humanæ imbecillitatis ſimilitudinem) ſuum opus per
interualla temporum ad perfectionem promouere, quodque etiam quædam ſcripturarum loca quodam modo
idem aſſerentia inueniuntur. Vnde eſt illud: Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Ipſa quoque Geneſeos Eccli.18.
ſcriptura (vnde prima ad nos huius rei manauit agnitio) ſic ambigue de operatione ſex dierum loquitur, vt ſæ-
penumero omnia potius ſimul facta fuiſſe probare videatur. Propter has igitur & huiuſmodi rationes, aiunt, cre
dendum eſſe myſticam illam in Geneſi ſex dierum diſtributionem, rei autem veritate omnem creaturam ab ip-
ſo temporis exordio quo eſſe cœpit, talem cœpiſſe, taliq; forma, qualem nunc videtur habere, quantum ad vni- Cap.3.
uerſitatis diſpoſitionem pertinet. Nobis autẽ videtur (excepto eo quod nihil in hac re temere definire volumus)
omnipotentiæ creatoris in nullo derogari, ſi per interualla temporis opus ſuum ad conſummationem perduxiſ-
C ſe dicatur, ita vt tamẽ indubitanter etiã aliter facere potuiſſe (ſi ratio omnipotentis voluntatis eius expoſtulaſſet)
credatur. Cuius quidem opinionis noſtræ hanc facimus rationem. Omnipotens deus (cuius voluntas ſua bonita-
te nunquam priuari poteſt, ſicut propter rationalem creaturam cætera omnia fecit, ita etiam in omnibus eis fa-
ciendis illum præcipue modum ſeruare debuit, qui ipſius rationalis creaturæ commoditati ac cauſæ magis con-
gruus fuit. Hic autem ille erat, in quo eidem creaturæ, rationali ſcilicet, non ſolũ obſequium, ſed etiã exemplum
pararetur, id eſt, in quo illa acciperet, non ſolum id quo ad obſequium indiguit, ſed per illud etiam quod acci-
peret, agnoſceret id quod fuit. Propterea in cæteris reb⁹ prius informis materies facta eſt, ac deinde formata, vt
eo ipſo demonſtraretur, quod ab illo prius non exiſtentia accepiſſent eſſentiam, ſine quo modo formam & or-
dinem non poterant habere confuſa. Eodem modo ipſa rationalis creatura per id quod foris fiebat, in ſe cogno-
ſceret, & ab illo eſſe quod erat, atque ab illo expetendum eſſe quod futura erat. Quatenus & pro eo quod accepe-
rat, in gratiarum actionem exurgeret, & in id quod acceptura erat obtinẽdum, in ipſum affectum dilectionis di-
D lataret. Nam & ipſa rationalis creatura quodam ſuo modo prius informis facta eſt, poſtmodum per conuerſionẽ
ad deum creatorem ſuum formanda, & idcirco foris prius ei demonſtrata eſt informis materia, poſtea formata,
vt quanta foret inter eſſe & pulchrum eſſe diſtantia, diſcerneret. Ac per hoc admonita eſt, ne contenta eſſet eo
quod per conditionem à creatore eſſe acceperat, donec & pulchrum eſſe, atque beatũ eſſe adipiſceretur, quod per
amoris conuerſionẽ à creatore acceptura erat. Quod ſiquis quærat, quæ rationalis creatura iam tunc in ipſo mũ-
di primordio extiterit, cui hoc exemplum proponi debuiſſet, facile reſpondetur, iam tunc creatos fuiſſe angelos,
qui hoc facto admoneretur ſeipſos agnoſcere, & vſque in finem homines futuros, qui licet hoc quando factũ eſt,
non viderint, tamẽ per ſcripturas edocti, factũ eſſe omnino iam neſcire nõ poſſent. Sicui hæc quã propoſuimus
ratio minus ſufficiens videbitur ad comprobandum noſtram exiſtimationem de rerum creatione, concedimus,
ſalua pace, vt vel aliam ad id euidentius comprobandum, meliorem atque ſubtiliorem exquirat: aut ſi huius par
tis aſſertio illi non placet, alteram prout libet aſſumat. Porrò ad id quod deus dicitur creaſſe aliquid imperfectũ In prænotationibus in Gen. c.4.
E aut informe, reſpondemus, non nocere neque eſſe inconueniens, quia ad comparationem maioris perfectionis
aut pulchritudinis, quas ipſemet per ſe quando oportuit addidit, dici debet, ſicut quotidie facit pueros imperfe-
ctos, quantum ad augmẽtum quod ſequitur, ſed tamen perfectos ad numerum partium, manuum ſcilicet, & pe- Ex lib.1. de fac. cap.5.
dum, & cæterorum membrorum. Sed nec illud (quantum opinor) abſurdũ erit, ſi credimus vnũ & idem prorſus
momentũ temporis fuiſſe, quo in principio ſimul creata ſit, & rerũ viſibilium corporaliũq; materia, & inuiſibiliũ
in angelica natura eſſentia, & hoc eſſe quod ſcriptura refert omnia ſimul creata fuiſſe, ſicut ſupra diximus: Qui
viuit in æternum, creauit omnia ſimul, quia eodem momẽto ſimul & viſibilium materia eſſentialiter creata eſt,
& inuiſibilium natura, nihilq; poſtea factũ, cuius in ipſo primordio aut materia, vt in corporibus, aut ſimilitudo,
vt in ſpiritibus, nõ præceſſerit. Nam & ſi nouæ adhuc quotidie creantur animæ, noua tamẽ creatura non fit, quia
in angelicis ſpiritibus iam tunc quando creabantur, eius ſimilitudo præceſſit. Conſtat ergo ex ſupradictis, quod In Præmot. cap.5
F in principio temporum, ante omnem diem, rerum materia creata eſt, ita ſcilicet, vt ſimul cœperint tẽpus & ma- Eccli.1.
teria, & in eodem tempore angelus, de qua re dictum eſt, prima omnium creata eſt ſapientia. Non ante mundi
conſtitutionem, ſicut quidam Græci exiſtimauerunt, cui ſentẽtiæ alludens Hieronymus, dicit: Quis nouit quot Eccle 3.
annis aut luſtris ante mundum angeli laudauerunt creatorem ſuum? Et conſimile Salomon dicit quodam in lo-
co, Quis nouit an ſpiritus iumentorũ feratur inferius, hominum ſuperius? Neuter tamen ponit hoc pro ſentẽtia,
quod in quæſtione proponit. Propterea dicimus ſimul creata eſſe tempus & materiam, quia tempus nõ eſt aliud
niſi mutabilitatis ſucceſſio, quæ cum mutabili materia cœpit eſſe, vbi autem formata modo cõſiſtit, ibidem cre-
ditur prius creata, implens etiam tunc eandem capacitatem localem, quam modo implet. Creata eſt autẽ infor-
mis, non vt nullam omnino formam habuerit, quia nec aliquid tale exiſtere poſſe omnino, quod aliquod eſſe ha
beat, & non aliquam formam, crediderim, ſed informis, eo quod in confuſione & permixtione quadam ſubſi-
ſtens, nondum hanc in qua nunc cernitur, pulchram aptamq; diſpoſitionẽ & formam cœperit. Ergo ante formã
facta eſt materia, tamen in forma. In forma cõfuſionis, ante formam diſpoſitionis. In prima forma confuſionis,
prius materialiter omnia corporalia ſimul & ſemel creata ſunt. Terra enim erat in medio habens in ſe alueos &
venas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

venas,receptacula ſcilicet aquarum,tam ſuper terram,quàm intra eam labentium . Tria vero reliqua elementa, confuſa in vnum ad modum ſpiſſæ nebulæ ferebantur ſuper terram,ex omni parte ac ſuperficie terræ , vſque ad empyreum ſummum,& ideo nomine terræ appellatur vbi dicit:Creauit deus cœlum & terram. In ſecunda autẽ forma diſpoſitionis,eadem poſtmodum per ſex dierum interualla ordinata. THOMAS. In principio creauit deus cœlum & terram.Exordium iſtud tripliciter explanatur,ad remouendum tripartitum errorẽ circa mundum & eius initium.Quidã enim dixerunt mundum nõ habuiſſe temporalem incœptionem.Ad quod reprobandum exponitur primo ſic:In principio,ſcilicet temporis,creauit deus cœlum & terram.Alij poſuerunt duo principia rerum, videlicet ſummum & per ſe bonum,à quo dixerunt ſpiritalia,inuiſibilia & incorruptibilia emanaſſe,videlicet Manichæi,& ſummum ac per ſe malum,à quo dixerunt corruptibilia & corporalia omnia, quãtum ad ſuam ſubſtantiam eſſe creata.Ad quorum confutandum inſaniam, rudiſſimumq; errorem, exponitur hic ſecundò:In principio,id eſt in filio,creauit deus cœlum & terram.Filius nanque eſt patris imago , & omnis creatæ rei exemplar.De quo ait Apoſtolus:Per ipſum & in ipſo condita ſunt omnia . Hinc filio conuenit ratio principij & exemplaris.Quidam dixerunt corporalia non eſſe immediatè creata à deo,ſed per angelos aut intelligentias quaſdam.Ad quod deſtruendum exponitur tertiò: In principio,id eſt ante cætera omnia, iuxta illud in Pſalmo: Initio tu domine terram fundaſti,& opera manuum tuarum ſunt cœli. GLOSSA. Hebraicè ſic legitur litera iſta, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ bereſith bara elohim eth haſamáim veeth haárez , id eſt: In principio creauit deus cœlum & terram . Et ita quoque legit Chaldaica æditio. Bara nanque verbum, creare ſeu fingere:Elohim autem vnum ex dei nominibus, vt ad Marcellam ſcribit Hieronymus , ſignificat:Samaim vero cœlos , & ſolum inuenitur in numero plurali, caretq; ſingulari : ſed ponitur aliquando pro ſingulari, vt hic,aliquando pro plurali,vt, Audite cœli quæ loquor. At ſeptuaginta interpretes , ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν legunt,id eſt , In principio fecit deus cœlum & terram . Quos doctores omnes veteres ante Hieronymi æditionem(ſi modo ea qua nũc vtimur,ipſius eſt)ſequuti ſunt.Alij verò: In principio creauit dij cœlum & terrã, ſapiẽter verterũt. Quibus etiã mirum in modũ Chaldaica ſcriptura fauet. Nam dictio Hebraica אֱלֹהִים Elohim, id eſt dij,ibi per triplex iod ſcribitur,hoc modo videlicet יִיי quod magno nõ vacat myſterio,vt mox dicetur.Sic ergo Moyſes ſimplicibus verbis proponit imprimis totius fidei ſummam,primum articulum, & ſacroſanctã omnipotentis dei legem orditur feliciter.Vult autem dicere,nemo credat inani philoſophorum opinioni , contendentium ſuo more, ab æterno conſtitiſſe mundum, ſine principio & fine. Initium enim reuera habuit conditionis & conditoris,nec tamen præfuiſſe Chaos aliquod poëticum,& materiam præparandã, vnde hæc cuncta deus auctor produxerit.Creata ſunt enim,ait,quia de nihilo,& poſt nihil,contra phyſicos id quoque,à deo vero vnico & omnipotente.Qui tametſi vnus eſſe intelligitur à probe intellectu vigentibus,& à fidelibus credatur,& minime plures:pluratiuo tamen vocabulo,cum vnitatis verbo(creauit inquiens dij)ſpiritus ſancti inſtinctu,vſus eſt Moyſes.Elohim enim ab eloha,plurale à ſingulari deſcendit. Tam manifeſtum autem Iudæis offendiculum , in exordio legis dei,à Moyſe minime ponendum fuerat,quando ſummi boni vnitas maxime commendanda credentibus ſuſcepta erat,niſi in ſimpliciſſima vnitate diuinitatis,& vnius vnici dei, neceſſario etiam credenda fuiſſet pluralitas aliqua,non deitatis,ſed proprietatum perſonalium,& perſonarum,quarum vna pater deus, ſecunda verbum vel filius deus,& tertia diceretur ſpiritus deus , vnus tamen eſſentialiter deus maxima vnitate . Cœli autem nomine complectitur omnia quę ſurſum ſunt,aërem,ignes, corpora cœleſtia omnia cũ ſpiritualibus creaturis,quæ ſunt in cœlis,& ſenſibus noſtris capi non poſſunt.Terra vero dicitur quicquid deorſum , iuxta terram conſpicitur,cum aquis ipſis terræ adhærentibus.Ac ſi dicat,quicquid in toto mundo vides,vel non vides,ſurſum ac deorſum,initium ſuſcepit , aliquando non fuit,de nihilo conditum eſt à deo vno & ſolo, quem ſolum colere debet homo & adorare,cui hæc omnia ſeruiunt,& dei creaturæ ſunt,proq; deo coli omnino non poſſunt.

EVCHERIVS. Creatura cœli & terræ quomodo hiſtorialiter ab exordio principij cõdita ſit,legimus, ſed qualiter in eccleſia ſpiritaliter à doctoribus accipiatur, intelligamus . In principio fecit deus cœlum & terram. Principium Chriſtus eſt,ſicut & ſupradictum eſt.In hoc igitur principio fecit deus cœlum & terram, id eſt ſpirituales,qui cœleſtia meditãtur & quærunt.In ipſo fecit & carnales, qui terrenum hominem necdum depoſuerunt.

2 *TErra autem erat inanis & uacua,& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.*

2 CHRYSOSTOMVS. Merito theſauro cuipiam confertur diuinarum lectio ſcripturarum.Nam ſicut ex illo quiſquis vel paruum fructum capere valet,multas ſibi parat diuitias,ita & in ſacra ſcriptura,etiam in breui dictione variam ſententiarum vim,& indicibiles diuitias inuenire licet. Et non ſolũ theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia,ſed fonti quoque largis perennibusq; ſcaturienti fluentis, id quod reipſa in præterita lectione dicimus.Nam vt prooemia libri Geneſeos incœpimus,explanando hoc dictum:In principio fecit deus cœlum & terram,tantum temporis inſumpſimus,& neque ſic totum comprehẽdere valuimus.Magna eſt enim huius theſauri abundantia,& larga fontis huius vbertas.Nec mireris dilectæ,ſi nobis hoc accidat.Etiam qui ante nos fuere,pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt,& ſimiliter qui poſt nos futuri ſunt,idem attentabunt,neque ſic totum euacuare poterunt,ſed magis interim augeſcunt flumina,& increſcunt. Hæc enim ſpiritualium fluminum natura eſt,vt hoc magis ſcaturiant,& accreſcat ſpiritualis gratia , quo quis magis inde haurire ſtudet . Propter hoc & Chriſtus dicebat:Siquis ſitit,veniat ad me,& bibat.Qui credit in me,ſicut dixit ſcriptura:Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Quibus horum fluminum dapſilitatem & largitatem nobis indicat.Quoniam igitur ſpiritualiũ fluminum natura talis eſt, age afferamus omnes multa mentis noſtræ vaſa , vt impletis illis, ditiores redeamus. Nam quando videt gratia ſpiritus,feruens deſiderium,& vigilem mentem,tunc & gratiam ſuam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius vitæ curis,& reſectis his,quæ cogitationes noſtras velut ſpinæ ſuffocant,ad ſpiritualia deſideria mentem noſtram totam transferamus,vt magno inde lucro facto, &

vtilitate

vtilitate percepta,quæ & quantæ ſint dei latentes diuitiæ videre liceat. GLOSSA. Propoſito igitur toto opere ante oculos Moyſes,vt auctorem oſtẽderet , quicquid oculis aſpicimus à deo quondam docens creatum ac conſtitutum,ad partes ſingulas reuertitur,vt ſi cui peregrino primum Romam venienti,obuius quis diceret,hęc vrbs quam cernis,à Romulo condita eſt:Deinde aſſumens totam conditionem,eamq; per partes ſuas diſtribuẽs, oſtenderet ſingula,ſic & iſte.Ait ergo: *Terra autem erat inanis & uacua.* BASILIVS. Alia litera : Terra autem inuiſibilis erat ac inextructa. Cur vtriſque tam cœlo quàm terra æque ſine diſcrimine factis,cœlum quidem exactum eſt ortum atque perfectum,terra autem imperfecta atque inculta?Quid præterea ſit id quod dicitur inextructam terram? & quam ob cauſam ipſa tellus inuiſibilis erat? Eſt igitur extructio telluris exacta atque perfecta,fertilitas ea quæ ab ipſamet exoritur atque emergit,ſtirpium omnis generis germinationes , arborum altiſſimarum & tam fructuoſarum quàm haud fructuoſarum proceritates, florum diuerſi variiq; colores , atque odores ſuaues,cæteraq; omnia,quæ paulo poſt exorta,præcepto dei ſuam ſunt condecoratura parẽtem, quorum cum nondum quicquam exiſteret , inextructam oratio terram haud immerito nuncupauit . Eadem prope de cœlo quoque dixerimus.Et ipſum enim nondum expoſitum eſt,neque ſuum proprium obtinuit firmamentum, quippe quod nondum à luna ſoleq; illuſtretur,aut cæteris ſtellis tanquam ſertis ſit redimitum. Itaque non aberrauerit ſanè,ſi cœlum etiam dixeris inextructum.Atqui duas terram ob cauſas inuiſibilem dixit,aut quia nondũ erat ſpectator ipſius homo,aut quod cerni nõ poterat,cum obruta fluitãtibus aquis eſſet.Nondũ enim erãt aggregatę ſuis,in locis aquæ,quas deus cum aggregaſſet,maria nuncupauit.Enimuerò cum inuiſibile dici ſoleat,tũ id quod oculis corporis videri non poteſt, qualis eſt mens humana , tum id quod natura quidẽ eiuſdem conſpici poteſt, obiectu tamẽ corporis occultatur,vt ferrũ,vt ſaxũ,quod in alto gurgite iacet,hoc modo ſecundo nũc inuiſibilem terram dictã,eſſe putamus aquea natura velatã.Adde tamẽ & lucem nondũ exortam fuiſſe , abſentia cuius haud mirum videtur, ſitã in media mundi parte tellurem inuiſibilẽ ob id ipſum etiã à ſcriptura fuiſſe dictã , quod aër undique circa ipſam diffuſus,luce careret. Terra itaq; inuiſibilis erat ac inextructa.Multa ſane poſt hæc: In principio fecit deus cœlum & terrã,ſilentio præterita ſunt,ignis,aër,aqua, ex his ipſis emergentes effectiones,quæ cuncta quidem vti mundi partes,vnà cum ipſo mũdo ſunt orta,omiſſa tamen de induſtria ſunt,vt ad diſcurrendum ſeſe noſter exerceat animus,ex paucisq;veluti principiis,ea quæ reſtant,agitatione ſua inferre,percipereque ratione,ſubducta poſſit.Itaq; cum dictum quidem non eſſet,aquã deum feciſſe, dictum autem inuiſibilem eſſe terram, cogitare tute ipſe conſiderareq; velis,quo velamine terra operta non videbatur. Nec igitur ignis operire poterat terrã.Illuminare enim lucidareq; potius ea corpora quibus eſt præſens,quã tenebris,ignis afficere ſolet.Neq; terrę tum aër erat velamẽ.Eſt enim aëris perrara perſpicuaq; natura,rerumq; omnium viſibilium ſuſcipiens formas,ad cernentium eas oculos aſpectusq; tranſmittit.Reſtat ergo nos aquam intelligere fluitare oportere, terraq; ſuperficiem occupare ac tegere,nõdum propriis in locis humoris ſubſtantia ſegregata.Ex quibus perſpicuum eſſe cõſtat,terrã tum non ſolum inuiſibilem,ſed inextructam etiam atq; vacuam eſſe,quippe cum humoris exuperatio etiã nunc in gignẽdis ferẽdisq; fructibus impediměto terræ ſoleat eſſe. Idẽ igitur eſſe terræ tum cauſæ conſtat,vt & nõ videretur,& vt extructa nõ eſſet,ſi terræ ſit extructio,proprius ornatus accõmodatus ipſi natura,ſegetes plenis in regionibus inundãtes,prata peruirẽtia,copiaq; florum,varietateq; depicta,opacæ,denſæ, frondoſæq; valles, montium deniq; cacumina,verticesq; ſyluis vmbroſi . Quorũ nondum quicquam ipſa tellus habebat, ſed partu riebat quidem omniũ ortum,earũ plane virium ratione,quæ cum crearetur,ab opifice ſibi fuerunt impreſſę,operiebatur autẽ idonea definitaq; tẽpora,quo diuino præcepto cõceptus ſuos in lucem ac fœtus ædat. AMBROSIVS. Terra autẽ erat inuiſibilis & incõpoſita.Bonus artifex prius fundamentũ ponit, poſtea fundaměto poſito,ædificationis mẽbra diſtinguit,adiungit ornatum.Poſito igitur fundamento terræ,& cõfirmata cœli ſubſtantia(duo enim iſta ſunt velut cardines rerum)ſubtexit.Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita.Quid eſt erat, niſi ne fortè in infinitum & ſine principio extendant opinionẽ ſuam, & dicant:Ecce quia materia,id eſt hyle, ſicut philoſophi dicunt,etiã ſecundum ſcripturam diuinã non habuit initium? Verùm hoc dicentibus reſpõdebis, quia ſcriptum eſt:Erat autẽ Cain operarius terræ.Et de eo qui Iubal dictus eſt, habet ſcriptura . Hic erat pater qui demõſtrauit pſalterium & citharam.Et homo erat in Auſitide regione,cui nomen Iob. Deſinant ergo de verbo quæſtionem mouere,cum præmiſerit Moyſes,quia fecit deus terrã.Erat ergo,ex quo facta eſt.Terra ergo erat inuiſibilis & incõpoſita.Ideo inuiſibilis,quia aquis operta , viſibilis corporeis oculis eſſe non poterat , quemadmodùm pleraque in profundo aquarum ſita,viſum oculorum aciémque prætereunt . Non enim deo aliquid inuiſibile,ſed creatura mundi,creaturæ vtiq; æſtimatione cenſetur.Inuiſibilis etiam terra,quia nondũ lux quæ illumi naret mundum,nondum ſol,poſtea enim luminaria facta ſunt cœli. Niſi forte & ſic accipiamus inuiſibilem ternam,quod nondum verbo dei & protectione viſitabatur, quæ hominem non habebat , propter quem dominus reſpiceret in terrã,ſicut ſcriptum eſt:Dominus reſpexit ſuper filios hominũ, ſi eſt intelligens , aut requirens deũ. Et alibi ait: De cœlo iaculatus eſt iudicium,terra tremuit & quieuit.Et merito inuiſibilis,quia incõpoſita,quæ figuram & ſpeciem congruentẽ adhuc non acceperat à proprio conditore.Et fortaſſe dicant:Cur enim deus, ſicut dixit,& facta ſunt,non ſimul ornatus cõgruos rebus,aſſurgentibus donauit elementis,quaſi non potuerit cœlum inſignitum ſtellis ſubitò vt creatum eſt refulgere,& floribus ac fructibus terra veſtiri?Potuit vtique, ſed ideo primò facta,poſtea compoſita declarantur,ne verè increata & ſine principio crederẽtur,ſi ſpecies rerum velut ingeneratæ ab initio,non poſtea additæ viderentur . Incompoſita terra legitur , & hiſdem à philoſophis æternitatis, quib⁹ deus priuilegiis honoratur.Quid dicerẽt,ſi ab initio eius pulchritudo vernaſſet?Demerſa aquis deſcribitur, veluti cuidã principiorũ ſuorũ addita naufragio,& adhuc à nõnullis facta nõ credit . Quid ſi decorẽ primogenitũ vẽdicaret?Accedit illud quod imitatores nos ſui deus eſſe voluit, vt primò faciamus aliqua, poſtea venuſtemus, ne dũ ſimul vtrũq; adorimur,neutrũ poſſim⁹implere.Fides autẽ noſtra quodã gradu creſcit.Ideo primũ fecit de⁹, poſtea venuſtauit, vt eundẽ credamus ornaſſe qui fecit,& feciſſe qui ornauerit.Ne alterũ putemus ornaſſe,alterũ creauiſſe,ſed eũdẽ vtrũq; eſſe operatũ, vt primò faceret,poſtea cõponeret,ne alterũ ſine altero crederet. Habes in cuãgelio huius rei euidens teſtimoniũ.Nã ſuſcitaturus dominus Lazarũ, iuſſit vt ludei remouerent lapidẽ de ſepulchro,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchro, vt mortuum videntes, postea resuscitatum crederent. Deinde vocauit Lazarum, & resurrexit, & ligatis G
manibus & pedibus exiit foras. Nonne poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum suscitare? Et qui potuit
defuncto vitam reddere, non potuit nexus soluere vinculorum? Cui vinctis pedibus gressum dedit, huic non po-
tuit ruptis vinculis incessum reddere? Sed vtique aduertimus, quòd voluit primò demonstrare mortuum, vt ocu
lis suis crederent, deinde resuscitare, tertiò iubere, vt ipsi vincula funeris soluerent, vt inter ista fides infunderetur infidelibus, & per gradus quosdam credulitas nasceretur. Fecit ergo primum deus cœlum & terram, & ea ta-
Esaiæ.51. men non quasi perpetua, sed quasi corruptibilis creaturæ consummationi voluit subiacere. Vnde in Esaiæ libro
ait: Tollite in cœlum oculos vestros, & aspicite terram deorsum, quia cœlum vt fumus solidatum est, terra autem
vt vestimentum veterascet. Hæc terra est, quæ antè erat incomposita. Nondum enim erant maria suo fine distin
cta, & ideo vago fluctu, & profundo gurgite terra inundabatur. Considera quia etiam nunc palustri vligine terra
inhorrere consueuit, nec patiens est vomeris, vbi infusus terris humor exundat. Erat ergo incomposita, vtpote so H
lertis agricolę inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. Erat incomposita, quia nuda gignentium, nec thoris her
bosa riparum, nec opaca nemoribus, nec læta segetibus, nec vmbrosa superciliis montium, nec odora floribus,
nec grata vinetis. Ostendere enim voluit deus, quia nec mundus ipse haberet gratiã, nisi eum vario cultu opera-
tor ornasset. Cœlum ipsum intextum nubibus, horrorem oculis, mœstitiam animis excitare consueuit. Terra im-
bribus madefacta, fastidio est. Mariã procellis turbata, quos non incutiunt metus? Pulcherrima est rerum species,
sed quid esset sine lumine? quid sine temperie? quid sine aquarum congregatione, quibus ante dimersa poli huius
habebantur exordia? Tolle solem terris, tolle cœlis stellarum globos, omnia tenebris inhorrescunt. Sic erant an
tequàm lumen huic mundo dominus infunderet. Et ideo terra erat etiam inuisibilis. AVGVSTINVS.
Terra autè erat inuisibilis & incõposita. Ab hæreticis qui veteri testamento aduersantur, moueri calumnia huic
loco solet, cum dicunt, Quomodo in principio fecit deus cœlum & terram, si iam terra erat? Non intelligentes I
hoc esse subiectum, vt exponeretur qualis terra fuerit, de qua iã dictum est, Fecit deus cœlum & terram. Hæc autè
terra quam fecit deus, inuisibilis erat & incomposita, donec ab eodem ipso discerneretur, & ex confusione in re-
rum certo ordine constitueretur. An sic melius intelligitur, vt in hac executione rursus eadem rerum materies
commendaretur, quæ superius cœli & terræ nomine nũcupata est? vt iste sit sensus, In principio fecit deus cœlum
& terram, hoc autem quod cœlum & terra dictum est, terra erat inuisibilis & incomposita, id est materies erat cõ
fusa quædam, de qua mundus qui duabus maximis partibus, cœlo scilicet & terra constat, digestis elementis, &
accepta forma fabricaretur. Quæ confusio materiæ sic potuit insinuari populari intelligẽtiæ, si diceretur terra in-
uisibilis, vel incomposita, vel inordinata, vel imparata. EVCHERIVS. Terra ergo erat inuisibilis & incõ-
posita, id est adhuc informis erat ipsa materia prima, quia necdum ex ea cœlum & terra, necdum omnia forma-
ta erant, quæ formari restabant. Hæc enim materia de nihilo facta, præcessit tamen res ex se factas, non quidem
æternitate vel tempore, sicut præcedit lignum arca, sed sola origine, sicut præcedit vox verbum, vel sonus cantũ. K
Nanque qui viuit in æternum, creauit omnia simul. CHRYSOSTOMVS. Terra autem inuisibilis erat &
inculta. Cuius gratia dic quæso, cœlum clarum & absolutũ creauit, terram autem deformem effecit? Neque hoc
temere factum. Sed vt cum didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam & absolutam, postea neque
de aliis dubites, neque putes tale quid virtutis infirmitate factum. Ad hæc & alia ratione deformem terram crea
uit, quoniam ipsa est nutrix, & mater nostra, & ex ea facti sumus, ac educamur, ipsaq; nostra patria est, & commu
ne sepulchrum (reditus enim noster ad eam est) & variis per eam bonis fruimur. Ideo vt ne homines ob vsus ne-
cessitatem, plusquam dignum est eam venerentur, ostendit primum rudem, & absque forma, & inexpolitam, vt
ne beneficia terræ, telluris naturę imputes. Sed ei tribuas, qui illam ex nihilo vt esset creauit, propter hoc ait, Terra
erat inuisibilis & inculta. SEVERIANVS GABALLORVM. Non me fugit multos sanctorũ patrum
dixisse terram inuisibilem dici, quia aquis operta esset, quod quidem tametsi pium sit, minimè tamen verum est.
Aquila enim transtulit, Terra autem erat inanitas & nihil. Idem autem cum inuisibili. Nam quemadmodum di- L
cimus aliquem informem esse, non quia formæ expers sit, sed quia turpi sit forma, & mutum illum dicimus, qui
malę vocis est, sic terra erat inuisibilis, hoc est, sine ornatu, minimè aspectu & visu digna, vtpote quæ nondũ fru
ctibus, plantis, fluminibus, fontibus, reliquisq; quę eam lætam ac visu iucundã efficiunt, ornata esset. Nam & scri-
ptura cum de triginta fortissimis Dauid loqueretur ait, Hic percussit virum Aegyptium ὡραῖον, hoc est, visibilem,
ac per hoc visu dignum & speciosum. IVNILIVS. Nostra autem litera habet. Terra autem erat inanis &
vacua. Vt quid enim hæc de terra, prætermisso cœlo intulit? nisi quia de cœlo nil tale intelligi voluit? Ipsum enim
est cœlum superius, quod ab omni huius mundi volubili statu secretum, diuinæ gloria præsentiæ manet semper
quietum. Nam de nostro cœlo in quo posita sunt luminaria huic seculo necessaria, in sequentibus scriptura quo-
modò vel quando sit factum, declarat. Non ergo superius illud cœlum, quod mortalium est omnium inaccessibi
le conspectibus, inane creditum est & vacuum, vt terra, quæ nihil in sua prima virentium germinum & viuentiũ M
produxit animantium creatione, quia nimirum suis mox incolis creatum, hoc est, beatissimis angelorum agmi-
nibus impletum est, quos in principio cum cœlo & terra esse æditos, ac mox conditionem suam simul & totius
Iob.38 creaturæ primordialis ad laudem conditoris retulisse, testatur ipse conditor, qui loquens ad sanctum suum famu
lum Iob, dicit: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Et paulò post: Cum me laudarent astra matutina, &
iubilarent omnes filij dei? Astra videlicet matutina, eosdem angelos, quos & filios dei nuncupans, ad distinctio-
nem nimirum hominum sanctorum, qui postmodùm creandi, ac velut astra vespertina, post confessionem diui-
Esaiæ.14 næ laudationis, post mortem erant carnis occasuri. E quibus videlicet astris matutinis, vnum ob despectum societ
dei laudationis audire meruit, Quomodo de cœlo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? STRABVS. Ter-
ra autem erat inanis & vacua, id est, inutilis, infructuosa, & incomposita. Omnia enim elementa commixta &
confusa, & totum hoc aëris spacium aquis plenum, non quales nunc sunt, sed sicut nebulæ tenues erant, quales
adhuc supercœlestes sunt. IVNILIVS. Vel nõ inuicè informiter mixta erant elemẽta, sed terra ipsis quib⁹
& nũc est, finib⁹ vndiq; versũ circũscripta, talis tũc erat tota, qualis adhuc sub imo maris pfũdo ex parte remanet.

Aquæ autem

A Aquæ autem vniuersam superficiem in tantam tangebant altitudinem, vt ad illos vsq; locos pertingerent, vbi
nunc, vsq; super firmamentum cœli ex parte insidentes, nomen domini creatoris cœli cœlorum, laudare non de-
sinunt. RVPERTVS. Creatis (inquit) cœlo & terra, cœlum quidem non omni ornatu inane vel vacuum
erat, quippe quod ex lumine diuinæ maiestatis resplenduit, sicut ad illius similitudinem cœlum istud visibile &
aër, solis huius refulget lumine. Verùm terra, id est corpulenta substantia, inanis erat & vacua. Non quidem ipsa
à diuina magnitudine remota erat, cum de illo verissimè Seraphim clament, dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus Esaiæ.6.
dominus deus sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius, sed eam maiestas eadem, & si iam potestate, nondum
tamen actu impleuerat vel ornatu. Licet hoc propheticè de prædicatione euangelij Christi dictum possit intelli-
gi, qua effectum est, vt non vna gens Iudæorum, sed omnis terra diuinitatis impleretur notitia. Cęterum secun-
dum quod iam dictum est, terra erat inanis & vacua, quia nondum illam creator ab aquis aridam segregauerat,
nondum firmauerat, nondum syderea cœli huius palla vestierat, nondum tot creaturarum generibus exornaue-
B rat. Itaq; si diligenter literam consideres, non cum sua quæ nunc apparet, visibili specie, creata est in principio ter
ra, sed erat inanis & vacua, inanis scilicet ab omni germine quod nunc in ea radicatur: vacua, videlicet à cunctis In an. super
animantibus quæ nunc in ea mouentur. HVGO DE SANCTO VICTORE: Vel inanis propter con Gene.
cauitatẽ, vacua, quia in tanta concauitate terræ non erat nisi aër & nebula. CAIETANVS SVPER GE-
NESIM. Iuxta Hebræum habetur, & terra fuit inanis & vacua, subintelligendo in dictione inanis, funditus.
Caremus enim latino nomine vno, significante funditus inane. Apud Hebræos siquidem vtraq; dictio nomen
est vacuitatis, & ideo bene interpretatæ sunt inanis & vacua, verum apud illos prima dictio sonat plusquàm se-
cunda, nam sonat vacuitatem funditus, secunda autem puram vacuitatem, & est sensus, quod terra in principio
temporis fuit creata vacua intus, & vacua extra. Verissimè & perfectè describitur dispositio terræ, in qua fuit tũc,
quando creata est, nam pro tunc fuit purum elementum, ac per hoc intus vacua omni semine vegetabilium, &
C omni vena mineralium, & extra, omni herba ac virgulto, & reliquis, quæ sub aquis sunt, modò super terrã (nam
omnia quæ intus & extra continentur in terra, sunt mixta) puris autem existentibus elementis, constat & intus
& extra, vacua esse mixtis. Nec superflue adiunxit Moyses vacuitatem vacuitati funditus, quoniam ex primo no-
mine explicatur, quod erat totaliter vacua ex seipsa, ex secundo autem, quod nec adeo in aliqua sui parte plena
fuit, sed quod ex funditus vacua, & actualiter fuit vacua. Hæc dispositio terræ in se ipsa, dispositio autem eius-
dem relatiuè ad elementum aquæ, mox subiungetur. GLOSSA. Hebraicè legitur וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ ve-
haarez háitha thóhu vabóhu, id est & terra erat inane & vacuum. Quanquam igitur nomina diuersa sint, res ta-
men eadem est, videlicet inanitas, inane, vacuitas, nihil. Colligitur autem ex omnibus locis vbi ea nomina repe-
riuntur, ea significare, modò inanitatem, ipsumq; nihil, modò vastitatem ac ruinam, & quasi deformitatem. Id-
lam molem indigestamq; materiam & confusam, vnde elementa terræ & aquæ prodire debebant dei iussu, quo
terra inter cætera elementa notissima sit, sensibus opposita hominum, & proxima, quam tunc primum fuisse
docet inanem, hoc est, informem, confusam ac inuisibilem, & insuper vacuam vegetabilibus, nondum orna-
D mni forma carens, vt est materia prima, Et bóhu aptitudo habendi, siue desiderium quod mouet materiam
tam vel repletam plantis vel animalibus. *Et tenebræ erant super faciem abyßi.* BASILIVS. Aliæ rursùm
primam ad omnem formam naturalem. Chaldaica autem æditio legit, Terra autem erat deserta & vacua.
Post propositionem itaque incipit Moyses per partes digerere rerum omnium formationem, quantùm scili-
cet ab homine capi potest, & quàm id liceat simplicissime. Terram inanem vocat & vacuam, magnam il-
lam molem indigestamq; materiam & confusam, vnde elementa terræ & aquæ prodire debebant dei iussu, quo
terra inter cætera elementa notissima sit, sensibus opposita hominum, & proxima, quam tunc primum fuisse
docet inanem, hoc est, informem, confusam ac inuisibilem, & insuper vacuam vegetabilibus, nondum orna-
tam vel repletam plantis vel animalibus. *Et tenebræ erant super faciem abyßi.* BASILIVS. Aliæ rursùm
hinc fabularum occasiones, alia figmentorum principia magis ac magis impiorum emergunt, ad suas non-
nullis hominibus & opiniones proprias, sensaq; peruertentibus verba. Tenebras enim non vt sunt, ita interpre-
tantur, aërem aliquem lucis expertem, aut locum obiectu corporis obumbratum, aut quacunq; causa carentem
E lumine locum, sed vim malam, quin potius ipsum malum, inde à sese principium atq; originem trahens, oppo-
situm, aduersarium, contrariumq; bonitati diuinæ, tenebras ipsas interpretantur. Nam si deus est lux, eam vim &
potentiam quæ contra ipsum militat, eiq; aduersatur constare dicunt (ita ratione sententiæ flagitante) tenebras
esse. Tenebras haud ab alio genitas, sed genitum ac ortum à seipso malum. Tenebras hostes animarum, mortis
effectrices, virtutis aduersarias, quas & in ratione rerum esse, & non à deo prodiisse, verbis his ipsis Prophetæ si-
gnificari dicunt, haud mediocriter aberrantes. Ex hoc itaq; figmento quæ nam opinio perdita, perniciosa, deoq;
repugnans, non exorta, non ficta est? Qui lupi pergraues, dei dissipantes distrahentesq; gregem, animas humanas
ab hac tam praua voce principio sumpto, non inuaserunt? Non Valentini, non Marciones hinc sunt exorti? Non
abominabilis Manichæorum scelestaq; secta, quam si quispiam pestem Ecclesiæ, putredinemq; dixerit, à verita-
te non aberrauerit. Cur ita longè à veritate discedis, atq; exorbitas homo? Cur exitij tibi causas excogitare quæ-
rereq; pergis? Simplex est hæc oratio, atq; ab omnibus comprehendi facile potest. Erat inuisibilis (inquit) terra,
F quam ob causam quæris? quia circunfusa vndiq; erat abysso. Quid Abyssus significat? copiosam aquam, exitus cu-
ius ac finis attingi non sine difficultate versus infera potest. At complura per tenuem aquam corpora sæpenume
ro nouimus perspicuamq; videri, quamobrem igitur aspectui pars nulla prorsus sese tunc offerre telluris, atque
obiicere poterat? Quia lumine carebat is aër, tenebrisq; totus affectus erat, qui totam obibat aquæ naturam. Ra-
dius enim solis cum aquas penetrat, calculos in fundo collocatos persæpe demonstrat, profunda verò in nocte
nullo modo quispiam ea quæ sunt sub aqua, conspicere potest. Quæ cum ita sint, luce clarius extat, huiusce sen-
tentiæ inuisibilem (inquam) esse tellurem, rationem id esse, confirmationemq;, quod post affertur, abyssum (in-
quam) esse, quæ terram occupabat atque tegebat, & ipsam lumine vacare, tenebrisq; affectam esse. Neque igitur
abyssus oppositarum facultatum ac virium vlla est multitudo, perinde vt quidam imaginati sunt, neque tene-
bræ principatus sunt quidam in ratione rerum atque potentia, summo contraria bono. Nam si quæ duo paribus
essent contraria viribus, exitio sibi mutuo nimirum essent, molestiasq; continuo sibi mutuo non mediocres af-

ferrent

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferrent, inter ipſa bello perpetuo, pugnaq; ſine vllo fine, ſine vllis induciis ſemper inſtante. Quod ſi viribus alterutrum exuperaret, victum omnino conficeret alterum, atque conſumeret, quare ſi mali vires ſummiq; boni pares inquiunt eſſe, inceſſabile profectò bellum, alternam victoriam, interitumq; continuum introducunt. Sin exuperat ſummi boni potentia, quid cauſæ eſt, vt mali natura non funditus ſit ſublata? Sin, quod nefas eſt dicere, miror quo nam pacto ſeipſos ipſi non defugiunt, ad tam nefanda maledicta conuitiaq; labentes. At neque tamen à deo malum ipſum profluxiſſe, indéque ortum habuiſſe credere rectum eſt, propterea quod nihil contrariorum à contrario ſuo gignitur. Neque enim vita mortem parere ſolet, neque tenebræ lucis principium eſt, neque valetudinem morbus efficit vnquam, ſed in effectuum quidem mutationibus, è contrariis ad contraria ſit migratio. In generatione verò, non à contrariis, ſed ab his quæ genus idem ſubeunt, ſingula fiunt atque proficiſcuntur. At ſi non ingenitum eſt (inquies) malum, nec à deo profluxit, vnde nam eſſentiam quæſo, vnde naturam ſortitur? Nam eorum qui vitæ humanæ participes ſunt, in eaque verſantur, mala eſſe inficias ierit nemo. Quid igitur eſt dicendum? An malum ipſum aſſeramus oportet, non eſſentiam viuentem, animaq; præditam eſſe, ſed affectionẽ animæ virtuti contrariam, à probitatis finibus lapſu nimirum in ipſis deſidioſis ac inertibus emergentem? Noli itaque malum foris explorare, atque inquirere, neque vetuſtam quandam naturam principem malignitatis imaginari, ſed mali ſui quisq; vitiique ſeipſum auctorem atque originem noſcat. Nam ſi ea quæ nobis eueniunt, partim à natura proficiſcuntur, vt ſenectus, vt morbus: partim ſua ſponte proueniunt, quales ſunt caſus ratione vacantes, alienis principiis accidentes, aduerſarum ſæpenumero rerum, aut etiam ſecundarum, vt inuentio theſauri puteum fodienti, aut canis occurſatio rabidi proficiſcenti in forum: partim in nobis ipſis ſunt collocata, vt cupiditates ſuperare, voluptatibus modum non ponere, continere iram, aut in eum immittere qui iniuria laceſſiuit, vera dicere aut falſa, moderatum ac mediocrem moribus eſſe, aut faſtu ſuperbum, arrogantiaq; elatum, quorum tuteipſe dominus es, eorum principia non aliunde quærere velis, ſed quod propriè malum eſt, id à voluntate ſumpſiſſe principium, electioneq; ſcito. Non enim ſi nobis inuitis eueniret, ſitumq; in nobis non eſſet, tantus quidem à legibus metus iis, qui iniuria afficiunt immineret, iudiciorum autem ſupplicia, pœnæq; tum indeprecabiles eſſent, quæ maleficis pro meritis flagitiorum ſcelerumq; definiuntur. Atque hæc à nobis de propriè malo ſint dicta. Morbus enim, ignobilitas, paupertas, mors, cæteráque id genus, haud ſane mala putanda ſunt, propterea quod neque ea quæ iſtis aduerſantur, inter maxima bona nos enumerare ſolemus, quæ quidem partim à natura prodeunt, partim non, ſiue quoquo modo compluribus accidiſſe videntur. Quæ cum ita ſint, omni prorſus in præſenti per modos, per aduentitios ſenſus interpretatione poſthabita, tenebrarum ſimpliciter abſoluteq; ſenſum, non curioſe, ſcripturæ ſequentes voluntatem, ſuſcipiamus oportet. At enim oratio quæritat, ſunt ne tenebræ cum mundo ſimul exortæ: Dicimus haſce tenebras non perinde atque ſubſtantiam extitiſſe, ſed vt affectionem aëri priuatione luminis accidiſſe. Cum enim ortum imperio diuino cœlum extenſumq; protinus, ac circumactum anfractibus vndique ſuis, ac ambitu ea quæ ſunt in ipſo complexum eſſet, corpus continuum obtinens, ab externisq; ſufficiens interna ſeiungeret, comprehenſum à ſe locum neceſſariò carentem lumine reddidit, tenebriſq; affecit, externo interciſo ſplendore. Nam vt ſit vmbra, tria concurrant oportet, lux, corpus obiectum luci, locus luminis expers. Tenebræ itaque iam dictæ, ob corporis vmbram cœleſtis obortæ ſunt. Atque id quod dicimus apertiſſimo planè exemplo perceperis, ſi tibi meridie deſa ex materia tabernaculum opacáue cirumpoſueris, ac in tenebris hoc exaratis modo teipſum incluſeris, tales & tenebras illas ſuppone tibi fuiſſe, non primùm neque de induſtria ortas, ſed res alias dicto modo ſequutas. Has autem & ſuper abyſſum eſſe ſcriptura docit, propterea quod aëris fines cum corporum omnium finibus ſuperficieq; copulari, atque accommodari ſuaptè natura ſolent. Aqua vero tunc fluitabat, omniaq; tegebat. Idcirco tenebras neceſſario dictum eſt ſuper abyſſi faciem eſſe. AMBROSIVS. Alia litera, tenebræ erant ſuper abyſſum. Tenebræ erant, quia ſplendor deerat lucis. Tenebræ erãt, quia aër ipſe tenebroſus eſt. Nam abyſſum multitudinem & profundum aquarum dici, lectio Euangelij docet, vbi rogabant Saluatorem dæmonia, ne iuberet illis vt in abyſſum irent. Sed qui docebat voluntates dæmoniorum non eſſe faciendas, præcepit illis, vt irent in porcos. Porci autem ſe in ſtagnum aquarum præcipitarunt, vt quod recuſabant dæmonia, non euaderent, ſed digno præcipitio demergerentur. Cum ergo aqua ipſa ſub nube tenebroſa ſit, quia tenebroſa aqua in nubibus aëris, erant tenebræ ſuper abyſſos aquarum. Non enim malas intelligendum arbitror poteſtates, quod dominus earum malitiam creauerit, cum vtique non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia, quæ à naturæ bonitate deflexit. Itaque in conſtitutione mundi opinio malitiæ interim ſequeſtretur, ne diuinæ operationi, & pulcherrimæ creaturæ ea quæ decolora ſunt, admiſcere videamur. Eradicari malitiam deus vult de animis ſingulorum, quomodo eam ipſe generaret, cum clamet Propheta: Deſine à malitiis veſtris, Et præcipuè ſanctus Dauid, Deſine (inquit) à malo, & fac bonũ: Quomodo ergo ei inimicitium à domino damus? Sed hęc opinio feralis eorum qui perturbandam Eccleſiam putauerunt. Ex nobis orta eſt malitia, non à creatore deo condita, morum leuitate generatur, non vllam creaturæ habens prærogatiuam, nec auctoritatem ſubſtantiæ naturalis, ſed mutabilitatis vitium, & errorem prolapſionis. Simpliciter ergo lege ô homo, non tibi ipſe foueam prauus interpres effodias, ſimplex ſermo eſt, Quia fecit deus cœlum & terram. Fecit quod non erat, non quod erat. Et terra erat inuiſibilis, ex quo facta eſt, erat, & erat inuiſibilis, quia exundabat aqua, & operiebat eam. Et erant ſuper eam tenebræ ſuperfuſæ, quia nondum erat lumen diei, nondum ſolis radius, qui ſolet & ſub aquis latentia declarare. PROSPER IN SENTENTIIS. Cum Deus incommutabiliter bonus, omnes creaturas fecerit bonas, nec vlla omnino, niſi ab ipſo ſit creata, natura, nulla eſt ſubſtantia mali. Quia quod auctorem deum non habet, non eſt. Ita vitium corruptionis nihil eſt aliud, quàm inordinatæ, vel deſiderium, vel actio voluntatis. AVGVSTINVS. Et tenebræ erant ſuper abyſſum. Vtrum ſubter abyſſus erat, & ſupra tenebræ, quaſi iã loca diſtincta eſſent? An quoniã materiæ adhuc cõfuſio eiuſdẽ exponitur, qđ iam χάος Græcè dicitur, ideo dictũ eſt, tenebrę erãt ſuper abyſſum, quia lux nõ erat, quę ſi eſſet, vtiq; ſupra eſſet, quia eſſet eminẽtior, & ea quæ ſibi ſubiecta erãt, illuminaret? Et reuera qui diligẽter cõſiderat quid ſint tenebræ, nihil aliud inuenit, quã lucis abſentiã. Ita igitur dictũ eſt, tenebrę erãt ſuper abyſſum, ac ſi dictũ eſſet, nõ erat lux

Matth. 8.

Pſal. 36.

Vbi ſupra.

ſuper

A ſuper abyſſum. Quapropter hæc materies quæ cõſequẽti operatione dei in rerũ formas ordinata diſtinguitur, appellata eſt terra inuiſibilis & incõpoſita, & profũditas carẽs luce, quæ appellata eſt ſuperius nomine cœli & terræ, veluti ſemen (vt iã dictum eſt) cœli & terræ. Si tamen non cœlum & terram dicẽdo, vniuerſitatẽ prius proponere voluit, vt poſtea inſinuata materia, mundi partes exequeretur. EVCHERIVS. Hæc ergo tenebroſa abyſſus, adhuc informis materiæ obſcuritatem deſignat, quia nondum vlla ſpecies videri aut tractari poterat. IVNILIVS. Quod autem inconueniens, ſi mundanæ materiæ fuerant tenebroſa primordia? vt accedente luce, melius quod factum eſt redderetur, & tanquam proficientis hominis quod poſtea futurum erat, hoc modo ſignificaretur affectio, exponente apoſtolo ac dicente, Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, qui illuxit in cordibus noſtris. Vnde alibi dixit, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, illo videlicet, qui cum tenebrę eſſent ſuper faciem abyſſi, lucem ſplendeſcere fecit. CHRYSOSTOMVS. Et tenebræ erant ſuper abyſſum. Vide hic quàm nihil ſuperfluì admiſceat beatus Propheta, & quomodo non omnia par- 2. Cor. 4. Ephe 5.

B ticulatim narret quæ facta ſunt, ſed vt docuit nos de cœlo & terra, quæ plurima in ſe continent elementa, prætermittit alia. Nam cum de aquarum opificio nihil dixiſſet, ait, & tenebræ erant ſuper abyſſum. Hæc enim tegebant faciem terræ, & abyſſus aquarum. Didicimus hic, quod omne quod videbatur, erat abyſſus aquarum, tenebris velata, & opus habebat ſapiente opifice, qui omnem hanc informitatem diſcutere, & ornatum aliquem inducere poſſet. THEODORETVS. His ergo verbis Moyſes oſtẽdit, vnà cum terra conditam fuiſſe aquarum naturam. Sed & idem cum legem ſabbati colendi daret, Sex (inquit) diebus opera facies, ſeptima verò ſabba tum vel requies domino deo tuo. Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Et beatiſſimus Dauid, Spes eius in domino deo ipſius qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Ex quo patet quodcunque ſiue viſibile ſiue inuiſibile ſit, ſiue ſub ſenſum vel intelligentiam cadat, à deo conditũ eſſe. Lux autem & tenebræ inter ſe quidem contraria ſunt, ſed vtrunque hominibus neceſſarium. Hoc quidem ho-

C minibus ad operationem ac laboris ſtudium adiumento eſt, & viſibilia clarius oſtendit, hominesq; vt deum omnium conditorem atque opificem laudibus tollant, inſtruit. Illud verò mortalibus requiem ac laborum ceſſationem impertit, & vnumquenque ad locum ſuum reuocare ſolet. Quod his verbis luculentiſſimè Dauid oſtendit, Poſuiſti tenebras & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ, & cætera. ACACIVS. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Declarat tenebras lucem præceſſiſſe. Neque mirum. Nam & rationis expertia, hominem ratione præditum in rerum creatione præceſſerunt. Tenebræ verò non ſunt, vt Manichæorum deliramenta tradunt, mala quædam natura, ſed lucis abſentia atque defectus. IVNILIVS. Non ergo audiendi ſunt qui reprehendentes deum, dicunt tenebras antè creaſſe quàm lucem, quia non deus tenebras in aqua & aëre fecit vllas, ſed ordine diſtincto prouidentiæ ſuæ, prius aquas cum cœlo creauit ac terra, & has poſtmodùm cum voluit, lucis gratia venuſtauit, id quod eum vſque modo & in aqua ipſa, & in aëre per quotidianum ſolis occaſum, ac diſceſſum facere videmus. EVCHERIVS. Quidam etiam dicere ſolent, vnde erant tenebræ antequam

D fieret lux? Quis eas fecerat? Aut ſi nemo fecerat, æternæ ſunt. Quibus reſpõdetur. Non quia aliquid ſunt tenebrę, ſed ipſa lucis abſentia hoc nomen accepit, ſicut enim ſilentium nihil eſt, ſed vbi vox non eſt, ibi ſilentium dicitur, ſic tenebræ nihil ſunt, ſed lucis deffectus. DIODORVS. Et ideo tenebras abſque articulo demonſtratiuo, Abyſſum verò cum articulo nominauit, quia hoc quidem non ſubſiſtit, ſed accidens eſt: illud verò eſſentia præditum eſt. Tenebræ verò vmbra erant cœli & terræ. Corporum namque adeò magnorum medium obumbrari neceſſe eſt. RVPERTVS. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, id eſt profunditatem aquarum, quę nondum diuiſæ, neque vt appareret arida, congregatæ fuerant in vnum locum. Tenebræ (inquam) corporeę circa indum diſcretum mundi corpus erant, quia videlicet nondum firmamentum erat in medio aquarum, nondum ea quæ corporaliter lucent in eo, & terram illuminant, ſol, luna, & ſydera facta fuerant, quæ die quarto facta ſunt. Itaque ſummatim breuitérque tota præſcripta eſt creaturæ informitas, tam inops & vacua, vt fruſtra eſſet in principio,

E id eſt in filio ceata, niſi quia ſpiritꝰ dei ferebatur ſuper aquas, quæ eſt tertia in trinitate perſona, vt poſtea dicetur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et obſcuritas ſuper facies abyſſi. Quia Latini caremus ſingulari nominis tenebræ, ideo interpres tranſtulit pluraliter tenebræ. Et quia dictio interpretata facies, caret ſingulari apud Hebræos, ideo in textu Hebræo habetur facies in numero plurali. Nec inuenitur ibidem aliquod verbũ, ſed verbum fuit, antè poſitum, ſeruit vtrique particulæ, præcedẽti ſcilicet & huic. Abyſſi nomen quanuis Græcum, quia tamen vſurpatum eſt à Latinis, & Hebraicæ dictioni conſonat, libenter acceptamus. Hæc quo ad literam. Senſus autem eſt, quod ſuper non aliquam faciem (puta vnius hemiſpheri) ſed ſuper facies omnes abyſſi (hoc eſt, elementi aquæ valde profundæ,) tunc fuit obſcuritas. Et appellatur elementũa quæ abyſſus, ne intelligeres terram operteſ aquas quindecim cubitorum tantũ fuiſſe ſuper montes. Nam elementum aquæ eſt ſecundum ſe tam grande, vt linea ducta à ſuperficie terræ ad circunferentiã aquæ,

F ſit longè maior, quàm linea ducta à centro terræ ad ſuperficiẽ terræ, quia elementum quanto ſuperius, tanto grandius ſecundum omnes dimenſiones. Ad ſignificandum itaque immenſam aquæ profunditatem, dicitur abyſſus. Per obſcuritatem autem intellige duo, & ipſam negationem luminis, & conditionẽ ſubiecti (abyſſi ſcilicet) quod erat perſpicuum, obſcuritas enim eſt negatio luminis in diaphano. Aptè quoque elementi aquæ diſpoſitio in qua creatum fuit, deſcribitur ex profunditate, diaphaneitate, & obſcuritate circunquaque, omnes enim has cõditiones ſibi ſecundum ſe vendicat. Nec ab re deſcribitur habens facies, ſed ad inſinuãdum differentiam inter aquam & terram, penes hoc quod terra in nulla ſui parte habuit tunc faciem (vtpote omni ex parte ſub aquis) ſed facies aquæ fuerũt tunc facies abyſſi operientis vndiq; terrã. Cũ his dictis de abyſſo applicata ad elementũ aquæ, perſpicaciꝰ intellige, abyſſi nomine vniuerſã molẽ corporũ ſimpliciũ diaphanorũ. Ita quod deſcripta diſpoſitiõe in qua creata fuit terra, deſcribitur cõditio cõmunis omnibꝰ corporibꝰ ſimplicibus, quæ ſimul cũ terra creata ſunt, cõmune eſt autẽ omnibus diaphanis, eſſe quantum ex ſe eſt, obſcura, hoc eſt, non habere lumẽ, quo actualiter tranſpareãt. Nã hoc habẽt ex lumine quod eſt cõſtitutiuũ diaphani in actu. Eſt itaque ſenſus literalis, quod fuerũt creata omnia corpora diaphana (cœleſtia ſcilicet corpora, & tria elementa, ignis, aër, & aqua) obſcura. Hæc enim omnia

abyſſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

abyſſi nomine ſignificantur, conſtat enim ex his altitudo non opaca immẽſa, non quod infinita ſit, ſed quia vt G
abſq; terminis maxima cõſiderata, ſpectat ad perfectionem huius diei. Meminit autem facierum, propter facies
diuerſorum hemiſphæriorum, vt intelligamus vbique obſcuritatem fuiſſe. GLOSSA. Hebraica lectio eſt
וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם vehóſech al pene thehom, id eſt & obſcuritas ſiue tenebræ ſuper faciem abyſſi, ſic & Chaldai-
ca habet æditio. Septuaginta autem, καὶ σκότος ἐπέκειτο ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, id eſt & tenebræ ſuper abyſſum. Quod er
go ſupradixerat, Terra autem erat inanis & vacua, id latius explicat his verbis. Nullus nempe ſplendor in rebus
erat, obſcuritas obtexerat totam molem ſub cœlo, rude & confuſum chaos omnia erant. *Et ſpiritus dominiferebatur ſuper aquas.* BASILIVS. Siue id dicat ſpiritum, diffuſionem (inquam) aëris naturæ ſpirabilis, ſuſcipe
tibi Moyſen mundi ſingulas partes enumerantem. Fecit deus cœlum & terram, aquam, aërem, & hunc fluentem,
partesq; in omnes ſeſe diffundentẽ (ſiue quod & verius eſt, & à maioribus noſtris probatũ) Spirituſſanctus ſpiri-
tus dei ſit dictus, propterea quod obſeruatum eſt, talem de illo peculiari modo ſcripturam præcipueq; facere mẽ
tionem, & nihil aliud dei ſpiritum appellare, quàm ipſum Spiritumſanctum, qui diuinæ beatæq; Trinitatis nu-
merum complet. Hanc quoque ſententiam ſi conceſſeris, maiorem ex hac vtilitatem profectò fueris conſequu-
tus. At quonam pacto (dixeris) ſuper aquas hic ferebatur? Equidem non meam tibi, ſed viri cuiuſdam Syri ſen- H
tentiam recenſebo, qui tantum à ſapientia mundi diſtabat, quanto verarum ſcientiæ rerum propinquior erat. A-
iebat igitur ille, Syrorum linguam indicantiorem eſſe, & ob affinitatem quam habet cum Hebraica lingua, ſen-
tentias aliquo modo ſcripturarum magis attingere. Itaque talem huiuſce dicti ſententiam eſſe dicebat. Verbum
hoc, ferebatur, pro fouebat, vitalemq; fœcunditatem aquarum naturæ præbebat, ſumunt atque interpretantur,
incubantis auis effigie, vimque vitalem quandam imprimentis in ea, quæ ab ipſa fouentur. Talem hanc vocem
aſſerimus ſententiam indicare, ſuper aquas (inquam) ſpiritum dei ferri, id eſt ad fœcunditatem vitalem, aquæ
naturam Spiritumſanctum præparare. Quare ſatis ex hoc id oſtenditur quod à nonnullis quæritur, nec ab actu
creandi Spiritumſanctum abeſſe. IDEM CONTRA EVNOMIVM. Spiritus ſiquidem hominis eſt, I
vt illud, Auferes ſpiritum eorum, & deficient. Diuinus etiam eſt ſpiritus, vt illud. Non permaneat ſpiritus meus
in hominibus his. Ventus etiam dicitur ſpiritus, quale illud eſt: Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Multosq; alios
quis inuenire poterit. Sed quia hic additur domini, conſtantiſſime aſſeuerandum videtur, de Spirituſancto lo-
qui Moyſen. AMBROSIVS. Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquas. Quem & ſi aliqui pro aëre acci-
piant, aliqui pro ſpiritu quem ſpiramus & carpimus, auræ huius vitalis ſpiritum, nos tamen cum ſanctorum &
fidelium ſententia congruentes, Spiritumſanctum accipimus, vt in conſtitutione mundi operatio trinitatis e-
Ioan.1. luceat. Præmiſſo enim quia in principio fecit deus cœlum & terram, id eſt in Chriſto fecit deus, vel filius dei
Pſal.32. deus fecit, vel per filium deus fecit, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, ſupererat ple-
nitudo operationis in ſpiritu, ſicut ſcriptum eſt: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis vir-
tus eorum. Itaque quemadmodum in pſalmo docemur operationem verbi, quod eſt verbum dei, & virtutem
quam dedit Spirituſſanctus, ita hic propheticum reſultauit oraculum, quia deus dixit, & deus fecit, ſpiritus quo-
que dei ſuperferebatur ſuper aquas. Ornando enim polo cœli germinaturis terris, pulchrè ſpiritus ſuperfereba-
Pſal.103. tur, quia per ipſum habebant nouorum partuum ſemina germinare. Secundum quod dixit Propheta, Emitte ſpi-
ritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Denique Syrus qui vicinus Hebræo eſt, & ſermone con-
ſonat in pleriſq; & congruit, ſic habet, Et ſpiritus dei fouebat aquas, id eſt viuificabat, vt in nouas cogeret crea- K
turas, & fotu ſuo animaret ad vitam. Nam etiam Spiritumſanctum legimus creatorem, dicente Iob, Spiritus di-
uinus qui fecit me. Si ergo Spirituſſanctus ſuperferebatur ſuper aquas, tenebræ contrariarum virtutum ſuper eas
eſſe non poterant, vbi locum ſibi tanta gratia vendicabat. HIERONYMVS. Pro eo quod in noſtris codi-
Pſal.103. cibus ſcriptum eſt, ferebatur, in Hebræo habet מְרַחֶפֶת mera hẽphet, quod nos appellare poſſumus incubabat, ſi-
ue confouebat, in ſimilitudinem volucris, oua calore animantis. Ex quo intelligimus, non de ſpiritu mundi di-
ci, vt nonnulli arbitrantur, ſed de Spirituſancto, qui & ipſe viuificator omnium à principio dicitur. Si autem vi-
uificator, conſequenter & conditor. Quod ſi conditor, & deus. Emitte enim (ait) ſpiritum tuum & creabuntur.
CHRYSOSTOMVS. Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquas. Mihi videtur hoc ſignificare, quod affuerit
efficax quædam & vitalis operatio aquis, & non fuerit ſimpliciter aqua ſtans & immobilis, ſed mobilis, & vita-
lem quandam vim habens. Nam quod immobile, omnino inutile eſt, quod verò mouetur, ad multa conducit. L
Vt igitur doceret nos beatus ille Propheta, aquam illam magnam habere vim, & vitalem quandam, dicit. Et ſpi
ritus dei ſuperferebatur ſuper aquas. Idque non abſque ratione ſcriptura præueniendo diuina dicit, eo quod po-
ſtea dictum eſt nobis, quod animalia ex aquis iſtis iuxta præceptum dei omnium cõditoris, producta ſunt, pro-
pterea auditorem hic nunc docet, quod non ſolum aqua illa ſit condita, ſed & quod moueatur, & diſcurrat, &
omnia alluat. THEODORETVS. Et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Nonnullis viſum eſt ſanctiſſi-
mum ſpiritum intelligi debere, qui aquarum naturam viuificaret, ac veluti baptiſmi gratiam iam deſcriberet.
Verius autem mihi videtur, aërem ſignificari. Cum enim cœlum & terram, & aquas abyſſi nomine conditas di-
xiſſet, aërem quoque ſpiritus appellatione neceſſario connumerauit, qui ab aquarum ſuperficie ad cœlum per-
tingit. Congruenter verò admodum ferebatur dixit, propter mobilem aëris eſſentiam. Nec te moueat, quod ſpi-
ritus dei appellatus ſit, nam & beatus Dauid ventum ſpiritum dei manifeſte nominauit, cum ait, Flabit ſpiritus
eius, & fluent aquæ. Flante enim Euro aut Noto, conglaciatæ aquæ diſſoluuntur. DIODORVS. Superfe- M
rebatur autem, Hebræa vox per metaphoram ſignificat, Spiritum veluti gallinam aquis incubantem, easq; tan-
quam alis confouentem. Vel ſpiritum, id eſt ventum intellige, qui motu ſuo aquarum naturam alterat, vnde &
ortum ducit. Dei vero addidit, vt huiuſce operis cauſam deo aſcriberet. Siquis vero ſpiritum dei, ſpiritum para-
cletum intelligat, haud à vero aberrabit. Spiritus enim omnia quę ſunt exornat. CYRILLVS. Viuificat e-
tiam omnia ſpiritus dei, cũ & ipſe natura vita ſit, vtpote à vita, hoc eſt, à deo patre procedẽs. DIODORVS.
Potes etiam per ſpiritum dei, efficientiam intelligere, vt cum Moyſi dictum eſt, tollam de ſpiritu tuo, hoc eſt, de
gratia & efficientia tua. IVNILIVS. Non eſt autem opinandum pueriliter, quod ſpiritus creator,
de quo

A de quo ſcriptum eſt, quia ſpiritus dei repleuit orbem terrarum, poſitione loci his quæ erant creanda, ſuperfer-
retur. Sed intelligendum potius, quia diuina virtute præcellebat creaturis, habens in propria poteſtate, quan-
do aquarum illuſtraret abyſſum, quando in locum eas fecerneret vnum, vt appareret arida, quando & quo-
modo creaturas cæteras pro ſuo nutu diſponeret, in ſimilitudinem videlicet fabri, cuius voluntas his quæ fa-
bricandæ ſunt rebus, ſolet ſuperferri. Quod ipſum quoque ad diſtinctionem ſuperioris cœli pertinet, in quo
mox perfectè omnia diſpoſita, ſpiritus ſancti præſentia illuſtrat. Bene etiam vt vides, totius ſimul trinitatis
in creatione mundi virtutem cooperatam ſignat, dicens, Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, poſtquam
prius in principio, ſcilicet in filio, cœlum & terram deum feciſſe prædixerat. RVPERTVS. Et ſpiritus do-
mini ferebatur ſuper aquas. Deinceps nanque creaturæ eiuſdem formatio vel exornatio ſuccedit, tantámque
ex intentione ſpiritus dei meliorationem, & tantum inopiæ ſuæ ſupplementum capit, quantum pro modulo
ſuo melioratur ouum, in eo quod calore volucris animatur, & pullum producit. Quid autem putamus eſſe
B hunc ſpiritum, niſi bonitatem amorémque dei, amorem, non affectum, ſed ſubſtantialem, amorem (inquam)
& vitam, virtutémque viuam in filio & patre manentem, vel ab vtroque procedentem, patri filióque conſub-
ſtantialem? Hic nempe ferebatur ſuper aquas, nihilominus & ſuper aridam quæ ſub aquis latebat, quia videli-
cet magno ſuper creaturam ſuam creator affectu ducebatur. Vt quia non poterat eſſe quod ipſe qui creauerat,
tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, conuiuerétque, & conregnaret creatura. Hic amor,
hæc bonitas creatoris, Spirituſſanctus eſt. Quem neſciens Plato, cum hanc ſcripturam legiſſet, ſpiritum mun-
di, id eſt, aërem arbitratus eſt, qui ſecundum ordinem elementorum, aquis vtpote leuior, ſupereminet. Et
quia per cœlum quoque, de quo iam dictum eſt, In principio creauit deus cœlum & terram, ignem ſignificari
ſuſpicatus eſt, quatuor tantum elementa, ſcilicet ignem, aërem, aquam, & terram, hoc loco dinumerata eſſe
putauit, vtpote ſpiritum hunc non cognoſcens, qui plane non ſpiritus eſt mundi, ſed ſpiritus eſt dei, præſertim
cum per tenebras quæ erant ſuper faciem abyſſi, vicinus aër poſſit intelligi, qui deſuper nullis adhuc lumini-
bus radiabatur, & idcircò rectè tenebrarum nomine deſignatur. Quare autem cum quatuor mundi elemen-
C ta ſint, hæc duo tantùm, ſcilicet terram & aquam, ſcriptor ſacræ huius hiſtoriæ ſuis nominibus expreſſit, &
aërem non proprio, ſed tenebrarum nomine ſignificauit? Videlicet quia pertinuit ad propoſitum eius, ſpecies
iſtas in ornatu creaturæ quæ tunc erat informis, tam diuerſas, támque multiplices nunc exiſtentes, dicere vn-
de exortæ ſint. Conſtat autem quia de tenebris iſtis quæ erant ſuper faciem abyſſi, lux effulſit, teſtante Paulo,
cum dicit, Quia deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris. Non (ait) in tene-
bris, ſed de tenebris deus lucem ſplendeſcere dixit. Porrò de terra & aquis productæ ſunt omnes ſpecies re-
rum, quas nouimus. Solus ignis, licet gignentibus terræ & aquis cooperetur, nihil tamen ex ipſo gignitur,
& proinde de hoc elemento non iniuria ſiletur vſque in quartum diem, quo fons illius, ſcilicet ſol in firma-
mento libratur. Solem enim fontem eſſe ignis ætherei, Phyſici quoque qui diligentiores fuere, atteſtantur. Vbi ſupra.
AVGVSTINVS. Sed aliter. Et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Nuſquam dixerat, deus aquam fecit,
nec tamen vllo modo credendum eſt, aquam deum non feciſſe, & eam iam fuiſſe, antequam ille aliquid con-
D ſtituiſſet, etenim ille eſt, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ſicut Apoſtolus dicit. Ergo & aquam
deus fecit, & aliter credere magnus error eſt. An rurſus eandem materiam quam vel cœli & terræ, vel terræ
inuiſibilis & incompoſitæ, atque abyſſi nomine nuncupauerat, etiam aquam voluit appellare, quæ ſubiacebat
bonæ voluntati creatoris, ad conformanda in ſuis generibus omnia? Cur enim non & aqua appellaretur, ſi
terra potuit, cum adhuc neque aqua diſtincta atque formata, neque terra eſſet, neque aliquid aliud? Sed pri-
mò fortaſſe cœlum & terra appellata eſt, ſecundò terra incompoſita, & abyſſus carens luce, tertiò aqua non
incongrue: vt primo ipſius vniuerſitatis propter quam facta eſt, materies de omnino nihilo, cœli & terræ no-
mine vocaretur, ſecundò terræ incompoſitæ atque abyſſi nomine inſinuaretur informitas, quia inter omnia
elementa terra eſt inferior, & minus relucens quàm cætera, tertiò aquæ nomine ſignificaretur materia ſubie-
cta operi artificis, aqua enim mobilior eſt quàm terra. Cum ergo iſta tria dicimus vnius rei nomina, materia
mundi, materia informis, materia fabricabilis, horum primo nomini bene adiungitur cœlum & terra, Secun-
E dò obſcuritas, confuſio, profunditas, tenebræ, tertiò cedendi facilitas, cui iam ad operandum ſpiritus feratur ar-
tificis. Non autem ita ſuperferebatur ſpiritus dei, ſicut oleum aquæ, id eſt, quaſi contineretur. Sed ſi ad hoc de
viſibilibus exempla capienda ſunt, ſicut ſuperfertur lux iſta ſolis aut lunæ his corporibus quæ illuminat in ter-
ra, non enim continetur illis, ſed cum cœlo contineatur, iſtis ſuperfertur. Item cauendum eſt, ne quaſi loco-
rum ſpaciis dei ſpiritum ſuperferri materiæ putemus, ſed vi quadam effectoria & fabricatoria, vt illud cui ſu-
perfertur, efficiatur & fabricetur. Sicut ſuperfertur voluntas artificis ligno, vel cuique rei ſubiectæ ad operan-
dum, vel etiam ipſis membris corporis ſui, quæ ad operandum mouet. Et hæc ſimilitudo cum iam ſit omni
corpore excellentior, parua eſt tamen & prope nihil, ad intelligendum ſuperlationem ſpiritus dei, ſubiecta
ſibi ad operandum mundi materia. Sed non inuenimus euidentiorem ſimilitudinem, & propinquiorem rei
de qua loquimur in iis rebus, quæ ab hominibus quomodocunque capi poſſunt. Quapropter in huiuſmodi Eccles.43.
F cogitatione optimè illud præceptum tenebitur, quod ſcriptum eſt, Benedicentes deum, exaltate illum quan-
tuncunque potueritis, ſuperabit & adhuc. EVCHERIVS. Spiritus ergo ſanctus deus eſt, qui non loco
continetur aut diſtenditur, nec temporum mutationibus ſubiacet, ſed eſt vbique præſens ac totus. Superfer-
ri autem aquis ſpiritus domini dicitur, non peruagatione, ſed poteſtate, non localiter, ſed potentialiter, non
per ſpacia locorum, ſicut terræ ſol ſuperfertur, ſed per potentiam ſublimitatis ſuæ. Deus enim non ex indigentia
fecit opera ſua, ſed ex beneficentia atq; omnipotentia, qui nihil indigens omnia creat, & miſericors cuncta viuifi
cat, & in plenitudine ſancta permanet, nõ noſtris ampliandus laudibus, ſed ſuis innoteſcendus collaudatur operi-
bus, neq; enim horũ indiget quæ facit. Indigus quippe atq; egenus amor, ſubiicitur rebus quas diligit. Quãobrem
nõ indigus amor ſuperfert rebus quas diligit. Ideo dictũ eſt, ſuperferri creaturę ſpiritũ ſanctũ, quia nõ ex indigen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. tia operatus est ipsam creaturam. AVGVSTINVS. Hoc autem dictum sit, si hoc loco spiritus dei, spiritus G
sanctus quem in ipsa ineffabili & incommutabili trinitate veneramur, accipitur. Potest autem & aliter intelligi,
vt spiritum dei, vitalem creaturam qua vniuersus visibilis mundus, atque omnia corporea continentur & mo-
uentur, intelligamus, cui deus omnipotens tribuit vim quandam sibi seruiendi ad operandum in iis quæ gignun
tur. Qui spiritus cum sit omni corpore æthereo melior, quia omnem visibilem creaturam omnis inuisibilis crea-
Psam. 23 tura antecedit, non absurdè spiritus dei dicitur. Quid enim non est dei ex iis quæ condidit, cum etiam de ipsa
Sapientiæ. 1 terra dictum sit, Domini est terra & plenitudo eius, Et illud vniuersali complexione quod scriptum est, Quoni-
am tua sunt omnia domine, qui animas amas? Sed tunc potest iste spiritus sic intelligi, si quod dictum est, In prin
cipio fecit deus cœlum & terram, tantum de visibili creatura dictum sentiamus, vt super materiam rerum visibi-
lium, in exordio fabricationis earum superferretur inuisibilis spiritus, qui tamen etiã ipse creatura esset, id est non
deus, sed à deo facta atq; instituta creatura. Si aũt vniuersæ creaturæ, id est intellectualis, & animalis, & corpora- H
lis materia creditur illo aquæ vocabulo enunciata, nullo modo hoc loco spiritus dei potest, nisi ille incommuta-
bilis & sanctus intelligi, qui ferebatur super materiã omnium rerum, quas fecit & condidit deus. Tertia opinio
de hoc spiritu oriri potest, vt credatur spiritus nomine, aëris elementum enunciatum, vt ita quatuor elementa
insinuata sint, quibus mundus iste visibilis surgit, cœlum scilicet & terra, aqua & aër. Non quia iam erant di-
stincta, sed quia in illius materiæ quanuis informi confusione, tamen exortura præsignabantur, quæ informis
confusio, tenebrarum & abyssi nomine commendata est. Sed quælibet sententiarum istarum vera sit, omnium
rerum quæ ortæ sunt, quæ videntur, & quæ non videntur, non quantum ad vitia quæ contra naturam sunt, sed
quantũ ad ipsas naturas attinet, deum esse auctorem & conditorem credendum est. Nullamq; omnino esse crea-
turam, quæ non ab ipso initium perfectionémque habeat generis & substantiæ suæ. GLOSSA. Hebraicè
legitur hic locus, וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם Verúah elohim merahepheth al pene hamáim, hoc est, Et spiri-
tus dei volabat seu volitabat aut mouebat se super faciem aquarum. Rahaph enim verbum, volare seu volitare I
apud eos significat, licet secundum alios & mouere & incubare & agitare. Et est hic participium in piel. Septua-
ginta verò, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, id est, Et spiritus dei superferebatur super aquã. Chaldaica
autem, Et spiritus dei insufflabat super faciẽ aquarũ. In hac sententia Moyses explicandi gratia, vulgò notis vtitur
nominibus, terra, abyssо, aqua, pro eadem re, mole scilicet obscura, & incomposita, & quicquid omnino cœlum
non erat, vt sit hic sensus, Complacentia voluntatis creatoris omnium, virtutem indidit germinandi terræ &
abyssо, vt cum oua fouentur ab alite, vbi calor materni corporis formandis pullis adminiculatur, affectu dile-
ctionis naturalis, hoc est, diuini spiritus operationem curare diligenter omnia, & per singula creanda admini-
strare vim, & digerere subinde ad iussum ac voluntatem conditoris.

Mystice. EVCHERIVS. Sed & terra carnis nostræ inanis erat & vacua, priusquam doctrinæ acciperet formam. Et
tenebræ erant super faciem abyssi, quia delictorum cæcitas, & ignorantiæ profunda obscuritas, corda nostra te- K
gebat. Et spiritus dei ferebatur super aquas. CYRILLVS. Per hoc autem obscurè innuit, iam ab ipsius mun
di exordio, sacri baptismatis gratiam. EVCHERIVS. Vel spiritus dei super cor nostrum tenebrosum &
fluidum, quasi super aquas iam superferebatur, in quo subsistentes requiesceremus, cuiusque viuificaremur fla-
tu, & cuius vnda ablueremur.

3 *Dixitque deus, Fiat lux, & facta est lux. Et uidit deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris,*
appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est uespere & mane dies unus.

3 GLOSSA. Descriptis principiis, quorum ad cæteras res cognoscendas scientia est necessaria. Ornatum mun-
di aggreditur. Sic Philosophi, Theologique omnes imitati naturam, primos habent de principiis sermones, tum L
quid quaque ex his ratione coaluerit expediunt. Principia igitur sunt indicata ac patefacta, & positus est ante o-
culos earum rerum status, quæ comitarentur principia, dicit itaque, *Dixitque deus.* BASILIVS IN HE-
XAEMERON. Vocem in deo, verbum, imperium, præceptúmque dicimus, nec eum intelligimus sonum, qui
per instrumenta vocis elicitur, nec aërem lingua formatum, orationem diuinam esse asserimus, sed pro volun-
tatis momento vocem atque præceptum ob auditorum facilem perceptionem, sumi dicique censemus.
AMBROSIVS. Vt ergo voluntatis suę cognitionem proderet deus operationis effectu, ait Moyses, dixit deus.
AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM. Aliter. Bene accipitur vox dei, verbum quod in
sono vocis intelligitur. Ad naturam enim verbi per quod omnia facta sunt, hoc ipsum pertinere dicitur. Aeter-
num ergo quod dixit deus, quia verbum dei patri coæternum. Non igitur temporaliter, non sono vocis, sed in
verbo sibi coæterno dixit. IVNILIVS. Quod ergo dixerit deus, siue vt lux fieret, siue vt alia quæ perhiben
tur, non nostro more per sonum vocis corporeum fecisse credendus est, sed altius intelligendum, dixisse M
deum vt fieret creatura, quia per verbum suum omnia, vel per vnigenitum filium suum fecit de quo ma-
nifestius euangelium Ioannis, In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat
verbum, omnia per ipsum facta sunt. Quod autem ait Ioannes, omnia facta per verbum dei, hoc est,
quod Moyses ait, Quia dixit deus, fiat lux, dixit, Fiat firmamentum, dixit, Fiat cætera creatura, hoc quod
Psalmus adiuncta & spirituſsancti persona dicit, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis
virtus eorum. EVCHERIVS. Dictio itaque dei, verbum dei est, sed diuina scriptura paruulis congruens,
& quodammodo eos lactans, vt proficiant, & cibum spiritalem capiant, voluit semper per omnem creaturæ for-
mationem, dictionẽ dei nuncupare. Vt verbi causa. Si requiras, quomodo facta est lux, audias, in verbo dei erat
vt fieret. Quomodo factum est cœlum, in verbo dei erat vt fieret. Et cætera per ordinem si requiras quomodo fa
cta sunt, in verbo dei erant vt fierent. Hoc enim est, Dixit deus, fiat, & cætera. Vel dixit pro fecit, posuit
scriptor, vt celeritatem vel facilitatem operis dei ostenderet, ac si diceret, tam facilè lucem fecit, sicut

quis

A quis loquitur. Neque enim corporalibus modis loquitur diuina natura, nec quotiens dixit, totiens verba formauit. Vnum enim genuit verbum coæternum & consubstantiuum sibi, in quo omnia ineffabiliter & intemporaliter dixit. Talis enim dei locutio, non temporaliter præteriens sonus, sed sola dictio est rationis. RVPERTVS. Aut quid ex hac breuissima enunciatione, Dixit deus, nisi generationem verbi æterni colligimus, per quod omnia deus pater operatus est? Vere enim sine voce natum, & omnia potentialiter continens verbum, tunc pater actualiter generauit, quando cœlum & terram creauit, quando lucem & cætera fecit. Eructauit ergo cor patris verbum bonum, & ex vtero, id est, de suæ substantiæ secreto, ante luciferum genuit illud, quando dixit, Fiat lux. THOMAS. Et quia diuina sapientia est causa distinctionis rerum, ideo Moyses dicit res esse distinctas verbo dei, quod est conceptio sapientiæ. Et hoc est quod dicitur, Dixit deus, fiat lux, & diuisit lucem à tenebris. IDEM. Vel quia formæ corporales quas in prima productione corpora habuerunt, sunt immediate à deo productæ, cui soli ad nutum obedit materia tanquam propriæ causæ, Ad hoc significandum B Moyses singulis operibus præmittit, dixit deus, Fiat hoc, vel illud, In quo significatur formatio rerum per verbum dei facta, à quo est omnis forma, & compago, & concordia partium. IDEM SVPER IOB. Nam dicere dei dupliciter accipitur. Quandoque enim refertur ad conceptum cordis, quandoque autem ad significationem, vt huiusmodi conceptus alteri exprimatur. Secundum igitur primum modum, dicere dei est æternum, & nil est aliud, quàm generare filium, qui est verbum ipsius. Secundo verò modo temporaliter deus aliqua dicit, diuersimodè tamen, secundum quod congruit eis quibus dicit. Nam hominibus corporeos sensus habentibus, aliquando deus locutus est aëreo sono formato in aliqua subiecta creatura, sicut vox sonuit in baptismo, & in transfiguratione Christi, Hic est filius meus dilectus. Aliquando autem per imaginariam visionem, sicut multotiens legitur in prophetis. Aliquando autem intelligibili expressione, & hoc modo intelligendum est ad Satan dixisse, inquantum intelligere facit, quod ea quæ agit, à deo conspiciun- C tur. CAIETANVS. Dixitq; deus. Dicere diuinum est proculdubio intellectuale, nec est dicere prophetando quod hoc vel illud erit, sed est dicere practicũ, hoc est, definitiuũ ac imperatiuum vt sit. Et significat deum produxisse creaturas, non per modum agentis naturalis (vt sol illuminat, & ignis calefacit) sed per modum agentis à proposito, vt artifex intelligendo & volendo efficit artificialia. Ita quod postquam Moyses descripsit quod deus ipse creauit cœlos & terram, describit modum quo creauit, videlicet dicendo, dicere siquidem actio est intellectualis. GLOSSA. Et perinde est dicere, dixit deus, ac voluit atque præcepit vt hoc vel illud fieret. *Fiat lux & facta est lux.* BASILIVS. Prima vox dei, lucis naturam creauit, tenebras deleuit, mœstitiam dissoluit, mundum clarum fecit, vniuersis continuò gratum attulit, iucundúmque D leriterque splendorem ipsius per fines vndique suos cunctis distribuebat. Et enim partes superas versus ætherem ipsum cœlúmque pertingebat, in latitudine verò tam aquilonias mundi partes ac australes, momento puncto temporis, quam ipsum ortum atque occasum illuminabat. Talis est enim ipsius natura tam pertenuis (inquam) atque perspicua, vt lumen per ipsum transiens, spacio nullo prorsus temporis egeat. Nam vt sine tempore nostros aspectus ad ea quæ conspiciuntur adducit, sic & luminis accessus ad fines vsque suos puncto temporis suscipit, quo sanè minus temporis momentum vllum vel mente nemo capere potest. Aether deniique iucundior post ortam lucem euasit, & aquam magis perspicue non solum lumen suscipiendo, verumetiam emittendo, refractione nimirum ipsius, splendoribus ab ipsis vndique resilientibus aquis, omnia tunc omnino diuina vox ad iucundissimam præstabilissimâmque conditionem statúmque mutauit. Nam vt ij qui oleum in altum effundunt, luciditatem ac claritatem illum in locum inducunt, sic omnium creator rerum E locutus, lucis repente gratiam in ipsum mundum impressit. AMBROSIVS. Fiat lux. Vnde vox dei in scriptura diuina debuit inchoare nisi à lumine? Vnde mundi ornatus nisi à luce exordium sumere? Frustra enim esset, si non videretur. Erat quidem deus ipse in lumine, quia lucem habitat inaccessibilem. Et erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patris familias struere desiderat, antequam fundamenta ponat, vnde lucem ei infundat, explorat, & ea prima est gratia, quæ si desit, tota domus deformi horret incultu. Lux est quæ reliquos domus commendat ornatus. Fiat, inquit, lux. Plena vox luminis, non dispositionis apparatum significat, sed operationis resplendet effectu. Naturæ opifex, lucem locutus est, & creauit. Sermo dei voluntas est, opus dei natura est, lucem creauit, tenebras illuminauit. Et dixit deus, Fiat lux, & facta est lux. Non ideo dixit, vt sequeretur operatio, sed dicto absoluit negocium. Vnde pulchre Dauidicum illud, Dixit & facta sunt, quia dictum im- F pleuit effectus. Auctor ergo lucis deus, locus autem & causa tenebrarum, mundus est. Sed bonus auctor ita lucem dilexit, vt mundum ipsum infuso aperiret lumine, atque eius speciem venustaret. Resplenduit igitur subito aër, & expauerunt tenebræ noui luminis claritatem. Repressit eas, & quasi in abyssos demersit, repente per vniuersa mundi fulgor lucis infusus. Pulchrè itaque & propriè dixit, Facta est lux. Sicut enim cito lux cælum, terras, maria illuminat, & momento temporis sine vlla comprehensione retectis surgentis diei splendore regionibus, nostro se circunfundit aspectui, ita ortus eius citò debuit explicari. Quid miramur si deus locutus est lucem, & caliganti mundo lumen emicuit, quando si quis inter aquas mersus, oleum ore emiserit, clariora faciet ea, quæ profundi tegebantur occultis? CHRYSOSTOMVS. Et dixit, inquam, deus, Fiat lux, & facta est lux, dixit, & facta est, mandauit, & tenebræ quidem fugatæ sunt, lux autem producta. Vides ineffabilem potentiam? Verum qui errore præuenti sunt, non attendentes ad dictorum consequentiam, neque audientes beatum Moysen dicentem, In principio creauit deus cœlum & terram, & mox subdentem,

In pri. par. q. 47. ar. 2. 3 reso. quæst. in fine. Vbi sup. q. 65. art. 4. in reso. q. in fi. Cap. 1. lect. 2

1. Timo. 6. Ioan. 1.

Terra autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terra autem erat inuisibilis & inculta, eo quod aquis & tenebris obtecta (sic enim visum fuit domino ab initio eam producere) dicunt, quod antea fuerit materia, & præfuerint tenebræ. Quid hac amentia peius? Audis quod in principio fecerit deus cœlum & terram, & quod ex nihilo quæ sunt, facta sint, & dicis, quod præfuerit materia? Quis eorum qui mentem habent, tantam ferret insaniam? Nunquid homo est conditor, vt opus habeat subiecto aliquo ad demonstrandam suam artem? Deus est cui omnia cedunt, qui verbo & præcepto suo omnia condidit. Attende enim quod dicit solum, producta est lux, & abscesserunt tenebræ. THEODORETVS. Fiat lux. Nulli alij iubet deus vt lucis opifex sit, sed ea quæ non sunt, vocat. Iussio hic voluntas est, omnia enim quæcunque voluit fecit. Quod si voce aliqua deus lucem condidit, id inuisibilium virtutum gratia fecit, vt scirent, ipso deo iubente ea quæ non sunt, ad esse produci. Aliter. Prolatiuum quidem dei verbum est, fiat, sed quod prolati verbi vim minimè habeat, sed quia aliter à nobis intelligi non poterat, arcanum dei consilium hoc modo patefecit. IVNILIVS. Fiat lux, & facta est lux. Congruit operibus dei, vt mundi ornatum à luce incipiat, qui cum ipse sit lux vera, lucemque habitet inaccessibilem, cuius batissima visione mox creati in cœlis cœlorum angeli, iam perfrui cœperant. Aptè quoque huic seculo ornando, primam materialis gratiam lucis donauit, vt esset vnde cætera quæ crearet apparerent. Si autem quæratur, quibus in locis iubente deo facta sit lux, cum adhuc abyssus omnem terræ amplitudinem contegeret, patet profectò, quia in superioribus eiusdem terræ partibus, quas & nunc diurna solis lux lustrare consueuit, tunc principalis illa lux emicuit. Nec mirandum nobis diuina operatione lucem in aquis posse resplendere, cum & hominum operatione constet eas sæpius illustrari, nautarum videlicet, qui in profundo maris demersi, ex ore oleo perspicuum sibi hoc ac lucidum reddunt. Si enim homo talia per oleum sui oris potest, quantam deus per spiritum oris sui lucem creare posse credendus est? Præsertim cum multò rariores quàm modò in terris videre solemus, aquæ in principio factæ fuisse credendæ sint, priusquàm in locum essent vnum, vt appareret arida, congregatæ. HVGO DE SANCTO VICTORE. Principium ergo diuinorum operum fuit creatio lucis, quando ipsa lux non materialiter de nihilo creata est, sed de præiacenti illa vniuersitatis materia formaliter facta est, vt lux esset, & vim ac proprietatem lucendi haberet. Hoc opus prima die factum est, sed huius operis materia ante primam diem creata est. Moxque cum ipsa luce dies cœpit, quia ante lucem nec nox fuit, nec dies, etiam si tempus fuit. Si autem quæritur qualis hæc lux fuit, corporea an incorporea: & si corporea, cuiusmodi corpus habuit, & vtrum vno loco circunscripta, an vbique diffusa, vtrum in motu, an immobilis. Quantum ego arbitror rectissimè respondetur, corporalibus rebus & visibilibus illuminandis, non nisi lucem corpoream congruere potuisse. Omne autem corpus quantumlibet subtile & spirituali naturæ approximans, loco circunscribi necesse est. Rursumque nisi mobilis fuisset lux illa, nequaquam alterna vicissitudine diem ac noctem distinguere, nec temporis spatium vllatenus sine motu peragere valuisset. Secundum hanc itaque considerationem, conuenientius puto, vt credamus lucem illam in principio factam ad illuminanda corpora, sine dubio corpoream fuisse, quale fortasse esse potuisset corpus aliquod lucidum, cuius præsentia cuncta illustrarentur, quemadmodum nunc in sole videri potest, ipsamque vice & loco solis factam, vt interim motu suo circumagitaretur, & noctem diemque discerneret. Cum qua quia dies prima exorta est, ego crediderim magis illam quando facta est, ibidem primò apparuisse, vbi sol quotidiano cursu circunuectus, oriens emergit, vt eodem tramite circuncurrens, ac primò ad occasum descendens, vesperam faceret, & deinde reuocata ad ortum, hoc est, mane, ante ortum sequentis diei illustraret. Et propterea quia primus dies auroram præcedentem non habuit: quoniam antequam lux crearetur, plenæ tenebræ fuerunt, mox autem luce apparente super terram, plenus dies, propterea quod à perfecto opus dei inchoari debuisset, ideo dixisse scripturam, Factum est vespere & mane dies vnus. Ergo illud primum momentum temporis, quando creata est omnium visibilium inuisibiliúmque natura, nec nox fuit, nec dies, & tamen tempus fuit, quia mutabilitas fuit. Postea verò continuò luce facta, diuisæ sunt tenebræ & lux, & tempus iam per diem & noctem distingui cœpit. Ergo nemo dicat, quomodo ante factum solem dies esse potuit, quia antequam sol fieret, lux erat. Et vidit (inquit) deus lucem quod esset bonum, & vocauit lucem diem & tenebras noctem. Et ipsa lux tres illos primos dies faciebat antequam sol fieret, & illuminaret mundum. Sed quid significat, quod non statim factus est sol, ex quo lucem fieri oportuit, sed vt quasi lux esset, priusquàm clara lux? Et fortassis confusio, plena luce digna non erat, aliquam tamen lucem accepit, vt videret exire ad ordinem & dispositionem. THOMAS. Quidam dicunt lucem illam fuisse quandam nubem lucidam, quæ postmodum facto sole in materiam præiacentem rediit. Sed istud non est conueniens. Quia scriptura in principio Geneseos commemorat institutionem naturæ, quæ postmodum perseuerat. Vnde non debet dici, quod aliquid tunc factum fuerit, quod postmodum esse desierit. Et ideo alij dicunt, quod illa nubes lucida adhuc remanet, & est coniuncta soli, vt ab eo discerni non possit. Sed secundum hoc illa nubes superflua remaneret. Nihil autem est vanum in operibus dei. Et ideo alij dicunt, quod ex illa nube formatum est corpus solis. Sed hoc etiam dici non potest, si ponatur corpus solis non esse de natura quatuor elementorum, sed esse incorruptibile per naturam. Quia secundum hoc materia eius non potest esse sub alia forma. Et ideo est dicendum, vt Dionysius dicit quarto capite de Diuinis nominibus, quod illa lux fuit lux solis, sed adhuc informis, quantum ad hoc, quod iam erat substantia solis, & habebat virtutem illuminatiuam in communi, sed postmodum data est eis specialis & determinata virtus ad particulares effectus. HVGO DE SANCTO VICTORE. Cum autem dicitur in scriptura, prima die facta est lux, secunda die factum est firmamentum, tertia die congregatæ sunt aquæ. Quarta die facta sunt luminaria, non modo primùm cum facta dicuntur, hæc de nihilo lector creata existimet, sed potius de ipsa (quæ prius creata erat de nihilo) materia formata intelligat. Etiam si aliquando verbum creationis positum reperit, vt est ibi, Creauit deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, nam non ad materiam qua esse cœperunt, sed ad formam qua hoc quod sunt esse cœperunt, referendum esse sciat. AVGVSTINVS LIBRO VNDECIMO DE CIVITATE DEI. Fiat lux, & facta est lux. Aut ergo aliqua lux corporea est, siue in superioribus mundi partibus, longè à conspectibus nostris,

Lib. ro. 1. de fac. cap. 9.

1. par. q. 67. ar. 1. ad 2.

Vbi supra cap. 7.

Cap. 7.

A bus nostris, siue vnde sol postmodum accensus est. Sed qualis illa sit lux, & quo alternante motu, qualemq; vesperam & mane fecerit, remotum est à sensibus nostris, nec ita vt est, intelligi à nobis potest, quod tamen sine vlla hæsitatione credendum est. Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis & spiritibus beatis, de qua dicit Apostolus, Quæ sursum est Hierusalem, mater nostra in cœlis. Ait quippe & alio loco, Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum. IDEM SVPER GENESIM AD LITERAM. Lux die prima facta spiritualis vel corporalis intelligitur. Si spiritualis, non illa patri coæterna, per quam facta sunt omnia, sed de qua dicitur, primò omnium creata est sapientia, id est intellectualis & angelica vita, quæ nisi ad creatorem illuminãda conuerteretur, fluitaret informiter. Cum autem conuersa & illuminata, formata est, & factum, quod in verbo dei scriptum est, fiat lux. Quæ & cœlum primò dicta est, cũ dicitur, In principio fecit deus cœlum & terram. THOMAS. Formatio igitur spiritualis naturæ significatur secundum Augustinũ in productione lucis, vt intelligatur de luce spirituali. Formatio enim eius intelligitur, per hoc quod illuminatur vt adhæreat verbo dei. Non autem illa formatio quæ est per gloriam perfecta, cum qua creata fuit, sed quæ est per gratiam perfecta, cum qua creata fuit. EVCHERIVS. In hac ergo luce historialiter recapitulatur creatio angelorum, qui pro participatione æternæ lucis, lux & dies nuncupati sunt. Quorum vnitas vt ostenderetur, in sequentibus non est dictum, dies primus, sed dies vnus. RVPERTVS. Nam melius magni & nominatissimi patres intellexerunt, naturam angelicam lucis nomine hic significatam. Eorum sensum rationabilem magis approbamus & sequimur, angelicam creaturam rectè lucem esse appellatam, lucem intellectualem, lucem (inquam) non solùm quia vim discernendi habentem, verùm etiam quia veri & incircunscripti luminis gratia refulgentem. Nec verò pro similitudine, sed pro re vera lucem dicimus appellatam, id est non ideo quod ad similitudinem visibilis lucis illius sunt facti, sed vt cognoscat spiritualis homo sic sanctos angelos in eadem fœlicitate differentis esse honoris & gloriæ, sicut stella differt à stella in claritate, & sic eos in cõparatione solis æterni, scilicet creatoris sui, veram lucẽ non esse, sicut stellæ circa solem, in toto hemisphærio nequeunt suum lumen ostendere. Sed quid putamus ne quod de cœlo fuerint angeli, & non potius hic facti, & in cœlum translati? Nempe non magis angeli facti sunt in cœlo, quam homo plasmatus in paradiso, plasmatus quippe fuit homo extra paradisum, & positus in paradiso, sicut scriptum est, Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Ita nimirum & angeli extra paradisum conditi, & in cœlum translati, non natura, sed gratia cœlum inhabitãt. De cœlo nanque nemo venit, nisi qui super omnes est, quia spiritus simplex est, & nullo compositus est, Vnde & humanum spiritum cum corpore induere potuit, quod facere nemo potuisset ex spiritibus angelicis. GLOSSA. Locus hic ita Hebraice habetur יְהִי אוֹר וַיְהִי אוֹר Iehi or, vaihi or, id est fiat lux, & facta est lux. Haia enim verbũ, & esse & fieri significat. Et hinc est, quod Chaldaica æditio, sit lux, & fuit lux, legit. Septuaginta autem γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, hoc est, fiat lux, & facta est lux. CAIETANVS. Et quemadmodum dicendo, dixit deus, declaratur deus agens à propositio, & dicendo, sit lux, excluditur coæternitas lucis ad deum, ita dicendo & facta est lux, significatur efficacia diuini dicere, quod fuit in rerum natura lux imperata, fuit autem in principio temporis, pro quo fore imperata est.

Et uidit deus lucem quòd esset bona. BASILIVS. Quas laudes nos dixerimus ipsa luce dignas, quæ testem suæ pulchritudinis ipsum iam suum habuit creatorem, si bonam pro pulchra sumpserimus? Nam & apud nos oratio cedit oculis iudicioq; ipsorum, quippe cum tantum de ipsa dicere nequeat, quantum aspectus antecedens testatur. At si bonum pulchritudoq; corporis partium inter se moderatione coloreq; probo resultat, quonam quęso pacto ratio pulchri in ipsa luce simplici prædita natura partibusq; similibus consistit, ac conseruatur? An moderamentum in luce, non eius propriis partibus, sed in congressione cum visu moderata, dolore vacante, blandaq; cõsistit? Sic enim & aurum pulchrũ esse constat, non partiũ inter sese moderatione, sed quod suo solo probo colore visum inuitat ac allicit, aspectu iucundum est. Sic & Lucifer hesperusq; pulcherrimus est stellarum, non propterea quod eas partes ex quib⁹ constat, ratam rationem obtineat subeuntes, sed quia splendorem suum ad oculos cum indolentia voluptateq; appellat. At enim iudicium in præsentia de bonitate lucis, non ad oblectamentum omnino visus modo respicientis est allatum, sed ad commodum etiam prospicientis ab ipsa luce postea prouenturũ. Nondum enim erant oculi, qui de lucis pulchritudine dignoscere iudicareq; possent. AMBROSIVS. Et vidit deus lucem quod esset bona. Nec quod ignorabat vidit, nec id quod nesciebat antè, aut non viderat cõprobauit. Sed bonorum operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cum videntur, ipsa testentur. Plus est quod probatur aspectu, quàm quod sermone laudatur. Suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio. Quod si apud nos oculis iudicium emittitur, quibus simul & gratia venustatis, & rerũ mensura comprehenditur, quantò magis deus omnia quæ probat videt, & quæ videt probat, secundum quod scriptũ est, Quia oculi domini super iustos? Lucis natura huiusmodi est, vt non in numero, non in mensura, non in ponderе vt alia, sed omnis eius in aspectu gratia sit. Propriis itaque sermonibus naturam lucis expressit, quæ videndo complacet, quoniam ipsa videndi officium subministrat. Nec immeritò tantum sibi prædicatorem potuit inuenire, à quo iure prima laudatur, quoniam ipsa fecit, vt etiam cætera mundi membra digna sint laudibus. Vidit ergo deus lucem, & vultu suo illuminauit, & vidit quia bona est. Non ex parte dei, sed ex generali iudicium est. Itaque non in splendore tantummodo, sed in omni vtilitate gratia lucis probatur. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Ista ergo sententia non quasi insoliti beneuolentiam, sed approbationẽ operis significare oportet intelligi. Quid enim conueniẽtius de deo dicitur, quantũ inter homines dici potest, quã cũ ita ponit, dixit, Factũ est, placuit? ita vt in eo quod dixit, imperiũ ei⁹ intelligat, in eo quod factũ est, potentia, in eo quod placuit, benignitas, sicut ineffabilia per hominẽ hominibus, ita vt prodessent dici debuerunt. THOMAS. Et sic in vtroque opere creationis & formationis, trinitas personarũ insinuatur. In creatione quidem, persona patris per deum creantem, persona filij, per principium in quo creauit, spiritus sancti qui super fertur aquis. In formatione verò persona patris, in deo dicente, persona filij, in verbo quo dicitur, persona spiritus sancti in complacentia, qua vidit deus esse bonum quod factum erat. Cognitio autem diuinarum per-

Ibidem ar⁹ 4. in resp.

1. Cor. 15.

Vbi sup q. 74. ar. 3. ad 3

 sonarum fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima parte quæst. 32. art. 1. ad. 3.

sonarum fuit necessaria nobis dupliciter: Vno modo, ad rectè sentiendũ de creatione rerum. Per hoc enim quod dicimus deum omnia fecisse verbo suo, excluditur error ponentium deum produxisse res ex necessitate naturæ. Per hoc autem quod ponimus in eo processionem amoris, ostenditur quod deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde & Moyses postquam dixerat: In principio fecit deus cœlum & terram, subdit: Dixit deus, fiat lux, ad manifestationem diuini verbi. Et postea dixit: Vidit deus lucem quod esset bona, ad ostendendum processionem diuini amoris. Et similiter in aliis operibus. Alio modo & principalius, ad rectè sentiendum de salute generis humani, quæ perficitur per filium incarnatum, & per donum spiritus sancti. AVGVSTINVS. I. DE GENESI AD LITERAM. Rebus itaque ex illa inchoatione perfectis atque formatis. Vidit deus quia bonum est, placuit enim quod factum est vt maneret, in ea benignitate qua placuit vt fieret. Duo quippe sunt propter quæ amat deus creaturam suam, vt sit, & vt maneat. Vt ergo esset quod maneret, spiritus dei superferebatur super aquam: vt autem maneret, vidit deus quia bona est. Et quod de luce dictum est, hoc & de omnibus, manent enim quædam supergressa omnem volubilitatem temporalem in amplissima sanctitate sub deo, quædam vero secundum sui temporis modos, dum per decessionem successionémque rerum, seculorum pulchritudo cõ-

Vbi supra. texitur. THOMAS. In hoc enim significatur quædam complacentia dei artificis in re facta, non quod alio modo cognosceret aut placeret ei creatura iam facta, quàm antequam faceret. PROSPER IN SENTENTIIS. Tria quædam nobis maximè scienda de conditione creaturæ oportuit intimari, Quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: Dixit deus, inquit, Fiat lux, & facta est lux. Et vidit deus lucẽ quod bona esset. Si ergo quærimus quis fecerit, Deus est, si per quid fecerit, Dixit: Et facta est: Si quare fecerit, Quia bona est. Nec auctor excellétior est deo, nec ars efficacior dei verbo, nec causa melior, quã vt bonũ crearet à bono. CHRYSOSTOMVS. Et vidit deus lucẽ quod esset bona. Vide hic dilecte, quanta verborũ humilitas. Quid ait? Num priusquã fieret lux, nesciebat quod bona? Sed postquã producta fuit, oculus primum ostendit opifici pulchritudinẽ & bonitatẽ productæ? Et quis cui cor est, tale quiddã diceret? Nam si homo qui aliquid per artem operatur, priusquam fabricet quod vult facere, & priusquam formet, scit vsum eius quod elaborare statuit, quanto magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt essent produxit, sciebat antequam lucem faceret, quod esset bona? Quare ergo hac dictione vsus est? Demittit se, & iuxta humanam consuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille Propheta. Et quemadmodum homines, cum magnum aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis imposuerint, tunc tandem probant quid fecerint, & opus laudibus extollunt. Ita & diuina scriptura solet, & nunc cum se ad nostrarum aurium infirmitatem demisit, & dixit: Et vidit deus lucem quod esset bona.

THEODORETVS. Vel hoc ait, vt ingrati animi homines induceret, vt reprehensioni non darent ea quæ diuino suffragio bona nominantur. IVNILIVS. Non ergo veluti incognitam antea repente lucem

Vbi supra. cap. 13. videns, laudauit, quia bonam didicit, sed eam quam laudabilem se facturum nouerat, iam factam, hominibus laude dignam ac mirandam esse declarauit. INTERLINEARIS. Vel vidit deus lucem quod esset bona, id est videri voluit seu fecit, vel placuit ei in sua essentia, quod prius placuerat in præscientia. HVGO DE SANCTO VICTORE. Per lucem ergo probauit deus lucem, quia in luce incõmutabili, vidit quod lux ista commutabilis suo modo & ordine bona esset. RVPERTVS. Sed & aliter. Notandum imprimis quod

Matth. 19. dictum est, vidit deus lucem quod esset bona. Nemo enim bonus nisi vnus deus. Porrò quicunque bonus prædicatur, siue homo, siue angelus, non nisi respectu dei boni, rectè bonus prædicatur: quia cùm nemo sit bonus, nisi vnus deus, quicunq; bonus est, vel esse dicitur, non nisi intantũ bonus est, inquantum bono deo participatur. Proinde non dictum est: Vidit deus terram quòd esset bona, vel luminaria quòd essent bona, quia videlicet bonitatis capacia non sunt. Dictum est autem de singulis, vidit deus quòd esset bonum, id est bona res, bona (inquam) id est vtilis res. Sola nanque rationalis creatura diuinæ bonitatis, id est spiritus dei capax est, & ideo homo vel angelus tantummodo bonus absolute dicendus est, videlicet inquantum homo vel angelus boni dei particeps factus est. Igitur & hoc ipsum iudicium quo vidit deus lucem quod esset bona, lucem illam cogit intelligi, quæ capax diuinæ est bonitatis, lucem rationalem, lucem intellectualem, angelicæ creaturæ splendidam dignitatem. Quomodo autem dictum est, & vidit deus lucem quòd esset bona? Nónne antequam faceret, hoc ipsum viderat, quia facere bonum erat? Nónne & Euangelista sic dicit de verbo isto in quo dixit, Fiat, quia quod factum est, in ipso vita erat? Ergo quod vidit, id est iusto iudicio ponderauit, & conspectu suo dignam duxit. CAIETANVS. Et vidit deus lucem quod esset bona. Hebræa litera caret verbo esset. Consídera ordinem. Ad similitudinem artificis primo creat cœlos, deinde quasi informes cœlos (vtpote obscuros) formando, imperat esse lucem formam diaphanorum, tertio videndo (non ex relatione percipiendo) vtilitatem, appetibilitatem ac bonitatem lucis à se factæ, illam approbat. Sicut enim ex hoc quod artifex videt opus à se factum esse bonum, ipsius iudicio decernitur bonum, ita multò magis ex hoc quod deus vidit ab æterno lucem in principio temporis factam, & esse & fore bonam, ipsius dei iudicio habemus lucis bonitatem, & vnde reiiciamus stultitias dogmatizantium quod creaturæ sensibiles non sunt secundum se bonæ. Et bene nota, quod non est sermo in specie de sole, luna, aut stellis, sed de luce, non alia à luce solis, lunæ & stellarum, sed aliter significata ac nominata. Quemadmodum enim cœlum describitur prius natura obscurum, posterius natura formatum luce, ita prius natura describitur facta lux cœlestis, & posterius natura distincta in solem, lunam & stellas, quia & prius natura est cœlestis lux vt sic, quàm sit ipsamet vt distincta in solem, lunam, & stellas. GLOSSA. Hebraica lectio est וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת הָאוֹר כִּי טוֹב vaiar elohim ethhaor schi tob, id est, & vidit deo lucẽ quod bona. Tob enim, idẽ est quod bonus, optimus, pulcher, decorus, beneplacens, bonum siue bonitas, & est generis masculini. Septuaginta καὶ ἴδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι καλόν, hoc est, & vidit deus lucem, quod bona. Chaldaica autem habet verbum esset, quod & nihilominus vbi abest, subintelligitur. Sicut ergo laudare cõsueuimus quod accurate elaboratũ videmꝰ, sic scriptura nihil de deo digne loqui valens, veluti infirmis loquitur, & blanditur infantiæ nostræ, quasi deus laudauerit opus suum in quo ei complacuerit, probauerítque lucem, & ideo bona dicitur, quia à domino probatur, vnde est omne bonum.

A num. IVNILIVS. Verùm quia non totas mundi tenebras luce infusa dispulit (hoc enim superni est seculi, fixa ac perpetua luce perfrui) sed ab vna illum parte illustrans, aliam reliquit, obscuram, rectè subditur. Et *diuisit lucem à tenebris.* BASILIVS. Id est, naturam istarum talem effecit, vt miseri non possint, oppositæque sint perinde atque contraria. Nam maximo interuallo eas seiunxit, & inter se separauit. AMBROSIVS. Fit ergo inter lucem & tenebras discretio, vt separata lucis natura atque tenebrarum, nihil videatur inter se habere cõfusum. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Et diuisit deus inter lucẽ & tenebras. Hinc intelligi licet, quanta diuini operis facilitate ista dicantur effecta. Non enim quisquam est, qui sic æstimet lucem factam, vt esset confusa cum tenebris, & ob hoc postea separationis indigeret, sed eo ipso quo lux facta est, consequuta est etiam diuisio inter lucem & tenebras. Quæ enim societas lucis cum tenebris? Deus ergo diuisit inter lucem & tenebras, quia lucem fecit, cuius absentia tenebræ vocantur. Interest autem inter lucem & tenebras, sicut interest inter vestimentum & nuditatem, aut plenum & inane, & si-

B milia. Sciendum verò, quod deus species & naturas ipsas rerum facit & ordinat, priuationes autem specierum, defectúsque naturarum, non facit sed ordinat tantùm. Propterea dicitur, Dixit itaque deus: Fiat lux, & facta est lux. Non dixit, fiant tenebræ, & factæ sunt tenebræ, quæ nil aliud sunt quàm lucis illius priuationes, quæ ad nihilum pertinent. Horum ergo vnum fecit, alterum non fecit, vtrunque tamen ordinauit, cum diuisit deus inter lucem & tenebras, ne vel ipsæ priuationes non haberent ordinem suum, ipso cuncta regente atque ministrante. Sicut in cantando, interpositiones silentiorum certis moderatísque interuallis quanuis vocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab iis qui cantare sciunt, & suauitati vniuersæ cantilenæ aliquid conferunt. Et vmbræ in picturis eminentiora quæque distinguunt, ac non specie, sed ordine placent. Sic & viciorum nostrorum

C non est auctor deus, sed ordinator, cum eo loco peccatores constituit, & ea perpeti cogit quæ merentur. Iustos autem & facit & ordinat, peccatores autem in quantum peccatores sunt, non facit, sed ordinat tantùm. Ita & ipso faciente pulchra sunt singula, & ipso ordinante pulchra sunt omnia. CHRYSOSTOMVS. Et distinxit deus inter lucem & tenebras. Quid est distinxit? vnicuique locum proprium distribuit, congruúmque tempus definiuit, ac suam cuique regionẽ assignauit. Nam ab initio cuiq; suos terminos præfixit, quos perpetuo absque impedimento custodiret, id quod cuilibet qui mediocriter sapit, contueri licet, quomodo ex eo tempore vsq; in istud præsens, neque lux terminos suos transgressa sit, neque tenebræ suum ordinem præterierint, confusione & de ordinatione quadam introducta. Sanè hoc vnum ingratis sufficere deberet, vt credant & obediant his quæ à diuina scriptura dicta sunt, ita vt vel elementa imitentur, quæ cursum suum perpetuò seruant, & mensuram suam non egrediuntur, sed agnoscunt propriam naturam. IVNILIVS. Et diuisit lucem à tenebris. Diuisit nanque eas, non solum qualitatis, sed & locorum distantia. Lucem enim in superiore orbis parte diffundensdo, in qua humana erat conuersatio futura, inferiora vero eius prisci is in tenebris remanere sinendo. THEO-

D DORETVS. Aliter. Diuisit non loco, sed cursu. Vel diuisit, medium dicit duodecim horarum diei ac noctis. Aut quemadmodum quod medium est inter me ac te, non personam quandam significat, quæ inter nos posita sit, ita neque hoc loco, sed lucis illustrationem & recessum declarat. THOMAS. Distinctio ergo lucis Vbi sup. q. 67. arti. 4. ad. 2. est à tenebris, quantum ad tria. Primò quidem quantum ad causam, secundum quod in substantia solis erat causa luminis, in opacitate autem terræ, causa tenebrarum. Secundò quantum ad locum, quia in vno hemisphærio erat lumen, in alio tenebræ. Tertiò quantum ad tempus, quia in eodem hemisphærio secundum vnam partem temporis, erat lumen, secundum aliam tenebræ. AVGVSTINVS VNDECIMO DE CIVITATE Cap 9 DEI. Sed si cum lux illa prima facta est, angeli creati intelliguntur, sic etiam inter sanctos angelos & immundos fuit discretum, vbi dictum est, Et diuisit deus inter lucem & tenebras, solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit, etiam priusquam caderent, præscire casuros, & lumine priuatos veritatis, in tenebrosa super-

E bia remansuros. Inter illam ergo lucem quæ sancta societas angelorum est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est malorum angelorum auersorum à luce iustitiæ teterrimas mentes, ipse diuidere potuit, cui etiam futurum non naturæ, sed voluntatis malum, occultum aut incertum esse non potuit.

EVCHERIVS. Diuisio itaque lucis à tenebris, boni angeli separati à malis. Et quia ex his quosdam præsciebat per superbiam casuros, per incommutabilitatem præscientiæ suæ diuisit inter bonos & malos. In his discens, vidit deus quia boni sunt, in illis nullatenus dicens, sicut in omnibus operibus dei, Vidit deus quia bonum est, ne malum præuaricatorum videretur approbare angelorum. THOMAS. Et sic facta est distinctio, à te- Vbi sup. ar. eo. ad 4. nebris spiritualibus, non quæ tunc essent, quia diabolus non fuit creatus malus, sed quas deus futuras præuidit.

RVPERTVS. Vel terribile his verbis dei iudicium contra diabolum factum insinuatur. Quæ enim sunt istæ tenebræ, nisi omnes angeli satanæ cũ eodẽ suo principe? Has itaq; tenebras deꝰ lucẽq; diuisit, quia malos angelos à bonis separauit, diuisit (inquã) separatiõe immutabili, ita vt nec illi qui ceciderũt, resurgere, nec illi qui cũ

F peccare possent, peccando cadere noluerũt, vlterius vnquã habeãt, vel possint peccãdo cadere. Verbo nanq; dei Psal. 32. cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis ornatus eorũ. Ista lux, isti sunt cœli, lux (inquã) quam deus à tenebris diuisit, & cœli quos verbo suo, quos spiritu, id est amore suo deus firmauit, vt iam obscurari vel dissolui nõ possint. Vnde autem venerunt istæ tenebræ iam dictum est, videlicet vnde venit prædicta lux, inde venerunt istæ tenebræ, fuerunt enim lucentes angeli, & proprio vitio facti sunt dæmones tenebrosi. Nec enim dei voluntate angelus aut homo periit. CAIETANVS. Et diuisit lucem à tenebris. Non est sermo de diuisione quiditatiua, sed de diuisione locali, hoc est, secundum diuersitatem hemisphæriorum. Et est sensus, quod deus non fecit lucem illuminantem simul vtrunq; hemisphærium, si enim lux cœlestis simul illuminaret vtrunq; hemisphæriũ (puta si essent multi soles fixi in diuersis hemisphæriis) nulla esset nox, quia nullus relinqueret locꝰ vmbræ terræ, nam vmbra terræ totius vocatur nox, sed deus fecit lucem tantã in tali loco, & in tanta distantia à terra, vt terræ vmbræ locus relinqueretur, & hoc est deum diuisisse inter lucem & inter obscuritatem. GLOSSA. Locus hic Hebraice legitur, וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ Vaiabdel elohim ben haor vben hahósech, id est, Et diuisit deus inter lucem & inter tenebras. Sic habet & Chaldaica, sic & Septuaginta. Sensus tamen idem est cum nostra

Universidad de Deusto
Biblioteca

æditione. Deniq; (inquit) præfixit deus tam tenebris quàm luci proprios terminos, loci, temporis, motuum, ac no G
minũ. Vnde & sequitur. *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.* BASILIVS. Nunc quidem post solem
factum, dies is aër est, quem sol illuminat, cum est in eo dimidio globi, qui super terrã est collocatus, at nox vm-
bra terræ, quæ fit occultante se sole. Tunc autem dies fiebat, vicissimq; nox accedebat, non motione lustrationé-
que solis, sed illa primò genita luce sese diffundente, rursumq; contrahente, ea sanè mensura, quæ à deo fuerat de-
finita. AMBROSIVS. Et vocauit deus lucem diem, & tenebras noctem, vt & nomine ipso diem noctém-
que distingueret. Aduertimus itaque, quod lucis ortus antequam solis diem videatur aperire (principia enim di-
ei noctis exitum claudunt) finisq; temporis, & statutus limes nocti & diei videatur esse præscriptus. Diem sol cla
rificat, lux facit. Frequenter cœlum nubibus texitur, vt sol tegatur, ne vllus radius eius appareat, lux tamen diem
demonstrat, & tenebras abscondit. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFE-
CTO. An ista vocatio, accipienda est ipsa distinctio? Non enim omnis lux dies, aut omnes tenebræ nox. Sed H
lux & tenebræ certis inter se vocibus ordinatæ atque distinctæ, diei & noctis nominibus appellantur, omne quip
pe vocabulum ad distinctionem valet. Fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucem & tenebras, hoc est vocasse lu-
cem diem, & tenebras noctem, vt hoc sit ordinasse ista, quod vocasse. An ista vocabula significare nobis volunt,
quam lucem dixerit, & quas tenebras? Tanquam diceret, fecit deus lucem, & diuisit inter lucem & tenebras, Lu-
cem autem dico diem, & tenebras dico noctem, ne aliquam aliam lucem intelligas, quę non sit dies, & ne aliquas
alias tenebras intelligas, quæ non sint nox. Nam si omnis lux dies posset intelligi, & omnes tenebræ noctis nomi
Vbi supra. q. 69. ar. 1. ad 5. ne cenſerentur, fortasse non opus esset dicere, & vocauit deus lucem diem, & tenebras noctem. THOMAS.
Potest ergo dici etiam secundum Rabbi Moysen, quod vbicunq; dicitur, quod vocauit, significatur æquiuocatio
nominis. Quod ergo dicitur, Vocauit lucem diem, propter hoc dictum est, quia etiam dies vocatur spacium vi-
gintiquatuor horarum. IVNILIVS. Vel, appellauit, dictum est, appellari fecit. Quia sic distinxit omnia & I
ornauit, vt & dies cerni possent, & nomina accipere. Sic enim dicimus, ille pater familias ędificauit istam domũ,
id est ædificari fecit, & multa talia per omnes libros diuinarum scripturarum inueniuntur. Hoc ad intellectum
nostrum dictum est. Qua enim lingua appellauit deus lucem diem, & tenebras noctem? Vtrum Hebræa an Græ-
ca, an alia lingua? Et sic omnia quæri possunt, quæ vocauerit, & qua lingua vocauerit. Sed apud dominum purus
intellectus est, sine strepitu & diuersitate linguarum. RVPERTVS. Sed aliter. Appellauitq; deus lucem di
Psal. 103. em, & tenebras noctem. Non de his tenebris loquitur quæ per lucis fiunt recessum, quarum à luce diuisio, bonũ
est vt positis iuxta Psalmistam illis, & facta nocte, in ipsa pertranseant omnes bestiæ syluę. Orto autem sole, exeat
Esaiæ. 45. homo ad opus suum, nocturna refectus quiete. Has enim tenebras à laude boni nunquam excluſit, quas & laudi
suæ ascribens, Ego (inquit) dominus, & non est amplius, formans lucem, & creans tenebras. Sed tenebras & diem
spirituales, videlicet bonorum angelorum pulchritudinem, & malorum horridam tetramq; fœditatem accipe-
1. ad Thes. 5. re debemus, quibus nominibus res eaſdem nuncvsq; spirituales viri appellant. Verbi gratia, Paulus cum dicit, O- K
mnes vos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis & tenebrarum. Et multa ad hunc modum. Appellasse au-
tem diem & noctem dicitur deus, non quia vel Hebraicè vel Græcè, vel Latinè fuerit locutus, quippe qui nec
linguam, nec labia quæ moueret habuit, nec enim est corporeus siue localis, sed quia sententiam cuique parti fir-
mam posuit, quæ vlterius mutari non possit. Hæc appellatio diei, stabilimentum est felicitatis, firmamentum gra
tiæ & honoris, vt amplius lux illa quæ hoc nomen ex ore dei semel accepit, diesque vocari meruit, iam non pos-
sit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni, quę tunc apostatantib⁹ spiritibus lucifu-
Iaco. 1. ęta sit ad similitudinem patris luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et cõ
trà noctis appellatio, firma & stabilis est, ex ore eiusdem incommutabilis dei semel prolata tenebrarum damna-
que distingueret. Aduertimus itaque, quod lucis ortus antequam solis diem videatur aperire (principia enim di-
rificat, lux facit. Frequenter cœlum nubibus texitur, vt sol tegatur, ne vllus radius eius appareat, lux tamen diem
demonstrat, & tenebras abscondit. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFE-
CTO. An ista vocatio, accipienda est ipsa distinctio? Non enim omnis lux dies, aut omnes tenebræ nox. Sed H
lux & tenebræ certis inter se vocibus ordinatæ atque distinctæ, diei & noctis nominibus appellantur, omne quip
pe vocabulum ad distinctionem valet. Fortasse ergo ipsum diuisisse inter lucem & tenebras, hoc est vocasse lu-
cem diem, & tenebras noctem, vt hoc sit ordinasse ista, quod vocasse. An ista vocabula significare nobis volunt,
quam lucem dixerit, & quas tenebras? Tanquam diceret, fecit deus lucem, & diuisit inter lucem & tenebras, Lu-
cem autem dico diem, & tenebras dico noctem, ne aliquam aliam lucem intelligas, quę non sit dies, & ne aliquas
alias tenebras intelligas, quæ non sint nox. Nam si omnis lux dies posset intelligi, & omnes tenebræ noctis nomi
Vbi supra. q. 69. ar. 1. ad 5. ne cenſerentur, fortasse non opus esset dicere, & vocauit deus lucem diem, & tenebras noctem. THOMAS.
Potest ergo dici etiam secundum Rabbi Moysen, quod vbicunq; dicitur, quod vocauit, significatur æquiuocatio
nominis. Quod ergo dicitur, Vocauit lucem diem, propter hoc dictum est, quia etiam dies vocatur spacium vi-
gintiquatuor horarum. IVNILIVS. Vel, appellauit, dictum est, appellari fecit. Quia sic distinxit omnia & I
ornauit, vt & dies cerni possent, & nomina accipere. Sic enim dicimus, ille pater familias ędificauit istam domũ,
id est ædificari fecit, & multa talia per omnes libros diuinarum scripturarum inueniuntur. Hoc ad intellectum
nostrum dictum est. Qua enim lingua appellauit deus lucem diem, & tenebras noctem? Vtrum Hebræa an Græ-
ca, an alia lingua? Et sic omnia quæri possunt, quæ vocauerit, & qua lingua vocauerit. Sed apud dominum purus
intellectus est, sine strepitu & diuersitate linguarum. RVPERTVS. Sed aliter. Appellauitq; deus lucem di
Psal. 103. em, & tenebras noctem. Non de his tenebris loquitur quæ per lucis fiunt recessum, quarum à luce diuisio, bonũ
est vt positis iuxta Psalmistam illis, & facta nocte, in ipsa pertranseant omnes bestiæ syluę. Orto autem sole, exeat
Esaiæ. 45. homo ad opus suum, nocturna refectus quiete. Has enim tenebras à laude boni nunquam excluſit, quas & laudi
suæ ascribens, Ego (inquit) dominus, & non est amplius, formans lucem, & creans tenebras. Sed tenebras & diem
spirituales, videlicet bonorum angelorum pulchritudinem, & malorum horridam tetramq; fœditatem accipe-
1. ad Thes. 5. re debemus, quibus nominibus res eaſdem nuncvsq; spirituales viri appellant. Verbi gratia, Paulus cum dicit, O- K
mnes vos filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis & tenebrarum. Et multa ad hunc modum. Appellasse au-
tem diem & noctem dicitur deus, non quia vel Hebraicè vel Græcè, vel Latinè fuerit locutus, quippe qui nec
linguam, nec labia quæ moueret habuit, nec enim est corporeus siue localis, sed quia sententiam cuique parti fir-
mam posuit, quæ vlterius mutari non possit. Hæc appellatio diei, stabilimentum est felicitatis, firmamentum gra
tiæ & honoris, vt amplius lux illa quæ hoc nomen ex ore dei semel accepit, diesque vocari meruit, iam non pos-
sit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni, quę tunc apostatantib⁹ spiritibus lucifu-
Iaco. 1. ęta sit ad similitudinem patris luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et cõ
trà noctis appellatio, firma & stabilis est, ex ore eiusdem incommutabilis dei semel prolata tenebrarum damna-
1. Reg. 15. tiæ & honoris, vt amplius lux illa quæ hoc nomen ex ore dei semel accepit, diesque vocari meruit, iam non pos-
sit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni, quę tunc apostatantib⁹ spiritibus lucifu-
ęta sit ad similitudinem patris luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Et cõ
trà noctis appellatio, firma & stabilis est, ex ore eiusdem incommutabilis dei semel prolata tenebrarum damna-
tio, vt quia venit illis pes superbiæ, & de loco suo moti, sua sponte ceciderunt, & iniquitatem operati sunt, iam
semel expulsi, non possint stare inconuertibiles apostatæ. Quanuis quorundam hæreticorum stulta compassio, L
quia deus qui non est homo vt mutetur, aut filius hominis vt mentiatur, semel huiusmodi lucem diem, & huius-
modi tenebras appellauit noctem, & sic vtranque sententiam posuit, quæ non præteribit. Proinde quisquis cum
Iob. 3. illo sentit, dicat verè, quia lux illa dies est, & illæ tenebræ nox. Hoc enim intuenti multa elucescunt in scripturis.
Verbi gratia, vt illud beati Iob, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est conceptus est homo. No-
ctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox il-
la solitaria, nec laude digna. Quod idem esse claret, ac si dixisset, Pereat ille, pereat (inquam) meritò, vt verè pe-
riit, id est lux siue dies desinat esse diabolus, in quo secundum Adam natus sum, qui non iam verè, sed simulatè
dies, verè autem nox est, qui iam non computabitur in diebus anni, nec numerabitur in mensibus, quia videlicet
semel obtenebratus, & nox effectus est, nulla vnquam mutatione in pulchritudinem reformabitur illius lucis, M
quam deus laude dignam ducens, diem appellauit. Sed dicit aliquis, hæc & huiusmodi per similitudines magis,
quàm secundum rerum naturam dicta sunt, id est non quod verè ciuitas illa cœlestis Hierusalem, cuius filij su-
mus, dies, aut quod illa ciuitas diaboli, cuius eramus quondam, verè nox sit: sed quod in illis quædam diei & no-
ctis similitudo sit, & per metaphoram dicuntur, quæcunq; scriptura loquitur in huiusmodi. Ad hæc inquam, Nõ
illa inuisibilia istorum visibilium, sed visibilia hæc illorum inuisibilium imagines & similitudines sunt. Non e-
nim illa propter hæc, sed hæc propter illa facta sunt. Et in illis veritas, in istis vmbra, imò & vanitas est. Vidi (in-
quit) Ecclesiastes, quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas. Verum quia apud sensus eorum qui de il-
lis inuisibilibus imbuuntur, ista priora sunt, & prius ab exulibus nobis cognoscuntur, quàm illa prima nostra quę
perdidimus, idcirco illa istis similia dicuntur, vt lippientes oculi quia cœlestium claritatem spectare nequeunt,
imagines eorum in istis speculis contemplentur. Igitur lucem, bonorum angelorum pulchritudinem diem, &
tenebras, id est malorum squalorem spirituum, deus sicut iam dictum est, appellauit noctem. CAIETANVS.
Appellauitq; lucem diem ac tenebras noctem. Scripsit hæc Moyses, vt manifestaret quòd deus est auctor non so-

lum

A lum rerum naturalium, sed etiam artificialium, qualia sunt nomina, & quòd deus singularia sensibilia & priua-
tiones (de quarum numero est obscuritas) intimè & nominatim nouit, vtpote propria illis nomina vocans.
GLOSSA. Appellauitq; deus lucem diem, & tenebras noctem. Dictio Hebraica יום Iom, accipitur aliquando
pro die artificiali duntaxat, id est pro tempore quo sol lucet super nostrum horizontẽ, & sic ponitur hoc in loco.
Nomina ergo imposuit deus luci & tenebris, diem nuncupando ac noctem. Diem quidem, lucis iam productæ
supra hemisphærium nostrum excursum, Noctem verò, oppositas illi & succedentes tenebras, ob intermediam
terræ opacitatem. *Factúmque est uespere & mane dies unus.* ORIGENES. Nõ dixit dies primus, sed dies vna,
quia tempus nondum erat antequam esset mundus, tempus autem esse incœpit cum mundo. BASILIVS.
Et facta est vespera, & factum est mane dies vnus. Vespera quidem terminus diei noctisq; communis est, mane
autem ad diem noctis & simili modo vicinitas accedentem. Vt igitur primas diei partes Moyses reddat, finem
B prius diei memorat, deinde noctis vltimum affert, quippe qui sequitur ipsum diem. Ante nanque lucem exortam
haud nox erat in mundo, sed tenebræ. Quod tamen ad diem vt oppositum, est distinctum, id est nox nuncupatũ,
& id, & nouam post diem sortitum est appellationem. Facta est igitur (inquit) vespera, factum est mane, quibus
diem noctémque significat, Non tamen diem & noctem hæc nuncupauit, sed præstabiliori totam tribuit appel-
lationem. AMBROSIVS. Sicut enim virorum generatio computatur, & intelligitur etiam fœminarum,
quia nectuntur secunda potioribus, ita etiam dies enumerantur, & noctes æstimantur adiunctæ. BASILIVS.
Hanc vtique consuetudinem inueneris in tota quoque scriptura, in metiendo tempore non vnà cum diebus no
ctes enumerari. Psalmorum cantor, Dies annorum nostrorum dicit. Et Iacob, Dies vitæ meæ parui sunt atq; ma-
li. Et rursum, Omnes dies vitæ meæ. Quo patet ea quæ nunc historiæ forma tradita sunt, institutiones ac leges
esse, ad ea quę deinceps dicenda essent atque agenda. Et facta est vespera, & factum est mane dies vnus. Quam ob
causam non dixit primum diem, sed vnum, vbi magis conueniebat allaturum ordine secundum diem, & tertiũ,
C & quartum, eum qui omnes anteibat, primum appellasse diem, non vnum? An diei spacium noctisq; cõercens, tẽ
pusque vtriusque, quatuor (inquam) vigintique horas coniungens, ita dixit, quippe quod vnius diei noctem vnà
cum ipso die comprehendendo, spacium compleat, vt & si in solstitiis exuperat altera, definito tamen totum v-
triusque simul spatium tempore sit descriptum, quasi diceret, quatuor vigintique horæ, spatium est vnius diei.
An quia cœlestis corporis ab eodem in idem punctum reditio, vno in die agitur, vt semper (cum vespera dilucu-
lumq; conuersione solis occupat mundum) haud maiore tempore, sed vnius diei spatio compleatur? An ea ratio
potior est, quę in arcanis secretisq; traditur. Deus (inquit) qui temporis naturam creauit, mensuras ipsi, signatáque
spatia dierum adiunxit, septimanáque ipsum metiens, in orbem sepimanam in sese semper versari iussit, curricu
la temporis ac motiones enumerantem, & vnum item diem septimanam conficere, ipsum in sese septies redeun
tem. Id autem orbis subit effigiem, à sese (inquam) incipere, & in seipsum desinere, quod iam & seculi proprium
esse constat, in seipsum conuerti, & huiusce nullum exitum esse. Quamobrem caput ipsius temporis non diem
D primum, sed vnum appellauit, vt ex appellatione etiam affinitatem ad ipsum seculum sortiatur. Is enim qui vni-
ci principij ac incommunicabilis ad aliud præ se fert formam, accommodatè sanè atque appositè, vnus est nun-
cupatus. Vt ergo ad futuram vitam, statúmque futurum nostram Moyses mẽtem erigat atque deducat, vnum eũ
appellauit diem, qui seculi ipsius imago, qui dierum origo, qui lucis æqualis est. Ipsum (inquam) dominicum die,
quem resurrectio domini perornauit, honoribúsque summis affecit. Facta est (inquit) vespera, & factum est mane
dies vnus. AMBROSIVS. Quærunt aliqui, cum prius vesperum, postea mane scriptura nominauerit, ne
forte noctem priusquam diem significare videatur. Nec aduertunt, primò quod præmiserit diem, dicendo, Et vo
cauit deus diem lucem, & tenebras vocauit noctem. Deinde quod vesper finis diei sit, & mane finis noctis. Vt
ergo prærogatiuam & primatum natiuitatis diei daret, prius finem diei significauit, post quam secutura nox est,
deinde postea finem noctis adiunxit. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPER-
E FECTO. Non eodem modo nunc appellatur dies, cum dicitur, Et facta est vespera, & mane dies vnus, quo cũ
diceretur. Et vocauit deus lucem diem, sed eo modo quo dicimus, verbi gratia, triginta dies habere mensem. Hic
enim nomine diei noctes quoque includimus, superius aũt ita dictus est dies, vt à nocte seiungeretur. IDEM.
Occidente autem luce paulatim, & post spatium diurnæ longitudinis inferiores partes subeunte, factum est ve-
spere, sicut nunc vsitato circuitu solis solet fieri. Factum est autem mane eadem super terram redeunte, & alium
diem inchoante, & dies expletus est vnus vigintiquatuor horarum. Cuius commendatione verbi scriptura vigi-
lanter admonet, vt lucem quæ facta est, inferiora orbis occasu suo lustrasse dicamus. Nam si non hoc faceret, sed
magis facto vespere paulatim tota periret, ac rursum mane paulatim inrecreata resurgeret, non iã in mane diei
sequentis, sed potius in vespera primi, vnum diceret esse diem perfectum. Vnde nunc magis vesperam & mane,
quàm noctem ac diem factam dicere maluit, vt insinuaret, tunc primariæ lucis actum esse circuitum, quod nunc
circuitu solis die noctuq; geri constat, præter hoc solummodo, quod post creata sydera, nox quoque sua, tametsi
minore quàm dies, luce perfunditur, triduo autem illo primo, tenebrosa prorsus, & obscura manebat. Decebat
F nanque omnibus modis, vt dies à luce inciperet, & in mane sequentis diei tenderet, vt opera eius qui est lux ve-
ra, & in quo tenebræ non sunt vllæ, à luce inchoata, & in lucem completa esse significarentur. IDEM PRI-
MO DE GENESI AD LITERAM. Vel vespera in toto illo triduo, antequam fierent luminaria, con
summati operis terminus, non absurdè fortasse intelligitur, mane verò tanquam futuræ operationis significatio.
CHRYSOSTOMVS. Et factum est vesperum, & factum est mane dies vnus. Finem diei & finem noctis vnũ
signanter nominauit, vt ordinem aliquem & consequentiam statueret visibilium, nullàque fieret confusio. Verũ
scire & discere debemus à spiritusancto per linguam beati huius prophetæ, quæ primo die cõdita sunt, & quæ a-
liis. Nam & istucipsum misericordis dei benignitatem declarat. Neque enim inops erat omnipotẽs illius manus
& infinita sapientia, vt non posset vno die producere omnia. Quid (inquam) vno die? & simplici momento pote-
rat. Nam quandoquidem res non ob suam vtilitatem produxit (nullius enim rei indigus est qui sufficietissimus)
sed ob suam benignitatem, & bonitatem fabricauit omnia. Idcirco non simul, sed successiuè & per partes condi-

dit, & doctrinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, & doctrinam nobis manifestam de rebus conditis per linguam beati huius Prophetæ tradidit, vt hæc di- G
scentes, non accedamus eorum sententiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimuero non desunt, qui fortuitò
res omnes factas esse asserant, quamuis hæc ita sint facta. Quod si non tanta misericordia & docendi humilitate
nos dignatus esset, quid non fuissent ausi, qui aduersus salutem suam quæq; & dicere & facere studẽt? Quid enim
miserius & insipientius his, qui talia dicere attentant, & asserunt res per se fieri, fraudántque omnem facturam
diuina prouidentia? Quo pacto enim rationi congruum fuerit, dic oro, quod tanta elementa, & tantus ornatus
absque aliquo moderatore, & omnia conseruante gubernentur? Et nauis nunquam poterit absque gubernatore
maris fluctus transire, & miles nihil strenuum & egregium absque Capitanei ductu & auspiciis gerit, & domus
non extruitur, nisi sit qui ædificet, mundus autem ille immensus, & elemẽtorum illorum ornatus, fortuitò & te-
mere ferri poterit, nullo existente, qui omnia possit moderari, & per suam sapientiam sciat continere & conser-
uare? Porrò quid contendimus illis monstrare ea, quæ & cæcis (vt in prouerbio est) manifestè proposita sunt?
HIPPOLYTVS ROMAE. Et facta est dies vna. Vnam dixit & non primam, vt hanc per circulum reuer- H
Cap.7 tentem, atque hebdomadam perficientem, cũ tamen vna eadémque esset, declaret. AVGVSTINVS VN-
DECIMO DE CIVITATE DEI. Sed & aliter, Fit & vespera diei huius & mane aliquatenus, quoni-
am scientia creaturæ in comparatione sciẽtiæ creatoris, quodammodo vesperascit, itémque lucescit, & mane fit,
cum & ipsa refertur ad laudem dilectionémque creatoris. Nec in noctem vergitur, vbi non creator creaturæ di-
lectione relinquitur. Denique cum scriptura illos dies numeraret ex ordine, nusquam interposuit vocabulum no
ctis. Non enim ait alicubi facta est nox, sed facta est vespera, & factum est mane dies vnus, ita dies secundus, &c.
Cognitio quippe creaturæ in seipsa, decoloratior est, vt ita dicam, quam cum in dei sapientia cognoscitur, velut
in arte qua facta est. Ideo vespera congruentius quàm nox dici potest, quæ tamen (vt dixi) cum ad laudandum &
amandum refertur creatorem, recurrit in mane. Et hoc cum fit in cognitionem sui ipsius, dies vnus est. Cum in
cognitionem firmamenti, quod inter aquas inferiores & superiores cœlum appellatum est, fit dies secundus, &
sic in consequentibus. IDEM QVARTO DE GENESI AD LITERAM. Multum quippe in- I
tereſt inter cognitionem rei cuiúsque in verbo dei, & cognitionem in natura eius, vt illud merito ad diem per-
tineat, hoc ad vesperam. Si ergo lux ista quæ primitus creata est, non corporalis, sed spiritualis est, sicut post tene-
bras facta est, vbi intelligitur à sua quadam informitate ad creatorem conuersa atque formata, ita & post vespe-
ram fit mane, cum post cognitionem suæ propriæ naturæ qua non est quod deus, refert se ad laudandum lucem
quod ipse deus est, cuius contemplatione formatur. Et quia cæteræ creaturæ quę infra ipsam fiunt, sine cognitio-
ne eius non fiunt, propterea idem dies vbique repetitur, vt eius repetitione fiant tot dies, quotiens distinguuntur
rerum creatarum genera, perfectione senarij numeri terminanda, vt vespera primæ diei, sit etiam sui cogni-
tio, non se esse quod deus est, mane autem post vesperam hanc, quo concluditur dies vnus, & inchoatur secun-
Vbi.supr.q. dus, conuersio sit eius, qua id quod creata est, ad laudem referat creatoris, & percipiat de verbo dei cognitionem
52.ar.3.in creaturæ, quæ post ipsam fit. THOMAS. Hoc quod dicitur de cognitione matutina & vespertina in ange-
reſo. lis, introductũ est ab Augustino, qui sex dies in quibus legitur deus fecisse cuncta, intelligi vult non hos vsitatos K
dies qui solis circuitu peraguntur, cum sol quarto die factus legatur, sed vnum diem, scilicet cognitionem ánge
licam sex rerum generibus præsentatam. Sicut autem in die consueto mane est principium diei, vespere autem
terminus, ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hæc est secundum quod res
sunt in verbo. Sicut deus per hoc quod videt se, cognoscit esse rerum, quod habent in propria natura. Cognitio
autem ipsius esse rei creatæ, secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina. Nam esse
rerum fluit à verbo, sicut à quodam primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum, quod in pro-
pria natura habent. Et quia sancti angeli huiusmodi cognoscentes creaturas, non in eis figuntur, quod esset tene-
bresceere & noctem fieri, sed hoc ipsum referunt ad laudem dei, in quo sicut in principio, omnia cognoscũt, ideo
post vesperam non ponitur nox, sed mane, ita quod mane sit finis præcedentis operis, & principium sequentis, in
quantum angeli cognitionem præcedentis operis ad laudem dei referunt. EVCHERIVS. Factumq; est L
vespere & mane dies vnus. Dies iste vnus prior factus, propter cõcordiam resiuorum angelorum sic appellatus
est. Quorum propter vnitatem insinuandam, non dies primus, sed dies dictus est vnus, & idcirco ipse repetitur
semper in exequutione creaturarum. RVPERTVS. Vel aliter. Notandũ hic imprimis est, quod non dixit,
factæq; sunt tenebræ & lux dies vnus. Hoc nanque bene & prudenter à scriptore sacro obseruatum est. Quę enim
deus diuisit, quomodo coniungi, vel vnum quid efficere possint? Diuisit autem lucem & tenebras, appellauitque
lucem diem, diem (inquam) totum & plenum absque consortio tenebrarũ. Bene ergo non dictum est, factæ sunt
tenebræ & lux dies vnus, quia sicut iam dictum est, quæ deo diuidente separata sunt, sociari vel vnum quid effi-
cere non possunt. Proinde quærendum est, quod vespere & quod mane factum est, ex quibus sano intellectu dies
vnus valeat computari? Quod vt tandem expeditius fiat, primò istud sciendum est, quod certam ob causam non
dictum sit dies primus. Quid enim? Nunquid iste angelicæ claritatis dies, quanuis pulcher, quanuis decorus, dies M
est primus? Minime. Absit hoc. Nam longe minor est illo die sanctificato & benedicto, in quo requieuit deus, de
quo in hoc libro post cæteros dies ita scribitur, Istæ generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt? In die quo cre
auit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq; herbam virentem,
priusquam germinaret. Quem enim putas hunc esse diem, in quo creatum est omne virgultum, & omnis her-
ba priusquam oriretur, vel germinaret in terra? quem (inquam) vel quid putas esse hunc diem, nisi verbum
illud in quo omne quod factum est, vita erat priusquam fieret? Bene ergo hic dictus est non primus,
sed vnus dies, quia videlicet ille alius primus dies, immo & dierum dies est. Dicis ad hæc. Si ille est pri-
mus, cur iste non dictus est secundus? Videlicet quia dies ille non de ordine, nec de natura cæterorum
dierum est, sed dierum originalis causa est, eorúmque qui ex diebus cæteris creatorem cognoscentes,
glorificant & gratias agunt, eorum (inquam) hic dies perpetuà merces est, vt requiescant in eo post laborem
dierum istorum respirantes, & ideo rectè cæteris diebus in ordine non suppositus, sed superpositus est, de quo
plenius

A plenius suo loco dicemus. Nunc demum quia iam sensus patet, videamus quomodo factum est vespere & mane
dies vnus. Profectò quando dixit deus, fiat lux, vespere erat, quia sol dictionis huius in corde patris latebat, quia
in verbo eius lux ista nondum in actu exposita, sed in meditatione illius solis abscondita erat. Quando autem
facta est lux, tunc mane factum est, in quo & lucifer ille, qui cecidit ante diem, primus emicuit, & exinde dies
plenus est, & in oculis omnium nostrum lucet. Omnes enim scimus, & terrifico exemplo nobis est, diuisio lucis
& tenebrarum, quæ illic facta est. Igitur factum est vespere & mane, vespere (inqam) & mane, non tenebræ &
lux, & exinde perseuerat hic dies vnus. CAIETANVS. Factum est vespere & mane dies vnus. Si lux fuis-
set fixa, consequenter fuisset fixus ac perennis dies in vno hemisphærio, & iugis nox in altero hemisphærio, nec
vnquam fuisset vespera terminans diem artificialem. Vnde ex hoc effectu quod fuit vespera terminans diem ar
tificialem, & fuit mane terminans noctem, manifestè significatur, quod lux facta est in motu: ex continuo enim
lucis motu circa terram, fit vespera & fit mane. Et si lux fuisset creata in puncto medij cœli, fuisset quidem ves-
B pera, & fuisset mane, sed non fuisset dies vnus, sed dimidius seu mutilus, quoniam non fuisset naturalis integer
cum fuit mane. Vnde ex hoc quod ex vespere & mane constitui dicitur dies vnus (proculdubio naturalis) ma-
nifestatur quod lux creata est in puncto orientis, sic enim verificatur, quod fuit vespera & fuit mane dies vnus,
non dimidius, non aliqua ex parte mutilus. Et quoniam prius describitur vespera terminus diei artificialis, &
deinde mane terminus noctis, manifestatur, quod primum diem artificialem nulla præcessit nox. Quod etiam
conuincitur ex hoc, quod antequam esset lux, nulla potest esse aut intelligi vmbra terræ, quæ est nox. Et si perspi-
catius consideratum fuerit, apparebit hinc haberi, quod illudmet instans quod fuit principium temporis mensu-
rans creationem cœlorum ac terræ, fuit instans initium diei primi artificialis, alioquin creatio cœlorum & ter-
ræ, in statu obscuritatis præcessisset tempore indeterminato omnem diem, quod non solum est absurdum, sed
falsum, vtpote contra textum ipsius Geneſis capitulo secundo, vbi dicitur, Istæ sunt generationes cœlorum &
C terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit deus cœlos & terram. Vbi clare explicatur, quando creati sunt cœli &
terra, fuisse diem, vt absque omni hæsitatione intelligamus, in principio temporis, eodémque ipsomet principio
diei artificialis, deum creasse cœlos & terram, & creasse lucem. GLOSSA. Hebraica lectio sic habet
וַיְהִי עֶרֶב וַיְהִי בֹקֶר יוֹם אֶחָד Vaihi ereb vaihi bóer iom ehad, id est. Et fuit vespera, & fuit mane dies vnus. Sic habet
& Chaldaica, sic & Septuaginta, à quorum sententia nec deuiauit interpres. Duo igitur prædicta, primùm ves-
pera, secundum mane, dies vnus, id est primus fuerunt. Vespera enim cum sequentibus tenebris, & mane se-
quens cum luminis latione, diem primum, & posteros in perpetuum interim constituerunt. Nam Hebraica phra
si, vnus primus dicitur, sicut vna sabbati, primam sonat sabbati, id est primam diem hebdomadæ: & vna mensis,
primam diem mensis. HVGO DE SANCTO VICTORE. Solum adhuc illud de operatione pri- Vbi supra
mæ diei inquirendum restat, si deus lucem in primo exortu eiusdem diei, id est primæ creauit, cum nihil eadem cap.16.
die aliud fecisse legatur quam lucem. Vtrum ne vsque ad ortum sequentis diei quando firmamentum fecit, ab
D opere cessasse credendus sit, cum scriptura septima eum die demum requieuisse testetur? Cui quæstioni gemina
responsione obuiabimus. Aut enim dicemus deum in illis sex diebus operationem suam ita continua perseue-
rantia produxisse, vt nullo temporis interuallo ab operando desierit. Aut ita sex diebus operatum, vt nullum
quidem diem in operando intermiserit, non quod nullo temporis spatio operari cessauerit. Quia siquidem illam
assertionem probare volumus, quod continua fuerit eius operatio, dicere poterimus, quod prima die lucem in
exortu ipsius diei fecit, deinde vt cursu suo diem noctémque distingueret, primùm de oriente ad occasum, & in
rursum de occidente ad ortum direxit. Nec solummodo opus eius fuisse quod lux facta est, sed quod directa, ipso
gubernante & dirigente cursum expleuit. Eodem modo de secunda die dicetur, quando firmamentum factum
est, & circumactionis perpetuæ præceptum, simul & legem accepit. Hoc etiam de tertia, quarta, quinta, vel sexta
die, prout ratio dictauerit exquiret, quisquis huius partis assertionem elegerit. Si cui autem ista interpretatio ni-
E mis obscura videbitur, maxime quod de motu firmamenti necdum rata sit assertio, ad illam alteram quam pro-
posuimus recurrat expositionem, quæ facilior est, & se promptius ad intelligendum commodat rationi. Dicet igi
tur deum sex diebus operatum, & septima deinde die requieuisse ab opere, quia nullus de sex inuenitur diebus,
in quo opus non fecerit deus, donec septima dies veniret, quando deinde ab omni opere requieuit. Et hæc qui-
dem de operatione primæ diei dicta sint.
EVCHERIVS. Dicamus & aliquid spiritualiter. Dixit deus, fiat lux, id est illuminatio credulitatis appa- Mystice.
reat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima est in conuersione fides. Vnde & istud primum in dei præ-
ceptis mandatum est, Dominus deus tuus, deus vnus est. Propter quam fidem, ipse dominus etiam visibiliter in
mundo apparere voluit. HVGO DE SANCTO VICTORE. Sed & incipiens deus opera sua vt Ibid. cap.8.
perficeret, primùm fecit lucem, vt cætera omnia postmodum faceret in luce, in quo significauit nobis, se non a-
mare opera quæ in tenebris fiunt, quoniam mala sunt. Quia omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad
F lucem, vt non arguantur opera eius, quia mala sunt. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifesten-
tur opera sua, quia in deo sunt facta. Ipse ergo qui veritatem facturus fuit, in tenebris operari noluit, sed venit ad
lucem, & fecit lucem, vt se manifestaret per lucem. Non enim ideo fecit lucem, vt ipse videret per lucem, sed vt
opera sua manifestaret per lucem, quia in deo facta sunt. Et ideo vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bo
na. INTERLINEARIS. Vidit autem deus lucem quod bona, id est filios lucis. Et diuisit lucem à tene-
bris. EVCHERIVS. Tunc enim iam deus iuxta præscientiæ suæ gratiam diuisit inter lucem & tenebras,
id est filios dei à peccatoribus, tanquam à tenebris. Iustos vocans diem, & illos noctem. Nam quia in Ecclesia lu-
cis nomine iusti appellentur, audi apostolum, Fuistis (inquit) aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Fa
ctúmque est vespere & mane dies vnus. GREGORIVS OCTAVO MORALIVM. Quia nequaquam Cap.10.
sic in hac vita per exercitationem iustitiæ peccatum deseritur, vt in eadem iustitia inconcussè maneatur, quia &
si iam à cordis habitaculo culpam rectitudo eliminat, ipsa tamen culpa quæ repellitur, cogitationis nostræ fori-
bus astans, vt sibi aperiatur pulsat, ideo hoc spiritualiter innuens Moyses, ait: Facta est lux, & paulopost, factum est
vespere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vespere. Creator enim omnium humanæ culpæ præscius, tunc expressit in tempore, quod nunc versatur in mente. Lux quippe ad vesperum ducitur, quia nimirum lucem rectitudinis, vmbra sequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, sed vespera facta perhibetur, tentatio enim lumen iustitiæ in eis abscondit, sed non interimit, quia etsi ad pallorem trepidationis pertrahit, funditus tamen non extinguit. G

4 *Dixit quoque deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant super firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento. Et factum est ita. Vocauitque deus firmamentum cœlum. Et factum est uespere & mane dies secundus.*

4 AMBROSIVS. Diem primum vel potius vnum (maneat enim & prophetici prærogatiua sermonis) vt potuimus absoluimus, in quo conditum cœlum, terram creatam, aquarum exundãtiam, circunfusum aërem, discretionem factam lucis atque tenebrarum, dei omnipotẽtis, & domini nostri Iesu Christi, spiritus quoque sancti operatione cognouimus. Quis ergo non miretur dissimilibus membris disparem mundum in corpus vnum as- H surgere, & insolubili concordiæ charitatisq; lege, in societatem & connexionem sui tam distantia conuenire, vt quæ discreta natura sunt, in vnitatis & pacis vinculum velut individua compassione nectantur? Aut quis hæc vi dens, possibilitatem rationis infirmo ingenio rimetur? Quæ omnia vis diuina incomprehensibilis humanis mẽ tibus, & ineffabilis sermonibus nostris, voluntatis suæ auctoritate connexuit. Nunc autem ad secundi diei admiranda opera sermo nobis prodeat, quorum eminentia non secundum tractatus nostri possibilitatem, sed secundum scriptorum ad laudem referenda est creatoris. Vos igitur quæso, vt naturaliter æstimare quæ dicimus probabiliter, ac simplici mente & sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum Philosophiæ traditiones, & inanem seductionem suasoria verisimilia colligentes, sed secundum regulam veritatis, quæ oraculis diuini sermo-
Psal.118. nis exprimitur, & contemplatione tantæ maiestatis fidelium pectoribus infunditur, quia scriptum est, Confirma me in verbis tuis. Narrauerunt mihi iniusti exercitationes, sed non sicut lex tua domine, omnia præcepta tua ve I ritas. Non ergo secundum elementorum naturas, sed secundum Christum, qui omnia quę voluit fecit, abundans plenitudine diuinitatis suæ, consideremus quæ facta sunt, & naturæ possibilitatem interrogemus. Neque enim cum in Euangelio leprosum curaret, cæcis visum refunderet, populus qui aderat & spectabat, illum medicinę ordinem recognouit, sed potestatem domini miratus, dedit (vt scriptum est) deo laudem. Neque secundum nume-
Exo.15. rum Aegyptiorum, & cursus syderum, mensurasq; elementorum, extendit manum suam Moyses vt diuideret mare rubrum, sed diuinæ imperio voluntatis obtemperans. Vnde & ipse ait, Dextera manus tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua domine confregit inimicos. Illò igitur sancta plebs eleua mentem tuam, & totum animum tuum confer, Non sic deus videt, quemadmodum homo. Audis quia deus vidit & lauda-
Congr.3. uit. Noli igitur tuis oculis æstimare quæ facta sunt, opinionibusq; colligere, sed quæ deus vidit & probauit, ea tu retractanda non putes. BASILIVS. Sed & tolle omnẽ à corde, quæso, tolle vitæ curam, totúmque teipsum hoc mihi collige loco. Nihil enim profectò corporis præsentia prodest, si cor tuum circa terrenum thesaurum elaborat. RVPERTVS. Iam ergo confessionem & decorem indutus, iam intellectuali amictus lumine sicut vestimentò, magnificus dominus cœlorum continens thronos, & tremenda maiestate sedens super Che K rubin, socia terroris sui pietate intuitus est abyssos: & vt damna cœli repararet, de profundis abyssi vehementius operatus est, & sic opus secundæ diei incœpit. Ait ergo sanctus Propheta. *Dixit quoque deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* BASILIVS. Iam & pridie dei verba præceptumq; percepimus. Fiat lux. Et hodie etiam audimus, Fiat firmamentum, plus tamẽ aliquid præsentia verba videntur habere, propterea quod oratio non modo consistit in præcepto, sed & causam cur ipsa requiritur extructio firmamenti, sine cunctatione protinus addidit. Vt diuidat (inquiens) aquas ab aquis. Primùm igitur quonam pacto deus loquatur inuestigemus oportet. Accommodatiusq; ac magis pium esse videtur, diuinam quidem voluntatem, primamq; appetitionem momenti mentis, orationem esse dei, locutionemq; putare, atque asserere, in figuram autem ipsam transisocium quendam exortam esse ostenderet. Nam potuisset vt à principio dixit, de omnibus pari modo tractare, L omniaq; transigere. In principio fecit deus cœlum & terram, deinde fecit lucem, deinde firmamentum. Nunc verò deum iubentem inducens ac differẽtem, eum sane taciturnitate cui iubet, & qui cum differit insinuat, ac subostendit, haud inuidens nobis, ne illius notitiam consequamur, sed ad illius desiderium nos incendens, gratia cuius vestigia quædam indiciaq; secretæ rei submittit. Vt igitur ad eam inquirendum personam ad quam verba dirigunturque, noster animus excitetur, hæc sumpta est sapienter artificiosæq; locutionis figura. AMBROSIVS. Deus est itaque qui dicit, venerabilis naturæ, inæstimabilis magnitudine, immensus in remunerationibus, incomprehensibilis in operibus, cuius altitudinem sapientiæ quis inuestigare facilis? Iste (inquam) dicit filio, id est dicit brachio suo, dicit virtuti suæ, dicit sapientiæ suæ, dicit iustitiæ suæ. AVGVSTINVS SECVNDO DE GENESI AD LITERAM. Nec totiens deus dixit, fiat illa vel illa creatura, quotiens in hoc libro repetitur, Et dixit deus. Vnum quippe verbum ille genuit, in quo dixit omnia, priusquàm facta sunt singula. Sed eloquium scribentis descendens ad paruulorum capacitatem, dum insinuat sigillatim genera creaturarum, per M singula respicit vniuscuiusq; generis æternam rationem in verbo dei. CHRYSOSTOMVS. Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit distinguens inter aquam & aquam. Attende hic clarissimæ doctrinæ consequentiam. Quoniam anteà nobis dixit, post cœli & terræ creationem. Terra autem erat inuisibilis & inculta, & causam apposuit, quod propter hoc fuerit inuisibilis, quia à tenebris & aquis obtegebatur. Omnia enim erant aqua & tenebræ, & nihil præterea. Et postea quod præcepto domini producta sit lux, factaq; distinctio lucis & tenebrarum, & illa quidem diei appellationem acceperit, hæc verò noctis. Iterum nos docere vult, quod sicut tenebras separauit producta luce, & vtrisq; congruum vocabulum indidit, ita & multitudinem aquarum præcepto segreget. Et

A get. Et vide ineffabilem potentiam, quæ omnem humanam excedit rationem. Nam solùm iubet, & accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Dixitq; (ait) deus, Fiat firmamentum in medio aquæ, & distinguat inter aquam & aquam. Quid est, Fiat firmamentum? Quasi quis dicat humana lingua. Fiat paries quidem & interstitium in medio diuidens, & separationem faciens. BASILIVS. Hic dicendum videtur quænam sit ipsius firmamenti natura, & quam ob causam inter aquas separandas institutum est esse. Scriptura sacra hoc nomine firmamento, in iis rebus quæ robore viribusq; exuperant, vti consueuit. Quemadmodum cum dicit, Dominus firmamentum meum. Et ego firmaui columnas eius. Nam externi quidem homines id firmum corpus solidumq; vocant, quod quasi plenum est atque refertum, ad mathematicum corpus ita dictum atque distinctum. Est enim mathematicum quidem corpus quod in dimensionibus solis consistit, longitudine (inquam) latitudine, atque profunditate. Firmum autem solidumq;, quod cum dimensionibus & reniti resistereq; potest. Scriptura autem sacra, quod perrobustum est, neque cedit, id omne firmamentum dicere consueuit, atque adeo, vt & in aëre denso hac
B ipsa voce vti videatur, veluti cum dicit, qui tonitruum firmat. Soliditatem enim & resistentiam eius spiritus, qui nubium sinibus includitur, atque ob violentam eruptionem inde sonos ac strepitus eos efficit quos tonitrua dicimus, firmitudinem nuncupauit. Igitur & nunc etiam pro quadam firma solidaq; natura, ad detinendas aquas ac coërcendas idonea, quæ suapte natura dilabuntur, perfacileq; dissoluuntur, hanc à scriptura vocem allatam esse arbitramur. AMBROSIVS. Et ideo firmamentum dicitur à firmitate, quòd non sit inualidum nec remissum, vel quod diuina virtute firmatum sit, sicut scriptura nos docet, dicens. Laudate eum in firmamento cœli. AVGVSTINVS. Firmamentum enim non propter stationem, sed propter firmitatem aut propter in-
transgressibilem terminum superiorum, & inferiorum aquarum, vocatum intelligere licet. BASILIVS. Diximus quod apud scripturam significat firmamentum. Nam non resistentem absolutè solidamq; naturam, ac ponderis participem, firmamentum dicit, sic enim terra talem habuisset proprius appellationem. Sed ob sublimium rerum naturam, quæ pertenuis est atque rara, & à nullo sensu percipi potest, hoc firmamentum appella-
C tum tenuissimorum corporum comparatione, quæ sensu percipi nequeunt. Atque intelligere mihi velis regionem quandam locúmve discernendi humoris, tenuem quidem atque colatum humorem ad supera loca trahicientem, crassum autem atque terreum ad infera demittentem, vt ab initio finem vsq; eadem in vniuerso tempe-
ries conseruetur, calore paulatim humoris essentiam absumente. Nec tamen ipsum firmamentum cum (vti vulgò putatur) ex aqua videatur ortum habuisse suum, aut aquæ coactæ, aut naturæ cuiquam tali, quę sui principium ortus ex humore colato sumit, simile censendum est esse, qualem crystalli lapidis naturam esse constat, quem ob exuperantem aquæ congelationem in eam essentiam quam obtinet, autumant verti, aut speculi naturam inter metalla constantem. Est enim puerilis simplicisq; profectò mentis, tales de corporibus cœlestibus opiniones habere. Neque tamen si cuncta in cunctis insunt elementa, firmamentum ob idipsum, aut ex vno simplicium corporum, aut ex omnib⁹ immixtum esse asserere nobis placet, qui iam ab ipsa diuina scriptura ita instituti sumus,
D vt nihil vltra ea quæ nobis sunt concessa, menti nostræ imaginari cogitareq; concedamus. ORIGENES. Cum iam anteà deus fecisset cœlum, nunc firmamentum facit. Fecit enim cœlum prius, de quo dicit, Cœlum mihi sedes est. Post illud autem, firmamentum facit, id est, corporeum cœlum. Omne enim corpus firmum est sine dubio & solidum, & hoc est quod diuidit inter aquam quæ est super cœlum, & aquam quæ est sub cœlo. AVGVSTINVS. Vtrum autem nunc illud cœlum fiat, quod excedit aëris omnia spatia, eiusq; omnem altitudinem, vbi etiam luminaria stellæq; constituuntur quarto die, an ipse aër vocetur firmamentum, quæri meritò potest. CHRYSOSTOMVS. At quid, siquis dicat esse firmamentum, vel aquam densatam, vel aërem constratum, vel aliam aliquam essentiam? Haud quis prudentium hoc temere asseuerauerit. Oportet enim magna modestia & gratitudine ea quæ dicuntur à nobis accipi, & non vltra naturam nostram progredi, & scrutari quæ supra nos sunt, sed hoc solum scire & tenere apud nos, quod præcepto domini productum est firmamentum, separationem aquarum faciens, quod valeat alias sub se continere, alias verò in conuexo suo ferre. THEODO-
E RETVS. Quoniam quidem cœlum ex fluxa aquarum natura constitit, & quæ prius liquabilis esset natura, solidissima est effecta, ea de causa firmamentum est appellatum. GENNADIVS. Firmamentum itaque ex ipsius rei opificio appellauit, eo quod cum prius lenta, fluxa, solubilisq; natura esset solidam & minimè mobilem constipationem accepit. IVNILIVS. Hic nostri cœli in quo fixa sunt sydera, creatio describitur, quod in medio constat firmamentum esse aquarum. Nam suppositas ei esse aquas, & ipsi in aëre terrisq; videmus. Super- Psal.103.
positas autem, non solum huius scripturæ auctoritate, sed & Prophetæ verbis edocemur, qui ait, Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. In medio ergo aquarum firmamentum esse constat sydereũ cælum. Neque aliquid prohibet, vt & de aquis factum esse credatur, quæ enim crystallini lapidis firmitas, quæ sit perspicuitas ac puritas nouimus, quem de aquarum congregatione certum est esse procreatum. Quid ergo obstat credi, quod idem dispositor naturarum, in firmamentum cœli substantiam solidaret aquarum? RVPERTVS. Quid vel vnde sit firmamentum, propter simpliciores dicendum est. Firmamentum non solidum quid
F aut durum (vt vulgò putatur) sed aër est extensus, & adeo subtiliatus, vt licet videri queat, rectius tamen spiritus dici possit quàm corpus, testante Ecclesiaste, cum dicit de luminaribus quæ visibiliter in eo feruntur, Lu- Eccles.1.
strans in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Hoc itaque cum solidum non sit, sed neque ita corpulentum, vt hæc inferior pars aëris, aliunde tamen scriptura illud nuncupauit firmamentum, eo videlicet quia diuidat aquas ab aquis. EVCHERIVS. Quia enim hoc addidit, quærendum est, vtrum hunc aërem nebulosum nominet firmamentum, qui diuidit aquas superiores nubium, ab inferioribus quæ in terris fluunt. Nam & ipse aër cœlum vocatur, sicut legimus. Volucres cœli, dum non de illo superiore dicatur, sed de isto in quo aues volitant. Aquas autem istas visibiles, quidam impie negãt factas esse à deo, pro eo quod in Genesi nõ cõmemorãtur vbi sint factæ, pro eo quod scriptũ non est. Dixit deus fiãt aquæ. Quibus ita respõdẽdũ est, quia dũ dictũ est. In principio fecit deus cœlum & terrã, illic & aquæ intelligẽdæ sunt. Vno enim nomine, vtrunq; cõprehensum est, tropo metonymico, quasi per ea quæ cõtinẽt, id quod cõtinetur. Nã ipsius est mare, & ipse fecit illud.

HVGO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Li.1.de fac. c.17.& 18

HVGO DE SANCTO VICTORE. Multa quidem sunt,quæ de firmamenti natura animum quæstio- G
ne pulsare possent, si hæc humana inuestigatio relinquenda potius quàm discutienda non videret. Nam vtrum
ex puro igne factum sit,siue ex aëre,aut etiam ex aqua,vel postremò ex duobus aut tribus horum commixtis, &
an subst antiam solidam,naturáque palpabilem habeat,quantáue credenda sit spissitudo eius,& vtrum ipsum ca-
lidum an frigidum, aut cuius alterius qualitatis existat,meritò quæreretur,si inde aliquid certum sciri potuisset.
Nunc autem in quæstionibus harum rerum non mihi multum laborandum videtur,quas nec ratio vlla compre
hendit,nec auctoritas cui fides adhibenda sit, probat.Solum hoc quod legimus, credere sine dubitatione debe-
mus, factum esse firmamentum die secũda,prius quidem in illa vniuersitatis materia de nihilo creatum,& nunc
ex illa ipsa ad talem formam erutum & factum firmamentum, vt ambitu suo medium quodammodo interue-
niens,magnam illam aquarum immensamq; congeriem,ab inuicem separaret atquè diuideret, & de aquis face-
ret aquas & aquas, hoc est,aquas quas ambitu suo intrinsecus complecteretur, & subtus se contineret, & aquas H
quas extrinsecus & supra gyrum limitis sui relinqueret. GLOSSA. Fiat firmamentum in medio aquarum
& cætera.Quod nos firmamentum dicimus,Hebraice רקיע Rakiiaa,Græcè στερέωμα dicitur.Rakiiaa autẽ tam fir-
mamentum quàm extensio interpretari potest, vt pote à rakaa verbo descendens, quod extendere seu expande-
re,& stabilire seu firmare significat.Primi ergo Septuaginta interpretes cœlum στερέωμα,id est firmamentum nun
cuparunt,aut eius soliditatem atque duritiem innuere cupientes,vel stabilitatem,quam in suo situ accepit à deo.
Hebræi autem magis extensionem dixerunt, ad illius porrectionem dilatationem ac diffusionem aspicientes.
Sequitur. *Et fecit deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant super firmamentum,ab his quæ erant sub firmamento.* BA-
SILIVS. Nec hoc haud animaduersum hoc loco nos quæso prætereat. Post hoc enim imperium dei, Fiat fir-
mamentum, non dictum est simplici modo,& factum est firmamentum, sed fecit deus firmamẽtum. Et rursus,
Et diuisit aquas quæ erant super firmamentum,ab his quæ erant sub firmamento.Exaudite vos,exaudite qui sur- I
di estis,respicite vos qui cæci estis.Et quis quęso surdus est, nisi qui nõ exaudit adeo magna voce spiritũ sanctum
clamãtẽ?Quis deniq; cæcus est,nisi qui nõ cernit ac inspicit adeo apertas,adeo claras de vnigenito filio dei demõ
strationes?Fiat firmamẽtũ,hęc vox profectò causę principis est.Fecit deus firmamẽtũ,hæc effectricis est sanè,crea
tricisq; potentiæ filij testis. AMBROSIVS. Fecit nanq; filius quasi potens,fecit quasi virtº dei,fecit quasi sa-
pientia dei,fecit quasi iustitia diuina.Cũ hæc audis,quid miraris si supra firmamẽtũ cœli potuit tãtę maiestatis ope
ratione vnda suspendi?De aliis hæc collige,de his quæ viderunt oculi hominũ,quomodo ad Iudæorũ transitum,
si rationem quæris, se vnda diuiserit. Non solet hoc esse naturæ, vt aqua se discernat ab aqua,& in profundo in-
terfusiones aquarum terræ medio separentur. Gelauerunt(inquit)fluctus,& firmamenti specie cursum suum in-
solito fine frenarunt.Nonne potuit etiam aliter Hebræum populum liberare?Sed tibi voluit ostendere,vt eo spe-
ctaculo etiam illa quæ non vidisti, æstimares esse credenda. Iordanis quoque reflexo amne in suum fontem re-
uertitur. Hærere aquam cum labitur, & ita sursum redire in superiora sine vllo repagulo, impossibile habetur. K
Philipp.4 Sed quid impossibile ei qui dedit posse quibus voluit ? Dedit posse infirmitatibus,vt infirmus dicat,Omnia pos-
sum in eo qui me confortat. Diuisitque aquas quæ erant super firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento.
BASILIVS. Infinita quidem vt videtur, aquarum erat diffusio, vndequaque nimirum inundantium terræ
sublimiúmque, vt & ad elementa cætera sanè comparandarum rationum æquabilitatem aggredi videantur.
Quapropter & anteà dicebat,abyssum vndique circundare terram. Cum ergo humoris immensa natura circa ter
ram vndique diffunderetur,non temperatè sese habens ad illam, sed longo exuperans interuallo, ita iam in vni-
uersi primordiis à magno rerum artifice futura re prospecta, & primis dispositis rebus ob commoditatem sequẽ
tem,fecit deus firmamentum,& distinxit aquas ab aquis. CHRYSOSTOMVS. Dicit facto firmamento,
iussit aquas alias sub firmamentum ferri, alias autem supra dorsum esse firmamenti. HIPPOLYTVS RO-
MAE. Cum enim aquarum abundantia supra faciem terræ diffunderetur, propter quod terra erat inuisibilis &
incomposita, deus omnium dominus, cum voluit inuisibilem visibilem facere, tunc tertiam aquarum partem L
potentia sua in medio fixit,tertiam verò supra firmamentum eleuauit,tertiam demum infra esse voluit,ad homi
num scilicet vsum atque vtilitatem. INTERLINEARIS. Aut quia aquarum superior pars in modum
Crystallini lapidis congelata est, vel vaporaliter imminuta, inferior densata, aut in matricem redacta est.
BASILIVS. Sed quænam necessitas fuit vt adeo exuperet aquæ natura ? An cum essentia quidem ignis ne-
cessaria sit vniuerso, non solum ad terrestrium, sed ad ipsius etiam vniuersi totius integritatem (mutilum enim
esset, si vnum hoc ipsi maximum elementorum omnium opportunissimûmque deesset) aduersentur autem si-
bi mutuo,alterúmque alterum corrumpere possit, ignis quidem aquam cum excedit, vincit viribus, ignem autẽ
aqua cum exuperat copia, nec aut seditionem inter hæc esse, aut alterius defectione causam emersisse oportet,
vt vniuersum dissoluatur ac pereat,tantam humoris naturam paterfamilias vniuersi deus parauit atque recon-
didit, vt ad definitos vsque certósque fines ipsius mundi, cum paulatim ab ignis viribus absumatur, ipsi M
resistere valeat. Enimuero qui pondere cuncta mensuráque disposuit (enumerabiles enim ipsi Iob sententia, & pluuiæ guttæ sunt) is & quantum temporis definiuit,vt ipse mundus permaneat, certò sciuit & quan-
tum etiam igni sumptus pabulique recondere oporteret, non ignorauit. Hæc est aquarum abundantiæ ra-
tio, mea sententia in ipsis rebus creatis. Atqui necessariam mundo naturam ignis ipsius esse, nemo adeo
expers est vitæ,vt ignoret,doctrinæq; verbis indigeat ad ita esse percipiendum,non solum quia facultates omnes
ac artes quibus vita nostra subministratur, ac continetur, ad operationes exercendas suas ignis egeant naturæ,
texendi(inquam)fuendi, ædificandi,mulcendique ferri facultas atque agricultura,verum etiam quod neque stir
pium pullulationes,neque fructuum concoctiones,neque animalium aut terrestrium aut aquatilium ortus, neq;
alimenta etiam istorum vlla aut initio fuissent, aut tempore aliquo permansissent,si calor in ratione rerum non
esset.Ergo pernecessaria quidem caloris creatio fuit,vt ea quæ gignuntur,oriantur atque persistant, pernecessaria
aũt & humoris abundantia copiáue, propter ignis incessabilem ac ineuitabilẽ sumptũ. Circũspice quæso,lustráq;
creaturas omnes,atque caloris vires omnibus in rebus quæ generationi, corruptioniq; obnoxiæ sunt, insidentes

ac

A ac dominantes inspexeris. Idcirco copiosæ sunt aquæ, partim super terram diffusæ, partim vltra ea quæ conspi-
ciuntur diductæ,partim in sinibus telluris inspersæ,vnde fontium emergunt copiosissimi ortus,& puteorum con
fluxiones, omniumq; tam torrentium quam perennium flumina,quo multis porrò variisq; locis ac cellulis,hu-
moris substantia conseruetur. A deo locus hic orbis habitabilis nostri, copiosis occupatur aquis, maribus vastis
percinctus, & innumeris amnibus affluens, ob inenarrabilem opificis sapientiam, opera cuius effectum est, vt
ignis aduersantem sibi naturam haud facile consumere possit. Erit tamen quando & vniuersa cremabũtur igne,
vt Esaias in iis asserit, quibus ad omnium rerum disserit opificem deum, Qui dicit abysso,deserta eris, & omnes
tuos fluuios desiccabo. AMBROSIVS. Noli igitur incredibilem opinari aquarum multitudinem, sed re-
spice ad vim caloris,& incredulus nõ eris.Multum est quod ignis absorbet,quod vel ex illo nobis esse debet ma-
nifestum,cum medici vasa quædam angusta ore pleniora desuper, intus concaua, leui lucernæ concepto lumi-
ne affigunt corpori,quemadmodum calor ille omnem in se rapiat humorem. Quis igitur dubitet, quod ignitus
B æther,& magno feruens vapore,inflammaret atque exureret omnia,nisi lege quadam sui prohiberetur auctoris,
vt nec flumina nec lacus,nec ipsa maria vim eius possint restinguere? Et ideo desuper aqua impetu quodam de-
scendens,in tantos plerunque imbres rumpitur,vt flumina,lacus repentè repleantur,ipsa maria exundent.Vnde
frequenter & solem videmus madidum atque rorantem. In quo euidens dat iudicium, quod alimentum sibi a-
quarum ad temperiem sui sumpserit. BEDA DE NATVRA RERVM. Aquas igitur super firmamen
tum positas, cœlis quidem spiritualibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores, quidam ad
inundationem diluuij seruatas, alij verò rectius ad ignem sydereum temperandum, suspensas affirmant. BA-
SILIVS. Quæ cum ita sint,sapientia mundi stulta iam effecta,deiecta atque posthabita, suscipe nobiscum ve
ritatis doctrinam,vulgarem quidem ratione, stabilem autem firmámque cognitione. Idcirco fecit (inquit) deus
firmamentum in medio aquarum,& discriminauit inter aquam & aquam. RVPERTVS. Verùm magno-
C rum quoque & illustrium virorum, in hoc quoque capitulo scripta dissentiunt, videlicet in eo quod dictum est,
Diuisitq; aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Alij nanque(quod dictum est)
Qui tegis aquis superiora eius,sic accipiunt vt dicant,superiora cœli iuxta Genesim ab aquis teguntur, aquas er- Psal.148.
go quas super firmamentum positas esse dicit, nos Angelorum multitudines intelligimus, iuxta illud, Et aquæ
quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Verùm si hoc voluit Citharœdus præcentor ille laudum,deum lau
dans de cœlis,laudans eum in excelsis,cur dicturus, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini, præ-
misit,Laudate eum omnes angeli eius? Vniuersaliter nanque dicendo,laudate eum omnes angeli, neminem an- Psal.148.
gelorum eius excepit,& proinde superfluè repetisset dicendo,& aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen do-
mini,si aquarum nomine, multitudines angelorum voluit intelligi. AMBROSIVS. Nam & ros, & gelu,
& frigus,& æstus,secundũ hymnum Propheticum benedicunt dominum,benedicit & terra,& illa non ad intel-
ligibiles naturas referimus,sed ad veritatem. Laudant etiam dracones dominum, quia natura eorum & species
D cum videtur,non minimũ vel decoris offundit,vel inesse rationis ostendit. RVPERTVS. In eodem quoq;
trium puerorum hymno,cum dicitur primo, benedicite angeli domini domino,& deinde, benedicite cœli do-
mino, benedicite aquæ quæ super cœlos sunt domino, profectò nomine aquarum aliud quàm angelos scriptura
cogit intelligi. Præterea si aquarum nomine quæ sunt super firmamentum, intelligi oportet angelos, quomodo
vel in quo istæ aquæ diuisæ sunt ab his quæ sunt sub firmamento? Nempe istæ sunt, de quibus postmodum dicit
deus,Congregentur aquæ quæ sunt sub firmamento in locum vnum, & appareat arida & cætera. Quomodo er-
go ab istis aquis angeli diuisi sunt?Deniq; ab illis potius qui reprobi facti sunt spiritibus,diuisi sunt,vtpote angeli
lucis ab angelis tenebrarum,vnde iam dictum est,in diuisione lucis & earundem tenebrarum. BASILIVS.
His igitur & eius generis sententiis vti somniorum interpretationibus,anicularumq; fabellis eiectis, atque post-
habitis, aquam nos vt aquam intelligamus, & segregationem à firmamento factam humorum, ea causa quam
E assignauimus nuper,accipiamus.Atque si vnquam aquarum illæ quæ super cœlos sunt collocatæ,communem o-
mnium dominum laudare dicuntur,non naturas ideo ratione præditas,illas ponimus esse.Nam neq; cœli parti-
cipes sunt anima, quia gloriam enarrant dei,neq; firmamẽtum animans sensu præditum esse censemus,quod ef-
fectionem manuum ipsius itidem enunciat. Sed ea quæ in his inest à mente præditis perspecta ratio non parum
ad percipiendas dicendasq; laudes opificis rerum conducit.Nõ solum enim is qui super cœlos est humor, vt an-
tecellens honore propter suæ probitatis excellentiam, laudat deum, sed etiam infirmæ res omnes atque terrenæ.
Quare nec abyssum etiam ipsam quam in deteriorem detruserunt ij partem,qui sententias tales afferunt,psalmo-
rum auctor deiectam esse censuit,atque à rebus creatis cæteris excludendam. Sed & ipsam pro suis sanè rationi-
bus opificis dei laudes,perinde vt res omnes cæteras,subministrare putauit. RVPERTVS. Horũ igitur qui
aquarum nomine quæ sunt super firmamentum, nil aliud quàm aquas simpliciter intelligi volunt, proculdubio
sententia iustius atque tutius placet, videlicet vt à sacræ historiæ litera sensus non discrepet. Veruntamen non
F vsque adeo consentimus aquas esse super firmamentum, vt concedamus etiam congelatas esse, quod aliqui ma-
gis cõiecturaliter, quàm rationabiliter opinati sunt. Quod si à nobis quæritur, in qua ergo specie aquæ illæ su-
per firmamentum sunt,si congelatæ non sunt? Interrogemus eos, in qua specie fuerunt antequam fieret firma-
mentum ? Verum hoc respondere nequeunt, quia Chaos erat, & confusa moles, qualis ab humanis sensibus di-
iudicari non potest. Igitur cryptam mundi huius exiguam,quam in medio abyssi magnæ,mirabilis artifex deus
excauando fecit, in qua nati sumus, cum vix attendere possumus philosophando quantum volumus, de cir-
cũmanentium aquarum natura vel specie taceamus, quia videlicet nec istis aquarum reliquiis, quæ postea spe-
ciem vel formam suam acceperunt, omnino similes probabiliter definire valemus, nec aliquid fingere dignum
arbitramur, vt verbi gratia, congelatas esse (sicut iam dictum est) opinemur. Vnum hoc vt certum teneamus,
cameram huius mundi positam esse in medio aquarum quia videlicet firmamentum, quod quasi tectum eius-
dem cameræ est, vndique ambiens, auctoritate sacræ scripturæ, factum est in medio aquarum. Ait enim, Quia

dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit deus,Fiat firmamentum in medio aquarum.Ad quid? Et diuidat (inquit) aquas ab aquis. BASILIVS. G
Sed antequam scripturæ sequentis sententiam afferamus,id quod ab aliis obiicitur,dissoluere enitamur.Percon-
tantur enim, si firmamenti corpus globosum est,vt aspectus ipse declarat, defluit autem aqua suapte natura, ab
altísque delabitur, qui fieri posset, vt aqua in curua firmamenti circunferentia collocata persisteret? Ad quod
dicendum est, non si quispiam orbis interna parte speciem obtinere cernitur, id & externa superficie globatam
in formam redactum esse, totúmque exactè summáque cum læuitate,quasi torno adhibito, circunductum esse
necessario oportere, vbi lapidea balneorum tegmina, extructionésque cauernosas ita sese habere videmus, vt
interna quidem ex parte semicirculi figuram obtineant, supernis autem in partibus atque tegmine, plana non-
nunquam æqualiúe superficie terminentur. Quapropter hac de re saltem, neque sibi molestias ipsi sume-
re, neque nobis præstare velint, quasi superis aquam in locis detinere, coërcereque non valeamus. AM-
BROSIVS. Est ergo latitudo in ipsa cœli altitudine.Sunt etiam vt de his dicamus quæ scire possumus, ple-
ráque ædificia foris rotunda, intus quadrata, & foris quadrata, intus rotunda, quibus superiora sunt plana, in H
quibus aqua hærere soleat. Quæ tamen ideo dicimus, vt aduertant opiniones suas, opinionibus verisimilio-
ribus reuinci posse, & desinant tantum opus dei, humanæ operationis, & nostræ possibilitatis contemplatio-
ne metiri. Nos autem scripturarum seriem atque ordinem quærimus, sequimur, & opus contemplatione æsti-
mamus auctoris, quid dictum sit, & quis dixerit, & cui dixerit. Fiat (inquit) firmamentum in medio aquæ, &
sit discernens inter aquas. Audio firmamentum fieri per præceptum quo diuideretur aqua, & ab inferiori su-
perior discerneretur. Quid hoc manifestius? Qui iussit discerni aquam interiecto & medio firmamento, pro-
Psal.148. uidit quemadmodum diuisa atque discreta manere possit. Sermò dei virtus naturæ est, & diuturnitatis sub-
stantia quoadusque velit eam manere, qui statuit, sicut scriptum est, Statuit ea in seculum seculi, præceptum
posuit & non præteribit. IVNILIVS. Meminerit etiam, si quem mouet quomodo aquæ quarum natu-
ra est fluitare semper atque ad ima delabi, super cœlum consistere possint, cuius rotunda videtur esse figura,me-
minerit (inquã) scripturæ dicentis de deo, Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum: I
& intelligat, quia qui infra cœlum ligat aquas ad tempus cum vult, vt non pariter decidant, nulla firmio-
ris substantiæ crepidine sustentatas,sed vaporibus solummodo nubium retentas, ipse potuit aquas super rotun-
dam cœli sphæram ne vnquam delabantur, non vaporali tenuitate, sed soliditate suspendere glaciali. Sed & si
liquentes ibi aquas sistere voluit, nunquid maioris hoc miraculi est, quàm quod ipsam terræ molem (vt scri-
ptura dicit) appendit in nihilo? Nam & vndæ siue Rubri maris, seu fluuij Iordanis, cum ad transitum Israëliticæ
plebis in altum erectæ, murorum instar figuntur: nónne euidens dat indicium, quod & supra rotunditatem cœ-
li volubilem fixa possint ratione manere? Sanè quales quales ibi aquæ sint, esse tamen eas ibi, quod scriptura
sancta dixit, nulli dubitandum reliquit. EVCHERIVS. Vel si quæris, quomodo elementum aquæ pos-
sit esse supra cœlos, aqua enim cedit terræ, & aër cedit aquæ, & ignis cedit aëri. Vnde impossibile videtur, vt
secundum elementum quod est aqua, sit supra quartum, quod est ignis. Respondeo, Quomodo & quales sint
aquæ illæ, quas scriptura dicit supra cœlos, esse eas ibidem minime dubitamus, quæ non locorum sedibus, sed K
dignitate naturæ, videntur supra cœlos. Sicut enim nubes istæ quæ vbique sunt, feruntur super aërem, quod
est tertium elementum, ita fieri posse arbitror, vt aquæ tenues atque subtiles ferantur super cœlum. Nam ex
hoc pondere elementorum, multi philosophorum resurrectionem carnis illudentes, non posse fieri (inquiunt)
vt homo qui vtique ex terra factus est, sit in cœlo. Sed hos veritas conuincit, quæ facit multa animalia ter-
rena volitare in aëre, & aquam esse supra aërem, & ignem quod est vtique quartum elementum, esse in terra.
Ergo dei potentia quæ hæc facere approbatur, facit,vt & homo & aqua sit supra cœlum. *Et factum est ita. Voca-
uitque deus firmamentum cœlum.* HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Cùm absoluta hæc de deo
& perfecta confessio sit, secundum Apostolum ita loqui: Vnus deus pater ex quo omnia, & vnus dominus no-
ster Iesus Christus per quem omnia,videamus originem mundi, quid de ea Moyses loquatur.Ait nanque:Et di-
xit deus, fiat firmamentum in medio aquæ, & sit diuidens inter aquam & aquam, & factum est sic, & fecit L
deus firmamentum, & diuisit deus per medium aquæ. Habes ergo deum ex quo, habes deum per quem: aut
si id negabis necesse est id quod factum est, per quem factum sit doceas: aut certè naturam ipsam creandorum
deo obedientem esse demonstres, quæ ad id quod dictum est, Fiat firmamentum, se ipsam dei verbo iuss-
sa firmauerit. Sed hæc diuinæ scripturæ ratio non recipit. Omnia enim secundum prophetam, facta ex ni-
hilo sunt, nec natura aliqua manens demutata in aliud est, sed id quod non erat creatum est, & absolutum
est. Per quem? Audi Euangelistam: Omnia per ipsum facta sunt. Si quæris per quem, audias eundem Euan-
gelistam dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in
principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quod si negare voles à patre dictum videri, fiat firma-
mentum, audias rursum prophetam dicentem: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Quod
ergo dictũ est,Fiat firmamẽtũ,in eo quod pater sit locut⁹ ostẽditur.Quod autẽ adiicitur: Et factũ est sic, & quod M
fecisse deus dicitur,in eo persona efficientis est intelligẽda,qui faciat.Dixit enim & facta sunt. Non vtique solũ
voluit & fecit,mandauit,& creata sunt.Nõ vtique quia cõplacitum ei est extiterunt, vt mediatoris officiũ inter
se & ea quæ essent creanda cessaret.Dicit ergofieri deus ex quo omnia sunt, & fecit deus per quem omnia sunt.
Eodem parique nomine & in dicentis significatione & in efficientis operatione confessio est. Si autem lo-
qui audebis non de filio dici, & fecit deus, vbi erit quod dictum est: Omnia per ipsum facta sunt? Et illud
Apostolicum, Vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia? Et illud: Ipse dixit & facta sunt.
AVGVSTINVS. Cum audimus,dixit deus,Fiat firmamentum in medio aquarum,& diuisit aquas ab aquis,
intelligamus, quod in verbo dei erat vt fieret, in quo faciendum intus ante omne tempus præuidit, quic-
quid foras ex tempore deus fecit. Cùm verò audimus, Et fecit deus firmamentum, & diuisit aquas quæ e-
rant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum, Et factum est ita: intelligimus, factam creatu-
ram non excessisse præscriptos in verbo dei terminos generis sui. Cùm verò audimus, & vidit deus quia
bonum

A bonum est,intelligimus in benignitate spiritus eius, non quasi cognitum posteaquam factum est placuisse,sed
potius in ea bonitate placuisse vt maneret factum, vbi placebat vt fieret. Vel aliter. Quemadmodum ratio qua
creatura conditur,prior est,in verbo dei quàm ipsa creatura quæ conditur,sic & eiusdem rationis cognitio prior
sit in creatura intellectuali,quę peccato tenebrata non est,ac deinde ipsa cognitio creaturæ postea in genere pro-
prio.Quapropter iam luce facta,in qua intelligimus ab æterna luce formatam rationalem creaturam,cum in cę
teris creandis rebus audimus,& dixit deus Fiat,intelligamus ad æternitatem verbi dei recurrentem scripturę in-
tentionẽ.Cũ verò audimus,Et fecit deus, intelligamus in creatura intellectuali factã cognitionẽ rationis quæ in
verbo dei est,condẽdæ creaturæ,vt in ea natura pri⁹ quodãmodo facta sit,quæ anteriore quodã motu,in ipso dei
verbo prior faciendã esse cognouit, vt postremò cũ audimus repeti ac dici. Et factũ est ita,iã intelligamus in suo
genere fieri ipsam creaturã.Ex ipso enim dei verbo discebant angeli,cũ in eis fieret cognitio creaturę deinceps fa
ciẽdæ,ac deinde fieret in genere proprio.Porro cũ audimus, Et vidit deus quia bonũ est,intelligamus benignitati
B dei placuisse quod factũ est,vt pro modo sui generis maneret,quod placuit vt fieret,cũ spiritus dei superferebatur
super aquã.Hoc aũt non ita obseruatũ in cõditione lucis,vbi tantum dictũ est,Fiat lux,& facta est lux,quia ange-
lica natura primò fuit in dei præscientia,deinde in sui essentia,vt videlicet ostenderet,quod ibi erat in verbo,hic
esset in opere,nec enim primò nouit rationalis & intellectualis creatura formationẽ suam &post formata est,sed
in ipsa sua formatione cognouit. GLOSSA. Vel in primo notatur factio firmaméti in dei præscientia,in se-
cundo,factio eiusdem in materia,in tertio,factio eiusdem in perfecta essentia. CHRYSOSTOMVS. Sed
& vt discas magnam elemẽtorũ obedientiam,excellentémque virtutem opificis,ait,Et factum est ita, Dixit solũ,
& opus sequutum est. CAIETANVS. Iuxta Hebræũ habetur,Et fuit ita.Impedimentum obstánsque nul-
lum valuisse describitur,ad differẽtiam actionum agentium multorum,siue naturalium,siue à proposito, quæ ex
parte sui faciunt,sed ipsorum facere impeditur,& propterea quanuis fecerint, non tamen efficitur quod sit in ef-
C fectu ita vt agens intendebat,& conatum est facere.Ad significandum itaque quod diuinum facere nullum per-
tulit impediens,dicitur,& fuit ita. GLOSSA. Tam,Et factum est ita,quàm & fuit ita, exponi potest quod
Hebraice יְהִי־כֵן Vaihi chen scribitur,est enim haiaverbum de quo iam supra,quod & esse & fieri significat.Chal
daica,Et fuit ita legit,quibus verbis Septuaginta hoc in loco carent penitus. Sequitur. Vocauitq; deus firmamen
tum cœlum. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo eadem consequentia etiam nunc diuina scriptura vsa
est.Nam sicut dixit heri,Fiat lux,& postquam producta fuit,tunc subiecit,sit distinguens inter lucem & inter te-
nebras,& sic lucem diem vocauit.Ita & hodie dixit, Fiat firmamentum in medio aquæ.Dein sicut de luce,ita &
hic docuit nos vsum firmamenti, eo quod diuidat,ait, inter aquam & aquam. Et postquam hunc eius vsum de-
clarauit,tunc sicut luci nomen dedit,ita & firmamento suum nomen imposuit. Et vocauit(ait)deus firmamen-
tum cœlum,hoc quod videtur.Et quomodo dicunt aliqui factos multos cœlos?Non ex diuina scriptura hoc di-
cerunt,sed ex suis opinionibus vt ita dicant impelluntur. Beatus autem Moyses nihil his amplius docet, nam
D vt dixit, In principio fecit deus cœlum & terram, & dein causam docuit quare terra sit inuisibilis, nempe quod
obtecta à tenebris & aquis abyssi, post formationem autem lucis, ordine & consequentia quadam vtens, inquit,
Et dixit deus, Fiat firmamentum. Dein postquam docuit diligenter vsum firmamenti, & dixit, vt distinguat in-
ter aquam & aquam, istuc ipsum firmamentum, quod aquarum separationem faciebat, cœlum vocauit. Quis
igitur post tantam doctrinam ferret eos qui ex suo capite loqui,& contra diuinam scripturam multos cœlos di- Psalm.148.
cere audent?Porro dicunt illi,Ecce beatus Dauid laudem deo offerens,dixit,Laudate eum cœli cœlorum.Ne ob-
strepas dilecte,neque putes sacram scripturam sibiipsi alicubi aduersam, sed disce potius dictorum veritatem,&
tenens diligenter illius doctrinam,obtura aures illis contraria loquentibus.Et quid hoc sit quod dicere volo,au-
dite magna attentione,vt ne facile moueamini à volentibus violenta & aliena dicere.Omnes diuini libri vete-
ris testamenti Hebræorum lingua,ab initio sunt compositi,& in hoc nobiscum cõsentiunt omnes. Dicunt igitur
E qui linguæ eius gnari sunt, Cœli nomen plurali numero ab Hebræis vocari,quod confitentur qui & Syrorum lin
guam sciunt.Et nemo ea lingua dicit cœlum,sed cœli.Et idcirco sic dictum est,quod à beato Dauid dictum, Cœ
li cœlorum,non quod multi sunt cœli(non enim hoc nos docuit beatus Moyses)sed quia mos est linguæ Hebrai
cæ vnam rem nominare plurali numero.Quia si multi essent,non omisisset spiritussanctus per linguam Prophe-
tæ,quin & illorum formationem nos doceret. Hæc diligenter seruate obsecro,vt possitis obstruere ora eorũ, qui
contraria doctrinis ecclesiasticis afferunt.Et videatisvirtutem eorum quæ in scriptura continentur, vt parati sitis
omni potenti vos rationem reddere. ACACIVS. Et vocauit deus firmamentum cœlum. Num fortè hoc
secundum cœlum ad prioris cœli differentiam firmamẽtum appellatur?Par est enim cœlum illud primum ac su-
premum,longe tenuius ac magis integrum esse. Nam & primum cœlum non firmamentum,sed ἀυχμώδες, hoc est,
cœlum nominatum est.Secundum vero,& cœli & firmamenti nomen accepit.Cœli quidem,quia supra nos est,&
prioris cœli vices atq; vsum nobis refert:firmamenti verò,quia ex fluxa aquarum essentia constitit,& fluxa illa ac
F liquida natura,densissima ac solidissima ab vniuersorũ opifice deo effecta est. Duos igitur tantũ cœlos diuina ag
noscit scriptura.Neq; te moueat quod dictũ est,Cœli cœlorũ.Nã neq; aquę vocabulũ singulari nomine apud He-
breos profertur.Sed & illud sciẽdũ, terrã quoq; firmamẽtũ in scriptura dici,vt cũ ait, Qui firmauit terram super
aquas.Et Esaias,Dominus qui fecit cœlum, & fixit illud,& firmauit terrã. SEVERIANVS. Cœlũ ergo hoc
nõ illud supremũ,sed quod aspectabile est ex aquis effecit deus,& vt crystallũ fixit.Vide operũ virtutem, vt opifi
cem admireris.Mediam aquarum partem supra,mediam infra esse voluit. BASILIVS. Exquirendum hoc
loco esse videtur,si diuersum quid sit à cœlo iam facto firmamentum id,quod & ipsum nuncupatum est cœlum,
& si omnino duo sunt cœli. Nam qui de cœlo locuti sunt, suas potius pertruncandas prodiderint linguas,quàm
duos esse cœlos vti verum concesserint. Vnum enim cœlum in ratione rerum esse, nec insuper oriri secundum
aut tertium, aut quotumuis posse supponunt, corporis tota cœlestis essentia, in vnius cœli constitutione (vt
arbitrantur) consumpta.Sed deridendæ sunt eorum rationes, quibus illi duos in ratione rerum cœlos esse non
posse probabant. Nos autem adeo sententiis his assentiendum esse non censemus,cœlúmque secundum non esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

non credimus,vt & tertium insuper quærendum esse arbitremur, aspectu cuius olim diuus haud immeritò Paulus est potitus. Psalmos etiam cœlos cœlorum dicētes, docere nos existimare oportere, cœlorum copiam esse,remur. Dictum verò est à nonnullis maioribus nostris, non esse secundi cœli hunc ortum, sed explanationem quandam interpretationémq; prioris, propterea quod illic scriptura cœli creationem in summa terręq; tradidit, hic modos quibus singula facta sunt,exactius explicare videtur. Nos autem dicimus,cum nomen diuersum,officiúmque peculiare cœli secundi traditum sit,aliud hoc præter id esse,quod in principio est effectum,solidioris sanè naturæ,vniuersoq; præcipuum officium subministrans,nam dicitur,Fiat firmamentum in medio aquarum,& diuidat aquas ab aquis, & fecit deus firmamentum, diuisitq; aquas quæ erant sub firmamento,ab his quæ erant super firmamentum. Hæc igitur appellatio qua dicitur, Et vocauit deus firmamentum cœlum,alij quidem proprie accommodatur,huic autem nunc ob similitudinem inditur. Plerisq; etiam in locis aërem obseruauimus cœlum dici, sub aspectum apertè cadentem, & continentem & plenum, atque continuum perinde vt cœlum. Dicit enim volatilia cœli,& rursum,ea quæ volant in firmamento cœli. Tale quid & illud, Ascendunt vsq; ad cœlos. H

AMBROSIVS. Videtur & mihi nomen cœlorum commune esse, quia plurimos cœlos scriptura testificatur, nomen autem esse speciale firmamentum.Siquidem & hic ita habetur,& vocauit deus firmamentum cœlum.Vt videatur supra generaliter dixisse, in principio cœlum factum, vt omnem cœlestis creaturæ fabricam cōprehenderet,hic autem specialem firmamēti huius exterioris soliditatē, quod dicitur cœli firmamentum,sicut legimus in hymno prophetico,Benedictus es in firmamento cœli.Nam cœlum quod οὐρανὸς Græcè dicitur, Latinè quia impressa stellarum lumina velut signa habeat, tanquam cęlatum appellatur,sicut argentum quod signis eminentibus refulget,cælatum dicimus. THOMAS. Sed diuersitas hæc inter Basilium & Chrysostomum,magis est in voce,quàm in re. Nam Chrysostomus vnum cœlum nominat totum corpus quod est supra terram & aquam. Nam etiam aues quæ volant in aëre, dicuntur propter hoc volucres cœli.Sed quia in isto corpore sunt multæ distinctiones, propter hoc Basilius posuit plures cœlos. RVPERTVS. Veruntamen quid hoc sibi vult, quod I scriptor ipsum deum astruit firmamentum cœlum vocasse?Non enim sine causa esse putandum est,quod de animantibus loquens,quæ sine dubio prætereunt,adduxit(inquit)ea ad Adā,vt videret quid vocaret ea.Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis,ipsum est nomen eius.Lucis autem nomen, id est diem, & tenebrarum,id est noctem, ipse deus posuit,de quibus sane dubium non est,quia præterire vel mutari non possunt. An & cœli & terræ perennitatem ex eo scriptor idem innuit,quia deus firmamētum cœlum,& aridam terram nominans, perseipsum vocabula imposuit?Forte dicis ad hæc cœlum quoque & terra transitura sunt. A it enim idem dominus, Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Sed rursus alia scriptura dicit,Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Proinde est distinguendum, quod cœlum aut quæ terra, siue quomodo transitura sint, quoniam vtranque scripturam veram esse oportet,scilicet & eam quæ dicit, Cœlum & terra transibunt,verba autem mea non transibunt,& illam quæ ait,Terra autem in æternum stat.Petrus apostolus cum dixisset in epistola sua, latet enim eos hoc volentes,quod cœli erant prius & terra de aqua & per aquam consistens dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit,ita subiunxit,Cœli autem qui nunc sunt & K terra,eodem verbo repositi sunt,igni reseruati in diem iudicij & perditionis impiorum hominum. Patet sententia, quia illam terram & illos cœlos qui diluuio perierunt, & post diluuium repositi sunt,igni vltimo perdendos asseuerat. Cum itaque dicit dominus,Cœlum & terra transibunt, non substantiam terræ,sed eam quæ nunc est, qualitatem eius transituram asserit, quippe cum de tempore illo quo certum est substantiam eius non perisse,dicat apostolus,per quæ ille tunc mundus inundatus periit aqua. Multò magis nec pro eo quod dicit Psalmista,Initio tu domine terram fundasti,& opera manuum tuarum sunt cœli,Ipsi peribunt,tu autem permanes,estimandū est,quod firmamentum perituru sit,præsertim cum & tunc pereuntibus cœlis secundum quantitatem & speciē huius aëris,quos aqua excrescēs occupauit, firmamentum nihilominus steterit.Igitur eorum quibus nomina per semetipsum deus imposuit,& ipsorum quibus homo vocabula dedit, hæc obseruanda distantia est,quia illa quidē quanuis mutata, permanent, hæc autem transitoria sunt. De solo mari pro eo quod dictum est in Apocalypsi,Et mare iam non est,vtrum illo magno incendio cum iudicabitur seculum per ignem, exsiccetur, an in melius cō- L mutetur,non facilè quis dixerit.Potest tamen intelligi,quod de turbulento presenti seculo dixerit,& mare iā non est, quia videlicet vt supra, cum dicit, & mare reddidit mortuos suos, sub eodem nomine hoc seculum intelligi oportet.Sed quare vocauit deus firmamentum cœlum,cum posset(vti faciendo cœperat)vocare firmamētum? Videlicet quia firmamentum ad aliquid dicitur, & relatiuum nomen est.Omne nanque firmamentum,alicuius firmamentum est.Et cum dicitur hoc firmamentum,oportet dici vel subaudiri,diuisionis aquarum,quia videlicet ad hoc illud deus fecit,vt diuideret aquas ab aquis. Sed hoc vulgus nescit. Cœlū autē absolutum nomen est, etenim cum dixeris cœlum,cuius sit cœlū,non opus est quærere,sicut cum dicitur,terra vel mare,non necesse habes quærere,cuius terra vel cuius mare.Proinde quia communi sermoni commodius est vno in eadem re vti vocabulo, quàm multis,recte vocauit deus firmamentum cœlum, quia sic magis absolutum vocabulum est cœlum quàm firmamentum, sicut homo vel Adam magis absolutum est, quàm creatura vel figmentū. Cœlum autem à cernendo est dictum,congrua scilicet causa,quia videlicet oculos habentium neminē latet. CAIETANVS. M Vocauitq; deus firmamentum cœlum.Iuxta Hebræū habetur.Et vocauit heloim extensioni cœlos.Nota hęc quatuor,Dixit,fecit,fuit,vocauit.Nam Dixit ad differentiam agentium naturalium,Fecit ad differētiam agentis per alium,Fuit ad differentiam actionum quæ impediuntur,Vocauit nominando proprio nomine, ad differentiam agentiū à proposito,nescientiū quandoq; perfectè id quod fecerūt, & nescientiū effecta propriis nominib⁹ vocare. Hinc habes apud Hebræos appellari cœlos etiam sphæras ignis & aëris. GLOSSA. Vocauitq; deus firmamentum cœlum.Iterum nomen imponit creaturæ illi, cœlum nostra lingua,iuxta verò Moysi eloquium (quod est in orbe primum inter homines,& naturæ humanæ quasi congeneum) שָׁמַיִם Samaim plurali numero vocauit,compositum secundum Hebræos à positione loci & aquis.Vnde & cœlum crystallinum veteres nominarunt ex aquis compactum,quod vsu vulgi,dum depluunt pluuiæ,crystallum illud fere liquefieri videtur. His modis

loquendi

Danie.3. 1.par.q. 68. ar.4. in resp.

Matth.24 Eccles.1.

2.Pet.3.

Psalm. 101

Apoca.21

A loquendi facer & doctissimus Moyses,non tam doctos reddere studuit legis auditores,quàm pios,fideles, deuotos,& operum dei admiratores.Laudent hoc loco occasionem nacti ex litera, eruditi viri & diserti terræ naturam,vires,formam,effectus,situm,stationem,etiam si possint opificis excellentiam. Nos qui profundum maiestatis diuinæ & artis suæ excellentiam comprehendere non possumus, omnia æstimare debemus ex eius voluntate & gratia,quæ sunt fundamentum vniuersorum.Sicut voluit,& nobis prodesse nouit,sic omnia fecit. De figura quoque cœli,motu,numero,stellis,multi multa disputant,de his rebus quas maiori prudentia nostri maiores omiserunt,ad beatam vitam nihil profuturas disserētibus.Doceat nos cœli pulchritudo,creatoris immensam potentiam, sapientiā,bonitatem,dicamus q;cum Propheta,Quàm magnificata sunt opera tua domine,omnia in sapientia fecisti,& cætera. AMBROSIVS. Hic vero secundum Septuaginta additum est,καὶ ἴδεν ὁ θεὸς ὅτι καλὸν,id est, *Et vidit deus quia bonum.* Quia enim facit filius quod vult pater,laudat pater quod facit filius. Nihil in illo naturæ degeneris inuenitur, cuius opus à paterna non degenerat voluntate. Vidit vtique, non oculis B corporalibus intendit,sed definiuit plenitudini gratiæ conuenire,vt mihi eius iudicium cognosceretur. Nos enim solemus etiam de his quæ diuina sunt disputare. Vidit quia bonum. Non vtique cognouit quod nesciebat, sed probauit quod placebat.Vidit (inquam) mihi,probauit mihi.Quod deus probauit,tu reprehensibile ne dixeris,quoniam quod deus mundauit,tu ne commune dixeris,scriptum tibi esse meministi. Ergo bonum dei nemo Acto.10. blasphēmet.Si firmamētum bonum,quanto magis bonus eius creator,etiam si Ariani nolint, Eunomiani reclament,radicis degeneris fructus deterior?Vidit (inquit) deus quia bonum.Solent artifices singula prius facere, & postea habili commissione connectere,& qui vultus hominum vel corpora excudunt de marmore, vel ære fingunt, vel ceris exprimunt, non tamen sciunt quemadmodum sibi possint membra singula conuenire, & quid gratiæ afferat futura connexio,& ideo aut laudare nō audent,aut pro parte laudant.Deus verò tanquam æstima- C tor vniuersitatis,præuidens quæ futura sunt,quasi perfecta iam laudat,quæ adhuc in primi operis exordio sunt, finem operis cognitione præueniens.Nec mirum,si apud quem rerum perfectio,non in consummatione operis, sed in suæ prædestinatione est voluntatis,laudat singula quasi conuenientia futuris, laudat plenitudinem singulorum venustate compositam.Illa enim est vera pulchritudo,& in singulis membris esse quod deceat,& in toto, vt in singulis gratia,in omnibus formæ conuenientis plenitudo laudetur. CHRYSOSTOMVS. Et vidit deus quod bonum.Attende quanta verborum humilitas propter nostram infirmitatem.Nam sicut de luce dixit, Vidit quod esset bona,ita & nunc de cœlo dicit, hoc est,de firmamento, docens nos per huius pulchritudinem suam immensitatem.Quis enim non obstupescet ac admiraretur, quod firmamentum tanto tempore vigescentem,& eandem seruat pulchritudinem,& quādiu accedit tempus,tandiu & suam custodit pulchritudinem? Quid enim speciosius eo, quod laudem ab ipso opifice accepit? Nam si nos hominis opus videntes absolutum, admiramur figuram,situm,pulchritudinem,proportionem,elegātiam,aliaq; omnia,quod factum est à deo,quis D digne laudarit,præsertim cum ab ipso domino laudem acceperit?Hæc enim dicta ita sunt, vt se attemperaret nostræ fragilitati.Videbis autem hoc per singulas facturas dici,& ita confundi, & multis antea seculis confici singuas eorum,quæ acturæ se erant contra opificium dei,& dicturæ.Quare hoc & hoc factum est? Talia igitur di cturos antè comprimit,dicens,Et vidit deus quod bonum. Quando autem audis,quod vidit deus, & laudauit, intellige dictum prout dignum est de deo loqui. Nam qui produxit cœlum, etiam priusquàm formaret, sciebat formādi cœli pulchritudinem.Sed quia nos homines tanta sumus imbecillitate circundati,aliter hoc intellige- re non potuimus,ideo sic direxit spiritus beati Prophetæ linguam,vt ad erudiendum humanum genus,tanta ver borum vteretur crassitudine. Quando igitur subleuas oculos, & spectas cœli pulchritudinem, magnitudinem, vtilitatem, tunc inde ad opificem ascende, sicut & sapiens quidam dicebat. Ex magnitudine & pulchritudine creaturarum,vniuersi conditor decenter consideratur.Et vide domini tui virtutem,etiam ex horum elemento- Sap.13. rum formatione,quanta sit. Nam cui sagax est animus, si voluerit per singula visibilia scrutari, & quid dico per E singula quæ facta sunt? Suam solam formationem si voluerit considerare, videbit ex paruis illis indicibilem & ineffabilem dei potentiam.Quod si visibilia sola sufficiunt nobis ad docendum potentiæ conditoris magnitudinem,vbi & ad inuisibiles veneris virtutes, & mentem extenderis ad Angelorum exercitus,Archangelorum, supernarum virtutū,Thronorū,Dominationum,Principatuum,Potestatum,Cherubim,Seraphim,quæ mens,quis sermo sufficiet enarrare magnificentiam eius inenarrabilem?Nam si beatus Propheta Dauid,cum dispositionem visibilium considerasset,exclamabat dicens.Quàm magnificata sunt opera tua domine.Si (inquam) vir tanto spi- Psal.103. ritu prædituſ,& cui incerta & occulta sapientiæ diuinæ manifestata sunt,sic exclamabat,quid diceremus nos,qui terra & cinis sumus?& debemus continuo vultum submittere,& obstupescere vniuersorum domini indicibilem misericordiam?Et quid dico Prophetam?Beatus ipse Paulus,anima illa cœlo vagari solita, corpore circundatus, & cum incorporeis virtutibus certans,terra ambulans,& mentis promptitudine in cœlo vagans, cum in vnam F partem dispensationum dei incideret (de Iudæis & gentilibus loquor,quod illi quidem electi,hi autem introducti fuissent) & secum dubitaret,& internorum oculorum vertigine laboraret,valde clamabat dicens, O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & scientiæ dei, quam imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles Roma.11. viæ eius. HIERONYMVS LIBRO PRIMO CONTRA IOVINIANVM. Intuendum tamen duntaxat iuxta Hebraicam veritatem,quod cum scriptura hæc in primo & tertio & quarto & quinto & sexto die expletis operibus singulorum dixerit,Et vidit deus quia bonum est,in secundo die hoc omnino subtraxit, nobis intelligentiam derelinquens, non esse bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum.Vnde & in arca Noë, omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur, immunda sunt. Impar numerus est mūdus.Quanquam in duplici numero ostēdatur & aliud sacramentum,quod ne in bestiis quidem, & in immundis auibus digamia comprobata sit.Bina enim ingrediuntur immunda,& septena quæ munda sunt, vt haberet Noë post diluuium quod de impari numero statim deo posset offerre. IDEM IN APOLOGIA. Scriptum autem non esse in secundo die, Vidit deus quia bonum est,non meum accipiāt testimonium,sed cunctorum Hebræorum & aliorum interpretum, Aquilæ videlicet, & Symmachi,& Theodotionis. Si autem scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum non est,cum in cæteris diebus scriptum sit, aut reddant aliam probabiliorem causam quare non scriptum G
sit,aut si non repererint,ingratis suscipiant quod à nobis dictum est. RVPERTVS. Vel in hoc secundo
die, secundum Hebraicam veritatem operis laudatio deest,quæ in cæteris diebus apposita est, sed in Septuagin-
ta tantum addita,& ita scriptori,immo spiritui sancto qui per illum scripsit,complacitum est, quia decet vnum
quid totum esse,quod iure dicatur benefactum esse.At verò firmamentum vna quidem & pulchra species est, ve
runtamen iuxta intentionem operantis vnum quid totum non est. Quid enim intendebat ille architectus de-
us,cum dixit, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis? Hoc vtique,vt faceret mundi
huius amplam domum,pulchram domum, cuius quasi tectum hoc firmamentum est. Et sicut tectum domus
pulchrum quidem opus esse potest, sed nondum domus, nisi quando fundamento & parietibus superpositum
est,atque idem non totum quid est,sic firmamentum pulchra quidem pars mundi, sed nondum mundus erat,
antequam terra & mare proprias haberent species,quibus firmamentum præeminet.Itaque iam laudare, iam di-
cere,vidit deus quod esset bonum, nimis festinum fuisset. Quare ergo (inquis) non sicut hoc, ita distulit dice-
re & illud. Factum est vespere & mane dies secundus? Cur vni mundo non vnum tantum, sed duos ascripsit
dies? Ad hæc inquam. Nunquid duos tantum & non etiam tres in compositione mundi digessit dies, secun- H
dum tres ipsius partes? Nempe anterius dixit, Et tenebræ erant super faciem abyssi. Quam videlicet abyssum,
confusam aquarum multitudinem & profunditatem oportet intelligi, & in hoc secundo die dixit, quia diui-
sit deus aquas ab aquis. Nec hoc nec illud quod bonum esset deum vidisse dixit, donec tertio die dicat deus.
Congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida. Tunc enim dicturus est, &
vidit deus quod esset bonum. Adde quod ad eundem diem pertinet, quia cum dixisset, Germinet terra herbam
virentem, & cætera. Subiunctum est, & vidit deus quod esset bonum. Et ecce sicut tres mundi partes, & tres
dies, sic nihilominus tria bona habes,formationem bonæ lucis,distinctum corpus mundi, plantationem para-
disi. Et nota, quod cum sint bis terni dies præter septimum, qui est dei requies, tam tertius primorum, quàm &
Ibidem quæ. 74.arti.3. ad.3. tertius sequentium duplici bonitatis laude decorati sunt, vt sicut sunt septem dies, sic & septem sint bonitatis
species, septiformem spiritum dei mirabiliter ex semetipsis contestantes. THOMAS. Vel ideo in opere I
secundæ diei non ponitur, vidit deus quod esset bonum, quia distinctio quæ hac die ponitur,est de his quæ non
sunt manifesta populo, & ideo huiusmodi approbatione scriptura non vtitur.Vel iterum propter hoc, quod fir-
mamentum simpliciter intelligitur aër nubilosus, qui non est de partibus permanentibus in vniuerso, seu de
partibus principalibus mundi. *Et factum est uespere & mane dies secundus.* CHRYSOSTOMVS. Ap-
pellatione indita firmamento, & laudato opere finem imposuit diei secundo,& dixit, Et factum est vespere &
mane dies secundus. Vidisti quanta diligentia nos docet,finem lucis vesperam vocans,& finem noctis mane,&
totum illud diem? Ita ne erremus nos, neque putemus vesperam finem esse diei, sed manifestè sciamus, quod
vtriúsque tempus vnum diem implet. Et vesperum finem lucis rectè quis dixerit, mane autem finem noctis,
completionem autem diem. Quod enim ita impleatur, vult diuina scriptura, dicens. Et factum est vespere &
mane dies secundus. GRAECVS. Si quæris,quo pacto antequam fieret sol, fuerit nox ac dies omnipo-
tentiam sapientiæ dei considera,& inuenies prophetam Amos super hac re dicentem capite quinto, Faciés om-
nia,& fabricans,& conuertens in mane vmbram, & diem in noctem obscurans. RVPERTVS. Vel & K
factum est vespere & mane dies secundus. Quia videlicet non casu factum est, sed vespere, id est in illa occul-
ta dei sapientia dispositum, & factum est, priusquàm in actum aliquem visibilem exiret, & mane factum est,
videlicet vt quod in occultis dei erat, in publicum per euidens opus exiret, sicut iam & de anteriori die di-
Mystice. ctum est.

ORIGENES. Mystice autem. Illud primum cœlum quod spiritale diximus, mens nostra est, quæ &
ipsa spiritus est, id est spiritalis homo noster, qui videt ac perspicit deum. Istud autem corporale cœlum, quod
firmamentum dicitur, exterior homo noster est, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentum cœlum
appellatum est, ex eo quod diuidat inter eas aquas quæ super ipsum, & eas quæ sub ipso sunt, ita & homo qui
in corpore positus est, si diuidere potuerit, & discernere quæ aquæ sunt superiores super firmamentum, & quæ
sunt quæ sub firmamento sunt, etiam ipse cœlum, id est cœlestis homo appellatur secundum apostoli Pauli sen
tentiam dicentis. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Studeat ergo vnusquisque nostrum diuisor aquæ ef-
fici eius quæ est supra, & quæ est subtus, quo scilicet spiritalis aquæ intellectum & participium capiens eius L
quæ est supra firmamentum. Flumina de ventre suo educat aquæ viuæ salientis in vitam æternam, segregatus
sine dubio, & separatus ab ea aqua, quæ subtus est, id est aqua abyssi, in qua tenebræ esse dicuntur, in qua prin-
ceps huius mundi, & aduersarius draco, & angeli eius habitant. Illius ergo aquæ supernæ participio, quæ supra
cœlos esse dicitur, vnusquisque fidelium cœlestis efficitur, id est cum sensum suum habet in arduis & excelsis,
nihil de terra, sed totum de cœlestibus cogitans, quæ sursum sunt quærens, vbi Christus est, in dextera dei pa-
tris. Tunc enim & ipse ea laude dignus habebitur à deo, quæ hic scribitur cum dicit, Et vidit deus quia bonum
Cap.15. est. GREGORIVS VIGESIMO SEPTIMO MORALIVM. Anagogicè autem, dixit deus fi-
at firmamentum, & cætera. Angelicæ virtutes quæ in dei amore perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc
in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, vt in contemplatio-
ne conditoris sine felicitatis fine permaneant, & in hoc quod conditæ sunt,æternaliter subsistant. Vnde apud M
Moysen cœlum factum dicitur, & idem postea firmamentum vocatur, quia videlicet Angelica natura, & pri-
us est subtilis in superioribus condita, & post ne vnquam cadere possit mirabilius confirmata. EVCHE-
RIVS. Vel fiat firmamentum in medio aquarum, id est solidamentum sanctarum scripturarum. Firma-
mentum enim in Ecclesia, Scripturæ diuinæ intelliguntur, sicut scriptum est,Cœlum plicabitur sicut liber. Dis-
creuitque super hoc firmamentum aquas, id est cœlestes populos Angelorum, qui non opus habent hoc suscipe-
re firmamentum, vt legentes audiant verbum dei, vident enim eum semper & diligunt. Sed superposuit ipsum
firmamentum legis suæ, super infirmitatem inferiorum populorum, vt ibi suspicientes,cognoscant qualiter dis-

cernant

A cernant inter carnalia & spiritalia, quasi super aquas superiores & inferiores. BASILIVS. Sed finis iam
sit,oratioque nostra de secundo die creationis hic desinat,vt auditorum iis quidem qui labori studiorum indul-
gent,temporis satis præstetur ad ea perquirenda,quæ nunc à nobis audierunt,quo si quid in ipsis vtile sit, id me-
moria teneant,& per exercitium studij meditationémque, quasi per quandam concoctionem vtilium digestio-
num expectent, iis autem quorum vitæ curis animus atque negociis occupatur, otium concedatur, vt tempore
medio rebus agendis dispositis,ad orationum epulas vespertinas anima vacua curis accedant. Deus autem ipse,
qui res (vt constat) magnas creauit, & vt hæc parua sint dicta nunc opem tulisse videtur, vobis omnibus omni
prorsus in re facultatem ac lumen ad suam intelligendam veritatem capessendámque præstet, vt partim ex iis
quæ conspiciuntur, eum qui non oculis cerni potest, mente percipiatis, partim è creatarum rerum tam mole
quàm pulchritudine,conceptum congruum opinionémque decentem de creatore vestro sumatis. Inuisibilia e-
nim ipsius (vt diuus Paulus ait) à creatione mundi per ea quæ facta sunt,intellecta conspiciuntur, & diuinitas e-
B ius atque potentia sempiterna.Etenim & in terra,& in aqua,& in aëre, & in cœlo,nec non & in die nocteue, at-
que omnibus omnino quæ conspiciuntur, aperta nos intueri caperéque semper opificis dei nostri vestigia mo-
nimentáque possumus. Quod si huic rei nauabimus operam vti debemus, neque tempus vllum nobis profectò
concedemus peccandi, neque cordis vllum omnino locum nostræ salutis vnquam inimico vacuum relinque-
mus, continua tali memoria deum ipsum habitantem in nobis semper habentes, quem gloria decet in secula
seculorum.

Dixit uero deus,Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locum unum, & appareat arida. Factum- 5
que est ita. Et uocauit deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Et uidit
deus quod esset bonum, & ait, Germinet terra herbam uirentem & facientem semen, & lignum po-
C *miferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et*
protulit terra herbam uirentem & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens
unumquodque sementem secundum speciem suam. Et uidit deus quod esset bonum. Et factum est uespere &
mane dies tertius. 5

AMBROSIVS. Dies tertius nobis hodie in sermone nascatur,qui ortus est in lectione præclarus dies, qui
terram à naufragio liberauit. BASILIVS. Complures eorum qui equorum studio incumbunt atque insa- Congr.4.
niunt, in somniis etiam de ipsis equis contendunt, currus aurigásque mutantes, nec in ipsis quidem secundum
quietem visis,à diurna dementia dimouentur.Nos autem,quos ipse dominus maximus mirabilium rerum effe-
ctor ac artifex,ad suorum ostentationem operum inuitabit,spectando defatigabimur,inertésque ac fessi in audi-
endis verbis diuini spiritus erimus? Nec ista magna variáque diuinæ creationis officina,cogitatione mentéque
D circundata,totum ornatum vniuersi spectabimus? Cœlum quidem circumactum Prophetæ sententia veluti for-
nicem,tellurem autem immensam tam mole quàm pondere,sese suspensam in medio librantem,ac fulcientem,
aërem verò fusum,mollem humidúmque natura, accommodatum quidem perpetuúmque spirantibus alimen-
tum,cedentem autem iis præ mollitia quæ motu cientur, vt nullum prorsus per ipsum meantibus impedimen-
tum sit inde,semper ad terga secantium facile labentem atque circunfluentem, aquæ denique naturam, tum ad
alimentum,tum ad cæteros nostros vsus paratam, cuius ordinatissimum ad definita loca concursum, ex iis quæ
modo dicta sunt nobis conspiciemus. THOMAS. Sciendum autem, quod duplex informitas circa terram 1. par.quæ.
describebatur.Vna,quod erat inuisibilis & inanis,quia erat aquis cooperta. Altera,quod erat incomposita siue va 69.ar.2.in
cua,id est non habens debitum decorem,qui acquiritur terræ ex plantis eam quodammodo vestientibus.Et ideo reso.
vtraque informitas in hac tertia die remouetur,& prima quidem per hoc,quod aquæ congregatæ sunt in vnum
locum,& apparuit arida.Secunda verò per hoc,quod protulit terra herbam virentem. CHRYSOSTOMVS.
E Audiamus ergo si placet,quæ hodie nos docere vult spiritus sancti gratia per beati Moysi linguam. *Dixit uerò*
(inquit) *deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locum unum, & appareat arida. Factumque est ita.* AVGVSTINVS.
De verbo dei,quo dixit,& de placito eius quo vidit quia bonum est,& de vespera & mane, non opus est hic ite-
rum similitérque disserere, atque ita deinceps quotienscúnque ista reperiuntur, secundum superiorem inquisi-
tionem interim consideranda esse admonemus. BASILIVS. Quot mihi negocia? quot molestias afferen-
bas in iis quæ antea dicebantur,causam expostulando,quomodo tellus inuisibilis erat, cum omne corpus colore
suapte natura sit delibutum,omnisque color aptus sit percipi sentirique visu? Et forsitan ea quæ disseruimus ibi,
satisfacere rei non tibi videbantur,cum diceremus inuisibile non ex parte naturæ, sed nostra dictum à scriptura
fuisse,propter obiectionem aquæ,tunc vniuersam tellurem operientis.Ecce nunc audi seipsam explanantem scri
pturam:Congregentur aquæ in locum vnum,& appareat arida, id est contrahantur ea quæ velant, vt aspectui
sese obiiciat ea,quæ tunc non conspiciebatur. AMBROSIVS. Nonne videtur dicere: Non dixi inuisibi-
F lem secundum naturam,sed secundum superfusionem aquarum? BASILIVS. Sed fortasse quispiam & il-
lud quæsierit. Cur quod secundum naturam competit aquæ,ferri (inquam) per decliuia loca, imaque petere, id
ad opificis imperium scriptura deducit? Quoúsque enim in æquo planoque solo sita est aqua, stabilis est tantis-
per, atque quiescit, quippe cum haud habeat quorsum fluendo proficiscatur. Sed cum prona loca fuerit atque
decliuia nacta, protinus cum antecedens processerit, ea quæ post ipsam continua est, sedem ipsius occupat,
ea quæ sequitur, illius itidem sedem, & ita delabitur quidem quæ antecedit, sequitur autem quæ accedit, at-
que tanto delatio fit celerior, quanto & pondus maius est descendentis,& loca ad quæ fit confluxio, magis con-
caua sunt, magisque ima. Ad quod dicimus, post herile præceptum illud, potissimum te motiones aquæ no-
uisse, nutantem (inquam) eius instabilémque naturam, ad prona, decliuia, concauaque loca proprio momen-
to delationem,antea vero quomodo sese haberet viribus atque natura,quam ipsi nutũ hunc cursumq; dei præce-
ptũ ingenuisset,nec tute sanè ipse vidisti,nec ab alio vllo qui vidisset audiuisti.Intellige nanq; dei vocé effectricé

 esse naturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse naturæ, idque imperium quod factum est tunc creaturæ,iis quæ fiunt, facultatem viréque tales successione G
præstitisse. Nox semel dieque creatæ sunt, & inde etiam nunc sibi mutuò succedentes, æquo discrimine diuide-
re tempus non desinunt. Congregentur aquæ. Iussit deus currere naturam aquarum, & nunquam ipsa defatiga-
tur, illo perpetuo compellente ipsam præcepto. AMBROSIVS. Ex illo ergo currit aqua, fontes labun-
tur in fluuios, in freta currunt flumina, lacus deriuantur in maria, ipsa se aqua præcedit, vrget, & sequitur. V-
nus est ductus, vnum est corpus. Et cum sit altitudo diuersa, indiscreta tamen dorsi eius æqualitas. Vnde & æ-
quor appellatum arbitror, quod superficies eius æqualis sit. BASILIVS. Si vnquam tibi propter fontem
perennem stanti, copiosam aquam edentem, venit in mentem, quis nam is sit qui pellit hanc aquam viscerib
bus terrę? quis nam is sit qui cogit eam, ac vrget ad priores pergere partes? quæ cellæ eam contineant? vnde e-
manat? quis sit is locus ad quem properat? quonam denique pacto & hæc loca non deficiunt, & illa complen-
tur? hæc omnia nimirum à prima illa diuina voce dependent, illinc vt currant concessum est aquis, omni in a- H
quarum aspectu, omni in descriptione memoriæ tradita, illius primæ vocis, illius primi præcepti momento.
Congregentur aquæ. AMBROSIVS. Cæterum quis ignorat, quod rapido plerúnque impetu in ima des-
cendens, in superiora se subrigat, atque in supercilium montis attollat, plerúnque etiam canalibus manu artificis
deriuatiua, quantum descenderit, tantum rursus ascendat? Itaque si vel impetu suo fertur, vel artificis deriuata
ingenio, contra naturam suam ducitur & eleuatur: miramur, si diuini operatione præcepti, aliquid ad vsum na-
Psal.77. turæ eius accessit, quod in vsu antè non fuerit? Deus qui potuit de petra educere aquam quæ non erat, non po-
tuit aquam educere quæ erat? Percussit petram & fluxerunt aquæ, clamat Dauid, & torrentes inundauerunt. De-
us enim quod iubet, facit. Dicendo autem, Congregentur aquæ, non solum mouit eas de loco, sed etiam statuit
Eccles 1. in loco, vt non præterfluerent, sed manerent. Hoc vtique maioris miraculi est, quomodo omnes congregationes
in vnam congregationem defluxerint, & vna congregatio non adimpleta sit. Nam & scriptura hoc inter mira-
bilia constituit, dicendo, Omnes torrentes eunt in mare, & mare non adimpletur. Vtrunque igitur ex præcepto I
Hiere.5. dei, vt & fluat aqua, & non superfluat. Nonne ipsi videmus mare frequenter vndosum, ita vt in altum fluctus e-
ius tanquam mons aquæ præruptus insurgat, vbi impetum suum ad littus illiserit, in spumas resolui, repagulis
quibusdam arenæ humilis repercussum, secundum quod scriptum est, Aut non timebitis me dicit dominus, qui
posui arenam fines mari? Infirmissimo itaque omnium vilis sabuli puluere vis maris in tempestate cohibetur, &
velut habenis quibusdam cœlestis imperij, à præscripto sibi fine reuocatur, violentique æquoris motus in sese
frangitur, atque in reductos sinus suos scinditur. Hoc quis est qui cohibeat, nisi vis statuti cœlestis? Expedita pri-
ori quæstione quæro nunc cum dixerit, Congregentur aquæ in locum vnum, seu collectionem vnam. Quomo-
do diffusas per lacus, paludes, stagna, aquas, & superfusas vallibus & campis, omnibúsque planioribus locis cur-
rentibus fontibus atque fluminibus, vna potuerit recipere collectio, aut quomodo vna collectio, cum hodiéque
diuersa sint maria? Nam & Oceanum mare dicimus, & Tyrrhenum, & Adriaticum, & Indicum, & AEgyptium, K
& Pontum, & Propontidem, & Hellespontum, & Euxinum, AEgeum, Ionium, Atlanticum. Plerique etiam Cre-
ticum, & Septentrionale Caspium appellant mare. Vnde consideremus scripturæ verba, quæ librato sunt trutina-
ta examine. Congregentur (inquit) aquæ in locum vnum. Vna aquarum iugisque & continua congregatio est,
sed diuersi sinus maris, vt quidam de scriptoribus forensibus ait. Nanque portus maris nostri sinus amplissimus.
Meritóque in diuersis locis diuersa sunt nomina, quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adhæserunt. Vna
autem congregatio aquarum, eo quod iugis vnda atque continua ab Indico mari vsque ad Gaditani oram litto-
ris, & inde in mare rubrum, extrema circunfuso orbem terrarum includit Oceano, interius quoque Tyrrheno A-
drias, Adriæ cætera miscentur, nominibus distincta non fluctibus. Vnde pulchre habes, quia deus congregationes
aquarum vocauit maria. Ita & vna est generalis collectio, quæ dicitur mare, & multæ collectiones, quę maria pro
regionibus nũcupãtur. Sicut enim multæ terræ, vt Aphrica, Hispania, Thracia, Macedonia, Syria. AEgyptus, Gal-
Psal.88. lia, atque Italia, pro regionum appellantur vocabulis, & vna est terra, ita multa dicuntur pro locorum appella- L
Iob.38. tionibus maria, & vnum est mare, sicut ait Propheta dicens: Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrarum & pul
chritudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Et ad Iob ipse dominus ait, Concluси autem mare por
tis. Si sunt etiam non confusi lacus & stagna, quæ non miscentur fluctibus, vt Larius & Benacus, Albanus quoque
aliique plures, quomodo vna congregatio aquarum? Sed quemadmodum dicitur, quia fecit deus duo lumina-
ria, id est Solem & Lunam, cum sint vtique & stellarum lumina, ita & vna congregatio dicitur, cum sint pluri-
mæ. Neque enim annumerantur, quæ non conferuntur. Nunc quia de vna collectione diximus, illud occurrit, v-
trum cum per omnem ferè terram, & super terram fuerint diffusæ aquæ, per vallestria agrorum, concaua mon-
tium, planiciémque camporum, modo æquoris fusa congregatio vna, potuerit omnes illas aquas recipere, atque
exinanire terras, quæ antè fuso per vniuersum flumine stagnabatur. Nam si tunc operta erant omnia, non diceret
visa est terra, nisi tectam vellet locis omnibus demonstrare. Quò igitur illa omnis aquarum redundantia deriua-
ta est? Quæ receptacula eam tam continua atque connexa absorbere potuerunt? De quo multus nobis potest ser- M
mo suppetere. Primùm quia potuit creator omnium & ipsarum terrarũ spacia diffundere. Quod aliqui antè nos
confirmantes, propria posuerunt sententia. Ego quid facere potuerit nunc prætermitto, quid fecerit quod aperte
Esaiæ.49. scripturarum auctoritate non didici, quasi secretum prætereo, ne forte etiam hinc alias sibi quæstiones requirant.
Assero tamen secundum scripturas, quia potuit locorum humilia, & camporum aperta diffundere, sicut ipse ait,
Ante te ambulabo, & montes planos faciam. Potuit etiam ipsa aquarum vis profundiora ea facere quæ insederat,
tanto fluctuũ motu, tantoq; æstu cõcitatioris elemẽti, qui quotidie ima pelagi torquere, & arenas verrere soleat
de profundo. Quis deinde sciat, inquantum se illud magnum & inausum nauigantibus atq; intẽtatũ nautis fũdat
mare, quod Britãnias fremẽti includit æquore, atq; in vlteriora, & ipsis fabulis inaccessa secreta se porrigit? Quis
deinde colligat, quantũ Lucrino & Auerno in Italia, Tiberiadi quoq; in Palęstina, & ei lacui qui inter Palęstinam
& AEgyptũ Arabiæ deserta prętẽdit, portubusq; diuersis Augusti atq; Traiani, cæterisq; per vniuersum orbẽ infu
sum addiderit mare? SEVERIANVS. Vel aliter. Cõgregeť aqua. Et vbi nã cõgregata est: nũquid in mari? Vbi

igitur

A igitur congregata est? Nondum erant concaua montium, sed simul ac deus dixit, Congregetur aqua, terra sicca
est, sinus fecit, id quod & insulæ & montes qui interiacent, satis testantur. IVNILIVS. Siquis ergo quæ-
fierit, vbi congregatæ sunt aquæ, quæ omnes terræ partes ad cœlum vsque operuerant, sciat fieri potuisse, vt ter-
ra ipsa longe latèque iussu creatoris subsidens, alias partes præberet concauas, quibus confluentes aquæ recipe-
rentur, & appareret arida ex his partibus, vnde humor abscederet. Potest etiã non absurdè credi, rariores prima-
rias fuisse aquas, quę velut nebula terras tegerẽt, congregatione autẽ esse spissatas, quę datis sibi locis capi possent,
appareret arida in reliquis. Bene autem cum multa esse constet maria, in locum tamen vnum congregatas di-
cit aquas, quia videlicet cuncta hæc iugi vnda atque continua, Oceano ac mari iunguntur magno. Sed & si qui
lacus in semetipsos videntur esse circunscripti, & hos ferunt occultis quibusdam perforatis cauernis, in mare su-
os euoluere meatus. Nam & fossores puteorum hoc probant, quia tellus per inuisibiles venas aquis repleta est
manantibus, quæ trahunt ex mari principium. RVPERTVS. Vel aliter. Quomodo congregentur (di-
B xit) aquæ in locum vnum, nisi ac si diceret, secedant hinc & hinc aquæ, & confluant seorsum & seorsum, nul-
lúmque operi proposito faciant impedimentum? Quo enim tendebat summa artificis industria, nisi ad hoc
quod ait, & appareat arida? Aridam quærebat iamdudum latentem in fundo abyssi, antequam diuideret aquas
ab aquis, quam solus ibi esse nouerat, qui solus creauerat. Quærebat (inquam) aridam, magni & pulcherrimi
operis materiam, quod apud se pertractabat miro & ineffabili consilio, de infima & ignobili massa, cœli sui su-
perioris aurea palatia perornaturus. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quantum igitur ad li- Lib.1.de sa-
teram spectat, locus vnus in quo congregatæ sunt aquæ quæ sub cœlo erant, abyssus magna creditur, quæ ab i- cra.cap.21.
pso mundi exordio, in terræ corpore tantæ capacitatis facta fuisse putatur, vt omnium receptaculum aquarum
esse potuisset. Nam aquarum natura in principio tenuis admodum leuisque, & in modum nebulæ cuiusdam
dispersa, postquam diuina virtute & iussione in vnam (vt ita dixerim) massam compingi quodammodo atque
C densari cœpit, ipso suo pondere deorsum vergens, in ima collapsa, à terra excepta est, spatiumq; illud quod de-
super vsque ad ipsum firmamentum occupauerat, serenum purúmque dereliquit. Ipsa quoque terræ superfici-
es (aquis omnibus inter alueos suos conclusis) apparere cœpit. Primò quidem lutulenta & lubrica nudaque, ve- 1. Par. quæst.
lut quæ germina necdum vlla protulisset, quibus vestiri & superduci potuisset. THOMAS. Aquas con- 69.ar.1.ad.2
gregatas in vnum locum, tripliciter intelligitur. Vno modo, vt aquæ in maiorem altitudinem sint eleuatæ
in loco vbi sunt congregatæ. Nam mare est altius terra, vt experimento compertum est in mari rubro. Secun-
do, vt dicatur, quod rarior aqua velut nebula terras tegebat, quæ congregatione densata est. Tertio modo,
vt dicatur, quod terra potuit aliquas partes præbere concauas, quibus confluentes aquæ reciperentur. Inter
quas prima videtur probabilior. Omnes autem aquæ vnum terminum habent, scilicet mare in quo confluunt,
vel manifestis vel occultis meatibus. Et propter hoc dicuntur aquæ congregari in vnum locum. Vel dicit vnum
locum, non simpliciter, sed per comparationem ad locum terræ siccę, vt sit sensus. Congregentur aquæ in v-
D num locum, id est seorsum à terra sicca. Nam ad designandum pluralitatem locorum aquæ, subdit, quod con-
gregationes aquarum appellauit maria. BASILIVS. Aduertendum etiam quod non dixit, & appare-
at terra, sed appareat arida, ne rursum ipsam inextructam ac incompositam ostendat, luto refertam, atque aquis
immixtam, nondum propria forma facultatéque recepta. Et simul ne telluris exsiccandæ soli nos causam tri-
buamus, terræ siccitatem ortu solis generationèque vetustiorem opifex fecit. AMBROSIVS. Vnde Psal.94.
Dauid discernens mare & terram, ait de domino deo. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam
fundauerunt manus eius. Arida enim expressio naturæ est, terra appellatio quædam simplex negocij, quæ in se
habeat proprietatem, sicut enim animal generis significatio est, cui inest proprium aliquid & excellens, ratio-
nabile autem proprium est hominis, ita & terra potest communiter dici, vel scatens aquis, vel deserta & inuia
& sine aqua. Ergo & illi quæ scatet aquis, inest vt habeat ariditatem. Remota enim aqua, incipit esse arida, si- Psal.106.
E cut habes scriptum. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, hoc est, de terra aquosa aridam fe-
cit. Habet ergo terra propriam qualitatem suam, sicut & singula elementa habent. Nam & aër humidam qua-
litatem, & aqua frigidam, & ignis calidam. Et hoc est principale proprium elementis singulis quod ratione
colligimus. Vt autem sit terra etiam frigida, eo quod aquarum affinitati sociatur, prouenit. Ergo illud suum,
istud alienum. Suum quod arida, alienum quod frigida, sed non præferuntur secunda primis. Auctor itaque
naturæ quod primò donauit, hoc tenuit, quia istud ex natura, illud ex causa. De principalibus igitur, non ex
accidentibus terræ debuit proprietas definiri, vt secundum prærogatiuam qualitatis eius, informaretur nostra
cognitio. BASILIVS. Cui igitur vti proprium siccitas accommodatur atque ariditas, id appellatum
est terra, perinde atque cui veluti proprium peculiaréque quid, ipsum hinnibile competit, id nuncupatum est
equus. Et factum est (inquit) ita. Animaduertas velim, his indicantem verbis scripturam, non solum exundan
tes aquas è terræ superficie defluxisse, sed quicquid etiam aquarum inerat immixtum, ipsi cessisse, necessariis
F opificis iussis obtemperando. Et factum est ita. Hæc adductio, satis creatoris vocem ostendit in opus ac exi-
tum prodiisse. AMBROSIVS. Non mediocris autem pudor est, imperio dei insensibilia elementa pa-
rêre, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. Nec hoc solum obedientis aquæ exem Psal.113.
plum habemus, nam & alibi Propheta ait. Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Hanc imite-
mur aquam & vnam congregationem domini, vnam Ecclesiam nouerimus. CHRYSOSTOMVS.
Vide hic obsecro dilecte, ordinem & consequentiam optimam. Quia dixerat in principio, Terra erat inuisi-
bilis & inculta, eo quod tenebris & aquis obtegebatur, & deinde iussit die secundo, vt esset firmamentum, quod
aquarum separationem faceret, vocauitq; firmamentum cœlum, nunc iterum docet nos, quod præceperit in die
tertio aquæ quæ sub cœlo, hoc est, firmamento, vt in vnam congregationẽ congeniat, & faciat apparere locũ ari-
dæ. Et factum est sic. Quia enim omnia impleta erant aquis, iussit in vnam cõgregationẽ, aquarũ multitudinẽ cõ
cedere, vt sic appareret arida. Vide quomodo paulatim illius nobis pulchritudinem & ornatũ ostendit. Et factum
est (ait) ita, quomodo? Sicut præceperat dominus. Dixit solum, & opus subsequutum est. Hoc enim peculiare dei

 est, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt,vt ſecundum voluntatem ſuam facturas ſuas moderetur. IVNILIVS. Subducuntur ergo aquæ quę in- G
ter cœlum & terram vniuerſa compleuerant,& vnum congregantur in locum, vt & lux quæ præterito biduo a-
quas clara luſtrabat,clarior puro in aëre ſplendeſceret,& terra quæ latebat appareret, quæq; contecta aquis limo-
ſa manebat & inualida,harũ abſceſſu redderetur arida,& ſuſcipiendis apta germinibus. THEODORETVS.
Nam terra quæ aquis contegebatur,non erat arida, ſed ne quidem ad nutrienda animantia,aut fructus proferen
dos potens erat. AVGVSTINVS. Si totum aquis plenum erat, quomodo potuerunt aquæ congregari in
vnum? Sed iam ſuperius dictum eſt,quod ſuper aquam ferebatur ſpiritus dei,vnde erat deus omnia formaturus.
Nunc verò cum dicitur,Et factum eſt ita,hoc dicitur,quod illa materia incorporalis formata eſt in ea ſpecie,quã
habent iſtæ aquæ viſibiles.Ipſæ enim congregatæ in vnum,ipſa eſt aquarum formatio harũ, quas videmus & tan
gimus.Vis quippe ipſa formæ commendatur nomine vnitatis,hoc eſt enim verè formari,in vnum aliquid redi-
gi,quoniam ſumme vnum, eſt omnis formæ principium.Et ſic apparuit arida,id eſt, materia illa ſpeciem viſibi-
lem accepit,atque à confuſione diſtinctam,quàm nunc terram iſtam videmus habere. Superius enim quando co H
gnominabatur terra inanis & vacua,ipſa rerum materia nominabatur, nondũ generibus creaturarum completa
corporalium,& quod nominabatur aqua,ſupra quam ferebatur ſpiritus dei,eadem rurſus materia nominabatur.
Nunc verò aqua iſta & terra formatur ex illa materia,quæ ipſis nominibus appellabatur, antequam formã aquæ
iſtæ quas nunc videmus,acciperent. Et cõuenienter quidem, cum hæc duo elementa acceperunt ſpecies proprias
iſtas notiſſimas nobiſq; tractabiles,aqua mobilẽ,terra immobilem,de illa dictum eſt, congregentur aquæ, & cæ-
tera,de hac verò appareat arida,aqua enim eſt labiliter fluxa,terra ſtabiliter fixa. In hoc ergo die factum videtur,
vt duo tantùm inferiora elementa ſecernerentur.De aëris tamen formatione etiam intelligi poteſt,is enim tunc
primũ notam nobis formam accepit,cum aqua quæ aëris & terræ ſpacium occupabat,in vnam terræ partem ſe-
ceſſit.Ita in ſecundo & tertio die quatuor elementa in proprias formas videntur eſſe diſtincta. GLOSSA. Et
factum eſt ita.Tertia die diſtinguuntur aquæ propriè dictæ, & colliguntur ſuis ſinibus,vt terra emineat, aquiſq; I
velut ſpongia locum cedat,ſubſidentibus partim,partim autem defluentibus,& terram irrigantibus,veluti fon-
tes omnia penetrantes,irrigantes,& fœcundantes. Vbi rurſus perpẽdenda hominibus dei gratia,qua contra na-
turam aqua,creatoris ſolo iuſſu, nobis vitam concedit. Naturæ enim permiſſa, vt genuinum ſuum locum aqua
occupet,nutu dei quaſcunque peccatrices gentes ſubitò obruet. *Et uocauit deus aridam terram, congregationeſque*
aquarum appellauit Maria.Et uidit deus quod eſſet bonum. BASILIVS. Diximus non ex iis eſſe aridum quæ poſt
adueniunt terræ,ſed ex iis quæ naturam eius à primordiis ipſis conſtituunt . At ea quæ cauſam vtì ſit quippiam,
præſtant iis eſſe priora quæ poſtea adueniunt,nemo eſt qui ignoret.Itaq; non immerito per ea quæ natura compe
tunt,prioraq; ſunt, ſcriptura ipſa ſancta terram eſſe cenſuit cognoſcendam. CHRYSOSTOMVS. Et vo-
cauit deus aridam terram.Vidiſti dilecte,quomodo deus terram,quæ inuiſibilis erat & inculta,& aquis quaſi ve-
laminibus quibuſdam obtegebatur,deſpoliauit (vt ſic dicam) & faciem illius nobis monſtrauit,proprio etiã no-
mine impoſito? IVNILIVS. Prius quidem ad diſtinctionem aquarum totam hanc ſolidiorem partem ap- K
pellauit terram,cum diceret,In principio creauit deus cœlũ & terram.Terra autem erat inanis & vacua.At nunc
poſtquam formari mundus iam incipit,& aquis ſuũ in locum recedentibus,terræ facies apparet, ad diſtinctionẽ
partis eius quæ adhuc aquis premebatur,cætera portio quam aridam eſſe dicebat, terræ nomẽ accepit, inde dicta
latinè,quod animantium pedibus teratur. RVPERTVS. Iam ſuperius dictũ eſt, quam virtutem innuat po
ſitio diuinæ vocationis,videlicet quod earũ rerum ſubſtantiam quibus nomina per ſemetipſum deus impoſuit,
tranſituram non facilè quis dicere poſſit.Et terrã quidem ſecundum naturam quam condidit ipſe,conſtat eſſe a-
ridam.Etenim re vera naturaliter arida eſt,& niſi ex humoris temperamẽto ſolidaretur,puluis eſſet, omniq; ven
to leuiter cederet.Proinde ſicut aliundè iuuatur,& nunquam omnino in ſua inopia relinquitur,rectè illi nomen
quoq; mutatum eſt:vt iam non arida,ſed terra vocetur, ſicut & quod iam conſuetudinaliter mare dicitur,natu-
Vbi ſupra. raliter congregationes aquarum eſt. THOMAS. Vel intelligitur vbiq; per hoc quod dicitur vocauit,id eſt,
dedit naturam vel proprietatem,vt poſſit ſic vocari. GLOSSA. Hebraice eſt וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לַיַּבָּשָׁה אֶרֶץ Vaikra L
elohim laiabbaſa erez,id eſt,Et vocauit deus aridam terram.Iabbaſa enim à Iabas deſcendit,quod & ſiccare & a-
rere ſignificat.Et eſt accuſatiui caſus,nam licet lamed dictionem præcedens,communiter denotet datiuum ca-
ſum,quandoq; tamen denotat & accuſatiuum,vt ſecundo Regum tertio . Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfe
cerunt Abner,vbi huic nomini Abner,præponitur litera Lamed.Sic & Septuaginta,καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν ξηρὰν,
γῆν, id eſt,Et vocauit deus aridam terram.Sic habet & Chaldaica.Impoſuit ergo dominus deus ipſe nomẽ terræ
ante conditum Adam,vt ſuperioribus quoq; creaturis fecit.Congregationeſq; aquarũ appellauit maria. HIE-
RONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Notandũ quod omnis congregatio aquarũ,
ſiue ſalſæ ſint ſiue dulces,iuxta idioma linguę Hebraicę maria nuncupentur.Fruſtra igitur Porphyrius Euangeli-
ſtas ad faciendum ignorantibus miraculũ,eo quod dominus ſuper mare ambulauerit,pro lacu Genezareth,mare
appellaſſe calumniatur,cum omnis lacus & aquarũ congregatio,maria nuncupentur. AVGVSTINVS DE M
GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Adhuc nobiſcũ facit illa cauſa vocabulorũ,non enim o-
mnis aqua mare,aut omne aridum terra.Ergo quæ aqua eſſet,& quæ arida,vocabulis ſegreganda fuit.Ipſam autẽ
diſtinctionem atq; formationem,fuiſſe vocationẽ dei, non abſurdè adhuc intelligi poteſt. CHRYSOSTO-
MVS. Et congregationes (ait) aquarũ vocauit maria.Ecce & aquæ nomen ſuũ ſortitæ ſunt.Nam quemadmodũ
optimus artifex arte ſua vas aliquod facturus , non anteà illi nomen imponit donec abſoluat, ita & miſericors
dominus nomina elementis non anteà imponit,donec ea in propria loca ſuo præcepto ponat.Igitur poſtquã ter
ra nomen ſuum accepit,& ad propriã formam peruenit,etiã aquæ congregatæ proprio vocabulo nominatæ ſunt.
Vocauit enim (ait) cõgregationes aquarũ maria. THEODORETVS. Cõgregationes multitudinis numero
appellauit,ideo quia pars maris per ſubterraneos meatus, pars ſuper faciẽ terræ fluit,tum etiã quia aliud eſt mare
Indicũ,aliud Ponticũ,aliud Tyrrhenum, rurſus differt Propontis ab Helleſpõto,& Aegeum ab Ionio, tum extra
eſt maximũ pelagus,quod alij Atlanticũ,alij Oceanũ nominarũt. IVNILIVS. Cõgregationeſq; aquarũ appel
lauit

A lauit maria,videlicet proxima ſui parte.Et aptè,quia prius propter cõtinuationẽ omniũ quæ in terris ſunt aquarũ,
in locũ vnũ eas dixit cõgregatas,nunc & earũ cõgregationes pluraliter nominat,& hæc appellari maria pluraliter
dicit, propter videlicet multifidos earundem ſinus , qui diuerſa pro regionũ vocabulis & ipſi nomina ſortiuntur.
GLOSSA. Quod nos in plurali numero congregationes habemus aquarum. Hebraicus codex לְמִקְוֵה lemikue
legit,id eſt congregationem aquarum in ſingulari, fortè vt vnitas aquarum ſignificetur. Chaldaica etiam,& locũ
congregationis aquarum legit.At Septuaginta in plurali, videlicet,καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων, hoc eſt congre-
gationes aquarum.Et vidit(inquit) deus quod eſſet bonum. AMBROSIVS. Scilicet mare. Et ſi pulchra ſit
ſpecies eius elementi, vel cum ſurgentibus albeſcit cumulis ac verticibus vndarum, & cautes niuea rorant aſper-
gine,vel cum æquore criſpanti clementioribus auris & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem præfert co
lorem,qui autem eminus ſpectantibus frequenter offunditur,quando non violentis fluctibus vicina tundit litto-
ra,ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexibus , quàm dulcis ſonus, quàm iocundus fragor, & quàm grata &
B conſona reſultatio. Ego tamen non oculis æſtimatum creaturæ decorem arbitror,ſed ſecundum rationem ope-
rationis iudicio operatoris conuenire & congruere definitum. Bonum igitur mare, primùm quia terras neceſſa-
rio ſuffulcit humore, quibus per venas quaſdam occultè ſuccum quendam haud inutilem ſubminiſtrat. Bonum
mare tanquam hoſpitium fluuiorum, fons imbrium, deriuatio alluuionum, inuectio commeatuum,quo ſibi di-
ſtantes populi copulantur,quo præliorum remouentur pericula,quo barbaricus furor clauditur,ſubſidium in ne-
ceſſitatibus,refugium in periculis,gratia in voluptatibus,ſalubritas valetudinis,ſeparatorum conuinctio,itineris
compendium,transfugium laborantium,ſubſidium vectigalium, ſterilitatis alimentum.Ex hoc pluuia in terras
transfunditur.Siquidem de mari aqua radiis ſolis hauritur,& quod ſubtile eius eſt,rapitur.Deinde quanto altius
eleuatur,tanto magis etiam nubium obumbratione frigeſcit,& imber fit,qui non ſolum terrenam temperat ſic-
citatem,ſed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enumerem inſulas quas velut monilia plerũque prætexit, in qui-
bus hi qui ſe abdicant,intemperantiæ ſecularis illecebris,fido continentiæ propoſito eligunt mundo latere, & vi
C tæ huius declinare dubios anfractus?Mare ergo eſt ſecretum temperantiæ,exercitium continentiæ,grauitatis ſe-
ceſſus,portus ſecuritatis,tranquillitas ſeculi,mundi huius ſobrietas,cum fidelibus viris atque deuotis incentiuum
deuotionis,vt cum vndarum leniter alluentium ſono certent cantus pſallentium, plaudant inſulæ tranquillo flu
ctuum ſanctorum choro,hymnis ſanctorum perſonent. Vnde mihi vt omnem pelagi pulchritudinem compre-
hendam,quam vidit operator?Et quid plura?Et quid aliud ille concentus vndarum,niſi quidam concentus plebis
eſt?Vnde bene mari plerunque comparatur eccleſia,quæ primo ingredientis populi agmine, totis veſtibulis vn-
das vomit, deinde in oratione totius plebis tanquam vndis refluentibus ſtridet,tũ reſponſoriis pſalmorum,can-
tu virorum,mulierum,virginum,paruulorum,conſonus vndarum fragor reſultat.Nam illud quid dicam,quod
vnda peccatum abluit, & ſancti ſpiritus aura ſalutaris aſpirat ? Det nobis dominus illa ſucceſſuum flumina pro-
ſpero ligno currere,tuto portu conſiſtere, nequitiæ ſpiritalis grauiora quàm ferre poſſumus tentamenta neſcire,
fidei ignorare naufragia habere pacem profundam,& ſi quando aliquid ſit quod graues nobis ſeculi huius excitet
D fluctus,euigilantem pro nobis,habere gubernatorem dominum Ieſum,qui verbo imperet,& tempeſtatem miti-
get,tanquillitatem maris refundat. CHRYSOSTOMVS. Et vidit deus quod bonum. Nam quia humana
natura imbecillis eſt,& opera dei dignè laudare non ſufficit, diuina ſcriptura acceptam ab ipſo opifice laudẽ nos
docet.Igitur quando diſcis,quod & ipſo conditori creaturæ probantur, & bonæ apparent,maius habiturus es mi
raculum,nihilq; amplius afferre poteris. Talem enim ſortitus es dominũ, qui talia facit,quæ à nobis neq; laudari
ſatis poſſunt. Quomodo enim vnquam opus dei pro dignitate laudare poſſet humana natura? IVNILIVS.
Nondum autem terra germinabat, neque aqua animantia viua produxerat, & tamen dicitur deus videre quod
eſſet bonum cedentibus aquis apparuiſſe aridam,quia videlicet æque ęſtimator vniuerſitatis,præuidens quæ ſunt
futura,quaſi iam perfecta laudat,quę adhuc in primo operis exordio ſunt,quia apud eum rerum perfectio non in
conſummatione eſt operis,ſed in prædeſtinatione voluntatis. EVCHERIVS. Vel, Et vidit deus quod eſ-
ſet bonum, Docet bonum eſſe quod fecit,non diſcit. INTERLINEARIS. Aut quod placuit in verbo,pla
E cuit in opere. RVPERTVS. Hic tandem ſcriptor dei,immo & auditor trinitatis,tribus partibus, id eſt cœ
lo,terra,& mari mundum habẽs explicitum tertia die, rectè & opportunè dixit,quia vidit deus quod eſſet bonũ.
Notandum quippe ſuper aquas ternarium potentiæ creatricis imperium . Primò tenebræ erant ſuper abyſſum in
principio creatam,& non dictum eſt quod eſſet bonum,deinde interpoſito firmamento diuiſæ ſunt aquæ, neque
tunc dictum eſt quod eſſet bonum,tertiò congregatæ ſunt aquæ in locum vnum,& ita apparente arida , dictum
eſt quia vidit deus quod eſſet bonum : Hoc enim verè bonum eſt , quia trinitati gratiæ ſuæ theſauros ſub abyſſo
quærenti,opus efficaciſſimum eſt.Inuenta ergo deus arida,vidit quod eſſet bonum, vidit(inquam)nec ſuus eum
fefellit viſus. Nam ſicut tunc vidit,ita nunc factum eſt,quia videlicet de arida veritas orta eſt,quæ ortum in cœ-
lo ſuperaret. CAIETANVS. Et vidit deus quod eſſet bonum.Refertur ad opus tam ſecundi diei quàm cõ
memoratum in hoc tertio. Diſtulit autem Moyſes iudicium diuinum de bonitate vtriuſque operis,eo quod vti-
litas proueniens ex expanſione cœlorum conſiderata in ſecundo die,non eſt nobis manifeſta vſque ad apparitio-
F nem terræ ex condenſatis aquis , quemadmodum in opere primi diei nihil dicitur de bonitate cœlorum & terræ
vſque ad factam lucem , quia bonitas illius creationis per lucem nobis manifeſta eſt. GLOSSA. Et vidit
deus quod eſſet bonum. Et probauit(inquit) ſacroſancta voluntate ſua omnia,vt bona eſſent,vt diſcamus domi-
num deum laudare ex creaturis omnibus,maxime autẽ pro arida nobis conceſſa terra ac fœcunda, victui huma-
no apta,& conſolabili. *Et ait,Germinet terra herbam uirentem & facientem ſemen & lignum pomiferum faciens fructum iuxta* Congreſ. 5.
genus ſuum,cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. BASILIVS. Cum tellus iam reſpiraſſet aquæ depoſito pon-
dere, ſequutum eſt deinceps id diuinum imperium, quo iuſſum eſt terræ primum herbam germinare,deinde li-
gnum,quod etiam nunc fieri cernimus.Vox enim illa,primumq; illud præceptum, velut lex naturæ quædam, ac
inſtitutum impreſſum inſculptumq; telluri,facultatem ipſi generandi,fructuſq; ferendi præſtat. Germinet terra.
In ſtirpium ortu primum eſt germinatio,deinde vbi parumper germen emerſit,fit herba,pòſt incrementis ſuſce-
ptis vireſcens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptis virescens,fœnum euadit,stirpibus sensim sese explicantibus,atque ad edendum vsque properantibus, conco G
quendúmque semen . Herbescunt enim omnes æquo discrimine,virescuntque stirpes.Germinet terra virentem
herbam.Ipsa seipsa terra nulla prorsus egens ope, nullo subsidio,abundè diffundat,eliciat herbescété viriditatem.
AMBROSIVS. Solent enim plerique dicere, Nisi clementior solis calor tepefecerit terras, & quodammodo
radiis suis fouerit,non potest germinare terra,& propterea gentes diuinum honorem deputant soli,quod virtu-
te caloris sui terrarum penetret sinus,sparsaq; foueat semina, vel rigentes gelu venas arborum relaxet. Audi ergo
deum velut hanc vocem emittẽtem, Conticescat ineptus sermo hominum qui futurus est, facessat vana opinio.
Antequam solis fiat luminare,herba nascatur,antiquior eius sit prærogatiua quàm solis. Ne error hominum con
ualescat,germinet prius terra,quàm fotus solis accipiat.Sciant omnes solem auctorem non esse nascentium. Dei
clementia terram relaxat,dei indulgentia prorumpere facit fructus. Quomodo sol viuendi vsum ministrat ori-
undis, quando illa prius diuinæ operationis viuificatione sunt ædita, quàm sol in hos viuendi vsus veniret? Iu-
nior est herbis, iunior fœno. BASILIVS. Num igitur pecoribus quidem præparatum est pabulum, nostrũ H
autem neglectum est alimentum,nec vlla prouidentia prorsus fuit curaq; dignum? An qui bobus pastum equisq;
parauit,is tibi diuitias potissimum voluptatesq; parat? Qui nanque tua pecora pascit,is profectò tui patrimonij su
pellectilem auget.Deinde seminum ortus quid aliud est,& non apparatus tuæ vitæ degendæ,vltra complures her
bas & olera,quibus humanum vescitur genus? Quare si quid herbæ gen⁹ ad alia pertinet, & illius lucrum ad nos
ipsos redundat, & seminum vsus nobis ipsis est definitus. AMBROSIVS. In quo primùm profundũ dei
consilium debemus aduertere, quod etiam minima quæque non negligat, sicut in euangelio sapientia dei dicit,
Matthæi.6. Respicite volatilia cœli,quoniam non serunt,neque metunt,neque congregant in horrea,& pater vester cœlestis
pascit illa,nonne vos pluris estis illis? Cum enim illa pascuntur dei gratia,nemo sibi debet de sua industria & vir-
tute blãdiri.Deinde quia simplicem victum & naturalem cibum reliquis cibis debuit anteferre.Hic enim sobrie-
tatis est cibus,reliqui delitiarum atque luxurię.Hic communis omnibus animantibus cibus ille paucorum. Exẽ- I
plum itaque frugalitatis,magisterium parsimoniæ est,herbæ simplici victu, olerisq; vilis aut pomi contentos esse
omnes oportere,quem natura obtulit,quem liberalitas dei prima donauit.Ille salubris, ille vtilis cibus, qui mor-
bos repellat, qui resecet cruditates, nullo hominũ paratus labore, sed diuino effusus munere,sine satione fruges,
fructus sine semine,tam dulcis,tam gratus,vt etiã repletis voluptati atque vsui sit.Denique ad primas datus men
sas,ad secundas remansit.Germinet terra virentem herbam,& facientem semen. BASILIVS. At fortasse
quispiam dixerit, Cur omnia quæ nascuntur ex terra,semen efficere scriptura dicit,vbi non arundinem,non gra-
men,non mentam,non crocum, non allium,non denique complura alia genera plantarum semen efficere con-
stat? Ad quem dicemus,complura nascentium è terra vim in ipso fundo seminum atque radicibus obtinere,quẽ-
admodum arundo post annuum incrementum ex radicibus quandam appendicem elicit,rationem ad ortum fu
turum seminis obtinentem.Idem etiam alia innumera faciunt quæ per humum vagantia in ipsis radicibus suam
sobolem habent.Quare verissimum esse constat,singulis in stirpibus,aut semen esse,aut quandam vim propagan K
di,perinde atque semen inesse.Atque id est sane quod dicitur,iuxta genus suum.Non est enim appendix arundi-
nis effectrix oliuę,sed ex arundine quidem arundo prodit,ex seminibus autem,ea quę genus idem subeunt,quod
& ipsa semina iacta gignere pullulareq; solent.Atq; ita quod è terra primo prodiit ortu, huiusq; successionis pro-
cessione genere persistente conseruari videtur . Germinet terra . Animaduertas velim hac voce parua , præce-
ptioneq; adeo breui,terram ipsam perfrigescentem ac infœcundam,parturientem protinus vniuersam, atque ad
edendos fructus pergentem ac properantem,& perinde atque amictu mœsto lugubriq; deiecto,splendidiore ve-
ste sese induentem, ornamentisq; suis sese propriis exornantem, ac infinita stirpium genera procreantem . Volo
percupioq; tibi vehementius admirationem imprimi creaturæ,mentiq; tuæ penitus insidere,vt quocunque fueris
loco, & cuicunque stirpium astiteris generi, manifestatam claramq; creatoris capias admonitionem . Germinet
terra virentem herbam , & facientem semen iuxta genus suum. Eorum ordo quæ nunc etiam è terra nascuntur, L
testis est primi stirpium ortus atque creationis. Germinatio enim omnem antecedit herbescentem viriditatem.
Siue enim à radicibus quid è sobole nascitur,vt crocum,vt gramẽ,germinet pullulet q; primum, forasq; egredia-
tur oportet, siue à semine gignitur,hoc quoque pacto primum germen emergat,herba dehinc explicetur , postea
virescens fœnum euadat , demum fructus fiat super solidiusculum iam crassiusculúmque culmum grandescens,
necesse est.Germinet terra herbam virentem.Et exortę sunt vnà cum iis quæ alunt , & ipsæ exitiales herbæ,vene-
noseque.Cum frumento cicuta,cum esculentis cæteris veratrum,aconitum,mandragora,atque papaueri succus.
Quid igitur? gratiis pro iis quæ nobis vsui sunt opifici missis,pro iis ipsum accusabimus, quæ nostræ vitæ aduer-
santur officiúntque? absit. THEODORETVS. Multæ nanque animantium species sunt,aliæ feræ,aliæ cicu
res,aliæ serpentes,aliæ pennatæ & volucres,his omnibus conuenientem escam deus præparauit, vt homini defer
uirent. BASILIVS. Nam cicuta quidem sturni vescuntur ob suique corporis opificium à veneno non oc-
cupantur. Cum enim in cor tendentes tenues meatus obtineant, fit, vt anteà deuoratam cicutam concoquant,
quàm inde lethale gelu proueniens,ad prȩcordia peruenerit, locúmque cordis attigerit. Veratrum autem cotur- M
nicibus est gratissimus cibus , nec ab eo peculiari quadam temperatione detrimenti quicquam percipiunt .
THEODORETVS. Alia item ratione herbas minimè esculẽtas deus nasci voluit.Præscius enim hominum
genus ob peccatum diuersis morbis tentandum iri,medicas herbas terrã omnibus locis proferre iussit,vnde salu-
taria medicamenta conficerentur. BASILIVS. Mandragora nãq; medici somnũ aduocant atq; inuitãt,suc-
co verò papaueris,vehemẽtes dolores corporis sedant.Quidam agitationem etiam appetituum rabiosam,feruo-
rẽmque cicuta mitigarunt atque extinxerunt , & veratro diuturna corporis vitia radicitus extirparunt . Quibus
efficitur , vt quod veluti crimen in opificem afferre putabas , id in cumulum tibi gratiarum habendarum
deo redundet . Germinet terra herbam virentem . Quantum victus hisce verbis , tum in radicibus , tum in
ipsis herbis , tum etiam in fructibus sua sponte nobis oblatum esse dicit ? Quantum insuper eius , qui proue-
nire solet cura diligentiáque agriculturæ ? Non semen frugésque protinus educere terram , sed germinare
virescerẽque

A virescereq;,& tũ semen edere iussit, vt primũ illud diuinũ præceptũ,sequentis ipsi naturæ documentũ ordinis fiat.
At quomodo terra fortasse quispiã dixerit,semina nascentiũ ratione generis edit, vbi sæpenumero tritico sparso,
frumentũ hoc atrum colligimus? At idipsum non ad genus diuersum sanè mutatio,sed quasi morbus quidam vi
tiumq; seminis est.Non enim frumenti naturam amisit, sed in atrum ob adustionem colorem est versum, vt ex
appellatione quoque credere licet.Nam algoris exustum exuperatione,in alium colorem,in aliumq; saporẽ mu-
tatum est.Itaque si in humum bene cultam idoneamq; fuerit iactum,cœlumq; clemens benignumq; fuerit nactũ,
in suam pristinam illam formam qualitatemq; redire ferunt.Quare nihil prorsus in stirpibus aliter inueneris fie-
ri,quàm imperium diuinum illud instituit.Nam id quod lolium appellatur, cæteraq; adulterina semina, quæ sese
cum esculentis miscere solent,quæq; scriptura sacra nuncupare zizania consueuit,non tritico mutato,sed ex ori-
gine sua principioq; nascuntur,propriumq; suum obtinent genus.Germinet terra virentem herbam.Atq; tempo-
ris puncto nimirum à pullulatione initio sumpto,tellus vt creatoris sui legibus imperiisq; obtẽperaret,per om
B nem accreationis formam discurrit,germinaq; protinus ad summum eorum statum deduxit, atque prata quidẽ
alta continuò copia fœni fuere.Campi verò fertiles, horrentes segetibus , perinde atque mare spumarum agita-
tione fluctuabant,ac inundabant.Omnis insuper herba,omne oleris,omne fruticis,denique leguminis genus co
piosissimum è terra tum editum,ac exactissimum eminebat.Nullum enim peccatum in iis,quæ primùm tunc e-
merserе,nulla menda, nullum vitium prorsus erat, aut agricolarum imperitia,aut aëris intemperie, aut alia vlla
causa sanè quæ nocere nascentibus solet.At neque etiam illa contra genus hominum allata sententia,tum impe-
dimento telluris erat fertilitati.Hæc enim illum hominis errorem,illud delictum antecesserunt,gratia cuius nos
condemnati sumus,vt nostris laboribus,nostriq; vultus sudoribus pane vescamur. AMBROSIVS. Germi-
net terra herbam fœni secundum genus suum.Et continuò parturiens terra nouos se fudit in partus, & induit se
amictum viriditatis,gratiam fœcunditatis assumpsit , diuersisq; compta germinibus , proprios suscepit ornatus.
C Miramur quod tam citò generauerit, quantò maiora sunt si spectes singula,quẽadmodum vel iacta in terram se-
mina resoluantur,ac nisi mortua fuerint,nullum fructum afferant,si verò fuerint quadam sui morte resoluta, in
ueriores fructus resurgant.Quid dicam quemadmodum clementia dei humanæ prospexerit vtilitati? Fœnera-
tum terra restituit quod acceperit,& vsurarum cumulo multiplicatum.Homines sæpe decipiunt,& ipsa fœnera-
torem suum sortẽ defraudant, terra fidelis manet. Et si quando non soluerit, si fortẽ aduersata fuerit frigoris in-
clementia,aut nimia siccitas,aut immensa vis imbrium,alio anno superioris anni damna compensat,ita & quan
do prouentus spem destituit agricolæ,nihil terra delinquit, & quando arridet vbertas, fœcundæ matris se partus
effundit,vt nunquam vllum dispendium suo inferat creditori.Quæ verò species pleni agri? Qui odor? Quæ sua-
uitas? Quæ voluptas agricolarum? Quid dignè explicare possumus,si nostro vtamur alloquio? Sed habemus scri-
pturæ testimonia,quibus agri suauitatem benedictioni & gratiæ sanctorum aduertimus comparatam, dicẽte san Genes.27.
cto Isaac.Odor filij mei sicut odor agri pleni.Quid tibi describam purpurascentes violas,candida lilia,rutilantes
D rosas,depicta rura,nunc aureis,nunc variis,nunc luteis floribus,in quibus nescias vtrum species amplius florum,
an vis odora delectet? Pascuntur oculi grato spectaculo,longè lateq; odor spargitur,cuius suauitate complemur.
Vnde diuinè dominus ait, Et species agri mecum est.Cùm ipsa est enim,quam ipse formauit.Quis enim alius ar
tifex possit tantam rerum singularum exprimere venustatem? Germinet terra herbam virentem, & cætera. Non
solum spontaneam alimoniam comprehendit,quæ est in herbis,& radicibus,atque in arborum reliquisq; fructi-
bus,sed etiam eam quæ industria comparatur,& cultu rusticani laboris acquiritur.Diximus de herba fœni, nunc
dicamus de ligno fructuoso faciente fructum secundum genus, cuius semen eius in ipso sit . Dixit & facta sunt,
& subitò floribus vt suprà herbarumq; viriditatibus,ita hic nemoribus terra vestita est.Concurrerunt arbores,cõ
surrexere syluæ,vertices repentè montium fronduerunt.Hinc pinus,hinc cupressus in alta se extulerunt cacumi-
na,cedri & piceæ conuenerunt. Abies quoque non contenta terrenis radicibus , atque aërio vertice, etiam casus
marinos tuto subitura remigio,nec solum ventis,sed etiam fluctibus certatura processit.Necnon & laurus assur-
E gens,odorem suum dedit,nunquam suo exuenda velamine.Vmbrosæ quoque ilices vertices protulerunt,inhor-
rentem comam hybernis quoque temporibus seruaturæ. Hoc enim in singulis priuilegium natura tenuit in reli-
quum,quod sub ictu mundi surgentis accepit,& inde manet sua ilicibus prærogatiua,manet cupressibus,vt nulli
venti eas crinis sui honore despolient.Surrexerat antè floribus immixta teneris sine spinis rosa, & pulcherrimus
flos sine vlla fraude vernabat,postea spina sepsit gratiam floris,tanquam humanæ speculum præferens vitæ, quæ
suauitatem perfunctionis suæ finitimis curarum stimulis sæpe compungat . Vallata est enim elegantia vitæ no-
strę,& quibusdam solicitudinibus obsepta,vt tristitia adiuncta sit gratiæ.Vnde cum vnusquisque aut suauitate ra
tionis,aut prosperioris cursus successibus gratulatur,meminisse eum culpæ conuenit, per quam nobis in paradisi
amœnitate florentibus,spinæ mentis animique sentes, iure condemnationis ascripti sunt.Irrutiles igitur ô homo
licet,aut splendore nobilitatis,aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis,semper tibi spina proxima est.Semper
inferiora tua respice,super spinas germinas,nec prolixa gratia manet.Breui vnusquisque decurso ætatis flore mar
F cessit.Sanè vt caduca tibi noueris esse communia cum floribus, ita etiam lætã cum vitibus,quibus generatur vi-
num,quo cor hominis lætificatur.Atque vtinam ô homo huius generis imiteris exemplum, vt ipse tibi lætitiam
iucunditatemq; fructifices.In teipso suauitatis tuæ gratia est,ex te pullulat, in te manet, intus tibi,id est, in teipso Prouerb.5.
quærenda iocunditas tuæ est conscientiæ,ideo ait,Bibe aquam de tuis vasis,& de puteorum tuorũ fontibus. Pri-
mum omnium nihil gratius florentis odore vitis.Siquidem de flore earum succus expressus,poculi genus confi-
cit,quod & voluptati sit & saluti.Dinde quis non miretur ex acini vinacio vitem vsque in arboris summum ca-
cumen prorumpere,quam velut quodam amplexu fouet,& quibusdam brachiis ligat,& circundat lacertis,pam-
pinis vestit,sertis vuarum coronat? Sed eadem vitis vbi circunfossa fuerit, religatur & erigitur, ne reflectatur in
terram.Reciduntur alia sarmenta,alia propagantur. Reciduntur quæ inani effusione luxuriant, propagantur ea,
quæ bonus agricola iudicauerit fructuosa . Hæc etiam primum veris tepefacta temperie , gemmare perhibetur.
Deinde ex ipsis sarmentorum articulis fructum emittere, de quibus oriens vua formatur , paulatimq; augescens
immaturi

Universidad de Deusto
Biblioteca

immaturi partus retinet acerbitatem,nec potest nisi matura iam & cocta dulcescere. Vestitur interea viridanti- G
bus pampinis vinea,quibus & aduersum frigus, omnemq; iniuriam non exiguo munitur subsidio, & à solis ar-
dore defenditur.Quid autem eo vel spectaculo gratius, vel fructu eius dulcius,videre serta pendétia velut quæ-
dam speciosi ruris monilia,carpere vuas,vel aureo colore,vel purpureo renitentes?Hyacinthos cæterasq; gẽmas
fulgere existimes,coruscare Indicos, albarum emicare gratiam gemmarum. Sed quid ego in sola vite immoror,
cum omnia genera arborum vtilia sint,alia ad fructum nata,alia ad vsum data? BASILIVS. Germinet ter
ra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Quot stir-
pium naturæ?Quot genera partim frugifera,partim ad efficiendas ædes, partim ad extruendas naues, partim ad
sumministrandum ignem idonea,simul atque præceptum æditum est, emersere? In his etiam ipsis varia quidem
est atque diuersa partium vniuscuiusque arboris dispositio ac ornatus. Summa autem cum difficultate cuiusque
tam proprietatis inuentio,quàm ad singulas diuersorum generum exploratio differentiæ, notitiáque fieri potest. H
Quomodo pars radices in profundum,pars non in profundum agunt. Et aliæ rectà supera petunt, estq; in eis ab
radice caudex vnus.Aliæ humiles sunt,statimq; ab ipsis suis radicibus,plures in caudices exeunt ac disperguntur.
Quomodo quarum rami prolixiores sunt, porrecti latè per aërem,earum & radices profundiores sunt,& circun
quaque latè etiam diffunduntur,perindè quasi natura fundamenta quædam tota ratione superorum ponderibus
subiecisset.Quot præterea corticum discrimina sunt?Stirpium enim aliis leuis,aliis scaber est cortex.Et aliæ sim-
plice,aliæ multiplice libro præditæ sanè sunt & cortice.Et quod mirum esse videtur,iuuentutis humanæ condi-
tiones ac senectutis persimiles inueneris & in plantis.Nouellis enim atque vigentibus,circum ipse cortex inten-
ditur,senescentibus verò quasi rugosior asperiorq; euadit.Succisæ præterea aliæ rursum germinant,alię nõ repul-
lulant,sed ipsa præcisio interitus quidam earum est. Iam verò detruncatas nonnulli lances, aut incensas vstasq;
flammis,in syluas obseruarunt atque nemora verti.Sunt & quarum suæ naturę vitium agricolæ cura diligentiaq;
deponere ac extendere nouimus,vt punicas acidas,amygdalasq; amaras. Cùm enim ima parte radici propinqua I
stirpite perforato, cuneum ex pino pinguem per mediam adactum medullam susceperint, saporis tum fastidio
gratum in vsum mutato,dulcescunt.Nemo igitur in vitio constitutus homo de seipso desperare velit, haud ne-
scius agriculturam quidem stirpium qualitates mutare,curam autem ac studium in consequendis virtutibus ani
mi,omnes vincere morbos superareq; posse. Atqui frugiferarũ stirpium tanta est in ædendis fructibus differen-
tia,vt eam oratione possit consequi nemo. Nõ solum enim differentia fructuum in diuersis genere stirpibus, sed
in eadem etiam arbore,specie non mediocre discrimen esse videtur,vbi forma fructus à peritis in stirpium cultu
distincta est etiam sexu,vt alia marium sit, alia fœminarum, qui vel palmam in marem fœminamq; diffindunt.
Et videris eam interdum,quæ ab ipsis fœmina dicitur,in marem pronã blandioribus ramis nutare,quasi gestien-
tem,libidineq; turgentem,atq; amplexum copulationemq; maris percupientem, stirpium verò cultores inter ra-
mos tunc quasi semina quædam marium florem lanuginemq; immittere,atque ita illam quasi Veneris volupta-
tem inde percipere,seseq; demum rursus erigere,ad formamq; propriam suas restituere comas.Hæc eadem de fi- K
cis etiam asserunt.Quamobrem alij iuxta ficeta caprificos serunt, alij caprifici poma aliundè illata,& inter sese
colligata iniiciunt ficis.Atque hoc pacto ficorum imbecillitati medentur,defluentem iam labentémque fructum
ipsarum pomo caprifici fulcientes. AMBROSIVS. Quid & ego enumerem quanta varietas arborum,
quàm diuersus in singulis & pulcher ornatus,q̃ patulæ fagi,q̃ proceræ abietes,q̃ comãtes pinus,q̃ vmbrosæ ilices
quàm populi bicolores, quàm nemorosa & rediuiua castanea, quæ simul vt excisa fuerit , tanquam syluam ex se
pullulare consueuit? quemadmodum in arboribus ipsis ætas aut senilis aut nouella deprehenditur? iunioribus e-
nim exiliores rami, antiquioribus validiora & nodosa sunt brachia.Illis folia leuigata atque diffusa,istis contra-
ctiora & aspera. Quis etiam possit comprehendere varietatem,speciem, gratiamq; pomorum, singularum quoq;
vtilitatem arborum,fructuum succorumq; proprietatem, quæ cuique rei apta videantur, quemadmodum ægris
visceribus hominum amariora poma medicentur,& inflationem asperitatemq; interiorem temperent,quemad- L
modum rursus humorum aspera,pomorum dulcibus temperentur . Denique ea medicina antiquior, quæ herbis
curare consueuit & succis:nec vlla firmior sanitas, quàm quæ salubribus reformatur alimentis. Vnde secundum
naturam docemur,quia sola nobis esca medicina est . Herbis certè vlcera aperta clauduntur , herbis curantur in-
terna.Ideoq; medicorum est opus,herbarum potestates noscere.Hinc enim medendi vsus inoleuit. Inexplicabile
est singularum rerum exquirere proprietates, & vel diuersitates earum manifesta testificatione distinguere , vel
latentes occultasq; causas,indeficientibus aperire documentis. BASILIVS. Vna nimirum aqua per fibras
eadem atque radices attracta,alio modo radices,alio caudicis corticem,alio lignum, alio medullam alit, eadem
& folium fit,& in ramos surculosq; diffunditur,& incremẽta faugibus præstat. Lachrymæ denique succiq; stirpis
eadem ex causa manant, quorum quantum est inter sese discrimen ac differentia, quis oratione consequi posset?
Ab eodem rursum humore in vite quidem vinum,in olea autem oleum emergit. Atque non solum id mirabile
esse videtur,quo pacto penitus idem humor,hic quidem dulcis euasit,ibi autem pinguis est factus, verũetiam il- M
lud in ipsis dulcibus (inquam)fructibus,qualitatis varietatẽ eiusdem inenarrabilẽ esse.Aliud est enim dulce quod
est in vite,aliud quod est in malo,fico,ac palma.Germinet(inquit)rerum opifex terra lignum pomiferum, fructũ
faciens super terrã,& tunc olea fructum eum præstando qui faciem hilarẽ oliuo facere posset,emersit,cæterq; si-
milis generis,quot concurrebant?quot properabant in idem?ea scilicet omnia procreante natura. Montiũ conti-
nuò vertices,perindè atq; comis,arboribus operiebãtur,orti suis cũ oblectamẽtis omnibus, agri cõsiti summo cũ
artificio protinus conficiebãtur ac exurgebant. Amniũ ripæ generibus stirpium innumeris sine vlla mora vestie-
bantur,ac ornabantur.Quę partim ad exornandã hominis mensam,partim ad præstandã pecoribus,tum ex fron
dibus, tum ex frugibus alimoniã,partim ad ea subministrãda quibus medendi facultatis solertia,causa valetudi
nis vteretur,succos,lachrymas,floccos,cortices,fructus,præcepto diuino locupletissimè tellus ædebat. Nam quæ
nobis experientia tandẽ diuina cõperit,è singulis variis diuersisq; casibus atq; euentibus,id eligendo semper quod
ad degendam vitã tuendamq; conducit,quod frugi est,ea prouida sapientia,solersq; dei conditoris mundi facul
tas,inde

A tas,inde ab initio prospecta creauit.At quispiam dixerit,iussum esse terræ lignum pomiferum ædere,faciens fru-
ctum,cuius semen in semetipso sit iuxta suum genus,complures tamen arbores, neq; fructum nos edere cernere,
neque semen. Quid igitur dicemus?Primùm quidem earum arborum scripturam sacram præcipue mentionem
fecisse,quæ natura sunt præstabiliores,deindè cunctas,aut semen edere,aut ea quæ vim seminis atque potentiam
obtinent.Etenim si diligentius inspexerimus,rem ita sese habere comperiemus . Nam alni,salices, vlmi, populi,
cæteræq; id genus fructum quidem apertè ferre nullum videntur,habent autem singulæ semen . Id enim granu-
lum quod ipsis frondibus subter inhæresci, quódq; nonnullis eorum, qui nominibus rebus imponendis operam
nauarũt,mischium placuit appellare, vim sanè seminis obtinere,potentiamq; videtur.Iam quæ ab ipsis ramis o-
riri sunt aptę,inde magna ex parte radices eliciunt. Seminis etiam fortassè rationem obtinent, & virgulta atque
appendices,quas euellentes qui serẽdi studio incumbunt,incremẽtum generi præstant.Prius tamen vti diximus,
earum scriptura mentionem arborum fecit , quæ magis humanam vitam continerent , quæq; suis fructibus ho-
minis vitam locupletiorem efficerent. AMBROSIVS. Germinet (inquit) terra herbam virentem & cæte- Deut.6.
B ra.Et statim omni surgente germine terra completa est.Et homini dicitur,Dilige dominum deum tuum,& non
est charitas dei omnium infusa visceribus.Surdiora corda hominum sunt,quàm dura saxorum.Terra indebitos
fructus nobis ministrat, dum obsecundat auctori , nos debitum munus negamus , dum non veneramur aucto-
rem.Vide in paruis quæ prouidentia sit dei,& quia comprehendere non potes,mirare, quomodo alia semper flo-
rentia reseruauerit,alia mutationes habere voluerit expoliationis & amictus . Inter cana niuium, pruinas frigo-
rum,viriditatem suam arua conseruant, & cum ipsa tecta sint gelu, partus sui tamen haud exiguam speciem vi-
riditatis obtexunt. BASILIVS. Tu verò cum vrbanas,syluestres,aquatiles,terrestres,flores gerentes,flori-
bus haud præditas stirpes conspexeris,ex hisce rebus exiguis deo maximo cognito,admirationem semper accu-
mulato,ac tuum erga rerum illum opificem,amorem charitatẽmque augeto. AVGVSTINVS SECVN-
DO DE GENESI AD LITERAM. Germinet terra herbam virentem, & cætera. Hic moderamen or-
dinatoris aduertendum est, vt quoniam distincta quædam creatura est herbarum atque lignorum ab specie ter-
C rarum & aquarum,vt in elementis numerari non possint,quia tamen fixa radicibus ,continuantur terris & con-
nectuntur , ista quoque ad eundem diem pertinere voluerit. IDEM DE GENESI AD LITERAM
IMPERFECTO. Germinet terra herbam pabuli , ferentem semen secundum genus suum & similitudinem,
& lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen sit in se secundum suam similitudinem . Quod de luce il-
la, & firmamento,& aquis, & arida,dictum non est , non enim habet lux successionis propaginem , aut cœlum
de alio cœlo nascitur , aut terra aut mare , alia maria & alias terras gignunt , quæ succedant . Hic ergo dicen-
dum fuit , vbi similitudo nascentium , prætereuntis similitudinem seruat. CHRYSOSTOMVS. Consi-
dera autem per ea quæ dicuntur, ineffabilem dei sapientiam . Quia postquam nobis apertam terræ faciem mon
strauit , consequenter suo præcepto decentem ei concedens speciem,& seminum varietate eius adornat faciem.
Et dixit, ait deus , Germinet terra herbã fœni , & cætera . Quis non obstupesceret ac admiraretur , cogitans
quomodo verbum domini quod dicit , Germinet terra herbam fœni, in ipsa olera terræ descendat, & quasi ad-
D mirabili peplo , terræ faciem variis floribus adornet ? Videre potuisses subitò terram quæ anteà informis & in-
culta erat , decore suo & ornatu , quasi cum cœlo certare . Et sicut cœlum paulopost ornandum erat astrorum
varietate , ita & tellus multiiuga florum varietate ornabatur. RVPERTVS. Germinet terra herbam vi-
rentem , & cætera. Omnis herba & omne lignum primò bifariam diuiditur . Est enim herba solummodò vi-
rens , vt fœnum quod producit terra iumentis . Et est herba semen suum afferens , vt triticum vel apium , cæ-
teræq; species quas producit seruituti hominum . Item est lignum nullum afferens fructum , sed solum semen Psal.103.
suum , vt fagus aut ilex , cæteráque ligna campi , & cedri libani , vbi iuxta Psalmistam , Passeres nidificant,
quæ arbores nequaquam propriè dici possunt . Et est lignum pomiferum quod arborem dicimus, vt malus si-
ue pyrus , vel quodcunque tale afferens fructum , & in fructu semen iuxta genus suum . Horum omnino ni-
hil dei præceptum omittit in hac scriptura . Non enim dicit solummodò herbam afferentem semen, sed & præ-
misit quod vniuersalius est , herbam virentem . Item non dixit solummodò , & producat terra lignum po-
E miferum & faciens fructum , sed addidit , & afferens semen vnumquodque in genere suo . Quod si maledi-
ctionis est , spinas & tribulos germinare pungentes , quantò magis à maledicto est , afferre herbas & succos oc-
cidentes ? Nonne vnde est homini superfluam , & ad benedictionem quæ in paradiso data est , non perti-
nentem gignere sobolem , dicente mulieri domino , Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos , inde &
terræ eius accidisse credendum est , vt diffundat humores varios & noxios , non pertinentes ad hæc benedi- Esaiæ.40.
ctionis verba , Germinet terra herbam virentem ? Quis in his & huiusmodi adiuuit spiritum domini , aut
quis consiliarius eius fuit , & ostendit illi ? Quis (inquam) ostendit illi , vel quo instructus fuit ab exemplari,
mandare terræ , vt afferret herbam , lignúmque vnumquodque cum semine generis sui ? Sed quærimus hoc à
Iudæis paritérque ab Hæreticis , quicunque impio sensu deum patrem omnino sterilem esse volunt , negantes
eum consubstantiale sibi protulisse verbum,non credentes eum coæqualem sibi genuisse filium. Vos Iudæi nul-
lum , vos Arriani dissimilem dicitis illum habere filium.Vnde ergo non solùm animantibus, sed etiam herbis
F terræ dedit, habere singulis in semetipsis semen generis sui, si in semetipso nihil talis naturæ vel vigoris habuit?
Sitis igitur vos fœnum quod Behemoth, id est animal , scilicet diabolus , sicut bos comedat , Sitis (inquam) si- Iob.40.
cut ligna syluarum, quæ fructum non ferunt , ad nihil vtilia , nisi vt excidantur , & in ignem mittantur , qui- Matth 7.
cunque deum creatorem omnium, aut nullum aut dissimilem sibi genuisse blasphemantes dicitis filium.Natu-
ra nanque dei neque sterilis est, qui creaturæ suæ fertilitatem dedit,neque genitura eius degenerauit,vt gigneret
aliud deus quàm deum,qui dixit, & factum est,vt vnumquodque lignorum siue herbarum afferret in semetipso
semen,non aliud quàm secundum genus suum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur , Herbabit terra
germen,herbam seminificantem semen,lignum fructus faciens fructum generi suo, cuius semen eius in ipso su-
per terram.Recolendum est in primo die descriptã fuisse terram inanẽ funditus & vacuã,vt intelligamus terræ
inanitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

inanitatē funditus modo tolli,implendo ipſam ſeminariis virtutibus ad producendum vegetabilia. Quæ diſtinguit in duos ordines, videlicet in herbam ſeminificantem, & in lignum fructiferum, ſub quibus comprehenduntur omnia vegetabilia. Et tacuit Moyſes virtutes minerales inditas terræ, eo quod productio mineraliū eſt occultior, ſicut & gemmarum. Nec mireris ſcribi ſeminificantem ſemen, & ſimiliter lignum fructus faciens fructum, idiomati ſiquidem Hebræo tribuendum eſt hoc, gaudet enim idioma illud quaſi conduplicatione, veniendo veniet, faciendo faciet, & huiuſmodi. Vbi aduerte, quod virtus productiua vegetabilium deſcribitur pulchro ordine ſuccedentium ſtatuum. Nam dicendo herbabit, modus producendi manifeſtatur, per modum ſiquidem herbæ producuntur tam ipſę herbæ quàm arbores, herbaſcunt ſiquidem omnia vegetabilia, cum è terra pullulant. Et dictio Hebraica prima, non proprie ſignificat herbam quę diſtinguitur contra arbores, ſed vniuerſa vegetabilia viridia, & propterea dicitur germen tanquam genericum nomen. Quum vero in textu ſubiungitur herbam, alia dictio eſt ſignificans herbam, quæ diſtinguitur contra arborem. Moyſes enim primò dicit quod cōmune eſt herbis & arboribus, deinde appoſitiue ſigillatim quod eſt herbarū, & quod eſt arborū. GLOSSA. Ad veritatē Hebraicā ita legitur locus וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תַּרְשֵׁא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע עֵץ פְּרִי עֹשֶׂה פְּרִי לְמִינוֹ אֲשֶׁר זַרְעוֹ בּוֹ עַל הָאָרֶץ Vaiòmer elohim, tadſe haárez déſe éſeb mazriaa zéraa, ez periòſe peri lemino azer zaro bo al haárez, id eſt, Et dixit deus, Germinet terra herbam virentem ſeu fœni, facientem ſemen, ſeu ſeminificantem ſemen, lignum fructus faciens fructum iuxta genus ſeu ſpeciem ſuam, cuius ſemen in ipſo ſuper terram. Septuaginta, Καὶ εἶπεν ὁ θεός, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς, hoc eſt, Et dixit deus, Germinet terra herbam fœni, ſeminantem ſemen ſecundum genus & ſecundum ſimilitudinem, & lignum pomiferum faciens fructum, cuius ſemen ipſius in ipſo ſecundum genus ſuper terram. Chaldaica verò, Et dixit deus, Germinet terra germinationem herbæ, cuius fi lius ſementis ſeminatur, arboremque fructiferam facientem fructus ſecundum genus ſuum, cuius filius ſementis in ipſo ſit ſuper terram. Alij vero herbificet, dixerunt, quòd verbum תַּרְשֵׁא tadſe quod hic eſt futurum hiphil, id proprie ſignificet. Iuſſu igitur & voluntate dei germinat terra, non propriis & quaſi ſuis viribus, quando, quomodo, & quantum vult dominus. Miraculoſo quodam opere ſemen proferendo, quo reuiuiſcat abſumptum in vſus humanos, arbores quoque fructus ſuos proferentes victui animalium atque hominum. Ideoque non rerum naturæ tribuamus bona quibus in hoc mundo fruimur, ſed naturæ domino & conditori, à quo tanquam à prima cauſa pendet quicquid naturaliter produci cernitur. Ipſe eſt enim qui fruges multiplicat, ipſe famem, grandines, pruinam, & alia incommoda terræ naſcentibus ſuo arbitrio immittit & abigit. *Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam uirentem & afferentem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam.* CHRYSOSTOMVS. Quid eſt quod factum eſt ita? Præcepit (inquit) dominus, & ſtatim terra ſuos partus maturans, ad germinanda ſemina ſeipſam ſolicitauit. Et protulit terra herbam fœni (inquit) ſeminātem ſemen ſecundum genus, & ſecundum ſimilitudinem, & lignum frugiferum faciens fructum, cuius ſemen ſuum in ipſo ſecundum genus ſuper terram. Hic animaduerte dilecte, quomodo verbo domini omnia facta ſunt ſuper terram. Non enim erat homo qui operaretur, non aratrum, non boum cooperatio, non aliud eiuſmodi ſtudium, ſed ſolum audiuit præceptum, & ſtatim quod ſuum erat fecit. Ex quo diſcimus, quod etiam nunc neque cura neque labor agricolarum, neq; aliæ in colendis agris ærumnæ, fructuum nobis prouentus concedunt, ſed præ his omnibus verbum dei, quod ab initio ad terram factum eſt. Quin & futuram hominum ingratitudinem taxans diuina ſcriptura, vt diligenter omnia, ita etiam nobis ordinem factorum narrat, vt compeſcat nugacitates & deliramenta eorum, qui vanitates ſuorum figmentorum commentantur, & dicere audent, quod ſolis cooperatione ad fructuum prouentum opus ſit. Sunt & alij, qui hæc aſtris aliquibus aſcribere nituntur. Propterea docet nos ſpiritusſanctus, quod ante formationem horum elementorum ſermoni & præcepto dei obtemperans tellus, omnia ſemina æ diderit, nullo alio ad cooperationem opus habens. Satis enim ſufficiebat ei pro omnibus verbum illud dei, quod dicebat, Germinet terra herbam virentem. Quocirca diuinæ ſcripturæ veſtigia ſequamur, neque feramus eos qui aduerſa illi temere blatterant. Etiam ſi homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruantur, & magnam terræ curam habeant, & magna ſit cœli temperies, & omnia alia concurrant, niſi nutus domini accedat, omnia alia fruſtra & in vanum fierent, & nihil proficeret omnis labor & deſudatio, niſi manus domini ſupernè adiuuaret, & perfectionem his quæ fiunt tribueret. IVNILIVS. Et factū eſt ita. Et protulit terra, & cætera. Patet ex his verbis, quia verno tempore mundi eſt perfectus ornatus. In hoc enim ſolent herbæ virētes apparere in terra, & ligna pomis onuſtari. Simulq; notandum, quod non prima herbarum arborúmque germina de ſemine, ſed prodiere de terra. Nam ad vnā conditoris iuſſionem, terra quæ arida apparebat, repente herbis compta, & nemoribus eſt veſtita florentibus, atque hæc continuò ſui quæque generis poma ex ſeſe ac ſemina produxere. Oportebat enim vt forma quæque rerum, ad imperium domini primò perfecta procederet, quomodo & homo in ſe, propter quem omnia facta ſunt, in ætate perfecta, hoc eſt, iuuenilis ætatis, plaſmatus eſſe credēdus eſt. RVPERTVS. Quia creatricis trinitatis hæc ſunt opera, bene teſtimonium ſuum ſancta ſcriptura vbiq; triplicat. Tria nempe dicta ſunt, immo ter vnum idémque dictum eſt. Dixit deus, cuius dixiſſe feciſſe eſt, Germinet terra. Factúmque eſt ita, & protulit terra. Hoc in cunctis ſex dierum operibus inuenies, Dixit deus, Fiant luminaria, & factum eſt ita, & fecit deus duo luminaria magna. Item producant aquæ reptilia, creauitq; deus Cetegrādia, benedixitq; illis deus. Sed & in creatione lucis, dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux, & diuiſit lucem & tenebras. Vbique tria conſonant teſtimonij verba, quia tota vbique veſpere & mane & toto die creatrix operatur trinitas. Et hęc eſt ſanctę ac iuſtæ legis originalis cauſa, qua ſcriptor idem ſanxit, vt teſtibus pluſquam tribus nulla iudicialis indigeat cauſa. *Et uidit deus quod eſſet bonum. Et factum eſt ueſpere & mane dies tertius.* CHRYSOSTOMVS. Vidiſti quomodo per ſingula quæ facta ſunt, oſtendit laudantem opificē, vt homines poſtea hæc diſcentes, ex facturis ad factorem recurrerent. Nā ſi creaturæ ſuperiores ſint, quàm vt ab homine pro dignitate laudari queant, quid aliquis de opifice ipſo dicere poterit? Et vidit (ait) deus quod bonum. Et factum eſt veſperum & factum eſt mane dies tertius. Vide quomodo iterando frequenter doctrinam, menti noſtræ dictorum vim infigere vult.

A vult. Oportebat enim dicere, Et factus eſt dies tertius. Sed vide quomodo de ſingulis diebus ſic dicit, Et factum eſt veſperum, & factum eſt mane. Non ſimpliciter, nec abſque cauſa, ſed ne ordinem confundamus, neque putemus veſpero ingruente finem accepiſſe diem. Sed ſciamus, quod veſpera finis eſt lucis, & principium noctis, mane autem finis noctis, & impletio diei. Hoc enim docere nos vult beatus Moyſes. Et ne mireris dilecte, ſi hæc ſæpe & continuò dicit diuina ſcriptura. Etenim poſt tantam crebritatem adhuc ſunt aliqui errore præoccupati Iudæi, qui excæcato corde contendunt, & veſperam ſequentis diei eſſe opinantur, decipientes ſemetipſos, & adhuc in vmbra ſedent, veritate omnibus manifeſtata, & ad lucernam aſſident, ſole iuſtitiæ totum orbem vndique illuſtrante, & niſi tanta diligentia docuiſſet, quis tam indocilium contētionem ferret? At illi quidem malitiæ ſuę præmia expectent, nos autem quibus donatum eſt ſolis iuſtitię radiis illuſtrari, diuinarum ſcripturarum doctrinas amplectemur, & hunc canonem ſequentes, ſalubres doctrinas in mentis noſtræ promptuaria reponamus, & vnà cū ſcultemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

benedicamur à patre dicente, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Et illud quod ait G
Apostolus compleatur in nobis, Terra enim excipiens frequenter venientem super se imbrem, & generans her-
bam opportunã iis à quibus colitur, percipiet benedictionem à deo. Quæ verò spinas & tribulos profert, reproba-
est, & maledicto proxima, cuius finis est in adustionem. Nec solũ iubet terræ proferre herbam fœni, sed & semen
proferre, vt semper possit fructum afferre. Et non solũ iubet lignum fructiferum, sed & faciens semen, cuius semẽ
in ipso est secundum genus, id est, vt semper ex his seminibus quæ in se habet, fructum possit afferre. Et nos ergo
ita debemus & fructificare fructum, & semina habere in nobis ipsis, id est, omniũ bonorum operum, omniumq;
virtutum semina in corde nostro continere, vt hæc habentes fixa in mentibus nostris, ex ipsis iam omnes actus
qui incurrerint nobis, secundũ iustitiam geramus. Isti enim sunt seminis illius fructus, actus nostri, qui ex bonis
cordis nostri thesauris proferuntur. Si verò audimus quidem verbum, & ex auditu statim terra nostra producit
herbam, & hęc herba antequam ad maturitatem vel ad fructum veniat, aruerit, terra nostra petrosa appellabitur.
Si verò ea quæ dicuntur profundioribus nitantur in corde nostro radicibus, ita vt & fructũ operũ afferant, & se- H
mina in se habeant futurorũ, tunc verè vniuscuiusq; nostrum terra secundũ virtutem suam affert fructum, alia cen
tesimum, alia sexagesimum, alia trigesimum. Sed & illud admonendum necessarium duximus, vt fructus noster
nusquam zizania, id est, nusquam lolium habeat, vt fructus noster nõ sit secus viam, sed in ipsa via, in illa quę di-
cit, Ego sum via, seminetur vtiq; in ea, ne aues cœli comedant fructus nostros, neq; vineam nostrã. Si quis tamen
nostrũ vinea esse meruerit, videat ne pro vua afferat spinas, & propter hoc iam non putabitur, neq; fodietur, neq;
Cap.15. mandabitur nubibus vt pluant super eam pluuiam, sed è contrario relinquetur deserta, vt increscant super eam
spinæ. GREGORIVS DECIMO NONO MORALIVM. Sed aliter. Germinet terra herbã virentẽ
& facientem semen, lignumq; pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Hoc sic est veraciter factum vt si-
gnificaret aliquid veraciter faciendum. Per terram quippè figuratur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, &
patrocinij vmbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit, vt non solũ herbam refectionis
Cap.23. proferat, sed & cum fructu operis arborem protectionis. IDEM SEXTO MORALIVM. Sed & tuncli I
gnum secundum speciem suam semen producit, cum mens nostra ex sui consideratione quod in alterum faciat
colligit, & recti operis germen parit. Hinc quidam sapiens ait, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Et alibi do-
Mat.7. minus, Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Ac si dicat, Speciem vestram alter-
utrum respicite, & ex vobismetipsis cognoscite, quid oporteat vos aliis exhibere. EVCHERIVS. Vel ter-
ra germinans herbam virentem secundum genus suum, est anima diligens proximum in subsidiis necessitatum
carnalium, habens in se semen secundum similitudinem, vt ex sua infirmitate compatiatur ad subueniẽdum in-
digentibus. Hæc producit & lignum forte robore, & fructiferum, id est, beneficium, cum eripit eum qui iniuriam
patitur de manu potentis, & præbet protectionis speciem vmbraculo valido, robore iusti iudicij.

6 *DIxit autem deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & K*
tempora, & dies & annos, ut luceant in firmamento cœli & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitq;
deus duo magna luminaria, luminare maius ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti & stel-
las. Et posuit eas deus in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lu-
cem ac tenebras. Et uidit deus quod esset bonum. Et factum est uespere & mane dies quartus.

6 AMBROSIVS. Qui vindemiã colligit, vasa prius quibus vinum infunditur mundare consuevit, ne sordes
aliqua vini gratiam decoloret. Quid enim prodest ponere vitem ordine, fodere quotannis, aut aratris sulcos du-
cere, putare, subrigere, adiungere vlmis & quodam connubio copulare, si tanto labore vina quæsita in vase coa-
cescant? Matutinos quoq; solis ortus si quis spectare desiderat, emũdat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid pur- L
gamentorum oculis eius insideat, quo intuentis hebetetur obtutus, neue aliqua caligo nebulosa corporeos visus
spectantis obducat. Nobis in lectione exoriendus est sol, qui antè non fuerat. Primum iam diem sine sole transi-
uimus, secundũ sine sole transegimus, tertiũ sine sole confecimus, quarto die iubet deus fieri luminaria, solem,
& lunam, & stellas. Sol incipit, emunda oculos mentis ô homo, animiq; interiores obtutus, ne qua festuca pecca-
ti aciem tui perstringat ingenij, & puri cordis turbet aspectum. Emunda aurem, vt vase syncero scripturæ diuinæ
nitida fluenta suscipias, ne qua ingrediatur contagio. Præcedit sol magno iubare diem, magno mundum com-
plens lumine, vaporans calore. Caue ô homo solam eius perpendere magnitudinem, ne nimius fulgor eius, visus
tuæ mentis obcæcet, & qui è regione in radium eius intendit, repercusso lumine omnem subito amittit aspectum
ac nisi in cæteras partes vultum suum oculósque conuertat, æstimat se nihil videre, & intuendi munere esse frau-
datum, si verò deflectat obtutum, integrum sibi officium perseuerat. Caue igitur ne & tuum radius eius exoriens
confundat aspectum. Et ideo prius firmamentum cœli aspice, quod ante solem factum est, terram aspice, quæ M
antequam sol prodiret, cœpit esse visibilis atque composita, germina eius aspice anteriora solis lumine. Ante-
rior rubus quàm sol, antiquior herba quàm luna. Noli ergo deum credere, cui vides dei munera esse præla-
ta. Tres dies transacti sunt, & solem nemo quæsiuit, & luminis claritas abundauit. Habet enim & dies suam
lucem, quæ præcursor est solis. Non igitur te tanto splendori solis temere committas. Oculus est enim mun-
di, iocunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, aucto-
rem eius considera, quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorem. Si tam gratus est sol, qui consors &
particeps est creaturæ, quàm bonus est sol ille iustitiæ? Si tam velox iste, vt rapidis cursibus die ac nocte lu-
stret omnia, quantus ille, qui vbiq; semper est, & maiestate sua complet omnia? Si admirabilis qui iubetur exi-
re, quàm supra admirationem, qui dicit soli, & non exoritur, vt legimus? Si magnus est qui per horarum vices
locis aut accedit aut decedit quotidie, qualis ille, qui etiam cum se exinaniret, vt nos eum possemus videre, erat
lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? Si præstantissimus, qui obiectu

terræ

A terræ patitur sæpe defectus, quantæ maiestatis qui ait, Adhuc semel ego mouebo terram? Illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere, nisi voluntatis eius substantia fulciatur. Si cæco damnum est huius solis gratiam non videre, quantò magis peccatori damnum, veri luminis munere defraudatum, perpetuæ noctis tenebras sustinere? Ergo cum vides solem, attende terram quæ antè fundata est, attende herbam fœni, quæ præstat ordinis priuilegio, attende ligna quæ plaudunt, quod priora luminibus cœli esse cœperunt. Nunquid merita fœni maiora quam solis? aut nunquid potior ligni prærogatiua? Absit vt insensibilia tanti muneris præferamus ministro. Quid igitur præuidit altitudo sapientiæ & scientiæ dei, vt prius inciperent ligna esse, quàm illa duo mũ
di luminaria, & quidam cœlestis oculi firmamenti, nisi vt cognoscerent omnes diuinæ testimonio lectionis, terram sine sole posse esse fœcundam? Nam quæ potuit sine sole prima rerum semina germinare, potest vtiq; semina
accepta nutrire, & proprio fotu sine calore solis partus ædere. Hac igitur voce quadam suorum munerum cla-
mat natura. Bonus quidem sol, sed ministerio, non imperio, Bonus meæ fœcunditatis adiutor, sed non creator,
B Bonus meorum altor fructuum, sed non auctor. Interdum partus meos & ipse adurit, frequenter mihi & ipse dã
no est, pleriſque me locis indotatam relinquit. Non sum ingrata conseruo, mihi est in vsum datus, mecum labo-
ri est mancipatus, mecum subiectus est vanitati, mecum corruptionis subditus seruituti. Mecum congemiscit &
comparturit, vt veniat adoptio filiorum, & humani generis redẽptio, qua possimus & nos à seruitio liberari. Me-
cum assistens, laudat auctorem, mecum hymnum dicit domino deo nostro. Vbi maior est gratia, ibi mecum est
ei commune consortium. Vbi sol benedicit, ibi terra benedicit. Benedicunt ligna fructifera, benedicunt pecora,
benedicunt volucres. In mari positus illum nauta accusat, me desiderat, in montibus illum pastor declinat, ad
mea germina, ad meas festinat arbores, quibus exæstuans obumbretur, ad meos fontes sitiens & latlus accurrit.
CHRYSOSTOMVS. Postquam igitur heri nos docuit beatus Moyses, quomodo informem terram orna-
uerit vniuersi conditor, herbis, & florum varietate, ac seminum germine, hodie sermonem ad ornatum cœli ver
C tit. Nam sicut terra ornatur per ea quæ ex ipsa proueniunt, sic cœlum visibile clarius & fulgidius fecit, astrorum
varietate illud interpolans, præsertim formatione duorum magnorum luminarium, solis (inquam) & lunæ.
AVGVSTINVS SECVNDO DE GENESI AD LITERAM. Quia visibili mundo constituendo, hoc est, cœlo & terræ, duo sunt attributi dies, restat vt his mobilibus & visibilibus partibus quæ creantur intra illum, tres dies reliqui deputentur. Et quia sicut prius cœlum factum est, ita prius est ornandum huiusmodi partibus suis, quarto die fiunt sydera, quibus super terram lucentibus, habitatio quoq; illustretur inferior, ne habitatores eius in habitationem tenebrosam inducantur, & ideo quia infima corpora inferiorum habitatorum succedente motibus quiete reparantur, factum est vt circumeunte sole, diei noctisque vicissitudine, propter vicis-
situdinem dormiendi & vigilandi potirentur. Nox verò illa non indecora remaneret, sed lunæ ac syderum luce,
& ipsos consolaretur homines, quibus plerunq; operandi etiam est nocturna necessitas, & quibusdam animalibus
D quæ lucem solis ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur. IVNILIVS. Decente satis ordine mundus
ex materia informi congruã procedit ad formã. Postquã enim ante omnẽ huius seculi diem, cœlum & terram & Eccli. 18.
aquam deus creauit, hoc est, spiritualem illum & superiorem, cum suis incolis mundum, & informem totius hu-
ius mũdi materiam, iuxta hoc quod scriptum est. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Primo huius seculi
die lucem fecit, quæ cæteras creaturas speciei capaces redderet. Secundo firmamẽtum cœli, superiorem videlicet
huius mundi partem, in aquarum medio solidauit. Tertio in inferioribus, mare terrásque suis discreuit finibus,
aëremq; suis in locis cedente aqua diffudit. Oportuit ergo, vt eodem quo creata sunt ordine, profectum caperẽt
elementa amplioris ornatus, id est, quarto die cœlum luminaribus insigniretur, quinto aër & mare, sexto terra,
suis implerentur animãtibus. Nam quod die tertio terra herbis est arboribusq; vestita, non ad ornatũ eius, sed ad
ipsam (vt ita dixerim) figuræ eius superficiem pertinet. THOMAS. Quia enim vt nouimus, de tribus fit men- 1.par.quæ. 70.ar.1.in resp.
tio in creatione, scilicet de cœlo, aqua, & terra. Et hæc tria etiam formantur per opus distinctionis trium dierum.
E Primo die cœlum, secundo die distinguũtur aquæ. Tertio fit distinctio in terra maris & aridæ. Et similiter in ope-
re ornatus. Primo die qui est quartus, producuntur luminaria quæ mouentur in cœlo ad ornatum ipsius. Secundo
die qui est quintus, aues & pisces ad ornatum medij elementi, quia habent motum in aëre & aqua, quæ pro vno
accipiuntur. Tertio die qui est sextus, producuntur animalia quæ habent motum in terra ad ornatum ipsius. Ait
igitur sanctus propheta. *Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento cœli.* BASILIVS IN HEXAEMERON. Cong.6.
Cœlum in creatione terræ præcessit. Lux post cœlum & terram creata est, tum firmamentum est ortum, arida
dein emersit, atque aquæ confluxerunt vnum in locum ac definitum. Terra demum suis prolibus fuit referta,
innumeris herbarum inde generibus æditis, formisq; variis fructuum arborumq; exortis. Sed nondum erat sol
neque luna, nec lucis originem patremq; solem appellarunt, vt eorum quæ nascuntur è terra, creatorem censerent esse, qui deum ignorauerunt. Idcirco quartus iam dies accessit, & tunc deus dixit, Fiant luminaria in firmamento cœli. Cum perceperis eum qui dixit, illico cogitatione cum ipso copules eum velim qui audiuit,
F Deus dixit, Fiant luminaria, & fecit deus duo luminaria. Quis dixit? & quis fecit? nonne animaduertis in hisce,
non concipis mente duas personas? Vbique hæc sententia, hoc edictum theologiæ hac in enarratione sparsum
esse videtur. AMBROSIVS. Deus ergo dicit. Et cui dicit nisi filio? Deus pater dicit, Fiat sol, & filius fecit so-
lem. Dignum enim erat vt solem mundi faceret sol iustitiæ. Ipse ergo eum in lumen adduxit, ipse eum illumina-
uit, ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. AVGVSTINVS LIBRO DE GENESI AD
LITERAM IMPERFECTO. Vtrum autem de fixis tantum dictum est syderibus, an etiam de vagis, Fiãt
Luminaria in firmamento cœli? sed duo luminaria maius & minus, inter vaga sydera numerantur, quomodo er-
go facta sunt omnia, cum singulos suos, vel globos, vel circulos vaga singula quæque possideant? An quoniam in
scripturis & cœlos multos legimus, & cœlum, sic & in hoc loco, cum dicitur in firmamento cœli, intelligendum
est omnem istam ætheream machinam dici, quæ omnia substantia continet, sub qua puri & tranquilli aeris sere-
nitas viget, sub qua item iste aër turbulentus & procellosus agitatur? BASILIVS. Vt additur his quæ dicta
sunt, officium vsusq; luminarium ortus dum dicit. *Et diuidant diem ac noctem.* RVPERTVS. Si iam antè per

Universidad de Deusto
Biblioteca

semetipsum diuiserat deus lucem & tenebras, quid necesse erat, vt luminaria diuiderent diem & noctem, siue lu- G
cem & tenebras? Immo quomodo diuiderent, quod iam deus diuiserat, & nemo rursus confuderat? BASI-
LIVS. Superius quidem à tenebris lucem diuisit, ipsorumq; naturam tum ad cõtrarium statum dimouit, ideoq;
seiũxit, vt inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, luciq; cum tenebris nihil sit commercij. Etenim tenebræ lucis in-
cursiones minimè patiuntur, sed fugiũt. Nunc autem metiendo quidẽ diei solem præfecit, lunam autem cum lu
minis plenum totum suum obtinet orbem, principem noctis constituit. Tunc enim hæc lumina è regione dispo-
sita sunt, sibiq; ferè per diametrum opponuntur. In pleniluniis nanque exoriente sole, luna descendit ac delitescit,
occidente oritur sæpenumero, ex aduersoq; exurgit. IVNILIVS. Sic diuidunt ergo diem & noctem, vt sol
diem, luna verò & stellæ noctem illustrent. AMBROSIVS. Aut non solùm vnum signum, sed etiam duo
esse voluit deus diurnæ discretionis atque nocturnæ, videlicet vt & lux discretionem faciat, & solis exortus, &
iterum lucis defectus & stellarum ortus, inter occasum dies distinguat, & noctis exordium. AVGVSTINVS. H
An ita nunc fit ista diuisio per luminaria, vt hominibus nota sit etiam solis carnalibus oculis ad rerum istarum
cont mplationem vtentibus? Iam verò deus eam fecit ante circuitum luminarium, vt videri nisi à paucis sano spi
ritu, & serena ratione non possit. An inter alium diem & aliam noctem diuisit deus, id est inter speciem quam
imprimebat illi informitati, & informitatem, quæ adhuc formanda restabat? Alius verò est iste dies, & alia nox,
quorum voluente cœlo vicissitudo animaduertitur, quæ fieri non posset nisi solis occasu. RVPERTVS. Vel
supra de intellectuali luce & spiritualibus tenebris dictum est, hic autem de corporeæ visionis luce & tenebris ser
Psal.103. mo est. Et has quidem tenebras, deus bene posuit, quippe cuius positione & præcepto quod non præteribit, sol de-
orsum descendit, & tunc ex vmbra terræ superius hemisphærium tenebrescit, & nox fit, vt in ipsa pertranseant
omnes bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes vt rapiant & quærant à deo escam sibi, vt orto sole congregentur
in cubilibus suis, exeat autem homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Bene (inquam)
hoc inter ea quæ valde magnifica sunt, opera tua domine in sapientia fecisti. Proinde has tenebras scriptor I
præmisit, vt diuiderent (inquiens) lucem & tenebras, ac deinde subintulit, & vidit deus quod esset bonum. Illas
autem tenebras à laude boni secluſit, prius dicendo, Et vidit deus lucem quod esset bona, & tunc demum diuisit,
inquit, lucem à tenebris. Diuidant, inquit, diem & noctem, ita videlicet vt luminare maius præsit diei, & lumi-
nare minus præsit nocti. Sed luminare maius præest diei semper, luna verò temporaliter præest nocti. Vnde & pul
chrè Psalmista, Fecit (inquit) lunam in tempora. Non enim cunctis noctibus vel toti nocti præest, sed pluribus no
ctibus, & plurimæ parti noctis deest. Crescit quippe temporaliter, decrescit nihilominus temporaliter. Item & ali-
ter hic diei, atque aliter illa præest nocti. Hic enim præest diei, quia de seipso diem efficit, illa præest nocti, quia
tenebras eius aliquantulum superat, præsidio mutuati à sole luminis. Igitur diuidant diem & noctem inquit, sci-
licet vt ille omnem diem suo lumine efficiat, hæc aliquas noctes vel aliquantulum noctis illustret. THOMAS.
Vbi sup. art. 2. ad. 3. Vel dicẽdum quòd in prima die facta est communis distinctio temporis per diem & noctem secundum motum
diurnum qui est communis totius cœli, qui potest intelligi incepisse primo die. Sed speciales distinctiones die- K
rum & temporum, secundum quod dies est callidior die, & tempus tempore, & annus anno, fiunt secundum spe-
ciales motus stellarum, qui possunt intelligi quarto die cœpisse. *Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos.* BA-
SILIVS. Necessariæ profectò sunt luminarium in hominum vita lationes. Nanque si non vltra modum signa
quispiam quæ ab ipsis proficiscuntur exploret, vtiles ipsorum obseruationes eas inuenerit, quas experientia longa
probauit. Complura cuique sanè de imbribus, complura de siccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut in
parte aut in vniuerso vehementioribus ac leuioribus discere licet. Nam & vnum quid eorum quæ à sole soluun-
tur, dominus nobis tradidit hisce verbis, Hodie tempestas erit, rutilat enim triste cœlum. Similiter & luna cum
caligino so humore circundatur, idem portendit. Et cum orbes ij solem cingunt, quos areas appellare solent, aut
copiosa pluuia nimirum, aut flatuum vehementium concitatio præmonetur. Quinetiam si quos aduersos soles
appellant, cum solis consequuntur dilationem, affectuum quorundam aëris præsagio fiunt. Quemadmodum & L
virgulæ colore arcus pluuij præditæ, rectæ in nubibus apparentes, imbres sæuos, aut tempestates atrocissimas, ven-
tósque truces, aut aëris omnino non mediocrem mutationem portendunt. Complures quoque significationes &
circa lunam obseruarunt, accrescentem decrescentémque, qui huic studio operam impenderunt, tanquam aëre
necessario cum lunæ formis vna mutationes suscipiente. Tertio nanque die si tenuis sit, puroq; nitore fulgeat, se-
renitatem puram prænunciat atque spondet: sin crassa cornibus rubicundaq; cernatur, aut impetuosam è nubi-
bus aquam, aut horridam austri concitationem minatur. Quanto autem emolumento sint vitæ humanæ, quan-
tamq; vtilitatem eidem præstent tales ex hisce luminibus obseruationes, quis ignorat? Licet nauitæ suam intus in
portu continere nauem, pericula ventorum quæ proueniunt præuidenti, licet viatori incommoda cœli vitare, ex
ipsa cœli tristitia mutationem aëris expectanti, licet & agricolis qui in serẽdis seminibus cultúq; stirpium elabo-
rant, omnium hinc officiorum, operumq; suorum exercendorum opportunitatem tempusq; semper idoneum in-
uenire. Iam verò dissolutionis etiam vniuersi signa, dominus solem daturum & lunam & stellas prædixit. Sol
vertetur in sanguinẽ, & luna nõ dabit lucẽ suã, & stellæ cadent de cœlo. Hæc vniuersi consummationis sunt signa. M
Lucæ.21. Matt.24. AMBROSIVS. Sed & iisdem ipse dominus ait, Erunt signa in sole, luna & stellis. AVGVSTINVS
SECVNDO DE GENESI AD LITERAM. Et sint in signa. Neque enim illa dicit signa, quæ ob-
seruare vanitatis est, sed vtique vtilia, & huius vitæ vsibus necessaria, quæ vel nauitæ obseruant in gubernando,
vel omnes homines ad prẽuidendas aëris qualitates, per æstatem & hyemem, & autumnalem vernalémque tem-
periem. CHRYSOSTOMVS. Sint (inquit) in signa. Docere nos vult diuina scriptura, quòd horum lumi-
narium cursus scientiam nobis concedit temporum, & vicissitudinis versionum, numerum dierum, anni curri-
culum, & ex eis possumus dignoscere omnia. Etenim gubernator ad horum cursum spectans, & in cœlum vidẽs,
diligenterq; discens omnia, nauigare incipit, maria transit, & in densissima nocte, visa stella nauim dirigere, & sua
arte salutẽ nauigantibus dare solet. Sic & agricola ex illis discit, & videt, quando congruit, vt semina terræ com-
mittat, quando terram pastinet ac aret, quando falcem acuat, vt fœnum desecet. Et in summa non paucas vitæ
huius

A huius commoditates hæc scientia affert, neque est qui recensere singulas possit, ex paucis tamen, quantus eorum
sit vsus coniectandum est. APOLLINARIVS. Ne quis mihi ex his verbis Mathesin & Genethliacorũ
doctrinam probare velit. Nemo diuinæ scientiæ terminos scire potest. Horum stultitiam irridet deus per Prophe
tam, stent, & seruẽt vos astrologi cœli qui vident stellas. GRAECVS. In quæ ergo signa sunt cœli lumina-
ria? Nauigantibus, arantibus, metentibus. Facta sunt tamen & alia signa per ipsa luminaria, vt cum in cruce pen-
dente domino, hora sexta occidit sol, ac rursus ipso nato per diem stella apparuit. THEODORETVS. In
signa igitur non ita intelligimus, quemadmodũ imprudentes quidã. Neq; enim Genethlialogiam, id est ex homi
nis natiuitate diuinationẽ, Pythagoras, Socrates, Plato, Stoici deniq; approbarũt. Quod si hęc fabulis innutriti ne-
glexerũt atq; abominati sunt, quid diuinis credẽs scripturis facere debet? Signa igitur diuina appellat scriptura, sci
re plantandi, serendi, & huiusmodi rerum tempora. Item opportunũ tempus cædendi ligna in domos aut naues
fabricandas. Hinc nautæ experimento didicerunt, quando naues deducere, aut subducere, vela pandere, aut colli
B gere debeant. Et longo temporum spatio stellarum ortus atq; obitus, sub cognitionem venerunt. Sæpe etiam cri-
nitarum stellarum exortum videntes, ferarum aut locustarum copiam experti sumus, præterea miserabilem ho-
minum internecionem, atq; aduersariorum insultus passi sumus. DIODORVS. Quærendum quomodo
sol & luna & stellæ sint in signa? Fortasse dictum est, erũt in signa, vt cum sol & luna stat, vt accidit sub Iosue. Vel
cum sol retrocedit, vt tempore Ezechiæ, vt cum stella magis apparuit. Inuenire etiam licet, stellas quasdam ven-
tura bona aut mala significare. GRAECVS. Sciendum etiam sanctos viros Basilium magnum, Cyrillum
& Apollinarium dixisse, nihil aliud luminaria significare, nisi tempora, dies & annos. IVNILIVS. Quia
nimirum priusquàm sydera fierent, non erat quibus ordo temporum annotaretur inditiis, non erat vnde meri-
diana hora dignosceretur, antequam sol medium cœli conscenderet igneus orbem, non vnde cæteræ diei no-
ctisque signarentur horæ, donec astra polum æquali inter se sorte, nocte diẽque diuiderent. Sunt ergo luminaria
C in signa temporum, non quod à conditione eorum tempora cœperint, quæ constat cœpisse à principio quo fecit
deus cœlum & terram, sed quia per ortus eorum siue transitus, temporum ordo, dierúmque, annorúmque signa-
tur. Nam totum illud triduum superius indiscreto cursus sui processu transierat, nullam penitus dimensionem
habens horarum, vtpote quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullúmque caput habente,
quod nunc de sole accipit, nusquam radij ardentiores illuxerant, & nulla sub caute vel arbore, aquis remotior
vmbra frigebat. Sed & excepta annotatione temporum, sunt luminaria in signa huius vitæ necessaria, quæ vel
nautæ in gubernando, vel in desertis Aethiopiæ arenosis, quique viantes obseruant, vbi leuissimo venti impul-
su, cuncta mox quæ inuenta fuerint, itinerantium vestigia complanantur. Ideóque non minus illis in regioni-
bus euntes, quàm qui in mari nauigant, nocte diẽque signis egent syderum. Sunt item in signa, quia nonnun-
quam aëris quoque qualitas quæ sit ventura, horum contemplatione præuidemus. EVCHERIVS. In
signa autem dicit, pro eo quod aliquid significant futurum. Vel quod articuli temporum per syderum cursus
D notantur. Non autem ea signa, quibus nonnulli tentãuerunt natiuitates exprimere hominum, & qualitates.
HVGO DE SANCTO VICTORE. Sint in signa, quarundam scilicet nostrarum actionum, si- In anno. su. Gen. cap. 7.
cut seminandi, metendi, transfretandi, & huiusmodi. Non enim amputant necessitatem aliquam animis no-
stris, vt auferant liberum arbitrium, inclinando eos ad quaslibet actiones, sicut fabulantur Genethliaci. Ve-
rum est tamen quod quodammodo corporibus dominantur. Tria enim miræ virtutis & efficaciæ fecit deus in
creaturis, herbas, lapides, stellas. Herbæ enim frigefaciunt & calefaciunt, & totum statum corporis permu-
tant, quam potentiam à domino in creatione susceperunt. Lapides similiter statum corporum diuerso modo
permutant. Stellæ quidem omnes, & principaliter planetæ, in corporibus subiectis suos habent effectus per-
mutandi mediante aëre. Immutatis verò corporibus, per affinitatem quam habent cum animabus sibi adiun-
ctis, & ipsæ quoque animæ mutantur, gaudium vel tristitiam, & consimiles affectiones sortientes ab extrinse-
cis. Istæ tamen affectiones non intantum dominantur affectionibus hominum, vt actiones nostræ magis se-
E quantur eas, quàm discretionem mentis & liberum arbitrium. THOMAS. Vel dicendum, quod lu- Ibidem ar. 2. ad. 1. & ad. 2.
minaria sunt in signa, id est causas sensibiles corporalium transmutationum, non autem eorum quæ depen-
dent ex libero arbitrio. Ideo tamen potius dicit signa quàm causas Propheta, vt occasionem idololatriæ tolle-
ret. BASILIVS. Sed homines ij qui vltra ea quæ culta sunt saliunt, vt vetere prouerbio dicitur, ad
eius etiam patrocinium defensionémque partis syderalis scientiæ, quæ in omnium ortu versatur, hanc trahe-
re sententiam scripturæ conantur. Atque aiunt vitam nostram humanam à cœlestium corporum motione pen-
dere, & hanc ob causam ex syderibus à Chaldæis eorum notationes effectuum, qui nobis accidunt, fieri, sermo-
némque simplicem hunc scripturæ. Sint (inquam) in signa, non eorum effectuum quibus afficitur aër, neque mu
tationum temporum, sed sortis hominum vitæ, ita prorsus (vt opinantur) eisque placet, intelligunt. Quid enim
aiũt? Stellarum meantium cum iis syderibus nexum, quæ signifero in orbe sunt collocata, si talis figuræ concur-
sus eorum fuerit, tales ortus hominum agere, sin talis, contrariam ortus vitæq; sortem efficere. Sed hominum isto
F rum elegantes istæ sententiæ, sapientesq; rationes, persimiles sunt aranearum telis, in qua si culex, si musca, si quip
piam aliud inciderit, inualidis hisce bestiolis simile, irretitum retinetur, euaderéque non potest. Sin validiusculum irruperit animal, ipsum facile admodum elabitur, atque penetrat, & exiguas illas discindit telas,
ac demolitur. Atqui non in his solum hæc asserunt, sed etiam eorum causas corporibus cœlestibus tribuere
pergunt, quorum voluntatem electionémque cuiusque nostram dominam esse constat, operationum (in-
quam) probitatis atque improbitatis. AMBROSIVS. Quæ quidem omnia falsissima sunt. Quàm mul-
tos enim videmus ereptos criminibus atque peccatis, in meliorem statum esse conuersos? Redempti sunt A-
postoli, & congregati ex peccatoribus, non vtique natiuitatis suæ hora, sed Christi eos sanctificauit aduen-
tus, & hora dominicæ passionis redemit à morte. Latro ille damnatus capitis, ille cum domino crucifi-
xus, non beneficio natiuitatis suæ, sed fidei confessione, ad paradisi æterna transiuit. Ionam in mari non vis Lucæ.23.
natiuitatis, sed dissimulatio diuinæ præceptionis præcipitauit & offensa, eundémque cetus excipiens, ad indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium futuri mysterij post triduum reuomuit,& prophetiæ merito,gratiæ reseruauit.Petrum de carcere imminen G
ti morte perimendum, angelus Christi, non stellarum series liberauit . Paulum cæcitas conuertit ad gratiam, &
percussum à vipera,turbatumq; naufragio,non remedia natiuitatis,sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de
illis dicimus, qui eorum prècibus cum fuissent mortui, resurrexerunt ? Vtrum illos sua natiuitas , an apostolica
gratia resuscitauit? Quid opus fuit,vt se ieiuniis,periculisq; committerent,si ad quod volebant,natiuitatis bene-
ficio poterant peruenire ? Quod si credidissent,dum expectant fatorum necessitatem nũquam ad tantam perue-
nissent gratiam.Inutilis igitur ista persuasio. BASILIVS. Horum sententiam confutare,atque diluere,alio-
quidem modo ridiculum ineptumúe sanè videtur.Sed quia plerosq; homines hoc errore præoccupatos esse non
ignoramus,eam extenuare forsan, ac imminuere , & haud silentio præterire necesse est . Primũ igitur illud ipsos
interrogabimus, sit ne vt singulis milies diebus syderum figuræ mutentur, ac varientur ? Nam cum vagæ stellæ
perpetuò continuóque moueantur,& partim celeriore,partim tardiore motu suos efficiant orbes,fit vt eadem in H
hora sæpenumero tum mutuò sese conspiciant ipsæ , tum occultentur . Et cum maximam vim habeat in homi-
num actu ab effectrice bonorum, an malorum conspici stella, vt ipsi censent, fit vt sæpe cum haud id attigerint
ipsi tempus,quo bonorum effectrix stella dominabatur,ob vnius ignorationem minuti, eam tum, vt in mala si-
tam fortuna designent . Cogor enim eisdem nunc vti verbis , quibus & illi ipsi vti consueuere . In verbis igitur
huiusmodi magna quidem amentia,multò verò maior impietas continetur,causa nanque malignitatis ad opifi-
cem ipsarum redundat.Nam si natura stellis competit malum,ipse sanè creator effector erit malignitatis, sin im-
probe voluntate sua malèque euadunt,Primũ animantes rationis participes erunt,& absolutis appetitionibus im-
periosisq; nimirum vtentur,quod quidem inanimis falso tribuere,summæ dementiæ constat esse.Deinde quan-
tum à ratione dissonat,malum ac bonum,non pro dignitate cuique distribuere stellam,sed cum hoc in loco fue-
rit,bona præstare,cum ab hoc conspecta sydere fuerit,mala eandem præbere,cum parumper denique declinaue-
rit à figura,suæ protinus obliuisci malignitatis?Sed hæc quidem eousque sint dicta . Si verò singulis in momen- I
tis temporis atque punctis , in aliam sydera figuram mutantur , in innumeris autem huiuscemodi mutationi-
bus regiæ complures natiuitatis efficiuntur figuræ , cur singulis quæso diebus non reges nascantur ? Aut cur ad
ipsos reges omnino regna per successiones tradantur ? Non enim sui quémque filij regem ortum , ad regiam
syderum figuram obseruantem , accommodare dicere auderent . Quis enim mortalium rei talis dominus es-
se potest ? Cur ergo Ioatham Ozias, Achaz Ioatham, Ezechiam Achaz genuit , & horum seruilem ortus horam
offendit nemo ? Deinde si non in nobis probarum & improbarum operationum principia collocantur , sed ex
ortu necessitudines in nobis emergunt , vacant profectò legumlatores , agendas res & non agendas , sed & fu-
giendas definientes , vacant iudices etiam, virtutem honore, vitium pœnis afficientes . Non enim iniuria com
missa furis est aut latronis, quippe cui neque volenti quidem, ob ineuitabilem ipsum impellentem ad agendum
necessitudinem, manum continuisse liceret . Vani denique homines sunt,& qui dant artibus operam , in ipsisq; K
elaborant . Sed compos quidem erit agricola sui voti , neque seminibus vllis iactis , neque ad messem falce pa-
rata . Diues autem admodum ipse mercator , & inuitus euadet , ipsi pecunias aggregante sedulo , accumulan-
téque fato . Spes denique illæ magnæ nostræ sanctæ religionis euanescent omnino nobis atque peribunt, quip-
pe cum neque iustitia honoribus vllis afficiatur , neque peccata delictáque puniantur , propterea quod nihil
prorsus ab hominibus sponte agitur, neque à voluntate.Nam vbi necessitas vrget,fatúmque dominatur,nullum
ibi locum quod pro dignitate penditur , obtinet , id (inquam) id quod iusti iudicij munus egregium , & præci-
puum esse constat. AVGVSTINVS SECVNDO DE GENESI AD LITERAM. De fatis autem
syderum qualeslibet eorum argutias, & quasi de matheſi documẽtorum experimenta,quæ illi Apotelesmata vo-
cant,omnino à nostræ fidei sanitate respuamus,talibus enim disputationibus etiam orandi causas nobis auferre
conantur,& impia peruersitate in malis factis quæ rectissimè reprehenduntur,ingerunt, accusantes potius deum
auctorem syderum, quàm hominum scelera . Sed quod animæ nostræ non sint natura corporibus , nec quidem L
quæ ipsi tractant potẽtiora sunt,vel hinc aliquando cognoscant,quia cũ multa corpora diuersorũ generũ vel ani-
mantiũ,vel herbarũ,& arbustorũ,vno simul puncto temporis seminentur,vnoq; puncto tẽporis innumerabiliter
multa nascãtur,nõ tamẽ diuersis,sed etiã iisdem terrarũ locis,tantæ sunt varietates in progressibus,in actis & pas
sionibus corũ, vt vere isti (sicut dicitur) perdant sydera,si ista considerent. Quid autẽ insulsius & hebetius,quàm
cum istis rebus conuincuntur, dicere ad solos homines sibi subiiciendos, fatalem stellarum pertinere rationem,
in quibus tamen etiam ipsis, de geminis conuincuntur, quorum diuersæ viuentium, diuersæ fœlicium vel infœ-
licium, diuersæq; morientium , easdem plerumque constellationes accipiunt? Quia & si interfuit aliquid cum
de vtero funderentur, in nonnullis tamen tantum interest , quantum ab istis comprehendi computatione non
possit . Manus sequentis Iacob dum nascerentur,inuenta est pedem fratris præcedentis tenens, vsqueadeo sic na-
ti sunt, vt quasi vnus infans in duplũ prolixior nasci videretur. Horum certè constellationes quas appellant nul- M
lo modo dispares esse potuerunt.Quid ergo vanius,quàm vt illas constellationes intuens Mathematicus,ad eun
dem horoscopum & ad eandem lunam,diceret vnum eorum à matre dilectum,alterum non dilectum? Si vnum
aliud diceret, falsum profectò diceret.Si autem hoc diceret, verum quidem, sed non secundum suorum librorũ
ineptas ratiunculas diceret.Quod si huic historiæ quia de nostris profertur,nolunt credere, nunquid & naturam
rerum delere possunt ? Cùm ergo se minimè falli dicant, si horam conceptionis inuenerint, saltem sicut homi-
nes non dedignentur conceptum considerare geminorum . Ideoque fatendum est, quando ab istis vera dicun-
tur instinctu quodam occultissimo dici , quem nescientes humanæ mentes patiuntur . Quod cum ad decipien-
dos homines fit , spirituum seductorũ operatio est , quibus quædam vera de temporalibus rebus nosse permitti-
tur , partim quia subtilioris sensus acumine , partim quia corporibus subtilioribus vigent, partim experientia
callidiore propter magnam longitudinem vitæ, partim à sanctis angelis quod ipsi ab omnipotente deo discunt,
etiam iussu eius sibi reuelantibus , qui merita humana occultissimæ iustitiæ syncerissimè distribuit . Aliquando
autem

A autem iidem nephandi spiritus etiam quæ ipsi facturi sunt,velut diuinando prædicunt . Quapropter bono chri-
stiano siue Mathematici,siue quilibet impiè diuinantium,maximè dicentes vera,cauendi sunt, ne consortio dæ-
moniorum animam deceptam , pacto quodam societatis irretiant. IDEM QVINTO DE CIVITA- Capr.
TE DEI. Sed illi qui sine dei voluntate decernere opinantur sydera quid agamus,vel quid bonorum habea-
mus,malorúmue patiamur, ab auribus hominum repellendi sunt , non solum eorum qui veram religionem te-
nent,sed qui deorum qualiumcunque licet falsorum volunt esse cultores.Hæc enim opinio quid agit aliud,nisi vt
nullus omnino colatur , aut rogetur deus ? Contra quos modo nobis disputatio non est instituta , sed contra eos
qui pro defensione eorum quos deos putant, christianæ religioni aduersantur.Illi verò qui positionem stellarum
quodammodo decernentium qualis quisque sit,& quod ei proueniat boni,qui due mali accidat, ex dei voluntate
suspendunt, si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi, à summa illius potestate, vt volentes
ista decernant, magnam cœlo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu,ac splendidissima curia opinan-
B tur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente, fuerat euer-
tenda.Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur, quibus cœlestis necessitas adhibetur,cum do-
minus ille sit & syderum & hominum? Aut si non dicunt stellas accepta quidem potestate à summo deo arbitrio
suo ista decernere , sed in talibus necessitatibus ingerendis, illius omnino iussa complere, ita ne de ipso deo sen-
tiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire ? Quod si dicuntur stellæ significare
potius ista quàm facere, vt quasi locutio quædam sit illa positio, prædicens futura, non agens (non enim media-
criter doctorum hominum fuit ista sententia) non quidem ita solent loqui Mathematici , vt verbi gratia dicant,
Mars ita positus homicidam significat,sed homicidam facit.Veruntamen vt concedamus,non eos vt debent lo-
qui,& à philosophis accipere oportere sermonis regulam ad ea prænuncianda,quæ in syderum positione se repe-
rire putant, quid sit, quod nihil vnquam dicere potuerunt, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentis, in
professionibus,artibus,honoribus,cæterisq; rebus ad humanam vitam pertinentibus,atque in ipsa morte sit ple-
runque tanta diuersitas,vt similiores eis sint quantum ad hæc attinet, multi extranei, quàm ipsi inter se gemini,
C per exiguum temporis interuallum in nascendo separati , in conceptu autem per vnum concubitum, vno etiam
momento seminati? THOMAS IN OPVSCVLIS. Quæ de iudiciis astrorum à sacris doctoribus tra- Opusc. de
duntur, hæc sunt.Imprimis oportet scire , quod virtus cœlestium corporum ad immutanda corpora inferiora se Iudic.ast.
extendit . Dicit enim Augustinus quinto de ciuitate dei , Non vsquequaque absurdè dici potest,ad solas corpo-
rum differentias afflatus quosdam sydereos peruenire . Et ideo si aliquis iudiciis astrorum vtatur ad prænoscen-
dum corporales effectus,puta tempestatem & serenitatem aëris,sanitatem vel infirmitatem corporis,vel vberta-
tem vel sterilitatem frugum,& similia quæ ex corporalibus & naturalibus causis dependent,nullum videtur esse
peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obseruatione vtũtur corporum cœlestium. Sicut agri-
colæ seminant & metunt certo tempore , quod obseruatur secundum motum solis. Nautæ nauigationem vitant
in plenilunio,vel etiam in lunæ defectu. Medici circa ægritudines criticos dies obseruant, qui determinantur se-
cundum cursum solis & lunæ.Vnde non est inconueniens secundum aliquas alias occultiores stellarum obserua-
D tiones,circa corporales effectus vti astrorum iudicio. Hoc autem omnino tenere oportet, quod voluntas homi-
nis non est subiecta necessitati astrorum. Alioquin periret liberum arbitrium, quo sublato non deputarentur ho-
mini nec bona opera ad meritum , neque mala ad culpam . Et ideo certissimè tenendum est, cuilibet christiano,
quòd ea quæ ex voluntate hominis dependent , qualia sunt omnia humana opera , non ex necessitate astris sub-
duntur . Et ideo dicitur Hieremiæ decimo , A signis cœli nolite metuere , quæ gentes timent . Sed diabo-
lus vt omnes pertrahat in errorem , immiscet se operationibus eorum qui iudiciis astrorum intendunt . Vn-
de Augustinus dicit secundo de Genesi ad literam , Fatendum quando ab astrologis vera dicuntur , instinctu
quodam occultissimo dici , quem nescientes humanæ mentes patiuntur , quod cum ad decipiendum homines
fit , spirituum immundorum & seductorum operatio est , quibus quædam vera de temporalibus rebus nosse
permittitur . Et ideo Augustinus dicit secundo de doctrina Christiana , quòd tales astrorum obseruationes refe-
rendæ sunt ad quædam pacta cum dæmonibus habita . Est autem omnino christiano vitandum pactum vel so-
E cietatem cum dæmonibus habere,secundum illud Apostoli primo Corinthiorum decimo, Nolo vos fieri socios
dæmoniorum . Vnde pro certo tenendum est , graue peccatum esse circa ea quæ à voluntate hominis depen-
dent , iudiciis astrorum vti . BASILIVS. Dictum est iam à nobis de signis, nunc de temporibus dicen-
dum, ait enim,Sint in signa, & tempora.Tempora quidẽ existimamus scripturam dicere,quatuor vicissitudines
temporum, hyemis (inquam) veris, æstatis, ac autumni , quorum ordine miro reditio , ab ordinatissima profi-
scitur luminarium motione. Tunc enim fit hyems, cum Sol in austrinis regionibus moram trahit,vmbramq;
eam in qua nox ipsa consistit , circa hanc nostram plagam copiosam adeo facit , vt refrigescat quidem aër inde
telluri propinquus , omnes autem exhalationes humidæ circa nos coactæ imbrium , glaciei niuisque copiosissi-
mæ, causam atque materiam præstant . At cum rursus remeans austrinis à finibus ad ipsum medium tendit, vt
æque partiatur diei noctisque tempus, quanto super terram plus moræ trahit, tantum temperiei proportione re-
F ducit,atque ver oritur, cunctis quidem stirpibus,partim germinandi , partim reuiuiscendi causa, animalibus au-
tem tam terrestribus quàm aquatilibus omnibus , successione prolis generis conseruatio. Iam verò sol illinc
versam versus ad solstitia pergens æstiua , dies nobis maximos reddit . Et quia plurimo tempore tum hoc
in cœlo moratur , ideo tum & aërem nostrum perurit , & vniuersam tellurem exiccat , seminibus inde
maturationem subministrando , & ad concoctionem fructus arborum compellendo , cum & flagrantior
seipso sentitur , & breuiores vmbras meridie facit , propterea quòd ab excelso nostras has illuminat regiones.
Maximi nanque dies ij sunt , in quibus vmbræ breuissimæ fiunt . Breuissimi quoque dies ij sunt , qui lon-
gissimas vmbras habent . Hinc autumni tempus deinceps succedens , æstus quidem sinistra frangit exupe-
rationes , calorem autem paulatim temperamenti mediocritate remittens , innocuè nos ad hyemis tem-
pus frigoràque perducit , ad austrinas sole videlicet regiones tum ab Aquiloniis remeante . Hæ temporum

 vicissitudines,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vicissitudines, hæ varietates quatuor, è solis propriis motionibus emergentes, vitam nobis perbene disponunt G
atque administrant. THEODORETVS. At verò ex lunæ cursu mensium numerum discere possumus.
Triginta enim diebus sex horis minus, cursum suum conficit. Ex quo dierum numerus ab ipso lunæ nomine quę
μὴν dicitur, μὴν, hoc est mensis appellatur. AVGVSTINVS SECVNDO DE GENESI AD LI-
TERAM. Vel tempora articulos quosdam quos per horologia computamus, vel in cœlo notissimos, cum ab
oriente vsque ad meridianam altitudinem sol insurgit, atque inde rursus vsque in occidentem vergit, vt possit
deinceps aduerti vel luna, vel aliquid sydus ab oriente statim post occasum solis emergere, quod item cũ ad me-
diam cœli venerit altitudinem, medium noctis indicet, tunc scilicet occasurum, cum sole redeunte fit mane.
IVNILIVS. Sed & stellę quoque excepto eo quod sua specie quæ sit futura qualitas aëris, vel suo cursu quota
sit vigilia noctis ostendunt, sunt in signa & tempora, quia hæ in cœlum venientes æstiua tempora, illæ designant
hyberna. BASILIVS. Et sint in dies. Non quidem vt dies efficiant, sed vt ipsis diebus præsint. Dies enim &
nox luminarium ortum antecesserunt. AMBROSIVS. Vt videlicet ortum diei vberiore sol illuminet gra
tia, vt per totũ diem designandi habeat eius potestatem, cursus sui munere. Sic accipiunt nonnulli, quod ait Pro-
pheta, Solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatẽ noctis. Circunferunt enim lumen. BASILIVS. H
Itaque nemo prorsus errauit, si diem definiens, aërem esse dixerit illuminatum à sole, aut quantitatem temporis
tantam quo sol in globo nostro dimidio moram trahit. AVGVSTINVS. Dies enim computamus totos
solis ab oriente vsque ad occidentem circuitus. IVNILIVS. Sunt & stellæ in dies, quia istæ vernis diebus
solem, illæ comitantur autumnalibus. AMBROSIVS. In annos quoq; ordinati sunt sol & luna. Luna enim
per trecentos dies duodenis vicibus cursum conficiens, consummat annum secundum Hebræos, aliquibus dieb⁹
adiectis secundum Romanos, bisexto semel intra quinquennium vnius diei adiectione celebrato. Solstitiali
quoque annus est, cum sol expleto per omnia signa circuitu, in id vnde principium cursus sui sumpsit, recurrit.
Annua enim fertur ei totius spatij esse perfunctio. AVGVSTINVS. Annos verò vel istos vsitatos dicimus
solis anfractus, non cum ad orientem quod quotidie facit, sed cum ad eadem loca syderum redit, quod non facit
nisi peractis trecentis sexagintaquinque diebus & sex horis, id est quadrante totius diei, quæ pars quater ducta, I
cogit interponi vnum diem, quem Romani bisextum vocant, vt ad eundem circuitum redeatur. Vel etiam maio
res & occultiores annos, nam completis aliorum syderum spatiis, maiores anni fieri dicuntur. Si ergo ita intelli-
gamus tempora, dies, & annos, nemo dubitat hæc syderibus & luminaribus fieri. Ita enim positum est, vt incertũ
sit, vtrum ad omnia sydera pertineat quod dictum est, Sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos, an signa &
tempora ad cætera, dies verò & anni ad solẽ tantummodo. IVNILIVS. Nam sunt & stellæ in annos, quia
quæ nunc verbi gratia, in æquinoctio verno matutino oriuntur, ipsæ omnibus annis in eodem æquinoctio in cœ-
li faciem veniunt, quæ nũc in solstitio vespere vel mane, hæ semper in illo eisdem horis oriuntur. Sed & quædam
sunt stellæ quas planetas, id est errantes vocant Astrologi, quæ maiores annos suo circuitu faciunt, quando ad
eundem cœli locum redeunt. Nã stella quæ Saturni dicitur, triginta annis, quæ Iouis duodecim annis, quæ Mar-
tis, duobus annis fertur solaribus, circuitu cœli expleto, ad eadem loca syderum, quibus fuerant antè, redire. Luna
quoque cum duodecies spacia sui cursus peregerit, annum facit communem dierum trecentorum quinquagin-
ta quatuor. Et vt anno solari possit concordare circuitus, tertio quoque vel secundo anno, tertium decimum ad- K
dit mensem, quem Emboliſmum vocant annum calculatores, & fit dierum trecentorum octogintaquatuor.
EVCHERIVS. Vel signa & tempora pertinent ad omnia sydera, dies verò ad solem tantummodo, Annus au
tem ad cursum solis & lunæ. RVPERTVS. Aliter. Quatuor dicta sunt, signa, tempora, dies, & annos. Ho-
rum tria prima ad solem pertinent, quia videlicet ex ipso percipiuntur, maximè horarum signa, quas cum obser-
uet rusticana quoque plebecula, magis ad seruiendum deo religiosa considerat Christi ecclesia, & secundum ip-
sum variantur veris, ætatis, autumni, & hyemis tempora. Porrò quod in dies hoc luminare sit, omnium palã sub-
iectum est oculis. Per singulos nanque ortus suos, singulos dies efficit. Porro lunæ deputantur anni, cum suis par-
tibus, id est mensibus duodenis. Hebræi nanque, quibus data, vel à quibus profecta est hæc scriptura ad nos, solos
nouerunt lunares menses & annos. Est autem mensis viginti nouem dierum ac semissis. Annus autem siquidem
communis, id est duodecim mensium sit, trecentorum quinquaginta quatuor dierum, si autem Emboliſmus, id
est tredecim mensium sit, trecentorum octuagintaquatuor dierum est. Romanis tamen luminare maius in an- L
num est. Solarem nanque computant annum trecentorum sexaginta quinque dierum, superaddito diei quadran
te. Sed hic annus non adeo naturalis est, quippe cuius partes, scilicet menses, non naturaliter currunt, sed ad pla-
citum dispositi sunt. Lunaris autem annus naturalis est, quippe cuius partes, id est mẽses itidem lunares à natura
veniunt, vnde & cuncti quãtitatis eiusdem sunt, nisi quod semissem qui viginti nouem diebus supereſt, quia pro
integro die computari non potest, seruari oportet, vt alter viginti nouem, alter triginta dierum mensis habeatur.
Hos annos, vel huiusmodi menses, ante fidem Christi Romanus orbis non obseruabat, sed & nunc indoctũ vul-
gus ignorat. Proinde & in communi vsu annum computat Christi ecclesia, qualem scripturæ huius ignara consti
tuit gentilitas, & pro legitimo ritu festi paschalis, menses & annos Hebræorum secundum lunam, tam commu-
nes quàm Emboliſmales rationabiliter obseruat. CAIETANVS. Et sint in signa, & tempora, & dies, & an-
nos. Ecce officia multa astrorum. Et decernuntur futura in signa, tum descripta in Zodiaco, tum innumerabili- M
um effectuum, corporalium tamen, & ab his dependentium. In tempora verò, quatenus sunt in opportunitates
temporum, collatas seu conferendas ab astris. Innumeras siquidem commoditates temporum conferunt astra,
sed nos non nouimus seu discernimns quando sunt. In dies autem, obseruandos à medicis, nautis, agricolis & hu
iusmodi. In annos demum, lunares, solares, martiales, saturninos & magnos. GLOSSA. Placuit hic aduer-
tere, quod tempus hoc in loco, non id est quod à Philosophis mensura motus vocatur, de hoc enim tempore in-
telligit inferius, cum dicit, sint in dies & annos. Sed hic tempora vocantur dies stati ac solennes, quos Hebræi à
contestatione atque admonitione מועדים moadim appellant, à verbo ʿaad, id est testatus est, quarum dierum fre-
quentissima est mentio in sacris scripturis. Earum itaque sol & luna indices sunt, ad solis enim ac lunæ cursum, hu

iusmodi

A iusmodi dies celebrantur ac repetuntur. Primum itaque tempus Hebraicè vocatur Eth, secundum Moed. Septua-
ginta quoque non verterunt hic χρόνους, quod tempus ipsum est, sed καιρούς, quæ est bene gerendarum rerum oc-
casio, & vt ait Plato, ἄνθος τοῦ χρόνου, id est flos temporis, quod sit selectissimum, atque maximè opportunum tem-
pus. Hoc sit dictum, quo proprietas Hebraica explicaretur. *Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram.* BA-
SILIVS. Si lucis ortus solem anticipauit, cur nunc sol vt illuminet terram exortus dicitur esse? Non aduer-
santur hæc illis sanè quæ de luce sunt dicta. Tunc enim ipsa natura lucis orta, nunc autem hoc solis corpus ex-
tructum est, vt illi primogenitæ luci vehiculum esset. Nam vt alia diuersaque sunt, & non eadem ignis atque lu
cerna, & ignis quidem illuminandi vim obtinet, lucerna autem idcirco facta est, vt ignem eorum causa gerat,
quibus illo est opus, sic & illi purissimæ, sinceræ, materiáque vacanti luci, vehicula nunc ipsa luminaria sunt ex-
tructa. Iam verò diuus Apostolus luminaria quædam, sanctos (inquam) homines, in mundo fuisse dicit, at ma-
gnum nimirum inter illos verámque lucem interesse videtur, cuius illi participes, eas animas quas erudiebant,
B ab ignorationis tenebris euocantes, luminaria non iniuria sunt nuncupati. Quæ cum ita sint, & solem hunc iti-
dem in vniuerso quarto die creatum, illa splendidissima luce deum opificem accendisse censere, non absurdum
sanè, sed consentaneum est rationi. Atqui nemini videatur id quod diximus, non eadem (inquam) esse, lucem, &
quod luci subiicitur corpus, credendum veluti fictum non esse. Omnes enim res compositæ, sic à nobis diuidi so-
lent, in ipsam essentiam susceptricem, & in eam quæ ipsi accidit qualitatem. Vt igitur diuersa sunt hæc natura,
albedo (inquam) & corpus albedine delibutum, sic & ea quæ modo diximus, differunt quidem natura, vnita ta-
men sunt potentia creatoris. Atque dicere noli, fieri non posse, vt lux à corpore solis separetur. Neque enim ego
lucis à solis corpore separationem tua meaq; opera fieri posse dico, sed asserendum esse censeo, quæ mentis agita-
tione cogitationêque nostra libera separantur, ea re seiungi facultate creatoris vtriusque naturæ posse. Nam &
ignis vrendi vires ab eius splendore tu quidem ipse separare minimè vales, deus autem mirabili seruum suum
C aspectu conuertere cupiens, in rubum ignem splendore solum agentem, otiosam autem flagrandi vrendiq; facul-
tatem habentem immisit, vt & psalmus testatur, Vox domini (dicendo) præcidentis flammam ignis. Vnde & sunt
qui cum pro iis quæ in vita gestimus, merita nobis retribuentur, ignis dispersam fore naturam, & lucis oblecta-
mentum iustis, flagrationis dolorem puniendis distribuendum esse dicunt. Eadem igitur intelligenda sunt & de
luna. Verùm quidem sol susceptam semel, secumq; immixtam lucem nunquam deponit, luna verò continuè
quasi se ipsam expolians atque vestiens luce seipsa vicissitudinibus suis hisce confirmat. AMBROSIVS.
Sed & ob id solis superfluam ne dixeris creationem, quoniam radiis suis auget diei gratiam, fulgorémque diur-
no lumini adiungit. Quod vel ortus diei potest prodere, vel occasus. Nam ante solem lucet quidem, sed non re- Psalm. 6.
fulget dies, qui amplius quoq; meridiano sole resplendet. Quod ostendit Propheta dicens, Et educet sicut lucem
iustitiam tuam, & iudicium tuũ sicut meridiem. Similiter & vbi occiderit sol, manet & adhuc aliquid reliquia-
rum diei, donec tenebræ terram operiant, & luna oriatur & stellæ. THEODORETVS. Et quid autem ef-
D fectis luminaribus prior illa lux facta est? Dominus deus & ex his quæ non sunt, facit, & ex his quæ sunt, opera-
tur. Primum quidem cœlum ex non entibus fecit, secundum verò ex aqua. Eadem ratione terram cum non esset,
ad esse perduxit: at verò arborum ac seminum genera vt proferret, terræ mandauit. Ac lucem quidem condidit
vt voluit: quemadmodum verò firmamento aquas diuisit, ita lucem illam diuidens vt voluit luminaria magna
ac parua in cœlo collocauit. IVNILIVS. Vt luceant in firmamento cœli & illuminent terram. Semper
quidem luminaria in firmamento cœli lucent, & proxima ei loca claro lumine perfunduntur, sed temporibus op
portunis illuminant terram. Nanque aliquotiens nebulosus obsistit aër, ne vel lunæ, cum parua est, vel stellarum
lumen terris appareat. Sed & ortus sol, lunam stellásque maiore lumine ne terram illuminent, impedit. Vnde &
nomen accepit, quod solus obtusis stellis vnà cum luna, per diem terris fulgeat. CAIETANVS. Locus de-
cretus astris ad antedicta officia, repetitur ad hoc etiam officium, videlicet illuminandum super terram. Lux fa-
cta in primo die non illuminabat super terram, sed super aquas, quoniam terra cooperta vndique erat immensa
E magnitudine aquarum, officium verò astrorum quarto die describitur, illuminare super terram (sic enim Hebrai
cè habetur) quæ iam tertio die fuerat detecta. GLOSSA. Est enim ibi, עַל הָאָרֶץ al haarez, id est super terrã,
sicq; septuaginta & chaldaica legunt. Lumine ergo & calore terram influere sol & luna præcipiuntur in firma-
mento cœlorum suorum, non quidem ad morem stellarum fixarum mota, sed sicut planetæ errones reliquæ, sub
suo zodiaco, iuxta inditum à deo illis ordinem, in terræ nascentia, elementa & elementata, corpora quoque hu-
mana, iuxta prouisionem dei, non in animam hominis, cui seruire debent, non dominari, si sapiens sit.
Et factum est ita. Fecitque deus duo magna luminaria, luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti, & stel-
las. AMBROSIVS. Magna possumus accipere luminaria, non tam aliorum comparatione magna, quàm
suo munere, vt est cœlum magnum, & mare magnum. Nam & magnus sol qui complet orbem terrarum suo ca-
lore, vel luna suo lumine, nec solum terras, sed etiam aërem hunc, & mare, cœlique faciem. Quæ in quacunque
F parte fuerint cœli, illuminant omnia, & æque spectantur à cunctis, vt ea tanquam suis tantum regionibus immo-
rari, & sibi tantum adesse atque lucere, singuli populi credant, cum similiter luceant vniuersis, vt nemo his pro-
piorem alium quàm ipse est, arbitretur. Exemplum magnitudinis eorum euidens, quod omnibus hominibus or-
bis lunæ idem videtur. Nam & si interdum augeatur lumen eius atque minuatur, tamen eadem nocte qualis
mihi apparet, talis & omnibus. Nam si longè positis minor videretur, propius constitutis maior refulgeret,
& proderet angustiarum & exiguitatis indicium. Etenim reliqua alia longè positi minora arbitramur, propius
contuentes, maiora credimus, quo magis finitimus fueris, eo tibi eius rei quam cernis magnitudo cumulatur.
Solis radius nulli propior, nulli longinquior est, similiter & lunæ globus æqualis est omnibus. Similis sol & Indis
& Britannis eodem momento videtur, cum oritur. Nec cũ vergit in occasum minor apparet Orientalibus quàm
Occidentalibus, nec Occidentalibus cum oritur inferior, q̃ Orientalibus æstimatur. Quantũ distat (inquit) oriens
ab occidente. Hæc enim inuicẽ sibi distant. Sed sol à nullo distat, nulli præsentior, nulli absentior est. Neq; te mo-
ueat quòd tanquã cubitalis tibi orbis videatur solis cũ oritur, sed cõsidera quãtũ interſit spatij inter solẽ & terras,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod aſpectus noſtri infirmitas ſine magno ſui non poteſt tranſire diſpendio. Caligat aſpectus noſter, nunquid G
ſol caligat aut luna? Anguſtus noſter obtutus, nunquid ideo anguſtiora efficit quæ videntur? Species minuitur, nõ
magnitudo detrahitur. Neque enim infirmitatis noſtræ paſſiones, paſſioni luminarium debemus aſcribere. Men-
titur noſter aſpectus, noli ergo fidele æſtimare eius iudicium. Fit minor cœleſtium ſpectaculis figura, non ſui for
ma. De ſummo vertice montium ſi ſubiectum oculis tuis campum ſpectare deſideras, atque illic armenta paſcen
tia, nonne formicarum ſimilia corpora iudicabis? Si mare ſpectes è ſpecula aliqua littorali, nõne tibi nauium ma-
ximæ inter cæruleos fluctus & vela candentia refulgentes, velut columbarum volitantium ſpeciem eminus po-
ſito videntur obtexere? Quid ipſæ inſulæ quæ mare diuidunt, terrarum arua diffundunt, quàm anguſto æſtiman-
tur fine concludi, quemadmodum rotũda apparent de aſperis, ſpiſſa de raris? Has ergo infirmitates viſus tui per-
pende, & eorum quæ aſtruimus fidem, ex teipſo arbiter iuſtus factus accerſi. Sed ſi vis magnitudinem ſolis nõ ſo
lùm oculo mentis, ſed etiam corporis æſtimare, conſidera quanti ſtellarum globi axem cœli videantur obtexere,
& innumeris inſignire luminibus, non queunt tamen tenebras noctis, & cœli nubila detergere. Simul vt ſol or- H
tus ſui ſigna præmiſerit, omnes ſtellarum ignes ſub vnius luminaris fulgore vaneſcunt, aperitur aër, cœlique fa-
cies purpuraſcenti rubore perfunditur. Adhuc ſpirans exordium, & iam momentanea celeritate pleni luminis
micat ſplendor, & ſurgentis ſolis præuia aura dulcis aſpirat. Dic mihi quæſo, niſi magnus orbis eſſet, quomodo
magnum poſſet orbem illuminare terrarum? Quid autem loquar de tanto temperamento & moderamine condi
toris, qui eam menſuram muneri ſolis attribuit, vt neque vapor eius igneus, vt videtur, terrarum venas, ſuccos,
rerumq; ſpecies infuſus exureret, neque iterum per tanta mundi ſpatia refrigeratus, nullum terris ſemen caloris
inoleret, ſed ieiunam atque inopem fructuum derelinquens, ad nullam fertilitatis gratiam vaporaret? BASI-
LIVS. His ſimilia porro de luna etiam intelligamus, oportet. Eſt enim & corpus ipſius magnum, & ſplendidiſ-
ſimum ſanè poſt ſolem. Non tamen ſemper eius conſpicitur magnitudo, Sed nunc tota ſinuata in orbem, nunc
accreſcens aut decreſcens, haud tota conſpicitur, id altera ſui parte quo deeſt, offerẽs ſemper. Nam alia nimirum
obumbratur parte, cum incrementa ſuſcipit, alia pars eius occultatur, cum imminuitur. Eſt quædã profectò mu- I
tationis huiuſce variæ figurarum admirabilis ſapientis ratio creatoris, vt exemplum nobis illinc apertum noſtrę
naturæ præſtetur. Nullam rem (inquam) humanam, fixam, nullam ſtabilem, nullam perpetuam eſſe, ſed alias vbi
anteà non eſſent exortas, ad ſuum ſtatum pergere capeſcendum, alias cum ſuum proprium ſtatum attigerint, in-
crementisq; ſuſceptis ad ſuæ menſuræ ſummum acceſſerint, rurſus ſublationibus ſenſim imminui, perire, ac de-
creſcentes abſumi. Atque ex effectuum aſpectu lunæ, noſtrarum conditiones rerum nos perdiſcamus atque eru-
diamur, in mentẽmque celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat, ac non plurimum nobiſipſis ob vi-
tæ proſperitatem nos tribuamus, non potentatibus gloriemur, non ob incertum fortunæ flatum ac opulentiam
efferamur, deſpiciamus carnem in qua potiſſimum verſatur mutatio, curam animo diligẽtiámque adhibeamus,
bona cuius duntaxat immobilia eſſe conſtat. Quod ſi dolore te luna paulatim ſublationibus lucem abſumens af-
ficiat, dolore te maiore afficiat anima, ſi probitatem aſſequuta, deinde bonum virtutis ob negligentiam amittat
ac honeſtatem, & nunquam in eadem affectione perſiſtat, ſed frequenter ob mentis inſtabilitatem vertatur. Verè K
enim, vt dicitur, amẽs perinde vt luna mutari ſolet. Atqui corporibus etiam animalium cæterarúmque rerũ quæ
à terra naſcuntur, non mediocriter lunæ mutationes cõducere reor. Nam alio modo corpora cum ipſa decreſcit,
alio cum accreſcit afficiuntur, etenim nunc rara fiunt cum imminuitur, nunc rurſus reſarciuntur, cum accreſcit,
atque ad luminis plenum properat orbem, propterea quod humorem in ipſa quendam calori nimirum immixtũ,
in profundum vſque tum imprimit occultè, atque immittit. Declarant id ita eſſe tum ij, qui ſub dio lunáque dor
miunt, capita quorum vltra modum humore replentur, tum animantia nuperrime iugulata, quæ compendio ra-
diorum eius impreſſione vertuntur, tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ
humore copioſo prædita ſunt, arborúmque medullæ, quæ ſua ſanè mutatione conuertere luna cuncta non poſſet,
niſi quid immenſum, vt ſcriptura teſtatur, exuperánsque viribus eſſet. At verò cũctas etiam circa aërem acciden-
tes affectiones, ab hiſce lunæ mutationibus euenire, luce clarius extat, vt turbines procellæq; teſtantur, quæ cum L
in noua cornua luna curuatur, è tranquillitate ſæpenumero ſilentióque ventorum repentè exoriuntur, quando &
nubes flatibus exagitantur, ſibique occurſant, & æſtus etiam maris accedentes recedentésque, Partim in euripis,
partim in oceano, quos ordine lunę ſequi reditus ab incolis eſt compertum. Nam euripi certis quidem informis
lunæ temporibus viciſſim ad partes vtrâsque fluunt. In coitu verò, ne puncto quidem temporis quieſcunt, ſed in
ſeſe perenni fluctuant agitatione, nutantq; atque librantur, quouſque rurſus emerſa luna, reciprocæ fluxionis illis
conſuetam præſtiterit diſpoſitionem. Occiduum autem æquor affluxus refluxûsque ſubit, nunc abiens, nunc ac-
cedens atque redundans, perinde quaſi lunæ reſpirationibus quidem partes ad poſteras ſubtrahatur, expiratio-
bus autem ad priores, ſuúmque proprium ſtatum propulſum reſtituatur. Hæc à nobis ſunt dicta, vt ex hiſce lumi-
narium immenſa tam ſolis quàm lunæ magnitudo, molésque demonſtretur, & nullum omnino ſcripturæ verbũ
à deo ſpiratæ, ocioſum eſſe vanúmque oſtendatur, quanquam nihil eorum fere quæ opportuniora ſunt, oratio no M
ſtra tetigiſſe videatur. Sed ex his perpaucis quæ diſſeruimus, animaduertatis excogitetisq;, quotnam & quãta ſint
ea, quæ ſunt omiſſa. Fabulæ autem quædam ridiculæ deliræq;, iam à temulentis aniculis vbique traditæ promul-
gatæq; ſunt, veneficiis (inquam) carminibusq; quibuſdã lunã à ſua propria ſede dimotam, cœloq; deductam, ad hu
mum ferri. Quonam igitur quæſo pacto venefici carmina dimouere poterunt eam quam altiſſimus ipſe deus fun
dauit? Quis etiam locus ipſam inde diuulſam deductámque de cœlo ſuſceperit? AMBROSIVS. Lapſus ſit il
le qui ſe transfigurat in angelum lucis, & deductus voluntate propria, non carminum poteſtate. CHRYSO-
STOMVS. Et fecit deus duo luminaria magna & cætera. Vides ſapiẽtiam artificis? dixit ſolum, & productum
eſt hoc admirabile elementum, Solem dico. Hoc enim vocat luminare magnũ, & dicit ipſum factum eſſe, vt præ
ſit diei. Sol enim clariorem diem efficit, rutilans aureo ſuo iubare & radiis, & quotidie ſpeciem ſuam vigeſcentẽ
oſtendẽs, & ſimul atque mane exortus fuerit, omne hominum genus ad ſuorũ operũ ſtudia excitãs. Huius formo
Pſalm.18. ſitatẽ declarãs beatus Dauid, inquit. Et ipſe tãquam ſpõſus egrediẽs de thalamo ſuo, exultabit vt gigas ad currẽdã
viam

A viam. A ſummo cœlo egreſſus eius, & occurſus eius vſque ad ſummum cœli. Vides quomodo eius pulchritudi-
nem, & in operando velocitatem declarauit? Quia vt dixit, A ſummo cœlo egreſſus eius, & occurſus eius vſque
ad ſummum cœli, ſignificauit nobis quomodo in vno temporis momento per totum orbem diſcurrit, & à fini-
bus in fines ſuos radios mittit, multum vtilitatis præſtans. Nam non ſolùm calefacit, ſed & arefacit. Et non ſolùm
arefacit, ſed & adurit, multosq; alios & varios nobis vſus præbet. Atque adeo magnum eſt miraculum, ele-
mentum hoc, neque eſt qui laudes eius pro dignitate prædicauerit. Hæc autem dico, & extollo ſermone elemen-
tum, non vt in eo ſubſiſtas dilecte, ſed inde aſcendas, & in elementi opificem miraculum transferas. Nam quan
tò maius oſtenditur elementum, tantò maius monſtratur opificis miraculum. Verùm gentiles admirantes & ob-
ſtupeſcentes tantum elementum, hoc non cognouerunt, neque eius conditorem laudauerunt, ſed in elemento
conquieſcentes, ipſum pro deo habuerunt, propterea & Paulus dicit, Et venerati ſunt, coluerunt q; creaturam ma Roma.1.
gis q̃ creatorem. Et quid inſipientius illis, qui non potuerunt ex creaturis agnoſcere creatorem, ſed in tantum
B peruenerunt errorem, vt creaturam & factũram in ordinem creatoris referrent? Diuina quoque ſcriptura præui-
dens propenſos ad errorem ignauos, docet nos, poſt tertium diem hoc elementum eſſe conditum, poſtquam
terra omnigena ſemina protulit, & ſuum accepit ornatum, vt nulli poſthac dicere liceat, quod ſine ſolis coope-
ratione non matureſcant fruges & prouentus terræ. Et idcirco monſtrat tibi, antequam ſol formaretur, omnia
fuiſſe impleta, vt ne ſoli fructuum prouentus adſcribas, ſed omnium opifici deo, qui dixit ab initio, Germinet ter
ra herbam fœni. Quod ſi dixerint, quod ſolis vtilitas etiam aliquid operetur, vt fructus matureſcat, neque ego con
tradico. Nam ſicut ſi de agricola dicunt, quod cooperetur vnà cum terra, non ideo tribuo vniuerſum agricolæ
etiam ſi ſexcenties ſuum agat officium. Niſi enim is qui ſuo mandato ab initio terram ad faciendos fructus ido-
neam fecit, ad hoc quoque eam mouere vellet, nihil proficeretur laboribus. Similiter dico, quod & ſi cum labore
ruſtici conſpiret ſolis & lunæ operatio, & cœli temperies, neque ſic vtilitas aliqua erit, niſi ſuperné illos dextra
domini adiuuerit. Volente igitur manu hac valida, etiam elementa plurimùm conferunt. Hæc bene tenete me-
moria, & compeſcite eos qui adhuc errare volunt, & non concedite, vt creatoris honor creaturæ concedatur. Ea
C propter & diuina ſcriptura non ſolum pulchritudinem eius, & magnitudinem, & vtilitatem oſtendit, dicendo,
Sicut ſponſus & cætera. Exultabit ſicut gigas ad currendam viam: ſed & imbecillitatem & vanitatem. Audi enim
quid alibi dicat, Quid ſole lucidius, & hic deficit? Ne te decipiat (inquit) ſpectaculum. Nam ſi voluerit ei condi-
tor imperare, quaſi nunquam fuerit, ita diſparebit. Hæc ſi cognouiſſent gentiles, neutiquam in tantum incidiſſent
errorem, ſed vidiſſent bene, quod ex creaturarum contemplatione conueniat ad creatorem ſe conferre. Propter
hoc & quarto die ſolem fecit, ne putes illum diei auctorem. Nam quod de ſeminibus à nobis dictum eſt, hoc de
die licet dicere, quod fuerint tres dies ante ſolis formationem. Voluit autem dominus & per hoc elementum cla
riorem diei lucem fieri, id quod & de minori luminari, hoc eſt, de luna dixerimus, factæ enim ſunt tres noctes
ante eius formationem, attamen & hæc producta ſuam affert lucem, diſſipat enim noctis tenebras, & fermè (vt
ita dicam) eadem quæ ſol ipſe facit. Sol enim ad hoc ordinatus eſt, vt præſit diei, luna autem vt præſit nocti. Quid
eſt in præfecturas diei, & in præfecturas noctis? Hoc eſt, vt ſol diem ſuis radiis clariorem reddat, luna autem vt di
D ſpellat tenebras, & hominum generi lumine ſuo præbeat commoditates vtendi ſuis ſtudiis. Tunc enim viator fi-
dentius iter facit, & nauta nauim regit, & mare tranſit, & ſua quique ſtudia metu poſito aggrediuntur. IVNI-
LIVS. Luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti. Luminare maius eſt ſol, non ſo-
lum forma ſui qualiſcunq; eſt corporis, ſed & magnitudine luminis, qua & ipſum luminare minus, & ſtellas illu
ſtrare creditur. Maius eſt & virtute ardoris, quia mundum calefacit, cum præteritis ante eius creationem diebus
nihil omnino caloris habuiſſet. Quod autem æqualis vniusq; magnitudinis luna cum ſole cernitur, ex eo fieri di
cunt, quod ille multo longinquior à terris atque altior, quàm luna incedat. Ideoq; magnitudo eius quanta ſit, ne-
quaquam à nobis qui in terris degimus, valet dignoſci. Omnia enim longius poſita, ſolent breuiora videri.
EVCHERIVS. Præeſt autem nocti luna, quia per noctem principatum tenet, quanuis cætera ſydera cum ea
pariter fulgeant. RVPERTVS. Vtraque verò luminaria magna ſunt relatione ſtellarum, quæ vtique mino
ris potentiæ ſunt, ad alterutrum autem relatione vel comparatione facta, luminare maius ſol, & luminare minus
E eſt luna. Nam ſicut curioſi huius mundi Philoſophi inueſtigauerunt, terra quidem maior quàm luna eſt, ſed terrę
magnitudine ſol qui præ altitudine circuli ſui, noſtrorúmque paruitate oculorum quaſi paruus conſpicitur, o-
cties (inquiunt) eſt maior. Amplius autem ex eo ſol luminare maius eſt, quàm luna, quia lucet luce propria, nam
luna relucet ab illo, luce ſcilicet non ſua, ſed aliena. Solis enim lumen in corpus lunæ infunditur, & inde reſplen-
dens, ſolam refundit claritatem, non calorem, ſicut & ſpeculum, cum ſplendorem de ſe vi oppoſiti eminus ignis
emittit, ſolam ignis ſimilitudinem carentem ſenſu caloris oſtendit. Alij tamen dicunt eam proprium lumen ha-
bere, ſed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obſcurum eſſe, dumq; mouetur in circulo ſuo, partem
eandem qua lucet, paulatim ad nos conuerti, vt videri à nobis poſſit, & ideo prius quaſi corniculatam apparere.
Vtralibet opinio vera ſit, maius quidem luminare eſt ſol, tam orbis ſui quantitate, quàm luminis, ſed hæc duo lu-
minaria magna ſunt, videlicet comparatione ſtellarum, quæ longè minus illuminant mundum, & minoris pote- Vbi ſup. art.
F ſtatis ſunt. THOMAS. Sic ergo etiam magna dicuntur luminaria, non tam quantitate, quàm efficacia & 1. ad. 5.
virtute. Quanuis enim aliæ ſtellæ ſint maiores quàm luna, tamen effectus lunæ magis ſentitur in iſtis inferiori-
bus, & etiam ſecundum ſenſum maior apparet. AVGVSTINVS. Qualis autem luna facta ſit, multi loqua-
ciſſimè inquirunt, atq; vtinam inquirentes loquantur, ac non potius docere conantes. Dicunt enim ideo plenam
factam, quia non decebat vt deus imperfectum aliquid illo die faceret in ſyderibus, quia ſcriptum eſt, quod facta
ſunt ſydera. Qui autem reſiſtunt dicunt, Ipſa ergo debuit prima luna dici, non quartadecima, quis enim ita inci-
pit enumerare? Ego autem medius inter iſtos ita ſum, vt neutrum aſſeram, ſed planè dicam, ſiue primam, ſiue ple
nam lunam deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarum enim naturarum eſt deus auctor & conditor. Omnis autem
res, quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodammodò prodit atque explicat, etiam ante contine-
bat occultum, & ſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ. SEVERIANVS. Sed quare
deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus terram prius cœlo exornauit? Propter futurum errorem circa plures deos, vt solẽ & lunam, & stellas. Et cur G
prima die solem & luminaria non fecit? Tum quia nondum erat firmamentum in quo ponerentur, tũ quia non-
dum erant terrenascentia, quę luminarium calore fouerentur, tum etiam ne quis fructus terræ luminarium vi ac
natura æditos existimaret. Sed posteaquam terra germinauit, tunc deus solem & lunam effecit. DIDYMVS.
Luminaria etiam magna ideo quarta die condita sunt, quia quaternarius numerus honorabilis est. Vnitas enim
& dualitas, & trias, & quaternitas simul coniunctæ, denarium numerum efficiunt. Nam per totam sacram scri-
pturam denarius numerus laudatur. Nam & Moyses decem verba populo dedit, & decimæ dari iubentur. Ac
quemadmodum aquam prius super faciem terræ diffusam, postmodum tertia die deus in vnũ congregauit, vnde
Vbi supra ar. 1. ad. 2. & maria & flumina, & putei orta sunt, ita & primã illã lucem toto cœlo diffusam, quarta die in vnum coactam,
in solem ac lunam & stellas formauit, ita vt sol nil aliud quàm dies sit. THOMAS. Vel si lux primo die fa- H
cta, intelligitur lux corporalis, oportet dicere, quod lux primo die fuit producta secundum communem lucis na-
turam, quarto autem die attributa est luminaribus determinata virtus ad determinatos effectus. Secundum quod
videmus alios effectus habere radium solis, & alios radium lunæ, & sic de aliis. Et propter hãc determinatio-
Li. 1. de fac. cap. 15. nem virtutis dicit Dionysius quarto capite de diuinis nominibus, quod lumen solis, quod primò erat informe,
quarto die fuit formatum. HVGO DE SANCTO VICTORE. Igitur deus prius lucem facere vo-
luit ad illuminandum mundum, antequam solem crearet ope vicaria præcurrentem, donec veniret quod perfe-
ctum est. Et sunt qui quærant quid de illa luce factum sit, propterea quod iam nulla eius vestigia reperiri possunt,
ex quo solis claritas illuxit. Alij dicunt dispersam per ampla aëris spatia, vim lucendi & illuminandi amisisse, su-
tius intuentibus nocte demonstrentur, die verò eas maiori ne videri valeant, solis claritate abscondi. Sic qui-
dam in paradiso. Non quod infixerit eum paradiso, sed quod præcepit vt esset in paradiso. Similiter & de stellis
que suas opiniones prout possibile est, confingunt. Sed quis scit, vtrum eadem ipsa lux postea in solis substantiam I
translata sit, & ampliata claritate formam meliorem acceperit, quemadmodum in nuptiis dominus Iesus de a-
quis vinum fecit, vt reformationis statum in melius, & restaurationis sacramentum demonstraret? Nam quod
erat lux, antequam sol factus est, hoc erat aqua priusquam in vinum mutata est, vt non aliud fieret quod potius
exhibitum est, sed de eo ipso quod antè vilius habebatur. Ita de rebus dubiis nemo est qui possit certum aliquid
definire. CHRYSOSTOMVS. Deinde postquam docuit duorum istorum luminariũ vtilitatem (inquit)
Et stellas. Animaduerte obsecro dilecte, an non omnibus pratis & hortis iucundius sit spectare in media nocte
firmamentum cœli, & stellarum varietate quasi floribus quibusdam variegatum & ornatum, multum lucis super
terram effundere? Nam & in hoc ordinatæ sunt. RVPERTVS. Notandum in hac repetitione, cum dicit,
Roma. 1. & fecit deus duo luminaria magna, & stellas, non addidit in signa, videlicet ne occasionem daret illis qui putant
in stellis signa esse fatalia. Homines quippe, creaturæ magis quàm creatoris miratores, & à creatura mundi co-
gnitum deum, non sicut deum glorificantes aut gratias agentes, in isto quoque dicentes se sapientes esse, stulti fa- K
cti sunt, dum stellis pene omnem creatoris ascripsere potestatem, ita vt dicerent, ex earum momentis vitæ &
mortis suæ fatalem pendere necessitatem. Huiusmodi suspicio de hac scriptura nasci non potuit. Nam cum di-
quædam signa, & in quædam tempora sunt, quæ salua pietate christianus homo suscipere vel attendere queat,
Iob. 9 verbi gratia, de qualibus loquitur scriptura, Quis fecit Arcturum & Hyadas & Orionã? Item nũquid coniunge-
Iob. 38. re valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi dissipare poteris? Nunquid produces luciferum in tem-
pore suo, aut vesperum super filios terræ congregare facies? Hæc & his similia suscipere, & ex illis serenitatis vel
procellæ significationes attendere, pernicioſum non est, imo pauidis maxime nautis vtile est. Amplius autem
ex huiusmodi positionibus vel significationibus stellarum, spiritualem sensum per idoneas similitudines capere
laudabile est. Item & tempora noctis de altitudine cuiuslibet stellę, ex his quæ fixæ cum firmamento fuerunt, ad-
moto horoscopo, deprehendere iucundum artificium atque innoxium exercitium, imo & nocturnæ laudis dei L
quibus horis fiat, pulchrum expectaculum est, sed de huiusmodi ad præsens negocium non pertinet. CAIE-
TANVS. Et factum est, seu fuit ita, Fecitque deus duo luminaria magna, & cætera. Non est sensus, quod post-
quam fuit ita, sicut dixit deus, quod fecerit deus duo luminaria (facere enim præcedit esse) sed est sensus, quod fu
isse ita vt dixit deus, effectum est hoc modo, videlicet quod fecit deus duo luminaria, ita quod prius describitur
terminus, & fuit ita, & postea describitur modus quo factum est, quod fuit ita. Describitur autem modus exclu-
dendo agentia media, dicendo & fecit elohim, ad differentiam modi descripti in tertio die, & produxit terra.
Et cum prænominasset luminaria absque certo numero, modò numerum binarium determinat luminarium
grandium, subiungendo, & stellas, ad insinuandum, quod appellatione luminarium comprehendebantur a-
stra omnia. Quod autem dicit duo grandia, secundum apparentiam loquitur, nam alterum luminare (hoc est
luna) grande est secundum apparentiam relatiue ad stellas, cum secundum veritatem longè minus sit stellis. M
Terra siquidem supputatur centesima octogesima pars verè grandis luminaris quod est sol, luna verò vigesima
octaua pars terræ supputatur, quælibet autem stellarum fixarum visu notabilium, maior terra dicitur. Vnde patet
quàm paruum luminare secundum veritatem sit luna, quæ quia propinquissima est nobis, apparet maior qua-
libet stella. Vnde & Moyses ad insinuandum quod secundum apparentiam dixerat duo luminaria grandia, sta-
tim distinguit inter ea, vnum appellando luminare grande, & alterum luminare paruum, vt intelligamus quod
secundum rem est paruum. Quod autem dicitur, in potestatem diei & in potestatem noctis officia signifi-
cantur potentiarum solis in die, & lunę in nocte, maximè enim apparet potentia solis in die, & similiter maximè
apparet potentia lunę in nocte, stellarum autem potentiis quanuis non magis diẽ quàm noctem Moyses assignet
(quia nec apparet earũ potẽtias plº efficere die quã nocte aut ecõuerso) secũdũ tamẽ apparẽtiã directiuã nocti ad-
iunguntur. GLOSSA. Et factum est ita, Fecitq; deus duo luminaria magna, &c. Post tres igitur dies exactos,
sine sole & luna, sed nõ sine sua luce, quã prima die, licet nõdũ omnino absolutã produxerat. Nũc lumẽ illud solẽ
perficit, & lunã illi opponit, propriis quibusdã motibus instruit, pro tẽporibus discernendis, numerandis, & ope-
randi

A randi in eis conducentibus. Stellas quoque creat pro variis influxibus in rebus naturalibus producendis, omni-
bus tamen à prouidentia dei & bonitate pendentibus, tanquam à prima omnium causa. Dei autem spiritus in
Moyse nobis humano more hoc in loco loquitur, & docet, non alia ratione lunam esse cum sole maximam lumi-
narium, quam collatione ad visum iudiciumq; humanum, simplex & non eruditum seculariter. Cùm sit enim lu
na omnium stellarum vel astrorum minima, præter Mercurij & Veneris astra, pro sua tamen propinquitate ad vi
sum nostrum, quam motus arguit velocior, magna videtur, & parum minor sole. De cuius lunæ sicut & solis na-
tura, forma, mutuato lumine, augmento, decremento, motu, eclypsibus, epicyclo, latitudine, effectibus in mari &
mansionibus, deq; stellarum differentiis, motu, magnitudine, imaginibus, nominibus, & influentiis, non est huius
loci tractatio, à secularium auctorum libris requirantur, & in his caueatur semper ne quid nimis, Augustino di-
uo dicente, Nec expedit, nec congruit hæc subtilius quærere, & rebus grauioribus necessarium tempus perdere.
AVGV-
Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præessent dici ac nocti, ut diuiderent lucem & tenebras.
B STINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Quomodo dixit, Fiant in firmamen-
to, & quomodo nunc dicit, fecit deus luminaria, & posuit in firmamento, quasi extra sint facta, & post ibi posita,
cum iam dictum sit, vt ibi fierent? An hic etiam atque etiam significetur, non ita deum fecisse vt homines solent,
sed ita narratur vt hominibus potuit, scilicet vt apud homines aliud sit fecit, aliud potuit, apud deum autẽ vtrun-
que idem sit, qui faciendo ponit, & ponendo facit? CHRYSOSTOMVS. Quid est posuit? Nunquid quasi
diceret aliquis, fixit? Absit. Videmus enim ipsas stellas vnico temporis momento magnum transire spatium, &
nunquã in vno loco stare, sed suum quem illis dominus præcepit cursum perficere. Quid igitur est posuit? id est,
imperauit vt ipsæ essent in cœlo. Etenim hoc ex processu scripturæ licebit videre, quia alibi dicit, Posuit deus A-
dam in paradiso. Non quod infixerit eum paradiso, sed quod præcepit vt esset in paradiso. Similiter & de stellis
C quispiam dixerit, quod imperauit eis, vt sint in firmamento cœli, & suum lumen super terram emittant. DIO-
DORVS ET THEODORETVS. Nemo igitur cum audierit, Et posuit ea in firmamento cœli, existimet
solem ac lunam & stellas in cœlo fixas, gentile dogma in ecclesiam inducens, neque cœlum moueri. Neque enim
cum dictum est, Et posuit Adam in paradiso, Adam ibi fixisse credendum est, sed vt ibi vitam suam transigeret.
Quare intelligendum est, quemadmodum homines in terra, ita luminaria in cœlo posita esse superum illud iter
peragentia. EVSEBIVS EMESENVS. Quæritur vtrum luminaria ac stellæ infra cœlum distantia cur-
sum peragant, an cœlo fixa sint, an veluti viatores in cœlo iter faciant? Ac si quidem dixerint infra cœlum curre-
re, audiant Homerum, apud quem sol è fluentis Oceani ad medium cœlum ascendit, deinde cursu confecto occi-
dit. Neque item cœlo fixa dici possunt, ea enim ratione alterum altero nunquam velocius esset, quod tamen adeo
perspicuum est, vt negari non possit. Sacra ergo ac diuina scriptura testatur, cœlum firmum atque immobile esse,
solem verò ac lunam in cœlo moueri, ac cursum suum peragere. Nam in Iosue dictum est, Sol & luna stet, nõ ait,
D cœlum mouens lunam aut solem, stet. Item ab Ezechia dictum est, Sol retrocedat, nõ ait, cœlum mouens solem
retrocedat. RVPERTVS. Diuersa est luminarium stellarúmque in cœlo positio. Nam quod astronomici
melius experti sunt, stellæ quidem omnes præter quinque planetas, id est, erraticas, & præter hæc duo luminaria
magna, in firmamento fixæ sunt, & cum firmamento feruntur. Siquidem luminaria hæc, & stellæ quinque (vt
prædictum est) quas Idolorum suorum nominibus sacrauerunt, scilicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris, atq; Mer-
curij, circos habent proprios, qui contrariò motu feruntur, voluuntur enim contra firmamentum. Horum altior
circus Saturni, inferior lunæ circulus habetur. Dicuntur enim & istorum luminarium & cæterorum planetarum
circuli, cœli qui laudant dominum, iuxta Psalmistam dicentem, Laudate eum cœli cœlorum, id est, cœli vel circi
maiores, minorum complexu circulorum. Non enim parua materia laudis diuinæ est firmamentum, & cursus eo-
rum, quem nunquam excedunt, incessanter currendo, seq; in circulos suos reflectendo motu duplici, videlicet mo
E tu superioris firmamenti, quod dicunt aplanen, & motu proprio, quo contra ipsum iugiter feruntur. Vtrunque
motum Ecclesiastes de sole loquens, exprimit his verbis, Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq; Eccles. 1.
renascens, gyrat ad austrum, & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circu-
los suos reuertitur. Hoc idem de luna & cæteris est sentiendum, quæ quantò maiores vel minores circulos ha-
bent, tantò plus vel minus temporis gyrando & regyrando expendunt. CHRYSOSTOMVS. Vt lucerent
(inquit) super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Lucere super terram, & præesse
diei ac nocti, generaliter & de magnis luminaribus dictum est. Nam postquam docuit nos quomodo formata
fuerint duo luminaria magna, & de stellis omnibus in genere dicit. Et vt præessent diei ac nocti, & distinguerent
inter lucem & tenebras. Enimuerò sicut interdiu stellæ in cœlo non videntur discurrere, illarum enim vsum lu-
men solis multa claritate obtegit, ita neque noctu sol apparet, sufficiente luna suo lumine ad illustrandas noctis
tenebras. Itaque elementa quæq; intra suos terminos manent, & nunquam suam mensuram transgrediuntur, sed
F dispositionem & ordinem domini custodiunt, suum opus facientes. IVNILIVS. Vel hæc & de luminari-
bus quidem magnis, & de stellis intelligi possunt, lucere videlicet super terram, ea tamen distinctione, vt quod
dictum est, Et præessent diei, ad solem specialiter, quod subiunctum, Et nocti, ad lunam & stellas pertineat. Quia
& si lunam omni mense, & aliquotiens stellas etiam maiores in die videri contingat, nequaquam tamen eas diei
sed nocti solummodò lucis solatium aliquid afferre certissimum est. Quod verò subinfertur, & diuiderent lucem
ac tenebras, omnibus æque conuenit syderibus, vt quæ vbicunque incedunt, lucem secum circunferunt, vbi au-
tem absunt, tenebrosa relinquunt cuncta. Sin autem quærat aliquis, quale potuerit esse lumen diurnum ante crea
tionem syderum, non ab re est credi, quod tale fuerit, quale videmus quotidie mane, proximante scilicet solis or-
tu, sed nec dum terris apparente, quando lucet quidem obtusis stellarum radiis dies, sed adhuc minimè dicitur
sol ortus aut refulgens. RVPERTVS. Qui ergo verè sapientiam quærit, & à creatura mundi creatorem co
gnoscere, glorificare, & gratias agere cupit, hoc solum de illa scire, cõtentus est, quod sacra testante scriptura, crea-
trix diuina instituit, videlicet quod ad hoc posuerit ea quæ prædicta sunt, id est, luminaria & stellas in firmamen-
to cœli, vt lucerent super terram, & præessent diei & nocti, & diuiderent lucem & tenebras. GLOSSA. Qui-
bus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus in verbis tria per ordinem ponuntur luminarium & astrorum officia. In firmamento autem cœli ponun- G
tur, tanquam in quibusdam rotis quibus circunducantur. Quod si idcirco à deo fuerunt posita vt illuminarent
terram, non ergo vt dominarentur hominibus. Dominus est enim qui creauit ea ad vsum hominum, illius nu-
tu omnia obediunt, diei præest sol, nocti luna cum stellis. Sæpe autem repetitur officium solis, lunæ & syderum,
ne quis credat talibus seruiẽdum vt diis, cum ipsa ad nobis seruiendũ creauerit dominus. *Et uidit deus quod esset bo-*
num. Et factum est uespere & mane dies quartus. IVNILIVS. Necessariò sancta scriptura multoties repetit, quod
vidit deus bona esse quę fecit, vt hinc formaretur pietas fideliũ, nõ pro humano sensu qui sæpe & bonis rebus of-
fenditur, quarũ causas atq; ordinẽ nescit, de creatura visibili atq; inuisibili iudicare, sed laudanti deo credere & ce-
dere. Tantò enim quisque facilius aliquid proficiendo cognoscit, quantò religiosius antequam cognosceret deo
credidit. Vidit ergo deus quod essent bona quæ fecit, quoniam quæ facienda placebant vt fierent, facta pla-
cuerunt, vt manerent, quantùm cuique rei extendi siue manendi, à tanto fabricatore fuerat constituenda men
sura. RVPERTVS. Et vidit deus quod esset bonum. vidit inquam, & verum vidit, neque in suo visu fal- H
sus est. Nam veræ bonitatis eius est bonus hic effectus, bona inquam, & pulchra boni operis eius quarta hæc
species est. GLOSSA. In hoc ergo quoque opere, domino creatori complacuit. Omnia enim bene fecit,
qui optimus est, & fons bonitatis. Factúmque est vespere & mane dies quartus. Fuit initium noctis vespera,
& initium diei mane, ex quibus dies constituitur hic quidem quartus erat, primus autem solaris. CHRYSO-
STOMVS. Quid ergo dicis ô homo. Nonne propter te omnia hæc facta sunt, quem non multò post, qua-
si regem & principem omnibus à se conditis, præfecturus erat deus? Cùm igitur videris cœlum, admiraris eius
formositatem, astrorum varietatem, claritatis eminentiam, ne ibi subsistas, sed ad opificem ipsum extende
mentem. Obstupescere te facit solis lux, & admiraris eius multiplicem vsum, & quia vides radios illustrantes
tuos oculos, admiraris elementi pulchritudinem, sed neque hic subsistas. Quia si factura tam admirabilis est,
& supra omnium opinionem & intellectum, quantus est qui ipsum solo verbo & præcepto produxit? Idipsum I
& de terra tecum considera, quando vides eam floribus ornari, & sicut vestimentum, varia herbarum segete vn-
dique tegi, ne ascribas potentiæ terræ ea quæ ex ipsa nascuntur, neque solis cooperationi, vel lunæ, sed corda-
te cogita, quod ante illorum creationem dixerit duntaxat, Producat terra herbam fœni, & mox omnis terræ
facies claruit. Si hæc singulis diebus nobiscum versaremus, ipsi grati essemus, & domino vt deceret, imò vt
nostræ vires paterentur, gloriam daremus. Glorificabimus autem eum, non per hoc solum, sed & per opti-
mam vitam, si non in eadem peccata recidamus, sed longum valere dicamus diabolicis illusionibus, si dili-
genti dei verborum attentione, multóque studio & continua confessione supernam curam nobis conciliemus.
Sufficit enim illi ob magnam suam misericordiam, vt desistamus à peccatis. AMBROSIVS. Sed iam pul-
chrè (vt arbitror) cessit dies quartus. Quomodo ergo quartum plerique consueuerunt cauere, & inutile putant
hoc numero aliquid ordiri, quo totus noua luce mundus emicuit? An siniſtris sol cœpit auspiciis? Et quomo-
do aliis potest bona signa dare, qui sibi eligere diem sui nesciuit exortus? Aut quomodo signa eius probant, cu- K
ius ortum non probant? Quid etiam de luna dicimus, quæ & quarto die cœpit, & quartadecima diem signi-
ficat salutis? An displicet numerus quo celebratur mysterium redemptionis? Ideo dæmones declinandum fo-
re persuadent numerum eum, quo eorum destructa nequitia est. Ideo gentiles nihil adoriendum asserunt, quia
sciunt tunc primùm artes suas vacare cœpisse, & populos gentiles ad ecclesiam demigrasse. Lunam certè quar-
tam, si pura fuerit, neque obtusis cornibus, dare reliquis diebus vsque ad exactum mensem indicium serenita-
tis existimant. Nolunt ergo eisdem exordiis inchoare, quibus serenitas inchoatur. Sed iam cauendum ne nobis in
Mysticè. sermone dies quartus occidat.

ORIGENES. Sed & mysticè aliquid dicere iam opportunum videtur. Sicut in firmamento isto quod iam
cœlum fuerat appellatum, iubet deus fieri luminaria, vt diuidant inter medium diei ac noctis, ita & in nobis fie-
ri potest, si tamè studeamus & nos vocari & effici cœlum, ac luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos,
Christum & ecclesiam eius. Ipse enim est lux mundi, qui & ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim luna de so-
le dicitur percipere lumen, vt per ipsam etiam nox possit illuminari, ita & ecclesia susceptо lumine Christi, illu- L
minat omnes qui in ignorantiæ nocte versantur. AMBROSIVS. Et sicut luna luminis imminutionem
habet, non corporis, quando per vices menstruas deponere videtur lumen suum, vt mutuetur à sole, sic & ec-
clesia tempora sua habet, persecutionis videlicet & pacis. Nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit. Obum-
brari potest, deficere non potest, quia aliquorum quidem persecutionibus discessione minuitur, vt in martyrum
confessionibus impleatur, & effusi pro Christo sanguinis clarificata victoriis, maius deuotionis suæ, & fidei toto
orbe lumen effundat. ORIGENES. Si verò quis in hoc proficiat, vt iam filius dei efficiatur, sic vt in die ho
neste ambulet, quasi filius dei, & filius lucis, hic ab ipso Christo illuminat̃ sicut dies à sole. Et sicut luminaria ista
cœli quæ videmus, posita, sunt in signa & in tempora, & dies & annos, vt luceant de firmamento cœli his qui su-
per terram sunt, hoc modo etiam Christus illuminans ecclesiam suã, signa dat per præcepta sua, vt sciat quomo-
do quis accepto signo fugiat ab ira superuenturа, vti ne dies illa sicut fur eum comprehendat, sed vt magis perue M
nire possit in annũ domini acceptabilem. Christus ergo est lux vera quæ illuminat omnẽ hominem venientem in
hunc mundũ, ex cuius lumine illuminata ecclesia, etiã ipsa lux mundi efficitur, illuminãs eos qui in tenebris sunt,
sicut & ipse Christus cõtestatur discipulis suis dicens, Vos estis lux mundi. Ex quo ostendicur, quia Christus quidẽ
lux est Apostolorũ, Apostoli verò lux mundi. Ipsi enim sunt non habentes maculã vel rugam, aut aliquid huiuſ-
cemodi. Sed quoniam etiã stellas posuit in firmamento deus, videamus quæ sunt etiam in nobis stellæ, id est, in
cordis nostri cœlo. Moyses stella est in nobis, quæ lucet, & illuminat nos actibus suis. Et Abraã & Isaac & Iacob,
& Esaias, & Hieremias, & Ezechiel, & Dauid, & Daniel, & omnes quibus scriptura sancta testimoniũ dedit, quia
placuerunt deo. Sicut enim stella differt à stella in claritate, ita etiam sanctorum vnusquisque secundum ma-
gnitudinem suam lumen suum fundit in nos. Sicut enim sol & luna illuminant corpora nostra, ita & à Christo
atque ecclesia illuminantur mentes nostræ. Ita tamen illuminamur, si non simus mentibus cæci. Nam sicut
sol &

A sol & luna corporalibus oculis cæcos quanuis illustrent, illi tamen recipere lumen non possunt, ita & Christus lu
cem suam præstat mentibus nostris, sed ita demũ nos illuminabit, si nequaquam cæcitas mentis impediat. Quod
etiam si accidat, primò oportet eos qui cæci sunt, sequi Christum, dicentes & clamantes. Miserere nobis fili Da-
uid, vt etiam visum ab ipso recipientes, possint deinceps & lucis eius splendore radiari. Verùm non æqualiter o-
mnes qui vident, illuminantur à Christo, sed singuli secundum eam mensuram illuminantur, qua vim luminis
recipere valent. Et sicut non æqualiter oculi corporis nostri illuminantur à sole, sed quanto quis in loca altiora cõ
scenderit, & ortus eius editioris speculæ intuitione fuerit contemplatus, tanto amplius & splendoris eius vim
percipiet & caloris, ita etiam mens nostra quanto altius & excelsius appropinquauerit Christo, ac se viciniorem
splendori lucis eius obiecerit, tanto magnificentius & clarius eius lumine radiabit, sicut & ipse ait per Prophetã,
Appropinquate mihi, & appropinquabo vobis, dicit dominus. Et iterum dicit, Deus approximans ego sum, & nõ
deus de longe. Non similiter tamen venimus ad eum omnes, sed vnusquisque secundum propriam virtutem,
B Aut enim cum turbis venimus ad eum, & per parabolas nos reficit, ad hoc tantummodo ne multis ieiuniis defi-
ciamus in via, aut certè semper & indesinenter eius pedibus assidemus, vacantes ad hoc solum, vt audiamus ver-
bum eius nequaquam perturbati erga multum ministerium, sed optimam partem eligentes, quæ non auferetur à
nobis. Et vtique qui sic accedunt ad eum, multò amplius ex eius lumine consequuntur. Si verò sicut Apostoli nus
quam omnino moueamur ab ipso, sed semper cum eo permaneamus in omnibus tribulationibus eius, tunc no-
bis secretò ea quæ ad turbas locutus fuerat, exponit atque dissoluit, & multo clarius illuminat nos. Si verò etiam
talis quis fuerit, vt possit & in montem ascendere cum eo, sicut Petrus, & Iacobus, & Ioannes, iste non solũ, Chri-
sti lumine, sed etiã patris ipsius illuminabit̃ voce. EVCHERIVS. Aliter. Quarto die emicuerunt luminaria
in firmamento cœli, id est legis doctores, scripturæ sanctæ cohærentes, & omnibus inferioribus lumen sapientiæ
demonstrantes. Prodiit quoque syderum turba, id est virorum numerositas, qui in huius vitæ nocte diuersis vir-
tutibus refulgentes, diuidant in hoc firmamento scripturæ sensibilia & intelligibilia, quasi inter lucem perfecto-
C rum & tenebras prauorum. Qui sunt in signa virtutum & miraculorum, & in tempora dies & annos, quia prædi-
catores propriis temporibus viuunt, & transeunt, verbum autem domini manet in æternum. Bene autem terra
primò germinauit, deinde facta sunt luminaria, quia post opera bona venit illuminatio lucis ad cõtemplandum
speciem supernæ veritatis. IVNILIVS. Et factum est vespere & mane dies quartus. Hæc est vespera illa
memoranda, in qua populus dei in Aegypto, in celebrationem Paschæ agnum obtulit, & verus agnus sacramen-
ta sui corporis & sanguinis inchoauit. In hoc mane populus Israël longæ seruitutis iugum excussit, & Christus Exodi. 12.
nos suo sanguine redimens, à diaboli seruitute liberauit. Scriptum nanque est dicente domino ad Moysen. Men-
sis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius tollat vnusquisque
agnum per familias & domos suas, & seruabitis eum vsque ad quartum decimum diem mensis huius, immola-
bitq; eum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam, & cætera. Hæc ergo lunæ plenissimæ dies, in creatione
D mundi quarta processit. At in tempore dominicæ passionis, altiore gratia sacramenti, in quinta sabbati incidit,
vt videlicet dominus sexta sabbati crucifixus, sabbato ipso in sepulchro quiesceret, ac primam sabbati sua resur-
rectione consecraret, nobis quoque in ea in qua lux facta est, resurgendi à mortuis, ac lucem perpetuam intran-
di, fidem spemq; donaret RVPERTVS. Factumq; est vespere & mane dies quartus. Quia videlicet & erat
prius in occulta & inuisibili dispositione, & nunc est in hac visibili specie, præclara dies verbi æterni, pulchra &
lucida clarificatio filij dei.

E *Dixit etiam deus, producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram sub firmamento cœli.* 7
Creauitque deus cete grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ
in species suas, & omne uolatile secundum genus suum. Et uidit deus quod esset bonum, benedixitq; eis,
dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est
uespere & mane dies quintus.

BASILIVS IN HEXAEMERON. Post syderum luminariúmque, solis (inquã) & lunæ creationem, aquæ 7
iam animalibus deinceps opplentur, vt & hæc etiam vniuersi portio suscipiat ornamenta. Recepit enim terra suũ Congr. 7.
ornamentum è germinibus propriis suis. Recepit & cœlum syderum flores, & perinde atque geminorum aspe-
ctibus oculorum, societate maiorum luminum est duorum condecoratum. Restabat vt & aquis suum ornamen-
tum redderetur. Venit imperium, & protinus amnes in opere cuncti, protinus lacus omnes fœcundi fuere, suique
quique generis secundum naturam fœtus moliebantur, & æquora genera varia nantium, diuisaque parturiebant.
Nec etiam aquarum pars ea quæ limosa tum erat atque palustris, ocio indulgebat, aut expers muneris officiique
creationis remansit, sed inde ranæ statim, inde culices emergebant. Nam ea quæ nunc etiam fieri conspiciuntur,
F præteritorum sanè sunt argumenta. Adeo tum ad subministrandum obsequendúmque præcepto creatoris, om-
nes aquæ summopere properabant. Atque quorum nec enumerare quisquam genera posset, ea vita prædita cun-
cta, statim immensa vis ineffabilisq; dei facultas in lucem ædidit, agentia nimirum, & interno sese protinus sua-
pteque mouentia motu, cum imperio simul habilitate procreandorum animantium in ipsas aquas impressa.
IVNILIVS. Post igitur ornatam quarta die faciem cœli luminaribus, ornantur consequẽter quinta inferio-
res mundi partes, aqua videlicet & aër, his quæ spiritu vitæ mouentur, quia & hæc elementa, quadam quasi co-
gnatione & sibi ad inuicem, & cœlo copulantur. Sibi quidem, natura aquarum aëris qualitati proxima est, vnde
exhalationibus earum pinguescere probatur, ita vt & nubila contrahat, & possit volatus auium sustinere, testante Iob. 37
scriptura, Quia subitò aër cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Deniq; per noctes serenas rorat, cuius
roris guttæ mane in herbis inueniuntur. Cœlo autem hoc modo iunguntur, quoniam adeo vicinus est ei aër iste,
vt & ipse nonnunquam eius nomen accipiat. Sicut volatilia cœli appellat scriptura, quæ volare constat in aëre.
Et dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.12. Et dominus ipse turbis,quia tempus aduentus sui de virtutum ostensione non cognouerunt,loquitur,dicens,Cũ G videbitis nubem orientem ab occasu,statim dicitis,nimbus venit,& ita fit.Et cum austrum flantem,dicitis, quia ventus erit, & ita fit. Hypocritæ faciem terræ & cœli nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Vbi certũ est, quiam faciẽ cœli nõ aliã,quàm varietatem humidi istius aëris appellat. *Dixit itaque deus, Producant aquæ reptile animæ uiuentis.* BASILIVS. Nunc primum animans sensu præditum,animal (inquam)creatur.Arbores enim & frutices atque herbæ, quanquam viuere dicuntur, propterea quod alendi sese facultatis augendiq; participes sunt,non tamen & animalia huiusce causa,nec animantia ita sunt. AMBROSIVS. Scimus reptilia dici genera serpentum,eo quod super terram repant, sed multò magis omne quod natat, reptãdi habet vel speciem vel naturam. Nam & si in profundum qui se demerserint, aquam videantur findere,tamen cum supra innatant,repunt toto corpore,quod trahunt super quædam dorsa aquarum.Vnde & Dauid ait,Hoc mare magnũ Psalm.103. & spaciosum,illic reptilia, quorum non est numerus. Quinetiam cum pleraque pedes habeant,& ambulandi vsum,eo quod sint amphibia , quæ vel in aquis vel in terris viuant, vt sunt focæ, crocodili, equi fluuiales, tamen H cum in alto aquarum sunt,non ambulant,sed natant,nec vestigio vtuntur pedis ad incedendũ, sed tanquam remo ad reptandum.Siquidem & nauis acta remis labitur,& aquas sulcat carina. AVGVSTINVS TERTIO DE GENESI AD LITERAM. Nonnulli autem putant propter sensus tarditatem non animam viuã, sed reptilia animarum viuarum appellata,sed si propterea sic appellarentur hæc animalia, auibus non daretur nomen animæ viuæ, sed & ipsa volatilia dicta sunt,sicut illa reptilia,vt subaudiatur animarum viuarum. Nonnulli etiam propterea pisces sic appellatos putauere, quod eis memoria nulla sit, vel aliqua vita velut rationi vicinior. Sed fallit eos experientia minor.Nam pisces memoriam habere certissimum est,quod & ipse sum expertus.Nam fons quidam magnus Bullensium regionum ferè plenus est piscium.Solent autem homines desuper intuentes, eis aliquid iacere, quod sibi vel præripiant confluentes,vel inter se diripiant concertantes. Quo pastu assuefacti, deambulantibus super oram fontis hominibus,ipsi quoque cum eis congregatim natando eunt,& redeunt, expe- I ctantes vti inde aliquid iactent,quorum præsentiam sentiunt.Ita ergo reptile animę viuentis,seu reptilia animarum viuarum dictum arbitror,ac si diceretur, quæ sunt in animabus viuis reptilia, sicut dici posset ignobilia hominum,vt intelligeremus, quicunque sunt in hominibus ignobiles.Et quanquam sunt & animalia terrestria quę repunt super terram,tamen ex multo maiore numero pedibus mouentur , & tam pauca fortasse in terris repunt, quàm pauca in aquis gradiuntur, RVPERTVS. Aliter.Cum dicit,Producant aquę reptilia,quid opus est adiici animæ viuentis?cum ipsum nomen reptilium , viuentem animam satis exprimere possit? Etenim viuit & sentit omne quod repit, quanuis non omne quod viuit, repat, vel repere possit.Viuit nanque herba virens & asserens semen , quam terra germinat , viuit omne lignum pomiferum , vel habens semen suum in semetipso quod terra producit.Sed vita huiusmodi sicut sine sensu ita & sine motu est. At verò omne quod repit,etiam viuit. Quid igitur cum dixisset, producant aquæ reptilia,addidit animæ viuentis? Videlicet vt animam reptilium distingueret ab anima hominum. Cum enim dicit,animæ viuentis, subaudiri vult, & non etiam discernentis. K Nam eo quidem vita reptilium , vitam superat herbarum atque lignorum , quod sensibilis est , nam & illa viuunt quidem, sed non sentiunt , verùm longe inferior est quàm vita hominis , quia non solum sic viuit homo, vt sentiat, sed & viuit & sentit, & quod dignissimum est,discernit.Hoc ergo cum dicitur, producant aquæ reptilia, mox opportunè subiungit,animæ viuentis, viuentis(inquam)tantummodo, non etiam discernentis. Producant ergo aquæ reptile animæ viuentis. AMBROSIVS. Et pisces exilibant de flumine,delphines prælucebant in fluctibus, conchæ saxis, ostreæ adhærebant profundis, adolescebant echini. Væ mihi, ante hominem cœpit illecebra abundantia copiarum , nostræ mater luxuriæ , ante hominem delitiæ . Prior ergo hominum tentatio , quàm natura . Sed nihil creatura deliquit , alimenta dedit , non vitia præscripsit . Hæc tibi communia dedit, ne tibi aliqua velut propria vendicares. Tibi suos fructus terra producit, tibi scaros & accipenseres, & omnes fœtus suos generant aquæ , & his non contentus , interdicta alimenta gustasti. Ad inuidiam tuam omnia L congeruntur , vt prævaricatio tuæ auiditatis oneretur. BASILIVS. Educant aquæ reptilia viuentium animarum.In hisce perbreuibus verbis quod genus omissum est ? Quid non comprehensum est in creatoris præcepto ? Non ea quæ viuum generant , vt vituli marini, delphini, torpedines, cæteráque id genus, quæ cartilaginea nuncupantur . Non ea quæ oua pariunt , quæ sunt omnia fere piscium genera. Non squamosa, non corticosa, non pennis prædita, non eisdem carentia. Vox quidem imperij breuis admodum est , quin potius neque vox est, sed momentum duntaxat , & apertio voluntatis, insitæ verò mentis imperio tantam copiam esse constat, quot sunt & ea quibus differunt inter sese, quibúsque conueniunt animantium aquatilium genera , atque naturæ, de quibus diligenter accuratèque disserere,perinde est atque si quispiam æquoreas vndas enumerare, aut metiri poculis aquas aggrederetur . Educant aquæ reptilia viuentium animarum. In iis ipsis sunt ea quæ in alto versantur, quæ littoribus gaudent, quæ submersa viuunt , quæque ad saxa natiuis testis inhærent. Saxatilia, gregalia, solitaria,& beluæ molis immensæ , & minutissimi pisces. Eadem enim vi sanè parique præcepto,tam ma- M gnæ quàm paruæ,tum simul aquatiles animantes, in lucem productæ sunt. AMBROSIVS. Sed aduerte ô homo,quanto plura in mari,quàm in terris sint.Numera si potes omnia piscium genera, vel minutorum vel etiam maximorum,sepias, polypos, lithostracos,carabos,cancros, & in his innumerabilia sui generis.Quid dicam genera serpentium, dracones, murenas, anguillas? Nec prætermittam scorpios,ranas,testudines,mustellas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania,delphinos,focas,leones.Quid attexam etiam merulas, turdos , pauos quoque, quorum etiam colores in auibus videmus expressos , vt nigri merulæ , paui diuerso colore dorsa & colla depicti sint , turdi aluo varij, & cætera quorum sibi terræ species , & nomina vendicarunt? Nam prius in mari ista cœperunt, diuersisque fluminibus . Siquidem aqua prior, animarum viuentium reptilia diuino nutu imperata produxit . Adde hanc gratiam, quod ea quæ timemus in terris , amamus in aquis. Etenim noxia in terris , in aqua innoxia sunt, atque ipsi angues sine veneno . Leo terribilis in terris , dulcis in fluctibus . Murena quam ferunt aliquid habere noxium , esca precio sior est . Rana horrens in paludibus, decora in aquis,

A in aquis,omnibus fere præstat alimentis.Plura si quis vult cognoscere,à diuersis locorum piscatoribus quęrat,nemo enim potest omnia comprehendere. Canes sanè & in mari caue , quos & in ecclesia molestos esse & cauendos, Apostolus docet, dicens,Cauete canes,cauete malos operarios.Mustellę grauis in terris odor,in aquis suauis. Philip.3. Terrena se nouit vindicta fœtoris vlcisci,hæc non minorem habet gratiam capta,quàm libera.Neque te inhonoratum nostra prosecutione Tymalle dimittam,cui à flore nomen inoleuit,seu Ticini te vnda fluminis,seu amœni Athesis vnda nutrierit,Flos es. Denique sermo testatior,quod de eo qui gratam redolet suauitatem,dictum face te sit, Aut piscem olet, aut florem , ita idem pronunciatus est piscis odor esse qui floris . Quid specie tua gratius? Quid suauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant,hoc tu corpore tuo spiras. Quid loquar Esa.65. coruorum,quid etiam luporum teneritudines? Nescit hos lupos agnus timere. Tanta est aquarum gratia,quarum vituli figurantur & leones,vt his propheticum illud dictum de ecclesiæ sanctitate iure conueniat. Tunc lupi & agni simul pascentur,leo & bos simul paleas manducabunt.Nec mirum,quandoquidem etiam in ecclesia aquę il-
B lud operantur,vt prædonum abluta nequitia, cum innocentibus comparetur . Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur quod in regibus adoratur, aquarum est speries illa quæ fulget. Adde porcos maris etiam ludæis gratos, quia nihil est commune quod non aqua abluat , & ideo communes eos sicut in terra æditos æstimare non possunt. Quàm bona autẽ mater sit aqua,etiam hinc considera.Tu ô homo docuisti abdicationes patrum in filios,separationes, odia,offensas, disce quæ sit parentis & filiorum necessitudo.Viuere pisces sine aqua non queunt,nec à sui parentis consortio separati, neq; à sui altricis diluuio munere,& fit hoc natura quadam,vt separati moriantur illico. Neque enim vt omnia, huius aëris viuunt spiramine,quia hauriendi spiritus, & respirandi natura his non suppetit , alioquin sub aquis semper non possent viuere,non capientes spiritus infusionem.Quod est nobis spiritus,illis est aqua . Sicut nobis spiritus,ita illis,aqua viuendi ministrat substantiã.Nos intercluso cõmeatu spiritus,quia nec breui quidem spacio possumus exortes es-
C se spiritus vitalis,statim extinguimur.Pisces quoq; sublati de aqua,sine substantia sui,viui esse non possunt.Et causa manifesta est,quoniam nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum,& cum sit ipse plerisq; penetrabilis,spiritus infusione interiorem calorem refrigerat.Thorax enim vt suscipit alimenta, ita superflua ciborum,& succos salubres sanguinemq; discernit.Fit pulmo peruius,vnde facilius ad eũ potest aspiratio spiritus peruenire. Pisces verò branchias habent quas nunc plicant & colligunt,nunc explicant atq; aperiũt.In hanc ergo collectionẽ & apertionem dum suscipitur aqua,& transmittitur ac penetrat , respirationis munus videtur implere. Propria etiã est natura piscium,nec cõmunis cum cæteris,specialis vsus,& à cæteris viuendi quædã separata & secreta substantia.Propterea nõ nutriuntur,neq; vt terrena animalia manus humanę tactu & alimẽto,& delinimento aliquo delectantur,sed etiã si seruantur,in viuariis suis viuunt.Producant aquæ reptile animę viuentis. BA-
D SILIVS. Per genera vniuscuiusque generis nunc primitias,quasi naturæ semina quædã oriri iubet,multitudo verò successioni postea asseruatur, cũ genera singula iusserit in multitudinẽ crescere.Atq; aliud genus eorum est, quæ silicum duritia teguntur.Qualia sunt conchæ,pectines,limaces marini,turbinata,& ostrearũ discrimina numerosa.Aliud eorũ quæ crustis includuntur,vt locustæ,gamari,cancri,cæteraq; id genus. Aliud præter hæc genus eorũ est,quæ mollia nuncupantur,quorum caro mollis est,atq; tenera,vt polypi, loligines,sepiæ, cæteraq; similis generis.In quibus rursum innumeras esse differẽtias constat.Alia item genus subeunt quæ ouum,aliud ea quæ animal pariunt.Procreant autem animal ea quæ mustellini generis sunt, & caniculi,& ea omnino quæ cartilaginea nuncupant,generisq; cetarij plurima , vt balenæ,vituli marini,delphini,quos & tenellos infantiaq; infirmos suos catulos,aliqua perterritos causa,in ventre rursum suscipere gestareq; ferunt.Educant aquæ reptilia viuentium animarum per genus.Aliud genus est cetarium , aliud piscium tenuium genus.In piscibus item innumera discrimina sunt,per genera sanè distincta.Quorum etiam nomina propria sunt,& pabulum varium,& figura, & mamma,per genera sanè distincta.Quorum etiam nomina propria sunt,& pabulum varium,& figura, & magnitudo,& carnium qualitates haud eædem, sed diuersæ. Maximis singula differentiis inter sese discrepant, sub variisq; formis,atque diuersis specie collocantur.Quinam quæso tinnorum exploratores,generum nobis enume-
E rare differentias possent,quanquam vt ferunt,magnis piscium gregibus,aspectu numerum illorum exactè percipiunt,atque dicunt ? Quis item eorum qui in littoribus orisque studio piscandi consenuere,nobis horum historiam omnium exactè notam efficere posset? Alia genera piscium in Indico mari,alia qui in Aegyptio sinu piscantur,alia insularum incolæ,alia Mauritani nouerunt,omnia tamen tam parua,quàm grandia, primùm illud imperium inenarrabilisq; potentia procreauit. Multi sunt variique ipsorum modi viuendi, multæ morum diuersitates,multæ denique in vniuscuiusque successione generis differentiæ . Non ouis plurimi piscium perinde vt aues incubant, non nidulos extruunt,non in enutrienda sua prole laborant,sed humor susceptum æditum ouum, animal nullo prorsus exhibito negocio fecit . Est etiam vt vniuscuiusque successio generis inuariabilis semper, neque cum alia natura vlla miscetur . Non in humore perinde atque in terra naturas esse promiscuas nouimus, quales esse mulorum constat,& auium nonnullarum deprauantium generum adulterantiúmque naturam.Nihil
F in piscium genere dimidia parte dentibus est armatum,vt bos in nobis,vt ouis, neque enim quiuis piscis omnino ruminat,nisi scarus solus,vt quidam memoriæ prodiderunt,sed omnes frequentium acuta dentium serie fulciuntur,ne si mora in molendo traheretur,diffluret alimentum.Etenim nisi celerrimè sectum ventri immitteretur,dum in minuta secaretur,per humorẽ sanè dilaberetur.Pabulũ autem aliis aliud piscibus per genera definitũ est.Quidã enim limo,quidã alga,quidã musco vescuntur.Alios alię in humore nascentes herbę delectant,maior pars piscių liguriunt alter alterũ atq; deuorant,& minor apud illos esca maioris proponitur,&si vnquã euenerit, vt is qui minorẽ superauerit,alterius prędа fiat,ambo tum simul diglutiuntur,& vnum vltimi piscis immersi ventrem ingrediũtur.Quid igitur quæso nos homines aliud agimus,cum vim afferimus inferioribus,rapimusq; eorũ fortunas?Quid interest inter eũ ac vltimũ piscem, qui sua improba cupiditate diuitias cõsequendi,in inexplicabiles auaritiæ sinus,imbecilles ingerit homines,atq; abdit ? Ille pauperis patrimoniũ raptũ habuit,tu illũ oppressum partem tuarũ facultatum feci sti,iniustis iniustiorem profectò, atq; auaris auariorẽ te ostendisti.Caue sis,ne finis idem tibi qui piscibus euenire crebro solet,occurrat,hamus forsitan,aut nassa,aut etiã rete.Et nos enim omnino cum multa

Universidad de Deusto Biblioteca

cum multa peregerimus,atque iniqua,iudicium illud extremum,pœnam illam vltimam , multamq; non euita- G
bimus certo scio.Singula genera piscium,accommodata sibi loca naturæ distribuunt,in illisq; vitam degunt,nec
aliena loca vnquam expetunt,neque aggrediuntur,sed intra suos se læta continent fines. Non illis partiendi ter-
ras facultate præditus , vllus distribuit habitationes , non mœnibus vllis sunt vlla genera piscium circunscripta,
non finibus vllis diuisa,sed quod cuique prodest, quodque necessarium est, id est sponte naturæ munere defini-
tum.Hic sinus hæc piscium genera,ille alia pascit,& quæ hic abundant,in aliis ea desunt. Nullus hic mons acutis
porrectus verticibus ea seiungit . Nullus amnis transitionem dirumpit , sed quædam naturæ lex æquæ iustæque,
pro vniuscuiusq; nimirum vsu loca victus sorte quadam distribuit . Sciunt certè prouinciam eam quam defini-
uit eis natura.Illud altum, cetarium genus maximorum montium instar (vt ferunt qui conspexerunt) occupat,
quod vltra plagas habitabiles collocatur,quod insulis fermè caret,cui continens vltra succedere nulla vnquam
conspicitur,nec vllum prorsus detrimentum,aut insulis,aut vrbibus maritimis affert.Ita singula genera piscium
in definitis sibi maris tractibus,perinde atque in vrbibus aut pagis quibusdam,aut antiquis patriis immorantur. H
AMBROSIVS. At nobis longe alia sententia est,mutare exilio domos, incolarum fastidio teneri , adue-
narum captare gratiam, transferre terminos perpetuos, quos posuerunt patres nostri, agrum ad agrum iũgere,
domum ad domum.Deficit terra hominibus,sternuntur & maria.Rursus pro singulorum libidine inciditur ter
ra,mare infunditur,vt insulas faciant,vt possideant freta,spacia maris sibi vendicant iure mancipij, pisciúmque
iura,sicut vernaculorum conditione sibi seruitij subiecta commemorant.Iste (inquit)sinus maris meus , ille alte-
rius. Diuidunt elemēta sibi potentes.His ostreæ in fluctibus nutriuntur,his in viuario piscis includitur luxuriæ.
Nec mare sufficit,nisi apothecas habeant ostrearum. Itaque ætates earum numerant , & piscium receptacula in-
struunt,ne conuiuia diuitis mare non possit implere.Nam vicini nomen quibus audiunt auribus ? quibus oculis
intuentur possessiones eorum?Quemadmodum dies noctesq; excogitant,vt aliquid proximi auferant?Nunquid
Esaiæ.5. soli habitabitis super terram?clamat Propheta:Cognoscit hæc dominus,& vindictæ reseruat . Quantum aliena à
piscibus auiditatis rapina? BASILIVS. Iam verò sunt,& qui sedem immutare statuto tempore soliti, quasi I
communi deliberatione præmissa , longinqua peregre petentes maria , sub vna tessera gregatim abeunt omnes.
Nam cum conceptus statim partusq; tempus accesserit, alij statim ab aliis finibus descendentes, communi lege,
cōcitati naturæ,ad Aquiloniũ properantes mare contendunt. Atque videris vtiq; cum ascenditur,vnitos perin-
de vti flumen,pisces ipsos atque continuos,& per Propontidem & Euxinum pontum tranantes.Quis est qui mo
uet? Quod regis edictum ? Quæ tabellæ in foro positæ, præstitutũ decedendi tempus definiunt? Qui deniq; sunt
hospitum aduenarumq; ductores?Conspicis ne diuinam institutionem ordinemq; cuncta complentem , perque
omnia penetrantem?Piscis diuinæ legi non aduersatur , & homines salutaria sibi præcepta non ferunt , non pa-
tiuntur?Noli floccipendere pisces,quod voce careant,quod animalia sint penitus expertia rationis,sed vereri,sed
permanere velis,ne creatoris obstando præceptis,rationis illis expertior videare.Adesto animo quæso, erige mē
tem auresq; tuas,& pisces exaudi,quasi vocem per ea quæ agunt,elicientes . Nos quo genus nostrum persistat at-
que permaneat,peregre proficiscimur (propria quidem ratione pisces haud præditi sunt, naturæ verò sibi legem K
insitam insculptamq; habent , id semper quod agendum est demonstrantem) Eamus (inquiunt) ad aquilonium
altum.Est enim cæteris æquoribus dulcius,propterea quod haud immodicam in eo moram sol trahens,non ipsi-
us ad vniuersum suis exhaurit,absumitq; radiis,quod dulce,quod potulentum humoris obtinet . Enimuerò non
mediocriter & animantes æquoreæ dulcibus humoribus gaudent.Vnde fit,vt & fluuios sæpenumero petant, lon
geq; ab ipso mari discedant . Hac de causa Pontum Euxinum ipsi finibus æquoreis cæteris anteponunt, vt ad ef-
fundendos excludendosq; fœtus,& enutriendam sibi sobolem magis idoneum,magisq; aptum . At cum satis a-
ctum negocij id fuerit,cui studebant,rursus ipsi omnes quasi agmine facto,sese recipiunt domum.Et quænam sit
ratio redeundi,recipiendiq; se domum , ab ipsismet animantibus mutis audiamus.Aquilonium (inquiunt) mare
vadosum est,resupinumq; ventorum flatibus ex ponitur violentis,per paucas etiam oras tractusq; profundos ha
bet,quamobrem & ex ipsis sedibus imis perfacile flatus ipsum exagitant,procellæq; reuoluunt,vt & vna cum flu- L
ctibus vndisq; misceatur arena.Huc accedit & frigus hybernum.Hyemis enim tempore pergelidum est , quippe
quod complures tum pergelidos pergrandesq; suscipiat amnes.Idcirco temperie moderationeq; ipsius æstiuo tē-
pore potiti,rursus hyemis tempore æquoris profundi gurgites altos,loca soli propinquiora repetimus,fluuiósque
septentrionis horridos fugientes,ad eos æquoreos sinus tanquam ad stationes properamus atq; confugimus, qui
minus vi ventorum concutiuntur.Vidi egometipse hæc ita fieri,vidi & opificis dei cuncta penetrantem admini-
strantemq; sapientiam suam admiratus . Si animantia muta, si rationis expertia excogitare conseruareq; salutem
suam soleant,atque piscis id sciat quod expetendum est sibi,quod fugiendum,quid nos ipsi dixerimus,qui ratio-
ne præditi,legibus eruditi,pollicitationibus inuitati,spiritu sapientiam assequuti , res eas deinde quæ ad nos per-
tinent, longe rudius quàm ipsi pisces disponimus ? Si illi quidem de futuro prospiciant atq; prouideant,nos autē
spe futurarum vacui rerum,vitam nostram voluptati,vitæ pecudum accommodatæ,deditam conficimus ac con M
summamus?Piscis tot maria tranat,vt vtilitatis aliquid consequatur.Quid ipse dixeris quæso,qui vitã in otio de-
gis?quod maleficij principium esse nemo est qui ignoret.Nemo causetur ignorationem.Ratio profectò naturalis
in nobisipsis inspersa,prosequenda nobis honesta , fugienda noxia turpiaq; demonstrat.Possem adhuc plura aui-
dis audiendi de his quæ in mari nascuntur referre miranda.Quonam pacto maris in salem cogitur aqua.Quomo
do pretiosus lapis corallium,in mari quidem est herba,sed cum in aërem effertur,in lapidis soliditatem transfer
tur.Vnde vilissimis animantibus ostreis,ipsa natura pretiosissimos vniones impressit.Nempe quæ regum delitiæ
reconditæ percupiunt,ea passim in oras,littora,saxaq; aspersa iacta sunt,in ostrearum operculis insita.Vnde vel-
lus aureum pinnæ nutriunt,quod nondum exactè quisquam eorum qui coloribus inficiunt vellera,potuit imita-
ri.Vnde cochleæ purpureæ,vestes regibus purpureas offerunt , quasquidem & pratorum flores viuacitate coloris
longo interuallo superare non est obscurum.Educant (inquit) aquæ.Et quæ nam res necessariæ continuò nō sunt
exortæ?Quæ lautarum rerum non dono datæ sunt vitæ?partim sanè subministrationis hominum, partim admi-
rationis

A rationis ex creaturis sumendæ causa , partim etiam formidinis terrorisque ratione , quo noster animus som-
niculosus , desidiosus ac iners , expergiscatur ac excitetur . Non enim solum gladij , serræ, canes , balenæ, or-
cæ, cæteráque id genus formidolosa metuendáque sunt , sed etiam radius super caudam eminens pastinacæ e-
tiam mortuæ , pestilens , lepúsque marinus , animal sanè noxium , non mediocriter terrent , quippe quæ cele-
rem afferant & necessariam necem . AMBROSIVS. Voluit enim te creator nec in mari satis ab insi-
diantibus esse securum , vt propter pauca quæ noceant , quasi in excubiis positus , arma fidei semper , & scu-
tum deuotionis accinctus , à domino tuo debeas salutis sperare præsidium. CHRYSOSTOMVS. Edu-
cant aquæ reptilia animarum viuarum . Obsecro quis sermo miraculi dignitatem potest assequi ? Quæ lingua ad
opificis præconia sufficiet ? Dixit tantùm, Germinet terra , & statim illam parturire fecit . Nunc dicit , Edu-
cant aquæ , Vide quam consonant præcepta . Illic germinet terra , hic educant aquæ (inquit) reptilia animarum
viuentium . Nam sicut de terra dixit solùm, Germinet, & varia mox ac multiplex florum, herbarum & semi-
B num apparuit copia , vnóque sermone producta sunt omnia , sic & hic dixit , Educant , & continuò tot repti-
lium genera condita sunt , quot neque sermone recenseri possunt . Et verbum quidem breue est , & verbum
vnum , genera autem animalium diuersa & varia . Sed nulla te admiratio teneat dilecte . Verbum enim erat
dei , & sermo ipsius his quæ fiebant , subsistentiam largitus est . Vides quomodo omnia ex nihilo , vt essent ,
producta sunt ? Vides quàm diligenter docet ? Vides quanta se attemperatione ad nostrum vsque humilita-
tem dominus demittit ? Vnde enim nos hæc tam accurate discere potuissemus,nisi ipse magna & ineffabili mi-
sericordia sua, humanum genus per prophetæ linguam docere dignatus esset, vt scire possimus, & factorum or-
dinem, & factoris potentiam,& quomodo sermo suus effecerit opus, & verbum suum subsistentiam, & essentiæ
ingressum præbuerit? Verùm sunt insensati nonnulli,qui & post tantam doctrinã discredere non formidant,fa-
teriq; nolunt esse aliquem istorum visibilium opificem, sed fabulantur,fortuitò ea & per se esse,& ferri.Alij verò
C ex præiacente materia esse facta contendunt. Considera quanta diaboli illusio, quomodo abusus est facili errori-
bus seruientium credulitate.Ea propter beatus Moyses, spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet & hæc
auribus inculcat,ne idem & nobis eueniat,sed sciamus manifestè, & creaturarum ordinem, & quomodo creatæ
sint.Nisi enim nostræ salutis curam habuisset deus,& ita direxisset Prophetæ linguam,satis erat dixisse,Fecit deus
cœlum & terram,& mare & animantia,neq; posuisset ordinem dierum, & quid primò, & quid secundò, factum
fuerit.Sed vt ingratis,& malè seruientibus nulla relinqueretur excusatio,ita distinguit manifestè,& factorum or
dinem,& dierum numerum,& omnia nos docet tanta mansuetudine,vt cognita omni veritate,non vltra erro-
ribus implicemur,loquentes quæ ipsi excogitamus, sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potentiam.
GLOSSA. Producant aquæ.Hebraice est יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם isrezu hammáim.Verbum autem isrezu,non ita latinè
verti poterat,sicut enim supra de terra dicendum fuerat,herbificet terra,ita nunc fingendum esset nomen,quan-
quam ne illud quidem aptum reperiri possit.Quod enim est ipsi terræ herba,hoc serez aquis. Proles ergo,ac pul-
D lulatio aquarum Hebraicè serez vocatur.Nec propriè reptile significat, cum repere sit terrestrium. Sed interpres
elegantius nomen inuenire non potuit,eodem enim modò pisces serpunt per aquas,quo reptilia per terram.Imi-
tatus quoq; est Septuaginta,qui & ipsi verterunt,ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ,id est,producant aquæ reptilia.Saraz
autem verbum hic positum,si latinè aliquo modo exponendum sit,moueri,reptare,serpere,producere, & ebulli-
re,significare dicunt,quo factum,vt aliter & aliter verbum sit redditum.Chaldaica siquidem,serpant aquæ repti-
le legit,alij repere,alij ebullire,alij reptilificare,alij mouere faciant aquæ reptile interpretantur . Quod est dicere,
producant aquæ reptilia, id est,promoueantur & generentur ex humoribus aquæ,animalia animã habentia non
animum,vitalia corpora , sensu & motu animata. AMBROSIVS. Sed iam assurgamus ipsi de profundo
maris , & aliquantulum sermo noster emergat,atque ad superiora se subrigat,& quæ sequuntur inspiciamus. Cong.8.
Et uolatile super terram sub firmamento cœli. BASILIVS. Id est,producant aquæ.Cur ortum ex aquis & volucri-
E bus vt aquatilibus præstitit? An quia volantibus ad ea quæ natant, quasi consanguinitas quædam atque affinitas
est?Nam vti pisces humorem secant agitatione quidem pennarum,ad loca priora quæ petunt proficiscentes,cau
dæ verò mutatione flexiones sibi,rectósque impetus gubernantes,sic & in volatilibus fieri conspicere licet,aërem
pennis alisque findentibus, simili natantibus modo . Quare cum vna peculiaris communisque sit vtrisque con
ditio, ipsum (inquam) natare,vna quædam ipsis affinitas,ex aquarum sanè generatione tributa est. AMBRO-
SIVS. Non immeritò igitur quia de aquis genus vtrunque producitur , natandi proprietas vtrisque suppedi-
tat. EVCHERIVS. Vel quod volatilia ab aquis producta scribuntur , est quia aër in quo aues volitant,
à sapientibus cum aquis deputatur , pro eo quod aquarum humida exsolutione pinguescit , vt volatus auium
sustinere possit . Ob hoc non immeritò pisces & volucres de aquis nata esse commemorantur , quia vna est aë-
ris aquarumúe natura . Sed quicquid aquarum vndosum & fluidum est,reptilibus deputatum est , quicquid ve-
rò vaporaliter suspensum est , auibus distributum est. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITE-
F RAM IMPERFECTO. Ergo volatilia conuenienter sunt aquis attributa , quia non inconuenienter aër
iste aqua nominatur . RVPERTVS. Vnde dicitur in epistola Petri Apostoli,Latet enim eos hoc volen- 2.Pet.3.
tes , quod cœli erant prius & terra de aqua , & per aquam consistens verbo dei . Alia autem æditio sic habet,
Cœli erant olim de aqua & per aquam constitùti . Significat autem aërem istum humidum atque turbi-
dum . Hunc ergo cœlum appellare scriptura consueuit . Vnde scriptum est , Miluus in cœlo cognouit tem- Hier.8.
pus suum . Potest itaque & aër simul cum aquarum elemento intelligi . Cùm ergo dicitur , producant aquæ
volatile , licet aërem quoque simul intelligi , quia videlicet cum ascendentes aquæ per aëris spacia , vi frigoris
vertantur in niues , eadémque facultate per virtutem præcepti potuerunt verti in aues.Et hæc est causa , cur cum
omnia volatilia aquæ produxerint, non etiam sub aquis natalibus eadem viuere possint. Nam sunt quidem quæ
dicantur aues marinæ,vt fulicæ, siue parua quidem, sed nobilis halcyone, quæ nidificare dicitur in littoribus,
patientia maris expectante , in tantum vt per bis septem dies donec pullos educat, nullatenus moueatur , vel
perturbetur fida tranquillitas . Sed hæc vel cætera cum de aquis producta sint, non etiam sub aquis viuere pos-
sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. Quia fortè nequaq̃ sub densis fluctibus vitâ sumpserunt, sed de rarioris & per nubeculas volantis aquæ glo- G
bis, volantium auium corpuscula facta sunt. Porrò cum dicitur & volatile, subauditur, producant aquæ ani-
mæ viuentis nihilominus, & non discernẽtis. Nam acutius quidem volatilia quàm reptilia sentiunt, sed nihilo-
minus discretione vel ratione carentia sunt. Acutius autem illa sentire non dubium est. Nam & acumine sen-
sus illorũ in tantũ maligni spiritus abusi sunt ad augendum errorem gentilium, vt auspices quoque siue augures
Virg. in Ge. ex eo constituti fuerint, quod ab auium garritu siue inspectu, ventura sibi crederent bona siue mala spectanda
org. lib. 1. præsignari. Contra quod eximius eorum poëta paulò melius sentiens, ait, Haud equidem credo quia sit di-
uinius illis ingenium, aut fato rerum prudentia maior. Verùm vbi tempestas, & cœli mobilis humor mutaue-
re vias, verturtur spes animorum, & pectore motus, nunc alios alióque concipiunt. Hinc lætæ pecudes &
ouantes gutture corui. Dixit aues non scienter diuinare, sed pro cœli qualitatibus diuersos motus concipe-
re. Quippe quæ spreta grauiore terra, sursum spaciantur, & aëre leuiore feruntur, mobilique corpore minus
prægrauatam superne ducunt agilem vitam. E contra, reptilia grauior deprimit natura, tantóque in acumi- H
nè sensuum prædictis volatilibus cedunt, quantò aëris natura crassius aquarum est elementum. BASILIVS.
Quod autem iussum est volucres super terram volare, propterea est, quod à terra pabulum omnes sumunt. At-
que sub firmamento cœli, id est, in aëre qui veluti cœlum conspicitur, & densior est atque crassior quàm æthe-
reum corpus, ob exhalationes quæ huc ad illum, vaporéque sublimes feruntur. IVNILIVS. Quod
Act. 2. etiam nil rationi veritatis obsistit, quia nimirum & si immenso interiacente spacio, sub sydereo tamen cœ-
Eccles. 1. lo volant aues, quæ supra terram volant, quo modo iam nos homines in terra positi, sub cœlo ac sole esse
constituti veraciter ac rectè dicimur, attestante scriptura quæ ait, Quia erant in Hierusalem habitantes Iu-
dæi viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Et, quid habet amplius homo de vniuerso labore suo,
quo laborat sub sole? Alia autem translatio habet, secus firmamentum cœli, quia vicina sunt (vt ita di-
xerim) ætheri, turbulenti hæc aëris spacia, quæ volatus auium sustinent. Nec mirandum si æther firmamen- I
tum cœli nominetur, cum aër appelletur cœlum, vt supra doctum extitit. THEODORETVS.
Sed quæritur, Cur nam deus plantas ante luminaria, animantia verò post luminaria fecerit? Oculos ha-
bent animalia, & lucis exuperantiam nunquam ferre potuissent. Quæ quidem lux postmodum in solem
& lunam ac stellas dispensata, congruum animantium aspectui fulgorem emittit. Plantæ verò sensuum
sunt expertes. BASILIVS. Verùm volatile nullum pedibus caret, propterea quod vniuersis vi-
ctus à terra præstantur, & omnibus pedum officio subministrationéque necessario opus est. Rapacibus e-
nim vngues aduncos atque acutos venationis gratia, cæteris ob assequendum pabulum, atque ad reliquam
degendam vitam, pedum natura subministrationem necessariò præstitit. Perpaucæ sanè volucres prædi-
tæ sunt pedibus paruis, nec ad ambulandum, nec ad venandum, pedibus aptæ. Vt hirundines, & eæ quæ
falculæ nuncupantur, quibus ex his quæ feruntur in aëre, pabulum comparatur. Quin hirundinibus pro-
pinquus humo volatus, pro munere pedum est. Sunt tamen & in volucrum natura generum innumeræ K
differentiæ. Quas si quispiam eodem transegerit modo, quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos
tetigimus, vnum idem commune volucrum nomen, infinitas autem inuenerit differentias, & inenarra-
bilem inter ipsas, mole, formis, coloribus, vita, moribus, actionibúsque varietatem. Iam verò quidam
enixi sunt in ipsis & nomina noua fingere, vt insolitis alienísque nominibus tanquam quibusdam iustis
notis, propria cuiusque generis percipi natura, peculiarísque conditio possit. Atque alias fissipennes ap-
pellarunt, vt aquilas, alias cutipennes, vt vespertiliones, alias membranipennes, vt vespas, alias vagini-
pennes, vt scarabæos, quæque omnino pennas crusta intectas habent, indéque ipsis explicatis libere vo-
lant. Sed nobis ad generum volucrum distinctionem assignandam, peculiarémque naturam, sufficit ip-
se communis vsus & diffinitiones eæ, quæ de puris atque impuris à scriptura trahuntur. Aliud itaque ge-
nus earum est, quæ carnibus vescuntur, aliáque compositio atque forma, modo victus ipsarum accommoda- L
ta. Vngues his insunt aduncis, acuti, & rostrum simili modo, celeritásque volatus atque pernicitas, vt faci-
lé præda capiatur, distractáque atque dilaniata prædatori pabulum fiat. Alia forma rursus earum quæ frugi-
bus vesci solent. Alia earum quæ omnia deuorant. In his ipsis plurimæ sanè sunt aliæ differentiæ. Nam
partim solitariæ sunt, vt rapacium totum genus. His enim nihil prorsus commune est, præter coniugalem
societatem. Partim gregales, vt columbæ, grues, monedulæ, sturni, innumeræque aliæ volucres, quibus gre-
galis placet vitæ natura. In his etiam aliæ nulli sunt imperio subditæ, sed quasi suo iure liberè viuunt,
aliæ sub ducе degere patiuntur, vt grues, vt apes. Iámque verò non mediocrem in his & aliam differentiam
esse nouimus. Nam aliæ nunquam sedem mutant, sed eisdem in locis versantur. Aliæ mutare, definitisque
temporibus æstate accedente, brumáque remotissima loca petere solent. AMBROSIVS. Quibus
nos inhospitali inhumanitate molimur insidias, & diuerso genere nunc infida decipula decipere, nunc visco
eas fallere, nunc laqueis captare contendimus. BASILIVS. Complures aues præterea si educa- M
rentur manſuescunt, mitèsque fiunt, præter eas quæ inualidæ sunt, quæ propter exuperantem metum atque pa-
uorem, assiduam attrectationem molestiámque inde prouenientem non ferunt. Quin etiam sunt & quæ cum
hominibus degunt, & similiter habitare solent. Aliæ verò mõtes incolunt, & solitudine gaudent. Maximũ autem
discrimen est insuper inter ipsas, & differentia circa vocem. Aliæ nanq; loquaces atq; multiloquæ sunt. Aliæ taci-
turnæ, & aliæ oscines, ac multas variasq; voces eliciunt. Aliæ inoscines penitus sunt, cantusq; expertes. Aliis prę-
terea data vis est mutandi, aut sese suapte natura, aut exercitio adhibito studioq;. Aliæ vocẽ vnici modi, ac immu
tabilem ædunt. Elatus est gallus gallinaceus atq; superbus, ornatus pauo, polituraq; studiosus. Columbæ copia li-
bidinis gaudent, & gallinaceum genus salax est, omniq; tempore veneri indulget. Callida volucris, astuta, ac in-
uida perdix est, malitiosaq; cum venatoribus in præda agit. Innumera profectò volucrũ (vti diximus) & actionũ,
& vitæ degendæ discrimina sunt. Sunt nonnullæ volucres & ciuiles (si ciuilis officium societatis, si munus est,
ad vnum communem finem agendum, singularum actionum opera concurrere) vt in ipsis apibus in tueri licet.

His enim

A His enim communis est habitatio, communis volatus, communis denique, vnáque omnium actio, & quod por-
ro maximum esse constat, sub rege præside ducéque, munus omne suum, officiúmque aggrediuntur ac agunt. Au
diant ista religionis homines nostræ, quibus lege sancitum est, nemini vnquam homini pro malo reddere ma-
lum, sed malum vincere superaréque bono. Imitare mores apis peculiares, quæ nemini prorsus officiens, nec
alienos vllos fructus demoliens, fauos extruit suos atque componit. Compluribus auium generibus in ædi-
dis ouis non opus est copula marium, sed sine coitu pariunt oua, quæ subuentanea nuncupantur. Verùm in cæ-
teris quidem irrita vanáque sunt, neque quicquam ex illis foris excluditur. Vultures autem magna ex parte
parere sine coitu subuentanea fœcunda ferunt, & esse longissimæ vitæ, quippe quibus ad centenos vsque an-
nos plerunque vita protenditur. Id ex alitum ipse commentariis notatum habeas animaduersúmque velim, vt
cum nostrum arcanum nonnullos homines irridere conspexeris, quasi fines naturæ, cancellósque transgrede-
retur, fieríque non posse, vt virgo pariat virginitate ipsius integra intemeratáque persistente, veniat in men-
B tem tibi, deum cui libuit hominibus iis salutem præstare, qui in præconij stultitia crederent, complura ni-
mirum ex ipsa natura rerum ad fidem talibus mirabilibus adhibendam, exempla iam inde ab initio seminaque
præmisisse atque fecisse. Habes & in tenebris ea volucrum genera quæ non nisi noctu vagantur, sibique victum
acquirunt, in luce eáque interdiu volitant. Vespertiliones enim, noctuæ, vlulæ, cæteráque id genus, no-
cturno tempore non die pabulum quæritant, vt tibi si vnquam non occupet somnus, morula etiam in ipsis,
affectionúmque particularium quæ ipsis insunt animaduersio, ad gloriam dicendam creatori sufficiat. Sed quid
aitis vos quæso, qui diuo Paulo non creditis de ea mutatione, quam in resurrectione communique iudicio
fore dicit, complures animantes aëreas mutare formas conspicientes, quales affectiones sanè de verme quo-
que illo Indico cornua protendenti gemina narrari solent. Hic in erucam vertitur primum, fit deinde proce-
dens id quod bombix appellatur, at neque hac in forma persistit, sed lentis latisque pennis veluti foliis binis
obortis, in volucris effigiem commutatur. Cùm igitur vos ô mulieres vermium illorum resolutis, retorque-
C tísque opera, fila (inquam) ea quæ seres ad vos mittere solent, vestium causa mollium efficiendarum, veniat
vobis in mentem huiusce varietas animalis, in formas atque mutatio, indéque resurrectionis dilucidam cer-
támque sententiam sumite, creditéque ei mutationi, quam hominibus omnibus communem ipse diuus Pau-
lus pollicetur. Cùm volatilium ea conspexeris, quæ insecta vocantur, vt apes & vespas (sic enim ea nuncupa-
runt, propterea quod incisuris quibusdam corpus eorum præcingitur) veniat tibi in mentem ea prædita respira-
tione non esse, pulmonéque carere, sed totis omnia suis corporibus aura vesci. Quapropter si oliuo fuerint ma
defacta, occlusis meatibus pereunt, sin aceto protinus asperseris ea, reclusis foraminibus reuiuiscunt. Nil vltra
necessitudinis profectò fines opifex vniuersi deus, nihil omnino citra creauit. Si volucres eas quæ gaudent aquis
conspexeris, vt olor in altum immisso collo, ex imò sibi cibum exhaurit, aperté tum creatoris inspexeris sapien-
tiam, compereríque porrectius ipsi collum ideo pedibus opificem adiunxisse, vt illud perinde atque lineam
piscariam ipse deducens in altum, occultum inde pabulum consequatur. Absolutè igitur si sacræ scripturę ver-
D ba legantur, syllabæ perexiguæ quædam esse videntur, Educant aquæ volatilia super terram in firmamento cœ-
li: sed cum verborum sententiæ peruestigantur, tunc quanta nam sit sapientia creatoris perspicitur, quot vo-
lucrum opifex ipse discrimina, quot differentias expromendas concepit, per quot ipsas inter sese genera spe-
ciésque seiunxit, aut vt singulas propriis quibusdam insignibus peculiaribúsque distinxit. Deficiet mihi profe-
ctò dies, ea quæ sunt in aëre miranda narranti. RVPERTVS. Porrò volatilium quæque species, prout
pennas densiores & minora habent corpora, ita & sub firmamento cœli altius atque celerius euolant, verbi
gratia, vt accipiter, ardea, siue aquila. Nam è contra, quorum corpora densa, pennæ verò raræ vel paruæ sunt,
tardius leuantur, & minus volant, vt vultur, aut certè struthio, quæ & si pennas habet, nullatenus tamen volare
potest. GLOSSA. Iuxtà Hebraicum fontem ita legitur locus וְעוֹף יְעוֹפֵף עַל הָאָרֶץ עַל פְּנֵי רְקִיעַ הַשָּׁמָיִם Veoph
ieopheph al haarez al pene rekiiaa hasamáim, id est, Et volatile volet super terram super faciem firmamenti cœ-
li. Chaldaica autem lectio est, Et auem quæ volat super terram super faciem aëris firmamenti cœlorum. Septua-
E ginta, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, hoc est, Et volatilia volantia super terram, secun-
dum firmamentum cœli. Quod si Hebraicam secuti fuerimus literam, non cogimur aues ex aquis productas cre-
dere. CAIETANVS. Tacet enim hic Moyses productiuum volatilium, quod inferius in secundo capitulo
terram esse clare explicabit, dicendo, Formatis igitur deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis vola-
tilibus cœli. Motum autem tantùm hic explicat, motum quidem progressiuũ naturalem, dicendo volet seu vo-
labit. RABANVS. Et ne fortè quia sunt aquarum animantia, quæ non reptando, sed natando, vel pedibus
ambulando incedunt, sunt inter volatilia, quæ ita pennas habent, vt omni vsu volandi careant, putaret quispiam
aliquod genus volatilium, siue aquatilium animantium in hoc domini verbo esse prætermissum, ideo vigilanter
adiungitur, *Creauitque deus cete grandia, & omnem animam uiuentem atque motabilem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne uolatile ſecundum genus ſuum.* Nullum igitur genus exceptum est, vbi cum cetis grandibus creata est om-
F nis anima viuens, eorum quæ produxerant aquæ in species suas diuersas, hoc est, & reptilium & natatilium, sed
& eorum quæ nullo apta incessui, fixa cautibus inhærent, vt sunt plurima concharum genera. BASI-
LIVS. Creauítque deus cete grandia. Non quia squilla & alece maiora sint, cete ideo magna sunt dicta, sed
quia maximis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad summa maris efferuntur, insularum fæpe-
numero sensionem conspicientibus præstant. Hæc tamen tantæ molis animantia, non in oris, nec in littori-
bus degere versárique solent, sed id inhabitant mare, quod Atlanticum nuncupatur. Talia sunt animan-
tium ea, quæ ad terrorem stuporemque nostrum creata sunt. GENNADIVS. In quo & no-
tandum, deum non dixisse, Producant aquæ cete, sed deum per se illa fecisse. Omnia scilicet eximia ma-
gnitudine prædita, quæ in aquis degunt. THEODORETVS. Cete ergo omnia ea vocat, quæ inter
aquea vasta sunt, quanquam eorum quoddam sit discrimen, quamobrem addidit magna. IVNILIVS.
Nec prætereundum, quod cum creasse diceretur deus omnẽ animam viuentem, additum est, atq; motabilem, ad

 distinctionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

distinctionem videlicet hominis,quem facturus erat ad imaginem & similitudinem suam,ita vt si eius præcepta G
In an. in Ge ne.cap.7. seruaret,perpetua viueret incommutabilitate beatus.Nam animantia cætera ita sunt prima mox conditione facta vt vel alia aliis in alimoniam cederent, vel ipsa suo senio deficientia perirent. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quicquid enim factum est propter hominem,fecit deus ad mutationem & mortem, hominem verò solùm ad immortalitatem. GLOSSA. Animam ergo vocat motabilem, id est, mobilem deesse ad non esse. RVPERTVS. Aliter. Cur ita distinxit, creauitque deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, cum & cete grandia comprehendi vel consignificari potuissent,si hoc solùm dixisset,creauitq; deus omnem animam viuentem atque motabilem? Etenim hoc dicto, nec cete grandia, nec paruos pisciculos excepisset. Cur ergo sic distinxit? Videlicet vt hoc etiam creatricis opus trinitatis in tres diuisum esse species insinuaret. Viuentium nanque siue motabilium, alia per fœtum veniunt, id est, catuligena sunt, quorum cete maxima sunt, alia per ouum veniunt, quorum multò plura genera sunt. Quibus adde & omne volatile secundum genus suum, & ecce habes huius quoque creationis opus tripartitum. Porro quod cum dixisset, Creauitq; deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, adiunxit dicens, quam produxerant aquæ, congruè & in singulis operibus dici potuisset. Creauit enim & luminaria quæ fecerat, & cætera omnia quæ fecerat distinctè, deus idem fecerat simul, eo videlicet respectu, quia quicquid factum est, in ipso vita erat. Quapropter & de omnibus in fine generationum istarum sic dicitur, Istæ generationes cœli & terræ quando creatæ sunt? In die quo creauit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur, & cætera. Quomodo ergo intelligendum est illud, quod creauerat deus omne virgultum antequam oriretur, sic & quod nunc dicuntur aquæ iam produxisse omnem animam viuentem atque motabilem, cum crearet illa deus. HVGO. Vel simplicius intellige, quam produxerant aquæ, id est, produxerunt, vel produxerant postquam deus illam creauit. GLOSSA. Vel duæ causæ primarum originum hic proponuntur. Deus creauit, aquæ produxerunt. Proxima videlicet ac princeps causa, maximáque harum gerendarum auctoritas fuit deus, secunda causa aqua, sicut deus & homo gignunt hominem. Quicquid ergo cæteræ causæ fecerunt, multomagis & principalissime fecit deus, vt sit in omni creatione & causa ipse, principatus ipse, maximáque omnia causarum regina & magistra. EVCHERIVS. In speciesverò suas, & secundum genus suum additum est, quia ita creata sunt, vt ex eis alia generarentur, quæ & formam seruarent posteritatis, & specie distinguerentur à cæteris. GLOSSA. Illud quod nos legimus, Cete grandia, Hebraice הַתַּנִּינִם הַגְּדֹלִים hathanninim hagedolim scribitur,id est,dracones magnos. Chaldaica etiã colubros magnos habet.Eodem nanque nomine dracones terrestres atque marini vocantur. Neque enim cete & maximi pisces aliud in aquis sunt, quàm dracones & serpentes in terra. Quanquam igitur nomen Hebraicum draconem sonet, tamen & pisces qui eadem forma ac magnitudine sint, significat. Inuenimus & alibi ingentes pisces dracones vocari, vt Psalmo centesimo sexagesimo octauo, Dracones & omnes abyssi, per abyssos aquas copiosissimas intelligens, per dracones maximos pisces. Nam dracones terrestres eodem loco inferius citat, dicens, Remes,id est, serpentes. K Esaiæ quoque capitulo vigesimo octauo dicitur, Et interficiet draconem qui est in mari. Intelligitúrque figuratè is, qui latè maris, imperium teneret, Tyri videlicet rex, aut eiusmodi alius. Ezechielis quoque trigesimo secundo legitur, Et tu tanquam draco in aquis. Rectè igitur hos dracones interpres cete vertit, simul etiam Septuaginta sequutus, qui & ipsi interpretantur, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, id est, Et fecit deus cete grandia. Etiam ergo quæ portentosæ sunt magnitudinis & formæ beluæ marinæ,à deo creatæ sunt,& in arbitrio dei sunt, viuunt & sentiunt, morituræ cum iusserit creator & rector ipsarum. Et aues omnes iuxta suas species, creaturæ dei sunt, bonæ quidem & pulchræ, sed non optimum illud bonum, quod deus est optimus maximus. Ab aquis autem dicuntur producta reptilia & aues secundum nostram additionem, quia à sapientibus quoque aër in quo volitant aues, aqueus dicitur, propter humorem, in quo cum aquis participat. *Et uidit deus quod esset bonum, & benedixit eis, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris auésque multiplicentur super terram. Et factum est uespere & mane dies quintus.* CHRYSOSTOMVS. Et vidit deus quod esset bonum. Hic denuo temeritatem omnia absque ratione blatterantium comprimit. Nam vt nullus dicere possit, cuius gratia cete facta sunt? quam nobis vtilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? Idcirco postquam dixit, Fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium & volatilia, statim addidit, Et vidit deus quod esset bonum. Quasi diceret, Non enim quia tu rationem ignoras factorum, accusat creaturas. Audisti dominum laudantem sententia sua, & dicentè quod bonæ sint, & quomodo tu insanis, & dicere audes, quare factæ sunt? quasi deum ob suum opificium accusans? Nam si cordatus esses, posses etiam ex horum creatione, & potentiam domini, & ineffabilem misericordiã addiscere, Et potentiam quidem, quia sermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit, misericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigabilem maris partem illis decernens, ita vt nemini possint nocere, sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullúmque humano generi damnum inferant. An paruam putes misericordiæ partem, geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes, ad dei notitiam introducunt, & admirari faciunt M misericordiæ eius magnitudinem, quod ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neq; ob nostram duntaxat vtilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immensam ipsius magnificentiam. Alia enim propter nostrã vtilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, vt magis factoris prædicetur potentia. Audiens itaq;, quod deus vidit, quia bona, ne ausis vltrà diuinæ scripturæ obmurmurare, & curiosius inquirere & dicere, Quare deus hoc vel illud fecit? RVPERTVS. Vel vidit deus quod esset bonum, subauditur, sic esse factum, in quo non creaturæ huius, quod nullum est, laudatur meritum, sed bonum creatoris ponderatur ingenium. Et benedixit eis dicens, Crescite, & multiplicamini, & implete aquas maris, & volatilia multiplicentur super terram. ORIGENES. Designat auctio incrementum ad magnitudinem, multiplicari autem, ex mixtione in multitudinem successum. AVGVSTINVS DE GENESI AD LITERAM IMPERFECTO. Benedictionem ad fœcunditatem valere voluit, quæ in successione prolis apparet, vt ea benedictione qua infima & mortalia

A talia creata sunt,genus suum nascendo custodiant. CHRYSOSTOMVS. Ipsa ergo benedictio est,in magno numero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatæ creaturæ erãt animalia,volebatq; illa perpetuo esse,ideo subdidit,Et benedixit illa deus,Crescite & multiplicamini. Verbum enim illud vsque in præsentem diem illa conseruat,& tantum prꝛteriit tempus,neque vnum horum genus imminutum est. Nam benedictio dei,& verbũ quod dicebat,Crescite & multiplicamini,vt subsisterẽt & duraret,illis cõtulit. IVNILIVS. Quod dixit,Crescite & multiplicamini,& replete aquas maris,ad vtrunq; genus animantium de aquis factorum, hoc est,ad pisces & aues pertinet,quia sicut pisces omnes non nisi in aquis viuere possunt, ita sunt plerꝛque aues, quæ etsi in terris aliquando requiescant,fœtusq; propagent,non tamen de terra,sed de mari vescuntur,marinisq; sedibus libentius,quàm terrestribus vtuntur. Quod verò subiungit, Auésque multiplicentur super terram, ad vtrunque genus auium,hoc est,& earum quæ de aquis,& earum quæ de terra viuunt,respicit,quia videlicet etiam illæ quæ sine aquis viuere nesciũt aues, ita vt multo sæpe anni tempore sub profundo aquarum quo modo pisces
B lateant, nonnunquam egredi super terram solent, maximè cum fœtant, & nutriunt pullos. RVPERTVS. Benedixitq; illis deus,dicens,Crescite, & cætera. Ecce hic manifestius elucet cur in istis operibus dei,singulorum factura operum tertio repetita sit. Videlicet quia quod factum est,in ipso vita erat,primò dixit deus,Producant aquæ reptilia animæ viuentis,& volatilia super terram sub firmamento cœli. Deinde quia quod in ipso vita erat, per visibiles essentias in actu demonstratum est. Et creauit(inquit)deus cete grandia,& omnem animam viuentem atque motabilem,quam produxerant aquæ in species suas,& volatilia secundum genus suum. Et quia per successiones suas eadem creatoris potentia subsistere vnumquodque oportebat, benedixit deus illis (inquit) dicens, Crescite & multiplicamini,& cætera. Tria sunt verba benedictionis, crescite, & multiplicamini & replete aquas maris,sed vnus idemq; sensus est,quippe qui vno tantum verbo rursus exprimitur,cum subiungitur,auesq; multiplicentur super terram. Nec mirum. Etenim tria nomina, siue tres sunt personæ eius qui benedixit, sed vnus idemq; deus est. HVGO DE SANCTO VICTORE. Vel crescite,id est multiplicamini,vt vnum sit Vbi supra. C glossa alterius. CAIETANVS. Iuxta Hebrꝛum habetur,Et fructificate,& multiplicate,& implete aquas in maribus,& cætera. Et dicendo fructificate, insinuat quod perfecta sint creata. Fructificatio enim actio est perfectorum animalium. Et ne numerus fructus paruus intelligeretur,adiungitur,& multiplicate,& ne arctitudo loci obstaret,subditur,& implete aquas in maribus. Volantibus autem decernitur terra in multiplicatione, quia in terra seu in iis quæ in terra sunt,nidificant aues,& multiplicãtur. GLOSSA. Hebraicè hic habetur וּמַלְאוּ אֶת הַמַּיִם בַּיַּמִּים Vmilu eth hamáim baiammim,hoc est,Replete aquas in maribus,verum erat durius. Venustè ergo & appositè vertit interpres aquas maris,quod quia lingua Græca facilius patiebatur,non immutarunt Septuaginta, vertunt igitur, ὕδατα ταῖς θαλάσσαις,id est Aquas in maribus. Vitare enim oportet Hebraismum,ne in asperam & difficilem orationem incidamus,quod enim apud illos elegantissimum est, vix apud nos posset audiri. Ergo benedicere dei,hoc in loco est vim prolificandi inserere, vt sequitur, Crescite & multiplicamini, id est fructum
D posteritatis ædite, vnum generet aliud, & vnum plura, vt impleantur aquarum congregationes, mare & flumina, secundum mirabilem specierum amplitudinem. Et genera auium super terram in aëre quoque multiplicentur,& species per infinita indiuidua, ad gloriam dei auctoris naturæ omnium, omnia pariter in vsum hominis. Vt ex huiusmodi rebus tanta varietate conditis,dominum creatorem omnium & nostrum agnoscamus,admiremur,reuereamur,colamus gratias agamus,& obediamus voluntati ipsius. Non ex harum rerum imaginibus, picturis, idolis,hominum vel bestiarum,stultè & impiè nobis deos fingamus, quos sacrilege colamus, admiremur vel adoremus,& spei nostræ cuiuscunq; fiduciam in ea collocemus, bonitatis erga nos diuinæ negligentiores & ignari,vel contemptores,qui suum honorẽ alteri dari nõ patitur,sed solus vult adorari & coli. RVPERTVS. Quare autem qui multiplicationes horum in benedictione fieri mandauit, herbam quoq; virentem & afferẽtem semen,lignũq; pomiferum,& habẽs vnumquodq; semen suum in semetipso, cum iussisset produci è terra non be
E nedixit,itidem dicendo: Crescite & multiplicamini,& replete terrã? Aut vnde illis tanta cremẽti aut benedictionis multiplicatione copia, cum non eis quoq; benedixerit deus? Etenim ipsa quoq; crescunt & multiplicantur, & secundum genus cuiusq; passim noua veteribus,tenera robustis plantaria,verbi gratia,fagis aut quercubus, de pauuo semine succrescunt,& celsa in auras paulatim cacumina surgunt. Quid ergo amplius reptilibus maris siue volatilibus cœli,quid(inquã) amplius,quàm terrꝛ virgultis in suo genere benedictio cõpetens fuit, vel in quo eius effectus certius cognoscendus erat? AVGVSTINVS An quia stirpes & plantæ sensu carent,qui rationi viVbi supra. cinior est? Non enim vacat fortasse,quod secunda persona vtitur deus in benedicendo,vt hęc animantia cõpellat quodãmodo quasi audientia,dicendo,Crescite & multiplicamini,& implete aquas maris,nec tamen in eadẽ personа vsq; ad finẽ benedictionis venitur,sequitur enim,Et volatilia multiplicentur super terrã. Nisi fortè hoc ipso significatur,sensum animantiũ non adeo vicinũ esse rationi,vt fortè possit accipere cõpellantẽ, sicut quæ intelligũt,atq; vti ratione possunt. DIODORVS. Quia ergo constat sensu,phãtasia,digniora,hominiq; propiora,
F ideo benedicuntur. GENNADIVS. Vel vt ostenderet deus maiorem apud se animantiũ quã inanimatorũ rationẽ haberi,quia propter animalia plãtæ,ideo benedici digniora, tum etiam quia semina ac plantæ perseuerãt agriculturæ labore adiuta, animantia verò mutua inter sese coitione. THEODORETVS. Aut quia cũ vo luit terram omnigenis fructibus,herbis, arboribus plenã reddidit, animalia verò bina condidit. Meritò igitur eis benedixit,vt fœcunditate sua,alia quidem maria, alia lacus & flumina,alia verò aërem,alia terram implerent. RVPERTVS. Vel aliter. Crescit quidem, & multiplicatur herba virens, lignumq; pomiferũ vnumquodq; in genere suo,sed differt crementorum ratio pro diuersa essentiarum qualitate. Etenim herbam virentem siue lignũ pomiferum,eadem terra quæ germinat vel producit,multiplicat,& semen illis ipsa importat,& cadentia recipit, etiam si serẽtis manus fortè desit,& ideo multiplicandæ posteritati solum ipsorum esse sufficit. Verùm reptilibus siue volatilibus si nullus fuisset appetitus,non ipsa crescerent aut multiplicarentur, & non stetisset eorum genus. Cum ergo initium existendi accepissent, oportuit eiusdem creatoris imperio naturalem illis medullitus inseri amorem, vel appetitum,vt masculus ardens ad semen ingerendum,fœmina nihilominus auida foret ad recipien-

 dum. Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum. Hoc illis benedictio contulit,& ob hoc necessaria fuit, nam inde reptilia creauerunt, & multiplicata sunt, G
& repleuerunt aquas maris, auésque multiplicatæ sunt ex eis. Ad hoc tenet hæc animantia vinculo amoris ma-
Psalm.103. gna huius benedictionis vis. Quandiu enim emittentur fontes in conuallibus,& inter medium montium per-
transibunt aquæ,tandiu super ea volucres cœli habitabunt, & de medio petrarum dabunt vocem. Et quandiu ir-
riguis superioribus,& pinguedine terræ saturabuntur ligna campi, & cedri libani quas plantauit,tandiu illic pas-
seres nidificabunt. Et eodem amore vel desiderio, & gallina languida vocem mutabit,& luscinia lætabunda par
uulis ouis supersedens, tota peruigil nocte decantabit,tanta cantilenæ suauitate,vt tibi videatur hæc esse summa
eius intentio, quo possit non minus dulcibus modis fœtus animare, quàm fotu corporis.Hinc educta progenies,
vespere, & mane, & meridie quodam modo narrabit, & creatoris laudem non ingrata natura enunciabit, & ei
qui dat escam omni carni,tanto concentu confitentur deo cœli,vt erubescere debeat homo rationalis,si vnquam
dona creatoris in escam mutus ab eius laude perceperit. Item etiam quandiu steterit hoc mare magnum & spa- H
Matth.24 cioſum manibus, in quo naues pertranseunt, quod qualiter transiturum sit,nouit ipse qui dixit, Cœlum & terra
transibunt, verba autem mea non transibunt, tandiu perseuerante huius benedictionis virtute,illic erunt repti-
lia quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, & omnia non frustra creatore expectabunt, vt det
illis escam in tempore, & eo dante illis, colligent,& aperiente illo manum suam, omnia implebuntur bonitate,
Ibidem. tam balena quam rana, tam crocodillus quam murena. CHRYSOSTOMVS. Et factum est vespere &
mane dies quintus. Vides quomodo diuina scriptura docuit nos quæ die quinto facta sunt animantia?
AVGVSTINVS. Aliter. Hic planè quiuis tardus iam euigilare debet, vt intelligat quales isti dies enume-
rentur. Cum enim certos seminum numeros deus animantibus dederit, seruantes miram certo ordine constan-
tiam, vt certo dierum numero pro suo genere & concepta vtero gerant, & ædita oua calefaciant, cuius naturæ
institutio dei sapientia conseruatur, quæ tendit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, quo-
modo vno die potuerunt concipere,& vtero grauescere, & parta fouere atque nutrire,& implere aquas maris,& I
multiplicari super terram? Ista enim secundum aliam æditionem subiungitur, & sic factum est ante vespere ad-
uentum. Sed nimirum cum dicit, facta est vespera, materiam informem commemorat, cum autem dicit fa-
ctum est mane, speciem quæ ipsa operatione impressa est materiæ, mane enim post operationem transactum di-
em concludit. Commemoratio nanque est rerum factarum breuissima,significata per vesperam & mane mate-
ria & specie,quæ vtique deum fecisse iam dictum erat.
Mysticè. ORIGENES. Secundum literam iussu dei producuntur ab aquis repentia & volatilia, & hæc quæ vide-
mus, à quo sint facta cognoscimus. Sed videamus quomodo etiam secundum nostrum firmamentum cœli, id
est mentis nostræ vel cordis soliditatem hæc eadem fiant. Arbitror quia si mens nostra illuminata fuerit à no-
stro sole Christo, iubetur postmodum ex his quæ in ea sunt, aquis producere repentia & volatilia volantia, id
est cogitationes bonas vel malas proferre in medium, vt discretio fiat bonorum à malis, quæ vtique vtraque ex K
corde procedunt. De corde nanque nostro, velut de aquis, proferuntur & bonæ cogitationes & malæ. Sed nos
verbo ac præcepto dei vtraque proferamus ad conspectum & iudicium dei, vt cum ipsius illuminatione discer-
nere possimus à bono quod malum est, id est vt ea quæ super terram repunt,& terrenas solicitudines gerunt, se-
paremus à nobis, illa verò quæ meliora sunt, id est volatilia, sinamus volare non solum super terram, sed etiam
secundum firmamentum cœli, id est vt sensum & rationem tam terrenorum quam cœlestium pertractemus in
nobis, vt intelligere quoque possimus, quæ sint in nobis noxia ex repentibus. Si viderimus mulierem ad concu-
piscendum eam, illud est in nobis reptile venenatum.Si verò sit in nobis sobrietatis sensus, etiam si domina Ae-
gyptia nos adamauerit, efficimur aues, & relinquentes Aegyptia vestimenta in manibus eius, ex obscœnis insi-
dijs euolabimus. Si sit in nobis sensus ad furandum nos prouocans, istud est reptile pessimum. Si verò sit in no-
bis sensus, vt etiam si tantum duo minuta habeamus, hæc ipsa pro misericordia offeramus in dona dei, iste sen- L
sus auis est,nihil de terrenis cogitans, sed ad firmamentum cœli cum volatilibus tendens.Si veniat nobis sensus
persuadens nobis cruciatus martyrij nos non debere tolerare, istud erit reptile venenatum. Si verò accedat no-
bis sensus & cogitatio talis, vt vsq; ad mortem pro veritate certemus,auis erit hęc,à terrenis ad superna conscen-
dens. Similiter etiam de cæteris vel peccatorum vel virtutum speciebus sentiendum est,& discernendum quæ
sint repentia, & quæ sint volatilia, quæ producere ad discretionem in conspectu dei aquæ nostræ iubentur.Et fe-
cit deus cetos magnos, & omnem animam repentium animalium, quæ eduxerunt aquæ secundum genus suum,
& omne volatile pennatum secundum genus suum. Et de his similiter, vt de illis quæ supradiximus, sentien-
dum est, quod producere debeamus etiam cetos magnos, & animam repentium secundum genus. In magnis
istis cetis impias cogitationes,& nefarios quosque contra deum sensus arbitror indicari. Quæ tamen omnia pro-
ducenda sunt ante conspectum dei, & ponenda ante ipsum, vt diuidamus & separemus bona à malis, vt vni-
cuique suus locus à domino tribuatur, sicut ex his quæ sequuntur,ostenditur. Et vidit deus quia bona sunt,& be- M
nedixit ea, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, & volatilia repleantur super terram.Et fa-
ctum est vespere & mane dies quinta. In mari quidem cetos magnos, & omnem animam animalium & repen-
tium quæ produxerunt aquæ,iubet immorari,vbi & draco ille quem plasmauit deus ad illudendum ei inhabitat.
Volucres autem multiplicari iubet super terram,quæ aliquando arida fuit,nunc autem iam terra appellatur,sicut
superius exposuimus. Sed requiret aliquis,quomodo ceti magni & repentia, in malo accipiuntur,& volatilia in
bono, cum de omnibus simul dictum est, Et vidit deus quia bona sunt? Ipsis sanctis bona sunt ea quæ illis aduer-
santur, quia vincere ea possunt, & cum ea vicerint, maioris gloriæ efficiuntur apud deum. Denique cum diabo-
lus petiisset vt sibi potestas daretur aduersum Iob,impugnans eum aduersarius, causa eius extitit duplicis gloriæ
post victoriam. Quod ostenditur ex eo, quia quæ in præsenti perdiderat,in duplum receperit. Simili modo sine
dubio & in cœlestibus recepturus.Et Apostolus dicit, quia nemo coronatur,nisi qui legitime certauerit.Et reue-
ra quomodo erit certamen, si non fuerit qui resistat? Quantus decor & splendor sit lucis, non dinosceretur, nisi
obscuritas intercederet noctis. Vnde aliqui in castitate laudantur, nisi quia alij pro impudicitia condemnantur?

Vnde

A Vnde viri fortes magnificarentur, nisi existerent imbecilles & timidi? Si amarum adhibeas,tunc dulce efficitur
laudabilius, si atrum consideraueris, gratiora tibi quæ clara sunt videbuntur.Et vt breuiter dicam, ex malorum
consideratione,decus bonorum lucidius indicatur.Propterea ergo de omnibus hoc dicit scriptura,Et vidit deus
quia bona sunt.Quare tamen non est scriptum,& dixit deus quia bona sunt,sed vidit deus quia bona sunt? id est
vidit vtilitatem ipsorum,& eam rationem qua cum essent ipsa per se talia, bonos tamen facere possunt optimos.
Propterea ergo dixit, Crescite & multiplicamini & replete aquas quæ in mari sunt,& volatilia repleantur super
terras, id est vt ceti quidem magni, & repentia in mari essent,sicut superius exposuimus,& volatilia super terras.
EVCHERIVS. Vel aliter.Quinta die facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum, homines scilicet renoua-
ti in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt & volatilia, id est sanctæ animæ ad superna volantes.
HVGO DE SANCTO VICTORE. Duo igitur sunt genera animantium quæ ex vna origine prode- Lib.1.de sa-
cra.cap.27
unt,sed non vnam mansionem sortiuntur.Pisces in originali sede permanẽt, volatilia sursum tolluntur, & fiunt
B quasi supra id quod sunt. Sic de vna massa corruptibilis naturæ, & sua mutabilitate defluentis,vniuersa generis
humani propago trahitur, sed aliis deorsum in ea qua nati sunt corruptione iustè derelictis, aliis sursum dono
gratiæ ad sortem cœlestis patriæ eleuatis,iudicij seruatur æquitas. BASILIVS. Habes cœlum iam perorna-
tum, tellurem comptam ac decoratam, mare fœtibus suis abundans, aërem denique peruolitantibus alitibus re-
fertum, orta omnia, ædita omnia diuino imperio, vbi nunquam eorum antea quicquam erat. Quæ omnia tute
ipse contemplator impiger auditor, & iis insuper animaduersis, quæ nostra nunc omisit oratio, nimiam in ipsis
trahendam moram euitare percupiens, ne modum egredi videretur,sapientiáque creatoris inde summa perce-
pta,non desinere velis vnquam mirari, ex omnibúsque rebus creatis deum opificem exaltare, gloriáque afficere.
Sed parata est adhuc continens, haud his inferiora vicissim item offerre nobis atque ostendere. Verùm hic finis
sit huiusce nostri spiritualis conuiuij, ne satietas exuberans,nos ad reliquas sumendas epulas, voluptatésque ca-
C piendas,hebetiores efficiat.

Dixit quoque deus, Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias ter- 8
ræ secundum species suas.Factumque est ita. Et fecit deus bestias terræ iuxta species suas, & iu-
menta & omne reptile terræ in genere suo. Et uidit deus quod esset bonum, & ait, Faciamus homi-
nem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & uolatilibus cœli, omníque reptili
quod mouetur in terra.

AMBROSIVS. Sextus iste est dies quo mundanæ creaturæ origo concluditur.Et ideo sermonis nostri quem 8
de rerum exordiis assumpsimus, finis paratur. Qui & si per quinque iam dies non mediocri labore nobis pro-
cesserit, tamen hodierno die maiore curarum accrescit fœnore, quia in hoc & superiorum dierum periculum
D est, & totius summa certaminis. Etenim si in fidibus, aut cantibus, & athletarum contentionibus, crebris licet
& maximis ludicris,tamen superiores dies sine vllo coronæ, transiguntur dispendio, postremus autem dies ha-
bet sortem coronæ, in quo & certandi periculum, & cedendi opprobrium, & vincendi præmium, quanto ma-
gis in hoc tanto agone sapientiæ tanto non paucorum, sed vniuersorum iudicio, cum hodie nobis velut quæ-
dam certaminis corona procedat, maior solicitudo angit, ne & superiorum effundamus laborem dierum,& præ
sentis subeamus pudorem? Neque enim eadem dicendi conditio, quæ canendi atque luctandi, cum in illis ludus
offensionis, in isto lapsus sit mortis.Illic si pecces,spectantium fastidium est,hic damnum est audientium. Assi-
stite igitur mihi tanquam coronæ iudices, & ingredimini mecum in hoc magnum & admirabile totius visibilis
theatrum creaturæ. Etenim si is qui explorans nouorum aduentus hospitum,toto eos circunducit vrbis ambitu,
præstantiora quæque opera demonstrans,non mediocrem locat gratiam,quanto magis sine fastidio accipere de-
betis,quod velut quadam sermonis manu,per hanc communem vos circunduco patriam, & singularum rerum
E species & genera demonstro, ex omnibus colligere cupiens, quantum vobis creator vniuersorum gratiam vbe-
riorem quam vniuersis donauerit? Vobis igitur hæc corona proponitur, vos hodie cupio vestro iudicio corona-
re.Non enim nos athletarum modo marcentia serta deposcimus,sed viride vestræ sanctitatis examen,quo decer
natis per omnes quidem creaturas prouidentiam penetrare diuinam,sed cum cæteris vobis commune corporeæ
fragilitatis esse consortium, præ cæteris tamen vos animi virtute constare, quæ sola nihil habet commune cum
cæteris.Nunc age naturas bestiarum dicamus,& hominis generationem. Audio enim iamdudũ aliquos insusur-
rare dicentes, Quandiu aliena discimus,& nostra nescimus? Quandiu de reliquis animantibus docemur scientiã
& nosmetipsos ignoramus? Illud dicat quod mihi prosit, vnde me ipsum nouerim. Et iusta est quæstio,sed ordo
seruandus est,quem scriptura contexuit,simulq; quia non possumus plenius nos cognoscere,nisi prius quæ sit om
nium natura animantium cognouerimus. IVNILIVS. Post ergo irradiatum syderibus cœlum,post imple-
tum volatilibus aërem(qui ob viciniã,cœli nomen meruit)& post locupletatas suis animantibus aquas,quę & ip-
F se aëri sunt magna naturæ vicinia conuinctæ,vnde & de illis sumpsit animantia,de illis imbres, niues, grãdines,
& cætera sumit huiusmodi,consequens erat,suis animantibus, hoc est, ex se genitis terram impleri. Nam & ipsa
præcipuam habet cognationem cum aquis,vtpote quæ sine harum succo & irrigatione nõ solum fructificare, sed
& nec ipsa consistere possit, Petro attestante, qui ait, Quia cœli erant prius, & terra de aqua & per aquam consi-
stens dei verbo. Ait ergo. *Dixit quoque deus, producat terra animam uiuentem in genere suo.* SEVERIANVS. 2.Petr.3.
Quare alibi dictum est, Germinet terra, hic verò educat, siue producat? Germina & plantæ & fructus quotannis
germinant.Itaque quoniam plantæ non semper in terra permansuræ,erant tamen semper è terra nascituræ,idcir-
co dictum est,Germinet terra.De animantibus verò,producat,quia semel è terra producta, deinceps non è terra.
sed è coitu generantur. BASILIVS. Sed & supra.Educant aquæ reptilia animarum viuẽtium, dictum est,
hic, Educat terra viuentem animam,dicitur. Est ne ergo anima prædita tellus? Vanæque mentis homines Mani-
chæi locum iam habent,rectéq; sentiunt,anima præditam tellurem esse dicẽtes? Non quia dixit,educat,id ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod in seipsa situm erat eduxit terra, sed qui iussit, is vt educeret ipsi præstitit facultatẽ. Nec enim cum audiuit, G
Germinet terra herbam virentem fructiferúmque lignum, in seipsa latentem herbam eduxit. Nec sanè palmam,
aut quercum, aut cupressum, suis in visceribus continens, in superficiem ędidit, sed verbum ipsum diuinum eorũ
est profectò natura, quæ oriuntur. Germinet (inquit) non id quod habet emittat, sed id quo non est prædita, con-
sequatur, actionis operationisq; deo facultatem atque potentiam largiente. Pari nunc etiam modo animam edu-
cit terra, non eam quæ ineſt in ipsa, sed eam quæ data est ipsi, creatoris dei præcepto. Deinde ratio Manichæorum
in contrarium euertetur. Nam si eduxit animam desertam ab anima, seipsam terra reliquit. Sed illorum quidem H
abhorrendam esse sententiam, luce clarius extat. Cur autem aqua quidem reptilia viuentium animarum, tellus
autem viuentem animam educere iussa est? Animaduertamus itaque generis vtriusque conditionem, atque com
periemus, nantium quidem naturam, imperfectioris quodammodo participem esse vitę, quippe cum in humoris
crassitudine degant. Nam & auditum obtinere grauem, & aspectum hebetem, cum per mediam aquam tam vi-
deant, quàm audiant. Adde memoriam fere nullam in illis esse, neque imaginationem, neque consuetudinis vl-
lam cognitionem. Quapropter oratio quasi demonstrare videtur, in aquatilibus quidem, corporis carnisq; vitã,
animæ motionum principem esse: In terrestribus autem animantibus (quippe cum perfectiore natura prædita
sint) principatum vniuersam animam obtinere. Nam sensus eorum longè viuaciores esse videtur, & celeres qui-
dem acutæq; sunt præsentium rerum perceptiones, exactæ verò præteritarum memoriæ apud plurimas quadrupe
des animantes. Quamobrem in aquatilibus quidem (vt videtur) animantia corpora sunt creata. Reptilia nanque
viuentium animarum ex aquis exorta sunt. In terrestribus autem animam administrantem corpora, tellurem e- I
ducere iussum est. Proinde quasi plus quid habeant animãtia terrestria, quàm aquatilia facultatis viuendi. Etenim
expertia sunt & animantia terrestria rationis. At tamen affectiones complures animæ naturali sua quæque voce
significant. Nam & gaudium, & dolorem, & consuetudinis agitationem, & indigentiam alimenti, & seiunctio-
nem consortium, & innumeras id genus affectiones, emissione suæ vocis indicare videntur. Sed animantes aqua-
tiles non modò non eliciunt vocem, sed neque mitescere quidem, neque discere possunt. Quin etiam ad omnem
omnino vitæ societatem hominibus intractabiles sunt, penitusq; ineptæ. Cognouit bos possessorem suum, & asi-
nus præsepe domini sui, piscis autem non agnouerit suum vnquam altorem. Scit asellus assuetam sibi vocem,
scit eam viam qua sæpius ambulauit. Nonnunquam & dux homini fit erranti. Auditus etiam huius animantis
acumen, ne cæterorum quidem habere quicquam terrestrium ferunt. Cameli præterea mali memoriam ipsi illati,
grauemq; furorem, atque ad iracundiam tenendam propensionem, quodnam vnquam in humore vitam degen
tium animantium æmulum esse potest? Olim verberibus cæsa camelus, ira tempore longe recondita, cum ido-
neum opportunumque nacta fuerit tempus, malum illud tandem reddere solet. Audite vos audite, qui grauem
amarúmque geritis animum, quique mali memoriam vobis illati, tanquam virtutem probitatémque quandam
exercere soletis. Cui nam animali persimiles estis, cum dolorem contra proximum, perinde atque scintillam oc- K
cultam in fomite eo vsque reconditis, quousque materiam occasionémque nacti, tanquam flammam quandam,
iram, furorem, atque excandescentiam accendatis? Educat terra animam viuentem. Cur animam educit tellus?
vt quid interest inter animam iumenti, atque animam hominis discas. At animam quidem hominis paulopost
vt orta est, & constitit, scies. Nunc audi de animantium anima ratione non præditorum. Cum animalis omnis a-
nima sanguis sit ipsius, vt scribitur, sanguis autem coactus in carnem suapte natura vertatur, caroq; corrupta in
terram resolui soleat, terrea meritò natura quædam est anima iumentorum. Igitur animam terra viuentem edu-
cat. Aspice quæso profectionem animæ ad sanguinem, sanguinis ad carnem, carnis ad terram, atque resoluendo
per eadem regredi velis, à terra in carnem, à carne in sanguinem, à sanguine in animam ipsam, & iumentorum
animam inueneris terram esse. Noli putare corporis ipsorum constitutione animam vetustiorem esse, neque post
carnis dissolutionem consistere. Elatorum atque arrogantium Philosophorum fuge deliramenta, quos haud pu-
det, animas suas, & equinas atque caninas eadem in specie collocare, qui seipsos etiam & mulieres olim, & fru- L
tices asserunt, & æquoreos pisces fuisse. Ego verò pisces quidem illos olim fuisse non ausim dicere, eo tamen tem-
pore quo ista scriptioni mandabant, expertes magis rationis quàm pisces fuisse, & vehementer assererem atque
contenderem. GLOSSA. Producat terra animam viuentem in genere suo, id est animalia viuentia, quæ
per animam (cum secundum etiam seculi sapientes res à forma denominetur) significantur, sub quo genere tres
postea manifeste species distinguit. Quod autem additur, in genere suo, hoc importat, quia ita orta ani-
malia, vt ex eis nascantur alia, & originis formam successione conseruent. Ac si diceretur generatim, vt in-
ter se similia, atque ad vnam seminis originem pertinentia, distinguantur à cæteris. Terra ipsa igitur creatu-
ra dei admirabilis, & stupenda humano intellectui, accipit ex his verbis virtutem & influxum per dei volunta-
tem & gratiam, ad hominum vtilitatem, & suam ipsius magnificentiam, producendi corpora animata sensitiua,
qua viuant secundum innumerabilia genera & species suas. Deinde quæ sit viuens anima quæ à terra produci iu-
beatur ostendit (inquiens) *Iumenta, & reptilia, & bestias terræ.* AMBROSIVS. Hoc loco non ignoro quos- M
dam bestiarum, & reptilium, & iumentorum species, aliò retulisse, vt hæc ad immanitates criminum, stultitiam
peccatorum, nequitiam cogitationum referrent. Ego verò simplices naturas vnius cuiusq; generis accipio.
Congress. 9. BASILIVS. Et cum fœnum audio, fœnum intelligo, & stirpem, & piscem, & iumẽtũ & omnia vti dicta sunt,
ita intelligo. Non enim religionis me nostræ legisque pudet. Ita igitur hęc vti scripta sunt, intelligantur oportet.
RVPERTVS Sub vno genere animæ viuentis, quam terra producit, tres species manifestè scriptura distin-
xit, iumentorum, reptilium, atque bestiarum. DAMASCENVS. Eduxit ergo terra creatore iubente diuer-
sa genera animalium, reptilium, & ferarum, & iumentorum. Omnia ad opportunum hominis vsum, & quædam
ad escam, puta ceruos, oues, dorcades & consimilia. Alia verò ad ministerium, puta camelos, boues, equos, asinos,
In annot. su pra Genes. & quę talia. Alia autem ad iucunditatem, vt simias. EVCHERIVS ET HVGO DE SANCTO VI-
CTORE. Iumenta dicuntur quæcunq; mansuescunt, & sunt in vsus hominum, vt equi, boues, & similia. Repti
lium tria sunt genera, trahentia, serpentia, repentia. Trahentia sunt vermes, qui primò terram figentes ore, sese po
stea trahunt.

A stea trahunt. Serpentia, serpentes, qui extra cutem pedes non habent, sed intra habent costas, quibus innitentes,
toti simul feruntur. Repentia, qui extra cutem pedes habent, vt botracæ, lacertæ, stelliones. Bestiæ autem dicuntur
feræ quæ lædunt vngue, vel dente, vel animi bestiali stultitia, vt leones, tigrides, lupi. IVNILIVS. Quia
verò nomine bestiarum, omne quicquid ore vel vnguibus sæuit, exceptis serpentibus, constat esse comprehẽsum,
nomine autem reptilium terræ, & serpentes continentur, nomine verò iumentorum, ea quæ in vsu sunt hominũ,
animalia designantur. Vbi conditio describitur cæterorum quadrupedum? Verbi gratia, ceruorum, caprearũ, bu-
balorum, & aprorum, cæterorumq; huiusmodi. Nisi fortè ob ferocitatem indomitæ mentis, inter bestias esse ad-
numerata dixerimus. Iuxta antiquam sanè translationem, in qua scriptum est, Eiiciat terra animam viuam secun
dum genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ iuxta species suas, nihil omnino quæstionis relictum est, quia
videlicet nomine quadrupedum cuncta comprehensa sunt, quæ exceptis bestiis & reptilibus, terra produxit, siue
quæ sub cura humana, seu quæ sunt fera & agrestia. BASILIVS. Educat terra viuentem animam iumen-
B torum, bestiarum, reptiliumq;. Intelligas velim opificis dei verbum per orbem terrarum discurrens, quod quidẽ
& tunc operari cœpit, & hucusq; operatur, & operabitur etiam semper, quousq; mundus fuerit consummatus.
Nam vti pila compulsa manu, si decliuem nacta fuerit locum, partim ob suam formam, partim ob aptitudinem
loci, præceps ad ima sua celeritate fertur, neque prius moueri desinit, quàm plana suscipiant ipsam loca, sic sanè
natura rerum, hoc vnico concitata præcepto, per res generandas æquali quodam cursu corrumpendasq; transit,
generumq; successionem similitudine seruat. Succedit equus equo natura, leo leoni, aquila aquilæ, singulaq; ani-
malia suis ordine successionibus conseruantur, vsque ad exitum consummationemq; mundi. Nullum vnquam
tempus proprias peculiaresq; naturas animalium delet, sed omnium ipsorum natura recens semper nouaq;, per-
inde atque nunc incepisset, tempus comitatur accedens. RVPERTVS. Fiunt tamen nonnunquam quæ-
C dam naturarum ex inæquali permixtione adulteria, cum verbi gratia, de equa & asino mulus, de hirco & oue nas- Lebit. 19.
citur tytirus, quod hominum instinctu fieri lex vetat, cum dicit: Iumenta tua non facies coire cum alterius ge-
neris animantibus. Hoc primus fecisse fertur Ana filius Sebeon filij Esau, scilicet quod equarum greges ab asinis
in deserto fecerit primus ascendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Veruntamen &
bestiæ quæ sub hominum magisterio non sunt, contra naturam diuersis ex speciebus permiscentur, vt leo dum
permiscetur pardæ, & nascitur leopardus, & dum lupus ceruæ commiscetur, linces generantur. Et in reptilibus
quoque permixtionis inordinatio reperitur. Tradunt enim Physici, quia vipera nequissimum genus reptile, & su-
per omnia quæ serpentini sunt generis, astutior, vbi coëundi cupiditatem assumpserit, murenæ maritimæ copu-
lam requirit, progressaq; ad littus, sibilo testificata sui præsentiam, ad coniugalem amplexum illam euocat. Mu-
rena inuitata non deest, & venenatæ serpenti expetitos vsus suæ coniunctionis impartitur. BASILIVS.
Educat terra viuentem animam iumentorum reptiliumq; atque ferarum. Hoc imperium telluri nimirum im-
D pressum, infixum in ipsa pertrãsit, nec desinit vnquam tellus opificis voluntati subministrare. Nam animalia par-
tim ex antecedentibus oriuntur successione, partim nunc ex ipsamet emergere terra, generariq; cernuntur. Non
solum enim cicadas humus in imbribus edit, & innumeras alias bestiolas in aëre peruolantes, quarum plurimæ
nominibus præ sua pertenui mole carent, sed & sorices atque ranas ex seipsa promit, vbi circa Aegyptias Thebas,
post vehementes in æstibus pluuias, vniuersa arua soricibus impleri protinus nouimus. Anguillas quoque nec a-
lio modo nisi ex fœculenta constitui materia, limoq; conspicimus, quarum nec ouum, nec vllus alius modus suc
cessionem efficere constat, sed ex humo semper emergunt. Educat terra viuentem animam iumentorum, repti-
lium atque ferarum. Iumenta terrea sunt, & ad ipsam nutantia terram. At planta cœlestis homo, quantum figura
formaq; corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præstat. Qualisnam est animantium
quadrupedum forma? Caput illis ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatem omnibus modis pro-
sequitur. Caput tuum ad ipsum cœlum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quod si vnquam & tu carnis
E affectionibus teipsum subiecceris, ventriq; & iis quæ sunt sub ventre seruieris, comparatus es sanè tum cum iumen
tis mente vacantibus, & illis persimilis es effectus. Alia te cura decet, supernas res (inquam) explorare, ac quære-
re vbi Christus deus noster est collocatus, pergere mente ad res sublimes atque cœlestes, terrenis despectis atque
posthabitis. Vti forma decora præditus es, sic & teipsum & tuam vitam disponere velis. In republica versare cœ-
lesti, vera tibi patria est, superna illa libera Hierusalem, conciues atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt con
scripti in cœlis. Educat terra animam viuentem, & cætera. Non insita telluri rationis expertium animantium a-
nima, diuino imperio tum emersit, sed vnà cum imperio tum primum in ratione rerum exorta est. Atque gene-
re quidem vna est animalium anima ratione non præditorum, quippe cum vnum sit, & id simile ratione, quod
ad essentiam ipsius accommodatur, naturamq; exprimit, ipsa (inquam) vacuitas rationis, discriminibus autem
numerosis, differentiisq; non vna est. Animalia nanque singula diuersis proprietatibus inter sese variisq; non me
F diocriter distinguuntur. Est enim bos quidem constans, asinus autem piger, equus libidine incenditur, petitq; im
petuose fœmellam, lupus mitescere nequit, vulpes insidiosa est, astuta, callida, ceruus timidus, laboriosa formica,
canis gratiosus est, & ad beneuolentiam amicitiamq; propensus. Simul enim animalia singula cum sua peculiari
natura creata sunt. Vnà cum leone animositas & ira est orta, vita solitaria, expers societatis ad ea quæ genus sub-
eunt idem. Velut enim tyrannus quidam animantium rationis expertium, pares honores congressionesq; cum
cæteris non acceptat, sed aspernatur. Qui neque pabulum herinum sibi vnquam admiserit, nec ad reliquias suæ
venationis vnquam redierit. Cui tanta quoque vocis eliciendæ natura præstitit instrumenta, vt animantium cõ-
plura longe ipso celeriora, solo rugitu sæpe numero capiantur. Vehemens est panthera, & ad impetus faciendos
propensa, pernixq;. Atque idoneum ipsi corpus est datum humore ac leuitate, ad animæ motiones agitationesq;
subministrandas. Pigerrima es? Vrsæ natura, solitaria, moris occulti, in imum ingressi. Simile sane corpus & ipsam
ambit, graue, compactum, indistinctum, accommodatum sese occultanti pergelidæ feræ. Si transigamus oratio-
ne, quanta rationis expertibus istis ineſt sine doctrina, naturalis suæ vitæ diligentia atque cura, aut ad nostri cu-
stodiam corporis, animarumq; nostrarum prouidendam salutem impellemur ac concitabimur, aut magis ma-
gisque

Universidad de Deusto Biblioteca

gisq; carpemur ac condemnabimur,si ita fuerimus affecti,vt neque animalia imitari rationis expertia valeamus. G
Animalium autem ea quidem quæ facile capi possunt,fœcundiora longe cæteris esse constat.Quocirca tam lepo-
res quàm damæ,quàm etiam oues fœtæ, sæpius & geminos pluresq; pariũt fœtus,ne genus deficiat prædæ propo-
situm feris iis quæ sanguine gaudent, carneq; vescuntur. At ea quibus pro cibatu cætera sunt, certum est longe
minus fœcunda esse.Quapropter leonis vix leæna mater euadit. Aedi nanque partum,vnguium acie lacerato in
enixu vtero,vulgo ferunt.Viperas etiam vtero deuorato fama est in lucem accedere, decentes scilicet mercedes
præmiaq; parenti reddentes.Adeo nihil est in iis quæ sunt,cui non sit bene prouisum, cui non data est opera cu-
ráue suæ naturæ accommodata. Quod si perscrutari perciperêque partes animantium velis, nihil prorsus opifi-
cem adiunxisse,quod addendum non esset,nihil non attulisse,quod afferendum necessarium esset inueneris. Car
niuoris animalibus acutos præstitit dentes.Est enim talibus opus ad alimenti talis formam atque naturam. Quæ
verò non vtrinq; dentibus armata sunt,iis numerosa conceptacula,complurésque meritò, variásque pabuli cel- H
lulas extruxisse videtur.Nam quia primum immissus ori cibus,officio munereque dentium haud satis conficitur,
idcirco data est ipsis exhauriendi deuoratum facultas, quo ruminatione satis confectum concoqui possit, ven-
ter,reticulum,omasum,non ociose porrò,non incassum in istis animantibus insunt,sed suum quisq; sinus offici-
um ad concoctionem administrandam cibi necessarium agit. Non solum autem in magnis animantibus insi-
gnis roboris,verumetiam & in paruis,exilibus minimisq;,nihilominus immensam inspicere dei sapientiam no-
bis, admirariq; licet. Nam vt haud magis cacumina montium admiratione semper afficere soleo, quæ quidem
quia propinqua sunt nubibus,continuis circunquáque flatibus hybernam perpetuò refrigerationem sibi conser-
uant ac detinent,quam concauitates conuallium,non solum incommodos cœli flatus locorum eminentium e-
uitantes, sed & tepidum semper aërem continentes, sic & in animantium etiam compagine, non elephantum
admiratione potius afficere consueui,propter tantum magnitudinis fastum,quàm soricem qui formidolosus est
elephanto,aut scorpij tenuissimam partem,aculeum (inquam) vt cauum eum perinde atque fistulam, artifex v- I
niuersi, quo virus per ipsum ictis infundatur atque imprimatur,extruxit. Quæ nam oratio quæso, quis dicendi
modus hæc attingere posset?Quod tempus tot tantarúmque rerum admirabili satisfaceret enarrationi?Quis au-
ditus denique tantam copiam operum opificis, varietatémque capere posset? Agite dicamus & nos etiam cum
propheta,vt magnificata sunt opera tua domine? Omnia in sapientia fecisti. RVPERTVS. Et nota diligé-
ter præiudiciorũ dei ininuestigabilium prouidentiam.Ab vna nanque specie,id est à reptili, homo seductus est,
ab vna,id est à bestiis terræ,iustè peccator idem infestatur,ab vna,id est à iumentis,eiusdem miseri hominis de-
bilitas,misericordia dei refouente iuuatur,dicuntur enim iumenta,quod sint quædam hominis adiumenta.
GLOSSA. Parum autem refert quod in Hebræo, בְּהֵמָה וָרֶמֶשׂ Behema varémes,habetur,hoc est, Iumentum
& reptile,& ita est in Chaldaica, videlicet Iumẽtũ & reptile, & bestiã terræ,nã singularia sunt pro pluralibus. Sic
enim capiuntur pleráq; nomina specierum apud Hebræos.Septuaginta hic, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ θηρία τῆς γῆς,
καὶ τὰ κτήνη,καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς,habent,hoc est.Quadrupedia & reptilia & bestias terræ,& iumenta,& o-
mnia reptilia terræ.Vbi bis reptilia numerata sunt.Terra igitur ipsa creatura dei admirabilis,& stupenda huma K
no intellectui,accepta virtute & influxu per dei voluntatem & gratiam,ad hominum vtilitatem, & suam ipsius
magnificentiam producit corpus animatum anima sensitiua,qua viuat secundum innumerabilia genera & spe-
cies,iumenta scilicet,bestias & reptilia,ad cibum,vestes,auxilium in alleuandis laboribus,ad medicinas,ad deco-
rem denique vniuersi,ad exercitium & doctrinam hominum,ad monitionem,terrorem,exemplum,spaciosissi-
mum campum contemplationis diuinorum beneficiorum ad homines. *Et factum est ita. Et fecit deus bestias terræ*
iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terræ in genere suo. IVNILIVS. Notanda transmutatio verborum,
quia supra dictum est,quod producere iusserit deus terram iumenta, & reptilia & bestias terræ,nunc autem mu-
tato ordine fecisse dicitur deus bestias terræ,& iumenta,& omne reptile terræ,& intelligendum,quia dicto citius
omnia quæ voluit fecit, nihilq; differt quid loquela humana prius in creaturarum ordine nominet, quas diuina
potentia condidit simul cunctas. AVGVSTINVS. TERTIO DE GENESI AD LITERAM.
Addidit autem,terræ,ad reptile,quia sunt & aquarum reptilia. Et dictum est,in genere suo,fortasse, quia ita or- L
ta hæc,vt ex eis nascantur alia, & originis formam successione conseruent. De homine autem hoc dictum non
est,quia vnus fiebat,de quo & fœmina facta. Non enim multa genera hominum facta sunt, sicut herbarum, li-
gnorum,piscium,volatilium, serpentium, pecorum,bestiarum. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo &
terra iterum duplicem nobis affert fructum,& mandato dominico ministrat.Tunc quidẽ seminum ædebat ger-
mina,nunc autem animata animalia,quadrupedia & reptilia,pecora & feras.Ecce verum est quod dixi, quod nõ
omnia propter nostram vtilitatem produxerit,sed & propter suam magnificentiam,vt videntes copiam & mul-
titudinem creaturarum,opificis virtutem obstupescamus,& sciamus,sapientia quadam & misericordia inenar-
rabili,propter futurum hominem omnia esse producta. BASILIVS. Atque nemo creatorem eam ob rem
incusare velit,quod animalia venenata,exitialia vitæ, necíque parata nostræ, in rationem rerum induxit, vel a-
deo quispiam & institutorem educatorémque puerorum accuset,in ordinem redigentem morésque optimos,iu
uentutis ingenium facile ad improbitatem propensum,ad libidinem luxúmque,plagis verberibúsque castigan- M
do ac coërcendo.Fidei sanè demonstrationes sunt ipsæ ferę.Confidis in domino?Super aspidẽ & basiliscum am-
bulabis,& conculcabis leonem & draconem, atque habes potestatem ex fide ambulandi super serpentes & scor-
piones.Non cernis viperam euasisse diui Pauli manum frutices colligentis, neque quicquam illi penitus detri-
Vbi supra. menti attulisse, propterea quod fidei plenum inuenit? AVGVSTINVS. Et sanctus Daniel inter leones
saluus atque intrepidus vixit,qui non vtique deo mentiens in oratione,non tantum peccata populi sui,sed etiam
sua fateretur. BASILIVS. Quod si fide careas,haud feram potius exitialem,quàm eam qua præditus es fi-
dei vacuitatem,tute tibi metuere velis,qua te iam facile capi,periréque paratum fecisti. AVGVSTINVS.
Potuerunt ergo ista etiam creata nihil nocere,si causa non extitisset, vel terrendorum puniendorúmque vitio-
rum,vel probandæ perficiendæque virtutis,quia & exempla sunt demonstranda patientiæ ad profectum cætero-
rum,&

A rum,& ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit,& iuste salus illa perpetua quæ turpiter amissa est per
voluptatem,fortiter recuperatur per dolorem. RVPERTVS. Sed nec mirum, si eius præscientia qui fecit
quæ futura sunt,quam nec illud latebat quod alius,id est homo siue diabolus facturus erat,non mirum(inquam)
si truces homini peccatori bestias & venenata præparauit animalia, qui infernum quoque futuris dæmonum vel
hominum peccatis præparauerat.De istis enim æquè vt de cæteris,non est dubium, quia in illo secreti sui vespe-
re dixit deus,producat terra animam viuentem in genere suo,& mane,id est in primæua generis huius creatio-
ne,factum est ita,& per successiones posteritatis singulorum, nunc vsque facit deus bestias terræ, in species suas,
& iumenta & omne reptile in genere suo. EVCHERIVS. Fortè ergo in primordio innoxia facta sunt hęc
animalia,& post peccatum nocere cœperunt. Bona enim condita sunt, sed male agentibus data sunt in flagel-
lum.Hinc per Prophetam dicitur:Ego dominus,faciens pacem,& creans malum.Creare se dominus malum in- Esaiæ.45.
sinuat,dum bona condita peccatoribus in flagellum format,vt ea ipsa per dolorem quo feriunt, delinquentibus
B mala sint,& per naturam qua existunt,bona. AVGVSTINVS. Illud autem mouet, si animalia noxia vi-
uos aut lædunt pœnaliter,aut exercent salubriter,aut vtiliter probant,aut ignoranter docent,cur in escas suas di-
lacerant etiam corpora hominum mortuorum? Quasi verò quicquam intersit ad nostram vtilitatem, ista caro
iam exanimis in naturæ profunda secreta per quos transitus eat, vnde mirabili potentia creatoris reformanda
rursus seruatur. Quanquam & hinc fiat quædam prudentibus admonitio, vt se ita commendent fideli creatori,
omnia maxima & minima occulto nutu administranti,cui nostri etiam capilli numerati sunt,ne propter inanes
curas exanimatorum corporum suorum,vlla genera mortium perhorrescant, sed piæ fortitudinis neruos ad o-
mnia præparare non dubitent.Sed dicet aliquis,Cur ergo inuicem bestiæ nocent,quibus nec peccata vlla sunt, vt
vindicta ista dicatur,nec vllam recipiunt tali exercitatione virtutem?Ideo nimirum, quia scilicet aliæ cibi sunt
aliarum,nec rectè possumus dicere,non essent aliæ quibus aliæ vescerentur. Habent enim omnia quandiu sunt,
mensuras,numeros,& ordines suos,quæ cuncta meritò considerata laudantur, nec sine occulta pro suo genere
C moderatione pulchritudinis, temporalis etiam, ex alio in aliud transeundo mutantur. Quod & si stultos latet,
sublucet proficientibus,clarumq; perfectis est.Nonnulla etiam de minutissimis animalibus quæstio est,vtrum in
primis rerum conditionibus creata sint,an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus? Nam pleraque
eorum aut de viuorum corporum vitiis, vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadauerum tabe gignuntur,
quædam etiam de corruptione lignorum & herbarum,quædam de corruptionibus fructuum, quorum omnium
non possumus rectè dicere deum non esse creatorem.Inest enim omnibus quoddam naturæ sui generis decus, sic
vt in his maior sit admiratio bene considerantis,& laus vberior omnipotentis artificis,qui omnia in sapientia fe
cit,qui à fine vsque ad finem pertendens,& suauiter cuncta disponens, nec ea ipsa rerum nouissima, quæ pro sui
generis ordine dissoluuntur,& quorum dissolutionem ex pœna nostræ mortalitatis horremus, relinquit infor-
mia,sed creat minima corpore,acuta sensu animantia, vt maiore attentione stupeamus agilitatem muscæ vo-
D lantis,quàm magnitudinem iumenti gradientis,ampliúsque miremur opera formicarum,quàm onera camelo-
rum.Sed vtrum in primis (vt dixi) rerum conditionibus quæ isto sex dierum ordine creatæ narrantur,hæc quo-
que minima instituta credamus, an postea consequentibus corruptibilium corporum solutionibus, hoc quæri-
tur.Et potest quidem dici,ea minutissima quæ vel ex aquis vel terris oriuntur,tunc creata, in quibus & illa non
absurdè intelliguntur,quæ nascuntur ex iis quæ terra germinante orta sunt. Et quia præcesserant conditionem,
non solum animalium,sed etiam luminarium.Et quia terræ continuantur per radicum connexionem,vnde illo
die quo apparuit arida,exorta sunt, vt potius ad supplementum habitationis, quàm ad numerum habitatorum
pertinere intelligerentur.Cætera verò quæ de animalium gignuntur corporibus,& maxime mortuorum,absur-
dissimum est dicere tunc creata,cum animalia ipsa creata sunt,nisi quia inerat iam in omnibus animatis corpo-
ribus vis quædam naturalis,& quasi præseminata materia,& quodam modo initiata primordia futurorum ani-
malium,quæ de corruptionibus talium corporum pro suo quæque genere ac differentiis erant exoritura, per ad-
E ministrationem ineffabilem omnia mouente incommutabili creatore. GLOSSA. Minutorum autem hu-
iusmodi animantium vt prædictum est, sex sunt genera.Quædam ex exhalationibus habent esse, vt bibiones ex
vino,papiliones ex aqua.Quædam ex corruptione humorum,vt vermes in cisternis.Quædã ex corruptione her-
barum,vt tineæ ex oleribus.Quædam ex corruptione fructuum,vt gurguliones ex fabis. Quædam ex cadaueri-
bus,vt scarabei,vel scabrones ex iumentis.Quædam ex corruptione lignorum,vt teredines. GENNADIVS.
Sed cuius rei gratia quinta die natantia & volatilia, sexta verò die terrestria deus omnium artifex cõdidit?Quia
tametsi omnia hominis gratia deus creauerit, natantia & volatilia ad cibum hominis, terrestria tamen eodem
die quo & hominem ipsum esse voluit,quia maiorem vsum hominibus præstant,& sine ipsis minimè vitam vi-
uere poteramus. CAIETANVS. Et factum est ita,iuxta Hebræum.Et fuit ita:Videlicet quod terra habuit
vires productiuas omnium animalium terrestrium.Et fecit deus bestias terræ,& cętera.Prima indiuidua anima-
lium terrestrium facta esse à deo (non producta à viribus terrestribus) describuntur, naturæ enim ordo habet, vt
perfecta sint priora imperfectis,vt animalia sint priora suis seminibus. Arctat autem tam bestias quàm reptilia,
F adiiciendo terræ,ad differentiam bestiarum aquaticarum,& similiter reptilium aquaticorum. Quam arctationẽ
non oportuit adiungere iumentis,quia nullum aquaticum animal est nostrum iumentum. GLOSSA. Et
fecit deus bestias terræ,& cætera.Hebraicè pręter dictionem חַיַּת haiath,id est Bestias,quæ est numeri pluralis, re
liqua duo,videlicet בְּהֵמָה & רֶמֶשׂ behema & rèmes,hoc est, iumentum & reptile,singularis sunt numeri, de qui-
bus dic vt supra.Et vbi apud nos legitur simpliciter,iumẽta, apud Hebræos est וְאֶת הַבְּהֵמָה לְמִינָהּ Veeth habehema
lemina,hoc est:Et iumentum secundum speciem vel genus suum.Chaldaica, Et fecit deus bestiam terræ secun-
dum genus suum,& iumentum iuxta genus suum,& omne reptile terræ iuxta genus suum.Septuaginta cum no-
stra æditione concordant.Factum est ergo (inquit) ita,vt quippe voluit dominus,sic facta sunt omnia,cui per o-
mnia terra obedit,quæcunque mandauerat sibi deus repente producendo,nobis hominibus in exemplum.Et fe-
cit deus bestias terræ,& reliqua.Repetitio est familiaris admodum sacris literis,hoc in loco tamen minimè otio-
sa,pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa,pro seriosa & diligenti,non solum doctrina,sed & inculcatione,& exhortatione legentium,vt semper fideles G
memminerint , hæc omnia non ad cultum producta,sed ad vsum, solatium, fructũ, ab eo conditore quem colere
deberent,reuereri & suscipere,per omnia obediendo iussis ipsius.Sed & quæcúnque in superioribus de hac repe-
titione dicta sunt,pro hoc loco faciunt. GLOSSA. Sic igitur sexta die creauit deus bestias terræ , iumenta,
ac reptilia. *Et uidit deus quod esset bonum, & ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* CHRYSO-
STOMVS. Vbi nunc sunt qui dicere audent,Quare feræ,quare reptilia creata sunt?Audiant diuinam scriptu-
ram dicentem:Et vidit deus quod esset bonum.Dic obsecro,ipse qui creauit,laudat facta , & tu audes reprehen-
dere?Quantæ hoc fuerit insaniæ ? Quia & in seminibus,& in plantis non solum fructuosas arbores , sed & sylue-
stres & steriles,& non solum inutiles herbas,sed & incognitas nobis terra profert,sæpe etiam nocuas.Sed propte
rea non sunt arguendæ creaturæ . Neque enim temere,neque in vanum formatæ sunt . Sanè neque laudem apud
conditorem inuenissent,nisi ad vtilitatem aliquam conditæ essent.Itaque sicut in arboribus non omnes fructuo H
sæ,sed & infructuosæ multæ,attamen illæ ipsæ non minorem nobis,quàm fructuosæ vtilitatem,eamque admira-
bilem,& quieti nostræ seruientem conferunt.Etenim ex ipsis ædificia , & multa alia ad quietem nostram ,perti-
nentia fabricamus.Et omnino nihil,quod non ratione aliqua formatum est,etiam si humanæ naturæ omnia illa
exactè scire possibile non sit.Proinde sicut in arboribus,ita & in animalibus,alia quidem ad cibum nostrum per-
tinent,alia ad ministerium.Ferarum item & reptilium genera,non minorem nobis præstant vtilitatem.Et siquis
vellet sapienter cognoscere,inueniet etiam nunc,cum à principatu eorum ob primi parentis inobedientiam de-
stituti sumus,magnam ex illis nobis vtilitatem prouenire . Multa enim inde colligunt medici , quæ ad nostro-
rum corporum medicinam & sanitatem conducunt. Alioquin etiam quid nocumenti ex ferarum productione,
quando sicut domestica animalia,sub potestate futura erant hominis,non multò post formandi?Hoc enim nunc
dico,vt discas omnium domini supereminentem misericordiam , quam erga nostrum genus declarat. AV-
GVSTINVS. Sed quæritur,quid tantum aquarum animalia de creatore meruerint , vt sola benedicerentur I
sicut homines ? Nam & ipsa benedixit deus,dicens: Crescite & multiplicamini,& cætera, hic autem hoc non est
additum.An in vno creaturæ genere dicendum fuit,vt in cæteris consequenter intelligeretur,quæ generationi-
bus crescunt?Prius ergo diceretur in eo quod prius tale creatum est,in herba scilicet atque ligno . An fortè quæ
nullum haberent propagandæ prolis affectum,ac sine vllo sensu generarent , indigna iudicauit illis benedictio-
nis verbis,Crescite & multiplicamini, vbi autem talis inesset affectus, ibi primum hoc dixit , vt in terrenis ani-
malibus etiam non dictum intelligeretur:Necessarium autem fuit hoc in homine repetere, ne quisquam diceret
in officio gignẽdi filios vllum inesse peccatũ, sicut est in libidine, siue fornicandi, siue ipso coniugio immodera-
tius abutendi. CAIETANVS. Vel ex industria Moyses omittit benedictionem animalium irrationalium
terrestrium, ad insinuandum, quod non assumpsit prouinciam singula sigillatim explanandi , sed multa omittit
ex industria,quæ tamen ex manifestatis percipi à sapientibus possunt. GLOSSA. An ideo fortè animalibus
sextæ diei non benedixit deus,quia inter ea erat & serpens cui post paululum erat ipse maledicturus ? Omnia au- K
tem vidit deus bona esse & pulchra in suo genere quæ fecerat animalia, quanuis insipientibus non rarò videan-
tur aduersa hominibus,& sibi ipsis exitialia.Sic enim mundi ornatus exigebat,vt cum omnia hæc animalia mor
talia sint,mors etiam omnium non parum vtilitatis afferret,dum alia in cibum dantur aliis , in exercitium quo-
que hominibus & flagellum. IVNILIVS. Facta autem atque ornata habitatione mundana , supererat vt
ipse etiam propter quem omnia parabantur,habitator ac dominus rerum homo crearetur. Sequitur ergo,Et ait:
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. AVGVSTINVS DE GENESI AD
LITERAM IMPERFECTO. Et hic primùm animaduertenda quædam , & coniunctio, & discretio ani-
mantium.Nam eodem die factus homo quo bestiæ, sunt enim simul omnia terrena animantia,& tamen propter
excellentiam rationis,secundum quam ad imaginem dei & similitudinem efficitur homo, separatim de illo di-
citur,postquam de cæteris terrenis animantibus solide conclusum est,dicendo.Et vidit deus quod esset bonum. L
ORIGENES. Iam quale animal sit homo ex ipsis scripturæ sermonibus consideremus. Omnes reliquæ crea-
turæ iussione dei fiunt,dicente scriptura.Et dixit deus,Fiat firmamentum,Et dixit deus , Congregetur aqua quæ
sub cœlo est,in congregationem vnam,& appareat arida.Et dixit deus,Producat terra herbam fœni.Ita etiam in
reliquis dicit.Videamus autem quæ sunt,quæ ipse deus facit,& per hæc quæ magnitudo hominis sit aduertamus.
In principio fecit deus cœlum & terram.Similiter ait:Et fecit deus duo luminaria magna,& nunc iterum.Facia-
mus hominem.In his solis factura ipsius dei ascribitur,in aliis verò nusquam, sed tantummodo cœlum & terra,
sol & luna ac stellæ,& nunc homo à deo factus est, omnia verò reliqua iussione eius facta esse dicuntur . Ex hoc
ergo considera:quanta sit magnitudo hominis,qui tam magnis elementis,támque præcipuis adæquetur,qui ha-
bet honorem cœli,propter quod & cœlorum ei promittitur regnum.Habet & terræ honorem,quoniam quidem
in terram bonam,& terram viuorum fluentem lac & mel,ingredi sperat . Habẽt honorem solis & lunæ , habens
repromissionem fulgere sicut sol in regno dei. GREGORIVS NYSSENVS. Sed & ô quale miracu- M
lum.Sol fit,& nullum præcedit consilium,cœlum quoque cui nihil in creaturis visibilibus simile reperitur, ver-
bo solo perficitur,& opus tam mirabile,nec vnde fiat nec qualiter,intimatur.Sic & singula quęque creaturarum,
æther, stellæ, & aër qui medium locum continet,mare,terra, animalia,& nascentia omnia,verbo tantummodo
producuntur vt sint,ad hominis autem solius conditionem cum consilio quodammodo conditor vniuersitatis
accedit , & materiam quæ constructioni eius sit necessaria, præparat,& ad formam primæuæ ac principalis pul-
chritudinis eius coaptat similitudinem & intentionem,cuius rei gratia fiat,insinuat , congruam illi naturam ef-
fectibus suis instituens, quæ ad propositum aptissima esse probatur. CHRYSOSTOMVS. Ne simpliciter
quæso prætereamus dicta hæc,sed disquiramus verba singula,& ad infima descendentes , vim in breuiculis hisce
verbis latentem inuestigemus.Nam licet pauca sint verba,magnus tamen thesaurus est in illis reconditus,atque
decet,vt non tantum coram adstemus,sed & sobrij & vigiles adsimus.Vidisti sermone solo & præcepto omnem
creaturam quinque diebus formari?Vide hodie quanta verborum diuersitas. Non enim iam dicit,Fiat homo,sed
quid?

A quid?Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram.Quid hoc noui?quid rari?Quis nam
ille qui formandus,ad quem faciendum opifici tanto consilio & circunspectione opus?Ne mireris dilecte . Ho-
mo enim inter visibilia omnia dignitate præcellit,propter quem condita sunt omnia hæc,cœlum,terra,mare,sol,
luna,stellæ,reptilia,iumenta,brutaque animalia omnia.Et quare (inquis) tardius creatus est homo , si cætera di-
gnitate præstat?Meritò.Nam vt ingressuro in ciuitatem aliquam rege,operæpretium est præmittere satellites , a-
liósque omnes,vt bene adornatis palatiis,rex honestius ibi agat.Ita simili modo , quasi regem & principem ali-
quem rebus terrenis præfecturus,prius omnem hunc ornatum fabricauit,& tandem præficiendum hominem for
mauit,declarans factis istis,quanto honore animal hoc prosequatur. RVPERTVS. Humana plane crea-
tura illud potissimum opus est,quod beata Trinitas magna sibi dignatione diuisit,vt pater conderet , filius redi-
meret,spiritus sanctus igniret.Huius ergo creationis dignitatem,non per qualemcúnque indicem , sed per digi-
tum dei,cuius est scriptura hæc,diligenter expressam,reuerenter (vt dignum est) audiamus . Mutauit vocem su-
B am,quippe qui hactenus de singulis dixit,Fiat,& factum est,producat terra,producant aquæ,& factum est.Nunc
autem tanquam à circuitu terræ,cœli,& maris,lassabundus resederit,& inter respirandum in mentem illi vene-
rit,adhuc vnum deesse,quod deceret vel oporteret fieri . Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitu-
dinem nostram.Domine (inquit Propheta) consilium tuum antiquum verum fiat.An tibi paruum videtur con-
silium,his paucis sanctæ Trinitatis dictiunculis esse significatum?Magnum plane consilium in illo sapientiæ cõ-
silio,in illo talium personarum,patris,& filij,& spiritus sancti, non tam senatu, quàm soliloquio venerando , de
nobis peccatoribus habitum est.An putas eorum quicquam quæ circa nos acta vel agenda sunt,illic defuisse?Pla-
ne ibi omnis nostra in medio causa posita est,mors vel perditio nostra quæ futura erat,illic perspecta est,& inde
totum consilium habitum , vt vnaquæque persona suam operis partem susciperet , vt scilicet (sicut iam dictum
est) tunc quidem pater conderet,postea in plenitudine temporis filius perditum redimeret,spiritusſanctus remis
C sionem peccatorum & carnis resurrectionem perficeret,atque ita communi Trinitatis consilio , reædificarentur
in homine deserta seculorum,& fundamenta generationis & generationis suscitarentur . Laus sapientiæ creato-
ris,honor gratiæ liberatoris,gratiarum actio pietati illuminatoris, adoratio vni indiuisæ creatrici, liberatrici, &
gubernatrici omnium Trinitati.Repleatur os nostrum laude , vt tantam eius gloriam , tantam eius magnitudi- Psal.70.
nem tota die cantemus. GREGORIVS NONO MORALIVM. De solo igitur homine dictum est, Cap.36.
Faciamus , cum de aliis creaturis legatur dixisse deum vt fierent, & facta sunt, & hoc quia rationabilis creatura
condebatur,vt cum consilio facta videretur.Quasi per studium de terra plasmatur,& inspiratione conditoris in
virtute spiritus vitalis erigitur,vt scilicet non per iussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret , qui
ad conditoris imaginem fiebat. THEODORETVS. Sed cui nam deus dixit,Faciamus hominem?Hære-
ticorum nonnulli id ad angelos tam bonos quàm malos dictum esse volunt.Non attendentes naturam atque es-
sentiam dei & angelorum,haud quaquam eandem esse,illam scilicet æternam,hanc verò à deo creatam, & ma-
D los angelos sponte sua à deo sese auertisse.Quare extremæ dementiæ est,eandem angelorum malorum, & pela-
gi infinitæ bonitatis imaginem atque similitudinem dicere. BASILIVS. Vt ferarum eæ,quæ summo per-
sequuntur hominem odio,cum in caueis occluduntur,fremunt,strident , atque sæuitiam quidem naturæ ferita-
temque suam ostendunt,sed explere veram rabiem nequeunt , sic & inimica gens veritatis Iudæi , in angustum
intrusi,multæ sunt (inquiunt) personæ , non vna,ad quas oratio dei dirigitur , angelis enim astantibus , facia-
mus hominem, dicit . Iudaicum est hoc profectò figmentum , & facilitatis illorum hæc incomposita est fabella,
atque vt vnam ipsam orationis vi compulsi personam filij non admittant, innumeras introducunt personas , &
filium negantes ac extrudentes,seruis ipsam consultationis tribuunt dignitatem,conseruósque nostros, auctores
nostræ creationis efficiunt.Cum suum homo statum exactum est consequutus,ad angelorum recta reducitur di
gnitatem,at quæ nam vnquam creatura quæso suo creatori par esse potest? Considera autem & ea quæ deinceps
E sequuntur,ad imaginem & similitudinem nostram.Quid ad hæc dicere paras?Num vna dei & angelorum ima-
go est?Patris enim & filij formam eandem esse necesse est.Atque formam intelligamus oportet (vt deo decet tri
buere formam) non corporis conditione,sed deitatis proprietate. CHRYSOSTOMVS. Rogemus hoc
loco Iudæum,& videamus quid respondeat,ad quem dixerit deus,Faciamus hominem,& cætera . Scripta enim Ioan.5.
sunt hæc à Moyse,cui se credere dicunt quidem,non credunt autem,sicut & Christus inquit,Si crederetis Moy-
si,crederetis & mihi.Sed literæ quidem apud illos sunt,sensus verò apud nos.Ad quem igitur dictum est, Facia-
mus hominem?cum quo consilium hoc habuit dominus?Nunquid consilio & circunspectione opus habet ? Ab-
sit.Quid ergo?Figura verborum declarare voluit,quàm excellentem honorem homini qui formabatur impen-
dat.Quid ergo dicunt hi,qui adhuc habent velamen super corda sua posítum , & nihil eorum quæ hic contenta,
intelligere volunt?Ad angelum & archangelum (inquiunt) hæc dicta sunt.O insaniam, ô magnam impudentiã.
Et quomodo rationi consentaneum est bone vir,vt angeli consilium dent domino,& creaturæ creatori?Non e-
nim est angelorum consilium dare,sed assistere,& ministerium adimplere.Et vt discas,audi vocalissimum Esa- Esaiæ.6.
F iam dicentem de supernis angelicis virtutibus:Vidi cherubim stantia à dextris dei,& seraphim,& obtegebant fa
cies pedésque suos alis . Quod ideo factum esse liquet,quia fulgur maiestatis diuinæ inde egrediens,ferre nequi-
uerunt,steterúntque cum timore & tremore.Etenim creaturis peculiare est , domino assistere . Verum illi nihil
præsentium intelligentes, simpliciter quod occurrit, effutiunt . Et ideo refutatis eorum deliramentis dictorum
veritas ecclesiæ filiis dicenda est. THEODORETVS. Sed & alij ex eisdem Iudæis alia via à recta ra-
tione declinarunt . Aiunt enim deum ad seipsum hæc dixisse , principum scilicet more , qui dicere consue-
uerunt , faciamus , mandemus. BASILIVS. Et in hoc quoque absurditas non mediocris , minimè-
que obscura . Quis enim aut faber , aut sutor , aut excusor , instrumentis artis sibi præsentibus , solus ipse nullo
socio comitante , aut faciamus (ait) cultellum , aut conficiamus calciamentum, aut componamus aratrum, sed
non silentio suam cum libuerit accommodatam ad artem exequitur operationem? Sunt enim insignes profectò
nugæ , principem quempiam siue præfectum vrbis , heroum more vehementer seipsum hortantem , conci-
tantemq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantémque sedere. Verum qui summo studio calumniis persequuti sunt dominum ipsum, nec vnquam eos pu- G
duit huius, quid non dixerint quæso? quid non finxerint? exercitatam paratámque linguam semper, ac mentem
ad omne quoduis falsum dicendum atque fingendum habentes. Hæc tamen vox præsens penitus ipsorum os oc-
cludere manifestè videtur, Et dixit deus, Faciamus hominem. Nunquid & nunc etiam (dic mihi Iudæe) sola per-
inde vt tibi placet, atque vnica est ipsa persona? Non enim scriptum est, fiat homo, sed hominem faciamus. Cùm
is per scripturam docetur, nondum ortus erat, nondum creatus, in profundo theologiæ præconium hoc cela-
batur ac tegebatur. Cum verò iam ipsius ortus hominis expectati patet, detegitur parumper ipsa fides, & aper-
tius indicatur sententia veritatis. Faciamus hominem. Audi tu quæso, qui bellum indixisti perpetuum Christo,
deum ipsum suum in creandis rebus socium alloqui, per quem & secula fecit, qui portat omnia verbo potentiæ
suæ. Audire velis & tu nouæ sectæ, nouæ opinationis homo, qui Iudæorum amplecteris atque colis opiniones, re-
ligionis Christi simulatione atque prætextu, cui dicit, Faciamus hominem, & ad imaginem & similitudinem
nostram, cui nam alij quam splendori gloriæ, & formæ substantiæ suæ, qui est inuisibilis dei imago? Vbi vna est H
imago, vna similitudo, quem ibi locum obtinet dissimilitudo. CHRYSOSTOMVS. Quis igitur hic, ad
quem inquit, Faciamus hominem? Quis autem alius, quàm ille magni consilij angelus, ille admirabilis con-
siliarius, potens, princeps pacis, pater futuri seculi, vnigenitus dei filius, patri æqualis secundum substantiam,
per quem omnia producta sunt? huic dicit, Faciamus hominem secundum nostram imaginem & similitudi-
nem. SEVERIANVS. Dixit nanque Esaias de vnigenito filio dei, Puer natus est nobis, & filius datus est
nobis. Puer propter humanitatem, filius propter diuinitatem. Et vocabitur magni consilij angelus, admirabi-
lis consiliarius. Vides consiliarium, cui dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no-
stram? CHRYSOSTOMVS. In hoc autem & Arianos tempestiuè perstringit. Non enim imperando
dixit, Fac, vt subdito & inferiori, vel vt minori secundum essentiam, sed par honor declaratur, cum dicit, Fa-
ciamus, & quod sequitur, videlicet secundum imaginem & similitudinem nostram, magnam substantiæ æqua-
litatem ostendit. Sed iterum hic insurgunt & pullulant hæretici alij, ecclesiæ dogmata depopulantes, & di- I
centes, Ecce dicit, secundum imaginem nostram. Et inde volunt deo humanam formam tribuere, id quod
extremi fuerit stuporis, vt is qui forma speciéque caret, & nulli alterationi obnoxius est, sub humanam redigá-
tur formam, & incorporeo membra & liniamenta attribuantur. Quæ huic insania par fuerit? cum non solum
nihil lucri à scripturis diuinitus inspiratis deferunt, sed & plurimum inde offenduntur? simili modo affecti, si-
cut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis cæcutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatem, so-
lis luci aduersantur, & ob aduersam corporis valetudinem, etiam optimos saluberrimósque cibos auersantur.
Ita & hi anima ægrotantes, & mentalibus oculis capti, ad lumen veritatis respicere non possunt. Dicamus igitur
eis, Emergite, & respiscite paulisper, aspicite lumen iustitiæ, expendite vobiscum verborum diligentiam.
Esa. 66. ORIGENES. Denique carnales isti homines qui intellectum diuinitatis ignorant, sicubi in scripturis de
deo legunt, quia cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, suspicantur deum tam ingentis
esse corporis, vt putent eum iam sedentem in cœlo, pedésque vsq; ad terram protendere. Hoc autem sentiunt, K
quia non habent illas aures, quæ dignè possunt audire verba dei de deo, quæ per scripturam referuntur. Quod
enim dicit, Cœlum mihi sedes est, ita digne de deo intelligitur, vt sciamus quia in his quorum in cœlis conuer-
satio est, deus requiescit & residet. In his autem qui adhuc terrenum propositum gerunt, vltima pars eius pro-
uidentiæ inuenitur, quod in pedum appellatione figuraliter indicatur. Ex quibus si qui fortè studium ac desíde-
rium sumpserint fieri cœlestes, perfectione vitæ, & intellectus altitudine, efficiuntur etiam ipsi sedes dei, facti
prius conuersatione & peritia cœlestes, qui etiam dicunt, Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit
in cœlestibus. THEODORETVS. Cùm vniuersorum deus singulari numero secum loqui consueuerit, vt,
Finis omnis hominis venit coram me: &, Pœnitet me fecisse hominem: &, Delebo hominem: &, Non erunt
tibi dij præter me: &, Ecce ego noua facio omnia. Raro tamen pluraliter loqui consueuit, trinitatis mysterium L
ostendere volens, vt cum ait, Venite vt descendentes confundamus. Quemadmodum igitur pluraliter locutus
est cum linguas confundere vellet, ita & hoc loco cum animal ratione præditum conditurus esset, quod post
multa secula renouaturus erat, sanctæ trinitatis inuocationibus sanctum baptisma perficiens, naturam illam
conditurus, à qua mysteria illa capienda forent, ænigmaticè & essentiam eandem, & personarum numerum de-
clarauit. Dicendo enim, Et dixit deus, communionem diuinæ naturæ expressit, subiiciens verò, Faciamus, trium
personarum numerum indicauit. Ac rursus imaginem singulari numero dixit, vt diuinarum personarum ean-
dem esse naturam ostenderet, nostram verò pluraliter nominans, personarum numerum insinuauit. IVNI-
LIVS. Et rectè, quia vt supra dictum est, donec is qui disceret non erat, in profundo fuit abdita prædicatio
deitatis. Vbi verò cœpit hominis expectati creatio, reuelatur fides, & euidenter doctrina veritatis emicuit.
THEODORETVS. Cuncta enim prænoscens vniuersorum deus, & vnigeniti sui præuidens incarnationem
quod naturam humanam è virgine sumpturus esset, atque ita eam sibi copulaturus, vt vna atque eadem persona M
dei pariter & hominis intelligeretur, vnam quoque adorationem ab vniuersa creatura illi afferendam esse, non
immeritò ipsius generis fundamentum atque principium maximo honore affecit. Ac primò consilium opificij
sui præmisit, vt hac ratione, ratione præditum opus se facturum præmonstraret. Deinde personarum numerum
subindicauit, vt homo qui deum creatorem suum in terra laudaturus esset, Theologiam in ænigmate disceret.
Denique dum ipse deus hominem per se format ac fingit, maiorem erga illum quàm cætera quæ creauit, paternã
benevolentiam indicauit. Quod & Iob ille generosus considerans, ad deum clamat, Manus tuæ fecerunt me, &
plasmauerunt me. Hoc & diuinus ille Dauid repetit, hoc quisquis baptismi gratiam adipiscitur agnoscit, ab illo
qui se finxit seruatum, & ab illo fictum, qui se seruauit. Sed & ipse hominis opifex deus, per Esaiam & Here-
miam ait: Nos lutum, seipsum autem figulum esse. Cæterum manus ac consilium dei, maiorem circa hoc ratio-
nale animal curam significant. HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Faciamus hominem,
& cætera. Videamus in quem profectum hæc distinctio iubentis dei, & facientis dei agatur. Nam tametsi sen-
sus communis

A sus communis intelligentiæ non recipiat, vt in eo quod dictum est, iussit & facta sunt, solitarius atque idem signi
ficatus esse credatur, tamen ne quid ambigi possit, oportet ea quę mundi creationem consecuta sunt explicari. Cũ
igitur perfecto mundo eius incola formandus esset, talis de eo sermo est: Et dixit deus, Faciamus hominẽ ad ima
ginem & similitudinem nostram: Et rursum: Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum. Quæro nunc,
solum ne sibi deum locutum existimes, an verò sermonem hunc eius intelligas non sibi, sed ad alterum extitisse?
Si solum fuisse dicis, eius ipsius voce argueris dicentis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no-
stram. Deus enim per legislatorem secundum intelligentiam nostram locutus est, verbis videlicet quibus vti ip-
se nos voluit, cognitionem eorum nobis quæ gessit impertiens. Significato nanque dei filio per quem facta sunt
omnia, in eo quod dictum est: Et dixit deus, Fiat firmamentum. Et rursum ita dictum est: Et fecit deus firmamen
tum, ne tamen hic quidam inanis ac superfluus sermo existimaretur, si sibiipsi dixisset vt fieret, & rursum ipse
fecisset (quid enim tam alienum ab eo qui solus esset, vt sibi faciendum diceret, cum voluntate tantum opus esset
B vt fieret) absolutius voluit intelligi significationem hanc non ad se tantum esse referendam, dicendo: Faciamus
hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sustulit singularis intelligentiam professione consortij. Con-
sortium autem esse aliquod solitario ipse sibi non potest. Neque rursum recipit solitarij solitudo, faciamus. Neq;
quisquam alieno à se nostram loquitur. Vterque sermo & faciamus & nostram, vt solitarium eũdemq; non pati-
tur, ita neque diuersum à se alienúmque significat. Aut quæro, si cũ audias solitarium, vtrum non ipsum eũdemq;
esse existimes: aut cum audias non ipsum, neque eundem, an ne quod solitarius tantum sit intelligas? In solitario
ergo solitarius, in non eodem verò neque ipso, non solitarius reperitur. Solitario ergo cõuenit faciam & meam:
non solitario verò faciamus & nostram. Cum itaque legimus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudiné
nostram, quia sermo vterque, vt non solitarium tantum, ita neque differentem esse significat, nobis quoque nec
solitarius tantum, nec diuersus est confitendus, cognita per id quod nostram imaginem dicit nõ etiam imagines
nostras, vnius in vtroque proprietate naturæ. ORIGENES. Illud sanè etiam eminentius in conditione ho
C minis video, quod alibi non inuenio dictum, & fecit deus hominem, ad imaginem & similitudinem dei fecit eũ.
Quod neque in cœlo, neque in terra, neque in sole vel luna inuenimus ascriptum. Hunc sanè hominem quem di
cit ad imaginem suam faciendum, non intelligimus corporalem. Non enim corporis figmentum, dei imaginem
continet, neque factus etiam corporalis homo dicitur, sed plasmatus, sicut in consequentibus scriptum est, Et pla
smauit deus hominem, id est finxit de terra è limo. Is autẽ qui ad imaginem dei factus est interior homo noster,
est inuisibilis & incorporalis, & incorruptus, atque immortalis. In his enim talibus dei imago rectius intelligitur.
Nunc oportet nos videre quæ est imago dei, & perquirere ad cuius imaginis similitudinem homo factus est. Quæ
est igitur alia imago dei, ad cuius imaginis similitudiné factus est homo, nisi saluator noster, qui est primogeni-
tus omnis creaturæ? de quo scriptum est, quia sit splendor æterni luminis, & figura expressa substantiæ dei, quia &
ipse de se dicit, Ego in patre, & pater in me est, & qui me vidit, vidit & patrem. Sicut enim qui viderit imaginem
D alicuius, videt eum cuius imago est, ita & per verbum dei quæ est imago dei, deum quis videt. Et ita verum erit
quod dixit, Qui me videt, videt & patrem. Ad huius ergo imaginis similitudinem homo factus est, & propterea
saluator noster qui est imago dei, misericordia motus pro homine qui ad eius similitudiné factus fuerat, videns
eum deposita sua imagine maligni imaginem induxisse, ipse motus misericordia, imagine hominis assumpta, ve
nit ad eum, sicut Paulus contestatur, dicens, Cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo,
sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt ho-
mo, humiliauit semetipsum vsque ad mortem. Quicunque ergo veniunt ad eum, & rationabilis imaginis effici
participes studeant, per profectum suum secundum interiorem hominem renouantur quotidie ad imaginem eius
qui fecit eos, ita vt possint conformes corporalis claritatis eius effici, sed vnusquisque pro viribus Apostoli se ad
eius similitudinem reformarunt in tantum, vt ipse de eis diceret, Vado ad patrem meum & patrem vestrum, deũ
meum & deum vestrum. Ipse verò iam petierat patrem pro discipulis suis, vt eis similitudo pristina redderetur,
E cum dixit, Pater da, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint. Semper ergo intueamur istam
imaginem dei, vt possimus ad eius similitudinem reformari. Si enim ad imaginem dei factus homo, contra natu
ram intuens, imaginem diaboli per peccatum similis eius effectus est, multo magis intuens imaginem dei, ad cu-
ius similitudinem factus est à deo, per verbum & virtutem eius recipiet formam illam, quæ data ei fuerat per na
turam. Sed nemo desperet videns similitudinem suam magis esse cum diabolo quàm cũ deo, posse se iterum re-
cuperare formam imaginis dei, quia non venit saluator vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Matthæus
publicanus erat, & vtique imago eius diabolo similis erat, sed veniẽs ad imaginem dei, dominum & saluatorem
nostrum, & sequens eam, transformatus est ad similitudinẽ imaginis dei. Iacobus Zebedæi filius, & Ioannes fra-
ter eius, piscatores erant & homines sine literis, qui vtique tunc magis ad imaginem diaboli similitudinem fere-
bant, sed sequentes & illi imaginem dei, similes facti sunt ei, sicut & cæteri apostoli. Paulus ipsius imaginis dei
persecutor erat: vt autem potuit decorem eius & pulchritudinem contueri, visa ea in tantum ad eius similitudi-
nem reformatus est, vt diceret, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? AMBROSIVS.
F Sed qui sit imago dei, audi dicentem, Qui eripuit nos (inquit) de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum fi Coloss. 1.
lij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorũ, qui est imago dei inuisibilis, & primo-
genitus vniuersæ creaturæ. Ipse est imago dei patris, qui semper est & erat in principio. Imago dei virtus est, non
infirmitas, imago dei sapientia est, & imago dei iustitia est. Sed sapiẽtia diuina, est sempiterna iustitia. Imago dei
est solus ille qui dixit, Ego & pater vnũ sumus. Ita habens similitudinem patris, vt diuinitatis & plenitudinis ha- Ioan. 10.
beat vnitatem. Vbi dicit, Faciamus, quomodo inæqualitas? Cum iterum dicat, ad similitudinem nostram, vbi est
dissimilitudo? Illa ergo anima describitur, illa mens plena sapientię, plena pietatis atque iustitiæ, quoniam omnis
virtus à deo est, cui dixit deus, Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Illa anima à deo pingitur, quæ habet in se
virtutum gratiam renidentem, splendoremq; pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet diuinæ operationis
effigies. Illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. Secundũ hanc imaginẽ
quæ refulget

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.72. quæ refulget, pictura preciosa est. Secundũ hanc imaginẽ Adam ante peccatum, sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare ciuitatem dei non potest, quia scriptum est, Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Et non intrat indigna imago, & quæ intrauerit excluditur, quia non intrabit (inquit) in eam omne commune, & qui facit execrationem & mendaciũ, sed ille intrabit in eam, cuius in fronte agni nomen scriptum est. Anima igitur nostra ad imaginẽ dei est. Matt.10. In hac totus es homo, quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram resolueris. Denique vt scias quia sine anima caro nihil est, Nolite (inquit) timere eos qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt. Quid igitur in carne præsumis, qui nihil amittis, si carnem amiseris? Sed illud time, ne animæ tuæ defrauderis auxilio. Quam enim dabit homo commutationem pro anima sua, in qua non exigua sui portio, sed totius humanæ vniuersitatis substantia est? Hæc est per quam cæteris ferarum auiũmque dominaris animãtibus. Hęc est ad imaginem dei, corpus autem ad speciem bestiarum. In hac pium diuinæ imitationis insigne, in illo cum feris ac beluis vile consortium. IDEM IN LIBRO DE DIGNITATE HVMANAE CONDITIONIS. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Tanta dignitas humanæ conditionis esse cognoscitur, vt non solo iubentis sermone sicut alia sex dierum opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, & opere maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantum deberet suo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius se ab eo esse conditum intelligeret. Nec ob hoc solum quod consilio sanctæ Trinitatis sic excellenter à conditore conditus est, sed etiam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium eum creauit, quod nulli alij ex creaturis donauit. Quæ imago diligentius ex interioris hominis nobilitate est consideranda. Act.17. Primò quidem, quod sicuti deus vnus semper, vbique totus est, omnia viuificans, mouens & gubernans, sicut Apostolus confirmat, quod in eo viuimus, mouemur & sumus, sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens & gubernans. Nec enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotentis dei, quam anima habet in se. Quæ quoque quandam sanctæ Trinitatis habet imaginem. Primò in eo quia sicut deus est, viuit & sapit, ita anima secundum suum modum est, viuit & sapit. Est quoque & alia Trinitas in ea, qua ad imaginem sui conditoris, perfectæ quidem & summæ Trinitatis, quæ ex patre & filio & spiritu sancto, condita est. Et licet vnius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est intellectum, voluntatem, & memoriam. Quod idem licet aliis verbis in euangelio designatur, cum dicitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, id est ex toto intellectu, & ex tota voluntate, & ex tota memoria. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre filióque procedit spiritussanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, sicut facile à sapiente quolibet intelligi potest. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus, nec horum trium vnum aliquod quantum ad suam pertinet beatitudinem, sine aliis duobus integrum constat. Et sicut deus pater, deus filius, deus spiritussanctus est, non tamen tres dij sunt, sed vnus deus tres habens personas, ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animæ in vno corpore, sed vna anima tres habens dignitates, atque in tribus eius imaginem mirabiliter gerit in sua natura notum diligatur, & quantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas, imo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligentis maneat deus, vt sicut non potest esse momentum, quo homo non vtatur vel fruatur dei bonitate & misericordia, ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat memoria. Ad imaginem ergo suam conditor (vt dictum est) fecit animam hominis, quæ tota dicitur anima. Non autem aliud significo hominis quàm animam, cum mentem dico, sed propter aliud animam, & propter aliud mentem. Nam totum quod viuit, hominis anima est. Cum autem anima in se agit se, & ex se, & per se sola, mens dici solet, sensus verò ad sua mini steria implens, consuetius anima dicitur. Et hæc de imagine habeto. Nunc verò de similitudine aliqua intellige, quæ minoribus cernenda est, vt sicut deus creator qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus & iustus, patiens atque mitis, mundus & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur, ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propius est deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si verò (quod absit) aliquis per deuia vitiorum & diuortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tunc fiet de eo: Et homo cum in honore esset, non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Qui maior honor potuit homini esse, quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eiusdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit, decorem indutus est, id est omnium virtutum splẽdore, & totius bonitatis decore ordinatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui cõditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum delabatur similitudinem? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam in seipso sanctæ Trinitatis imaginem agnoscat, honorémque similitudinis diuinæ, ad quem creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat, vt quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliúsque in secundo reformauit. GREGORIVS NYSSENVS. Deus non aliam ob causam creauit hominem, nisi quia bonus est, vt bonorum suorum eum participem faceret. Quia verò bonorum ipsorum multa probatur esse congestio, quæ non possit numero facile comprehendi, iccirco generali quadam voce vniuersa scriptura complectens, significare curauit, cum ad imaginem dei factum hominem retulit. Aequale enim est hoc, ac si diceret, humanam naturam omnis boni factam esse participem. Si enim bonitatis est plenitudo diuinitas, & huius homo imago est, profectò & in plenitudine sic omnis boni, hæc imago iuxta primæuam formam, similitudinẽ

A tudinem possidet. Est igitur in nobis totius boni conditio, totiúsque virtutis & sapientiæ, & quicquid illud est, quod optimum possit intelligi. Præ omnibus verò, quod ab omni necessitate liberi sumus, nec subiugati quadã naturali potentia, sed arbitrio proprio ad consilium quod placuerit, inclinamus. Virtus enim spontanea quædam res est, & nullius subiecta dominio, quod autem quadam necessitate coactum est, virtus iam esse nõ potest. Sicut autem iuxta humanam consuetudinem qui principum imaginem fingunt, non solùm impressionem formæ eius imitantur, verùm etiam amictu purpureo describunt regiam dignitatem, & imago ipsa iam pro consuetudine dicitur imperator, sic & humana substantia, quoniam ad aliorum regimen condebatur, propter similitudinem regis vniuersorum, velut quædam imago animata componitur, primæ verò formæ & nomine & honore participans, non tegmine circumamicto purpura, nec sceptro vel diademate gloriam suæ dignitatis insinuans, nec enim principalis forma in his esse conspicitur, sed pro purpureo velamine, vestita virtute est, quæ omnium ornamentorum regalium preciosior approbatur, pro sceptro verò, beatitudine & immortalitate sustollitur: pro regali
B serto, iustitiæ corona decoratur, ita vt per hæc omnia monstretur, ad dignitatem regiam genitam, pulchritudinem in se primæuę formæ diligenter exprimere. IDEM. Hæc igitur similitudo, est puritas, beatitudo, carere affectibus, ab omni prauitate esse seiunctus, & id genus alia. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Lib.2.ser.2. 3.& 4.
Videamus quid sit quod deus ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cum alibi dicat, Ego sum qui sum, & non demutor. Cùm hoc ita sit, homo quemadmodum dei imaginem portat, cuius vultus omni conuersioni subiectus, momentis omnibus immutatur, labore, ætate, languore, gaudio, tristitudine, nunc macie deformis, nunc enormi pinguedine, tótque induat vultus, quot animi fuerint motus, nullúsque prorsus dies, quo iugiter sibi similis esse videatur? Igitur in deum cum hæc non incidant, & in homine aliter non sint, ergo dei imaginem non habemus? Habemus planè, & quidem manifestam ex eo ipso, quod non est portantibus nota. Incomprehensibilis ergo dei imago, inuisibilis sit necesse est. Denique oculis non est subie-
C cta mortalibus. Nam neque cum ingreditur corpus nostrum, neque cum de corpore egreditur, à quoquam deprehendi potest. Tantúmque potestatis habet, vt cum sui domicilij septo teneatur, tamen quicquid voluerit, omnibus momentis illustret. Non ergo carnale hoc indumentum, imaginem dei debemus accipere, sed cœlestis hominis spiritualem, quam in se credentibus dominus ætherea natiuitate renouatis, plenitudinis suæ pio de fonte largitur. Quam rationem Paulus euidenter prodidit, dicens, Quemadmodum portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & eius imaginem qui de cœlo est. Quam qui sanctè portauerunt, sicut apostoli, omnésque iusti, non tantùm imaginem, sed ipsum deum quoque portabunt, sicut & scriptum est, Vos estis templum dei, & spiritus dei habitat in vobis. Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram, non ait, fac ad tuam, sed faciamus (ait) ad nostram, ne quam filius hominem indueturus, pati videretur iniuriam. Videtis ne fratres dilectissimi, quia nullus ex arte hic alteri iubet in opere, nullus ociosus est? O sancta æqualitas, ac sibi soli dignissima indiuiduæ deitatis. Vnus homo ad duorum imaginem & similitudinem fingitur, nec tamen
D in eo quid cuius sit inuenitur. Si ergo in opere extraneo paritas sacra distingui non potest, deus in alio se inferior esse quemadmodum potest? Quicquid enim vni ex duobus indiscretè in omnibus sibi assimilantibus, detraxeris, cui detraxeris nescio. AVGVSTINVS TERTIO DE GENESI AD LITERAM. Hic etiam illud prætereundum non est, quia cum dixisset ad imaginem nostram, statim subiunxit, & habeat potestatem piscium maris & volatilium cœli, & cæterorum animalium rationis expertium, vt videlicet intelligamus in eo factum hominem ad imaginem dei, in quo irrationabilibus animantibus antecellit. Id autem est ipsa ratio, vel mens, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commodius appellatur. Vnde & Apostolus dicit, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum, satis ostendens vbi sit homo creatus ad imaginẽ dei, quia non corporeis lineamẽtis, sed quadã forma intelligibili mentis illuminatæ. IDEM DE GENESI AD LITERAM IMPER-
E FECTO. Rectè igitur secundum hoc quod interius & principale hominis est, id est, secundum mentem accipitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ex illo enim quod in homine principatum tenet, quod eum disiungit à beluis, totus est homo æstimandus. Cætera in eo quanquam in suo genere pulchra sint, tamen cum pecoribus communia sunt, ac per hoc in homine paruipendenda. Nisi fortè quod ad intuendum cœlum figura humani corporis erecta est, valet aliquid, etiam vt corpus ipsum ad similitudinem dei factum credatur, vt quemadmodum à patre illa filij similitudo non auertitur, ita corpus humanum à cœlo non sit auersum, sicut aliorum corpora animalium auersa sunt, quia prona in aluum prosternuntur. Sed tamen hoc non omnino accipiendum est, nam corpus nostrum à cœlo plurimum differt, in illa verò similitudine, quæ filius est, non potest quicquam esse dissimile ille, cui similis est. Sanè vt similitudo dei ad quam factus est homo, ipsum dei verbum, hoc est, vnigenitus filius accipi possit, non vtique vt ipse sit eadem imago & similitudo æqualis patri. Est tamen & homo imago dei, sicut apertissimè Apostolus ostendit, dicens, Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago & gloria dei. Sed hæc imago ad imaginem dei facta, non est æqua-
F lis & coæterna illi cuius coæterna est, nec etiam esset, si nunquam omnino peccasset. Ille autem sensus est potius in his diuinis verbis eligendus, vt ideo non dictum intelligamus singulariter, sed pluraliter, Faciamus hominem, & cætera, quia non ad solius patris, aut solius filij, aut solius spiritus sancti, sed ad ipsius trinitatis imaginem factus est homo, quæ trinitas ita est trinitas, vt vnus deus sit, ita est vnus deus, vt trinitas sit. Non enim ait filio loquens, Faciamus hominem ad imaginem tuam, aut ad imaginem meam, sed pluraliter ait, ad imaginem & similitudinem nostram, à qua pluralitate spiritum sanctum separare quis audeat? Cap.23.
IDEM DVODECIMO DE CIVITATE DEI. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Talem quippe illi animam creauit, qua per rationẽ atque intelligentiam, omnibus esset præstantior animalibus, terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mentem huiusmodi non haberent. CHRYSOSTOMVS. Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Non hic sermonem finiuit, sed per ea quæ adiungit, manifestum nobis facit, quo sensu no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men imaginis posuerit. Quid enim dicit in consequentibus? Et dominentur piscibus maris, & volatilibus
cœli, & omnibus reptilibus super terram. Imaginem ergo dixit, de principatu & dominio, non de alio aliquo,
quia deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram, & nihil super terram homine maius est,
1. Cor. 2. & omnia sub potestate illius sunt. Quod si ea dicta esse contendat quis de formæ imagine, dicemus ei, igitur
deus non solùm homo, sed & mulier erit, quia eandem formam vterque habent. Verùm hoc absurdum est,
Gene. 3. & ratione caret. Audi enim & beatum Paulum dicentem, Vir enim non debet velare caput, imago & gloria
dei existens, mulier autem gloria viri est. Vir enim imperat, mulier autem subiecta est, sicut & Christus ab
initio ad eam dixit, Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Itaque quoniam iuxta rationem
dominij non formæ, ad imaginem factus est, ideo vir dominatur omnibus, mulier autem subiecta est. Ea pro-
pter dicit de viro Paulus, quod imago & gloria dei sit, mulier autem gloria viri. Quod si de forma vel figu-
ra dixisset, non vtique ea diuisisset. Eadem enim figura est viri & mulieris. Vidisti plenam veritatem, quo-
modo nullum veritatis prætextum reliquit his, qui absque causa impudentes esse volunt? SEVERIA- ||
NVS. Quid autem est secundum imaginem? Vult deus nos imitatores dei esse secundum virtutem. Deus
sanctus, si sancti erimus, ad illius imaginem erimus. Estote misericores (inquit) sicuti & pater vester cœlestis.
Paulus verò imaginem ostendens, ait, Exuite veterem hominem, & cætera. Vidisti virtutibus ascribi secun-
dum imaginem? Est & imago in potestate, dictum est enim, Et dominentur piscibus maris. CYRILLVS.
Ego idem esse existimo secundum imaginem & similitudinem. Quamquidem imaginem & similitudinem
sortiti sumus in prima nostri conditione. Humana nanque natura, & bonitatis, & iustitiæ, & sanctificationis
capax est. Et harum virtutum appetitionem illi indidit deus. EVSEBIVS CAESARIENSIS.
Anima rationalis & immortalis, & mens impatibilis in humana natura, rectè mihi imaginem & similitudi-
nem dei seruare dicenda est, quatenus materiæ & corporis expers, & intelligens, & rationalis est, tum etiam
virtutis & sapientiæ capax. GREGORIVS THEOLOGVS. Deus ex materia præexistente huma-
num corpus formans, à seipso autem vitam infundens, quam rem sermo diuinus rationalem animam & ima- I
ginem dei agnoscit, hominem operatus est. GENNADIVS. Hominem ad imaginem dei esse hac ra-
tione intelligendus est. Deus vniuersorum prouidentiam habet, homo quoque ex his nonnullis prouidet.
Deus incircunscriptus est, & omnibus præsens adest, & homo per cogitationem momento temporis vbicunque
voluerit præsto adest. Deum scimus vniuersorum regem esse, homo quoque multarum rerum regnum tenet.
Deus ita omnium iudex est, vt tamen nullius iudicio subiectus sit, homo quoque iudiciaria potestate à deo ho
nestatus est. Inuisibilis denique, atque immortalis, & opifex & creator deus est, neque humana natura his di-
uinis insignibus vacua est. THEODORETVS. Homo ad imaginem dei dicitur, quia sicut deus om-
nium principatum ac regnum tenet, ita & homo iis quæ super terram, & volatilibus & piscibus dominatur. Et
quanquam vir & mulier sint ad imaginem dei, quia vtrique dominantur, propriè tamen à beato Paulo vir ima
go & gloria dei esse dicitur, quia vir nulli præterquam deo subiectus est, fœmina autem viro tanquam capiti
subiecta est. EIVSDEM. Quemadmodum si quispiam rex cum maximam vrbem exædificasset, mul- K
tisque & variis operibus illam exornasset, imaginem suam maximam decentissimámque in vrbis medio collo-
caret, vt hac imagine regem huiusce vrbis auctorem conditorémque indicaret, quámque omnes vrbis habita-
tores venerarentur, regique gratias agerent, quod sibi vrbem construxisset. Eadem ratione deus postquam mun-
dum condidit, variisque operibus exornauit, hominem ad imaginem suam à se creatum, in eo tanquam ima-
ginem propriam collocauit, cui omnes creaturæ deseruirent, cuius etiam saluti inuisibiles illæ virtutes Pauli
apostoli testimonio ministrarent. Quin etiam mirabilis ille omnium conditor deus, naturam in vnum quid-
dam redigere volens, hominem condidit, qui in se rationalem atque irrationalem, visibilem atque inuisibilem,
mortalem atque immortalem rerum creatarum naturam complecteretur, ac veluti summa quædem omnium
dici posset. Dedit illi corpus & animam, hoc aspectabile ex aëre & aqua & igne constans, quódque iis nutria- L
tur, quæ ex his elementis generantur. Illam verò intelligentem, rationalem, immortalitate præditam, inuisi-
bilibus pariter atque intelligentibus substantiis similem, vt hac ratione vniuersa quæ creata sunt, non vsu tan-
tùm atque obsequio, sed & similitudine quadam ac familiaritate iungerentur. Cæterum quod à nonnullis tra-
ditum est, hominem ad imaginem dei conditum esse, vel quia ratione atque intelligentia præditus sit, vel quia
eius dominationi magna rerum pars subiecta sit, quemadmodum deo vniuersa, id quidem admodum absur-
dum est. Nam hac ratione angelos quoque ratione atque intelligentia & potestate præstantes, imaginem dei
appellabimus, quod tamen nusquam legitur in diuinis scripturis. Est ergo vna quædam causa ac ratio, qua ho-
mo imago dei dicatur. EIVSDEM. Homo ergo imago dei appellandus est, qui dei opera facit, vt ait
Apostolus, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Imaginem terreni portat, qui
secundum carnem viuit, & opera carnis agit. Imaginem verò cœlestis, qui spiritu opera carnis mortificat. Deus
miserator, iustus & clemens est, qui igitur misericordiam, iustitiam & clementiam colit, ille imaginem dei M
portat. Sanè sciendum, nusquam in diuinis scripturis legi, cete grandia, & serpentes, & feras, homini subie-
ctas fuisse. Nam & serpens inter feras numeratur, vt cum ait, Et serpens erat prudentissimus inter omnes fe-
ras. Et in Actis apostolorum de vipera, Et videntes barbari feram pendentem è manu Pauli. EIVSDEM.
Alia quoque ratione homo ad imaginem dei conditus est. Deus enim vniuersi opifex & conditor existit, ho-
mo quoque vt imago exemplar suum imitatur, effingit enim & cœli, & solis, & stellarum imagines, hominum
effigies ac statuas, ædificat domos, naues, naualia, currus, alia item innumerabilia, diuersa tamen ratione. Vni-
uersorum enim deus, alia de nihilo facit, alia ex his quæ facta sunt, absque tempore, nullo labore aut negocio,
sola voluntate. Homo verò indiget tempore, instrumento, consilio, arte, cognitione, ac non sine labore om-
nia operatur. Præterea imago, exemplaris quidem effigiem habet, & partium species habet, actiones verò non
item, animæ enim expers est, per quam corpus ipsum mouetur. Rursus homo ad imitationem dei iudicium
exercet. Verùm deus accusatoribus aut testibus minime eget. Itémque homo deus dicitur, sed sola ac sim-
plici

A plici appellatione, deus verò non tantum appellatione, sed & diuinitatem habet. Rursum deus verè & essen-
tia, & sapientia, & virtute incircunscriptus est. Anima quoque per phantasiam & cogitationem in momen-
to temporis vbique discurrit, vbique est. Rursum mens hominis verbum intellectus gignit, sed non subsi-
stit. At verò in summa trinitate, & pater ac mens & verbum filius, hypostases atque personæ sunt. ISI-
DORVS. Homo imago dei, & ad imaginem dei dicitur, nam & regni, & principatus, & virtutis dei ima-
go dicitur, tum etiam quia immortalis animi immortalem deum refert. At si dixeris, hac ratione mulier quo-
que imago & gloria dei est, cum tamen Paulus aliter dicat, Virum scilicet imaginem & gloriam esse dei, mu-
lierem verò gloriam viri. Scire debes, eiusdem gloriæ fœminam consortem fuisse antequam peccasset, sed
post peccatum gloriam illam amisisse, & viro subiectam fuisse. Sed vide quid dictum sit, Faciamus homi-
nem ad imaginem & similitudinem nostram. Inferius verò dictum est, Et fecit hominem ad imaginem
suam, sine adiectione similitudinis. Quid ergo est? prius dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & si-
B militudinem, vt honore scilicet ac principatu opificium dei referat, voluntate verò atque liberæ mentis electio-
ne, ac virtutibus similis deo efficiatur. Sed quia voluntariè peccauit, & virtutem perdidit, ideo infra non
adiecit, & ad similitudinem. Vt declararet hominem ita ad imaginem dei conditum fuisse, vt si vellet, simi-
litudinem quoque dei consequi posset. Vnde & vnigenitus dei homo factus aiebat. Estote similes patri ve-
stro qui est in cœlis. Homo itaque per conditionem imaginem seruauit, sed per peccatum similitudinem a-
misit. Neque mihi dicas, si homo omnium dominationem accepit, quid causæ est, vt feras timeat? neque e-
nim ei subiectæ leguntur. At enim sciendum est, feras quoque ei subiectas fuisse antequam præceptum do-
mini transgrederetur. Nam & omnibus animantibus nomen imposuit. Et Noe quia imaginem dei in se pur-
gauerat, feras quoque in arcam conclusit. Et Danielem leones, & Paulum vipera minimè læserunt, sed re-
ueriti sunt. IVNILIVS. In quo autem sit homo factus ad imaginem & similitudinem dei, te-
statur Apostolus, cum nos solerter admonet, vt hanc quam in primo parente perdidimus, per gratiam eius- Ephe. 4.
C dem conditoris recuperemus in nobis. Renouamini (inquit) spiritu mentis vestræ, & induite nouum ho-
minem, qui secundum deum creatus est, in iustitia, sanctitate & veritate. Creatus est ergo Adam nouus
homo de terra secundum deum, vt esset iustus, sanctus, verus, subditus, & humiliter adhærens gratiæ sui
conditoris, qui æternaliter ac perfectè iustus, sanctus, verus existit. Qui quoniam pulcherrimam hanc no-
uitatem in se diuinæ imaginis, peccando corrupit, corruptámque ex se prosapiam generis humani procrea-
uit, venit secundus Adam, id est, dominus ipse conditor noster, natus ex virgine, creatus incorruptibili-
ter atque incommutabiliter ad imaginem dei, id est, immunis omnis delicti, & plenus omnis gratiæ & ve-
ritatis, vt imaginem suam in nobis ac similitudinem, exemplis suis restauraret & donis. Ipse est enim no-
uus homo, secundum deum veraciter creatus, quia nimirum ita de Adam veram carnis substantiam sum-
psit, vt nihil de illo vitij sordentis traheret. Cuius exempla pro captu nostro sequi, cuius adhærere donis,
D cuius obtemperare mandatis, hoc est, imaginem dei, quam in vetere homine perdidimus, recuperare in
nouo. Non ergo secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, ad imaginem dei creatus est ho-
mo. Quanquam & in ipso corpore quandam proprietatem habeat, quæ hoc indicet, quod erecta statura fa-
ctus est, vt hoc ipso admoneretur, non esse sibi terrena sectanda, velut pecora, quorum voluptas omnis
ex terra est, vnde in aluum cuncta prona atque prostrata sunt. Congruit ergo corpus animæ rationali,
non secundum lineamenta figuráque membrorum, sed potius secundum id quod in cœlum erectum est,
ad intuenda quæ in corpore ipsius mundi superna sunt, sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in
spiritualibus natura maximè excellunt, vt quæ sursum sunt sapiat, non quæ super terram. EVCHE-
RIVS. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Inter similitudinem & imagi-
nem hoc interest. Imago dei omnium, similitudo paucorum. Hæc nanque imago dei ab excellentia di-
uinæ similitudinis distat, quod imago dei anima peccatrix esse non desinit. Ad dei autem similitudi-
E nem, nisi anima sancta fuerit, non peruenit, quia illa anima creata est per naturam, hæc dabitur confor-
mari per gratiam. Quoniam si nihil est aliud imago dei, quàm mens naturaliter animæ humanæ colla-
ta, quid aliud erit similitudo, nisi feliciter beatitudo conferenda? Et ideo quidem est magnum, quod ho-
minis mens facta ad imaginem dei, data sit in natura, cuius priuilegio carent animalia cætera, sed illud
est multo præstantius, quod ei similitudo danda sit sui creatoris in gloria, vt ibi sit suo creatori simi-
lis, vbi erit angelis sanctis æqualis. RVPERTVS. Primùm illud quæsitu dignum est, quænam
distantia sit imaginis atque similitudinis, & deinde clarebit, quod non casu, sed pro rationis intuitu lite-
ra sic ordinata sit, vt non diceretur. Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram, sed ad
imaginem & similitudinem nostram. Imago & similitudo hoc differunt, quod imago, vnius imago est,
similitudo autem, nunquam minus quàm duorum similitudo est. Est autem imago dei, filius eiusdem dei pa- Coloss. 1.
F tris. Sicut de illo Apostolus, Qui est (inquit) imago dei inuisibilis. Imago (inquam) dei inuisibilis est filius,
æque inuisibilis. Multis tamen modis imago dicitur. Est enim imago hominis vel equi, pictura in pariete,
vel sculptura in ligno vel lapide, videtur in puteo imago solis & lunæ. Non sic imago dei dicitur filius. Sed Heb. 1.
ita vt sit (sicut in alio loco dicit Apostolus) figura substantiæ eius, quia videlicet sicut substantia quælibet ex
conspecta figura sua cognoscitur, sic deus pater per verbum suum quod est filius, cognoscitur. Dicitur
tamen & imago hominis proprietas substantiæ eius, quo sensu illud de primo homine dictum necessa-
riò intelligitur. Vixit autem Adam centum triginta annis, genuitque ad similitudinem & imaginem
suam, & vocauit nomen eius Seth. Est ergo filius imago patris. Sanctus autem spiritus similitudo pa-
tris & filij, communis enim bonitas siue charitas est patris & filij. Ergo non rectè dici putes potuisse, Fa-
ciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram, quia profectò filius, sicut non patris si-
mul & spiritus sancti, sed solius patris filius est, sic non patris & eiusdem spiritus sancti, sed solius patris
imago est. E contra rectissimè dictum est, ad imaginem & similitudinem nostram, quia videlicet spiritus-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctus sicut patris & filij communis bonitas vel dilectio,sic eorundem communis similitudo est.Quid ergo tan G
dem est,Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, nisi faciamus hominem,qui trinæ opera-
tionis nostræ in semetipso habeat euidentiam?Nam aspice hominem quempiam bene cõstitutum, verbi gratia,
qualis nunc est is ipse,qui scriplit hæc,imo quales erunt electi omnes,à quibus hæc eadem beata trinitas in gloria
sua videnda est.Vtique viuunt,quod commune illis est cum iumentis,& discernũt, quod commune illis est cum
hominibus reprobis, vel etiam malignis spiritibus,& sancti vel iusti sunt,quod proprium est filiorum dei . Ergo
quod ait,Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,hoc dicere est,faciamus hominem viuen
tem,rationalem,deo similem.Paulo antè de brutis animantibus loquens,Producat(inquit)terra animam viuen-
tem in genere suo.Eiusmodi animam duplici honore præcellit hominis conditio, dum dicitur, ad imaginem &
similitudinem nostram,Ad imaginem videlicet,vt sit rationalis,ad similitudinem nostram,vt rectus sit,sectan- H
do iustitiam dei.Horum altero,scilicet rationalitate carere non potest, alterum,id est diuinæ rectitudinis vel iu
stitiæ similitudinem,nisi per gratiam assequi non potest. Sed ea qua carere nõ potest homo, facultas rationalita-
tis, instrumentum est siue oculus quidam ad quærendam similitudinem dei.Est ergo inexcusabilis,cum ad simi-
litudinem dei non peruenerit, quia videlicet bono instrumento ad hoc propter quod sibi datum est, vti noluit.
Ecclés. 7 Verùm cum primum fecit deus hominem,non solum rationalem,sed & similitudinis suæ fecit honore pollentẽ.
Deus enim(inquit scriptura)fecit hominem rectum,ipse verò implicuit se multis quæstionibus. Nunc autem se-
ductus perdidit quidem honorem similitudinis dei , sed facultas rationis in eo remansit , per quam reuocantem
In an. super Gene. audire,& ad restaurationem sui ducem ac præceptorẽ valeat sequi. HVGO DE SANCTO VICTORE.
Ad imaginem dei factus est homo secũdum animam.Sicut enim imago dei cernitur in speculo, ita anima in sua
ratione deum cognoscere potest.Ad imaginem,quia non est ei vsquequaque similis.Filius est imago patris,non
ad imaginem,quia quicquid habet pater,totum habet & filius per naturam. Homo verò ita est imago dei , quod I
ad imaginem , quia non per naturam, sed participatione vel imitatione habet ea quæ dei sunt.Vel ad imaginem
dei quæ in deo est,sicut est omnium creaturarum in mente.Ad similitudinem,quod ipsi deo similis est homo, in
eo quod sicut ab vno deo omnia, ita ab vno homine omnes homines . Vel imago, quod is est rationalis,similis,
quod sicut deus hominibus , ita homo animalibus dominaretur. GLOSSA. Denique faciamus hominem
ad imaginem,& similitudinem nostram,ad eam scilicet formam,exemplar,spectrum vel effigiem,quæ prædesti-
nata est filio dei vniendam ac assumendam in Christo, ante omnium creaturarum formationem , qui primoge-
Roma. 1 nitus dicitur omnis creaturæ,in quo condita sunt omnia.Secundum eam speciem ab æterno præformatam, assu
mendam à verbo,hominem ipsum mundi nobilissimam creaturam,formemus,& producamus.Nec improban-
dus siquis dixerit,imaginem dei ad quam creauit hominem,illud naturæ humanæ ius esse,quo propensissimus sit
ad benefaciendum omnibus,veluti deus,quod animalia bruta non habent,nec homines impij & inhumani.Sed
qui iustitiam colunt,& dei patris ingenium referunt,clementia & beneficiis, innocentia vitæ, & gratia largitio- K
num,Christum dei filium exprimendo,hi verè imaginem dei referunt,eam,ad quam conditi sunt,in Adam sta-
tim quidem corruptam,per Christum verò purgatam & reformatam.Sequitur: *Et præsit piscibus maris, & volati-
libus cœli,& bestiis terræ,uniuersæque creaturæ,omnique reptili quod mouetur in terra.* CHRYSOSTOMVS. Ostẽdit
dictis istis,quod ab initio homo plenum & perfectum super bestias principatum habuerit.Quod autem nunc ter
rori nobis sint bestię,& timeamus,& dominio exciderimus,neque ipse cõtradico. Verùm hoc non arguit falsam
dei promissionem.Nam ab initio res non ita habebant,sed timebant & tremebant bestiæ, & suspiciebant domi-
num.Vbi autem per inobedientiam,libertatem & dignitatem nostram amisimus, etiam principatus noster mu-
tilatus est.Subiecta enim homini animalia omnia fuisse,accipe ex scriptura,quę dicit, Adduxit deus bestias,& o-
mnia bruta ad Adam,vt videret quid vocaret ea.Et cum videret iuxta se bestias,non resiliit,sed tanquam domi-
nus aliquis seruis subditis nomina imposuit.Et omne quod vocauit Adam(inquit)hoc est nomen illi.Quod vtiq; L
dominij signum. Et deus volens per hoc docere ipsum substantiæ suæ dignitatem,nominum impositionem illi
permisit. Operæprecium fuerit indicare,ab initio feras homini terribiles non fuisse.Est & aliud quiddam non mi
nus, sed & hoc argumento manifestius.Et quod nam hoc? Colloquium serpentis cum muliere. Nam si terribiles
fuissent hominibus bestiæ , mulier serpente conspecto non mansisset , neque consilium accepisset, neque in tanto
pauore illi loquuta fuisset,sed statim ad aspectum illius obstupefacta profugisset.Verùm colloquitur,nec metuit,
nondum enim erat timor ille.Cæterum vbi peccatum intrauit,ablata est hæc potestas & dignitas.Et quemadmo
dum inter seruos fieri solet,vt probatiores & honestiores conseruis terrori sint,alij autem socios & seruos timeãt,
sic & de homine factum est. Nam quandiu salua illius in deum fiducia, terribilis erat & bestiis,vbi autem impe-
git,timere cœpit & conseruorum extremos.Quod si quæ dicimus non fers,demonstra tu mihi,vbi terribiles fue-
rint homini bestiæ,sed non poteris. Quod autem postea subiit timor, etiam hoc diuinæ misericordiæ maximum
argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor & immo- M
bilis,haud facilè à lapsu destitisset.Quandoquidem cum obedientes & inobedientes pari dignitate fruuntur, ma
litiæ assuefiunt magis,quàm statim ab ea desistunt.Cum enim nunc sub tot terroribus,pœnis & suppliciis non e-
mendantur,quales fuissent,si nihil passi graue pro suis delictis?atque ita principatus nobis à deo ob magnam no-
stri curam ablatus.Tu autem charissime,& inde misericordiam dei ineffabilem considera, quomodo Adam totũ
mandatum subuerterit,& totam legem transgressus sit, misericors autem deus bonitate sua nostra vincens deli-
cta,non omnem honorem abstulerit,neque toto deiecerit principatu,sed ea duntaxat animalia à nostra potesta-
te alienauerit,quæ non multum ad huius vitæ vtilitatem nobis conducunt,quæ verò vitę nostrę multũ seruiunt,
& vtilia & necessaria,ea in seruitute & subiectione sua reliquerit.Dedit itaque nobis boum armenta, vt aratrum
trahamus,seramus,terram sulcemus. Dedit & subiugalium multa genera,vt nos adiuuent ad vtilia quæq; conue
Gene. 3. henda.Dedit ouiũ greges,vt haberemus quæ ad vestiendũ nos sufficerent.Dedit & alia animantiũ genera, vnde
multa nobis suppeditãtur cõmoda.Nã puniẽs hominẽ ob inobedientiã suã,dicebat,In sudore faciei tuæ vescaris
pane tuo.Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret,sudoris molestias , & laboris onus alleuiauit iumen-
torum

A torum multitudine,quæ vna nobiscum laborant,& molestias ferunt,idem faciens,quod benignus & prudens pa
terfamilias,qui flagellato seruo,etiam curam quandam congruam flagellis adhibet.Nam vt condemnauit pecca
torem deus,leniorem etiam condemnationem esse voluit,quia ad laborem & sudorem adiudicato,subsidiaria fe
cit multa brutorum genera . Atque ita quod honorem nobis dedit, & abstulit,& bestiarum nobis metũ immisit,
& omnia(siquis diligenter & cordatè inquirat)offendet plena sapientiæ,prouidentiæ, & misericordiæ . Quocirca
pro his omnibus gratias ei agamus, qui tanta in nos beneficia collocauit . Quod ergo hoc loco nobis obiiciunt
gentiles,feras nobis dominari,verum haud quaquam existit. Nam mox vt apparuerit homo, feræ fugam capiũt.
Quod si aliquando vel fame vrgente ab illis nos inuadentibus lædimur,hoc non ideo fit,quod illis in nos sit im-
perium,sed ob aliam causam. Nam & armamur,& desidiam excutimus, ne latrones nos impetant,non quod illi
nostri domini sint, sed quod tanta nobis salutis nostræ sit cura. HVGO DE SANCTO VICTORE. Vbi supra.
Dominari quidem debuit homo omnibus animantibus, sed per peccatum amisit dominium & in maximis & in
B minimis.Retinuit tamen dominatum in mediis ad consolationem.In maximis vt in leonibus,perdidit domini-
um,vt cognosceret se dignitatem propriam amisisse. In minimis amisit,vt in pulicibus & muscis,ad cognoscen
dam suam vilitatem. Vnde dominus exercitum muscarum misit ad vindictam contra Aegyptum, vt notaretur
eorum vilitas. GRAECVS. Cum autem dixisset de vno homine,intulit,Dominentur,& hoc quidem secun
dum alia exemplaria,quod nempe prognosticon fuit. CHRYSOSTOMVS. Occultum nanque sacramen
tum hic consequenter declarat.Qui dominentur? Vides quomodo nihil est in diuinis literis temere & absq; cau-
sa positum,etiam verbum quod fortuitum videri posset, magnum thesaurum in se latentem continet. Et ne mi-
reris quod dictum est.Mos enim hic est prophetarum omnium, de non factis,vt de factis loqui,quia mentalibus
oculis videbant, quæ post multorum annorum curricula erant futura, & idcirco quasi nunc ob oculos posita spe-
ctarent,ita narrabant.Et quo manifestè hoc scias,audi beatum Dauid dicentem,& ante hæc secula vaticinantem
de cruce Christi,& clamantem,Foderunt manus meas & pedes meos. Et iterum,Diuiserũt vestimenta mea si- Psalm. 21.
C bi.Vides quomodo post longum tempus futura,quasi iam facta prædixit? Sic & beatus ille Propheta, iam insinu-
ans nobis mulieris formationẽ,ænigmaticè & obscure dixit, Et dominentur piscibus maris. GENNADIVS.
Quod ergo ait secundum communem literam, Et præsit piscibus maris, & cætera,significat dominationem rerũ
homini vt diuinæ imagini,iure ac meritò à deo collatam fuisse. IVNILIVS. Quia nimirum in hoc maximè
factus est homo ad imaginem dei,in quo irrationabilibus animantibus antecellit, capax videlicet rationis condi
tus,per quam & creata quęq; in mundo rectè gubernare,& eius qui cuncta creauit posset agnitione perfrui.In quo
honore positus,si non intellexerit vt bene agat,eisdem animantibus insensatis,quibus prælatus est,comparabitur,
sicut & Psalmista testatur. INTERLINEARIS. Idem autem est dicere,& præsit piscibus maris,& cętera,
ac si diceret,dominus sit omnium inferiorum. RVPERTVS. Hęc autem diuinę dictionis pars laxius patet, Psalm. 48.
quàm illa quæ prædicta est , Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, omnem enim hominẽ
complectitur. Vnde enim piscibus maris,& volatilibus cœli,bestiis quoque & reptilibus terræ, homo præest nisi
D ex eo quod ipse rationalis est,illa autem irrationalia sunt? Hæc nempe differentia multum omnibus illis hominẽ
præponit,quia non quomodocunque illis præest,vt solummodo dignior sit,sed ita etiam,vt omnium illorum na
turas domare possit.Ergo ad hoc vt illis præsit homo, rationalem illum esse satis est.Verum illud nimis certũ est,
quod maxima pars hominum cùm ratione polleat,à similitudine dei vacui sint,& cum omnibus animãtibus (vt
iam dictum est)omnes vtpote ad imaginem dei facti, præsint,deo sunt rebelles & non subditi quàm plurimi, vn
de & longe sunt à similitudine dei.Itaque quod dictum est,Et præsint volatilibus cœli,& cætera, latius excellit di
ctionem illam,faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,quia videlicet iumentis omnes ho-
mines præsunt,ad imaginem autem simul & similitudinem dei, soli electi facti,imo & perfecti sunt. Præsint igi- Psalm. 48.
tur natura homines iumentis,ipsis autem hominibus,gratia præsint homines dei.Imo quia cum in honore essent
non intellexerunt,comparentur pro vitio suo homines iumentis. Qui autem dignitate naturæ suæ deum glorifi
cauerunt,aut gratias egerunt,similes deo sint,filij dei nominentur & sint,vt Ioannes apostolus ait. CAIETA-
E NVS. Et præsit piscibus maris,&c. Nullum vt vides exemptum animal determinatur, quin possit subiugari ab
homine,sicut & nulla pars terræ ab eius subiectione eximitur.Nec prætereas,hinc haberi consentaneum esse sacrę
scripturæ,vt omnes terræ quartæ habitentur ab homine, dicendo enim toti seu omni terræ, nullam terræ quartã
excipit à subactione humana,immo omnes subiiciendas esse homini decernitur, quemadmodum omne animal.
GLOSSA. Scire debes quod in Hebræo hic habetur וְיִרְדּוּ בִּרְגַּת הַיָּם viirdu bidgath haiam,hoc est,Et pręsint in
pisces maris.Est enim יִרְדּוּ irdu, futurum,& tertia persona pluralis numeri à verbo רָדָה rada, quod dominari seu
præesse significat, pro tertia plurali præsentis imperatiui positum. Quodque dicitur in pisces,dicitur pariter & in
volatilia,& in omnia sequentia.Sicut habet & Chaldaica,videlicet,Et dominetur in pisces maris,& in volatilia
cœlorum , & in iumenta, & in omnem terram,& in omne reptile quod reptat super terram. Septuaginta nostræ
æditioni consonant,præter quod & ipsi habent,καὶ ἀρχέτωσαν,hoc est.Et præsint,non solum Adam,sed & quicũq;
F ab eo procederent,& vbi nos dicimus vniuersæq; terræ,legunt ipsi,καὶ πάντων τῆς γῆς, id est,Et omnibus terræ,vt
sit sensus,quòd non omni terræ,sed omnibus quæ sunt in terra dominetur homo.Nec refert quod in Hebræo om
nia hæc nomina piscibus exceptis,singularis sint numeri,nã pro plurali sũt posita.Vides ergo quomodo beneficiis
suis deus hominẽ veluti obruerit antequã cõderet,omnibus iã antè creatis quib⁹ esset opus habiturus, ad gaudiũ,
oblectationẽ ac vsum,quo prouocaretur ad deũ tã beneficiũ sibi patrẽ ardẽtius amandũ,& religiosius reuerẽdum,
Et colendũ dignius.Ecce quomodo benigne cõcedit ei vt regere possit,dominari &subiugare sibi animalia cũcta,
& moderari cõmodè, nullis præeuntibus ad deum conditorem meritis,quod ea in ipsius vsum & vtilitatem con
diderit & donarit.
EVCHERIVS. Sexta die mysticè produxit terra animam viuam, quando caro nostra abstinens ab operi- Mysticè.
bus mortuis,viua virtutum germina parturit, secundum genus scilicet suum, id est vitam imitando sanctorum,
sicut Apostolus ait, Imitatores mei estote. Secundum quippe genus nostrum viuimus, quando in corpore bono

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctos viros quasi proximos imitamur. Deinde produxit terra bestias, homines in potentia rerum siue ferocita-
se superbiæ, similiter & pecora, fideles in simplicitate vitæ viuentes, serpentes quoque innoxios, sanctos videlicet
viros, astutiæ viuacitate bonum à malo discernentes, & inquantum fas est reptando, scrutantes terrena, per quæ
intelligant sempiterna, non illos venenosos, qui se in huius mundi cupiditatibus terrenis collocant. ISIDO-
RVS. Qui autem non quemlibet sanctorum imitando, sed ipsam veritatem intuendo, operatur iustitiam, vt
ipsam veritatem intelligat & sequatur, hic accipit potestatem super omnia, quia spiritualis quisque effectus & deo
similis, omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur.

9 *ET creauit deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã, Ad imaginẽ dei creauit illum, masculũ & fœmi-*
nã creauit eos. Benedixitq; illis deus, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & subiicite
eã, & dominamini piscibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuersis aãntibus quæ mouẽtur super terrã.

9 BASILIVS. *Et creauit* seu fecit *deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Non dixit, Et creauerunt,
seu fecerunt. Euitauit hoc loco multitudinem sapienter, per superiora nanque Iudæum erudiebat, per hæc verò
gentilium excludens errorem, securè admodum ad vnitatem recurrit, vt & filium simul cum patre intelligas, &
Cap. 22. multitudinem deorum effugias, euitésque periculum. AVGVSTINVS DECIMO QVAR-
TO DE CIVITATE DEI. Certum est autem masculũ & fœminã ita primitus institutos, vt nunc
homines duos diuersi sexus videmus & nouimus. Vnum autem dici, vel propter coniunctionem, vel propter
Ser. 24. originem fœminæ, quæ de masculi latere creata est. Nam & Apostolus per hoc primum quod deo instituente
præcessit exemplum, singulos quosque admonet, vt viri vxores suas diligant. Et creauit (inquam) deus homi-
nem ad imaginem & similitudinem suam. BERNARDVS SVPER CANTICA. Spiritus est qui
loquitur, spiritualibus spiritualia comparans. Ergo secundum animum, non secundum terrenam & feculen-
tam materiam, deus hominem rectum fecit, cum eum ad imaginem & similitudinem suam creauit. Ipse enim
quemadmodum psallis, rectus dominus deus noster, & nõ est iniquitas in eo. Rectus itaque deus, rectum fecit ho-
minem similem sibi, id est sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porrò iniquitas cordis est, non carnis vi-
tium, vt per hoc noueris in spirituali portione tui, & non in crassa luteaq; substantia dei similitudinẽ conseruan-
dam fore, siue reparandam. Spiritus enim est deus, & eos qui volunt similes ei, vel perseuerare vel fieri, oportet
intrare ad cor, atque in spiritu id negocij actitare, vbi reuelata facie speculantes gloriam dei, in eandem imaginẽ
transformentur de claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Quanquam & corporis staturam dedit ho-
mini deus rectam, forsitan vt ista corporea exterioris viliorisq; rectitudo figmenti, hominem interiorem illum
qui ad imaginem dei factus est, spiritualis suæ seruandæ rectitudinis admoneret, & decor limi deformitatem ar-
gueret animi. Quid enim indecentius, quàm curuum recto corpore gerere animum? Peruersa res est & foeda, lu-
teum vas quod est corpus de terra, oculos habere sursum, cœlos libere suspicere, cœlorumq; luminaribus oblecta-
re aspectus, spiritualem verò cœlestemq; creaturam, suos è contrario oculos, id est internos sensus atque affectus,
trahere in terram deorsum, & quæ debuit nutriri in croceis, hærere luto, tanquam vnam de suibus, amplexariq;
Cap. 1. stercora. Erubescе anima mea diuinam in pecorinam commutasse similitudinem. Erubesce volutari in cœno, quę
de cœlo es. IDEM IN MEDITATIONIBVS. Ad imaginem & similitudinem dei facti sumus. Ad
imaginem quippe, hoc est, ad intellectum & notitiam filij, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & ac-
cessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & dei filium, quod ipse imago dei est, & nos ad imaginem
eius facti sumus, quam cognationem etiam ipsa similitudo testatur, quoniam non solùm ad imaginem, sed ad si-
militudinem eius facti sumus. Oportet nanque id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in va-
cuum nomen imaginis participare. Repręsentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu ve- L
ritatis, & in amore charitatis. Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, & vbique præsentem vene-
remur. In mente etiam mea quandam imaginem illius summæ trinitatis inuenio, ad quam summam trinitatem
recolendam, inspiciendam & diligendam, vt eius recorder, ea delecter, & eam complectar & contempler, totum
id quod viuo, debeo referre. Mens imago dei est, in qua sunt hæc tria, id est memoria, intelligentia, & voluntas.
Memoriæ attribuimus omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus. Intelligentiæ attribuimus omne quod
verum cogitando inuenimus, quod etiam memoriæ commendamus. Per memoriam patri similes sumus, per in-
telligentiam filio, per voluntatem spiritui sancto. Nihil in nobis tam simile spiritui sancto, quàm voluntas vel a-
Roma. 5. mor, siue dilectio, quæ excellentior voluntas est. Dilectio nanque donum domini dei est, ita quod nullum hoc
dono dei est excellentius. Dilectio nanque quæ ex deo est, & deus est, proprie spiritus sanctus dicitur per quem
charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per quem tota trinitas in nobis habitat. IDEM DE VITA SO-
LITARIA. Est autem dei similitudo quædam quam nemo viuens nisi cum vita exuit, qua omni homini in M
testimonium amissæ melioris & dignioris similitudinis, creator omnium hominum reliquit, quam habet & vo-
lens & nolens, & quæ eam cogitare potest, & qui tam hebes est, vt eam cogitare non possit, scilicet quod sicut v-
bique deus est, & vbique totus est in creatura sua, sic & in corpore suo omnis viuens anima. Et sicut semper sibi
indissimilis deus indesinenter indissimilia in creatura operatur, sic anima hominis, quanuis totum corpus viui-
ficans indissimili vita, in sensibus tamen corporis, & in cogitationibus cordis, indissimiliter operatur assiduè dissi-
milia. Hæc similitudo dei in homine quantum ad meritum eius, nullius apud deum est momenti, cum naturæ, nõ
voluntatis eius sit, vel laboris. Sed est alia magis deo propinqua similitudo, inquantum voluntaria, quæ in virtu-
tibus consistit, in qua animus virtutis magnitudine, summi boni quasi imitari gestit magnitudinẽ, & perseueran-
tiæ in bono cõstãtia, æternitatis eius incõmutabilitatẽ. Super hãc aũt alia est adhuc similitudo dei. Hęc est intantũ
proprie propria, vt nõ iã similitudo, sed vnitas spiritus nominetur, cũ sit homo cũ deo vn° spũs, nõ tã vnitate vo-
lendi idẽ, sed expressiore quadã vnitate virtutis, aliud velle nõ valẽdi. Dicitur aũt hæc vnitas spiritus, non tãtùm
quia

A quia efficit eam, vel afficit ei spiritũ hominis spiritus sanctus, sed quia ipsa ipse est spiritus sanctus, deus charitas,
cum per eum qui est amor patris & filij, & vnitas, & suauitas, & bonum, & osculum, & amplexus, & quicquid
commune potest esse amborum, in summa illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis, hoc idem homini suo mo-
do fit ad deum, quod cum substantiali vnitate filio est ad patrem, vel patri ad filium, cum in amplexu & osculo
patris & filij, mediam quodammodo se inuenit beata conscientia, cum modo ineffabili incogitabiliq; fieri mere-
tur homo dei, non deus, sed tamen quod deus est ex natura, homo ex gratia. Vnde in catalogo spiritualium exer-
citiorum Apostolus prudenter interseruit spiritum sanctum dicens, In castitate, in scientia, in longanimitate, in 2. Cor. 6.
suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Vide enim quomodo tan-
quam omnia facientem, ordinantem, & viuificantem, in medio bonarum virtutum, sicut cor in medio corpo-
ris, constituit spiritum sanctum. Ipse est enim omnipotens artifex, creans hominis ad deum bonam voluntatem, dei ad hominem faciens propitiationem, formans affectionem, dans virtutem, iuuans operationem, agens
B omnia fortiter, & disponens omnia suauiter. Ipse viuificat spiritum hominis, & continet in vnum, sicut & ille vi
uificat, & in vnum continet corpus suum. Homines doceant deum quærere, angeli adorare, solus ipse est qui do
cet inuenire, habere & frui. Ipse enim est & solicitudo bene quærentis, & pietas in spiritu & veritate adorantis,
& sapientia inuenientis, & amor habentis, & gaudium fruentis. Quicquid tamen de visione & cognitione dei
hic fidelibus impartitur, speculum est & ænigma, tantum distans à futura visione & cognitione, quantum à ve-
ritate distat fides, vel tempus ab æternitate. IDEM DE INTERIORI DONO. O anima mea si vis Cap. 67.
amari à deo, reforma in te imaginem suam, & amabit te, repara in te similitudinem suam, & desiderabit te. Con-
filio nanque sanctæ trinitatis ad imaginem suam creauit te creator tuus, quod nulli alteri ex creaturis donauit,
vt tanto eum ardentius diligeres, quanto mirabilius ab eo te conditam intelligeres. Considera ergo nobilitatem
tuam, quoniam sicut deus vbique est totus, omnia viuificans, omnia mouens, & gubernans, ita tu in corpore tuo
C vbique tota es, illud viuificans, mouens, & gubernans. Et sicut deus est, viuit, & sapit, ita tu secundum modum
tuum, es, viuis, & sapis. Et sicut in deo tres sunt personæ, pater, filius, & spiritus sanctus, sic & tu habes tres vires,
scilicet intellectum, memoriam, & voluntatẽ. Et sicut ex patre generatur filius, & ex vtroque procedit spiritus san-
ctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut deus est pater, deus est fi
lius, deus est spiritus sanctus, non tamen tres dij, sed vnus deus & tres personæ, ita anima est intellectus, anima vo
luntas, anima memoria, non tamen tres animæ, sed vna anima, & tres vires. Ex quibus animæ viribus quasi excel-
lentioribus, iubemur deum diligere, vt diligamus eum toto corde, tota anima, tota mente, id est toto intellectu,
tota voluntate, & tota memoria, hoc est, toto affectu, sine defectu, cum discretionis intuitu. RVPERTVS.
Verùm iuxta ferè omnia exemplaria vacat verbum, & similitudinem. Quidnam ergo est hoc, quod scriptor iste
cum retulisset deum dixisse, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, subsecutus, vnum ex
his duobus omisit, dicendo, Et creauit deus hominem ad imaginem suam? Nunquid casu vel obliuione tam ma-
D gna parte conditionem hominis in suo sermone diminuit, quàm in dei dictione tam nobiliter vtraque parte
extulit? Non vtique, sed scienter, quid deus intẽdisset, in verbis eius expressit, & quid accidisset, ipse in suo sermo-
ne prudenter obseruauit. Cũ enim diceret deus, faciamus hominem, ipse vtique illũ ad imaginem & similitudinẽ
suam facere intenderat, cum autem hoc iste scriberet, homo per peccatum, dei similitudinem amiserat. Et qui-
dem nouerat iste, quod illud dei propositum nullus auertere posset, & in hac fide vel scientia, dum respiceret in
eum dominus, facies eius splenduerat, veruntamen certa nondum persona consurrexerat, in qua absque vlla con Exodi. 34.
tradictione, recuperata monstraretur illa diuinæ similitudinis gloria, quæ in illa primi hominis persona deperie-
rat. Erant sancti, erant homines iusti, quorum ex præcipuis erat hic ipse Moyses, sed non nisi ex fide & spe venturi
hominis, qui sic ad imaginem dei & similitudinem fieret nascendo de virgine, vt in filios Adæ perditam dei simi
litudinem refunderet, vt sibi consimiles suosque filios efficeret, abolita vetere, reddita noua origine. Prouide er-
E go cum scripsisset dixisse deum, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hoc solummodo
subscripsit, Creauit deus hominem ad imaginem suam, vt subaudias recreaturus aliquãdo ad similitudinem suã,
nam illum quodãmodo nondũ fecerat ad imaginem & similitudinẽ, sed tantũ ad imaginẽ suam, qui euanuerat,
& perdiderat illius similitudinis gloriam. CAIETANVS. Et creauit deus hominẽ ad imaginem suã & simi
litudinẽ. Iuxta Hebræum abũdat & similitudinem. Executio decretæ ab æterno efficientiæ describitur in numero
singulari, non enim dicitur & creauerunt elohim, sed & creauit. GLOSSA. Hebraica litera huiusmodi est,
וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם בְּצַלְמוֹ vaibra elohim eth haadam bezalmo, hoc est, Et creauit deus hominem ad imagi-
nem suã. Sic & Chaldaica, sic & Septuaginta habentes, καὶ ἐποίησεν, & creauit, siue fecit, vtrunq; enim verbũ ϖοιέω
significat. Alij verò legunt, Et creauit deus hominem in imagine suã. Varia est autem hominis etymologia, tam
apud Græcos, quã Hebrços ac Latinos. Primi enim vocũ inuentores non eandem rẽ spectabant. Itaq; is, qui apud
Græcos finxit nomina, siue deus, siue quiuis alius, non idem animaduertit, quod & is qui Hebræis appellationes
F notauit. Grecè enim, si Platoni in Cratylo credimus, homo ἄνθρωπος vocatur, quasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, id est contẽ-
plans quæ vidit. Nam cætera quidem animalia quæ vident non considerant, neque animaduertunt, neque con-
templantur, homo autem & videt simul & contemplatur, animaduertitq; quod videt. Alij verò dictum putant
eo quod os sublime teneat, sursumq; aspiciat, ab ἄνω sursum, & ἀθρῶ aspicio, siue quasi ἄνω ὤπωμι, id est sursum ver-
gens, quod idem est. Si autem homo Latinè ab humo dicitur, cõuenit cũ etymologia Hebraica, ab Adama enim,
id est humo, Adam dictus est, quanquam Iosephus ab edom, hoc est rubro, id nomen duci putet, fictum enim esse
hominem in agro Damasceno, eámque terram, è qua compactus fuerit, rubram extitisse. Quod tametsi non im-
probamus, sacræ tamen literæ docent, ab Adama dictum esse Adam. Verissima igitur hominis, ac maximè ad ho
minis, proprietatem accedens etymologia erat, vt à terra vocaretur. Deus enim more figulorum his literis docen
tibus, hominem luteum prius finxit, omni sensu, omni motu carentem, cui cum inspirasset, repente animatus
est. Igitur si id potissimum ac maximè memorabile, dum efficeretur homo, contigit, vt prius fuerit ter-
reus, honestissima fuit eius appellatio, vt Adam quasi terreus vocaretur. Vt ergo humanum corpus è terra

 ductum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ductum factúmque est,ita nomen hominis,à terræ nomine duci par erat.Adam igitur non tantum est nomen il G
lius primi hominis proprium, sed etiam totius speciei humanæ. Ideo vtrunque sexum complectitur, dicitur e-
nim inferius capitulo quinto,In die qua creauit deus hominem,ad imaginem dei fecit illum, masculum & fœ-
minam creauit eos. Hebræi quoque pro eo quod nos dicimus homo animal rationale,ipsi. Adam chai medaber
dicunt. Quapropter obseruanda est phrasis Hebraica,qua & Græcos inuenimus aliquando vti.Sicut enim Græci
frequenter dicunt, ἰατρῶν παῖδες, ἰνδῶν παῖδες,id est medicorum filij,Indorum filij, ipsos medicos, ipsosque In-
dos intelligentes,non eorum filios,sic & Hebraicè homines appellantur bene Adam,hoc est,filij hominis, vide-
licet genus humanum. In Euangelio ergo, cum deus appellat se filium hominis, idem est ac si vocaret se homi- H
nem,neque aliud ibi suspicandum est,est enim locutio Hebraica,neque enim se filium hominis vocabat,quod ex
Maria natus esset,quanquam illud esset verissimum,sed quod figuram ac naturam gestaret humanam, & quod
verè esset homo.Filius itaque hominis,id est homo. Vt enim elegantissime quis apud Hebræos loqueretur, si o-
mnes homines filios Adam diceret, ita in singulari quoque homine venustè id fieret. Hanc phrasim & ad loca
Hebræi accommodant,appellant enim filios orientis eos,qui ad ortum habitant.Filium pacis,filium timoris, fi-
lium mendacij. *Ad imaginem dei creauit illum.* HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Non suf
ficit solam verborum attulisse rationem,nisi dictorum intelligentiam etiam rerum operatio consequatur. Scri-
ptum enim ita est, Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum. Quæro si solitario atque ipsi ad se eun-
dem fuit sermo,quid hic sentiendum existimes? Video enim nunc tripertitam significationem & facientis & fa
cti & exempli. Qui factus est,homo,deus. Deus autem fecit,& quem fecit ad imaginem dei fecit. Si de solitario
genesis esset locuta,dixisset vtique:Et fecit ad imaginem suam. Sed sacramentum euangelicum annuncians,non
duos deos, sed deum,& deum locuta est, cum hominem per deum effectum ad imaginem dei dicit. Atque ita
deus,ad communem sibi cum deo imaginem atque eandem similitudinem hominem reperitur operari, vt nec
solitudinis intelligentiam significatio efficientis admittat,nec diuinitatis diuersitatem,ad eandem imaginem ac I
similitudinem constituta patiatur operatio. BASILIVS. Iterum socij creationis personam adduxit. In his
vltimis verbis,non ad imaginem suam dixit, sed ad imaginem dei creauit ipsum. Si vna ergo est imago, vnde
tibi in mentem venit intolerabilis hæc impietas,dissimilem asserere filium patri? O ingratitudinem, similitudi-
nem eam non tribuis vicissim ei, qui tantum in te beneficium contulit, & tibi quidem ea, quæ gratia concessa
sunt,firma stabiliáque manere censes, filio verò similitudinem quam ad genitorem obtinet suum natura, non
permittis,vt habeat,non concedis? AVGVSTINVS TERTIO DE GENESI AD LITERAM.
Ad imaginem dei creauit illum, non quasi pater ad imaginem filij, aut filius ad imaginem patris,alioquin non
verè dictum est,ad imaginem nostram, si ad patris solius,aut filij solius imaginem factus est homo. Sed ita di-
ctum,fecit deus ad imaginem dei,tanquam diceretur,fecit deus ad imaginem suam,id quod & paulo antè præ-
miserat. Cum autem nunc dicitur,ad imaginem dei, cum superius dictum sit ad imaginem nostram, significa- K
tur,quod non id agat illa pluralitas personarum,vt plures deos vel dicamus,vel credamus,vel intelligamus, sed
patrem & filium & spiritum sanctum,propter quam Trinitatem dictum est ad imaginem nostram, vnum acci-
piamus deum,propter quod dictum est,ad imaginem dei. IVNILIVS. Quod ergo prius dixerat, ad ima-
ginem suam,confirmationis gratia geminauit,addendo,ad imaginem dei creauit illum,vt diligentius inculca-
ret nobis,quales à deo facti sumus,& spem recipiendæ dei imaginis,arctius mentibus nostris infigeret, ne qui in
imagine dei ambulamus,vanè conturbemur,thesaurizantes in incerto diuitiarum,sed expectemus potius deum,
sitientes,quando veniamus,& compareamus ante faciem dei.Quia cum apparuerit, similes ei erimus. RV-
PERTVS. Vel quia homo non vnius tantum,sed vtriúsque sexus nomen est, & vtérque sexus ad imaginem
dei creatus est,quia vtérque rationalis & æternus est, rectè propter sexus duos, duplicem posuit enunciationem
1. Cor. 2. creationis secundum imaginem dei. Proinde vir quidem (vt cautissimè ait Apostolus) non debet velare caput,
quoniam imago & gloria est dei,subsecutus adiunxit idem,Mulier autem est gloria viri.Non dixit, mulier ima- L
go & gloria viri est,sed mulier (inquit) gloria viri est.Et causam reddens, Non enim inquit, vir ex muliere est,
sed mulier ex viro. Etenim mulier æquè vt vir, imago dei est, verùm pro conditionis causa vel materia, mu-
lier quædam viri gloria est. Igitur dum secundo repetiit, ad imaginem dei creauit illum, innuit quod tam
masculum quàm fœminam, vel quod non magis masculum quàm fœminam, fecit deus ad imaginem suam,
quia videlicet ibi (sicut ait idem Apostolus) ibi inquam, vbi factus est homo ad imaginem dei, non est mas-
culus neque fœmina, vt verbi gratia, piscibus maris & volatilibus cœli, cunctisque animantibus terræ, ma-
gis præsit masculus quàm fœmina. CAIETANVS. Repetit autem Moyses, quod ad imaginem dei
creauit eum, tum ad tollendum sensum eorum qui intellexissent quod ad imaginem angelorum creatus fuis-
set homo, tum ad arctius imprimendum hominibus tanti magnitudinem beneficij, quod ad imaginem dei
Vbi supra. creatus est homo. *Masculum & fœminam creauit eos.* AVGVSTINVS. Et fœmina enim (vt prædictum est)
ad imaginem dei creata est, secundum id quod & ipsa habet mentem rationalem. Sed addendum de illa (ad M
imaginem dei) non censuit scriptura, quod propter vnitatem coniunctionis & in illa intelligendum reliquit,
imo in omni quod de his ortum est, genere humano intelligendum esse significauit. Omnis enim homo &
Psal. 4. nunc, in quantum ratione vtitur, imaginem dei in se habet. Et hoc est lumen, de quo Psalmista gloriatur, di-
cens,Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Sed & vt ne quisquam putaret solum spiritum hominis
factum, quanuis secundum solum spiritum fieret ad imaginem dei,corpus autem hominis postea, cum ait scri-
ptura,Et finxit deus hominem de limo terræ,vt quod dixit,fecit,ad interiorem hominem pertineat,quod autem
finxit,ad corpus,dixit, Masculum & fœminam creauit eos, masculus enim & fœmina non nisi secundum cor-
pus fieri potuerunt. IVNILIVS. Masculum autem vnum, & fœminam creauit deus vnam impri-
mis, non vt animantia cætera, quæ in singulis generibus non singula sed plura creauit, vt per hæc humanum
genus arctiore ad inuicem copula charitatis perstringeret, quod se ex vno totum parente ortum esse meminis-
set. AVGVSTINVS. Rursúsque ne in homine vno vterque sexus deputaretur, sicut & quos Androgy
nos vo-

A nos vocant,pluraliter subiecit, Creauit eos. IVNILIVS. Et quidem aptè hoc in loco masculus & fœmina
creati esse commemorantur, tametsi modus eiusdem creationis necdum referatur, vt videlicet habeat locum
congruum sermo diuinæ benedictionis. Plenius autem in sequentibus, vnde, & quomodo protoplastos fecerit
deus,exprimitur. Sed & nunc breuitatis causa creati referuntur, vt sexti diei operatio,ac septimi dedicatio, cum
cæteris explicetur,ac sic ex tempore liberius & hoc & alia prætermissa, quæ erant relatu digna, dicantur. CA-
IETANVS. Quod ait, Masculum & fœminam creauit eos,dominus Iesus in euangelio dignatus est aperire,
scriptum esse ad significandum institutionem coniugij in specie humana à deo in principio creationis. Nusquam
enim in productionibus reliquorum animalium mentio facta est maris & fœminę, sed reseruata est distinctio
sexus explicanda in specie humana,quia in sola specie humana, instituit deus commixtionem maris & fœminæ
per modum coniugij. In hoc enim præstat homo cæteris animantibus,quod in reliquis animalibus mas & fœmi-
na iunguntur ad generandum ex appetitu sensitiuo,in specie autem humana mas & fœmina coire debent ex ap-
B petitu rationali. Propter hoc enim scriptura apposuit creationem maris & fœminæ immediatè creationi homi-
nis ad imaginem dei, vt intelligeremus vsum maris & fœminæ in specie humana debere esse,secundum id quod
sumus ad imaginem dei, hoc est, secundum rectæ rationis ordinem (quod est esse per modum coniugij) & non
secundum appetitum sensitiuum,vt reliqua animalia coëunt. Aduerte prudens lector mulierem creatā esse sexto
die,hoc enim clare textus dicit. In quo & modum loquendi non prætereas. Nam cum de creatione ad imaginem
dei sermo habetur,singulari numero dicitur hominem,& repetendo dicitur pronomen eum, quum verò diuer-
sitas sexus creatur,plurali numero dicitur eos,ea prculdubio ratione,quia imago dei communis est cuique homi
ni,sexus autem discernit inter eos. GLOSSA. Masculum & fœminam creauit eos. Non quod in vtroque
sexu ipsum Adam primùm creauerit & formauerit, vt stolidi Iudæi fabulantur, sed quia sexu vtroque huma-
num genus discreuit,& consistere voluit duplici persona. ORIGENES. Vel aliter. Dignum videtur hoc
C in loco requirere secundum literam, quomodo nondum facta muliere dicit scriptura, Masculum & fœminam
fecit eos. Fortassis (vt ego arbitror) propter benedictionem,qua benedixit eis,dicens,Crescite & multiplicamini,
& cætera, præueniens quod futurum erat, dicit, Masculum & fœminam creauit eos, quoniam crescere quidem
& multiplicare aliter non poterat homo,nisi cum fœmina. Vt ergo benedictio eius sine dubio futura esse crede-
retur,ait,Masculum & fœminam fecit eos. Hoc nanque modo homo videns crescendi & multiplicandi conse-
quentiam esse ex eo,quod ei fœmina iungebatur,certiorem spem gerere poterat in benedictione diuina. Si enim
dixisset scriptura,Crescite & multiplicamini,& replete terram,& dominamini in ea,non adiiciens hoc,quia ma-
sculum & fœminam fecit eos, vtique benedictioni diuinæ incredulus extitisset, sicut & Maria ad eam benedi-
ctionem qua benedicebatur ab angelo,ait, Quomodo sciam hoc,quoniam virum non cognosco? Aut fortassis
quia omnia quæ à deo facta sunt, coniuncta & compaginata dicuntur, vt cœlum & terra,vt sol & luna. Ita ergo
vt ostenderetur quoniam & homo dei opus est,& non sine harmonia,vel competenti coniunctione prolatus est,
D idcirco præueniens ait,Masculum & fœminam fecit eos. CHRYSOSTOMVS. Id ergo quod supra insi-
nuauerat,dicens, Et dominentur,hic manifestius dicit,idipsum tamen reconditiori modo nos docens. Nōdum
enim de formatione docuerat,neque dixerat, vnde mulier producta. Masculum (inquit) & fœminam fecit eos.
Vidisti quomodo,quod nondum factum,quasi iam factum narrauit? Tantùm valent oculi spirituales. Neq; idem
præstare possunt corporales illi oculi, qui visibilia cernunt, quantū oculi spiritus,qui ea quæ non videntur neque
subsistunt, videre possunt. EVCHERIVS Masculum & fœminam fecit eos. Necdum enim Eua facta de-
scribitur,quomodo hic masculus & fœmina perhibetur? Sed quia de eodem latere erat fœmina processura,in illo
iam computatur per substantiam,à quo erat producenda per formam. Ergo secundum originem, Adam & Eua
simul facti sunt,secundum speciem verò formæ, postea fœmina de latere viri formata est. GLOSSA. Verū
quia vtrique sexui benedictio debebatur, vt vir non sperneret fœminam,quæ tam ad esse,quàm ad propagare il-
li necessaria foret, vt sociale se sciret esse animal ipse homo, mutuisq; certare beneficiis cogerentur, adiungit.
E *Benedixitque illis deus,& ait,Crescite & multiplicamini,& replete terram,& subiicite eam,& dominamini piscibus maris,& uola-* Cap 21,22.
tilibus cœli,& uniuersis animantibus quæ mouentur super terram. AVGVSTINVS DECIMO QVARTO DE
CIVITATE DEI. Quidam non secundum carnalem fœcunditatem volunt intelligi,Crescite & multipli-
camini,quia & secundum animam legitur tale aliquid dictum, Multiplicabis in anima mea virtutē, vt id quod
sequitur,Et implete terram, & dominamini eius, terram intelligant carnem, quàm præsentia sua implet anima
eius,quæ maximè dominatur,cum in virtute multiplicatur. Carnales autem fœtus sine libidine quæ post pecca-
tum exorta,inspecta,confusa,velata est,nec tunc nasci potuisse,sicut neque nunc possunt,nec in paradiso futuros
fuisse,sed foris,sicut & factum est. Nam posteaquam inde dimissi sunt,ad gignendos filios coïerunt,eosq; genue-
runt. Nos autem nullo modo dubitamus,secundum benedictionem dei,crescere & multiplicari, & implere ter-
ram,donum esse nuptiarum,quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit,creando masculum & fœmi-
F nam,qui sexus euidens vtique in carne est. Huic quippe operi,dei etiam benedictio subiuncta est, nam cum scri-
ptura dixisset,Masculum & fœminam creauit eos,continuò subdidit,Crescite & multiplicamini, & cætera. Nec
dubitamus secundum benedictionem dei corporaliter potuisse illos in paradiso multiplicari,& si non peccassent,
coïturos sine vlla libidinis perturbatione, vt membra sola voluntas, non libido moueret. Illud tamen creden-
dum,quod tanta multitudo nasci potuit hominum,quoadùsque prædestinatorum sanctorum numerus comple-
retur,quanti & nunc per dei gratiam colliguntur. Ea nanque benedictio nuptiarum, quanuis & in delinquenti-
bus manserit,tamen antequam delinquerent,data est,vt cognosceretur, procreationem filiorum ad gloriā con-
nubij,non ad pœnam pertinere peccati. IVNILIVS. Hæc autem hominum multiplicatio, & repletio ter-
ræ,non nisi per coniunctionem erat maris & fœminæ perficienda. Si autem benedictione dei crescit & multipli-
catur genus humanum,& quanta sunt maledictione digni, qui prohibent nubere, & dispositionem cœlestis de-
creti, quasi à diabolo compertam condemnant? Non ergo damnandæ sunt nuptiæ, quas ad propagationem ge-
neris humani,terrámque replendam supernæ gratia benedictionis instituit. Sed magis honoranda, maiorèque est
digna

Universidad de Deusto
Biblioteca

digna benedictione virginitas, quæ postquam impleta est terra hominibus, casta mente simul & corpore, agnum G
quocúnque ierit, id est dominum Iesum in cœlestibus sequi, & cãticum nouu m, quod nemo alius potest, ei can-
tare desiderat. Deus nanque ac dominus noster, qui in primordio mundi nascentis fœminam ex viri latere for-
mauit, vt mutua illorum coniunctione terram esse implendam doceret, ipse in fine seculi assumpsit virum de car
ne Virginis, omnis contagionis expertem, & tota diuinitatis plenitudine perfectum, vt virginitatis se gloriam
potius quàm nuptias diligere probaret. INTERLINEARIS. Crescite ergo & multiplicamini ait, id est fœ
cunditatem sexus accipite, & replete terram hominibus, nuptiæ enim terram replent, virginitas cœlum, & subii-
cite eam, necessariis videlicet vsibus vestris. RVPERTVS. Vel crescite & multiplicamini. Crescite videli-
Matt.10. cet virtutum dignitate, & multiplicamini numerosa quantitate. Crescite (inquam) & multiplicamini, subaudi-
tur vsque ad cœli regnum, certúmque numerum, qui vtique solius eius scientiam non latet, cui capilli quoque ca
pitis nostri omnes numerati sunt. Porrò quod sequitur, Et replete terram, commune quidem est electis cum re-
probis, qui omnes eodem modo nascendo, paritérque viuendo, replent terram. Sed in eo discernuntur, quod se- H
quitur, Et subiicite eam. Soli nanque electi quorum est terra viuentium, hanc terram, quam corporibus repleue-
runt, libertate animorum sibi subiiciunt, quippe qui solum deum præponentes, terrena omnia fortiter contem-
nunt. An & reprobi terram sibi subiiciunt, dum illam aratro vertunt, aut etiam armis capiunt? Ita plane qualicun
que modo terram subiiciunt, sed hic vel ille subiiciendi modus, de benedictione dei non est, cum è contra pro-
pter peccatum dictum sit homini, In sudore vultus tui vescéris pane tuo. Et arma nõ benedictionis gratia, sed cu-
piditatis inuenerit immanitas. Et hæc benedictio primis hominibus data, crementi & multiplicationis causa effe-
ctiua est. CHRYSOSTOMVS. Ecce ergo quàm eminens benedictio. Nam hoc, Crescite & multiplica-
mini, & replete terram, etiam de brutis animalibus, & reptilibus dictũ est, sed subiicite eam, & dominamini pis-
cibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram, de viro & muliere dictũ.
Vide misericordiam domini. Antequam mulierem producat, participem illam facit imperij, & benedictionis ho
nore dignatur. Vidisti inenarrabilem potestatem? Vidisti principatus magnitudinem? Vidisti condita omnia sub I
huius potestatem redacta? Ne post hac parum de rationali hoc animante imagineris, sed cogita honoris magni-
tudinem, & domini erga illud beneuolentiam, obstupescens illius insuetam & indicibilem misericordiam.
GREGORIVS NYSSENVS. Et quomodo dicet aliquis, vniuersorum dominus homo sortitus est principatum? Sed ad hæc nihil arbitror esse difficile demonstrare, & per id quod naturæ nostræ deesse creditur, certa
datur occasio, qua subditorum omnium dominium consequatur. Nam si huius esset homo potentiæ, vt equum
velocitate superaret, nec pes eius attereretur, sed vngularum inniteretur firmitate prævalida, cornua quoque vel
aculeos aliquos vnguésque præferret vltores, primum quidem bestiis existeret similis, & occursione ipsa difficili-
lis appareret, huiuscemodi corpori eius adminiculis naturaliter attributis, deinde sperneret in alios exercere do-
minatum, quorum nullis prorsus adiutoriis indigeret. Nunc autem in singulis quæ nobis mancipantur, vsus vitæ
nostræ dirigitur, vt necessarium in eis penitus principatum habere videamus, nam corporis nostri tarditas, & ad K
motum celerem difficultas, equorum nobis adhibere prouidentiam fecit, quæ etiam annuis lanarum reditibus,
ea quæ naturæ deerant supplementa prospiciens, ex aliis quoque causis quæ ad vitam necessaria deerant, compro
bantur. Iumenta nobis ad onera grauia ferenda subiecta sunt, & quod ad instar animalium herbas depascere ne-
queamus, boues nobis ad vsum mancipare curauimus, quorum labore victum nobis facilius comparemus. Quia
verò morsu indigebamus & dentibus, ad cohibendas tales bestias vltione, id quod nobis defuit, canum natura
suppleuit, qui etiam cum velocitate congenita, veluti quidam animatus gladius nostris est vsibus attributus, pro
cornibus etiam vel vnguibus, fortius ac penetrabilius ferrum ab hominibus inuentum est. Quod non semper no
bis naturaliter inhæret, sicut illa munimenta irrationabilibus bestiis, sed in tempore belli conferens præsidium,
gladius deinde manet otiosus. Item eiusdem ferri vsus pro crocodili squamis assumetur. Est autem quando &
tergus ipsius beluæ in prælio munimen impartit, alioquin (vt dictum est) ad eius similitudinem ferrum ab artifi-
ce figuratur, quod necessitati deseruiens, quem armauit in belli tempore, dereliquit in pace. Nec non & volatilia L
nostris commodata sunt vsibus, quorum etiam velocitatem ratio excogitata non præterit, nam quædam ex eis
mansuefacta videntur cooperantibus, quædam verò præsentia sui, capiendi causa sunt aliis, quæ nostris vtilitati-
bus applicentur. Sed & pennata tela nobis ars exquisita perfecit, quæ per arcum tensa, cursum volucrem rebus hu
manis exhibuit. Quod autem pedum nostrorum vestigia ad conficiendum iter facilius atterũtur, necessaria sub-
iectorum adminicula nobis indicunt, ex quibus calciamenta congruenter aptentur. IVNILIVS. Et domi
namini piscibus maris, & cætera. Meritò quæritur, in qua vtilitate homo dominatum in pisces, & volucres, & ani
mantia terræ cuncta perceperit? vel ad quos vsus, quæue solatia sint hæc creata homini, si nunquam peccaret, cui
sicut sequentia scripturæ huius declarant, non hæc ad escam, sed herbarum solum & arborum sunt fructus in pri-
ma conditione concessa? Nisi fortè dicendum est, quia peccaturum præsciebat deus hominem, & mortalem pec-
cando futurum, quem immortalem ipse creauit. Ideoque ea illi socia primordialiter instituit, quibus suam mor-
talitatem fragilis posset tueri, vel alimentum videlicet ex his, vel indumentum, vel laborum, vel itineris habens M
adiumentum. Nec quæsitu indignum est, quare non & nunc cunctis homo dominetur animantibus? Postquam
enim ipse suo conditori subiectus esse noluit, perdidit dominium eorum, quæ suo conditor iuri subiecerat. Deni-
que in testimonium primæ creationis, legimus viris sanctis, & humiliter deo seruientibus, & aues obsequiũ præ-
buisse, & rictus cessisse bestiarum, & venenum nocere non potuisse serpentium. EVCHERIVS. Et domi-
namini piscibus maris, & cætera. Quomodo accepit potestatem bestiarum, dum videamus ab eis multos occidi?
Post peccatum enim primus homo damnatus, amisit perfectionem illam qua ad imaginem dei fuerat factus, vt
omnibus dominaretur. Meritò nanque peccatorum actum est, vt naturaliter prospera, efficerentur homini aduer
sa. RVPERTVS. Itaq; & hoc quod dictum est, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatili-
bus cœli, & bestiis vniuersæ terræ, & omni reptili quod mouetur in terra, benedictionis est fructus, qui in electis
manifestus apparet, quippe quos terræ vel brutis animantibus cupiditas subiicere non potest vel poterit, quem-
admodũ

A admodum reprobos, de quibus scriptum est, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis Psal.48.
insipientibus, & similis factus est illis. Attamen illi quoque cunctis præsunt animantibus rationis dignitate, præ-
stat (inquam) solummodo, isti autem non vtrunque præsunt, sed etiam dominantur in illo, quo deo pie subditi
sunt, honore. CAIETANVS. Et benedixit eis deus, & dixit, Adde iuxta Hebræum, ad eos. Quia mas & fœ
mina humanæ speciei rationales sunt, ideo describit Moyses deum eos primum allocutum, & dixit ad eos deus,
quod nunquam relatiuè ad alia animalia descriptum est. Et dicendo in numero plurali, ad eos, & cætera, mani-
festat quod iam creata erat mulier hoc sexto die, quando data est benedictio hæc iuxta planum literæ cõtextum.
Et similiter dicitur ad solos homines, subiicite seu acquirite eam (scilicet terram) procul dubio ad fructum & ha-
bitationem, quia solus homo terram & colit ad fructum, & in habitaculis ædificat. GLOSSA. Benedixit-
que illis deus, & ait, Hebraicè וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים Vaiómer lahem elohim, Et dixit eis deus, Crescite, & cætera. Be-
nedictio hominum hæc à deo qualis sit exponitur. Fructum ventris vestri augete, & non remaneatis pauci, sed
B multiplicamini, vt terra hominibus repleatur, quæ vestro vsui expósita est, cuius & domini ordinati estis, simili-
ter & animalibus omnibus quibus estis prælati. Deus itaque benedicit, dum beneficia confert, nos benedicimus,
cum beneficia agnoscimus accepta, vt ea verbis & opere celebremus. Est ergo crescere, benedictio dei, nõ male-
dictio, deo placet, ideo turpis non iudicanda. Sanctis etiam patribus religiosa cura fuit, de propagandis honestis
liberis. Est ergo matrimonium etiam sanctum, non est tamen oblectatio sanctorum effrenis & insolens, sed re-
gulata timore dei, cui tamen castissima virginitas, ceu centesimus fructus trigesimo, præferenda est, gratiæ præ-
sertim tempore, cum dei filius de illibata Virgine nasci, & perpetuam in seipso seruans virginitatem, fidelibus su
is eandem voluit commendare custodiendam. Replere terram iubentur, & dominari bestiis & piscibus maris.
Mundus ergo totus, vt cõditus erat, paradisus voluptatis erat Adæ & posteris, si domino obediuissent. Erat enim
tota terra pulcherrimè condita, ac omnium delitiarum hortus, in quo & mare erat, cuius piscibus secundum ver
C bum domini fruerentur. Sciendum autem, tria animantium esse genera, terrenum, volatile, & aquatile. Aquati-
lium dat eis deus principatum, cum dicit, & dominamini piscibus maris. Volatilium, cum dicit, & volatilibus
cœli. Terrenorum, cum dicit, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. ORDINARIA. Et sic
quod prius quasi consulendo dixerat deus, nunc dicit imperans, vt habeant scilicet dominium omnium creatu-
rarum in inferiore parte mundi. BERNARDVS IN PSALMVM QVI HABITAT. Sed agamus Ser.14.
fratres gratias factori nostro, benefactori nostro, redemptori nostro, remuneratori nostro, aut potius spei nostrę.
Ipse enim retributor, ipse retributio nostra, nec aliud iam quàm ipsum expectamus ab ipso. Primùm quod nobis
præstitit, nos ipsi sumus. Siquidem ipse fecit nos, & non ipsi nos. Parum ne tibi videtur istud, quia te fecit? Cogi-
ta qualem te fecit. Nempe etiam secundum corpus, egregiam creaturam, sed secundum animam magis, vtpote
imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porrò secundum ambo simul
præ cæteris creaturis maximè admirandam, cohærentem sibi incomprehensibili artificio, inuestigabili sapientia
D conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo. Sed quàm gratuitum putas? Planum est, Psal.15.
quia nihil antè promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur gratiam retributurus auctori? Dixi domi-
no deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non igitur necessariam retributurus gratiam ei, qui
sic per omnia sibi sufficit, sed deuotus relaturus gratias ei qui sic meruit, sperabatur. Quid ni gratias agat? Si quis
oculorum lumen, si quis vsum aurium, si quis narium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquo mo-
do reparasse videretur, si quis sopitam quauis occasione excitasse in te rationem, quis non alius tibi vehementiſ-
simè succenseret, si quando fortè beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum? Enim-
uero dominus deus tuus, ipsa etiam tibi instrumenta largitus, ex nihilo fecit hæc omnia. Nec modo fecit, sed cõ-
pegit etiam & formauit, ac suo quodque illustrauit officio. Quomodo non is omni iure sibi gratias exigit am-
pliores? Nam ne hoc quidem (licet maximo) contentus munere qui dedit vt esses, qui antè non fueras, adiecit e-
tiam vnde subsisteres, qui iam eras. Nec minus liberaliter hoc, quàm illud mirabiliter est operatus. Faciamus (in- Gene.1.
E quit) hominem, ad imaginem & similitudinem nostram. Quid verò postea? Et præsit piscibus maris, & bestiis ter
ræ, & cætera. Nam & cœlestia sese elementa in vsus creasse tuos antè docuerat, nempe facta memorantur, vt es-
sent in signa & tẽpora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli vtique nisi tibi, cæteræ siquidem omnes creaturæ, aut in
nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea. Quàm copiosus in hoc secundo beneficio, quàm liberalissimus
fuit? Quanta igitur largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ex
hoc iam ad correptionem, quanta etiam ad delectationem? Verùm hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit. Quid
dico dupliciter gratis? sine merito tuo, sine labore suo. Nempe dixit, & facta sunt. An idcirco minus deuotus, mi-
nus obnoxius, minus gratus es, quod hæc quidem sicut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Peruersi cordis est, occasio-
nes gratitudinis inuestigare. Nemo id facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus. Puto enim neutrum tibi propterea
minus vtile, quod præstanti minimè difficile fuit.
ORIGENES. Videamus autem etiam per allegoriam quomodo ad imaginem dei homo factus masculus Mysticè.
F & fœmina est. Interior homo noster ex spiritu & anima constat. Masculus spiritus dicitur, fœmina autem anima
potest nuncupari. Hæc si concordiam inter se habeant & consensum, conuenientia inter seipsa crescunt & mul-
tiplicantur, generántque filios, sensus bonos & intellectus, vel cogitationes vtiles, per quæ repleant terram, & do
minentur in ea, hoc est, subiectum sibi sensum carnis ad meliora instituta conuertunt, & dominantur eis, scilicet
cum in nullo caro contra voluntatem spiritus insolescit. Iam verò si anima coniuncta spiritui, atque eius (vt ita
dicam) coniugio copulata, declinet aliquando ad corporeas voluptates, sensumq; suum in delectationibus carnis
inclinet, & aliquando quidem obtemperare videatur salutaribus monitis spiritus, aliquando verò vitiis carnali-
bus cedat, talis anima velut adulterio corporis maculata, neq; crescere, neque multiplicari legitimè dicitur, quo-
niam filios quidem adulterorum imperfectos scriptura designat. Talis enim anima quæ spiritus coniunctione
deserta, sensui se carnis & desideriis corporalibus totam prosternit, velut auersa à deo imprudenter, audiet, quia
facies meretricis facta est tibi, sine pudore effecta es ad omnes. Velut meretrix ergo punietur, & filij eius ad occi-
sionem

Universidad de Deusto Biblioteca

sionem præparati videbuntur.In piscibus autem maris,& volatilibus, vel animalibus & reptilibus terræ, ea mihi G
videntur indicari,de quibus nihilominus superius diximus,id est vel quæ de sensu animæ & cordis cogitatione
procedunt,vel quæ ex desideriis corporalibus & carnis motibus proferuntur. Quorum sancti quique, & benedi-
ctionem dei in semetipsis seruantes,dominationem exercent,agentes totum hominem secundum spiritus vo-
luntatem.Peccatoribus verò magis ipsa dominantur,quæ de carnis vitiis & corporeis voluptatibus proferuntur.
CHRYSOSTOMVS. Nam quemadmodum in terra hac spaciosa & lata , animantium alia mansuetiora
sunt,alia ferociora,ita in latitudine animæ nostræ,cogitationum aliæ sunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ fe
rociores & agrestiores.Domandæ igitur illæ sunt,& rationis imperio magistrandæ.Et quomodo quis cogitatio-
nem ferociorem compesceret?Quid dicis homo?Leonibus imperamus,& animos eorum mansuetos facimus , &
dubitas,num mentis ferociam in mansuetudinem mutare possis?Quanuis natura bestiæ feroces sint,& præter na
turam mansuetæ,contra tu præter naturam ferox,natura autem mitis,& qui bestiis id quod natura eis inest au-
ferre, & quod eorum naturæ aduersum , inserere potes, id quod natura tibi præstitit , conseruare non potes? En H
quantam hoc condemnationem meretur?Iam quod his admirabilius est , leonum naturæ & alia quædam diffi-
cultas inest . Rationis enim participes non sunt , & nihilominus videmus sæpe duci eos mansuetos per forum,
multique ex officinis nummos,vt mercedem artis & industriæ,mansuetario numerant,quod feram mansuefece
rit,animæ verò tuæ ratio concessa est,& dei timor,& alia vndequaque adminicula,ne igitur prætextus & incusa-
tiones dei affer.Potes enim si vis,mansuetus esse,& placidus,& æquus,& cæteris virtutum generibus pollere.
EVCHERIVS. Voluit igitur dominus , vt omnes affectiones & motus animæ quos habemus istis animali-
bus similes,subditos haberemus,& dominaremur eorum per temperantiam. ISIDORVS. Vel masculum
& fœminam fecit eos,id est spirituales in ecclesia & obedientes ostendit,quia sicut viro subdita est mulier,sic spi
ritali & perfecto viro obediens est is qui minus perfectus est,sicut Apostolus ait,Rogamus vos fratres,vt cognos
catis eos qui in vobis laborant,& præsunt vobis in domino.Dicitur enim eis, Crescite & multiplicamini, siue in I
linguis siue in spiritualibus intelligentiæ gradibus , vt dominentur rationes intellectuum , omnium carnalium
perturbationum quasi insensibilium animantium.

10 *DIxitque deus,Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui,ut sint uobis in escam,& cunctis animantibus terræ,omníque uolucri cœli,& uniuersis quæ mouentur in terra,& in quibus est anima uiuens,ut habeant ad uescēdum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Et factum est uespere & mane dies sextus.*

10 *Ecce dedi uobis*,& cætera,vsque *Ad uescendum.* ORIGENES. Historiæ quidem huius sententia manifestè K
indicat,vsum ciborum primitus à deo ex herbis,id est oleribus, & arborum fructibus esse permissum . Postremò
verò cum ad Noe post diluuium fieret testamentum , facultas vescendarum carnium hominibus datur . Quibus
sanè de causis,in suis locis rectius exponetur. CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro charissime , verborum
diligentiam,& ineffabilem dei misericordiam,& ne quid dictorum simpliciter prætereas . Et dixit (inquit) deus,
Ecce dedi vobis omnem herbam satiuam.Quasi ad duos sermo fit, quamuis nondum mulier producta . Deinde
vt discas excellentem bonitatem,vide quomodo eminentem bonitatem, & miram liberalitatem non in viro &
muliere solum declaret,sed & in ipsis brutis.Nam vt dixit,Vobis erit in cibum,subdidit, & omnibus animanti-
bus terræ.Vide iterum aliam abyssum misericordiæ,non solum brutis domesticis,& nostro vsui seruientibus, vel
pascendo vel ministrando,sed & feris.Et quis pro dignitate attigerit immensam illam bonitatem?Vobis erit in
cibum (inquit) & omnibus bestiis terræ,& omnibus volatilibus cœli,& omni reptili repenti super terram , quod L
habet in semetipso animam vitæ.Magna domini erga hominem quem condidit,ostenditur cura. Nam quia ip-
sum produxit , & omne ei dominium creaturæ tradidit, vt ne statim ab initio iumentorum multitudinem vi-
dens,stomachari possit,quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia , priusquàm de hoc cogitaret , bonus
deus præueniendo demulcet eum, (vt ita dicam) & ostendit quod tam ipse quàm iumenta & bruta omnia, præ-
cepto domini omnem copiam terra suppeditante sit habiturus. RVPERTVS. Sicut de homine loquens
quem creauit deus ad imaginem suam, dixit, quia Masculum & fœminam creauit eos , & non dixit , quomodo
vel quo ordine prius virum,& deinde mulierem fecit de viro,sicut & nunc eadem narrat scriptura , communi-
ter homini cunctisque animantibus terræ dixisse deum, Ecce dedi vobis omnem herbam semen afferentem su-
per terram,& vniuersum lignum quod habet in semetipso sementem generis sui,vt sint vobis in escam,& dicit,
quod ligna non qualiacunque , sed ligna paradisiaca , quæ cunctas huius seculi longe superant diuitias , homini
dederat ad vescendum,& quod vnum ex omnibus eidem interdixerit.Nondum enim plena historia est, sed di- M
stinctio dierum,qua certè & clarissimè operis dei distinguuntur species, quibus explicitis , tunc demum cæteris
omissis,historia de homine ordienda est.Ecce (inquit) dedi vobis,hoc sanè datum dei,naturæ positio vel consti
tutio est.Nec enim sola hominis ratio sapit,sed & gula eius,& cunctarum animãtium auida natura sentit, quod
hæc sibi in escam data sunt . Appetunt quippe motu naturali , ita vt videas maximè in gulosis auibus stoma-
chum quoque ad guttura hiantia subsilire , dum festinant ad oblatam rapiendam escam sibi datam , natura te-
ste . Itaque dicendo, Ecce dedi , non herbam aut omne lignum digito ostendit , sed naturalem eorum appeti-
tum animantibus in stomacho eorum fundauit , nec solum animantibus , quæ animantia siue animalia notum
est esse vel dici,sed etiam in vermiculis quæ vsus publicus animantia siue animalia nuncupare dedignatur. Pro-
inde non contenta fuit scriptura dicere , Et cunctis animantibus terræ , sed addidit , & vniuersis quæ mo-
uentur in terra.Adhuc autem ne quid deesset,addidit,& in quibus est anima viuens.Sunt enim quædam viuētia
quidem,sed immobilia,quibus solus cessit sensus cunctis aliis cogitationibus destitutus,quales sunt conchæ ma-
ris,

A ris,aliáque quæ saxis hærentia nutriuntur. Nec ista diuinam excepisse prouidentiam scriptura indicat, dum non
contenta dixisse,& cunctis animantibus terræ,& vniuersis quæ mouentur in terra, addidit insuper , & in quibus
est anima viuens.Et hæc creatoris dictio(sicut iam dictum est)naturalis appetitus constitutio est. IVNILIVS.
Iam hic patet,quod ante reatum hominis nihil noxium terra protulit,& nullam herbam venenatam, & nullam
arborem sterilem,cum manifestè dictum sit,quod omnis herba,& vniuersa ligna,data sint hominibus ac volati-
libus cœli , omnibúsque animantibus in escam. Patet quia nec ipsæ aues raptu infirmiorum alitum viuebant, &
nec lupus insidias explorabat ouilia circum,& nec serpenti puluis panis eius erat, sed vniuersa concorditer her-
bis virentibus , ac fructibus vescebantur arborum. GLOSSA. Nec tamen sic intelligas, quod herbæ & fru-
ctus arborum darentur in escam hominibus,bestiis,& auibus communiter,sed singula singulis secundum vnius-
cuiusque naturæ conditionem. IVNILIVS. Sanè inter hæc non prætereunda nascitur quæstio, quomodo
& immortalis sit factus homo præ aliis animantibus , & nihilominus acceperit communiter terrenam cum eis
B alimoniam? In qua intuendum nobis est,quia alia est immortalitas carnis, quam in prima conditione in Adam
accepimus,& alia quam nos in resurrectione per Christum accepturos esse speramus . Ita quippe immortalis fa-
ctus est ipse, vt posset non mori, si non peccaret.Si autem peccaret moreretur.Ita verò immortales erunt filij re-
surrectionis,cum erunt æquales angelis dei,vt nec mori vltra,nec peccare possint.Ideoque caro nostra post resur
rectionem nulla eget refectione ciborum,quia nulla ei suppetit à fame vel lassitudine,vel alia qualibet infirmita-
te defectio . Caro autem Adæ ante peccatum ita est immortalis creata, vt adminiculis adiuta temporalis alimo-
niæ,mortis expers ac doloris existeret,donec corporalibus incrementis ad illam vsque perductus ætatem,quæ cō
ditori placeret, tunc creata progenie multa huiusmodi iubente ipso,sumeret & de ligno vitæ,& perfectè immor-
talis effectus, sustentacula sibi corporis vlterius nulla requireret. Sic ergo immortalis & incorruptibilis est con-
dita caro primorum hominum , vt eandem suam immortalitatem atque incorruptibilitatem,per obseruantiam
C mandatorum dei custodirent.In quibus mandatis erat, vt de lignis paradisi concessis vterentur,interdicti autem
se esui temperarent,per horum edulium inditæ sibi immortalitatis dona conseruarent,in illius tactu ruinā mor-
tis inuenirent.Sic verò incorruptibilis & immortalis in fine erit caro nostra, vt ad similitudinem angelicæ subli
mitatis in eodem semper statu permaneat,neque cibis corporalibus (quippe qui in vita spirituali nulli erunt)ege
re possit.Nam quod angeli cū Patriarchis manducasse leguntur,non indigentiæ causa, sed benignitatis agebant,
vt videlicet hæc agendo,dulcius hominibus quibus apparebant congruerent.Dominus quoque post resurrectio-
nem manducauit cum discipulis, vt se veram post mortem recepisse carnem monstraret. CAIETANVS.
Ecce dedi vobis omnem herbam & cætera.Postquam descripta est productio rerum omnium, & prouisum con-
seruationi specierum animalium corruptibilium per virtutem generatiuam , supererat vt prouideretur conser-
uationi animalium in indiuiduis per alimentum,& hæc prouisio modo describitur.In qua duæ sunt difficultates,
prima circa literam, secunda circa rem. Circa literam quidem, eo quod non apparet constructio , ecce dedi vo-
D bis omnem herbam , ad quid dederit . Solutio est, quod illa particula ad escam , seruit vtrique verbo , videlicet
dedi vt sint.Circa rem quoque difficilis quæstio est de animalibus carniuoris & volucribus multis,quo pacto ve-
rificetur quod eis sit prouisum de alimēto fructuum seminum & herbarum,vt in textu dicitur.Solutio est, quod
nullum animal est quod non possit viuere ex his, vt testatur prouisio facta à Noë pro victu animalium omnium
in arca tempore diluuij . Tacuit autem Moyses prouisionem qua etiam prouisum est à deo huiusmodi animali-
bus vt vescantur carnibus,eo quod huiusmodi appetitus competit istis animalibus,non secundum naturam com
munem illis & reliquis animalibus,& ipse describebat prouisionem communem. Quocirca relatiuè ad commu-
nem rationem animantium,appetitus vescendi carnibus tanquam ex necessitate materiæ consurgens inuenitur,
& propterea meritò tacitus est . Quod autem repetitur lignum , ad vtrunque lignorum genus comprehenden-
dum spectat , apparent enim ligna fructifera & ligna non fructifera , sed seminificantia. Nec intelligas omne
E lignum omnémque herbam fuisse olim bonam ad vescendum,& modo non, sed secundum distributionem ac-
commodam intellige omne lignum & omnem herbam in genere habilium ad escam , quemadmodum dici-
mus cœlum continet omnia corpora,intelligendo in genere contentorum. GLOSSA. Ecce dedi vobis, &
cætera.Non est battologia,sed diligens & fidelis inculcatio, vt creaturis vtamur, solo deo fruamur , & supplices
simus & obedientes . Per anticipationem autem vt aliquibus videtur, deus duobus hic loquitur, cum posterius
Euæ productio describatur . Est enim neglectus ordinis sacræ scripturæ familiarissimus,nisi referre velis, Vobis,
ad hominem & bestias,quibus de sufficienti cibo affatim prouidit deus,ne sint soliciti, sed in ipsum discant iace-
re cogitatus suos . Interim tamen frugalitatem commendat, gramina,herbas & arborum fructus,hominibus &
animalibus concedens.Omnia enim homini seruire iubentur,vt ipse deo adhæreat fide,spe,charitate, & vitæ in-
nocentia.Sequitur. *Et factum est ita.* AVGVSTINVS TERTIO DE GENESI AD LITERAM.
In hoc significatur,quod hoc dicente deo,hæc sibi in esum concessa cognouit homo, non quod statim ederit.Si
F enim ad omnia supradicta referamus quod ait,& factum est ita,consequens erit,vt dicamus eos iam multiplica-
tos sexta die,quod post multos factum est annos. CHRYSOSTOMVS. Et factum est ita.Omnia quæcun
que imperauit conditor(inquit)opere perfecta sunt, & omnia in cōgruo ordine sunt constituta. IVNILIVS.
Vel & factum est ita,id est vt dominaretur homo cunctis quæ in terra vel aqua creata sunt,& vt facultatem po-
testatémque edendi de fructibus terræ cum volatilibus cœli & animantibus perciperet. RVPERTVS. Quid
est,factum est ita, nisi quod secundum dicentis nutum, perseuerat nascentium & euidentium natura,producens
(vt ait Psalmista)Fœnum iumentis,& herbā seruituti hominū,vt educat panē de terra,& vinum lætificet cor ho-
minis,vt exhilaret faciē in oleo, & panis cor hominis confirmet,vt saturētur ligna cāpi, & cedri libani quas plā-
tauit?Aliter nanq; non viuerent,sicut & ipsa herba siue quodcunq; lignum,neq; virens,neq; pomiferum esset, nisi
certatim veluti ore sugens,radicibus suis terræ succū traheret.Hoc est cōmune quidem, sed mirabile cunctis quæ
de terra nascuntur,paratum à deo conuiuium,vt maternum terræ succū suis germina eius radicibus combibant,
& in grano herbarum pomóque lignorum,paulatim adultum atque grossatum succum eundem,in ora dentésq;
traducat

Universidad de Deusto
Biblioteca

traducat cunctorum animantium . Contẽta enim esset his epulis natura,nisi consuetudine gulæ,tam in hominibus,quàm etiam in bestiis soluta creuisset edacitas.Veruntamen omnis creatura dei bona est (inquit) Apostolus, & nihil reiiciendum quod cum gratiárum actione percipitur . Nam eiusdem dei auctoritas miseris & nunc infirmioribus quàm in paradiso fuissent , subuenit hominibus . Loquitur enim deus ad Noë,Omnes pisces maris manui vestræ tradidi,& omnia quæ mouentur & viuunt,erunt vobis in cibum. Quasi herbam virentem tradidi vobis omnia,excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. CAIETANVS. Et fuit ita,proculdubio vt dixit deus. GLOSSA. Vel & factum est sic,quippe perfecta sunt istis sex diebus omnia, quæ conditor sapientissimus & omnipotens fieri voluit ab initio. *Viditque deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona.* AVGVSTINVS. Quæritur cum sigillatim cætera bona dicantur,cur homo ad imaginem dei factus,cum cæteris hoc dicatur?An quia præsciebat deus hominem peccaturum , nec in suæ imaginis perfectione mansurum, non sigillatim,sed cum cæteris eum dicere voluit bonum,velut intimans quid esset futurum? Quia cum ea quæ facta sunt, in eo quod facta sunt,manent,sicut vel illa quæ non peccauerunt, vel illa quæ peccare non possunt,& singula bona sunt,& in vniuerso valde bona sunt. Non enim frustra est additum, valde, quia & corporis membra etiam si singula pulchra sunt , multò sunt tamen in vniuersi corporis compage omnia pulchriora . Quia oculum (verbi gratia) placitum atque laudatum,tamen si separatum à corpore videremus,non diceremus tam pulchrum,quàm in illa connexione membrorum , cum loco suo positus, in vniuerso corpore cerneretur . Ea verò quæ peccando amittunt decus proprium,nullo tamen modo efficiunt,vt non etiam ipsa rectè ordinata, cum toto atque vniuerso bona sint.Homo igitur ante peccatum & in suo genere vtique bonus erat, sed scriptura prætermisit hoc dicere,vt illud potius diceret,quod futurum aliquid prænunciaret . Non enim falsum de illo dictum est . Qui enim singillatim bonus est,magis vtique cum omnibus bonus est.Non autem quando cum omnibus bonus est,sequitur vt etiam singillatim bonus sit.Moderatum est itaque vt id diceretur,& quod in præsentia verum esset,& præscientiam significaret futuri. Deus enim naturarum optimus conditor , peccantium verò iustissimus ordinator est,vt etiã si qua sigillatim fiunt delinquendo deformia,semper tamen cum eis vniuersitas pulchra sit. CHRYSOSTOMVS. Quis pro dignitate laudarit diuinæ scripturæ diligentiam?Ecce enim & hic verbo vno,Et vidit deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona, linguam omnium contradicere conantium compescuit . Quoniam de vnaquaque creatura dicebat,Et vidit deus quoniam bonum,nunc quando omnia completa sunt,etiam diei sexti opera finem acceperunt , & qui creaturis omnibus fruiturus erat, productus est (inquit) Et vidit deus omnia quæcunque fecit,& ecce valde bona.Considera quomodo creaturas omnes verbo, omnia simul complexus,omnes simul magna laude prosequutus est. Igitur cum deus, qui res ex nihilo vt essent produxit, eas bonas, & valde bonas dicit,quis tam insanus,vt vel os aperire,& contradicere dei verbis audeat?Quoniam enim in visibilibus non solùm lumen condidit,sed & tenebras aduersas luci,& non solùm diem,sed & noctem contrariam diei,& in seminibus quæ ex terra nascuntur,non solùm herbas vtiles,sed & pernitiosas,& arbores non solùm fructuosas,sed & infructuosas & animalia non solũ mansueta,sed & syluestria & truculenta,& in his quę aquæ produxerunt,non solùm pisces,sed & cete,& alias marinas beluas. Terra non solũ habitabilis est,sed & inhabitabilis. Et non solũ planicies sunt & campi,sed etiã mõtes & colles.Et inter aues,nõ solùm domesticę & altiles,sed & feræ, nullúmq; commodũ per se afferentes,& milui,& vultures,& aliæ quædã. Præterea in his quæ terra profert,nõ sunt tantùm mansueta & innoxia animalia,sed & serpentes,& lacertæ,& dracones,& leones,& pardi.Quin & in aëre non solũ pluuiæ & venti vtiles,sed & grandines & niues. Et siquis singula pertractare vellet, multa in vnaquaque creaturarum inueniet,quæ non solùm non vtilia,sed & nociua existimentur. Et ideo vt nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorem,& dicere,Quare hoc & hoc? Ad quid istud?hoc bene factum est,hoc non bene,sacra scriptura omnes ingratos & loqui tentantes compescitura, sexto die absolutis creaturis omnibus (inquit) Et vidit deus omnia quæcunque fecit,& ecce valde bona. Quid igitur obsecro, par fuerit tam fidelibus testimonijs?cui iustius fides habenda,quàm conditori,qui ipse calculum suum affert,& dicit,Omnia quæcunque facta sunt,bona sunt,& valde bona? Quocirca cum videris aliquem,qui suis rationibus moueri, & obloqui diuinæ scripturæ audet, eum quasi insanum auersare,imò ne auerseris,sed misertus ignorantiæ eius,cita aliquid ex diuina scriptura,& dic,Vidit deus omnia quæcunque fecit,& dixit, Ecce valde bona . Fortassis indomitam eius linguam continere poteris. Nam si in humanis rebus, cum videmus aliquos qui in dignitate habentur, factis illorum non obsistimus,& adstipulamur,& illorum sententiam proprio iudicio & operi præferimus, quanto magis in his visibilibus quæ ab omnium opifice facta sunt,hoc fieri oportet,præsertim cum ab ipsomet suam de his acceperimus sententiam? Proinde sopiantur rationes nostræ, & nihil illi vltra præferatur, idoneis autem & crebris argumentis persuasum sit , quod omnia ratione quadam & misericordia ab eo producta sint , & in summa nihil temere & absque causa factum. Verùm licet nos,ob nostrę rationis imbecillitatem,ignoremus factorum causam, ipse tamen iuxta suam sapientiã,& potentissimam misericordiã omnia produxit. GREGORIVS NONO MORALIVM. Omnia quæ creata sunt,bona sunt Moyse attestante,qui ait,Vidit deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.Sed hoc solum bonum principaliter bonum est,per quod hæc omnia bona sunt,quæ bona non principaliter existunt.De quo bono veritas per euangelium dicit, Nemo bonus nisi solus deus. IVNILIVS. Quia de singulis dei operibus singillatim fuerat dictum, quod videret deus ea esse bona,rectè in cõclusione perfectis omnibus positum est cum additamento , Quia vidit cuncta quæ fecit, & erant valde bona. EVCHERIVS. Attende ergo vniuersalem creaturam valde bonam vocari , singulariter verò tantum bonam . Quare ita?nisi quia omnis pulchritudo quæ in partibus constat , minus est laudabilis in parte quàm in toto , sicut & membra corporis cum sint singula bona,maius tamen faciunt bonum,dum vnum valde bonũ corpus efficiunt, & pulchritudinem suam vniuersaliter conferunt? Anté erant singula bona , propter hominem omnia valde bona,quia omnia in decorem hominis creata sunt . Homo verò in gloriam & laudem conditoris sui factus est. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Hæc igitur quæ in præsenti non bona simpliciter , verum etiam cum additamento valde bona pronunciantur , sunt enim re vera in hoc mundo commorantibus nobis aut ad

1. Timot. 4. · Gene. 9. · Vbi supra. · Cap. 12. · Luc. 18. · Col. 23. ca. 3

vsum vitæ,aut ad corporis medicinam,aut ad aliquã causam ignotæ nobis vtilitatis accommoda.Vel certè in eo etiam valde bona, quod faciunt nos inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicere, sempiternam quoque virtutem eius ac diuinitatem,ex tanta támque ordinata molitione fabricæ mundialis,& omnium quæ in ea sunt subsistentia contemplari,hæc tamen omnia nec boni nomen tenebunt ,si futuro illi secumlo comparentur, vbi bonorum nulla immutatio, nulla est veræ beatitudinis formanda corruptio . Cuius mundi ita beatitudo describitur.Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum . Magna igitur hæc & præclara intuitu atque mirifica , si futuris ex fide repromissionibus conferantur , continuò vanitas apparebunt,dicente Dauid,Omnes sicut vestimentum veterascent,& sicut opertorium mutabis eos,& mutabuntur,tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient.Ergo quia nihil est per semetipsum stabile,nihil immutabile, nihil bonum nisi deitas sola, omnes verò creaturæ, vt beatitudinem æternitatis, vel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam,sed per creatoris sui participationem, & gratiam consequentur,tenere meritum bonitatis creatori suo collatæ non possunt. RVPERTVS. In homine igitur terrenarum omnium rerum præside,cuncta quæ hactenus facta singillatim complacuerant, nunc simul vniuersali bonitatis laudatione decorata sunt.Et notandum quod licet homo diuinæ sit capax bonitatis,vtpote rationalis, non tamen dictum est,& vidit deus hominem quod esset bonus,sicut dictum fuerat, & vidit deus lucem quod esset bona, quia videlicet homo qui non intellexit quod sibi adhærere deo bonum esset,nondum singularem laudem meruerat . Attamen & hic & cætera quæ tantus opifex fecerat, secundum sapientiam eius dicta sunt valde bona.Et rectè in vltima hominis creatione cuncta collaudata sunt.Nam & propter hominem cuncta hæc sub firmamento cœli facta sunt, & omnium essentias in se homo continet , & adhuc vno quod optimum est , rationalitatis priuilegio cuncta superat. Nam vt essentiarum incrementa manifestius pateant, iam à principio mundanæ huius creationis repetendũ est. Firmamentũ diuidens aquas ab aquis,est quidem,sed esse eius soli ex omnibus sensibus visui subiectum est. Terra verò est,& esse eius visu simul & tactu comprehensiuum est. Luminaria sunt,& esse illorum & visu nostro, & calore suo noscibile est,insuper & semper in motu est.In motu (inquam)locali non simpliciter vt firmamentum, neque vt terra in motu mutabilium qualitatum,sed in motu locali secundum duplicem modum . Nam & motu firmamenti quotidie circunferuntur,& præter hoc,incessanter currendo, propriis motibus in circulos suos reflectuntur.Horum esse,animantium essentia superat,quippe quæ non solum nostris subiecta sunt sensibus,sed & ipsa funguntur quinque sensibus,visu,auditu, gustũ, odoratu, & tactu . Homo tandem super hæc omnia, & supra quinque sensus corporis,hoc etiam habet,quod ratione vtatur . Igitur in eo cui cuncta hæc subiacent, & qui dignitate præest omnibus,rectè cuncta complacent,& valde bona iudicantur. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et nota tres gradus,bonum simpliciter,quamlibet creaturam,valde bona,vniuersa simul,summe bonum,solum deum. CAIETANVS. Viditque deus cuncta quæ fecerat,& cætera . Iuxta Hebræum habetur, Et vidit elohim omne illud quod fecit, & ecce bonum valde. Iudicium diuinum circa totum vniuersum describitur,& cũ singulæ res factę visæ fuerint à deo bonæ,ipsum vniuersum nõ bonum,sed bonũ valde, visum describitur à deo Et apponitur aduerbium ecce, ad demonstrandum non futuram, non expectandam , sed præsentem haberi bonitatem summam ipsius vniuersi.Et significatur per hoc,quod vniuersum est ita bonum, quod nihil ei deficit, & quod nihil habet superflui , quod nullam desiderat additionem. GLOSSA. Hebraica veritas ita locũ hunc habet וַיַּרְא אֱלֹהִים אֵת כָּל אֲשֶׁר עָשָׂה וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד Vaiare elohim eth col aser asa vehinne tob meod, hoc est,Et vidit deus omne quod fecerat,& ecce bonũ valde.Chaldaica, Et vidit deus cuncta quæ fecerat,& ecce bona valde.Sic & septuaginta. Approbauit igitur deus cuncta quæ fecerat,& ordinem ipsum rerum, & ideo bona erant,elegantia ac vtilia.Nihil enim temere & absque digna ratione factum est à deo in toto mundo,etiam si rationes causasq; factorum pro fragilitate nostri intellectus ignoremus.Omnia siquidem deo bona sunt,& vtilia ad finem quem intendit in rebus,certè optimum,& omnibus qui vti illis norunt,nec sunt desides.Bonis quoque omnia cooperantur in bonum,impiis verò in perniciem.In quibus tamen omnibus semper agnoscendus est creator & gubernator deus,atque glorificandus in omnibus. *Et factum est uespere & mane dies sextus.* CHRYSOSTOMVS. Fini diei sextæ etiam finem formandi creaturas addidit. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Et quoniam sexto die perfecit deus omnia opera sua, ideo pro perfectione poni senarius numerus solet. RVPERTVS. Magnus hic dies,magnum atque longum mundo atque angelis & hominibus spectaculũ præbet.Etenim per huius creationis opus,principatibus & potestatibus in cœlestibus maximè innotescit multiformis sapientia dei.In hoc hactenus,& ex hoc nunc vsque in seculum,mirabilis est deus,mirabilis & gloriosus, terribilis atque laudabilis,& faciens prodigia quæ nos mireremur. GLOSSA. Sic igitur completus est sextus dies, & vltimus operum dei, sequitur autem sabbatum requietionis. BERNARDVS IN SERMONIBVS. At nos fratres charissimi,tria in magno huius mundi opere cogitare debemus,videlicet quid sit,quomodo sit,ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum, inæstimabilis potentia commendatur, quod tam multa, tam magna,tam multipliciter,tam magnificè sunt creata. Sanè in modo ipso sapiẽtia singularis elucet,quod hęc quidem fursum,hæc verò deorsum, hæc in medio ordinatissimè sint locata. Si verò ad quid factus sit mediteris, occurrit tam vtilis benignitas,tam benigna vtilitas,quæ etiam ingratissimos quoſque multitudine & magnitudine beneficiorum possit obruere. Potentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè pulchra, benignissimè vtilia sunt creata.Veruntamen & fuisse nouimus ab initio,& adhuc multos esse videmus in filiis hominum,qui in bonis inferioribus sensibilis mundi huius,tota sensualitate depressi,totos se dederunt his quæ facta sunt, quonam modo, vel ad quid facta sint negligentes.Quid istos nisi carnales dicamus?Paucissimos esse iam arbitror,legimus tamen nonnullos quandoque fuisse,quibus summum studium fuit atque vnica solicitudo,modum & ordinem vestigare factorum,adeo vt plerique non modo vtilitatem rerum perquirere dissimulauerint, sed & ipsas magnanimiter spreuerint,cibo paruissimo vilissimóque contenti.Ipsi quidem sese philosophos vocant, sed à nobis curiosi & vani rectius appellantur.Vtrisque igitur successerunt viri prudentiores vtrisque,qui nimirum,& quæ facta sunt, & quomodo facta sunt transilientes, intenderunt aciem mentis,vt ad quid facta sunt, viderent . Nec latuit eos, quoniam

Vbi supra. · Hom. 17. · Ser. 3. de Pẽtecoste.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam omnia propter semetipsum fecit deus, omnia propter suos. Aliter tamen propter se, aliter propter suos. In eo quippe quod dicitur omnia propter se, præueniens commendatur origo, in eo autem quod dicitur omnia propter suos, magis exprimitur fructus sequens. Omnia fecit propter semetipsum, gratuita videlicet bonitate, omnia propter electos suos, pro eorum scilicet vtilitate, vt illa quidem efficiens causa sit, hæc finis. Hi sunt spirituales viri sic vtentes hoc mundo, tanquam nō vtentes, sed in simplicitate cordis sui quærentes deum, ne illud quidem magnopere vestigantes, quonam modo mundialis hæc machina volueretur, primi voluptate, secundi vanitate, tertij veritate impleti. Gaudeo vos esse de hac schola, videlicet spiritus, vbi bonitatē & disciplinam & scientiam discatis, & dicatis cum sancto, super omnes docentes me intellexi. Quare inquam? Nunquid quia purpura & byſſo me indui, & quia lautioribus epulis abundaui? Nunquid quia Platonis argutias, Aristotelis versutias intellexi, aut vt intelligerem laborauī? Absit inquam sed quod testimonia tua exquisiui.

Pſal. 118.

Mysticè.

ORIGENES. Et hæc quidem secundum historiam. Secundum allegoriam autem, herba terræ & fructus eius qui ad escam hominibus indulgetur, potest de affectibus corporalibus intelligi. Verbi causa, Ira & concupiscentia germen est corporis. Huius germinis fructus, id est, opus, nobis rationabilibus & bestiis terræ communis est. Nam quando irascimur ad iustitiam, id est, ad correctionem delinquentis, & emendationem salutis eius, isto fructu terræ vescimur, & cibus noster iracundia corporalis efficitur, per quam reprimimus peccatum, iustitiam reparamus. Et ne tibi videamur hæc de nostro potius sensu, quàm diuinæ scripturæ auctoritate proferre, redi ad librum Numerorū, & recordare quid egerit Phinees sacerdos, qui cum Madianitæ gentis meretricem cum Israëlita viro sub oculis omnium, impuris vidisset inhærere complexibus, ira diuinæ æmulationis impletus, arreptum gladium per vtriusq; pectus exercuit. Quod opus reputatum est ei à deo ad iustitiā, dicente domino, Phinees sedauit furorem meum, & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus iræ terrenus, noster fit cibus, cum eo rationabiliter vtimur ad iustitiam. Si verò irrationabiliter agatur ira, vt innocentes puniat, aut efferuescat in eos qui nihil delinquunt, iste cibus erit bestiarum agri, & serpentū terræ, ac volucrum cœli. His etenim dæmones nutriuntur cibis, qui malis nostris actibus & pascuntur & fauent. Indicium est nanque huius operis Cain, qui innocētem fratrem ira decepit inuidiæ. Similiter etiam de concupiscentia, & de singulis huiuscemodi affectibus sentiendum est. Cùm enim concupiscit & deficit anima nostra ad deum viuum, noster cibus est concupiscentia. Cùm autem vel alienam mulierem ad concupiscendum videmus, vel aliquid rerum proximi concupiscimus, bestialis cibus efficitur concupiscentia. Sicut exemplo potest esse concupiscentia Achab, & factum Iezabel de vinea Nabuthei Israëlitæ. Obseruanda sanè est sanctæ scripturæ etiam in verborum ratione cautela, quæ cum secundū aliam quidem literam de hominibus dixisset, quia dixit deus, Ecce dedi vobis omne semen seminale quod est super terrā, & omne lignum quod est super terram, ad escam, de bestiis non dixit, quia dedi eis escam hæc omnia, sed erit illis ad escam, vt secundum spiritalem rationem quam exposuimus, affectus isti intelligantur homini quidem à deo dati esse, prænunciari tamen à deo, quod erunt etiam bestiis terræ in cibum. Ideo ergo cautissimo vsa est sermone scriptura diuina, quæ hominibus quidem ait dicere deum, dedi vobis hæc ad escam. Vbi autem ad bestias venit, non iubentis, sed quasi prædicantis significatione dicit, quia hæc erunt etiam bestiis & volucribus & serpentibus ad escam. Sed nos secundum apostoli Pauli sententiam, attendamus lectioni, vt possimus (sicut ipse ait) sensum Christi accipere, & scire quæ à deo donata sunt nobis, & quæ nobis ad escam data sunt, non faciamus escas porcorum vel canum, sed tales eas præparemus in nobis, quibus dignum sit suscipi in hospitio cordis nostri verbum ac filium dei venientem cum patre suo, & volentem facere apud nos mansionē in spiritu sancto, cuius prius templum per sanctitatem debemus existere. ISIDORVS. Vel, omnis herba seminalis, & omne lignū fructuosum, quod hominibus datum est in escam, fideles sunt de oblationibus suis sanctorum necessitatibus communicantes. Vnde Apostolus ait, Nam si in spiritualibus participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hæc sunt igitur fructifera ligna. AMBROSIVS. Sed iam finis sermoni nostro sit, quoniā complemus est dies sextus, & mundani operis summa concluſa est, perfecto videlicet homine, in quo principatus est animantium vniuersorum, & summa quædam vniuersitatis, & omnis mundanæ gratia creaturæ. Certè deferamus silentium, quoniam requieuit deus ab omnibus mundi operibus, requieuit autem in recessu hominis, requieuit in eius mente atque proposito. Fecerat enim hominem rationis capacem, imitatorem sui, virtutum æmulatorem, cupidum cœlestium gratiarū. In his requiescit deus, qui ait, Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem verba mea? Gratias ergo domino deo nostro, qui huiusmodi opus fecit, in quo requiesceret. Fecit cœlum, non lego quod requieuerit, fecit terrā, non lego quod requieuerit, fecit solem lunā & stellas, nec ibi lego quod requieuerit, sed lego quod fecerit hominē, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitteret. Aut fortè tunc iam futuræ dominicæ passionis præcessit mysterium, quo reuelatum est, quia requiescet Christus in homine, qui requiem sibi prædestinabat in corpore pro hominis redemptione, secundum quod ipse dixit, Ego dormiui & requieui, & exurrexi, quoniā dominus suscepit me. Ipse enim requieuit qui fecit, cui est honor, gloria, perpetuitas à seculis, & nunc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

Eſa. 66.

Pſal 3.

A

IN SECVNDVM GENESEOS CAPVT ARGVMENTVM.

Benedicitur ſabbatum. Repetitio præcedentium. Quatuor flumina horti uoluptatis. Creatur Eua. Inſtitutio matrimonij.

Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requieuit deus die ſeptimo ab uniuerſo opere quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit deus ut faceret. Lectio prima.

B AVCTOR CATENAE. Breuis epilogus est superioris capitis, hoc est, totius operis creationis. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* CHRYSOSTOMVS. Considera quàm nihil sit superfluum, nihilque non amabile in diuinis literis, vt complexim elementorum meminit, non vltra particulatim commemorat, sed vt dixit perfecti sunt cœli & terra (inquit) & omnis ornatus eorum. EVCHERIVS. Bene pluraliter cœlos posuit, siue illud cœlum spiritale quod non videmus, per quod angeli significati sunt, siue hoc corporeum quod videmus, quod firmamentum est vocatum. Ornatus autem spiritalis cœli, angeli sunt & principatus, huius corporei cœli ornatus, sydera, sol & luna. Ornatus verò terræ, maria, erecta montium, subducta vallium, densa camporum, lapsus amnium, fontium iugitates, pratorum gemmæ, frugum varietates, vmbræ arborum, genera seminum, diuersitas animalium, C quia in ipso die totius generis atque operis summa completa est. Vnde & specialem quandam tenet huius numeri perfectio dignitatem. AVGVSTINVS QVARTO DE GENESI AD LITERAM. Promde enim senarium numerum ea ratione perfectum dicimus, quia primus suis partibus compleatur, talibus dūtaxat partibus, quæ multiplicatæ possint consummare numerum cuius partes sunt. Talis enim pars numeri dici potest quota. Senarius ergo numerus partibus suis connumeratis, & in summam ductis, in se completur. EVCHERIVS. Vnum enim, & duo & tria, sex faciunt. Habet enim partes tales, sextam, tertiam & dimidiam. Sexta eius vnus est, tertia duo, dimidia tres. Hæ tres partes in summam ductæ, id est vnum, duo & tria, simul eūdem consummant perficiūntque senarium numerum. Sex ergo diebus perfecit deus omnem ornatū cœli & terræ, vt quia omnia in mensura & numero & pondere constituit, ipso etiā numero in quo operaretur, sua opera doceret esse perfecta. AVCTOR CATE. Quod nos, Et omnis ornatus eorū legimus, & Septuaginta καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν. Hebraicè וְכָל צְבָאָם vecol zebaam, habetur, quod magis & omnis exercitꝰ eorū, sicut & Chaldaica, D habet, quàm ornatus tranferri potest. Phrasis enim & consuetudo Hebraica est, vt in ea lingua, vniuersa stellarum multitudo, militia atque exercitus appelletur, propterea militiam cœli adorare prohibētur Hebræi, id est stellas ipsas. Cœli ergo ornatus sunt ipsa sydera, totusque cœli apparatus atque opificium. Quod vt facilius percipere tur, Hebraica loquendi consuetudine dimissa, exercitum vertit interpres ornatum, quod tamen non fecit alibi. Cum ergo deus à prophetis dominus exercituum vocatur, innuunt eum cœli, cœlestiúmque syderum auctorem atq; parentē esse. Etiam & illud mysticè significant, quod sit dominus angelicæ multitudinis, qui in diuinis literis appellantur etiam militia siue exercitus cœlestis, iuxta illud euangelij, Et facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium deum & dicentium, & cætera. CAIETANVS. Vel appellat omnia à luce vsque ad hominem incluſiue producta, exercitus cœlorum & terræ, eo quod tam cœlestia, quàm aërea, quàm aquatica, quàm terrestria vegetabilia, quàm terrestria animantia vsque ad hominem incluſiue, sunt gradatim ordinata inter se ad E similitudinem exercituum. Itaque astra sunt sic condita & ordinatè disposita, quemadmodum si essent exercitus corporum cœlestium, & similiter volatilia sunt à deo sic disposita ordinatè, vt constituant velut exercitum inferiorum cœlorum, hoc est, aëris, & similiter pisces sunt inter se sic ordinate dispositi adeo, vt constituant velut exercitum aquarum, & similiter herbæ, virgulta & arbores sic à deo ordinata sunt gradatim, vt constituant velut exercitum vegetabilium terræ, & demum animalia terrestria sunt sic disposita, vt constituant alterum exercitum terræ. Intendit siquidem ex ordinibus secundum singulas vniuersi partes insinuare, ipsum vniuersum esse ordinatissimum, vt pote quod ex valde ordinatis integratur, propter huiusmodi enim ordinem metaphora exercitus vsus est, ordo siquidem multitudinis magnæ, & multitudinis graduum, maximè apparet in exercitu. AVCTOR CATE. Sequitur autem latior explicatio operū diei sextæ. *Compleuitque deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta græca exēplaria habetur, Et consummauit deus in die sexto opera sua quæ fecit. Pro die sexta in Hebræo diem septimā habet. Artabimus igitur Iudæos qui de ocio sabbati gloriantur, quod iam tunc in principio sabbatum dissolutum sit F dum deus operatur in sabbato, complens opera sua in eo, & benedicens ipsi diei, quia in illo vniuersa compleuit. IVNILIVS. Sed meritò quæritur, quomodo nostra æditio quæ de Hebraicæ veritatis fonte descendit, compleuisse deum in die septimo dicat opus suum quod fecerat, in quo nihil nouum creasse commemorat? nisi forte ipsum diem septimum nunc eum fecisse, atque in eius factura opus suum compleuisse dixerimus. Quod eo facto mensuram numerúmque consummauerit dierum, quo circuitu omnia dehinc secula ad finem vsque percurrēt. Nam in reuolutione temporum, octauus idem & qui primus computatur dies. Compleuit ergo die septimo opus suum quod fecerat, quia dierum quos fecerat summam in eo terminauit, addito ipso septimo, quem sabbatum dici & esse voluit, eo quod eum mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione donaret, vt sequentia docent. Vnde etiam dies iudicij & consummationis seculi, quia post septimam sabbati ventura est, octaua in scripturis nuncupatur, videlicet quasi septem soli præcesserint. Dictum est in titulo psalmi, in finem in hymnis pro octaua psalmus Dauid, quod de die iudicij scriptum totus sequentis psalmi textus docet, in quo iram venturi iudicis timens

Lucæ. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mens Propheta,exclamat,Domine ne in ira tua arguas me, & cætera. Sic & dies dominicæ resurrectionis, cum post tot dierum milia ventura esset, octaua tamen & ipsa dicta est in titulo alterius psalmi, quia nimirum septimam sequebatur, vt septimanæ sequentis prima existeret, id est eadem ipsa in qua in principio dixit
Psalm. 11. deus, fiat lux, & facta est lux. Quem quidem psalmum de resurrectione dominica scriptum, probat ipse qui
Lucæ. 12. in eo loquitur, dicens, Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus. Potest autem & rectè accipi compleuisse die septimo deum opus suum quod fecerat, etiam in eo quod ipsum diem benedixit & sanctificauit, neque enim nullum opus est benedictio & sanctificatio. Neque Salomon nil operis fecisse dicendus est, cum templum quod fecerat dedicauit, immo eximium dei opus est, cum ea quæ fecit, benedictione & sanctificatione æterna glorificat. Denique de hoc opere quod in æterno die sabbati facit,dicit ipse in parabola fidelium seruorum, Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Qui enim præcingit se, qui discubitum præparat, qui transit,qui ministrat,vtique operatur. Sed his tamen verbis omnibus nihil aliud intimatur,quàm quod sanctos suos dominus in
1.par. q. 73. ar. 1. ad 2. æternũ benedicit & sanctificat,id est visionis suæ gloria post opera bona quæ donauit, remunerat. THOMAS. Quod deus opus suum consummauerit secundum vnam translationem die sexto,& die septimo secundum aliã, vtrunq; stare potest.Nam consummatio quæ est forma totius vniuersi,quæ ex integritate partium consistit,competit sextæ diei.Consummatio autem quæ est per cessationem à nouis creaturis,diei septimæ conuenit.Poterat enim deus plures creaturas facere,præter illas quas fecerat sex diebus.Simile dicimus in motu continuo.Quandiu enim aliquis potest moueri vlterius,non dicitur motus perfectus ante quietem. Quies enim demonstrat motum consummatum.Vnde hoc ipso quod cessauit nouas deus condere creaturas, in septimo die dicitur opus suum cõsummasse. CAIETANVS. Et ne intelligeretur deum finisse opus suum quod poterat facere, adiungitur opus suum quod fecerat. Nunquam enim deus finit opus quod potest facere, sed finit opus quod facit,ita perfectè faciendo illud, vt nihil desit,vt nihil superflui habeat, vt nihil addendum sit, & cum hoc potest semper
Cap. 31. aliud & aliud opus facere. *Et requieuit deus die septimo ab uniuerso opere quod patrarat.* AVGVSTINVS VNDECIMO DE CIVITATE DEI. In septimo die,id est eodem die septies repetito, qui numerus etiã ipse alia ratione perfectus est,dei requies commendatur,in qua primum sanctificatio sonat.Ita deus noluit istum diem in vllis suis operibus sanctificare,sed in requie sua quæ non habet vesperam: Neque enim vlla creatura est, vt etiam ipsa aliter in dei verbo,aliter in se cognita,faciat aliam velut diurnam,aliam verò vespertinam notitiã. De septenarij porrò numeri perfectione dici quidem plura possunt,sed hoc satis sit admonere,quod totus impar primus numerus ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro vniuerso sæpe ponitur,sicut est,Septies cadet iustus & resurget,id est,quotiensçunque ceciderit,non peribit.Quod non de iniquitatibus,sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus,intelligi voluit.Et septies in die laudabo te, quod alibi alio modo dictum est,semper laus eius in ore meo.Et multa huiusmodi in diuinis auctoritatibus reperiuntur,in quibus septenarius numerus(vt dixi)pro cuiusque rei vniuersitate poni solet. Propter hoc eodem septenario numero significatur spiritussanctus, de quo dominus ait, Docebit vos omnem veritatẽ, ibi requies dei qua requiescitur in deo.In toto quippe,id est in plena perfectione requies,in parte autem labor. Ideo laboramus quandiu ex parte scimus, sed cum peruenerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. GREGORIVS
Cap. 11. PRIMO MORALIVM. Quid ergo in septenario numero nisi summa perfectionis accipitur? Vt enim humanæ rationis causas de illo taceamus,quæ asserunt,quod idcirco perfectus sit,quia ex primo pari constat & primo impari.Ex primo qui diuidi potest,& primo qui diuidi non potest,certissimè scimus,quod septenariũ numerũ scriptura sacra pro perfectione ponere consueuit. Vnde & septimo die dominum requieuisse ab operibus asserit. Hinc etiam est,quod septimus dies in requiem hominibus,id est in sabbato datus est.Hinc est,quod Iubileus annus in quo plena requies exprimitur,septem hebdomadibus consummatur,qui monade addita nostrę adunationis summa impletur. AVGVSTINVS QVARTO DE GENESI AD LITERAM. ET IVNILIVS. Non quasi lassus ex nimio labore die septimo ab vniuerso opere suo quod patrarat deus,instar humanæ fragilitatis completa mundi fabrica requieuit,sed requieuisse ab vniuerso opere suo dicitur,quia nouã creaturam vltra instituere aliquam cessauit. Solet nanque scriptura sæpe requiei nomine cessationem operis siue ser-
Apoca. 4. monis indicare, sicut in Apocalypsi de sanctis animalibus,Et requiem(inquit)non habebant die ac nocte, dicentia,Sanctus,Sanctus,Sanctus dominus deus omnipotens, pro eo vt diceret, non cessabant hæc semper decantare.Nam maxima & vnica sanctis est requies in cœlo,laudẽ summæ trinitatis quæ deus est, indefessa voce dicere. CHRYSOSTOMVS. Requieuit ergo deus die septimo ab omnibus operibus quæ fecit,quasi diceret,substitit & cessauit à formandis producendisq; ex nihilo rebus vt essent. Omnia quæcunque oportebat produxerat,& eum qui fruiturus erat formauerat.Et vide quomodo humano more & quadam attemperatione ad nostram imbecillitatem diuina scriptura loquitur, alioqui nisi hac ratione vsa fuisset, non possibile erat vt aliquid dictorum suorum intelligeremus. PROSPER IN SENTENTIIS. Non est autem phas credere,aliter affici deũ cum vacat, aliter cum operatur, quia nec affici dicendus est,tanquam in eius natura fiat aliquid,quod antè non fuerit.Patitur quippe,qui afficitur,& mutabile est omne quod patitur. Non ergo in deo aut pigra vacatio, aut laborioſa cogitetur industria, quia nouit & quiescens agere, & agens quiescere, & quod in operibus prius quidem est, aut posterius, non ad facientem,sed ad facta referendum est. Aeterna enim est & incommutabilis voluntas eius,nec consilio alternante variatur,in qua simul est quicquid in rebus creandis vel ordinandis,aut prçcessit,aut sequitur. EVCHERIVS ET IVNILIVS. Sed quomodo conueniat illud quod dominus in euangelio ait,Pater meus vsque modo operatur,& ego operor, cum hoc quod ait,Requieuit deus ab operibus suis. Requieuit scilicet,quia deinceps nullam nouam condidit creaturam. Operatur autem vsque nunc, quia omnia ex eis fararæ omniúmque rerum quas cõsiderat,gubernatione & administratione cessauit, alioquin continuo dilaberẽtur.
1.par.q. 73. artic. 1. ad 3. THOMAS. Nihil enim postmodum adeo factum est totaliter nouum,quin aliqualiter in operibus sex dierum præcesserit.

A præcesserit.Quædam enim præextiterunt materialiter,sicut deus de costa Adæ formauit mulierem.Quædam etiã causaliter,sicut indiuidua quæ nunc generantur,præcesserunt in primis indiuiduis suarum specierum.Species etiã nouæ si quæ apparent,præextiterunt in quibusdam actiuis virtutibus,sicut quod animalia ex putrefactione generata,producuntur ex virtutibus stellarum & elementorum, quas à principio acceperunt, etiam si nouæ species tantum animantium producantur.Animalia etiam quædam secundum nouam speciem aliquando oriuntur ex commixtione animalium diuersorum secundum speciem, sicut cum ex asino & equa generatur mulus. Et hæc etiam præcesserunt causaliter in operibus sex dierum. Quædam verò præcesserunt secundum similitudinem, sicut animæ quæ nunc creantur.Et similiter incarnationis opus,quia vt dicitur Philippensiũ secundo,Filius dei est in similitudinem hominum factus.Gloria etiam spiritualis secundum similitudinem præcessit in angelis,corporalis verò in cœlo,præcipuè empyreo.Vnde dicitur Ecclesiastes primo,Nihil sub sole nouum, iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. AVCTOR CATE. Et idcirco bene additum est, quod patrarat,ac si diceret,nõ
B cessauit ab eo quod erat facturus & operaturus in posterum,sed ab eo duntaxat opere, quod vsque in diem illum fecerat. AVGVSTINVS ET IVNILIVS. Potest verò & aliter intelligi requieuisse deum ab omnibus operibus suis, non eum opus habuisse illis operibus suis in quibus requiesceret, quippe cuius requies in se ipso sine initio ac termino semper vera est.Sed sola bonitatis suæ causa fecisse opera,quæ in eo requiescerent.Quod è contrario facilius intelligitur, cum meminerimus humanam indigentiam per hoc maximè laboribus quotidianis insistere,vt in operibus suis requiem percipere possit,dicẽte domino,In sudore vultus tui vesceris pane. Deus autem ante creationem mundi æternaliter in se ipso perfectam habebat requiem, ipse etiam creato mundo non in operibus quæ fecit,sed ab omnibus quæ fecit operibus quieuit,vt pote nihil habens necessitatis in creaturis suis requiescere, quin potius creaturis rationabilibus ipse requiẽ præstans, cum in se ipso perfectè semper requiescat, eoq; bono beatus sit,quod ipse sibi est.Et propterea requieuisse etiam dicitur deus trãslato genere locutionis,cum creaturæ rationali in qua & hominem creauit, in se ipso requiem præbuit post eius perfectionem per donum spi-
C ritussancti,per quem diffunditur charitas in cordibus nostris,vt illuc feramur appetitu desiderij, quo cum peruenerimus,requiescamus,id est nihil amplius requiramus.Sicut enim rectè dicitur deus fecere quiequid ipso in nobis operante fecerimus, ita rectè dicitur deus requiescere, cum eius munere requiescimus, sicut dicimus cognoscere,cum efficit vt cognoscamus.Neq; enim deus temporaliter cognoscit quod anteà non nouerat,& tamen dicit ad Abraham,Nunc cognoui quoniam times deum,vbi quid aliud accipimus,nisi nunc feci vt cognoscereturꝰ In quo & id magnopere aduertendum,quod dies ipse septimus quanquam mane potuerit, vesperam tamen habere minimè perhibetur,quoniam creatura eadẽ vt in deo incipiat requiescere, quod ab illo proficiscitur habet, sed quod sit illa perfectione perfectius,non habet. CAIETANVS. Iuxta Hebræum,Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod fecit.Explicatur modus quo finiuit deus vniuersum die septimo, dicẽdo,& requieuit in die septimo,requies enim ab opere, cessatio est ab operando. Vnde non dicitur,& requieuit absolutè,sed adiungit ab omni opere suo,apertè significando, quod non requieuit simpliciter & absolutè,sed requieuit ab vniuersi efficientia.Nec etiam dicitur quod requieuit ab omni opere suo absolutè,sed adiungitur,quod fecit,ne errares intelligen
D do quod deus cessando ab vniuerso,cessauerit ab operando. Ad hunc enim erroneum sensum excludendum adiungitur,quod fecit.Cessauit siquidem deus ab efficiendo nouas creaturas,non autem cessauit ab operando, cum actione conseruatiua,tum actione gubernatiua,iuxta verbum domini in euangelio,Pater meus vsq; modo operatur. *Benedixitque diei septimo & sanctificauit illum.* CHRYSOSTOMVS. Nam postquam substitit opifex,& omnia quæcunque voluit secundum misericordiam suam produxit in mediũ suo præcepto, tunc finem formãdi fecit die sexto. Nihil enim aliud die septimo producere voluit,eo quod omnia quæ facere voluerat,iam perfecta erant. Et vt habeat etiam dies ille aliquod ad verbum & nomen suum, & ne videatur minus aliquid habere,eo quod in eo nihil factum sit,benedictione ipsum dignatus est.Et benedixit(inquit)deus diem septimum,& sanctificauit illum.Quid igitur,non erant & cæteri dies benedicti? Etiam profectò, sed sufficiebat illis pro omni benedictione,quod in singulis illis creaturæ productæ fuerunt. Et ideo de illis non inquit,& benedixit, in solo autem
E septimo hoc dixit,& apposuit & sanctificauit illum.Quid est & sanctificauit illum? ab aliis illum segregauit.Dein de docens nos diuina scriptura causam propter quam dixit, & sanctificauit illum, adiicit. *Quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret.* Iam hic ab initio doctrinam nobis insinuat deus, erudiens in circulo hebdomadis diem vnum integrum segregandum & reponendum in spiritualem operationem. Quippe ob hoc dominus completo in sex diebus opificio suo,septimum benedictione dignatus est & sanctificauit, eo quod in illo quieuerat ab omnibus operibus suis quæ facere cœperat. THEODORETVS. Vnaquæque igitur dierũ proprium quoddam accepit opificium.Quia ergo ad hãc vsque diem conditionem vniuersam operatus erat,diei septimo pro opificio benedictionem dedit,ne immunis remaneret.Sanctificauit verò, pro seperauit positum est, quod in diuina scriptura crebro vsurpatum reperies.Separauit itaque diem hanc ab aliis,in qua quieseret,ac veluti otium ageret,ostendens se vniuersam creaturam absoluisse,ac nihil præterea noui ab ipso faciendum esse.Ac ne inutilis aut vilis dies hæc septima existimari posset, benedictionem atque sanctificationem illi contulit.
F IVNILIVS. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Illa videlicet benedictione & sanctificatione, quam populo suo in lege plenius intimauit,dicens,Memento vt diem sabbati sanctifices.Sex diebus operaberis, Exo. 20. & facies omnia opera tua,septimo autem die sabbatum domini dei tui est,non facies omne opus in eo.Et paulò post,Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. Idcirco benedixit dominus diem septimum,& sanctificauit eum. EVCHERIVS. Cur dominus sanctificauit diem quietis suæ,nisi quia se creaturæ quam fecit diligendum præposuit,non sanctificans diem qua ea facienda inchoauit, nec illum in quo ea perfecit, ne illis aut faciendis vel factis augmento eius gaudere videretur, sed tunc sanctificauit, quando ab ipsis in seipso requieuit. AVCTOR CATENAE. Vel benedixit diei septimo, & sanctificauit eum, id est in eo sibi benedictiones & laudes fieri voluit, sibiq; consecrauit, cæteros operum exercitio deputans, illũ verò suo cultui mãcipãs.Sanctificatio enim in vna significatione, idẽ est quod ad diuina

Universidad de Deusto
Biblioteca

obsequia applicatio,sicut vestes sacerdotales & vasa ecclesiæ dicũtur sancta,siue sãctificata, quæ per benedictionẽ & sanctificationem diuino cultui sunt applicata. Sic igitur benedicti quidem iam erant reliqui priores dies ex opere dei,sed istum septimum voluit & docuit deus reponendum & ordinandum in hoc,vt vacaretur ab hominibus creatori,in quo incumberetur studio cognoscendi beneplacitum dei,recognoscendi & rememorandi ipius beneficia,admirandi potentiam,sapientiam,prouidentiam,ac bonitatem summi illius opificis. Audiendi à patribus ante legem,vel ex codicibus sacris per interpretes post datam legem,quid à nobis omnipotens exigat,sapientiam scilicet diuinæ legis,quæ sabbato docenda erat,dum à corporis necessitatibus curandis otium esset.

CAIETANVS. Aut benedictio diei septimæ,dicationem septimi diei ad diuinum cultum, sanctificatio vero,exemptionem seu munditiam eiusdem diei ab operibus seruilibus significat,& ratio redditur, cessatio diuina ab opere condendi nouas creaturas. Nullam enim creaturam posteà creauit,quæ in prima vniuersi creatione non præfuerit aliquo modo. RVPERTVS. Et notandus loquendi modus,dum dicit, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Ergo ne prius creauit quod postea faceret? Plane ita est, hunc enim sensum litera ingerit,& auditorem cogit. Creauit ergo deus prius in verbo æterno,quod postea faceret in opere,creauit in sua sapientia intemporaliter omnia, quæ sigillatim in tempore erat conditurus, iuxta illud, Qui vicẽ autem habetur אֲשֶׁר בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת aser bara elohim laasoth, quod aliqui transferunt, Quod creauit deus ad faciendum,id est vt de cætero ipsa opera ex se producerent alia,& non esset necessarium nouas creaturas producere,sicut exponunt Hebræi.

Mysticè. IVNILIVS. Benedictio profectò & sanctificatio diei septimi,in typum maioris benedictionis ac sanctificationis facta est. Nam sicut per crebras imo quotidianas in lege victimas, sanguis dominicæ passionis qui semel erat pro salute mundi effundendus,signabatur,ita & per requiem diei septimi quæ post opera sex dierum semper celebrari solebat,præsignabatur magnus ille dies sabbati,in quo dominus semel in sepulchro erat requieturus,cõpletis ac perfectis in die sexto omnibus operibus suis,quibus mundum quem sexto die perfecerat, iam perditum
Ioan.19. restaurabat,in qua etiam die quasi antiqui recolens operis,aperto sermone declarauit,saluationem se iam mundi perfecisse. Cum enim accepisset acetum, dixit, Consummatum est,& inclinato capite tradidit spiritum. Sed & hæc sanctificatio ac benedictio septimi diei,& requies illa dei post opera sua valde bona,designauit, quod & nos singuli post opera bona quæ in nobis ipse operatur & velle & perficere,ad requiem tendimus vitæ cœlestis,in qua æterna eius sanctificatione & benedictione perfruemur. Vnde bene idem dies septimus vesperam habuisse non scribitur,quia nimirũ perpetuam nostram in illo requiẽ designat. ALBINVS. Vltima enim sanctorũ requies sempiterna est. RVPERTVS. Vel aliter. Tota hæc litera diem septimũ commẽdat. Et quis iste sit dies, iam superius in initio dierũ dictũ est,videlicet quia primus est dies,& quia cæteris diebus nõ tanquã minor postpositus, sed vt lõge dignior superpositus est. Etenim dies iste splẽdor paternæ glorię,lux lucis & fons luminis,dies dierũ luminãs,sol ipse verus & indeficiẽs,dies non factus,sed omnẽ diem efficiẽs. Huius diei proprietas, vel propria dignitas,diligẽter nobis hoc loco spectãda est. Primùm hoc à cæteris diebus differt,quod vespere & mane nõ habet, nec enim,dixit scriptura,Factũ est vespere & mane dies septimus,sicut dixerat,Factũ est vespere& mane dies sextus,Factũ est vespere & mane dies quintus,similitérq; de cæteris omnibus. Sed nec hoc saltẽ dixit,& factus est dies septimus. Sic omnino dicendũ fuisset vt dictũ est,catholica fides cõsentit. Dies enim iste natus,non factus est,genitus non creatus est. Quomodo ergo vespere & mane haberet,vel quomodo factus recte diceretur. Nam de singulis quidẽ cæterorũ dierum,erat quando non erat,recte dicas,quia videlicet erat vespere,quando non erat,& factũ est mane,quando quilibet eorum cœpit existere. At verò de hoc die dicere erat quando non erat,vel putare quod vlla eum vespera præcesserit,aut quod vnquam mane nouum essentiale eius fuerit,hæreticorum est. Nam catholica fides nihil aliud de hoc die nouit,nisi quia est. Igitur magna huius cæterorúmque dierum in hoc distantia est,quod de illis sic dicitur,factum est vespere & mane dies vnus,dies sextus. Hic autem repente quippe qui factus non est,sed erat & est ante omnes,sic infertur,Compleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat,& requieuit,& cætera. Deinde & hoc à cæteris diebus iste differt, quia cæterorum dierum opus, in illo completum est. Et notandum diligenter,quod non dictum sit, compleuitque deus die septimo omne opus suum quod fecerat,sicut dictum est protinus,& requieuit ab omni opere suo quod patrarat,sed compleuit (inquit) deus opus sutionalis creaturæ opus,gloria eius impletur. Denique non hoc firmamentum,vel cœlum,non mare & arida, non terræ germina siue plantaria,non sol & luna,non reptilia maris siue volatilia cœli,non iumenta aut bestiæ,siue reptilia terræ,sed sola rationalis creatura,id est angelica lux,& homo ad imaginem & similitudinem dei factus,sanctam huius diei claritatem intuentur. Bene ergo non dictum est,Compleuitque deus die septimo omne opus sum,sed compleuit die septimo opus suum quod fecerat,quoddam opus suum,quandam creaturam suam, rationalem sciliet creaturam quam fecerat. Requieuit autem ab omni opere suo quod patrarat. Ab omni (inquam) opere suo requieuit,quia nullam deinceps nouam creaturæ speciem fecit,quoddam autẽ opus,id est angelicam creaturam iam tunc in hoc septimo die compleuit,in quo & ipse requieuit,quandoque completurus eodem die, eadem fœlicitate sapientiæ prælectam, & ex illis duobus, masculo & fœmina nascituram multitudinem humani generis. Quæ est enim completio creaturæ rationalis, nisi videre æternaliter siue immortaliter claritatem huius
Roma 8. diei? Eò namque tendit tota prædestinatio dei super his quos præsciuit,tam hominibus quàm angelis,quicunque
Apoc.1. secundum propositum eius vocati sunt sancti,vt conformes eos faciat imaginis filij sui. Hac tamen differentia,vt ille qui vnigenitus,idem eo & primogenitus in multis fratribus sit,ibi planè completur opus dei,vbi isti per quẽ facti,eidem sunt reformati. Hoc est principium,& hic finis operis. Vnde dicit ipse sic,Ego sum α & ω, primus & nouissimus,initium & finis. In illo die suo tantus operarius deus requieuit,sanctos iamdudum angelos participes habens suæ requietionis. Illo nãque in die firmati, illo in die remunerati, & in suo quisque ordine glorificati sunt. Et benedixit (inquit) diei septimo,& sanctificauit illũ,quia ĩ ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt

A deus vt faceret. Dubium ne hoc est, quod hunc æternitatis diem pater benedixerit & sanctificauerit? Primus ipse benedictus & sanctificatus dicit Iudæis,si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est,& nõ potest solui scriptura, Ioan 10.
Quem pater sanctificauit & misit in mundum,vos dicitis quia blasphemas,quia dixi filius dei sum? Nunquid hoc
sine auctoritate vel testimonio scripturæ dixit? Planè sicut interrogatus ab eisdem Iudæis dicentibus tu quis es? ad Ioan.8.
hanc scripturam respexit & dixit, Principium qui & loquor vobis. In principio quippe, non alio quàm in verbo
suo,creauit deus cœlum & terram. Sic nihilominus cum dixisset,Ego & pater vnum sumus,dicentibus illis quod
blasphemaret,ad hanc respiciens scripturam,hæc dixit,Quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dici-
tis quia blasphemas,quia dixi filius dei sum? Non enim sic dixit,quem pater misit in mundum & sanctificauit,ne
dictum putes de benedictione assumptæ carnis,siue sanctificatione humanæ naturæ,quam assumpsit, sed sancti-
ficauit (inquit) & deinde misit in mundum. Et Propheta in psalmo venturum esse hunc diem, & illuminaturum
omnem mundum,Hæc est (inquit) dies quam fecit dominus,exultemus & lætemur in ea. Et continuò,O domi- Psal.117.
B ne saluum me fac,ô domine bene prosperare,benedictus qui venturus es in nomine domini. Hunc diem quem fe
cit dominus,benedictum dixit, eundémque venturum esse in nomine domini,de quo clarum certúmq; est, quia
iam venit. Et subinde gratulabundus,deus (inquit) & dominus,subauditur est hic dies,& illuxit nobis, Constituite diem solennem vsque ad cornu altaris, id est,vacate à seruili opere peccati,contemplando in condensis,id est,
multiplicitate bonorum operum,hunc diem esse principem altaris, qui cum sit deus & dominus, rectè debeat adorari. Quid ergo inquis? Nonne & cunctos dies qui iam ante hunc septimum diem descripti sunt, idem domi-
nus fecit? Nam nisi aliter fecisset alios,& aliter hunc, quomodo diceret de isto solo, Hæc est dies quam fecit dominus,manifestè propriam hanc eius esse volens differentiã,quod eum fecit dominus. Fecit planè,sed aliter hũc,
atque aliter illos fecit. Nam alios creando, hunc autem diem de semetipso fecit gignando, videlicet quomodo
diem visibilem hunc facit hic visibilis sol. Non facit enim extra se operando,sed de se ipso splendorem emitten-
C do. Igitur iste dies quem fecit dominus,qui tunc quidem quando Propheta hęc quæ prædicta sunt de illo scripsit, venturus erat,nunc autem benedictus iam venit in nomine domini,ipse est quem fatemur filium patris ante se- Rom.9.
cula benedictum,qui est (vt Apostolus ait) Christus super omnia deus benedictus in secula. Benedictus (inquam)
& sanctificatus,pater enim illum (vt iam dictum est) sanctificauit & misit in mundum. Quid autẽ opus erat dici
vel scribi, quod hunc in quo totius benedictionis & sanctitatis summa consistit, pater benedixit & sanctificauit?
Quidnam (inquam) opus erat hoc scribi,nisi vt significaretur, quod in isto tali die requiescere non habeant ma- Psalm.94.
ledicti & non sanctificati,quicunque male vtuntur diebus terræ & maris? De talibus enim dicit, Ipsi verò non co-
gnouerunt vias meas,quibus iuraui in ira mea,si introibunt in requiem meam. Et benedictus & sanctificatus est
hic dies requiei,lætitiæ & exultationis,quia benedictis dei patris sanctificationem spiritus custodientibus, para-
tus est ab origine mundi. Sciendum tamẽ,quod in illo die tam bono tam fœlici,aliter nos,aliter deus requiescit. Matth 25.
Nos enim verè lassi,verè peregrini & captiui,soluta captiuitate præsenti respirabimus illic sicut consolati,& illic
D post labores & onera reficiemur,inuenientes requiem animabus nostris. At verò deus in illo die sic requiescit,sic
omne suum complet desiderium, vt tamen nunquam laborauerit, quippe qui dixit tantùm, & omnia facta sunt.
Quid ergo est,& requieuit deus in die isto,nisi quia comparatio diei huius ad cæteros facta est? Namen appẽde dies
omnes suprascriptos,& præter duo,scilicet præter angelum & hominem, nihil est quod in se ipso nouerit parare
locum deo. Et in istis quidem inhabitat deus,sed oportet vt prius sibimet in illis mansionem paret ipse deus,vt in
brachio suæ fortitudinis operetur,& gratiam construat,in qua ad requiescendum nominis sui gloria dignè collocetur. Nullus enim angelorum vel hominum aliter nisi per operosam ipsius gratiam habitationi eius fit idoneus.
Operatur itaque in illis ipse primus, & antequam domus vel mãsio sua perficiatur,quasi laborat,vnde & lassabun Esaiæ.5.
dus querelam depromens,laboraui (inquit) sustinens. At verò hunc solum diem,id est,vnicum filium suum,sicut
non creauit sed genuit,ita nec accidentali dono bonum fecit,sed essentiali bonitate bonum semper habuit,solúsque hic est,in quo iustificando nihil omnino laborauit,aut profectum eius expectando,patientiam aliquando ha-
E buit. Ad creandos angelos & homines sapientiæ suæ impensas contulit, & propter illos saluandos siue discernendos, misericordiam & iudicium hinc & inde magnis impendiis ædificauit, vt totus miratur orbis, & vniuersa
iamdudum magnificat curia cœli. In isto solo nihil vnquam fuit quod resisteret ei, siue ille in sinu eius pausauit,
siue militaturus iussu ipsius naturam nostræ carnis induit. Igitur hic vnus est,in quo deo requieuit,& si super nos
requiescit,non nisi pro quanto conformamur huic,pro tanto super nos requiescit. Ait itaque hæc sacrosancta nõ
hominis sed digiti dei scriptura,Et requieuit deus die septimo ab omni opere suo quod patrarat,& benedixit diei
septimo,& sanctificauit illum,quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Magna ad
hæc etiam nolentibus vel dissimulantibus, magna (inquam) hic & mira sententia ingeritur, ita dicendo, quia in
ipso cessauit ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Non dixit ab omni opere suo quod creauit aut fecit,
sed quod creauit vt faceret, quia videlicet antequam in illis diebus essentiarum quæ supra distinctæ sunt, omnia
faceret,in isto septimo die creauit,creauit (inquam) cœlum & terram,antequam faceret,creauit omne virgultum
F agri,antequam oriretur. Quod si non audisti,si fortè dormitasti,ipse protinus scriptor interrogationis suæ manu
te vellit atque percellit,& quod interrogare tu debueras,interrogat,dicens,Istæ generationes cœli & terrę quando creatæ sunt? & continuò respondet, In die quo creauit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur,omnémque herbam virentem antequam germinaret. Bene ergo & excellenter dictum est,creauit
vt faceret,creauit (inquam) omnia simul in sua sapientia,vt vnum quodque illorum in sua propria faceret essentia. Hinc est illud quod cum baptizaretur hæc ipsa sapientia incarnata,tali illam voce testificando declarauit,Tu Matth.3.
es filius meus dilectus,in te mihi complacui. Non dixit in te mihi cõplaceo,ne putes hoc solum placere illi quod
inciperet mundum saluare in illo,quanquam hoc opus magnæ laudis sit,sed in te (inquit) mihi complacui, contestans quod hic ille sit,per quem cum faceret omnia,complacebat sibi per singula bonus operarius, videdo quod
esset bonum. Ipse qui incarnatus est,qui venit benedictus in nomine domini, ipse (inquam) septimus dies est, in
quo deus requieuit,in quo priusquam faceret,omnia creauit,non alius quàm verbum dei,verbum deus,filius dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnigenitus.Proinde lex etiam ſabbati carnalis, lex fuit ſancta & iuſta & bona. Nam ſicut ſignum circunciſionis G
incarnationem, & immolatio paſchalis agni paſſionem futuram prædicabant eiuſdem vnigeniti filij dei, ſic &
ſabbatiſmus ille requiem annunciabat,quæ poſt hanc vitam repoſita eſt ſanctis & electis, vbi deus in luce ſapien-
tiæ ſuæ requieſcit,qui & ipſam requiem illis pro mercede præparauit.Porrò ſpiritualis homo non vno die hebdo-
Pſalm.45. madis,ſed omni tempore ſabbatizare ſatagit,ſemper intentus verbo dei,iuxta Pſalmiſtam qui de hoc ſabbato lo-
Lucæ.19. quitur,imò per quem loquitur ipſe ſabbatorum dominus,Vacate & videte quoniam ego ſum deus.Vacate nanq;
à ſeculi actibus, & in ſancto & in quieto ſtudio videte, quoniam dominus eſt deus, illius inchoatio ſabbati eſt,
quam & contemplatiuam vitam dicimus,quam optimam partem eſſe teſtatur ipſa veritas, Maria (inquiẽs) opti-
mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea cuius ſuauitatem iam in præſenti ſuis amatoribus dulciter aſpiran-
tem,ſciens idem dominus,alibi loquitur,Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.
Matth.11. Tollite iugũ meũ ſuper vos,& diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiẽ animab⁹ veſtris.
Myſtice, IVNILIVS. Hucuſque de primordio mundi iuxta ſenſum literæ allegoriamq; dixiſſe ſufficiat. Libet mo- H
do paucis intimare,quomodo & ſex illi ſiue ſeptem dies,in quibus mundus eſt factus,totidem eius ætatibus con-
ueniant.Primus nanque dies in quo dixit deus,Fiat lux,& facta eſt lux,primæ ætati congruit,in cuius initio mun
dus idem factus,& homo in delitiis paradiſi voluptatis poſitus eſt. Vbi præſente gratia ſui conditoris, malorum
omnium liber ac neſcius frueretur. Sed hic dies ad veſperam iam cœpit declinare, cum protoplaſti peccando
fœlicitatem patriæ cœleſtis perdiderunt,atque in hanc conuallem lachrymarum dimiſſi ſunt. Quod & ſignifica-
tum eſt hora temporis illius, cum Adam poſt culpam prætiaricationis audiuit dominum deambulantem in pa-
radiſo ad auram poſt meridiem.Deambulauit quippe dominus,vt ſe ab homine in cuius corde quietus manſerat,
receſſiſſe ſignaret,& hoc ad auram poſt meridiem,vt lucem in ſe homo diuinæ cognitionis,feruoremq; dilectio-
nis minoratum eſſe cognoſceret.Plena autem veſpera diei huius aduenit,cum crebreſcentibus vitiis humani ge
neris,corrupta eſt omnis terra coram deo vt iniquitate repleta,à deo deleri diluuio omnis caro,præter quos clau
ſerat arca,mereretur. Secundo die factum firmamentum in medio aquarum, & ſecunda ætate ſeculi arca in qua I
reliquiæ generis humani,& ſemen (vt ita dixerim) ſequentium ſeruabatur ætatum, poſita eſt in medio aquarum,
quas certatim hinc rupti fontes omnes abyſſi, inde apertæ cœli cataractæ fundebant.Sed & hic inclinatus eſt ad
veſperam dies,cum ſe nationes oblitæ maximè vel iræ vel miſericordiæ dei, contuliſſent ad ædificandam ſuper-
biæ turrem. Plenam verò accepit veſperam, quando confuſione linguarum humani generis eſt ſocietas diſciſſa.
Tertia die confluentibus in loca ſua aquis,arida apparuit terra,& mox herbis virentibus,ac frondentibus eſt ve-
ſtita nemoribus,ætatis quoq; initio tertiæ,ſeparatis in loca ſua gentibus idololatris (quarum error inſtabilis,&va
Gene.12. nis ſimulachrorum doctrinis,tanquam ventis omnibus mobilis, maris nomine ſignificatur) ſemen Patriarcharũ
ab eorum ſocietate diremptũ eſt,ac ſpirituali fruge fœcundatum,dicente domino ad Abraham, Exi de terra tua,
& de cognatione tua,& de domo patris tui,in terram quam monſtrauero tibi, faciámque te in gentem magnã,
& benedicam tibi, & cætera. In qua videlicet gente diſcreti ordines fidelium, quaſi herbæ virentes, & arbores
pomiferæ ex vna eadémque terra prodibant,ſuſcipientes imbrem cœleſtem diuinorum eloquiorum. Verùm hic K
quoque ad veſperam vergere cœpit dies,cum eadem gens Iſraëlitica,& fidem Patriarcharum, & cæremonias da-
tæ ſibi legis negligens, exterarum gentium eſt polluta ſceleribus, & ſeruitio depreſſa. Superuenit iam veſpera,
quando ipſa gens vna cum rege quem ſibi neglecto deo elegerat, alienigenarum eſt gladio maxima ex parte de-
leta. Quarto die cœlum luminaria accepit, & quarta ætate præfatus dei populus, noua eſt factus claritate conſpi-
cuus, per imperium Dauid & Salomonis, aliorum quoque regum deo auctore regnantium, per nobiliſſimum
illud quod Salomon deo condidit templum,per inſignia Prophetarum, quæ cunctis regum eorundem non de-
ſtitere florere temporibus,pérque illud maximè, quod primo ac præeminentiſſimo regum ſibi placentium iura-
uit dominus,dicens, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Verùm & hic ad veſperam dies inclinari
cœpit,cum poſtmodum & reges iidem & populi,templum legesq; dei ſpernentes, vaſtati ac dilacerati ſunt ab ho
ſtibus. Grauiſſima verò ei non ſolum veſpera,ſed & nox ſucceſſit, cum totum illud regnum euerſum, templum L
incenſum,populus eſt in Babyloniam captiuus omnis abductus. Quinto die produxerunt aquæ reptilia anima-
rum viuentium,& volatilia volantia ſuper terram ſub firmamento cœli. Et quinta ætate creuerunt filij tranſmi-
grationis, & multiplicati ſunt in Babylone,quæ ſæpe aquarum nomine deſignatur,quorũ plurimi inter gentes,id
eſt,quaſi in aquis piſces reſedere.E quibus tamen erant nonnulli, qui velut ceti magni dominari magis fluctibus
ſeculi,quàm ſeruire ſtuduerunt, quia nullo terrore ad idololotriam deprauari potuerunt. Alij ſoluta captiuitate
quaſi acceptis pennis libertatis, ad terram Iſraël reuerſi ſunt, & inſtar volatilium tota intentione cœleſtia pete-
bant,ita vt & templũ ac ciuitatem dei reædificare,legem quoq; eius ſumma inſtantia reſtaurare niterentur. Sed
appropiabat veſpera,cum poſtmodũ inter alias ſcelerum tenebras,& domeſticis contra ſe inuicem diſſidere con
fictibus,patriæq; in Romanis ipſi fuere proditores,quæ vt aduenit,eos non ſolũ tributarios effecit, ſed & alieni-
genæ regis qui cõtigiſſet,imperio ſubdi.Sexto die terra iumenta,beſtias & reptilia produxit,quo die creauit deus M
hominem primũ Adam ad imaginem ſuam,ac de latere eius dormientis fœminã creauit Euam. Sexta ætate ſe-
culi inter multos reprobos qui meritò ſerpentibus comparari poterant, ac beſtiis propter ſæuitiam, & quia toto
animo terreſtribus inhærerent curis,vel illecebris,nati ſunt & ſancti in plebe dei perplures,qui ad ſimilitudinem
mundorum animalium,verbum dei ruminare,veræ gloriam diſcretionis in via tenere bonę operationis, & iugũ
diuinæ legis portare,& de velleribus operum ſuorũ calefacere nouerunt.Quorũ in euangelio vtrorũq; mentio eſt
idonea. Inter quos ſecũdus Adã, mediator videlicet dei & hominũ, in quo tanta plenitudo erat imaginis dei,in
mũdo apparuit,& de latere eius dormiẽtis in cruce exiuit ſanguis & aqua. De quibus ſacramẽtis naſciẽ ac nutri-
tur eccleſia quæ eſt mater omniũ per orbẽ,vera vita viuẽtiũ,quod Euæ nomẽ ſonat.Vnde de eiſdẽ ſacramẽtis dicit
ipſe domin⁹,Qui mãducat meã carnẽ,& bibit meũ ſanguinẽ,habet vitã æternã.Cuius diei veſperã iam nunc ap-
propinquare cernim⁹,cũ abũdãte per oĩa iniquitate,refrigeſcit charitas multorũ.Aduenier aũt multo tenebroſior
cęteris,cũ apparẽte hoĩe peccati,filio iniquitatis,qui extolliẽ atq; eleuaẽ ſuper omne quod dicitur de⁹,aut quod co

litur

A litur tãta'fuerit tribulatio,vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt,etiã electi,& ſubſequẽte ſtatim horavniverſalis Lucæ 18.
iudicij,de qua ſcriptum eſt.Veruntamẽ filius hominis veniẽs putas inueniet fidem in terra:Septimo die requieuit
deus ab omnibus operibus ſuis,& ſanctificauit illum,& ſeptima eſt ætas perpetuę quietis in alia vita,& in qua re-
quieſcit deus cum ſanctis ſuis inæternum poſt opera bona quæ operatur in eis per ſex huius ſeculi ætates.Hæc au-
tem ætas ſummæ pacis & quietis,deo quidem eſt & erit ſempiterna.Et cum vltima ætas ſeculi poſt veſperam ſu-
am de qua præfati ſumus,finem interfecto per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum antichriſto perceperit, tunc
& ipſe ſabbatiſmus maiori benedictione ac ſanctificatione reſurgentibus ad vitam perpetuam corporibus, do-
nabitur.Et ideo bene ſeptimæ diei veſpera ſucceſſione non legitur, quia triſtitiam qua terminetur ſeptima ætas,
nullam habebit.Quin potius ampliori lætitia (vt diximus) octauæ ætatis perficitur, illis videlicet quibus gloria
reſurrectionis tunc incipiens,cum hæc tota vita tranſierit,nullo vnquam fine, nulla rerum viciſſitudine, à con-
templando dei vultu tranſmutabitur.

B

Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ,quando creatæ ſunt,in die quo fecit dominus cœlum & terram,& 2
omne uirgultum agri antequam oriretur in terra, ommemque herbam regionis priuſquam germinaret,
Non enim pluerat dominus ſuper terram,& homo non erat qui operaretur terram, ſed fons aſcendebat
è terra,irrigans uniuerſam ſuperficiem terræ.

CHRYSOSTOMVS. Conſidera obſecro beati huius Prophetæ admirabilem ſapientiam,imo ſancti ſpi- 2
ritus doctrinam.Nam poſtquam nobis per partes enarrauit creaturas omnes,& ſex dierum pertractauit opera,&
formationem hominis,poteſtatémque viſibilium omnium illi conceſſam,nunc iterum ſummatim omnia reca-
pitulat. AVCTOR CATE. Creationem enim maris & fœminæ ſimul dixerat, qui tamen non ſimul eſſe
C cœperunt,ideo repetit,vt explicet quod ſub breuitate dixerat.Et quia propter hominem deus cuncta condiderat,
exactius de illo pertractaturus,repetit etiam de aliis creaturis,dicens. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando*
creatæ ſunt in die quo fecit deus cœlum & terram. CHRYSOSTOMVS. Vel iſte eſt liber generationis cœli & ter
ræ,quando facta ſunt.Operæpretium hic fuerit inquirere, quare ſcriptura librum hunc vocauerit cœli & terræ,
quamuis multa alia in ſe contineat,& doceat nos de pluribus aliis, nempe de iuſtorum virtutibus, & de miſeri-
cordia dei,& indulgentia quam erga protoplaſtum & omne humanum genus declarauit,& de aliis multis, quæ
huius temporis non fuerit declarare.Ne mireris dilecte,mos enim hic eſt ſacræ ſcripturæ, vt non vbique omnia
particulatim enarret,ſed cum generaliſſima,& ea quæ plurima complectuntur dicere cœperit, relinquat ſequen-
tia ſtudioſis auribus conſideranda. Et vt diſcas quod ita ſit, manifeſtum faciam ex his quæ nunc ſunt lecta. Ec-
ce enim in ſuperioribus cum nos docuit diuina ſcriptura particulatim formationem omnium,nunc non omni-
um meminit,ſed inquit,Iſte eſt liber generationis cœli & terræ, quando facta ſunt, die quo fecit deus cœlum &
D terram,& cætera.Vide quomodo totum ſermonem ad cœlum & terram conuertit,in illis alia omnia nobis con-
tuenda relinquens.Cum ergo dicit cœlum & terram,omnes creaturas ſimul comprehendit,tam eas quæ in cœlo,
quàm quæ in terra.Sicut igitur in enarratione creaturarum non omnia quæ ſequuntur dicit, ſed maximè gene-
ralia tantum commemorat, & non adhuc ſigillatim enarrat,ita & librum totum, libellum generationis cœli &
terræ appellauit,noſtræ memoriæ quod reliquum eſt coniectandum relinquens, contineri in hoc libro de viſibi-
libus,tam his quæ in cœlo,quàm quæ in terra. RABANVS. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando
creatæ ſunt,in die quo fecit dominus cœlum & terram.Hac concluſione ſcriptura ſancta eos tangit, qui mun-
dum ſine initio ſemper fuiſſe affirmant,vel qui factum à deo quidem putant,verùm ex materia quam non fece-
rit deus,ſed coęterna ipſi,atque abſque initio fuerit creatori.Dicit enim generationes cœli & terræ, ipſum ordi-
nem diuinæ inſtitutionis, quo ornatus eorum per opera ſex dierum ad illam vſque perfectionem quæ ſuperius Exo.20.
E eſt deſignata,peruenit,iuxta quod in decalogo legis ſuæ dixit ipſe conditor, ſex enim diebus fecit deus cœlum
& terram,& mare,& omnia quæ in eis ſunt. Quod verò ſequitur,'In die quo fecit dominus deus cœlum & ter-
ram,nequaquam memoratæ dei ſententiæ videri debet aduerſum, ſed apertè intelligi, quia diem hoc loco ſcri-
ptura pro omni illo tempore poſuit,quo primordialis creatura formata eſt. Neq; enim in vno quolibet ſex die-
rum cœlum factum, vel ſyderibus illuſtratum, & terra eſt ſeparata ab aquis, atque arboribus & herbis conſita, 2.Cor.6.
ſed more ſibi ſolito ſcriptura diem pro tempore poſuit, quomodo & Apoſtolus cum ait, Ecce nunc tempus ac-
ceptabile, ecce nunc dies ſalutis, non vnum ſpecialiter diem, ſed totum ſignificat tempus hoc, quo in præ-
ſenti vita pro æterna ſalute laboramus. Et Propheta non de vno ſpecialiter die, ſed de plurimo tempore diui- Eſa.49.
næ gratiæ dicit, In illa die audient ſurdi verba libri. HVGO DE SANCTO VICTORE. Ge-
nerationes autem cœli & terræ, vel actiuè, vel paſſiuè poſſunt accipi. Paſſiuè ſic, cœlum & terra generata ſunt
iſta, id eſt talia. Vel actiue,id eſt operatus eſt deus circa ea. AVCTOR CATENAE. Et quid operatus
F eſt circa ea? nempe creationem, diſtinctionem,& ornatum. AVGVSTINVS QVINTO DE GENE
SI AD LITERAM. Vel nunc certe firmior ſit illa ſententia,qua intelligitur vnum diem feciſſe deum, vn
de iam illi ſex, vel ſeptem dies vnius huius repetitione numerari potuerunt,quandoquidem apertius ſancta ſcri
ptura iam dicit, concludens quodammodo cuncta quæ ab initio vſque ad hunc locum dixerat, atque infert
ſecundum alia exemplaria. Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & ter-
ram,& cæt.Hoc ergo illud fortè eſt,quod in libro ſuperiore moliebamur oſtẽdere,ſimul deũ feciſſe omnia,quan-
doquidẽ narrationis illa contextio,cum ſex dierum ordine cuncta creata & cõſummata memoraſſet,nunc ad v-
num diẽ omnia rediguntur nomine cœli & terræ,addito etiam fruticum genere. Nimirũ propter quod ſupradi-
ximus,vt ſi fortaſſis ex hac noſtra conſuetudine intelligeretur dies,corrigeretur lector, cum recoleret viride agri
ante iſtum ſolarem diem deum dixiſſe vt terra produceret.Ita iam non ex alio ſcripturæ ſanctæ libro profertur
teſtimonium, quod omnia ſimul deus creauerit, ſed vicina teſtificatio paginæ conſequentis, & ex hac re nos
admonet, dicens, Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & cætera, vt iſtum diem ſepties intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gas repetitum, vt fierent septem dies. Et cum audis tunc facta omnia, cum factus est dies, illam senariam, vel septenariam repetitionem sine interuallis morarum spaciorúmque temporalium factam, si possis, apprehendas, si autem non possis, hæc relinquas conspicienda valentibus, tu autem cum scriptura non deserente infirmitatem tuam, & materno incessu tecũ tardius ambulante, proficias quæ sic loquitur, vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat. GREGORIVS TRI-

Capit. 10. CESIMO SECVNDO MORALIVM. Istę sunt generationes cœli & terrę, & cætera. Qui diuersis diebus creatum cœlum & terram, virgultum herbámque narrauerat, nunc vno die facta manifestat, vt liquido ostenderet, quod creatura omnis simul per substantiam extitit, quanuis non simul per speciẽ processit. RVPERTVS. Aliter. Istæ generationes cœli & terræ quando creatæ sunt? Huius scriptor historiæ sic interrogat. Et continuò respondet, In die quo creauit deus cœlum & terram. Dies (inquam) ille benedictus & sanctificatus, filius dei ante omnia secula genitus, in quo creauit deus omnia simul, omnia in illo præscientia videns, simul quæ in illo esset

Eccli. 24. facturus & per quem omnia fecit. Proinde ipsa sapientia diuina sic loquitur, Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum, & ex antiquo antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, nondum fontes aquarum eruperant, nec montes graui mole constiterant, ante omnes colles ego parturiebar. Et post pauca, Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ cum filiis hominum. Ergo non tunc primum postquam omnia facta sunt, in hoc die suo deus requieuit, sed antequam quicquam faceret, requiescebat in illo, tali requie qualis rectè vocetur ludus & delitiæ sapientiæ. Per singulos dies ludebat ista sapientia, & cum patre cuncta componebat, & per singulos ludos videns & delectatus deus, dicebat quia bonum est. Sic enim scriptum est, & supra dictum est, quia vidit deus quod esset bonum, & quia vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, multum sibi ipse in ista sapientia artifex deus complacebat. AVCTOR CATENAE. Hebraicè dicitur אֵלֶּה תוֹלְדוֹת elle toldoth, hoc est, Istæ generationes. Septuaginta verterunt αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως, id est Iste est liber generationis, quod non est in Hebraico, non enim dicitur iste est liber, sed vt vertit interpres, & vt habet Chaldaica, istæ sunt generationes. Generationes igitur toldoth sex literis scribitur, quod alibi vbique quinque & incomplete, præterquam in genealogia Dauid, in fine Ruth. Quo etiam secundum Iudæos indicatur secreto, mundum à principio perfectè productum à domino fuisse, sed Adæ peccato corruptum multipliciter, restaurandum autem ac recreandum per Messiam filium Dauid, Christum dominum nostrum. In die qua fecit dominus deus terram & cœlum. sic enim est in Hebræo. Hic primò nomen dei sacrosanctum, admirabile & ineffabile scribitur videlicet יהוה iehoua Græcis dictũ tetragrammaton, Hebræis semamphoras, nomẽ quatuor literarũ, quæ quid sonent nemo nouit hominum. Aiunt nonnulli, nomen hoc ab esse deductum, & significare illum qui ita est, vt sit primum essendi principium, tanquam ipsius solius vt proprium sit esse, & reliqua omnia ab ipso suum esse mendicent. Docuit autem nos Moyses duo dei nomina, primò deum quem colamus fide, spe & charitate, dominum quoque, cuius mandata obseruemus, & maiestatis suæ potentiam & iustitiam reuereamur. Hebræorum aliqui hanc afferunt rationem. Cum perfectum esset opus dei, perfecta quoque dei adhibetur appellatio. Præponit autem hic terram cœlo, vulgò nempe notiorem cui scribebat, non curiosè eruditis. Dixerunt nonnulli, quia hucusque præposuit Moyses cœlum terræ, vt, In principio creauit deus cœlum & terram. Et, Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum, ne crederet quis in vtrisque condendis temporis prioritatem, seu posterioritatem interuenisse, sed simul & vnà creatum cœlum & terram vel

gionis priusquam germinaret, Non enim pluerat dominus super terram, & homo non erat qui operaretur terram, sed fons ascendebat è terra, irrigans uniuersam superficiem terræ. CHRYSOSTOMVS. Grandis thesaurus in pauculis verbis istis reconditus est. Vnde magna prudentia, quæ dicuntur, iuuante nos dei gratia congruit explicare, & facere vos spiritualium harum diuitiarum copiæ participes. Spiritus enim sanctus futurorum præscius, vt nulli posthac contendere, & ecclesiasticis dogmatibus ex propriis sensibus aduersa diuinis scripturis immiscere liceat, etiam nunc denuò postquam creaturarum ordinem docuit, quod hoc quidem primum, istud autem secundo productum, & quod semina sua tellus verbo mandatóque domini ministrans ædidit, & producendi vim accepit, cum neque solis cooperatione egeret, qui nondum erat, neque pluuiarum, neque imbrium, neque hominis cultura, nam & ille nondum in medium prodierat. Ideo iterum repetit particulatim omnia, vt indomitæ impudenter blaterantium linguæ compescantur. Quid autem inquit? Die quo fecit cœlum & terram, & omne virgultum agri, priusquam fieret super terrã, omnemque herbam agri, priusquam oriretur. Non enim pluerat deus super terram, nec erat homo qui coleret illam. Fons autem ascendebat è terra, & rigabat vniuersam faciem terræ. Hoc vult dicere, quod sermone & præcepto illius quæ prius non erant, vt essent prouenerunt, & quæ non erant, subito comparuerunt. Herba est quæ ex terra prouenit, hic autem herbam dicens, semina omnia vocat. Et de pluuiis docens nos, iterum scriptura subdit, Non enim pluerat deus super terram, hoc est nondum pluuiæ desuper ferebantur. Denique ostendit, quod neque hominis operatione habuit opus, non enim erat homo qui operaretur terram, quasi clamans & dicens posteris omnibus, Audite hæc, & discite, quomodo ab initio omnes terræ prouentus sint producti, & ne terram colentium diligentiæ omnia tribuite, neque eis hanc germinandi vim adscribite, sed mandato & præcepto, quod à conditore suo audiit. Hæc autem omnia fiunt, vt sciamus terram ad ædenda semina sua aliorum elementorum cooperatione non egere, sed conditoris mandato contentam esse. Est & hoc minimè vulgare & admirandum, quod is qui nunc terram verbo ad tot semina producenda fœcundã

Psalm. 23. faciens, declarauit potentiam suam, quæ humanæ rationis captum transcendit, hanc tam grauem & tantum fe rentem ornatum, super aquas fundauit, sicut & Propheta dixit, Qui fundauit terram super aquas. Quæ humana ratio comprehendere hoc potest? Nam cum homines domus ædificant, & fundamenta iacere volunt prius fodiunt, & vbi ad profunda peruenerint, si vel paruum humorem viderint, omnia faciunt, vt omnẽ ipsum exhauriãt, & sic fundamenta locent. Propterea opifex omnium, omnia secus quàm homines facit, vt ex hoc discas ineffabilem potentiam

A lem potentiam. Et quandocunque voluerit, elementa hæc plane contrarium quàm solent effectum, iuxta conditoris præceptum ostendunt. GREGORIVS TRIGESIMO SECVNDO MORALIVM. Quæren- Cap. 10.
dum, quomodo deus cuncta simul in vno die condidisse dicatur, dum supra Moyses sex dierum mutatione variante, distinctè creata describat? Quod tamen citius agnoscimus, si ipsas causas originum subtiliter indagamus. Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul species formata non est, & quod simul extitit per substantiam materiæ, non simul apparuit per speciem formæ. Cum enim simul factum cœlum & terra scribitur, simul spiritalia & corporalia, simul quicquid de cœlo oritur, simul factum quicquid de terra producitur, indicatur. Sol quippe, luna & sydera quarta die in cœlo facta perhibentur, sed quod quarto die processit in specie, primo die in cœli substantia extitit per conditionem. Primo die creata terra dicitur, & tertio arbusta condita, & cuncta terræ virentia describuntur, sed hoc quod die tertio se in specie protulit, nimirum primo die in ipsa de qua ortum est, terræ substantia conditum fuit. Hinc est ergo, quod Moyses & distinctè per dies singulos condita omnia retulit,
B & tamẽ simul omnia creata subiunxit, dicens. Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo fecit dominus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnémque herbã regionis. Qui enim diuersis diebus creatum cœlum & terram, virgultum, herbámque narrauerat, nunc vno die facta manifestat, vt liquido ostenderet, quod creatura omnis simul per substantiam extitit, quamuis non simul per speciem processerit. RABANVS. Considerare enim hæc & in minimis possumus, vt ex minimis maiora pensemus. Herba nanque cum creatur, necdum in illa fructus, necdum sui semen ostenditur. Inest verò ei etiam cum non apparet, fructus & semen, quia simul nimirum sunt in radicis substantia, quæ non simul prodeunt per temporis incrementa. Si ergo in die quem dixit, tempus intelligimus illud designatum, quando ante omnem huius
C seculi diem facta sunt omnia simul, facilis patet sensus, quod & herba omnis, & arbor in ipsius terræ substantia sit causaliter facta, priusquam visibiliter orirentur, aut germinarent ex terra. Sin autem appellationem diei (vt consequentius arbitramur) pro significatione positam accipiamus temporis illius, in quo mundus iste per sex dies factus & ornatus est, possumus intelligere, quia nunc apertius scriptura voluerit explicare, quomodo supra dixerit, quia protulit terra herbam virentem & afferentem semen iuxta genus suum. Non enim sic in primordio rerum hæc terra produxit, quomodo nunc si irrigatio fuerit aquarum, disponente deo, terra vltro fructificat, sed mirabiliore prorsus opere conditoris, tunc antequam aliqui fructus ex terra crescendo orirentur, aut germinarent, repente campi omnes & colles erant herbis & arboribus cooperti, habentibus congruam altitudinem staturæ, diffusione ramorum, opacitatẽ foliorum, copiam fructuum, quoniã non paulatim ex terra oriẽdo vel germinando, & accessu incremẽtorum proficiendo, sed subitò ex illa existẽdo acceperunt. Nam & hunc magis sensum subiuncta quoq; videtur verba iuuare, quibus dicitur, Non enim pluerat dominus deus super terram, & homo non erat, & cæt. Quis enim non videat, quod hæc dici nõ poterant de prima creatione terræ, quãdo erat adhuc inanis & va-
D cua, & tenebræ super faciẽ abyssi? Nunquid opus erat de pluuia non descendẽte in terrã narrari, eo tẽpore quo nec ipsa adhuc accipere pluuiã, & nec aër dare poterat, eo quod locavtriusq; adhuc aquæ cũcta implerẽt, sed nec fons ascẽdere de terra ad irrigandã eam potuit, quandiu tota tegebatur abysso? Vnde (ni fallor) restat intelligi, quod nomine diei supra cum diceret, In die quo creauit dominus deus cœlũ & terrã, tempus sit intimatum illud sex dierũ primorũ, in quo vniuersa est mũdi creatura formata. Vbi rectè cõmemoratur, quod non pluisset deus super terrã, & homo non esset qui operaretur terram, vt intelligamus quantũ prima terræ germinatio à moderna distaret. Nam modo & irrigatione pluuiarum terra sponte germinat, & industria cultúque hominum multa in hortis sata ac nemoribus procreantur. Sed lõge aliter prima herbarum & arborum perfecta est creatio, in qua nouo sum-
mi opificis imperio, terra quæ arida apparebat, absque pluuia, & absque opere humano repente est longe latèque multifariis fructuum expleta generibus. AVGVSTINVS. Sed aliter. Quid sibi vult. Cum factus est dies, Vbi supra.
fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri, antequam esset super terram, & omne fœnum agri, antequam
E exortum esset? Quid est ergo? Nonne quærendum est vbi ea fecerit, antequam essent super terram, & antequam exorta sunt? Quis enim non procliuius crederet, tunc ea deum fecisse, cum exorta sunt, nisi admoneretur diuino eloquio, ista deum fecisse, antequam exorirentur, vt si vbi facta sint inuenire non possit, credat tamen antè facta quàm exorta, quisquis huic scripturæ pie credit, impie quippe nõ credit. An aliud eis fuerit fieri cum cœlo & terra, quando factus est dies ille inusitatus atque incognitus nobis, quem primum deus fecit, societas videlicet atq; vnitas supercœlestium angelorum atque virtutum, aliud autem exoriri super terram, quod non fit nisi per hos dies, quos circuitus solis facit per temporum moras suo cuique generi accommodatas? In ipsa ergo terra causaliter & rationaliter facta sunt hæc, cum factus est dies ille, spiritalis omnino atque intellectualis creatura, sicut in semi nibus iam sunt omnia, antequam euoluant quodam modo atque explicent incrementa & species suas per numeros temporum. Sic & causaliter dictum est supra, produxisse terram herbam & lignum, id est producendi accepisse virtutem. In ea quippe tanquam in radicibus (vt ita dixerim) temporum facta erant, quæ per tempora futu-
F ra erant, nam vtique postea plantauit deus paradisum iuxta orientem, & eiecit ibi de terra omne lignum speciosum ad aspectum. Nec solum tunc plantauit paradisum, sed etiam nunc omnia quæ nascuntur. Quis enim alius etiam nunc ista creat, nisi qui vsque nunc operatur? Sed creat hæc modo ex iis quæ iam sunt, tunc autem ab illo, cum omnino nulla essent, creata sunt, cum factus est dies ille. Quod autem sequitur, non enim pluerat deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram, quo pertineat, & quid nobis insinuet, indagare difficile est. Cur enim non erat homo qui operaretur terram? Nonne iam sexto die fecerat hominem, & septimo requieuerat deus ab omnibus operibus suis quæ fecit? An hoc recapitulando commemorat, quoniam quando fecit deus omne viride agri, & omne fœnum in primordialibus causis, nondum pluerat super terram, & nondum erat homo. Tertio quippe die fecit ista deus, hominem autem sexto, tanquam diceret, non ea sic fecit deus, quemadmodum facit nunc talia, cum pluit, & cum operantur homines. Hæc enim iam per moras temporum fiunt, quæ tunc non erant, cum fecit omnia simul, vnde etiam tempora inciperent. Quid est autem quod adiungit, Fons ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ? Ille quippe fons tanta largitate manans, sicut Nilus Aegypto, posset

vniuersæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersæ terræ esse pro pluuia. THEODORETVS. Summatim igitur exposuit Moyses vniuersorum con G
ditionem, docens elementa à deo producta, ac iuxta voluntatem eius separata, atque etiam vnumquodq; ornatú
atque dispositum . Et terram nullo hominum eam colente, neque cœlesti pluuia eam irrigante, irrigationis loco
habebat vaporem atque humorem, qui in terra remanserat post aquarum à terra separationem . Aquila nanque
vaporem pro fonte transtulit. RABANVS. De hoc fonte & ascensu eius è terra dicturi , primò videamus ,
quia prima illa germinatio terræ cuius præmissa sententia meminit, sine vlla irrigatione aquarum deo iubente fa
cta est. Huius autem fontis qualiscunque erat irrigatio, post vestitam herbis ac lignis terram superuenit. Quod ip
sis etiam scripturæ syllabis probatur, quæ postquam verbo præteriti tẽporis perfecti dixit. Quia creauit dominus
deus cœlum & terram, & omne virgultum agri, omnémque herbam regionis, subiunxit mox verbo tẽporis præ- H
teriti plusquam perfecti, Non enim pluerat dominus deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram,
ostendens quod ante creationem virgultorum & herbarum, pluuiam deus nõ miserat . Quid verò postea factum
sit, statim verbo præteriti temporis imperfecti subnexuit, dicens, Quia fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam
superficiem terræ, in ipsa declinatione verbi significans, non hoc semel, sed sæpius esse gestum, dum non ait ascen
dit, sed ascendebat. Dum ergo ascendisse dicitur fons è terra, qui vniuersam eius superficiem rigaret , meritò quo
Gene.2. ordine ascenderit quæritur. Neque aliquid obstat credi, quod ita per vices ad irrigandam eam ascenderit ac redi-
erit, quomodo vsque hodie solet. Nilus ad irriganda Aegypti plana annuatim ascendere, quomodo irrigabat ali-
quando Iordanis terrã Pentapolim, de qua scriptura ait, Quia vniuersa irrigabatur sicut paradisus domini, & sicut
Aegyptus, antequam subuerteret deus Sodomam & Gomorram, quomodo (teste Augustino sancto) de quorun-
dam fontium mira vicissitudine perhibetur, certo annorum interuallo sic eos inũdare, vt totam illam regionem
rigent, cum alio tempore ex altis puteis ad potandum sufficientem præbent aquam. Cur fit ergo incredibile (vt
idem dicit) si ex vno abyssi capite, alterna mutatione fluente atque refluente, tunc vniuersa terra rigata est? Quod
si (inquit) ipsius abyssi magnitudine (ea parte excepta quod mare dicitur) & euidenti amplitudine, atq; à maris flu- I
ctibus terras ambit, in ea sola parte quam reconditis sinibus terra continet, vnde se omnes fontes diuersis tracti-
bus venisq; distribuunt, & suis quique locis erumpunt, fontem voluit scriptura appellare, non fontes, propter na-
turæ vnitatem, eumq; per innumerabiles vias antrorum atque rimarum ascendentem de terra, & vbique disper-
sis quasi crinibus, irrigantem omnem faciem terrę. Nec continua specie tanquam maris aut stagni, sed sicut vide-
mus ire aquas per alueos fluminum flexúsque riuorum, & eorum excessu vicina perfundere, quis non accipiat ni-
si qui contentioso spiritu laborat ? Possunt etiam ita dicta intelligi, omnis terræ facies irrigata, quemadmodum
dicitur omnis vestis facie colorata, etiamsi non continuatim, sed maculatim fiat, præsertim quia tunc in nouita-
te terrarum, & si non omnia, plura tamen plana fuisse credibile est, qua latius possent erumpentia fluẽta dispergi
atque distendi. Quapropter de istius fontis magnitudine & multitudine, qui siue vnam habuit aliunde eruptio-
nem, siue propter aliquam in terra occultis sinibus vnitatem , vnde omnes aquæ super terram scatent , omnium
fontium magnorum atque paruorum, vnus fons dictus est, per omnes dispersiones suas ascendens de terra, & ir- K
rigans omnem faciem terræ, siue etiam (quod est credibilius) quia non ait, Vnus fons ascendebat de terra, sed ait,
Fons autem ascendebat, pro numero plurali posuit singularem, vt sic intelligamus fontes multos per vniuersam
terram, loca vel regiones proprias irrigantes, sicut dicitur miles, & multi intelliguntur, sicut dicta est locusta & ra
na in plagis, quibus Aegyptij percussi sunt, cũ esset innumerabilis locustarum numerus & ranarum, iam diutius
non laboremus. INTERLINEARIS. Nota tamen, quod vsque ad diluuium non legitur pluisse.
HVGO DE SANCTO VICTORE. Et omne virgultum agri, antequam oriretur, id est, ita opera-
tus est deus, antequam operatione artificis imitantis & iuuantis naturam, arbores & herbæ crescerent per succes-
sionem, sicut modo, scilicet in momẽto reddidit arborem perfectam, & fructum afferentem, similiter & omnem
herbam regionis , priusquam germinaret, quia totum simul prouenit in perfectum statum . Quare autem nec
opere naturæ sicut modo, nec opere artificis tunc prouenirent incrementa rerum, aperit, dicens, Non enim plue-
rat, vnde terra fœcundata per calorem superuenientem pullularet, quod est opus naturæ. Nec adhuc homo, id est
artifex erat, qui terram coleret. Sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Quasi dicat, nõ L
pluerat, sed fons ascendit, quod est dicere, & si non habebant auxilium per pluuiam vt crescerent, habebant tamẽ
per fontem remedium arbores & herbæ creatæ ne arescerent. Fons iste potest intelligi abyssus, scilicet matrix om
nium aquarum, ex qua omnes fontes aquarum & flumina egrediuntur, vel singulare legas pro plurali, vt dicatur
fons, id est fontes. Ascendit autem vniuersam terræ superficiem rigans, non diluuium faciens, sed sicut modo hu
morem in alimentum terræ ministrans, non enim sola illa terra quæ circa ripas est fluminum, humectatur & ir-
rigatur ab aqua vicini fluuij, sed circunquaque vsque ad duodecim vel sexdecim stadia per tracones infundi cre
ditur. ALBINVS. Aut igitur de solo dicit paradiso, qui vno fonte irrigari creditur: aut si de tota terra in-
telligendum est , omnem aquarum abundantiam intelligi voluit. AVCTOR CATENAE. Quod nos
legimus, sed fons ascendebat è terra, Hebraicè habetur וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ Veed iaale min haárez, id est, Vapor siue
nubes ascẽdebat è terra. Chaldaica, & nubes. Neque enim Ed fontem significat. Carpitur autem is locus à Iudęis, M
quod interpres vertit fontem. Moysen enim dicunt scribere, non fontem, sed nubem è terra eleuari solitam, qua
irrigaretur vniuersa terra, vt natura fit. Alioqui quomodo cohæret, vt fons ascenderet è terra, quo vniuersa hume
ctaretur? Sed interpres imitatus est Septuaginta, qui vaporem hunc, quem sol suo calore efficit, fontem interpre-
tati sunt dicentes, πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, hoc est, Fons autem ascendebat de terra. Terra quoq; quasi hortus nũ-
cupata est, quam is fons irrigaret. Alioqui neq; sanctissimi patres Græci ignorarunt hoc, quod de vapore modo di
ctum. Neq; propterea quod Septuaginta verterint fontem, non intellexerunt de vaporibus ac nubibus hunc lo-
cum esse intelligendum; vt supra vidisti in Theodoreto. Ita attestatur & Eusebius, quendam Hebræum sibi retu-
lisse, non fontem haberi Hebraicè, sed quoddam vaporis genus. Omnes autem qui hunc locum (aliqui enim inuẽ
ti sunt) de subterraneis fontibus interpretati sunt, æditionem Septuaginta sequi videntur . Illud quoq; obseruan-
dum, quod Hebraicè non est ascendebat , sed iaale, id est ascendet , neq; propterea futuræ significationis est , sed

præteriti

A præteriti imperfecti vt verterunt Septuaginta & interpres. Nam peculiare in lingua Hebraica est, vt futuris pro
præteritis imperfectis vtantur, siquidem eo carent tempore, sufficiúntque per futurum, quod vehementer obser-
uandum est, vt est illud, sic faciebat Iob. Quicquid ergo hoc loco Iudæi dicant, hic sensus videtur. Omne virgultũ Iob.1.
regionis iam cœperat esse in terra, & omnis herba agri iam germinabat, etiam si nondum pluuiam fecisset domi
nus super terram, & homo etiam nondum esset, qui coleret, vel operaretur terram, quasi occurrere volens incre-
dulitati hominum, credentium naturam terrę esse vt producat ex se fructus, docendo potius deum omnium esse
rerum auctorem, & naturæ operationem non esse nisi ipsius dei, omnia conseruantis & dirigentis. Vnde herbæ,
virgulta, fructus terræ & agrorum, tunc nõ promouebantur, vel crescebant ex imbribus, aut hominum studio
vel labore, sed operante deo, qui dominus est naturæ. Hæc omnia producta iam tunc fuisse , & interim semper,
non nisi diuino influxu produci docemur, tanquã à prima ac summa omnium causa , quæ principalior habetur,
& est, quàm causæ secundæ à prima dependentes. Quomodo autem sine pluuiis & agricultura terra floreret, fru
B ctúmque proferret, subdit , sed vapor ascendebat è terra, id est vapores promanabant virtute naturæ & dei pas-
sim è terra, vnde resoluti in fontes & flumina, superficiem terræ adaptantia ad virorem , & fructus proferendos,
terra ipsa irrigabatur .

EVCHERIVS ET ISIDORVS. Istæ generationes cœli & terræ quando creatæ sunt, & cætera. Supe Mysticè
rius septem dies numerati sunt, quibus vniuersitas seculi à capite vsque ad finem, quasi breuis imago figurata est.
Vnde hæc pars, libri liber generationis cœli & terræ dicta est. In hac verò conclusione vnus dies dicitur , quo fe-
cit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri, omnémque herbam regionis , cuius diei nomine secundum
Prophetam, omne tempus huius vitæ significatur, quo simul factum est tempus & temporalia . His etiam paucis
verbis insinuata est omnis creatura ante peccatum animæ. In cœlo nanque & terra, omnes visibiles creaturæ. In
virgultis & herbis regionis, omnis inuisibilis creatura, sicut est anima, virgultum dicta propter vigorem vitæ, her
C ba propter eandem vitam nunquam marcescentem. Deinde quod addidit antequam esset super terram, intelligi
tur antequam anima peccaret: terrenis enim cupiditatibus sordidata, tanquam super terram nata, vel super ter-
ram esse rectè dicitur. Vnde & adiecit, Nondum enim pluerat dominus deus super terram. Quasi diceret apertè,
Antequam peccaret anima, nondum nubibus scripturarum pluuiam doctrinæ dominus ad animam irrigandam
concesserat. Nondum propter hominem qui est terra, dominus noster nubem carnis assumpserat, per quam im-
brem sancti euangelij largissimum infudit. Et homo non erat qui operaretur terram, quia post peccatum homo
laborare cœpit in terra, & necessarias habuit nubes illas, vnde virgultum, id est anima virebat . Irrigabat autem
eam fons vitæ, id est inundatio veritatis, loquens in intellectu eius , vt pluuia de nubibus non egeret , antequam
peccaret. Vel quod subiunxit, Et homo non erat qui operaretur terram, ideo dicit, quia nullus homo operatus est
in virgine, vnde natus est Christus. Ipse enim est lapis, de monte sine manibus abscisus, id est absque coitu & hu-
mano semine, de virginali vtero, quasi de monte humanæ naturæ, & substantia carnis abscisus . Sed fons ascen-
D debat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Terra, mater Virgo domini Maria rectissimè accipitur , de Esaiæ.45
qua scriptum est, Aperiatur terra, & germinet saluatorem. Quam terram irrigauit spiritussanctus, qui fontis & a-
quæ nomine in euangelio significatur. Hic autem erat hominis status ante peccatum.

Formauit igitur dominus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus 3
est homo in animam uiuentem.

RVPERTVS. Supra iam dixerat, quia creauit deus hominem , sed non dixerat quomodo, & vnde 3
fecit eum. Dixerat, quia masculum & fœminam creauit eos, sed non dixerat, quod fœminam fecit de masculo. Et
quidem de creatione masculi & fœminæ si nihil amplius diceret quàm quod supra dixerat, Masculum & fœminã
E creauit eos, forte & de isto similiter opinaremur, quod ita deus masculum & fœminam creauerit simul, vt neu-
ter altero prior crearetur, sed repente exotti, mutuos sibi præbuerint conspectus sicut (verbi gratia) de sole & luna
hodieq; inter doctos diuersa sententia est aliis dicentibus quod lunam creans deus, statim plenam ostenderit, soli
opponens remotam dimidia parte cœli, aliis è contra asserentibus quod vtrunq; vt simul fecit, ita & in coitu po-
suerit, vt paulatim luna de sub latere solis emergeret cum cremento mutuati luminis . Sublata est igitur huius-
modi dubitatio historica narratione, quæ sic inchoatur. *Formauit igitur dominus hominem de limo terræ.* Solũ nan-
que masculum hic intelligi oportet, quia postmodum de masculo fœmina facta est. AVGVSTINVS SE-
XTO DE GENESI AD LITERAM. An non est recapitulatio hominis & mulieris supra sexta die
creatorum, sed alia eorundem formatio? Aliter enim tunc ambo, & nunc aliter ambo effincti. Tunc scilicet secun
dum potẽtiam per verbum dei tanquam seminaliter mundo inditam, cum creauit omnia simul, à quibus in die
septimo requieuit , ex quibus omnia suis quæque temporibus iam per seculorum ordinem fierent , nunc autem
F secundum operationem præbendam temporibus qua vsque nunc operatur, & oportebat iam tempore suo fieri in
Adam de limo terræ, eiusq; mulierem ex virili latere . Ergo & tunc factus est homo, & masculus & fœmina, &
postea. Neque enim tunc & non postea, aut verò postea & non tunc, nec alij postea, sed iidem ipsi aliter tunc, ali-
ter postea. Quæres ex me, quomodo? Respondebo, postea visibiliter, sicut species humanæ constitutionis nota no
bis est, non tamen parentibus generantibus, sed ille de limo, illa de costa eius. Quæres, tunc quomodo? Respon
bo, inuisibiliter, potẽtialiter, causaliter, quomodo fiunt futura, nõ facta. EVCHERIVS. Secundum ergo cau
salem rationem in sex dierum operibus factus est homo, secundum originem verò temporum nunc formatus est.
Nam quãdo dictum est, quòd factus est homo ad imaginem & similitudinem dei, ipsam causam fecerat deus, de
qua erat suo tempore homo futurus , id est causa de qua in futurum formaretur, id est terra hæc præcesserat.
AVGVSTINVS. Quomodo ergo loquebatur (inquit) eis supra, Crescite & multiplicamini, & cætera, nõdum vbi supra.
audiebant nec intelligebant, quia nec erant qui verba perciperent? Possem respondere sic illos allocutum deum,
quemadmodum christianos nondum natos, etiam longè post futuros, nec tantũ nos, sed etiam eos omnes qui

futuri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. vlti. Hiere. 1. Heb. 7.

futuri sunt post nos. Omnibus enim dicebat, quos suos futuros videbat, Ecce ego vobiscum sum vsque ad con- G
summationem seculi, sicut deo notus erat Propheta, cui dixit, Priusquam te formarem in vtero noui te, sicut de-
cimatus est Leui, cum esset in lumbis Abrahæ. Cur enim non ita & ipse Abraham in Adam, & ipse Adam in pri-
mis operibus mũdi quæ deus creauit omnia simul? Proinde formauit deus hominem puluerem terræ, vel limum
terræ, hoc est, de puluere vel limo terræ. *Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuen-*
tem. Non tunc prædestinatus, hoc enim ante seculum in præscientia creatoris, neque tunc causaliter vel con-
summatè inchoatus, vel inchoatè consummatus, hoc enim à seculo in rationibus primordialibus cum simul om-
nia crearentur, sed creatus in tempore suo, visibiliter in corpore, inuisibiliter in anima, constans ex anima & cor-
pore. Quod autem manibus corporalibus deus de limo finxerit hominem, nimium puerilis cogitatio est, ita vt si
Psal. 43. Psal. 135. hoc scriptura dixisset, magis eum qui scripsit, translato verbo vsum credere deberemus, quàm deũ talibus mem-
brorum liniamentis determinatum, qualia videmus in corporibus nostris. Dictũ est enim, Manus tua gentes dis-
perdidit. Et eduxisti populum tuum in manu forti & brachio excelso. Sed pro potestate & virtute dei positum hu H
ius membri nomen, quis vsque adeo desipit, vt non intelligat? Nec illud audiendum est, quod nonnulli putant,
ideo præcipuum opus dei esse hominem, quia cætera dixit & facta sunt, hunc autẽ ipse fecit, sed ideo potius, quia
hunc ad imaginem suam fecit. Nam illa quæ dixit & facta sunt, ideo sic scriptum est, quia per verbum eius facta
sunt, sicut per hominem hominibus dici potuit verbis quæ temporaliter cogitantur, & voce proferuntur. Quini-
mo & eadem scriptura quæ dicit, quod deus hominem de limo terræ finxerit, dicit etiam, quod bestias agri de ter
ra finxerit, quando eas cum volatilibus cœli ad Adam adduxit, vt videret quid vocaret ea. Sic enim scriptum est
infra, Et finxit deus adhuc de terra omnes bestias. Si ergo & hominem de terra, & bestias de terra ipse formauit,
quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginem dei creatus est? Nec tamen hoc secũdum cor
pus, sed secundum intellectum mentis. Quanquam in ipso corpore habeat quandam proprietatem quæ hoc indi-
cet, quod erecta statura factus est, vt hoc ipso admoneretur, non sibi terrena esse sectanda velut pecora, quorũ vo- I
luptas omnis ex terra est, vnde in aluum cuncta pecora prona atq; prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eius-
dem animæ rationali, non secundum liniamenta figurásque membrorum, sed potius secũdum id quod in cœlum
erectum est, ad intuenda quæ in corpore ipsius mundi superna sunt, sicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ
in spiritalibus natura maximè excellunt, vt quæ sursum sunt sapiat, non quæ super terram. Sed quomodo fecit eũ
deus de limo terræ, vtrum repente in ætate perfecta, hoc est, virili atque iuuenili, an sicut nunc vsq; format in vte-
ris matrum? Neq; enim alius hæc facit, quàm ille qui dixit, Priusquam te formarem in vtero noui te, vt illud tan
tum proprium habuerit Adam, quod non ex parentibus natus est, sed factus ex terra, eo tamen modo, vt in hoc
perficiendo, & per ætates augendo, hi temporum numeri complerentur, quos naturæ humani generis attributos
videmus. An potius hoc non est requirendum? Vtrumlibet enim fecerit, hoc fecit, quod deum & omnipotentem
& sapientem posse ac facere congruebat. Ita enim certas temporum leges generibus qualitatibúsq; rerum in ma-
nifestum ex abdito producendis attribuit, vt eius voluntas sit super omnia. An vt quemadmodum creditur, Adã K
sine vllo progressu incrementorum virili ætate continuò factus est? EVCHERIVS. Nos etiam non aliter
Ibidem. Adam de limo factum intelligimus, nisi perfectæ ætatis. Non enim eum tam paruum quàm infantes nostri sunt,
factum fuisse credibile est, qui erat in illis causis iam conditus, vbi deus hominem in operibus sex dierum fecit.
AVGVSTINVS. Solet item quæri, vtrum animale corpus prius homini formatum sit è limo, quale nunc ha
bemus, an spirituale, quale resurgentes habebimus? Mutabitur enim hoc in illud, seminatur nanq; corpus animale,
& surget spirituale. Sed quid hinc diutius disseramus? Non enim obscura est Apostoli sententia de hac re, qui cũ
1. Cor. 15. voluisset adhibere testimonium quo probaret esse corpus animale, non tam de suo vel de cuiusquã hominis cor-
pore quod in præsenti videbatur, quàm de hoc ipso scripturæ huius loco recoluit, & adhibuit, dicẽs, Si est corpus
animale, est & spirituale. Sic enim scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus
Adam in spiritum viuificãtem. Sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. Primus ho
mo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & L
cœlestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamur & imaginem eius qui de cœlo est. Quid ad hoc di-
1. Par. quæ. 97. ar. 3. in concluſ. ci potest? Imaginem ergo cœlestis hominis nunc ex fide portamus, habituri in resurrectione quod credimus. Ima
ginem autem terreni hominis ab ipso exordio humanæ generationis induimus. THOMAS. Animale autẽ
Ibidem. dicitur corpus, pro quanto habet vitam ab anima. Spiritale autem, inquantum participat ea quæ sunt spiritus, sci-
licet impassibilitatem, gloriam & virtutẽ quoad bonos, immortalitatẽ verò quoad omnes. AVGVSTINVS.
Illud autem corpus ante peccatũ, & mortale secundũ aliam, & immortale secundũ aliã causam dici poterat, id est
mortale, quia poterat mori, immortale, quia poterat nõ mori. Aliud est enim nõ posse mori, sicut quasdã naturas
immortales creauit deus, aliud est autẽ posse nõ mori. Secundũ quem modũ primo creatus est homo immortalis,
quod ei præstabatur de ligno vitæ, non de cõstitutione naturæ, à quo ligno separatus est cũ peccasset, vt posset mo
ri, qui si nõ peccasset, posset non mori. Mortalis ergo erat cõditione corporis animalis, immortalis autem benefi- M
cio conditoris. Si enim corpus animale, vtiq; mortale, quia & mori poterat, quanuis & immortale ideo, quia &
mori non poterat. IDEM SEPTIMO DE GENESI AD LITERAM. Et flauit in faciẽ eius flatũ vitæ,
& factus est homo in animam viuentẽ. Ac primum illud videamus quod scriptum est, Flauit vel sufflauit in fa-
ciem eius flatum vitæ, Nonnulli enim codices habent, spirauit vel inspirauit in faciem eius. Sed cum Græci habe
ant ἐνεφύσησεν non dubitatur, flauit vel sufflauit esse dicendum. Quærebamus autem supra de manibus dei,
cum homo de limo formatus cogitaretur. Quid ergo nunc dicendum est in eo quod scriptum est, sufflauit
deus, nisi quia sicut non manibus corporeis finxit, ita nec faucibus labiisque sufflauit? Verumtamen hoc ver-
bo scriptura in quæstione difficilima plurimum nos (quantum opinor) adiuuat. Nam cum quidam ex hoc verbo
crediderint aliquid esse animam de ipsa substantia dei, id est eiusdem naturæ cuius ille est, hoc ideo putantes,
quia cum homo sufflat, aliquid de se ipso eiicit in flatu, hinc potius admonendi sumus hanc inimicã fidei catholi-
cæ reprobare sententiam. Nos enim credimus dei naturam atq; substantiam, quæ in Trinitate creditur à multis,

intelligitur

A intelligitur à paucis, omnino esse incommutabilem. Porrò autem animæ naturam, vel in deterius, vel in melius
commutari posse quis ambigit? Ac per hoc sacrilega opinio est, eam & deum credere vnius esse substantiæ. Quid
enim hoc modo aliud quàm & ille commutabilis creditur? Credendum itaque est & intelligendum, neque vllo
modo dubitandum, quod recta fides habet, animam sic esse à deo tanquam rem quam fecerit, non tanquam de
natura cuius est ipse, siue genuerit, siue quoquo modo protulerit. Et quomodo (inquiunt) scriptum est, sufflauit
in faciem eius, & factus est homo in animam viuam, si non anima dei pars est, vel dei omnino substantia? Imò
verò ex hoc verbo satis apparet, ita non esse, cum enim homo sufflat, anima vtique ipsa subiacentem sibi naturam
corporis mouet, & de illa non de seipsa flatum facit. Nisi isti fortè tam tardi sint, vt nesciant isto reciproco hali-
tu quem de hoc aëre circunfuso ducimus & reddimus, fieri etiam flatum cum voluntate sufflantis. Nihil est er-
go secundum supradictam rationem, cur animam ipsam dei flatum dicere dubitemus, dum intelligatur non esse
dei natura atque substantia, sed hoc ipsum esse sufflare, quod est flatum facere, hoc est, animam facere. Cui senten
B tiæ congruit quod per Esaiam dicit deus, Spiritus enim à me procedet, & flatum omnẽ ego feci. Nam non quem- Esa. 57.
libet flatum corporeum dicere, sequentia docent. Cùm enim dixisset, omnem flatum ego feci, & propter pecca-
tum (inquit) pusillum quid contristaui eum, & percussi eum. Quid ergo dicit flatum nisi animam, quæ propter
peccatum percussa & contristata est? Quid igitur est, omnem flatum ego feci, nisi omnem animam ego feci? Ani-
mæ verò humanæ ipsius natura, nec de terra est, nec de aqua, nec de aëre, nec de igne quolibet, sed tamen crassio-
ris corporis sui materiam, hoc est, humidam quandam terram quæ in carnis versa est qualitatem, per subtiliorem
naturam corporis administrat, id est, per lucem & aërem. Nullus enim sine his duobus, vel sensus in corpore est,
vel ab anima spõtaneus corporis motus. Sicut autem prius esse debet nosse quàm facere, ita prius est sentire, quàm
mouere. Anima ergo quoniam res est incorporea, corpus quod incorporeo vicinum est, sicuti est ignis, vel potius
lux & aër, primitus agit, & per hæc cætera quæ crassiora sunt corporis, sicuti humor & terra, vnde carnis corpu-
C lentia solidatur, quæ magis sunt ad patiendum subdita, quàm prædita ad faciendum. Non mihi ergo videtur di-
ctum, factus est homo in animam viuam, nisi quia sentire cœpit in corpore, quod est animatæ viuentisque carnis
certissimum indicium. Nam mouentur & arbusta, non tantùm vi extrinsecus impellente, veluti cùm ventis agi-
tantur, sed illo motu quo intrinsecus agitur, quicquid ad incrementum speciémque arboris pertinet, quo ducitur
succus in radicem, vertitúrque in ea quibus constat herbæ natura vel ligni, nihil enim horum sine interno motu.
Sed iste motus non est spontaneus, qualis ille qui sensu copulatur ad corporis administrationem, sicut in omniũ
animalium genere quam vocat scriptura animam viuam. Nam & nobis nisi inesset etiam ille motus, nec cresce-
rent corpora nostra, nec vngues capillósque producerent. Sed si hoc solum esset in nobis sine sensu motúque illo
spontaneo, non diceretur homo factus in animam viuam. IDEM. Verùm de anima quam deus inspirauit Vbi supra.
homini, sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex deo sic est, vt non sit substantia dei, & sic incorpo-
rea, vt non sit corpus sed spiritus, non de substantia dei genitus, nec de substantia dei procedens, sed factus à
D deo. Nec ita factus, vt in eius naturam natura vlla corporis vel irrationalis animæ verteretur, ac per hoc de ni-
hilo, & quod sit immortalis secundum quendam vitæ modum, quem nullo modo potest amittere, secundum
quandam verò mutabilitatem qua potest, vel deterior, vel melior fieri, vt non immeritò etiam mortalis pos-
sit intelligi, quoniam veram immortalitatem solus ille habet, de quo propriè dictum est, Qui solus habet im- Cap. 21.
mortalitatem. IDEM DVODECIMO DE CIVITATE DEI. Non est autem arduum videre, mul
to fuisse melius quod factum est, vt ex vno homine quem primum condidit, multiplicaret genus humanũ, quàm
si id inchoasset à pluribus. Nam cum animantes alias solitarias, & quodammodo soliuagas, id est, quæ solitudi-
nem magis appetant, sicuti sunt aquilæ, milui, leones, lupi & quæcunque alia ita sunt, alias verò gregales insti-
tuerit, quæ congregatæ atque in gregibus malint viuere, vt sunt columbi, sturni, cerui, damulæ, & cætera hu-
iusmodi, vtrunque tamen genus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem verò cu-
ius naturam quodammodo mediam inter angelos bestiásque condebat, vt si creatori suo tanquam vero domi-
E no subditus, præceptum eius pia obedientia custodiret, in consortium transiret angelicum sine morte media,
beatam immortalitatem sine vllo termino consequuturus, si autem dominum deum suum libera voluntate su-
perbè atque inobedienter vsus offenderet, morti addictus, bestialiter viueret, libidinis seruus, æternóque post
mortẽ supplicio destinatus. Vnũ ac singulum creauit, non vtique solùm sine humana societate deferendũ, sed vt
eo modo vehementius ei commendaretur ipsius societatis vnitas vinculúmque concordiæ, si non tantùm in-
ter se naturæ similitudine, verumetiam cognationis affectu homines necterentur, quando nec ipsam quidem
fœminam copulandam viro, sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex homine vno diffunderetur
genus humanum. CHRYSOSTOMVS. Et formauit deus hominem puluerem de terra, & in-
spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Magnũ est hoc quod hic dixit,
& stupore plenum, ac humanam transcendens mentem. Sicut de omnibus creaturis visibilibus dicebam, quod
omnia præter naturæ morem agat omnium opifex, quo & per hoc ineffabilis ipsius monstretur virtus, ita & in
F hominis formatione inuenimus nunc factum. Vide enim quomodo super aquas terram fundauit, id quod citra
fidem, humana ratio non capit, & quomodo quandocunque voluerit, omnes substantiæ diuersa earum naturæ vt
agant, efficit. Simili modo & in hominis formatione nunc nobis quid factum sit declarat. Formauit (inquit) deus
hominem puluerem de terra. Quid dicis? Acceptóne de terra puluere formauit hominem? Etiam inquit, & non
simpliciter, nec quanuis fortuito terram dicit, sed puluerem, quasi si quis dicat, tenuissimum & vilissimum quod
est in terra. Magnum tibi & admirabile videtur, quod dictum est. Verùm si cogites quis opifex, neutiquam discre
des facto, sed miraberis, & adorabis conditoris potentiam. Quod si hæc iuxta cogitationum tuarum imbecillitatẽ
emetiri volueris, & curiosius explorare, probabile est quod tibi in mentẽ veniat ex terra corpus nunquã fieri, sed
vel laterem, vel testam, & non tale corpus. Vides quod si potẽtiam conditoris nostra mente existimare volumus,
& si nostris rationibus tam imbecillibus innitimur nõ possumus dictorũ capere sublimitatẽ? Nã quę dicũtur, fidei
oculis indigent. Suntq; hæc ob nostram infirmitatem tãta verborum attemperatione descripta. Quandoquidem

istuc

Universidad de Deusto
Biblioteca

istuc ipsum quod inquit, Formauit deus hominem, & inspirauit, indignũ deo fuerit, sed propter nos, & propter G
infirmitatem nostram, hæc sic narrat scriptura, ad nostram se tenuitatem submittens, vt quoniam nos tanta fami
liaritate dignatur, ad fastigium illud redire posse confidamus. Et formauit (inquit) deus hominẽ puluerem de ter-
ra. Animaduerte etiam obsecro, quanta statim varietas ex ipso verborum proœmio. In omnibus enim aliis creatu
ris docuit nos beatus Moyses modum formationis, dicendo, dixit deus, Fiat lux, & facta est lux. Fiat firmamentũ,
congregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam fœni, producant aquæ reptilia animarum viuentium,
& producat terra animam viuentem. Vidisti quomodo ratione omnia formata sint? Sed videamus quid postea
cum hominem format, inquit, Et formauit deus hominem. Vide quomodo per verba quæ nostræ paruitati con-
gruunt, vsus est, simul & modum formationis, & in formando potentiam docens, & quasi (vt humano more di-
Psalm. 10. cam) manibus dei ipsum formari depingit, sicut & alius propheta inquit, Manus tuæ fecerunt me, & plasmaue-
runt me. Nam si imperasset simpliciter ex terra produci hominem, nonne productus fuisset, qui productus? Sed vt H
modum quo formauit, continuo memoriis inculcaret, & non supra quàm oportet de nobis sentiremus, ideo tan
ta diligentia singula enarrat, & inquit, Formauit deus hominem puluerem de terra. Vide & in hoc huius digni-
tatem. Non enim simpliciter terram accipit, sed puluerem, & tenuissimum, vt ita quis dixerit, de terra. Et hũc pul-
Psalm. 105. uerem terræ, suo præcepto in corporis naturam vertit. Hic exclamare iuuat pulchrum illud beati Dauid dictum,
Quis loquetur potentias domini, & auditas faciet laudes eius? quia de puluere tale animal produxit, & tanto ho-
nore venustauit, tantisq; beneficiis statim ab initio prosecutus est, monstrans per omnia suã misericordiam? Hic
etiam si attendere volumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus vnde con-
stitutionis suæ initium natura nostra susceperit, etiam si sexcenties supercilia surrigamus, ea reprimemus, & hu-
miliabimur, & substantiæ nostræ qualitatem perpendentes, modestiam discemus. Et propterea deus cui tanta sa-
lutis nostræ cura, ad nostri eruditionem Prophetæ linguam sic direxit. Quippe cum superius dixerat diuina scri- I
ptura, Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit eum, & dedit ei omnium visibilium potestatem, vt
ne ignorando quomodo constitutus sit, magnus sibi videatur, & præscriptos sibi limites transeat, propterea repe
tendo docet, & formationis eius originẽ, & vnde primus homo productus sit. Nã cũ post hãc doctrinã qua agno
uit se ẽ terra habere originẽ, ex qua & cætera animalia, quanuis formatio, animæq; substantia multo excellentior
per misericordiã dei cõcessa sit, eo quod rationalis sit, & omnibus aliis dominetur, cũ (inquã) post hanc doctrinã,
& serpentis deceptione parem aliquam cum deo æqualitatem imaginatus est, qui de terra formatus, si priori nar
ratione contentus fuisset Propheta, & non repetitis omnibus diligenter nos docuisset, in quam non incidissemus
insaniam? Atque adeo plurimum ad erudiendum nos conducit scire, vnde substantia nostra primùm originem
acceperit. Et formauit (inquit) deus hominem puluerem de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ. K
Quoniam hominibus loquitur, aliter audire non valentibus, hac verborum simplicitate & crassitudine vtitur,
quam audire & accipere possemus. Et vt doceat nos, quod formatũ illum de terra, misericordia domini & ratio-
nalem animæ essentiam habere voluerit, per quam animal hoc absolutum & perfectum fieret, Inspirauit (inquit)
in faciem eius spiraculum vitæ. Hic insensatorum aliqui suis moti opinionibus, nihilq; deo dignum cogitantes,
neque verborum dispensationem animaduertentes, dicere audent animam ex dei essentia esse. O insaniam, ô de-
lirium. Quot perditionis vias diabolus peperit, si qui eas ingredi volunt? Et vt discas, considera quomodo diuer-
sis inter se viis incedunt. Nam alij ansam ex verbulo, inspirauit, rapientes, asserunt ex dei essentia esse animas, alij
autem quod animæ in brutorum substantiam transeant. Quid hac amentia deterius fieret? Nam quoniam obtene
brata est ratio eorum, etiam veram scripturæ mentem ignorauerunt. Sicut capti oculis in diuersa præcipitia fe-
runtur, & illi quidem supra dignitatem animam efferunt, alij autem contra dignitatem dehonestant. Nam si ideo
quod scriptura dicit, inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, hoc dicere volumus, necesse erit & deo os effinge-
re, & manus tribuere, quandoquidem inquit, Et formauit hominem. Sed ne illorum ineptias in medium profe-
rentes, etiam ipsi indecora dicere cogamur, age ipsorum stultitiam & multifariam dementiam destruentes, ad ip L
sum diuinæ scripturæ scopum incedamus, quæ seipsam interpretatur, tantum ne crassis verbis addicti simus, sed
cogitemus crassorum illorum verborum causam esse nostram hebetudinem & infirmitatem. Nequeunt enim ali
ter humanæ aures quæ dicuntur accipere, nisi tantum adhibeatur temperamentũ. Proinde animaduertentes tan-
tam nostram imbecillitatem, & quia de deo sunt dicta, ita illa accipiamus, vt par est ea de deo accipere. Ne subii-
ciamus deum membrorum compositioni & figurarum deliniationi, sed honestè de deo, & vt de illo conuenit,
imaginemur. Simplex enim & incompositus, & infigurabilis est deus. Nam si deo membra & liniamenta attribu-
turi sumus, nostris opinionibus impulsi, mox in gentilium impietatem incidemus. Igitur cum audieris scripturã
dicentem, Formauit deus hominem, cogita virtutem eandem, quam dum dicit, Fiat. Et iterum quando audis,
Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, hoc iterum cogita, quod visum est sibi. Et sicut incorporeas virtutes
produxit, ita certè corpus illud ex puluere rationalem animam habere iussit, quæ corporeis membris vti possit. M
Formatum enim corpus hoc iuxta præceptum domini, quasi instrumentum erat, quod egebat aliquo se mouen-
te, imo sicut lyra, quæ opus habet aliquo, qui possit arte & scientia sua per membra quasi per fistulas, conuenien-
tem illi melodiam domino offerre. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam vi-
uentem. Quid est inspirauit spiraculum vitæ? Voluit & imperauit, vt hoc corpus haberet vitalem vim, quæ facta
est animali in animam viuentem, hoc est, efficaciter operantem, & suam artem membrorum motu ostendere va
lentem. Vitalem itaque dicere vult operãdi efficaciam ei qui de terra formatus est, spiraculum datum esse, & hoc
substantiam animæ constitutam. Vnde subdit, Et factus est homo in animam viuentem. Ille formatus, inquit, &
de puluere susceptus, inspiratus spiraculo vitæ, factus est in animam viuentem, hoc est efficaciter operantem, cui
membra corporis seruiant, cuiusque voluntati ac efficaciæ auscultent. Et vide etiam in hoc ipso, quàm varié hoc
admirabile rationale animal, & cætera irrationalia formata sint. De illis enim inquit, Producant aquæ reptilia ani
marum viuentium, & prodierunt ex aquis animantia animata. Sic & de terra, Producat terra animam viuẽtem.
De homine autem non sic, sed prius de terra corpus formatur, & postea vitalis illi virtus datur, quæ scilicet animę
est substantia

A est substantia. Et idcirco de brutis dicebat Moyses, Sanguis eius anima eius est. In homine autem substantia quæ-
dam est incorporea & immortalis, multo interuallo corpus excellens, & tanto quanto corporeis eminent incor-
porea. Et forte diceret aliquis, Quare si anima dignior est corpore, indignius primo formatum est, & postea
quod eminentius? Non vides dilecte, quod & in creaturis hoc idem vsu euenit? Sicut enim cœlum & terra, & sol
& luna, & cætera omnia formata sunt, & irrationalia animalia, & posthæc omnia homo horum principatum su-
scepturus, ita & in hac hominis formatione, prius corpus producitur, & postea anima quæ dignior. Et sicut ani-
malia ministerio hominis vtilia futura, ante hominem formantur, vt paratum haberet ministrum is, ad cuius
vsum creabantur, ita etiam corpus ante animam formatur, vt cum secundum ineffabilem conditoris sapientiam
anima produceretur, posset suas potentias operari per corporis motionem. GREGORIVS NYSSENVS.
Ego autem puto extra propositum esse negocium, vt perquiratur à nobis quod in ecclesiis ambigitur de animæ
constitutione vel corporis. Quibusdam etenim visum est qui ante nos de principatibus disputantes veluti quan-
B dam pestilentiam protulerunt, quod in conuersatione propriæ animæ antè subsistant. Sintq; illic tam malitiæ quã
virtutis exempla proposita, & perseuerantem quidem in bonis animam nulla corporalis coniunctionis experimẽ
ta sentire. Si verò boni participatione defluxerit, tunc ad hanc vitam recedere, atque in corpore commorari. Qui
autem huic professioni patrocinium præstant, & antiquiorem animarum conuersationem præter hanc vitã cor-
poris asserunt, non mihi videntur gentilium dogmatum erroribus carere, qui multa de animarum in corpora
transformatione fabulosa finxerunt. Alij verò traditum à Moyse ordinem de conditione hominis intuentes, se-
cundo loco, id est post corpus animam iuxta tempus conditam affirmant, quoniam primum accipiens deus li-
mum de terra, formauit hominem, & ita per insufflationem deinceps animauit. Hac autem ratione præstantius
ostendunt corpus esse quàm animam, quæ est ei conserta, eo quod antè formatum est. Dicunt enim propter cor-
pus animam factam, ne sine spiritu formatio immobilis permaneret. Omne verò quod propter aliud efficitur, vi-
lius est profectò eo, propter quod efficitur. Quoniam igitur assertio vtriusque opinionis vituperatione non caret,
C & eorum qui prius viuere animas in suo quodam statu atque ordine opinantur, & eorum qui eas post corpora
creatas existimant, per medium opinionum earũdem reor oportere dogma nostrum in veritate dirigere. Et cum
sit vnus homo qui ex anima cõstat & corpore, vnum ei & commune dare oportet institutionis exordium, ne sibi
ipse anterior posteriorq; videatur, vt corporis conditio prima, & secunda constet alterius. Et in præsentia quidem
diuinæ virtutis, omnem plenitudinem humanæ conditionis antè subsistere profitemur, testificante nobis in hoc
propheta, qui dicit nosse dominum omnia antequam fiant. In singulorum verò conformatione, alterutrum non
præferimus alteri, nec ante corpus animam, nec è contrario dicimus, ne diuisus homo iuxta differentiam tempo
ris in semetipso discedat. Nam cum duplex intelligatur nostra natura secundum doctrinam Apostoli, visibilis sci
licet hominis, & latentis, si aliud quidem ante subsistat, aliud autem post superueniat, imperfecta quidem virtus
videbitur conditoris, quæ non simul vtrobique sufficiat, sed diuiso opere seorsum in singulorum medietatibus
D occupetur. IDEM. Dicens autem diuina scriptura, quia formauit hominem de limo terræ, indefinita signi-
ficantia omne hominum genus ostendit. Non enim nunc Adam in conditione nominatus est, sicut & in conse-
quentibus declarat historia, sed nomen homini creato, non cuilibet homini generale est. Hinc ergo ex hac gene-
rali naturæ appellatione, tale quid excogitare compellimur, quod diuina virtus atque præscientia, omnem huma
nam naturam in prima conditione complexa esse videatur. Oportet enim deo nihil in definitum in his quæ ab eo
creata sunt æstimare, sed singulis eorum quæ sunt, esse modũ certissimũ creatoris sapientia terminatum. Sic enim
quilibet hic homo quantitate corporis terminatur, modusq; substantiæ eius est qualitas quæ simul cum superficie
corporis explicat, sic arbitror velut in vno quodã corpore, totã plenitudinẽ humanitatis ab vniuersitatis auctore
præscientiæ virtute complexã, & hoc scripturam insinuare cũ supra dicit, Et fecit deus hominẽ, ad imaginẽ dei fe
cit illũ. Non enim imago hæc in parte naturæ est, nec in vno aliquo qui in singularitate propria cernitur, ista gra-
tia terminatur, sed in omne genus æqualiter hæc talis & tanta potentia virtutis excurrit. Huius autẽ rei signũ est,
E quod mẽs æqualiter omnibus inserta est. Vniuersis autẽ cogitandi & recogitandi constat inesse rationẽ, & cætera
omnia, quibus diuinæ naturæ similitudo declaratur, in eo quod ad imaginẽ dei factus agnoscit. Siue enim ille qui
prima mundi est cõditione formatus, siue hic qui post consummationẽ totius mũdi futurus est, æqualiter in se di
uinã præferre probatur imaginẽ. Idcirco vnus homo vniuersitas appellata est, quia diuinæ potentiæ nec præteritũ
aliquid nec futurũ, sed & quod expectatur, veluti si præsto sit, virtute qua continet intuetur. Omnis itaq; natura à
primis vsq; ad nouissimos trãscurrens, vna quędã est imago substãtiæ, differentia verò in masculo & fœmina, de-
inceps ob hanc (vt arbitror) causam in conformatione peracta est. SEVERIANVS. Plasmauit igitur domi
nus hominem vel finxit. Non ait simpliciter, fecit, sed plasmauit, quod decentiam signat, vt cum quis pulcherri-
mam faciem intuens, dicat, quam pulchrum plasma. Finxit verò è puluere, vt homo quẽ moriturum sciebat, cer-
tò crederet se è puluere rursus suscitari, ac reformari posse ab eo, qui illum è puluere primum finxerat. IDEM.
F Corpus autem sumit è terra, animam ipse dat, sed non ex sua essentia illam creans. Vt cum mortuus fuerit homo,
animæ immortalitatem non desperet. THEODORVS. Et insufflauit. Hoc verbo non significat animam
ex inuisibili essentia dei esse, sed diuini opificij facilitatem insinuauit, quo animam in perfectum iã corpus crean-
do infudit. CYRILLVS. Propterea quod homo est animal vere generosum, ac maximè deo simile ne quis
existimaret illũ pari ratione vt cætera cõditũ, ideo deus cõsilio pri° inito, ac propria manu artificiũ illud absoluit.
Cumq; simulachrum è terra finxisset, rationale animal illud perfecit. Et vt ab interitu ac corruptione liberũ esset,
viuificantem spiritum illi impressit. DIODORVS. Falso quidam opinati sunt, insufflationem dei animam
immortalem fuisse, cum Moyses minimè dixerit insufflationem animam fuisse. Sed quemadmodũ per manũ dei
visibiliũ rerũ conditionẽ intelligimus, ita per insufflationẽ, hoc est, rem spiritualẽ atq; inuisibilem, naturã animæ
inuisibilem à deo homini infusam intelligimus, quia anima spiritus est. Illud autem scitu dignum, alia quidem
vt essent deum iussisse, atque ortum simul & progressum è terra cœpisse: hominis verò primum corpus præparatũ
esse, deinde animam quæ præstantior est, creatã fuisse, ne quis carnem despiceret. IRENAEVS. Aliud est au
tem halitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem halitus vitæ, qui animalem efficit hominem, aliud ſpiritus viuificans, qui ſpiritualem hominem operatur. G
Vnde & Eſaias ait, Qui dedit flatum populo qui eſt ſuper terram, & ſpiritum calcãtibus eam. Vt deus flatum quidem omni populo qui eſt ſuper terram dederit, ſpiritum verò his tantummodo, qui terrena deſideria calcant. Ita vt flatus ad tempus ſit, ſpiritus verò perpetuus atque æternus, vtpote qui propriè donum dei ſit. BEDA. Formauit igitur deus hominem de limo terræ. Factura hominis qui ſexto die factus eſt, latius deſcribitur, quod factus ſit corpore & anima. Et corpus de limo, anima verò de nihilo deo inſpirante creata eſt, & fœmina de latere dormientis. Sed ne carnaliter putemus deum corporeis manibus formaſſe corpus, vel faucibus labiiſue inſpiraſſe animam vel vitam. Quod enim dictum eſt, Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, tropica locutio eſt magis quàm propria, id eſt, iuxta conſuetudinem qua ſolent homines operari. Spiritus enim eſt deus, nec ſimplex eius ſubſtantia liniamentis membrorum corporalium eſſe compoſita niſi ab ineruditis creditur. Formauit ergo de limo deus hominem, id eſt, verbo ſuo de limo fieri iuſſit, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem, cum ei ſubſtantiam animæ & ſpiritus in qua viueret creauit. INTERLINEARIS. Quantum igitur ad corpus, formaſſe deus dicitur hominem de limo terræ, cum autem inſpirauit dicitur in faciem eius ſpiraculum vitæ, perinde eſt ac ſi dicat, ipſum idem totum corpus rationali vita animauit, vel ſpiritum contemplatiuæ virtutis eidem dedit. Faciem autem nominat, quia hæc pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora, per quæ rationali animæ naturaliter inditum eſt, vt ſapiat ea quæ ſurſum ſunt. EVCHERIVS. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Spiraculum vitæ hoc in loco animam coniunctam corpori intelligimus. Nec credendum, velut partem naturæ dei in animam hominis fuiſſe conuerſam, vt cogamur dicere naturam dei eſſe mutabilem, ſicut anima quæ modo proficit, modo deficit, modo ſapit, modo deſipit. Ergo non eſt anima quæ mutabilis eſt, credẽda natura vel pars dei, Propheta atteſtante qui ait, Qui finxit ſpiritum hominis, & ipſe ſcit omnia, & ipſe ſpiritus eſt anima hominis, euangeliſta teſtante de anima quam Chriſtus in carne accepit, cum dixiſſet, poteſtatem habeo ponendi animam meam, quam tunc poſuit, quando inclinato capite I emiſit ſpiritum. Vnde nullatenus dubitandum eſt, ſpiritum eſſe animam, quam etiam deus nec de ſe, nec de qualibet ſubiacente elementorum materia, ſed de nihilo fecit. Nam ſi de ſemetipſo eam feciſſet, nunquam vitioſa aut mutabilis, vel miſera eſſe potuiſſet. Si verò ex elementis viſibilibus facta fuiſſet, haberet aut ex terra ſoliditatem, aut ex aqua humorem, aut flatum ex aëre, aut calorem ex igne. Sed quia his omnibus caret, apparet eam inde non eſſe, quæ cum illis probatur nihil habere commune, & ideo anima ſpiraculum dicta eſt, quia ex nihilo facta, corpori quod animaret, inſufflata eſt. Ideo etiam dicta ſpiraculum vitæ, quia & iſte aër plerunque dicitur ſpiritus, ſed tamen ſpiritus vitæ non dicitur, quia caret vita. Quæritur autem, vtrum deus animam inſufflando fecit. An eam quam fecerat, corpori dando potius inſufflauit? Vtrunque enim puto eſſe, nec habere aliquid quæſtionis, quomodo ſiue inſufflando fecerit animam, ſiue creando donauerit, nec de aliquo flatu ſuo, nec de ſe ipſo, ſed ex nihilo, aut ſufflando creauit, aut creando corpori inſufflauit, non quia illud ſpiraculum conuerſum eſt in animam viuentem, ſed operatum eſt animam viuentem. Nondum tamen ſpiritalem hominem debemus intelligere, quia factus eſt in animam viuentem, ſed adhuc animalem. Tunc enim ſpiritalis effectus eſt, cum in paradiſo conſtitutus eſt, K & præceptum perfectionis accepit. Itaque poſtquam peccauit, & emiſſus eſt de paradiſo, in eo remanſit, vt animalis eſſet, & ideo animalem hominem prius geſtamus omnes qui de illo poſt peccatum nati ſumus, donec aſſequamur ſpiritalem Adam, id eſt, Chriſtum. Sic enim Apoſtolus dicit, Non primum quod ſpiritale eſt, ſed quod animale. ALBINVS. Quid eſt quod dixit, Formauit igitur deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in mo terræ formatum eſt, anima verò de nihilo deo inſpirante creata. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quia homo nõ erat qui terram coleret, ideo deus hominem formauit, id eſt, corpus eius de limo qui eſt terra tenax, vt per hoc hominem ad mortalitatẽ factum, id eſt, mori poſſe innuat, vel per hoc admoneat eum cogitare de vilitate ſua, vt humilitatem ſequatur. Et inſpirauit, ſcilicet corpori prẽparato, animam prẽcipuè in faciem, quia in ea vigent operationes animæ in corporalibus ſenſibus, & in ea diſcernitur, vtrum homo viuat an non, facilius quàm in cæteris partibus. Hic autem nota, quod primum vocat deum dominum ſimpliciter, quia tamen vere L primum fuit dominus, cum ſeruum ſcilicet hominem habuit. De angelo nanque mentionem non facit, ſed ſicut hiſtoriographus de viſibilibus intendit tantummodo. BERNARDVS IN SERMONIBVS. In primo ergo opere conditionis noſtræ, de limo terrę plaſmauit hominem deus, & inſpirauit in faciem eius ſpiritum vitæ. Qualis artifex, qualis vnitor rerum, ad cuius nutum ſic conglutinantur ſibi limus terræ & ſpiritus vitæ? Limus quidem iam antè creatus erat, quando in principio creauit deus cœlum & terram. At ſpiritus ſanè non communem, ſed propriam habet conditionem, nec in maſſa creatur, ſed ſingulari quadam excellentia inſpiratur. Agnoſce ô homo dignitatem tuam, agnoſce gloriam conditionis humanæ. Eſt enim tibi cum mundo corpus, ſic enim decet eum qui conſtitutus eſt ſuper vniuerſam huius creaturæ corporeæ molem, aliqua ei ſimilari ex parte, ſed eſt tibi etiam ſublimius aliquid, nec omnino comparandus es cæteris creaturis. Compacta & confœderata ſunt in te caro & anima, illa plaſmata, hęc inſpirata. Sed cuius intereſt hæc commixtio? Cui hac vnione prẽſtatur? Etenim iuxta ſapientiam filiorum huius ſeculi, vbi ſociantur ſummis inferiora, prẽualent qui poteſtatem habẽt, & humi- M lioribus vtuntur pro libitu ſuo. Conculcat fortior minus fortem, ridet ſapiẽs indoctum, ſimplicem fallit aſtutus, potens deſpicit imbecillem. Non ſic in opere tuo deus, non ſic in tua commixtione, non ad hoc ſociaſti ſpiritum limo, ſublimen humili, dignam & excellentem creaturam, abiectæ & inutili maſſæ. Quis non videat fratres, quantum corpori præſtet anima? Nunquid nõ truncus eſſet inſenſibilis caro inanimata? Ab anima enim pulchritudo, ab anima incrementũ, ab anima claritas, viſus & ſonus vocis. Denique ſenſus omnis ab anima eſt. Charitatẽ mihi coniunctio iſta commendat, charitatem in ipſo ſtatim principio non ſolùm prædicat, ſed ingerit mihi manus beniſſima creatoris. THOMAS. Formauit deus hominem de limo terræ. Quanquam corpus hominis ſecundum ſubſtantiam conſtet ex quatuor elementis, ſuperiora tamen elementa prædominantur in eo ſecundum virtutẽ, ſcilicet ignis & aër, quia vita præcipuè conſiſtit in calido quod eſt ignis, & humido quod eſt aër. Inferiora verò

In annota.

Ser. de tri. mixturis.

Vbi ſup. q. 91. ar. 1. i cor. & ad. 4.

A ra verò elementa abundant in eo ſecundum quantitatẽ & ſubſtantiam. Aliter enim nõ poſſet eſſe mixtionis equalitas, niſi inferiora elementa quæ ſunt minoris virtutis, ſecundum quantitatẽ in homine abundarent. Ideo dicitur corpus hominis de limo terrę formatum, quia limus dicitur terra aquæ permixta, & quid conglutinans partes terræ & aquæ. De aliis autem elementis ſcriptura non feçit mentionem, tum quia minus abundant ſecundũ quantitatem in corpore hominis, vt dictum eſt, tum etiam quia in tota rerum productione de igne & aëre quæ ſenſu non percipiuntur à rudibus, mentionẽ non fecit ſcriptura, quæ rudi populo tradebatur. Et inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ. Inſpirare hic nõ eſt accipiendũ corporaliter, ſed idem eſt deum inſpirare, quod ſpiritũ facere. Scien dum autem, quod quidam intellexerunt corpus hominis prius tempore formatũ, & poſtmodum deum formato iam corpori animã infudiſſe. Sed contra rationẽ perfectionis primæ inſtitutionis rerum eſt, quod deus vel corpus ſine anima, vel animã ſine corpore fecerit, cũ vtrunq; ſit pars humanæ naturæ. Et hoc etiã eſt magis inconueniens de corpore quod dependet ex anima, & nõ è conuerſo. Et ideo ad hoc excludendũ quidam poſuerunt, quod cum B dicitur formauit deus hominẽ, intelligitur productio corporis ſimul cũ anima. Quod autẽ additur, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, intelligitur de ſpiritu ſancto, ſicut & dominus inſufflauit in apoſtolos, dicens, Accipite ſpiritũ ſanctum. Sed hæc expoſitio excluditur per verba ſcripturæ. Nã ſubditur ad prædicta, Et factus eſt homo in animam viuentẽ. Quod Apoſtolus 1. ad Corinthios. 15. nõ ad vitam ſpiritualẽ, ſed ad vitam animalẽ refert. Per ſpiraculũ ergo vitæ intelligitur anima, vt ſic quod dicitur inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, ſit quaſi expoſitio eius quod præmiſerat. Nã anima eſt corporis forma. Et quia operationes vitæ magis manifeſtãtur in facie hominis propter ſenſus ibi exiſtentes, ideo dicit in faciẽ hominis inſpiratũ eſſe ſpiraculũ vitæ. Et factus eſt homo in animã viuentẽ, id eſt, corpori vitã dantẽ animalẽ. Anima enim hoís in primo ſtatu innocẽtiæ erat corpori perficiendo & gubernãdo accõmodata, ſicut & nũc. Vbi notandũ, quod anima rationalis, & anima eſt, & ſpiritus. Dicit eſſe anima ſecũdũ illud quod eſt ſibi cõmune & aliis animalib⁹, quod eſt vitã corpori dare. Sed ſpiritus dicitur ſecundũ illud quod eſt ſibi cõmune & aliis animalibus, quod ſcilicet habeat virtutẽ intellectiuã immaterialẽ. In C primo igitur ſtatu anima rationalis cõmunicabat corpori quod cõpetit ei inquãtũ eſt anima. Et ideo corpus illud dicebatur animale, inquantũ ſcilicet habebat vitã ab anima. Primũ autẽ principiũ vitę in iſtis inferiorib⁹ (vt dicitur in libro de aĩa) eſt anima vegetabilis, cuius opera ſunt aliméto vti, & generare, & augeri. Et ideo hęc opera hominis in primo ſtatu cõpetebãt. RVPERTVS. Formauit igiť deus hominẽ, &c. Duo dicta ſunt, quę & diligẽter aduertere operæpretiũ eſt, qa videlicet formauit, & nõ vndecũq;, ſed de limo terræ formauit. Hoc nãq; ſicut dignũ erat, perpendentes homines ſancti, pulchra plaſmata in gloriã & honorem præparata, hunc ipſum creatorẽ ſuum plaſten, ſe ipſos autẽ lutum appellauerunt, eleganti cõfeſſione, lachrymoſa declamatione. Et nunc domine (inquit Eſaias) tu pater noſter es, & nos lutum, & fictor noſter, & opera manuũ tuarum omnes nos. Et ad Hieremiam loquitur idẽ plaſtes noſter deus, Nunquid ſicut figulus iſte, nõ potero vobis facere domus Iſraẽl? Ecce ſicut lutũ in manu figuli, ita vos in manu mea domus Iſraël, &c. Oſtenderat enim illi figulum facientẽ opus ſuũ ſuper rotam, D & diſſipatũ eſt (inquit) vas quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis. Cõuerſuſq; fecit illud vas alterũ, ſicut placuerat in oculis eius vt faceret. Hinc idẽ qui ſupradicit Eſaias, Væ qui cõtradicit fictori ſuo, teſta de Samiis terrę. Hæc & his ſimilia ſciẽs ille iuriſperitus cœleſtis Paulus, ait, O homo, tu quis es qui reſpõdeas deo? Nunquid poteſt figmentum dicere ei qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? Aut nunquid non habet poteſtatẽ figulus facere de eodẽ luto aliud quidem vas in honorẽ, aliud verò in contumeliã? Itaq; & nos cum legimus, quia formauit dominus hominẽ de limo terræ, nõ diſcutiẽdũ nobis eſt, cur ita fecerit, ſed potius illud timendũ vnicuiq; noſtrũ de ſe ipſo, ne vas quod fecit ipſe, diſſipetur in manibus eius, & hoc abiecto, faciat aliud vas, ſicut placuit in oculis eius vt faceret. Formauit igitur deus hominẽ de limo terrę. Manifeſtum eſt hoc, quia ſecundũ corpus homo terra eſt. Terra enim (inquit dominus) es, & in terrã ibis, & hoc ſatis arguitur terrã eſſe, quod in terrã it. Sed nõ itidem aperte innuit ſcriptura, qualis ſubſtantia, vel quæ materia ſit animæ, hoc tantũ dicendo, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ. Nihilominus & ſupra cum dicit, producat terra iumenta animæ viuentis, materiã corporis iumentorũ terram eſſe ſaE tis explicat, ſed non etiã viuentis animæ illorũ materiam definit quam tamen dubiũ non eſt de aëre ſumptam, in tenues auras rurſum diſſipari, & ita mori vt nõ ſit. Quid eſt ergo ratio, qua ſolus homo inſignitur? Quoddã munus quoddã talentum à creatore cõmiſſum, quod ſentiens etiã quidam auctorũ ſecularium, dixit, Infra lunã nihil eſt niſi mortale & caducũ, præter animos munere deorũ hominum generi datos. Cõmiſſum eſt (inquã) homini rationis talentũ, quod ſi bene expenderit, ipſe remunerabitur, ſi autẽ in terram defoderit, auferetur ab eo, & ipſe puniẽtur. Nũquid enim ratio erit apud inferos? Quodcunq; poteſt manus tua (inquit idem qui ſupra Eccleſiaſtes) inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſciẽtia, nec ſapientia erunt apud inferos, quò tu properas, nõ quia deſieri poſſit hominis rationalitas, ſed quia ſempiterna illic fatigãda erit inſania. Hoc ergo differt ſpiritus hominis à ſpiritu iumentorũ, quod hic rationalitatẽ accepit munere dei, ille autẽ brutus permanſit. Hoc (inquã) differt, quia hic tanquã cera ſigilli teſtatoris imagine ſignata, ſic imagine dei ſignatus eſt, ille autẽ ſignatus nõ eſt. Quã ſignatione F & ſupra innuit ſcriptura, dicendo, Et creauit deus hominẽ ad imaginem ſuã, ad imaginẽ dei creauit eum, & nunc vbi cum dixiſſet, Formauit igitur dominus hominẽ de limo terræ, cõfeſtim addidit, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ. Quid enim eſt inſpirauit, niſi vt in alia æditione habetur, & inſufflauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ? Nunquid corpus eſt deus, & collectũ aërem cõtractis buccis in faciẽ plaſmatis ſui inſufflaſſe putabitur? Hoc nẽpe ridiculũ eſt. Sed inſpirauit dictũ eſt, quia verbi eiuſdẽ imperio, quo de tenebris lucẽ ſplendeſcere iuſſit, per quã intelliguntur angeli, ſubſtantiã ſibi ſubiectam ipſe citauit, & oculos rationis aſſumere vel aperire fecit, occultisq; viſceribus plaſmati hominis velociter inſeruit. Similiter & cũ legim⁹, quia immiſit dominus ſoporẽ in Adã, & tulit vnã de coſtis eius, & ædificauit coſtã quã tulerat de Adã in mulierẽ, ſubaudiendũ eſt, quia inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ. Ambos enim creauit, maſculũ (inquã) & fœminã creauit eos. Iſti nẽpe creati, cæteri qui ex ipſis naſcuntur, rectè dicũtur procreati. Quorũ animas nõ ex traduce fluere, omniũ orthodoxorũ vna eſt ſentẽtia, ne (quod ridiculũ eſt) tot cõſequatur quotidie animas perire, quot pereũt ſemina. Igitur hoc dicto quia formauit deus hominẽ de limo terræ, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ, dignitas pulchrè exprimitur cõditionis humanæ, quę

Quæſt 97. ar. 3. in cõc.

Eſaiæ. 64. Hiere. 18.

Eſaiæ. 45. Rom. 9.

Genes. 3.

Lucæ. 19. Eccleſ. 9.

h à cunctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

à cunctis longe diuersa sit animãtibus,tam formatura corporis, q̃ viuificatione dei inspirantis. Vtrũq; perspicuũ G
est,Forma corporis in hoc solo animante sursum caput attollit,cœlum intuetur,terrámque calcans pedibus, re-
cto pectore incedit,& sydera vel cœlestia regna superne positis meditari commouetur oculis.Animus verò,siue
spiraculum quod spirauit deus in faciem eius,multarum artium bonarum atque vtilium repertor est,ex dono ra
tionis quod sibi collatum est.Sed eo magis attendendum est,quod subauditur,& factus est homo in animam vi
uentem.Hæc enim dictio,re quæ supra descripta est,longe minor est.Siquidem iumentum quoq; in animam vi
uentem factum est,dicente deo,Producat terra iumenta animæ viuentis.Cum autem dixisset deus, Faciamus ho
minem,addidit ad imaginem & similitudinem nostram,& præsit piscibus maris,& volatilibus cœli,& bestiis v-
niuersæ terræ,& omni reptili quod mouetur in terra.Quare ergo tãtum honori huius factura detractum est,hoc
solum dicente scriptura,Et factus est homo in animam viuentem? Videlicet quia qui factus homo rationis dono
1.Cor.15. non bene vsus est,& honorem suum non intellexit,sed comparatus est iumẽtis,recte illi iam formato,à scripto-
re quasi detractum est illud,quo superior est iumentis . Quod sentiens Apostolus,Factus est (inquit) primus ho- H
mo in animam viuentem,nouissimus verò in spiritum viuificantem.Qui habet aures audiendi, audit pulchram
musicæ huius consonantiam,id est scripturarum concordiam,dum hic præcentor ait,Factus est primus homo in
animam viuentem,& alius succinit,nouissimus verò in spiritum viuificantem.Non ergo casu,sed sancta & pru-
denti industria,primus ille imperfectum emisit canticum,tandiu decantandum,donec venirent qui scirent sup-
plere,& ad finalem perducere sonum,sicut hodie fit , cum iam in frequenti & celeberrimo vsu habemus dicere,
Factus est primus homo in animam viuentem,nouissimus Adam in spiritum viuificantem,addentes adhuc,pri-
mus homo de terra terrenus,secundus de cœlo cœlestis.Qualis terrenus,tales & terreni & qualis cœlestis, tales & I
cœlestes. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et formauit dominus deus hominem puluerem de ter-
ra,& inspirauit in nares eius spiritum vitarum , & fuit homo in animam vitæ . Dicit hominem de puluere terræ
formatum,ad differentiam tam vaporis qui eleuatur ex aquis,quàm fumi qui eleuatur ex igne,grauitas enim cor
poris humani testatur,illud esse terrestre, verùm non ex terrestri grosso , sed ex terrestri subtilissimo , significato
nomine puluеris.Significatur enim per hoc, quod terra redacta in supremam subtilitatem , ad quam potest per-
duci,est illa,ex qua constat corpus humanum.Quod manifestat tum perfectissimus in homine tactus,tum statu-
ra recta solius hominis.Nam subtilissimum terræ,optimè commiscetur reliquis elementis,ad constituendum ve
re medium,quale oportet organum perfectissimi tactus esse,vt quantum natura patitur,discernat differentias o-
mnes tangibilium.Et similiter subtilissimum terræ,prima causa ex parte materiæ est,quod homo sit rectæ staturę,
quantuncunq; enim calor moueret sursum , si terrestre grossum moueretur sursum , statura recta aut non esset,
aut cum discrimine esset.Et ex hac eadem materiali causa habetur differentia corporis humani à corporibus re-
liquorum animantium,quo ad rectitudinem staturæ consurgentem ex subtilissima terra commixta. tanquam ex
materia,vt hinc etiam ipsa eleuatio capitis,congruum manifestaret corpus rationali animæ,cerebrum enim non
nisi eleuatum idoneum est ad spiritualia phantasmata ministrandum intellectuali animæ. Literam autem con-
strue sic,& formauit deus puluerem de terra hominem,hoc est,in hominem.Quod autem dicit, Et inspirauit in K
nares eius spiraculum vitarum,significat quod deus non dedit homini aliam animam , sed eidem animæ ab ex-
trinseco datæ dedit instrumentum omnium vitarum.Dicendo siquidem inspirauit,seu sufflauit,collationem ab
extrinseco significat,ad differentiam cæterorum animalium , quorum principium spirandi ortum est ex viribus
naturalium principiorum.In homine verò ipsa intellectiua anima ad imaginem dei , est illamet quæ est princi-
pium spirandi,& quoniam ipsa de foris venit,propterea vocabulo inspirationis seu sufflationis diuinæ vsus est.
Vitarum autem dixit,quia anima intellectiua dat homini omnes vitas,videlicet rationalem,sensitiuam & vege
tatiuam.Meminit autem nasi,eo quod nasus est extrinsecum organum purum respirationis & inspirationis.Cu-
ius duo sunt signa.Alterum,quod nasus est factus patulus,os autem clauditur,vnde dormiendo clauso ore, inspi
ratio & respiratio fit sufficienter per nasum.Alterum est,quod aër in ore inquinatur ex vaporibus qui eleuantur à
stomacho,vt patet in iis qui sunt fœtidi anhelitus,aër autem per nasum respiratur absque inquinatione , ad pul- L
monem tendens.Et fuit (inquit) homo in animam vitæ.Dicendo in animam , manifestè excludit pluralitatem
animarum,& similiter dicendo vitæ in numero singulari,manifeste reducit multitudinem vitarum in homine
in vnam vitam,vt intelligamus secũdum rei veritatem in homine esse vnam tantum animam, quæ est ad ima-
ginem dei,& vnam tantum vitam, quæ est esse viuentis (viuere enim viuentibus est esse) sed ex hac vna anima
& hac vna vita essentiali,prodire multitudinem vitarum,hoc est,potentiarum & operationum vitalium,tam ad
vitam vegetabilem,quàm ad vitam sensitiuam internam & externam. AVCTOR CATENAE. Forma-
uit igitur dominus deus,& cætera.Hebraicè habetur.Finxit enim deus primò hominem terreum , vt figulis mo-
ris est,ideo Hebraicè dicitur וַיִּצֶר אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם עָפָר מִן הָאֲדָמָה vaizer adonai elohim eth haadam aphar
min haadama,id est,Et finxit dominus deus hominem puluerem de terra,hoc est,hominem terreum,ac propte-
rea vsus est verbo finxit.Iazar enim formare,fingere,plasmare,& creare significat.Septuaginta,καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς
τὸν ἄνθρωπον,χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς,hoc est,Et formauit deus hominem,puluerem accipiens de terra.Chaldaica M
verò æditio , Et creauit dominus deus hominem puluerem de terra . Hæc est ergo causa quod à Mercurio anti-
quissimo & maximo Theologo,homines appellantur γηγενεῖς, id est terrigenæ, neque aliud est Adam Hebraicè,
quàm terrigena Græcè & Latinè.De qua re & Gregorius Nyssenus,Ideo (inquit) Apostolus,hominem qui è ter-
ra fictus est,terrestrem vocat,quasi nomen Adæ in Græcam vocem vertens.Homini autem ita effecto inspirauit
animam deus,& propterea subditur וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים vaippah beappaf nismath haiim,hoc est, & inspirauit
seu insufflauit in faciem seu nares eius spiraculum vitæ.Vtrunque enim aph nomen Hebraicum significat.In na-
res autem fortasse magis esset consentaneum,quod in his respiratio sit posita,& inde halitus hauriatur, & eo di-
uina penetrarit afflatio.Atq; ideo Aquila & Symmachus μυκτήρους vertunt,hoc est,nares.Dictio verò haiim,vi-
tam significat,sicut haie,nam & in Hebræo declinatur pluraliter,vt in hoc eodem capitulo, Lignum etiam vitæ
in medio paradisi,& alibi pluribus in locis.Atque hinc argumentum est,prius corpus quàm animam factum es-
se,quod

A se,quod Chrysostomus & Damascenus asserunt. Licet Gregorius Nyssenus diti Basilij frater, vtrunque reiiciat,
neque scilicet corpus ante animam,neque animam ante corpus effectum esse.Septuaginta & Chaldaica eum no-
stra æditione concordant,præterquam quod Chaldaica vbi nos dicimus,spiraculum,animam legit, clarius sen-
tentiam hanc exprimens.Quod autem nos habemus,Et factus est homo in animam viuentem, Hebraicè legitur
וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה vaihi haadam lenéphes haia, Et fuit Adam in animam viuentem. Septuaginta , καὶ ἐγένετο
ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν,hoc est,Et factus est homo in animam viuentem.Chaldaica verò,Et fuit homo in spiri
tum loquentem,quod idem innuit,nam & loquela hominis vitam eius indicat, quæ per animam habetur . Re-
dit igitur post naturam terræ descriptam Moyses ad narrandum fusius historiam & seriem formationis Adæ &
Euæ,dicens,Dominus ipse omnipotens deus,post conditum mundum plasmauit,& veluti figulus ex argilla for-
mauit,non tantum verbo oris sui,vt reliqua iam antè producta , sed quasi admota manu finxit ex omnium infi-
ma creatura,de luto & puluere, vel limo terræ corpus humanum , quo conditionis & originis nostræ humilita-
B tem semper homines lutei meditemur,& terrestres omnes,pariter diuites & pauperes , magni & pusilli inter ho-
mines,de eadem massa humili & impura æquali sorte producti.Et insufflauit in naresvel faciem eius de terra for
mati,spiraculum vitæ animum,vt fieret homo in animam viuentem,id est,vt quia corpore terreus iam erat,ho-
mo viuens fieret,& intellectu voluntatèque ac memoria à deo donatus , admirator existeret rerum omnium , &
omnium creatoris.Sicque compositus iam extabat ex infimis & supremis,vt quæ sursum sunt semper saperet , &
secundum dei voluntatem sensibus à deo datis vteretur & corpore,ad laudem sui formatoris dei,à quo totus pẽ-
dere deberet,quem solum aduocare,& cui soli per omnia complacere probarique cuperet. Anima autem viuens
aliud non intelligatur,quàm persona composita ex anima & corpore,iuxta idiotismum scripturæ,in qua sæpe a-
nima dicitur pro persona humana.Alij quod dicitur,Et factus est homo in animam viuentem,id est non morta-
lem intellexerunt,nunquam enim interit hominis anima.Aut in animam viuentem,id est, vitam corpori dan-
tem,secundum scilicet quatuor vitæ gradus,quos philosophus secundo de anima enumerat, videlicet sensitiuũ,
C vegetatiuum,motiuum secundum locum,& intellectiuum.Doceris itaque hoc in loco homo, cum cæteris ani-
mantibus conuenire tibi quantum ad rationem materiæ.Animam autem esse tibi ab extrinseco per diuinã crea-
tionem & infusionem,simul enim à deo creatur,& corpori infunditur.In faciem autem dicitur synechdochicè,
id est partem pro toto ponẽdo, non enim faciem duntaxat,sed totum corpus animat anima,cum sit tota in toto,
& tota in qualibet parte corporis.Ideo tamen præcipue faciem nominat,quia in ea potissime vitales ostenduntur
operationes,& in ea sensus omnes corporis magis vigẽt,visus videlicet,auditus, olfactus,gustus & tactus.Vt po
te quia pars cerebri anterior,vnde sensus omnes distribuuntur,ad frontem collocata est.Nam & tangendi sensus
qui per totum corpus effunditur,etiam ipse ab eadem anteriori parte cerebri ostenditur habere viam suã,quæ re-
trorsum per verticem atq; ceruicem,ad medullam spinæ deducitur. CHRYSOSTOMVS. Cæterũ cum tã-
tæ sit excellentiæ anima,haud scio quomodo nostrum subuerterimus ordinẽ & vsq; adeo inualuerit malitia,quæ
D in tantum cogit carnis concupiscentiis obsequi,vt deturbetur à throno suo regina,cuius erat præsidere, ordinare
& imperare.Cogimus enim illam carnis parere voluptatibus,ignorantes ipsius generositatẽ,& quantam præ ista
eminentiam sortita sit.Nam cogita obsecro,formationis ordinem,& expende tecum antequam inspiraretur à do
mino spiraculum'vitę,quis erat formatus ille? simpliciter inanimis quædam imago,operatione carens,& ad nihil
vtilis.At totum illud quod in tantum honorem ipsum prouehit,non est nisi spiraculum illud à deo inspiratũ.Cæ-
terum vt hoc non solum ex his quæ tunc facta sunt,& ex his quæ nunc quotidie contingunt, videas, cogita tecũ,
quomodo post animæ emigrationem,corpus hoc tam insuaue & inuecũdum apparet.Et quid dico insuaue & in-
iucundum? quomodo fœtore impletum,& deformitate horrẽdum fugitur,quod antea cum ab anima regeretur,
clarum,amabile,iucundum,speciosum,ad bona opera facienda valde accommodum.Hæc vtiq; nobis omnia co-
gitanda sunt,& maximè animæ nobilitas quanta sit,ne quid ea indignum operemur,ne coinquinemus eam illi-
citis operibus,ne sub carnis seruitutem eam subiugemus,ne tam nobilem tantaq; dignitate sublimem,sic crudeli
E ter & immisericorditer tractemus.Nam propter illius substantiam nos qui corpore inuoluti sumus,possumus cũ
incorporeis virtutibus adiuuante nos diuina gratia certare,& in terra obambulãtes,quasi in cœlo viuere,& nihil
minus quàm cœlestes facere,& quodammodo aliquid amplius.Et quomodo hæc? Ego dicam. Quãdo enim quis
inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circundatus,eodem modo vitã agens,vt supernæ illæ virtutes,quomo-
do non propensiorem dei gratiam sortitus fuerit,quia & corporis necessitatibus obnoxius,incorruptam & inuio
latam animæ generositatem seruauit? Et quis vnquam (dicis) poterit inueniri talis? Meritò impossibilis nobis hæc
res videtur ob immodicam virtutis arduitatẽ. At si vis discere quod non sit impossibile,cogita oro omnes iustos,
qui domino ab initio vsq; ad præsens tempus placuerunt,magnũ illum Heliam,& infœcundę filium & eremi ci-
uem Ioannem,Paulum quoq; in magistrum orbis,& omnem sanctorum numerum,qui eandem quam nos natu-
ram habuere,iisdem corporis necessitatibus obnoxij fuere.Et ne vltra impossibile esse opus puta,neq; segnior fias
ad virtutem,ad quam faciliter amplexandam tantas à domino nactus es occasiones. Sciens enim misericos do-
F minus nostræ voluntatis infirmitatem,& ad labendum procliuitatem,magna nobis medicamina in sacrarũ scri-
pturarum lectione reliquit,quæ cum subinde vulneribus nostris imponimus,& vitam illorum beatorum virorũ
ante oculos proponimus,ad æmulandum prouocemur,& virtutem non negligamus,sed fugiamus peccatum, &
omnia faciamus,ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus.

EVCHERIVS. Spiritaliter autem formauit deus hominem de limo terræ, id est factus est Christus, iuxta Mystice.
quod ait Apostolus,Ex semine Dauid secundum carnem,tanquam de limo terræ.Et inspirauit in faciẽ eius spira
culum vitæ,vtiq; infusionem spiritussancti,qui operatus est hominem Christũ. Et factus est homo in animã vi-
uentem,scilicet vt qui perfectus erat deus,perfectus crederetur & homo.

PLantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem 4
formauerat. Produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendum

 suaue,

suaue, lignum etiam uitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. G

4 CHRYSOSTOMVS. Postquam dominus vniuersam suam nobis declarauit benignitatem,& illum propter quē omnia visibilia formata sunt,in mediū adduxit, statim incipit in illum beneficia collocare. Dicit igitur.

Plantauerat autem dominus deus paradisum uoluptatis à principio,in quo posuit hominem quem formauerat. AMBROSIVS IN LIBRO DE PARADISO. De paradiso adoriendus sermo, non mediocrem æstum nobis,videtur incutere.Quid nam sit paradisus,& vbi sit,qualisve sit inuestigare & explanare cupientibus, maximè cum Apo- 2.Cor.12. stolus siue in corpore siue extra corpus nescíat,raptum se tamen dicat vsque ad tertium cœlum.Et rursus,scio(inquit) huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus, nescio, deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Si enim voluero gloriari non ero stultus, nam veritatem dico. Ergo si huiusmodi paradisus est, vt eum solus Paulus aut vix aliquis Pauli similis, cum in hac vita degeret, videre potuerit, idem tamen siue in corpore siue extra corpus viderit, meminisse non posset, audierit tamen verba quibus prohibitus sit vulgare quod audierat,quo tandem modo nos paradisi situm poterimus absoluere, quem nec videre potuimus,& si potuissemus videre,tamen prohiberemur aliis intimare? Simul cum Paulus extollere se relatio obnoxia sit periculo? Non Hylen igitur hunc paradisum æstimare debemus,& ideo relinquamus Pauli secretum. Tamen quoniam legimus in Genesi à deo paradisum esse plantatum secundum orientem, & ibi positū esse hominem quem plasmauit deus,iustius paradisi auctorem iam possumus inuenire. Quis est enim qui potuit fingere paradisum,nisi omnipotens deus,qui dixit & facta sunt? Nunquid indigens eorū quæ generari vellet? Ipse ergo plantauit paradisum,de quo dicit Sapientia,Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur. In hoc ergo paradiso hominem deus posuit quem plasmauit. Intellige etiam quod non eum homine qui secundū imaginem dei est,posuit,sed eum qui secundū corpus. Incorporalis enim in loco non est. Posuit autē eum in paradiso sicut solē in cœlo,expectantē regnum cœlorum,quemadmodū creatura expectat reuelationem filiorum dei. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Et plantauit dominus deus paradisum in Eden contra Orientē.Pro paradiso,hortum habet,id est גן Gan. Porro עדן Eden delitiæ interpretantur.Pro quo Symmachus transtulit,paradisum florentē.Necnō quod sequitur,contra orientē, in Hebræo מקדם mikedem scribitur,quod Aquila posuit ἀπὸ ἀρχῆς,& nos ab exordio possumus dicere.Symmachus verò ἐκ πρώτης,& Theodotio ἐν πρώταις,quod & ipsum nō orientē,sed principiū significat.Ex quo manifestissime cōprobatur,quod priusquam cœlum & terram deus faceret,paradisum antè condiderat,sicut & legitur in Hebræo,Plantauerat autem deus paradisum in Eden à principio. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quinimo non antequam cœlum & terram crearet,sed à principio,id est à tēpore cōditionis,quod fuit tertio die. RVPERTVS. Si enim dixerimus sic esse dictū à principio,quod antequā cœlum & terram faceret paradisum plantasset, hoc humana ratio sentire non potest,quippe cum paradisus localis & terrenus est locus,imo & quidam terræ ornatus.Et quidē à principio sic intelligi potest,quia sicut superius iam dictū est,omne virgultū agri,& omnē herbam regionis creauit dominus,antequam oriretur,& priusquam germinaret,in die quo creauit cœlum & terrā,scilicet eo modo de quo & scriptum est,quia quod factū est in ipso vita erat. Verum hoc itidem de cœlo & terra,& de omnibus quę facta sunt,dici potest,quia sic à principio cūcta fecerat dominus deus,quia qui viuit inęternū,creauit omnia simul. Hoc ergo promptius intelligi potest,quia à principio dominus deus plantauit paradisum,idē esse ac si diceretur, ab initio mūdanæ exornationis,quando illo iubēte terra herbā lignumq; germinauit. Distinctis nanq; tribus partibus mundi,id est cœlo,terra,& mari,primus ornatus fuit plantatio paradisi dicente deo, Germinet terra herbā virentem,& cætera. AVCTOR CATE. Huiusmodi à principio habes Io.viij.vbi dominus loquens de diabolo,dixit,Ille homicida erat ab initio,id est à sexto die in quo peccauit homo. EPIPHANIVS AD IOANNEM HIEROSOLYMITANVM. Quis autem patienter audiat in tertio cœlo donantē nobis Origenem paradisum,& illum quem scriptura cōmemorat,de terra ad cœlestia transferentē,& omnes arbores quę scribūtur in Genesi,sic allegoricē intelligentē,quod scilicet arbores angelicæ fortitudines sint,cum hocveritas nō recipiat? Neq; enim dixit scriptura diuina,Deposuit deus Adam & Euam in terrā,sed eiecit eos de paradiso,& habitare fecit eos cōtra paradisum. Nō ait,sub paradiso. Et posuit rompheā flāmeā,& Cherubim custodire introitū ligni vitæ. Nō dixit,ascēsum. Et fluuius egrediebatur ex Eden,nō dixit,descēdit ex Eden. Iste diuiditur in quatuor principia,nomē vni Phison,& nomen secūdi Geon. Ego vidi aquas Geon. Aquas quas his carneis oculis aspexi. Iste est Geon,quē Hieremias demōstrat,dicēs,Quid vobis & viæ Aegypti vt bibatis aquā Geon turbidā? Bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas simpliciter,quas manu potes tāgere,ore sorbere,nō aquas spiritales. Vbi autē flumina sunt quæ & vidētur & bibūtur,ibi consequēs est,quod & ficus & alia ligna sint,de quibus dicit deus,Ex omni ligno quod est in paradiso comedes,similia sunt lignis aliis & arboribus,sicut flumina similia sunt fluminibus & aquis. Si autē aqua quæ cernitur,verē aqua est,necesse est vt & ficus vera sit,& alia ligna,& Adam verus statim à principio plasmatus in corpore,sicut & Eua,& nō in phantasmate,& post ruinā(vt vult Origenes) propter peccatū postea corpus acceperit. Sed dicis,legimus quod sanctus Paulus raptus sit vsq; ad tertiū cœlum,& vsq; in paradisum. Bene dicis. Quādo ponit tertiū cœlum,& postea addit,& in paradisum,ostēdit alibi cœlū esse,& alibi paradisum. AVGVSTINVS OCTAVO DE GENESI AD LITERAM. Et plātauit deus paradisum in Eden ad orientē,& posuit ibi hominē quem finxit. Non ignoro de paradiso multos multa dixisse,tres tamē de hac re quasi generales sunt sententiæ. Vna eorū qui tantūmodo corporaliter paradisum intelligi volūt. Alia eorū qui spiritaliter tantū. Tertia eorū quivtroq; modo paradisum accipiūt,alias corporaliter,alias autē spiritaliter. Breuiter ergo vt dicam,tertiā mihi fateor placere sententiā. Secundū hanc suscepi nunc loqui de paradiso,quod dominus donare dignabitur,vt homo factus ex limo,quod vtiq; corpus humanū est,in paradiso corporali collocat⁹ intelligatur,vt quemadmodū ipse Adam,& si aliquid aliud significat,secundū id quod eum formam futuri dixit esse

In annota. Eccli.18.

A esse Apostolus,homo tamen in natura propria expressus accipitur,qui vixit certo numero annorum,& propagata numerosa prole mortuus est,sicut moriuntur cæteri homines,& si nō sicut cæteri ex parentibus natus,sed sicut primitus oportebat,ex terra factus est,ita & paradisus in quo eum collocauit deus,nihil aliud quàm locus quidā intelligatur,terra scilicet,vbi habitaret homo terrenus. Narratio quippe in his libris,nō genus locutionis figurata rum rerū est,sicut in cantico canticorū,sed omnino gestarū est,sicut in regnorū libris,& huiusce modi cæteris. Sic ergo scriptū est,quia sic factū est. CHRYSOSTOMVS. Et plantauit deus hortum secundū orientem. Considera & hic dilecte,quod nisi vt dignū est,de deo verba hæc recipiantur,necesse est vt in profunda errorū demur. Quid enim dicere poterint & de his verbis,qui omnia quæ de deo dicūtur,humano more accipere audēt. Et plantauit deus hortū. Quid? dic oro,Fossorió ne opus habuit & agricultura,& alia cura,vt paradisi hortū excoleret? Absit. Iterū enim etiam hoc loco verbū illud plantauit,sic intelligendum,quod imperauerit hortum in terra fieri,ita vt productus homo in eo versaretur. Hac enim de causa hortū produxit,de quo audi scripturam dicentē,

B Et plantauit deus hortum in Eden secundū orientem,& posuit illic hominē quem formauit. Et idcirco nomē loci scripturis inseruit beatus Moyses,vt nō liceat nugari volentibus imponere simpliciorū auribus,& dicere nullū esse in terra hortū quem vocant paradisum,sed in cœlo,& fabulas quasdā huiusce modi somniare. Nam cum diui na scriptura tanta vsa est diligētia,& non refugiunt quidā loquacitate & sapientia peregrina inflati, aduersa scripturis loqui,& dicere nō esse super terram paradisum,multaq; alia præter ea quæ dicta sunt introducentes, quod nō sicut scripta sunt,sed alia ratione intelligēda,& quod ea quæ de terra,de his quæ in cœlis sunt, dicta esse arbitrandum sit,nisi humilitate & congruēti nobis sermonū familiaritate beatus Moyses vsus foret, spiritusancto linguam eius mouēte,quò non excidissent? Quanuis sacra scriptura cum nos tale quiddā docere vult,seipsam exponit,& auditorē errare non sinit. Sed quia plerique non vt commodi quippiā ex sacris literis aucupētur,sed voluptatis gratia aures accōmodant his qui demonstrata narrant,& propterea non eos qui magis prosunt,sed qui magis

C oblectant,vt audire possint,quærūt. Oro igitur,vt omnibus illis præclusis auribꝰ,ad amussim canonē scripturæ sacræ sequamur. Et quādo audis dilecte,quod plātauit deus hortū in Eden secundū orientem,hoc quod dicit, plantauit,vt decet de deo intelligas,nempe quod præcepit. At quod reliquum est,crede, quod & paradisus factus sit, & in illo loco vbi scriptura significauit. Cæterum non credere his quæ in diuina scriptura cōtinētur,sed alia quę- dam ex propria sentētia inferre,opinor plurimū periculi secum aduehere his qui talia audent. Et posuit illic homi nem quem formauit. Vide quantū honorem statim homini dedit. Extra paradisum quidem formauit illum, sed mox introduxit,vt re ipsa sensu beneficiorum frueretur,sciretq; quantus illi honor esset concessus. Et posuit illic hominem quem formauit. Verbum,posuit,iterum sic intelligamus pro eo quod præcepit illi vt esset illic,vt & ex aspectu & conuersatione multam perciperet voluptatem,prouocareturq; ad gratitudinem,intelligens quantis sit affectus beneficiis cum nullum adhuc boni specimen præbuisset. Ne mireris ergo verbum hoc,posuit. Perpetuus enim scripturæ mos est propter nos,& propter nostram vtilitatem humanis vti verbis. Et vt scias, vide quomodo superius cum de formatione stellarum ageret,eadem dictione sit vsus, cum dixit, Et posuit ea in firmamento

D cœli: vt discas,quod in cœlo ea esse præceperit,quomodo & hominem in paradiso voluit versari. THEODORETVS. Nonnulli ergo paradisum in cœlo collocant,sed cum dictum sit,produxit etiam deus omne lignum pulchrum visu,& bonum ad comedendum,impudentis audaciæ est cogitationibus suis assentiri,& his quæ à spiritusancto dicta sunt contradicere. Sed qua de causa paradisum plantauit deus, cum paulopost Adam inde expulsurus esset? Primum quidem deus neminem ex præscientia damnat,sed posteaquam peccauerit. Ideoque quanuis Adæ peccatum sciret,bonorum tamen participem fecit. Tum etiam quia voluit hominem diuina dona plane cognoscere, vt his amissis, amplius peccatum odio haberet, per quod tot singularia bona amisisset. Præterea par erat deum qui iusta præmia certantibus proponere consueuit, primo quoque homini victoriam de certamine reportanti, præmia constituere, cuius rei gratia seruator ait, Venite benedicti patris mei, percipite regnum,

E quod paratum est vobis à constitutione mundi. THEODORVS MOPSVHESTIAE. Eden autem appellare videtur locum ad orientem positum, in quo paradisus erat, non paruam terræ particulam, adeo pulchram ac bonam. Magnum quippe paradisum fuisse declarat, siquidem fluuius qui illum irrigabat extra feretur, & quatuor adeo ingentia flumina efficiebat. Et paulopost. Quare Eden appellatione, non paradisum duntaxat, sed & locum quendam extra paradisum, paradiso tamen vicinum intelligere debemus. Nam & de ipso Cain scriptum est, Et egressus est Cain à facie domini, & habitauit in terra Naid ex aduerso Eden. Et de Adam similiter expulso dictum est, quod habitauit in Eden è regione paradisi. Erat igitur Eden locus quidam excellens, ad solis ortum collocatus, atque ex vniuersæ terræ partibus electus, in quo deus hominem tanquam in horifico domicilio collocauit. EVSEBIVS EPISCOPVS EMESENVS. Alij quidem tradunt, Eden appellari locum in quo paradisus plantatus sit. Alij verò Eden nomine, paradisum ipsum intelligi volunt, interpretem verò interpretationem ipsam pro nomine posuisse. Quæritur verò, vtrum

F paradisus post factum hominem plantatus sit. Verba enim Moysi id significare videntur, tertia die vnà cum aliis arboribus plantatum fuisse. Syrus autem interpres transtulit, Et plantauit deus paradisum in Eden, non vt alij ἀπ' ἀρχῆς, id est à principio. Complures verò tradunt, paradisum post alia à deo condidum atque plantatum fuisse. Cum enim Moyses dixisset, Et plantauit deus paradisum, & posuit in eo hominem quem formauit, continuò subiunxit, Et produxit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum visu, & cætera. Adhuc enim, siue præterea, significat plantas paradisi consitas post ea, quæ simul à principio creationis facta fuerant. IDEM. Aliter. Eden locum esse aiunt, in quo paradisus consitus sit atque plantatus, eumque in medio mundi positum esse. THEOPHILVS ALEXANDRINVS EPISCOPVS. Cùm scriptura dixerit, Deus præterea de terra eduxit omne lignum, & ad orientem, manifeste nos docet, paradisum sub hoc cœlo situm esse, sub quo & oriens & terra sunt. Hebraicè verò Eden delitias sonat. Homo itaque duorum medius erat, neque omnino mortalis, neque prorsus immortalis, sed tamen vtriusque capax conditus erat. Eadem ratione & paradisus ad ornamentum factus, in medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœli & mundi conditus fuit. SEVERIANVS. Eden delitiæ interpretantur, ac si diceret, plantauit deus G
paradisum in delitiis, hoc est, in loco delitiis pleno. Ad orientem verò plantauit, vt qua parte luminaria cœli ini-
tium nascendi trahũt, eadem etiam humanæ vitæ ratio atque institura initium traheret. Alia etiam ratione, qua
quemadmodum luminaria cœli ab oriente in occasum cursum conficiunt ac peragunt, ita homo per peccatum
in occasum mortis declinaturus erat, deinde rursus per resurrectionis virtutem tanquam sol oriturus. DAMA-
SCENVS. Quia verò deus ex visibili & inuisibili creatura plasmaturus erat hominem ad suam imaginem &
similitudinem, tanquam quendam regem & principem vniuersæ terræ, & eorum quæ in ea sunt, præstruxit ei
quandam veluti regiam in qua diuersans, beatam, ex omnique parte fœlicem deduceret vitam, & ipse est diuinus
paradisus, dei manibus in Eden plantatus, lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium. Eden enim voluptas inter-
pretatur. In oriente verò omni terra excellsior collocatus est, optima temperie, & aëre subtilissimo atque puris-
mo splendidus, plantis semper virentibus insignis, odoris suauitate refertus, plenusque lumine, vniuersæ sensibilis
venustatis & pulchritudinis superexcellens intelligentiam. Diuinus profecto locus, ac dignus eius qui ad imagi-
nem dei creatus fuerat incolatu, in quo nullum irrationalium habitabat, sed solus homo diuinarum manuum fa
ctura. BEDA. Plantauerat autem deus paradisum voluptatis à principio. Ab illo principio plantauit paradi
sum, quo terram omnem remotis aquis herbas & ligna producere iussit. In quo & ipsum hominem sexta die for-
matum posuit. Qui & si præsentis ecclesiæ vel futuræ patriæ typum tenet, ad proprietatem tamen literæ intelligen
dum est, esse locum amœnitatis, fructuosis nemoribus opacatum, eundemque magnum, & magno fonte fœcundũ.
Quod autem dicimus à principio, antiqua translatio dicit ad orientem. STRABVS. Ex quo possumus con
iicere, paradisum in oriente situm. Vbicunque autem sit, scimus eum terrenum esse, & interiecto oceano, & mon
tibus oppositis remotissimum à nostro orbe, in alto situm, pertingentem vsque ad lunarem circulum, vnde aquæ
diluuij illuc non peruenerunt. INTERLINEARIS. Quod autem deus posuerit hominem in paradiso,
hinc datur intelligi, non ibi fuisse hominem conditum quia deus præsciebat illum peccaturum, & inde pellendũ I
ad hanc terram vbi condidit eum. HVGO DE SANCTO VICTORE. Extra ergo paradisum vo-
luit eum facere deus, vt se ex gratia non ex natura, in paradiso locatũ intelligeret. RVPERTVS. Plantauer-
rat autem dominus deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Ius pos-
sessionis dei pulchrè scriptura defendit, tali verbo vtens, Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis.
Item & hominis infirmam legem vel causam insinuat, dicendo, In quo posuit hominem quem formauerat. His
nanque verbis quodammodo declamat solum deum (quod verum est) legitimum esse paradisi dominum, homi-
nem autem in eodem paradiso aduenam, & domini dei fuisse colonum. Quod idem dominus populo suo paten-
Leuiti. 25. ter inculcat, sub imagine terræ Chanaan de hoc paradiso voluptatis loquens, quem re vera constat esse terram la
cte & melle manantem. Terra (inquit) mea est, vos autem aduenæ & coloni mei estis. Ergo gratiæ fuit, quod ho-
minem foris plasmatum, in paradiso posuit, iustitiæ verò, quod datum peccanti rursus abstulit. Cur autem illum K
in paradiso posuerit, postmodum scriptura dicit, videlicet vt operaretur & custodiret illum. Paradisus autem Græ
cè, hortus Latinè dicitur, qui quantæ voluptatis, siue quantarum sit delitiarum, quod Hebraicè dicitur Eden, pau
lopost scriptura manifestat. Sed iam hic antequã in hunc sermo noster paradisum progrediatur, nullatenus præ-
tereundum est, de isto quoque pulcherrimo delitiarum domini hortulo scrupulosè disseruisse magnos & illustres
viros, sensu longè diuerso. Nam alij spiritualem omnino sequentes intelligentiam, narrationem huius sacræ scri-
pturæ neglexisse videntur historicam, tanquam visibilia illa & corporalia non fuerint, sed intelligibilium signi-
ficandorum causa hoc modo dicta vel conscripta sint, arboresque; istas & ligna pomifera siue fructifera, in virtutes
vitæ morésque conuertunt, quasi propterea nõ potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritualis in-
telligi. Alij verò consultius scripturæ veritati inhærentes. Hæc (inquiunt) & si qua commodius dici possunt de in-
gestarum narratione commendata credatur. Non enim idcirco non fuerunt duæ mulieres Agar & Sara, & ex eis L
duo filij Abrahæ, vnus de ancilla, & vnus de libera, quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus? Aut ideo
1. Cor. 10. de nulla petra Moyse percutiente, aqua defluxit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi,
eodem Apostolo dicente, Petra autem erat Christus? Porro illis qui literam vel historiam hoc loco præterire vo-
lunt, istud maximè scrupulum mouet, quod de quatuor fluminibus ex paradiso fluentibus, duo, Tigris & Euphra
tes esse scribuntur. Nã Salustius (inquiunt) auctor certissimus asserit, tã Tigris quàm Euphrates in Armenia fon-
tes demonstrari, ex quo animaduertimus, aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendum. Sed esto etiam si
Salustius ille auctor certissimus sit, & verum dicat horum fluminum fontes in Armenia demonstrari, non infir-
matur tamen literæ veritas, quæ dicit paradisi fluuium in quatuor capita diuidi, quorum hæc duo sunt. Siquidem
omnes aquę potabiles atque salubres, vbicunque fluant vel vndecunque appareant, de fonte paradisi per occultos
meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt potabiles siue salubres sint. Nam & supra hoc mo-
do dictum est, Sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem terræ, superficiem (inquam) quia pro- M
fectò in superficie patet effectus siue fructus irrigationis, in herbis virentibus, in lignis pomiferis. Hoc deniq; no-
tandum est, quod non dictum sit, & fluuius egrediebatur de paradiso, qui inde diuiditur in quatuor flumina, sed
qui inde diuiditur in quatuor capita. Nam ille fons vniuersam (vt dictum est) terram irrigat, & quemadmodum
necur in corpore animalis (quod dicunt physici fontem esse sanguinis) cunctis venis sanguinem ministrat, vitãq;
animantis hoc ministerio retentat, sic ille fons vniuersam terram per venas occultas vegetat, & in multos redun
dat fontes & flumina, sed eorum omnium quatuor ista sunt capita, id est principalia flumina. Igitur & fontes ho-
rum, scilicet Tigris & Euphratis, si libet in Armenia demonstrentur, & tamen per viam quam nouit auctor flu-
minum deus, de paradiso secundum veritatem scripturæ huius manare credantur. Palam est itaque sano intelle-
ctui, plantationem huiuscemodi, paradisum, id est hortum esse magnæ voluptatis, in quo scriptura, siue horũ scri
ptor digitus dei, tam diligenter, quasi studium plasmatoris commendare curauit. Sic enim singula pene verba po
sita sunt, vt prope sub oculis legentium deum designauerit operarium diligentem ac solicitum, plantantem ac ra

dicantem

A dicantem, summaq; cura conquirentem omne quod pulchrum visu, & ad vescendum suaue fore crederet, talia ꝑ
delitiarum instrumenta excogitantem, quibus consitis, ipsius qui plantasset scientia meritò laudari debuisset. Et
hoc etiam sciendum, quia propter solum hominem, terrenum paradisum plantauit dominus deus, illum autẽ pa-
radisum cœlestem, & angelis plantauit & hominibus. Nam angelus qui terrenum non habet corpus, vnius spiri-
tualis paradisi delitiis est contentus, homo autem qui ex corpore constat & spiritu, duplici paradiso delitiabitur.
Illic æterna resurrectione beatificatus, secundum animam sola cibabitur diuinitatis fœlici visione, secundũ cor-
pus autem, vescetur omni ligno pulchro & suauissimo, non pro necessitate, sed pro magna & ineffabili voluptate.
Nunquid enim ex necessitate dominus noster post resurrectionem suam manducauit coram discipulis suis? Non
vtique, sed ex potestate. Et tunc quidem quia potuit, manducauit immortalis propter mortalium vtilitatem, nũc
autem & in æternum poma sui paradisi manducare potest, propter suam voluptatem. Attamen quia sancti ange-
li qualiacunq; habeant corpora, & sanctorum hominum hospitali charitate interdum adeo delectati sunt, vt ap-
B positos cibos manducasse legantur, potest credi, quod eadem potentia multo magis tunc epulis nostris sint con-
delectandi, vbi viderint nos simul congregatos, hæreditate patris nostri cibari, quos cum viderent in primo pa-
rente præiudicatos exulari, amica condoluerunt charitate, per ampla septa vacui paradisi. Si rempublicam suam
sic disposuit dominus, si domum suam sic ordinauit prudens paterfamilias deus, & ipsi velimus. THOMAS.
Est itaq; paradisus locus in orientis partibus constitutus, cuius vocabulum à Græco in Latinum vertitur hortus. Vbi supra.
Conuenienter autem in parte Orientali dicitur situs, quia credendum est, quod in nobilissimo loco totius terræ sit In corp. quæstionis.
constitutus. Cum autem oriens sit dextra cœli, vt patet per philosophum in secũdo de cœlo, & dextra sit nobilior
quam sinistra, conueniens fuit, vt in Orientali parte paradisus terrenus instituetur à deo. Et quia locus ille se-
clusus est à nostra habitatione aliquibus impedimentis, vel montium, vel marium, vel alicuius æstuosæ regionis,
quę pertransiri non possunt, ideo scriptores locorũ de hoc loco mentionẽ non fecerunt. BONAVENTVRA. Super. 2. di. 17.
C Porrò paradisus corporalis locus est delitiarum & amœnitatis. Et iste etiam duplex est, iuxta duplicem hominis
statũ, puta perfectũ, & imperfectum. Iuxta statum perfectum, paradisus est cœlum empyreum. Secundum statum
imperfectum, est paradisus terrestris, in quo decuit hominem poni, vt esset facultas perueniendi ad patriam, atq;
vt deus ostenderet homini beneuolẽtiam suam, cui parauit ac præstitit tam amœnissimum locum ad habitandũ,
sicq; amœnitas exterioris habitaculi corresponderet delitiis interioribus, quas habet anima, dei tẽplum existens,
& habuit primi hominis anima. Debuit autem homo extra paradisum produci, vt melius cogitaret beneficiũ dei,
dum videret se illuc aliunde adductum. Item ad ostendendũ quod homo non erat factus ad æternaliter ibi habi-
tandum, sed ad temporaliter peregrinandum. Et quoniam deus præsciebat hominis casum, voluit eum in paradi
so locare, quatenus homo per eiectionem suam de loco tam voluptuoso, sensibiliter sciret quanta spiritualia bona
perdidisset per culpam. Cognoscere quoque quanta sit differentia inter eum qui deo obedit, & eum qui inobediẽs
est eidem. CAIETANVS. Quod autem dicitur in Eden, certum significat locũ, in quo deus plantauit hor-
D tum illum. Vbi ne fallaris aduerte, quod Eden Hebraica dictio, quandoque est nomẽ loci, quandoq; est nomẽ deli
tij. Esse autem hic nomen certi loci (à delitiis fortè nominati) testatur ipse contextus literæ, paulopost habens, Et
fluuius egrediens de Eden ad irrigandũ hortum, & inde diuiditur in quatuor capita. Et quanuis iste contextus lo-
cupletissimus testis sit, quod Eden est hic nomen certi loci, testimonium quoque habetur ad idem ex capite quar
to vbi dicitur, Egressusq; Cain à facie domini, habitauit in terra Nod, ad orientalem plagam Eden, vbi manifestiſ
sime patet, Eden esse nomen certi loci. Nec tamen locus iste est ille, cuius meminit Ezechiel vigesimoseptimo ca
pite, dicendo, Charan & Channeh & Eden negociatores tui. Nam apud Ezechielem nomen certæ ciuitatis seu pa
triæ est, forte etiam à delitiis denominatæ. Sæpe enim contigit, eodem nomine plura nominari loca. Quod autẽ
non idem locus sit nominatus apud Ezechielem & hic, ipsa sacra scriptura testatur, describendo locum hunc in-
accessibilem ex custodia cherubinorum & gladij versatilis, illius verò negociatores cum Tyro commercium ex-
ercere. Ipse quoque modus loquendi quo vtitur hic Moyses, dicendo, & plantauit hortũ in Eden, porrigit eundem
sensum. AVCTOR CATENAE. Plantauerat autem dominus, & cætera. Hebraica litera ita habet,
E וַיִּטַּע יְהוָה אֱלֹהִים גַּן בְּעֵדֶן מִקֶּדֶם, Vaittaa adonai elohim gã beedẽ mikẽden, hoc est, & plãtauit dominus deus paradi
sum, cũ vel in voluptate seu delitiis à principio, vel paradisum in Eden ab Oriente. Nam עֵדֶן Eden, & delitias atq;
voluptatem significat, & locum vbi situs est paradisus, קֶדֶם kẽdem verò, ante, olim, ac etiam orientẽ, seu orientalẽ
regionem. Septuaginta, Καὶ ἐφύτευσεν κύριος ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, hoc est, Et plantauit dominus
deus paradisum in Eden ad Orientẽ. Chaldaica, Et plantauit dominus deus hortũ in loco voluptatis à principio.
Amœnissimã igitur in terra habitationẽ creator iã tũc cõsiderat, delitiis omnigenis affluentẽ, & matrẽ nostrã al-
F mã ac alũnã, vnde & nomen habet, Eden enim delitias Hebræis significat, vt sæpe dictũ est, quæ loco quoq; alicui
orientali nomẽ dedisse potuerũt, vbi voluptuosa sunt omnia. Qualis tũc sine dubio erat recẽs à deo creata tota ter
ra, tametsi aliqua sui parte delicatior facta credi possit, vbi primi à deo condendi homines habitare deberẽt. Pro-
uiderat enim deus homini, vt secundum corpus Adam ipse & posteri homines in terra delitiis affluerẽt honestis,
& secundum animã iustitia illustres essent, ac propensissima ad optima voluntate, inque summa innocentia mo-
rum ibi viuerẽt, quæ certè res, amœnissima voluptas esset, & summa piorum ac fidelium. *Produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendum suaue, lignum etiam uitæ in medio paradisi, lignúmque scientiæ boni & mali.*
AVGVSTINVS VIII. DE GEN. AD LIT. Recapitulat Moyses, vt hoc ipsum quod breuiter posuit,
ostendat quẽadmodũ factũ sit, hoc est, quẽadmodũ paradisum deus plãtauerit, & illic hominẽ quẽ finxerat cõsti-
tuerit. AVCTOR CA. Vel aliter tota descriptio paradisi qualẽ pulcherrimã amœnissimusq; locus exigeret.
Describerat sitũ vniuersalẽ & particularẽ, vniuersalẽ in oriẽte, particularẽ in Edẽ, describit modo amœnitatẽ quę
viriditate & inũdatione cõstat. Ac primũ quæ viriditate, dicẽs, Produxitq; dñs deꝰ omne lignũ pulchrũ visu, & ad
vescendũ suaue. AVGVSTINVS. Secundũ aliã literã, Et eiecit adhuc deus de terra omne lignũ pulchrũ ad
aspectũ, & bonũ ad escã. Non dixit, & eiecit de terra deus aliud lignũ, vel cęterũ lignum, sed eiecit (inquit) de terra
omne lignũ. Iã ergo tunc produxerat terra omne lignũ, & pulchrũ ad aspectũ, & bonũ ad escã, hoc est tertio die.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam sexto die dixerat, Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terrã, & omne lignum fructiferum quod habet in se fructum seminis seminalis, quod erit vobis ad escam. Num ergo aliud eis tunc dedit, aliud nunc dare voluit? Non opinor, sed cum ex his generibus sint ista ligna constituta in paradiso, quæ iam terra tertio die produxerat, adhuc ea produxit in tempore suo, quia tunc scilicet quod scriptum est ea produxisse terram, causaliter factum erat in terra, hoc est, quia tunc ea producendi virtutem latenter acceperat, qua virtute fit, vt etiam nunc talia terra progignat in manifesto atque in tempore suo. Verbo ergo dei sexto die dicentis, Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terram, & caetera, non sonabili vel temporali voce prolata verba sunt, sed sicut in eius verbo est creandi potentia. Dici autem hominibus quod sine temporalibus sonis deus dixerit, non nisi per temporales sonos potuit. Futurum enim erat, vt homo iam de limo formatus, & flatu eius animatus, & quicquid ex illo humani generis extitisset vteretur eis ad escam, quæ super terram exortura erant ex illa virtute generandi, quam terra iam acceperat. Cuius futuri causales rationes in creatura condens, tanquam iam extitissent, loquebatur interna atque intima veritate, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, sed spiritus eius scribenti hoc vtiq; reuelauit. CHRYSOSTOMVS. Et omnifecit deus præterea ex terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad edendum. Ecce secundam beneficentiæ speciem & honorem, quem in hominem recens formatum collocauit. Nam postquam illum in paradiso conuersari voluit, præcepit varias arbores ex terra prouenire, quæ simul & oblectare illum possent, vt pote spectatu iucundæ, & esui accommodę. Omne enim (inquit) lignum pulchrum ad videndum, hoc est, ad spectaculum, & bonum ad escam, hoc est quæ poterant exhilarare aspectu, & voluptatem præbere esu, & quia erãt tã multa, & quia concessa, mirificam fruituro contulissent voluptatem. Omnium enim lignorum quæcunque dixeris, prouentum fecit. Vidisti miseriæ nesciam conuersationem? Quasi angelus aliquis vixisset homo super terrã, corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus, & sicut rex paludamento & diademate ornatus, & purpura vestitus, ita paradiso impauide versabatur in magna rerum copia. EVCHERIVS. Produxitq; dominus deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Non vt aliquod noui generis lignũ cõdiderit, sed ex his generib⁹que iã terra tertia die produxerat, exorta sũt postmodũ, & ex illa virtute qua vim generãdi terra acceperat. RVPERTVS. Et quidẽ quod dixit scriptura, Plãtauerat dñs de⁹ paradisũ, hoc repetiuit, dicẽdo, Produxitq; de⁹ de humo omne lignũ, & quod dixerat, Paradisũ voluptatis, hoc aliquãtisper exposuit, dicẽdo, Omne lignũ pulchrũ visu, & ad vescẽdũ suaue. Verũtamẽ dicẽdo, Plãtauerat dominus deus paradisum voluptatis, rei dignitatẽ altius declamauit. Nã quod ait, Produxitq; deus de humo omne lignum, &c. mediocris sermo narrationis est, verbo plantãtis, fœlicis rei ęternitatẽ, nomine voluptatis, elegãter eiusdẽ expressit iucunditatẽ. 1.Cor.9. Verbum nanque plantantis, plantatoris eius siue hortulani studium innuit, qui nunquam transitoriis rebus studuit, ita vt cura sit sibi de illis, testante Apostolo cum dicit, Nunquid de bobus cura est deo? Nomen autem voluptatis, omnis indigentiæ sensum excludit, quia videlicet non sicut hic, ita ex necessitate manducabitur & illic. Et- 1.par.quæ. 102.arti.1. ad.5.
enim in hac hominis peregrinatione, cibus est mortalitatis solatium, illic autem immortalitatis delectamentum. THOMAS. Produxitq; deus, & cætera. Secundum Augustinum tertio die productæ sunt plantæ, non in actu, sed secundum quasdam rationes seminales, sed post opera sex dierum productæ sunt plantæ tam paradisi quàm aliæ, in actu. Secundum alios verò sanctos oportet dicere, quod omnes plantæ productæ sunt in actu tertio die, & etiam ligna paradisi. Sed quod dicitur hic de productione lignorum paradisi post opera sex dierum, intelligitur per recapitulationem esse dictum. Vnde litera nostra habet, Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis à principio. AVCTOR CATE. Quod autem dicit de humo produxisse deum, id est oriri fecisse omne lignum, humum pro terra accipere debes. Nam Hebraicè habetur מִן הָאֲדָמָה כָּל עֵץ נֶחְמָד לְמַרְאֶה min haadama col ez nehmad lemare, hoc est, De terra omne lignum desiderabile ad videndum, ne quis decipiatur, credens hic aliud humum, aliud terram esse. Clariorem verò reddit Chaldaica æditio hunc locum, videlicet, Et germinare fecit dominus deus de terra omnem arborem quæ erat desiderabilis ad videndum, & bona ad vescendum. Viriditas ergo paradisi erat, quod in eo arbores quæcunq; & specie proceræ essent & decoræ, effloruerunt, qualis palma, quam cum primum videris, miraberis ramos & stipitem, totumq; habitum arboris à cæteris plurimum differentem. Fructus non ramis, sed summo stipite, croceos, virides, subrubentes progignentem. Tales atq; id genus, quarum sunt regiones orientis feracissimæ, erant in paradiso, fructibus grauatæ, ramosq; hinc inde curuantes. Quapropter & quia perfecta sunt diuinæ creationis opera, argutantur Iudæi in Aequinoctio autumnali sole ingrediente libram, deum mundum condidisse, dum fructus maturi sunt in arboribus. Dicat ergo Moyses, Inter alia ornamenta terræ maxima, ab initio deus ex terra produxerat pulcherrimas arbores, delicatissimis onustas fructibus, omnis generis, & aspectui ipso gratissimis, & gustui suauibus. AVGVSTINVS. Illud plane quod sequitur, Et lignum vitæ in medio paradisi, & lignum scientiæ boni & mali, diligentius considerandum est, ne cogat in allegoriam, vt non ista ligna fuerint, sed aliud aliquid nomine ligni significent. Dictum est enim de sapientia; signum vitæ est omnibus amplectentibus eam. Veruntamen cum sit Hierusalem æterna in cœlis, etiam in terra ciuitas, qua illa significaretur, condita est, & Sara & Agar quanuis duo testamenta significarent, erant tamẽ etiam quædam mulieres duæ. Quod si de his concedunt, cur non admittunt, etiam lignum vitæ & verè aliquod lignum fuisse, & tamen sapientiam figurasse? Illud quoq; addo, quanquam corporalem cibum, talẽ tamen illam arborẽ præstitisse, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed nõnulla inspiratione salubritatis occulta. Profectò enim licet vsitatus panis, aliquid tamẽ amplius habuit, cui⁹ vna collyride hominẽ decem ab indigentia famis dierũ quadraginta spatio vẽdicauit. An fortẽ credere dubitamus, per alicuius arboris cibũ, cuiusdam altioris significationis gratia homini deũ præstitisse, ne corpus eius vel infirmitate vel ætate in deterius mutaretur, aut in occasum etiã laberetur, qui ipsi cibo humano præstitit tã mirabilẽ statũ, vt in fictilib⁹ vasculis farina & oleũ deficiẽtes reficerẽt, ne deficerẽt? Iã sic de genere contẽtiosorũ quisquã existat, & dicat, deũ in terris nostris miracula talia facere debuisse, in paradiso autẽ nõ debuisse, quasi verò nõ vel de puluere hominẽ, vel de latere viri mulierẽ, maius ibi miraculũ fecit, quã ꝙ hic mortuos suscitauit? Sequitur vt videamus de ligno scientiæ dignoscendi

A gnoscẽdi bonum & malũ. Prorsus & hoc lignũ erat visibile ac corporale, sicut arbores cęteræ. Quod ergo lignum esset, nõ est dubitandũ, sed cur hoc nomen acceperit requirendũ. Mihi autem etiã atq; etiam consideranti, dici nõ potest quantũ placeat illa sentẽtia, nõ fuisse illam arborem cibo noxiã, neq; enim qui fecerat omnia bona valde in paradiso instituerat aliquid mali, sed malũ fuisse homini transgressionẽ præcepti. Oportebat autẽ vt homo sub domino deo positus, alicunde prohiberetur, vt ei promerendi dominum suum virtus esset ipsa obedientia, quam possum verissimè dicere solam esse virtutem omni creaturæ rationali agenti sub dei potestate, primumq; esse & maximum vitium tumoris, ad ruinam sua potestate velle vti, cuius vitij nomen est inobedientia. Non ergo esset vnde se homo dominum habere cogitaret atque sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Arbor itaque illa non erat mala, sed appellata est scientiæ dignoscendi bonum & malum, quia nisi post prohibitionem ex illa homo ederet, nulla erat præcepti futura transgressio, in qua homo per experimentum pœnæ disceret, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Proinde & hoc non in figura dictum, sed quoddam verè lignum accipien-
B dum est, cui non de fructu vel pomo quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo contra vetitũ tacto fuerat secutura. AMBROSIVS. Pone sine præiudicio tamen assertionis futuræ, ideo tibi hoc lignum de scientia boni & mali displicere, quia postea quàm gustauerunt ex eo homines, intellexerunt se nudos, attamen ad consummationem diuinæ operationis dicam tibi & hoc lignum in paradiso exortum, & ideo à deo esse permissum, vt possimus supereminentiam boni scire. Quomodo enim si non esset scientia boni & mali, inter bonum & malum discretionem aliquam disceremus? Nam neque quod malum erat, malum iudicaremus esse, nisi esset scientia boni. Scientia autẽ boni esse non potest, nisi esset & mali. Neq; rursus quod bonũ erat, sciremus bonũ esse, nisi esset scientia mali. Cape exemplũ de ipsa conditione humani corporis. Nẽpe habet & amaritudinẽ quandam fellis, quę si in cõmune prospicias, ad salutẽ hominis vtilis inuenitur. Ergo & quod malũ putamus, plerũq; nõ
C per omnia malum est, sed in cõmune vtile. Nã sicut fel in parte est corporis, & tamen ad totius vtilitatẽ corporis prodest, ita vtilitati omniũ profuturam sciens deus sciẽtiam boni & mali, in parte cõstituit, vt in commune prodesset. Sic igitur lignum scientiæ boni & mali in paradiso, quod erat speciosum ad visum, & bonum ad escam specie videbatur. Non enim vsu bonum ad escam erat, quoniam esca eius videtur hominibus obfuisse. Ergo est quod singulis noceat, in commune prosit. CHRYSOSTOMVS. Et lignum vitæ in medio paradisi, & lignum sciendi notitiam boni & mali. Misericors enim dominus, cum vt opifex præsciret, ex multa copia, procedente tempore nocumentum subnasci, produxit lignum vitæ in medio horti, & lignum sciendi notitiam boni & mali, & nõ multo post abstinere ab isto iussurus erat, vt scire possit, quod gratia & liberalitate illis frueretur, essetq; dominus aliquis & naturæ suæ & omnium visibilium, propter hoc ligni iam memoriam fecit. THEODORETVS. Lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali, intelligibilia ne erant, an sensibilia? Et terra quemadmodum & reliqua, producta fuisse diuina tradit scriptura. Eiusdem igitur naturæ cum cæteris fuisse dicẽdum est. Quemadmodum crucis lignum, salutare lignum est, & salutare nominatur, propter eam salutem quæ inde per
D fidem in Christum proficiscitur, ita & hæc ligna è terra orta alterum vitæ, alterum scientiæ boni & mali appellatum est. Lignum quidem scientiæ boni & mali, quia per id quid peccatum esset sensit ipse Adam, cui hoc lignum tanquam certamen à deo propositum fuerat. Lignum verò vitæ tanquam certaminis præmium, si mandatum videlicet dei custodisset, propositum fuerat, quod illi vitam æternam conferret. Similiter & Patriarchæ locis ac putẽis nomina imposuerunt, & hunc quidem puteum visionis appellarunt, non quia videndi vim quandam potantibus daret, sed quia apud illum vniuersorum deus visus est. Ita puteus latitudinis, puteus iuramenti, ex euentis nomina acceperunt. Eadem ratione Luza vrbs Bethel nominatur, hoc est, domus dei, quia eo in loco vniuersorum deus apparuit. Sic & altare testis dictum est, quia illic fœdera inter se pepigerunt. Ita aqua viuens appellatur baptisma, non quia baptismatis aqua aliam atque diuersam à cæteris aquis naturam habeat, sed quod dei gratia per aquam illam æternam vitam largiatur. Haud dissimili ratione lignum vitæ appellatum est, ob diuinam desinitionem, atque præscriptum. Lignum scientiæ boni & mali, quia præcepto domini non obtemperantes, aculeos
E & stimulos peccati senserunt, atque experti sunt. DAMASCENVS. In medio paradisi lignum vitæ produxit dominus, & lignum scientiæ boni & mali. Lignum vitæ sic dictum, vel quasi habens operationem tribuituam vitæ, vel quia iis solũ comestibile, qui vita digni sunt, & morti non subiecti. Lignum autem scientiæ ad experientiam quandam, probationẽmque & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis. Quapropter & lignũ scientiæ boni & mali dicitur, aut quia virtutem donabat cognoscendæ propriæ naturæ, quod quidem bonum erat perfectis, sed malum infirmioribus, quemadmodum solidus cibus adhuc debilibus, & lacte indigentibus. Nolebat enim qui creauit nos deus, solicitos esse, & circa plurima turbari, neque curiosos & prouisores propriæ vitæ fieri, in quod sanè incidit Adam. Nam cum gustasset, & agnouit quia nudus esset, & pudendorum velamen sibiipsi circumposuit, ficus enim folia sumens, circuncinctus est, priusquã autem gustasset, nudus erat vterque Adam & Eua, & non erubescebant. Huiusmodi autem impassibiles volebat nos esse deus, nam inefficientia, impassibilitasq; maximè hoc est. Cæterum sine solicitudine ac cura vnum opus haberemus, quod angelorum est, laudare indefesse
F creatorem, & ipsius contemplatione delectari, & in illo iactare nostras curas, quemadmodum per Prophetam Da uid nobis hac aperuit sentẽtia, Iacta in domino curam tuam, & ipse te enutriet. Et dominus in sacris euangeliis proprios discipulos docens, dicit, Nolite soliciti esse animæ vestræ quid mãducetis, neque corpori quid induami- Matth.6. ni. Et rursus, Petite regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Et ad Martham, Martha Mar- Lucæ.10. tha solicita es, & turbaris erga plurima, vno verò est opus. Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, sedere videlicet secus pedes eius, & audire sermones ipsius. EVCHERIVS. Lignum etiam vitæ in medio paradisi, quidam tantum allegoricè intelligi volunt, ad significandum sapientiam, quæ est lignum vitæ. Sed quia sicut petra percussa quæ aquas præbuit, quanquam significauerit Christum, tamen erat & corporaliter & euidentissimè lignum, quod propterea lignum vitæ nuncupatum est, vt dum illi homines inde gustarent, nec morbo nec senectute deficerẽt. In cæteris enim erat alimentum, in isto etiam sacramentum. Lignúmque scientiæ boni & mali. Non quod ipsum

lignum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lignum in sua natura rationale esset,vel scientiam boni & mali habuisset,sed propterea appellatũ est boni & mali G
scientiæ,quia homo per experimentum ab ipso didicit,quid esset obedientiæ bonum & inobedientiæ malum.
BEDA. Lignum vitæ,& lignũ scientiæ boni & mali.In altero hominis obedientiæ signũ quam debebat. In alte
ro sacramentum vitæ æternę,quam obediendo mereretur.Lignũ vitæ dictum,quia diuinitus accepit,vt qui ex eo
manducaret,corpus eius stabili sanitate firmaretur,nec vlla infirmitate vel ætate,in deterius vel in occasũ di-
laberetur. STRABVS. Lignum vitæ hanc naturaliter virtutẽ habebat,vt qui ex eius fructu comederet per-
petua soliditate vestiretur,nulla infirmitate,vel anxietate,vel senij lassitudine, vel imbecillitate fatigandus.
INTERLINEARIS. Lignum autẽ scientiæ boni & mali,quo tacto per experientiam scitur,quid sit inter bo
num quod relinquitur,& malum quod sequitur. RVPERTVS. Vel ironicè dictum est lignum scientię bo-
ni & mali,cum re vera potius sit dicendum lignũ mortis.Dixit enim deus,quacũque die comederitis ex eo,mor-
te moriemini,& verum dixit.Dixit è contra serpens,Comedite,& eritis sicut dij scientes bonum & malum,& fal H
sum dixit.Deus(inquam)verũ,& serpens falsum dixit.Nec enim comedendo dij facti sunt,aut sciẽtiam amplio-
rem acceperunt,vt bonũ & malum omnino scirent,sed iuxta veritatẽ dei,statim & in anima mortui, & in corpo
re mortales effecti sunt . Hoc itaq; lignum ironicè dictum est lignum scientiæ boni & mali, vt ipso nomine suo,
monimentũ legentibus repræsentet diabolici mendacij.Nam verè palam est,quia per inobedientiam mãducan-
ti homini lignũ mortis extitit,quæ tamen mors non ex ligni natura, sed ex manducantis culpa processit. HV-
GO DE SANCTO VICTORE. Duo ista ligna, id est,lignum vitæ,& lignũ scientiæ boni & mali,pro-
pter maiora sacramenta,quæ significant,dicuntur fuisse in medio paradisi,& diuersis de causis habent hæc nomi-
na. Lignum enim vitæ,quia in se habuit naturã vt continuaret homini vitam,si comederetur cõpetenter.Factus
est enim homo mortalis & immortalis.Sed sic immortalis,quod poterat nõ mori per sibi sustentationẽ quo ege-
bat.Item mortalis,quia perire potuit per extrinsecam violentiã.Sed deus ita munierat eum intus per lignum vi- I
tæ sumptum in cibum,& extra per diuinã potentiam,vt posset non mori.Intus portam negligentię per rationem
humanam,extra portam violentiæ obserans per diuinam custodiam, vt nisi homo ratione abutens, portam ne-
gligentiæ aperiret,nunquam per portam violentiæ aliquid nociuũ intraret.Sed quia noluit sibi cauere,vt seruaret
portam sibi commissam,meritò deus deseruit eius custodiam.Lignũ autem scientiæ dictum est,non propter na-
turam quam in se haberet,sed quia per ipsum scitum est vtrum esset homo bonus an malus, id est, obediens an
inobediens.Vel quia per obedientiã eius habitaturus erat homo bona ad quæ transiret,per inobedientiã verò ma
la,quæ ei comminatus fuerat deus,vel quia per ipsum experimẽto vtrunq; cognouit.Quę autẽ sint illa sacramen-
ta principalia,pro quibus illa ligna posita fuerint in medio paradisi,sic accipe lignũ vitę datum fuit homini ad su
Sup.2.dist. stentationẽ vitæ temporalis.Per lignum autẽ scientiæ obediendo habiturus erat æternã vitam. BONAVEN-
TVRA. Vniuersitas lignorum paradisi sub tribus comprehenditur differentiis,secundũ quod ad triplicem ho-
minis vtilitatem poterant ordinari.Nam poterant ei prodesse aut quantum ad corpus,aut quantũ ad animã, aut
quantum ad vtrunque coniunctum.Si primo modo,sic erant ligna fructifera,quæ præbebant ei alimenta, quan-
tum ad corporis sustentationem.Si quantum ad animam sic fuit lignũ scientię boni & mali,quod ordinabatur ad K
probationem obedientiæ hominis. Si quantum ad totum compositum, sic fuit lignum vitæ,quod facere potuis-
set ad humanæ vitę perpetuationem. Vnde hæc duo ligna duntaxat specialiter nominantur,propter suos specia-
les effectus,propter quos deus posuit illa duo in medio paradisi iuxta se inuicem, vt ex vno vtpote ex ligno vitæ,
conciperet affectum amoris,ex alio affectum timoris.Lignum quoque vitæ sic appellatur,non ab effectu quẽ ha-
buit,sed ad quem ordinabatur,quem etiam homo habuisset,si homo stetisset. CAIETANVS. Arborem
quidem vitæ intelligere consueuimus arborem illam, cuius fructus esus præbebat homini, ne ætas senilis ipsum
dissolueret,hoc est,ne senectutis defectus incurreret.Propterea enim appellata est in Hebræo חַיִּים háhaiim, hoc
est,vitarum,quia vitas omnes(vegetationis,sensationis & rationis) seruabat.Arbor autem sciendi bonum & ma-
lum quanuis varias sortita sit expositiones,siquis in textu perceperit omnes has arbores productas esse à terra (ac
per hoc naturales tantum vires habere) simulq; primum hominem in ætate perfecta creatum , ac per hoc plenè
vsum liberi arbitrij habentem (quod conuincitur ex eo quod susceperit à deo positiuam legem vt non comederet L
de fructu huius arboris.Lex enim positiua cũ pœna præcipuè mortis,non datur carentibus vsu liberi arbitrij)per-
spiciet verum non esse quod hæc arbor vim habuerit accelerandi seu præbendi vsum liberi arbitrij, & propterea
esse appellatam arborem sciendi bonum & malum,sed appellatam esse arborem sciendi bonum & malum ab an-
nexa lege positiua, quod si homo ex illa ederet, sciret experiendo differentiam inter bonum & malum . Ita quod
inter arbores ista sola appellata est ante peccatũ arbor scientiæ boni & mali,quia ipsi soli inter arbores annexa est
lex prohibens illius esum sub pœna mali,quod est mors.Significanter autẽ dico inter arbores,quia experientia bo
ni & mali non erat arctata ad esum huius arboris , imo multo peius annexa erat transgressioni iuris naturalis,
quanto peius est peccare contra ius naturale quàm contra ius positiuum,non vocatur itaque arbor scientiæ boni
& mali ab efficacia naturali,sed ab efficacia annexæ sibi legis diuinę positiuę. Quocirca per scire bonũ & malum,
nõ intelligitur intellectuale seu rationale discernere inter bonum & malũ,hãc enim cognitionẽ hominẽ habuisse
antequã gustaret ex hac arbore,cõstat ex ipsa lege susceptа à deo,in ipsa enim discernitur manifestè inter bonum M
morale obediendi deo,& malũ culpæ inobedientiæ,rursus in ipsa discernitur inter malũ pœnæ mortis pro inobe-
dientia incurrendæ, & euasionem mortis obediendo consequendam, sed est sermo de scire experimento. Ex esu
siquidem illius arboris euenit,vt homo experiendo discerneret inter bonum & malum pœnę,vt patet ex eo quod
prima notitia describitur quod experti sunt malum nuditatis.Vnde bonũ & malũ quanuis sint communia ad bo
nũ & malũ culpæ,& bonũ & malum pœnæ,directè tamen sermo hic est de bono & malo pœnæ, vt euẽtus ipse te-
statur,nam post malũ culpæ admissum,aperti oculi describuntur ad malũ pœnę. AVCTOR CA. Lignũ etiã
vitæ in medio paradisi,& cætera.Obseruandum est moris Hebræorum esse,vt ligna,arbores ipsas appellent.Cùm
ergo lignum vitæ dicitur,non est de materia illa arida sentiendum, vt crassi quidam credunt , sed de arbore quæ
eiusmodi fructus æderet . Arbor quoque in eadem lingua pro fructu ponitur . Quare lignum vitæ, arbor erat,è

qua

A qua vitales fructus carperentur, immortalitatẽque illam efficerent . Arbor (inquam) cuius fructus degustato,
vita quędam per omnia corporis membra se diffundebat,quam si post lapsum homo degustasset,mori nullatenus
potuisset.Ante casum autem,vitam & iocunditatem illi suggerebat, & humidum radicale fortassis instaurabat in
longa tempora,adeo in humanum genus clemens & beneficus deus tunc videri voluit & erat . Obseruare verò
oportet locutionem Hebraicã.In ea enim lingua denominata nõ inueniuntur,sed eorũ loco denominationibus
vtuntur, vt dicãt virum mendacij,virum veritatis,id est,mendacẽ & veracem,ita hoc loco arbor vitę dicitur,id
est,arbor vitalis. Et quemadmodum ambrõsiam aut nectar,aut lucem vitalem diceremus, omnia videlicet,quæ
vitam quandam afferunt,sic hoc loco vitalem dici arborem existimamus, quia illius fructus vitales essent,& vi-
res corpori suggererent. Aliam quoque arborem parauit conditor omnium deus omnipotens, quæ esset scientiæ
boni & mali ferax.Edenti enim ex illius fructibus,discretionem largiri poterat inter bonum & malum.Nõ quod
arbor ipsa natura rationalis esset,vel scientiam haberet boni vel mali,sed quia per experientiã didicit ex ipso ho-
B mo inobediens dei præcepto,quàm bonum esset parere eius mandatis,quàm pernitiosum contemnere. Cogno-
uerat siquidem per scientiam vtrunque , cum esset sapientissimus conditus (ex vno nanque contrariorũ cogno-
scitur reliquum) sed non per experientiam adhuc cognouerat,quemadmodum medicus qui nunquam fuit infir-
mus,scit quidem morbos,sed dum ægrotat,magis eos cognoscit,quia sentiendo cognoscit,& sicut de uero deli-
catè nutrito dicitur,quod ignorat quid sit malum siue paupertas,quoniam nunquam est ea expertus.Nec desunt
tamen,qui arborem sciendi bonum & malum,non ratione degustantium appellatam putent, sed experientiæ bo
ni & mali,hoc est,qua probaretur,an homo bonus esset vel malus,vt eam in medio paradisi posuerit deus,quo bo
nitatem vel prauitatem hominis experiretur . Bonum siquidem & malum, obedientia & inobedientia hoc loco
appellantur. Mysticè

AMBROSIVS. Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis ab initio,& cætera.Bona angelo-
rum plantatio,bona sanctorum.Sancti enim sub ficu & vite ducuntur in illo pacis futuræ tempore,in quibus ty-
pus est angelorum.Ergo paradisus est plurima ligna habens,sed ligna fructifera,ligna plena succi,atque virtutis. Psalm. 95.
C De quibus dictum est.Exultabunt omnia ligna syluarum. Ligna semper florentia viriditate meritorum, sicut il- Psalm.1.
lud lignum quod plantatum est secus decursus aquarum,cuius folium non defluet, quia totus in eo fructus exu- Psalm.35.
berat.Hic ergo paradisus est.Locus autẽ eius in quo est plãtatus,voluptas dicitur. Vnde & sanctus Dauid ait, Ex
torrente voluptatis tuæ potabis eos.Quid ergo paradisus,nisi ciuitas illa quæ sursum est,Hierusalem libera, ma-
ter (inquam) nostra,in qua diuersa sanctorum merita pullularunt? Ergo si paradisus est in quo erant exorta vir-
gulta,videtur & paradisus anima esse,quæ multiplicat semen acceptum, in qua virtus vnaquæque plantatur . In
qua etiam erat lignum vitæ,hoc est,sapientia, sicut dixit Salomon, quia sapientia non de terra exorta est, sed de Sapien.7.
patre.Est enim splendor lucis æternæ, & manatio omnipotentis gloriæ. AVGVSTINVS TERTIODE- Cap.21.
CIMO DE CIVITATE DEI. Vel aliter.Nemo prohibet intelligi paradisum vitam bonorum, & ligna
eius omnes vtiles disciplinas,& lignorum fructus,mores piorum,& lignum vitæ,ipsam bonorum omnium ma-
trem sapientiam, & lignum scientiæ boni & mali,transgressi mandati experimentum . Pœnam enim peccatori-
D bus benè vtique, quoniam iustè constituit deus, sed non bono suo experitur homo. IDEM ET EVCHE-
RIVS. Possunt hæc etiam in ecclesia intelligi,vt ea melius accipiamus tanquam prophetica indicia præceden-
tia futurorum.Paradisum scilicet,ipsam ecclesiam,sicut de illa legitur in cantico canticorum, Hortus conclusus
soror mea.A principio autem paradisus plantatur,quia ecclesia catholica à Christo principio omniũ condita esse
cognoscitur.Ligna fructifera,sanctos accipimus omnes,fructus autem eorum,opera eorum . Lignum vitæ, san-
ctum sanctorum,vtique Christum,ad quem quisque si porrexerit manum viuet in æternum.Lignum scientię bo
ni & mali, proprium voluntatis arbitrium , quod in medio est positum ad dignoscendum bonum & malum, de
quo qui relicta gratia dei gustauerit,morte morietur.Nec se ipso quippe homo diuina voluntate contempta,nisi
pernitiosè vti potest,atque ita discit,quid intersit,vtrum inhæreat communi omnibus bono,an proprio delecte-
tur.Se quippe amans,donatur sibi,vt inde timoribus mœroribúsque completus,cantet in psalmo, si tamen mala
E sua sentit,Ad me ipsum anima mea turbata est,correctúsque iam dicat,Fortitudinem meam ad te custodiã. Hæc
& si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritali paradiso,nemine prohibente dicantur,dummodo
& illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

ET fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandũ paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capi- §
ta.Nomen uni Phison.Ipse est qui circuit omnem terram Euilath,ubi nascitur aurum,& aurũ terræ illi-
us optimum est.Ibique inuenitur bdellium, & lapis onychinus.Et nomen fluuij secũdi Geon,ipse est qui
circuit terram Aethiopiæ.Nomen fluminis tertij Tigris,ipse uadit contra Assyrios.Fluuius autem quartus,ipse
est Euphrates.

F AVCTOR CATENAE. Vidimus paradisi amœnitatem ex viriditate procedentem, videamus modo ex § 5
irrigatione emergentem.Ait ergo. *Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum,qui inde diuiditur in quatuor capita.* RABANVS. Egrediebatur fluuius ad irrigandum paradisum,id est,ligna illa pulchra atq; fru
ctuosa,quæ omnem terram regionis illius opacabant . Quod eo factum fuisse ordine credendum est, quo in hac
quam nos incolimus terram,Nilus plana irrigat Aegypti.Vnde quod & supra posuimus,dictum est de terra So-
domorum,quæ vniuersa irrigabatur sicut paradisus domini,& sicut Aegyptus.Et prouida vtique dispositione do
minus ac conditor rerum, in nostro orbe voluit habere similitudinem nonnullam patriæ illius , ad quam possi-
dendam in primo parente creati sumus , vt ad promerendum eius reditum de vicino nos admoneret exemplo,
maxime ex flumine illo quod de paradiso constat emanare. Nilus nanq; qui irrigat Aegyptum, ipse est Geon qui
in sequentibus de paradiso procedere memoratur.Sicut etiam euersis eisdem Sodomorũ ciuitatibus,quæ quon-

dam vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam vt paradiſus domini irrigabantur, exemplum eorũ qui impie acturi ſunt, poſuit, vt veſtigia perditionis ma- G
lorum certiſſima in mundo habentes, vigilantius æterna eorum tormenta fugeremus. RVPERTVS. Non
dixit, qui inde diuiditur in quatuor flumina, ſed in quatuor (inquit) capita, id eſt principalia flumina. Non enim
fons qui (vt ſupra ſcriptura dixit) aſcẽdebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ, quàm multos fontes ef-
ficit, ſed in quàm plura redundat flumina, quorum iſta ſunt capita. Et in hoc miram terræ paradiſiacæ dulcedinem
commendare intendit, quia videlicet aquarum natura ſalſa eſt, nec potui habilis, ſicut in ſemetipſo mare oſtẽdit.
Pſalm. 103. Aſcendens autem de abyſſo, in illam quaſi magni corporis terræ manmam, id eſt paradiſi fontem, quodammo-
do lacteam aſſumit dulcedinem, & irrigat vniuerſam terræ ſuperficiem, vt iuxta Pſalmiſtam, Potẽt omnes beſtiæ
ſyluæ, & expectent onagri in ſiti ſua, imo vt dulceſceret omnis terra, ad nutricandam herbam virentem, lignũq;
pomiferum quod producere iuſſa fuerat. Quod maximè valet in terris orientalibus, non ſolum panis & vini, ſed
& pretioſorum aromatum fertilibus, quarum ex optimis quondam Sodomorum & Gomorræorum terra fuit,
quæ antequam ſubuerteret dominus Sodomam & Gomorram, ſicut hæc ipſa ſcriptura teſtatur, irrigabatur ſicut H
paradiſus domini. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, &c.
Hic eſt fons ſupradictus, vel fluuius oriens à fonte illo, prius vnus, poſt in quatuor diuiſus de loco paradiſi, non
quod ibi ortus ſtatim exiret ad alia loca, ſed ad irrigandum paradiſum ipſum egrediebatur. Qui inde diuiditur,
Vbi ſupra. videlicet vel in ipſo paradiſo, poſtquã aliquandiu vt vnus manauit, vel poſtquam à paradiſo egreſſus eſt, in qua-
tuor capita. AVGVSTINVS. De his autem fluminibus quid amplius ſatagam confirmare quod vera ſint
flumina, nec figuratè dicta, quæ non ſint, quaſi tantummodo aliquid nomina ipſa ſignificent, cum regionibus per
quas fluunt, notiſſima ſint, & omnibus fere gentibus diffamata? Quinimmo quoniam ex his cõſtat ea prorſus eſſe,
nam duobus eorum nomina vetuſtas mutauit, ſicut Tyberis dicitur fluuius, qui prius Albula vocabatur, Geon
quippe eſt qui nunc dicitur Nilus, Phiſon autem ille dicebatur, quem nunc Gangen appellant, duo verò cætera,
Tigris & Euphrates, antiqua etiam nomina tenuerunt, nos admoneri oportet, cætera quoq; primitus ad proprie- I
tatem literæ accipere, non in eis figuratam locutionem putare, ſed res ipſas quæ ita narrantur, & eſſe, & aliquid e-
tiam figurare. An eo mouebimur quod de his fluminibus dicitur, aliorum eſſe fontes notos, aliorum autem pror-
ſus incognitos, & ideo non poſſe accipi ad literam, quod ex vno paradiſi flumine diuiduntur, cum potius creden
dum ſit, quoniã locus ipſe paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſſimus, inde quatuor aquarum partes diui-
di, ſicut fideliſſima ſcriptura teſtatur, ſed ea flumina quorum fontes noti eſſe dicuntur, alicubi iſſe ſub terras, &
poſt tractus prolixarum regionum locis aliis erupiſſe, vbi tanquam in ſuis fontibus nota eſſe perhibentur? Nam
hoc ſolere nonnullas aquas facere, quis ignorat? Sed ibi hoc ſcitur, vbi non diu ſub terris currunt. ACACIVS
CAESARIENSIS EPISCOPVS. Neminem ergo vel mediocriter ſaltem eruditum, latere arbitror, para
diſum locum qui ſub ſenſum caderet extitiſſe. Quatuor nempe flumina quæ inde exeunt ab vno flumine quod
paradiſum irrigat, in quatuor diſtributo, oculis omnium patent. Quod ſi paradiſus aſpectabilis eſt, atq; ſenſibilis,
vtique plantæ quoque quæ in eo ſunt, & arbor vitæ, & arbor ſcientiæ boni & mali. Paradiſum præterea ſenſibilem K
fuiſſe declarat Moyſes, cum terram Sodomorum paradiſo dei ſimilem fuiſſe teſtatur, neque enim ſenſibilia ac vi
ſibilia, inſenſibilibus atque inuiſibilibus vlla ratione comparantur. Quemadmodum nemo ſanæ mentis diceret,
Corpus hoc formoſum eſt velut anima. Neque verò mirum cuiquã videri debet, ſi per ſenſibiles arbores immor
talitas & ſcientia boni ac mali conferatur, quando & per ſenſibilẽ aquã remiſſio peccatorũ credẽtibus datur, & pa
borem vitæ aliquando fuiſſe, ex qua per inobedientiam primi parentes comedere non potuerunt. Ac quemadmo
dum mortis duo modi ſunt, animæ ſcilicet ac corporis, ita & vitæ. Ac fortaſſè intelligibile lignum vitæ, immor-
talitatem animæ, ſenſibile verò corpori conferebat. CAIETANVS. Et fluuius egrediebatur de loco volu-
ptatis. Iuxta Hebræum eſt de Eden. Ex quo clarè patet quod Eden vtitur Moyſes hic, vt eſt nomen certi loci, non
ſolùm amœni ratione aëris fouentis omnes arbores pulcherrimas & optimas, ſed etiam ratione aquæ abundan-
ter irrigantis locum horti. Et deſcribitur fluuius in horto quidem vnus, poſt exitum autem ab horto diuiſus. Cre- L
diderim autem ego, quod fluuius ille non ſtatim poſt egreſſum ex horto diuiditur, ſed multum intercedit tempo
ris ac loci ſpatium, quouſque motus eius perueniat ad diuiſionem. Quo fit, vt etiã ſi innoteſcerent loca horũ qua-
tuor capitum, adhuc inquirendus remaneret locus qui dicitur paradiſus terreſtris. AVCTOR CATENAE.
Quod in noſtra æditione eſt, Qui inde diuiditur in quatuor capita, Hebraicè eſt יִפְרֹד וְהָיָה ippared vehaia, hoc
eſt, diuidebatur & erat in quatuor capita, fluminum ſcilicet, vt addit Chaldaica. Septuaginta verò noſtræ æditio-
ni concordant. Nihil ergo hic deo difficilè, vel captui humano incredibile dicitur, in terreſtri paradiſo ſcaturigi-
nem fuiſſe à deo conditam fluminum magnorum, in quatuor mundi plagas, per fontes vel capita quatuor deri-
uatorum. Cùm in vna ferè prouincia fluuios cernere liceat ad quatuor mundi plagas dimanantes, Rhenum ſcili-
cet, Padum, Rhodanum, & Danubium, ex vna ferè rhetia fluentes, ad angulos plagarũ mundi quatuor. Sic quoq;
Moſam, Moſellam, Sequanã, Ligerim & Ararim, non adeo longe diſtantibus fontibus, ex vna terræ abyſſo ſcatu
rire. *Nomen uni Phiſon.* AMBROSIVS. Hic ſecundum Hebræos Feoiſon nuncupatur, hoc eſt, oris mutatio M
qui non vnam gentem circunfluit, ſed etiam per Lydiam fluit. RABANVS. Oris autem mutatio dicitur,
quia viliorem faciem habet apud nos, quàm in paradiſo. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS
HEBRAICIS. Hunc eſſe indiæ fluuium Gãgen putant. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Phi-
ſon, quod interpretatur caterua, fluuius quem noſtri Gãgen vocant, de paradiſo exiens, & pergens ad Indiç regio-
nes, poſt quas erumpit in pelagus. AVCTOR CATENAE. Nomen vni Piſon, ſic enim pronunciandum
eſt. Alij Nilum hunc eſſe aſſerunt, eo quod ab excreſcere ſeu inundare nomen ſortiatur, quod apprimè facit Ni-
lus. Alij vt primi huius fluuij nomẽ Piſon fuiſſe certum habẽt, ita quod Ganges ſit, vnde Gangetica regio Orien-
tis, vt probari non poſſe, ſic prorſus dicunt eſſe irrationabile. Ob idque voluerunt recentiorum nonnulli, excellen
ti prædĩti ingenio, eum fluuium quendam iuxta Meſopotamiam extitiſſe, non procul ab Euphrate & Tigri flu-
minibus diſtantem. *Ipſe eſt qui circuit omnem terram Euilath.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS.

Euila

A Euila vbi aurum puriſſimum, quod Hebraicè dicitur Zahab, & gemmæ precioſiſſimæ carbunculus ſmaragdusq;
naſcuntur. Eſt autem regio ad orientem vergens, quam circumit de paradiſo Phiſon egrediẽs, quem noſtri mu-
tato nomine Gangen vocant. Sed & vnus de minoribus Noë, Euila dictus eſt, quem Ioſephus refert, cum fratri-
bus ſuis à flumine Cephene, & regione Indiæ vſque ad eum locum, qui appellatur Ierie poſſediſſe. Sed & Iſmaël
in ſolitudine Euila habitaſſe ſcribitur, quam ſcriptura ſancta eſſe ait in deſerto Sur, contra faciem Aegypti, & in-
de tendere vſque ad terram Aſſyriorum. RABANVS. Euilath regio eſt Indiæ, quæ poſt diluuium poſſeſſa
eſt ab Euila filio Ieethan filij Heber patriarchæ Hebræorum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum hæc dicitur
Chauilah, & intelligitur India. Et ex induſtria Moyſes reddit rationem nominis terræ, vt ſciremus quod nec à
nepote Cham, nec à nepote Heber nominata eſt Chauilah, ſed à partu, quia parit tot pretioſiſſima, videlicet aurũ
optimum, & tot genera lapidum pretioſorum. AVCTOR CATE. Cùm terra aliqua Heuila dicta in Ara
B bia ſit, iuxta ſacras literas non vno loco, quæ putatur Arabia felix, inter mare rubrum & Perſicũ ſinum ſita, quàm
& Arabico auro quod & optimum habetur, conſtat refertiſſimam ditiſſimámque. Non potuit fluuio illo Gange
allui vel rigari. Aeque non illa Heuila, quam quidam Getuliam incerta fama pronunciant, quç Aphricæ occiden
talioris eſt, & interior regio. Cùm conſtet Heuilam Arabiæ & Saba, proximam Syriæ, Palæſtinæ, & Iudææ, vt pa
tet primo Regum quintodecimo. Vbi ſcribitur Saul percuſſiſſe Amalech ab Heuila, donec venias Sur, quæ eſt è
regione Aegypti. Diſtat ergo à finibus Gangeticis ferè ſeptuaginta gradibus, plus minus quinque milibus milia-
ribus. Quod cùm ita ſit, dicunt nonnulli hunc eſſe non poſſe Gangen fluuium, vnde Gangetica regio orientis di-
ecta eſt, ſed aliquem alium terræ promiſſionis vicinum. *Vbi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum.* RABA-
NVS. Et Plinius ſecundus narrat, Indiæ regiones auri venis præ cæteris abundare terris. Vnde & inſulæ eorum
χρυσᾶ & ἀργυρᾶ à copia auri ſiue argenti vocabula ſumpſerunt. *Ibique inuenitur bdellium & lapis onychinus.* HIE-
RONYNVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Septuaginta habent, Vbi eſt carbunculus & la
C pis praſinus. Pro carbunculo & lapide praſino, Bdellion & onyx alij tranſtulerunt. RABANVS. Bdellium eſt,
vt idem Plinius dicit, arbor aromatica, colore nigra, magnitudine Oliuæ, & folio roboris fructúque caprificus,
ipſius natura quæ gummi. Eſt autem lachryma eius lucida, ſubalbida, leuis, pinguis, cereali liquore, & quæ fa-
cilè molliatur, guſtu amara, odoris boni, ſed vino perfuſa odoratior. Cuius & liber Numerorum meminit, Erat
autem (inquiens) Man quaſi ſemen coriandri, coloris bdellij, id eſt, lucidi & ſubalbidi. Onyx autem lapis eſt
precioſus, inde appellatus, quod habet in ſe permixtum candorem, in ſimilitudinem vnguis humani. Græci e-
nim vnguem dicunt onychen. Hunc Arabia gignit, ſed Indicus igniculos habet, albis cingentibus zonis. Ara-
bicus autem niger eſt cum candentibus zonis. Antiqua tranſlatio pro his habet carbunculum & lapidem pra-
ſinum. Eſt autem carbunculus (ſicut & nomine probat) lapis ignei coloris, qui noctis quoque tenebras illuſtra-
re perhibetur. Eſt lapis praſinus viridantis aſpectus. Vnde & Græce à porro quod apud eos πράσον dicitur, no-
D men accepit. CAIETANVS. Bdellium dictio eſt ex Hebræo ducta, videlicet bedolach. Nec eſt certũ quid
ſignificet. Alij enim carbunculum eſſe dixerunt, alij ſmaragdum, alij lapillos precioſos, paruos ac rotundos ex
aquis prodeuntes, alij cryſtallum. Quanuis Plinius gummam eſſe ſcribat diſtillantem ex arbore, eiuſdem nomi-
nis, & inde congelaſcere, lapidémque fieri. Similiter ambiguum eſt de ſubiecto lapide iuxta Hebræum appella-
to Soham, nam alij lapidem onychinum, alij ſmaragdum, alij ſardonicum, & vt vnico verbo dicatur, nomina
propria lapidum, auium ac locorum incerta valde ſunt apud ipſos Hebræos, periſſe enim notitiam eorum aiunt.
AVCTOR CATE. Ibi inuenitur Bdellium, & lapis onychinus. Ex Hebræo ductum בְּדֹלַח bedolah. Maxima
circa hoc nomen tam apud Græcos quàm apud Hebræos diſcrepantia. Septuaginta hunc lapidem vertunt ἄνθρα-
κα, id eſt, carbunculum, qui lapis eſt fulgidus ac lucens, quanuis iidem Septuaginta alibi cryſtallum interpreta-
ti ſunt. Hebręi hodie communiter dicunt eſſe cryſtallum. Nos autem vniones ſignificare exiſtimamus, quia man-
na in ſacris literis huic comparatur, Numerorum libro capite vndecimo, vbi dicitur, Species eius erat, ſicut ſpe-
cies bdolac. Manna verò ſicut margaritum eſt. Et lapis onychinus. Hic Hebraicè שֹׁהַם Sóham dicitur, quod Se-
E ptuaginta vertunt, καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος, hoc eſt, lapis praſinus, qui vt nomen indicat, viridis ac coloris herba-
cei eſt. At onychinus potius ad candorem vergit ac nigrorem. Vnguis enim humani ſimilitudinem, vnde & di-
ctus eſt, imitatur. Quare longe alius eſt is ab illo. SEVERIANVS. Sed quærenda eſt ratio, cur ſacræ ſcri-
ptor hiſtoriæ Moyſes, cum primi fluminis mentionem feciſſet, dixerit, Ibi naſcitur aurum illud bonum, & car-
bunculus, & lapis praſinus, hoc eſt, viridis. Cætera enim aliarum quoque regionum bona enumerare debebat.
Huius autem rei ratio eſt, aurum & lapides nominauit, quia pontifex laminam auream in capite, & duodecim
lapides precioſos in pectorali ferebat, vt ſcirent vnde hæc petenda eſſent. *Et nomen fluuii ſecundi Geon, ipſe eſt enim*
qui circuit terram Aethiopiæ. AMBROSIVS. Iuxta hunc lex data eſt Iſraëlitis, cum eſſent in Aegypto con-
ſtituti, vt ex Aegypto recederent. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Geon fluuius, qui
apud Aegyptios Nilus vocatur, in paradiſo oriens, & vniuerſam Aethiopiam circumiens. RABANVS.
Et interpretatur pectus ſiue præruptum. INTERLINEARIS. Geon hiatus terræ dicitur, & hic eſt Nilus.
F RVPERTVS. Geon qui & Nilus dicitur, Aethiopiæ fluuius, tantæ commoditatis, vt eum pro maximo deo
ſuo quondam coluerit Aegyptus, quippe cuius fluentis irrigata, cunctiſque exinde copiis ſaturata nunquam ſu-
perne fuſis indiguit imbribus. Nam ſub maximo ſolis æſtiui feruore, creſcentibus vndis diffunditur, nec ante au-
tumnale æquinoctium decreſcendo, ripis ſuis iterum reſtringitur. Vnde Lucanus, Nilus neque ſuſcitat vndas Luca. lib. 10.
Ante canis radios, nec ripis alligat amnem Ante parem nocti libra ſub indice Phœbum. Et de his nulla quidem Pharſaliæ.
poteſt opinio refragari huic veridicæ hiſtoriæ, quoniam de paradiſo oriantur. Nam aliud non habet quod di-
cat quis. Proinde de Nilo qui & Geon, ait idem qui ſupra, Nulláque non ætas voluit conferre futuris Noti- Luca. lib. 8.
tiam, ſed vincit adhuc natura latendi. De Gange autẽ qui & Phiſon, Mouit & Eoos bellorum fama receſſus, Qua
colitur Ganges, toto qui ſolus in orbe Oſtia naſcenti contraria ſoluere Phœbo Audet, & aduerſum fluctus impel-
lit in Eurum. CAIETANVS. Iuxta Hebręũ habetur, Et nomẽ fluuij ſecundi Ghichon, ipſe qui circumiens totã
terram Chus. Iſte fluuius intelligitur Nilus, terra autẽ Chus intelligitur Aethiopia, nominata à Chus filio Cham.

AVCTOR

Universidad de Deusto Biblioteca

AVCTOR CATENAE. Geon siue Gion, Hebraicè גִּיחוֹן gihon dictus. Nilus putatur esse Hebræis & nostris, cuius ortus similiter incertus, putantibus quibusdam eum nasci in Mauritania, aliis in mõtibus Lunæ, longissimè distantibus ab ea Aethiopia, quæ contermina est Arabiæ, vel eius portio, aut Syriæ. Vnde in Iudam olim venit exercitus ingens, decies centena milia, & treceti currus cum Zara rege Aethiopum. Alij Geon fontem esse asserunt, vel fluuium prope terram Israel, de quo tertij Regum capite primo. Alij fluuium esse cõtendunt in Mesopotamia, & quod Chus hic non Aethiopiam sub Aegypto significet, sed aliam in Arabia, sicut & Madianitæ Aethiopes vocantur. *Nomen fluminis tertij Tigris, ipse uadit contra Assyrios.* AMBROSIVS. Ad quem Israël præuaricator est ductus. Hic fluuius dicitur velocior esse omnibus, quē incolunt Assyrij. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Tigris, fluuius de paradiso exiens, iuxta scripturæ fidem, pergensq; contra Assyrios, & post multos circuitus vt vult Iosephus, in mare rubrum influens. Vocatur autem hoc nomine propter velocitatem, instar bestiæ nimia pernicitate currentis. AVCTOR CATENAE. Vel quia claras & leues habet aquas. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Nomen fluuij tertij Chiddecel, ipse qui vadens ante Assur. H

Fluuius iste intelligitur Tigris, cuius cursus describitur ad anteriorem partem Assyriæ. Creditur autem anteriorem partem significasse partem orientalem, eo quod tradunt eum per orientalem plagam Assyriæ transire. AVCTOR CATE. Nomẽ fluminis tertij, & cætera. Hebraica litera est huiusmodi וְשֵׁם הַנָּהָר הַשְּׁלִישִׁי חִדֶּקֶל הוּא הַהֹלֵךְ קִדְמַת אַשּׁוּר Vesem hanaar haselisi hiddekel, huhaholech kidmath assur, Et nomen fluuij tertij Chiddekel, ipse vadit ad Orientem Assur siue Assyriæ, hoc est, ad plagam Orientalem. Sic & Chaldaica. Aliquid autem hoc discrepat à nostra æditione. Est enim Cidmath oriens siue Orientalis pars mundi. Interpres verò imitatur Septuaginta, qui & ipsi vertunt, κατέναντι ἀσσυρίων, aduersus Assyrios. Strabo de eo flumine eadem propè scribit, quæ & Hebraicum, ῥεῖ δὲ πρὸς τὴν ἑῴαν συρίας, fertur autem Tigris ad Assyriam quæ in ortum spectat. *Fluuius autem quartus, ipse est Euphrates.* AMBROSIVS. Hic Latinè fœcunditas atque abundantia fructuum nuncupatur. Hæc igitur quatuor sunt flumina, hoc est, Phison secundum Hebræos, Ganges autem secundum Græcos qui fluit contra Indiam. Geon autem Nilus, qui circuit terram Aegypti vel Aethiopiam. Mesopotamia autem dicitur quod Tigris & Euphrates incluserunt eam, eo quod inter duo hæc flumina constituta sit, I

quod etiam longe positis nomen ipsum & opinio communis expressit. Causam autem cur cæteri qua commeant fluuij describuntur regiones locorum, qua Euphrates commeat, non describatur, illam accipimus, quia aqua eius vitalis asseritur, & quæ foueat atque augeat. Vnde Auxen eum Hebræorum & Assyriorum prudentes dixerunt, contra autem fertur esse aqua aliorum fluminum. RABANVS. Vel ideo non dicitur quam terram circumeat, quia in vicino irriget terram promissionis, & facile à populo qui hæc lecturus erat cognosci poterat. Frugifer autem fluuius iste interpretatur, quia terram per quam transit, fructiferam facit. HIERONYMVS. Euphrates, fluuius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Porro Salustius auctor certissimus asserit, tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animaduertimus aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendum.

Vbi supra.

RVPERTVS. Euphrates fertilitas interpretatur, sic appellatus, pro eo quod K

in morem Nili per agros diffunditur, terrásque fertiles efficiat. De quorum duorum natura dicit idem qui supra, Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates, quos non diuersis fontibus edit Persis, & incertum est tellus si misceat amnes, Quod potius sit nomen aquæ, sed sparsus in agros fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ. At Tigrim subito tellus absorbet hiatu, Occultósque tegit cursus, rursumque renatum, Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.

Luca.3.

CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Fluuius quartus ipse Perath. Fluuius hic Euphrates intelligitur, cuius cursum Moyses non describit, eo quod conterminus erat terræ promissionis, ac per hoc notissimus populo Israël. Aduerte prudens lector quod ex hoc ipso quod ista quatuor flumina describuntur oriri à flumine irrigante hortum, cogimur intelligere hortum qui paradisus terrestris consueuit appellari, esse certum locum corporeum in terra. Nam hæc flumina non spiritualia sed corporea sunt, & corporea, etiam illorum origo manifestè inde describitur. Sed magna ex descripta origine istorum fluminum quæstio ingeritur, quo pacto verificari potest origo horum fluminum ex illo vno innominato flu- L

uio qui egreditur ex Eden, quum duorum postremorum origines inueniri dicantur in monte Tauro, multum inter se distantes, primorum verò fluminum quanuis origines non vsquequaque certæ videantur, alter tamen ab aquilone, & alter à meridie fluere videatur. Verùm non esse hoc impossibile quod Moyses describit, ex aliis fluuiis deprehenditur, qui sub terra absorpti, post longa etiam marium spatia emergentes apparent. Vbi autem sit Eden, incertum est, ex hoc tamen quod fluuius inde egredi dicitur, mons videtur esse, naturalis enim generatio fluminum in montibus apparet. AVCTOR CATENAE. Fluuius autem quartus ipse est Euphrates. Hebraicè: הוּא פְּרָת hu pherath, est perath, Et duæ sunt dictiones, hu, id est ipse est, & pherath, Euphrates, quas corrupte videntur antiqui copulasse, noménque Euphratis fecisse, cum tamen pherath sit eius nomen, itaque Phrates Græcè esset dicendum. Duorum ergo horum posteriorum origo fluuiorum est in monte Tauro, duobus ex fontibus bis mille tantum & quingenta stadia distantibus, à quibus aliquandiu profecti, coëunt inter se, & Syriam fluuiorum complectuntur, quæ & Mesopotamia dicitur, ab ortu Tigris, ab M

occasu Euphrates. Sunt autẽ & qui velint non longe ab eis locis vbi Tigris & Euphrates sunt, in Syria duos quoque alios supradictos fluuios extitisse, ibiq; delitiarum hortum conditum, qui nunc per diluuium quod tempore Noë inundauit, destructus & euersus existat. Currit igitur fluuius iste per Chaldæam, per minorem Armeniam, & Persiam. SEVERIANVS. Sed quo pacto Moyses ait, Tigrim & Euphratem è paradiso effluere, quos nonnulli ex montibus Armeniæ emanare tradunt? Videre licet alia quoq; flumina aliunde emanantia, deinde in terram per descensus quosdam illabi, ac rursus sursum scaturire. Id & his fluminibus accidere dicendum est. Quæ vt Moyses ait, è paradiso quidem exeunt, deinceps verò per subterranea quædam loca transeuntia, alia emanandi initia sortiuntur. Idq; diuina prouidentia factum esse non dubitamus, vt curiosorum hominum superuacaneam inuestigationem tolleret. Si enim horum fluminum, fontes atque principia nacti fuissent, paradisum locum videre atque intrare tentassent, qui tamen desiderio frustrati essent. Vt omittam tot itineris, laboris,

inediæ

A inediæ incommoda, latronum quoque ac barbarorum hominum incursus atque inuasiones. Hominum itaque labores atque incommoda miseratus deus, illorum fluminum initia atque ortus latere hominem voluit. BEDA. Constat autem fluminum quæ de paradso exire feruntur, in nostra terra notos esse fontes. Phison enim qui & Ganges in locis Caucasi montis. Geon qui & Nilus, non procul ab Atlante, qui est mons Africæ ad occidentem. Tigris & Euphrates in Armenia sed ferunt historici Tigrim Euphratem & Nilum, plerisque locis terræ absumi, & paulo post emergentia solitum agere cursum. HVGO DE SANCTO VICTORE. Vnde cum quæritur, quomodo & in paradiso oriantur hæc flumina, & in terra nostra habeãt notos fontes? quidam affirmãt totam terram futuram paradisum, si homo non peccasset, totam autem factam exilium per peccatum. Nos verò & si probabiliter ita dici possit, non asserimus, nisi quod sancti communiter asserunt, scilicet paradisum esse quendam locum determinatum in parte terræ, & flumina illa ortum habere in paradiso, & item à terra ibidem absorpta, & extra paradisum iterũ oriri, qui secundi ortus nobis noti sunt. CHRYSOSTOMVS. Sed fortè sunt,

B qui ex propria sententia, quæ libet dicere volunt, hi iterum neque flumina concedent esse flumina, neque aquas, aquas, sed persuadere conantur iis qui sibi aures accommodare volunt, vt aliud quiddam imaginentur. Cæterum vos obsecro ne feramus tales, sed obturemus aures, credamus diuinæ scripturæ, & ea quę in illa dicunt sectemur, sanas doctrinas in pectora nostra reponamus & cum his etiam vitam diligenter instituamus, vt vita testificetur doctrinæ, & doctrinæ longè fideliorem vitam declarent. Nam neque si recta sciamus fidei dogmata, vitam autem negligimus, aliquid nobis profuerit, neque si vitam habeamus, è rectas negligimus doctrinas, lucrifacere aliquid quod ad salutem nostram sit vtile, profuerit. Nam si voluerimus & gehenna liberari, & regnum assequi, operæpretium est, vtrinque ornari, & dogmatum rectitudine, & vitæ diligentia. Quid enim vtile fuerit (dic obsecro) arbori quæ in summum se extendit, & foliis frondet, si fructu careat? Sic & Christiano nihil proderint recta dogmata, si vitam suã non beneinstituat. Propter hoc & Christus tales beatos dixit (inquiẽs) Beatus qui fecerit & docuerit.

Matt.5.

Multo enim fidelior & certior doctrina operum, quàm sermonum. Nam qui talis est, etiam silens, & cum non videtur, docere potest, & alios quidem qui illum vident, alios verò qui de illo audiunt, & multa fruetur dei gra-

C tia, non solum propter se, sed & propter alios qui illum vident, & incitantur vt glorificent dominum suum. Talis per mille linguas & multo plures, gratias & laudes referet deo. Neque enim noti soli testes sunt vitæ illius, & ipsum mirantur, ac ipsum dominum, sed & qui non cognoscunt, & ab aliis discunt, & qui valde procul habitant, & diuisi sunt, & non amici soli, sed & inimici reuerebuntur virtutis eminentiam. Tanta enim huius virtus, vt & cõpescat ora, & linguas eorum qui virtuti infesti sunt. Et sicut ad solis radios infirmi oculis non audent respicere, ita neque virtutem malitia contueri audebit vnquam, sed dorso obiecto discedet, victámque se fatebitur. Id quod & persuasum nobis sit, vt virtutem arripiamus, & diligenter nostram vitam instituamus. Neque enim vnquam in maiora incidemus peccata, si à paruis nobis cauerimus, & sic procedente tempore poterimus, superna gratia fauente, & excelsam virtutem apprehendere, reconditamq; effugere pœnam, & æterna consequi bona.

Mysticè.

AMBROSIVS. Est autem mysticè paradisus terra quædam fertilis, hoc est, anima fœcunda in Eden plãtata,

D hoc est, in voluptate quadã, vel exercitata terra, in qua animæ sit delectatio. Estenim νοῦς tãquã Adã, est & sensus tanquam Eua. Ac ne haberes quod ad infirmum retorqueres naturæ, vel ad obnoxiam intolerandis periculis conditionem, considera quæ habeat anima ista subsidia. Erat fons qui irrigaret paradisum. Qui fons nisi dominus Iesus Christus, fons vitæ ęternæ, sicut & pater? Quia scriptum est, Quoniam apud te fons vitę. Denique flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Psalm 35.
Ioan. 7.

Et fons legitur, & fluuius legitur, qui irrigat paradisi lignum fructuosum, quod ferat fructum in vitam æternam. Hic ergo fons sicut legisti, fons enim (inquit) procedit ex Eden, id est in anima tua fons est. Vnde & Salomon ait, Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus.

Prouer.5.

Hic est fons qui procedit ex illa exercitata & plena voluptatis anima. Hic fons qui irrigat paradisum, hoc est, virtutes animæ eminentissimo merito pullulantis. Sed quemadmodum fons dicitur scriptura dei, fons est enim secundum euangelium, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

Ioan.7.
Prouer.9.

Fons est & secundum Prophetam qui ait, Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. Sicut ergo fons vitæ est sapientia, fons gratiæ spiritalis, ita fons virtutum

E est cæterarum, quæ nos ad æternæ cursum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta est non ex ea quæ inculta, fons iste procedit, vt irriget paradisum, hoc est, quædam diuersarum fruteta virtutum, quarum sunt quatuor initia, in quæ sapientia ista diuiditur. Quæ sunt quatuor initia virtutum, nisi vnum prudentiæ, aliud temperantiæ, Tertium fortitudinis, Quartum iustitiæ? quæ etiam sapientes istius mundi ex nostris assumpta, in suorum scripta librorum transtulerunt. Itaque sicut fons sapientiæ, ita etiam flumina ista quatuor, quædam ex illo fonte manantia sunt fluenta virtutum. Phison igitur prudentia est, & ideo habet bonum aurum, splendidum carbunculum, & prasium lapidem. Aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus. Vnde & dominus per Prophetã ait, Dedi illis aurum & argentum. Et Dauid de prudentibus dicit, Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri, eo quod veteri & nouo qui inhæserit testamento, in ipsa secreta sapientiæ dei, disputationis possit vbertate procedere. Hoc ergo bonum aurum dicit, non monetale, quod

Psalm. 67.

F corruptibile ac terrenum est. Habet etiam splendidum (inquit) carbunculum, in quo quidem animæ nostræ viuit igniculus. Habet & prasium lapidem, qui viride quiddam atque vitale coloris sui specie ostentari videatur. Virent etiam arbusta quæ viuunt, arescunt contra quæcunque moriuntur. Viret terra dum floret, virent & semina dum prorumpunt. Et bene primo loco hic fluuius positus est Phison, hoc est, oris mutatio, qui non vnam gentem circunfluit, sed etiam per Lydiam fluit. Non enim angusta quædam, sed diues vtilitatum prudentia est, quę pluribus prosit. Ideo prima, vt si quis de paradiso fuerit egressus, velut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat, ne cito possit arescere, sed per hanc ad paradisum facilè reuertatur. Hic fluuius à multis hominibus frequẽtatur, pulchritudinemq; & fertilitatem maximam habere perhibetur. Et ideo prudentia in specie huius accipitur, quę plurimos fructus attulit in domini saluatoris aduentu. Atque in extrema terrarum fluit, quia per sapientiam omnes homines sunt redempti. Vnde & dictum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.

Psalm.18.

Secundus est fluuius Geon, iuxta quem lex data Israëlitis, vt succincti lumbos agnum ederent, quod insigne est

temperantiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temperantiæ.Castos enim & sanctificatos oportet domini pascha celebrare.Et ideo iuxta istum fluuium legitima G
primò obseruantia constituta est,quia significat nomen hoc quēdam terrę hiatum.Sicut igitur terra & quæcunq;
vel purgamenta vel frondes in eo sunt, hiatu absorbet, ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit.
Meritoq; ibi primum obseruantiæ constitutio, quia per legem absorbetur carnale peccatum. Bene ergo Geon in
quo figura est castitatis,circumire terram Aethiopiam dicitur,vt abluat corpus abiectum, & carnis vilissimæ re-
stinguat incendium.Aethiopia enim abiecta & vilis, Latina interpretatione signatur. Quid autem abiectius no-
stro corpore?Quid tam Aethiopiæ simile quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum? Tertius est flu
uius Tigris qui vadit contra Assyrios, hoc est, dirigentes, hoc enim significat interpretatio. Qui etiam velocior
dicitur esse omnibus fluminibus.Ergo quicunque fortitudine animi præuaricantia corporis vitia captiuauerit,di-
rigens ad superna,iste huius fluminis similis æstimatur.Et ideo etiam fortitudo de illo qui est in paradiso, dei fon
te emanat.Fortitudo autem quodam cursu rapido resistentia quæque transuerberat, nec aliquibus cursus eius im H
pedimentorum hæret obstaculis.Quartus est fluuius Euphrates, qui Latinè fœcunditas atque abundantia fructuū
nuncupatur,præferens quoddam insigne iustitiæ, quæ omnem pascit animam.Nulla enim abundātiores videtur
habere fructus virtus,quàm æquitas atque iustitia,quæ magis aliis quàm sibi prodest,vtilitates suas negligit,com
munia emolumenta pręponens.Plerique Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν dictum putāt,hoc est,à lætando,eo quod
hominum genus nullo magis quàm iustitia & æquitate lætetur. Deinde quia vbi prudentia,ibi & malitia,vbi for
titudo, ibi iracundia, vbi temperantia,ibi intemperantia, plerunque est, aut alia vitia sunt: vbi autem iustitia,ibi
concordia virtutum est cæterarum,ideo non ex locis qua fluit, hoc est,non ex parte cognoscitur. Non enim pars
est iustitia, sed quasi mater est omnium. In his ergo fluminibus quatuor, virtutes principales quatuor,exprimun-
tur,quæ veluti mundi istius incluserunt tempora.Ergo bene paradisus qui pluribus fluminibus irrigatur,secundū
orientem,non contra orientem,hoc est,secundum illum orientem,cui nomen est oriens,id est secundum Chri- I
stum qui iubar quoddam æternæ lucis effudit, & est in Eden, hoc est, in voluptate. RVPERTVS. Aliter.
Sciendum est duos rationalis creaturæ esse paradisos, vnum scilicet sanctorum societatem angelorum, & alium
ecclesiam electorum hominum, & horum vtriusque hūc de quo loquimur,terrestrem paradisum imaginem esse
vel similitudinem. Etenim sicut in isto lignum vitæ plantatum fuit, & lignum per quod mors introiuit in mun-
dum,sic in cœlo contra deum vitæ auctorem, diabolus auctor mortis extitit, sic nihilominus in genere humano
lignum vitæ Christus,& contrarium eius lignum mortis Antichristus erit,qui iamdudum per membra sua mini
sterium operatur iniquitatis.Item sicut de hoc paradiso terreno fons ascendit irrigās vniuersam superficiē terrę,
qui & inde diuiditur in quatuor capita,omnemq; terram reddit aptam frugibus alendis,ita & de illo cœlesti pa-
radiso fons manare dignatus est,id est gratia spiritussancti,tanta copia rigans massam generis humani,vt cū san-
ctorum & electorum omnium cedris,oliuis & vineis, vitæ quoque lignum, id est Christum deum & hominē fe-
Ezech.1. cerit de terra nasci virgineæ carnis,circa quem fluenta scripturarū in quatuor capita diuisit,quæ propheta in qua-
tuor animalium diuersas facies distinguit,scilicet hominis,leonis,vituli,& aquilæ volantis.Non enim solūmodo K
quatuor euangelia, sed & omnis scriptura diuinitus inspirata,certam hanc habet intentionis suæ quadrifidam fa
ciem,vt eundem dominum nostrum ostendat mansuetum nobis,vt vere hominem,fortem contra diabolum,vt
leonem, id est deum omnipotentem, immolatum pro nobis vt vitulum electum atque saginatum resurrexisse,
atque in cœlum ascendisse vt volantem aquilam. EVCHERIVS. Vel si paradisus, dei est ecclesia, fluuius
de paradiso exiens,imaginem portat Christi de paterno fonte fluentis,qui irrigat ecclesiam suam verbo prædica-
tionis & dono baptismi.Quatuor autem paradisi flumina, quatuor sunt euangelia,ad prædicationem cunctis gē
tibus missa. RABANVS. Quia verò per aquas regeneratrices regressus nobis ad cœlestia patet, congruit sa-
tis dispensationi diuinæ pietatis,vt ipsum elementum per quod ad supernam patriam reducimur,nobis sit cū pa-
radiso,in quo positus est homo primus,commune, & sicut gratia nos recreans inuisibiliter regni cœlestis ingres-
sum præparat,ita etiam inuisibiliter ad nostrum orbem de paradiso per terræ venas ipsa per quam nos recreat vn-
da prosiliat.Sicut ergo spiritusvbi vult spirat,& vocem eius audis,sed non scis vnde veniat aut quo vadat,sic etiā
decebat,vt aqua quæ eos quos vult spiritus sanctificat, ignotis ad nos viis de paradiso adueniat,& ad ignota no- L
bis loca redeat,quam tamen de paradiso voluptatis constat habere originem.

6 *Tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur & custodiret illum.*

6 CHRYSOSTOMVS. Audiamus quæ lecta sunt,sed obsecro attenta mente,& excussis curis secularibus, om-
niq; ignauia deposita, quæ dicūtur accipiamus.Diuinæ enim leges sunt,& cœlitus allatę ob salutem nostram.Iam
si cum regiæ leguntur literæ,vbiq; est silentium,abesteq; strepitus & tumultus,omnibus adstantibus, & aures arri-
gentibus,vt sciant quæ regiis literis manifestentur,& quisquis vel parum tumultuatus fuerit,in magno periculo M
est. Multo magis cum magno timore & tremore adstandum, & altum habendum silentium,& pellendæ cogita-
tiones turbulentæ,vt quæ dicuntur intelligere possimus, quo rex approbata obedientia nostra,maioribus nos mu
neribus remunerare dignetur.Videamus itaque quid nunc nos doceat beatus ille Moyses,non sua lingua hæc di-
cens,sed à spiritu sancto afflatus. *Tulit ergo dominus deus hominem,& posuit eum in paradiso uoluptatis.* AVGVSTI-
Vbi supra. NVS. Cum superius breuiter dixerit deū plantasse paradisum, & constituisse ibi hominem quem finxerat,re-
capitulauit vt narraret, quomodo sit paradisus constitutus. Nunc ergo & illud recapitulando commemorauit,
quomodo ibi deus posuerit hominem quem fecit. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HE-
BRAICIS. Et sumpsit dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis.Pro voluptate in He-
bræo habet עדן.Eden.Ipsi igitur Septuaginta Eden interpretati sunt voluptatem.Symmachusverò qui paradisum
paulo ante florentem transtulerat, hic posuit ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, quod & ipsum amœnitatem & delitias

sonat

A sonat. AMBROSIVS. Et apprehendit deus hominem quem fecit,& posuit eum in paradiso.Vides quoniā
qui erat apprehenditur?Erat autem in terra plasmationis suæ.Apprehendit ergo eum virtus dei, inspirans proces
sus & incrementa virtutis. Denique eum in paradiso collocauit,vt scias apprehensum,quasi afflatum diuina esse
virtute.Quo loci illud aduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum, vt aduertas,quod
non loci,non generis nobilitate,sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat.Denique extra paradisum factus,
hoc est,in inferiore loco,vir melior inuenitur.Et illa quę in meliore loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior
reperitur.Mulier enim prior decepta est,& virum ipsa decepit.Vnde Apostolus Petrus,Subiectas fortiori vasi mu 1. Petr. 3.
lieres sanctas,viris suis velut dominis obedire memorauit. Et Paulus ait, Quia Adam non est seductus, mulier 1. Timo. 2.
autem seducta in præuaricatione fuit.Deinde contuendum,quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce il- Ephe. 5.
la quæ in adiumentum facta est viro,præsidio virili indiget,quia vir caput est mulieris.Ille autem quia adiumen-
tum vxoris habiturum se esse credebat,lapsus est propter vxorem.Vnde nemo debet facile alteri se credere, nisi
B cuius virtutem probarit.Nec arrogare sibi qui se pro auxilio putarit ascitum,sed magis si inuenerit fortiorem,cui
se putabat esse præsidio,ab ipso gratiam mutuetur. Sicut & viros mulieribus honorem impartire apostolus præci 1. Petr. 3.
pit Petrus,dicens,Viri similiter cohabitantes secundum scientiam,tanquam infirmiori vasi muliebri impartien-
tes honorem, tanquam cohæredi gratiæ vitæ, vt ne impediantur orationes vestræ. Ergo positus est in paradiso
vir,facta est in paradiso mulier.Sed etiam tunc antequam à serpēte mulier deciperetur,habuit viri gratiam,quo- Ephe. 5.
niam de viro sumpta est, licet hoc sacramentum magnum sit,sicut Apostolus dixit.Et ideo causam vitæ ex eo tra
xit.Ideoque de viro tantum scriptura dixit, Quia posuit eum in paradiso. CHRYSOSTOMVS. Et accepit
dominus deus hominem quem formauit. Bene statim ab initio duo hæc posuit. Non enim dixit, dominus, &
C tacuit, sed adiunxit deus, occultum aliquod mysterium hic nos docens, vt scire possemus, quod siue dicamus 1. Cor. 8.
dominum,siue deum,nullam in nominibus esse varietatem. Hoc autem nunc non absque ratione commemora-
ui,sed vt cum audieris Paulum dicentem,Vnus deus pater,ex quo omnia, & vnus dominus Iesus,per quem om-
nia, ne putes in dictionibus esse diuersitatem, & hanc maius aliquid significare, istam minus.Et idcirco scriptu-
ra absque discrimine illis vtitur,vt contentiosis ea quę ex sua sententia excogitarunt,ad dogmatum rectitudinem
afferre non liceat. Et quod diuina scriptura neutrum horum cum singulari quadam obseruatione & superstitio-
ne enunciet, ex isthoc ipso quod nunc dicitur, diligenter considera. Et accepit dominus deus. De quo vult hæ-
reticus esse dictum? De patre solum? Esto, sed audi Paulum dicentem, Vnus deus pater, ex quo omnia, & v-
nus dominus Iesus, per quem omnia. Vides quomodo nomen domini filio attribuit? Quare ergo dicunt, no-
men dominus,maioris esse momenti,quàm nomen deus?Videte quanta absurditas, & quanta blasphemia,quan-
do quis non ipsum diuinæ scripturæ canonem sequitur,sed suis opinionibus locum dat, quæ mentem disturbant,
& verborum pugnas, & infinitas quæstiones sanis rectisque dogmatibus immiscent.Et accepit dominus deus ho
minem quem formauit, & posuit illum in horto voluptatis.Vide quantam formati hominis curam habuit.Post-
D quam enim docuit beatus Moyses, dicens, Plantauit deus hortum, & posuit illic hominem, id est voluit illum
illic habere domicilium, & versari ibi, ac horti delitiis frui, iterum ostendit nobis ineffabilem misericordiam
dei, quam in illum contulit, & repetens sermonem,inquit, Et accepit dominus deus hominem quem formauit,
& posuit eum in horto voluptatis.Non simpliciter dixit in horto,sed apposuit,voluptatis,vt excellentemvolupta- Rom. 11.
tem qua fruiturus esset inhabitando, nobis declararet. RVPERTVS. Apostolus cum dixisset,O altitu-
do diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius,
continuò subiunxit, Quis enim cognouit sensum domini,aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?Aut quis
prior dedit ei, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula secu-
lorum Amen. Ecce qui sunt quibus dedit deus, angelus & homo. Cum cæteris creaturis suis sanè nullam deus
dati aut accepti rationem habuit, quippe quibus præter naturalem essentiam nihil dedit. Angelis cœlum,homi-
ni autem paradisum dedit. Huic & huic dedit, & huic & huic prior dedit. Quid enim hic vel hic prior dederat
E illi? primus ergo ille dedit, conditione tamen præscripta,'vt retribueretur sibi. Quid autem retributionis ab an- Vbi su. quæ
gelo,nisi dilectionem, quid ab homine exegit, nisi fidem per dilectionem operantem? THOMAS. Para- ioz. ar. 4.
disus autem locus fuit congruus habitationi humanæ,quantum ad incorruptionem primi status. Incorruptio au in cor. q.
tem illa non erat hominis secundum naturam, sed ex supernaturali dei dono. Vt ergo hoc gratiæ dei imputare-
tur, non humanæ naturæ, deus hominem extra paradisum fecit, & postea ipsum in paradiso posuit, vt habita-
ret ibi toto tempore animalis vitæ, postmodum cum spiritualem vitam adeptus esset, transferendus in cœlum.
CAIETANVS. Tulit ergo dominus deus hominem,& cætera.Dicendo tulit, manifestat hominem non
esse creatum in horto, sed extra hortum, & inde latum & positum in horto affluenti delitiis aëris, aquarum &
arborum fructiferarum, vt ex loco intelligeremus peculiarem curam etiam harum singularium commodita-
tum hominis, necnon ad distributionis ordinem spectare, quod homo sit locatus in paradiso terrestri. Ambo
enim hæc, duo illa dei nomina ingerunt. AVCTOR CATENAE. Communiter dici consue-
F uit, Primum hominem in agro Damasceno de limo seu puluere terræ formatum extitisse,sed ex quo saltem ido-
neo loco hoc eruatur, ignoratur.Satis tamen ex hac scriptura patet,non conditum primum hominem in paradi-
so, sed extra eum, & deinde à domino deo angelico ministerio in eundem fuisse introductum, tanquam in con-
uenientem statui innocentiæ locum. Facta autem fuit forte translatio illa subito, quanuis non tamen in instan-
ti,quemadmodum angelus tulit Abacuch de Iudæa in Babylonem. Iuxta hoc & infra habetur, quod tulerit
etiam dominus Enoch, quem etiam in paradisum tunc transtulit. Ad quid autem posuerit deus hominem
in paradiso, aperit sanctus propheta, dicens. *Vt operaretur & custodiret illum.* AMBROSIVS. Non
idem est operari, & custodire. In opere enim quidam virtutis processus est, in custodia quædam consum-
matio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, vt
& operibus noua quærat, & parta custodiat, quod est generale.Philon autem quoniam spiritualia Iudai-
co non capiebat affectu, intra moralia se tenuit, vt diceret, hæc duo quæri, opera in agro, custodiam domus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quanuis paradisus operibus(inquit) ruralibus non egeret, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus e-
rat, ideo legitimi etiam in paradiso speciem suscepit laboris, vt nos ad operationem & custodiam debiti offici,
& hæreditariæ successionis munus astringeret. Hæc duo ergo à te exiguntur, siue moraliter, siue spiritualiter.
Psal.n6. Quod etiam psalmus te propheticus docet, quia scriptum est, Nisi dominus ædificauerit domum, inuanum la-
borauerunt qui ædificant eam. Vides illos laborare, qui in operis sunt ædificationisque processu, istos verò vi-
gilare, qui iam custodiam perfecti operis receperunt? Vnde & dominus apostolis quasi iam perfectioribus, Vi-
gilate (inquit) & orate, ne intretis in tentationem. Docens perfectæ naturæ munus, & plenæ virtutis gratiam
esse seruandam, nec quenquam etiam perfectiorem, nisi vigilauerit, sui debere esse securum. AVGVSTI-
NVS. Videamus itaque quid sit quod dictum est, vt operaretur & custodiret. Nunquid fortè agriculturam
dominus voluit operari primum hominem? An non est credibile, quod eum ante peccatum damnauerit ad
laborem? Ita sanè arbitraremur, nisi videremus cum tanta voluptate animi agricolare quosdam, vt eis magna
pœna sit inde ad aliud auocari. Quicquid ergo delitiarum habet agricultura, tunc vtique longe amplius erat,
quando nihil accidebat aduersi, vel terra vel cœlo. Non enim erat laboris afflictio, sed exhilaratio voluntatis,
cum ea quæ deus creauerat, humani operis adiutorio lætius feraciúsque prouenirent, Vnde creator ipse vbe-
rius laudaretur, qui animæ in corpore animali constitutæ, rationem dedisset operandi ac facultatem, quantum
animo volenti satis esset, non quantum inuitũ indigentia corporis cogeret. Quid ergo abhorret à vero, si creda-
mus hominẽ ita in paradiso constitutum, vt operaretur agriculturam, nõ labore seruili, sed honesta animi volu-
ptate? Quid enim hoc opere innocentius vacantibus, & quid plenius magna consideratione prudentibus? Vt cu-
stodiret autem quid? An ipsum paradisum? Contra quos? Nullus certè vicinus metuebatur inuasor, nullus limi-
tis perturbator, nullus fur, nullus aggressor. Quomodo ergo intellecturi sumus corporalem paradisum potuis-
se ab homine corporaliter custodiri? Sed neque scriptura dixit, vt operaretur & custodiret paradisum, dixit au-
tem, vt operaretur & custodiret. Quanquam si de Græco diligentius ad verbum exprimatur, ita scriptum est,
Et accepit dominus deus hominem quem fecit, & posuit eum in paradiso, operari eum & custodire. An vt quod
operaretur in terra per agriculturam, in se ipso custodiret per disciplinam? id est, vt sicut ager ei obtemperaret
colenti se, ita & ipse præcipienti domino suo, vt sumpto præcepto obedientiæ, fructum non spinas inobedien-
tiæ redderet. Denique quoniam similitudinem à se culti paradisi in se ipso custodire subditus noluit, similem si-
bi agrum damnatus accepit, spinas (inquit) & tribulos pariet tibi. Quod si & illud intelligamus, vt paradisum
operaretur, & paradisum custodiret, operari quidem paradisum posset, sicut supradiximus per agriculturam,
custodire autem non aduersus improbos aut inimicos qui nulli erant, sed eundem paradisum ipsi sibi, ne ali-
quid admitteret, quare inde mereretur expelli. Denique accepit & præceptum, vt sit per quod sibi custodiat pa-
radisum, id est, quo conseruato non inde proiiciatur. Rectè enim quisque dicitur non custodisse rem suam, qui
sic egit, vt amitteret eam, etiam si alteri salua sit, qui eam vel inuenit, vel accipere meruit. Est & alius in his
verbis sensus, quem puto non immeritò præponendum, vt ipsum hominem operaretur deus, & custodiret. Si-
cut enim operatur homo terram, non vt faciat eam esse terram, sed vt cultam atque fructuosam, sic deus homi-
nem multo magis quem ipse creauit, vt homo sit, eum ipse operatur, vt iustus sit, si homo ab ipso per superbiam
non abscedat, hoc est enim apostatare à deo, quod initium superbiæ scriptura dicit. Quia ergo deus est incom-
mutabile bonum, homo autem & secundum animam & secundum corpus mutabilis res est, nisi ad incommu-
tabile bonum quod est deus, conuersus substiterit, formari vt iustus beatúsque sit, non potest. Ac per hoc
deus idem qui creat hominem vt homo sit, ipse operatur hominem atque custodit, vt etiam bonus beatúsque
sit. Quapropter qua locutione dicitur homo operari terram, quæ iam terra erat, vt ornata atque fœcunda sit,
ea locutione dicitur deus operari hominem qui iam homo erat, vt pius sapiẽnsque sit, eúmque custodire, quod
Ibidem. homo sua potestate in se magis quàm illius supra se delectatus, dominationémque eius contemnens, tutus es-
se non possit. IDEM. Proinde nullo modo vacare arbitror, sed nos aliquid, & magnum aliquid admone-
re, quod ab ipso diuini libri huius exordio in quo ita cœptus est, In principio fecit deus cœlum & terram, vsque
ad hunc locum nusquam positum est dominus deus, sed tantummodo deus. Nunc verò vbi ad id ventum est,
vt hominem in paradiso constitueret, cúmque per præceptum operaretur & custodiret, ita scriptura locuta est,
Et sumpsit dominus deus hominẽ quem fecit, & posuit eum in paradiso operari eum & custodire, nõ quod su-
pradictarum creaturarũ dominꝰ nõ esset deus, sed quia hoc nec propter angelos, nec propter alia quæ creata sunt,
sed propter hominem scribebatur, ad eum admonendum quantum ei expediat habere dominum deum, hoc est,
sub eius dominatione obedienter viuere, quàm licentiose abuti propria potestate, nusquam prius hoc pone-
re voluit, nisi vbi peruentum est ad eum in paradisum collocandum, operandum & custodiendum, vt non
diceret sicut & cætera omnia superius, Et sumpsit deus hominem, quem fecit, sed diceret, Et sumpsit domi-
nus deus hominem quem fecit, & posuit eum in paradiso operari eum, vt iustus esset, & custodire, vt tutus
esset, ipsáque vti dominatione sua, quæ non est illi, sed nobis vtilis. Ille quippe nostra seruitute non indiget,
nos verò dominatione illius indigemus, vt operetur & custodiat nos, & ideo verus & solus est dominus,
Psalm.15. quia non illi ad suam, sed ad nostram vtilitatem salutémque seruimus. Nam si nobis indigeret, eo ipso non
verus dominus esset, cum per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua & ipse seruiret. Meritò & ille in psal-
mo, Dixi (inquam) domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Nec ita sentiendum
est, quod diximus nos illi ad vtilitatem nostram, salutémque seruire, tanquam aliud aliquid ab illo expecte-
mus quàm eum ipsum, qui summa vtilitas & salus nostra est. Sic enim eum gratis secundum illam vocem
diligimus, Mihi autem adhærere deo bonum est. CHRYSOSTOMVS. Vt dixit, posuit illum
in horto voluptatis, addit, vt coleret illum, & custodiret. Etiam hoc magnæ curæ & prouidentiæ nostri ar-
gumentum est. Nam cum omnibus delitiis potirentur, ibi vitam agentes, tam oblectamentis eorum quæ vi-
debant, quàm lætitia eorum quibus fruebantur, vt ne immodica prosperitate homo insolesceret (omnem e-
nim malitiam docuit otium) propterea præcepit deus, vt operaretur illum, & custodiret. Quid autem dicet
aliquis

A aliquis, illius cura indigebat paradisus? Non hoc dico, sed voluit tum vt paruam quandam, sibique congruam
gereret curam, partim custodiendo, partim operando. Erat autem operatio tunc citra laborem. Dederat e-
nim occupationem quandam, quæ neque dolorem, neque molestiam afferret. Cæterum quod dicit, custodiret,
non absque causa appositum est, sed congruunt verba, vt planè scire possit, quod sub domino agat qui hanc lar-
gitus sit fruitionem, & cum illa etiam custodiam commiserit. Deus enim omnia facit & operatur propter no-
stram vtilitatem, & cum illa etiam fruitionem & refocillationem præbet. Nam cum ob excellentem suam mi-
sericordiam, etiam priusquam nos produceret, ineffabilia bona præparauit, sicut ipse dicit, Venite benedicti Matth.25.
patris mei, possidete in hæreditatem præparatum vobis regnum ab initio mundi, multo magis præsentia om-
nia largiter præbebit, quandoquidem tanta beneficia in iam conditum contulit. Primùm cum non esset, de-
dit illi vt esset, & ex puluere corpus formare dignatus est, & post hæc dominam, animam dico incorpoream,
per inspirationem dedit. Dein paradisum fieri iussit, & illic illum viuere præcepit, post hæc iterum sicut clemens
B pater tenero filio omni copia fruenti, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat, sic &
dominus Adæ operationem & custodiam præcepit, vt cum voluptate, vbertatéque ac iucunditate, placidè hæc
duo faceret, quæ procliuitatem illius morarentur & impedirent. SEVERIANVS. Et posuit eum in para-
diso, vt operaretur & custodiret eum. Vt operaretur mandatum dei, & crederet. Custodiret illud à quo? Latro
non erat, qui illac præteriret nullus erat, neque insidiator vllus, sed vt custodiret & conseruaret eum sibi ipsi, ne
mandatum domini transgrediendo, amitteret eum, atque eo priuaretur. GREGORIVS DECIMO Cap.17.
C NONO MORALIVM. Pensandum est, quia bona prodesse nequeunt, si mala non cauentur, quæ subre-
punt. Perit enim omne quod agitur, nisi solicite in humilitate custodiatur. Vnde ait scriptura, vt operaretur &
custodiret paradisum. Operatur enim qui agit bonum quod præcipitur, sed quod operatus fuerit non custodit,
cui hoc surrepit, quod prohibetur. Vnde oportet semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus cautè in co-
gitatione custodire, ne si mentem eleuant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. De libris quo-
que non canonicis, sed ad ædificationem æditis testimonium proferimus. Eleazar in prælio Elephantem feriens
strauit, sed sub ipso quem extinxit occubuit, sunt enim qui vitia superant, sed sub ipsa quæ subiiciunt, superbiendo
succumbunt. ISIDORVS. Ex eo ergo quod additum est, & custodiret, innuitur qualis operatio esset, quia
in tranquillitate beatæ vitæ vbi mors non est, omnis operatio est, custodire quod tenes. RVPERTVS. Vel
quia ab homine exegit pro retributione deus fidem per dilectionem operantem, ait scriptura, Tulit dominus
deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret eum. Quid enim operaretur?
aut à quo custodiret eum? Operaretur vtique opus dei, quod non est aliud, nisi opus fidei, nisi officium spei, nisi
obsequium charitatis. Quasi verò & nunc aliter agat deus, aut aliter acceptum habeat nisi per fidem. Itaque vt
operaretur per fidem, idcirco tulit eum in paradisum, & vt custodiret eum, scilicet ne deserta fide, vel dilectione
creatoris, simul perderet datum optimum. Igitur verè bonus & sapiens deus, & prior dedit, & cum rationabili cõ- Vbi sup. art.
D ditione dedit paradisum homini. THOMAS. Verba ista dupliciter possunt intelligi. Vno modo, quod deus 3. in cor. q.
posuit hominẽ in paradiso, vt ipse deus operaretur, & custodiret hominẽ. Operaretur (inquam) iustificando ipsum.
Cuius operatio si ab homine cesset, continuò obtenebratur, sicut aër obtenebratur, si cesset influentia luminis. Vt
custodiret verò ab omni corruptione & malo. Alio modo possunt intelligi, vt homo operaretur & custodiret pa
radisum. Nec tamẽ illa operatio esset laboriosa sicut post peccatũ, sed fuisset iocunda propter experiẽtiam virtutis
naturę. Custodia etiã illa nõ esset cõtra inuasorẽ, sed esset ad hoc, quod homo sibi paradisum custodiret, ne ipsum
peccãdo amitteret. Et hoc totũ in bonũ hominis cedebat. CAIETANVS. Vt operaretur & custodiret illũ.
Vnde etiã iuxta Hebræũ habeť, ad seruiendũ ei, & custodiendũ ipsum. Cùm hęc pronomina in textu Hebręo sint
fœminini generis (ac per hoc nec referant deũ nec hominẽ) manifestũ est quod referunt hortũ. Vniuersamq; agri-
culturã duobus officiis Moyses cõprehendit, altero ad bonũ procurandũ, altero ad seruandũ à malo. Officia quęq;
opportuna ad bonum arborũ, significantur dicendo, ad seruiendũ ei, officia verò quæcũq; exercere oportet ad cu-
E stodiendum à malis easdẽ arbores, significãtur dicendo, & ad custodiendũ ipsum, vtroq; enim genere officiorũ e-
gere hortos, experiẽtia cõtinua testatur. Et per hoc describitur, quod prima ars indicta homini fuit agricultura. Et
meritò prima, quoniã erat necessaria ad victũ ipsius hominis etiã in illo statu innocentię & naturali ordine pri-
mum occurrit agricultura, quàm cura ouium, & quæcunq; alia ars. Vnde etiam de Noë post diluuiũ dicitur, quod
vacauit agriculturæ, Genesis nono. AVCTOR CATE. Vt operaretur & custodiret illum. Hebraica litera
est לְעָבְדָהּ וּלְשָׁמְרָהּ leabda vlsamra, Vt operaretur eam, & custodiret illã, homo scilicet paradisum, qui apud He-
bræos est fœminini generis. Septuaginta ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν, Ad operandum eum & custodiendum.
Abda verò, seruire, ministrare, operari, & laborare significat. Quo factum est, vt & aliqui ad seruiendum ei, aliqui
vt coleret eum verterint. Chaldaica, Vt operaretur eũ & custodiret illum, habet. In hortum igitur delitiarũ po-
suit deus hominem, vt ibi suauiter, & sine operoso labore vel fatigatione aliqua vesceretur de fructibus paradisi,
cum insigni oblectamento animi & corporis excoleret, & operaretur terrã, negligentiaq; sua nõ amitteret, quod
F ex gratia tanta susceperat, ne aliquid admitteret, vnde expelli mereretur. GREGORIVS NYSSENVS. In lib. de ho
Quis igitur huius nobilitatem animalis dignè admirabitur? quod in se ipso immortalibus mortalia copulat, & ra mine.
tionalia irrationalibus colligat, in sui ipsius natura totius creationis simulachrum ferens. Quibus de causis & par
uus mundus dictus est, qui tanta à deo dignus est factus prouidentia, cuius gratia sunt omnia præsentia & futura.
Propter quem & deus homo factus est, qui in incorruptibilitatem desinens, & mortalitatẽ effugiens, in cœlis re-
gnat, & secundũ imaginem & similitudinem dei factus, cum Christo cõuersatur, dei quoq; filius est, omniũ prin-
cipatui & potestati præsidens? Quis verò præclaras huius animalis dotes explicare potest? pelagus pertransit, cœ-
lum contemplatione intrat, astrorum motus & interualla dinoscit, terram & mare ad suam vtilitatem vendicat,
feras & cete contemnit, omnem disciplinam, artem & methodum dirigit, absens per literas quos vult alloquitur,
nullo à corpore impeditur, diuinatur futura, omnibus dominatur, cuncta possidet, ex omnibus voluptatẽ accipit,
angelis & deo loquiť, creatori iubet, dęmonibꝰ pręcipit, horũ naturã perscrutatur, deũ inuestigat, dei domꝰ & tem
plum fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum fit. Atque cum hæc omnia possideat, per virtutes & pietatem proficit. Quanta igitur ingenuitate præditi simus cognoscentes, & quoniam planta existimus cœlestis, naturam nostram minimè deturpemus aut vilipendamus, neue tantis dei largitionibus indigni appareamus, neque nos ipsos tanta potestate, gloria & beatitudine prauemus, pro pusillo tempore & breui voluptate, omnium æternorum bonorum perdendo delitias, sed per iustas operationes, malorumq; abstinentiam, & rectam intentionem, cui maximè deus cooperari consueuit, atq; orationes, nobilitatem conseruemus. DAMASCENVS. Fecit igitur deus hominem purum, prauitateq; carentem, rectum, fortem, iocundum, securum, omni virtute decorum, bonis omnibus ornatum, veluti quendam secundum mundum, in magno quidem mundo paruum, angelum alterum, adoratorem mixtum, inspectatorem visibilis creaturæ, discipulum intellectualis, eorum quæ in terra sunt regem, rectum desuper, terrenum simul & cœlestem; temporalem & immortalem, visibilem & intelligibilẽ, medium magnitudine & humilitate, eundem spiritum & carnem, spiritum propter gratiam, carnem propter elationem. Illum quidem vt maneat, & glorificet tantorum bonorum indultorem, hanc verò vt patiatur, & patiens reminiscatur, & castigetur. Magnitudine largitionum multum honoratum, animal hic dispensatum, hoc est, in præsenti vita, & alium in locum transmittendum in futuro seculo, & quod finis est mysterij, accessu ad deum, deificandum. Deificandum autem, non translatione in diuinam substantiam, sed diuina irradiatione. Fecit autem natura insontem, voluntate liberum. Insontem autem dico, non quod non esset peccati susceptiuus (nam sola diuinitas peccatum suscipere nequit) sed quod in eo secundum naturam peccare situm non esset, verum potius secundum voluntatis delectum, id est, potestatem haberet, & manendi & proficiendi in bono, diuinq; cooperator gratiq, identidem & mutari ex bono, & in malũ prolabi, deo id permittente propter liberam ipsius potestatem. Nam non virtus, quod violentia sit factum.

Mysticè. EVCHERIVS. Mysticè autem, Tulit dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso, assumpsit deus carnem, & factus est caput ecclesiæ. Vt operaretur & custodiret illum, id est, voluntate patris ex omnibus gentibus ecclesiam impleret. ISIDORVS. Atque vt impleretur sermo quem dominus dixit, Ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, custodiui.

7 Præcepitque ei, dicens, *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

7 CHRYSOSTOMVS. Porrò vt hęc quæ iam erant condito homini, ita & quę sequuntur, magnã & excellentem dei in illum nobis declarãt misericordiam, quam sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura? *Præcepitque ei, dicens, Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* GREGORIVS NYSSENVS. Obseruare dignum est, in tota mundi conditione dictum esse, Dixit deus, Fecit deus, quæ quidem vox deus, propriè opificem signat. Domini autem appellatio, propriè principis ac regis potestatem significare videtur. Meritò igitur cum deus Adæ iniungeret, scriptum est iuxta aliam literam, Et mandauit dominus Adæ: vt simul deum opificem regémque omnium declararet. IDEM IN CANTICA CANTICORVM. Huius rei gratia neque prohibitam arborem ficum fuisse existimamus, alioquin etiam nunc minimè esui apta esset, simulq; à domino didicimus, nihil inquinatum esse eorum quæ mandi possunt, quæque os hominis intrant. Sed alia huiúsce præcepti quærenda ratio est, quæ digna tanto imperatore ac legislatore sit. Mirum enim valde est, duas arbores inter se diuersas, simul in medio paradisi esse potuisse. Neque enim in circulo perfecto atque absoluto, duo puncta simul esse possunt, tum etiam mirabile dictu est, deum qui omnia valde bona fecit, arborem vitæ, & arborem mortis fecisse, de qua dictum est, Quacũque die ex eo comederis, morte morieris. Id igitur nisi quis per philosophiam altius contemplatus fuerit, fabulosum vtique videbitur. BASILIVS. Sciendum autem mandatum quod obedientiam hominis probaret, datũ fuisse, vt manus abstinendo, patientiæ coronam iustè sibi cõpararet. GREGORIVS

Cap.13. TRIGESIMO QVINTO MORALIVM. Sciendum verò est, quod nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitti. Neque enim mala in paradiso arbor extitit, quam deus homini ne contingeret interdixit. Sed vt per melius obedientiæ meritum homo bene conditus creseeret, dignum fuerat vt hunc etiam à bono prohiberet, quatenus tanto verius hoc quod ageret, virtus esset, quanto & à bono cessans, auctori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum quod illic dicitur, Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientiæ boni & mali ne tetigeritis. Qui enim ab vno quolibet bono subiectos vetat, necesse est vt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si à bonis omnibus penitus repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores ad esum dominus concessit, cum ab vna prohibuit, vt creaturam suam quam nolebat extingui, sed prouehi, tanto facilius ab vna restringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. GREGORIVS NYSSENVS. Sed si immortalis homo conditus est, quomodo illi concessum est, vt de ligno paradisi comederet? Id futuræ necessitatis prouidentia fuit, quæ post peccatum Adæ contigit. Nam vt operaretur in paradiso vocatus erat, sed non vt manducaret. Vt cum ob præcepti negligentiam in necessitatem

Cap.20. CIVITATE DEI. Aliter. Licet morituri non essent primi parentes nisi peccassent, alimentis tamen vt homines vtebantur, nondum spiritalia, sed animalia corpora terrena gestantes. Quæ licet senio non veterascerent, vt necessitate perducerentur ad mortem, qui status eis de ligno vitæ quod in medio paradisi cum arbore vetita simul erat, mirabili dei gratia præstabatur, tamen & alios sumebant cibos præter vnam arborem quæ fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientiæ bonum, quæ magna virtus est rationalis creaturæ, sub creatore domino constitutæ. Nam vbi nullum malũ tangebatur, profectò si prohibitum tangeretur, sola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis quæ sumebant, ne animalia corpora molestiæ aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent. De ligno autem vitæ propterea gustabatur, ne mors eis

vndecunq;

A vndecunque subreperet, vel senectute confecti decursis temporum spaciis interirent, tanquam cætera essent alimento, illud sacramento, vt sic accipiatur fuisse lignum vitæ in paradiso corporali, sicut in spiritali, hoc est, intelligibili paradiso sapientia dei, de qua scriptum est, Lignum vitę est omnibus amplectentibus eam. SEVERIANVS. Tres ergo arborum differentiæ erant in paradiso. Vna quidem data illi erat vt viueret, altera verò vt bene viueret, tertia vt semper viueret. CAIETANVS. Nos ergo non dicimus hominem ante peccatum fuisse immortalem, quoniam mors naturalis est homini ex necessitate materiæ, sed dicimus quod fuisset seruandus à morte diuino beneficio, quo homo priuatus est merito peccati inobedientiæ, & propterea mors quæ absolute erat homini naturalis, effecta est etiam pœna peccati primi hominis, ita quod nunc mors est nobis & naturalis & pœna peccati. AMBROSIVS. Antiqua litera habet, de ligno autem quod est scientiæ boni & mali, non edetis. Qua die autem manducaueritis ex eo, morte moriemini. Qua ratione vbi præcepit ex omni ligno edendum, singulariter dixerit, Edes, Vbi autem de ligno scientiæ boni & mali, pluraliter edetis dixerit, non ociosa quæstio.

B Verùm si diligenter intendas, scripturarum auctoritate absolui potest. Quod enim bonum, hoc est faciendum. Quod autem bonum & faciendum, consonans & adhærens. Quod verò turpe, hoc dissonans, incompositum, atque indiscretum est. Et ideo dominus vnitatem semper intendens, secundum vnitatem præcepit. Denique vnitatem operatur, qui fecit vtraque vnum. Nec solum vtraque, sed etiam omnes vnum fecit. Omnes enim vnum corpus, & vnum spiritum esse nos iussit. Per omnia autem primogenitus cum sit in vnitate cum patre, coniunctis- Ioan.19.
simus patri semper est, quia verbum erat apud deum. Denique ait, Ego & pater vnum sumus, vt vnitatem sibi ma- Ioan.17.
iestatis & diuinitatis cum patre esse monstraret. Sed & nos vnum esse præcepit, & suæ naturæ vnitatis similitudinem in nos gratiæ adoptione transfudit dicens, Pater sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint. Ergo vbi bonum præcipit, tanquam ad vnum præcipit, dicens, Edes, vnitas enim præuaricari non potest. Vbi verò de ligno scientiæ boni & mali dicit non esse gustandum, quasi ad plures dicit, Non edetis. Quod enim prohibitorium est, tanquam pluribus imperatur. Ego tamen aliud puto, & quid futurum sit, in ipso iam dei sermone re-

C perio. De omni ligno gustandum Adæ soli præcepit, quem seruaturum sciebat. De ligno autem scientiæ boni & mali non esse gustandum, iam non singulariter sed pluraliter dicit. Sciebat enim præuaricaturam mulierem, & ideo per pluralitatem ostendit non seruaturos, quia plurium discreta sententia est. Et quantum ad Septuaginta virorum sententiam spectat, solutum est quod mouebat. Sed quia Symmachus vtrunque singulariter dixit, intel- Deut.6.
ligimus id secutum, quia in lege quoque cum populum alloquitur deus, singulariter loquitur, sicut habes, Audi Israël, dominus deus tuus, dominus vnus est, & diliges dominum deum tuum. Nec mihi præiudicat Symmachi interpretatio, qui vnitatem patris & filij videre non potuit, & si aliquotiens in sermone & Aquila & ipse confessi sint. Nec quisquam de eo quod præuaricaturum populum diuina mandata singulariter alloquitur, putet superiori nostro obuium esse sermoni, quia populus Iudæorum etiam singulariter data præscripta violauit. Lex enim spiritualis est. Et ideo alterum in sermone, alterum in prædestinatione diuino populum deus alloquebatur oraculo.

D Denique ait, Non coques hœdum in lacte matris suæ. Facilis ab hinc præceptorum cœlestium series videretur, ni- Exo.23.
si quæstionem plurimi commouerent. Quibus responderi oportet à nobis, ne simplices mentes malitiosa interpretatione traducant. Apelles enim sicut habes in trigesimo & octauo tomo eius, hanc quæstionem proponit. Si homo non gustauerat mortem, vtique quam non gustauerat, scire nõ poterat. Ergo si non gustauerat, nesciebat, si nesciebat, timere non poterat. Frustra igitur deus mortem pro terrore obiecit, quam homines non timebant. Hoc autem facile ex communis naturæ vsu absolutionem habet. Est enim natura insitum omnibus, vt etiam quę nondum sibi nocere experta sunt, quasi noxia reformident. Vnde enim columbæ in ipso ortus sui visu terror accipitris? Vnde lupi ouibus formidabiles? pullis milui? Quod si in his quæ irrationabilia sunt animantia, quidam de aduerso genere animantium naturalis est terror, vt etiam irrationabilia sensum fugiendæ mortis accipiant, quanto magis in primo homine rationis vtique plenissimo, naturalis quædam opinio mortis debuit esse vitandæ? EVCHERIVS. Vel sicut nos scimus resurrectionem quam nunquam experti sumus, nec vidimus, ita

E & ille sciebat mortem, non adhuc per experientiam, sed per scientiam, sciebat quippe quid esset. Et per priuationem vitæ sciebat, quod exiens anima à corpore, facit mortem, & dum reuersa fuerit in corpore, facit resurrectionem, ita & ille sciebat mortem per præuaricationem vitæ. AMBROSIVS. Iterum quæstio seritur. Qui nescit (inquit) bonum & malum, ne ipsum quidem nouit esse malum non seruare mandatum, nec ipsum bonum nouit, quod est obedire mandato. Et ideo quia non nouerat, venia (inquit) dignus fuit, quia non obediuit, non condemnatione. Sed considerare potuit homo ex his quæ deus antè ei contulerat, quod insufflationem dei accepit, quod erat in paradiso voluptatis locatus, summam auctori obedientiam deferendam. Et ideo si vim nescebat boni & mali, tamen quia tantorum auctor dixerat, de ligno scientiæ boni & mali non esse gustandum, fidem præceptori seruare debuerat. Non enim ab eo peritia, sed fides exigebatur. Intelligebat vtique omnibus præminere, personam iubentis spectare debuerat, & si non intelligebat vim qualitatémque iussorum, sciebat tamen præcep-

F tori deferendam esse reuerentiam, habebat in natura hanc opinionem, & si non habebat iudicium boni & mali. Denique & mulier serpenti dicit, Ex omni ligno paradisi manducabimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, non manducabitis ex eo. Ita ergo sciebat obediendum esse mandato, vt diceret, Ex omni fructu manducabimus, quod dominus imperauerat, de ligno autem ligni quod est in medio paradiso, imperatum à deo dicit non esse gustandum, ne morte morerentur. Ergo sciuit deferendum esse mandato, sciuit vtique malum esse præuaricari, & ideo iustè præuaricata damnatur. Iterum alia quæstio subrepit, vnde mors acciderit Adæ, vtrum à natura ligni eiusmodi, an verò à deo? Si naturæ hoc ligni ascribimus, videtur ligni huius fructus viuificanti insufflationi dei præstare, siquidem viuificauerat insufflatio, fructus huius ligni traxit ad mortem. Aut si deum operatorem mortis esse memoramus, dicunt quod gemina eum opinione accusemus, quod aut ita immitis, vt noluerit ignoscere cum posset ignoscere, aut si ignoscere non potuit, videatur infirmus. Videamus igitur quomodo diluendum sit, nisi fallor, quia mortis causa inobedientia fuit, & ideo homo ipse sibi mortis est causa, non habens deum suæ mortis auctorem. Neque enim si medicus præscripserit ęgrotanti à quibus videatur cauen-

 dum, atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, atque ille ab interdictis non putauerit abstinendum, causa ei mortis est medicus, sed vtique ipse sibi reus G
mortis est propriæ. Itaque deus quasi bonus medicus prohibuit ne Adam nocitura gustaret. Iterum quæstio. Superfluo præcepit primoplasto illi Adæ, quod eum nouerat minime seruaturum. Nihil autem deus superfluo facit,
Ergo non est scriptura ex deo. Hoc enim obiiciunt qui vetus non recipiunt testamentum, & has interserunt quæ-
stiones. Verùm hi sua sententia & opinione vincendi sunt. Cum enim noui testamenti non refutant fidem, exem
plo sunt arguendi, vt vetus credant. Quoniam cum sibi diuina præcepta & facta conueniãt, vnius auctoris testa-
mentum vtrunque liquet esse credendum. Discant igitur non superfluum, non iniustum etiã præuaricaturo præ-
scriptum esse mandatum. Nam & ipse dominus Iesus elegit Iudam quem proditorem sciebat. Quem si per im-
Ioan.13. prudentiam electum putant, diuinæ derogant potestati. Sed hoc extimare non possunt, cum scriptura dicat, quia
sciebat Iesus quis eum proditurus esset. Conticescant igitur repugnatores isti veteris testamenti. Sed quoniam e-
tiam gentilibus si fortè istud obiecerint, respondendum videtur, quia exemplum nõ recipiunt, rationem exigunt,
accipiant etiam ipsi qua ratione dei filius vel præuaricaturo mandauerit, vel elegerit proditurum. Venerat domi- H
nus Iesus omnes saluos facere peccatores, etiam circa impios ostendere suam debuit voluntatẽ. Et ideo nec pro-
diturũ debuit prẽterire, vt aduerterent omnes, quod in electione etiam proditoris sui, seruandorum omnium in-
signe prætendit, necin eo læsus est, vel Adam quia mandatum accepit, vel Iudas qui electus est. Non enim ne-
Matth.15. cessitatem deus vel illi præuaricationis, vel huic proditionis imposuit, quia vterque si quod acceperat custodisset,
à peccato potuit abstinere. Denique nec Iudæos omnes crediturosscie bat, & tamen ait, Nõ veni nisi ad oues per-
ditas domus Israël. Ergo non in mandãte culpa est, sed in prævaricante peccatum est. Et quod in deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare. Nec tamen dico, quia præuaricationem nescebat futuram, imò quia
sciebat assero. Sed non ideo pereuntis proditoris inuidiam in se debuit deriuare, vt ascriberetur deo quod vterque
sit lapsus. Nunc autem vterque redarguitur, atque reconuincitur, quia & ille mandatũ ne laberetur accepit, & hic I
etiam in apostolatus munus ascitus est, vt vel beneficio dei reuocaretur à proditionis affectu, simul vt dum alij
reuincuntur, prodesset omnibus. Nõ enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Non consistente autem
peccato, non solum malitia, sed etiam virtus fortassè non esset, quæ nisi aliqua malitiæ fuissent semina, vel subsi-
stere, vel eminere non posset. Quid est enim peccatum, nisi prævaricatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia
præceptorum? Sed videamus qua ratione dominus deus Adæ dixerit, Morte moriemini, quid intersit vtrum ali-
quis dicat moriemini, an addat, morte moriemini. Ostendere enim debemus nihil superfluũ in dei esse mandato.
Puto secundum scripturas, quia vita viuere, admirabilẽ quandam illam vitam beatámque significet, & hunc vi-
uendi vsum spirandiq; munus, cum beatæ vitæ gratia veluti coniunctum, & quadam participatione permixtum,
demonstrare videatur. Hoc est enim vita viuere, virtute viuere, beatæ vitæ actus habere in istius corporis vita. Cõ
tra autem morte mori, quid est aliud, nisi cum morte corporis deformitatẽ significare morientis, cuius & caro cõ
muni viuendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ vsum habere non possit. AVCTOR CATE. Vel
Hebraismus est, & perinde est, ac si diceretur, mortẽ incurretis. HIERONYMVS IN QVAESTIONI- K
BVS HEBRAICIS. Sed melius interpretatus est Symmachus, dicens, Mortalis eris. AVGVSTINVS
OCTAVO DE GENESI AD LITERAM. Si aliquid mali esset lignum illud, vnde prohibuit ho-
minem deus, eius ipsius mali natura venenatus videretur ad mortẽ. Quia verò ligna omnia in paradiso bona plan
tauerat, qui fecit omnia bona valde, nec vlla ibi natura mali erat, quia nusquam est mali vlla natura, ab eo ligno
quod malũ non erat, prohibitus est, vt ipsa per se præcepti conseruatio, bonum illi esset, & transgressio malũ. Nec
potuit melius & diligentius cõmendari quantum malum sit sola inobedientia, cum ideo reus iniquitatis factus
est homo, quia eã rem tetigit cõtra prohibitionẽ, quã si non prohibit⁹ tetigisset nõ vtiq; peccasset. Nam qui dicit,
verbi gratia, noli tangere hanc herbã, si fortè venenosa est, mortemq; prẽnũciat, si tetigerit, sequitur quidem mors
cõtẽptorẽ præcepti, sed etiã si nemo prohibuisset atq; ille tetigisset, nihilominus vtique moreretur. Illa quippe res
contraria saluti vitæq; eius esset, siue inde vetaretur, siue non vetaretur. Itẽ cum quisque prohibet eam rem tangi,
quæ non quidem tangenti, sed illi qui prohibuit obesset, veluti si quisquam in alienam pecuniam misisset manũ, L
prohibitus ab eo cuius erat pecunia illa, ideo esset prohibito peccatum, quia prohibenti poterat esse damnosum.
Cum verò illud tangitur, quod nec tangenti obesset, si non prohiberetur, nec cuiquam alteri quamlibet tangere-
tur, quare prohibitũ est, nisi vt ipsius per se bonum obedientiæ, & ipsius per se malũ inobedientiæ monstraretur?
Denique à peccante nihil aliud appetitũ est, nisi non esse sub dominatione dei, quando illud admissum est, in quo
ne admitteretur, sola deberet iussio dominantis attendi. Quæ si sola attenderetur, quid aliud quàm dei voluntas
humanæ voluntati prẽponeretur? Oportebat ergo vt homo sub deo positus, aliunde prohiberetur, vt ei promeren
di dominũ suum virtus esset ipsa obedientia, quam possumus verissimè dicere solam esse virtutẽ omni creaturæ
rationali agenti sub dei potestate, primumq; esse & maximũ vitium tumoris ad ruinam, velle sua potestate vti, cu
ius vitij nomen est inobedientia. Dominus quidẽ cur iusserit viderit, faciendũ est à seruiente quod iussit, & tunc
fortè videndum est à promerente cur iusserit. Sed tamen vt causam iussionis huius nõ diutius requiramus, si hęc
ipsa magna est vtilitas hominis quod deo seruit, iubendo deus vtile facit, quicquid iubere voluerit, de quo me- M
tuendũ non est, ne iubere quod inutile est possit. Nec fieri potest, vt voluntas propria nõ grandi ruinæ pondere su
per hominẽ cadat, si eam voluntati superioris extollendo præponat. Hoc expertus est homo cõtemnens præceptũ
dei, & hoc experimento didicit, quid interest inter bonũ & malum, bonũ scilicet obedientiæ, malũ autem inobe-
dientię, id est, superbiæ & cõtumaciæ, peruersę imitationis dei, & noxiæ libertatis. Hoc autẽ in quo ligno accidere
potuit, ex ipsa re vt iam supradictũ est, nomen accepit. Malũ enim nisi experimento non sentiremus, quia nullum
esset si non feciſsemus. Frustra autẽ nonnulli acutẽ obtusi sunt, cum requirunt, quomodo potuerit appellari lignũ
dignè scientiæ boni & mali, antequam in eo transgressus esset homo præceptum, atq; ipsa experientia dinosceret,
quid interest inter bonum quod amisit, & malum quod admisit. Lignum enim tale nomen accepit, vt eo secun-
dum prohibitionem non tacto, caueretur, quod eo contra prohibitionem tacto sentiretur. Neque enim quia in-
de contra præceptum manducauerunt, ideo factum est illud lignum lignum scientiæ boni & mali, sed vtique e-
tiam si

A tiam si obedientes essent, & nihil inde contra præceptum vsurpassent, id recte vocaretur, quod ibi eis accideret, si
vsurpassent. Quemadmodum si vocaretur arbor saturitatis, quod inde possent homines saturari, nunquid si nemo
vsurpassent. Quemadmodum si vocaretur arbor saturitatis, quod inde possent homines saturari, nunquid si nemo
accessisset, ideo nomen illud esset incognitum? quandoquidem cum accederent & saturarentur, tunc probarent,
quàm hoc recte arbor illa vocaretur. Meritò sanè quæritur, vtrum hoc præceptum viro tantum dederit deus, an
etiam fœminæ? Sed nondum narratum est quemadmodum facta sit fœmina. An forte iam erat facta, sed hoc quę-
admodum gestum sit quod prius erat gestum, postea recapitulando narratum est? Verba enim scripturæ sic se ha-
bent. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens, non dixit præcepit eis. Deinde sequitur, Ab omni ligno quod est in
paradiso escam edes, non dixit edetis. Deinde adiungit, De ligno autem cognoscendi bonum & malum, non mã
ducabitis de illo. Iam hic tanquam ad ambos pluraliter loquitur, & pluraliter præceptum terminat, dicens, Qua
die autem ederitis, ab eo morte moriemini. An sciens quod ei facturus erat mulierem, ita præcepit ordinatissimè,
vt per virum præceptum domini ad fœminam peruenireť Quam disciplinam & in ecclesia seruat Apostolus, di-
B cens, Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent. AVCTOR CATENAE. Nam quod &
mulieri sicut viro hoc fuerit præceptum, palam est ex capitulo sequenti, vbi ipsamet loquitur ad serpentem. De
fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur, de fructu verò qui est in medio paradisi præcepit nobis deus ne
comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. AVGVSTINVS. Item quæri potest, quomo-
do nunc deus locutus sit ad hominem quem fecit, iam sensu ac mente præditum, vt audire & intelligere loquen-
tem valeret? Neque enim aliter præceptum posset accipere, quo transgressor eius esset, nisi hoc acceptum intel-
ligeret. Quomodo ergo illi locutus est deus? Vtrum intus in mente secundum intellectũ, id est vt sapienter in-
telligeret voluntatem ac præceptum dei sine vllis corporalibus sonis, vel corporalium similitudinibus rerum?
Sed non sic existimo primo homini locutum deum, talia quippe scriptura narrat, vt potius credamus sic esse de-
um locutum homini in paradiso, sicut etiam postea locutus fuit patribus, sicut Abrahæ, sicut Moysi, id est in a-
liqua specie corporali. Hinc est enim quod audierunt eius vocem ambulantis in paradiso ad vesperam, & ab-
sconderunt se. IDEM TERTIO DECIMO DE CIVITATE DEI. Cum ergo requiritur, Cap.12.
C quam mortem deus primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, nec
obedientiam custodirent, vtrum animæ an corporis, an totius hominis, an illam quæ secunda dicitur? respon-
dendum est, omnes. Prima enim constat ex duabus, secunda ex omnibus tota. Sicut enim vniuersa terra ex
multis terris, & vniuersa ecclesia, ex multis constat ecclesiis, sic vniuersa mors ex omnibus. Quoniam prima
constat ex duabus, vna animæ, altera corporis, vt sit prima totius hominis mors, cum anima sine deo & sine
corpore ad tempus pœnas luit, Secunda verò, vbi anima sine deo cum corpore pœnas æternas luet. Quando er-
go dixit deus primo illi homini quem in paradiso constituerat, de cibo vetito, Quacunque die ederitis ex eo,
morte moriemini, non tantum primæ mortis partem priorem, vbi anima priuatur deo, nec tantum posterio-
rem, vbi corpus priuatur anima, nec solum ipsam totam primam, vbi anima & à deo, & à corpore separata pu-
nitur, sed quicquid mortis est vsque ad nouissimam quæ secunda dicitur, & qua est nulla posterior, comminа-
D tio illa complexa est. GREGORIVS IN REGESTO. Si Adæ qui primus peccauit, anima in peccato 1.lib.6.cap.
mortua non est, quomodo de ligno vetito ei dictum est. In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemi- 195.
ni? Ecce comedit Adam & Eua de ligno vetito, & tamen in carne sua vltra nongentos annos postmodum vixe
runt. Constat itaque quod in carne non est mortuus. Si ergo in anima mortuus non est (quod dici nephas est) fal
sam sententiam de illo protulit deus qui dixit, quia qua die comederet moreretur. Sed absit hic error, absit à vera
fide. Nos enim primum hominem qua die peccauit, anima mortuum dicimus, atque per hunc omne genus huma
num in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Per secundum verò hominem, & modo à morte animæ, &
postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse confidimus. Sicut autẽ & prę-
dictis responsalibus diximus, Adæ animam in peccato mortuam dicimus, non à substantia viuendi, sed à qua-
litate viuendi. Quia enim aliud est substantia, atque aliud qualitas, non est eius anima ita mortua vt non esset, sed
ita mortua, vt beata non esset. Qui tamen Adam postmodum per pœnitentiam ad vitam rediit. EVCHERI-
E VS. Mortem igitur dicit animæ, non corporis, quia non eo tempore mortui sunt, quando comederunt. Ergo
hanc quam nunc deus comminatus est mortẽ, non eam debemus accipere, qua caro separatur ab anima, sed hanc
qua hæc alienatur à deo qui est vita sua, tanquam si diceret, qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram
vos per iustitiam. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatè viuat, viuit ex deo. Ergo deserta à deo ani
ma, iure dicitur mortua, ex qua tres postea sequutæ sunt mortes. Prima in anima, secunda in carne, tertia in dam-
natione. Sed vt istæ sequerentur, prima præcesſit desertio dei. ORDINARIA. Duplex hic mors significa-
tur. Animæ, deo discedente propter peccatum, qui est eius vita: & corporis, quam in fine vitæ primus homo acce-
pit, cuius necessitatem post peccatum statim incurrit. AVCTOR CAT. Et ad hoc exprimendum, alia trãs
latio habet, mortalis eris. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS VETERIS TESTAMENTI. Et
hanc duplam mortem Christus sua simpla morte destruxit. Nam sola carne mortuus est ad tempus, anima verò
F nunquam, quia nunquam peccauit. CAIETANVS. Aliter. Esse sermonem de morte corporis testatur Pau
lus Apostolus ad Romanos quinto, dicendo, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ
mors, & ita in omnes mors pertransiit. Constat siquidem, quod de morte corporis Paulus loquitur. Nec intelligi-
tur quod in die comestionis actualiter moreretur, sed quod necessitatẽ moriẽdi incurreret. CHRYSOSTO-
MVS. Et præcepit dominus deus Adæ. Ecce iterum hic etiam eadem cõsuetudine vtitur, vt cum sæpe idem in-
culcatur, diligentiori memoria doctrina suscipiatur, neque vltra feramus temere nomina discernentes, qui aliud
patri, aliud filio tribuunt, quorum vna tamen est essentia. Et idcirco indiscriminatim tribuit scriptura hanc appel
lationem, nunc patri, nunc filio. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens. Dignum & hic fuerit obstupescere mise-
ricordiam dei, quæ omnem transcendit rationem, quam breui hoc verbo nobis exhibet. Et præcepit (inquit) Vide
statim ab initio quanto honore hominem prosequitur. Neque enim dixit, imperauit, vel iussit, sed quid: præcepit,
sicut amicus amico de rebus necessariis præcipiens, loquitur, ita & deus humanæ naturæ, quasi hoc honore ad obe

Universidad de Deusto
Biblioteca

diendum his, quæ à se præcipiebãtur, attracturus. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens: De omni ligno quod est G
in paradiso comedendo comede, de ligno autem sciendi bonum & malum ne comedatis. Quocunq; autẽ die comederitis ex eo, morte moriemini. Magna huius præcepti facilitas est. Sed dilecte graue malum est desidia, facitq;
vt facilia omnia videantur difficilia, sicut studio & vigilantia, etiam omnia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt.
Quid enim dic quæso, hoc mandato facilius? quid hoc honore maius? Concedebat versari in paradiso, & visibilium
formositate oblectari, & aspiciendo exhilarari, & fruendo magnam voluptatem percipere. Cogita quam iocundũ
fuerit videre arbores fructibus oneratas, florum varietatẽ, herbarum diuersitatem, foliorum comas, atq; alia quæ
verisimile est in paradiso esse, & in paradiso à deo plantato. Propter hoc enim superius diuina scriptura dixit, ori-
riq; fecit adhuc ex terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendũ, vt scire possimus, quo-
modo fruens tanta vbertate, per magnam intemperantiam & desidiam, datum sibi mandatum præuaricatus sit.
Cogita obsecro honoris eminentiam, qua illum prosequutus est, data illi mensa propria & segregata in paradiso,
vt ne putet eandem sibi & iumentis instrui, sed haberet, quasi rex in paradiso agens, delitiarũ copiam, & quasi do H
minus aliam quam ministri habitationem sortiretur. Et præcepit dominus deus Adæ, dicẽs: Ex omni ligno quod
est in paradiso comedens comede, ex ligno autem sciendi bonum & malũ, ne comederitis ex eo. Nam quocunq;
die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad illum, Nõ molestum aliquid & graue petam ex te, frui enim
omnibus tibi permitto. Vnum præcipio, ne tetigeritis. Et magnam pœnam decerno, vt vel timore coercitus, dati
à me mandatum custodias. Hæc faciebat quasi dominus aliquis liberalis, domum magnam alicui cõcredens, & vt
dominium sibi saluũ maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo præscribat. Sic sanè & misericors noster
dominus, concesso omnium quæ in paradiso sunt fructu, ab vno tãtum ligno abstinere iussit, vt scire debeat, quod
sit sub domino, cui obedire debeat, & parere si quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur communis o-
mnium nostri patris liberalitatem? Cum nullum adhuc bonitatis specimen præse ferret Adam, tanta à deo benefi
cia accepit. Neque enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionem, neq; à pluribus abstinere iussit, & cæteris frui, sed I
participem omnium quę sunt in paradiso esse voluit, ab vno solo ligno abstinere præcipit, monstrans re ipsa, nul-
lius alterius gratia hoc ipsum se facere, quàm vt tantorum beneficiorum auctorem agnoscere possit. Et considera
cum aliis etiam hic bonitatem dei, quanto honore etiam mulierem prosequitur, quæ ex illo formãda erat. Non-
dum enim ea producta, quasi vtriq; mandaret, dicebat, Ne comederitis ex eo, & quocunq; die comederitis, morte
Ephe.5. moriemini, manifestans supra & ab initio, quod vnum sunt vir & mulier, sicut & Paulus inquit, Caput viri muli-
er. Et propterea quasi vtriq; loquitur, vt posthac formata ex viro muliere, occasionem illi præbeat docẽdi illã præ-
cepta. SEVERIANVS. Non desunt hic qui dicant, maximè hi qui ab impio Porphyrio sunt, quanã de cau-
sa vetauit deus cognitionem boni & mali? Esto malũ vetauit, vt quid bonũ? Sed enim scientiam boni minimè pro-
hibuit, illam nanq; Adam habebat. Nam si illam nõ habebat, qui fieri potuit, vt vxorẽ suam cognosceret, vt de na-
tura differens diceret, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea? Quonã autem pacto futura prædicit? Hęc
vocabitur vira, quia de viro suo sumpta est. Propter hęc relinquet homo patrem & matrem. Tot nouerat, & bonũ K
nesciebat? Deum sciebat, nomina rebus imponebat, & cognitionẽ boni nõ habebat? Quid ergo est? Non cognitio
nẽ boni prohibet deus, sed cognitionẽ mali vna cum cognitione boni, haud quaquã esse vult. Idq; ex scriptura fa-
cile soluimus. Ait Paulus, Nõ potestis bibere poculum domini, & poculũ dæmoniorum. Nunquid duo prohibuit?
Et seruator, Nõ potestis deo seruire & Mãmonæ. Ita deus cognitionẽ mali Adam percipere noluit, ne cognitio-
ni boni permisceretur. Cæterum quanã de causa arbor boni & mali nũcuparetur? Num talem habebat naturam?
sed quemadmodum in deserto fons quidam aqua cõtradictionis dictus est, nõ quia bibentes ad cõtradicendũ cõ-
citaret, alioquin Moyses quoq; deo contradixisset, quemadmodum reliquum vulgus, sed quia iuxta illũ populus
Israël deo cõtradixit. Itemq; Iacob deum vidit, & locum speciẽ dei appellauit, ita & lignũ scientiæ boni & mali no-
minatum credimus, scilicet quia omnis qui peccat, in cognitione eorũ quæ peccauit venit. EVCHERIVS,
Vel nõ quod ipsum lignũ in sua natura rationale esset, aut scientiã boni & mali habuisset. Sed quod in eo experiri
& scire potuit, quid esset inter obediẽtiæ bonũ & inobediẽtiæ malũ, & ob hoc prohibetur, vt obseruaret præceptũ, L
& obedientẽ se sub dei nominatione sciret. Ex hac ergo causa ipsum lignũ tale nomẽ accepit. Ligno vitæ vtebatur
quasi ad medicinã, vt incorruptibilis esset, ligno scientiæ boni & mali, quasi veneno, vt morereť, & ne tãto extolle-
retur dominio, sed in obseruatione mãdati sciret se subiectũ creatori suo. IDEM IN QVAESTIONIBVS
VETERIS TESTAMENTI. Quid ergo intelligendũ est de arbore illa scientiæ boni & mali? In primis ne vt
quidam hæretici interpretantur, malorum & bonorum putetur ex hoc cõditor deus. In arbore illa quæcunq; erat,
præceptum dei intelligendum est. Sed in custodia præcepti, scientia erat boni, & in trãsgressione præcepti, scientia
erat mali. Ergo degustata arbore, id est præcepti lege violata, scientia erat mali, quia præcepti legisq; trãsgressum cõ
sequebatur & pœna. RVPERTVS. Dicat aliquis, cur nõ absq; vlla cõditione, absq; vllo præcepto posuit deus
hominẽ in paradiso? Nõne melius fuisset nullum dedisse præceptum, quàm positione præcepti facere præuaricatio-
ni locũ? Vbi enim præceptum nõ esset, nec præuaricatio. Ad hæc inquã. Vnde ergo homo copularetur deo, si nõ il
Hebr.' li subligaretur obedientiæ iugo, si nõ acciperet commissum, in quo deberet fidelis existere deo? Vbi enim nullũ cõ M
missum est, ibi & nulla cõparet fides. Porro sine fide impossibile est deo placere. Sed pergũt quærere adhuc homi-
nes curiosi dei, negligẽtes autem sui, volentes cognoscere sensum domini, & audẽtes cõsilium dare illi. Si (inqui-
unt) deº saluũ aut beatum volebat esse hominẽ, cur nõ fecit incõuertibilẽ? Cur nõ fecit immutabilẽ? Cur nõ statuit
illi naturã nullius tentationis passibilem? Verum cõtra huiusmodi obiecta dicimus, nihil præter deũ incõuertibile
vel incõmutabile esse per naturã, nullamq; nisi proficiẽdo vel operã, cum gratia dei adhibẽdo, statum virtutis in-
cõmutabilem assequi creaturam. Nũc oculis nostris nõ persuasione serpentis, sed in spiritu sancto apertis, mãda-
tum creatoris quod ille infeliciter præuaricatº est, intueamur. Ait enim, Ex omni ligno paradisi comede, de ligno
autẽ scientiæ boni & mali ne comedas. Magna largitas donorũ, & nõ graue largitoris mãdatũ. Ex omni (inquit) li
gno paradisi comede, de ligno autẽ vno ne comedas. Leuis in tãta copia fuisset cõtinẽtia, si nõ defuisset cõtinẽtiæ
dux beniuolẽtia. Illud sanè sciẽdũ est, per anticipationẽ (quod schema Græcè prolepsis dicitur) dictũ hic esse lignũ
scientiæ

A scientiæ boni & mali. Nõ enim ex ore præsentis veritatis dei, dicentis, In quocunque die comederitis ex eo, mor-
te moriemini, sed ex posteriori fallacia diaboli, nominis huius origo manauit, qui manducare persuadens, eritis
(inquit) sicut dij scientes bonum & malum. Dolenda scriptor memoria lignum illud notauit, tanquam diceret,
Ex omni ligno paradisi edendi licentiam dedit, solum illud quod ex euentu per contrarium dicitur scientiæ bo-
ni & mali, lignum interdixit. Verùm tria dixit digna imperare maiestas trinitatis. Ex omni ligno comede, & de
hoc ne comedas, & in quocunque die comederis ex eo, morte morieris. His tribus propositionibus tres ab homi-
ne virtutes exigens, id est, charitatem, spem, & fidem, quas nunc reciprocato ordine à nobis exigit eadem trini-
tas vnus deus, fidem, spem, & charitatem, vt quia ille cadendo descendit, nos resurgentes, à fide per spem ad cha-
ritatem dei ascendamus. Nam in eo quod hominem gratis fecit, & gratis nihilominus in illo voluptatis loco, in
illo tali paradiso delitiis affluenti, patrem futurum multitudinis sanctorum posuit, planè debitorem magnæ cha-
B ritatis eundem sibi effecit hominem, & valde suis beneficiis obligauit. At ille ingratus, tantæ gratiæ debitum cha-
ritatis non rependit, in quo magnitudinem nequitiæ nullus est qui æstimare possit. Item in præcepto dicentis, de
ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, spem insignem exhibere debuit. Spem (inquam) habere, & de bo-
no deo sperare debuit, quod is qui gratis tanta iam bona sibi contulerat, profectò subiectionem & obedientiam
in præcepto custodienti, maiora quæ promittebat, id est, cœlestem paradisum, & sanctorum angelorum societa-
tem quãdoque conferret. At ille proculdubio spei huius virtutem non habuit de futuris, quia videlicet sicut iam
dictum est, charitatem non habens, primum ingratus erat præsentibus bonis. Item in comminatione dicentis, in
quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini, fidem habere debuit, fidem (inquam) habere, & firmiter cre-
dere, quod non inuidendo diuinitatem homini, deus tale lignum interdixisset, sed ineuitabilem præuarications
pœnam veraciter prænũciasset. At illa infelix mulier, infœlicis viri socia, tam in pœna quàm in culpa, serpenti ma
gis quàm deo credidit, & hunc veracem, deum autem (quod auditu quoq; scelus est) per inuidiam mentitum fuis
C se putauit. Ita deus, bonus, sapiens, & iustus naturam suam obseruauit, diuinitatem suam attendit, propositumq;
tenuit, dum in vno præcepto suo tres à creatura sua similitudinis suæ virtutes, id est, fidem, spem, & charitatẽ, quas
offerri sibi dignum erat, rectè exegit. Nos igitur vnũ locuti & aliud, quippe qui in illo vetere parente nostro per-
didimus, & in gratia noui parentis nostri secundi hominis Iesu Christi miserè negligimus, non addamus vltra lo
qui, quod nequissimum est, discutiendo dominum deum nostrum, cur sic vel sic fecerit, cur homini tale præce-
ceptum dederit, vel cur non potius illum quasi pullum onagri liberum natum esse permiserit. Quid ergo inquis? Psalm 113.
Nonne scriptura dicit, Omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo & in terra? Quomodo ergo omnia quęcunque vo-
luit fecit dominus, qui nec illud quod præcepit, quod vtique nisi fieri voluisset, nequaquam præcepisset, ad effe-
ctum perducere valuit? Etenim in isto plasmate suo, fidem spem & charitatem, secundum præceptum suum non
inuenit. Ad hæc inquam. Nequaquam frustratum est consilium vel propositum dei, valenter enim de trunco illo
virtutes illas refloresce fecit. Nam ille quidem ad hoc opus dei mancus extitit, & contra opus vel præceptum
D dei, manus incontinentes per cõcupiscentiam extendit. Sed inuentus est de genere eius homo secundum cor dei,
qui cõtentas ab omni concupiscentia manus, ad pœnalem sibi obedientiam in ligno crucis extendit, & sub pedi-
bus suis conculcato peccato, legenda virtutis exempla multis milibus sequentium se proposuit. HVGO DE In annota.
SANCTO VICTORE. Præcepit ei deus, & cætera. Ecce dat præceptum, per quod si seruaret homo, custo-
diret paradisum, & hoc solum est præceptum. De ligno scientiæ ne comedas. Quod autem præmittitur, Ex omni
ligno paradisi comede, permissio est. Et primùm blanditur permittendo, post durius locuturus in prohibitione.
Sed quæritur, quare absque omni præcepto nõ dedit deus homini quod daturus erat ei? Quare etiam tot permi-
sit, & vnum solùm prohibuit? Quare etiam quod prohibuit nõ præcepit comedere, quod homini esset facilius, &
æquiualens obedientia ad meritum? Præceptum datum est, vt per meritum obedientiæ gloriosius obtineret bo-
num. Multa cõcessa sunt, vt fragilitati humanæ prouideretur, & vt non posset excusari inobedientia. Non præce-
pit comedere de ligno scientiæ boni & mali, vt pura esset obedientia. Causaretur enim diabolus, dicens, non tan-
tum propter præceptum hominem comedere de illo ligno, quãtum pro sua vtilitate. THOMAS. Ex omni Vbi sup. q.
E ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Si ergo homo nõ sibi subueniret de ci- 97. ar. 3. ad. 3
bo, peccaret sicut peccauit sumẽdo vetitum cibum. Simul enim sibi præceptum fuit, vt à ligno scientię boni & ma
li abstineret, & vt de omni alio ligno paradisi vesceretur. IDEM. Quia verò prędictus status hominis ex hoc Opusc. 3. ca.
dependebat, quod humana voluntas deo subiiceretur, vt homo statim à principio assuefieret ad dei voluntatem 188.
sequendam, proposuit deus homini quædam præcepta, vt scilicet ex omnibus aliis lignis paradisi vesceretur, pro-
hibens sub mortis comminatione, ne de ligno scientiæ boni & mali vesceretur. Cuiusquidem ligni esus, nõ ideo
prohibitus est, quia secundum se malus esset, sed vt homo saltem in hoc modico aliquid obseruaret, ea sola ratio-
ne, quia esset à deo præceptum. Vnde prædicti ligni esus factus est malus, quia prohibitus. Dicebatur autem lignũ
illud scientiæ boni & mali, nõ quia haberet virtutem scientiæ causatiuam, sed propter euentum sequentẽ, quia sci- 2. 2. q. 164.
licet homo per eius esum experimẽto didicit, quid interst inter obedientiæ bonũ, & inobedientiæ malũ. IDEM. ar. 1. per totũ
F In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. Si aliquis propter culpã suam priuetur aliquo beneficio sibi da
to, carentia illius beneficij, est pœna culpæ illius. Homini autẽ in sui prima institutione hoc beneficiũ fuit colla-
tum diuinitus, vt quãdiu mens eius esset deo subiecta, inferiores vires animæ subiicerẽtur rationali menti, & cor-
pus animæ subiiceretur. Sed quia mens hominis per peccatũ à diuina subiectione recessit, consecutum est, vt nec
inferiores vires totaliter subiicerẽtur rationi. Vnde tanta est rebellio carnalis appetitus ad rationẽ, vt nec corpus
totaliter subiiciatur animę, vnde consequitur mors, & alij corporales defectus, vita enim & incolumitas corporis
cõsistit in hoc, quod subiiciatur animæ sicut perfectibile suæ perfecti oni, vnde per oppositũ mors & ægritudo, &
quilibet corporalis defectus, pertinet ad defectũ subiectionis corporis ad animã. Vnde patet, quod sicut rebellio
carnalis appetitus ad spiritũ, est pœna peccati primorũ parentum, ita etiam mors & omnes corporales defectus,
vnde Apostolus dicit ad Ramanos quinto, per vnum hominẽ peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ
mors. Nec obstat si dicatur, id quod est homini naturale, nõ potest dici pœna peccati, quia peccatũ nõ perficit na-
turam

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam,sed vitiat, mors autem est homini naturalis, quod patet ex hoc, quod corpus eius ex contrariis cõponitur, G
& ex hoc etiam quod mortale ponitur in definitione hominis, ergo mors non est pœna peccati primorum paren-
tum. Quia respondetur, quod naturale dicitur quod ex principiis naturæ causatur, naturæ autem per se principia
sunt, forma & materia. Forma autem hominis est anima rationalis, quæ de se est immortalis, & ideo mors
non est naturalis homini ex parte suæ formæ. Materia hominis autẽ est corpus tale, quod est ex contrariis com-
positum, ad quod sequitur ex necessitate corruptibilitas, & quantum ad hoc mors est homini naturalis. Hæc
autem conditio in materia humani corporis est consequens ex necessitate materiæ, quia oportebat corpus hu-
manum esse organum tactus, & per consequens medium inter tangibilia, & hoc non poterat esse, nisi esset
ex contrariis compositum, vt patet per philosophum in secundo de anima. Non autem est conditio secun-
dum quam materia adaptetur formæ, quia si esset possibile, cũm forma sit incorruptibilis, potius oporteret ma-
teriam incorruptibilem esse, sicut quod serra sit ferrea, competit formæ & actioni, vt per duritiem sit apta
ad secandum, sed quod sit potens rubiginem contrahere, consequitur ex necessitate talis materiæ, & non secun- H
dum electionem agentis,nam si artifex posset,faceret ex ferro serram quę rubiginem contrahere non posset. Deus
autem qui est conditor hominis,omnipotens est,vnde ademit suo beneficio ab homine primitus instituto neces-
sitatem moriendi ex tali materia consequentem, quod tamen beneficium subtractum est per peccatum primorũ
parentum,& sic mors est naturalis propter conditionem materię,& est pœnalis propter amissionem diuini bene-
ficij pręseruantis à morte. Quod si quis dicat, mors & alij corporales defectus similiter inueniuntur in homine si-
cut & in aliis animalibus,secundum illud Ecclesiastes tertio, Vnus interitus est hominis & iumentorum,& æqua
vtriusque conditio,sed in animalibus brutis mors non est pœna peccati,ergo etiam neque in hominibus. Respon
detur quod similitudo illa hominis ad alia animalia, attenditur quantum ad conditionem naturæ, id est quantũ
ad corpus ex contrariis compositum,non autem quantum ad formam,nam anima hominis est immortalis, bru-
torum autem animalium animæ sunt mortales. Quod etiam si dicatur peccatum primorum parentũ fuit specia- I
lium personarum,sed mors consequitur totam humanam naturam,ergo nõ videtur esse pœna peccati primorum
parentum. Respondetur, quod primi parentes fuerunt à deo instituti non solum sicut quædam personæ singula-
res, sed sicut quædam principia totius humanæ naturæ ab eis in posteros deriuandæ, simul cum beneficio diuino
præseruante à morte, Et ideo per eorum peccatum tota humana natura in posteris tali beneficio destituta, mor-
tem incurrit. Dicat aliquis, Malum pœnæ est à deo, sed mors non videtur esse à deo, dicitur etiam sapientiæ pri-
mo, Quod deus mortem non fecit, ergo mors non est pœna primi peccati. Ad hoc inquam, mortem dupliciter
considerari. Vno modo, secundum quod est quoddam malum humanæ naturæ, & sic non est ex deo, sed est defe-
ctus quidam incidens ex culpa humana. Alio modo potest considerari, secundum quod habet quãdam rationem
boni, prout scilicet est quædam iusta pœna, & sic est à deo. Vnde dicit Augustinus in libro retractationum, quod
deus non est auctor mortis, nisi inquantum est pœna. Nec obstat si dicatur, pœnæ non videntur esse meritoriæ,
nam meritum continetur sub bono, pœna autem sub malo, sed mors quandoque est meritoria, sicut patet de
morte martyrum, ergo videtur quod mors non sit pœna. Respondetur enim sicut Augustinus dicit, quod quem- K
admodum iniusti male vtuntur non tantum malis, verum etiam bonis, ita iusti bene vtuntur non tantum bo-
nis, sed etiam malis. Hinc fit, vt & mali male lege vtantur, quanuis lex sit bonum, & boni bene moriantur, quan-
uis mors sit malum. Inquantũ ergo sancti bene morte vtuntur, fit eis mors meritoria. Nec ideo mors non est pœ-
na peccati, quia primi parentes diutius vixerunt, & non statim mortui sunt, quia licet diutius vixerint, illo ta-
men die mori cœperunt, quo mortis legem qua in senium veterascerent, acceperunt. BONAVENTVRA.
De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Deus prohibuit homini esum illius ligni propter meritum
obedientiæ acquirendum ex parte hominis, & propter ostendendum iurisdictionis suæ imperium, quod habebat
in homine. Et quia prohibuit illud propter obedientiæ meritum, idcirco vt meritum illud esset plenum, à tali re
prohibuit hominem, à qua non debuit abstinere nisi obedientiæ solius intuitu, & ideo prohibuit eum à re in
se bona, scilicet à fructu ligni illius. Rursus quia prohibuit ad ostendendum suæ iurisdictionis dominium, ideo à
tali re debuit prohibere, à qua homo non deberet manum retrahere, nisi propter solum dei imperium, & hoc fuit L
res bona. Hinc mandatum illud vocatur mandatum disciplinæ, quia homo ad hoc non obligabatur ex se, aut
ex aliquo naturalis rationis dictamine, sed ex sola dei præceptione. CAIETANVS. In huius autem legis
sanctione perpendere oportet, quod homo tunc habuit fidem diuinæ prouidentiæ, quod videlicet curã habet de
singularibus actibus hominis, quod est vltor malorum mortaliter operum, nisi enim hæc credidisset, vana fuisset
susceptio legis huius positiuę. Credimus etiam ex hoc textu, hominem si non peccasset, seruandũ fuisse à deo absq;
incursu mortis, & ad hoc officium datum lignũ vitæ. AVCTOR CA. Præcepitq; ei dicens, Hebraica litera
sic habet וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל הָאָדָם לֵאמֹר Vaizaf adonai elohim al haadam lemor, Et præcepit dominus deus super
vel ad Adam dicens, perinde ac si diceret, legem promulgauit de homine, cui semper esset obtemperaturus, pro-
posito etiã trãsgredièti capitali supplicio. Est aũt & phrasis Hebraica, quã neq; seruarũt Septuaginta, sicut neq; in-
terpres. CAIETANVS. Et cautus esto prudens lector, quod non dicitur super viro, sed super homine, cõ-
prehẽdẽte virũ & mulierẽ, & similiter alloquitur dẽ hominẽ, non virũ dũtaxat, dicẽdo comedes, & nõ comedes. M
AVCTOR CA. Quod vero sequitur. Ex omni ligno paradisi comede, &c. Hebraicè est: מִכֹּל עֵץ הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל achol tochel,
id est comedendo comedes, & Hebraismus est. Dein cum apud nos dicitur, De ligno autem scientiæ boni & ma-
li ne comedas, Hebraicè est positum verbum futuri tẽporis secundæ personæ singularis, videlicet לֹא תֹאכַל lo tho
chal, non comedes. Similiter & duo verba quæ sequuntur, In quacunque enim die comederis ex eo, morte mo-
rieris, Hebraicè singularia sunt, alterum infinitiuum præsens, alterum futuri temporis & secundæ personæ singu-
laris, videlicet: אָכֹל תֹּאכַל achalcha, tamuth, Comedere tui, morieris. Quod ideo dictum, vt ostendamus recte
ab interprete nostro locũ esse trãllatũ Chaldaica sic legit, Ex omni arbore horti comedẽs comedes, & de arbore cu
ius fructũ comedẽtes sciẽt inter bonũ & malũ, nõ comedes ex ea, quin in die qua comederis ex ea, morte morieris.
Vbi vides reddi rationẽ quare dicta sit arbor sciẽtię boni & mali, nempe ab effectu, & ab euẽtu. Lxx. excepto præ-

cepto

A cepto comedendi, totam prohibitionem in plurali numero legunt, hoc modo, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παρα-
δείσῳ βρώσει φαγῇ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. ἣ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ,
θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, Ex omni ligno quod in paradiso, escam comedes, de ligno autem cognoscendi bonum & ma-
lum, non comedatis ex eo, qua autem die comedetis ex eo, morte moriemini. Habuerunt siquidem respectum ad
mulierem, ad quam etiam præceptum extendebatur. Iussio in duobus consistit, in præcepto & in prohibitione, i-
deo hic vtrunque datur homini. Primùm dum dicitur, Ex omni ligno ede, secundum dum ait, De ligno autem
scientiæ boni & mali ne comedas. Vnde peccaret homo si non comederet de concesso, sicut peccauit comedendo
de vetito. Hebræorum autem more, lignum pro arbore, arbor autem pro fructu ponitur. Quo autem culpabilior
appareret primorum parentum inobedientia, permisit illis deus omnium arborum fructus in escam, vna tantum
excepta, in qua obedientia exerceretur, impositio illo mandato dei, cui obtemperarent ad vitam & fœlicitatem, &
inobedientia eorum certa mortalitatis pœna puniretur.

B AVCTOR CATE. Quoniam verò corporalium hæc scriptura rerum, spirituali quoque intelligentia sus Mysticè.
cipienda est, lignum vitæ & arbor salutis, quid aliud dici potest quàm perfecta sapientia, quæ Christus est, quæ
non statim quidem, sed suo aliquando tempore accipienda erat? Arbor autem scientiæ boni & mali, sapientia hu
mana commodè dicitur, & ratio naturalis, proprius sensus, & amor sui, sine gratia præueniente dei. Leuissimum
sanè dei præceptum est, non abundare proprio sensu, ad sobrietatem sapere, alteri facile credere & acquiescere, in-
fallibili veritati adhærere firmiter, & deo obedire.

Dixit quoque dominus deus, Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. For 8
matis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuersis uolatilibus cœli, adduxit ea
C ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. Omne enim quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen
eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia & uniuersa uolatilia cœli, & omnes bestias terræ.
Adæ uerò non inueniebatur adiutor similis eius.

CAIETANVS. Est hic progressus literæ valde ordinatus. Nam tractando difficultates circa vitam hominis, 8
& declarata vita hominis, tum quo ad corpus, tum quo ad corporalem exercitationem, tum quo ad legem fidei
& moris, in qua manifestata est concessa facultas viuendi absque morte, consequens erat, vt manifestaretur quo-
modo incidit in mortem, & has miserias quas experimur. Et quoniam modus iste fuit per mulierem, ideo opor-
tuit Moysen hoc in loco reddere rationem productionis mulieris. AVCTOR CA. Vel in prima rerũ con
ditione dictum fuerat, Masculum & fœminam fecit eos, sed quia non fuerat dictum quomodo fuissent mulier for
mata, hic consequenter ponit modũ formationis illius. Ait ergo. *Dixit quoque dominus deus.* AVGVSTINVS.
D NON DE GENESI AD LITERAM. Videamus vtrũ tẽporalibus vocibus ac syllabis æditis hoc di
xerit deus, an ipsa ratio commemorata est, quę in verbo dei principaliter erat, vt sic fœmina fieret, quam rationem
suscipiebat etiam tunc scriptura cum diceret, & dixit deus, Fiat hoc aut illud, quando primitus omnia condeban
tur. An forte in mente ipsius hominis hoc dixit deus, sicut loquitur quibusdam seruis suis in ipsis seruis suis? Ex Psalm. 84.
quo genere seruorum eius erat etiam ille qui dixit in Psalmo, Audiam quid loquatur in me dominus deus. An ali
qua de hac re ipsi homini in ipso homine per angelum est facta reuelatio in similitudinibus vocum corporalium,
quanuis tacuerit scriptura, vtrum in somnis, an in extasi (ita enim fieri hæc solent) an aliquo modo sicut reuelatur
prophetis? Vnde illud est, Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. An per corporalem creaturam vox ipsa so-
nuerit, sicut de nube, Hic est filius meus dilectus? Quid ergo ex his omnibus factum sit, ad liquidum comprehen
dere non valemus, veruntamen certissimè teneamus dixisse hoc deum, & si corporali voce, vel temporaliter ex-
pressa similitudine corporis dixit, non eum per substantiam suam, sed per aliquam imperio suo subditam dixisse
creaturam. Nam visus est deus postea sanctis viris, alias capite albo sicut lana, alias inferiore parte corporis sicut
E aurichalcum, alias aliter atque aliter, non tamen illas visiones hominibus per substãtiam quæ ipse est, sed per sub-
dita sibi quæ creauit, eum præbuisse, & per similitudines formarum vocumq; corporalium quod voluit ostendis-
se, ac dixisse, certissimum est eis, qui substantiam trinitatis incommutabiliter æternam, nec per tempus nec per lo
cum moueri, & per tempus & per locum mouere, vel fideliter credunt, vel etiã excellenter intelligunt. Non ergo
iã quæramus quomodo istud dixit, sed potius intelligamus quid dixerit. CHRYSOSTOMVS. Et dixit do
minus deus. Ecce iterum similiter dicit sicut & prius, dominus deus, vt bene figentes animo dicta, ne putemus di
uina scriptura nostras opiniones præstantiores esse. RABANVS. Et hæc locutio dei non corporali voce fo
ras in auras emissa, sed interna ratione diuinæ voluntatis, per quam creata sunt omnia, ineffabiliter facta esse cre-
denda est. Iuxta quod & supra docuimus, vbi scriptum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ no-
strã. RVPERTVS. Dixit quoque dominus deus. Siquidẽ talis esse putatur ordo rerũ, qualis est & verborũ,
videlicet quod prius tulerit dominus hominẽ in paradisum voluptatis, & præceptũ illi dederit, quã hoc ab eodẽ
F dictũ sit, nõ est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi: Item & illud extimandum erit,
quod mulieri non præceperit, & proinde (quod absurdum est) consequenter dici potuerit, illam non fuisse præ-
uaricationis ream, cum præceptum nequaquam acceperit. At illa sibi quoque præceptum fuisse patenter ostendit,
ita respondendo serpenti, Ex fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur, de ligno autem quod est in medio
paradisi, præcepit nobis deus ne comederemus. Præterea si antequam hæc diceret dominus deus, iam hominem
in paradiso posuerat. Ergo & asini & equi, cæteraque animantia terræ munda siue immunda, in illo erant volu-
ptatis loco, quem pro magno reputat gratiæ dei beneficio, si adipisci possit rationalis homo. Nam post hæc ver-
ba dei, continuò scriptura subiungit, Formatis igitur dominus deus de humo cũctis animãtibus terræ, & volucri-
bus cœli, adduxit ea ad Adã, & cæt. Melius itaq; hæc dictio domini dei, Faciamus ei adiutorium, & cæt. Superiori
loco coniungitur, vbi dictum est, formauit igitur deus hominẽ de limo terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ
vitæ, imò & adhuc altius, scilicet vbi dictũ est, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Quare

ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo (inquis) tandiu mulieris facturam scriptura narrare distulit? Videlicet vt singulas historiæ partes secundum G
proprias causas rationabiliter ordinaret. Constat enim quia non propter mulierem vir, sed mulier propter virum
facta, & cum illo in paradiso posita est. Idcirco bene prius cum formatione viri narrationem digessit, quod eum
1.ad Tim.2 dominus deus tulerit, & in paradisum posuerit, & ipsum paradisum descripsit. Item vir non est seductus, sed mu-
lier. Etenim non per virum mulierem, sed virum per mulierem decepit diabolus. Idcirco formationem mulieris
nunc vsque distulit, vt continuaret historiam infelicitatis, quæ per mulierem ad virum peruenit. Hunc modum
narrationis Tichonius recapitulationem dixit, vbi ad intelligendum difficultatem scripturarum septem regulas
valde vtiles conscripsit. Ad hunc modum illud pertinet quod in hac eadem scriptura postquam dictum est, ab his
Gene.10. diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secũdum linguam & familias in nationibus suis, post
Gene.11. aliquanta sic dicitur, Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem. Et tũc narratur quomodo diuisæ sunt
linguæ, quas iam antè dixerat diuisas fuisse. Cunque proficiscerentur (inquit) de Oriente, venerunt in campum
in terram Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum, venite, faciamus lateres, & coqua- H
mus eos igni, & reliqua. Igitur formato homine, hoc etiam dixit dominus deus, dixit (inquam) eiusdem sapien-
tiæ suæ dictione, in qua dixit omnia, in qua fecit omnia. *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sui.* AMBROSIVS IN LIBRO DE PARADISO. Primò omnium cognosce, quia in superiori-
bus vbi hominem finxit deus de limo terræ, non addidit, Vidit deus quia bonum est, quemadmodum in singulis
operibus suis. Nam si dixisset illic, bonum esse quia homo factus est, inueniretur hoc esse contrarium, vt hic bonũ
non esse diceret, cum in superioribus bonum esse dixisset. Sed hoc ibi cognosce, vbi solum Adam fecit. Cæterum
vbi communiter comprehendit virum & mulierem factos, licet ne ibi quidem dixerit specialiter, tamen quia po
stea habet, Vidit deus omnia quæ fecit, & ecce erant valde bona, euidenter est declaratum bonum esse, quod &
vir sit factus & mulier. Sed ex hac quæstione alia quæstio rursus emersit. Quomodo enim quando solus fa- I
ctus est Adam, non dictum est bonum esse factum Adam, quando autem & mulier ex eo facta est, tunc esse
bona omnia comprehensum est? Licet illic omnem laudauerit creaturam, & vniuersitatis creatio sit proba-
ta, quoniam in homine naturæ prædicata communitas est, tamen non videtur ociosum, qua ratione vbi so-
lus factus est Adam, non solum nequaquam prædicatio boni complacito operi adiecta sit, sed etiam dictum sit,
non bonum esse solum hominem, cum sciamus, quod antequam fieret mulier, non errauerit Adam, postea verò
quàm mulier est facta, prior diuinum præuaricata mandatum, etiam virum suum traxerit in errorem, & incen-
tiuum eius extiterit. Si ergo viro culpæ est auctor mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta? Verùm si
consideres quia deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id in quo esset causa vniuersita-
tis, quam condemnandum fuisse illud, in quo esset causa peccati. Et ideo quia ex viro solo non poterat huma-
ni esse generis propagatio, pronunciauit dominus non esse bonum solum hominem. Maluit enim deus plures
esse quos saluos facere posset, & quibus donaret peccatum, quàm vnum solum Adam, qui liber esset à culpa. De-
nique quia idem vtriusque auctor est operis, venit in hunc mundum vt saluos faceret peccatores. Postremò nec K
Cain parricidij reum priusquam generaret filios, passus est interire. Ergo propter generationem successionis hu-
manæ, debuit mulier adiici viro. Denique hoc ipsa verba declarant dicentis dei, Non bonum solum esse hominẽ.
Nam si & mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura, non debuit ab vsu diuinæ operationis
1.ad Ti.2. excludi. Quanuis enim Adam non est seductus, mulier autem seducta, & in pręuaricatione fuerit, salua tamen
(inquit) erit per filiorum generationem, inter quos generauit & Christum. Faciamus (inquit) adiutoriũ simile sibi.
Adiutorium ad generationem constitutionis humanæ intelligimus. Et vere bonum adiutorium. Nam si pro mu
liere accipis adiutorium, maior quædam in causa generationis operatio mulieris reperitur. Sicut istius terræ quæ
semina primo accepta cohibendo, paulatim fotu suo adolescere facit, & producit in segetem. In eo igitur adiuto-
rium bonum mulieris, quanquam etiam inferior dicatur adiutor, vt & in vsu reperimus humano, quia dignitate
potiores plerunque adiutorem meriti inferioris asciscũt. AVGVSTINVS. Si ergo quæritur ad quam rem
fieri oportuerit hoc adiutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quàm propter filios procreandos, sicut adiuto- L
rium femini terra est, vt virgultum ex vtroque nascatur, hoc enim & in prima rerum conditione dictum erat.
Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos deus, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terram, &
dominamini eius. Quę ratio conditionis & coniunctionis masculi & fœminæ, atque benedictio, nec post peccatũ
hominis pœnamq; defecit. Ipsa enim est, secundum quam nunc terra hominibus plena est dominantibus eius.
Quanquam enim iam emissi de paradiso conuenisse & genuisse commemorentur, tamen non video quid prohi-
bere potuerit, vt essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus, hoc deo præstante fide-
liter iusteq; viuentibus, eiq; obedienter sancteq; seruientibus, vt sine vllo inquieto ardore libidinis, sine vllo labo-
re ac dolore pariendi, fœtus ex eorum semine gignerentur, non vt morientibus parentibus filij succederent, sed vt
illis qui genuissent in aliquo formæ statu manentibus, & ex ligno vitæ quod ibi plantatum est, corporalem vigo-
rem sumentibus, & illi qui gignerentur, ad eundem perducerentur statum, donec certo numero impleto, si iuste
omnes obedienterq; viuerent, tunc fieret illa commutatio, vt sine vlla morte animalia corpora conuersa in aliam M
qualitatem, eo quod ad omnem nutum regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu viuificante, sine vllis alimẽto-
rum corporalibus sustentaculis viuerent, spiritalia vocarentur. RABANVS. Nam si Enoch & Helias in
Adam non mortui, mortisq; propaginem in carne gestantes, quod debitum vt soluant, creduntur etiam reditu-
ri ad hanc vitam, & quod tamdiu dilatum est, morituri. Nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem
carnis, antequam animale corpus in spirituale mutetur, nec morbo nec senectute deficiunt, quanto iustius atque
probabilius primis illis hominibus præstaretur, sine vllo suo parentúmve peccato viuentibus, vt in meliorem ali-
quem statum filiis genitis cederent, vnde seculo finito, cum omni posteritate sanctorum in angelicam formam,
non per carnis mortem, sed per dei virtutem multo fœlicius mutarentur. AVGVSTINVS. Potuit ergo hoc
fieri, si non pręcepti transgressio mortis suppliciũ mereretur. Qui enim hoc fieri potuisse non credunt, nihil aliud
quàm consuetudinem naturæ iam post peccatum pœnamq; humanam sic currentis attendunt, non autem in eo-
rum genere

A rum genere nos esse debemus, qui non credunt, nisi quod videre consueuerunt. Quis enim dubitet homini obe-
dienter & piè viuenti præstare potuisse quod diximus, qui non dubitat vestibus Israëlitarum impartitum esse
quendam in suo genere statum, vt per annos quadraginta nulla vetustatis detrimenta paterentur? Cur ergo non
coierunt nisi cum exissent de paradiso, citò responderi potest, quia mox creata muliere priusquam coirent, facta
est illa transgressio, cuius merito in mortem destinati, etiam de loco illius fœlicitatis exierunt, non enim scriptu-
ra tempus expressit, quantum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain. Potest etiam dici, quia nondum
deus iusserat vt coirent. Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur auctoritas, vbi nulla concupiscentia tan
quam stimulus inobedientis carnis vrgebat? Ideo autem hoc non iusserat deus, quia secundum suam præscientiã
disponebat omnia, in qua & eorum casum proculdubio præsciebat, vnde iam mortale genus propagandum esset
humanum. Aut si ad hoc adiutorium gignendi filios, non est facta mulier viro, ad quod ergo adiutorium facta
B est? Si quia simul operarentur terram, nondum erat labor vt adiumento indigeret, & si opus esset, melius adiuto-
riũ masculus fieret, hoc & de solatio dici potest, si solitudinis fortasse tædebat. Quanto enim congruentius ad con
uiuendum & colloquendum duo amici pariter, quàm vir & mulier habitarent? Quod si oportebat alium iuben-
do, alium obsequendo pariter viuere, ne contrariæ voluntates pacem cohabitãtium perturbarent, nec ad hoc re-
tinendum ordo defuisset, quo prior vnus, alter posterior, maximè si posterior ex priore crearetur, sicut fœmina
creata est. An aliquis dixerit de costa hominis deum fœminam tantum, non etiam masculum, si hoc vellet face-
re potuisse? Quapropter non inuenio ad quod adiutorium facta sit mulier viro, si pariendi causa subtrahatur, quæ
nihilominus quare subtrahatur ignoro. Vnde enim magnum magniq; honoris meritum apud deum fidelis & pia
virginitas habet, nisi quia isto jam tempore continendi ab amplexu, cum ex omnibus gentibus ad implendum
sanctorum numerum largissima suppetat copia, percipiendæ sordidæ voluptatis libido non sibi vendicat, quod iã
C sufficiendæ prolis necessitudo non postulat? Denique vtriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitu-
dinis, rectè excipitur honestate nuptiarum, vt quod sanis posset esse officium, sit ægrotis remedium. Neque enim
quia incontinentia malum est, ideo connubium, vel quo incontinentes copulantur, non est bonum, sed propter
hoc bonum, veniale est illud malum, quoniam id quod bonum habent nuptiæ, & quod bonæ sunt nuptiæ, pecca-
tum esse non potest. Hoc enim tripartitum est, fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne propter vinculũ
coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole vt amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè edu-
cetur. In sacramento autem, vt coniugium non separetur, & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri coniun-
gatur. Hæc est tanquam regula nuptiarum, qua vel naturæ decoratur fœcunditas, vel incontinentiæ regitur pra-
uitas. CHRYSOSTOMVS. Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutorium simile sibi.
Considera quomodo non cessat bonus deus, sed beneficia beneficiis cumulat, & diuitias bonitatis omni honore
circundat, & vult animali huic rationali præstare, vt non solum honeste, sed etiam commode viuat. Et dicit do-
D minus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Ecce iterum etiam hic dicit, Fa-
ciamus. Sicut enim in principio cum de homine formando diceret, Faciamus hominem secundum imaginẽ no-
stram & secundum similitudinem, ita & nunc mulierem formaturus, eodẽ verbo vtitur, & inquit, Faciamus. Cui
hoc dicit? Non creatæ alicui potentiæ, sed ei qui ex se natus est, consiliario admirabili, potenti, principi pacis, vni-
genito filio suo. Et vt sciret Adam, quod animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurũ, idcirco di-
cebat, Faciamus illi adiutorium simile sibi, vt cum videris statim adduci bestias, & omnia volatilia cœli, ne putes
de illis esse dictum. Nã licet adiuuent illum in laboribus suis multa irrationabilia animantia, nullum tamen par-
est rationabili mulieri. SEVERIANVS. Auxiliatricem autem dixit, quasi omnium quæ in vita ge-
runtur participem. Eoque rectè dixit similem sibi, vt ostenderet naturæ similem in vtroque dignitatem.
RVPERTVS. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Non (inquam) est bo-
num, non est vtile, non conducit ad propositum nostrum esse hominem solum. Proposuimus enim præscitos &
prædestinatos de primo homine propagare sanctos, imagini ac similitudini nostræ conformes futuros. Ergo vt
E propositum illud impleatur, faciamus ei adiutorium simile sui. Adiutorium (inquam) ad multiplicandam prædes-
tinatam progeniem sanctorum. Et notandum quod ad faciendum huiusmodi adiutorium, eadem loquitur plu-
ralitas personarum, quæ ad faciendum locuta est virum. Dicit enim nunc eadem trinitas vnus deus, faciamus ei
adiutorium. Addendo autem simile sibi, cuncta comprehendit, quæ in faciendo viro dixit, ad imaginem & simi
litudinem nostram, & præsit piscibus maris, & bestiis vniuersæ terræ, & omni reptili quod mouetur super terram.
Præter sexum enim, in nullo substantia mulieris differt à substantia viri, videlicet quod minus mulier quam vir
cunctis animantibus præsit dignitate conditionis, quia non minus est rationalis, nec minus illi aspirare licet ad
similitudinem creatoris, sicut iam supradictum est, vbi scriptura de hac factura loquens in die sexto, Masculum
(inquit) & fœminam creauit eos. HVGO DE SANCTO VICTORE. Faciamus ei adiutorium simile In.1.par.q.
sibi. Quia iam multa habebat adiumenta, sed tamen omnia dissimilia erant. THOMAS. Dicat aliquis, occa 92.ar.1.ad.3
F siones peccatorum sunt amputandæ. Sed deus præsciuit quod mulier esset futura viro in occasionem peccati, er-
go non debuit mulierem producere. Huic respondemus, quod si omnia ex quibus homo sumpsit occasionem pec
candi, deus subtraxisset à mundo remansisset vniuersum imperfectum. Nec debuit bonum commune tolli, vt vi-
taretur particulare malum, præsertim cum deus sit adeo potens, vt quodlibet malum possit ordinare in bonum.
CAIETANVS. Non est bonum, &c. Iuxta Hebræum habetur, Faciam ei auxilium contra ipsum. Diligenter
aduerte, Moysen studium adhibere ad monstrandum quod mulier non est producta ex primæua dei intentione,
sed quia non potuit fieri secus ad propagandam & seruandam speciem humanam, secundum naturæ ordinem.
Ad hanc siquidem necessitatem ostendendam affert, quod iudicauit deus non esse bonum esse virum solum. Et
appellatur efficienda mulier auxilium, quia verè est auxilium ad propagationem & educationem prolis, & ad
officia domestica. Cũ enim res agantur quemadmodum aptæ natę sunt agi, & è conuerso, ex hoc ipso quod in vni
uerso mundo alia sunt officia domestica mulieris, & alia viri, apparet quod suapte natura mulier est auxilium vi-
ri etiam ad officia domestica. Quod autem dicitur contra ipsum, non significat aduersus ipsum, sed è regione
ipsius, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſius,quo ad ſtaturæ rectitudinem ac magnitudinem.Ac ſi dictum fuiſſet,adiutorium correſpondens ei in ſta- G
tura,magnitudine,loquela,& huiuſmodi.Significanter quoque dicit,faciam,ad inſinuandum,quod mulier quo-
que eſt rationalis animæ,quam oportet fieri immediate à deo. AVCTOR CATENAE. Non eſt bonum,
& cætera.Hæc litera Hebraicè ſic habet אֶעֱשֶׂה לוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Eeſe lo ezer cenegdo,Faciam ei adiutorium,è regio-
ne innuit,habens,Faciam ei adiutorium quaſi eum.Alij,Faciam ei adiutorium quaſi coram eo, ſiue quaſi ante eũ
transferunt,quod ſic exponunt docti Hebræi,quod ſtet coram eo,vel quod ſit ſemper in conſpectu eius, ad obſe-
quendum & auxiliandum viro,non diſceptatricem,& ad moleſtiam irrogandam marito,quomodo hunc locum
Iudæorum quidam inſipientes exponere nõ verentur,vel ad ſeducendum,quia aduerſus eum,vel contraria con-
dita ſit à deo.Eſt autem dictio נֶגֶד neged hic poſita cum caph in principio,quæ coram,antè,in conſpectu, contra,
è regione,& ex aduerſo ſignificat.Quod autem verſum eſt,Faciamus,non faciam,ex Septuaginta eſt interpreti-
bus transferentibus, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτὸν,Faciamus illi adiutorium ſecundum eum , id eſt congruens H
illi.Arbitramur autem hoc ſumptum eſſe ex præcedentibus,vbi eſt:Faciamus . Non eſt igitur (inquit deus) bonũ
eſſe hominem ſolum,id eſt ſine vxore,quæ eſt viri bonum, auxilium,gaudium,donum,benedictio,corona.Hæc
enim omnia prædicantur in ſcriptura de muliere bona.Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi,id eſt perſonam nõ al-
terius ſpeciei,ſed alterius ſexus,nam quæ habet modo adiumenta,ad alios habet vſus,quàm ad filiorum procrea-
tionem.Ignobilior autem ex hoc loco ſecũdum quoſdam,apparet fœminæ conditio quàm viri,ex minore maie-
Vbi ſupra. ſtate diuinæ locutionis. *Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuerſis uolatilibus cœli,adduxit ea ad Adam,ut uideret quid uocaret ea.* AVGVSTINVS. Antiqua litera habet , & finxit deus adhuc de terra
omnes beſtias agri,& omnia volatilia cœli,& adduxit illa ad Adam, vt videret quid vocaret illa.Si aliquid adiu-
uant lectorem quæ ſupra per nos conſiderata atque conſcripta ſunt,non debemus in hoc diutius immorari,quod
finxit adhuc deus de terra omnes beſtias agri,& omnia volatilia cœli,cur enim dictũ ſit adhuc, id eſt præter pri-
mam conditionem creaturarum ſex diebus conſummatam,in qua cauſaliter perfecta ſunt omnia ſimul & incho- I
ata, vt deinde ad effectus ſuos cauſæ perducerentur,iam quantum potuimus, in præcedentibus intimauimus.Si
quem autem mouet quia non dixit,Finxit deus adhuc de terra omnes beſtias agri,& de aqua omnia volatilia cœ
li,ſed tanquam vtraque genera de terra finxerit.Et finxit (inquit) deus adhuc de terra omnes beſtias agri,& om-
nia volatilia cœli,videat duobus modis eſſe intelligendum.Aut tacuiſſe nunc vnde finxerit volatilia cœli,quia &
tacitum poſſet occurrere,vt non de terra vtrunque accipiatur deum finxiſſe,ſed tantummodo beſtias agri, vt vo
latilia cœli etiam tacente ſcriptura intelligamus vnde finxerit , velut qui ſciamus in prima cauſalium rationum
conditione ex aquis ea eſſe producta.Aut terram vniuerſaliter ſic appellatam ſimul cum aquis , quemadmodum
appellata eſt in illo pſalmo,vbi cœleſtium laudibus terminatis,ad terram facta eſt conuerſio ſermonis,& dictum
eſt,Laudate dominum de terra dracones & omnes abyſſi,& cætera.Nec poſtea dictum eſt,Laudate dominum de
aquis.Ibi enim ſunt omnes abyſſi,quæ tamen de terra laudant dominum.Ibi etiam reptilia & volatilia pennata, K
quæ nihilominus de terra laudant dominum.Secundum iſtam vniuerſalem appellationem terræ,ſecundũ quam
etiam de toto mundo dicitur,deus qui fecit cœlum & terram,ſiue de arida,ſiue de aquis,quæcunque creata ſunt,
de terra creata veraciter intelligimus. AVCTOR CATENAE. Idem ergo eſt quod in vulgata legimus
æditione volatilia de humo eſſe formata,quod vetus tranſlatio habet de terra.Quod igitur prius dixerat aues de
aquis productas,hoc eſt,de humido aëre, hic dicit de terra . Sunt enim aues ex iſtis elementis productæ , quæ &
vulgi more promiſcuè dicuntur.Sunt autem & qui dicant,ideo aues dici de terra creatas,quoniam in earum cor
poribus elementum terræ prædominatur quantum ad materiæ quantitatem.Fuiſſe enim aſſerunt materiam cor-
poris earum terram aqua permixtam,ad quod exprimendum dicat nunc volatilia de humo formata. CAIE-
TANVS. Non digreditur hic Moyſes,ſed cum monſtraſſet neceſſitatem faciendi mulierem ex ſolitudine vi-
ri non bona,manifeſtat eandem neceſſitatem ex parte reliquorum animantium,quia ſcilicet inter animantia nõ
inueniebatur aliquod quod præſtare poſſet huiuſmodi auxilium viro,hac enim ratione inſerit hæc de animanti- L
bus,repetendo primum eorum productionem ad hoc etiam,vt manifeſtaret materiam,ex qua producta ſunt , a-
perit enim quod de terra tanquam ex materia producta ſunt omnia animantia , tam terreſtria quàm volatilia.
Vbi clarè patet differentia inter materiam horum & materiam hominis , quia iſta de terra , homo autem de
puluere terræ. AVGVSTINVS. Sed quomodo hæc adduxit deus ad Adam ? Neque enim ſicut indagant
atque adigunt venantes,aut aucupantes ad retia, quæcunque animantia capiunt , ita hic factum eſſe credendum
eſt,aut vox aliqua iuſſionis de nube facta eſt eis verbis , quæ rationales animæ audientes intelligere atque obedi-
re ſolent.Sed aut occulto nutu & diuina potentia ea ad Adam adduxit neſcientia,qua & condidit,vel ſanctorum
miniſterio angelorum.Videtur autem hoc mihi propter aliquam ſignificationem prophetica factum , ſed ta-
men factum,vt re geſta confirmata,figuræ interpretatio libera relinquatur. AMBROSIVS. Qua autem
ratione hoc factum eſt,cum tantummodo beſtias agri & volatilia cœli ad Adam adduxerit deus ? Erant enim &
pecora ſecundum genus ſuum.Denique habes infra,Quia impoſuit Adam nomina omnibus pecoribus & omni- M
bus beſtiis agri.Quæ igitur adſolutio eſt,niſi quia indomitæ beſtiæ & volatilia cœli diuina poteſtate ad hominem
deducantur?De pecoribus autem domitis congregandis,& homo habuit poteſtatem.Itaque illud diuinæ opera-
tionis fuerit,hoc humanæ diligentiæ.Simul accipe qua cauſa omnia deducta ſint ad Adam.Vt in omnibus vide-
ret ex vtroque ſexu ſubſtantiam conſtare naturæ,id eſt ex maſculo & fœmina,& ipſe vſu exemplóque cognoſce-
ret neceſſarium ſibi conſortium mulieris adiectum. CHRYSOSTOMVS. Non ergo temere neque abſque
cauſa hoc factum eſt,ſed & propter futura.Deus enim præſcius,quid non multo poſt euenturum, oſtendit nobis
quantam ſapientiam condito homini dedit,vt cum præuaricatio mandati à deo dati contingat, non putetur per
ignorantiam peccaſſe,ſed ſcire poſſis,quod lapſus ille ex deſidia fuerit.Et quod magna ſapientia præditus fuerit,
diſce ex his quæ nunc fiunt.Et adduxit illa (inquit) ad Adam,vt videret quid vocaret ea . Fecit hoc deus demon-
ſtraturus nobis magnam illius ſapientiam,nec illam ſolum , ſed vt & ſymbolum domini per nominum impoſi-
tionem

A tionem cognoſcatur.Nam & hominibus mos eſt,hoc facere in ſignum dominij,vt cum ſeruos emerint,ipſorum
nomina mutent.Vnde & Adam inſtruit vt omnibus brutis tanquam dominus nomina indat . Perpende cum a-
liis etiam hoc,quod & leones,& pardi,& viperę,& ſcorpij,& alia omnia etiam illis truculentiora, ad illum quaſi
dominum omni cum ſubiectione acceſſerunt.Ne igitur arguat aliquis,quod à deo ſunt creata,neque contra opi-
ficem linguam acuat,imo contra ſuum caput,dicendo illa inutilia verba.Cuius gratia feræ productæ ſunt ? Nam
omnia perinde ac manſueta ſeruitutem agnouerunt & dominium,id quod monſtrat manifeſte nominum impo-
ſitio. THEODORVS. Adduxit ergo dominus deus ad Adam animalia , vt tanquam dominus quæ ſibi à
deo ſubiecta erant cognoſceret,cunctaq; ſuis nominibus appellaret.Nec noua animalia adduxit ad eum, ſed quæ
iam facta fuerant. EVCHERIVS. Et vt oſtenderet quanto priuilegio homo pecoribus antecelleret, qui ra
tione ſua cuncta diſtinguere,& nominatim ſecernere poſſet,& intelligeret ſe ipſum quanto melior eſſet beſtiis,
dum cunctis nomina etymologiarum imponit,& eo magis conditorem ſuum diligeret, quo ſe meliorem cun-
B ctis viuentibus quibus nomina impoſuit, eſſe ſciret. RABANVS. Non eſt autem cogitandum carnaliter,
quod ita adduxerit deus animantia terræ vel aues ad Adam,quomodo ſolet paſtor gregem minare ſuum de loco
ad locum,ſed magis intelligendum,quia ſicut diuina potentia,cum voluit,hæc de aquis vel de terra creauit , ita
etiam eadem occulto nutu ſuæ potentiæ quando voluit,ad hominem conſpicienda perduxit . Quomodo etiam
ad arcam Noë cuncti generis volatilia vel quadrupedia,non hominis manu congregata,ſed diuinitus acta veniſ
ſe,eamque intraſſe leguntur,neſcientibus quidem ipſis ad quid venirent,ſciente autem homine, qui ea venientia
in arcam deo docente ac iubente ſuſcipiebat. RVPERTVS. Magnum nobis hic ſcriptura ſpectaculum fa-
cit,vt meritò arrectis animis quæramus,quid dominus faciat,quid velit,quid intendat.Formatis (inquit) domi-
nus deus de humo cunctis animantibus terræ & volatilibus cœli,adduxit ea ad Adam . Et paulo poſt,Adæ verò
non inueniebatur adiutor ſimilis eius.Ergo ne iſtud neſciebat dominus deus , quod in cunctis animantibus ter-
C ræ,aut volatilibus cœli,nullum homini ſimile haberetur,quod competens illi copularetur adiutorium ad propa-
gandum ſicut volebat,vel ſicut propoſuerat,genus humanum?Hoccine (inquam) ille neſciebat, niſi quodammo
do arrepta minatoria virga coram ſe,cuncta minaſſet ad Adam,vt quaſi communi inquiſitione deus cum homi
ne conſultaret,quærens ſiquid forte ſimile eius inter omnia iſta reperiri poſſit?Nam ac ſi caſſato labore defeciſſet
deus,Adæ verò (inquit ſcriptura) non inueniebatur adiutor ſimilis eius.Quid ergo in hoc tanto ſtudio dominus
intendit, niſi oſtendere homini,vt intelligeret honorem ſuæ conditionis,quod nihil ſibi compar eſſet in iumen-
tis,ſiue cæteris animantibus cuinſlibet generis?Hoc enim ad amorem creatoris rationabili homini proficere de-
buit,quod congregatis omnibus coram ſe,ipſe abſque dubio polleret honore ſingulari,non ſolum ſecundum pri
uilegium rationis,verumetiam ſecundum figuram corporis,quia cum cuncta videret humi prona , ſiue quadru-
pedia,caudámque trahentia,aut etiam toto corpore repentia,ſolum ſe recta ſtatura , liberóque pectore principa-
tum omnium obtinere gloriari poterat,ſi in domino deo ſuo gloriari voluiſſet.Hoc ergo intendente deo,vt di-
gna ſibi à plaſmate ſuo gratia haberetur,quæ profectò eidem eſſet fructuoſa,bene ſcriptura ſtudium eius inſinu-
D ans,formatis (inquit) dominus deus de humo cunctis animantibus terræ & volatilibus cœli,adduxit ea ad Adam
vt videret quid vocaret ea,id eſt vt videret,quod nullum eorum dignum eſſet natura ſortiri vocabulum ab ho-
minis nomine,pro aliqua ſimilitudine natum vel detortum. HVGO DE SANCTO VICTORE.
Adduxit autem deus ad Adam animalia vel ſexto die,ſicut ordo narrationis videtur continere,vel longo tempo
re poſt,quando diuerſa in diuerſis locis forte vidit. CAIETANVS. Adduxit ea ad Adam, & cætera . Non
locali motu,ſed intellectuali aduentu.Et ad huiuſmodi adducendi modum inſinuandum,ſubiungitur ad viden-
dum,ſeu vt videret,hoc eſt,ipſe Adam oculis mentis,naturam terreſtrium & volatilium animalium,vt ſic ſciret
quo nomine quodcunque animal eſſet vocaturus.Non enim ex corporali viſu noſſe poterat proprietates anima-
lium,ſed intellectuali opus erat viſione.Perfectio itaque Adæ in hoc opere ſimul deſcribitur ſecundum mentem,
quantum ad ſcientiam animalium,tum terreſtrium, tum volatilium. AVCTOR CATENAE. Adduxit
E ea ad Adam,& cætera.Occulto nutu dicunt aliqui diuinam potentiam adduxiſſe animalia ad Adam, non aliquo
impulſu collectionéque locali,non violenter capta.Obediebant enim homini donec homo quoq; dei ſui præce-
pta ſeruabat,veniebant autem,vt exploraret ingenia & ſtudia eorum , ſecundum quæ appellaret ipſa nominibus
ſuis Adam.Vt ſeipſum interim intelligens potiorem beſtiis,tanto magis conditorem ſuum amaret. Non ergo in
paradiſo otioſus erat,ſed pro maxima ſapientia illi concreata , rerum naturas ſolerter indagauit . Vnde nec tam
parua mora credenda eſt fuiſſe ei in loco illo.Sed nec deſunt,qui oculos Adæ à deo illuminatos fuiſſe dicant , vt
animalia omnia videre poſſet , ſicut legimus beatum Benedictum totum mundum in radio ſolis vidiſſe.
CHRYSOSTOMVS. Sed ne hic ſubitò prætereas dilecte,quod dicitur, ſed cogita quantæ fuerit ſapientiæ,
volatilibus,reptilibus,feris,iumentis,& aliis brutis,domeſticis,& agreſtibus,& in aqua vitam agentibus,& è ter-
ra productis,& in ſumma omnibus,congrua & conuenientia ſuæ naturæ imponere nomina. *Omne enim quod uo*
cauit Adam animæ uiuentis,ipſum eſt nomen eius. Vidiſti conſummatã potentiam? vidiſti dominij auctoritatem?No-
F mina verò quæ impoſuit illis,vſque in hodiernum diem pemanent.Ita enim hæc firmauit dominus,vt perpetu-
am habeamus memoriam,quem honorem initio,cum adhuc obediens eſſet Adam,à domino omnium accepit,
& ablati huius cauſam illi aſcribamus,qui peccato ſuo hanc ſuam poteſtatem mutilauit. CAIETANVS.
Omnè enim quod vocauit Adam,& cætera.Dixit hoc,non ſolum ad deſcribendam perfectam notitiam anima-
lium in Adam , ſed ad differentiam aſtrorum quorum nomina ſeruata ſunt deo , iuxta illud , Qui numerat
multitudinem ſtellarum , & omnibus eis nomina vocat , & ad differentiam cœlorum tam primi quàm reli-
quorum , & terræ ac marium , quæ à deo nomina ſortita fuiſſe ſcriptum eſt ſuperius . Vt ex his non intelliga-
mus Adæ fuiſſe communicatam ſcientiam perfectam omnium corporalium . Vnde & ſignificantius ſubditur
executio facta ab ipſo Adam reſpectu horum tantum animalium. AVCTOR CATENAE. Omne enim
quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius,id eſt omne viuum animal verè nomine illo voca-
tur,quod ei impoſuit Adam,quod primò de Hebræis impletur nominibus,deinde ad proportionẽ de aliis quoq;.
Nam quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam quod nos equum dicimus animal Latinè,& si non hoc appellauerit Hebraicè nomine,ea tamen appellauit G
nuncupatione, cui congrue nomen equus respondeat. Vel eo nomine quo Adam vocauit singula,eodem vocantur adhuc,vel æquipollenti,vel vsque ad linguarum confusionem. *Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia,& uniuersa uolatilia cœli,& omnes bestias terræ.* AVGVSTINVS Quid est hoc ipsum quod volatilibus,terrestribusq; animantibus,non etiam piscibus atque omnibus natatilibus Adã nomina imposuit? An credendum est paulatim cognitis piscium generibus deinde nomina imposita? An ratio aliquid significandi fuit in causa quod eis nomina non imponeret,quod ad prænunciationem futurorum valeret? Cui rei maximè ordo narrationis huius inuigilat.Vnam sanè linguam primitus fuisse didicimus,antequam superbia turris illius post diluuium fabricatę,in diuersorum signorum sonos humanam diuideret societatem . Quæcunque autem illa lingua fuerit, quid attinet quærere?Illa certe tunc loquebatur Adam,& in ea lingua si adhuc vsquę permanet,sunt illæ voces articulatæ, quibus primus homo animalibus terrestribus & volatilibus nomina imposuit. CHRYSOSTOMVS.
Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus,& omnibus volatilibus cœli,& omnibus bestiis terræ.Hic iam cõ H
sidera voluntatis libertatem,& sapientiæ eius eminentiam.Et non dic,quod ignorarit quid bonum,quid malum. Nam qui potest congruis nominibus iumenta appellare,& volatilia cœli,& alias bestias,neque ordinem confundit,neque mansuetis animalibus conuenientia feris imponit,sed omnibus sua dat nomina, quomodo non omni sapientia & industria pollet?Expende tandem,quanta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporeæ animæ sapientia,quàm dominus illi dedit,quam admirabile sit rationale animal hoc, ex duabus naturis constitutũ, & incorporea animæ substantia corpori, quasi optima artifex instrumento coniuncta . Igitur cum tecum cogitabis tantam huius animalis sapientiam,obstupesce & admirare opificis sapientiam.Nam si cœli pulchritudo à cordato spectatore visa, illum in conditoris glorificationem producit, quanto magis rationale hoc animal cũ suam formationem & gloriam à deo sibi datam, eminentiamq; & magnitudinem donorum,& ineffabilia beneficia cõsiderat, auctorem horum continuis laudibus prædicare, & pro suis viribus glorificare deum poterit? THEODORVS. Potestatis est quoque indicium, nominis impositio. RVPERTVS. Appellauitq; Adam nomi- I
nibus suis cuncta animantia,& cætera.Videlicet singulorum considerauit naturas, & ex qualitatibus diuersis, diuersa formauit vocabula.Ita igitur ille in lingua primitiua quæ facta diuisione linguarum in gente remansit Hebræa,nomina formauit singulorum,consideratis proprietatibus naturarum,& nullius naturam talem esse perspexit,vt recte nomen illi dare deberet,cognatum suo nomini,sicut de muliere postmodum recte dixit, Hæc vocabitur virago,quia(inquit)de viro sumpta est.Et hoc(vt iam dictum est)reuera homini ad amorem creatoris,& ad gratiarum actionem plurimùm valere debuisset. RABANVS. Constat Adam in ea lingua qua totum genus humanum vsque ad constructionem turris in qua linguæ diuisæ sunt, loquebatur animantibus terræ,& volatilibus nomina imposuisse. Cæterum in deiectione turris cum deus suam cuique genti propriam atque diuersam tribueret linguam,tunc eis credenda sunt etiam animantium vocabula,quomodo & rerum cæterarum,iuxta suã cuique distinxisse loquelam.Quanuis etiam non latet,homines postea plurimis, quæ sibi noua forte occurrerent
rebus,siue animantibus,per singulas gentes iuxta suum placitum indidisse vocabula,nunc etiam inde discernere K
solere. Denique de piscibus adductis ad Adam vt eis nomina imponeret, nil scriptura refert,quibus tamen credibile est,paulatim cognitis pro diuersitate gentium nomina ab hominibus esse diuersa imposita.Primam autem linguam fuisse generi humano Hebræam videtur, ex eo quod nomina cuncta hominum,quousque ad diuisionẽ linguarum in Genesi legimus,illius constat esse loquelæ. CAIETANVS. Rationabile est communicatam quoque intelligi primo homini scientiam piscium & vegetabilium,eiusdem enim rationis est, communicare scientiam animantium terrestrium & volatilium,& communicare scientiam piscium & vegetabilium.Immo cum in maiori claudatur minus, & terrestria ac volatilia perfectiora sint piscibus & vegetabilibus, communicata scientia perfectiorum , communicata quoque insinuatur scientia imperfectiorum. Nec est simile de cœlis & terra, quoniam horum perfecta notitia ad totiusvniuersi perfectam notitiam spectat,sunt enim hæc primo prima vniuersi principia,& propterea meritò diuinæ nominationi reseruata sunt,simul cum maribus,quorum etiam noti-
tia nunquam perfecta habita est ab homine. AVCTOR CATENAE. Nomina igitur rebus omnibus Adã L
imposuit,Hebraica nimirum,in qua & orientales linguæ fere omnes,non parum conueniunt.Has autem nominum impositiones in generibus singulorum , non in singulis generum factas intellige . Interea tamen solus erat Adam,& consortem sedulo quæsitam non inuenit,quæ deceret se,auxilium ferret,& commercio solaretur. Aliis enim auibus & bestiis parilitatem suam habentibus,& generis distinctionem ac sexus, cum irrationalia essent omnia,solus Adam destitutus suo solatio videbatur,propter eaq; addit. *Adæ uerò non inueniebatur adiutor similis eius.* CHRYSOSTOMVS. Quid vult breuis hæc dictio,Adæ verò?quare apponit coniunctionem?an non sufficiebat dicere, Adæ?Non absque ratione,neque curiositatis gratia inquirendi talia nobis studiũ est , sed vt diligenter omnia vobis interpretantes,doceamus vos neque dictionem paruam,neque syllabam in diuinis literis contentã, esse prætereundam.Non enim verba tantum sunt,sed & spiritus sancti verba.Et propterea magnum in his thesaurum inuenire licet, etiam in vna dictione . Vide igitur obsecro diuinæ scripturæ accuratam diligentiam . Nam
postquam dixit,Adæ verò non est inuentus adiutor,non ibi substitit, sed adiecit Similis illi, additamẽto illo cau M
sam nobis declarans,ob quam coniunctionis copulam addiderit. Existimo acutiores coniectare posse, & præuidere quid dicturi simus. Postquam in superioribus dictis scriptura diuina dixit,Faciamus illi adiutorium secundum eum,statim docuit nos bestiarum,& reptilium, & brutorum omnium formationem, inquit enim, Et formauit deus adhuc de terra omnes bestias,& volucres cœli, & duxit illa ad Adam,vt videret quid vocaret illa. Et quemadmodum dominus omnibus imposuit nomina, & vnicuique bestiarum, & volucrum, & brutorum omnium generi,suum vocabulum,iuxta concessam sibi sapientiã distribuit,vt scire possemus,quod omnes illæ creaturæ,licet homini ministrent,& nos adiuuent cooperando nobiscum,irrationabilia tamen sunt,& homini longe inferiora.Vnde ne putemus illum de illis dixisse,faciamus illi adiutorium, nam licet adiuuent,& in multis ministerio suo seruiant,ratione tamen carent.Sanè quod iuuent nos rerum docet experientia, alia enim vtilia sunt ad

conuehenda

A conuehenda necessaria,alia ad colendam terram. Quandoquidem bos aratrum trahit, sulcos secat, & varia agriculturæ opera exercet.Asinus autem ad conuehenda necessaria vtilis est,& pleraque animalia alia corporis nostri vsui seruiunt.Etenim oues lanam ad parandas vestes præbent, & capræ ex suis capillis aliquid nostro ministerio afferunt,lacteq; & alio quoque modo nos pascunt.Proinde ne existimes,quod supradicit,Faciamus illi adiutorium,ad hoc dictum, ideo nunc sermonem incipiens(inquit) Adæ verò non inuentus est similis ei. Quasi doceret nos beatus Moyses,& hæc diceret verba.Hęc omnia quidem producta sunt,& ab Adam sua acceperunt nomina, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio. Ideo volens nos docere producendi animalis formationem,& quod animal hoc producendum istucipsum sit, de quo dicebat, Faciamus illi adiutorium secundum illum,id est simile illi,hoc est,eiusdem substantiæ,dignitateq; illo nihil inferius, & hãc ob rem dicebat, Adæ vero non inueniebatur similis illi,monstrans nobis beatus ille,quod quantuncunque nobis ministerium exhibent hæc bruta, aliud tamen quoddam adiutorium est multis numeris excellentius, quod à muliere Adæ præ-
B statur.Itaque omnibus animalibus iam productis,& suum nomen à protoplasto sortitis,misericors deus similem illi adiutricem vt produceret, inquirebat. Qui omnia à se facta, per se gubernat, & omnem visibilem creaturam produxit,is cum aliis omnibus & mulierem format.Et vide quàm diligenter formationem nos doceat.Nã postquam nos docuit,quod vellet illi producere adiutorium simile ipsi,nam superius dixerat, Faciamus illi adiutoriũ secundum illum,& hic inquit,Non inueniebatur similis illi,eam ob causam ex illius substantia ipsam format. CAIETANVS. Adæ verò,& cætera.Iuxta Hebræum habetur,Et Adæ nõ inuenit adiutorium contra ipsum. Et iuxta planum literæ contextum,deus subintelligitur in verbo inuenit, ita quod cum dixisset de deo quod formauit de terra,& fecit venire ad Adam ad videndum,& cætera, adiungit nunc,& non inuenit Adæ adiutorium contra ipsum.Et dixit hoc ad manifestandum quare deus adduxerit volatilia & terrestria ad perfectam notitiam Adæ,vt patefieret quod inter omnia animantia nullum erat quod posset esse adiutorium correspondens Adæ, vt hinc necessitas producendi mulierem manifesta fieret.Ad quod etiam magis explicandum, inducit eum tãquam
C per huiusmodi collectionem animalium ad Adam,inquirentem si forte inueniretur aliquod animal quod posset esse adiutorium correspondens Adæ,& inquisitione facta non inuenientem inter huiusmodi animantia adiutorium correspondẽs Adæ. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est hoc in loco וּלְאָדָם לֹא מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדוֹ Vl Adam lo maza ezer cenegedo,Et Adæ nõ inuenit adiutorium quasi eum.Et ita habet Chaldaica.Alij è regione ipsius,vel coram eo,aut in conspectu eius vertunt . De quo vide supra,est enim eadem dictio ceneged . Quod autem interpres,inueniebatur,posuerit à Septuaginta venit interpretibus,qui ita transtulerunt, τῷ δὲ ἀδὰμ οὐκ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ,At Adæ non inuentus est adiutor similis sibi.
EVCHERIVS ET ISIDORVS. Spiritualiter verò,Non est bonum esse hominem solum. Arguũtur hic Mysticè.
hęretici,qui Christum solum hominem putant,& non esse deum.Faciamus(inquit)ei adiutorium simile sibi,quia in ipso homine suscepto,ecclesia deo copulata est. Appellauit autem Adam nominibus suis cuncta animantia &
D volatilia cœli, & omnes bestias terræ, Significans gentes quæ saluæ fierent in ecclesia , & per eundem dominum nomen christianitatis erant accepturæ,quod prius non habuerant,sicut scriptum est, Et vocabo seruos meos nomine alio. Adæ verò non inueniebatur adiutor similis ei . Vtique quoniam quanuis fidelis aut iustus quisque sit, Christo tamen æquari non potest,quia nullus similis ei inter filios dei. Quis enim (inquit) Moyses similis tibi in
diis domine?Nam & Dauid ait,Speciosus forma præ filiis hominum.Nemo enim poterat à morte genus homi- Psalm.44.
num liberare,& ipsam mortem superare,nisi Christus, sicut Apocalypsis ait, Nemo inuentus est dignus,neque in Apoca.5.
cœlo neque in terra,neque infra terram aperire librum. AVCTOR CATENAE. Aliter.Apostolus ait,dei adiutores sumus,hi ergo non inueniebantur ante Christi dormitionem.

IMmisit ergo dominus deus soporem in Adam. Cúmque obdormisset,tulit unam de costis eius,& reple- 9
uit carnem pro ea. Et ædificauit dominus deus costam quam tulerat de Adam in mulierem , & adduxit
E *eam ad Adam.*Dixitque Adam, Hoc *nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea . Hæc uocabitur uirago,quia de uiro sumpta est.Quamobrem relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una.*

RVPERTVS. Ergo quia non erat bonum esse hominem solum, adductis autem cunctis animantibus ad Adã, 9
ipso perspiciente non inueniebatur illi adiutor similis eius, idcirco quasi recurrit creator ad operosum omnipotẽtiæ suæ verbum,dicendo,Faciamus ei adiutorium.Et vide quomodo faciat illi adiutorium. *Immisit ergo*(inquit) *dominus deus soporem in Adam.* HIERONYMVS. Alia litera habet,Et misit dominus deus ecstasim super Adã. Pro ecstasi,id est mentis excessu,in Hebræo habetur תַּרְדֵּמָה tardema, quod Aquila καταφορὰν , Symmachus κάρον,
id est grauem & profundum soporem interpretati sunt.Denique sequitur. Et dormiuit.Idipsum verbum & in Io Ionę.1.
næ stertentis somno positum est. AVGVSTINVS. Ecstasis hæc quam deus immisit in Adam, vt soporatus
F obdormiret,recte intelligitur ad hoc immissa,vt & ipsius mens per ecstasin particeps fieret,tanquam angelicæ curiæ,& intrans in sanctuarium dei, intelligeret nouissima. Denique euigilans,tanquam prophetiæ plenus, cum ad se adductam costam mulierem suam videret,eructauit continuo,quod magnum sacramentũ commendauit Apostolus. THEODORVS. Propterea quod deus è latere Adam mulierem formaturus erat, idq; aut sine vllo ipsius vigilantis dolore , quod tamen illi phantasia quædam visum fuisset, aut cum aliquo ipsius Adæ dolore, quod plane æquo animo non satis tulisset,idcirco profundam ecstasim illi immisit deus, vt neq; dolorem,neq; visum vllum pateretur, factum tamen diuina reuelatione postmodum in se reuersus intellexit. RVPERTVS. Sopor vtiq; quẽ dominus deus immisit,non vigilias rationis claudere debuit, sed obturatis quinq; sensibus corporis,sensum mentis liberũ reliquit,vt scire posset quid erga se ageret omniũ artifex sapientia dei.Vnde & postmo- Sermo.2.de
dũ muliere sibi adducta,dicere potuit,Hoc nũc os ex ossibꝰ meis,&c. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Septuage.
Immisit dominus deus soporem in Adã.Qualis autẽ ille sopor dicendus est fuisse vel credẽdus, in quo sine sensu

k omnino

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino doloris, in mulierem ædificandã costa sublata est de latere dormientis? Mihi quidẽ non nisi incommutabilis veritatis intuitu, & abyssо diuinæ sapiẽtię corporeis excedens sensibus obdormisse videtur, quod ex eius verbis vel maximè cõiici põt. Rediẽs nimirũ indicat quo abisset, dũ tanq̃ ebrio de cella vinaria veniẽs, & eructãs illud magnũ sacramẽtũ, quod tãto post in Christo & in ecclesia apostolo cõmẽdauit, Hoc nũc (inquit) os ex ossibus meis. Ephe. 5. Et propter hoc inquit, Relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna. An tibi Cant. 5. penitus obdormisse videtur, qui in hãc vocẽ excitatus erupit, & nõ magis dicere potuisse, Ego dormio, & cor meũ vigilat? Verũ id quidẽ sine præiudicio dixerim, si cui forte aliter visum fuerit, maximè si quid aliud in sanctorũ paginis inuenitur. Neq; enim cõmunẽ arbitror fuisse sopорẽ, aut nostris similẽ somnis, quos nec cõtẽplationis excessus, nec miserationis affectus, sed infirmitatis defectꝰ immittit, quos nec veritas, nec charitas, sed necessitas parit.

AVCTOR CA. Immisitq; dominus deus sopорẽ in Adã. Hebraicè est וַיַּפֵּל תַּרְדֵּמָה Vaiappel tardema, fecit illabi seu cadere sopорẽ. Chaldaica nostrę ædition cõcordat. Septuaginta ἔκστασιν posuerũt, quæ etiã nõ dormientibus accidere potest. Omnino verbũ Hebraicũ somnũ intẽsum significat. Est enim tardema à verbo רָדַם radã deductũ H quod sopore graui dormire, vel sopore demergi significat. Profundo igitur somno obruit dominus deus Adã, ne terreretur vel sentiret ex lateris apertione dolorẽ, auferẽdo costã, repolita carne in locũ eius. *Cúmque obdormísset, tulit unã de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit dominus deus costã quã tulerat de Adã, in mulierem.* CHRYSOSTOMVS. Magna verborũ vis est, & omnẽ humanũ captum transcendens. Non enim aliter possunt hæc magna intelligi, quã fidei oculis cõspecta. Et immisit deus excessum in Adã. Cumq; obdormisset, &c. Videte diligentiã doctrinæ, vtraq; posuit beatus ille propheta, imo spiritus sanctus per illius linguã, docẽs nos factorũ seriem. Nã quod tunc fiebat, neq; excessus solus erat, neq; somnus solitus. Sed quia sapiens & potens nostrę naturæ opifex, vnã ex costis illius ablaturus erat, vt ne sentiẽdo dolorẽ, mulieri ex se formatæ postea doloris memor, infensus fieret, ea propter immisso excessu, tanto illum somno oppressit, quasi crapula quadã corruptus, ne quẽ rei quæ fiebat sensum caperet, & sicut optimus artifex auferebat, quod sibi videbatur, & supplebat vbi quid deerat, & quod inde sumpserat, iuxta suã formabat misericordiã. Immisit (inquit) excessum in Adã, & dormiuit, & accepit vnã costarũ illius, & impleuit carnẽ pro illa, vt ne posset discusso somno quod factũ erat ex vacuitate sentire. Nã quãuis eo tẽpore quo auferebatur, ignorauit, postea tamẽ cogniturus erat. Itaq; vt ne illũ in auferẽdo, dolore, neq; ob ablationẽ, tristitia afficeret, vtraq; sic dispẽsauit, vt & citra cruciatũ illius auferret, & impleto eo loco vnde abstulerat, factorũ sensum percipere non sineret. Igitur acceptã hanc costã, ædificauit dominus deus in mulierẽ. Admirabile dictũ, nostrã rationẽ nimia excellentia vincẽs. Eiusmodi enim sunt omnia, quæ à domino. Nã hominem è puluere formari, non erat illo miraculo minus. Et vide iterum quomodo diuina scriptura verbis nostræ infirmitati accõmodis vsa sit. Et accepit (inquit) vnã costarũ illius. Ne humano more accipias quæ dicuntur, sed crassa verba hæc, humanæ imbecillitati conuenire cogites. Nã nisi his verbis scriptura fuisset vsa, quomodo tã arcana mysteria discere potuissemus? Ne igitur verbis tantũ addicti simus, sed omnia, vt par est, de deo sentiamus. Quãdoquidẽ dũ dicitur, accepit, & omnia talia, propter nostrã infirmitatẽ ita dicta sunt. Animaduerte aũt, quomodo & hic eadẽ K vsa est cõsuetudine, qua supra, cũ de Adã ageret. Nã vt ibi semel ac iterũ, & sæpius dixit, Et accepit dominus deo hominẽ, & iterũ. Et præcepit dominus deus Adæ, & iterũ, Dixitq; dominus deus, Faciamus illi adiutoriũ simile il Ii, sic & nunc inquit, Et ædificauit dominus deus costã, quã accepit ab Adã, in mulierẽ. Et paulo superius, & immisit dominus deus ecstasim in Adã, vt discas, quod nullã patris & filij diuersitatẽ hæ dictiones indicent, sed quia vtriusq; est vna essentia, indiscriminatim nominibus istis scriptura vtitur. Vnde & hanc cõsuetudinẽ, cũ deformatione mulieris agit, similiter obseruauit, dicens, Et ædificauit dominus deus costã quã accepit ab Adã in mulierẽ. Quid ergo hic dicent hæretici, qui omnia curiosius explorare volunt, & cõditoris omniũ generationẽ cõprehendisse se putãt? Quis sermo hoc explicare poterit: Quę mẽs deprehẽdere? Vnã costã (inquit) accepit, & qũo ex hac vnica costa totũ animal formauit? Dic obsecro quomodo ablatio facta est? Quomodo Adã cũ auferret costa, nõ sensit? Sed nihil horũ dicere poteris. Vnꝰ enim tãtũ scit, qui ipse est cõditor. Quod si hæc quę in manibꝰ sũt, & animarere, quæ ipsius cõditoris sunt, & dicere, quod illa cõprehẽderis, quorũ neq; incorporeæ & diuinæ virtutes iustã sciL entiã habẽt, sed cũ timore & tremore glorificantes, cõtinuo humiliãtur? Et ędificauit dominus deꝰ costã quã accepit ab Adã, in mulierẽ. Vide scripturæ diligẽtiã. Nõ enim iã dicit, formauit, sed ædificauit, quia ex iã formato partem accepit, & quasi diceret aliquis, quod deerat dedit. Et propter hoc dixit, Et ædificauit non aliã formationẽ secit, sed ex eo quod iam formatum, accepta portiuncula quadam, hanc partem ædificauit, & perfectũ fecit animal. Quanta optimi architecti dei potentia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnauit, tantos formauit sensus, & perfectũ, & integrum, & absolutũ animal fecit, quod posset & colloqui, & cõmunione substantiæ 1.Cor.7. viro multa afferre solatia? Nã ob eiusmodi cõsolationẽ animal hoc formatũ est. Vnde & Paulus dicebat, Nõ enim formatus est vir propter mulierẽ, sed mulier propter virũ. Vides quomodo omnia propter virũ fiũt? Cõdita enim creatura, productis brutis, & cibo & ministerio vtilibꝰ, quia formatus homo indigebat aliquo cõfabulatore, & eo M qui particeps suæ substantiæ multũ solatij afferre posset, ideo ex latere illius hoc rationale animal format, & secundũ industriã suã sapientia perfectũ & absolutũ hoc facit, per omnia homini simile, & rationale, & quod posset in necessariis, & commoditatibus huius vitæ subsidio esse. Deus enim omnia sapienti quadã ratione cõdidit, & moderatur. Et nos qui tã imbecilli mente sumus, tametsi modũ quo facta scire non possumus, credimus tamẽ, quod voluntati illius omnia cesserint, & paruerint, & quicquid imperauerit factum sit. AMBROSIVS. Illud nõ otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adã, sed de ipsius Adæ costa facta sit mulier, vt sciremus vnã in viro & muliere corporis esse naturã, vnũ fontẽ generis humani, ideo non duo à principio facti vir & mulier, neq; duo viri, neq; duæ mulieres, sed primũ vir, deinde ex eo mulier. Vnã enim naturã volens hominum constituere deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens, multarum & disparium naturarum eripuit facultatem.

AVGVSTINVS. Factã itaq; fœminã viro de viro, in eo sexu, in ea forma & institutiõe mẽbrorũ, qua fœminæ natę sunt, quę peperit Cain & Abel & oẽs fratres corũ ex quibꝰ oẽs hoies nascerentur, in quibus peperit etiã Seth,

per quem

A per quem ventum est ad Abraham & ad populum Israël, gentemq; omnibus iam notissimã gentibus, & per Noë filios omnes gentes, quisquis dubitauerit, omnia cogit nutare quæ credimus, longeq; à fidelium mentibus repellendus est. Quale autem ministerium deo exhibuerint angeli in illa mulieris formatione, quis audeat affirmare? Certissimè tamẽ dixerim, supplementũ illud carnis in costæ locũ, ipsiusq; fœminæ corpus & animã, conformationemq; membrorũ, omnia viscera, sensus omnes, & quicquid erat quo illa & creatura, & homo, & fœmina erat, nõ nisi in illo opere dei factum, quod deus nõ per angelos, sed per semetipsum operatus est, nec dimisit, sed ita cõtinuanter operatur, vt nec vllarum aliarũ rerum, nec ipsorũ angelorum natura subsistat, si nõ operetur. EVCHERIVS. Sed quomodo fœminã hic creauit deus, qui superius ab omni opere requieuit? Nõ eam creauit in materia, sed expressit in forma, prius enim originaliter in viri latere facta est, cuius postea detracta costa, exinde mulier facta est. AVCTOR CA. An eiusdẽ sexto die formatæ dicendũ recapitulationẽ esse? AVGVSTINVS DVODECIMO DE CIVITATE DEI. Factus est ergo homo vnus, sed nõ relictus est solus. Nihil enim Cap. 26
B est q̃ hoc genus tam discordiosum vitio, tam sociale natura. Neq; cõmodius cõtra vitiũ discordiæ, vel cauendũ, cũ nondũ existeret, vel sanandũ, cum extitisset, natura loqueretur humana, quàm recordationẽ illius parentis, quem propterea deus creare voluit vnũ, de quo multitudo propagaretur, vt hac admonitione etiã in multis cõcors vnitas seruaretur. Quod verò fœmina illi ex eius latere facta est, etiã hinc satis significatũ est, q̃ chara mariti & vxoris debeat esse cõiunctio. THEODORETVS. Idcirco deus è latere Adam fœminã finxit, vt duas species inter se cõiungeret, & amore cõciliaret, & naturali quadã amicitia inter sese copularẽtur, quod vt arctius atq; tenacius fieret, nuptiarũ vinculo etiã cõiugauit. Si enim neq; hac ratione fieri potest quin mulier aliquando in virũ, & cõtrà vir in mulierẽ inimicitias atq; odia, rixas, & cõtentiones exerceat, nisi hæc cõcordiæ vincula intercessissent, obsecro te, quidnã futurũ erat? GENNADIVS. Volẽs ergo deꝰ ampliori charitate virũ vxori cõiungere, fœminã è latere viri formauit, vt quiddã æqualis honoris, vna tamẽ cũ subiectione præ se ferret. Nã si costã ex anteC riori parte eduxisset, quasi viro aduersariã mulierẽ effinxisset, si verò ex posteriori parte exemisset, nimio plus mulier vilis extitisset. HVGO DE SANCTO VICTORE. Simili modo nec de capite nec de pedibus viri sumptũ est id vnde fieret mulier, ne aut domina, si de capite, aut ancilla, si de pedibꝰ, putaretur. Ideo de medio, id est, costa sumi decuit, vt socia intelligeret. Et repleuit (inquit) carnẽ pro ea. Ne aut turpis esset fossa, si vacua omno, aut si os pro osse regeneraretur, nullũ signũ remaneret ablatæ costæ, per quod cõstat vnũ tantũ principiũ esse totius generis humani, & ideo retentũ est signũ, sicut etiã cicatrices Christi in triumphũ. Quod verò quidã quærũt, vtrũ plures costas habuit prius Adã in illo latere de quo illa costa sumpta est, quia si sic, tũc Adã per eã erat superfluus, sin autẽ nõ plures nisi quot in alio latere habuit, tũc postea diminutus fuit, friuolũ est, quia nec dẽtes puerorũ qui postea mutãtur, dicũtur superflui, nec ipsimet quãuis nondũ habeãt naturæ augmentũ, diminuti iudicãtur. Quæritur etiã, vtrum cũ additione rei extrinsecus sumptæ, de costa illa facta sit mulier, an de sola costa? Et dicũt quidã additũ esse. Sed si ad perficiendũ corpus mulieris de costa illa deꝰ extrinsecus augmentum sumpsit, cũ illud D quod addebatur, maius q̃ ipsa costa fuerit, potius de illo mulierẽ factam scriptura debuit dicere, vnde plures partes substãtiæ suæ acceperit. Restat igitur vt dicamꝰ, costã illã in semetipsam multiplicatã, & ex ea mulierẽ formatam, nullo additamẽto extrinsecus sumpto. Maius enim fuit de nihilo omnia facere, quàm paruã substantiã in ipsam multiplicare. Idẽ dicimus de illis quinq; panibus in euãgelio. RVPERTVS. Quid hoc sibi vult, quod cũ posset mulierẽ æque vt virũ formare de limo terræ, maluit costã viro subducere, eamq; in mulierẽ ædificare? Quid (inquam) hoc voluit, nisi vt firmã & insolubilẽ debere esse ostenderet vnici coniugij charitatẽ? Proinde cũ à Pha- Matth. 19.
risæis tentaretur dominus de dimittẽda vxore, dicẽtibus, quia Moyses mandauit nobis librũ repudij, respondens ait, Nõ legistis, quia qui fecit ab initio, masculũ & fœminã fecit eos, & dixit, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus con Marc. 10.
iunxit, homo non separet. Et iterum dixit discipulis suis, Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suũ, & alij nupserit, mœchatur. Nõ ergo ô coniuges man- 1. ad Cor. 7.
E datum nouũ scriptum est vobis, sed mandatum vetus quod ab initio audistis. Ecce enim vetus, & ab initio constituta rationabilis imò & naturalis causa mandati. Ecce (inquam) quia nõ vndecunq;, sed de costa viri fecit viro auctor coniugij deus, adiutoriũ huiusmodi. Nunquid absq; iniuria factoris sui vir costam suã abiicere poterit? Si Leuit. 21.
cæcus, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel toruo naso, si fracto pede vel manu, si gibbus, si lippus, vel quãlibet eiusmodi habens maculã, nõ accedet ad ministeriũ domini secundum mandatũ legis, quanto magis qui costam integram corpori violenter exemit vel abiecit, meritò ab altari, imò & à cõmunione totius ecclesiæ dei debet arceri? Etenim mox vt pro adiutorio huiusmodi quilibet vir quamlibet mulierẽ assumpserit, mediante fide & testimonio eius, qui hanc mulierem ad hunc virum adduxit, costa eius est, os ex ossibus eius, & caro de carne eius est. Igitur si illam vltro reliquerit pro qualicunq; causa, excepta causa fornicationis, iam apud deũ vir nõ erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia videlicet vna est costa mutilatũ, costa (inquam) nõ qualicunq;, sed bene ædificata diminutũ est corpus. Item & mulier si virum reliquerit, iam apud deũ in numero non erit, quia non corpus in-
F tegrum, vel tota caro, sed pars esse conuincitur ex lege cõditionis, quia de viro sumpta probatur. THOMAS. 1. par. q. 92. ar. 2. 1. cor. q.
Eandem autẽ mulierem cõueniens fuit in prima rerũ institutione ex viro formari, magis q̃ ex aliis animalibꝰ. Primo quidẽ, vt in hoc quædã dignitas primo homini seruaretur, vt secundũ dei similitudinem esset & ipse principium totius suæ speciei, sicut deus est principiũ totius vniuersi. Vnde & Paulus dicit, quod deus fecit ex vno omne hominũ genus. Secundò, vt vir magis diligeret mulierẽ, & ei inseparabilius inhæreret, dum cognosceret eam Act. 17.
ex se esse productam, vnde dicitur hic, De viro sumpta est. Quãobrem relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et hoc maximè necessariũ fuit in specie humana, in qua mas & fœmina cõmanent per totã vitã. Quod nõ contingit in aliis animalibꝰ. Tertiò, quia vt philosophꝰ dicit in octauo Ethicorum, Mas & fœmina coniunguntur in hominibus, non solũ propter necessitatem generationis, sed etiã propter domesticã vitã, in qua sunt aliqua opera viri & fœminę, & in qua vir est caput mulieris. Vnde cõuenienter ex viro formata est fœmina, sicut ex suo principio. Quarta verò est ratio sacramẽtalis. Figurat enim per hoc, quod ecclesia

Universidad de Deusto Biblioteca

à Christo sumit principium. Vnde Apostolus dicit, Sacramētum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & G Ephe.5.
ecclesia. Et quia mulier non est producta à viro per naturalem generationē, sed sola virtute diuina, propterea Eua
nō dicitur filia Adæ. IDEM. Sciendum autē, quod costa illa fuit in Adam, inquantū erat, principium huma- q.97.art.2. ad.3.
ni generis, sicut semen in homine, inquantū est principium per generationē. Sicut igitur decisio seminis non est
cum passione quæ remoueat hominē à naturali dispositione, ita est dicendū de separatione illius costæ. EVCHE-
RIVS. Quæritur autē vtrum fœmina de latere viri formata, ex eius anima acceperit animā? Et vtrum sicut caro
nascentium ex carne, sic animæ ex animabus procreentur? An nouæ semper creentur ex nihilo? Quæ quæstio in
definiendo difficilis est, quia nihil à sanctis viris, vel scripturarū auctoritate manifestius pronunciatū est. AV-
CTOR CATE. Sed secundā magis opinionem sancta mater tenet & sequitur ecclesia. Nempe quod nouas quo-
tidie deus ex nihilo creet animas, illas in corpora infundendo, creandoq; infundat. Quod etiā de tunc productæ
mulieris anima proculdubio sentiendū est. Quando verò abstulit deus costam ab Adam, subintellige, cū carne e- H
tiam abstulisse, nā ita factum ostendit idē ipse à quo ablata, Adā, paulo inferius dicēs, Hoc nunc os ex ossib⁹ meis,
& caro de carne mea. Quo certè facto magnum quoddā & mirū nescio quid indicare voluit omnipotens domi-
nus, nempe ex cōiunctione mulieris cū viro in matrimonio, aliquid & nō parum, soliditatis, constantiæ, & virilis
fortitudinis virū amittere, quasi costa ossea erepta, pro qua carnis molliciē induit, fieriq; se ipso nescio quomodo
fragiliorē atq; minorē, blanditiis imbutū fœmineis ac affectibus, quālibet id ægre profiteri mariti sustineant. Vnde
& sapiētes patres, cū immorigeratos & indisciplinatos, ac suis præceptis nequaq̄ obtemperātes habent filios, opti-
mè eis cōsulunt, si maritali illos vinculo copulauerint. Nullus enim adeo efferus & effrenis animus, quē breui fœ-
minea cohabitatio nō deiiciat, atq; molliat, vt vsu videre quotidie licet. *Et adduxit eam ad Adam.* CHRYSOSTO-
MVS. Ostendens quod propter illū istam cōdiderit, adduxit illam ad Adam. Quoniā nullus (inquit) in omnibus
brutis adiutor tibi similis, Ecce hoc quod pollicebar, promisi enim tibi facturū me adiutoriū simile tibi, nunc per- I
fectum trado tibi. Adduxit illam ad Adam. *Dixitq; Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* CHRYSO-
STOMVS. Obsecro dilecte, vide hic, quomodo cū ineffabili illa sapientia sibi à deo suppeditata, cuius nobis indi
cia demōstrata sunt per nominū impositionem, quæ tot brutorū animalium generibus indidit, & propheticā gra-
tiā accepit. Nam idcirco docuit nos beatus ille propheta, quod & somno & ecstasi correptus sit, ita vt ne sensum
quidē vllum eius quod fiebat acciperet, vt cū nunc discis, quod visa muliere diligenter factū enarrat, credas certò,
quod spiritussancti dono afflatus, & acceptā prophetica gratia hæc loquat. Quippe cū nihil de his quæ facta erant
sciret, postq̄ deus hāc illi adduxit (inquit) Hoc nunc os ex ossib⁹ meis, & caro de carne mea. Alius quidā interpres,
pro nunc, vertit semel. Manifestū quod semel tantùm hoc factum est, neq; vltra erit talis formatio mulieris. Nunc
(inquit) facta est ex viro mulier, posthac nō sic erit, sed ex muliere vir, imò nō ex muliere, sed ex vtriusq; coopera-
tione, sicut & Paulus (inquit.) Nō est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro, & nō conditus est propter mulierē,
sed mulier propter virū. At istæc ipsa, dicit aliquis, ostēdunt nobis quę sunt dicta, quod mulier ex viro facta sit. Ve
rùm expecta, & vide doctrinā quam subiicit, dicit enim, Veruntamen neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro. K
Quo docet nos, quod postea vtriusq; congressu, vtrorumq; & viri & mulieris cōstitutio erit. Et idcirco & Adam
dicebat, Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. DIODORVS. Vndiq; Adā gratia redūdantē agnosco,
Euam nempe ex ossibus suis formatā fuisse nō nisi prophetico spiritu scire potuit. Ait verò, hoc nūc os, declarare
volens, nullā amplius ex ossibus viri nasciturā aut formandā esse, sed deinceps marem ac fœminā ex vxoris viriq;
cōcūbitu nascituros fore. RVPERTVS. Quāuis soporatus fuerit Adam, tamen nō clam illo fuisse quod factum
est, hęc eius dicta manifestè cōprobāt. Hoc nunc (inquit) os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Tanquā diceret,
Hoc pauloantè tantūmodo os ex ossibus meis, id est, costa fuit de costis meis, nunc autē & caro est. Proinde sicut
prius os meū erat, ita & nunc postquā costa ædificata est, rectè caro mea, caro (inquam) de carne mea est. Nō ergo
vt ille quid ageretur nesciret, sed vt magnum sacramentū in eo præfiguraretur, immisit in Adam soporē domin⁹.
RABANVS. Quoniā Adam adductis ad se animātibus terrę & volatilibus cœli, nullū in his sibi simile inuenerat,
meritò nunc vbi adiutoriū simile sui factum atq; ad se adductū vidit, agnouit & exclamauit, dicens, Hoc nunc os
ex ossibus meis, & caro de carne mea, nūc videlicet, quia prius visis animantibus aliis, simile nō viderat. Os autem L
de ossibus meis, & caro de carne mea, quia cætera quæ os & carnē habentia viderat, nominatimq; distinxerat, nō
ex sua substantia, sed ex terra vel aquis esse facta nouerat. AVCTOR CATE. Hoc nunc os, &c. Hebraicè est di-
ctio הַפַּעַם hapáam, quam interpres, Chaldaica, & Septuaginta, Nunc transtulerunt. Alij verò, hac vice, alij, semel
verterūt. Omnia enim hæc páam significat. Et ob hoc non variatur sensus. RABANVS. Sicut verò aliis vocabula
ad se adductis posuerat Adam, sic restabat, vt ei quā sibi similem, ac de suo corpore creatā cognouit, nomen inde-
ret, ꝑpterea ergo ait, *Hæc uocabitur uirago, quia de uiro sumpta est.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAI-
CIS. Iuxta Septuaginta, Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro sumpta est. Nō videtur in Græco & in Latino
sonare, cur mulier appelletur, quia ex viro sumpta sit, sed etymologia in Hebræo sermone seruatur. Vir quippe vo
catur אִישׁ is, & mulier אִשָּׁה issa. Rectè igitur ab is, est appellata mulier issa. Vnde & Symmachus pulchrè etymolo
giam etiam in Græco voluit custodire, dicens, ἄυτη κληθήσεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἀυτῆς ἐλήφθη ἄυτη, quod nos M
latinè possumus dicere, hæc vocabitur virago, quia ex viro sumpta est. Porro Theodotio aliam etymologiam su
spicatus est, dicens, Hæc vocabitur assumptio, quia ex viro sumpta est. Potest quippe issa secundū varietatē accen-
tus, & assumptio intelligi. DIODORVS. Illud hæc vocabitur mulier, quia de viro sumpta est, nullam videtur
seruare consecutionem. Si enim propterea Eua mulier est, quod è costa viri constructa sit, reliquæ mulieres non
erunt, quia ex viris nō sunt, nō enim diuina scriptura dixit, Hæc vocabitur mulier, sed homo. Quatenus quidē ho
minē illum vocat, crasso vocis sonitu vtens. Issam verò, ipsam Euā à viro, atq; hoc mihi magis videt̄ consentaneū.
CHRYSOSTOMVS. Vt autē scias huius prophetiæ certitudinē, & quomodo vsq; ad finē affulgeant illius dicta, au-
di, Ista vocabitur mulier, quia de viro suo sumpta est. Iterū nobis ablationē costæ insinuat. RABANVS. Quō autē
latinè etymologia cōgruit in his noībus, cū à viro nūcupatur virago, ita cōuenit & Hebraicè, in qua videlicet lin-
gua vir appellatur Is, & deriuato ab hoc noīe, fœmina dicitur Issa. Deniq; quod is appelletur Hebraicè vir, testa-
tur etiam

A tur etiam nomen יִשְׂרָאֵל Israël, qui vir videns deum interpretatur. CAIETANVS. Nomen autem hoc, nō
illi primæ mulieri fuit proprium, sed commune vniuerso generi mulierum, nomē enim proprium illi primæ mu-
lieri inferius imponetur in capitulo tertio. AVCTOR CATE. Ex hoc loco eliciunt Hebræi, suam linguā
primam omniū extitisse, vt enim à viro mulier ducta est, ita à viri nomine, nomen mulieris ductū est, ipso impo
sitore Adam, Quod in nulla alia fieri lingua asserunt. Sed & notandū, quod ei nomen imposuit à suo generali di
ductum nomine, adiectione he literæ, quinariū apud Hebræos significante imperfectū numerum, respectu dena-
rij iod, quā visus est abstulisse, veluti ab אִישׁ viro, dixerit אִשָּׁה virā. *Quāobrem relinquet homo patrē & matrē, & adhæ-*
rebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo omnia nobis diligenter ape-
ruit, & singula per prophetiam suam explanauit? Manifestans autē euentura hęc dixit. Sed vnde dic oro, habuit il-
le vt hæc diceret? Vnde sciebat futura, quod multiplicandū humanum genus, & quod hoc viri mulierisq; cōgres-
su futurum, vnde noscebat? Cōgressus enim ille post præuaricationem fuit. Nam vsque ad illam, quasi angeli ver
sabantur in paradiso, non concupiscentiis flagrantes, non ab aliis affectionibus infestati, non naturæ necessitati-
B busobnoxij, sed prorsus incorruptibiles & immortales conditi, neq; vel vestimentorum amictu ibi egebant. Vnde
igitur dic quæso habuit, quod hæc sciret? Nonne propheticæ gratiæ particeps, omnia hæc spiritualibus videbat o-
culis. RVPERTVS. Quamobrem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ. Hoc pro lege
habetur, vt patrē & matrem homini relinquere liceat, poscente causa idonea, vxorem autē nemini nisi volentem
relinquere, nec humana cōcedit lex, nec diuina, nisi pro sola fornicationis causa. Proinde cū dicit lex, qui dixit pa
tri suo & matri suę, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierūt filios suos, hi custodierunt eloquiū tuum, Deuter.33.
& pactum tuum seruauerunt, cum (inquam) hæc dicit sancta & iusta lex, notandū quod solam vxorē præterit, quia
videlicet patrem & matrē, fratres & filios nescire licet ei qui custodire eloquiū & pactum eius cupit, & quanquā
reclamantes vel inuitos, relinquere iure licebit, sola autē vxor est, quam nisi volentem, & idem propositū ample-
ctentem, dimitti fas non est. Ergo dum dicit, quamobrē relinquet homo patrem & matrē, & adhęrebit vxori suę,
& erunt duo in carne vna, coniugij copulam omniū carnalium necessitudinum maximam atq; fortissimam, forè
C pronunciat, adeo vt semel copulati, iam nō sint duo, sed caro vna. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quam-
obrem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ. Quid est autem quod dicit, relinquet? Nunquid
vt prius faciat, & postea dimittat? non. Sed relinquet, id est, nunquam carnaliter adhærebit. Nec dicendum quod
relinquat habitatione, aut omnino dilectione, sed priuilegio dilectionis, quod ad vxorem transferre debet, & etiā
relinquat subiectione & tutela paterna, à qua emancipatus est, ex quo fit paterfamilias, vt curam propriæ familiæ
impendere possit. Et erunt duo in carne vna, id est, tanta erit dilectio inter virum & mulierem, quod vtriusq; spi-
ritus nullam habebit differentiam inter carnem à se viuificatā, & carnem alterius dilectam, & si possent in vna &
eadem carne libenter habitarent. Et quia in re nō possunt facere hanc vnitatem, quod possunt, faciunt vnionē di-
lectione. Vel in carne vna, scilicet in generatione vnius carnis, id est prolis, cooperabuntur. THOMAS. Nō
quantum ad omnia deseritur pater & mater propter vxorem, in quibusdā enim magis debet homo assistere pa- 2.2.q.26.ar.11.ad.1.
rentibus quàm vxori. Sed quantum ad vnionē carnalis copulæ & cohabitationis, relictis omnibus parentibus ho
D mo adhæret vxori. IDEM SVPER EPISTOLAS PAVLI. Propter hoc, &c. Notandū, quod in verbis
huiusmodi triplex coniunctio viri ad mulierem designatur. Prima per affectum dilectionis, quia tantus affectus Ad Ephe c.5.lec.10.per totum.
vtriusq; vt patres relinquant, secundi Esdræ nono. Diligit homo vxorem suā magis q̄ patrem, & multi dementes
facti sunt propter vxores suas. Hoc autē naturale est, quia appetitus naturalis concors est debitæ actioni. Constat
autem, quod omnibus agentibus superioribus inest appetitus, vt propinent & cōmunicent inferioribus. Et ideo
amor naturalis inest eis versus inferiora. Et quia homo respectu patris & matris est inferior, non superior, ideo ad
vxorem cuius est superior, & ad filios naturaliter plus afficitur quàm ad parentes, & etiam quia vxor sibi cōiun-
gitur, ad actum generationis. Secunda cōiunctio est per conuersationem, vnde dicit, & adhærebit vxori suæ. Ec-
clesiastici vigesimo quinto. In tribus beneplacitū est spiritui meo, quæ sunt probata corā deo & hominibus. Con-
cordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene cōsentientes. Tertia est per carnalem cōiunctio-
E nem, ibi, Et erunt duo in carne vna, id est, in carnali opere. In qualibet enim generatione est virtus actiua & pas-
siua, sed in plantis vtraq; est in eodem, in perfectis autem distinguuntur. Et ideo in actu generationis ita se habēt
masculus & fœmina in animalibus, sicut in plantis toto tempore. AVCTOR CATE. Vel erunt duo in car
ne vna, id est, vterq; habebit potestatē corporis alterius, iuxta illud Apostoli, Mulier nō habet potestatem corporis
sui, sed vir. Similiter & vir nō habet potestatē corporis sui, sed mulier. Notandū verò, quod nos dicimus, Quam- 1.ad Cor. cap.7
obrem relinquet homo patrem suū & matrem, & ita scribitur in Hebręo, in Chaldaica æditione haberi. Propterea
relinquet homo lectulū patris sui & matris suæ. Quibus fortasse verbis illud iuxta aliquorū opinionē innuitur, ma
trimoniū cum omnibus in lege naturæ, præterq̄ cū patre & matre cōtrahi potuisse. Deinde quod sequitur, Et ad-
hærebit vxori suæ, Septuaginta appositissimè verterunt, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα ἀυτοῦ, Et adglutinabitur
vxori suę. Ea enim viri ac mulieris cōiunctio esse debet, vt nulla arctior reperiri possit. Quod autē dixit, Vxori suę,
aduertēdus est sacrarum literarū loquendi mos. Maritus enim in his literis vir nūcupari solet, vxor autē, mulier,
F neq; in ea lingua nomē viri à nomine mariti distinguitur, sicut neq; nomē mulieris, à nomine vxoris, ideoq; hic
cum dicitur, & adhærebit vxori suæ, est אִשְׁתּוֹ isto, quod supra significabat viraginē, aut mulierem, hic autē vxo-
rem. Hoc fecit vt beatus Cyprianus tractatu de bono patientiæ, citarit locū ex sequēti capite hoc modo ex Septua
ginta, Quia audisti (inquit) vocem mulieris tuæ, & manducasti ex illa arbore. Ideo autem linguam hanc san-
ctam ac sacram nuncupari existimant, quod honestissimè semper loquatur, remotissimaq; ad ea exprimenda
quærat vocabula, quæ fortassè parum pudica atque honesta nonnullis viderentur. Quod autem additur, Et
erunt duo in carne vna, Hebraicè & Chaldaicè non est, erunt duo, sed tantùm, Et erunt in carnem vnam.
Septuaginta verò etiam duo addiderunt, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, sed hæc euidentiora hi reddere volue-
runt, neque absurdum est, explicationis gratia aliquid addere. Dicat igitur dei spiritu afflatus Adam, Nulla
erit arctior familiaritas, nullum glutinum amoris synceri & puri fortius, quàm viri & vxoris vnicè dilectæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

contubernium,vt parentes quoque citius & facilius vtrique sint neglecturi,quàm sese mutuo. Adhærebit(inquit) G
vir vxori suæ,non dixit vxoribus. Lege enim naturæ & gentium bene institutarum, vnus vni tantum copulandus
decernitur. Quam qui transgreditur,sibi ipsi imputabit,si molestiis diuexetur intolerabilibus per omnem vitam
suam. Quod prudens lector de duabus vel pluribus vxoribus vno eodémque tempore simul non habendis, dictũ
intelligat,non quod secundæ vel tertiæ,ac deinceps,nuptiæ prohibeantur vel vnquam prohibitæ fuerint. His er-
go omnibus edocta vxor se desumptam è corpore viri,non superbiat vel contemnat,sed vt subsistentiæ suæ cau-
sam suspiciat,veneretur,diligat,& se regi ac instrui patiatur à viro, fidem velut sibi ipsi seruet, ac cooperetur ad
auxilia necessaria occupationis domesticæ,sine ira & disceptatione,vicissimq; ametur à viro tanquam alter ipse,
& velut eiusdem corporis nobile membrum,& pectoris tutela fidissima, constanter diligatur. AVGVSTI-
Matt.19. NVS NONO SVPER GENESIM. Sed cum hæc verba primi hominis scriptura fuisse testetur, domi-
nus tamen in Euangelio deum dixisse declarauit. Ait enim: Non legistis, quia qui fecit ab initio, masculum & fœ
minam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in H
carne vna. Vt hinc intelligeremus propter extasim quæ præcesserat in Adam, hoc eum diuinitus tanquam prophe
Vbi supra. tam dicere potuisse. THOMAS. Adam ergo vt à deo inspiratus hæc dixit, deus autem vt Adam inspirans
& docens. Nos autem hoc idem dicimus, & multa alia quæ dicit dominus, spiritu dei docente, vnde dicitur Mat-
thęi decimo, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. CHRYSO-
STOMVS. Sed & hinc etiam immodicam dei misericordiam quam humano generi exhibuit, quę non absque
ratione nunc prolixioribus dico, animaduertite. Data ab initio primo homini vita angelica, & innumeris in il-
lum collocatis beneficiis, & cum aliis omnibus etiam prophetica dignitate concessa, vt cum videritis hominem
post tot beneficia delinquere, culpam in deum ne reiecceritis, sed ipsi totum imputetis. Ipse enim sibimetipsi om-
nium malorum auctor fuit, quod & postea discetis, tum quod tantis bonis excidit, tum quod ob præuaricationẽ
condemnatus est. Nam cum cogito vitæ illius statum, quem illi dominus dedit, tam multifaria in ipsum benefi- I
cia cumulando, & primum quidem, quod ante ipsius formationem propter ipsum, totum hunc mundum & crea
turas condidit, & postea ipsum formauit, vt factus visibilibus omnibus frueretur. Dein quod vt iussit esse paradi
sum, in illo statim ipsum vitam agere voluit, animalia bruta ab illo separauit, omnium illi dedit potestatem, qua-
si dominum seruis, & subditis nomina imponere iubendo. Postea quia solus erat, cum indigeret aliquo adiutore,
qui naturę eius particeps esset, neque hoc omisit, sed producta muliere, modo quo sibi placuit, illam ipsi in manus
concredidit, præter hæc omnia, prophetiæ quoque dignitate illum insigniuit. Et quod summa & caput aliorum
est beneficiorum, donauit illi, vt ab omnibus curis & solicitudinibus corporis liber esset, neque vllis vestium in-
dumentis, neque alio aliquo indigere illum permisit, sed vt dixi, quasi angelus terrestris super terram versari vo-
luit. Cum igitur hæc omnia supputo, obstupesco, & domini misericordiam in humanum genus, & hominis desi-
diam, & diaboli inuidentiam. Non enim ferebat malus ille dæmon videre in corpore hominem angelicam vitã
agentem. RVPERTVS. Sed hic tandem animaduertendum est, quàm pertinaciter homo primus, homo K
terrenus, à creatoris laude mutus perstitit, quàm obstinatis labiis ab omni gratiarum actione abstinuit, & ingra-
tum domino deo silentium dedit, formante deo, & inspirante spiraculum vitæ, factus in animam viuentem, nõ
suspirauit eodem spiraculo vitæ acceptæ in plastę sui faciem, vt adoraret, vt eum glorificaret, vt ei gratias ageret.
Item ab eodem domino deo positus in paradisum voluptatis, nullas ei gratias egit, & taciturna ingratitudine tã-
tum tamque fœlicem delitiarum dei locum, quasi rapinam arbitratus occupauit. Ecce nunc tertio diuinæ digna-
tionis dono locupletatus est, in eo quod fecit ei adiutorium simile sui, adiutorium (inquam) ad hoc vt creſcere &
multiplicari posset, & de se vno propagata, fœlici progenie terram viuentium repleret. Siue hoc tertium, siue se-
cundum (vt supradictum est) beneficium dei fuerit, tribus plane diuinæ beneficentiæ dilatatus muneribus, tacet
adhuc, & nihil quod laudem domini resonet eloquitur, nec vllum dilectionis vel gratiæ verbum in ore eius fuis-
se scriptura testatur. Qui ergo gratiam dei non agnouit, non mirum quod ad hoc vt & peccaret, & peccatum suũ
non agnosceret, quia res vicina est. Eodem quippe intuitu, & suum malefactum, & diuinum erga se cognoscit ho L
mo beneficium.

Mysticè AMBROSIVS. Et immisit deus soporem in Adam, & obdormiuit. Quis est iste sopor, nisi quia paulisper
ad coniugium copulandum cum intendimus animum, veluti intentos oculos ad dei regnum, inclinare atque in-
flectere videmur ad quendam somnum istius mundi, & paulisper obdormire diuinis, dum in secularibus mun-
danisque requiescimus? Denique posteaquam soporem immisit in Adam, & dormiuit, tunc ædificauit dominus
deus costam quam de eo sumpsit in mulierem. Bene ædificauit dixit, vbi de mulieris creatiõe loquebatur, quia in
Cap.24. viro & muliere, dom⁹ videtur quędã plena esse perfectio. Qui sine vxore est, quasi sine domo sit, sic habetur. Sicut
enim vir publicis officiis, ita mulier domesticis ministeriis habilior æstimatur. ORIGENIVS TRIGESI-
MO MOR'ALIVM. Vel aliter. Sciendum est, quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, si non
ab exterioris curæ oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse ratio
nale quod regit, aliud animale quod regitur, nisi ad secretum huius silentij recurrentes, ab omni exterius pertur- M
batione sopiamur. Quod silentium nostrum bene etiam Adam dormiens figurauit, de cuius mox latere mulier
processit, quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, à rebus visibilibus oculos claudit, & tunc in semetipso
vel quæ præesse viriliter debeant, vel quæ subesse possint, infirma distinguit, vt aliud in illo sit, quod regere valeat
tanquam vir, aliud tanquam fœmina, quod regatur. In hoc itaque silentio cordis dum per contemplationem in-
Epho.5. terius vigilamus, exterius quasi obdormiscimus. EVCHERIVS. Sed & hęc omnia futura in Christo & ec-
clesia, facta sunt, & sunt plena mysterris & sacramentis. RVPERTVS. Quod Apostolus perspiciens, ma-
gnum (inquit) sacramentum hoc est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Non (inquit) sacramentum hoc esse
dico, in illo viro, & in illa fœmina, non (inquam) in eo quod de viro sumpta est fœmina, quod misit dominus so
porem in Adam, & tulit vnam de costis eius, & ædificauit costam quam tulerat de Adam, in mulierem, & quod
dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & cætera. Nam illa carnalia sunt facta, & ab illo

Adam

A Adam carnaliter dicta, scilicet absque spiritualium futurorum conscientia. Cæterum in Christo & in ecclesia sa- Vbi supra. Esaiæ.7.
cramentum magnum. THOMAS. Aliter. Quædam sunt in sacra scriptura veteris testamenti, quæ tantum
dicuntur de Christo, sicut illud psalmi, Foderunt manus meas & pedes meos, & cætera. Et illud Esaiæ, Ecce virgo
concipiet, & cætera. Quædam verò de Christo & aliis exponi possunt, sed de Christo principaliter, de aliis verò in
figura Christi, sicut litera præsens. AVGVSTINVS XII. CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM,
EVCHERIVS, INTERLINEARIS, ET RVPERTVS. Immisit ergo dominus deus soporem in A-
dam, id est deus pater per crucis lignum mortem in Christum, proprio enim filio suo non pepercit, sed pro nobis
omnibus tradidit illum, ipseque obdormiuit, admittendo in se somnum mortis, susceptа pro voluntate patris o-
bedientia. Ait nanque ipse in psalmo, Ego dormiui, & somnum cepi. Dormiuit igitur Adam, & fit illi mulier de
latere, patitur Christus, & fit eo moriente ecclesia, de sacramento sanguinis qui de latere mortui profluxit. Tulit
enim deus vnam de costis Adæ, & ex ea ædificauit mulierem, & de latere etiam Christi, de latere (inquam) dor-
B mientis, id est iam mortui, sanguinem & aquam per lanceæ vulnus eduxit, vnde ex tunc vsque in finem seculi, æ-
dificare non desinit, vt gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam exhibeat illi. Et bene ædificata es
se mulier de latere viri dicitur, quia ecclesia templum dei est, per sacramenta de eius latere exeuntia generata. Ad-
duxit autem eam ad Adam, & deus per fidem ecclesiam adduxit ad Christum. Dixitque Adam, hoc nunc os ex
ossibus meis, & caro de carne mea. Quia ecclesia corpus Christi est secundum Apostolum, ex carne eius constãs,
id est infirmis & minus perfectis, & ex ossibus, id est sanctis spiritualibus membris, & in tentationibus ad resisten
dum fortissimis. RABANVS. Sed & sacramentis Christi & ecclesiæ conuenit aptissime, quod Adam mu-
lierem de sua carne creatam, nominis sui participem fieri voluit, quia & dominus noster Iesus Christus æquè ec-
clesiæ quam per sui corporis & sanguinis pretium redemit, sibique adoptauit in sponsam, participium sui nomi-
nis donauit, vt à Christo videlicet, Christiana vocaretur, ab Iesu, id est saluatore, salutem consequeretur æter-
C nam. IIDEM QVI SVPRA. Sed quomodo Christus reliquit patrem, cùm vna substantia sit cum pa-
tre? aut vbi esse potest pater sine filio, cum de ipso filio qui est sapientia patris, dicatur, quod attingit à fine vsque
ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Totus vbi est filius, ibi est & pater, & non potest esse pater sine filio,
nec filius sine patre, quia scilicet sicut inseparabiles sunt in natura, ita & inseparabiles in loco. Sic enim ipse filius
de patre dicit in Euangelio. Qui me misit, mecum est. Quomodo igitur dereliquit patrem, vt adhæreret vxori
suæ, id est ecclesiæ suæ? Nisi illo modo quo Apostolus ait, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus
est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ipsa igitur formæ seruilis acceptio,
exinanitio est, & ipsa exinanitio, quanquam non sit diuinitatis abolitio, aut naturæ amissio, tamen propter for-
mam serui in qua dignoscitur apparuisse, iure dicitur patrem dereliquisse. Reliquit igitur patrem, inquantum ver-
bum caro factum est, ipseque dei filius venit in mundum, & incarnatus est, iuxta illud, Exiui à patre, & veni in
mundum. Dereliquit & matrem, synagogam scilicet Iudæorum, veteri testamento carnaliter inhærentem, de
D qua secundum carnem natus est dominus, & adhæsit vxori suæ, id est sanctæ ecclesiæ quam ex gentibus congre-
gauit, vt pace noui testamenti essent duo in carne vna, id est Christus & ecclesia, quæ vnum corpus sunt, quia
cum sit dominus apud patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, vt illius capitis cor-
pus esse possimus. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI.
Hoc ergo magnum sacramentum quod promissum sperauit Adam, & futurum præuidit, formandam scilicet
ex latere Christi in cruce pendentis ecclesiam, quæ vere est mater omnium viuorum. Hæc est enim illa muli-
er, quæ custoditur per tempus & tempora & dimidium temporis, à conspectu serpentis, vt in Apocalypsi de Apoc.12.
eadem dicitur.

ERat autem uterque nudus, Adam scilicet & uxor eius, nec erubescebant. 10

E AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GENESI AD LITERAM. Admonendum 10
arbitror, illud à nobis esse flagitandum, vt ad proprietatem literæ defendatur quod gestum narrat ipse qui scri-
psit. Si autem in verbis dei vel cuiusquam personæ in officium propheticum assumptæ, dicitur aliquid quod
ad literam nisi absurde non posset intelligi, proculdubio figuratè dictum ob aliquam significationem accipi
debet, dictum tamen dubitare fas non est, hoc enim à fide narratoris & pollicitatione expositoris exigitur. E-
rant ergo ambo nudi primi parentes, verum est, omnino nuda erant corpora duorum hominum in paradiso
conuersantium, nec pudebat eos. Quid enim puderet, quando nullam legem senserant in membris suis repu-
gnantem legi mentis suæ, quæ illos pœna peccati post perpetrationem præuaricationis secuta est, vsurpante in-
obedientia prohibitum, & iustitia puniente commissum? Quod antequam fieret, nudi erant vt dictum est, &
non confundebantur. Nullus erat motus in corpore, cui verecundia deberetur, nihil putabant velandum, quia
nihil senserant refrenandum. IDEM QVARTODECIMO DE CIVITATE DEI. Meritò libidi- Cap.17.
F nis maxime pudet, meritò & ipsa membra, quæ suo quodam (vt ita dixerim) iure, non omnimodo ad arbitri-
um nostrum mouent, aut non mouentur, pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam
sicut scriptum est, Nudi erant, & non confundebantur, non quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nu-
ditas nondum erat, quia nondum libido membra illa præter arbitrium commouebat, nondum ad homi-
nis inobedientiam redarguendam sua inobedientia caro quodammodo testimonium perhibebat. Neque enim
cæci creati erant, vt imperitum vulgus opinatur, quandoquidem & ille vidit animalia quibus nomina im-
posuit, & de illa legitur. Vidit mulier quia bonum est lignum in escam, & quia placet oculis ad videndum. Pa-
tebant ergo oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est, non attenti, vt cognoscerent quid eis indumento
gratiæ præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, vt pœna recipro
ca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset indecens nuditas, &
fecit attentos, reddiditque confusos. CHRYSOSTOMVS. Erant autem ambo nudi, & non erubescebant.
Peccato enim & præuaricatione nondum præsente, gloria quæ superne venerat, vestiti erant, & ideo non eru-

 bescebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beſcebant. Poſt tranſgreſſionem autem præcepti, introgreſſa eſt & erubeſcentia, & nuditatis agnitio. Conſidera quæſo eminentem beatitudinem, quomodo ſuperiores fuerint omnibus corporalibus neceſſitatibus, quomodo terram quaſi cœlum incoluerint, & cum eſſent in corpore, nihil corporale tulerint, neque tecto, neque veſte, neq; alio tali opus habentes. Porrò diuina ſcriptura non ſimpliciter & abſque ratione hoc nobis ſignificauit, ſedvt cum didicerimus vitam illorum triſtitiæ doloriſque expertem, & angelicum quendam ſtatum (vt ita dicam) & poſtea viderimus illos omnibus illis deſtitui, & quaſi è magnis diuitiis in extremam inopiam redigi, ipſorum peccato totum quod fit, adſcribamus. EVCHERIVS. Erat autem vterque nudus, Adam ſcilicet & vxor eius, & nõ erubeſcebant. Nam ex pœna peccati euenit homini, vt ſua ipſius ei rebellis eſſet caro, quia ipſe rebellis extitit creatori ſuo in actibus ſuis, & idcirco erubuit poſtmodum de corpore ſuo, quod non faciebat ante peccatum.

RVPERTVS. Non erat hoc ignominiæ, ſed honoris, quod nudi erant, non erat inſipientiæ, ſed ſecuritatis, quod nuditatem ſuam non erubeſcebant. Quid enim? Nunquid hoc à factore ſuo accepit, quod confuſibilis & verenda eſt factura dei? Aut nunquid confuſionem huiuſmodi natura, & non potius conſcientia facit? Eſt quidem quaſi in naturam verſum hoc tormentum confuſionis, veruntamen non ex conditione primæua, ſed ex iniore culpa origo eius pullulauit. Etenim iccirco nuditatem noſtram erubeſcimus, quia conſcij nobis ſumus, quantam infirmitatem, imo quantam aduerſum nos rebellionem carnis noſtræ portemus. At verò tunc ſana e- Eccles.7. rat cordis conſcientia, quippe quam nulla ſolicitabat oculorum concupiſcentia. Siquidem concupiſcentia carnis pœna eſt peccati, qua præcedens punitur ſuperbia mentis. Deus (inquit ſcriptura) fecit hominem rectum. Hoc planè teſtimonium verum eſt, quia rectiſſimus deus hominem non niſi rectum feciſſe creditur. Rectitudo autem hominis in eo eſt, vt carni ſpiritus, vtpote inferiori, ſuperior præſit & imperet, & hæc illi iuſſa adſit atque obtemperet. Medius nanque inter deum & carnem ſuam rationalis ſpiritus hominis poſitus eſt, vt deo pareret, & carni imperaret. Quem ordinem quia prior ille turbauit & rupit, abiiciendo præceptum dei, ſubditus eſt, qui erat ſuperior ſpiritus, infimæ carni, vt iuſta pœna inferiori ſubiaceat, qui ſuperiori rectè ſubeſſe contempſit. Hinc illa confuſio faciei de conſcientiæ ſecretis ad publicos oculos prorumpens, & ſub miſera velamentorum ſolatia pœnalem ignominiam ire compellens. Hæc (inquam) infirmitas vel rebellio carnis aduerſus ſpiritum, nondum erat. Bene igitur nudus erat vterque, & non erubeſcebant, quia quod erubeſcerent non habebant. Illa nuditatis Matt.6. ſecuritate perdita, nos ingemiſcimus, eo quod gloria & honore ſpoliati, & panniculis obuoluti ſimus. Nam ita veſtiti, verè incedimus nudi, etiam ſi (quod impoſſibile eſt) ſic veſtiamur, ſicut veſtiuntur lilia agri. Etenim nec Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt ſicut vnum ex his. Si (inquam) veſtiri poſſimus, ſicut hæc veſtiuntur, ſic quoque ſpoliati & nudi ſumus. Vnde & ſaluatorem expectamus (inquit Apoſtolus) dominum noPhilip.3. Matt.13. ſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Nunquid enim quando fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris ſui, tunicis operientur & palliis? Non vtique, ſed ad gloriam figuli vel factoris ſui, quæcunque illic fuerint vaſa miſericordiæ, mutuis cum gloria aſpectibus patebunt, foris fulgidi, & intus iucundi, corpore integri, & animo læti, corpore (inquam) ſimul & anima beati. CAIETANVS. Quia nuditas ſecundum ſe non eſt turpis, verecundia autem eſt de turpi, ideo in primæuo ſtatu innocentiæ nullam verecundiam pariebat nuditas, ſicut nec pariet poſt reſurrectionem corporum.

AVCTOR CATENAE. Erat autem vterque nudus, ſeu erant ambo nudi, & cætera. Sic à domino conditi erant, vt nuditatis nihil illos puderet, in opere enim dei inhoneſtum non erat, omnem adhuc ignorabant turpitudinem, in tuto adhuc manebant, nondum experti quicquam doli vel fœditatis, nondum libido improba extra arbitrium commouebat membra, nondum enim legem in membris ſuis ſenſerant repugnantem legi mentis, nondum rebellionis in carne pœnam luebant, quia non rebelles ſe exhibuerant in actibus creatori.

CHRYSOSTOMVS. Sed iam reponentes in poſterum quæ de diaboli inſidiis ſequuntur, veſtram oramus charitatem, vt diligenter ea quæ dicta ſunt, memoriæ commendetis, & vobiſcum expendatis ea omnia, vt profundius in cogitationibus veſtris conſideant. Nam ſi continuo beneficiorum dei, quæ in noſtrum genus contulit, recordamur, & ipſi grati erimus, & ad virtutis viam magna erit extimulatio. Quippe manifeſtum, quod beneficia dei ſecum recogitans, operam dat, ne illis indignus videatur, ſed tanti ſtudij & gratitudinis eſt, vt & alia conſequenter mereatur. Ita liberalis eſt dominus noſter, vt quando videt nos bene & cum gratitudine vti his, quæ iam nobis conceſſit, vltra nos potioribus maioribúſque muneribus impleat. Tantum nobis noſtra ſalus curæ ſit, ne ita incogitanter & abſque fructu tempus tranſeamus. Nam ſi quotidianis ſpiritualibus doctrinis refocillati, ſemper iidem manſerimus, neque in virtutibus creuerimus, neque peccatorum generà pectoribus noſtris effugauerimus, non ſolum inde nihil erit vtilitatis, ſed & plurimum nocumenti. Quandoquidem qui in tanta cura nihil lucrifacit, neque proficit, maiorem ſibi coaceruabit gehennæ ignem. Ideo oro, vt ſingulis hebdomadis, imo ſingulis diebus noſipſos conſideremus, & negligentiam ab animabus noſtris repellamus, & bonorum operum poſſeſſionem conquiramus, ſicut Propheta noſter admonuit, Declinemus à malo, & virtuti ſtudeamus. Iracundus ferocem perturbationem pia cogitatione ab anima elimi- M Pſal.36. Matt.5. net, manſuetudinem autem & lenitatem amplexetur. Deſes & intemperans, & formoſorum corporum curioſior ſpectator, cogitationes ſuas refrenet. Et in latitudine mentis ſuæ inſcribat legem Chriſti, dicentem. Qui inſpexerit mulierem vt concupiſcat illam, iam adulterium commiſit cum illa in corde ſuo. Vnde incontinentiæ vitium effugiat, & ſobrietatis virtutem operetur. Qui præcipitis & temerariæ linguæ eſt, & quæcunque obPſal.140. Ephe.4. uenientia effutit, imitetur beatum prophetam, & dicat: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium munitionis labiis meis. Et nunquam temere & abſque vtilitate proferat verba, ſed audiat Paulum dicentem, OIbidem. mnis vociferatio, & furor, & blaſphemia, & obſcœnitas, & vrbanitas tollatur à vobis cum omni malitia. Matt.5. Et iterum, Siquis ſermo bonus, ad ædificationem vtilis, vt det gratiam audientibus. Iuramenta quoque modis omnibus fugiat, audiens ſententiam, quæ dicit: Dictum eſt antiquis, Non peierabis, ego autem dico vobis, non iurandum omnino. Ne igitur dicat aliquis, In re iuſta iuro. Neque enim in re iuſta, neque iniuſta iurare licet. Purum à iuramentis ſeruemus os. Et his omnibus muniamus noſtram linguam, labia & mentem, ne

A tem, ne vel quid malarum cogitationum intrinſecus naſcatur, vel per linguam pronuncietur. Aures quoque ſepiamus vt ſecurę ſint, & ne vanas fabulas audiant. Sicut & beatus Moyſes præcepit, dicens, Auditum vanum Deute.5. ne accipias. Et iterum beatus Dauid dicebat, Obtrectantem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Vidiſti dile- Pſalm.100. cte, quanta nobis vigilantia opus, quanta opus ſeueritate ad virtutem? quomodo & parua particula neglecta, totius periculum infert? Quo circa & alibi clamat beatus Dauid, accuſans hoc facientem, & dicens, Sedens aduerſus fratrem tuum obloquebaris, & contra filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Si ſic omnia noſtra membra mu Pſalm.49. niuerimus, poterimus ad virtutis opera excitari, & linguam in laudibus & glorificatione dei occupare, aures autẽ in auditu & diſciplina diuinorum eloquiorum, & mentem in ſpiritualibus dogmatibus contemplandis, manus verò non in rapina & auaritia, ſed miſericordia & bonis operibus faciendis, & pedes non in theatris & ſpectaculis damnoſis, equeſtribusq; ludis, ſed in eccleſiis domibusq; precationum & martyrum loculis, vt ab illis benedi-
B ctionem percipiamus, & nos à diabolicis laqueis irretiri nõ ſinamus. Si ſic ſoliciti noſtram ſalutem curauerimus, & dęmonis inſidias poterimus effugere, & magnam ſuperne gratiam aſſequi, quam vt omnes aſſequamur, concedat gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſanctoq; ſpiritui ſit gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

IN CAPVT GENESEOS TERTIVM ARGVMENTVM.

Serpens ſeducit mulierem. Maledicitur ſerpens pœna mulieris & uiri. Promittitur Chriſtus ſaluator. Adam eiicitur de paradiſo.

C

CAPVT III.

D SEd *& ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat dominus deus. Qui dixit ad mulierem, Cur præcepit uobis deus ut non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier, De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo ueſcimur, de ligno autem quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem, Nequaquam morte morieminí, ſcit enim deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.* I

RVPERTVS. Humani generis vox illa eſt in Dauid, Priuſquam humiliarer ego deliqui. Hoc verè dixit, non Lectio pri. quod iuxta quoſdam hæreticos anima cuiuſque noſtrum priuſquam in corpore humiliaretur, ſublimis fuerit in Pſal.118. altitudine cœli, & ibi deliquerit, & propter delictum ſuum humiliata, id eſt proprij corporis carcere concluſa ſit. Pſalm.48. Peruerſus hic ſenſus eſt. Sed priuſquam humiliarer ego deliqui, ſubauditur ſecundum Adam, id priuſquam compararer iumentis, & ſimilis fierem illis, ego in honore poſitus non intellexi, non auctorem honoris mei deum glorificaui aut gratias egi, quin & præceptũ eius tranſgreſſus ſum, & in hoc deliqui. De quo delicto diligenter notandum qualiter ſcriptura narrationem inceperit. AVCTOR CATENAE. Calamitatis ergo humanæ originem breuiter, clarè, ſimpliciterq; deſcribit hic Moyſes. Incertum autem ex ſcripturis quantũ temporis interceſſerit poſt creationem illius. Ait igitur. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat dominus deus.*

E HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta alia exemplaria, Serpens autem erat ſapientior cunctis beſtiis ſuper terrã. Pro ſapiente in Hebræo habetur, עָרוּם arum, quod Aquila & Theodotio πανοῦργον interpretati ſunt, hoc eſt, nequam & verſipellem. Magis itaque ex hoc verbo calliditas & verſutia, quam ſapientia demonſtratur. AMBROSIVS IN LIBRO DE PARADISO. Sed & ſi ſapientiorem dicit ſerpentem, intelligis quem loquebatur, id eſt illum aduerſarium noſtrum, qui tamen habet huius ſapientiam mundi, & verus eſt inimicus generis humani. AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GENESI AD LITERAM. Sed & ſerpens erat prudentiſſimus omnium beſtiarum, & cętera. Tranſlato verbo dictum eſt prudentiſſimus, vel ſicut plures Latini codices habent, ſapientiſſimus, non proprio, quo in bonum accipi ſolet ſapientia, vel dei, vel angelorum, vel animæ rationalis, tanquam ſi ſapientes apes etiam formicaſq; dicamus, propter opera velut imitantia ſapientiam. Quanquam ille ſerpens non irrationali anima ſua, ſed alieno iam ſpiritu, id eſt diabolico poſſet ſapientiſſimus dici omnium beſtiarum. Quantumlibet enim præuaricatores angeli de ſu-
F pernis ſedibus ſuæ peruerſitatis & ſuperbiæ meritò deiecti ſint, natura tamen excellentiores ſunt omnibus beſtiis propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum ſi ſuo inſtinctu diabolus iam implens ſerpentem, eiq; ſpiritum ſuum miſcens, eo more quo vates dæmoniorum implere ſolet, ſapientiſſimum eum reddiderat omnium beſtiarũ ſecundum animam viuam irrationalemq; viuentium? Abuſione quippe nominis, ita ſapientia dicitur in malo, ſicut madmodum aſtutia in bono, cum propriè magisq; vſitatè in Latina duntaxat lingua, ſapientes laudabiliter appellentur, aſtuti autem male cordati intelligantur. Vnde nonnulli ſicut in pleriſque codicibus inuenimus, ad vſum Latinæ locutionis non verbum, ſed potius ſententiam transferentes, aſtutiore omnibus beſtiis iſtum ſerpentem, quàm ſapiẽtiorem dicere maluerũt. Quid autẽ habeat Hebræa proprietas, vtrũ illic in malo, non abuſiuè ſed propriè poſſint dici & intelligi ſapientes, videant qui eam probe nouerunt. Nos tamen aperte legimus alio ſcripturarum ſanctarum loco, ſapientes ad malum, non ad bonum. Et dominus dicit ſapientiores eſſe filios ſeculi fi- Luc.16. liis lucis, ad conſulendum ſibi in poſterum, quanuis fraude non iure. IDEM. Proinde & prudentiſſimus omnium beſtiarum, hoc eſt, aſtutiſſimus ita dictus eſt ſerpens, propter aſtutiam diaboli qui in illo & de illo agebat dolum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolum,quemadmodum dicitur prudens & astuta lingua,quam prudens vel astutus mouet ad aliquid prudenter & astuteq; suadendum. Non enim est hæc vis seu virtus membri corporalis quod vocatur lingua, sed vtique mētis, quæ vtitur ea. Hoc ideo commendandum putaui,ne quisquam existimans animantia rationis expertia, humanū habere intellectum, vel in animal tationale repente mutari, seducatur in illam opinionem ridiculam & noxiam reuolutionis animarum,vel hominum in bestias,vel in homines bestiarum. THEODORETVS. Multa nomina vniuoce proferuntur,veluti idola gentium dij nuncupantur.Qui fabulis inanis scientiæ incumbunt,sapientes habentur.Et apud prophetam dictum est, Sapientes sunt vt faciant malum. Hac ergo ratione serpentem per quem dæmon operabatur,prudentem scriptura vocat,hoc est, maleficum, callidum, astutum. DIODORVS. Prudentem ait,hoc est,ad decipiendum atque circunueniēdum maximè accommodatum. Et in libris Regū Saul bonus fuisse dicitur, non voluntate, sed præstantis corporis magnitudine. RVPERTVS. Sciendum quod serpens antequam fieret organum diaboli ad perditionem hominis, sapiens vel prudens poterat dici, postquam autem prudentia eius malitiæ diaboli coniuncta est,& opportunum ministerium mortis præbuit,callidus & nequam, siue versipellis rectius potest nuncupari.Prudentia nanque eius antequam illi patri mendacij ministerium præbuisset, talis erat,vt discipulis Christi ipso teste Christo, adhuc imitabilis sit.Ait enim, Estote prudentes sicut Matt. 10. serpentes,& simplices sicut columbæ.Prudentes inquit,non etiam nocentes, quemadmodum illi venenum habētes ex accidenti pollutione diaboli,sed ē contra simplices sicut columbæ. AVCTOR CATENAE. Est autē in eo naturalis serpentis prudentia siue sapientia,quod caput tegit corpore exposito. THEODORETVS. Esa. 27. Serpens igitur instrumentum erat illius reuera inimici.Idq; dominus in euangelio declarauit,dicens,Vos ex patre diabolo estis.Ille homicida fuit ab initio.Et apud Esaiam,In illa die adducet dominus gladium suum sanctū, suum magnum & fortem,super draconem serpentem,& cætera. Et in euangeliis,Ecce dedi vobis potestatem calCollat. 8. candi super serpentes & scorpiones. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Non esse istud initium præcap. 10. uaricationis illius serpentis seu deiectionis Geneseos lectio manifestat,quæ ante illorum deceptionem serpentini nominis eum nota inusit, ita dicens, Serpens autem erat sapientior, siue vt Hebraici exprimunt libri, callidior cunctis bestiis terræ quas fecit dominus deus.Intelligitis ergo quod ante illam circunuentionem primi hominis de angelica discesserat sanctitate, ita vt non solum nominis huius insigniri mereretur infamia, sed etiam in nequitiæ tergiuersatione cæteris præferretur bestiis terræ. Nam hoc cognomen non solum Gabrieli siue Michaeli nullo posset modo adaptari,sed ne bono quidem cuique homini conueniret. Apertissimè itaque & serpentis vocabulum,& comparatio bestiarum,non sonat angeli dignitatem,sed præuaricatoris infamiam. Denique liuoris ac seductionis materia qua vt hominem deciperet,instigatus est,de anterioris ruinæ extitit causa,quod scilicet de limo terræ nuperrimè figuratum, ad illam eum gloriam cerneret euocandum.Vnde cum esset vnus de principibus,se meminerat corruisse.Et idcirco priorem eius lapsum quo superbiendo corruerat, quo etiam serpens meruerat nuncupari, secunda ruina per inuidiam subsecuta est, per quam inueniens eum adhuc aliquid in sese erectum habentem,ita vt etiam cuiusdam colloquij atque consilij cum homine haberet consortium, sententia domini vtilissimè eum in ima deiecit,vt non iam sicut antè sublime aliquid intuens incederet, sed vt solo cohærens, repecans inimicum, ac ponens inter ipsum & hominem vtiles inimicitias salutarēmque discordiam, vt dum cauetur tanquam hostis noxius,amicitiis fraudulentis vlterius homini nocere non posset.In quo tamen & illud nos præcipuè debet instruere, vt à malis consiliis declinemus,quod licet deceptionis auctor congrua pœna & condem-
1. Timo. 2. natione plectatur, ne ille quidem qui seducitur, supercilio careat,licet aliquantulo leuiore,quàm ille qui auctor deceptionis extiterit.Quod hic expressum plenissimè cernimus. Adam nanque qui seductus est (imo vt apostoli verbis eloquar)qui seductus non est, sed seductæ acquiescens,in exitialem videtur accessisse consensum, fudore vultus ac labore tantummodo condemnatur,qui tamen illi non per suam,sed per terræ maledictionem sterilitatemq; decernitur.Mulier vero quæ huius rei persuasor extitit,multiplicationem gemituum ac dolorum atque tristitiæ promeretur,perpetuo pariter iugo subiectionis addicta. Serpens autem qui primus incentor huius offensæ est,perenni maledictione mulctatur. Quamobrem summa solicitudine & circunspectione cauendum est à consiliis prauis, quia sicut auctorem puniunt, ita deceptum nec peccato faciunt carere,nec pœna. RVPERTVS. Ait ergo. Sed & serpens erat callidior omnibus animantibus quæ fecerat dominus deus. Gloriam siue honorem & securitatem hominis præmiserat Moyses,dicens,Erat autem vterque nudus,Adam scilicet & vxor eius,& non erubescebant.Et continuò subiungit,sed & serpens erat callidior cunctis animātibus quæ fecerat dominus deus. Quidnam hoc sibi vult,quod non solum modo dixit, Sed serpens erat callidior,sed coniunctiunculam interposuit &,dicendo,sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ?Hoc vtique intendit,& ad hoc auditorem trahit,vt non putet initium peccati siue tentationis Adæ vel vxoris eius, cœpisse ab exteriori persuasione serpentis.Prius nanque intus ad cor hominis per semetipsum locutus est spiritus diaboli, vt superbiret, deumq; præceptorem ferre,vel mandatum eius portare despectui haberet.Nisi enim intus per superbiam tumuisset,foris tentatus tam facile non cederet. Vt ergo duplicis substantiæ creatura, scilicet homo qui ex corpore constat & anima, duplicem corporis & animæ pertraheretur ad mortem, prius in anima spirituali corruptus est superbiæ vitio, Lucæ. 10. deinde & corporeo contra dei mandatum infectus est cibo. Quod & ipse nostræ reparator substantiæ dominus noster Iesus Christus, pulchrè parabolica insinuatione testatur, cum dicit, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones. Non dixit solummodo homo quidam incidit in latrones, sed descendebat (inquit) ab Hierusalem in Hierico, & tunc demum incidit in latrones. Nisi enim descenderet, non incidisset, quia videlicet nisi mente superbiret, dati præcepti præuaricationem non Psalm. 72. incurrisset. Descendebat, quia mente tumebat, tumore nanque ascendere, veraciter descendere est, quia videlicet vbi mens eleuatur, ipsa eleuatione deiicitur. Vnde Psalmista, Deiecisti (inquit) eos dum alleuarentur. Igitur cum dictum est, Erat autem vterque nudus,& non erubescebant, illico subaudiendum fuit,quia tantis ingrati beneficiis deo subesse despiciebant,& conscij quantę generationis forent patres & principes,iam sicut dij,id est

A dij,id est,reuera dij haberi volebant.Sicut enim,non semper pro similitudine,sed aliquando ponitur pro veritatis ostensione,vt illic,In conuertendo dominus captiuitatem Sion,facti sumus sicut cōsolati. Sicut consolati inquit,id est,verè consolati.Hoc (inquam) subaudiendum est,& continuò subiungendum,sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Et est sensus, Per semetipsum intus corrupit hominem diabolus, & non solum per semetipsum intus,sed & per serpentem circunuenit exterius. THOMAS. Quinimo è contra,cum diabolus minimum potestatis haberet in homine ante peccatum, non potuit eum interiori suggestione, sed solum exteriori tentare.Nam suggestio interior qua principaliter aliquid diabolus homini suggerit, ostēdit ipsum plus habere potestatis quàm exterior suggestio,quia per suggestionem interiorem immutatur à diabolo saltem hominis phantasia, sed per suggestionem exteriorē immutatur sola exterior creatura. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Sic igitur ille insatiabilis homicida,primis parentibus nostris non vrsos,non leones,non fortia terræ animalia delegauit,sed tortuosum & callidum serpentē,qui per sinuosa volumina nunc caput cauda, nunc
B caudam capite tegere consueuit.Denique & serpens non fortior erat,sed callidior cunctis animantibus terræ, ait scriptura. AVCTOR CATENAE. Sed & serpens erat callidior, & cætera. Hebraica dictio arum, callidum,astutum,& malignum significat.Chaldaica sapientior habet.Septuaginta,ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος,hoc est, At serpens erat prudentissimus. Optime autem tam illi quàm interpres, verbum Hebraicum reddiderunt, nam plerisque in locis inuenimus in bonam & in malam partem eam vocem accipi.Serpens igitur hic Satan intelligitur, siue reuera fuerit Satan in serpentis forma, siue serpens per Satanam afflatus, siue malus angelus præsens serpenti,sicut & cum asina Balaan.Vtcunq; verò accipitur,serpens hic simpliciter dicitur callidior in bestiis,quia instrumentum fuit tentādi & decipiendi genus humanum. *Qui dixit ad mulierem.* AVGVSTINVS. Serpens non verborum sonos intelligebat qui ex illo fiebant ad mulierem,neque enim conuersa credenda est anima eius in naturam rationalem,quandoquidem nec ipsi homines quorum rationalis natura est,cum dęmon in eis loquitur,ea passione cui exorcista requiritur,sciunt quid loquātur.Quanto minus ille intelligeret verborū sonos, quos
C per eum & ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hominem loquentem non intelligeret, si eum à diabolica passione immunis audiret.Nam & quod putantur serpentes audire & intelligere verba Marsorum,vt eis incantātibus profiliant plerunque de latebris, etiam illic diabolica vis operatur ad cognoscendum vbique dei prouidentiam,quam rem cui rei naturali ordine subiiciat,& quid etiam voluntatibus malis sapientissima potestate permittat,vt hoc magis habeat vsus, serpentes moueri carminibus hominum, quàm vllum aliud genus animantium. Etiam hoc enim non parua testatio est,naturam primitus humanam serpentis seductam esse colloquio.Gaudent enim dæmones hanc sibi potestatem dari, vt ad incantationem hominum serpentes moueant vt quolibet modo fallant quos possunt.Hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quædam cum hoc genere familiaritas.Porro ipsum primum factum ad hoc permissum est, vt per naturam serpentis significaretur generi hominum,cui erudiendo hæc gesta conscribi oportebat, omnis diabolicæ tentationis similitu-
D do,quod apparebit,cum in serpentem proferri cœperit diuina sententia. Sic ergo locutus est serpēs mulieri,sicut asina in qua sedebat Balaan,locuta est homini,nisi quod illud fuit opus diaboli,hoc angelicū.Habent enim quædam boni & mali angeli opera similia,sicut Moyses & Magi Pharaonis. Verùm in his etiam boni angeli potentiores sunt,nec mali angeli etiam talium operum quicquā possunt, nisi quod per bonos angelos permiserit deus, vt retribuatur vnicuique secundum cor eius,vel secundum gratiam dei,vtrunque iustē ac benignē per altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Non est ergo credibile,serpentem intelligere potuisse quæ per eum diabolus agebat, sed sicut dæmoniacus & mente captus loquitur quæ nescit,ita serpens verba ædebat quæ non intelligebat. STRABVS. Sic igitur diabolus loquebatur per serpentem ignorantem,sicut per energuminos vel fanaticos.Quemcunque enim arripuit,intellectum & rationem tollit,spiritus verò bonus quoscunque gratia repleuerit,videntes & intelligentes facit,vnde spiritus prophetarum subiectus est prophetis. CHRYSOSTOMVS. Collige hic,quod ab ini-
E tio nulla bestiarum super terram terrebat vel virum vel mulierem, sed dominium & subiectionem agnoscebant omnia.Et sicut nunc domestica animalia, ita & fera & immansueta tunc subdita erant. At fortè hic dubitauerit quis,& vt sciat quæsierit,num & hoc animal rationis fuerit particeps? Non ita est,absit. Nam sequentes scripturam hoc expendere debent,quod verba quidem sunt diaboli,quem sua inuidia concitabat,vt ita hominem falleret.Animali autem hoc vt instrumento accommodo vtebatur diabolus,quo suarum fraudium esca deuorata,supplantare primum posset mulierem quæ facilius decipi poterat, & postea per illam etiam protoplastum supplantaret.Itaque hoc bruto vtitur ad insidiarum suarum machinationes,& per ipsum mulieri loquitur. RVPERTVS. Quæritur autem,quomodo serpens in paradiso esse potuerit,si non nisi hominis habitatio credenda est eidem pro magna gratia creatoris data,boni operis & diligentissimæ custodiæ,sicut supradictum est,conditione interposita.Nam si serpentibus communis erat paradisus,consequitur,quod & lupis atque leonibus cæterisq; bestiis non careat ille delitiarum locus,& proinde nec tantæ beatitudinis existimabitur, vt meritò paradisus volu-
F ptatis,vel ab ipso domino deo plātatus fuisse dicatur.Et quidem huiusmodi obiectio difficilius solueretur,si hoc apertius scriptura dixisset, quod infra septa paradisi serpens mulierem fuisset alloquutus.Nunc autem cum ita dicat,sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecit dominus deus, & deinde subiungit, qui dixit ad mulierem,& cætera,libera nobis relinquitur facultas asserendi, quòd non serpens,præsertim à diabolo carporaliter inuadente possessus,in paradiso fuerit,sed mulier corpore & oculis vaga,dum incontinenter deambulat,fortè prospectans qualis extra paradisum mundus haberetur,& serpens vtpote astutus,dulcedini terrę propius vel ambitiosius innititur, locus diabolo datus est, & occasio porrecta vnde tentaret. AMBROSIVS. Sed quæ causa inimicitiarum diaboli ad hominem nisi inuidia,sicut Salomon ait,Quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum? Inuidiæ autem causa,beatitudo hominis in paradiso positi. Et ideo quoniam ipse diabolus Sapien. 2. acceptam tenere non potuit,inuidit homini,eo quod figuratus è limo,vt incola paradisi esset,electus est. Considerabat enim diabolus,quod ipse qui fuisset superioris naturæ,in hæc secularia & mundana ceciderat,homo autem inferioris

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem inferioris creaturę ſperabat æterna. Hoc eſt ergo quod inuidet dicens, Iſte inferior adipiſcetur quod ego ſeruare non potui? Iſte de terris migrabit ad cœlum, cum ego de cœlo delapſus in terra ſim? De limo factus eſt, terra ei mater eſt, corruptibilibus inuolutus eſt. Et ſi anima ſuperioris naturæ, tamen & ipſa lapſui poteſt eſſe obnoxia, in corporis carcere conſtituta, quando ego lapſum vitare non potui. Eſt ergo via prima vt decipiatur, dum conditione ſua maiora deſiderat. Hic enim quidam conatus eſt induſtriæ. Deinde carnis eſt, quod non habeat deſiderare. Poſtremo in quo videor ego omnibus eſſe ſapientior, niſi circunſcribam hominem, & verſutia & fraude contendam? Itaque machinatus eſt, vt non primo Adam adoriretur, ſed Adam per mulierem circunſcribere conaretur. Non adorſus eſt eum qui coram acceperat cœleſte mandatum, ſed eam adorſus eſt quæ à viro didicerat, non à deo quid obſeruaret acceperat. Neque enim habes quia mulieri dixit deus, ſed quia Adæ dixit, & ideo per Adam cognouiſſe mulier æſtimanda eſt. AVCTOR CATENAE. Primò igitur aggreditur infirmius natura vaſculum, ipſam mulierem, idque dolo, mendaciis, & familiari colloquio, pérque eandem ſubinde virum ipſum propulit, euicit ac perdidit cum toto ſuo genere. Sed age quid dixerit ſerpens mulieri videamus. *Cur præcepit uobis deus ut non comederetis de omni ligno paradiſi?* AMBROSIVS. Cùm audieris ſapientiorem beſtiis omnibus eſſe ſerpentem, hic iam eius quære verſutiam. Simulat ſe verba dei dicere, & proprios intexit dolos. Cùm enim dixiſſet deus, ex omni ligno quod eſt in paradiſo edetis, de ligno autem quod eſt ſcientiæ boni & mali, non edetis, qua die autem manducabitis ex eo, morte moriemini. Serpens quaſi interrogans mulierem, cum dixiſſet deus, Ex omni ligno quod eſt in paradiſo edetis, de ligno autem vno non edetis, mendacium inſeruit, vt diceret, vt non comederetis de omni ligno paradiſi, cum de vno tantum ligno ſcientiæ boni & mali præceperit deus non eſſe guſtandũ. Qua ratione autem fefellerit, nihil mirum, quia iis qui aliquem circunſcribere conantur, conſuetudo eſt fallere. Non eſt igitur interrogatio otioſa ſerpentis. CHRYSOSTOMVS. Quare dixit deus ne comedatis ex omni ligno quod eſt in paradiſo? Conſidera obſecro malignitatis excellentem ſubtilitatem. Inducit enim ſub ratione conſilij & interrogationis, etiam quod non erat dictum, quaſi ſcilicet curam ipſorum haberet, id quod oſtenditur, cum inquit, Cur dixit deus ne comedatis de omni ligno quod eſt in paradiſo? quaſi diceret malignus ille dæmon? Quare deus priuauit vos tanta fruitione? cur non concedit vt participes ſitis bonorum quæ ſunt in paradiſo? ſed præſtitit quidem vt vtſu frueremini, maiori tamen voluptate interdixit. Cur dixit deus, Quare (inquit) hoc? quæ vtilitas verſari in paradiſo, & non frui his quæ in illo ſunt? Sed ideo maiorem fertis odorem, quod ſpectare quidem vobis licet, frui non licet. Vidiſti quomodo per verba quaſi per eſcam virus ſuum immittit? Debebat mulier ex ipſo aggreſſu eminentem conijcere malitiam, tum quod dicebat quæ non erant vtilia, tum quod quaſi curam ipſorum gerat, vt ſcire poſſet quæ illis à deo præcepta, & ſic ad præuaricationem ipſos trahere. Igitur cum poſſet ſtatim illius impoſturam videre, & aduerſari verba vti nũgatia, & ſe ipſam in tantam humilitatem non reiicere, noluit. Oportebat (inquam) initio colloquium illius non ferre, ſed illi ſoli loqui, propter quem, & in cuius adiutorium facta particeps dignitatis illius. Quia autem neſcio quomodo allecta familiaritatem ſerpentis tulit, per quem vt inſtrumentum, pernitioſa diaboli verba ſuſcepit, congruum erat ſtatim cum diceret ex verbis ab illo dictis, quàm diuerſa à verbis dei eſſent, & quod alia quidem conditor imperaſſet, alia autem ille, & plane contraria deo diceret, vt ipſa auerſaretur & fugeret illius conſuetudinem, abominaretúrque illum, qui ſuam linguam contra datum illis mandatum acuere audebat. DIODORVS. Cur præcepit vobis deus ne comederetis ex omni ligno paradiſi? Hinc manifeſto colligi poteſt, Adam & Euam nondum quicquam comediſſe, ſi enim de lignis paradiſi comediſſent, nunquam profectò id ſciſcitatus eſſet. Sed quia legem non comedendi de ligno ſcientiæ boni & mali non audierat, vtpote quam deus quemadmodum & in prophetis, non exterius, ſed interius inſpiraſſet, videns tum reliqua animantia herbam guſtare, putauit primos parentes lege aliqua adductos non comediſſe. Id ergo ſcire atque intelligere volens, Euam ſciſcitatur. RVPERTVS. Cur præcepit vobis deus, & cætera. Cur? niſi quia caupo nequiſſimus eſt, ſuam interrogationem mendacio polluit, dicendo, Cur præcepit vobis deus ne comederetis de omni ligno paradiſi? Quanuis enim quod ſub interrogatione profertur, nec verum nec falſum ſit, mendacium tamen hic ſerpens manifeſtè ſibilauit, rem ſicut erat ſe neſcire ſimulans, vt paulatim felle ſuo miſeram audientis venenaret animam. Non dixit, Cur præcepit vobis deus, ne de illo vno comederetis, ſed de omni (inquit) ligno paradiſi. Cur ergo, niſi (vt ſicut iam dictũ eſt) paulatim ſerpendo, venenum odij quo ardebat ipſe contra creatorem, magis ac magis iniiceret homini, & cum aggeratione quaſi indigni præcepti conflaret indignationem, excitarétque audaciam rebellandi? Et vide quanta ſubtilitas fallaciæ deceptoris. Tria nempe dixerat dominus deus, Ex omni ligno paradiſi comede. Hoc vnum eſt. Aliud verò, De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. Tertium quoque, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Hoc vltimum quod ait, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris, quaſi neſciat dicit, cur præcepit vobis deus? Superiora duo, ſcilicet ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ilo ne comedas, confundit ac permiſcet, & de duobus veris vnum falſum complet dicendo, ne comederetis de omni ligno paradiſi. Verùm dixit veritas, quia ille homicida fuit ab initio, & in veritate non ſtetit. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius, ſubaudi mendacij quod loquitur. Etenim cum omnia ſecundum auctoritatem ſcripturarum loqueretur Chriſtus veritas, in hoc quoq; dicto ſcripturarum proculdubio præſens caput attendebat, cum diceret, quia ab initio diabolus homicida erat. Tanquam diceret, Ab initio ſuæ confabulationis cum homine, diabolus homicida eſt & mendax, quia videlicet ecce in initio ſuæ locutionis inuenitur mendax, & homicidium intentat. O igitur antiquum peccatorem & vetuſtum homicidam, verè ſerpentẽ, verè verſipellem & nequã. BERNARDVS. Ab interrogatione ergo incœpit, mentẽ mulieris explorans, ſciens ingenio non viribus laborandum. HVGO DE SANCTO VICTORE. Cur præcepit vobis deus ne comederetis de omni ligno paradiſi? Caute fingit ſe dubitare de præcepto prohibente, vt & mulierem faciat dubitare, & deum qui tam boni ligni fructum prohibuit, oſtendat nõ tantùm eos diligere, quantũ oportebat. AVCTOR CA. Cur præcepit vobis deus. Hebraica paulũ variant, vnde variis modis locus iſte exponitur. Ita

Ioan. 8.

Vbi ſupra.

A tur. Ita enim habetur אַף כִּי אָמַר אֱלֹהִים aph chi amar elohim. Nonnulli ergo transferunt, Ita omnino, aut vere ne? etiam ne? quod videtur conſentire cum æditione Chaldaica quæ ita habet, Verum ne eſt quod dixit deus? Illud compertum eſt, quotiens dictioni aph iungitur dictio chi, tunc ſignificare itaque. Vnde aptius poſſet ita reddi, Itaque dixit deus, non comedetis de omni ligno ſeu arbore horti? Noſtra autem æditio Septuaginta viros ſecuta eſt, qui vertũt, τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός, id eſt, Cur dixit vobis deus, vel quid eſt quod dixit deus? Sic igitur dixit mulieri Satan per ſerpentem, Verum ne eſt quod dixit deus? Recte ne vobiſcum agitur, quia deus dixit, & cætera? Multa inuenitur & apparet ſerpentis vafricies. Primò perfidiam homini incutere incipit, & de fide verborum dei tentare reuocarẽque in dubium beneuolentiam dei ad homines. Deinde vt Hebræa habẽt, ſubſtituit verbum dicere pro verbo mandare, ne hominibus ipſis occaſionem præberet de domini mandato cogitandi, ſi dixiſſet verè ne mandauit vobis deus? Nec addit dominus deus, ſed deus tantum, nec ſub nomine tetragrammaton, quod illi

B ſoli conuenit, ſed elohim, quod etiam aliis. Inuidiam quaſi ſubindicando in deum, cui inuitus ſubeſſet, & maieſtatem domini diſſimulando, cui æqualis eſſe non poterat vt volebat, omittit quoque in Hebræo, & Septuaginta interp. (licet hoc habeat noſtra æditio, ſicut & verbũ præcepit) tibi vel vobis, ne ad ſe hoc tantopere pertinere arbitrarentur. Ex affirmatiua oratione facit negatiuam, ex ſingulari pluralem, ex definita vniuerſalẽ. Statim iam tunc ludere docens in verbis dei veterator antiquus, & inuertere tam verba quàm ſententias mandati dominici. Moyſes enim ſic recitat dei verba, Mandauit deus ipſi Adæ, ex omni ligno vel arbore paradiſi comedendo comede, ſed ex arbore ſcientiæ boni & mali, non comedes ex eo. Diabolus autem dicit, Dixit deus non comedetis de omni arbore paradiſi. Huius ergo diaboli filij dicuntur & ſunt, omnes qui peruertunt verba dei viuentis, qui à patre mendacij didicerunt non ſolum mentiri, ſed etiam ipſiſſimam agnitam veritatem inuertere, perſequi & odiſſe & animas ipſas occidere, quas dominus ad ſalutem æternam creauerat. Domino dicente in Ioanne, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Simúlque nota diabolum inter omnes creaturas primò deum nominaſſe, vt hic habes ſicut & in Euãgelio, primò vocauit Ieſum Nazarenum. AVGVSTI- Marci. 1. Vbi ſupra.

C NVS. Si quæritur cur deus tentari permiſerit hominem quem tentatori conſenſurum eſſe præſciebat, altitudinem quidem conſilij eius penetrare non poſſum, & longe ſupra vires meas hoc eſſe confiteor. Eſt ergo aliqua cauſa fortaſſis occultior, quæ melioribus ſanctioribúſque reſeruatur, illius gratia potius quàm meritis eorum, ſed tamen quantum vel donat ſapere, vel ſinit dicere, non mihi videtur magnæ laudis futurum fuiſſe hominem, ſi propterea poſſet bene viuere, quia nemo male viuere ſuaderet, cum & in natura poſſe, & in poteſtate habeat velle non conſentire ſuadenti, adiuuante tamen illo qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Nam & hodie ſine intermiſſione genus humanum ex inſidiis diaboli tentatur, vt ex eo virtus tentati probetur, & palma non cõ ſentientis glorioſior appareat. Cur itaque tentari non ſineret, quem conſenſurum eſſe ipſe præſciebat altitudine quidem conſilij eius, cum id facturus eſſet propria voluntate per culpam, & ordinandus eſſet illius æquitate per pœnam, vt etiam ſic oſtenderet animæ ſuperbæ ad eruditionem futurorum ſanctorum, quam rectè ipſe vteretur

D animarum voluntatibus etiam malis, cum illæ peruerſe vterentur naturis bonis? At talem (inquiunt) faceret hominem, qui nollet omnino peccare. Ecce nos concedimus meliorem eſſe naturam quæ omnino peccare nolit, cõcedant & ipſi non eſſe malam naturam, quæ ſic facta eſt, vt poſſet non peccare ſi vellet, & iuſtam eſſe ſententiam qua punita eſt, quæ voluntate, non neceſſitate peccauit. Sicut ergo ratio vera docet, meliorem eſſe naturam quam prorſus nihil delectat illicitum, ita ratio vera nihilominus docet, etiam illam bonam eſſe, quæ habet in poteſtate illicitam delectationem, ſi extiterit, ita cohibere, vt non ſolum de cæteris licitis rectèque factis, verum etiam de ipſius prauæ delectationis cohibitione lætetur. Cum ergo hæc natura bona ſit, illa melior, cur illam ſolam, & non vtránque potius faceret deus? Ac per hoc qui parati erant de illa ſola deum laudare, vberius cum debent laudare de vtraque. Illa quippe eſt in ſanctis angelis, hæc in ſanctis hominibus. Qui autem ſibi partes iniquitatis elegerũt, laudabilẽmque naturam culpabili voluntate deprauarunt, non quia præſciti ſunt, ideo creari minimè debuerunt? Habent enim & ipſi locum ſuum, quem in rebus impleant pro vtilitate ſanctorum. Nam deus nec iuſtitia cuiuſ-

E quam recti hominis eget, quanto minus iniquitate peruerſi? IDEM DECIMOQVARTO DE CIVI- Cap. 26.
TATE DEI. Cur ergo non crearet deus primos parentes quos peccaturos eſſe præſciuit, quandoquidem in eis & ex eis, & quid eorum culpa mereretur, & quid ſua gratia donaretur, poſſet oſtendere, nec ſub illo creatore ac diſpoſitore peruerſa inordinatio delinquentium, rectum peruerteret ordinem rerum? AVGVSTINVS VNDECIMO DE GENESI AD LITERAM. Nec ſane debemus opinari, quod ſerpentem ſibi per quẽ tentaret perſuaderétque peccatum diabolus eligeret, ſed cum eſſet in illo propter peruerſam & inuidam voluntatem decipiendi cupiditas, non niſi per illud animal potuit, per quod poſſe permiſſus eſt. Nocendi enim voluntas poteſt eſſe à ſuo quoque animo praua, non eſt autem poteſtas niſi à deo, & hoc abdita altáque iuſtitia, quoniã non eſt iniquitas apud deum. Quid ergo mirum, ſi per ſerpẽtem mali quid agere permiſſus eſt diabolus, cum dæmonia in porcos intrare Chriſtus permiſerit? BONAVENTVRA. Quanuis enim ſint animalia quædam Sup. 2. d. 21.
bruta callidiora & quaſi prudentiora ſerpentibus, ſerpens tamen eſt callidiſſimum animal ad inſidiandum atque

F nocendũ corporaliter homini, ideo immenſitas diuinæ ſapientiæ ſic ordinauit, quod callidiſſimus inuiſibilis hoſtis ſpiritualiter inſidians ac lædens, per ſerpentem aggreſſus ſit hominem impugnare, vt inter inſtrumentum & eius motorem eſſet proportio. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et nota, quod non eſt tentatus per aliquam ſimplicem beſtiam, vt eſt columba vel agnus, ne poſſet ſcilicet excuſare tranſgreſſionem, dicẽs: Quis putaret dolum ineſſe in huiuſmodi ſpecie vel forma? RVPERTVS. Quæritur & illud, Vtrum neſcierit mulier quod ſerpens æquè vt cætera animalia, irrationalis eſſet, & ſua facultate loqui non poſſet? Si hoc neſciuit, minorem (quod abſurdum eſt) intelligentiam in illo lucido dei paradiſo habuit, quàm nunc habet in hac obſcuritate vitæ plenæ miſeriis, vbi licet caro quæ corrumpitur aggrauet animam, ſcit tamen nullam præter ſuam rationalem eſſe vitam. Si autem (quod verum eſt) ſciuit ſerpentem non niſi alieno ſpiritu potuiſſe loqui, profectò in eo mira ſeductionis immenſitas eſt, quod quaſi omni potentiam ſpiritus eius mirata eſt mulier, qui per irrationale animal humana formare verba potuiſſet. Quod ſi ita eſt, imo quia ita eſt, non iam dubium remanet, qua ex

Sap. 9.

radice

Universidad de Deusto
Biblioteca

radice tam vasta tanque amara, idololatriæ arbor pullulans, expanderit se in omnes gentes, vel vnde miseris hominibus innatum fuerit, quod tanta instantia, tanque dementi & stulta reuerentia, voces articulatas astutia dæmonum formatas, per innumera quæsierunt simulachra, pro deo diabolum, pro veritate colentes mendacium. Hoc (inquam) dubium iam non remanet, vnde tanti erroris vitium, tam tenaciter hominibus inhæserit, quia videlicet mater nostra, mater cunctorum viuentium Eua, prima felle huius nequitiæ intrinsecus amaricata est, quãdo in illa facundia male diserti serpentis, quasi diuinam diabolici spiritus sapientiam mirata, & stulte venerata est. Et huius deceptionis intuitu, diabolus in scripturis sanctis non leo, sed serpens, siue draco dicitur, quia videlicet non per vim, sed per calliditatem effectum nostræ mortis est adeptus, quippe qui in homine nihil adhuc iuris habuerat, nec inuitum ad aliquod peccatum pertrahere poterat. Nondum erat illud quod congemiscens Apostolus, Video (inquit) aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Quanto magis nec illud erat, quod nunc aperta quoque interdum persequutione rugit? Proinde quia non impugnando coëgit, sed blandiendo primum hominem ad peccatum illexit, exinde serpens antiquus, siue serpens tortuosus dicitur. Quia verò semel admissus, deinceps crudeliter & furiose super genus humanum tyrannidem exercuit, leo dictus est, vtrunque habens malignitatis & sæuitiæ nomẽ, iuxta Psalmistam dicentem, Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconẽ. Sed iam subsequentem nostræ proditionis ordinem consideremus. *Cui respondit mulier, De fructu liguorum quæ sunt in paradiso uescimur, de ligno autem quod est in medio paradisi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud, ne forte moriamur.*

Roma. 7.

Psalm. 90.

AMBROSIVS. In mandato quidem nullum vitium est, sed in relatione mandati. Etenim quantum præsens lectio docet, discimus nihil vel cautionis gratia iungere nos debere mandato. Si quid enim vel addas vel detrahas, præuaricatio quædam videtur esse mandati. Pura enim & simplex mandati forma seruanda, vel testimonij series intimanda est. Plerúnque testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adiicit, totam testimonij fidem parit tis mendacio decolorat. Nihil igitur vel quod bonum videtur addendum est. Nanque hic quid offensionis habet prima specie quod addidit mulier, Et ne tangeremus illud? Non tangetis enim deus non dixerat, sed non edetis. Sed tamen lapsus incipit esse principium. Nam quæ addidit, vel superfluum addidit, vel addendo de proprio, semiplenum intellexit dei esse mandatum. Docet igitur nos præsentis series lectionis, neque detrahere aliquid diuinis debere mandatis, neque addere. Nam si Ioannes hoc iudicauit de suis scriptis, si quis apposuerit (inquit) ad hæc, adiiciet in illum deus plagas quæ scriptæ sunt in libro isto, & qui dempserit de verbis his prophetiæ huius, delebit deus partem illius de libro vitæ, quanto nihil diuinis mandatis est detrahendum? Hinc ergo cœpit præuaricatio prima esse mandati. Et plerique putant hoc vitium non esse mulieris, sed Adæ fuisse, ita Adam dixisse mulieri, dum eam facere vellet cautiorem, vt adderet mandasse deum, neque tangetis ex eo quicquam. Habemus enim quia Adam non Eua mandatum acceperit à deo. Nondum enim mulier formata fuerat. Ipsa quidem verba Adæ quibus mulieri dicit formam seriẽmque mandati, non prodit lectio, sed intelligimus per virum ad mulierem seriem transisse mandati. Viderint tamen alij quid sentiant, mihi tamen videtur à muliere cœpisse vitium, inchoasse mendacium. Nam & si de duobus videatur incertum, tamen sexus prodit, qui prius potuerit errare. Adde, quia præiudicio illa constringitur, cuius & postea prior error inuentus est. Viro enim mulier, non mulieri vir auctor erroris est. Vnde & Paulus ait, Adam non fuit deceptus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Apoc. 22.

1. ad Tim. 2.

AVGVSTINVS. Ideo autem prius interrogauit serpens, & respondit hæc mulier, vt præuaricatio esset inexcusabilis, neque vllo modo dici posset id quod præceperat deus oblitam fuisse mulierem, quanquam & obliuione præcepti, maxime vnius, & tam necessarij, ad maximam culpam damnabilis negligentiæ pertineret, veruntamen euidentior eius transgressio est, cum memoria retinetur, & tanquam in illo deus assistens præsensq; contemnitur. Vnde necessarium fuit cum in psalmo diceretur, Et memoria retinentibus mandata eius, addere, vt faciãt ea. Multi enim retinent memoria, vt contemnant ea, præuaricationis maiore peccato, vbi obliuionis nulla est excusatio. CHRYSOSTOMVS. De omni ligno paradisi comedimus, de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus ne comedatis, neque attigeritis ipsum, vt non moriamini. Vidisti malignitatem serpentis? diuolè erga se affectus esset, totum mandatum detexit, diligentèrque recensuit omnia, & responso suo omnem simbimetipsi defensionem abstulit. Quid enim potes dicere ô mulier? Cur dixit deus ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso? Oportebat te auersabundam ab eo qui diuersa à deo dixerat, dicere. Apage impostor es tu, nescis neque mandati nobis dati potentiam, neque quantis fruimur, neque copiam eorum quæ nobis suppeditantur. Verum quia non se ipsam attendebat, non solum non est illum auersata, sed omne mandatum illi detexit, & margaritas porcis obiecit, inpletúrque quod à Christo dictum, Ne mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent illas pedibus suis, & conuersi vos disrumpant, id quod & factum est. Apposuit enim porco, huic maIæ bestiæ, dæmoni videlicet, qui per serpentem operabatur, diuinas margaritas, & non solum illas conculcauit, sed & dictis se opposuit, & conuersus non ipsam solum, sed cum ipsa protoplastum quoque in morbum inobedientiæ perduxit. Tantum malum est absque delectu cuiuis diuina mysteria detegere. Audiant qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquuntur. Neque enim ibi Christus de porcis præcipit, sed homines porcinis moribus denotat, qui sicut bruta illa in peccati luto inuoluuntur, docens nos, vt personarum diuersitatem, & vitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos & nosmetipsos lædamus. Nam qui tales sunt, non solum nihil lucri ex dictis aucupamur, sed & bonas illas margaritas absque discretione illis propositas, secum in suæ perditionis profundum abiicimus. Ideo cum diligentia obseruanda sunt hæc, ne eadem patiamur quæ illi, qui hic decepti sunt. Nam & nunc si voluisset mulier non proponere margaritas porco, neque ipsa in præcipitium ruisset, neque virum secum traxisset. RVPERTVS. De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, & cætera. Hæc verba iam vitiatæ mentis indicia sunt. Nam quantum in se erat, deprauauit mulier verba præceptoris domini tribus modis, quibus vsque hodie deprauare nititur sanctam scripturam omnis qui est ex parte diaboli, scilicet appositione, diminutione, mutatione. Apposuit nanque dicendo, & ne tan-

Psalm. 102.

Matth. 7.

geremus

A geremus illud, quia videlicet dominus deus hoc tantum dixerat, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Diminuit verò, quia cum certa & affirmatiua denunciatione dixerit deus, In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris, hæc dubium vel friuolum volens esse illud, ne forte (inquit) moriamur. Mutatione autem, quia cum dixerit dominus, ex omni ligno Paradisi comede, & vnum solummodo interdixerit lignum scientiæ boni & mali, hæc ait, de ligno autem quod est in medio paradisi, præcepit nobis, & mentita est. Nam & lignum vitæ erat in medio paradisi, quod dominus deus non interdixit. Ergo iam impatienter ferebat, & murmurabat, quod quasi parcus vel auarus deus pretiosa medij paradisi reseruaret, & viliora quæque per circuitum colligendo, in cibum homini concessisset. Sic (inquam) tribus modis, id est appositione, diminutione, & mutatione, sanctum præceptũ dei mulier stulta deprauare contendit. BERNARDVS IN SERMONIBVS. De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur, & cætera. Vide si non manifeste sonãt verba eius

Ser. sin. Andreæ.

B molestum ei fuisse mandatum. Non dicit, sic est volũtas creatoris, quare sic, ipse nouit, nobis sufficit obedire, quia vita nostra in voluntate eius. Itaque facile seducta est mulier, & promissioni serpentis credere, & acquiescere persuasioni. CAIETANVS. Et quemadmodum mulier inhibita à marito ne domum exeat, cum interrogatur cur non exit, respondet, mihi non licet extra cubiculum meum pedem ponere (exaggerãdo displicens sibi mariti præceptum) ita prima mulier exaggerando diuinum præceptum, refert quod nec tãgere fructum illum liceret. Huiusmodi enim exaggeratio testis est internæ displicentiæ. Ex hoc etiam textu eliciuntur duo. Alterum, quod deus per seipsum & non per Adam intimauit hoc præceptum mulieri, hoc nanque fatetur ipsa mulier, dicendo, dixit deus, ne comederetis, in plurali numero. Alterũ, quod mulier erat creata, quando deus dixit homini, in quacunq; die comederis, morte morieris. AVCTOR CATE. Parum refert quod & Hebraica & Septuaginta

C & Chaldaica in secunda persona plurali exprimũt mandatum, Ne comederitis, ne tetigeritis, ne moriamini, nam sensus idem est. Tacere debuerat mulier, & indicasse protinus marito. Periculosum est confabulari veteratorib⁹, dæmonum persuationibus prębere aurem & obsequi. Omisit fœmina imprimis quod dictum fuerat à domino, Omnis arboris. Deinde adiicere debuerat, Dominus deus & creator noster præcepit nobis. Deniq; addit verbo dei, & ne tetigeritis illud. In dubium quoque reuocat assleuerationem dei, dicendo, Ne forte moriamini, cum dixisset deus, Morte morieris, hoc est, sine dubio morieris. Non se tam gratam ostẽdebat pro tot tantisq; concessis in mũdo fructibus aliis, quàm querulam & impatientem de vno negato sese prodebat. Discunt hic insolentiores fœminæ, & ad exemplum matris primæ, multiloquium cum exteris, inobedientiam, mẽdacium, ingratitudinem, pernam, & ad exemplum matris primæ, multiloquium cum exteris, inobedientiam, mẽdacium, ingratitudinem, pernæ

Universidad de Deusto Biblioteca

regna mundi & eorum gloriam dicit, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, vt iisdem quibus ille tenta- G
tionum lineis est appetitus, nos quoque quemadmodum tentatorem vincere deberemus suo doceret exemplo.
Ideoque & ille Adam dicitur, & iste Adam. Ille primus ad ruinam & mortem. Hic primus ad resurrectionem &
vitam. Per illum omne genus hominum condemnatur, per istum omne genus hominum liberatur. Ille de rudi
atque intacta fingitur terra. Hic de Maria virgine procreatur. Huius ergo vt suscipere eum tentationes oportuit,
ita excedere necessarium nõ fuit. Nec enim qui gastrimargiam vicerat, poterat fornicatione tentari, quæ ex illius
abundantia ac radice procedit, qua ne ille quidem primus Adam fuisset elisus, nisi ante genitricem eius passio-
nem, deceptus illecebris diaboli recepisset. Et ob hoc filius dei non absolute in carne peccati venisse dicitur, sed
in similitudine carnis peccati, quia cum esset in eo vera caro, manducans scilicet & bibens & dormiens, clauorũ
quoque confixionem in veritate suscipiens, peccatum eius quod præuaricatione contraxit, verum non habuit, sed
imaginarium. Non ignitos aculeos concupiscentiæ carnalis expertus est, qui etiam nolentibus nobis natura iam
administrante consurgunt, sed huius quandam similitudinem, naturam participando suscepit. Nam cum omnia H
quę officij nostri sunt in veritate compleret, & vniuersas infirmitates gestaret humanas, consequenter huic quo-
que passioni putatus est subiacere, vt per has infirmitates etiam conditionem huius quoque vitij atque peccati vi
deretur in sua carne portare. Denique in his eum tantummodo vitiis diabolus tẽtat, in quibus etiam illum pri-
mum deceperat, coniiciens hunc quoque velut hominem similiter in cæteris illudendum, si eum in illis quibus
priorem deiecerat, sensisset elisum. Verum ei secundum iam morbum qui de radice principalis vitij pullularat,
primo certamine confutans, inferre non potuit. Videbat enim nullatenus eum initialem causam ægritudinis hu
ius suscepisse, atque superfluum sperari ab eo fructum peccati, cuius eum semina vel radices nullo modo recepis-
Lucæ.4. se cernebat. Licet secundum Lucam qui postremam tentationem illam ponit, qua dicitur, Si filius dei es, mitte te
deorsum, hæc superbiæ passio possit intelligi, ita vt illa superior quam Matthæus tertiam ponit, in qua iuxta præ-
dictum Lucam euangelistam omnia ei regna mundi in puncto temporis ostendens diabolus repromittit, acci- I
piatur passio philargyriæ, quod scilicet post gastrimargię victoriam fornicatione eum tentare non præualens, ad
philargyriam transierit quam radicem malorum omnium nouerat, in qua iterum superatus, nullum ei vitium
ex his quæ sequebantur eam, ausus est ingerere, quippe quæ nouerat de eius radice ac fomite pullulare, ad extre-
mam superbiæ transierit passionem qua nouerat etiam perfectos quosque deuictis omnibus vitiis posse pulsari,
qua etiam vel seipsum cum esset vt lucifer, vel complures alios absque vllo incitamento præcedentium passionũ
de cælestibus meminerat corruisse. Iuxta hunc ergo quem prædiximus ordinem, qui ab euangelista Luca descri-
bitur, etiam ipsa illa illicitatio & figura tentationum quibus vel illum primum, vel istum secundum Adam calli-
dissimus aggreditur inimicus, elegantissimè congruit. Illi nanque dicit, Aperientur oculi vestri, huic ostendit om
nia regna mundi & gloriam eorum. Ibi dicit, Eritis sicut dij, hic dicit si filius dei es. EVCHERIVS. In eo
etiam quod dixit, Aperientur oculi vestri hoc persuadet, vt sub deo esse nollent, sed similes ei essent, non indigen
tes illius interno lumine, sed viuentes propria prouidentia ad dignoscendum bonum & malum, quod ille K
prohibuisset. INTERLINEARIS. Oculos cordis vult claudere, vt carnales aperiat. RABANVS.
In verbis quoque serpentis notandum, quanta arte nequitiæ diabolus hominem ab initio tentauerit, qui non solũ
eum inobedientiam contemptúmque sui creatoris velut sibi inuidentis docuit, sed & numerositatem deorum il-
li credendam proposuit, dicens, & eritis sicut dij, quatenus & si forte ad inobedientiam eos pertrahere nequiret,
fidei tamen qua vnum deum colebant, castitatem corrumperet. Si verò pertraheret, in vtroque victor existeret.
RVPERTVS. Dixit autem serpens ad mulierem, Nequaquam morte moriemini, scit enim deus, quia in quo-
cunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Quid hac intẽ-
tione funestius, sermone malignius, præsumptione atrocius. Ecce quomodo nequissimus nebulo altissimũ deum
sibi similem facere contendit. Mendax enim ipse est, inuidus ipse est. Mendax autem similem sibi, id est mendacẽ
vult facere deum, dum dicit, Nequaquam morte moriemini. Quid enim hoc aliud est, nisi mentitus est ille qui di
xit, morte moriemini? Item verè inuidus, præcepti dei causam esse inuidiam audet asserere, cum dicit, Scit enim
deus, quia in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Nam cum dixisset, Ne- L
quaquã moriemini, quasi quereretur, quare ergo tam seuere interdixit? quare tam minaciter prohibuit? Scit enim
(inquit) quia aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut dij. Quasi parum fuerit quod superbiẽdo dei similitudinem per-
didit, adhuc detrahendo, similem sibi deum asserere præsumit, imo deum mendacem, se autem veracem habendũ
esse misero persuadet homini. Sed iam singula serpentis verba prosequamur. Nequaquam morte moriemini. Iam
derisor est, & dubia respondet, vt cum dei veritas impleta fuerit, nihilominus tamen ipse veracem se esse cum ho
stili cachinno confirmet. Nam cum duæ mortes sint, altera animæ, & altera corporis, quadam morte non statim
erant morituri, scilicet ea quæ animam à corpore diuidit. Non enim quia comederunt, iccirco eodem die corpo-
raliter mortui sunt, sed quia comedendo, mortẽ animæ sibimet eodem die consciuerunt, iccirco misericordia dei
corpore mortales facti sunt, ne sicut ipse diabolus irrecuperabiles essent, malè vel miserè viuendo in æternũ. Igi-
tur quemadmodum Apollo Delphicus fertur solitus fuisse incertis ludere ambagibus, sic iam nũc ludebat idẽ dei M
& hominum inimicus, æquiuocatiõe mortis nequiter abusus, odibilium sophistarum maximus. Sic & cætera quæ
sequuntur, æquiuocando cuncta confundit ac perturbat, alio sensu loquens, & alio sua dicta intelligi volens. Scit
enim deus (inquit) quia in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & cæt. Hoc vtiq; volebat intel
ligi, quod claritatem omnis sapientiæ, diuinitatem quoq; & omnium scientiam deus inuidens homini, tale lignũ
ei interdixit. Hoc (inquam) intelligi volebat in suo sermone, cum sentiret ipse aliter euenturum esse, qui tamẽ sen
sus eius circa hæc ipsa verba pene ineffabili versabatur auersione. Aperiẽtur (inquit) oculi vestri, videlicet in agni-
tionem vestræ confusionis. Est enim quædam infœlix oculorum apertio, qua reuelati erunt oculi impiorũ, quan-
Sapien.5. do sicut liber sapientiæ testatur, Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione insperatæ sa-
lutis, & gementes prę angustia spiritus, dicent intra se, pœnitentiam agentes. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in
derisum, & in similitudinem improperij, & cæt. Itẽ cum diceret, Et eritis sicut dij. Falsis vtiq; diis, id est sibi, suisq;
sequacibus

A sequacibus angelis apostaticis, similes illos facere intendebat, cum aliud (sicut iam dictũ est) intelligi vellet in hac
promissione sua, cui nimirum suauiter sonanti, quasi vino venenum mortis commiscuerat. Nihilominus & ad-
dendo, scientes bonum & malum, hoc moliebatur, vt eos habere faceret & boni perditi memoriam, & mali inuẽ-
ti experientiam, cum hoc aliud vellet intelligi, quod omnem per illum cibum consequuturi essent scientiam, &
nihil eos lateret, quæ profectò scientia solius dei est. Cõsidera nunc quanta hic alleuatio iuxta sensum eius qui de-
cipitur, quanta sit deiectio iuxta sensum eius qui decipit. Sub eadem pollicitatione dum dicitur, aperientur oculi
vestri, hæc sapientiæ altitudinem, ille cogitat conscientiæ confusionem. Sub eadem dictione dum dicitur, & eri-
tis sicut dij, hæc rapere dei celsitudinem, ille suimet similem cogitat innuere damnationem. Item sub eadem pol-
licitatione scientiæ boni & mali, hæc plenitudinem scientiæ, ille cogitat experimentum miseriæ. Molestissimum
hoc fallaciæ genus est, in quo is qui decipit, & palmam obtinet mendacij, & gloriatur quod verus sit, verumq; di-
xerit. Qui autem decipitur, non habet vnde insultantẽ falsitatis arguere possit, quamlibet ille fallacissimus sit. La-
B borat hic sensus noster in barathro tanti huius mali, quia videlicet tantæ caliginis tantæq; profunditatis est, vt sa
pientiũ quoq; oculis vix conspicabilis sit. Quid enim? Quis hic ita decipiẽtem accusare potest, vt excuset eum qui
deceptus est? Deus qui decipientis intentionem, & decepti spem considerat, sicut scriptum est, Ipse nouit & deci- Iob.12.
pientem, & eum qui decipitur. Nunquid hic alterum magis altero excusatum haberet salua iustitia, nulla satisfa-
ctione placatus? Cur enim diabolum deiecerat ẽ cœlo, nisi quia superbiendo dixerat, ero similis altissimo? Nempe
hoc eodem flatu tumida, dixit mulier, dixit inquam, quia putauit quod comedendo fieret similis altissimo. Quis
ergo inter vtrunq; postularet & auditorem, vel iudicem, siue defensorem deum, cum vtrumq; constaret dei factũ
esse inimicum? Siquidem iuxta veram rationem iustitiæ, deceptum prius oportebat reconciliari, tunc demum po
stulare iudicium super impio, crudeli & sanguineo scelere deceptoris. O ergo necessarium hominibus aduentum
mediatoris dei & hominum, qui solus potuit & pacem inter deum & homines reformare, & deceptoris hominũ
dolosam præsumptionem in iudicium adducere. HVGO DE SANCTO VICTORE. Dixit autẽ ser
C pens ad mulierem, Nequaquam morte moriemini. Nota, dominus affirmauit, dicens: Morte moriemini, mulier
dubitauit, inquiens: Ne forte moriamur, Vnde diabolus sperans per hoc se posse efficere quod volebat, plane vt
aduersarius, negauit, dicens: Nequaquam moriemini. Scit enim deus, quod in quocunq; die comederitis ex eo, a-
perientur oculi vestri, diuinam cognitionem qua deus omnium naturas perfecte, & vno intuitu comprehendit,
promittit ei. Et eritis sicut dij sciẽtes bonum & malũ. Duo promittit, dignitatem & abũdantiã rerũ, vt vnũ persua
deat, id est comestionẽ pomi. THOMAS IN OPVSCVLIS. Diabolus igitur qui iam peccauerat, vidẽs Opusc.3.cap 189.
hominẽ taliter institutũ, vt ad perpetuã fœlicitatem peruenire posset, à qua ipse deciderat, & nihilominus posset
peccare, conatus est à rectitudine iustitiæ abducere, aggrediẽs hominẽ ex parte debiliori, tẽtans fœminam, in qua
minus vigebat sapiẽtiæ donũ. Et vt in transgressionẽ præcepti facilius inclinaret, exclusit mẽdaciter metũ mortis,
& illa promisit quæ homo naturaliter appetit, scilicet vitationẽ ignorãtię, dicẽs, Aperiẽtur oculi vestri, & excellẽ-
D tiam dignitatis, dicẽs: Eritis sicut dij, & perfectionẽ sciẽtiæ, cum dixit, scientes bonũ & malũ. Homo enim ex parte
intellectus, naturaliter fugit ignorantiã, & scientiã appetit. Ex parte verò volũtatis quæ naturaliter libera est, appe
tit celsitudinem & perfectionem, vt nulli, vel quanto paucioribus potest, subdatur. CAIETANVS. Nequa-
quã morte moriemini, & cæt. Diabolus sciens quod dum in dubio est animus, paulo momento impellitur, statim
suggerit negatiuam, & affert rationem ex certitudine scientiæ diuinæ de euentu. Ac si apertius dixisset, Noli du-
bitare de comminata pœna mortis, quam sub dubio dicis deum protulisse, quoniam ipse deus non est dubius, sed
est certus de euentu opposito, hoc est, de euentu bono, si comederitis ex fructu ligni illius. Et argumentũ assum-
psit ex nomine arboris quæ vocabatur arbor scientiæ boni & mali, hinc enim optimũ successum comestionis pro-
ponit præcognitum esse à deo. Distinguit autem bonitatem euentus in tres partes, iuxta tria bona valde appetibi-
lia. Primùm est libertas ab impedimentis sciendi, & hæc proponitur, dicendo, aperiẽtur oculi vestri. Est enim ser-
mo metaphoricus de oculis mẽtis ad similitudinem oculorum corporis, clausi siquidem oculi impediuntur à vi-
E dendo, aperti autem liberi sunt ad videndum. Cerne astutiam serpentis, affectui mulieris excitato, proponit quod
succederet ei libertas ad videndum. Aliud naturaliter appetibile, est perfectio sciendi, & hoc proponitur futurum
dicendo, scientes bonum & malum. Et in hoc libertas quoq; sciendi promittitur, ex hoc ipso quod scire dicitur nõ
arctatum ad bonum, sed extensum quoq; ad malum, habet enim quandam seruitutis speciem, non posse scire nisi
bonum, & similiter quandam libertatis speciem, liberè scire bonum & malum. Amborum autem appetibilium ra
tio optima proponitur, assimilatio ad deũ, seu ad deos. Et vere in hoc tangitur ratio amatæ libertatis & cuiuscũq;
scientiæ, excellentia siquidẽ ratio est, vt hæc placeant, & multo magis excellentia tanta, vt homo assimiletur deo,
seu diis. Aduertendum quoq; est in hac serpentina suggestione, quod in numero plurali semper loquitur, dicẽdo,
non morte moriemini, comederitis, & huiusmodi, tendit enim ad hoc, vt mulier non sola comedat, sed vt indu-
cat etiam virum ad comedendum fructum vetitum. Nec prætereas, quod in hac suggestione prohibitionem co-
medendi fructum huius arboris, retorquet Diabolus in voluntatem dei, nolentem vt homines haberent tantum
bonum sciendi bonum & malum. Nam dicendo quod deus scit hoc tantum bonum euenturum ex esu illius arbo
F ris, nihil aliud dicit, quàm quod ideo prohibuit, vt homo non haberet tantum bonum. Verum callidè noluit hoc
explicare, ne aperte videretur prouocare mulierem aduersus deũ. Sub specie enim boni suggestiones suas pallia-
bat, vt non cognosceretur hostis, sed suggerens bonum mulieri. AVCTOR CATE. Eritis sicut dij. Potuit
etiam verti sicut deus, elohim enim plurale est, sed eo nomine & deus & dij appellantur. Accommodatur scilicet
tam ad verum deum, quàm reliquos deos. Quare enim (inquiũt aliqui) diceret serpẽs eos futuros prudẽtes ac peri
tos, quemadmodũ ipse deus esset, qui eos cõdidisset? Neq; enim tantæ arrogãtiæ Adam fuisse putãdus est, vt obla-
tam diuinitatẽ voluerit appetere, vt essent dij, sicut deus in ea cognitione, eo enim scelere pollutus est satan. Adã
autẽ per inobedientiam peccauit, leges diuinas trãsgrediẽdo. Licet Serapion scriptor Græcus, & alij quàm plures
velint eum diuinitatẽ optasse. Pro eo quod nos attulimus, facit sentẽtia aliquorum Hebræorum, qui exponũt eri-
tis sicut dij, id est sicut angeli. Elohim enim quoq; angelos significat, ideo grauiore sentẽtia nõ est damnatus Adã.

 Nam si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam si deus fieri optasset, quid illi dissimilis fuisset,qui dicebat,Ponam sedem meam in Aquilone, eroq; similis altissimo?Interpres autẽ sequutus est Septuaginta,qui & ipsi vertũt, Ἔσεσθε ὡς θεοί, id est,Eritis sicut dij.Chaldaica,Et eritis sicut principes,scientes inter bonum & malum, Fortassẽ angelos & ipsos principum nomine intelligens.Perpendens itaq; serpens se non parum profecisse apud mulierem decipiendam, persuasam iam infidelitate circa verbũ domini,nunc apertius aggreditur,domino deo inuidiam mouendo,ipsumq; mendacem faciendo,si possit,& ipsius cõtemptum suadendo,hominibus malignũ colloquium nõ statim exhorrescentibus.Dicit autem, nõ morte moriemini,nõ necesse est sic fieri,mentitur deus,imponere tentat,nolite credere,inuidet vobis apertionem oculorũ vestrorum,& vt eidem similes sitis. Id quod certissimè erit, si de fructu illius arboris comederitis. Aequalitatẽ dei in cognoscẽdo omnia promittit fallaciter, suadet superbiã,plus scire velle docet q̃ deus nos scire velit,sapere plusquam ad sobrietatẽ.Ad idololatriam iam statim in initiis solicitat,malum scire laudat,cum bonũ scire satis iam illis superq; fuisset.Hoc autẽ colloquio fœminæ cum serpente,prodidit se Eua nõ fuisse oblitam diuini præcepti,vt præuaricatio inobedientiæ tanto inexcusabilior appareat.

Mystice. EVCHERIVS ET INTERLINEARIS. Iuxta verò aliũ sensum,poterit callidus serpens iste hæreticorum versutiã designare,Filij nanq; tenebrarum,prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.Nõnulli enim loquacius ac subtilius promittunt illicita curiositate secretorũ adapertionẽ,atq; scientiã boni & mali,& in ipso homine tanquã in arbore quæ plantata est in medio paradisi,eam dinoscendã nituntur demõstrare.Contra hunc ser- 2.ad Cor.11. pentẽ clamat Apostolus,cum dicit,Metuo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua,sic sensusvestri corrũpantur, Seducitur verbis huius serpentis carnalis nostra cõcupiscentia,& per illam decipitur Christianus Adam,nõ Christus.Dicit ergo iste ad mulierẽ,Cur præcepit vobis deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi?Sic hęreticorum curiosa cupiditas,sic prædicatores praui ad diligendã erroris fallaciam auditorũ carnalium corda succendũt, Prouerb.9. dicentes,quare fugitis scientiã habere latentem?Noua semper exquirite,boni maliq; scientiã penetrate. Vnde est illud in Salomone,quod mulier illa hæreticorũ speciem tenens,dicit,Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis abscõditus suauior.Subiicit deinde idem serpens,Quacunq; die comederitis,statim aperientur oculi vestri,& eritis sicut dij,scientes bonũ & malum.Sic & omnes generaliter hæretici diuinitatis meritũ profitentur,atq; scientię pollicitatione decipiunt,& reprehẽdunt eos quos simpliciter credentes inuenerint,& quia omnia carnalia persuadet, quasi ad carnaliũ oculorum adapertionẽ conantur adducere,vt interiores oculos obscurent. GREGORIVS Lib.5.cap.11 IN PRIMO REGVM. Sed & huius serpẽtis qui callidior fuisse dicitur cunctis animãtibus, si similitudo in vitiis quæritur,quid similius q̃ violentum gastrimargiæ,id est,gulæ motũ inuenimus? Luxuriæ quidẽ motus,furti crimen,turpis lucri appetitus,iræ impetus,amaritudo secularis tristitiæ, desidia acediæ,appetitus vanę gloriæ,tumor superbię,apertè detestabilis est,gulæ verò vitiũ tanto est fraudulentius,quãto & occultius,quia & quasi necessarium suggerit cibũ corporis,sed dum abundanter carnẽ reficit,luxuriæ gladium in mentẽ mergit.Suadet quod peccatũ non est,sed vnde comestio quasi non peccatũ recipitur,inde peccato luxuriæ anima subiugatur.Vnde & in paradiso ad mulierẽ gulæ vitio decipiendã,serpens venisse ostenditur,qui aliud suggereret,aliud obtineret,vt dum comedenda ostenderet,improuisam mortẽ propinaret.Serpens ergo iste gulæ designat auiditatẽ,quia & re- Cap.7.& 8. spectu iustæ necessitatis repit,& virus impiæ delectationis spargit. IDEM VIGESIMO QVARTO MORALIVM. Sed & notandũ,quod tunc in paradiso egit,hoc quotidie antiquũ hostem agere nõ desistere.Verba quippe dei de cordibus hominũ molitur euellere, atq; in eis ficta promissionis suæ blandimẽta radicare, quotidie vt mentibus hominũ ea supplicia leuiget, quæ deus minatur æterna. Nã cum præsentis vitæ gloriã spondet,quid aliud dicit,q̃ gustate,& eritis sicut dij? Ac si apertè dicat,temporalẽ concupiscentiã tangite, & in hoc mundo sublimes apparete.Et cum timorẽ diuinæ sententiæ amouere conatur,quid aliud loquitur q̃ id quod primis hominibus dixit,Cur præcepit vobis deus vt nõ comederetis de omni ligno paradisi?Sed quia diuino munere redemptus homo iustitiã recepit,quã dudum cõditus amisit,robustiorẽ se iam cõtra blãdimẽta callidæ persuasionis exercet, quia experimento didicit,quantũ obediens esse debeat præcepto.Et quẽ tunc culpa duxit ad pœnã,nunc pœna sua restringit à culpa,vt tãto magis delinquere metuat,quãto cogente supplicio & ipse iam quod perpetrauit accusat.

2 *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile, & tulit de fructu eius & comedit,deditque uiro suo,qui comedit,& aperti sunt oculi amborum.Cumque cognouissent se esse nudos,consuerunt folia ficus,& fecerunt sibi perizomata.*

2 CHRYSOSTOMVS. Vt audiuit mulier à serpente quod ideo esum hunc prohibuisset deus,quia sciret oculos nostros apertos futuros,& nos sicut deos fore,scientes bonũ & malum,diuinitatis spe inflata,magna quędam secum concipiebat.Tales enim sunt machinationes inimici,vt quando per deceptionẽ in sublime subduxerit,tandem & in profundũ per præceps deiiciat.Igitur vt diuinitatẽ mente sua imaginata est,ad esum properauit,& illuc postea fixit & cogitationẽ & mentem.Et nihil aliud cõsiderabat,quàm vt calicem à maligno dæmone temperatũ epotaret.Nam quod accepto pernitioso illo serpentini cõsilij veneno,tale ipsi studium fuerit,audi scripturã dicentem. *Vidit igitur mulier quod bonũ esset lignum ad uescendum,& pulchrũ oculis,aspectuq; delectabile,& tulit de fructu eius,& comedit.* AMBROSIVS. Infirma auctor iudicij,quæ de eo quod non gustauerat,iudicabat.Et ideo non facilè nisi si quod diligentius pertractauerimus,quod interiore probauerimus affectu, videtur ad opus aliquod esse sumendum. CHRYSOSTOMVS. Verè corrumpunt bonos mores colloquia praua.Quare enim nõ ante dia- 1.ad Cor.15. bolicum consilium huius pulchritudinẽ vidit?sed timebat mandatũ dei,& subsequuturũ supplicium.Nunc autem postquam à mala hac bestia decepta est,ita vt crederet,quod per hoc nõ solùm non offendantur,sed & deo æquales sint futuri,tunc illam spes promissionis ad sumendũ cibum impulit, neq; intra suos limites contenta, sed inimico & hosti salutis nostræ maiorem fidem habens quàm verbis dei,didicit experientia ipsa non multopost consilij perniciem,& quanta calamitas ipsos deprehensura esset.Nam vt vidit(inquit)quod lignũ esset bonum ad vescendum

A scendum,& quod oculis gratum ad videndum,& formosum ad contemplandum, cogitauit secum,fortè ex diaboli deceptione,quam per serpentẽ ille afferebat.Si & ad vescendũ bonum est lignum,in quo tanta formositas,& quod tantũ oblectare potest oculos,etiã præbebit nobis eius sumptio summũ honorem, & habebimus eandẽ quã conditor dignitatem,quare nõ sumeremus de eo?Vidisti quomodo illam diabolus captiuã duxit,& allexit rationem,fecitq; vt quæ supra suam dignitatẽ erant,sapere auderet,quo inflata spe vana,& ab his quoq; quę ipsi cõcessa erant,excideret? GREGORIVS XXI. MORALIVM. Vidit igitur mulier,&c.Ne in lubrica cogita- Cap.2. tione versemur,nõ debemus intueri quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur,à lasciuia voluptatis suæ deprimendi oculi, quasi quidam raptores ad culpam . Neq; enim Eua lignũ tetigisset, nisi hoc prius incautè conspiceret.Pensandũ ergo quantum ab illicitis visum debeam° restringere,qui mortaliter viuimus,si etiã mater viuentium per oculos ad mortem venit.Hinc sub Iudææ voce quæ exteriora videndo cõcupiscens,bona interiora perdiderat,Propheta dicit,Oculus meus deprædatus est animã meam. Concupiscẽdo enim Threno.3. B visibilia,inuisibiles virtutes amisit,& per oculũ corporis,pertulit prædã cordis.Ad custodiendã ergo cordis munditiam,exteriorum quoq; sensuum disciplina seruanda est. EVCHERIVS. Vidit igitur mulier,id est,consideraut lignũ post serpentis persuasionẽ, vt exploraret si quid in eo mortiferum esset, & dum nihil tale in eo prospexit,cõfidentius ex eo gustauit, & comedit. STRABVS. Apertè ergo inexcusabilis ostenditur, cui licuit sub tali deliberatione dolos inimici aduertere. BERNARDVS SVPER CANTICA. Euam attende, Serm.32. quomodo eius anima immortalis,immortalitatis suę glorię fucũ mortalitatis inuexit,mortalia vtique affectãdo. Vt quid enim cũ immortalis esset, mortalia non cõtempsit & transitoria,contẽta sibi similibus,immortalibus & æternis? Vidit(inquit)lignum quod esset pulchrum oculis,& aspectu delectabile,ac suaue ad vescendum.Non est tua ô mulier ista suauitas,ista delectatio,ista pulchritudo.Et si tua pro parte luti,non tua solius,sed cõmunis cunctis animãtibus terræ.Tua quę verè tua est,aliũdè & alia,nam æterna est de æternitate.Quid tu animæ tuæ aliam C formã,imò deformitatẽ imprimis alienã? IDEM IN SERMONIBVS. Funiculus triplex difficilè rum- Ser. de Annun.domi. pitur,curiositatis,voluptatis,& vanitatis.Hæc sola mundus habet,concupiscentiã carnis, concupiscentiã oculorum,& superbiam vitæ.His abstracta & illecta Eua,misericordiã omnem crudelis mater abiecit. IDEM. Tu De gradib° humilitatis. quoq; ô Eua in paradiso posita es, vt cum viro tuo opereris,& custodias illum,si iniunctũ perfeceris, quandoque transitura ad melius,vbi nec opus sit te in aliquo opere occupari,nec de custodia solicitari. Omne lignũ paradisi tibi conceditur ad vescendũ,præter illud quod dicitur scientiæ boni & mali.Si enim cætera bona sunt,& sapiunt bonum,quid est opus edere de ligno quod sapit etiã malum? Non plus sapere quàm oportet sapere . Sapere enim Roma.12. malum,sapere nõ est,sed desipere.Serua ergo cõmissum,expecta promissum,caue prohibitũ, ne perdas cõcessum. Quid tuam mortem tam intentè intueris?Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis?Quid spectare libet,quod manducare nõ licet?Oculos(inquis)tendo,nõ manum.Non est interdictum ne videã,sed ne comedam.An nõ li- 1.Cor.6. cet oculos quo volo leuare,quos deus in mea posuit potestate? Ad quod Apostolus,omnia mihi licent,sed nõ omnia expediunt.Et si culpa nõ est,culpæ tamen indicium est.Nisi enim mens minus se curiosè seruaret,tua curiositas tempus vacuum nõ haberet.Et si culpa nõ est,culpæ tamen occasio est,& indicium commissæ,& causa est committendæ.Te enim intenta ad aliud,latenter interim in cor tuũ serpens illabitur,blandè alloquitur.Blanditiis rationẽ,mendaciis timorem cõpescit,nequaquam(inquiens)morieris.Auget curã,dum incitat gulam.Acuit curiositatem,dum suggerit cupiditatẽ.Offert tandem prohibitum,& aufert concessum.Porrigit pomũ,& surripit paradisum.Hauris virus peritura,& perituros paritura.Perit salus,nõ destitit partus.Nascimur,morimur, ideoq; nascimur morituri,quia prius morimur nascituri.Propterea graue iugum super omnes filios tuos vsq; in hodiernum diem. RVPERTVS. Edici satis nõ potest,quàm nõ leuiter dictũ sit,Vidit igitur mulier.Quasi nondũ vidisset sicut nunc vidisse dicta est,& reuera nondũ eo modo viderat, quia cũ hac præsumptione qua nunc intuita est, necdũ considerauerat.Notandũ quippe est,quod non dixerit scriptura,vidit igitur mulier lignũ,& tulit de fructu eius,& comedit,sed vidit mulier(inquit)quod bonũ esset lignum ad vescendũ,& pulchrum oculis,aspectuq; dele- E ctabile,& tulit de fructu eius,& comedit.Vidit igitur,id est,considerauit diligẽter,intuita est curiosius, attendit, & iudex eorũ quæ ipsa audierat,esse voluit.Audierat quod dixisset deus,in quocunq; die comederitis ex eo,morte moriemini,audierat serpentẽ è contrario dicentẽ,nequaquã moriemini. Inter hæc anceps, naturam ligni propriis sensibus diiudicare voluit,vt sciret cui potissimum,deo videlicet,vel serpenti palmam cõcederet veritatis. At illi qui de hoc iudicare debuerant interiores oculi,exteriorũ iam erant oculorum concupiscẽtia præpediti,vt non viderent nisi solã mortem corporis,vel quod duplicem illatura esset mortẽ,non natura ligni,sed transgressio mandati.Itaq; solis exterioribus oculis naturã ligni considerauit,& deprehendit malè cauta,quod in fructu ligni non esset venenũ mortis,erat enim bonum ad vescendũ,& pulchrum oculis,aspectuq; delectabile.Hæc omni sermoni quem dixerat deus repugnantia iudicauit esse, magisq; sermoni serpentis concordare, veramq; assertionem eius demonstrare.Sic vidit,& sic sacrilega temeritate diabolo magis quàm deo , serpenti magis quàm creatori credit,& tulit de fructu ligni,& comedit. THOMAS IN OPVSCVLIS. Mulier igitur promissam celsitu- Opus.3.ca. F dinem scientiæ concupiuit.Accessit etiam ad hoc pulchritudo & suauitas fructus,alliciens ad edẽdum.Et sic me- 190. tu mortis contempto,præceptum dei transgressa est,de vetito ligno edendo. Et sic eius peccatum multiplex inuenitur.Primò quidem superbiæ,qua inordinatè excellentiã appetiit.Secundò curiositatis,qua scientiam vltra termi nos sibi præfixos concupiuit.Tertiò gulæ,qua suauitate cibi permota est ad edendum. Quartò falsæ æstimationis de deo,dum credidit verbis diaboli contra deum loquentis. Quintò inobedientiæ,præceptum dei transgredien- do. HVGO DE SANCTO VICTORE. Cum ergo dicitur comestio pomi primum peccatum, actuale intelligendum est,quia præcesserunt alia supradicta. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur , Et vidit mulier quod bonum lignum ad comedẽdũ,& quod iucundũ ipsum oculis,& desiderabile lignum ad faciendũ intelligere,& tulit de fructu eius & comedit.Quid secutũ fuerit ex suggestione serpẽtina explicat Moyses,describendo tres subsecutas actiones mulieris.Quarũ prima est visio,non solum oculis corporis,sed præcipuè oculis mẽtis. Vidit enim corporeo intuitu arborẽ vetitã,& fructũ eius, cõsiderauitq; & iudicauit circa fructũ arboris tria corre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpõdentia triplici vitę hominis, vegetatiuæ, ſenſitiuæ, & rationali. Ad vegetatiuã ſiquidẽ vitã ſpectat, quod cenſuit
fructum illum eſſe bonum ad veſcendum, ad ſenſitiuã verò, quod percepit fructum illum viſum, viſu corporali
delectabilem & guſtu ſuauẽ, ad rationalem autem, quod iudicauit fructũ illum concupiſcibilem eſſe ad efficaciã
ſciendi. Et hoc quidẽ tertium duplici innitebatur rationi, videlicet rationi nominis, vocabatur enim arbor ſcien
tiæ boni & mali, ex nomine ſiquidẽ putauit arborem largiri efficaciã ad ſciendum bonũ & malũ. Niſi enim arbor
illa vocata prius fuiſſet arbor ſciendi bonũ & malum, nequaquã mulier fructum illius ad faciendum intelligere
deſiderabilem putaſſet, & perſuaſionis ſerpentinæ. Quod verò apprehenderetur à muliere vt deſiderabilis, orieba-
tum ex eo quod nitimur invetitũ, tum ex appetitu experiẽdi euentũ, dubium ſiquidẽ, ſed in meliorẽ partem inter-
pretatum ex tot cõditionibus bonis apparentibus in illo fructu. Facilis enim eſt appetitus præcipue muliebris, ad
ſubeundũ experiẽtias delectabiles. Secũda actio ex priore, fuit tollere fructũ illius arboris, tertia comedere. AV-
CTOR CA. Variat hic paulũ Interpres, & ab Hebraico, & ipſis Septuaginta. Quod enim ad oculos corporis
retulit ipſe, Hebraicè ad ipſum animũ atq; intelligentiã magis referẽ. Sic enim in cõtextu eſt, וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל
Vechi thaaua hu laenaĩm, venehmad haez lehas cil, id eſt, Et quod deſiderabile eſſet oculis, &
cõcupiſcibile, ſeu expetendum lignum ad intelligendũ. Vt dictio Hebraica Sachal, nõ ad oculos corporis ſpectet,
ſed ad ſcientiã. Hoc enim eſt quod ſupra pollicitus fuerat ſerpens, eos fore ſapientes, ſi ex ea arbore deguſtaſſent,
quæ deguſtata eorũ patefecit oculos. Licet diabolus ea ratione eos fefellerit, promittens eos fore aut deos aut an-
gelos. Eandem ſententiã videntur ſecuti etiã Septuaginta, qui vertunt, Ὅτι ἀγαθὸν τῆς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, Ὡραῖόν
ἐστι τῆ κατανοῆσαι, hoc eſt, Et quod placidũ oculis ad videndũ, & pulchrum eſt ad intelligendum. Vt ea ſit loci ſen-
tẽtia, quod arbor illa cognitu eſſet appetibilis, vt quemadmodũ dixerat eam oculis corporis ſpectatam delectatio-
nem afferre ſolitam, ita eandem exhibere voluptatem, ſi quis eam agnouiſſet, animoq; comprehendiſſet, & quod
intelligentiæ eximium pareret gaudium. Quanquã Hebraicum quoq; & deſiderabile ad aſpiciendum verti po-
teſt, Sachal enim verbum, etiã aſpicere vel intueri ſignificat, quem ſenſum ſecutus videtur Interpres. Chaldaica
verò noſtræ conſentit æditioni, habens, Et quod ſalutifera eſſet oculis, & delectabilis arbor ad intuendum in ea.
Curioſè igitur aſpexit mulier quod concupiſcere nõ licebat, duplo placebat quod iam fuerat mulieri prohibitum,
iudicabat bonum, pulchrum, ſuaue ac delectabile, quod verbo dei didicerat, nõ quidem natura malum, ſed à deo
inhibitum, pernicioſum inobedientibus. Quod amare cœperimus, interpretamur pulchrum & vtile, etiam alio-
qui pernicioſum & turpe. Iam autem ad errorem & mali ſenſum oculi infelicium aperiebantur, iam oculus va-
nus deprædabatur animam. Accepit ergo, non ſerpens ſed mulier de fructu ligni, incertum qualis fuerit, cuius ſit
& ocioſa inquiſitio. Conſentit in opus prohibitum, peccandóque proficiens, conſortem ſceleris ineſcando virum
præcipitauit, à qua fuerat deſtinato inter eos ordine adiuuandus. *Deditq; viro ſuo, qui comedit.* AMBROSIVS.
Bene præmiſſum eſt, vbi decipitur Adam, quia non ſua culpa, ſed vitio lapſus vxoris eſt. AVGVSTINVS.
Vbi ſupra. Denique mulier verbis non contenta ſerpentis, conſiderauit lignum, vidítque bonum ad eſcam, & decorum ad
aſpectum, & non credens poſſe inde ſe mori, arbitror quod putauerit deum alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe, ſi
Si manducaueritis, morte moriemini, atque ideo ſumpſit de fructu eius, & manducauit, & dedit etiam viro ſuo
ſecum. Fortaſſe etiam cum verbo ſuaſorio, quod ſcriptura tacens intelligendum reliquit. An fortè nec ſuade-
ri iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat? AVGVSTINVS DECIMO
Cap.11 QVARTO DE CIVITATE DEI. Meritò ſcilicet animal lubricum & tortuoſis anfractibus mobile, o-
peri ſuo congruum per quem loqueretur, elegit, eoque per angelicam præſentiam præſtantiorémque naturam,
ſpiritali nequitia ſibi ſubiecto, & tanquam inſtrumento abutens, fallaciam ſermocinatus eſt fœminæ, à parte ſci-
licet inferiore illius humanæ copulæ incipiens, vt gradatim peruenire ad totum, nõ exiſtimans virum facile cre-
dulũ, nec errando poſſe decipi, ſed dũ alieno cedit errori. Sicut Aaron erranti populo ad idolũ fabricãdũ non con
ſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus, nec Salomonem credibile eſt errore putaſſe idolis eſſe ſeruiendũ, ſed blãditiis
fœmineis ad illa ſacrilegia fuiſſe cõpulſum, ita credẽdũ eſt illũ virũ ſuæ fœminæ vni vnũ, hominẽ homini, cõiugẽ
coniugi, ad dei legẽ tranſgrediendã, non tanq; verũ loquenti credidiſſe ſeductũ, ſed ſociali neceſſitudine paruiſſe.
1.Tim.2. Non enim fruſtra dixit apoſtolus, Adam non eſt ſeductus, mulier autẽ ſeducta eſt, niſi quia illa quod ei ſerpẽs lo-
cutus eſt, tanquam verum eſſet accepit, ille autem ab vnico noluit conſortio dirimi, nec in communione peccati,
Nam vtique ipſum peccaſſe oſtendit, vbi dicit, Per vnum hominem intrauit peccatũ in mũdũ, & paulopoſt aper-
tius, In ſimilitudinẽ (inquiens) præuaricationis Adæ. Hoc aũt ſeductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, nõ pu-
tant eſſe peccatũ, ille autẽ ſciuit. Alioquin quomodo verum erit, Adam nõ eſt ſeductus? ſed inexpertus diuinæ ſe-
nõ eſt ille ſeductus, ſed eũ fefellit quomodo fuerat iudicãdũ quod erat dicturus, Mulier quã dediſti mihi ſociam,
ipſa mihi dedit, & manducaui. Quid ergo opus eſt pluribus? Et ſi credendo non ſunt ambo decepti, peccando ta-
men ambo capti ſunt, & diaboli laqueis implicati. IDEM XI. DE GENESI AD LITERAM.
Vxorem igitur quæ iam ſeducta manducauerat, delitias ſuas noluit Adam contriſtare, quã credebat à ſe alienatã
tabeſcere, & ſine ſolatio interire, nõ quidẽ carnis cõcupiſcẽtia, ſed amicabili beneuolẽtia, qua ſæpe deus offenditur
ne offendatur amicus. CHRYSOSTOMVS. Quid feciſti ô mulier? Quare pernicioſo conſilio accepto, le-
gem à deo datã conculcaſti & contempſiſti, & in tantam veniſti intemperantiã, vt non contenta tot tantorumq;
fruitione, etiam vnicum hoc lignum quod ne comederes præceperat dominus, auſa ſis cõtrectare, & fide habita-
his quæ à ſerpẽte dicta ſunt, fidelius putaſti illius cõſiliũ, quã mãdatũ à cõditore datũ? Et in tãtũ decepta es, vt ne
venia quidẽ dei digna ſis, neq; enim eiuſdẽ naturæ erat qui hoc cõſulebat, ex ſubditis erat & ſeruis, & ſub tua pote
ſtate erat, quare te ipſam ſic cõfudiſti? Quare illo relicto propter quem formata es, ad cuius auxiliũ producta es,
cuius dignitatũ particeps, & cũ quo eiuſdẽ es ſubſtãtiæ & vocis, in familiaritatẽ ſerpẽtis venire decreuiſti, vt à dia
bolo per hanc beſtiam acciperes conſiliũ, quod manifeſtè cõtrariũ his quæ à deo iniuncta, neque ſic auerſata es il-
lum, ſed ſpe promiſſionis de cibo illo ſumere auſa es? Eſto igitur te ipſam in tantum præcipitium depuleris,
& honore

A & honore maximo priuaueris, quare & virum tantæ ruinæ ſocium facis? Et cuius te adiutricẽ eſſe oportebat, illius
facta es inſidiatrix, & illum quoq; tecum à gratia dei abalienas? Quæ te prodigioſa inſania in tantã audaciam in-
duxit? Nõ ſatis erat tibi beatam hanc vitam agere, & corpore quidem veſtiri, neq; corporalis alicuius indigam eſ-
ſe, omnibus in paradiſo frui, excepto vnico hoc ligno, viſibilia omnia ſub tua eſſe poteſtate, & te eſſe omniũ domi
nam? Sed vanis decepta promiſſionibus, ſperabas etiam in ſummũ peruenire honoris faſtigiũ. Idcirco diſcas re ip-
ſa, quod non ſolùm illam non aſſequeris, ſed & omnibus iam à deo tibi datis priuabis & te ipſam & virum, atq;
in tantam pœnitudinem venietis, vt & ſerus veſter dolor futurus, & malignus hoſtis qui hoc damnoſum vobis
conſiliũ ſuggeſſit, riſurus, & ſuper vos inceſſurus ſit, vt pote iacentes, & eos quibus eadẽ quæ ſibi, obuenerint. Ete-
nim ſicut ille ſupra quã decebat de ſe ſentiens, à conceſſa dignitate deturbatus, & è cœlis in terrã deiectus eſt, iſtuc
ipſum & vos facere, & per mandati præuaricationẽ in mortis venire pœnã voluit, ita ſuæ ſatiſfaciẽs inuidiæ, ſicut
& ſapiens quidã dicebat, Inuidia autẽ diaboli mors in mundũ intrauit. Et dedit etiam viro ſuo, & comederunt. Sapien.2.
B Magnum & viri peccatũ eſt. Nam licet illa eiuſdẽ generis eſſet, & mulier, attamẽ oportebat virum maioris facere
præceptũ dei, quod cõtinuò illi inſonabat, q̃ illicitam hanc concupiſcentiã, & non fieri præuaricationis participẽ,
neq; ob minimas voluptates tantis ſe ipſum priuare bonis, & offendere benefactorẽ, qui illũ tanta liberalitate am
plexatus eſt, vitamq; laboris & doloris omnis expertẽ conceſſit. An nõ licebat omnibus aliis q̃ę in paradiſo erant
frui? Quare tam leue mandatũ neq; ipſe voluiſti ſeruare? ſed fortè audiſti à muliere conſilij promiſſionẽ, & ſpe e-
tiam ipſe inflatus, cibi ſtatim particeps factus es, & idcirco vtriq; ſuppliciũ luetis. Docebitq; vos rerum experien-
tia nõ eſſe fidelius maligni dæmonis conſiliũ, q̃ dei præceptũ. RVPERTVS. Nõ ergo ſatis fuit mulieri quod
comedit ipſa, ſed inſuper & viro ſuo dedit. Quomodo autẽ dedit, niſi iam abuſiuo imperio, vel importunitate mu
liebri? Nõ enim perſuaſit illi vt in eo ſibi crederet, in quo crediderat ipſa ſerpenti. Qualis autẽ & quanta ſit mulie-
bris importunitas, paſſim nõ ſolùm diuina, ſed etiã humana teſtantur exẽplaria. Ergo cogendo potius q̃ ſeducen-
do, imperando magis q̃ aliquid fingendo, hoc effecit, vt obediret vir ſuæ voci pluſquã dei. Vnde & à domino deo
C dicitur illi, Quia audiſti vocẽ vxoris tuæ, & ex ligno de quo prẽceptũ tibi ne comederes comediſti, maledicta ter-
ra in opere tuo. Mulieri quoq; redditur inordinati pœna imperij, dicente eodẽ deo & ſub viri poteſtate eris, & ipſe
dominabitur tui. Propterea duplicis verecũdiæ pœna mulier, vir autẽ ſimplici dedecore affectus eſt. Viro nanq; in
ſolas genitales corporis partes, mulieri autẽ quæ non tantũmodo deũ offendere, ſed & viro imperare prẽſumpſit,
ſicut illas partes, ſic prope & caput nõ velare turpe eſt. Et hoc omnino pro turpitudine haberi, quia à vindice deo
poſitũ eſt, pro turpitudine (inquam) hoc haberi, ipſa natura docet, vt Corinthiis oſtendit Apoſtolus. Itaq; non iam 1.Cor.11.
quæſtione opus eſt, vtrũ vir mulieri, an viro mulier debeat principari, quia videlicet ipſa natura docet, adeo mino
ris capitis eſſe mulierẽ q̃ virũ, vt hic velando, illa nõ velando deturpet caput ſuũ. Igitur quod imperioſa temerita
te mulier viro vetiti ligni fructũ dederit, ipſa docet diminutio capitis muliebris, dicente deo, Et ſub viri poteſtate
eris, & ipſe dominabit tui. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Vir igitur nõ eſt ſeductus, ſed ſubuerſus Ser. ſancti
D mulieris amore. Optaret enim ſemper ſeruare mandatũ quod ſibi vtile nouerat, ſi nõ mulier ei aliud ſuaderet. Nec Andreæ,
aliquã in ſeruando mãdato viſus eſt pati difficultatẽ, ſed quæ bona voluntas erat, nõ habuit fortitudinẽ, quia non
habuit feruorẽ. IDEM. Deditq; viro ſuo, & comedit. Magnũ profectò peccatũ, quod ipſa mulier virũ quoq; In ſer. par.
ſecũ in culpã traxit. Debuit quidẽ illa peccatũ ſuum deflere, nec addere peccatũ peccato. Sed in hoc ſe putauit ha- ſer.27.
bere cõſolationẽ, ſi virũ faceret peccati ſui participẽ. Quodãmodo enim naturale eſt, vnunquemq; velle ſiue in vi-
tiis ſiue in virtutibus aſſociare ſibi cõſortẽ. Sed & Adã magnum cõmiſit peccatũ, qui conſenſit. Adam enim ſicut
ait Apoſtolus, nõ eſt ſeductus, mulier autẽ ſeducta in præuaricatione fuit. Illa per ignorantiã, iſte peccauit per in- 1.Tim.2.
firmitatẽ. Peccauit autẽ nimis diligendo vxorẽ, nõ quia eius voluntatẽ fecit, ſed quia eam voluntati diuinæ prętu
lit. Vnde & ei à domino dictũ eſt, pro eo quod obediſti voci vxoris tuę pluſquã meę, maledicta terra in opere tuo.
Iuſtũ quippe erat, vt illius magis volũtatẽ faceret, cui plus debebat. Quis verò ambigat, plus eũ debere cõditori, q̃
vxori? Siquidẽ vxori erat aſtrictus tantũ per amorẽ, deo autẽ per timorẽ ſimul & amorẽ. Plus ergo debuerunt va-
lere duo vincula ad tenendũ eum erga dei præceptũ, q̃ vnum tantũ erga coniugis affectum. THOMAS. Ex Vbi ſupra.
E perſuaſione igitur mulieris peccatũ vſq; ad virũ peruenit, qui tamen nõ eſt ſeductus vt mulier, in hoc quod crede
ret verbis diaboli cõtra deum loquentis. Nõ enim in eius mente cadere poterat, deũ mendaciter aliquid cõmina-
tum eſſe, neq; inutiliter à re vtili prohibuiſſe. Allectus tamẽ fuit promiſſione diaboli, excellentiã & ſcientiã inde-
bitè appetendo. Ex quibus cũ voluntas eius à rectitudine iuſtitiæ diſceſſiſſet, vxori ſuę morẽ gerere volẽs, in tranſ-
greſſione diuini præcepti eam ſequutus eſt, edendo de fructu ligni vetiti. CAIETANVS. Deditq; viro ſuo,
qui comedit. Iuxta Hebraũ habetur, Et dedit etiam viro ſuo ſecum, & comedit. Comeſto fructu arboris illius, mu
lier nihil mortis, nihilq; mali in ſe ipſa ſentiẽs, animæquior efficitur ad ſuadendũ marito vt comedat & ipſe de fru
ctu eiuſdẽ arboris. Et dicẽdo dedit, monſtrat quod ipſe Adã nõ extendit manus ſuas ad arborẽ, ſed mulier pro ſe
& viro legit fructũ ex arbore, vt hinc intelligamus inſtantiã mulieris ad prouocãdum virũ. Et in hoc primũ pec-
catum Adæ inſinuatur, negligẽtia ſcilicet cohibendi vxorẽ à comeſtione vetiti fructus. In hoc quoq; inſinuatur
F facilior aditus datus mulieri ad perſuadendũ viro, qui præſens neglexerat ipſam cohibere. Et ſic conſummata eſt
quarta actio mulieris, qua dedit viro ſuo, tãta efficacia, vt ille comederit, nõ ſeductus vt Paulus Apoſtolus declara
uit, ſed tractus ab vxore. AVCTOR CA. Dictio Hebraica עִמָּהּ ima, quæ ſignificat ſecũ, poſita poſt clauſulã.
Deditq; viro ſuo, etiã à Septuaginta, Καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μετ' αὐτῆς, Καὶ ἔφαγον, id eſt, Et dedit & viro ſuo ſecũ,
& comederũt, à Chaldaica tranſponitur poſtverbum comedit, hoc modo videlicet, Et dedit etiam marito ſuo, &
comedit cũ ea. Ex quo innuit eos ſimul comediſſe, quod quia erat notiſſimũ. Iã ergo Adę vxor placebat, nimis dili
gere cœperat, pmiſerat colloquiũ cũ ſerpẽte, boni cõſuluerat verba pernicioſa vtrinq; audita, delitias ſuas offẽdere
timebat, fauorẽ vxoris, domini dei prẽceptis præferebat. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Quia Homilia.9.
autẽ loca mentem nõ muniant, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in paradiſo cecidit. Sed minus
ſunt omnia quę loquimur ex terra. Nã ſi locus ſaluare potuiſſet, Satã de cœlo nõ caderet. Vnde Pſalmiſta vbique
in hoc mundo tribulationes eſſe conſpiciens, quæſiuit locũ quo fugeret, ſed ſine deo inuenire non potuit munitũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm.30. Vbi supra. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, propter quem locum quæsuit, dicens, Esto mihi in deum protectorem, G & in locum munitum, vt saluum me facias. Sequitur, *Et aperti sunt oculi amborum.* AVGSTINVS Quomodo nisi adinuicem cõcupiscendum ad peccati pœnam, carnis scilicet morte concepta? vt iam esset corpus non animale tantum, quod poterat si obedientiam conseruarent, in meliorem spiritalemq; habitum sine morte mutari, sed iam corpus mortis, in quo lex in membris repugnaret legi mentis. Neq; enim clausis oculis facti erant, & in paradiso delitiarum cæci palpantesq; oberrabant, vt vetitum lignum etiam nescientes attingerent, palpantesq; fructus prohibitos ignorando decerperent. Quomodo autem animalia & volatilia adducta sunt ad Adam, vt videret quid ea vocaret, si non videbat? Et quomodo ipsa mulier ad virum adducta est quando facta est, vt de illa quam non videbat, diceret, Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea? Postremo quomodo vidit mulier quia bonum est lignum in escam, & quia placet oculis ad videndum, & decorum est cognoscere, si eorum clauderant oculi? Hoc ergo quod scriptum est, Et aperti sunt oculi eorum, ita scriptum est, quemadmodum omnia quæ gesta narrantur, nec tamen ideo in allegoricam narrationem nos debent ducere. Neque enim & euangelista H narrator dicta cuiusquam figurata ex eius persona inserebat, ac non ex persona sua quæ fuerant gesta narrabat, cum diceret de illis duobus quorum vnus erat Cleophas, quod cum eis fregisset dominus panem, aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, quem per viam non cognouerant, non vtique clausis oculis ambulantes, sed eum agnoscere non valentibus. Sicut ergo ibi, sic nec in isto loco narratio figurata est, quanuis translato verbo scriptura vsa videatur, vt apertos diceret oculos, qui & antea patebant. Apertos vtique ad aliquid intuendum & cogitandum, quod antea nunquam aduerterant. Mox ergo vt præceptum transgressi sunt, intrinsecus gratia deserente omnino nudati, quàm typho quodam & superbo amore suæ potestatis offenderant, in sua membra oculos iniecerant, eáque motu quem non nouerant, concupiuerunt. Ad hoc ergo aperti sunt oculi, ad quod antea non Cap.17. patebant, quanuis ad alia paterent. IDEM DECIMO QVARTO DE CIVITATE DEI. Aperti sunt (inquit) oculi amborũ, non ad videndum nam & antea videbant, sed ad discernendum inter bonũ quod amiserant, & malum in quod inciderant. Vnde & ipsum lignum eo quod istam faceret dignoscentiam, si ad vescendum contra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, vt appellaretur lignum scientiæ boni & mali. Experta enim morbi molestia, euidentior fit etiam iucunditas sanitatis. CHRYSOSTOMVS. Et aperti sunt oculi amborum. Nõ de sensibilibus oculis dictum est, sed de sensu mentis. Quia postquam mandata transgressi sunt, deus eos sentire fecit ea, quæ ante ob singularem illius in se beneuolentiam non sentiebant. Igitur cum audieris quod aperti sunt oculi eorum, cogita hoc, quod fecit illos postea nuditatem sentire, & auferri gloriam illam quam ante esum fruebantur, & quæ quouis vestimento honestius eos tegebat. Quod autem hæc sit scripturæ consuetudo, audi illam alibi dicentem. Nam cum ancilla Saræ dominium fugiens, erraret, & posito iuxta abietem puero, à longe consideraret illius mortem, inquit, Aperuit deus oculos Agar, non quod antehac nõ viderit, sed quod mentem illius excitarit. Vides quod verbum aperuit, non de corporalibus oculis dicit, sed de sensu mẽtali? THEODORETVS. Aperti sunt oculi amborum. Non quod oculos antea clausos haberent, alioqui quo pacto lignũ pulchrum vidissent? Sed sensum ac stimulum conscientiæ qui eos remorderet, ita scriptura appellat. GENNADIVS ET ACACIVS. Aperti sunt oculi amborũ, hoc est, concupiscentia nuptialis benedictionis ac coniunctionis in eis inualuit, & (vt ita dicam) reuixit à naturali illo torpore atque stupore. Diuina nanque scriptura corroborationem atq; confirmationem, apertionem oculorum appellat, vt in libris Regum de Ionatha filio Saul scriptum est, Aperti sunt oculi eius, hoc est, corroboratus est, quasi præ inedia ac lassitudine oculi claudantur. DIODORVS. Et aperti sunt oculi amborũ. Hæretici ex hoc loco diabolum tanquam valde beneficũ laudibus tollunt. Sed nimirum hi falluntur, quid enim illis oculorum apertio contulit, nisi quod se nudos esse cognouerunt, & de inobedientia erubuerunt? Quomodo enim nuditatem sensissent, nisi inobedientia naturam illam immortalitatem transmutasset, quæ quidem mortalitas indumenta pro tegumento pudendorum requirit. Neque enim beati post resurrectionem vestimentis tegentur, aut nuptiis indigebunt. Sed qualis natura est, talis & voluntas. Alia enim terrestrium natura & voluntas, alia aquatilium. Vna quæque enim natura ea vult, quæ sibi conuenientia, atque conducibilia esse cognouit. Primi igitur parentes cum adhuc mortales non essent, non erubescebant de nuditate, vt pote que vestimentis minimè egeret. Sed postquam ex inobedientia mortales effecti sunt, L erubescebant se non habere vnde mortalia membra tegere atque operire possent. Diabolus ergo cum acutissimi ingenij sit, callide atque ambigue ait, Aperientur oculi vestri. THEODORVS. Falluntur qui asserũt diaboli verbum impletum fuisse, simul ac de fructu ligni comederunt, & aperti sunt oculi amborum. Differt enim sensus prophetæ à sensu diaboli. Moyses nanque ait, post esum fructus cognouisse se nudos esse, diabolus verò intellexerat, post esum fructus oculos mentis eorum longe subtilioris atque acutioris visus ad intelligentiam rerum humanarum ac diuinarum futuros, ita vt tanquam dij facile bonum à malo discernere possent. EVCHERIVS. Et aperti sunt oculi amborum. Patebant enim oculi eorum, sed ad hoc non erant aperti, hoc est, non attenti, vt cognoicerent quid eis indumentum gratiæ præstaret, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant, qua gratia remota, vt pœna reciproca inobedientia plecteretur, extitit in motu corporis quædam impudens nouitas, vnde esset impudens nuditas & fecit attentos, reddiditq; cõfusos. INTERLINEARIS. Aperti sunt ocu- M li amborum, nempe ad concupiscentiam & cognitionem bestialis motus. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. RVPERTVS. Quomodo tandem dictum est, & aperti sunt oculi amborum? Non exteriores oculi, sed interiores quos contra deum clauserant, aperti sunt, quia videlicet verum deum, serpentem verò in sua miseria falsissimum cognouerunt. Nam protinus sequitur, Cumq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Ergo id quod dictum est, & aperti sunt oculi amborum, duplicem constat habere sensum. Nam si ad expectationem illorum respicias, quam ex promissione serpentis conceperant, dicentis, aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonũ & malum, acerba nimis ironia est, & gemituosa conquestio scriptoris, dicentis, Et aperti sunt oculi amborũ, quod idem est ac si diceretur, & nõ iuxta promissum serpẽtis aperti sunt oculi amborũ, nili quod acerbius nũc sub affirmatione ironica dicitur, quasi

A quasi aperta voce negaretur. Porrò si verum euentum expectes, magnę confusionis demonstratio vel agnitio est, de qua & protinus subinfertur quod iam dictum est. Cumque cognouissent, & cætera. Igitur duplex quidem sensus in eo quod dictum est, Et aperti sunt oculi amborum, sed verus vtrobiq; gemitus, magnum vndique est mutuæ confusionis opprobrium, deus iratus, diabolus risu cachinno dilatatus, vterque sexus ignominia percussus, & inter hæc omnia reorum & animi torquebantur, & oculi confundebantur. AVCTOR CATENAE. Hactenus peccatum, nunc pœna describitur. Iam oculis suis viderant seipsos, solem, animalia, & arboris fructum. Non enim cæci producti fuerant, sed tropo suo scriptura vtitur, dicens oculorum apertionem, excitatas eorum mentes ad cognoscendum peccatum suum & pœnam. SERAPION. Fit enim quotidie quod factum est in prioribus illis parentibus. Quando nanque peccamus, quasi cæci sumus, cum peccatum est, tum verò agnoscimus quod fecimus. *Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* BASILIVS. Oportebat hominem sine peccato non erubescere, neque attendere nuditatem suam, ne illorum mens contem- B plationi diuinorum intenta, distraheretur circa vestimentorum solicitudinem, neque par erat, vt carnis cura mentem à deo auocaret. AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GENESIM AD LITERAM. Cumque cognouissent se esse nudos, & cætera. Etiam in ipsa pœna suæ generositatis vindex anima rationalis, bestialem motum in membris suæ carnis erubuit, eique incussit pudorem, nõ solum quia hoc ibi sentiebat, vbi nunquam tale aliquid antea senserat, verumetiam, quod ille pudendus motus de præcepti transgressione veniebat. Ibi enim sensit qua prius gratia vestiretur, quando in sua nuditate nihil indecens patiebatur. Ibi completum est, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auertisti autem faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Denique illa conturbatione ad folia ficulnea concurrerunt, succinctoria consuerunt, & quia glorianda deseruerãt, pudenda texerũt. Nec arbitror eos cogitasse aliquid in illis foliis, quod talibus cõgrueret cõtegi iam membra prurientia, sed occulto instinctu ad hoc illa conturbatione compulsi sunt, vt etiam talis pœnæ suæ significatio à nescientibus fieret, quæ peccatorem factum conuinceret & doceret scriptura lectorem. IDEM QVAR C TODECIMO DE CIVITATE DEI. Cognoueruut ergo quia nudi erant, nudati scilicet ea gratia, qua Cap.17. fiebat, vt nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorũ repugnante, cũfunderet. Hoc itaq; cognouerunt, quod fœlicius ignorarent, si deo credentes & obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri, infidelitas & inobedientia quid nocerent. Proinde confusi inobedientia carnis suæ, tanquam teste pœna inobedientiæ suæ, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestria, id est, succinctoria genitalium. Nam quidã interpretes succinctoria posuerunt. Porrò autẽ campestria latinum quidem verbum est, sed ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant, vnde qui ita succincti sunt, cãpestratos vulgus appellat. Quod itaq; aduersus damnatã culpam inobedientiæ, voluntatẽ libido inobedienter mouebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniã ab illa stirpe procreatæ sunt, vsq; odeo tenent insitum pudenda velare, vt quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earũ tegumentis lauant. Per opacas quoq; Indiæ solitu- D dines, cum quidã nudi philosophentur, vnde gymnosophistæ nominantur, adhibent tamen genitalibus tegumẽta, quibus per cætera membrorum carent. CHRYSOSTOMVS. Cogita quanta cõfusione digni facti sunt protoplasti. Denique post vetiti ligni esum cum transgressi fuissent præceptum domini, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Vide à quanta gloria in quantam vilitatẽ deducti sumus, qui antea quasi terrestres angeli viuebamus? Tegmen sibi ex foliis excogitant, tantũ malum est peccatum. Non solum enim nos à superna gratia alienos facit, sed & ad multam confusionem & humilitatem deducit, & cum nos priuat à bonis quæ iam possidebamus, omnem etiam fiduciam aufert. THEODORETVS. Quemadmodum infantes de nuditate sua minimè erubescunt, sed cum adoleuerint, non sine rubore nuditatem suam conspiciunt, itaq; illam vestimentis tegunt, ita & Adam & Eua tanquam simplices infantes antequam præceptum dei transgrederentur, nuditatem suam & erubescendam non cognoscebant. Præterea præter infantiam ipsam mos quoque nuditatis verecundiam tollit. Vt nautæ nudi absq; rubore remigant, & qui sub aqua vrinãtur inuicem se nudos lauant, eadem ratione qui E balneis vtuntur. ISIDORVS PELVSIOTA IN EPISTOLA. Ficum non simpliciter execratus est dominus, sed vt ostenderet Iudæis se habere potestatem, qua etiam ad puniendum sufficeret. Nam quia in omnibus miraculis quæ fecerat saluator noster dominus, nihil triste aut molestum cuiquam intulerat, illum posse tantummodo beneficia conferre existimabant, ac si potestatem malorum puniendorum non haberet. Ab inanimata igitur substantia ingratum populum docet ac persuadet, quod & vlcisci potest. Exiccata est igitur arbor, vt terreret homines. Quædam tamen & secreta ratio hanc quoque rem comitatur, quę à senioribus atque maioribus nostris nobis tradita est. Arborem scilicet transgressionis Adam, ficum fuisse, ex cuius etiam foliis sese texerit. Illi igitur Christus maledixit, ne amplius fructum peccati causam ex se proferret. GENNADIVS ET THEODORETVS. Arborem fici puto fuisse, ex qua præceptum fuerit Adam, ne comederet, cuiusque ex foliis consutis tegumenta sibi pudendorũ confecerint. HIPPOLYTVS MARTYR EPISCOPVS ROMAE. Folia fici signa peccatorum fuerunt. Nam quemadmodum huius arboris folia si corpus tetigerint, pruritum gi- F gnunt, ita peccata pruritũ excitant, transgressionis indicium. ALBINVS. Quia ergo gloriam simplicis ca- Vbi supra. stitatis amiserunt primi parentes nostri, ad duplicem libidinis pruriginem confugerunt. GREGORIVS Cap.12. VIGESIMO SEXTO MORALIVM. Si piè spiritus sub deo præmitur, caro illicitè super spiritum non Gre.26.mo. leuatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominiũ carnis, si tamen sub deo recognoscit iura legitimæ seruitutis. Nam si auctorem suum superbiendo contemnit, iure & à subiecta carne prælium suscipit. Vnde & ille primus inobediens mox vt superbiendo peccauit, pudenda contexit. Quia enim contumeliam spiritus deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. Et qui auctori suo esse subditus noluit, ius carnis subditæ quam regebat amisit, vt in se ipso videlicet inobedientiæ suæ confusio redundaret, & superatus disceret, quid elatus amisisset. IDEM TRIGESIMO SECVNDO MORALIVM. Liquido omnibus patet, quia postquam se- Cap.12. mel hominis spiritum superbia cœperit, mox se ad corruptionem carnis extendit. Quod in ipsis quoque hominibus primis agnoscimus, qui dum post perpetratam superbiam pudenda membra contegunt, paten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter indicarunt, quia postquam apud semetipsos intus arripere alta conati sunt, mox in carne foris erube- G
scenda pertulerunt. RVPERTVS. Cum (inquit) nudos se esse cognouissent, id est, cum hono-
re in quo positi erant & conditi, spoliatos & iumentis comparatos, sine omni protectione dei nudatos es-
Exodi. 32. se animaduertissent. Nam tale est & illud quod item dicit scriptura hæc veridica, quæ veris nominibus res ap-
pellat,& congruis acta verbis prout oportet,enunciat.Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus, spolia-
uerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis,& inter hostes constituerat nudum,&c.Statim nanque geni-
talis pars corporis vtrunque peccatorem ob superbiæ meritum iniustis motibus similiter colaphizare cœpit.Igno
miniam huius passionis,pudendam esse natura sponte cognoscit, sine doctore intelligit, vltronea fuga cõfitetur.
Cur hoc?quia rationali creaturæ inesse non debuit, sed ab offenso deo, non intelligenti honorem suum imposita
est,vt compararetur iumentis.Quicquid enim homini à deo,siue propitio, siue irato institutum est, hoc omnino
natura hominis nescire non potest.Idcirco sicut ratione quam propitius deus dedit,carere non potest, sic istã pas-
sionem libidinis confusibilem esse,nescire illi impossibile est. Erubescit in ipsis coniugibus, & mutuum alterutræ H
nuditatis refugit intuitum,sicut & isti coniuges primi,qui nondum habentes quos erubescerent,nisi semetipsos,
qui erant caro vna,consuerunt folia ficus,& fecerunt sibi perizomata,id est succinctoria. HVGO DE SAN-
CTO VICTORE. Cunque cognouissent se esse nudos, id est nuditatẽ disconuenire pro motu illicito, &
quia auferre non potuerunt,tegere voluerunt partes illas,in quibus motum illicitum senserunt.Iuste quidẽ infli-
cta est hæc pœna à domino,vt quia ratio noluit obedire suo superiori,id est deo, nec ei obediat suum inferius, id
est caro. Ex misericordia tamen dei, & vt homo subsistere possit, factum est, vt cæteræ partes ad nutum rationis
stent,aut moueantur.Vna autem pars rationi non obedit in signum transgressionis,scilicet pudenda. Ideo vide-
licet,quia tota propagatio generis humani per partem illam erat transitura. Scriptum est in ea, quasi in porta,si-
gnum inobedientiæ parentum,inobedientia inflicta membrorum.Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizo
mata.Per hoc quidem existimant ficum fuisse lignum sciẽtiæ boni & mali. Et quia dominus dixit ad Nathanaẽ- I
Ioannis. 1. lem in euangelio,Priusquam te Philippus vocaret,cum esses sub ficu,vidi te. CAIETANS. Iuxta Hebræum
legitur,Et sciuerunt quod nudi ipsi,& consuerunt frondẽ ficus,& fecerunt sibi subcincticulos.Ecce efficacia illius
fructus,quatenus prohibiti à deo, & non naturalis.Si enim fuisset efficacia ex vi naturæ fructus,effectus eius ap-
paruisset in sola muliere, sed ex eo quod postquam vir comedit,effectus subsecutus est in ambobus,manifestatur
quod ex vi diuinæ legis annexæ illi fructui efficacia hæc fuit. Describitur autem pœna per apertionem oculorum.
mentis,non ad quemcunque actum videndi,sed ad percipiendum se nudos,vt intelligeremus apertos fuisse mẽ-
tis eorum oculos ad notitiam experimentalem nuditatis,quatenus turpis: prius enim & corporis oculis & mẽtis
viderant se nudos, sed nõ nuditate turpi, sumpto autem ligno vetito, experti sunt nuditatem sub ratione turpis,
& propterea dicitur,quod aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se esse nudos. Quod autem nuditatem tan-
quam turpem tunc primum experti fuerint, testantur subiunctæ actiones,quod consuerunt folia ficus ad operien
dum pudenda membra tam ante quàm retro, ad hoc enim significandum vtitur appellatione cinctorij, eo quod K
omni ex parte operiret pudenda membra.Quanuis enim nuditatem absolutè(vt textus dicit) hoc est, totius cor-
poris experirentur turpem, quia tamen non habebant vnde se vestirent,ad partes maioris turpitudinis tegendas
se conuertunt,& multitudinem foliorum ficus consuentes, vtendo pediculis frondium pro acu & filo, confece-
runt cincticulos,operientes partes ab vmbilico circumcirca ad media vsque crura. Hinc habes primum opus ar-
tis fuisse suere. AVCTOR CATENAE. Cunque cognouissent se esse nudos[a], & cætera. Misera sanè sci-
entia à diabolo promissa,iam videbant malum esse quod fuerat bonum,nuditatem sanè suam,miseriam & turpi-
tudinem,seque nihil habere de suo.Iam displicere nuditas cœpit,quæ non solum turpis nõ erat,sed decori etiam
fuerat innocenti,iam sese nudos cernentes,dolebant se scire quæ didicerant,& consuerunt folia fici,vt subligacu
la formarent & succinctoria,emendare festinant opus dei imbecilles,quasi turpe aliquid humano corpori domi
nus creator indidisset.Iam comederant vt apparet,de arbore scientię turpitudinis,iam bonũ arbitrabantur malũ.
Qui domini & imperatores rerum omnium constituti fuerant,adeo iam honoris & honestatis tutelam à fici fo- L
liis emendicabant.Is fructus inobedientiæ,& superbiæ contra verbum dei.Sunt tamen & qui dicant,quod sym-
bolica fuerit cognitio nuditatis omnium malorum totius humani generis ruentis. THOMAS IN OPV-
Opus.3. ca. 192.93.94. 95. SCVLIS. Quæris forsan quæ fuerint hæc mala?audi.Primum, quia primorum parentum status tam ordinata
integritas,tota causabatur ex subiectione humanæ voluntatis ad deum: consequens fuit, vt subducta humana vo
luntate à subiectione diuina,deperiret illa perfecta subiectio inferiorum virium ad rationem,& corporis ad ani-
mam.Vnde consecutum est, vt homo sentiret in inferiori appetitu sensibili, concupiscentię & iræ,& cæterarum
passionum inordinatos motus, non secundum ordinem rationis, sed magis ei repugnantes, & eam plerunque
obnubilantes,& quasi perturbantes.Et hæc est repugnantia carnis ad spiritum,de qua scriptura loquitur. Nã quia
appetitus sensitiuus sicut & cæteræ sensitiuæ vires,per instrumentum corporeum operatur,ratio autem absque a-
liquo organo corporali, conuenienter quod ad appetitum sensitiuum pertinet, carni imputatur, quod vero ad
rationem,spiritui,secundum quod spirituales substantiæ dici solent,quæ sunt à corporibus separatę.Consecutum M
est etiam,vt in corpore sentiretur corruptionis defectus,ac per hoc homo incurreret necessitatem moriẽdi,quasi
anima iam non valente corpus in perpetuum continere, vitam ei præbendo. Vnde homo factus est passibilis &
mortalis,non solum quasi potens pati & mori,vt antea, sed quasi necessitatem habens ad patiendum & morien-
dum.Consecuti sunt in homine per consequens multi alij defectus. Abundantibus enim in appetitu inferiori in-
ordinatis motibus passionum, simul etiam & in ratione deficiente lumine sapientiæ, quo diuinitus illustrabatur
voluntas dum erat deo subiecta, per consequens affectum suum rebus sensibilibus subdidit,in quibus oberrans à
deo, multipliciter peccauit,& vlterius immundis spiritibus se subdidit,per quos credidit in huius mundi rebus
agendis & acquirendis sibi auxilium præstari. Et sic in humano genere idololatria,& diuersa peccatorum genera
processerunt, & quo magis in his homo corruptus fuit, eo amplius à cognitione & desiderio bonorum spiritua-
lium & diuinorum recessit.Et quia prædictum originalis iustitiæ donum sic humano generi in primo parente di

uinitus

A uinitus attributum fuit,vt tamen per ipsum deriuaretur in posteros,remota autem causa remouetur effectus,cõ-
sequens fuit,vt primo homine prædicto bono per proprium peccatum priuato,omnes posteri priuarentur. Et sic
de cætero,scilicet post peccatum primi parentis,omnes absque originali iustitia, & cum defectibus consequenti-
bus sunt exorti.Nec hoc est contra ordinem iustitiæ,quasi deo puniente in filiis quod primus parẽs deliquit, quia
ista pœna nõ est nisi subtractio eorũ quæ supernaturaliter primo homini diuinitus sunt cõcessa,per ipsum in alios
deriuanda.Vnde aliis non debebatur, nisi quatenus per primum parentem in eos erant transitura.Sicut si rex det
feudum militi transiturum per ipsum ad hæredes,si miles contra regem peccat,vt mereatur feudum amittere,nõ
potest postmodum ad eius hæredes deuenire.Vnde iustè priuantur posteri per culpam parentis. THEODO-
RETVS. Sed dicunt hæretici.Vos qui deum bonum nominatis,qui fieri potest, vt tantam ei sueritatem im-
ponatis?Immanitas enim quædam est,tali tantoq; supplicio afficere ob esum suctum, non tantum peccantes, sed
etiam inde non mediocriter læsos.Primò quidem eos qui pie agere volunt persuasum habere oportet,quicquid à
B deo vniuersorum factum,vel iussum fuerit, id omne iustum,sanctum,bonum ac beneficium esse.Si enim hæc o-
nia ita sese habere confessi fuerimus,ea quoque quæ ab ipso dispensantur mandanturq;,talia esse, neque ab aliis di
screpare necessario existimabimus. Deinde scire operæprecium est, omnem legem quanuis paruis ac minimis de
rebus promulgetur,eandem vim habere cum ea,quæ magna aut iubeat,aut vetet. Idq; præcipuè de lege diuina cẽ
sendum esse.Exempli causa,legislator ait, Quicunque masculus circuncisus nõ fuerit octaua die,exterminabitur,
eandem legem statuit de homicidis & adulteris.Et quia verò simile est hæreticos veteri scripturæ contradicturos,
Exemplum ex euangelica sumendum est legislatione.Inuenimus igitur in illis legibus, Qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam, adulterij crimine condemnari. Et eum qui sine causa irascitur, obnoxium esse iudicio.
Qui autem dixerit fratri suo racha,obnoxium esse concilio. Qui autem dixerit fatue, obnoxium gehennæ ignis.
Ac rursum eum qui iurauerit, tametsi verè iurauerit, diabolicæ subiacere sententiæ.Cur igitur euangelij latorem
bonum vocant,veteris verò legis crudelem atque immitem?Hæc enim iuxta illorum rationem difficiliora sunt.
Sed hæc quidem illorum blasphemiæ sint.Nos autem dicamus leges has vnius atque eiusdem dei esse. Differen-
C tiam verò illarum,eorum quibus leges datæ sunt,qualitas effecit.Vt enim sapiens magister imperfectis imperfe-
cta,perfectis autem perfecta attulit atque iniunxit. Simul & illud attente considerandum, quod primis legis di-
uinæ præuaricatoribus supplicia sine venia infliguntur, vt cæteri qui transgressionis pœnam intellexerunt, dili-
gentius caueant,neque legem præuaricari audeant.Id & in eum qui primus sabbatum violauit iussu dei perfectũ
est,omnis enim populus eum lapidibus obruit,vt ille ipsemet populus, qui dei vltor fuisset,peccare vehementius
formidaret. In posterum tamen deus legislator in sabbati violatores sese patienter atque clemẽter gessit. Eadem
ratione Cain qui primus homicidium perpetrauerat,immedicabili supplicio obnoxium fecit,vt posteris eius,vel
aliis post futuris,timorem talia committendi incuteret.Par igitur erat,Adam qui primus legem accepit,& quam
legem?leuissimam,cuique deus omnium fructuum copiam dederat,vnius tantum arboris fructu vetito, pœnam
transgressionis exoluere ad posterorum vtilitatem. Quod si deus(vt impius calumniatur Marcion) inexorabilis
D ob modici fructus esum, pœnam mortis intulit, & quanam de causa cum totum genus humanum ad extremam
impietatem & transgressionem deuenisset, non vniuersum genus hominum perdidit,sed filium suum vnicũ mi
sit,& salutem hominum generi per crucem & mortem illius dedit?Sed hi scire debent,deum sapientissimũ mor-
tem supplicij loco intulisse, vt humanum genus hac pœna edoctum,magis magisq; peccatum odio haberet. Atq;
ita odium hominis aduersus peccatum excitauit, salutis verò pharmacum per filij incarnationem confecit, quod
hominibus resurrectionem à mortuis & immortalitatem operaretur. Quid autem crudelitatis atque sæuitiæ in
se habẽt, Terra es,& in terram ibis? Idem est ac si diceret, E terra te formaueram,& ad longe meliorẽ te præpara-
ueram naturam,sed quia legem meam non obseruasti,ad priorem naturam redi.Neque tibi modicum Adæ pec-
catum videatur.Nam cum omnium arborum ac fructuum facultatem præterquam vnius accepisset,vetitum fru
ctum primum ac tantummodo vindemiatus est. Quod & illi exprobrauit deus dicens, Quis enim annunciauit
tibi quod nudus esses,nisi quia de fructu ex quo præceperam tibi ne comederes,comedisti?
E EVCHERIVS. Sed quid est spiritaliter quod serpens per mulierem decipit, & non per virum? quia non po- Mysticè
test ratio nostra seduci ad peccandum,nisi præcedente delectatione in carnalis infirmitatis affectu,qui magis de-
bet obtemperare rationi, tãquam viro dominanti. Hoc enim in vnoquoque homine geritur in occulto quodam
secretóque coniugio. Suggestionem quippe serpentem accipimus, mulierem vero animalem corporis sensum,
rationem autem virum.Ergo quando occurrit mala suggestio,quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oble-
ctatur illa suggestione, & refrenante ratione consensus explendi operis non succedit,sola videtur mulier come-
disse illicitum.Quod si ipsum peccatum etiam & mens perpetrandum decernat,iam vir deceptus est,iam mulier
cibum dedisse viro videtur.Illecebræ enim consentire,de ligno prohibito manducare est. Tunc quippe iure à vi-
ta beata tanquam à paradiso expellitur homo, peccatumq; ei imputatur, etiam si non sequatur effectus,quia & si
non est in factis culpa,in consensu tamen rea tenetur conscientia.Hæc secundum anagogen.Cæterum iuxta me-
taphoram,Vidit mulier quod bonum esset lignum, tulitq; de fructu illius & comedit. Mulier comedit antea,nõ
F vir, ideo quia carnales facilius persuadentur ad peccatum,nec tam velociter spirituales decipiuntur, & dedit viro
suo,& comedit,vtique cum & spirituales ipsi de ecclesia cadunt,nam & in Apocalypsi percussa legitur tertia pars
solis,& tertia pars lunæ,& tertia pars stellarum,ita vt obscuraretur tertia pars eorum.Cunque cognouissent se es-
se nudos,consuerunt folia ficus,& fecerunt sibi perizomata. Qui seculum asperum amplectũtur, qui pro religio-
ne voluptatis carnalis arctantur,quique decepti hæretica prauitate,& gratia dei nudati,tegimenta mendaciorum
tanquam folia fici colligunt, faciunt sibi succinctoria vanitatis, cum de domino vel ecclesia mentiuntur.
AMBROSIVS. Et antè quidem nudi erant protoplasti,sed non sine virtutum integimentis. Nudi erant
propter morum simplicitatem, & quod amictum fraudis natura nesciret. Nunc autem multis simulationum in-
uolucris, mens humana velatur. Ergo posteaquam spoliatos se illa synceritate & simplicitate viderunt integræ
incorruptæq; naturæ, quærere mundana & manufacta cœperũt,quibus nuda suæ mentis operirent, delectationes

delectationibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

delectationibus, & mundi huius vmbratiles voluptates, velut folia foliis assuentes, quibus obumbrarent genitale G
secretum. Quomodo autem se nudos cognouerunt? Nam non clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia
animantia ita vidit, vt his & nomen imponeret. Sed interiore & altiore sententia, nõ tunicam sibi, sed virtutum
deesse velamina. Et assuerunt (inquit) folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Ficum hoc loco pro qua specie de-
beamus accipere, diuinarum nos docet series lectionum. Quandoquidem sanctos esse, qui sub vite & ficu requie-
scunt, scriptura memorauerit. Et Salomon dixerit, Quis plantat ficum, & de fructu eius non manducat? Et domi-
nus ad ficum venerit, sed ideo sit offensus, quod non inuenerit fructum, sed folia tantum. Docet ergo me Adam
Galat. 5. quid sint folia, qui posteaquam peccauit, de foliis ficus fecerit sibi succinctorium, qui de fructibus magis eius gu-
stare debuerit. Iustus fructum eligit, folia peccator. Quis est fructus? Fructus (inquit) spiritus est charitas, gaudiũ,
pax, patientia, benignitas, modestia, continentia, dilectio. Non habebat fructum, qui gaudium non habebat. Non
habebat fidem, qui præuaricatus est mandatum dei. Non habebat continentiam, qui de interdicto sibi gustauerat
ligno. Ergo quicunque præuaricatur mandatum dei, spoliatur atque nudatur, & fit ipse sibi turpis, vult se operire H
quibusdam ficus foliis, fortasse quibusdam inanibus vel vmbratilibus sermonibus, quos compositis mendaciis
assuens, & verbum de verbo struens, ad operiendã conscientiam suæ mentis, factiq; velamen peccator intexit, vt
pudenda sua contegat. Iacit enim super se folia, qui culpam velare desiderans, aut diabolum delicti memorat au
ctorem, aut carnis prætendit illecebras, aut alium quempiam persuasorem prodit erroris. Et de scripturis diui-
nis frequenter promit exempla, quibus iustos in culpam perhibet incidisse, dicens, si forte in stupris fuerit depre-
hensus, & Abraham cum ancilla concubuit, & Dauid alienam adamauit, & sibi asciuit vxorem. Assuit enim sibi
quædam exempla de propheticarum serie scripturarum, fructum earum non putat requirendum. Nonne tibi vi-
dentur & Iudæi folia assuere, dum legis spiritalia verba corporaliter interpretantur? quorum interpretatio fru-
ctum omnem viriditatis amittit, damnato maledicto ariditatis æternæ. Bona igitur interpretatio, hoc est, spiri-
1. Cor. 3. talis ficus est fructuosa, sub qua iusti sanctiq; requiescunt. Quam qui plantauerit in animis singulorum sicut Pau-
lus ait, Ego plantaui, Apollo rigauit, & cætera, manducabit ex ea fructum. Mala autem interpretatio fructum I
ferre, viriditatem seruare non poterit. Quod igitur grauius est, hac se Adam interpretatione succinxit, eo loco,
vbi magis fructum castitatis se succingere debuisset. In lumbis enim quibus præcingimur, quædam semina gene-
rationis esse dicuntur. Et ideo ibi male succinctus est Adam foliis inutilibus, vbi futuræ generationis nõ fructum
futurum, sed quædam peccata signaret, quæ manserunt vsque in aduentum domini saluatoris. Cæterum postea-
Luc. 12. quam dominus aduenit, ficum inuenit incultam, rogatus ne eam iuberet excidi, vt coleretur permisit. Et ideo
Matth. 10. iam non foliis, sed diuino succingimur sermone, quia ipse dominus ait, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ
ardentes in manibus vestris. Vnde etiam pecuniam in zonis nostris portare prohibet. Non enim secularia, sed
æterna debet zona nostra seruare.

3 ET cum audissent uocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se K
Adam & uxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Vocauitque dominus deus Adam, & dixit ei. Adam ubi es? Qui ait. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit deus, Quis indicaut tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo tibi præceperam ne comederes, comedisti? Dixitque Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dominus deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi.

3 CHRYSOSTOMVS. Discimus ex hoc loco ineffabilem dei misericordiam, & quanta sermonis attempe-
ratione vsus sit, nostræ naturæ prouidentiam & curam habens. Omnia enim fecit & operatus est, vt rationale
hoc animal à se conditum, in omni honore esset, & in nullo angelorum vita minutior foret, sed & in cor- L
pore, illorum possideret impassibilitatem. Cæterum vt vidit vtrosque peccando transgressos per negligenti-
am ea, quæ à se præcepta erant, & quanuis minis eos munierat & retraxerat, neque nunc tamen à mise-
ricordia sua cessat, sed semper sibi similis, quasi clementissimus pater, filium indignum quid nobilitate sua com-
misisse, & à summo honore in extremam vilitatem redactum videns, paternis visceribus commotis, non il-
lum consilij inopem, & auxilio destitutum sinit, sed iterum suum agit officium, breui illum à leuitate li-
beratum, pristinæ restituens dignitati. Simili modo bonus deus miseratus est hominis cum vxore sua cir-
cumuenti diaboli insidiis, cuius per serpentem consilium acceperat. Nam veluti medicus ad inualidum & æ-
grotantem, iacentemque, ac indigentem cura & medici manu, protinus illum accedit. Sed vt & ex verbis
discas, quàm ineffabilis sit dei benignitas, operæprecium fuerit audire quæ lecta sunt. *Et cum audissent* (inquit)
uocem domini dei deambulantis ad auram post meridiem, abscondit se Adam & uxor eius à facie domini dei in medio ligni pa- M
radisi. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. In plerisque
codicibus Latinorum pro eo quod hic nos posuimus ad vesperam, post meridiem habet, quia τὸ δειλινόν,
Græcum sermonem, ad verbum transferre non possumus, pro quo in Hebræo scriptum est, לרוּחַ הַיּוֹם leruah
haiom, quod Aquila interpretatus est, ὦν τῷ πνέυματι πρὸς ἡμέρας, id est in vento diei. Symmachus vero διὰ πνέυ-
ματος ἡμέρας, id est per spiritum diei. Porro Theodotio manifestius ὦν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, vt
meridiano calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet. HILARIVS DVODECI-
MO DE TRINITATE. Videamus in quas dei vias, & in quæ dei opera à seculis creata sit nata an-
te secula ex deo sapientia. Vocem deambulantis in paradiso Adam audiuit. Putásne deambulantis incessum,
nisi in specie assumptæ creationis auditum, vt in aliqua creatione consisteret, qui inambulat fuerit audi-
tus? Non requiro qualis ad Cain & Abel & Noë loquutus sit, & benedicens quoque Enoch qualis affuerit
angelus

A angelus ad Agar loquitur, & vtique idem deus est. Nunquid speciei eiusdem est, cum angelus videtur cum est in
ea natura qua deus est: Certè species angeli ostenditur, vbi postea natura dei memoratur. Sed quid de angelo di-
cam? Homo ad Abraham venit. Nunquid secundum hominem in creationis istius habitu Christus talis assistit,
qualis & deus est: Sed homo loquitur, & corpore assistit, & cibo alitur, veruntamen deus adoratur. Certe qui antè
angelus, nunc etiam homo est, ne naturalem hanc esse dei speciem diuersitas huius ipsius assumptæ creationis pa-
teretur intelligi. Adest autem ad Iacob etiam vsque ad luctæ complexum in habitu humano, & manum conserit,
& membris nititur, & lateribus inflectitur, & in omni motu nostro incessuq; consistit. Sed idem postea & Moysi
esse ignis ostenditur, vt naturæ creatæ tum potius ad speciem quàm ad substantiam naturæ fidem disceres. Ha-
buit tum in se potestatem conflagrandi, nec tamen naturalem suscipiens vrendi necessitatem, quia sine rubi dam
no conflagratio ignis apparuit. Curre per tempora, & intellige qualis visus sit, vel Iesu Naue nominis sui prophe
tæ, vel Esaiæ etiam cum euangelico testimonio visum pradicanti, vel Ezechieli vsque ad conscientiam resurre-
B ctionis assumpto, vel Danieli, hominis filium in æternorum seculorum sempiternitate confitenti, & cæteris aliis
quibus se in habitu variæ creationis ingessit, in viis dei & in opera dei, ad cognitionem scilicet dei, & nostrę æter-
nitatis profectum. AMBROSIVS. Quæ est ambulatio dei, qui vbique semper est? Sed puto deambulatio-
nem quandam esse dei per diuinarum seriem scripturarum, in quibus dei quædam versatur præsentia, cum audi- Psalm. 33.
mus, quia ipse aspicit omnia, & oculi domini super iustos, cum legimus, Quia Iesus sciebat cogitationes eorum, Matth. 9.
cum legimus, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Ergo dum hæc recensemus, quasi deambulãtem cognosci
mus deum. Fugerat ergo peccator, non quò dei posset latere conspectum, sed intra conscientiam suam latere cu-
piebat, opera sua lucere nolebat. Iusti enim est, facie ad faciem videre, quia iusti mens non solum deo præsens est, Esaiæ. 1.
sed etiam cum deo disputat, sicut scriptum est, Iudicate pupillo, & iustificate viduam, & venite disputemus dicit
dominus. Ergo cũ legit peccator has scripturas diuinas, audit vocem dei quasi ambulantis ad vesperam. Quid est
C ad vesperam, nisi quia culpam suam sero cognoscit, & sero venit quædam erroris præteriti verecundia, quæ erro-
rem præuenire debuerat? Nam dum culpa feruet in corpore, & anima exagitatur corporis passionibus, non cogi-
tat deum sensus errantis, hoc est, non audit deum ambulantẽ in scripturis diuinis, ambulantem in mentibus sin- Leuit. 26.
gulorum, Dicit enim deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus. Ergo cum
in animæ sensum redierit potestatis formido diuinæ, tunc erubescimus, tunc nos gestimus abscondere, tunc in
peccatorum nostrorum positi cogitationibus, in medio ligni paradisi vbi peccauimus, deprehendimur latere cu-
pientes, & arbitrantes quod deus non requirat occulta. AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GE-
NESIM AD LITERAM. Cunq; audissent vocẽ domini dei deambulantis in paradiso ad vesperam. For-
tassis in aliis intrinsecus, vel ineffabilibus modis deus cum illis antea loquebatur, sicut etiam cum angelis loqui-
tur ipsa incommutabili veritate, illustrans mentes eorũm, vbi est intellectus nosse simul quæcunque etiam per tẽ-
pora non fiunt simul. Forte (inquam) sic cum eis loquebatur, & si non tanta participatione diuinæ sapientiq, quan
D tum capiunt angeli, tamen pro humano modulo quantumlibet minus, sed ipso genere visitationis & locutionis
fortassis etiam illo qui fit per creaturam, siue in ecstasi spiritus corporalibus imaginibus, siue ipsis sensibus corpo-
ris aliqua specie præsentata vel ad videndum, vel ad audiendum, sicut in angelis suis solet videri deus, vel sonare
per nubem. Nunc tamen qui audierunt vocem dei ambulantis in paradiso ad vesperam, non nisi per creaturam
visibiliter factum est, ne substantia illa inuisibilis & vbique tota, quæ est patris & filij & spiritussancti, corporali-
bus eorum sensibus locali & temporali motu apparuisse credatur. Et absconderunt se Adam & mulier eius à facie
domini in medio ligno quod est in paradiso. Cum deus auertit intrinsecus faciem suam, & fit homo conturba-
tus, non miremur hæc fieri quæ similia sunt dementiæ per nimium pudorem ac timorem, illo quippe occulto in-
stinctu non quiescente, vt ea nescientes facerent, quæ aliquid significarent quandoque scituris posteris, propter
quos ista conscripta sunt. CHRYSOSTOMVS. Et audierunt vocem domini dei deambulantis in
horto ad meridiem, & delituerunt tam Adam quàm vxor illius à facie domini dei, in medio ligni paradisi. Di-
E lecti ne inconsideranter prætereamus, quæ dicta sunt, neque in verbis ipsis hæreamus, sed consideremus ob
nostram imbecillitatem tantam hic esse verborum humilitatem. Nam si vellemus verba vt sunt pronunciata,
sectari, & non digne, vt decet, de deo exponere, dic quæso, quomodo non multa simul comitabuntur absurda?
Ecce enim statim ex his quæ principio lecta, spectare hoc licet, Et audierunt vocem domini dei deambulantis in
horto ad meridiem, & delituerunt. Quid dicis? deambulat deus? pedes ipsi tribuemus? & de eo nihil sublime co-
gitabimus? Non ambulat deus, absit. Quomodo enim ambularet, qui vbique præsens est, & omnia implet? cui
cœlum thronus, & terra scabellum, ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? Quid igitur est, Au-
dierunt vocem domini deambulantis in horto ad meridiem? Voluit illos hæc tali modo sentire, vt in magno
mentis angore constituerentur, id & quod factum est. Nam postquam ita illis visum, & ita senserunt, quasi ad-
esset deus, & occultari cœperunt. Mox enim vt intrauit peccatum & præuaricatio, tumultuatio simul eos inua-
F sit, & erubescentia. Quippe iudex incorruptus, conscientiam puto, cum aduersus hominem exurgit, clara voce
clamat & accusat, & ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem. Eamq; ob rem misericors
deus principio cum formaret hominem, conscientiam illi indidit accusatricem perpetuam, Et licet quis admisso
peccato, perpetratoq; aliquo facinore illicito, omnes homines celet, ab illa tamen accusatrice non poterit deli-
tescere, nam hanc intrinsecus habentes, vbicunque sumus, circunferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, fla-
gellat, nunquam quiescit, sed & domi, & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem, & surgentem ad-
oritur, rationem delictorũ exigit, obq; oculos proponit, & delictorum grauitatem, & subsequuturã pœnã. Et quasi
medicus optimus, non cessat sua medicamenta apponere, & si semel depellatur, neq; sic desistit, sed cõtinuã curam
gerit. Hoc & conscientiæ opus est, vt iugiter memoriã ingerat, nec permittat vnquã in factorũ obliuionẽ nos ve-
nire, sed ob oculos proponat, vti vel hac ratione nos tardiores faciat, ne in eadẽ peccata prolabamur. Porro si cũ
hinc tãtum nobis est subsidij, & tantum adiutorij, & assidet nobis tam importuna accusatrix, quæ nostrã mẽtẽ fla
gellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius apprehẽdat, & pleriq; neq; sic peccata vincimus, si hoc destitue-
mur subsidio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur subsidio,quorsum tunc non statim exciderem⁹? Et propterea protoplastus vt illum sensum accepit, adu- G
tum domini secum cogitans,statim se occultauit. Quare dic oro? Quoniam videbat sibi trucem adstare accusato
rem,conscientiam dico. Neque enim alium obiurgatorem & testem peccatorum,sed vnicum illum quem intrin
secus circunferebat. Docebant tamen peccati magnitudinem alioquin & nuditas,& ablatio gloriæ,quæ illos an-
tea quasi vestimentum fulgidum vestierat. Itaque post graue peccatum illud,confusione amicti , delitescere ten-
tauerunt. Audiuerunt enim (inquit) vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem , & occultauerunt se
tam Adam,quàm vxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi . Nihil peccato peius dilecte . Ipsum enim
vt introierit,non solum confusione totos nos replet , sed & insipientes facit eos , qui antea intellectu & sapientia
Psal.43. multa præditi. Animaduerte obsecro,quàm insipienter agit nunc,qui antea tanta pollebat sapientia,qui reipsa tra
ditam sibi sapientiam nobis declarabat,qui talia prophetabat,audita voce dei deambulantis in horto ad meridi-
em, occultauit se tam ipse quàm vxor eius à facie domini dei in medio paradisi. Quantæ hoc est insipientiæ,quod H
à deo qui vbique præsens est,qui ex nihilo res vt essent produxit , qui abscondita scit , qui finxit sigillatim corda
hominum,& nouit omnia opera eorum,qui scrutatur corda& renes,qui etiam ipsos cordis motus cognoscit,ab-
scondere se tentant? Sed ne mireris dilecte,talis enim peccantium consuetudo est , vt tametsi occultari non pos-
sint,occultari tamen velint,& studeant . Quandoquidem non ferentes confusionem qua post peccatum vestie-
bantur,nudati incorruptibili illa gloria,hoc faciebant. Considera autem & vbi occultantur. Nam sicut flagriones
& ingrati quidam famuli,cum non possint à domino suo occultari,huc & illuc in angulos domus currere solent,
metu illorum conscientias concutiente,ita & hi nullum inuenientes effugium,in ipsa domo, paradiso (inquam)
versantur. Nec absque ratione tempus assignatur . Audiuerunt enim inquit , vocem domini dei deambulantis in
horto in meridie. THEODORETVS. Per auram quandam aduentum domini intellexerunt . Nam post-
quam peccauerunt,statim dominus apparuit,qui & sensum illis peccati præstitit,& ad pœnitendum illos prouo-
cauit. SERAPION EPISCOPVS. Cunque audissent,& cætera,hoc est,sonitum senserunt,& à consue- I
Cap.3. tudine & à modo quo deus apparebat,apparebat autem non vt erat , sed vt volebat . Igitur consternati animo in
ipsam arborem se absconderũt. GREGORIVS VIGESIMO OCTAVO MORALIVM. Aliquã-
do per angelos verbis simul & rebus loquitur deus,cum quibusdam motibus insinuat hoc,quod sermonibus nar
rat . Neque enim Adam post culpam in diuinitatis substantia videre dominum potuit , sed increpationis verba
per angelum audiuit, de quo scriptum est , Cum audisset vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram
post meridiem,absondit se inter ligna paradisi. Quid est enim quod post peccatum hominis in paradiso domi-
nus iam non stat,sed deambulat? nisi quod irruente culpa se à corde hominis motum demonstrat , quem iam in
suo præcepto stabilem non videbat ? Quid est quod ad auram post meridiem , nisi quod lux feruentior veritatis
ab eo absscesserat,& peccatricem animam culpæ suæ frigora constringebant? Increpauit ergo Adam deambulans,
vt cæcis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus,sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo & K
per verba (quod fecerat) audiret , & per deambulationem amisso æternitatis statu , mutabilitatis suæ inconstan-
tiam cerneret,& per auram feruore charitatis à se expulso,torporem suum animaduerteret,& per declinationem
solis agnosceret,quod ad tenebras propiquaret. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS. Quid est quod
post meridiem abscondit se Adam & vxor eius? id est post beatæ paradisiacæ fœlicitatis lucem,in huius seculi ca-
ligine ad miseriam se absconderunt. Vnde autem à domini præsentia absondi posse putabant, nisi quod hæc eis
insipientia de peccati pœna accessit , vt hoc eum latere putent, quem latere nihil potest? RABANVS. Post
meridiem igitur tales iam conuenerat visitari,qui defecerant à luce veritatis. Vnde apte dominus crucem meri-
die ascendit,& promissa latroni habitatione paradisi,post meridiem, id est nona hora spiritum tradidit, vt vide-
licet eadem hora qua primus homo lignum præuaricationis tetigerat,secundus homo lignum redemptionis as-
cenderet,& qua hora diei præuaricatores paradiso expulerat,ea confessorem in paradisum induceret . Abscondit
se (inquit) Adam & vxor eius, à facie domini dei in medio ligni paradisi . Abscondunt se nanque à facie dei qui L
peccant,quia indignos se diuinæ pietatis reddunt aspectibus,abscondunt se à facie dei,non vt ipsorum conscien-
tiam internus arbiter non videat , sed vt ipsi gloriam vultus eius nunquam nisi respiscendo conspiciant.
RVPERTVS. Abscondendo verò se protoplasti nostri,vterque de deo male sentit , & sibi insipienter proui-
Psal.138. dit,tanquam impœnitens,tanquam infidelis. Nam è contra fidelis homo dicit,Quo ibo à spiritu tuo,& quo à fa-
cie tua fugiam? Si ascendero in cœlum,tu illic es,& si descendero in infernum,ades. Si sumpsero pennas meas di
luculo,& habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua . Hic deũ
vbique præsentem adesse confidit,nec loco quenquam,sed iniquitate ab eo longe fieri. Et cum paulo supra dicat,
Intellexisti cogitationes meas de longe , semitam meam & funiculum meum inuestigasti , hoc plane confitetur
Psal.17. nouus homo,homo fidelis,quia deus in omni loco bonos & malos respicit,& vniuersas quoque mentium cogi-
Psal.87. tationes intelligit. Et vt verè pœnitens in alio loco dicit,Quoniam iniquitatem meam annunciabo , & cogitabo
pro peccato meo. Item,Et ego ad te domine clamabo,& mane oratio mea præueniet te. Hæ voces noui hominis M
sunt. Nam iste vetus homo longe alio sensu absscondit se à facie domini dei,male de oculis omnia videntis sen-
tiens,vt infidelis,& vt impœnitens,non solum iniquitatem suam non annunciauit,& non solum oratio eius do-
minum deum non præuenit,sed audita voce eius adhuc latere voluit,imo & præueniente deo redargutus transs-
gressor,se ipsum potius defendendo,deum incusauit. Ergo de tam vitiosa radice arboris non mirum vitiosos fru
Psal.148. ctus erupisse,malum succum radicis referentes in semetipsis,cum declinant cor suum in verba malitiæ ad excu-
sandas excusationes in peccatis: vel cum operantes iniquitatem,latibula requirunt , quasi dei fallere possint ocu-
lum,verbi gratia cum iuxta beatum Iob oculus adulteri obseruat caliginem,dicens: Non me videbit oculus,& o-
periens vultum suum perfodit in tenebris,sicut in die condixerant sibi . Sed vbi se absconderunt ? In medio (in-
quit) ligni paradisi. Hoc impropriè videtur dictum,quia non ait in medio paradisi,vel in medio lignorum para-
disi,sed in medio ligni paradisi. Quod enim medium habet vnum lignum,in quo absscondi valeant corpora duo
rum hominum? Abscensionem ergo hic oportet intelligi,non tam corporis,quàm animi,quam deus maxime re
quirit.

A quirit. Quomodo secundum animam absconderunt se in medio ligni? Videlicet amando concupiscentiæ vitiũ,
quod contraxerant per fructum ligni. Nam quandiu peccator blandum amat vitium , tandiu clausus & absscon-
ditus animus pressum tenet oris ostium,& ad deum vocantem non egreditur per simplicem confessionis occur- Ioan.3.
sum. Vnde ipse dominus, Omnis (inquit) qui male agit,odit lucem,& non venit ad lucem, vt non arguantur o-
pera eius. Hoc verè est abscondi à facie domini dei,non quod talis effugiat oculos domini,cum scriptum sit,Vul Psal.83.
tus autem domini super facientes mala, sed quod talis non mereatur videre faciem domini , eo quod se ab illo,
quantum in ipso est,absscondat. Et rectè in eo vitio quisque dicitur absconditus , quo delectatus per confessionis Iob.40.
ianuas nusquam egreditur,cubante cum illo deceptore suo diabolo,sicut ad beatum Iob loquitur dominus, Quia
sub vmbra dormit in secreto calami,in locis humentibus. Adam igitur & vxor eius absscõderunt se in medio li-
gni paradisi, quia videlicet vsurpationem ligni quod erat in medio paradisi, maluerunt apud se continere , quàm
B domino deo confiteri. Sed quid tandem sibi vult quod interposuit scriptor, dicens: Deambulantis in paradiso ad
auram post meridiem? Exilia quidem secundum maiestatem dei videntur hæc dicta , quod tanquam homo post
curas, vel post laborem pransus dormiat,& sopori suo vel quieti suæ deputatas habeat horas meridianas, & dein
de post somnum deambulando, graue corpusculum recreat , ac dulci releuat aura . Sed ne mireris , nam re vera
tunc homini deus nimium dormierat. Si enim tunc non dormisset is,de quo dicitur nunc , Ecce non dormitabit Psal.120.
neque dormiet,qui custodit Israel, nequaquam tantum malum accidisset, nequaquam tantum damnum rei fami
liari fur diabolus intulisset. Igitur quod dictum est, Cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso
ad auram post meridiẽ, non sermonis vacui superfluitas, sed grauissima opportuno in tempore querela est. Quo Psal.43.
exemplo licet nobis cum propheta dicere, Exurge, quare obdormis domine? Exurge, Si enim eidem psalmistæ re- Psal.77.
C cte licuit dicere, Et excitatus est tanquam dormiens dominus , tanquam potens crapulatus à vino , pro eo quod 1.Reg.4.
tardiusculè subuenit, capta quippe fuerat iam arca dei,& sacerdotes eius in gladio ceciderant , Ophni & Phinees,
quanto magis tunc tanquam crapulatus à vino, toto meridie dormisse dicendus est, quando illo tacente tantum
malum vniuerso generi humano partum est? Et notandum, quod non post noctem, sed post meridiem dominus
deus excitatus deambulasse dicitur. Dominus deus lux est,& tenebræ in eo non sunt vllæ. Proinde siue cum vigi-
lat, siue cum nobis dormit, nunquam noctem, sed semper habet meridiem, quia semper lux ipse est. Quid ergo in-
quis ? Culpandus ne est deus, quia toto meridie dormiuit , & eo dormiente lupus ouem centesimam tulit ? Non
vtique, sed tota culpa illius est, qui custodem suum dormire permisit. Nam vt ille non dormiat in arbitrio homi-
nis est, qui semper illum ne dormitet, aut dormiat, inquietare debet . Vnde & per prophetam spiritus eius dicit, Esaiæ.62.
Qui reminiscimini domini, ne taceatis,& ne detis silentium ei. Quomodo non dandum est ei silentium? Videli-
cet toto die, ac nocte tota non tacendo laudare nomen domini. At ille, scilicet Adam & vxor eius , vterque pari
pertinacia silentium tenuit, quia sicut superius iam dictum est, neque quia formauit, neque quia in paradiso deus
D hominem posuit, neque quia ad propagandum genus humanum, vtrunque scilicet masculum & fœminam cõ-
iunxit, vllam gratiarum actionem reddidit , nec vllum piæ confessionis verbum de ore cuiuslibet eorum sonuit
in auribus dei. Itaque nec eius culpa est, qui dormiuit, sed eius qui tam ingratum silentium, vt meritò obdormi-
re possit, ei præbuit. Igitur magnitudinem negligentiæ hominis & iustitiæ dei , scriptura valenter & proprie satis
expressit, dum dominum deum assimilauit homini, tam quietè tamque licentiosè in meridie dormienti , vt per-
acto somno etiam deambulare ad auram, & spaciari vacet sibi, nemine interpellante, vel curam afferente alicu-
ius negocij. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et cum audissent vocem domini , & cætera . Ecce
quanta est misericordia dei, non vult eos subito conuenire de culpa sua, ne amissa verecundia, inuerecundi fiant
& pertinaces. Sed dat eis locum pœnitentiæ & consilij, vnde deambulat vt audiant , & sic fiant ipsius dei memo-
res. CAIETANVS. Et cum audissent vocem domini dei,& cætera. Iuxta Hebræum habetur, Et audierunt
vocem iehouah elohim ambulantis in horto aduentum diei , & absscondit se Adam & vxor eius à facie iehouah
elohim in intus ligni horti. In specie sensibilis hominis apparuisse deum describitur, ex eo quod describitur tum
E loquens tum ambulans, tanquam ad refrigerium percipiendum ex aura diei, tum formidatus corporaliter ab A-
dam & Eua absscondentibus se . Apparuit itaque deus loquens & ambulans illa hora diei , qua refrigerans aura
quæritur. Et describitur sub vtroque nomine deus, vt & dignatio summi principij essendi vsque ad hoc, vt in spe-
cie sensibili appareat, innotescat, & ab ipso fonte essendi iudicium singularum nostrarum actionum prodire, tan
quam à proximo iudice intelligamus. Quid autem loqueretur, non est scriptum, sed quod locutio ipsa audita fuit
ab Adam & Eua, qua audita, erubescentes ob nuditatem reliquarum partium corporis , confugerunt ad penetra-
lia inter arbores, vt multitudine arborum tegerentur ne videret eos deus deambulans ad auram diei . Quemad-
modum enim multitudinem frondium ficus, frondem appellauit, ita multitudinem arborum appellat hic lignũ.
AVCTOR CATE. In eo quod dicitur , Absscondit se Adam & vxor eius in medio ligni paradisi , duæ sunt
Hebraicæ figuræ, Synecdoche, in qua per partem intelligitur totum , atque hanc putamus esse , cum Hebraicè li-
F gnum ponitur pro arbore, quæ totum est, eius autem partes, lignum, folia, fructus . Altera figura est etiam synec-
doche, sed alia eius species, qua ex vno discimus omnes, qua & poëtæ & oratores vtuntur. Sæpe enim dicunt, ad-
mouit militem, stipendium dedit militi. Tale (inquam) est hoc, vult enim dicere, In medias arbores densaque pa-
radisi nemora se intulerunt. Septuaginta exactè non seruarunt, phrasim Hebraicam, dicentes, καὶ ἐκρύβησαν ἐν μέσῳ
τοῦ παραδείσου, id est. Et absconderunt se in medio paradisi. Vel absconderunt se in medio ligni paradisi, id est
sub ligno scientiæ boni & mali, quod est in medio paradisi, in quo etiam deliquerant. Dicat quis, Et quam vocem
domini dei deambulantis ad auram in paradiso post meridiem audiuerunt primùm parentes nostri ? Vtique il-
lam quæ post sequitur, Adam vbi es? Hoc enim audierunt, quod vocati sunt, & nota est solita apud Moysen re-
petitio. Qua quidem audita voce, timuerunt, erubuerunt, seseque absconderunt . Nec deus ad auram deambula-
bat quasi despatians, ne te sermo decipiat, sed ad auram, scito chronographiam, non deambulationem , vt adsso-
net tempus, non occasionem deambulandi. Tum verbum deambulandi, ipsum aduentum & accessum ad homi-
nem, lenem, & humano quodam modo designat, subduxerat enim se deus tantisper , qui antea cum eis versaba-
tur, dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,dum probaret quid homo faceret, an in mandatis suis perseueraret,ac quasi procul pugnam contemplaba-
tur,proposita occasione coronandi hominis agonothetes.Quod facit interdum & isto ipso tempore, relinquens
nos, præcipue quos minus imbecilles nouit probationibus. Et Apostolos amicissimos familiarissimósque suos,
cum lacerari videret,& excarnificari, verberari, contemni,expelli, vexari (quæ probatio erat,& coronæ occasio)
sustinebat,patiebatur,& quasi spectaculo delectatus,non commouebatur.Sic expectauit videre quid ageret, quo
se verteret data libertas,an propositam arborem vitæ,superata cupiditate oblatorum à serpente pomorum, quæ
& sensus expetenda iudicabat, vellet contingere : an breui labore vincendi, arrectósque ad vetita sensus depri-
mendi,vellet paradisum incedens coronatus,& ex arbore vitæ laureatus,in numerum immortalium adscribi.Ve-
rum posthabito dei præcepto,comederunt de arbore vetita protoplasti,& ad vocem domini territi,absconderut
se in medio ligni paradisi.Vides quomodo per peccatum animus alienatur & confunditur,timet,& à domino fu
gere nititur,cuius desperabundus iustitiam odit,consolationémque in creaturis prosequitur, amissa gratia crea-
toris? CHRYSOSTOMVS. Sed audiamus si placet,quæ iudex rogat, & quæ rei respondent, & quas pœ-
nas ferunt,& cui condemnationi obnoxius fuit,qui in illos tantas insidias machinatus est. Sed obsecro mentem
colligite,& cum timore dictis auscultate.Si enim cum videmus iudicem in sublimi sella sedẽtem,& reos in me-
dium producentem,& suppliciis afficientem,non sine timore adstamus,audire volentes, quid nam iudex dicat,
& quid respondeat reus. Multo magis nunc hoc nobis faciendum,cum videmus opificem naturæ pœnam suis
creaturis intentare.Verum diligenter attendite,videbitis quantum interfit inter misericordiam dei,& hominum
inter se austeritatem. *Vocauitque dominus deus Adam,& dixit ei. Adam ubi es? Qui ait,uocem tuam audiui in paradiso, & tie
mui eo quod nudus essem,& abscondi me.* AMBROSIVS. Quomodo loquitur deus:nunquid voce corporea?Non
vtique,sed virtute quadam præstantiore,quam vox corporis potest esse, fundit oracula. Hanc vocem eius Pro-
phetæ audierunt,hanc vocem fideles audiunt, impij non intelligunt. Denique in Euangelio habes, quod audi-
Ioan.12. uit Euangelista dicentem patrem, Et clarificaui, & iterum clarificabo, sed Iudæi non audierunt. Denique dice-
bant,Tonitruum factum est.Illis ergo sicut supra habes,quia sentiebatur deambulans deus, qui non deambula-
bat,sic audiebatur loquens deus,qui non loquebatur. Sed quid loquitur consideremus, Adam vbi es? Adhuc in
his remedium sanitatis est,qui audiunt dei verbum. Denique Iudæi qui sibi clauserant aures ne audirent, hodiè-
Psalm.6. que non merentur audire.Deinde habent remedium,qui se absconderunt. Nam qui absconditur, erubescit, qui
erubescit, conuertitur, sicut scriptum est, Confundantur & conuertantur omnes valde velociter. Deinde hoc
ipsum quod vocat,indicium sanaturi est,quia dominus quibus miseratur,& vocat. Dicendo autem vbi es? non
locum quærit,qui nouit arcanum, neque enim deus clausos oculos habebat, vt non videret latentem. Denique
ideo dixit,Factus est Adam tanquam vnus ex nobis,quia aperuit oculos. Et hic quidem aperuit oculos, vt cul-
pam suam videret,quam vitare non potuit.Magis enim postquam peccauimus, nescio quomodo nostra delicta
cognoscimus,& tunc peccatum esse intelligimus, quod antequam peccaremus, non putabamus esse peccatum.
Certè non quasi peccatum putabamus esse damnandum, nam si damnaremus, non admitteremus. Deus autem K
omnium videt culpas,& omnium delicta cognoscit, super omnium animam,super omnium occulta oculos ha-
bet. Quid est ergo,Adam vbi es? Id est non in quo,sed in quibus es? Non ergo interrogatio est, sed increpatio.
De quibus (inquit) bonis, de qua beatitudine, de qua gratia,in quam miseriam recidisti? Dereliquisti vitam æ-
ternam, & attumulatus es morti, consepultus errori. Vbi est illa tua bene sibi conscia confidentia? Timor iste
culpam fatetur,latebra præuaricationem.Vbi ergo es? hoc est,non in quo loco quæro, sed in quo statu. Quo te
perduxerunt peccata tua,vt fugias deum tuum quem ante quærebas? Fortasse moueat, Cur ante increpatur A-
dam, cum mulier ante gustauerit? Sed à præuaricatione sexus infirmior cœperit, à verecundia & excusatione
fortior,vt fœmina erroris causa fuerit,vir pudoris. AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GENE-
SIM AD LITERAM. Et vocauit dominus deus Adam,& dixit illi:Vbi es? Increpantis vox est, non igno
rantis.Et hoc sanè ad aliquam pertinet significationem,quod sicut præceptum viro datum est, per quem veniret
ad fœminam,ita vir prior interrogatur.Præceptum enim à domino per virum vsque ad fœminam,peccatum au L
tem à diabolo per fœminam vsque ad virum.Hæc mysticis significationibus plena sunt,non id agentibus in qui-
bus facta sunt,sed de his illud agente potentissima sapientia dei.Respondit ergo Adam, Vocem tuam in paradi-
so audiui,& timui eo quod nudus essem,& abscõdi me.Satis probabile est,solere deum per creaturam tali actio-
ni congruam,in forma humana primis illis hominibus apparere, quos tamen nunquam permisit aduertere nu-
ditatem suam,eorum intentionem in superna sustollens, nisi cum post peccatum, pudendum in membris mo-
tum pœnali membrorum lege sensissent. Sic ergo affecti sunt, vt solent affici homines sub oculis hominum, &
talis affectio de peccati pœna erat,cum latere vellent quem latere nihil potest,& ab eo carnem occultare,qui cor-
dis inspector est.Sed quid mirum,si superbi volentes esse sicut dij,euanuerunt in cogitationibus suis, & obscu-
ratum est insipiens cor eorum? Se quippe dixerunt esse sapientes in abundantia sua,& illo auertente faciem, stul
ti facti sunt.Quod enim iam ipsos pudebat erga se ipsos, vnde sibi & succinctoria fecerant, multo vehementius
ab illo etiam sic succincti videri verebantur, qui tanquam familiari temperamento ad eos videndos per creatu-
ram visibilem,velut humanos oculos afferebat.Si enim propterea sic apparebat,vt homines tanquam cum homi M
ne loquerentur,quemadmodum Abraham ad quercum Mambræ illa ipsa prope amicitia pudorem onerabat post
peccatum,nec iam illam nuditatem audebant ostendere talibus oculis, quæ displicebat & suis. PROSPER
II. DE VITA CONTEMPLATIVA. Vocem tuam (inquit) audiui & timui, & cætera. O quantum
securitatis habent, qui sibi bene sunt conscij, & quantum perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccati,
sicut isti qui se absconderunt à facie domini de sua turpitudine,non de nuditate confusi, qui non ideo erubesce-
bant, quia veste erant extrinsecus nudati,sed quia intrinsecus protectione diuina nudi. Denique & ante pecca-
tum nudi erant,& non erubescebant, quia nihil contra voluntatem dei, vnde confunderentur admiserant.
CHRYSOSTOMVS. Et vocauit dominus deus Adam,& dixit illi,Adam vbi es:Vel ex ipsa interrogatione
hac dignum est,vt obstupescamus ad eminẽtem dei misericordiam, non solum quod vocauit,sed quod per seip-
sum vocauit

A sum vocauit.Id quod homines facere nunquam ferrent inter se,licet eandem naturam sortiti sint. Scitis enim cũ
iudices in alto solio sedent,suppliciisq; malefactores afficiunt,nec suo eos responso dignantur,hoc ipso ostenden
tes illis,quanta ignominia sese asperserint suis flagitiis,& iudex quidem respõdet,sed alius quispiam à iudice hæc
excipiens,reo annunciat,& iudici quoque quæ reus dixerit.Et hic ferme vbique iudicantium mos est. Verũ deus
non sic agit,sed quomodo?Et vocauit dominus deus Adam,& dixit illi,Adam vbi es? Vide in breui hac dictione
quanta vis recondita sit.Et ipsum vocare magnæ & ineffabilis est misericordiæ, tum ob benignam interrogatio-
nem,quæ erubescentem,& neque os aperire,neque linguam mouere audentem animabat,tum quod ipsum dice-
re,Vbi es?plurimam habet misericordiæ vim.Significat enim quasi ita diceret ad illum, Quid factum est? In alio
te loco reliqui,in alio te inuenio,alia gloria vestitum te reliqui,nunc in nuditate te inuenio. Vnde tibi hoc acci-
dit?Quis te in tantam induxit vicissitudinem?Quis latro vel fur sic semel omnes diuitiarum substantias auferes,
in tantam te inopiam deduxit?Vnde nuditatis sensus tibi cõtigit? Quis tibi auctor fuit,quod ablatum à te vesti-
B mentum illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tempestas ita subito omnes tuas
merces demersit?Quid accidit,quod ab eo qui tibi tanta beneficia præstitit, & in tantũ honorẽ te euexit,occulta-
ri attentas?Quem nunc timens,delitescere studes?Num adstat tibi qui accusет? Num premunt testes?Vnde tanta
formido,tantusq; metus te inuasit?Tuam(inquit)deambulãtis in horto vocem audiui,& timui,quia nudus sum,
& abscondi me. THEODORVS. Et quare timuisti? Timui propter transgressionem, abscondi me propter
nuditatem. Idcirco deus longo sermone alloquitur, vt & timorem soluat, & ad confidentiam illos erigat.
THEODORETVS. Et quanuis deus comminatus fuerit, in qua die comederis morte morieris,non statim
tamen mortui sunt. Quia bonus dominus maiora supplicia intentare ac comminari consueuit,minora tamẽ his
quæ interminatus est,supplicia sumit,vt diuinam scripturam diligenter inuestigãti innotescat. SERAPION.
Scitatur autem deus,non vt discat,ipsa enim interrogatio ostendit eum cognouisse,sed vt sentiant transgres-
sionem.Magna enim erroris accusatio est,subterfugere & abscondi. THEOPHILVS. Non ergo tanquam
ignarus deus interrogat, sed cum esset misericors, præbuit occasionem pœnitendi & confitendi.Liberum enim
C & suæ potestatis, fecit deus hominem. GREGORIVS SECVNDO MORALIVM. Adam vbi es? Cap. 4.
Neque enim diuina potentia nescіebat,post culpam seruus ad quæ latibula fugerat,sed quia lapsum vidit in cul-
pa,iãm sub peccato velut ab oculis veritatis absconditum, quia tenebras erroris eius non approbat, quasi vbi sit
peccator ignorat,eumq; & vocat & requirit,dicens,Adam vbi es?Per hoc quod vocat,signum dat,quia ad pœni- Cap. 9.
tentiam reuocat,per hoc quod requirit,aperte insinuat,quia peccatores iure damnandos ignorat. IDEM IN
PRIMO REGVM. Vnusquisque vbi per peccatum proiicitur, ibi occultatur,& quasi perditus vbi sit nesci-
tur,quando iustitię lucem in qua eum deus posuit,derelinquit.Hinc est quod in paradiso post peccatum primum
hominẽ quærit,dicens,Adam vbi es?Quasi dicat,quia te in luce qua posui non inuenio,demõstra te vbi posuisti. Vbi supra.
IDEM. Sciebat quidem dominus quid Adam fecerat,sed interrogando, inobedientiæ factum reprobabat.Po Cap. 13.
test etiam per hanc interrogationem magnitudo reatus intimari. Ac si apertè dicat, Parum tibi videtur quod in-
D obediendo deliqueris?sed à sublimi gloriæ tuæ culmine delinquendo cecidisti. EVCHERIVS IN QVAE-
STIONIBVS SVPER GENESIM. Cum nulla esse ignorantia apud deum possit, quomodo hic dicit
dominus,Adã vbi es?Hoc est,dicere,Adã quò recidisti?Qualis fueras quando obediendo simpliciter incedebas,
& qualis nunc appares,quando præuaricator effectus es? Non ergo vox ista quasi pro ambigui scisitatione quæ-
rentis est,sed cum increpatione interrogantis est. Et aliter. Sermo hic non deum veri insciũ,vel vbi esset Adã
deum ostendit ignarum,sed illud potius ostendit,quod omnis ille qui peccat, velut iam erroribus suis deuius,&
per delictum recedens à conspectu dei,notitia eius efficiatur indignus.Et aliter, Interrogat vt suis quisque respõ
sionibus conuincatur,quia licet non ignoret quod sibi vult indicari, vult tamen delinquentem etiam responsio-
nis testimonio reum statui.Dum enim interrogat,iudicat. IDEM. Qui ait,Vocem tuam audiui in paradiso,
& timui,eo quod nudus essem, & abscondi me. Iam miserrimo errore tergiuersando respondit, quasi ideo possit
displicere quod nudus esset,cum vtique melius deo placeret, si sic maneret, sicuti eum ipse fecerat. Et timui,Hoc
E est quod scriptum est,Auertisti faciem tuam à me,& factus sum conturbatus.Eo quod nudus essem. Ante pecca-
tum enim ideo se nudum non agnoscebat,quia eius intentio in supernis erat.Et abscondi me.Quare?Quia in illa
nuditate iã non audebat apparere,de qua ipse cœperat erubescere. INTERLINEARIS ET RABANVS.
Vocauitq; deus Adam,& dixit ei.Hic ostenditur quia qui à fide vel bonis operibus ad mendacia sua desideriáque
labuntur,non despicit illos deus,sed adhuc vt redeant per pœnitentiam vocat,quia non vult mortem peccatoris,
sed vt conuertatur &viuat.Ergo non est desperandum de quibuslibet peccatoribus,dum & ipsi impij ad spem in-
dulgentiæ prouocantur.Adam vbi es? Quasi in quanta miseria?Verba increpantis sunt,& ad confessionem cogen
tis,& non ignorantis. Qui ait, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui,eo quod nudus essem,& abscondi me.
Non absconditur vt eius scelera dominus non videret,sed vt se indignũ eius aspectu ostendat.Arctabantur enim
duplici verecundia,quia nunc primum obscœnum motum in membris sentiebant, & quia propter transgressionẽ
hoc contigisse cognoscebant. RVPERTVS. Et notandum,quod non reus & præuaricator Adam, deũ prior
F inuocauit,sed deus iudex præuaricatorem prior vocauit, cum hoc illi magis expediret,vt præoccuparet facie eius
in confessione,& dignam satageret saltem post peccatum satisfactionem offerre. Rectéq; dicitur illi, Vbi es? quia
videlicet mouit pedem suum,& in loco suo nõ est.Locus enim hominis deus est, extra quem nusquam bene est. Iob. 7.
Vnde & beatus Iob,cum dixisset,Sicut consumitur nubes & pertransit,sic qui descendit ad inferos,non ascendet,
nec reuertetur vltra in domum suam,continuo subiunxit, neque cognoscet eum amplius locus eius. Non dixit,
neque cognoscet amplius locum suum,sed neque cognoscet eum(inquit)amplius locus eius, quia profecto post-
quam semel dixerit nescio vos, neminem damnatorum cognoscet deus,neminem perditorum requiret amplius.
Bene ergo locus suus post lapsum hominem, locus(inquam)suus,id est deus requirens dicit, Adam vbi es? Sane
qui vltro nolebat agnoscere vbi nam esset, id est quantum in malum decidisset, hac saltem percunctatione dei
pulsatus,euigilare & videre debuerat vbi esset. Hoc enim benignitas quærentis intendebat, vt is qui quærebatur,
seipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipsum inueniret, & sciret quid perdidisset, quid commeruisset. At ille id quod quærebatur non respondit. Dixit enim, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Non dixit, Ecce adsum. Nec enim deo aderat, aut obedienter adesse volebat, qui post inobedientiam se absconderat. Et notandum quod culpam suam tacuit, quæ causa erat sibi pudendæ nuditatis, & ita nudum se esse quæstus est, vt deum potius incusaret, quod talem facturam hominis formasset. Nō enim dixit, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod præceptum tuum præuaricatus sum, sed timui (inquit) eo quod nudus essem. Nō ergo factum suum, sed facturam dei in semetipso reprehendit. Et quam peruersus hic timor est, qui non facti sui gerere pœnitudinem, sed solam pœnæ suæ se fatetur habere confusionem. Perseuerat hæc vsque hodie peruersitas in filiis Adæ, vt aliqua pœna pro suis malefactis affecti, non quod ipsi fecerint, sed semper accusent quod sibi à iudicibus suis factum sit. Et donec penitus atteratur spiritus rebellis, & humilietur vulnere intolerabili, stultitiam suam non agnoscant, quemadmodum scriptum est, Et sola vexatio dabit intellectum auditui. Quin etiam deprehensi atque conuicti, culpam dum negare nequeunt, proteruè defendunt, vnde & inexcusabiles sunt. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Fugit ergo Adam vt absconderetur à domino, post vnius vtique pomi vetiti gustum, quid nos post tanta flagitia, post tanta facinora præsumemus? HVGO DE SANCTO VICTORE. Adam vbi es: Quæstio vel ex increpatione, vel ex compassione. Et timui eo quod nudus essem. Quàm stulte agit inducens ad se excusandum, quod potius vertitur in eius accusationem, vt potius per hoc conuincatur peccasse in pomo, quam se excuset. CAIETANVS. Quanuis deus certissimè nosset quod Adam peccauerat, & vbi tunc erat (absconditus scilicet inter arbores) iudiciario tamen ordine procedere volens, tanquam iudicium habēs, à loco occultationis tanquam loco accusante, citat Adam interrogando, vbi tu? vt ex ipso loco incipiat conuinci ad confitendum peccatum suum. Exemplum proinde dedit iudicibus, vt quanuis certissimi forent quod aliquis deliquerit, non procedant incitato reo. Et hinc manifeste habes, quod ista vox diuina altera est ab illa quam audierant deambulante deo ad auram, nam illa fuit antequam absconderent se inter arbores (fuit enim causa vt absconderent se) ista autem fuit postquam se absconderant inter medias arbores. Et ratione iam dicta, hæc iudiciaria inquisitio attribuitur deo sub vtroque nomine. Qui ait, Vocem tuam, & cætera. Directè respondet ad rationem reddendam occulti loci. Et quod dicitur in horto, non refertur ad Audiui, sed ad Vocem tuā, asserit quod vocem dei in horto loquentis audierat, timuit autem, quoniam verecundia species est timoris. Et rationem verendi reddit, quia nudus ego. Carebat siquidem indumento, & sola pudenda tecta habebat, & inde confugisse se asserit ad remedium absconsionis inter arbores. AVCTOR CATENAE. Vocauitq; dominus deus Adam, & dixit ei, Vbi tu es? Docemur hic benignitatem dei, qui peccatorem hominem nondum supplicem, sed perniciter adhuc fugientem, recepit in gratiam. Ex misericordia enim prior vocat ad pœnitentiam, increpat iustitiæ zelo, per æruminas ei consulit, qui felicitatis suæ statum non nouerat, interim tamen peccatum à satana mundo illatum, à clementia summa ac sapientia dei, causa ordinatur maximi boni, redemptionis scilicet humani generis, per verbum incarnandum in Christo statim pro huius mali medela sanctissima promitttendum. Non aliter autem pissimus pater durius alloquitur, sed vocat breui verbo, Adam vbi es? Quo scilicet in statu res illius consistant, interrogans, ipsaque breuitate vocis indignationem ostendens magisquam exhibens. Qui ait, Vocem tuam audiui, & cætera. Adam iam coram domino peccator, sine expresso hic nomine scribitur, & sine honoris præfatione & cognomine, sine digno epitheto deum alloquitur, veluti attonitus à voce domini corripientis, & propria conscientia, iam confusus & accusatus. Vocem (inquit) tuam, non addit clementissime domine deus, & creator meus, sed tuam audiui, & abscondi me, quia nudus ego. Iam sentiebat pœnam esse quod fuerat pulchritudo & honor, veste non tegi. Liberi arbitrij nostri fructus proditur statim in initiis, quando contra verbum domini vel præter illud, & sine diuina gratia, id quod nobis bonum videtur, tentamus, confusionem enim incurrimus, & humanarum virium impotentiam, continuò experimur. *Cui dixit deus, Quis indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo tibi præceperam ne comederes, comedisti?* AVGVSTINVS. Dominus ergo volens iam peccatores more iustitiæ interrogatos punire amplius quàm erat illa pœna de qua iam cogebantur erubescere, Quis indicauit tibi (inquit) quod nudus esses, nisi quia ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Hinc enim mors concepta propter dei sententiam, qui sic fuerat comminatus, fecit aduerti concupiscentialiter membra, & ibi dicti sunt aperti oculi, & secutum est quod puderent. CHRYSOSTOMVS. Et vnde tibi nuditatis tuæ scientia contigit? Dic obsecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc vnquam annunciare potuisset tibi, nisi ipse huius confusionis auctor esses factus? nisi à ligno de quo præcepi vt ab eo solo non comederes, comedisses? Vide excellentem misericordiam & patientiam domini. Nam cum poterat ne responso quidem dignari eum qui peccauerat, sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat præuaricaturo, longanimis tamen est & suffert, & interrogat, & responsum accipit, & iterum interrogat, quasi ad defensionem eum prouocans, vt arrepta occasione, etiam post tantam præuaricationem, suam erga illum misericordiam declaret. Quo etiam nos docet, vt quando & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferina in illos vtamur sæuitia, sed longanimiter & misericorditer agamus, vt pote nostra ipsorum membra condemnaturi, & cogitantes illos nobis secundum naturam cognatos, suppliciúmque misericordia temperemus. Non enim frustra tanta verborum humilitate nostræ tenuitati congrua vtitur diuina scriptura, sed verbis crassis æmulari nos debere dei misericordiam docet, Dixítque, Quis indicauit tibi quod nudus esses, nisi quia de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Vnde (inquit) posses hoc scire, te tanta confusione vestiri, nisi multum intemperans fuisses, & mandatum meum contempsisses? Considera dilecte, bonitatis dei excellentiam, quomodo quasi amicus amico loquitur, & quasi conqueritur ei qui mandata præuaricatus erat. Quis annunciasset tibi quod nudus esses, nisi de ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipse comedisses? Non caret emphasi, & latenti quadam vi, quod dicit, De quo solo, quasi diceret, Num adeo angustos fruendorum bonorum limites tibi præscripsi? Nonne omnem tibi copiam præbui? nonne omnium quæ in paradiso sunt potestatem tibi dedi? & duntaxat ab hoc vnico vt abstineres præcepi, vt scire posses te sub domino quodam esse, cui obedientiam debes. Quæ igitur negligentia illa, vt tantis

fructibus

Esa. 28.

Sermo. de loco Iob in sex tribulationibus.

A fructibus non sis contentus ab hoc vnico abstinere nolueris, & sic statim ad violandum mandatum quod dedi proruperis, temetipsum tantis malis immergendo? Quæ tibi inde vtilitas? An non hæc prædixi? Nonne metu pœnæ volui te coërcere & munire? Nonne hac de causa, ne in tanta mala incideretis, hunc cibum prohibui? Quis te post tanta mandata adeo insensatum factum venia dignaretur? Nonne sicut pater germanum filium de omnibus satis dilucide & distincte instruxi, & vt de aliis quidem gustares, ab hoc autem abstineres, vt ne omnia bona simul perirent? Sed fortè ratus es, alterius consilium meo mandato melius & fidelius, & expectatione maiorum bonorum hæc feci sti, & offenso mandato meo, de ligno edere ausus es. Ecce quid tibi acciderit, nunc re ipsa didicisti, & expertus es quanta consilij illius pernicies. Vidisti iudicis misericordiam? vidisti mansuetudinem & tolerantiam domini? vidisti verborum attemperationem, omni sermone & cogitatione superiorem? Vidisti quomodo per interrogationem hanc ianuas illi aperire vult defensionis, vt & misericordiam suam erga eum qui tantum peccauerat, declararet? Audiemus mox & illum quid ad hæc respondeat. INTERLINEARIS.
B Quis ergo indicauit tibi quod nudus esses, & cætera, id est, quis te ad hanc informitatem adduxit, nisi quod præceptum meum non obseruasti? RVPERTVS. Quia suæ nuditatis vt supradictum est, homo tacuit, idcirco deum loqui, & eandem in homine causam arguere oportuit. Est autem hæc regula diuinæ æquitatis, vt homo si iustificari velit, id est si seipsum accusет (iustus enim in principio accusator est sui) tunc mitius & mansuetius agat cum illo misericordia dei. Si autem homine tardante, priorem deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc districtius arguat atque corripiat, non in mansuetudine atque misericordia, sed in furore & in ira sua. Bene ergo non suauiter dixit, tu enim de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes comedisti, sed acriter inuectus est, iudiciario more interrogans, reúmque dissimulantem aspera quæstione pulsans. Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Ac si diceret, Hæc ipsa scientia, qua nudum te esse perspexisti, culpa est, quia rapina est. Vnde enim tales tibi aperti sunt oculi, quos & concupiscentia commoueret, & conscientia reuerberaret, atque ita ferre non posset, vt nudus incederes? Vnde
C (inquam) hunc visum accepisti, quo iudice tuam nuditatem inuenisti, nisi ex eo ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? & hanc mercedem iniquitatis quam oportuit in temetipso recepisti, vt confusionem tuam concupiscas, & ex concupiscentia tua confundaris? HVGO DE SANCTO VICTORE. Quis indicauit tibi, & cætera. Ac si dicat, per nuditatem te excusare volebas, sed potius te accusat, quia nequitiam & peccatum in te præcessisse significat. Et verè hoc significat, quia quis nisi tua nequitia indicauit tibi quod nudus esses? CAIETANVS. Cui dixit dominus, quis enim, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Et dixit, quis nunciauit tibi quod nudus tu? si de ligno quod præcepi tibi non comedere, de ipso comedisti? Ex confessa experientia nuditatis, absque vllo conuitio, absque quacunque exasperatione procedit ad vlteriora, formando duas interrogationes, alteram in genere, quis indicauit tibi nuditatem tuam sub ratione turpis, alteram in specie, an comedisti de ligno vetito? vtuntur enim Hebræi coniunctione, si, interrogatiuè. Vbi aduer-
D te quod cum notitia nuditatis potuisset ex diuersis peccatis causari, non interrogauit in specie de quocunque grauiori peccato, sed de minimo, omissis enim peccatis contra ius naturæ & contra credenda, interrogauit tantummodo de peccato contra ius positiuum vnicum quod tunc erat latum, vt hinc discerent iudices maleficiorum abstinere à vitio suggestionis interrogando reos. AVCTOR CATENAE. Quod in nostra æditione est, nisi quod ex ligno, Hebraicè habetur מן hamin hoc est, Nunquid vel nonne de ligno comedisti? Sic est & in Chaldaica. Septuaginta nostræ literæ concordant, sed idem vtrobique sensus est, nam & prior quidem interrogatio, pro affirmatione est, sicut & secunda. Iratus ergo iam dominus, Vnde ait, didicisti nuditatem tuam esse confusioni obnoxiam? Nonne ex eo quia malo consultori aurem præbuisti deceptus, & de fructu vetitæ arboris comedisti? Voluisti malum scire, supra tuam conditionem erigi, similis deo fieri, iam sentis pœnam mendacio credentium, & verbo dei non obsequentium, confusionem & timorem. *Dixítque Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi.* AVGVSTINVS. Nunquid dixit peccaui? Superbia habet confu-
E sionis deformitatem, & non habet confessionis humilitatem. Ad hæc ista conscripta sunt, quia & ipsæ interrogationes nimirū ad hoc factæ sunt, vt & veraciter & vtiliter scriberentur, quia si mendaciter, non vtique vtiliter, vt aduertamus quo morbo superbiæ laborent hodie homines, non nisi in creatorem conantes referre siquid egerint mali, tamen sibi velint tribui, si quid egerint boni. Mulier (inquit) quam dedisti mecū, id est quam dedisti, vt esset mecum, hæc mihi dedit de ligno, & edi, quasi ad hoc data sit, vt non ipsa potius obediret viro, & ambo deo? CHRYSOSTOMVS. Miserabilia scilicet verba, & magna miseratione plena, & digna quæ ad misericordiam dominum prouocent, tam mansuetum, & bonitate sua vincentem nostra peccata. Nam postquam magna longanimitate illius mentem commouit, & ostendit peccati magnitudinem, quasi defensione contexta, inquit Adam, Mulier quam dedisti vt sit mecum, ipsa dedit mihi de hoc ligno, & comedi. Scio (inquit) qui peccauerit, sed mulier quam dedisti vt sit mecum, de qua ipse dixisti, Faciamus illi adiutorium secundum eum, ipsa mihi huius ruinæ causa fuit. Mulier quam dedisti vt sit mecum. Quando enim expectassem, vt tanta confusione me
F respergeret, quæ ideo condita, vt mihi solatio esset? Tu mihi istam dedisti, tu ipsam mihi adduxisti. Ipsa nescio vnde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videntur hęc quidem defensionem quandam præ se ferre, sed prorsus venia carent. Qua enim venia dignus es (inquit) qui mea præcepta obliuisceris, & quod mulieris datum meis verbis præferendum putas? Nam licet mulier cibum dederit, sufficiebat tamen mandatum meum, & timor supplicij ad fugam escæ incutiendam. Num ignorabas? num nesciebas? Ideo curam vestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis, vt licet mulier tibi ad transgressionem mandati ministraret, tu propterea insons non feres. Maiorem enim fidem mandato meo te habere oportebat, & non solum vt tu ipse ab esu caueres, sed & vt mulierem doceres peccatorum magnitudinem. Caput enim es mulieris, & propter te illa producta est, tu autem ordinem inuertisti, & non solum illam non correxisti, sed & ipse simul abreptus es. Et oportebat corpus reliquum capiti obsequi, sed diuerso modo res euenit, corporique reliquo caput obsequutum est, & quæ sursum

m erant,

K

L

M

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant, in infimum locum venerunt. Propterea quoniam omnem ordinem inuertisti, hoc loco nunc es, qui antea tanta gloria vestitus eras. Quis te satis dignè deplorarit, cui tot & tanta bona ablata sunt? Veruntamen licet hæc omnia tibi acciderint, nulli tamen alteri causam adscribe, sed tibi ipsi & tuæ ignauiæ. Neutiquam enim te nolentem mulier in tantam induxisset ruinam. Num obsecrauit? num disseruit? num decepit? Dedit tantum, & statim, tamque facile ad sumendum cibum adductus es, nullam mandati vel memoriam fecisti, pertasti à me te deceptum esse, & propterea cibum hunc tibi non dedisse, vt ne maioribus fruereris. Et quomodo rationi consonum, quod ego te fallerem, qui tot in te beneficia contuli? Et istuc ipsum quanta beneficentiæ magnitudo erat, vt prædicendo distingueremem, à quo abstinendum esset, quo non incideres, in quæ incidisti? Cap. 23. sed hæc omnia non magnificiebas. Ecce nunc experientia te docet, quanta peccatorum sit magnitudo. Reliquum, ne soli mulieri culpam adscribas, sed negligentiæ tuæ. GREGORIVS QVARTO MORALIVM. Mulier quam dedisti mihi, & cætera. Excessus sui vitium in auctorem latenter intorquet, ac si diceret, Tu occasionem delinquendi præbuisti, qui mulierem dedisti. Hinc est quod huius erroris ramus Vbi supra. in humano genere ex illa nunc vsque radice protrahitur, vt quod male agitur, adhuc etiam defendatur. Cap. 28. IDEM. Primus homo post culpam audacior extitit, dicens, Mulier quam dedisti mihi, & cætera. Qui quidem per timorem semetipsum absconsurus fugerat, sed tamen requisitus innotuit, quantum etiam timens tumebat. Cum enim ex peccato præsens pœna metuitur, & amissa dei facies non amatur, timor ex tumore est, non ex humilitate. Superbit quippe, qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit. IDEM IN SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES. Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iu- Super psal. Beati quorũ dicaremur. Si nobis peccata nostra imputaremus, non ea nobis imputaret deus. Si ea satisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniret inueniremus. Imputare sibi Adam peccatum suum noluit, quando culpam suam in creatorem refudit, dicens, Mulier quam dedisti mihi sociam, & cætera. Vnde quia se confiteri culpabilem renuit, mortiferæ damnationis sententiam ad posteros misit. Iudicare autem seipsum nemo potest, nisi qui virilem animum ad vitia persequenda assumit. EVCHERIVS. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Tunc ergo ille non ad se culpam retulit, sed ad mulierem, quam dominus dederat, quæ ei talia persuaderet, ad cumulum peccati sui superbe respondit, non humiliter, quasi querimoniam in deum dirigeret, cur ei talem dedisset sociam, vnde ei occasio peccati esset. RVPERTVS. Antequam diceret comedi, scutum defensionis arripuit, dicens, Mulier dedit mihi, statimque interponendo, quam dedisti mihi sociam, procaciter deum percussit linguæ acumine. Vtinam qui peccauerat, & peccatum suum à dei denunciatione redargutum & cognitum nouerat, saltem hoc solum diceret, comedi, & magni debitor commissi, id est magni reus peccati, procidens rogaret deum, dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Matt. 18. Sed vt iam dictum est, scutum defensionis prætulit, dicens, Mulier dedit mihi, quasi firmitatis aut rationis haberet aliquid hæc defensio, & non potius accusatio esset, quam excusatio, quod se mulieris datum, fatebatur dei prætulisse imperio. Ita sale rationis infatuato, in deum quoque culpam retorquere voluit, pro eo quod mulierem sociam dedisset sibi. Et non dixit, Mulier quam dedisti adiutorium mihi, cum dixerit deus, Faciamus ei adiutorium simile sibi, sed vt totus erat in felle amaritudinis, dulciora nomina vel verba fugiens, pro eo vt diceret, quam fecisti adiutorium mihi, quam dedisti mihi sociam, inquit. BERNARDVS Ser. omniũ sanctorũ. 1. IN SERMONIBVS. Consideremus & nos fratres Adæ crudelitatem, qui videtur vxoris amore peccasse. Ecce enim scimus ô Adam quia os de ossibus tuis, & caro de carne tua est, & eius amore peccasti. Videamus nunc quantum diligas eam: Venit dominus igneum tenens gladium in vltione præuaricationis, oppone te discrimini propter illam, & dic, Domine mulier infirmior est, mulier seducta est, mea est iniquitas, meum peccatum, in me solum vindicta procedat. Sed non loquitur sic. Mulier (inquit) quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. O peruersitas, pœnam pro ea susципere refugis, & culpam admittere non recusasti? Quomodo proh dolor omnia confudisti, pernicioſè misericors, vbi seuerus esse debueras, & pernicioſius crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat. Nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere verò pro ea libenti animo debuisti. Sic enim oportet fieri fratres, vt nunquam propter alium homo pecceat, quod est iu- Matth. 5. stitiæ, & libenter aliena peccata portet, quod est misericordiæ. Beati enim (ait dominus) misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. CAIETANVS. Respondet Adam, fatendo quidem se comedisse de ligno vetito, sed retorquendo culpam, tum in vxorem, tum in deum. Dicendo enim, quam dedisti, retorquet quodam modo culpam in ipsum deum, qui dedit ei talem sociam. Dicendo autem mecum, vxorem significat tanquam sociam, vt Hieronymus interpretatus est. Et ad maiorem sui excusationem accusat mulierem, quod ipsa dedit sibi de fructu illius arboris, & non solum suasit vt comederet, & quod excusare non potuit, in alios retorquere curauit. AVCTOR CATENAE. Quod in nostra æditione legitur, quam dedisti mihi sociam, Hebraicè habetur אשר נתתה עמדי aser nathata immadi, id est, Quam dedisti mecum. Hoc autem non immutarunt Septuaginta, & dixerunt, ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, Quam dedisti mecum. Interpres verò more nostro loquutus est, & elegantius quidem. Nunc igitur Adam vxori iracitur, illam accusat, sibi ipsi verò excusationẽ comminiscitur, non confessionem humilem peccati ad deum adornat, quod fuisset salubrius, sed impingit deo peccati causam, qui ei mulierem addnxisset. Sed vxor vt viro obsequeretur creata est, non maritus consorti obsequi debebat, siquid ei iuxta affectus suos contra deum præscribere tentasset. Tecum vt habitaret fœmina data est, non vt imperaret supra te. CHRYSOSTOMVS. Igitur cum satis Adæ dictum est, & confessionem ille fecit admissorum, vt putabat, peccato in mulierem translato, vide bonum dominũ, quanta iterum verborum humilitate dignatur etiã illã suo responso. *Et dixit dominus deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, serpens decepit me, & comedi.* AMBROSIVS. Veniabilis culpa, quam sequitur professio delictorũ. Ideo non desperata mulier, quę non reticuit deo, sed magis confessa peccatũ est, quam medicabilis secuta sententia est. Bonũ est condẽnari in

peccato,

A peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Deniq; Cain quia voluit crimen negare, indignus iudicatus est, qui puniretur in peccato, sed remissus est sine præscripto pœnæ, fortasse non tam maiori crimine par ricidij, illud enim commisit in fratrem, quàm sacrilegij, quod deo credidit mẽtiendum, dicens, Nescio, Nunquid ego custos fratris mei sum? Et ideo accusatori diabolo eius accusatio reseruata est, vt cum eius angelis flagelle- Psal. 72. tur, qui cum hominibus noluit flagellari. Denique de talibus dictum, Non est declinatio mortis eorum, & cum hominibus non flagellabuntur. Alia ergo ratio mulieris, quæ licet culpam præuaricationis inciderat, tamen de radisi lignis habebat adhuc virtutis escam, & ideo dixit peccatum suum, & reputatum est ei ad veniam. Iustus e- Prouer. 18. nim accusator est sui in principio sermonis. Neque enim potest quisquam iustificari à peccato, nisi fuerit pecca- Esa. 43. tum antè confessus. Vnde ait dominus, Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Ergo quia Eua ipsa confessa delictum est, mitior sequitur & profutura sententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret, vt ad virum suum B conuersa seruiret. Primùm ne eam facile delectaret errare, deinde vt sub fortiore vase locata, non traduceret virum, sed magis viri consilio & ipsa regeretur. Serpens (inquit) me decepit. Et hoc veniabile deo visum est, eo quod nosset multas ad decipiendum vias esse serpentis, quia transfiguratur in angelum lucis, & ministri eius sicut ministri iustitiæ sunt, falsa imponentis rebus singulis nomina, vt temeritatem dicat esse virtutem, & auaritiæ nomen imponat industriæ. Serpens enim mulierem decepit, virum mulier ad præuaricationem de veritate deduxit. AVGVSTINVS. Vel aliter, Serpens seduxit me, & comedi. Nec ista confitetur peccatum, sed in alterum refert, impari sexu, pari fastu. Ex his tamen natus est, nec eos imitatus est, sed plane pluribus malis exercitatus, qui dicit, & dicet vsque ad terminum seculi, Ego dixi domine miserere mei, sana Psalm. 40 animam meam, quia peccaui tibi. Quanto melius sic & isti. Sed adhuc ceruices peccatorum non concederat dominus. Restabant labores, dolores mortis, & omnis contritio seculi, & gratia dei qua tempore opportuno subuenit hominibus, quos afflictos docuit non de se ipsis debere præsumere. Serpens (inquit) seduxit me, & manducaui quasi cuiusquam suasio præcepto dei debuerit anteponi. IDEM QVARTODECIMO Cap. 14. C DE CIVITATE DEI. Sed est peior damnabiliorque superbia, qua etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur, sicut illi primi homines, quorum & illa dixit, Serpens seduxit me, & manducaui, & ille dixit, Mulier quam dedisti mihi, hæc mihi dedit de ligno, & comedi. Nusquam hic sonat petitio veniæ, nusquam imploratio medicinæ. Nam licet isti non sicut Cain, quod commiserunt negent, adhuc tamen superbia quærit in alium referre, quod perperam fecit, superbia mulieris in serpentem, superbia viri in mulierem. Sed accusatio potius quàm excusatio vera est, vbi mandati diuini est aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non fecerunt quia id mulier serpente suadente, vir muliere impertiente cõmisit, quasi quicq̃ deo cui vel crederetur, vel cederetur, anteponendum fuerit. CHRYSOSTOMVS. Et dixit deus mulieri, Cur hoc fecisti? Audisti virum in te culpam transferentem, & omnia tibi adscribentem, quæ ipsi in adiutorium data es, atque ideo condita, vt tuis solatiis ipsum foueres, vtpote eandem naturam cum ipso sortita. Cur hoc fecisti ô mulier? cur & tibi & viro tantæ D confusionis facta es auctor? Quæ vtilitas ex hac intemperantia tibi accreuit? Quod ex hoc errore lucrum tibi accessit, quod sponte decepta, etiam virum tuum mali participem facere voluisti? Quid ergo ad hæc mulier? Serpens decepit me, & comedi. Vide etiam hæc quæ natura meticulosa, pertinax est, & peccata sua defendit. Nam sicut vir culpam in mulierem reiicere videtur, dicens: Mulier quam dedisti mecum, dedit, & comedi, sic & ipsa nullum effugium inueniens, fatetur factum, & inquit, serpens decepit me, & comedi. Mala illa (inquit) bestia hunc nobis lapsum attulit. Illius pernicioſum consilium, in hanc nos confusionem adegit. Ille me decepit, & comedi. Dilecti ne transeamus simpliciter quæ nunc dicuntur, sed diligenter scrutemur. Nam plurimam inde voluptatem percipiemus. Terribile enim iudicium est, & horrore plenum. Et sanè quisquis bene audierit, magnum thesaurum menti suæ inferet. Considera igitur & virum dicentem, Mulier quam dedisti vt sit mecum, ipsa mihi dedit, & comedi. Quin & ipsa quoque apologiam concinnans, non dixit, serpens coëgit me, & comedi, sed quid? Serpens decepit me. Nusquam necessitas, nusquam violentia, sed voluntas & arbitratio. Dedit solum, non coëgit, non vim fecit. Inimicus enim nostræ salutis opera huius malæ bestiæ vsus, consilium dedit, & E decepit, non vim fecit, neque coëgit, sed pernicioso consilio fraudes suas opere compleri fecit, quoniam mulierẽ offendit, quæ deceptionem facilè admissura erat, nulla venia dignam. Serpens decepit me, & comedi. Vide igitur bonum dominum, illorum verbis contentum, & ad plura dicenda non cogentem. Quandoquidem hæc nõ ignorans interrogabat, sed conscius & valde conscius. Cæterum vt suam declaret misericordiam, ad illorum se infirmitatem demittit, & ad peccatorum confessionem prouocat. Atque hac de causa nihil vlterius ex eis quærit. An non & species impostura discenda erat? Verùm vt nobis ostendat, quod non ignorans interrogauerit, & contentus fuit dictis. Nam dicendo, Serpens decepit me, & comedi, aperuit pernicioſum consilium, quod à diabolo per serpentem accepit. GREGORIVS VIGESIMO SECVNDO MORALIVM. Hæc sunt veræ Cap. 13. humilitatis testimonia, & iniquitatem suam quenque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. At contra vsitatum humani generis vitium est, & latendo peccata committere, & commissum negando, abscondere, F & conuictũ defendendo, multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc argumenta nequitiæ ducimus, ex quo ipsam radicẽ traximus culpæ. Sic nanque ille dũ lignum vetitũ contigisset, abscõdit se à facie domini inter ligna paradisi. In qua abscõsione, scilicet, quia deũ latere nõ poterat, nõ latendi effectus describitur, sed affectus notatur. Qui cũ argueretur à domino, quod de ligno vetito cõtigisset, illico respõdit, Mulier quã dedisti mihi sociã, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi. Ipsa quoq; mulier inquisita, respondit, dicẽs: Serpẽs decepit me, & comedi. Ad hoc quippe requisiti fuerant, vt peccatum quod transgrediendo cõmiserant, confitendo deleret. Vnde & serpens ille persuasor qui non erat reuoc dus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaq; homo est, vbi est, vt perpetratam culpam respiceret, & cõfitendo cognosceret, quã longe à cõditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet vtriq; defensionis solatia, quã cõfessionis elegerunt. Cunq; excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt, oblique Adam dominum tangens, quod ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati eorum auctor extiterit, qui mulierem fecit, & Eua culpam ad dominum referens, qui serpentem in paradiso posuisset. Qui enim ore diaboli fallentis audierant, Eritis sicut dij, quia deo esse similes in diuinitate nequierunt, ad erroris sui cumulum, deum sibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur, addiderunt, vt culpa eorum atrocior discussa fieret, quàm fuerat perpetrata. Vnde nunc quoque humani generis rami, ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt, vt cum de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba, quasi sub quædam se arborum folia abscondat, & velut ad quædam excusationis suæ opaca secreta, faciem conditoris fugiat dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione, non se domino, sed dominum abscondit sibi. Agit quippe, ne omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur. Quo contra cuique peccatori iam exordium illuminationis est, humilitas confessionis, quia sibimetipsi iam parcere
Ioan.11. renuit, qui malum non erubescit confiteri quod fecit, & qui defendendo accusari potuit accusando se, celerrimè defendit. Vnde & mortuo Lazaro qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur, reuiuisce, sed veni foras. Ex qua scilicet resurrectione, quæ in illius gesta est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cum vi-
3.Reg.12. delicet mortuo dicitur, veni foras, vt nimirum homo in peccato suo mortuus, & per molem malæ consuetudinis iam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus iacet per nequitiam, à seipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim veni foras dicitur, vt ab excusatione atque occultatione peccati, ad accusationem suam ore pro-
Cap.31 prio exire prouocetur. Vnde Dauid propheta ab illa tanti mole facinoris reuiuiscens, ad vocem domini quasi foras exiit, dum per Nathan correptus, quod fecerat, accusauit. IDEM TRIGESIMO TERTIO MORALIVM. Scutum improbæ defensionis primus ille peccator tenuit, qui requirente domino cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpam retulit, sed à muliere quam dominus dederat, se accepisse respondit, vt quasi reatum suum oblique in auctorem relideret, qui ei mulierem dederat, quæ talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit, sed serpentis illud persuasionibus replicauit, dicens, Serpens decepit me, & comedi, vt ipsa quoq; reatum suum oblique in creatorem reduceret, qui illuc intrare
Inser.paruis ser.27. serpentem persuasurũ talia permisisset. Serpens verò iam non requiritur, quia nec eius pœnitentia quærebatur. Hi autem quorum pœnitentia quæsita est, scutum nequissimæ defensionis contra iustissimæ correptionis verba protulerunt. Vnde nunc vsque in vsum peccantium trahitur, vt culpa cum arguitur, defendatur, & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur. ALCVINVS. Vides peccatum angeli tacitum, hominis autem patefactum? nempe quia illud incurabile, hoc curatum. BERNARDVS. Serpens decepit me, & comedi. Sic declinauit & ipsa in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, refundens culpam in serpentem, quasi immunis à crimine, cum nihil offuisset suggestio serpentis, si illa negasset assensum propriæ voluntatis, & forte præcessit in ea aliquis motus superbiæ, vnde seduci meruit à serpente. RVPERTVS. Eadem igitur pertinacia mulier non absolutè dicit, comedi, sed scutum prætendens excusationis, Serpens (inquit) decepit me, & comedi. Quasi verò dominus deus requisisset, quis persuaserit, & non potius, quare hoc fecerit? scies vtique quod sacrilega mente hoc fecisset, credendo serpenti in eo quod ait, Eritis sicut dij. Dicendo nanq; quare hoc fecisti? mulierem ad conscien
tiam vocare voluit, vt recogitaret & diceret, quid feci? At illa intelligere nolens, respondit alia pro aliis. Non enim dixit, quia decepta spe huiusmodi sic feci, sed serpens decepit me, & comedi. Interea reos circunuolando la-
Amos.1. borabat misericordia, sed vndique obstrusa resistit, aditúmque illi denegat viciata creatura. Quarto nanque peccati incremento fit, vt nullus veniæ locus sit, scilicet cum cogitationi opus, operi consuetudo, & consuetudini adiicitur defensio. Vnde & nunc per prophetam Amos idem dominus dicit, Super tribus sceleribus Damasci, & su-
per quatuor non conuertam eum, & cætera. Videlicet sub nominibus Damasci, Gazæ & Tyri, cæterarúmque gen
Iob.3. tium, cuilibet peccatori tertio peccanti, deum indulgentiam dare posse significat, quem quarto peccantibus, nec pœnitentiam, nec indulgentiam daturum esse denunciat. Quæ peccati quatuor incrementa beatus Iob mysticè deplorans, in istis primis hominibus adimpleta dicit ex persona generis humani, Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens silerem, & cætera. Peccatum nanque primorum hominum antequam pateret in effectu operis, id est, in præsumptione vetitæ arboris latebat in secreto animi superbientis, & deo ingrati, quemadmodum puer antequam nascatur in mundum, coalescit intra tumentem matris vterum, nisi enim intus prius tumuissent, sicut alio iam loco dictum est, foris tentati, tam facilè non cessissent. Item quomodo infans æditus excipitur genibus, & colligatur, & deinde vt duret, blandis nutriculæ lactatur vberibus, sic iidem peccatores peccatum suum, & eandem carnis suæ pœnam, pro qua nuditatem suam erubescebant, amplexati sunt, libidine oblectati, & deinde redarguti à deo, sibimetipsis blandientes, factum suum defendere ausi sunt. Itaque repulsa venia, iustè tandem super illos datur sententia, & primò in ipsum peccati principem, à quo totius mali initium emanauit. CAIETANVS. Et dixit dominus deus ad mulierem, quare hoc fecisti? Præsens mulier accusationi propriæ, & tacens, non interrogatur si hoc fecit, sed cur hoc fecerit, tanquam tacendo confessa fuerit se fecisse. Et vide dignationem summi dei fontis essendi & iudicis vniuersorum, in hoc quod per seipsum etiam mulierem interrogat. Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi, vel iuxta Hebræum, Serpens abduxit me. Dictio Hebraica interpretata abduxit, anceps est ad abducere vel subleuare, & parui refert vtram significationem sectemur, nam ibi interuenit & seductio (vt testatur Apostolus) quæ abductio à vero est & subleuatio in appetitum assimilationis ad superos, quo ad scire bonum & malum, quæ subleuatio deceptionem manifestè annexam habet. AVCTOR CATENAE. Serpens decepit me. Eodem modo & Septuaginta, ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, quod alij interpretes verterunt, ἐπηγάγετό με, id est seduxit, & ita habet Chaldaica. Hebraicum autem הִשִּׁיאַנִי hisiani, id est, abduxit aut subleuauit, seu eleuare me fecit. Pro quo sciendum quod נָשָׂא nasa cum puncto Iamin in litera sin, decipere & seducere, נָשָׂא nasa verò cum puncto Smol, eleuare & extollere significat, & hinc factum, quod varia sit loci æditio, licet vnus sensus. Secundo igitur deus loco mulierem examinat, & causam iudex discutit & exquirit. Clementer autem ob sexus fragilitatem, non austerè inuadit. Simpliciter de accusatis quærit, non vrget, quare mentita fuerit, quare serpentem audierit, aspexerit, crediderit. Dixit autem mulier, Serpens imposuit mihi, errare me fecit. Fatetur culpam, marito nihil

A to nihil imputat, sed tamen deo qui serpentem creare voluit, mali causam subindicare videtur.
Mysticè. EVCHERIVS. Cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Deambulat deus in illis, & non stat, qui stabiles in eius præcepto non perseuerant. Et bene ad auram post meridiem, quia iam ab eis aufertur lux illa feruentior veritatis, appropinquantibus errorum tenebris. Absconderunt se à facie domini dei, in medio paradisi. In medio nanque ligni se abscondit, qui auersus à præcepto creatoris in erroris
Cap.27. atq; arbitrij sui voluntatibus viuit. GREGORIVS QVARTO MORALIVM. Quatuor autem modis peccatũ perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde nanq; suggestione, delectatione, consensu, & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per aduersarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Culpa enim quæ terrere mentem debuit, extollit, & deiiciendo eleuat, sed grauius eleuãdo supplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinẽ, antiquus hostis quatuor ictibus
B fregit. Nam serpens suasit, Eua delectata est, Adam consensit, qui etiam requisitus, cõfiteri culpam per audaciam noluit. Hoc verò in humano genere quotidie agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suadet, quia occultus hostis mala cordibus hominũ latenter suggerit: Eua delectata est, quia carnalis sensus ad verba serpentis mox se delectationi substernit. Assensum verò Adam mulieri præpositus prębuit, quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur. Et requisitus Adam, confiteri culpam noluit, quia videlicet spiritus, quo peccando à veritate disiungitur, eo in ruinæ suæ audacia nequius obduratur. Hisdem etiam quatuor modis peccatũ consummatur in opere. Prius nanq; latens culpa agitur, postmodum verò etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur, dehinc & in consuetudinem ducitur, ad extremum verò, vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur.

C ET ait dominus deus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & bestias 4
terræ. Supra pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. 4

CHRYSOSTOMVS. Vidisti quanta diligentia Adam interrogatus est? cum quanta tolerantia in iudicium adducta est mulier, quomodo vterque se defendit? Vide consequenter hic ineffabilem misericordiæ iudicis excellentiam. Quia postquam mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi, non iam serpentem dignatur vt audiatur, & locum habeat defendendi? neq; rogat sicut virum & mulierem, sed accepta ab illis defensione, in illum quasi malorum auctorem, impetum facit. Ait ergo, *Et ait dominus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ.* AVGVSTINVS VNDECIMO DE GENESI AD LITERAM.
D Tota ista sententia figurata est, nec aliquid debet ei scriptoris fides, narrationisq; veritas, nisi ne illã dictam fuisse dubitemus. Quod enim positũ est, Et dixit dominus deus serpenti, verba sola scribentis sunt, & hęc exigenda sunt per proprietatẽ. Hoc ergo verè est dictum serpenti. Iam cætera verba dei sunt, quæ libero lectoris intellectui relinquuntur, vtrum propriè, an figuratè accipi debeant. Proinde quod serpens cur hoc fecerit non est interrogatus, potest videri, quod nõ ipse vtiq; id in sua natura & voluntate fecerat, sed diabolus de illo, & per illum, & in illo fecerat operatus, qui iam ex peccato impietatis & superbiæ suæ, igni destinatus fuerat sempiterno. Nunc ergo quod serpenti dicitur, & ad eum qui per serpentẽ operatus est, vtiq; refertur, proculdubio figuratũ est, nam in his verbis tentator ille describitur, qualis generi humano futurus esset, quod genus humanũ propagari tunc cœpit, quando hæc in diabolum est tanq̃ in serpentẽ prolata sententia. CHRYSOSTOMVS. Quia deus, cui etiam ineffabilia & arcana nota sunt, sciebat, quod serpẽs ministrauerat diaboli insidiis & inuidię, qua hominẽ prosequebatur, vt discas suam bonitatẽ, quomodo cũ de illis diceret, Ad Adam quidẽ ait, Vbi es? Quis annunciauit tibi? Euæ au-
E tem dixit, Cur hoc fecisti? de hac mala bestia nihil tale dicit. Sed quid? Et dixit dominus deus serpẽti, Quia fecisti hoc. Vidisti differentiã? Mulieri dixit, Cur hoc fecisti? Serpenti autẽ: quia fecisti hoc. Quia hoc malũ (inquit) operatus es, quia pernicioſum hoc consiliũ induxisti, quia huic inuidię ministrasti, quia inuidiã acuisti aduersus creaturã meã, maledictus tu præ omnibus pecoribus & prę omnib⁹ bestiis terrę. Attẽde oro hic, quanto ordine sequẽtia turgeant misericordia. Nã interrogans, à viro incœpit, deinde ad mulierẽ transiit. Et postq̃ ipsa dixit quis sibi auctor fuerit, vt ventum est ad serpentẽ, non iam illum dignatur, vt responsum ex eo audiat, sed pœnam intẽtat, & talem, quæ omni tempore duret, & sui spectaculo omnibus post hac futuris doctrina sit, ne vltra pestilens illud audiatur consiliũ, neq; locus concedatur dolosis ipsius insidiis. Sed fortè dixerit aliquis, Cùm diabolus serpentis opera vsus, malum attulit consiliũ, cur bestiæ illi pœna infligitur? Est & hoc ineffabilis misericordiæ dei opus. Nã sicut clementissimus pater puniens eum, qui filium suũ occiderit, & gladium, & ensem, per quæ filius suus occisus,
F destruit, & in multas partes diuidit, eodem modo & deus egit. Quippe serpens quasi gladius quidam diabolicæ seruiuit malitiæ, vnde & perpetua ipsi pœna intentata est. Quo per visibile & sensibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia sit & diabolus. Nam si is, qui vt serpens ministrauit, tantã expertus est indignationẽ, quale supplicium, verisimile est susceptурum diabolũ? Imò hoc iam nos docuit in diuinis euangeliis Christus, di- Matth.25.
cens ad eos, qui à sinistra steterunt, Discedite à me maledicti in ignem qui præparatus est diabolo & nunciis eius. Illi enim olim præparatus est inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miserius illis, qui negligendo salutẽ suam, seipsos supplicio illi reos statuunt, quod diabolo præparatũ est? Et dixit dominus deus serpenti, Quia fecisti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus, & præ omnibus bestiis quæ sunt super terram. Grauis indignatio, sed magna etiam, & eminens impostura, quam per illum malignus dæmon intulit. Quia fecisti hoc, Quia tali (inquit) malitiæ ministrasti, vt impostura illa opere compleretur, malum consilium afferendo, & lætale poculum temperando, quia sic ministrasti, & à mea benevolentia excidere voluisti creaturas meas, ministerio maligni dæmonis sententiæ exhibito, qui ob excellentem inuidiam & superbiam suam è cœlis in terram deductus est, & propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia te in his vt instrumento est vsus, perpetuam tibi pœnam impono, vt per ea quæ tibi fiunt, & ille scire possit, quam ipse expectat pœnam, & futuri homines erudiantur, non accedendum ad diaboli consilia, neque illius fraudes accipiendas, vt ne in easdem incidant pœnas. Propterea maledictus es tu inter omnia pecora, quia calliditate male, & non vt oportebat, es vsus, sed priuilegium quod super omnia animantia possidebas, hoc tibi in omnium malorum cessit occasionem. Inquit enim, Serpens erat prudentissima omnium bestiarum super terram. Propterea maledictus tu inter omnia iumenta, & omnes bestias terræ futurus es. SERAPION EPISCOPVS. Vide admirabile iudicium. Deceptos scisciatur deus, serpentem autem non interrogat, quid feceris? sed quia fecisti hoc. Ad huius iudicij exemplum respiciens Dauid, ait, Ideo non resurgunt impij in iudicio, non quia non resurgant, sed quia vt examinentur, non resurgunt. THEODORETVS. Proprie quidem deus maledictionem diabolo qui & serpens dicitur, inflixit. Improprie verò serpenti animali vt homines serpentem è puluere victitantem cernentes, memores antiqui maledicti essent, & admonerentur, quanta mala mortalibus per peccatum inuecta sint. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sicut ergo diabolus per serpentem loquebatur, ita & in serpente maledicitur. RVPERTVS. Et ait dominus ad serpentem, quia fecisti hoc, & cætera. Ab homine cui cum iratus est, misericordiæ recordari habet, dominus deus requisiuit, & cum eo de facto ratiocinari dignatus est, cum serpente autem sibi eiusmodi nulla ratio est. Scriptum Psal.9. est enim, quia secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Scimus autem, quia super antiquum serpentem diabolum, ira dei multa & interminabilis est. Ille verò serpens, per quem ille draco locutus est, id est, terrenum animal, nullam omnino rationem deo redditurus est, quippe qui creatura irrationalis est. Igitur bene absque requisitione causæ vel facti, sententiam super serpentem iudex deus edicit, quam & in vtrunque serpentem clara & aperta enunciatione spargit sic. Quia hoc fecisti, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ. Non imprecantis animo dixit, maledictus sis, sed enunciatiua designatione maledictus es, inquit. Hoc nempe more domini obseruandum est, quod is qui omnia fecit valde bona, nullam corrumpit creaturam maledictione à semetipso effusa. Cum igitur ad serpentem dicit, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ, malum eius meritum iudiciaria æquitate, tali sententia denunciat. Odibile nanque illud genus animantis factum esse denunciat, super cuncta animantia & bestias terræ, ex eo quod minister diabolo extitit ad perditionem eius, qui ita est factus, vt præesse debeat cunctis animantibus & bestiis terræ. Non enim idcirco serpens malitiosus & venenatus est, quia dixit deus, maledictus es, sed quia diabolo polluente, omnino odibilis factus fuerat, idcirco sic à domino deo pronunciatum est. Dixit enim Pythagoras, de medulla hominis mortui quæ in spina est, serpentem creari, quod & alius quidam in libro suo commemorat dicens, Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro Mutari credant humanas angue medullas. Quod si creditur, meritò euenit, vt sicut per serpentem mors hominis, ita & hominis morte serpens nascatur. Fertur autem quod nudum hominem non sit ausus contingere. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et ait dominus deus ad serpentem. Quia hoc fecisti, maledictus es, & cætera. De homine peccante non statim dedit sententiam, sed proposita quæstione dedit ei spatium, vt cogitaret de causa sua, & pœniteret. Super diabolum autem statim ponit sententiam, quia & antè peccauerat in se, & modo hominem ad peccandum impulerat. Vnde magis reus factus, meruit vt liceret ei tentare omnes alios futuros. Et hoc totum ad detrimentum suiipsius. Et sicut vnus Lucifer elatus est, & omnes ei consentientes ceciderunt cum eo, ita hic ipse solus in serpente decepit mulierem, & quia omnes alij consenserunt ei, omnes cum eo susceperunt maledictionem. Non enim serpens, sed qui in serpente latebat, diabolus maledicitur. Vocatur tamen nomine eius, quia eum quasi tunicam induerat, sed derisoriè, quemadmodum si latro aliquis assumeret vestes monachi, vt magis latenter posset furari inter monachos, & sic deprehensus de furto, derisoriè quidem monachus appellaretur propter assumptas vestes. Et vocando eum, 2.2.q.165. art.2. attribuit ea illi quæ sunt serpentis, & est historia metaphorica. THOMAS. Pœna diaboli exprimitur his verbis qua nobis cauendus est, non ea quæ vltimo iudicio reseruatur. Per hoc enim quod ei dicitur, Maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ, pecora illi præponuntur, non in potestate, sed in conseruatione naturæ suæ, quia pecora non amiserunt beatitudinem aliquam cœlestem, quam nunquam habuerunt, sed in sua natura quam acceperunt, peragunt vitam. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et dixit dominus deus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus tu plusquam omne iumentum, & plusquam omnis bestia agri. Nihil interrogat serpentem, vt pote ex certa scientia operantem malum, & pertinacem in malo. Et quatuor ei pœnas infligit, quarum prima est maledictio præ omnibus, tum iumentis, tum bestiis, hoc est, præ omnibus animantibus, tum vtilibus homini, tum nociuis. Iam enim ex supradictis patet, quod diabolus præ omnibus irrationabilibus maledictionem incurrit. Et fit mentio tum adiuuantium, tum nocentium, eo quod officium eius est iuuare exercendo homines, & est nocere, venenando homines. Et ex hac maledictione declaratur, quod est maledictus tum in adiuuando, tum in nocendo, præ omnibus irrationalibus. Et verè sic est, quoniam vtrunque mala intentione agit, qua carent irrationalia, & pro vtroque puniendus erit, quam etiam pœnam non expectant irrationalia. Idem deus sub eisdem nominibus punit serpentem qui & mulierem & virum, vt omni ex parte pateat, deum qui est omnium primum principium & iudex, esse non agens remotum in iudicando & puniendo, sed tanquam iudicem & punitorem proximum, interuenire etiam in minimis pœnis tam dæmonum quàm hominum. AVCTOR CATENAE. Hebraicè comparatio fit אָרוּר אַתָּה מִכֹּל הַבְּהֵמָה וּמִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה Arur ata micol habehema vmicol haiath hasade, Maledictus tu præ omni iumento, & præ omni bestia agri, siue ante omne animal, & ante omnem bestiam agri, licet interrem interpretationem fecerunt, ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν τῶν ἀπὸ τῆς γῆς, Maledictus tu ab omnibus bestiis, & ab omnibus iumentis quæ super terram. Quid certè Græcè sibi vult, ab, quæ apud Hebræos comparatiui vicem gerit? tam enim comparatiuo quàm superlatiuo caret illa lingua. Superlatiuum supplent per aduerbium repetitum מְאֹד valde, dicentes, meod meod, valde

A meod, valde valde, comparatiuum autem per præpositionem ab, aut præ. Græcè autem aliter est loquendum. Dominus igitur protoplastorum responsis auditis, quasi acquieuit, vt non cogeret ad plura dicenda, conscius omnium. Serpentem autem non dignatur audire excusantem se, nec defensioni locum permittit mendaci, & iam damnato. Non dixit, Cur fecisti, sed quia fecisti hoc. Statim autem sententiam decernit & promulgat, dicens: Detestabilis tu sis super omnia animalia, & præ omnibus bestiis agri, non tam serpentem damnans, quàm satanam in serpente locutum. CHRYSOSTOMVS. Et quia maledictio non erat sensibilis, neque oculis videri poterat, propter hoc & sensibilem illi pœnam infert, vt continuò ante oculos videre possimus supplicij eius mo numẽta. *super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ.* HIERONYMVS DE HEBRAICIS QVAESTIONIBVS. Alia litera, super pectus tuum & ventrem tuum ambulabis. Ventrem Septuaginta interpretes addiderunt, cæterum in Hebræo pectus tantum habet, vt calliditatem & versutias cogitationum eius aperiret, quod omnes gressus eius nequitiæ essent & fraudes. Sed & id quod sequitur, Terram manducabis, pro terra עָפָר aphar scriptum est, quod nos fauillam possumus dicere, & puluerem. AMBROSIVS. Pectore autem & ventre (ait) reptare serpentem, non tam propter corporis figuram, quàm quod propter terrenas cogitationes de illa cœlesti beatitudine sit lapsus. Pectus enim frequenter recessus quidam accipitur sapientiæ. Et ideo Apostolus supra pectus Christi reclinat caput, non in terram deiecit. Ergo si sapientia diaboli feris immanissimis comparatur, quibus intra pedes pectus sit, sed etiam homines qui terrena sapiunt, nec interiore affectu eriguntur ad cœlum, vtero videntur reptare per terram, vtique ventrem animæ nostræ non corruptibilibus seculi huius implere, sed magis dei verbo satiare debemus. Tollenda est autem omnis excusatio diaboli, ne forte malitiæ suæ aliquid possit obtendere, vt dicat iniquitatem suam ex condemnatione venisse. Et ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obniti, quia ideo damnatus est, vt noceret. Quod videtur esse proximum opinioni, si tanquam damnationis accipimus istam sententiam. Non enim deus ad hoc serpentem damnauerat vt noceat, sed quid futurus esset ostendit. Et quidem tentatio illa quod amplius hominibus profit, superius demon-
C strauimus, sed tamen cum legerimus quod scriptum est, dicente deo, Honorificantes me, honorificabo, & contemptor mei honore priuabitur, licet nobis ex his verbis aliquid æstimare. Deus enim operatur quod bonum est, non quod malum. Ergo doceant te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit. Honorificantes me (inquit) honorificabo, honorem bonorum operationis suæ esse declarans. Et contemptores (inquit) mei, non dixit honore priuabo, sed honore priuabuntur. Non suæ operationi deputans eorum iniuriam, sed quid futurum esset ostendens. Ergo hic non dixit, Facio te supra pectus tuum, & vtero tuo ambulare, & terram manducare omnes dies vitæ tuæ, sed ambulabis (inquit) & manducabis, vt prædixisse magis de serpente, quæ futura sunt, videretur, quàm præscripsisse quid faceret. Terra (inquit) tibi cibus erit, non anima, nam & hoc peccatoribus prodest. Vnde & Apostolus tradidit huiusmodi in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. CHRYSOSTOMVS. Super pectus & super ventrem gradieris, & terram comedes omnibus die- 1.Cor.5.
D bus vitæ tuæ. Quia & staturæ tuæ formatione abusus es, & in familiaritatem rationalis animalis à me conditi venire non formidasti. Sicut igitur diabolus qui per te operatus, & te vt instrumento vsus est, è cœlis deorsum depulsus est, quia plusquam dignitatis suæ erat, sapere volebat, ita similiter impero, vt & tu aliam formationis figuram habeas, & super terram repas, eaque alaris, atque adeo, ne liceat tibi posthac suspicere, sed semper in hoc maneas statu, & solus ex animalibus terra pascaris. THEODORETVS. Deus inuisibilem serpentem pœna inuisibili insequitur, organum autem deceptionis manifestum, manifestæ maledictioni subiecit, volens argumentum & memoriam hominibus relinquere in serpente manifesto, occulti & inuisibilis deceptoris, vt videntes insurgentem, aut reptantem homines serpentem, antiqui doli recordentur. DIDYMVS. Quidam ex eo quod serpens maledictus est, arbitrati sunt, arduum aliquando fuisse serpentem, non animaduertentes, quod non illum solum è reptilibus deus rectum fecisset. Sed quoniam eum diabolus allocuturus mulierem, erexit, ideo iussus est vt in pectus & ventrem caderet. GREGO- Cap.2.
E RIVS VICESIMO PRIMO MORALIVM. Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus nanque aduersarius noster, cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitatione molitur. Vnde & serpenti à domino dicitur, Pectore & ventre repes. Serpens videlicet ventre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita vsque ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriæ non valet polluere, polluit in cogitatione. Alius itaque luxuriam iam perpetrat actione, huic serpens repit ex ventre. Alius autem perpetrandam versat mente, huic serpens repit ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur, recte serpens prius pectore, & postmodum repere ventre dicitur. IDEM IN PASTORALI. 3.par.Ca.10 Exod.32.
Aliter. Quia gulæ deditos leuitas protinus operis sequitur, auctoritas sacra testatur, dicens, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Quos plerunq; edacitas vsque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Vnde & hosti callido qui primi hominis sensum in concu-
F piscentiam pomi aperuit, sed in peccati laqueo strinxit, diuina voce dicitur, Pectore & ventre repes. Ac si apertè diceret, Cogitatione & ingluuie super humana corda dominaberis. IDEM IN PSALMOS POENITENTIALES. Et terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Antiquus hostis terram comedit, quia peccatores quosque in ventrem suæ malitiæ abscondit. Isque hominum perditionem desiderans, quodammodo reficitur, dum prauis eorum operationibus delectatur. EVCHERIVS ET ISIDORVS. Vel aliter. Nomine pectoris significatur superbia mentis, in pectore enim impetus animi dominatur, nomine autem ventris, signi ficantur desideria carnis, venter enim mollior corporis pars est. His enim duabus rebus serpit diabolus aduersus eos quos vult decipere, id est aut terrena cupiditate & luxuria, aut superbiæ insana ruina. Et terram mãducabis, id est ad te pertinebunt quos terrena cupiditate deceperis. Omnibus diebus vitæ tuæ, id est omni tempore quo agis hanc potestatem, ante illam vltimam pœnam iudicij. Vel terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, tertium tentationis genus figuratur, quod est curiositas. Qui enim terram manducat, profunda & tenebrosa penetrat. Psal.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RABANVS. Super pectus tuum gradieris,& cætera.Super pectus quippe suum graditur serpens , quia omnes G
gressus diaboli , nequitiæ sunt & fraudes . Nam in pectore calliditatem & versutias cogitationum eius indicat,
quibus ad eos quos vult decipere,serpit,pro quo antiqua translatio habet,pectore & ventre repes.Repit autem pe
ctore,cùm terrenis hominibus quos sua membra facere desiderat,iniquas cogitationes suggerit . Repit & ventre,
cum eos ingluuie superatos, in æstum libidinis excitat . Omnia nanque quæ repunt , corpus per terram trahunt.
Corpus autem diaboli,sunt omnes reprobi , & ipse pectore & ventre suo repit , cum per iniquas cogitationes vel
illecebras commessationis ac luxuriæ,ad infima deprimit.Deuorat autem terram,cum errore peccantium pasci-
tur ac delectatur,eosque seducentes ad interitum rapit.Sicut enim sancti sæpe cœlorum, ita nomine terræ hi, qui
terrena sapiunt indicantur.Quomodo in sequentibus Adæ dicitur,Terra es,& in terram ibis: Quod nostra transl
latio habet,Quia pulvis es,& in pulverem reuerteris.In cuius signum deuorationis spiritualis, ipse etiam serpens
irrationalis,quod decipiendum hominem velut organo suo vsus est diabolus , nunc terram materialem come-
dere iubetur,cui prius vna cum cæteris animantibus,terræ herbis & lignorum fructibus vesci concessum erat. H
RVPERTVS. Quid sibi vult quod dicit, Super pectus tuum gradieris ? Nunquid antequam diabolus per os
eius locutus fuisset,pedibus aut cruribus ambulabat pectore à terra sublato,& postea pedibus ademptis super pe-
ctus suum gradi cœpit , squamis suis & costis pro pedibus & cruribus vtens , & presso repens incessu ? Nonne &
antequam hominem fecisset deus,dixit : Producat terra iumenta & reptilia & bestias in genere suo ? Quomodo
ergo nunc pro pœna infertur, quod à natura illum prius habuisse negare non possumus ? Igitur sub nomine ser-
pentis quem inuasit diabolus , ipse percutitur , & qui per superbiam suam similem se altissimo fore putauit , pro-
pter malitiam suam infimæ creaturæ quàm ipse vitiauit,iudicatur fieri pœnaliter similis.Super pectus tuum gra-
dieris inquit,Tanquam diceret:Sicut hoc reptile cuius calliditate abusus es,super pectus suum graditur, & seip-
sum in terram premit,sic tu diabole,cum sis rationalis spiritus , rationale tuum semper graui fatuitate onerabis,
& quocunque te verteris,semper intentionem tuam deorsum conteres,& factis premes contrariis. Verbi gratia, I
Inuidendo euacuasti meritum hominis,sed hoc facto gratiæ dei locum aperuisti,cui amplius inuidebis,dum ho-
mo seipso tanto fit altior,quanto gratia dei,cuiúsque creaturæ meritis est maior.Ab hinc & vsque in finem , dum
deo volens aduersaris,deo nolens cooperaris,& ita circulum habens in naribus tuis , super pectus tuum gradie-
ris,quia miro modo & mala intendis,& bona facis , dum persequendo hoc ipsum quod vt destruas persequeris,
dum quasi malleolus aurum dei nequiter affligis,& affligendo ad gloriam extendis . Interea & terram comedes
cunctis diebus vitæ tuæ.Terram (inquam) comedes,& non cœlum, id est non quorum conuersatio in cœlis est,
sed qui terrena sapiunt,illi cibus tuus erunt.Malus operarius,& nequam seruus , deo tamen vtilis , fatigationem
iracundiæ tuæ talium deuoratione consolaberis. CAIETANVS. Super pectus tuum gradieris . Iuxta He-
bræum habetur,super ventrem tuum ibis.Venter officina est cibi digerendi,ac per hoc super vētrem ire, est pro-
prium ventrem eundo opprimere , est propriam cibi officinam eundo opprimere . Officium diaboli erga locum K
cibi sui,erga animas peccantium (illæ enim sunt locus cibi diaboli,qui pascitur peccatis nostris) describitur op-
primere illas eundo, serpendo, proficiendo de malo in peius . Ac si apertius dictum fuisset , Non solum maledi-
ctus eris tu , sed etiam maledicti erunt tui , opprimentur siquidem à te . Et terram comedes cunctis diebus vitæ
tuæ.Iuxta Hebræum habetúr,Et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ.Ad serpētem est sermo, ac per hoc
omnes dies vitæ eius,vniuersum tempus comprehendunt quo diabolus viuit,quatenus serpens.Terminabitur e-
nim vita eius serpentina adueniente Christo ad iudicium , cessante siquidem tempore merendi , cessabit & dia-
bolicum serpere,vt non solum ista tertia pœna,sed omnes hæ pœnæ intelligantur inflictæ serpenti, hoc est , dia-
bolo officium tentandi exercenti.Vnde & à principio huius sermonis dicitur,quia fecisti hoc. Non enim est hic
sermo de pœnis diaboli,ratione primi sui peccati,sed ratione veneni propinati humano generi . Durante itaque
hoc tempore,pulverem,hoc est,rem omnino ineptam ad cibum,comedes, quia vsque ad finem mundi vescetur
malis actionibus & pœnis hominum.Quemadmodum enim pulvis omnino ineptus est ad alimentum,tam sic- L
cum quàm humidum , ita malum tam culpæ quàm pœnæ , omnino ineptum est ad rationalis animi quasi nu-
trimentum. AVCTOR CATENAE. Super pectus tuum gradieris . Hebraicè est עַל גְּחֹנְךָ תֵלֵךְ al ge-
Hebraico , vertentes , ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ , Super pectus & ventrem gradieris , & redundat pectus.
Ideo autem forte interpres noster vertit gahon,pectus,quod in serpentibus nullum prope discrimen sit pectoris
ad ventrem,suntque adeo vtraque commissa,vt alterum pro altero facile in his accipi possit,atque hæc est causa,
quod Septuaginta verbum vnicum Hebraicum,duobus exprimere voluerunt . Et terram comedes cunctis die-
bus vitæ tuæ.Dictio עָפָר aphar,& terram & pulverem significat , vnde aliqui & terram comedes , alij pulverem
transtulerunt.Chaldaica,pulverem,Septuaginta γῆν,id est terram,habent . Quia ergo diaboli corpus & membra
sunt omnes impij,& illius familia,quales essent futuri eiusmodi, dicere possumus his verbis à domino describi.
Hi nanque perpetuò hærent pectore suo terrenis,pauent,horrent,desperant,terrena sapiunt,fide in deum non e- M
leuantur,auersantur cœlestia.E contra autem qui Christi sunt,velut homines in cœlum tendunt,erecti , quæ sur-
sum sunt sapiunt, deo fidunt,ex ipso toti pendēt, omnia propter eum faciunt. CHRYSOSTOMVS. Ne-
Vbi supra. que hoc contentus ero,quod super terram reptes,sed & *Inimicitias ponam inter te & mulierem,inter semen tuum & se-*
men illius.Ipsa conteret caput tuum,& tu insidiaberis calcaneo eius. HIERONYMVS. Alia litera,Ipse seruabit caput
tuum,& tu seruabis eius calcaneum.Aliter habet in Hebræo,Ipse conteret caput tuum , & tu conteres eius calca-
Roma.16. neum,quia & nostri gressus præpediuntur à colubro,& dominus conteret satanam sub pedibus nostris velociter.
CHRYSOSTOMVS. Neque ergo illud solum,sed & inimicam fœderisque nesciam faciam tibi mulierem,
neque eam solam,sed & semē eius semini tuo hostem perpetuum faciam.Ipsa tuum seruabit caput,& tu eius ser-
uabis calcaneum.Tantum enim robur illi concedam,vt continuò immineat capiti tuo,te autem faciam sub pe-
dibus eius iacere.Vide hic dilecte,quomodo per pœnam huic bestiæ deputatam,quanta humani generis cura deo
sit,demonstretur.Et hoc quidem de visibili serpente.Licet autem volenti post hoc considerare scriptorum teno-
rem,&

A rem,& cognoscere,quod si de sensibili serpente hæc dicta sunt,multo magis accipienda sunt hæc de spirituali ser- Lucæ.10.
pente.Etenim & illum pedibus nostris subiecit humiliatum , & nos incumbere eius capiti fecit . An non hoc si-
gnificat dicens,Calcabitis super serpentes & scorpiones?Deinde enim ne putemus de sensibilibus serpentibus es-
se dictum,subdit,Et super omnem virtutem inimici. GRAECVS. Inimicitias ponam inter te & mulierem.
Quia vt amicus decepisti,vt inimicus expelleris.Et hic sermo in legem factus est.Inter quos enim pax noxia est,
bellum vtile esse videmus. SERAPION. Inter semen tuum & semen illius . Atqui mulier semen non ha-
bet,sed vir.Quomodo igitur mulieri dictum est?An clarum est,pronunciatum de Christo,quem sine semine pe-
perit intemerata virgo ? Singulare enim est semen , non numero multitudinis semina. LEO PAPA. Vel
iuxta alia exemplaria,Ipsum conteret caput tuum , scilicet semen mulieris . Deus omnipotens & clemens , cuius
natura bonitas,cuius voluntas potentia,cuius opus misericordia,statim vt diabolica nos malignitas,veneno suæ
B mortificauit inuidiæ,prædestinata renouandis mortalibus suæ pictatis remedia,inter ipsa mundi primordia prę- Cap.38.
signauit,denuncians serpenti,futurum semen mulieris,quod noxij capitis elationem sua virtute contereret, Chri
stum scilicet in carne venturum,deum hominemq; designans. GREGORIVS PRIMO MORALIVM.
Vel aliter.Cum antiquus hostis,neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit , duriores
in fine laqueos tendit.Quem tanto nequius obsidet,quanto solum sibi remansisse ad decipiendū videt. Hos nan- Psal.55.
que fini suo laqueos appositos Propheta conspexerat,cum dicebat,Ipsi calcaneum meum obseruabūt . Quia enim
in calcaneo finis est corporis,quid per hunc,nisi terminus figuratur actionis?Siue ergo maligni spiritus,siue pra-
ui quique homines illorum superbiæ sequaces,calcaneum obseruant,cum actionis bonæ finem vitiare desiderāt.
Vnde & eidem serpenti dicitur,Ipsa tuum obseruabit caput,& tu calcaneum eius.Caput quidem serpentis obser-
uare est,initia suggestionis eius aspicere,& manu solicitæ considerationis,à cordis aditu funditus extirpare . Qui
C tamen cum ab initio deprehenditur,percutere calcaneum molitur,quia & si suggestione prima,in intentione nō
percutit,decipere in fine tendit.Si autem semel cor in intentione corrumpitur , sequentis actionis medietas , &
terminus ab hoste callido secure possidetur,quoniam totam sibi arborem fructus terræ conspicit , quam veneni
dente in radice vitiauit. EVCHERIVS. An semen mulieris est totum genus humanum , semen serpentis
carnalia desideria ? Quæ duo semina continuum inter se gerere odium debent,vt non faciamus ea quæ diabolus
vult . Quid est autem quod ait , Ipsa conteret caput tuum , & tu insidiaberis calcaneo eius ? Caput serpentis est
cogitatio illicitæ suggestionis , quod nos omni intentione conterere , atque allidere ad petram quæ est Chri-
stus , debemus . Calcaneum mulieris , est extremum vitæ nostræ tempus , quo diabolus nos acrius impugnare
satagit , cui si viriliter resistimus , victoriam perseuerantiæ cum salute nostra percipiemus . Vel quia inimici-
tiæ non ponuntur inter serpentem & virum , sed mulierem , non enim tentamur à diabolo nisi per animalem
partem , quæ mulieris imaginem & exemplum in viro homine ostendit , semen diaboli praua suggestio ,
D mulieris , fructus boni operis est , quo peruersæ suggestioni resistitur . Ideo obseruat plantam mulieris,vt si in
illicita labatur,delectatio illam capiat.Illa obseruat caput eius , vt ipsum initium suggestionis malæ excludat.
RABANVS. Huius autem serpentis, ac seminis eius inimicitiam memorati , quantam genus humanum to-
leret,quantam aduersus eum inimicitiam omnes electi rectè viuendo exerceant,cunctis sole clarius fidelibus cō-
stat. Cuius signum inimicitiæ in natura etiam apparet irrationalis serpentis , quia cunctis animantibus & bestiis
terræ pro insita sibi peste veneni generalis, semper existit inimicus,quod videlicet ei à tempore maledictionis hu
ius,& non antè,insitum esse credendum est. EVCHERIVS. Quidam autem hoc quod dictum est, Inimi-
citias ponam inter te & mulierem,de beata Virgine vnde natus est dominus,intellexerunt, eo quod illo tempo-
re ex ea dominus nasciturus ad inimicum deuincendum,& mortem cuius ille auctor erat destruendam,promit-
tebatur,sicut in Dauid scriptum est,De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Nam illud quod subiūctum
est,Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius,hoc de fructu ventris Mariæ qui est Christus, intelli-
gunt, id est,tu eum supplantabis vt moriatur,ille autem victor resurget, & caput tuum conteret, quod est mors,
E sicut & Dauid dixerat ex persona patris ad filium,Super aspidem & basiliscum ambulabis,& conculcabis leonem
& draconem . Aspidem dixit mortem, Basiliscum peccatum,Leonem antichristum, Draconem diabolum.
RVPERTVS. Hoc à fraudibus inimicitiæ differunt, quod fraudes pacatam sermonis vel cuiuslibet rei præ-
tendunt superficiem, Inimicitiæ verò manifestam contrarietatis habent intentionem.Constat autem,quod sub-
dolus diabolus in serpente mulieri non tanquam armatus aduersarius occurrit,sed tanquam fidus consiliarius la
teri eius in via sese adiunxit.Cum igitur dicit deus. Ponam inimicitias inter te & mulierem,profectò magnū gra
tiæ suæ opus promittit,quod victorem diabolum qui vicerat fraude,victa nunc mulier vincere quādoque debeat
fortitudine. Porro hæ inimicitiæ non per ipsam mulierem,sed per semen illius exercendæ,& vsque ad victoriam
perducendæ sunt.Proinde cum dixisset , inimicitias ponam inter te & mulierem, continuò subiunxit, & semen
tuum,& semen illius.Quo enim de semine hæc dicuntur,nisi de vno qui est Christus? Ipse nanque solus ita semē
F mulieris est,vt non etiam viri semē sit,quare recta additio est,cum dictum sit à domino deo,Inimicitias ponam
inter te & mulierem,& semen illius,subauditur Christus. Nam hic planè cum illo antiquo serpente fortiter exer Psal.44.
cuit, nec vnquam illi in aliquo consentaneus fuit . Vnde & liberior atque expeditior fuit , accinctus gladio su-
per femur suum potentissimus , speciosus & pulcher, intendit prosperè,processit & regnauit,hostemq; publicum
ante pedes suos productum contriuit & vulnerauit,iuxta Psalmistam dicentem, Tu humiliasti sicut vulneratum Psal.88.
superbum in virtute brachij tui.Tunc adimpletum est mulieri in isto semine suo quod hic fuerat prædictum, ip- Psal.73.
sa conteret caput tuum.Vnde in alio psalmo Propheta dicit,Tu contribulasti capita draconum in aquis,tu con-
fregisti capita draconis . Quis nanque omnium nostrum, quicunque viri pariter & mulieris commixtum semen
sumus, inimicitias cum isto deceptore integras se habere gloriabitur ? Nonne omnes dei potius inimici fuimus,
nisi quia per hoc vnicum vnius mulieris semen reconciliati sumus?Ergo secundum illius quidem gratiam, nunc
filij vel amici dei sumus,& cum illo dracone inimicitias habemus,secundum nosipsos autem, vel secundum pri
mos parentes nostros , socij & consentanei rebellionis eius fuimus,& necdum perfecta fide,adulterinas eius blā-
ditias

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditias reſpuimus. Nam quotiens ad aliquod peccatum protrahimur, ille primum nobis capite blanditur, deinde nos ventre oblectat, tandem cauda ligat, quia videlicet tribus modis omnis eius tentatio perficitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Inter hæc proculdubio nequaquam veras contra illum inimicitias habemus. Certiſſimè igitur hic illius ſemen mulieris promittitur, quod eſt Chriſtus, per quod ſexus idem qui deceptus eſt, deceptionis caput omne contriuit, quando ad deſtructionem peccati beata Virgo ſine peccato, nouum hunc & cœleſtem hominem mundo ædidit. Et tu (inquit) inſidiaberis calcaneo eius, id eſt ingeres te in extremis vitæ illius, inſidiaberis inquit, ſed non etiam mordere poteris. Hoc plane licet ſubaudiri, quod verbis aliis idem filius mulieris euidenter aſtruit, dum mox ducendus ad paſſionem, dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Præterea inter mulierem & ſemen eius, & hoc genus animantis, per quod mulier ſeducta eſt, grandes inimicitiæ poſitæ ſunt. Vtrinque non tam rationis iudicium, quàm ſenſus naturalis perpetuum ſeruat odium. Hæc enim & ſi non ſemper actu, ſemper tamen poteſtate quadam conterit caput illius, ille autem vtpote humi deprelſus, & non arduus, calcaneo huius inſidiatur. Nam ſi nuda mulieris planta, dentem ſerpentis præuenerit, & viuacciſſimum caput eius vel leuiter preſſerit, ſtatim totum cum capite corpus, repentè interit, ita vt nullus omnino motus, nullus ſenſus in aliqua parte reſiduus ſit, quod nec malleis certe aut vectibus, nec gladiis concidentibus, citò aut leuiter effici poteſt. Siquidem exciſum caput, cum tribus aut duobus digitulis, viuere & abire perhibetur. Hoc quoque quod prædictum eſt, ita eſſe ipſorum qui per induſtriam explorauerunt, fida relatione comperimus. Vnde & fertur, quod nudum corpus eius contingere non auſus ſit. E contra, ille quamlibet exiguus ſit, ſi vel extremæ plantæ dentulum infixerit, occidit. Morſu nanque infuſa peſtis, per venas vegetatione corporis aucta diſcurrit, animámque eximit. Adeo graues inter vtranque naturam inimicitiæ poſitæ ſunt, antiqui mali ſemper nouum exhibentes monumentum. Mox vt venenum morſu iniectum, ſanguinem hominis tetigerit, paulatim ſerpit, & inimicum ſuæ naturæ animal interficit. Vnde ſic ait quidam, Noxia ſerpentum eſt admixto ſanguine peſtis, Morſu virus habent, & fatum in dente minantur. Omne enim venenum frigidum eſt, & idcirco anima, quæ ignea eſt, fugit venenum frigidum. Serpentum verò quot genera, tot venena, quot ſpecies, tot pernicies, quot colores, tot habentur & dolores. Maledictum quippe animal eſt, ex quo diabolo ad miniſterium mortis, propria caliditate ſuffragatum eſt, & exinde homini naturaliter inimicum eſt. Sed quid mirum hoc malum à deo permitti homini, cum & ipſe homo ad interfectionem proximi, ſerpentum ſeſe armet venenis, & quod non habet natura virus, acquirat peruicacia, comparet pecunia? Proinde quia homines ipſi quodammodo ſerpentes fiunt, dum non tantum ſpiritualiter venenum aſpidum ſub labiis eorum, ſed realiter quoq; venenum aſpidum in ſiſtarciis eorum patiantur, & ipſi nec murmurent, quod venenantur, & intereunt tot homines peſtibus ſerpentum. HVGO DE SANCTO VICTORE. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius. Hic innuitur, quod Eua reſipiſcens pœnitentiam egerit, vnde diabolus doluit. Quaſi dicat, tu gaudebas modo quia eam deieceras, ſed fruſtra, quia victus eris à muliere. Semen autem diaboli vocat alios dæmones, mulieris ſemen alios homines, quorum quidam futuri erant ſancti, & illi conterent caput, id eſt ſuperbiam diaboli de homine deiecto. Et tu inſidiaberis calcaneo eius, id eſt ſemper ſequeris vt decipias. CAIETANVS. Inimicitias ponam, & cætera. Noli putare ex eo quod ſuperaſti mulierem, te habiturum dominium ſuper vniuerſas mulieres. Nam quanuis mulier ipſa imbecillis ſit, ego tamē ponam inter mulierem & inter te odium inimicitiæ, vt habeat te non in dominum, ſed in inimicum, vt non pareat tibi, ſed hoſtem te ſentiat, vt hoſtem caueat, vt odio te proſequatur. Et hoc impletum videmus in innumeris mulieribus ſanctæ vitæ, non ex propriis mulierum viribus, ſed ex diuino dono, quo poſuit in animis earum odium, non qualecunque, ſed omnis generis inimicitię. Propter hoc enim dicit inimicitias in numero plurali, inter ipſas & ſerpentem diabolum. Non ſufficit inimicum eſſe diabolo quo ad ea quæ ſunt fidei aut ſpei, ſed oportet inimicum eſſe ſecundum omnes partes, ſecundum ea quæ ſunt caſtitatis, abſtinentiæ, liberalitatis, miſericordiæ, & reliquorum ſanctorum officiorum. Et ne glorieris quod vniuerſum humanum genus in primis parentibus ſuperaſti, ac per hoc vniuerſa poſteritas tibi obnoxia ſit, ſcito quod inimicitias ponam inter ſemen tuum & ſemen mulieris. Semen diaboli zizania ſunt, vt dominus explicat in euangelio, Semen diaboli peccantes ſunt, dicente domino, Vos ex patre diabolo eſtis. Semen autem mulieris, homines ſunt imbecilles, qui non poſſent inimicitias exercere aduerſus ſemen diaboli, niſi dominus poneret in eis huiuſmodi inimicitias. Quocirca appellatione ſeminis mulieris ſortituri à deo inimicitias aduerſus ſemen diaboli, poſteritas eſt primorum parentum in electis à deo ad vitam æternam, inter quos ſupremum locum tenet homo Chriſtus Ieſus. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Iuxta Hebręum habetur, Ipſum conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneum. Non de muliere, ſed de ſemine eius dici videtur, quod conteret caput diaboli. Et poteſt ſententia hæc referri tum ad genus electorum, quia electus quiſque conterit caput, hoc eſt, ſupremam partem diaboli, hoc eſt officium diaboli prouocatiuum ad malum culpæ. Conteritur autem in calcaneo, hoc eſt in infima ſui parte, hoc eſt in corpore, ſecundum malum pœnæ temporalis à diabolo. Poteſt quoque referri ad Chriſtum, quod ſingulariſſime eſt ſemen ſolius mulieris, vtpote conceptus & natus ex Virgine, qui vere ſerpentis contriuit caput, hoc eſt, ſupremam partem, excellentiam ac principatum. Et contritus eſt à diabolo ſecundum perſonam naturalem in calcaneo, hoc eſt, in infima ſui parte, in corpore paſſibili affectus paſſione & morte, iuxta dictum eiuſdem, hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Secundum autem ſuum corpus myſticum, conteritur quotidie in calcaneo, hoc eſt, in infima parte ſui corporis myſtici, hoc eſt, in malis chriſtianis. AVCTOR CATENAE. Inimicitias ponam, & cætera. Quod apud nos legitur, & ſemen tuum & ſemen illius, & Hebraicè eſt וּבֵין זַרְעָךְ וּבֵין זַרְעָהּ Vben zaracha vben zaraa, Et inter ſemen tuum & inter ſemen illius, Chaldaica habet, Et inter filium tuum, & inter filium eius, clarius Chriſtum beatæ virginis filium exprimens. Deinde quod ſequitur, Ipſa conteret tibi caput, & tu inſidiaberis calcaneo eius, Hebraicè habetur: הִוא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב hu ieſuphcha ros, veata teſuphennu akeb, Ipſum (nempe ſemen mulieris) conteret tibi caput, & tu conteres eius calcaneum, ſiue inſidiaberis eius calcaneo. Eadem enim hæc dictio ponitur pro conterere, & pro inſidiari. Et quoniam ſunt qui quod hic dicitur, accommodent ad dominum Ieſum Chriſtũ, qui ex ſemine

Ioan. 14.

Luca. 9. Pharſaliæ.

A ex ſemine Euæ natus ſit, contriuerit q; caput ſerpentis, vides quam iuuentur hi, ſi Hebraica vt ſe habent legantur. Interpres autem videtur legiſſe הִוא, non אֵת facilisque eſt ab vna ad alteram vocem lapſus, protracta tantum iod. Septuaginta Hebraica ſequuntur, αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ σπέρμα, Ipſe tuum obſeruabit ſeu conteret caput, & tu obſeruabis ſeu conteres eius calcaneum. Sed forte αὐτὸ legendum eſſet, vt τὸ σπέρμα præcedens referret. Chaldaica etiam cum dixiſſet poſiturum inimicitias inter filium ſerpētis, & filium mulieris prosequitur dicēs, Ipſe obſeruabit tibi quod feciſti ei à principio, & tu obſeruabis ei in finem. Sed vox Hebraica יְשׁוּפְךָ quinquuntur ſacræ literæ, fore vt ſemen Euæ, id eſt homines tam viri quàm mulieres calcaturi eſſent caput ſerpentis, vt natura comparatum eſt, ille verò inſidiaturus eſſet calcaneo. Non tibi ergo (inquit) dominus permitto tyrannidem, ſed inimicitias ponam, horrorem ſcilicet naturalem hominibus, & ad colubrum perpetuum, vt cupiant calcare caput ſerpentis, vbi vigor vitæ, tu verò inſidiaturus es, & æque calcaturus calcaneum, vel potius contriturus

B plantam hominis, vbi poteris. Hæc verò certo & per omnia ſecula cantato myſterio, inimicitiam ſignificant inter ſatanā & ſemen mulieris, Chriſtum dominum hoc loco mulieri promiſſum. Quid enim magni erat ſi inter mulierem ac ſerpentem eſſent inſidiæ, & mutuò caput & calcaneum conterenda dicantur? Verùm hic ſtatim ab initio promittitur liberatio, ab hoc recens commiſſo peccato primi hominis, per ſemen illud benedictum, per quod benedicendæ quoque erant omnes gentes, vt ſit ſenſus, Per mulierem decepiſti, per ſemē mulieris ſuccumbes, imbecillem quidem ſexum tuis artibus circunuentum. perque illius prolem, caput, poteſtas, virtus & tyrannis tua conterenda ſunt, tu autem conteres calcaneum eius, Chriſti humanitatem, quæ peccatis noſtris afflicta eſt. Myſticè. AMBROSIVS. Serpentis typum accepit delectatio carporalis, mulier ſymbolum eſt ſenſus noſtri, vir mentis delectatio. Hæc itaque ſenſum mouet, ſenſus menti transfundit quam acceperit paſſionem. Delectatio igitur prima eſt origo peccati. Ideo non mireris, cur antè ſerpens damnetur iudicio dei, ſecundò mulier, tertiò vir. Secundū

C erroris ordinem, damnationis quoque ordo ſeruatus eſt. Delectatio enim ſenſum, ſenſus autem mentem captiuā facere conſueuit. Vt ſcias autem quia ſerpēs typus eſt delectationis, damnationem eius aduerte. Super pectus (inquit) tuum, & in vtero tuo ambulabis. Qui ſunt qui in vtero ſuo ambulant, niſi qui ventri & gulæ viuunt, quorum deus venter eſt, & gloria in pudendis eorum qui terrena ſapiunt, & cibo onerati, ad terrena curuantur? Philip 3. ne ergo delectationi ait, quæ cibis intenta, terram videtur manducare, ſupra pectus tuum, & in vtero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ. INTERLINEARIS ET AVCTOR CAT. Quod autem inimicitias ſe poſiturum aſſerit deus inter mulierem & ſerpentem, inter ſemen eius & ſemen illius, electorum eccleſiæ ac ſanctorum filiorum eius prophetia eſt, quæ perpetuas cum ſatana & aliis apoſtaticis ſpiritibus gerit inimicitias, quibus per dominum Ieſum dicitur, Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum. Et apoſtolus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed ad- Ephe. 6. uerſus principatus & poteſtates, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Hæc ſancta mater eccleſia, Chriſto à

D mortuis reſurgente, diaboli caput contriuit, quoniam domini virtute mūdum deuicit, & dæmones etiam ſubiecti fuerunt ei, licet illi nunquam ipſam tentare & perturbare ceſſent. RABANVS. Sed & mulier etiam nunc conterit caput ſerpentis, cū eadē ſancta eccleſia inſidias diaboli & ſuaſiones venenoſas, in ipſo mox initio deprehē ſas abigit, & quaſi conculcans ad nihilum deducit. Conterit caput ſerpentis, cum ſuperbiæ per quam Eua decepta eſt, ſeſe ſub potenti manu dei humiliando, reſiſtit. Initium enim omnis peccati ſuperbia. Et ſerpens inſidiatur calcaneo mulieris, quia eccleſiam diabolus velut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, quomodo greſſus bonæ noſtræ actionis auertat. Inſidiatur calcaneo, cum in fine vitæ præſentis nos rapere ſatagit. Calcaneo nanque qui finis eſt corporis, non immeritò finis vitæ noſtræ deſignatur, quod vtrúnque ipſa quoque ſerpentis conditio figuratè denunciat, qui & conteri ſolet ab omnibus qui poſſunt, & ipſe feriendis hominum veſtigiis inſidiari non deſinit. AVCTOR CATENAE. Denique talis inimicitia quæ hic prædicitur, eſt inter carnem & ſpiritū, inter ſapientiam huius mundi & verbum dei, inter ſenſualitatem & crucem, inter impios & fideles. Caput etiam

E ſerpentis, eſt regnum peccati in nobis, & tenebrarum poteſtas, ac ſatanæ tyrannicū imperium, quod Chriſtus vicit, & per ſe fideles vincere dedit. Inſidiatur, impugnat, ſolicitat, ſed victoria Chriſti à nobis ſtat.

L

Mulieri quoque dixit deus, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & ſub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. 5

CHRYSOSTOMVS. Vidiſti ex his quæ dicta ſunt, de pœna inſtrumento diaboli inflicta, ingentem dei miſericordiam? Veniamus iterum, ſi placet, ad mulierem. Serpens quia impoſturam intulit, propterea & pœnam ipſe primus accepit. Et quia primò mulierem decepit, ideo & ipſa prior plectitur pœna magnam admonitionem habente. *Mulieri quoque dixit deus, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & ſub uiri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia lictera. Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas & gemitus tuos. Pro triſtitia & gemitu, in Hebræo dolores & conceptus habet. Et ad virum tuum conuerſio tua. Pro conuerſione, Aquila ſocietatem, Symmachus appetitum vel impetum tranſtulerunt. AVGVSTINVS. Hæc quoque in mulierem dei verba, figuratè ac propheticè multo commodius intelliguntur, veruntamen quia nondum pepererat fœmina, nec dolor & gemitus parientis niſi ex corpore mortis, quæ illa præcepti tranſgreſſione concepta eſt animalibus quidem etiam tunc membris, ſed ſi homo non peccaſſet, non vtique morituris, & alio quodam ſtatu fœliciore victuris, donec poſt vitam bene geſtam in melius mutari mererentur, refertur hæc pœna & ad proprietatem literæ, niſi quia id quod dictum eſt, & ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui, videndum eſt quemadmodum propriè accipi poſſit. Neque enim & ante peccatum, aliter factam fuiſſe decet credere mulierem, niſi vt vir ei dominaretur, & ad eum ipſa ſeruiendo conuerteretur. Sed rectè accipi poteſt hanc ſeruitutem ſignificatam, quæ cuiuſdam conditionis eſt potius

Universidad de Deusto Biblioteca

tius quàm dilectionis, vt etiam ipsa talis seruitus qua homines hominibus postea esse serui cœperunt, de pœna G
peccati reperiatur exorta. Dixit quidem Apostolus, Per charitatem seruite inuicem, sed nequaquam diceret, inui-
cem dominamini. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Aposto-
lus dominari in virum. Hoc enim viro potius dei sententia detulit, & maritum habere dominum meruit, mulie-
ris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa. AM-
BROSIVS IN HEXAEMERON. Quia enim virũ ad culpam vocauit mulier, iustum est vt ei subdatur,
ne iterum fœminea facilitate labatur. CHRYSOSTOMVS. Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo
tristitias tuas, & gemitum tuum. Vide bonitatem domini, quomodo post tantam præuaricationem mansuetudi-
ne vtitur. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas. Ego quidem volebam (inquit) te citra dolorem & ærumnam
viuere, liberámque ab omni mœrore & tristitia, & omni voluptate repleri, & licet corpore circũdatam, corpora-
lium sensu non affici. At quia non vsa es, vt oportet, tanta prosperitate, sed affluentia bonorum in tantam te in-
gratitudinem inuexit, propterea tibi frenum impono, vt ne amplius lasciuias, ad tristitias & gemitus te condem- H
nans. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum. In tristitiis paries filios. Rem (inquit) magnæ
lætitiæ, & filiorum propagationem à tristitia te incipere faciam, vt & ipsa quanta peccati & inobedientiæ magni-
tudo, perpetuam habeas memoriam ex perpetuis doloribus, & præsertim tempore partus. Et ne processu tempo-
ris obliuioni tradas quod factum est, quod hæc impostura horum tibi causa facta sit, propterea multiplicans mul
tiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum. In tristitiis paries filios. Hic significat parturientium dolores, multipli-
cémque illum laborem, quem ferre necesse est, vtpote tot mensibus gestare vterum, velut sarcinam pueri, & sen-
tire singulares qui inde oriuntur dolores, & membra distendi, & ferre intolerabiles illos dolores, quos solæ illæ
sciunt, quæ expertæ sunt. Veruntamen doloribus tanta solatia simul admiscuit misericors deus, vt ferme confe-
rendum sit gaudium quod ex nato puero habetur, cum doloribus illis, qui tot mensibus ventrem dissecant. Nam
tantum laborem, totque dolorum cruciatus ferentes, & vt ita dicam, pene de ipsa vita desperantes, postquam pe- I
pererint, & doloribus fuerint solutæ, lætitiáque frui cœperint, iterum quasi oblitæ laborum omnium, seipsas filio-
rum generationi accommodant, sic dispensante misericorde deo, vt hominum saluetur genus. Et quid dico? Sæ-
pe cum fœtu nato commori eas contingit, & neque hoc cæteras terret, neque persuadet, vt rem fugiant, tantum
deus tristibus illis inseuit dolorem simul & voluptatem. Propter hoc dicebat, Multiplicans multiplicabo tristiti-
Ioan.16. as tuas, & gemitum tuum. In tristitiis paries filios. Hoc etiam Christus dicebat discipulis suis, monstrans tam do
loris magnitudinem, quàm lætitiæ excellentiam. Mulier quando parit, tristitiam habet, quoniam venit hora eius.
Deinde volens nobis commendare, quomodo tristitiæ simul è medio tollantur, gaudium autem & lætitia succe-
dant, inquit, Quando autem pepererit puerum, non iam memor est afflictionis propter gaudium, quia natus est
homo in mundum. Vidisti prouidentiam & curam nostri eximiam? Vidisti pœnam admonitionis plenam? In tri
stitiis paries filios, deinde: Ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Quasi se defendens apud mu-
lierem, hæc dicit misericors deus. Ego (inquit) ab initio honore parem te formaui, & eiusdẽ dignitatis in omni- K
bus participem, & sicut Adæ, ita & tibi omnium principatum concredidi. Cæterum quia abusa es honoris digni-
tate, subiicio te viro, & ad virum tuum conuersio tua. Quia relicto eo qui dignitate par, & cuius naturæ particeps,
& propter quem formata es, familiaritatem cum serpente mala illa bestia habere, & eius accipere consilium vo-
luisti, propterea post hac illi te subiicio, & illum dominum tuum assero, vt illius scilicet dominium agnoscas. Et
quia nesciuisti imperare, disce bene regi. Ad virum enim tuum (inquit) conuersio tua, & ipse dominabitur tui.
Melius est vt tu sub illo sis, & illum dominum habeas, quàm impauidè & liberè viuens, per præcipitia feraris. Ita-
que considerans quod tibi vtile, ad illum te habere volo conuersionem, & sicut corporis est caput sequi, domi-
nium eius suauiter agnoscere. Et sic refugium ac portus, præsidium ac amor, timori coniuncta sunt. SEVE-
RIANVS. Mulier ergo tot ærumnis subiecta, viri coniugationem non recusat, verum etiam inter tot assidu-
as molestias atque incommoda, in viro suo spem suam collocat. RVPERTVS. Mulieri autem dixit deus,
Multiplicabo ærumnas tuas, & cætera. Hæc tria diuinæ sententiæ verbera, nimium notis ærumnis sexum fœmi-
neum indesinenter cruciant. Nouissima tandem super hæc peccati eius pœna, mors est. Verùm hoc illi malum L
cum viro commune est. Quare (inquis) mulier, præter hoc in sexu proprio triplicem pœnam habet? Videlicet
quia peccati quantitas, in muliere triplo maior, quàm in viro est. Primò, quia credendo serpenti plusquam deo,
seducta est. Secundò, quia pulchritudinem & suauitatem ligni delectabiliter concupiuit. Tertiò, quia non con-
tenta transgressione propria, postquam comedit, viro quoque dedit. De quo notandum, quia cum requireretur à
deo dicente, quare hoc fecisti? id est quare viro tuo dedisti? non habens quid saltem vanæ defensionis obtende-
ret, aliud pro alio respondit, dicens: Serpens decepit me, & comedi. Itaque triplici peccato, triplex quoque vindi-
cta præter communem sibi cum viro mortem, reddita est, dicente deo, multiplicabo conceptus tuos. Omnes e-
nim conceptus eius, anima & corpore in peccato ipsius moriuntur, & nemo illorum deo viuit, nisi viuificentur
in Christo. Item quia vidit quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delecta-
bile, pro illo visus sui delectamento, contrarius hic redditur vteri dolor, nam in dolore (inquit) paries fi- M
lios tuos. Tertiò, quia viro suo dedit, & eum ad comedendum illexit importunitate muliebri, idcirco sub vi-
1.ad Tim.2. ri potestate (inquit) eris, & ipse dominabitur tui. Ita pro seductione (vir enim, inquit Apostolus, non est se-
ductus, sed mulier) pro seductione inquam, quia seducta est, conceptuum multiplicitas, pro gulæ oblectamen-
to, vteri dolor, pro temerario imperio, seruitutis illa pœna ei reddita est. Sed adhuc rectè quæri potest, quid
illud sit, mulierem viri sub potestate esse, & virum mulieris dominum esse, quoniam vtrunque dixit, & sub
viri potestate eris, & ipse dominabitur tui? Ad hoc respondendum, valentioris esse diminutionis, mu-
lierem sub dominio, quàm sub viri potestate esse. Nam & secundum Romanas leges, sub viri potestate
est mulier, antequam in manum viri conueniat. Quæ autem in manum viri conuenit, multo magis,
quandiu vixerit vir, testamentum illi sine viro facere non licebit, vnde & capite diminuta dicitur muli-
er, quæ in viri manum conuenit? Adeo apud gentiles quoque qui hanc scripturam non legerant, vel huius veri
dei præcepta

A dei præcepta non obseruabant, hæc lex naturaliter valuit, quam dominus naturæ imposuit, dicens mulieri, Et sub
viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quædam tamen barbaræ nationes sicut cætera, ita & hunc naturæ or-
dinem confuderunt, vt mulier sine capite, id est, sine viro suo, super viros ageret potestatem & dominium. Ve-
rùm hoc non tam ius aut lex, quàm vsurpatio dicenda est. Rectè ergo non tantum dixit, sub viri potestate eris,
nam & puerulus masculus sub viri, id est, tutoris potestate est, sed addidit, & ipse dominabitur tui, scilicet vt nun-
quam mulier libera sit de sub iugo viri, sed eius tam ætas quàm conditio, primum sub potestate viri tutoris, & de-
inde cum in manum viri per legitimas coniugij tabulas venerit, sub dominio viri sit. Verùm castis & fidelibus
mulieribus, hanc tertiam pœnam beneuolentia nullam aut leuissimam efficit. Et non solùm non obest, sed etiam 1.Petri.3.
laudi est. Propter quod & Petrus apostolus mulieres ad subiectionem spontaneam cohortans, dicit, Similiter &
mulieres subditæ sint viris suis. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se propriis vi-
ris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, & cætera. Multiplicabo ergo (inquit) ærumnas tuas, &
B conceptus tuos, subauditur super numerum. Nam & electorum quidem numerus multiplex est, sed eorum mul-
tiplicatio tota ex benedictione est dei dicentis, vt supra dictum est, Crescite & multiplicamini, & replete terrã, &
cætera. Hæc autem multiplicatio, non benedictionis, sed damnationis est, non gratiæ, sed iræ, non clementiæ, sed
vindictæ. Vnde & non ait tantum, multiplicabo conceptus tuos, sed multiplicabo (inquit) ærumnas tuas, & con-
ceptus tuos. Mulier quippe quanto fœcundior, tanto ærumnosior. Post singulos cõceptus dolor cruciat per singu-
los partus, suus eam sanguis fatigat, quippe quæ & cum sana videtur, menstruis fluoribus laborat. Quanta putas
hæc ira, quãta est vindicta, concipi vel nasci tot homines, qui numerum excedant, qui ad dominũ vel vitam æter-
nam non pertineant, quibus proinde melius erat si nati non fuissent? Nempe si incorrupta naturæ nostræ terra
permansisset, si non dei benedictionibus pestem maledicti serpentis superinduxisset, solas bonas arbores, id est, so
los bonos germinasset homines, & nullum aggrestium lignorum, quæ ad hoc nata sunt, vt excidantur, & in ignẽ
C mittantur, quia fructum non ferunt, succi eius abundantia produxisset. Hæc fortis atque terribilis nimis, & timen
da magis, quàm discutienda, diuini iudicij seueritas est. Sed nimium pij homines, & insulsa pietate hanc ipsam
dei seueritatem reprehendentes, mallent non nasci, & omnino non esse homines, quàm sic malè nasci, vt sint di-
uinæ benedictionis exortes. Hi ergo quare generant? Quare ipsi vel parentes ipsorum magis in carne sua quàm in
benedictione dei seminant, dum magis pro explenda libidine, quàm pro multiplicanda dei familia, opus gene-
rationis perpetrant? Nempe sicut iam longe superius dictum est, ex mentis superbia, profecta est carnis inconti-
nentia, & ex carnis incontinentia, pullulat conceptuum multiplicitas. Sed dicit quis, Nunquid non in sanctis & Gene.25.
continentibus hominibus inuenitur progenies ab ipsis educta super numerum? Nonne verbi gratia, Rebecca ex
vno concubitu habens Isaac patris nostri, alterum electum, alterum reprobum ædidit, sicut scriptum est, Iacob di Malach.1.
lexi, Esau autem odio habui. Peperisse autem & hanc ipsam Rebeccam in magno dolore, ipsa scriptura testatur, Gene.25.
dicens, Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, deditq; conceptũ
D Rebeccæ, sed collidebantur in vtero eius paruuli. Quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?
Itaque nec sine peccato libidinis concepit, quæ in tanto dolore peperit, vt pene non concepisse maluerit. Igitur
cum reprehendant homines deum, quod infaustos mulieris cõceptus multiplicet, se ipsos potius vel parentes suos
accusent, quod suos ipsi concubitus multiplicent, non gignendæ proli ad honorem dei, sed suæ potius studentes
libidini. Non enim quia dixit deus, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, idcirco natura mulieris con-
ceptibus superfluis fluxa facta est, sed quia peccauit mulier, & peccato suo vitiata est, idcirco prædixit deus, quid
illi ex vitio suo esset prouenturum. PROSPER DE BENEDICTIONIBVS ET PRAEDICTIO-
NIBVS DEI. Pro huius autem expiatione maledicti seminis, & immunditia parientis & infantis, sacrificia
sunt legalia instituta, vsque ad Christum regnãtem, qui sui corporis oblato sacrificio, saluos facit pusillos cũ ma-
gnis. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, dictum est. Hæc tamen quæ prædicta sunt, ita cer-
nuntur impleta, vt vsque in finem mundi supplenda doceantur. HVGO DE SANCTO VICTORE.
E Vel multiplicabo ærumnas tuas, intellige respectu ærumnarumviri. Et conceptus tuos. Non videtur esse hoc ma-
ledictio, sed potius benedictio. In lege enim maledicta erat sterilis, sed hoc dicens, ad dolorem respicit pariendi,
quia non totiens pariet, vel quia morituri erant etiam post partum, vel quia non omnes prædestinandi erant ad
æternam vitam, sicut futurum fuit, si non peccassent. In dolore paries filios, qui dolor omnes dolores superat, iu-
xta illud Psalmi, Ibi dolores sicut parturientis. Et sub viri potestate eris, nõ sub regimine tantum vt prius, sed sub 2.2.q.164.
violenta dominatione, vt te etiam verberibus & vulneribus affligat. THOMAS. Quantum quidẽ ad cor- ar.2.incor.
pus ad quod pertinet differentia sexus, alia pœna attributa est mulieri, alia viro. Mulieri quidem attributa est pœ- conclu.
na secundum duo, propter quæ viro coniungitur, quæ sunt generatio prolis, & communicatio operum pertinen-
tium ad domesticam conuersationem. Quantum verò ad generationem prolis, punita fuit dupliciter. Primò,
quantum ad tædia quæ sustinet portando prolem conceptã, & hoc significatur, cum dicitur, Multiplicabo ærum-
nas tuas, & conceptus tuos, quæ quidem multiplicatio conceptuum inducitur ad pœnam mulieris, non propter
F ipsam procreationem prolis, quæ etiam ante peccatum fuisset, sed propter multitudinẽ afflictionum quas mulier
patitur ex hoc, quod portat fœtum conceptum, vnde signanter coniungitur, Multiplicabo ærumnas tuas, & con-
ceptus tuos. Secundò, quantum ad dolorem quem patitur in pariendo, & quantum ad hoc dicitur, in dolore pa-
ries. In statu enim innocentię fuisset partus absque dolore, tunc enim ad pariendum non doloris gemitus, sed ma
turitatis impulsus fœminea viscera relaxasset, sicut ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus
naturam vtriusque coniunxisset. Quæ quidem pœnæ aliqualiter ad omnes pertinent, quæcunq; enim mulier con-
cipit, necesse est quod ærumnas patiatur, & cum dolore pariat, pręter beatam virginem, quæ sine corruptione con
cepit, & sine dolore peperit, quia eius conceptio non fuit secundum legem naturæ à primis parentibus deriuatam.
Si autem aliqua non concipit nec parit, patitur sterilitatis defectum, qui præponderat pœnis prædictis. Quantum
verò ad domesticam conuersationem, punitur secundum hoc, quod subiicitur dominationi viri per hoc quod di
citur, sub viri potestate eris. Quæ subiectio mulieris ad virum, intelligenda est in pœnam mulieris esse inducta,
non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non quantum ad regimen, quia etiam ante peccatum vir caput mulieris fuisset, & eius gubernator extitisset, sed G
prout mulier contra propriam voluntatem nunc necesse habet viri voluntati parere. CAIETANVS.
Quatuor pœnas infligit mulieri proprias vxoribus, eo quod coniugali affectu traxerat virum ad peccatum. Pri-
ma spectat ad ea quæ concurrũt ad prolem in vtero, multitudinem dolorum non solùm in vna eademque prole,
sed in multiplicatis fœtibus affuturam denunciat. Est enim ipsa multiplicatio concipiendi in grauamen mulie-
ris, vt ipsemet testãtur, In dolore paries filios. Iuxta Hebræum habetur, Cum dolore paries filios. Hinc colligitur,
quod tam concurrentia ad gestandam prolem in vtero, quàm concurrentia ad partum, fuissent in statu innocen
tiæ sine dolore, dolor enim in pœnam adiectus est, & sub viri potestate eris. Iuxta Hebræum habetur, & viro tuo
desiderium tuum. Impotentia vxoris ad prouidendum domui suæ, annexa frequenter priuationi desideratorum,
tertia pœna describitur, in hoc quod desiderium eius pendere à marito dicitur. Spectant enim hæ duæ vltimę pa-
næ ad domesticam conuersationem, quam oportet esse inter virum & vxorem. Nam quia desiderium est rei non H
habitæ, frequenter contingens carere desideratis significatur. Sæpe enim viri minus satisfaciunt desideriis vxo-
rum. Et ipse dominabitur tibi, iuxta Hebræum habetur, Et ipse dominabitur in te. Et est accusatiui casus pronomen te. Quanuis etiam in statu innocentiæ vxor subdita fuisset marito (hoc enim integræ naturæ ordo habet) quia tamen ferè in seruilem subiectionem vxor redacta est, ideo huiusmodi pœna illi irrogata describitur.
AVCTOR CATENAE. Multiplicabo ærũnas tuas. Hebraicè est הַרְבָּה אַרְבֶּה עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ harba arbe itzbonech veheronech, Multiplicans multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum. Interpres autem primum ad omne genus angustiæ doloris; retulit. Septuaginta verò, τὰς λύπας σου, dixerunt, hoc est, tristitias seu mœrores tuos. Chaldaica, Multiplicans multiplicabo tribulationes tuas. Et veré עִצָּבוֹן izabon, laborem, dolorem, tribulationem, angustiam, afflictionem, & ærumnas significat. Secundum verò Septuaginta, τοὺς στεναγμούς σου, gemitus tuos verterunt, licet dictio הֵרוֹן heron, conceptum propriè significet, sed putamus gemitum quem parientes audunt, vel angustiam illam quam habent mulieres à conceptu vsque ad partum, innuere illos voluisse. Nam & si I
exoptatus est mulieribus conceptus, affert tamen gemitum. Chaldaica, Et conceptiones tuas habet. Quod verò
sequitur, Et sub viri potestate eris, Hebraicè est וְאֶל אִישֵׁךְ תְּשׁוּקָתֵךְ Veel isech tesukathech, Et ad virum tuum desiderium tuum, siue appetitus tuus. Sic & Chaldaica. Locutio est Hebraica, quam optimè, licet variis modis Interpres & Septuaginta expresserunt, hi enim, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρά σου ἡ ἀποστροφή σου, Et ad virum tuum conuersio tua. Quicquid enim sub potestate alicuius est, ad ipsum semper spectat, sempèrque id intuetur, id semper exoptat, præsertim si non voluntate, sed natura, ea subiectio facta sit. Nos enim cum natura sub diuina potestate simus, ad eam quicquid agimus, semper referimus, ipsum imploramus, ipse desiderium nostrum est, nostraq; virtus. Elegantissima igitur est phrasis Hebraica, ita enim fert natura, vt maiora semper appetamus. Quicquid igitur appetitur, fere maius est. Ad ipsum etiam conuertimur, atque inclinamur. Dicat igitur dominus deus mulieri, Relicto viro tuo adhæsisti serpenti, & delitias contra meum præceptum perquisisti, assimilari deo desiderasti, & virum decepisti, ideo accumulabo ærumnas tuas, & conceptus tibi dolorosos impono. Delitiæ tuæ erũt subiici viro tuo, & ad ipsum semper spectare, & intueri ex animo, omnia quæ tibi præceperit exequi, quæ ex latere eius formata, æqualis & compar esse poteras, nesciuisti imperare, disce subesse, sub eius enim imperio constituta eris. Admonẽdæ mulieres, vt deo se subdant & maritis, patienter & humiliter ferant suas ærumnas, & à maritis ob imbecillitatem corporis & animi non contemnantur.

Mysticè.

RABANVS. Figuratè autem verba hæc ad ecclesiam coniugem videlicet Christi conueniunt, cuius ærumnæ post reatum præuaricationis, multiplicantur in hac vita, vt ad vitam perpetuam castigata perueniat. Multiplicantur & conceptus, cum spiritualem deo sobolem prædicando ac rectè viuendo gignere satagit. Vnde eidem suæ soboli per egregium prædicatorem dicit, Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Parit in dolore filios, cum solicita metuit, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus eorum & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Agit sub viri potestate, quia seruit domino in timore, & exultat ei, non in securitate, sed cum tremore, cui si nunquam peccasset, solo dilectionis copularetur amplexu. Et ipse L
dominabitur ei, carnales eius cohibens motus, eámque ad redemptionem vitæ cœlestis continuò supernæ institutionis exercitio prouehens, à qua si nunquam recessisset, socia cum illo semper libertate regnaret. EVCHERIVS ET ISIDORVS. Moraliter autem. De pœna mulieris quid significat quod ei dicitur, In dolore paries filios, nisi quia voluntas carnalis quæ cum dolore reluctauerat, vt faceret consuetudinem bonam, cum aliquam consuetudinem malam vult vincere, patitur in exordio dolores, atque ita per meliorem consuetudinem parit bonum opus quasi filios? Quod verò adiecit, Et conuersio tua ad virum tuum, & ipse dominabitur tui, hoc significat, quod illa voluntas carnalis quæ cum dolore reluctauerat, vt faceret consuetudinem bonam, iam ipsis erudita doloribus, cautior fit, & ne corruat, obtemperat rationi, & libenter seruit, quasi viro iubenti.

6 *Dæ verò dixit, Quia audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo tibi præceperam ne comederes, Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uescẽris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* M

6 CHRYSOSTOMVS. Excitemini aliquantulum oro, ne imperfectum iudicium relinquamus, neque relicto adhuc iudice sedente discedamus. Et iam fame ad finem peruenimus. Videamus itaque quid post sermonem mulieri factum, viro dicat, & quam illi pœnam intentet deus. *Adæ verò dixit, Quia audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo tibi præceperam ne comederes.* Plurima & ineffabilis etiam hoc loco ostenditur dei erga hominem prouidentia & cura. Sed audiamus diligenter vnumquodque dictorum, Quoniam (inquit) audisti

A audisti mulierem tuam, & comedisti de ligno, & consilium illius mandato meo maioris fecisti, & noluisti ab vni
co hoc ligno abstinere, de quo solo præcepi tibi ne comederes, non enim tibi præcepi, vt à multis abstineres, sed
de vno solo, & neque ab illo abstinuisti, sed oblitus mandatorum meorum, à muliere persuasus es, idcirco re ipsa
discas, quantum malum sis operatus. Audiant viri, audiant mulieres, & illi quidem, vt ne ferant mala consulentes, hæ autem, vt ne talia consulant. Nam si hic culpa in mulierem reiecta, nullam veniam assecutus est, qualem
quis haberet veniam, dicens, Propter vxorem hoc & hoc peccaui, & hoc & hoc feci? Ea enim de causa sub tua potestate facta est, & dominus eius pronunciatus es, vt illa tibi pareat, & non caput pedes sequatur. Verùm non raro
videmus contrarium vsu euenire, vt is qui suo ordine caput esse deberet, neque pedum ordinem seruet, & ea quæ
in pedum loco est, in caput constituatur. Veruntamen viri est, vt diligenti opera male consulentem repellat, mulier verò semper in auribus sonans habeat supplicium, quod Euæ irrogatum, quæ pestiferum illud consilium viro suggesserat, ne audeat talia consulere, neque imitetur Euam, sed illius exemplo prudentior fiat, & talia consu-
B lat, quæ & ipsam & virum omni supplicio liberatura sunt. Porro ad institutum redeamus. Adæ autem dixit deus,
Quia audisti vocem mulieris tuæ, & comedisti. Quoniam (inquit) tanta tibi negligentia in obseruando meo mãdato

Universidad de Deusto
Biblioteca

HVGO DE SANCTO VICTORE. Aut maledicta terra in opere tuo, quia non feret sponte per se fructum vt viuas, vel quia non respondebit tibi aliquando secundum opus tuum. CAIETANVS. Maledicta terra in opere tuo. Iuxta Hebræum habetur, Maledicta terra propter te. Et pœnã in genere significat, non enim maledicta terra absolute, sed propter te, hoc est, relatiuè ad te, relatiuè ad tuum bonum, pro quanto est propter te. Quid autem contineat hæc maledictio, explicabitur postea per partes. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est, בַּעֲבוּרֶךָ baaburécha, id est propter te. Ita quidem nunc habet textus Hebraicus. At nos permultis sæpe conieCturis adducimur, minimè quidem deprauatas esse scripturas Hebraicas, sed tamè multis in locis immutatas esse, vbi facilis esset lapsus, facilèque posset aut dictio in alteram dictionem, aut litera in alteram, aut syllaba in alteram syllabam transire, quibus aliqua esset affinitas, quod nos sæpe admonituri sumus, nunc quod instat agamus. Duæ sunt dictiones Hebraicę עָבוֹר abor, cuius vltima litera est res, altera עָבוּר abod, quæ daleth habet vltimã, primæq; adiuncta beth litera, significat propter, altera infinitiuum est ab עָבַר abad, hoc est operari, seruire. Interpres ergo videtur legisse בַּעֲבוֹר baabod, hoc est, In operando, in colendo, quod ipse vertit in opere, Cum interprete conueniunt & Septuaginta, qui & ipsi eandem lectionem habuisse videntur, vertêtes ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Maledicta terra in operibus tuis. Aeditio tamè Chaldaica quæ & ipsa vetustissima est, sentit cum Hebraico, id est Maledicta terra propter te. Quicquid enim miseriarũ in terra reperitur, propter hominis scelus inuectũ est. Maledicta ergo terra propter te, vel in opere tuo, hoc est, nõ tã abũdãtes, crebro & spõte, vtiles tibi fructus terra pferet. CHRYSOSTOMVS. Exin vt dicamus quid sit, maledicta terra in opere tuo, subdit. *In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ.* Vel in tristitiis comedes eã omnibus diebꝰ vitæ. Vide quot nũc seculis hãc pœnã luimus, vt nõ solũ illis vtile sit, sed vt & posteri iisdẽ rebus doceantur, vnde illis hæc supplicia sunt inuẽta. RVPERTVS. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitę tuę. Versiculus iste quo sensu dixerit, Maledicta terra in opere tuo declarat. Quid enim affert terra, si non laboraueris, si non operatus fueris? CAIETANVS. Iuxta Hebrẽũ habetur, Cum dolore comedes ipsam omnibus diebus vitæ tuæ. Ecce maledictionem terræ, quatenus est propter hominem. Nec dicit cum exercitio agriculturæ, sed dicit cum dolore, quoniam agriculturam exercuisset etiam in statu innocentiæ, sed dolorem non incurrisset, qui ei in pœnam inflictus est. Quod autem dicit comedes ipsam, ad figuram spectat, qua continens ponitur pro contento. AVCTOR CATENAE. In laboribus comedes ex ea. Hebraicè est בְּעִצָּבוֹן תֹּאכְלֶנָּה beizabõ tochalenna, In doloribus seu laboribus (est enim dictio eadem de qua paulo supra diximus) comedes eam. Inter laborem enim & dolorem, nihil propriè interest, cum alterum ex altero oriatur, propterea Græcis κόπος vtrunque sonat. Chaldaica hic, In tribulatione (ait) comedes eam, id est quicquid ex ea natum fuerit. Septuaginta, ἐν λύπαις φαγῇ αὐτήν, in tristitiis comedes eam. Est igitur sensus, Cum multo labore & molestia comedes prouentum terræ omni tempore quo viues. CHRYSOSTOMVS. Post hoc diligentius docẽs nos maledicti speciem, & tristitiæ causam, subdit, *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Ecce maledicti monumenta. Spinas inquit, & tribulos proferet terra, itaque multis laboribus & ærumnis operandum tibi, & omni tempore cum tristitia viuere te faciam, vt hoc tibi frenum sit, nequid supra dignitatem de te sentias, sed continuo cogites tuam ipsius substantiam, neque feras, vt posthac sic decipiaris. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Nunquid delitiari nos patitur ista sententia? Manducando, in hoc quod sumus ventum est. Quid mala nostra velut gloriam ducimus? Quid pœnam delitias facimus? Quid condemnationem ducimus voluptatem? Expulsi sumus de paradiso quia non ieiunauimus, ieiunemus nunc, vt ad paradisum reuertamur. Sed & ipsa omnis paradisi vita, ieiunium est. RABANVS. Per peccatum hominis terra maledicta est, vt spinas pareret, non vt ipsa pœnas sentiret, quę sine sensu est, sed vt peccati humani crimen, semper hominiꝭ ante oculos poneret, quo admonentur aliquando auerti à peccatis, & ad dei præcepta conuerti. Nam & herbæ venenosæ ad pœnam, vel ad exercitationẽ mortaliũ creatæ sunt, & hoc totũ propter peccatũ, quia mortales propter peccati fructu bonorum operum esse in agro dei, hoc est, in ecclesia, & vt timeãt ne deserat illos deus, quia & ipsi in agris suis infructuosas arbores deserunt, nec aliquam culturam eis adhibent. Ante peccatum ergo hominis non est sterilis & infructuosa nasci, propter eam videlicet quam diximus causam. ORDINARIA. Vel spinæ quidem & tribuli, sed non vt laborem homini inferrent, cui post peccatum fuerunt ad laborem & afflictionem, sicut serpentes & quæcunque noxia, antè erant innoxia. CAIETANVS. Notandum quod non dicitur spinas & tribulos germinabit absolute, sed germinabit tibi, pars enim maledictionis est, quod germinet homini huiusmodi impedimenta seu aduersantia. AVCTOR CATENAE. Et tale est ac si diceret, in detrimentum tuum, & omnino aliter, quam antea germinare solita erat. Nota vero in Hebræo hic duas esse dictiones, videlicet קוֹץ coz & דַּרְדַּר dardar, & ambas esse singularis numeri, videlicet spinam & tribulum, Sed pro pluralibus poni. Et posteriorem dictarum dictionum solum hoc in loco inueniri. Spinas ergo & tribulos germinabit tibi. Non respondebit culturæ pro voto tuo, labor & diligentia frustrabitur, ex horto fiet tibi sylua, & ex agro eremus, degenerabit terra ab originali fœcunditate, sicut homo ab originali iustitia. *Et comedes herbas terræ.* Noluisti arborũ fructus vesci, ede ergo herbã terræ tibi cõtumacis, nõ magnopere delicatis vtere, sed terrę nascẽtibus ac cõmunibꝰ. HVGO DE SANCTO VICTORE. Superius dixerat, Ecce dedi vobis omnem herbã virentẽ, & omne lignum pomiferum in escam, quomodo ergo nunc dicit, & comedes herbas terræ? Sed ibi dedit eis herbã ad opus animalium, ipsis verò primis parentibus lignum pomiferum in escam, hic verò maledicendo, dat hominibus herbam in escam, cibum scilicet iumentorum. Vnde dicit, Et comedes herbas terræ, quasi dicat, qui prius comedebas fructus paradisi. CAIETANVS. Quanuis etiam dici congrue possit, quod pœna hæc non sonat comedere herbas, sed comedere herbas agrestes, vt intelligamus, quod homo collocatus in paradiso, vesci potuisset non solum fructibus, sed herbis horti, Vnde iuxta Hebræum expresse dicitur manducabis herbam agri. *In sudore uultus tui uescêris pane tuo.* CHRYSOSTOMVS. Animaduerte quo pacto post peccatum & inobedientiam omnia secus contigerunt quàm antea, & planè diuersa, quasi diceret. Ego quidem cum in hunc mundum te prodire

Sermo de ieiunio.

A te prodire feci, volebam te degere absque doloribus, laboribus, sudoribus, & ærũnis, & omni fœlicitate frui, neque corporalibus necessitatibus obnoxiũ esse, sed ab omnibus illis liberũ. Quia verò non profuit tibi tanta securitas, ea propter & terræ maledicam, ita vt absque satione & aratione non proferat suos fructus sicut antea, sed & cũ multo labore, molestiis & ærumnis, afficiam te tristitiis & continuis fatigationibus. Sudoribus item totum humilabo, vt his exercitatus, perpetuam doctrinam habeas modestè agendi, tuámque ipsius naturam agnoscendi. Neque hoc ad modicum & breue tempus erit, sed omni tempore vitæ durabit. AVGVSTINVS VNDECIMO SVPER GENESIM AD LITERAM. Hos autem esse in terra labores humani generis quis ignorat? Et quia non essent, si fœlicitas quæ in paradiso fuerat, teneretur, non est vtique dubitãdum, ac per hoc etiam propriè verba hæc primitus accipere ne pigeat. Seruanda tamen est, & expectanda significatio prophetiæ, quam maximè hic intuetur dei loquentis intentio. RVPERTVS. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, id est tibi necessarium terra dabit. Secundum Hesi arando & serendo laboraueris, tunc demum panem tuum, id est tibi necessarium terra dabit. Secundum He-
B braicam veritatem non sic dictum est, cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Sed sic se habet ordo literæ. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Sicq; subiũctum est, spinas & tribulos germinabit tibi, vt subaudiri debeat, si non laboraueris, si non operatus fueris. Itaque in sudore vultus tui vesceris pane tuo. At ille tuus panis vitam tibi nequaquam perpetuabit, sed infirmitatem tuę mortalitatis aliquandiu sustentabit. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Duo ergo vt vides, nobis in hæreditatem reliquit ille vetustus Adam, qui fugit à facie dei, laborem videlicet & dolorem, laborem in actione, dolorem in passione. Non hoc ipse audierat in paradiso, quem acceperat vt operaretur & custodiret illum. Operaretur deleCtabiliter, custodiret fideliter, & sibi & posteris suis. CAIETANVS. Non solum maledicta est terra propter hominem, sed & ipse homo punitus est hac pœna, quæ comprehendens vniuersam vitam hominis vsque ad mortem, neque enim erit à labore desistendum. *Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in pulueremreuerteris.* CHRYSOSTOMVS. Hæc igitur sustinebis (inquit deus ad Adam) vsque ad finẽ vitæ tuæ, & donec in illam resolueris ex qua formatus es. Nam quanuis tibi corporis dederim naturam, ob meam bonitatem, ipsum tamen hoc corpus ex terra existens, iterum erit terra. Terra enim es, & in terram abibis. Enimuero vt ne hæc fierent, dixi, ne comedatis de hoc ligno. Quocunque enim die comederitis, morte moriemini. Nõ enim hoc volebam. Sed quia eorum quæ ad me attinebant, nihil intermissum est, tu autem teipsum in hæc conieCisti, ne in alium causam retuleris, sed tuæ ipsius desidiæ totum adscribito. AVGVSTINVS DECIMOTERTIO DE CIVITATE DEI. Constat igitur inter christianos veraciter catholicam tenentes fi-
D dem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturæ, qua nullam mortem homini deus fecit, sed merito inflictam esse peccati, quoniam peccatum vindicans deus dixit homini, in quo tunc omnes eramus, terra es, & in terram ibis. IDEM QVARTODECIMO DE CIVITATE DEI. Quisquis verò huiusmodi damnationem vel nimiam vel iniustam putat, metiri profectò nescit, quanta fuerit iniquitas in peccando, vbi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abrahæ non immerito magna obedientia prædicatur, quia vt occideret filium, res difficillima est imperata, ita & in paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod præceptum est, nullius difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hominis eo prædicabilior, qua factus est obediens vsque ad mortem, ita inobedientia primi hominis eo detestabilior, qua factus est inobediens vsque ad mortem.
E Vbi enim magna est inobedientiæ pœna propositа, & res à creatore facilis imperata, quis nam satis explicet, quantum malum sit non obedire in re facili, & tantæ potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio? Si quem verò mouet, cur aliis peccatis sic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum prę uaricatione mutatata est, vt tantæ corruptioni quantam videmus atque sentimus, & per hanc subiaceret & mortali, ac tot & tantis, támque inter se contrariis perturbaretur, & fluctuaret affectibus, qualis in paradiso ante peccatum licet in corpore esset animali, vtique non fuit. Siquis hoc mouetur (vt dixi) non ideo debet existimare leue ac parum fuisse illud commissum, quia in esca factum est. Non quidem mala nec noxia, nisi quia prohibita. Neque enim quicquam mali deus in illo tantæ fœlicitatis paradiso crearet atque plantaret. Sed obedientia commendata est in præcepto, quæ virtus in creatura rationali mater quodammodo est omnium custosq; virtutum, quandoquidem sic facta est, vt ei subditam esse sit vtile, pernicioſum autem suam, non eius à quo creata est, facere voluntatem. Hoc itaque de vno cibi genere non edendo, vbi aliorum tanta copia subiacebat, tam leue præceptum ad obseruandum, tam breue ad memoriam retinendum, vbi præsertim nondum voluntati cupiditas resistebat,
F quod de pœna transgressionis postea subsecutum est, tanto maiore iniustitia violatum est, quanto faciliore posset obseruantia custodiri. IDEM TERTIODECIMO DE CIVITATE DEI. Si quem etiam moueat, cur vel ipsam mortem patiantur homines, si & ipsa pœna peccati est, quorum per Christi gratiam reatus aboletur, dicimus, ad hoc relinqui animæ experimentum separationis à corpore, quanuis ablato iam criminis nexu, quoniam si regenerationis sacramentum continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, quæ tunc est fides, quando expectatur in spe, quod in re nondum videtur. Fidei autem robore atque certamine, in maioribus duntaxat ætatibus, etiam mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maximè eminuit, cuius profectò certaminis esset nulla victoria, nulla gloria, quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Cum paruulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam propterea potius curreret, ne à corpore solueretur? Atque ita non inuisibili præmio probaretur fides, sed iam nec fides esset, confestim sui operis quærendo & sumendo mercedem. Nunc verò ma-

Ser. feriæ. 4 maioris heb domadæ.

Cap. 12.

Cap. 15.

Cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iore & mirabiliore gratia ſaluatoris, in vſus iuſtitiæ pœna peccati conuerſa eſt. Tunc enim dictum eſt homini, Q
Morieris ſi peccaueris, Nunc dicitur martyri, Morere ne pecces. Tunc dictum eſt, Si mandatum tranſgreſſi fue-
ritis, morte moriemini, Nunc dicitur, Si mortem recuſaueritis, mandatum tranſgrediemini. Quod tunc timen-
dum fuerat, vt non peccaretur, nunc ſuſcipiendum eſt, ne peccetur. Sic per ineffabilem dei miſericordiam, & ipſa
pœna vitiorum tranſit in arma virtutis, & fit iuſti meritum, etiam ſupplicium peccatoris. Tũc enim mors eſt ac-
quiſita peccando, nunc impletur iuſtitia moriendo. Verùm hoc in ſanctis martyribus, quibus alterutrum à perſe-
cutore proponitur, vt aut deſerant fidem, aut ſufferant mortem. Iuſti autem malunt credendo perpeti, quod ſunt
primi iniqui non credendo perpeſſi. Niſi enim peccaſſent illi, non morerentur, peccabunt autem iuſti, niſi mori-
antur. Mortui ſunt ergo illi, quia peccauerunt, non peccant iſti, quia moriuntur. Factum eſt per illorum culpam,
vt veniretur in pœnam, fit per iſtorum pœnam, ne veniatur in culpam, non quia mors bonum aliquod facta eſt,
Cap. 2. quæ antea malum fuit, ſed tantam deus fidei præſtitit gratiam, vt mors quam vitæ conſtat eſſe contrariam, inſtru
mentum fieret per quod tranſiretur in vitam. GREGORIVS VICESIMOQVINTO MORALIVM. H
Donec reuertaris in terram, & cætera. Sic primus homo conditus fuit, vt manente illo decederent tempora, nec
cum temporibus ipſe tranſiret. Stabat enim momentis decurrentibus, quia nequaquam ad vitæ terminũ per die-
Cap. 3. rum incrementa tendebat. Stabat tanto robuſtius, quanto ſemper ſtanti ardentius inhærebat. At vbi vetitum con
tigit, mox offenſo creatore cœpit ire cum tẽpore. Statu videlicet immortalitatis amiſſo, curſus eum mortalitatis
Cap. 5. abſorbuit. Et dum à iuuentute ad ſenium, à ſenio traheretur ad mortem, tranſeundo didicit, ſtando quid fuit. Cu-
nem ducimus, eius curſum naſcendo ſortimur, vt eo ipſo quotidiano momento quo viuimus, inceſſanter à vita
tranſeamus, & viuendi nobis ſpacium vnde creſcere creditur, inde decreſcat. IDEM DVODECIMO MO-
RALIVM. Quid autem terræ vel pulueris nomine, niſi peccator accipitur, cui voce conditoris dicitur, Terra
es, & in terram ibis? Vel certè ſicut habet noſtra tranſlatio, Puluis es, & in puluerem reuerteris. IDEM DE-
Sermo. 35. CIMONONO MORALIVM. Vel per terram homo infirma ſapiens deſignatur, cui peccanti dictum eſt, I
Terra es, & in terram ibis. EVCHERIVS. Cum dixiſſet deus, Adam vbi es? mortem ſignificauit animæ,
quæ facta eſt illo deſerente, ſed dicendo, puluis es, & in puluerem reuerteris, mortem ſignificauit corporis, quæ
illi fit anima diſcedente. Propterea de morte ſecunda nihil dixiſſe credendum eſt, quia occultam eſſe voluit pro-
pter diſpenſationem teſtamenti noui, vbi ſecunda mors apertiſſimè declaratur, vt prius pateat iſta mors quæ com
munis eſt omnibus, mors verò ſecunda non vtique communis eſt omnibus. BERNARDVS SVPER
Ser. ſancti Martini. CANTICA. O miram rerum mutationem. Habitabat homo in paradiſo, & in loco voluptatis conuerſatio
eius. Nihil moleſtiæ, nihil indigentiæ ſentiebat, & odoriferis ſtipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore co-
ronatus, & conſtitutus ſuper opera manuum plaſmatoris. Magis autem ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præcelle-
bat, & erat illi ſors & ſocietas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœleſtis exercitus. Sed mutauit iſtam
gloriam dei, in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. IDEM IN SERMONIBVS. Audite quique K
terrigenæ, & filij hominum, vobis dicimus & de vobis. In terra orimur, in terra morimur, reuertentes in eam
vnde ſumus aſſumpti. Hic nobis anguſtus introitus, mora breuis, ſola mors certa. Cogitur totus Adam iudicium
portare quod meruit. Dilatatus eſt vehementer, multiplicatus eſt, repleuit terram. Attamen velit nolit, quantun-
cunque recalcitret, vniuerſus adhuc fert ſententiam quam excepit. Terra (inquit) es, & in terram ibis. Grauis equi-
dem ſententia, ſed non ſine grandis miſericordiæ temperamento. Dura admodum, ſed ſi merita penſes, indul-
gentiæ plena. Siquidem non minus iuſte peccanti diceretur, terra es, ſed ex hoc ſub terram ibis, Iuſtus foret etiam
tunc iuſtus dominus, & laudabilis nimis. At non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, ſed nos qui
viuimus benedicimus domino. Peperciſti ergo creaturæ tuæ domine, peperciſti gloriæ nominis tui, & propter
hoc cum iratus fuiſſes, miſericordiæ meminiſti, non damnans hominem in loco perditionis, ſed in loco afflictio
nis humilians. Quid cauſaris homo? quid ſentẽtiam quæris duriorem? Terræ addictus es, factus è terra, vt ipſa tibi
ſit patria, quæ materia fuit. PROSPER DE PRAEDICTIONIBVS ET PROMISSIONIBVS L
DEI. Hanc autem prædictam pœnam peccati, radix humani generis Adam pro ſententia excepit, ac ſuis po-
ſteris tanquam ramis transfudit, Per vnum nanque hominem, dicit apoſtolus, peccatum intraſſe in mundum, &
ita in omnes homines pertranſiſſe, in quo omnes peccauerunt. Humus enim quæ creatoris imperio fertiles ſalu-
bresq; ex ſe herbas, ſine vlla cultura homini antè produxit, poſt ærũnis ſentibusq; referta eſt, vt in ſudore ac labore
ex ea omnem hominem edere panem oporteat, donec recurrat in mortẽ. Non tantum prędicta audire iſta meru-
Pſalm. 103. mus, quàm etiam approbata expẽdere. Vnde & Dauid dicit, Exibit homo ad opus ſuum & ad operationem ſuam
Pſalm. 127. vſque ad veſperam. Et item, Labores manuum tuarum manducabis. Apoſtolus quoque dicit, Qui non vult ope-
2. Theſſ. 3. rari, nec manducet. Et dominus vſque in vndecimam horam operarios mittit ad vineam. RVPERTVS.
Donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ecce vltima percuſſio
mors carnis eſt. Saltem hæc plaga ſuperbiam cineris domare, & redigendas in lutum ceruices quandoque flecte-
re habebat. Iam antea quidem miſer homo verè mortuus, quia deo mortuus erat, ſcilicet morte peccati, quæ ani- M
mam à deo ſeparat. Dixit enim deus, quia in quocunque die comederis ex eo, morte morieris. At ille recenti pe-
tulantia carnis delibutus, eius mortis amaritudinẽ non ſentiebat, quemadmodum & nos hodie, cum tam multos
quotidie carne quoque morientes videamus, laſciuiente adhuc ſanguine, iocamur & ridemus, iamq; gaudiis æ-
ternis priuati, & mox temporalibus quoque priuandi, tamen læti ſumus. Quid ſi nunquam carne morituri eſſe-
mus? Quomodo animæ mortem, & futurum in fine ſeculi iudicium, ſurdis auribus præteriremus, qui cras mori-
turi, hodie ſuperbimus? Quid (inquam) ſi interim dum viuimus, abſque laboribus, & abſque ſudore vultus ſui om
nis homo pane ſuo veſceretur, cum ſemper in ſolitudine fauoris, & alternante diuerſarum rerum penuria, præte-
rea nunquam de imminente morte nobis incertis, tamen adhuc ſemetipſam caro noſtra præ ſuperbia neſciat, &
libidinibus diffluat? Bene ergo deus bonus, ne malam mortem animæ ſuæ homo neſciret, & ſecurus vſque ad vl-
timum iudicij diluculum in ſuis voluptatibus dormiret, morte carnis illum percellit, vt ſaltem eius inſtantis me-

tu aliquis

A tu aliquis euigilet. Et interim quia ſaturitas panis & otium, iſtam quoque poſſet abolere ſolicitudinem, voluit illũ
non ſine laboribus & ſudore vultus ſui veſci pane ſuo, quin etiam fortiter laborantem, nonnunquam ſterilibus
annis magna ex parte priuari fructu ſuo. Igitur non iratæ iuſtitiæ, ſed miſerantis eſt gratiæ, quod vitiatum homi
nem deus mortalem eſſe, & interim dum viuit, in laboribus pane ſuo veſci voluit, vt videlicet antequam veniat
dies iudicij, quo cum antiquo peccatore diabolo damnandi ſunt omnes iniqui, reſipiſcant aliqui laboribus & do Matth. 2.
loribus, tandemque ipſa morte eruditi, quatenus vel ſola vexatio det intellectum auditui. Porro illorum qui nec Eſaiæ. 28.
tantis paternæ diſciplinæ verberibus afflicti reſipiſcunt, dãnatio iuſta eſt, quia culpa inexcuſabilis eſt. Quid enim
vltra faciat deus, vt eos à malis coërceat? Super quo (inquit) percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Et Eſaiæ. 1.
ſubinde, Terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni. Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant,
& deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili, & cætera. Hæc cum per prophetam dicit, profectò illud patenter innuit,
B quod & vniuerſum genus humanum, & ipſa tandem morte percuſſerit, vt non ſicut immortalis diabolus,
adderent præuaricationem, ſed potius ab antiquæ præuaricationis ſuperbia, per humilitatem pœnitentiæ refuge-
rent. Ad hoc valet & illud, quod eiuſdem mortis diem vel horam homini incognitam eſſe voluit, vt dum neſci-
tur quando ſit, quæ ſine dubio futura eſt, ſemper ſollicitum reddat, ſempérque ſuſpectum ſuperbire non ſinat. Di
xit enim indefinite, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, & non dixit, vſque ad tot annos vel tot dies,
quibus tranſactis ſtatim reuerteris in terram de qua ſumptus es. Ita ergo viuere hominem voluit, quaſi altera die
iudicandum, & rationem de propriis factis redditurum. Et vide quam terribiliter hominem, qui exiſtimauit ini- Pſalm. 49.
que, quod eſſet deo ſimilis, arguat, & ſtatuat eum contra faciem ſuam, dicendo quod puluis es, & in puluerem re-
uerteris. Huius ſententiæ percuſſionem adeo natura ſentit, vt hominibus antiquitus in ſumma afflictione pro ma
ximo doloris teſtamento, capita cinere aſpergere ſolenne fuerit. Verùm hæc propriæ conditionis recordatio tunc 2. Reg. 13.
vtiliter ſe aperit, cum ex ſapienti humilitate procedit, iuxta exemplum patris Abrahæ dicentis, Loquar ad domi- Gene. 18.
C num meum cum ſim puluis & cinis. Cum enim hoc humiliter nos recordamur, miſericorditer & ipſe recorda- Pſalm. 102.
tur, ſicut ſcriptum eſt, Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe, quoniam ipſe co- 2. 2. q. 164.
gnouit figmentum noſtrum, & recordatus eſt quoniam puluis ſumus. THOMAS. Sicut ad mulierem perti- art. 2. 3 cõcl.
net, vt ſubdatur viro in his quę ad domeſticã cõuerſationem pertinent, ita ad virum pertinet, quod neceſſaria vi-
tæ procuret, & circa hoc punitur tripliciter. Primò quidem per terræ ſterilitatem, cum dicitur, Maledicta terra in
opere tuo. Secundò per laboris anxietatem, ſine qua fructus terræ non percipitur, vnde dicitur, In labore come-
des de ea cunctis diebus vitæ tuæ. Et pauloposſt, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Oportet enim vt quicunq;
terram operatur, in ſudore vultus comedat panem, & qui ipſi per ſe agriculturam non exercent, in aliis laboribus
occupantur, homo enim naſcitur ad laborem, vt dicitur Iob quinto, & ſic panem ab aliis in ſudore vultus elabo-
ratum, manducant. Tertiò quantum ad impedimenta quæ proueniunt terram colentibus, vnde dicitur, Spinas
& tribulos germinabit tibi. Nam licet etiam ſpinas & tribulos terra germinaſſet, ſi homo non peccaſſet, in cibum
D animalium, non tamen in hominis pœnam, quia ſcilicet propter eorum exortum nullus labor aut punitio homi
ni operanti in terram accideret, quanuis Alcuinus dicat, quod ante peccatum terra omnino ſpinas & tribulos nõ
germinaſſet, ſed primum eſt melius. Similiter ex parte animę etiam ei pœna imponitur, quantum ad commemo-
rationem futuræ mortis, ſecundum quod ei dictum eſt, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ad quod etiam perti-
net, quod poſtmodum deus fecit eis tunicas pelliceas, in ſignum mortalitatis eorum. IDEM IN OPV- Opus. 3.
SCVLIS. Quanuis autem peccatum primi parentis totam humanam naturam infecerit, non tamen potuit cap. 198.
per eius pœnitentiam, vel quodcunque eius meritum tota natura reparari. Manifeſtum eſt enim quod pœniten-
tia Adæ vel quodcunque aliud eius meritum, fuit actus ſingularis perſonæ, actus autem alicuius indiuidui, non
poteſt in totam naturam ſpeciei. Cauſæ enim quæ poſſunt in totam ſpeciem, ſunt cauſæ æquiuoce, & non vni-
uoce. Sol enim eſt cauſa generationis in tota ſpecie humana, ſed homo eſt cauſa generationis huius hominis.
Singulare ergo meritum Adæ, vel cuiuſcunque puri hominis, ſufficiens eſſe non poterat ad totam naturam re-
E integrandam. Quod autem per actum ſingularem primi hominis tota natura eſt viciata, per accidens eſt con-
ſecutum, inquantum eo priuato innocentiæ ſtatu, per ipſum in alios deriuari non potuit. Et quanuis per pœniten
tiam redierit ad gratiam, non tamen redire potuit ad priſtinam innocentiam, cui diuinitus prædictum origina-
lis iuſtitiæ donum conceſſum erat. Similiter etiam manifeſtum eſt, quod prædictus originalis iuſtitiæ ſtatus,
fuit quoddam ſpeciale donum gratiæ, gratia autem meritis non acquiritur, ſed gratis à deo datur. Sicut igitur
primus homo à principio originalem iuſtitiam non ex merito habuit, ſed ex diuino dono, ita etiam & multo
minus poſt peccatum eam mereri potuit pœnitendo, vel quodcunque aliud opus agendo. CAIETANVS.
Donec reuertaris in terram, & cætera. Mors non violenta, ſed per reſolutionem naturalem in pœnam data
ſignificatur, ad ſignificandum quod propter ademptum beneficium diuinum ſeruatiuum hominis à morte, me-
rente hoc homine, relictus eſt homo naturali mortalitati. Ita quod mors quæ fuiſſet abſolute loquendo, ſuapte
F natura naturalis homini, reddita eſt etiam pœnalis, ex hoc quod homo meruit perdere donum diuinum ſer-
uatiuum à morte. Et propter huiuſmodi naturalitatem in quam iuſte redactus eſt, afferuntur cauſæ naturales,
quia de terra ſumptus es, hæc eſt enim cauſa naturalis reſolutionis in terram. Et quoniam non de terra imme-
diate, ſed de puluere terræ formatus fuerat, ideo ſubiungitur proxima materia, quia puluis tu, ſecundum cor-
pus, & in puluerem reuerteris. Vbi aduerte, quod cum dicitur quia puluis tu, non ſignificatur puluis ſub forma
pulueris, ſed ſub forma corporis humani, ſicut ſi diceremus quod panis eſt farina, non ſignificaretur quod eſt
farina ſub forma farinæ, ſed ſub forma panis. Quum autem dicitur, & in puluerẽ reuerteris, ſignificatur puluis ſub
forma pulueris. Aduerte prudẽs lector, quod quẽmadmodum mors quæ ſuapte natura conſequebatur hominem,
pœna eſt propter ademptum beneficium ex peccato, ita impedimenta ſpinarum, dolores, ſudores ac labores, inter
pœnas ſupputantur propter beneficium diuinum præſeruatiuum hominis ab iſtis, ademptum ex eodem peccato.
AVCTOR CA. Donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Aduer
tẽdũ Hebraicè eſſe עָפָר aphar, quod & puluerẽ & terrã ſignificat. Chaldaica & interpres puluerẽ, Septuaginta γῆν,

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram transtulerunt. Sed idem est. Hæc (inquit) quæ prædixi patieris, Quoadusque redeas ad originem tuam ex-
xta corpus, humum scilicet, vnde sumptus es, vt nunquam superbias, nec hominum quispiam confratrem conte-
nat, de eadem massa pariter conditi. CHRYSOSTOMVS. Sed nobis quæstio hic nascitur, Dixit deus, quo-
cunque die comederitis, morte moriemini, multorum autem annorum numero ostenditur vixisse illos post in-
obedientiam, & cibi esum. Et quæstio quidem aliqua esse videtur, his qui à superficie salutant diuinas litteras.
At si quis magno studio aures adhibeat, manifestum est quod dicitur, neque quæstio fuerit attendenti. Nam licet
multos annos vixerint, attamen à quo tempore audierunt, terra es & in terram abibis, & sententiam acceperunt
mortis, mortales fuerunt, & ex illo tempore fuerunt, perinde ac si quis illos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur &
scriptura significans, dixit, Quocunque die comederitis, morte moriemini, hoc est, sententiam accipietis, morta-
les post hac vos futuros. Sicut enim in humanis iudiciis, quando quis sententia lata vt capite mulctetur, iterum
in carcerem coniicitur, & licet ibi multo tempore agat, nil melius tamen habet defunctis & mortuis, vtpote iam
per sententiam mortuus. Eodem modo & illi, ab eo die à quo mortalitatis sententiam acceperunt, tam etsi longo
tempore duraverint, nihilominus sententia mortui erant. Hinc tamen obstupescere ineffabilem dei misericor-
diam debemus. Quod nos qui supra terram sumus, & in terram dissoluimur, si voluerimus virtutem amplexari,
& vitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona, quæ parauit & promisit diligentibus se. Gratias igitur illi
multas debemus, nostrum confitendo dominum, pro tot talibusq; beneficiis, & nequaquam ex memoria dimit-
tendo, per bona opera, & diligenti malorum fuga, ipsum mitigemus. Quomodo non omnis ingratitudinis signū
fuerit, si ipse quidem cum deus sit, & immortalis naturæ, non refugit assumere mortalem & terrestrem nostram
substantiam, vt & ab antiqua morte nos liberaret, supra cœlos eueheret, honore quo patri considet, exaltaret, &
ab omni cœlesti exercitu adorari faceret? Nos autem contraria illi retribuere non erubescimus, sed & immorta-
lem animam, quasi dixerit quis carni agglutinatam, terrenam ipsam & mortuam, & nihil operari valentem, fa-
cere curamus. Obsecro ne sic fiat, ne sic ingrati simus erga benefactorem nostrum, sed illius præceptis obedientes
Mysticè quæ ipsi grata sunt & probantur, operemur, vt & æternis bonis dignos nos ostendat.
AMBROSIVS. Spiritaliter autem, tria hic per ordinem nobis insinuantur. Primum, in tristitiis comedes
terram cunctis diebus vitæ tuæ. Secundum, manducabis fœnum agri. Tertium, in sudore vultus tui vescēris pane
tuo, vt quendam intelligamus in his esse processum. Et quando terram manducamus, in quadam malitia esse vi-
Galat. 2. demur, quando fœnū, in quodā processu, quando verò panē, cū consummata fuerit fortitudo. Ergo & nos habea-
Esa. 40. mus processum vitæ huius, sicut habuit & Paulus, qui dicit, Viuo aūt iā non ego, hoc est, non ego qui terram mā
ducabam, non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnum, sed viuit in me Christus, hoc est, viuit panis ille viuus,
qui venit è cœlo, viuit sapientia, viuit gratia, viuit iustitia, viuit resurrectio. Deinde considera, quia non est male-
dictus homo, sed maledictus est serpens. Nec terra in se maledicta est, sed maledicta (inquit) in operibus tuis. Ad
animam dictum est. Tunc terra maledicta est, si habeas opera terrena, id est opera secularia. Et maledicta non in
vniuersum, sed vt spinas & tribulos generet, nisi fuerit humanæ studio operationis exercitata. Quod si eam exer-
cuerimus, in labore quidem & sudore, sed tamen panem manducabimus. Repugnat enim lex carnis legi mentis.
Galat. 6. Et laborandum nobis est ac desudandum, vt castigemus corpus, & seruituti redigamus, & quæ sunt spiritalia,
seminemus. Si enim carnalia seminauerimus, quæ carnalia sunt, metemus, si verò spiritualia seminauerimus, me-
temus ea quæ sunt spiritualia. EVCHERIVS. Iam verò per sententiam quæ in virum infertur, ratio nostra
arguitur, quę peccati concupiscentia seducta, à paradiso beatitudinis remota, habet maledictiones terrenæ opera-
tionis, habet & dolores temporalium curarum, quasi spinas & tribulos. DIDYMVS. Quid enim ex corpore
sequitur, nisi quod spinosas curas atque dolores inurat? Ex ipso tum voluptates, tum curę oriuntur, quas spinas ser
uator appellat, quæ semen verbi suffocare solent. INTERLINEARIS. Vel germinat terra spinas & tribu-
los, id est, punctiones tortuosarum quæstionum, & cogitationes de prouisione huius vitæ. EVCHERIVS.
Sermo. 48. Vel spinas & tribulos, incentiua quodammodo vitiorum accipere debemus, quę in nobis nullo modo essent, si fœ
licitatem paradisi primus homo non perdidisset. BERNARDVS SVPER CANTICA. Donec ergo
in carne est anima, inter spinas profectò versatur, & necesse est vt patiatur inquietudines tētationū, tribulationūq;
aculeos. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Verè lex peccati est, quam humano generi præuaricatio
Collat. 23. caput. 11. sui induxit auctoris, per illius noxam in quem lata est, æquissimi iudicis illa sentētia. Maledicta terra in operibus
tuis, Spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudore vultus tui edes panem tuum. Hæc (inquam) est lex membris
omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ, eamq; à diuino arcet intuitu, & per quam maledi-
cta terra in operibus nostris, post agnitionem boni & mali cogitationū spinas cœpit ac tribulos germinare, quarū
aculeis, id est vitiis carnis non obtusis, spiritus semina præfocantur, ne illum panem nostrum qui de cœlo descen-
dit, quiq; confortat cor hominis, ædere absque vultus nostri sudore possimus. EVCHERIVS. Cum ergo aut,
In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, illum intelligi voluit panē,
qui de cœlo se descendisse testatus est, qui dat vitam mundo. Hunc ergo panem cum maximo sudore & pœniten
tiæ satisfactione, accipiunt pœnitentes.

7 ET uocauit Adam nomen uxoris suæ Eua, eo quod mater esset cunctorum uiuentium. Fecit quoque domi
nus deus Adæ & uxori suæ, tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam factus est quasi unus ex
nobis, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno uitæ, & co-
medat & uiuat in æternum. Emisit eum deus de paradiso uoluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.
Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque uersatilem, ad
custodiendam uiam ligni uitæ.

CHRYSOSTOMVS.

A CHRYSOSTOMVS. Vidistis hucusque iudicis misericordiam? Vidistis examen benignitate refertum? Vidistis suppliciorum diuersitatem? quomodo punitus sit dolosus ille supplantator, quomodo etiam deceptis pœna sit intentata, quę magnā dei præferret misericordiam? Vidistis quomodo cōmodorū nobis occasio fuit, adsistere tribunali, & videre quomodo processerit examen? Cognouimus enim quantis seipsos bonis mandati transgressione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & vita non inferiore quàm angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus quantum malū sit desidia, quomodo & præsentibus spoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco obsecro, sobrij simus, fiantq; nobis illorum lapsus, remedia, & illorum desidia, securitatis causa. Quia maior pœna est eorum qui post illos peccant, & tantis exemplis emendare se nolunt. Non enim qui postea eadem peccant quæ primi, in eandem pœnam incident. Id quod breuiter ab orbis doctore sapientissimo, beato Roma. 2. Paulo (inquam) discere possumus, qui dicit, Quicunque enim sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. His verbis dicit, non eandem luituros pœnam eos qui
B ante legem & eos qui post legem. Grauius enim punientur, qui post legem datam peccauerint. Nam quicunque sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Proficiet illis ad leuiorem pœnam, quod legis doctrina & admiculo caruerunt. Et quicunque sub lege peccauerunt, per legem & iudicabuntur. Istis dicere vult, quia & legem habuerunt magistram, & neque sic emendati sunt, sed eadem quæ illi peccauerunt, grauiorem quoque pœnam dabunt. Porrò audiamus quæ modo sunt lecta. *Et uocauit Adam nomen uxoris suæ Eua, eo quod mater esset cunctorum uiuentium.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera habet, Et vocauit Adam nomen vxoris suæ vitam, quia ipsa est mater omnium viuentium. Quare Eua vita sit appellata demonstrat, eo quod sit mater omnium viuentium. חוה Eua quippe, transfertur in vitam. AVGVSTINVS. Neq; enim fruſtra ipse Adam maiori quodam instinctu tunc vocauit nomē mulieris suæ vitam, subiiciens etiam, quoniam ista est mater omnium viuentium. Nam & hæc non scriptoris narrantis vel affirmantis, sed ipsius primi hominis verba intelligenda sunt, vt diceret quoniam hæc est mater omnium viuentium, tanquam nominis à se
C impositi causam inferens, cur eam vocauerit vitam. CHRYSOSTOMVS. Vide diuinæ scripturæ diligentiam, quomodo neque hoc præterit, sed docet nos, quod & mulieri nomen, Adam imposuerit. Vocauit (inquit) nomen vxoris suæ Eua, id quod est vita, quia ipsa est mater omnium viuentium, hoc est, ipsa est origo eorum, qui ex illa sunt futuri, radixque & fundamentum posteritatis. RVPERTVS. Mira narrantis digressio. Nec dum sententia terminata est tantæ calamitatis, vt vacet hinc diuertere ad dicendum nobis, quo nomine reus iam conuictus & pendens sub iudicis manu, suam vxorem nuncupauerit. Narrauerat dixisse deum, In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, mōxque dicturus erat deus, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, Quis hic locus erat, vt insereret, quia appellauit Adam nomen vxoris suæ Euam? An forte non est digressio, sed sic se habet ordo rerum, sicut est ipsa narratio? Si ita est, imo quia ita est, nec enim negligenter, sed maximè prudenter hic Interpres dei narrationē suam
D prosecutus esse credendus est, mira peccatoris simul & contemptoris surditas, & superbæ mentis eius duritia breuiter deprompta est. Quid enim insanius, quàm in tali articulo Euam dicere eam, quæ non habet vitam? Eua nanque transfertur in vitam. Dixerat autem deus, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et illa comederat, ac viro suo dederat, & dando occiderat, & nunc in præsentiarum dicebat, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, & sic vtraque morte, corporis scilicet & animæ iam mortuus, & adhuc moriturus erat, tam ipse quàm vxor sua. Quid ergo insanius, quàm in illo talis causæ iudicio, illam nuncupare Euam, id est, vitam, quæ nec saltem habebat vitam, dicere matrem cunctorum viuentium eam, quæ potius est mater cunctorum morientium? Omnes enim in peccato eius moriuntur, & nemo filiorum eius viuit, nisi qui per vnum hominem Christum viuificantur. Et quidem si hoc alias dixisset, verbi gratia, superius vbi dixit, Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est, si (inquam) tunc dixisset, hæc vocabitur Eua, quia mater cunctorum viuentium est, nullā nobis admirationem fecisset, quia videlicet & secundum sensum eius, cunctorum viuentium, id est, hanc infœlicem
E vitam ingredientium, mater est. Nunc autem in eo mirabile est, quod vbi mortis corporeæ sententia ferebatur, iam spirituali morte mortuus, illic vxorem suam Euam, id est, vitam appellauit. Similiter & hoc notandum, quod nusquam sacra scriptura nomen illud quod est Eua, commemorat, nisi hoc loco, & paulo infra cum dicitur, Cognouit Adam Euam vxorem suam. Ibi sicut & hic, si ritè perspicias, miranda cordis impœnitentis duritia est, mira quoq; carnis innuitur superbia, gloriantis adhuc in ipsa pœna sua, de posteritate futura. Igitur quod cū dixisset deus, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, continuò subiunctum est, & vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium, idem est ac si diceretur, sicut superius dicenti deo, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, sed comedit, quia mulierem quæ prior comederat, non statim corporaliter mortuam esse vidit, sic & nunc dicenti, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, adeo non credidit, vt è contrario vocaret nomen vxoris suæ Euam,
F id est, vitam, eo quod esset mater cunctorum viuentium. HVGO DE SANCTO VICTORE. Videlicet futura, non enim tunc alicuius erat mater, sed fuit postea. AVCTOR CATE. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, &c. Quod solet omnibus prope linguis accidere, vt vocabula vnius in alteram transeuntia, aut immutentur, aut penitus deprauentur, id in primis linguæ contigit Hebraicæ. Ex qua si qua in nostrum aut Græcorū sermonem, nomina sumpta sunt, nullum ferè apparet in eis pristinæ compositionis vestigium. Vt est istud Euæ nomen, quod varium est tam apud Græcos quàm Latinos. Neque vllam etymologiam recipit, si eo modo proferatur, vt nos & Græci proferimus. Itaque Chaua dicendum esset, non Eua. ה heth scilicet, non ח præcedete. Dicitur enim à Chaia, id est vita, vel animali, iod in vau commutata, sicut alibi pluribus in locis contingit, quippe quæ fuit omniū viuentium mater. Huius nominis corruptela, fecit vt putarent Aue dictum esse ab Eua, per inuersionem literarum, sicut contraria fuerunt quæ inuexit Eua his quæ beata virgo intulit. Quæ quanquam pia sunt, solidū tamen nō habent fundamentum, vt cuiq; Hebraicas vel mediocriter callenti literas patet. Septuaginta quod propriū nomen primæ mulieris fuerat, nō satis (vt remur) cōmode appellatiuum fecerunt. Quod etiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Hebraica veritate dissentit, ἑκάλεσεν δὲ Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, Ζωή, id est, Vocauit Adam nomen vxori suæ vitam Hebraicè tamen nō est vita, sed nomen à vita deductū, vita enim חַוָּה haia vocatur, à quo nomine חַוָּה haua, hoc est, Eua. Sciendum autem, vbi apud nos est, eo quod esset mater cunctorum viuentium, latius & clarius in Chaldaica æditione haberi, videlicet Eo quod esset mater omnium filiorum hominis. Et rectè quidem, omnium enim hominum, non autem aliorum animalium viuentium, mater Eua dicitur, quia nullus post eam homo natus est vel conditus sine muliere, sed bene sine viro. CHRYSOSTOMVS. Dein postquam docuit nos quomodo mulieri impositum nomen, iterum ostendit nobis dei bonitatem, quæ non despexit suas creaturas, in tanta nuditate & ignominia versantes. *Fecit quoque* (inquit) *dominus deus Adæ & uxori suæ tunicas pelliceas, & induit eos.* BASILIVS. Neque ex natura, neque ex arte conueniebat eum habere vestes, sed erant aliæ paratæ fortiter pugnanti, ædito virtutis exemplo. Dico vestes, fulgentes ex diuino munere, circum hominem flagraturæ, quales sunt angelorum, omnium florum varietatem, astrorúmque nitorem superantes. Quo circa non statim his indutus est, quippe in præmium erant virtutis à deo repositæ. Ad quas aspirare diabolica vanitate non est permissus. AVGVSTINVS. Et fecit dominus deus Adæ & vxori suæ tunicas pelliceas, & induit eos. Et hoc significationis gratia factum est, sed tamen factum, sicut illa quæ significationis gratia dicta sunt, sed tamen dicta sunt. Hoc enim quod sæpe dixi, nec me sæpius piget dicere, à narratore rerum propriè gestarum exigendum est, vt ea narret facta esse quæ facta sunt, & dicta esse quæ dicta sunt. CHRYSOSTOMVS. Sicut misericors pater filium habens bona indole præditum, & omni cura educatum, & fruentem omnibus deliciis, & veste nitida, & sericis amictum, & paternis opibus secure vtentem, cum viderit eum nimia prosperitate in malitiæ præcipitium prolapsum, priuat illis omnibus, & suæ potestati subiicit, & veste spoliat, & vilem seruilémque togam illum induit, ne omnino nudus sit & turpis. Ita & misericors deus, quoniam Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat, exuit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hanc ruinam gaudebant, multámque erga illos declarauit misericordiam, misericordia motus ob tantam ruinam, quia videbat magna confusione circumamictos, & nescios quid facerent. Tales enim sunt diaboli machinationes, vt si quando aliquem inuenit qui sibi pareat, cum voluptatula quadam supplantatum, & in profundum malitiæ proiectum, omniq; confusione & ignominia plenum, iacere relinquat, miserabile omnibus qui illum vident spectaculum. At animarum nostrarum curator, videns illos in tantis difficultatibus, ipsos non omnino destituit præsidio, sed velamentum illis excogitat, vestem frugalem, ostendens qualibus se vestimentis dignos fecerint. Et fecit dominus deus Adæ & mulieri illius vestes pelliceas, & induit illos. Vide oro, quantam sermonis humilitatem nobis attemperat diuina scriptura. Id quod sæpe dixi, id & nunc dico, vt omnia ita intelligamus, sicut par est de deo intelligi. Et verbum fecit, accipe pro eo quod est imperauit, vt essent. Iussit enim togis pelliceis vestiri, in perpetuam memoriam quod inobedientes fuerimus domino. Audiant opulenti, & qui luxuriant in vermium operibus, & vestiuntur sericis, discántque, quomodo ab initio humanam naturam misericors dominus docuerit. Quia propter transgressionem, pœnæ mortis reus erat factus protoplastus, opúsque habebat veste quæ confusionem tegeret, pelliceas fecit vestes, quo docuit nos, vt mollem & dissolutam vitam fugiamus, neque inertem & remissam sectemur, sed magis austeram amplexemur. Sed fortè grauatim ferentes hæc diuites, dicent, Igitur pellibus vestiri nos iubes? Non hoc dixerim. Nam neque illi perpetuò vsi fuerunt his vestibus. Misericors enim dominus, prioribus beneficiis recentiora quædam superaddidit. Nam postquam sese corporalibus necessitatibus obnoxios facere, & ab immortalitate illa & angelica vita exciderunt, dispensauit deus, vt ex ouium velleribus indumenta sibi pararent, non alia de causa, quam vt tegumentum habeant, & ne rationale animal hoc, similiter nudum & inhonestum inter bruta illa versaretur. Itaque vestium amictus continuum nobis sit monumentum, quo memores simus, quantis bonis exciderimus, & discamus, quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto vtuntur apparatu, vt iam vsum lanæ prorsus audire nolint, sed serico vestiantur, eóque insaniæ peruenere, vt aurum vestibus intexant. In primis autem mulieres huic L
1. Thimo. 6 molliciei deditæ sunt. Quare dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes eiusmodi amictu? Nō cogitas, quod pro magno supplicio propter transgressionem tegmen hoc excogitatū est? Et quare non audis Paulū, dicentem, Habétes victum & amictum, illis contenti simus? Vides quod vnius duntaxat rei habenda hic sit cura, videlicet ne corpus nudum sit, sed vt tegatur. Num adhuc de varietate vestium oportet solicitū esse? GENNADIVS. Quemadmodum verba illa quæ Adam dixisse refert Moyses ex diuina proculdubio reuelatione, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, Seruator noster in euāgeliis deum dixisse retulit, ita quod hic ait, Et fecit illis deus tunicas pelliceas, Adam & Euam à deo inspiratos fecisse dicendum est. Tunicas autem pelliceas intelligimus, quas sibi ex corticibus quasi pellibus arborum confecerunt. THEODORVS. Cùm ergo quæritur quæ nam essent pelliceæ tunicæ, si dixeris ex pellibus animaliū, huic opinioni repugnat, quod nulla animalia sacrificari iussa erant, aut si in sacrificium iugulata essent, animantium illorum genus defeciset, masculum nanq; tantummodo & fœminam fecerat deus, neq; ex nihilo factas esse dicere possumus, iam enim requieuerat deus ab operibus suis. Quid ergo? Dicendum cortices arborum pelles quoque rectè dici, non eas tantum quæ animali- M
bus detrahuntur. Ex his igitur sibi tunicas confecerunt, id illis diuina bonitate suggerente. THEODORETVS. Et fecit eis tunicas pelliceas. Hi qui allegoriis oblectantur, per tunicas pelliceas mortalem carnem intelligi volunt. Nonnulli è corticibus arborum confectas tradunt. Ego verò neutrum horum sequor, propterea quod alterum curiositatem sapit, alterum fabulosum est. Scripturam itaque sequi atque amare debemus. Vnde sciendum est omnium rerum opifici nihil difficile esse, eiúsque infinitam bonitatem nos admirari debere, quæ præuaricatores legis suæ non despexerit, & nuditati eorum tam pie, támque clementer prouidere dignatus sit. DIODORVS. Pelliceas igitur tunicas illis dedit deus ex suis ineffabilibus thesauris, quare minimè quærendum est vnde eas attulerit. HIPPOLYTVS. Mortuum quidem vestimentum fecit ei, qui à peccato mortuus fuerat. Mortua enim peccata habenti, vestimentum illud, corporis corruptionem significabat.

EVCHERIVS.

A EVCHERIVS. In tunicis itaque pelliceis mortis est intelligenda conditio, vt qui per inobedientiam, dei similitudinem, id est, immortalitatem tenere noluerunt, per mortis conditionem, similitudinē susciperent iumentorū & pecudū. Ipsi sibi præcinctoria de foliis fici, & deus tunicas pelliceas fecit, id est, ipsi appetierunt mentiendi libidine relicta facie veritatis, & deus mutauit corpora eorum in ista mortalitate carnis, quia cum homo per superbiam deus esse appetiit, vsque ad belluarum mortalitatem deiectus est. STRABVS. Ipsi fecerunt sibi perizomata, vt peccatum suum absconderent, deus verò tunicas pelliceas, quibus totum eorum corpus induit, quia & in corpore & in anima iustè damnauit. Stulta verò quæstio est, qualiter vel quo operante pelles ab animalibus deductæ sint quærere, qui enim de nihilo omnia condidit, quomodo, & qualiter voluit hæc fecit. INTERLINEARIS. Ergo in tunicis pelliceis mors quæ post peccatum debebatur naturæ, significata est. RVPERTVS. Fecit quoque dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et hoc leuiter dictum, ac penè risui proximum videtur, quod dominus deus tunicas pelliceas fecerit Adæ & vxori eius. Nec enim eiusdem
B dignitatis est, detractas mortuis animantibus pelliculas consuere, & tunicas facere, cuius sunt ea quę hactenus de Psalm. 103.
domino deo dicta sunt, verbi gratia, cœlum sicut pellem extendere, terram fundare, solem, lunam & stellas in firmamento ponere, postremo ipsorum animantium, quorum pelliculæ sunt, naturas condere. Vnde & nonnulli hoc opificium deo ascribere in tantum refugerunt, vt dicerent, tunc primum corpora illis facta esse, & idcirco pro corporibus tunicas pelliceas esse dictas, quia sicut nunc tunicis vestiuntur corpora, sic tunc deus propter peccatum, corporibus vestierit animas. Sed hic error verè omni irrisione dignus, iamdudum explosus est. Melius sapere oportet, terrena corpora quasdam quidem esse animarum tunicas, veruntamen ipsa prius esse facta, quàm animas. Sic enim supra scriptum est, quia prius formauit dominus deus hominem de limo terræ, & deinde inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quid ergo inquis? Nunquid dominus deus sutor aut pellifex erat, & impensa artis opera tunicas fecit pelliceas? Fecit vtique tunicas pelliceas, quia sic præsens testatur scriptura, non tamen
C & cogit nos confiteri, quod eo modo quem rideant, sed eo modo quem flere debeant omnes tunicati, fecerit illas. Fecit enim, id est, faciendi necessitatem illis imposuit. Talia quippe, tamq; misera propter peccatum corpora esse voluit, quæ sine tunicis pelliceis durare non possint. Et notandum, quod non qualescunque tunicas, sed tunicas pelliceas fecit illis pelliceas. Hoc optimè dictum est. Nec enim solummodo ob libidinem turpia vel pudenda, sed etiā ad patientiā frigoris infirma sunt, nuda sexus vtriusq; corpora. Bene ergo non tantū tunicas, sed tunicas pelliceas illis fecisse dicitur dominus deus, quia iustè talia voluit illorum esse corpora, quæ nō solùm tegi propter turpitudinem, sed etiam calefieri opus esset propter infirmitatem. Habes itaque duo miseriæ solatia cum labore & indigentia homini proposita, victum scilicet & vestitū. Victum vbi paulo ante dixit, In sudore vultus tui vescéris pane tuo, Vestitum, vbi nunc dictum est, Fecit quoque dominus deus Adę & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.
CAIETANVS. Vide benignitatem diuinam erga primos parentes (quanuis inobedientes ei) quod nec inter puniendum omittit prouidere singularissima cura, vt qui seipsos reddiderant indigentes veste, nec haberent
D vnde se vestirent, habeant vestes diuinitus factas. AVCTOR CATENAE. Non igitur destitit à beneficiis misericordia dei, etiam peccatores induendo pelliceis tunicis, quas simpliciter intelligi arbitramur, non tam indignum beneficium creatori, sicut nec aliarum rerum productio, quasi diceret, imprudenter prouidistis vobis, opportuniorem vestitus ratione indicabo vobis, ex pellibus certè animalium, vnde moneamini mortalitatis, quę sine molestia parantur, nō vt linea, lanea, serica. *Et ait, Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum & malum.*
AVGVSTINVS. Sicut in factis quæritur, quid factum sit, & quid significet, ita in verbis quid dictum sit, & quid significet. Siue enim figuratè, siue propriè dictum sit, quod dictum esse narratur, dictum tamen esse, non debet putari figuratum. Et dixit deus, Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis in cognoscendo bonum & malum. Quoniā hoc per quoslibet & quomodolibet dictum sit, deus tamen dixit, nō aliter intelligendum est, & quod ait, vnus ex nobis, nisi propter trinitatem numerus pluralis accipiatur, sicut dictum erat, Faciamus hominem ad
E imaginem & similitudinem nostram. Sicut etiam dominus de se & de patre, Veniemus (inquit) ad eum, & man- Ioannis. 14.
sionem apud eum faciemus. Replicatum est igitur in caput superbi, quo exitu concupiuerit quod à serpente suggestum est, Eritis sicut dij. Ecce (inquit) Adam factus est tanquam vnus ex nobis. Verba enim sunt hæc dei, non tam huic insultantis, quàm cæteros ne ita superbiant deterrentis, propter quos ista conscripta sunt. Factus est (inquit) tanquam vnus ex nobis in cognoscendo bonum & malum. Quid aliud intelligendum? nisi exemplum timoris incutiendi esse propositum, quod non solùm non fuerit factus, qualis fieri voluit, sed nec illud quod factus fuerat conseruauit? IDEM. Non ergo dei confitentis verba sunt hæc, sed potius exprobrantis, Ecce
Adam, & cætera. Sicut etiam cum Apostolus dicit, Date mihi hanc iniuriam, vtique econtrario vult intelligi. 2. Cor. 12.
CHRYSOSTOMVS. Hic quoque vide quam congruis & idoneis infirmitati nostræ verbis vtatur deus, Et dixit (inquit) deus, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Vidisti quanta dictionis humilitas? Hæc autem vt decet, dignè de deo intelligamus. Vult enim hic per verba hæc in memoriā referre, quomodo decepti fuerimus à diabolo per serpentem. Quandoquidem ille dicebat, Si comederitis, eritis sicut dij, & spe potiendæ di-
F uinitatis cibum hunc sumere ausi sunt. Atque hac de causa deus iterum illos monere volens, vt sentirent, quàm grauiter essent lapsi per inobedientiam & deceptionem, inquit, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Ita acriter verbum hoc vibratur, vt transgressorem attingere valeat. Propterea (inquit) quod contempsisti mandatum meum, ecce factus es quod expectasti, imò non quod expectasti, sed qualem te fieri dignum erat. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Hoc enim impostor diabolus dicebat per serpentē, Aperientur oculi vestri, eritisq; sicut dij scientes bonū & malum. THEODORETVS. Ecce factus est Adā sicut vnus ex nobis. Hoc per ironiam à domino deo dictum est, vt ostenderet falsissimam fuisse diaboli promissionē, Eritis sicut dij. Homo nanq; finem mortis incurrit ob transgressionem. GENNADIVS. Vehementi dolore affecit ipsum Adam deus, hoc dicens, reuocans ad memoriam, promissionem falsam serpētis, qui dixerat, Eritis sicut dij. EPIPHANIVS. Refellendo ergo opinionem Adæ, & quasi obiurgans dicit, An quod putasti, euenit, vt esses quasi vnus ex nobis? Hoc est enim quod dixit, Quasi vnus ex nobis. Nam cum desiderasset altior

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri,in peiorem ſtatum eſt relapſus. EVCHERIVS. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis,id eſt,quaſi G
ipſe dominus & creator eius,quod pertinet ad irriſionem inſultantis,& nobis ad exemplum timoris. Quod au-
tem addidit,ſciens bonum & malum,hoc innuit,quod ipſe per experimentũ,malum tunc diſceret,quod deus per
ſapientiam nouit. RVPERTVS. Ita demum iam ſpiritualiter homine mortuo, & corporaliter morituro,
victus quoque pariter & veſtitus indigente effecto,idem dominus deus exclamat,Ecce Adam quaſi vnus ex no-
bis factus eſt,ſciens bonum & malum.Ecce,quod eſt oſtendentis aduerbium,cum dicit dominus deus,magnum
in præſenti fragorẽ incutit cunctis aures audiendi habentibus. Quid enim oſtendit? Adam (inquit) quaſi vnus
ex nobis factus eſt. In Adam quod interpretatur terrenus, virum ſimul & mulierem intellige, quia viri pariter
& mulieris commune nomen eſt. Quid eſt quaſi vnus ex nobis factus eſt? Quaſi deus factus eſt. Eadem enim
trinitas loquitur, quæ & ſuperius loquuta eſt pluraliter, ad ſemetipſam dicendo, Faciamus hominem ad ima-
ginem & ſimilitudinem noſtram. Eadem (inquam) trinitas hic oſtendit, qualis Adam vitio ſuo factus ſit, quæ
ſupra propoſuerat, qualem illum facere voluerit. Dicit ergo quaſi vnus ex nobis. Nempe ex tribus perſonis tri- H
nitatis, vnus eſt pater, vnus eſt filius,vnus eſt ſpiritus ſanctus. Et hi tres vnum quidem ſunt, ſed non vnus.Alius
enim eſt pater, alius filius, alius ſpiritus ſanctus. Adam ergo (inquit) dominus deus quaſi vnus ex nobis factus
eſt, vt iam non ſimus nos trinitas, ſed quaternitas, quanquam non cum deo deus, ſed contra deum affectauerit
eſſe deus.Grauiſſima hæc more dei, & acerba nimis ironia eſt. Quis enim vel qualis Adam? Adam in anima iam
mortuus,& corpore quoque in breui moriturus,indigens victu, & neceſſario opertus atque cooperiendus veſti-
tu.Sed enim quilibet ex nobis, ſiue pater,ſiue filius,ſiue ſpiritus ſanctus, neque mortuus eſt, neque morietur,ne- I
que propter famem victu, neque propter turpitudinem aut frigus,indiget veſtitu.Ergo non verè,ſed ironicè di-
ctum aut dicendum eſt, quia hic talis quaſi vnus ex nobis factus eſt. Et cur tali ironia irridendus eſt? Videlicet
quia ſtultè & ſuperbè fallaciſſimo diabolo credidit, dicenti, Eritis ſicut dij. Ecce quomodo ſicut deus, vel quaſi
vnus ex nobis factus eſt,quomodo autem ſciens bonum & malum factus eſt? Non quomodo ipſe ſperauit, ſed
ſic factum eſt iſtud,quomodo deceptor voluit. Nõ ſic ſcit bonum & malum,quomodo omnia proſpiciens deus,
ſed iam expertus bonum,ſic nunc experitur & malum,quomodo non deus. Hoc modo quaſi affirmatiua enun-
ciatione dictum, grauitate dicentis adiuuante, multo acerbius denegatum eſt, quàm ſi negatiua dictione exclu-
maſſet,ſic dicendo,Ecce Adam nequaquam vt ſibi promiſſum fuerat,quaſi vnus ex nobis factus eſt. AVCTOR
CATENAE. Quod dicitur apud nos,Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, & ita eſt Hebraicè & Græcè
ſcriptum,Chaldaica æditio valde diuerſum habet, nempe,ecce Adam eſt vnicus in ſeculo, ex ſe ſciens bonum &
malum.Sed rectè intuendo,à ſenſu Hebraicæ literæ,nequaquam diſcrepat, Licet permultum in verbis diſſenti-
re videatur.Improperat igitur dominus Adæ ſtultitiam & temeritatem,quaſi dicat, Ecce quantũ profecit Adam,
iam videt malum & bonum, & ironia eſt. RVPERTVS. Et quidem Adam non ſolùm nequaquam ſicut
deus, ſed penè factus erat ſicut diabolus, ſed accelerauit & prætieniet miſerator dominus deus, ne deo mortuus,
ſic immortalis,permaneret homo,ſicut diabolus,Vnde ſequitur, *Nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat de li-* K
gno uitæ,& comedat, & uiuat in æternum. AVGVSTINVS. Alienatus enim à vita,nõ ſolùm quã fuerat (ſi præ-
ceptum ſeruaſſet)cum angelis acceptorus,ſed ab illa etiam quam dicebat in paradiſo,fœlici quodam corporis ſta
tu,ſeparari vtique debuit à ligno vitę.Siue quod ex ipſo illo ſubſiſteret fœlix ille ipſe ſtatus corporis.ex re viſibili,
virtute inuiſibili. Siue quod in eo eſſet ſacramentum viſibile inuiſibilis ſapientiæ, alienandus inde vtique fuerat,
vel iam morituras,vel etiam tanquam excommunicatus, ſicut etiam in hoc paradiſo, id eſt,eccleſia, ſolent à ſa-
cramentis altaris viſibilibus homines diſciplina eccleſiaſtica remoueri. EPIPHANIVS. Quoniam igitur
in diminutione erat Adam,noluit eum deus viuere in æternum in detrimento,ſed vt optimus figulus in propriũ
figmentum,vas extinctũ & confractum,per ſeipſum reparare cõſtituit.In regeneratione igitur quaſi iterato in re-
uocatum reficiet vas, vt poſſit ſemper viuere ſine priore detrimento. CHRYSOSTOMVS. Vide oro hic
miſericordiam domini.Oportet enim quod dictum eſt diligenter ſcrutari,vt nihil eorum quæ in fundo iacent,la
tere nos queat. Cum deus Adæ mandatum daret, à nullo alio abſtinere præcepit, quàm ab vnico ligno, de quo
quia edere fuit auſus,pœna capitalis irrogata eſt,id quod cum præciperet illi,definiuit,ſi auderet.De ligno autem L
vitæ nihil ſignanter præceperat.Quãdoquidem vt exiſtimo,& eſt veriſimile,immortalem illum feciſſet. Potuiſ-
ſetq; ipſe,ſi voluiſſet,cum aliis etiam de hoc veſci,quod perpetuam illi contuliſſet vitam, eo quod nullum man-
datum de illo acceperat.Si autem curioſulus aliquis rogat, quare lignum vitæ appellatum eſt? ſciat,ſi noſtris ra-
tionibus innitamur,non poſſe hominem omnia dei opera contueri.Viſum enim fuit domino,vt medita tionem
quandam obedientiæ,& inobedientiæ haberet homo à ſe factus,& in paradiſo degens. Et hæc duobus illis lignis
monſtrabantur,nempe ligno vitæ & mortis.Nam eſus & tranſgreſſio mandati,mortem illi attulit.Itaque vbi de
hoc accepit,mortalis factus eſt, corporiſque neceſſitatibus obnoxius. Et originem accepit peccati ingreſſus, pro-
pter quod & mors à domino vtiliter diſpenſata eſt. Non poſthac in paradiſo relinquit Adam, ſed exire inde iu-
bet,monſtrans quod propter nihil aliud hoc faciat, quàm propter miſericordiam erga nos. Et vt hoc dicamus,
operæpretium fuerit verba diuinæ ſcripturæ denuo legere.Et nunc (inquit) ne quando extendat manum,& acci- M
piat de ligno vitæ,& comedat,& viuat in æternum. Nam quia magna intemperantiæ (inquit) indicia exhibuit,
prævaricandóque mandatum mortalis factus eſt,ne nunc & lignum quod vitam præbet continuam,attingere au
deat,peccaturus perpetuò:ſatius fuerit hinc ipſum eiici,ita vt magis prouidentiæ, quàm indignationis fuerit illa
ciectio.Hic enim mos eſt domini noſtri,vt puniens non minus q̃ benefaciens,ſuam erga nos declaret prouiden-
tiam.Quippe & hanc pœnã admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia vtiq; ſi ſciſſet nos nõ peiores fieri impune
peccando,neutiquam vltra puniſſet,ſed vt reprimat noſtrum ad deteriora progreſſum,& tollat malitiam vlteri9
graſſantem,ſuam ſeruando miſericordiam,punit,id quod & nunc facit.Curam enim agens protoplaſti, eiici ip-
ſum ẽ paradiſo præcepit. THEODORETVS. Ne fortè comedat de ligno vitæ,& viuat in æternum,nõ ideo
dictum eſt,quod deus vitam æternã illi inuiderit,ſed vt per mortẽ,peccati impetum detineret.Vt enim ait Apo-
ſtolus, Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.Itaq; mors non ſupplicium,ſed medicina fuit. THEODORVS.

Quia

A Quia enim ad vetitum lignum manus extendens,ſimul inobedientiam & malitiam incurrit,idcirco ne in pecca
to in perpetuum viuat,lignum vitæ prohibuit. EVCHERIVS. Verè vt clementiſſimus dominus eiſdem di
gnatus eſt conſulere ad ſalutem,ne fortè per tranſgreſſionem indigni iam facti,de ligno vitæ præſumerent ede-
re,& ad perpetuum viuerent cruciatum.Exules itaque ſunt ab illius eſu ad tempus effecti,vt per congruam pœni
tentiæ ſatisfactionem,rurſum illuc vnde emiſſi fuerant,reuerterentur. INTERLINEARIS. Nunc ergo
ne forte mittat manum ſuam,& ſumat de ligno vitæ,& comedat,& viuat in æternum.Apoſiopeſis eſt, quæ irato
& perturbato congruit.Impleto autem electorum numero,guſtaturi erant de ligno vitæ,& ſic ad beatum ſtatum
migraturi,ſed cuſtodia eſt adhibita, ne qui indigni facti ſunt, attingant vlterius. ORDINARIA. Simile
dicit Apoſtolus, Ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem. RVPERTVS. Eclipti- 2.Timo.2.
ca, id eſt defectiua locutione pro re & tempore ſcriptor in perſonam dei vſus eſt, quem locutionis modum cum
grauitas adiuuat pronunciantis,hoc ipſum in quo deficere videtur,valentius exprimit.Vbi enim dixit, Nunc er-
B go ne forte mittat manum ſuam,& ſumat etiam de ligno vitæ,& comedat, & viuat in æternum, deficit quidem
ſermo,ſed grauiter deficit,& ſubaudiri promptum eſt,Emittamus eum de paradiſo voluptatis.Sequitur enim ſcri
ptor in ſua perſona,vbi dominus deus deficit ſermone,& continuò dicit, Emiſit eum dominus deus de paradiſo
voluptatis.Ergo inquit,quia quaſi vnus ex nobis factus eſt,imò quia ſimilitudinis noſtræ gratia priuatus eſt, quia
comedit & mortuus eſt,& exinde aperti ſunt oculi eius,& cognouit quod nudus eſſet,iam nunc illum de hoc pa-
radiſo voluptatis emitti opus eſt,& illi expedit,quia talis factus eſt, quem iam ſaturitas & otium non iuuet. Vt
quid hoc tantopere agendum eſt? Videlicet ne forte mittat manum ſuam,& ſumat etiam de ligno vitæ, & come
dat,& hoc facto talis,tam miſer factus Adam, viuat in æternum.Quid enim ſi cum talis factus ſit, viuat in æter-
num?Vtique nil niſi malum æternum.Iam enim miſer factus,ſi æternus quoque ſit, quid niſi miſeriam æternam
habebit?Parcamus illi, ne hoc modo male ſit quaſi vnus ex nobis, ne ſicut quiſque noſtrum æternus eſt (æternus
C enim pater,æternus filius,æternus ſpiritusſanctus) ſic & ille æternus ſit, & ob hoc veracem ſe eſſe, rideat oculus
nequam diaboli,qui dei ſimilitudinem illi repromiſit.Etenim malum quidem illi eſt,temporalem eſſe, ſed peſſi-
mum eſſet æternum eſſe.Mala nimis & falſa eſt hæc ſimilitudo dei.Multo melius illi eſt,eſſe omnino diſſimilem
dei.Quomodo?Videlicet vt quia miſer eſt,ſit etiam temporalis, hoc eſt eſſe omnino diſſimilem dei. Deus enim
& æternus eſt,& fœlix,& eſt eius æterna fœlicitas, fœlix æternitas.Horum alterum,id eſt fœlicitatem perdidit dia
bolus,æternitatem verò non amiſit,& eſt eius æterna infœlicitas,infœlix æternitas. Parcamus (inquam) homini,
& quia fœlicitatem perdidit,æternitatem quoque præripiamus infœlici,vt in neutro ſit quaſi vnus ex nobis. No-
bis eſt æterna fœlicitas,fœlix æternitas,ſit illi temporalis miſeria,vel miſera temporalitas, vt tunc illi commodi-
us reformetur æternitas,cum fuerit recuperata fœlicitas. In magna ergo ira magnæ miſericordiæ dominus deus
recordatus eſt,in hoc ipſo,quod lignum vitæ non conceſſit miſero homini, quippe quem voluit ſic eſſe diſſimi-
lem ſibi,vt non eſſet vtrobique ſimilis diabolo,id eſt ne viueret homo,æquè vt diabolus, vſque ad vltimum iudi
D cium,& æquè vt ille,abſque temporali morte tranſiret ad æternum incendium.Nunc illud notandum,quod non
dixerit ſolum,ne mittat manum ſuam,ſed ne forte (inquit) mittat manum ſuam.Planè per hoc liquet,quod non
ſic fuerit lignum illud vitæ,lignum,vt eſt herba aliqua ſanitatis medicamentum.Siquidem medicinalis herba for
te ſumpta,non perpetuam confert ſanitatem, ſed ſtudio prouiſa ſeruatur contra forte redituram infirmitatem.
De hoc autem ligno dicit,ne fortè comedat,& viuat in æternum.Ergo nequaquam (vt nonnulli arbitrantur)fre-
quentandum erat neceſſario lignum, tanquam perpetuandæ vitæ tranſitiuum medicamentum, ſed ſemel hoc
ſumpto viueret corpus in æternum.Nihilominus & per hoc intelligitur,quod hactenus Adam neſciuerit lignum
illud,lignum eſſe vitæ,dum dicitur ne forte.Ille nanque forte feciſſe quid,vel inueniſſe dicitur, qui in conſcien-
tia non habuit,eſſe in loco vel in re,hoc ipſum quod conſequitur,veluti qui terram vertit, ſerere volens, nec a-
liud intendens,& theſaurum inuenit. Dixit autem deus,ne forte mittat manum ſuam, tamen certus quod non
ſcienter mitteret,licet quaſi dubitans aut ſolicitus velut homo, ne caſu id eueniret. Igitur nec Adam cognouit,
E nec ipſe ſerpens diabolus ſciuit,quod etiam lignum vitæ plantaſſet dominus deus in medio paradiſi. Si enim vel
ille ſciſſet,nunquam conſilium ſuæ malignitatis ita dimidiaſſet,ſed ſicut illud lignum temerare perſuaſit,vt miſe
ros faceret,ſic & iſtud præripere ſuaſiſſet,vt æternaliter miſeros,vel miſere æternos efficeret.Nec verò ſic miran-
dum tanquam incredibile,quod inanimatum & inſenſibile lignum,viuacitatis æternæ fructum potuerit afferre.
Nunquid enim non & in hoc paupertatis noſtræ exilio, multa naſcuntur, quæ naturali virtute mortalitatis no-
ſtræ naturam,in ſtatum meliuſculum permutare comprobantur? Nonne circa ea maxime quæ in terra radican-
tur,medicina quæ non eſt niſi à deo,verſatur? Vt de cæteris taceam, nonne mandragorarum potenti auxilio ſte- Gene.30.
rilis vterus Rachelis adeo melioratus eſt,vt conciperet & pareret, primúmque Ioſeph, & ſecundum Beniamin,
licet cum periculo mortis,enixa eſt? Sed & vſque hodie medici pro commendatione artis non fabuloſum,ſed ve
rum illud fuiſſe contendunt,quod in libris gentilium legitur, Aeſculapium medicaminibus herbarum ſuſcitaſſe
F mortuum,& ob hoc illum eſſe fulminatum,videlicet ne aſſueſcerent homines artem, per quam effugerent vtile
ſibi mortis edictum.Cur igitur incredibile videatur cuiquam,in illo paradiſo voluptatis (quod plantauit domi-
nus deus) materiale lignum vitæ eſſe potuiſſe,quod virtute ſua manducantem hominem defenderet à corporali
morte,donec emeritus poſt obedientiam,plenus iucunditate cum beatis angelis frueretur diuinæ maieſtatis vi-
ſione? AVCTOR CATENAE. Quod latina æditio habet.Nunc ergo ne forte mittat manum ſuam,& cæ-
tera.Chaldaica æditio ſine,ne,legit hoc modo, Et nunc forte extendet manum ſuam, & ſumet etiam de arbore
vitæ,& comedet,& viuet in æternum.Sed hoc ſenſum non mutat. Quod autem viuat in æternum dicitur, He-
braicè dictio לעלם leolam eſt,quam quidam recentiorum in ſeculum vertunt,Hieronymi doctrinam ſuper epi-
ſtolam ad Galatas capitulo primo ſequuti,dicentis,quod quando dictio olam ſcribitur cum litera vau,tunc ſigni
ficat æternitatem,& quando ſcribitur ſine vau,tunc ſignificat tempus finitum & determinatum,hic autem eſt ſi-
ne vau.Dicat igitur dominus deus,Et nunc ſaltem ne viuat in illa miſeria ſemper, prohibeamus acceſſum ligni
vitæ,ne ex eo quoque ſumere præſumat,& ad perpetuum ſemper viuat cruciatum. An in eadem perſeuerat dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus ironia, Adam deridendo & subsannando, optimè sciens nequaquam posse eum vlterius immortalem fieri, esto quod de ligno comederet vitæ, cum iam moriendi necessitatè incurrisset? Licet non desint dicentes, quod quanquam lignum vitæ non posset vitam protoplastorum æternam post peccatum reddere, eo quia necessitatem incurrerant moriendi, poterat tamen ipsam ex sua bonitate prorogare, quæ quidem prorogatio, hic nomine æterni significetur, sicut in psalmo montes æterni dicuntur, propter durationis longitudinem. *Emisit eum deus de paradiso uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est.* AVGVSTINVS. Superiora verba dei sunt, hoc autem factum, propter ipsa verba secutum est. PROSPER IN SENTENTIIS. Sic igitur homo de paradiso in hoc seculum depulsus est, id est ab æternis ad temporalia, à copiosis ad egena, à firmitate ad infirma. Non ergo à bono substantiali ad malum substantiale, quia nulla substantia malum est, sed à bono æterno, ad bonum temporale, à bono spiritali, ad bonum carnale, à bono intelligibili, ad bonum sensibile, à bono summo, ad bonum infimum. CHRYSOSTOMVS. Iterum oro vt hic diuinæ scripturæ diligentiam videas. Nam non temere dixit, de qua sumptus est, sed vt perpetuò memoriam faceret, quanta humilitate operari debeat, scireque possit, quod inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. Et illamipsam (inquit) operetur terram, ex qua & constitutus est. Nam hoc quod in sententia dicebat, In sudore faciei tuæ vescéris pane tuo, id ipsum & nunc dicit, eo inquit, vt operetur terram de qua sumptus est. GREGORIVS IN PRIMO REGVM. Hic inobedientes aspicere debent, quia primus humani generis parens, à paradisi gaudiis, nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicidio, sed pomi vetiti inobedientia corruit. Vnde & apte colligitur, quia si parua quæ videntur maiorum imperia perficiuntur, vitam parant. ORDINARIA. In locum ergo sibi congruum eiecit illum, sicut plurimum malus cum inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pelli tur pōdere prauæ cōsuetudinis. RVPERTVS. Sanè licet in Adam vir simul & mulier intelligātur, & vterq; sit eiectus vel emissus, tamen quod dictum est, vt operaretur terram de qua sumptus est, melius de solo viro accipitur, qui de terra sumptus est, nā mulier de carne vel ossibus viri sumpta est. Vnde & ipsa natura docet, decere virū vt operetur terrā, nam mulieri magis cōgruit, vt erga corpus viri in quolibet opificio seruiliter occupetur. Proíde cum dicitur, vt operaretur terrā, de qua sumptus est, cōmode subauditur, & mulier operaretur circa cultū viri de quo sumpta est. CAIETANVS. Non explicatur autē certus terræ locus ad quē missus fuerit Adam, seu quo ierit. Vnde nec scitur vbi habitauerit, vbiue mortuus fuerit, sicut nec vbi factº fuerit. AVCTOR CAT. Emisit eum deus, & cæt. Iuxta Hebraicum debet præcedere copula, videlicet & emisit, ita etiā & Græcè & Chaldaicè. Quod autem dicitur Latinè, de qua sumptus est, & Hebraicè לקח lukah, à לקח lakah verbo, quod sumere significat, Chaldaicè clarius exprimitur, de qua creatus est. Irreuocabiliter igitur emisit dominus deus Adam de horto delitiarum, de statu fœlicitatis, ad laboriosè colendum terram iam obnoxiam maledictioni, vnde & desumptus est, in statum miseriarum plenum. *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubin, & flammeum gladium atque uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Septuaginta, Et eiecit Adam, & habitare fecit contra paradisum voluptatis. Et statuit Cherubim & flammeam romphæam quæ vertitur, ad custodiendam viam ligni vitæ. Alius multo sensus in Hebræo est, quàm hic intelligitur. Ait enim, Et eiecit Adam, haud dubium quin dominus, & habitare fecit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium qui verteretur, & custodiret viam ligni vitæ. Non quod ipsum Adam quem eiecerat deus, habitare fecerit contra paradisum voluptatis, sed quod illo eiecto, ante fores paradisi Cherubim, & flammeum gladium posuerit ad custodiendum paradisi vestibulum, ne quis posset intrare. AVGVSTINVS. Et hoc significandi gratia factum est, sed tamen factum, vt contra paradisum (secundum primam quidem literam) quo beata vita etiam spiritualiter significatur, habitaret peccator, vtique in miseria. Et ordinauit Cherubim, & flammeam romphæam quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ. Hoc per cœlestes vtique potestates, etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium esset illis ignea quædam custodia, nó tamen frustra factum esse, nisi quia significat aliquid etiam de paradiso spirituali, non est vtique dubitandum. CHRYSOSTOMVS. Eiecitque dominus deus Adam, & habitare fecit eum è regione horti delitiarum. Animaduerte, quod dominus noster in singulis operibus misericordiæ argumentum ostendit, & singulæ pœnarum species bonitate plenæ sunt. Non enim hoc solum misericordiæ & benignitatis argumentum erat, quod emittebat & eiiciebat, sed & quod contra paradisum illum habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & in quem statum se coniecerit. Et quanuis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio, vt dolens continuo aspectu, munitior & cautior esset in aliis, ne iterum in ea peccata incideret, qui hominis (vt plurimum) mos est. Nam quoniam cum bonis frueremur, nescimus ipsis vt oportet vti, illorum priuatione emendati sumus, & tunc experientia sentire cœpimus nostram desidiam. Itaque tanta rerum mutatione docemur, & à quibus excidimus, & quibus nosipsos malis iniecimus. Itaque quod prope, & è regione paradisi nos habitare iussit, maximæ prouidentiæ & nostri curæ signum fuit, vt & spectando memor esset, & inde lucrum faceret, & neque immodica viuendi auiditate concupiscere, neque foris existens, de ligno comedere præsumeret. Diuina enim scriptura omnia nobis, prout nostræ infirmitati congruunt, narrat. Et præcepit vt Cherubim & flammeus gladius custodiant lignum vitæ. Quoniam tam negligens iam fuerat in mandato tradito, hinc factum est, vt tanta diligentia ingressus muniretur & præcluderetur. Obsecro animaduerte hic, quod misericors deus non solum contentus fuit, hominem è regione paradisi habitare, sed præcepit etiam quod flammeus gladius ille versatilis, & virtutes illæ Cherubim custodirent viam, quæ illuc inducit. Nec absque causa addidit, versatilis ille, sed vt doceat nos, quod omnis via illò ducens præclusa sit, eo quod gladius ille dum versatur, obturet & præmuniat omnes vias, quæ illuc ferunt, vt continuam memoriam & timorem incutere illi possit. THEODORETVS. Ex aduerso igitur paradisi expulsum hominem constituit, vt vita illa absque vlla tristitia quam peccando amiserat, in mentem illi veniret, atque ita peccatum laboriosæ vitæ auctorem, magis magisq; odio prosequeretur. THEODORVS. Neutiquam verò inuisibiles quasdam virtutes Cherubim vocat, neq; romphæa illa ignea vis erat, sed aspectus quidem romphæam, & Cherubim repræsentabat. Quemadmodum Ezechiel,

Cap. 3.

A chiel, Cherubim quatuor facierum vidisse describitur, cum tamen Cherubim quatuor facies habere absurdissimum sit. Sed Cherubim vocat, quicquid potens & magnum est. IDEM. Gladium flammantem dicit igne formidabilem, fulgurantem instar gladij, vt esset formidabilis aspectus intuentibus, tum ex natura ignea, tum ex forma, quæ cernebatur, quem & versatilem dixit, quasi assiduo motu flagrantem, & ob id cernentibus maiorem terrorem incutientem. Cherubinos autem dicit quasdam formas animalium horrificas, non mediocriter aspicientes terrentes. EPIPHANIVS. Vt Adam filios moneret, & exemplo sui auerteret à peccato, ob id & fulminantis gladij aspectus, & Cherubim vtilem terrorem præbuerunt, quoúsque vixit Adam. GREGORIVS DVODECIMO MORALIVM. Quia ante aduentum mediatoris dei & hominum, omnis homo quantuis mundæ probatæque vitæ fuerit, ad inferni claustra descendit, dubium non est. Quoniam homo qui per se cecidit, per se ad paradisi requiem redire non potuit, nisi veniret ille, qui suæ incarnationis mysterio, eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Vnde & post culpam primi hominis ad paradisi aditum romphæa flammea posita esse memo- Cap. 7.
B ratur, quæ & versatilis dicitur, pro eo quod quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri potuisset. Nec tamen ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse, vt in locis pœnalibus tenerentur, sed esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt, vt & in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Vnde & per psalmistam propter præuenientem se dei gratiam dicitur, Eripuisti animam meam ex infer- Psal. 85.
& Heliæ, & quotidie remouetur fidelibus de hac vita ad supernam beatitudinem ascendentibus. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Non incongrue autem forsitan Cherubim flammeus traditur gladius, vt à li- Ser. 5. de ver bis Esa.
gno vitæ incisio pariter & incensio, quibus nihil carni terribilius, manum prohibeant corporalem. RVPERTVS. Eiecitque Adam. Repetitio, sententiæ confirmatio est. Nam quod dictum fuerat hoc modo, Emisit dominus deus, hoc repetitum est, dicendo: Eiecitque Adam. Vbi autem, vel in qua parte terrarum hic infelix operarius habitauerit non legimus, nisi quod eum sepultum esse in Hebron ciuitate, quatuordecim milibus ab Hiero-
C solymis distante, sacra scriptura testatur. Sic enim in libro Iosue scriptum est, Nomen Hebron antea vocabatur Ios. 14.
Cariatharbe. Adam autem maximus ibi inter Enachim situs est, & cætera. Porro Cariatharbe interpretatur ciuitas quatuor, sic dicta, pro eo quod tres patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob, & ante hos Adam maximº ibi siti sint. Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Et hic ira grandis, necessariæ misericordiæ societatem non relinquit. Iræ nanq; iusti dei est, quod ante paradisum flammeum gladium collocauit, misericordiæ verò, quod eundem gladium versatilem esse voluit. Gladius versatilis sententia est diuini iudicij, quæ talis est, vt possit versari, id est non semper eadem districtione claudat hominibus aditum paradisi. Flammeus autem esse dicitur, quia reuera iudicium domini, iudiciū flammæ ignis est, iuxta apostolum, dantis vindictam his qui male egerunt. Porro Cherubim nomen est angelicarum 2. Thes. 1.
fortitudinum. Hæc ante paradisum esse posita ad custodiendum ligni vitæ aditum, cum legimus, miramur, cum
D tamen publica fide teneamus, & confiteamur, quod per ignem transituri, & non nisi per angelorum ministerium examinati paradisum intraturi simus. Terribile valde est, quod ex hoc loco cum cæteris scripturarum locis collato concipitur, verbi gratia, cum eo quod dicit Apostolus, Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, au- 1. Cor. 3.
rum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiúsque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur, & vniuscuiúsque quale sit, ignis probabit si cuius opus manserit, quod superædificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quid enim ex huiusmodi dictis colligimus, nisi ad hoc flammeum gladium atque versatilem ante paradisum esse collocatum, vt quicunque deinceps admittendi sunt, illuc transeant per examinatoriū ignē? Tanquam diceret, Quia multiplicandi erant conceptus Euæ, & futura erat confusa, vel permixta multitudo bonorum & malorum, nullos autem dominus deus admittere volebat, nisi quos ipse nosset ex nomine, & sic discussos vt dicere possint, Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti sicut examinatur argētum, & idcirco col- Psal. 65.
E locauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem. Et recte angeli qui in huiusmodi præsunt, Cherubim, id est plenitudo scientiæ vocātur. Ipsi nanque iudicandi plenam habent scientiam. Sciunt enim quid in libro cuiuscúnque nostrum sit scriptum, id est bene habent memoriæ traditum quid boni aut mali gesserit quisque nostrum quotidie singulariter legunt, & in nouissimo vniuersaliter recitaturi sunt libros illos, de quibus in Daniele scriptum est, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Recte itaque Cherubim non tam ad laudem Dane. 7.
ipsorum, quàm ad terrorem nostrum dicti sunt, quia nostra illis occulta publicanda sunt. Sciendum autem, quod tam animabus quàm corporibus ignis ille molestissimus est, & inaccessibilis cūctis mortalibus. Mortuis autem, id est mortuorum fidelium animabus, à tempore dominicæ passionis exuperabilis est, & corporibus quoque illorum in resurrectione erit peruius. Porro ante eandem domini nostri passionem, nulli omnino filiorum Adam peruius fuit, donec fusus de corpore eius sanguis cum aqua, ignem illum exuperauit, non quod substantiam eius-
F dem ignis extinxerit, sed quia illis qui eum expectauerant, hanc virtutem contulit, vt eis ille nocere non posset ignis. Secutus est confestim latro ille venerabilis, quem confessum in cruce continuo munierat fides sanguinis Luc. 23.
Christi, contra illum ignem, ne obsisteret illi. Consequimur & nos omnes, fundamentum quod est Christus habentes, alij aurum vel argentum, alij lapides pretiosos, alij ligna, fœnum & stipulam, id est diuersorum quiq; ponderum vel modorum peccata portantes. Et sicut horum alia aliis facilius vel difficilius igni consumūtur, ita quique nostrum pro diuersitate peccatorum, alij citius, alij tardius purgati paradisi fœlicitatem ingredientur. Hic ignis non solum hoc loco, sed & plerisque scripturæ locis gladius dicitur, vt illic: In igne enim domini deuorabi- Sopho. 1.
tur omnis terra, & in gladio eius omnis caro. Igitur dum dicit scriptor iste diuinus, Et collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ, breuius quidem ac secretius rem attigit, scilicet iudicium ignis, per quod transituri sumus, quàm in plerisque scripturæ locis inuenitur, sed diligenter intuentibus, terribilius enunciauit difficultatem regressionis, qua filij benedictionis in hoc exilio generati, per gratiam dei illuc reuocantur. Igitur non solum repulsam hominum quod solum litera videtur sonare, dicendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,dicendo ad custodiendam viam ligni vitæ,sed iudicia quoque de admittendis vel non admittendis, rationabili discretione facienda,significat ipsum nomen custodiæ, ob quam nõ solum flammeus gladius,sed Cherubim quoq; dicitur excubare. Aliqui doctorũ ita distinguunt,vt flammeum gladium,id est murum igneum in circuitu paradisi propter homines, angelorum verò custodiam propter malignos spiritus positam esse intelligant. His ita duntaxat assentimur,vt spiritibus quoque malignis ignem corporeum pœnalem esse non negemus.Ignis náque æternus iuxta euangelicam veritatem, paratus est diabolo & angelis eius. Sanctis autem angelis non nocet ignis,quippe quos impassibiles iustitia fecit, sed nec animabus iustis, quas mundauit & munuit fides sanguinis iusti dei & hominis,Iesu Christi. HVGO DE SANCTO VICTORE. Quia nãq; & homo & diabolus vterq; in paradiso peccauerant,vterq; eiectus est.Et ne alterutri illorum iterũ liceret intrare, contra vtrumque posita est custodia & offendiculum.Cherubim,vt repellat diabolum, igneus gladius, vt repellat hominem. THOMAS. Primi parentes propter peccatum suum priuati sunt beneficio diuino,quo humanæ naturæ integritas in eis conseruabatur, per cuius subtractionem, humana natura in defectus pœnales incidit,& ideo subtractum fuit eis id, quod integritatis statui competebat, scilicet locus terrestris paradisi, cum dicitur,Et emisit eum deus de paradiso voluptatis, eiecitque Adam, qui locus quanuis non seruiat modo homini ad vsum, seruit tamen ei ad documentum, dum cognoscit propter peccatum se tali loco fuisse priuatum. Et quia ad illum statum primæ innocentiæ per seipsum redire non poterat, conuenienter apposita sunt impedimenta, ne rediret ad ea quæ primo statui competebant, scilicet à cibo, ne sumeret de ligno vitæ, vnde & dicitur, Ne forte mittat manum suum, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Nam licet homo post peccatum si de ligno vitæ comedisset, non propter hoc immortalitatem recuperasset, beneficio tamen illius cibi potuisset vitam magis prolongare, vnde quod dicitur,Et viuat in æternum, sumitur ibi æternum pro diuturno. Hoc autem non expediebat homini,vt in miseria huius vitæ diutius permaneret.Item apposita sunt impedimenta à loco,collocauit enim deus ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem.Saluis enim spiritualis sensus mysteriis,ille locus præcipuè videtur esse inaccessibilis propter vehementiam æstus in locis intermediis propter propinquitatem solis,& hoc significatur per flammeum gladium,qui versatilis dicitur, propter proprietatem motus circularis huiusmodi æstum causantis,& quia motus corporalis creaturæ, disponitur ministerio angelorum, conuenienter etiam cum gladio versatili. Cherubim coniungitur ad custodiendam viam ligni vitæ. Vnde Augustinus, Hoc (inquit) per cœlestes potestates etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium esset illic quædam ignea custodia. CAIETANVS. Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & cætera. Quanta sit distantia inter huiusmodi custodiam & hortum, scriptum non est. Ipsa autem custodia ex duabus constat partibus, altera spirituali, altera corporali, pars spiritualis sunt Cherubini, quot autem, nescitur. Nec per Cherubinos intelligas octauum angelorum ordinem,sed angelos, hoc enim nomen commune est angelis omnibus, quemadmodum communis est omnibus plenitudo scientiæ. Pars verò corporea appellatur flamma gladij versatilis. Metaphoricam appellationem esse constat, & potes intelligere ignem in forma seu efficacia flammæ procedentem à gladio qui vertitur, hoc est, à cœlesti corpore.Quod ideo gladius appellatur,quia velut gladius est diuinæ potestatis, & incidentis officium exercet, tanquam incidendo ad hortum viam mediante flamma.An autem hæc flãma verè sit ignis corporeus, an propter efficaciam ad impediendum viam appelletur flamma,incertum est.Id tantum ex hoc textu certi habetur,quod corporeum aliquod impedimentum accessus ad hortum significatur. Metaphora siquidem cuius aliunde ex scriptura vel ratione naturali non habetur certa significatio,ambigua semper manet. AVCTOR CATENAE. Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim. Hebraicè est וַיַּשְׁכֵּן מִקֶּדֶם לְגַן עֵדֶן אֶת הַכְּרֻבִים vaiaſcen mikédem legan eden eth ha Cherubim,Et collocauit ante hortum seu paradisum voluptatis, Vel ab oriente, hoc est, orientali plaga horti voluptatis seu delitiarum,Cherubinos. מִקֶּדֶם Kédem enim, ante, & orientem significat. Et indicare potest.Cherubinos ab ea parte esse collocatos,qua sol oriretur ad paradisum, Vnde & Chaldaica æditio habet,Et collocauit ad orientem horti voluptatis Cherubim.Septuaginta verò hoc quod de Cherubinis dicitur, tribuunt ipsi Adæ,vt dicant eum ab ea parte à deo constitutum, καὶ κατῴκισεμ ἀυτὸμ ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, & collocauit eum (scilicet Adam) ante paradisum voluptatis,quem sensum Græci omnes, & Latini doctores antiqui sequuti sunt.Quanquam postea quod de Cherubinis dicitur,ita interpretentur, sed non vt habent Hebraica, καὶ ἔταξε τὰ χερουβὶμ,& posuit Cherubim ad loci custodiam. Nam sicut & in nostra æditione, hæc dictio est masculini generis,numeri pluralis,cuius singulare est Cherub.Miramur ergo Septuaginta cur neutro genere protulerint, τὰ χερουβὶμ,cum id genus apud Hebræos non extet.Qui neque alia norunt nomina, nisi masculina ac fœminina.Nos quoque fortasse non recte pronunciamus,beata Seraphim.Non erat autem secundum aliquos vnus Cherub tantum ad custodiam paradisi adhibitus, sed plures. Aliis non alienum videtur saltem duos fuisse,propter dualem numerum apud Hebræos vsitatum. Quod verò sequitur,Et flammeum gladium atque versatilem, Hebraicè est וְאֵת לַהַט הַחֶרֶב הַמִּתְהַפֶּכֶת veeth lahat hahereb hamithappe cheth,Et flammam gladij, vel laminam gladij versatilis, hoc est, gladium ardentem atque expolitum, qui flammam euomere videretur, tantus erat splendor. Atque eo aspectu exterrebat adeuntes, pauorémque horribilem iniiciebat. Propterea Septuaginta verterunt, καὶ τὴμ φλογίνημ ῥομφαίαμ τὴμ ςρεφομένημ, id est flammeum gladium versatilem. Versatilem autem quidam interpretantur, quaqua versum sese versantem, alij quod esset anceps & bis acutus, hoc est, duo ora haberet. Chaldaica verò æditio, & acutum gladium versatilem habet. Ex quo clarum est, frustra quosdam voluisse per hunc gladium intelligi allegorice zonam torridam, quod per eam sit obliquus solis cursus. Paradisus autem sit sub æquinoctiali. Eiecit itaque ac repulit dominus deus quasi reluctantem Adam, & velut exilio relegatum damnauit, collocans ante hortum delitiarum Cherubim, & flammeum gladium versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Picturatus videtur esse aliquibus sermo, significans idem quod firmissimè muniuit paradisum contra homines, id est facultatem ac spem omnem ademit,fœliciter & perpetuò viuendi,& mortem euadendi in hoc seculo.Non secus atque si angelus custodiret

Matt.25.

2.2.q.164. ar.2 per totum.

A diret versatili gladio,& inaccessam faceret viam vitæ,donec Christus veniret,promissum semen, qui via vitæ factus est nobis,& ostium,per quem saluabuntur electi, & in paradisum cum latrone reducentur, patriam cœlestem,per meritum passionis Christi,qui fructu inobedientiæ perierant exules & exclusi.Alij simpliciori sensu contenti, Cherubim & gladium, pro angelorum multitudine nudatos & strictos ad custodiam paradisi tenentium gladios, iuxta vsitatum scripturæ modum, ac prout in picturis ostenditur,accipiunt. PROSPER II. DE VITA CONTEMPLATIVA. Vides igitur in quot qualesq; miserias primus homo propter peccatũ præcipitatus est,qui si voluisset se in illa paradisi beatitudine custodire, vt à fructu vnius interdictæ arboris ieiunasset,nec statum illũ tantæ fœlicitatis amitteret, nec eum voluntariæ salutaris præcepti transgressio necessitati corruptionis ac mortalitatis addiceret, vt tanta beneficia dei sui, quæ in natura suæ conditionis acceperat, aut corrumperet peccato corruptus,aut perderet.Quis enim sufficienter enumeret, quæ & quanta bona illi abstinentiæ contemptus ademerit? quod intellectualis mentis dignitate donatus, imaginem sui creatoris accepit: quod soli B deo suo subiectus,omnia visibilia sibi subiecta conspexit:quod ei ad viuendi vsus affatim lignorum omnium,quę erant in paradiso,feracitas diuina iussione seruiuit: quod arbor vitæ mysticum cibum non vnde viueret, sed vnde vitam corporis non finiret,sui creatoris munere ministrauit,qui cibus quandiu perciperetur,ita percipientem se in vno statu sacramenti cuiusdam latentis figurata significatione seruaret, vt eum nec vlla infirmitate corrupi, nec ætate mutari & senescere, nec dissolui morte permitteret. Non inquietabat molesta solicitudo quietum: non fatigabat labor anxius ociosum:non somnus oprimebat inuitum:non amittendæ vitæ timor angebat de immortalitate securum.Habebat facilem victum corpus ex omni parte sanum,tranquillum motum,cor mundum, ignarus pœnalis mali,habitator paradisi, expers peccati,capax dei. Postremo quid eo fœlicius fuit, cui erat orbis subiectus,nullus infestus,liber animus, visibilis deus? Quoniam quidem nisi ante peccatum deum videre in assumptione visibilis creaturæ soleret,quomodo se iam peccator effectus à facie domini, quem nunquam viderat, C absconderet?Potuit ergo ita videre deum priusquam peccaret Adam,sicut eum patriarchæ viderunt.Sed quando ait:Vocem tuam audiui & timui:ex illa iam videndi deum sanctitate ecciderat, iam se indignum videndi deum reddiderat.

AVGVSTINVS DVODECIMO CONTRA FAVSTVM. Vocatur autem spiritaliter Eua vita, & mater viuorum Ecclesia,quæ de viri sui latere facta est.Et dicit dominus in euangelio, Si quis non manducauerit carnem meam,& biberit sanguinem meum,non habebit in se vitam. Et omnia quæ hic intelliguntur enucleatè minutatimque tractanda,Christum & ecclesiam,præloquuntur,siue in bonis christianis,siue in malis. Mysticè. Ioan.6.

EVCHERIVS, DIDYMVS, ET ISIDORVS. In allegoria etiam animalitas nostra ad rationem conuersa,mater est viuorum,id est bonorum operum,ipsa verò ratio nostra quæ per sententiam in virum prolata arguitur,sic de paradiso beatitudinis dimittitur,vt operaretur terram,id est in corpore isto laboret, & in eo collocet sibi meritum redeundi ad vitam beatam,quæ paradisi nomine significatur,possitque aliquando manum porD rigere ad arborem vitæ,& viuere in æternum.Manus autem porrectio,bene significat crucem,vel cruciatum pœnitentiæ,per quem vita æterna recuperatur.Qui ergo ad deum conuertitur,per flammeam frameam versatilem, id est per tribulationes temporales vrentes,peccata sua agnoscendo & gemendo (temporalia enim volubilia sunt ac transitoria) & per Cherubim,id est,per plenitudinem scientiæ,quod est charitas,peruenit ad arborẽ vitę Christum,& viuet in æternum.Nemo enim potest illuc peruenire,nisi per has duas res, tolerantiam scilicet molestiarum,& plenitudinem scientiæ,id est,charitatem dei & proximi,iuxta illud,Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei, & plenitudo legis est dilectio. Siquem igitur in paradisum reditus desiderium cœperit, per hæc propemodum manuducitur. RABANVS. Vel quia Cherubim scietiæ multitudo,siue scientia multiplicata interpretatur, bene Cherubim, & flammeus gladius ad custodiendam viam ligni vitæ collocatus esse perhibetur,quia nimirum per disciplinæ nobis scientiam cœlestis, & per laborem temporalium afflictionum reditus ad supernam patriam patet, ex qua per stultitiam præuaricationis, perq; appetitum carnalium voluptatum E discessimus.Et bene non simpliciter flammam,sed gladium dicit flammeum ante paradisum esse collocatum,vt feriendas in nobis illecebras concupiscentiæ temporalis insinuet gladio spiritus,quod est verbum dei, si ad lignũ vitæ qui est dominus Christus,penetrare concupiscimus.Bene eundem gladium versatilem esse refert, vt indicet mysticè,non nobis semper hunc necessarium esse gladium,sed vt scriptum est,tempus esse belli,tempus pacis denunciet,belli videlicet,cum in huius vitæ studio aduersum aëreas potestates, vel etiam nostræ mentis & corporis vitia certamus,pacis autem,cum perfecta victoria coronamur. Hæc ergo de creatione mundi atque hominis constitutione in paradiso,historialiter siue spiritualiter, secundum maiorum nostrorum dicta ac sensum breuiter explanauimus. CHRYSOSTOMVS. Sed quoniam tristem nimium fecimus longúmque sermonem, sursum deorsumque versando peccatum,quod per esum ligni & inobedientiam hominem deiecit, age si placet, ab hoc ligno ad lignum crucis sermonem vertamus,& videamus,breuibus,quænam mala illud intulit,& quæ bona istud conciliauit.Imo neque lignum attulit mala,sed voluntas peccans, & contemptus circa præceptum haF bitus.Lignum illud mortem introduxit.Nam post præuaricationem mors intrauit,sed istud immortalitatem largitum est.Illud è paradiso eiecit,istud in cœlum nos reduxit.Illud propter vnam transgressionem tanti supplicij reum Adam fecit,istud nos plurimis peccatorum sarcinis exonerauit,fiduciámque ad dominum nobis concessit. Vidisti ligni & ligni differentiam? Vidisti diaboli malignitatem,& hominis peccatum, & domini misericordiã? Quoniam ipsum verum deum nostrum decet gloria nunc & semper,& in secula seculorum. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS QVARTVM ARGVMENTVM. G

Cain occidit fratrem Abelem iustum. Desperat Cain. Generatio Enoch, Mathusael, Tubal, Lamech, Seth, Enos.

CAPVT QVARTVM.

Lectio prima.

ADam verò cognouit uxorem suam, quæ concepit & peperit Cain, dicens, possedi hominem per Deum. Rursúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain Agricola.

I AMBROSIVS LIBRO PRIMO DE CAIN ET ABEL. De paradiso H in superioribus pro captu nostro, vt potuimus, quod dominus infudit, & sensus inuenit, digessimus, in quibus Adæ atque Euæ lapsus est comprehensus. Nunc quoniam illa penes auctores non stetit culpa, sed quod peius est, deteriorem inuenit hæredem, sequentem adoriamur historiam, & ea quæ secundum scripturas annexa sunt diuinas, nostro opere prosequamur. RVPERTVS. Hactenus altum sanctæ huius scripturæ verticem, rependo potius, quàm gradiendo transegimus, & deinceps lucidi atq; amœni campi fessis sese aperiunt pedibus, & ingerunt obtutibus. Hactenus inquam, vt possibile fuit, diximus qualiter deus pater per verbum suum quod est eius filius, & propter bonitatē suam, quæ est sanctus septiformis spiritus, sex diebus omnia condidit, & septimo die requieuit. Hominis quoq; quem in paradiso posuit peccatum qualiter iudiciali sententia percussit, eumq; de paradiso eiecit. Deinceps illud dicēdum erit, qualiter vel quo ordine, verbum ipsum per quod omnia facta sunt, eidē eiecto atq; captiuo homini paulatim innotuit per totidem ætates mundi, adeo creaturæ suæ appropinquans, vt carnem de carne nostra assumeret, quam & pro salute I mundi deo patri suo verum in sacrificium obtulit, quo facto & ipse in requiē suam introiuit, & liberatum hominem secum requiescere fecit. Verùm antequam tantæ huius dignationis speculationē ingrediamur pauca de duabus generationibus notissimis dicēda sunt, quarum ex altera filij huius seculi, ex altera filij dei, per iam dictū vnicum filium dei saluandi, magis fidei, quàm carnis successionibus supputantur. Generationum istarum sicut opera contraria sunt, & semper sibi inuicem aduersantur, sic originales vel principales causæ exaduerso prodierunt. Nā generationis electorum causa, ex gratia dei est, dicentis, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & cætera. Generationis autem reproborum, ex ira eiusdem dicentis ad mulierem, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Quæ prior iussa est nasci, ipsa præpediente fluxu peccatorū, tardius creuit. Primò ergo sic scriptū est. *Adam verò cognouit uxorē suam, quæ concepit, & peperit Cain, dicens: possedi hominē per deū.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et concepit & peperit Cain, & dixit: Acquisiui, siue possedi hominem per deum. Cain acquisitio siue possessio interpretatur, id est κτῆσις, vnde & etymologiam ipsius exprimens, ait קָנִיתִי kanithi, id est possedi hominē per deum. K AMBROSIVS. Quæ acquirimus, ex quo & à quo & per quid acquiramus, considerari solet. Ex quo, tanquam ex materia, à quo, quis auctor, per quid, tanquā per aliquod instrumentum. Nunquid hic sic dicit, Acquisiui hominem per deum, vt deum intelligas instrumētum? Non vtiq;, sed vt intelligas auctorem & operatorem deum. Vnde magis deo detulit, cum dixit, Acquisiui hominem per deum, vt & nos cum aliquid acquirimus, vel omnes euentus secundos deo magis deferre, quàm nobis arrogare debeamus. HIERONYMVS LIBRO PRIMO CONTRA IOVINIANVM. Adam & Eua ante offensam in paradiso virgines fuerunt, post peccatum autem & extra paradisum, protinus nuptiæ. Nuptiæ ergo terram replēt, virginitas paradisum. AVGVSTINVS TERTIO SVPER GENESIM AD LITERAM. Cur ergo non coïerunt, nisi cū exiissent de paradiso, cito responderi potest, Quia mox creata muliere, priusquàm coirent, facta est illa transgressio, cuius merito in mortem destinati, etiam de loco illius fœlicitatis exierunt, non enim scriptum tempus expressit, quantum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain. Potest etiam dici, quia L nondum deus iusserat, vt coirent. Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur auctoritas, vbi nulla concupiscentia tanquam stimulus inobedientis carnis vrgebat? Ideo autem hoc non iusserat deus, quia secundum suam præscientiam disponebat omnia, in qua & eorum casum proculdubio præsciebat, vnde iam mortale genus propagandum esset humanum. CHRYSOSTOMVS. Adam autem cognouit Euam vxorem suam. Considera quando hoc factum sit. Post inobedientiam, post paradisi amissionem, tunc primum vsus rei venereæ cœpit. Ante inobedientiam enim, Angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea sermo erat. Vel quo pacto, cum neque corporalibus necessitatibus obnoxij fuerint? Itaque ab initio virginitas palmam principatus accepit, sed postquam per desidiam peccatum intrauit, & aditus patefactus est his, quæ peccati sunt, & illa quidem auolauit, vt pote ab his, qui indigni tantæ virtutis magnitudine facti erant. Subintrauit autē rei venereæ lex. Cogita igitur dilecte, quanta virginitatis dignitas, quàm sublimis & magna possessio, & quæ supra humanam naturam, & quæ opus habeat manus superna. Quandoquidem qui virginitatem alacriter arripiūt, M in corpore ea agunt, quæ incorporearum sunt virtutum. Audi Christum Iudæis dicentem. Nam de resurrectione quæstionem mouentes, & in sermone capere volentes, dicebant: Magister, erant apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defunctus est, non habens pueros, & dimisit vxorem suam fratri suo. Similiter & secundus, & tertius, & quartus, & quintus, & sextus, & septimus. In resurrectione ergo cuius è septem illis erit vxor? omnes enim habuerunt illam. Quid igitur dicit illis Christus? Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut angeli. Vidisti quomodo in terra ambulantes, & corpore circundati, angelicam vitam imitantur, qui Christi amore virginitatis sortem acceperunt? Nam quanto hæc maior est, & sublimior, tanto maiores sunt & coronæ & retributiones & repromissa bona eorum, qui cum hac in aliis bonis operibus se exercent. Adam autem cognouit vxorem suam, & vt concepit, peperit Cain. Postquàm per inobedientiam intrauit peccatum, & sententia mortales illos fecit, consequenter omni

Matth. 22. Lucæ. 10. Marc. 12.

potens

A potens deus secundum suam sapientiam humani generis durationem gubernans, concessit per coitum auctū iri nostrum genus. Et dixit, possedi virum per deum. Vide quomodo pœna inflicta mulierem emendauerit, melioremq; reddiderit, Nam puellum natum nō naturæ, sed deo acceptum tulit, suamq; gratitudinem declarat. Vidisti quomodo pœna, admonitionis loco illis fuerit. Possedi hominem per deum. Non natura, inquit, puerum mihi dedit, sed diuina gratia. GRAECVS. Sciendum autem Adam non idcirco è paradiso expulsum, quod in eo vxorem Euam cognouerit, vt nonnulli tradiderunt. AVCTOR CATENAE. Quia verò semen virile à cerebro capitis, quod est locus cognitionis, descendit per venulas, quæ sese ramificant per dorsum hominis, & propagatur. Hinc est, quod in Hebraismo concubitus ipse cognitio vocatur, vnde & hic dicitur, Cognouit autem Adam Euam vxorem suam. Quod autem ait, Possedi hominem per deum, Hebraicè habetur קָנִיתִי אִישׁ אֶת יְהוָה kanithi is eth adonai, Possedi, emi, seu acquisiui, omnia enim hæc significat verbum קָנָה kana, hominē à deo. Hoc autem dixit Eua virtutem generatiuam agnoscens, ac non suam esse generationem ipsam, sed à deo perpendens.

B *Rursumq; peperit fratrem eius Abel.* CHRYSOSTOMVS. Alia litera. Et adiecit iterum pariendo fratrē illius Abel. Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, assecuta est & aliud. Talis enim est dominus noster, quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoscimus, largius nobis sua dona erogat. Itaque quia & ista deo partum adscripsit, propterea & alium accipit puerum. Summa enim posteaquam subintrauit mortalitas, consolatio erat filiorum successio. Et idcirco misericors deus puniendi seueritatem imminuens, & mortis personam auferens, liberorum successionem largitus est, & perinde quis dicat imaginem resurrectionis per hoc subindicans, & dispensans, vt pro cadentibus alij resurgant. PHILO EPISCOPVS. Quia additum est, & adiecit, vt pareret fratrem eius Abel, intelligimus geminos ex vno conceptu fuisse. RVPERTVS. Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Ille primus in generatione iniquorum, iste primus computatur in generatione iustorum. At ille tanto cum tripudio matris exceptus, vt iuraret sibimet in admiratione gaudij sui, dicens: C Possedi hominem per deum, & ob hoc vocaret nomen eius Cain. Ille inquam primum humanæ generationis miraculum, & falsa fœlicitas, variumq; gaudium infœlicium, occidit fratrem suum Abel, quod interpretatur luctus. Et hoc illi nomen congruit, non solùm quia primi luctus causa fuit parentibus, verùm etiam quia primus illorum est, de quibus dictum est, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. RABANVS. Vel Abel vapor interpretatur, quoniam cito tanquam vapor disparuit. AVCTOR CATENAE. Habel dicendū esset, nam Hebraicè sic scribitur הֶבֶל. Potest etiam hoc nomen vanitas interpretari. Vt primum quidem filium vocauerit mater Cain, quod est possessio vel acquisitio, secundum Habel, quia possessio hominis est similis vanitati. Quod autem dicitur וַתֹּסֶף לָלֶדֶת Vatóseph lalédeth, Et addidit ad pariendū, seu vt pareret, Hebraismus est, pro, & peperit adhuc. *Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola.* CHRYSOSTOMVS. Docuit nos diuina scriptura, quam vterque artem exercuerit. Nam Abel pastoralem, Cain agriculturam elegit. CAIETANVS. Hinc coniectura est, multiplicatos fuisse tunc homines, adeo vt opus esset grege ouium, & vt iam essent effecta D instrumenta ad colendum terram. Nulla siquidem scriptura testatur instrumenta ferrea inuenta fuisse postea à Tubalcain, vt ibidem patebit. Et similiter nulla scriptura testatur homines ante diluuium, postquam eiecti sunt è paradiso, solis fructibus terræ vixisse. Berosus nanque refert homines ante diluuium etiam humanas carnes comedisse, & officium Abelis testatur gregem ouium humanis vsibus seruisse. Constat autem humano more loquendo, quod grex ouium seruit humano generi, non solùm præbendo lanas & agnos, sed lac & caseum. Nec obstat diuinam scripturam differre indulgentiam vescendi carnibus post diluuium, quoniam non indulgentia, sed necessitatis explicatio est illa. Ante peccatum siquidem explicata est materia necessaria ad cibum in vegetabilibus, post diluuium autem in animalibus, vnde & ibi dicitur, sicut olera virentia. Cum quibus stat, quòd medio tempore (postquam scilicet primi parentes peccauerūt, & eiecti sunt ex horto) naturali iure vsi fuerunt vescendo carnibus animalium, & ob id Abel fuit pastor ouium. Et confirmatur, quia nisi agni tunc fuissent hominibus ad esum, nulla laus esset Abel, ex hoc quod primogenitos pingues elegisset ad diuinum sacrificium, vt subiungitur. Perinde e- E nim fuisset Abeli pingues ac macros sacrificare, si solis coriis incumbebatur. AVCTOR CATENAE. Fit igitur Abel pastor pecorum, Cain agricola. Ambo quidem habent sancta exercitia, sed Abel sine mādato dei, vt videri poterat. Cain operam dat obedientię, sanctius agit iuxta rationem operis, non tamen electionis. Rei necessariæ operam dat, puriora tractat, grauius laborat, pœnam humano generi decretam diligentius sustinet, sed fide ac deuotione minor fuit, quæ deus intuetur.

Math. 5.

AMBROSIVS. Figura synagogæ & ecclesiæ in his duobus fratribus præcessit. Per Cain parricidalis populus intelligitur Iudæorum, qui domini auctoris sui, & secundum Mariæ virginis partum, fratris, vt ita dicam, sanguinem persecutus est. Per Abel autem intelligitur populus Christianus adhærens deo, sicut & Dauid ait, Mihi autem adhærere deo bonū est, & vt cœlestibus se attexeret, & à terris separaret. AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. Vel natus est prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominum ciuitatem. Posterior Abel ad ciuitatem dei. Sicut enim in vno homine quod dixit F Apostolus experimur, quia non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale, vnde vnusquisque quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse est ex Adam malus atque carnalis, quod si in Christo renascendo profecerit, postea erit bonus & spiritalis. Sic in vniuerso genere humano, cum primū duæ istæ cœperunt nascendo atq; moriendo procurrere ciuitates, prior est natus ciuis huius seculi, posterior autem isto peregrinus in seculo, & pertinens ad ciuitatem dei, gratia prædestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia ciuis sursum. Nam quantum ad ipsum attinet, ex eadem massa oritur, quæ est originaliter tota damnata, sed tanquam figulus deus (hanc enim similitudinē prudenter introducit Apostolus) ex eadem massa fecit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Prius autem factum est vas in contumeliam, post verò alterum in honorē, quia & in ipso vno (sicut iam dixi) homine, prius est reprobum, vnde necesse est incipiamus, & vbi non est necesse vt remaneamus, posterius verò probum, quo proficiscentes veniamus, & quo peruenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus, nemo tamen erit bonus, qui non erat malus, sed quanto quisquis citius

Mysticè. Secundum, nō respectu beatæ virginis, sed Iudæorū intellige. Psalm. 72. Cap. 1.

mutatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutatur in melius, hoc in se facit nominari, quod apprehendit celerius, & posteriore cooperit vocabulum prius. G
ORDINARIA. Cain ergo & Abel de vna matre geniti, signa sunt omnium hominum qui de radice peccati in hanc vitam propagantur, & alij terrenam ciuitatem, & mortiferas delitias sunt amaturi, & quantum in se est, ambitione possessuri, quos significat Cain, qui interpretatur possessio. Alij futuram ciuitatem quæsituri, & de huius habitationis miseriis lugentes, ad futuram gloriam toto desiderio transituri, quos significat Abel, qui interpretatur luctus. Et est posterior, quia (vt iam dictum) non prius est quod spirituale, sed quod animale. Hinc Cain dicitur agricola, id est, terrenis operibus incumbens, Abel verò pastor ouium, simplicitatem scilicet, & innocentiam diligens. AMBROSIVS. Et factus est, inquit, Abel pastor ouium, Cain autem operabatur terram. Non est ociosum, quòd cum ante generatus sit Cain, vt lectio docet, prælatus sit hoc loco Abel, nec idem sit ordo nominum, qui est ordo naturæ. Quid sibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris meminerit, vbi scribitur vitæ status, operisque vsus? Officiorum interrogemus distantiam, vt colligamus causam prælationis operari terram vsu prius est, gratia inferius, quàm oues pascere. Hoc enim instar est cuiusdam doctoris, & principis. Meritóque prior se à vetustioribus inchoauit, iunior recentiora prætulit, quæ nullas spinas, nullos tribulos germinarent, nulli sententiæ essent obnoxia. Denique peccati reus Adam, de paradiso dimissus est voluptatis, vt operaretur terram. Rectè ergo vbi nascuntur hi fratres, seruatur etiam in prædicando ordo naturæ, vbi verò exprimitur disciplina viuendi, seniori iunior antefertur, quia & si tempore iunior, virtute præstantior est. Innocentia enim tempore posterior est, quàm malitia, & quadam suppar ætate, sed meritorum nobilitate antiquior. Senectus enim venerabilis est, non annis in cana, sed moribus. Et ætas, inquit, senectutis, vita immaculata. Vbi ergo generatio exprimitur, præueniat Cain, vbi disciplinarum sit prædicatio, præcurrat Abel. Adolescentiam igitur, & ipsam in exordiis iuuentutem, variarum illecebris passionum feruere quis abnuat? Sed vbi maturior ætas successerit, tanquam pubescentis lasciuiæ tempestate discussa, tranquillitatem refundi, & in quosdam portus quietos lassæ animæ nauigium subducere. Igitur graues motus nostræ adolescentiæ, fida senectutis statione placidantur. I

Sapien.4.

2 *FActum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera domino, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain verò, & ad munera eius non respexit. Iratusque est Cain uehementer, & concidit vultus eius.*

Eccli.5.

2 *Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera domino.* AMBROSIVS. Duplex culpa, vna, quod post dies obtulit, altera, quod ex fructibus, non ex primis fructibus. Sacrificium autem, & celeritate commendatur, & gratia. Vnde præceptum est, Si voueris votum, non facias moram reddere illud. Melius est enim non vouere votum, quàm vouere & non reddere. Cum enim moram facis, non reddis votum. Denique K
Abraham filium suum ad holocaustum iussus offerre, non post dies, vt Cain, obtulit, sed exurgens mane strauit asinam suam, & adhibuit secum duos pueros, & Isaac filium suum, & concidens ligna ad holocaustum, surgens abiit, & venit ad locum quem dixerat ei deus die tertia. Iustus ergo votum suum celeritate commendat. Concluso ergo illo & conuincto Cain crimine, aliud oblationis vitium discutiamus. Obtulit, inquit, de fructibus terræ, non de primis fructibus primitias deo, hoc est, primitias sibi prius vendicare, deo autem sequentia deferre. CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo naturæ conditor scientiam animæ indidit. Quis enim illum dic oro, ad hanc cogitationem perduxisset? nullus alius quàm quæ in animo conscio scientia. Tulit, inquit, de fructibus terræ sacrificium domino. Sciebat enim, & clarè sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid deo offerendum, non quod eo dominus indigeat, sed vt suam gratitudinem declaret, qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget deus, nullisque nostris opus habet. Quia ob ineffabilem misericordiam ita nostræ infirmitati se attemperat, & propter salutem nostram hæc fieri tolerat, vt dei agnitio humanæ

Collat.8. capit 23.

naturæ virtutis sit schola. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Deus hominem creans omnem naturaliter ei scientiam legis inseruit, quæ, si fuisset ab homine secundum propositum domini vt cœperat custodita, non vtique necessarium fuisset aliam dari, quæ per literam postea promulgata est. Erat enim superfluum extrinsecus offerri remedium, quod adhuc intrinsecus tenebatur insertum. Sed quia hæc vt diximus, corrumpi cœpit libertate, vsúque peccandi, velut huius exactor & executor ac vindex, & vt ipsis scripturæ verbis eloquar, adiutrix apposita est Mosaicæ legis seueriſſima diráque districtio, vt vel metu pœnæ præsentis non penitus bonum scientiæ naturalis extinguerent, secundum Prophetæ sententiam legem dans in adiutorium,

Galat. 3.

quæ etiam secundum Apostolum pædagogus velut paruulis data fuisse describitur, erudiens scilicet eos, atque cu stodiens, ne ab illa disciplina in qua naturaliter fuerant instituti, quadam obliuione discederent. Nam quia sit homini omnis scientia legis ab initio creationis infusa, hinc manifestè probatur, quod mandata legis absque literæ lectione ante legem, imò ante diluuium omnes sanctos obseruasse cognoscimus. Quemadmodum enim

Gene.4.

scire potuit Abel necdum lege mandante, quod offerre deo de primitiis ouium suarum, & de adipe ipsarum ad

Gene.7.

sacrificium debuisset, nisi per insitam sibi legem naturaliter fuisset edoctus? Quemadmodum Noë quod mundum, vel quod immundum esset animal decreuisset, nondum hæc legali distinguente mandato, nisi scientia naturali fuisset instructus? Vnde Enoch didicit ambulare cum deo, nullam legis illuminationem ab aliquo consequutus? Vbi Sem & Iapheth legerant. Turpitudinẽ patris tui non reuelabis, vt incedentes retrorsum, patris verecunda velarent? Vnde monitus Abrahã deuictis hostibus nihil accipere de eorũ spoliis acquiescit, ne retributionẽ laboris sui consequeretur, abstinuit, vel decimas sacerdoti Melchisedech quæ Mosaica lege præcipiuntur exoluit?

Gene.5. Leuit.18. Gene.9. Gene.14.

Gene.24.

Vnde idem ipse Abraham, vnde Loth, transeuntibus ac peregrinis, humanitatis iura, & ablutionem pedum necdum euangelico coruscante mandato suppliciter obtulerunt? Vnde Iob tantam deuotionem fidei, tantam castimoniæ puritatem, tantam humilitatis, mansuetudinis, misericordiæ, humanitatis scientiam consequutus est, quantam

A quantam nunc ne ab illis quidem, qui euangelia memoriter teneat, videmus impleri? Quẽ sanctorum legimus ante legem vllum legis violasse mandatum? Quis illorum non custodiuit? Audi Israël dominus dominus deus tuus dominus vnus est. Quis non impleuit illorum? Nõ facies tibi sculptile, neque vllam similitudinem eorũ quę in cœlo sunt, siue quæ in terra, vel eorum quæ sunt in aquis sub terra. Quis eorum nõ obseruauit. Honora patrem tuum & matrem tuam, vel illa quæ in Decalogo subsequuntur? Non occides, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, non concupisces vxorem proximi tui, aliaq; his multo maiora quibus non solum legis, sed etiam euangelij præuenere mandata. THOMAS. Naturalis igitur ratio dictat homini, quod alicui superiori subdatur, propter defectus quos in se ipso sentit, in quibus ab aliquo superiori eget adiuuari & dirigi, & quicquid illud sit, hoc est quod apud omnes dicitur deus. Sicut autem in rebus naturalibus, naturaliter inferiora superioribus subduntur, ita etiam naturalis ratio dictat homini secundum naturalem inclinationem, vt ei quod

Deute. 6. Exodi. 20. 2.2.q.85.ar. primo.

B est supra hominem, subiectionem & honorem exhibeat, secundum modum suum. Est autem modus conueniens homini, vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda, quia ex sensibilibus cognitionem accipit, & ideo ex naturali ratione procedit, quod homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur, offerens eas deo in signũ debitæ subiectionis & honoris, secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionẽ dominij, hoc autem pertinet ad rationem sacrificij, & ideo oblatio sacrificij pertinet ad ius naturale. Vnde in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, semper fuit aliqua sacrificiorum oblatio. Significat autem sacrificium quod offertur exterius, interius spirituale sacrificiũ, quo anima se ipsam offert deo secundũ illud psalmi, Sacrificiũ deo spiritus contribulatus, quia exteriores actus religionis, ad interiores ordinãtur. HVGO DE SANCTO VICTORE. Vel credimus deum docuisse Adam cultum diuinum, quo eius beneuolẽtiam recuperaret, quam per peccatum transgressionis amiserat, ipsumq; docuisse filios suos dare deo decimas & primitias. AVCTOR CATENAE. Iuxta Hebræum, non post multos dies, sed מִקֵּץ יָמִים mikez iamim habetur, id est à fine dierũ. Se-

C ptuaginta, μετὰ πλείονας, id est post dies, neque addunt multas, non ponitur ergo apud vllos numerus definitus. Interpretantur autem Hebræi. Post dies, quibus excoluerat Cain terram, eaq; fructum protulerat. Chaldaica autem ædditio, post aliquot dies legit. Contigit igitur post lapsum temporis, cum dies vitæ Abel appeteret, à domino institutus, intulit vel attulit Cain de fructibus terræ oblationem domino, exemplo nimirum patris, gratitudinem deo de acceptis fructibus protestando, sed vt videbitur, nõ de melioribus, & fide debili. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & adipibus eorum.* AMBROSIVS. Considera quia non de insensibilibus, sed de animantibus obtulit. Quod enim animale spirat, habet vitale spiritum, non ita quod de terrarum fructibus. Deinde obtulit non secunda, sed prima, non exigua, sed pinguia. Talia enim lex probauit, & iussit offerri. Sic etiam docet Dauid, dicens, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et supra, Et holocaustum tuum pingue fiat. Frequenter pingue opus dicimus, quod spissum & operosum intelligi velimus, & optima hostia prædicatur, quæ non sit tenuis non sit exilis. Vnde & sacrificium pingue rectè nuncupamus, quod optimum cupimus declarare.

Psalm. 62. Psalm. 19.

D CHRYSOSTOMVS. Non absque ratione in sermonibus prioribus vestram docui charitatem, quod dominus noster varietatem personarum ignoret, sed à voluntate examinans, mentem & intentionem coronat. En & nunc attende idem factum, sed auscultemus diligenter dictis, & videamus quid de Cain narret scriptura, & quid de Abel, & ne inconsideranter transeamus. Nihil enim temere, vel fortuitò loquitur scriptura diuina, Sed & syllaba, & apiculus vnicus reconditum habet thesaurum. Nam in hunc modum se habent spiritualia omnia. Quid ergo inquit? Et factum est post dies, tulit Cain de fructibus terræ sacrificium domino, & Abel tulit etiam ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. His qui acutius valent intueri, iam ex lectione ipsa liquidum est, quid dicatur. Cain, inquit, tulit de fructibus terræ sacrificium domino, deinde volens & de Abel docere nos scriptura diuina, dicit quod & ipse de sua arte, nempe pastoritia, suum attulerit sacrificium. Tulit enim (inquit) & ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. Obserua, quomodo nobis pientissima illius mens significatur, & quod non tantum de ouibus attulerit, sed de primogenitis, hoc est de preciosissimis, & maximè exi

E miis. Deinde & ex illis ipsis primogenitis preciosissima quæque. Et de adipibus, inquit, illarum, hoc est de pinguissimis, & optimis. De Cain nil tale annotatum est. Sed quid obtulit? De frugibus terræ sacrificium, quasi diceret, qualiacunque obueniebant, nulla ad delectum adhibita opera vel diligentia. Iterum dico, & dicere non cessabo. Non quia deus his indiget, sed vult, & per hæc ostendi nostram gratitudinem. Nam eum, qui deo offert, & offert ex his quæ dei sunt, & intelligit quantum differat natura, & cum homo sit, tantũ sit honorem sortitus, oportebat, quantum sibi conceditur, suum testari officium, & preciosissima offerre. Sed vide obsecro dilecte, habes hic occasiones, vt quid oportet contempleris, meritò pœnas luere eum, qui suam ob ignauiam amittit salutem. Neque ille doctorem aliquem habuit, neque hic suggestorem, & consiliarium, sed vterque conscientiæ suæ magisterio, & sapientia diuinitus humano generi suppeditata, ad hanc oblationem incitatur, sed varietas mentis & voluntatis segnities, illius quidem acceptissimam fecit oblationem, huius autem repudiatam. RVPERTVS. Primus

F vnigeniti filij dei testis Abel, voluntarium deo de primogenitis gregis sui sacrificium obtulit, in fide passionis eiusdem vnici & dilecti filij dei, quem tali sacrificio prælignari condecuit. Paulus nanque Apostolus dicit, Fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit deo, per quam testimonium consequutus est, esse iustus, testimoniũ perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide (inquit) plurimam, nam cultu, vel religione, parem vterque obtulit hostiam. Siquidem vterque cui debuit, obtulit, & proinde vterque rectè obtulit, sed non rectè vterque diuisit. Nam ille, Cain scilicet, cum deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat, repositum habens in cupiditate terrena. Huiusmodi portionem deus non accipit, sed præbe (inquit) fili cor tuum mihi, at ille (vt iam dictum est) cor suum retinuit sibi, & fructus terræ deo obtulit. Porro Abel primo cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimã (vt iam dictum est) hostiam per fidẽ obtulit, credẽdo scilicet futurum esse, vt versaretur gladius ille, quem collocauerat deus ante paradisum ad custodiendã viã ligni vitæ, credendo (inq̃) futurum esse illud semen mulieris, quod contereret caput antiqui serpentis. Hac fide emeritũ non dubitandum est illum prophetiæ quoque percepisse spiritum, vt illud semen de quo dictum fuisse audierat serpenti, Inimicitias ponam

Hebr. 11. Prouer. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter te & mulierem,& semen tuum,& semen illius,sciret non tantum fore semen mulieris, sed & filium dei, qui G
verus agnus dei per suam innocentiam,malitiam serpentis conculcaret,& per suum sanguinem,flammeum gla-
dium restingueret.Itaque cum primo(vt iam dictum est)obtulisset se ipsum, obtulit & munera de primogenitis
gregis sui,& de adipibus eorum.Ita plurimam hostiam obtulit,quàm Cain. CAIETANVS. Ipsa ergo nar
ratio disparitatem insinuat inter oblata ab Abel,& oblata à Cain, ex parte electionis.Nam oblatum ab Abel,de-
scribitur electum,tum quia primogenitum,tum quia pingue. Quod enim dicitur,& de adipe eorũ(primogenito-
rum)significat quod elegit inter primogenitos agnum pinguem.Oblatum verò à Cain, absque vlla electione de-
scribitur,nihil tamen detrimenti in eodem narratur,vt intelligamus penes electionem à Cain neglectam dispa-
ritatem fuisse. AVCTOR CATENAE. Sed & Abel,inquit,quoque intulit munera domino,verùm de pri
mogenitis,sic à patre institutus,& ex fide,deq; melioribus,quia de adipibus. *Et respexit deus ad Abel, & ad munera*
eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER H
GENESIM. Vnde scire poterat Cain,quod fratris eius munera suscepisset deus,& sua repudiasset,nisi illa in-
terpretatio vera esset,quam Theodotio posuit,Et inflãmauit dominus super Abel,& super sacrificium eius, super
2.Para.7. 3.Reg.18. Vbi supra. capit.7. Matth.20. Marc.10. Cain verò,& super sacrificium eius non inflammauit?Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitũ venire de
cœlo, & in dedicatione templi sub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare.
AVGVSTINVS. Non est ergo dubitandum potuisse cognosci signo aliquo attestante visibili, & hoc ideo fe
cisse deum,quia mala erant opera huius,fratris verò eius bona. CHRYSOSTOMVS. Et aspexit deus
Abel,& ad dona ipsius.Vide quomodo impletur hic quod in euangelio est dictum, Primi erunt vltimi, & vltimi
primi.Ecce enim qui ob primogenituram priuilegium habebat,& licut verè primus offerebat, minor visus est fra
tre.Nam vtrisque offerẽtibus dicit diuina scriptura,Et aspexit deus ad Abel,& ad dona eius. Quid est,Et aspexit?
id est approbauit,laudauit mentem,coronauit voluntatem,& quasi quis dicat facto contentus fuit. Nam & iam
de eo loquimur,& de immortali natura aperire os audemus, sed cum homines simus, non possumus hæc aliter q̃ I
per linguam significare.Attende rem miram, aspexit(inquit)ad Abel deus, & ad dona ipsius.Ouium oblationem
dona vocauit,quia preciosa,eximia & immaculata obtulerat,non quod nullis notis aspersa,sed quæ vndequaque
preciosa erant,tum ob mentem eius qui obtulerat, tum quod primogenita erant,& ex illis electissima, & ex adi-
pibus ipsis,hoc est,ex optimis optima. Et aspexit deus ad Abel, & ad dona ipsius, ad Cain autem , & ad sacrificia
ipsius non attendebat.Quia recta intentione,& syncera mente obtulerat, Aspexit, inquit, deus ad Abel, accepit,
gratum habuit,laudauit.Caterum oblata vocauit dona,vt per hoc offerentis animo maiorem honorem haberet.
Ad Cain autem,& ad sacrificia eius non attendebat. Ne pigeat videre scripturæ diligentiam. Nam cum dicit,nõ
attendebat,monstrauit reprobationem oblatorũ.Et iterum aliud nos docet,vocando oblationes fructuum terrę,
sacrificia.Ecce quomodo per facta,& verba ipsa docet dominus,quod hæc omnia à nobis vult fieri,vt animi no-
stri per ea quæ à nobis fiunt, manifesti conspiciantur,& vt sciamus quod dominum habemus,& conditorem eũ, K
qui ex nihilo nos vt essemus, produxit.Oues enim nominando diuina scriptura munera,terræ autem fructus sa-
crificia appellando, docet nos,quod deus neq; vt bruta adducantur,neq; terrę fructus offerantur,sed tantum men
tis affectionem quærit.Vnde & nunc ille cum donis approbatus est, & gratus fuit, at hic cũ sacrificio suo reiectus
est.Quod autẽ aspexit ad Abel,& ad munera ipsius,ad Cain autẽ & ad sacrificia illius non attẽdit,intelligamus vt
decet digne.Vult enim dicere,quod cognoscere illos fecerit,se illius approbare voluntatem,huius autem repelle-
re ingratitudinem. GENNADIVS. Hoc autem quosdam mouet , quod de Abel dona dixerit,de Cain ve-
ro sacrificia.Vtrunque tamen mihi idem esse videtur ex illo Pauli, vt offerret dona,& sacrificia pro peccato.Cau-
sæ autem dubitationis ab his duæ afferuntur. Vna quidem, quod nondum animalia sacrificabantur, altera , mo-
rem scripturarum esse,per ænigmata,quæ ventura sunt significare. Quia igitur sacrificia in lege Moysi mandãda
erant,postmodum autem abroganda ac reiicienda. Ideo Cain munera quæ nequaquam deo placuerũt, sacrificia
nuncupata sunt.Id verò falsum est.Nam passio domini,quæ in nouissimis temporibus implenda erat,sacrificij no
mine nuncupatur,quæ ratio si vera esset, hoc vtique nomine non significaretur. GREGORIVS LIBRO L
Capit. 12. ne quod datur deo,ex dantis mente pensatur. Cuncta itaque malitiæ macula ab interiori nostro homine, cogi-
tationis immutatione tergenda est , quia iram iudicis placare nescit oblatio , nisi ex mundicia placeat offerentis.
Vnde scriptũ est,Respexit deus ad Abel,& ad munera eius, ad Cain aũt,& ad munera eius nõ aspexit. Neq; enim
sacrum eloquium dicit, respexit ad munera Abel, & ad Cain munera non respexit, sed prius ait, quia respexit ad
Abel,& deinde subiunxit,Et ad munera eius.Et rursum dicit, quia non respexit ad Cain, ac deinde subdit,nec ad
munera eius.Ex dantis quippe corde,id quod datur accipitur.Idcirco non Abel ex muneribus,sed ex Abel mune-
ra oblata placuerunt . Prius nanque ad eum legitur . Dominum respexisse,qui dabat, quàm ad illa quæ dabat.
CAIETANVS. Et respexit dominus.Nomen est tetragrammaton,ad significandum,quod curam habet no-
strorum sacrificiorum ipse summus fons essendi. Dictio interpretata respexit , minus explicatur, nam significat,
non simplicem intuitum , sed cum applicatione animi ad intuendum. Et quadrat proposito, nam & dei simplex
intuitus communis fuit oblationi Abel,& Cain(nihil enim subterfugit diuinos oculos) sed proprium fuit obla- M
tioni Abel,quod deus ad similitudinem videntis, oblationem sibi placitam,applicasse dicitur animum ad viden-
dum illam.Ad Abel (inquit)& ad munera eius respexit dominus, ad Cain verò, & ad munera illius non respexit.
Ad significandum quod externæ oblationes non sunt deo gratæ secundum seipsas, nec etiam displicent secũdum
seipsas,sed ratione offerentium placent vel displicent,præponũtur personæ Abel & Cain.Rursus ad significandũ,
quod ipsæ externæ oblationes non sunt vanæ,sed ratione offerentium placẽt,vel displicent deo, describitur quod
non solum Abel,sed oblatio eius fuit accepta, & similiter quod nõ solum Cain, sed nec oblatio eius fuit accepta.
Quo aũt exteriore signo deus monstrauerit se animaduertere ad Abel, & oblationem eius, & non ad Cain,eiusq;
oblationem,scriptum non est explicite,ex aliis autem scripturæ sacræ locis coniici potest,quod emiserit ignẽ de-
uorantẽ oblationẽ Abel,& non Cain.Nã hoc modo respexisse legitur primã immolationẽ sũmi sacerdotis Aarõ,

Leuitici

A Leuitici nono,& sacrificium Gedeonis,Iudicum.vj.& sacrificium primum in templo Salomonis,secundo Para-
lipomemon septimo,& sacrificium Helię,iij.Regum.xviij. AVCTOR CA. Quod apud nos legitur, Et re-
spexit,Hebraicè habet וַיִּשַׁע vaiſaa,quod verbũ proprie attẽtionẽ, intuitũ defixũ,cõsiderationẽ, & animaduersio-
nem significat.Chaldaica autem magis sententiam quàm verbum expressit, dicens. Et suscepit dominus cum
beneplacito Abel,& munus eius,Cain autem & munus eius non suscepit cum beneplacito.Septuaginta,ἐπεῖδε τῷ
θεῷ,primo loco habẽt,hoc est,Respexit,secundo verò,οὐ προσέσχεν,id est,Non attendit.Item quod nos munera bis
legimus,& Hebraicè מִנְחָתוֹ minhatho dicitur,id est oblationem eius à naha verbo quod apportauit,adduxit,ob-
tulit,significat,& quo nomine Hebraicè omne sacrificiorũ genus appellatur, Septuaginta prius δῶρα,id est, mu-
nera,deinde θυσίας,hoc est,sacrificia transtulerunt,de quo hic Gennadius multa.Et respexit ergo,inquit, deus ad
Abel,& ad munus eius,hoc est,oblectatus est,vel ignem demittendo,vel inflammando secundum Hebræos,cum
potuerit tamen respectus & animaduersio dei,quam verbum sonat,nempe dei complacentia,& gratia, apparere
B ex fœcunditate terræ illius,& pecorum,qualem dei clementiã intelligere Cain poterat sibi à domino non datam,
& ideo irasci deo.Ad Cain autem,& ad munera eius non respexit,id est non oblectatus est. Causa deo nota , deo
quoque tutius commendanda. CHRYSOSTOMVS. Et talia quidem sunt quę ad deum spectantia egerũt,
Videamus autem & sequentia. *Iratúsque est Cain nualde, & concidit vultus eius.* Duplex illi tristitia facta est,& quod
solus ipse repudiatus fuit,& fratris donum acceptum fuit.Igitur opus erat,vt delictũ corrigeret is qui ex his quæ
egerat,causæ conscius erat.Nam dominus noster cum misericors sit,quando delinquimus,non sic nos auersatur
ob delictum,quàm quando perseueramus in delicto. THEODORETVS. Cain igitur non pœnitentia pec
cati adductus,sed fraternorum operum bonorum inuidia, dolore affectus fuit. GREGORIVS IN PA- Par.tertia. cap.11.
STORALI. Admonendi sunt inuidi,vt cognoscant quantis lapsibus succrescentis ruinæ subiaceãt, qui dum
liuorem à corde non proiiciunt,ad apertas operum nequitias deuoluuntur.Nisi enim Cain inuidisset fratris acce
C ptam hostiã , minime peruenisset ad extinguendam vitam.Vnde scriptum est,Respexit dominus ad Abel, & ad
munera eius,ad Cain verò & ad munera eius non respexit,Iratúsque est Cain vehementer,& cõcidit vultus eius.
Liuor itaque sacrificij,fratricidij seminarium fuit.Nam quem meliorem se esse doluit, ne vtcunque esset amputa
uit.Dicendum est inuidis,quia dum se ista intrinsecus peste consumunt,etiã quicquid in se aliud boni habere vi-
dentur,interimunt. RVPERTVS. Vehementer (inquit) iratus est,quod & ab effectis claruit protinus, quia
concidit vultus eius,videlicet ira in odium versa,trabali pondere declinauit in terram vultũ,& oculos eius.Ter- Psal.16.
rã nanque aspiciunt,qui crudelia meditantur.Vnde est illud in psalmo,Proiicientes me,nunc circundederũt me,
oculos suos statuerunt declinare in terram. CAIETANVS. In demissione ergo vultus , tanquam non au-
dentis respicere in cœlum,tristitia interna ex qua excandescit animus,significatur. Pudore enim suffusus est , vi-
dens se despectum à deo,& videns minorem fratrem sibi præponi,inuidit,atque excanduit. AVCTOR CA
TENAE. Iratúsque est Cain valde.Propius ad significationem Hebraicam accessit interpres quàm Septuagin
D ta.Nam חָרָה hara intransitiuum est, significatque irasci, excandescere.At Septuaginta , & transitiuum fecerunt,
& eius significationem immutarunt,vertentes καὶ ἐλύπησε τὸν κάϊν,id est,Et mœrore affecit,seu tristificauit Cain.
Videntúrque hi sensisse, deum mœrorem attulisse ipsi Cain . Notum enim est,quod sonet Αυπῶ. Potest tamen &
ad factum ipsum referri,vt dicamus,rem illam,& id quod coram accidisset,solicitum reddidisse Cain,vehemẽ-
tèrque rem ei displicuisse.Sed Hebraicè ad iram ac furorem refertur.Vnde & dimisso capite velut cogitabundus
& tristis Cain,malum aliquod machinatus incessit.Doluit enim opera sua domino , non probari , Fratri inuidit
dei gratiam,& deum iniquum iudicauit.
EVCHERIVS. Spiritaliter autem natiuitas duorum filiorum Adam,similitudinem habet duorum popu- Mysticè.
lorum qui erant diuersis temporibus ad fidem vẽturi,pari opere & dissimili charitate ante deum. Sed sicut Cain
sacrificium ex terræ fructibus reprobatur;Abel autem sacrificium ex ouibus, & earũ adipe suscipitur, ita noui te-
stamenti fides ex innocentię gratia deum laudans,veteris testamenti terrenis operibus antefertur. ORDINA-
E RIA. Aliter.Offert Cain de fructibus terræ sacrificium, quia terrenorum amatores,cum deum in multis offen-
dant,largitione facultatum,& oblationibus deum placari putant, contra quos dicitur,Si distribuero in cibos pau
perum omnes facultates meas,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest.Omne enim quod datur,ex dã
tis mente pensatur.Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui , quia iustus in omnibus quę agit,per fidem &
charitatem,de quibus cæteræ virtutes oriuntur,& sine quibus nihil prosunt, deo placere contendit, quod signifi-
catur in adipibus oblatis.Vnde sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, sine charitate enim macilenta est
anima & lãguida,& in nullo deo placitura. RVPERTVS. Dicamus & aliter.Totum quod fecit Abel,quod
pertulit,parabola est,vel figura domini nostri Iesu Christi.Primo quod fuit ille pastor ouium,à mysterio non va- Ioan.10.
cat,huius qui dicit,Ego sum pastor bonus,Ego sum pastor ouium.Plane qui hunc pastorem bonum, pastorẽ ma-
gnũ despectui habuerunt,præcipuè Annas & Caiphas, cæteriq; fures & latrones, qui hunc pastorem ouiũ occide-
runt,omnes omnino cum illo Cain vnum corpus fuerunt.Alia fuere membra,sed vnum corpus ex eis,& ex om-
F nibus quicũq; innocentiã,vel iustitiã persequuntur,& vnus spiritus,vnũ caput est eorum diabolus. Et pro diuersis Matth.21.
quidem officiis siue personis,plures erant iuxta parabolam euangelicam, mali & male perdendi agricolæ,sed pro
vnanimi crudelitatis intentione, totus eorũ cœtus vnus erat Cain,& vnus agricola,qui dominicæ vineæ fructus,
non ipsi domino,sed sibimet male congregabat. Vẽtum est ad horã legitimam sacrificij, & obtulit iste talis Cain
munera domino de fructibus terræ. Abel autem de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorũ. Hora qua huius
Abel sacrificium sacrificio oppositum illius Cain fuit,& illo reprobato istud cõplacuit,illa recte intelligitur ves- Matth.26.
pera paschæ veteris,quando Iudæis ritu solenni suum pascha manducantibus,hic pastor,idemq; verus agnus dei,
sacerdotio suo functus est,accipiens panem & vinum,& benedicens, Accipite,inquit,& bibite ex hoc omnes,hoc
est enim corpus meum,quod pro vobis tradetur,hic est calix sanguinis mei,qui pro vobis effundetur. Tunc vtiq;
obtulit Cain munera domino de fructibus terræ,videlicet inanimatum,& sine fide sacrificium.Mortuum quippe
erat sacrificium crudelium.Et si antè quandam habuerat vitam,vel sensum,illud Iudaicum sacrificium,scilicet in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo,quod verum Christi præsignabat, vel præcurrebat sacrificium, attamen ex tunc,& vsque in perpetuum mortuum est,& nihil boni conferre potest,quia sine charitate dei,magno cum odio filij dei oblatum est,imo quia tépus figurarum præteriit,& dies veritatis iam lucet. Vnde & bene dictum est, factum est autem post multos dies, & cætera. Multis enim antea diebus,sacrificium illud celebratum, & nõ reprobatum fuerat,quod nunc in fine seculorum reprobatum est. E contra tunc Abel obtulit de primitiis gregis sui, & de adipibus eorum,quia verè sacrificium quod illa nocte pontifex noster Iesus Christus instituit, quanuis exteriori specie, panis & vinum sit, in veritate agnus est dei,primogenitus omnium agnorum vel ouium,quæ pertinent ad caulas cœli,ad pascua paradisi. Et notandum, quod non dictum sit tantummodo de primogenitis gregis sui, sed additum, & de adipibus eorum. Etenim hoc verum panis & vini sacrificium, non modo caro & sanguis, sed & spiritus & vita est, quia verbum verum quod incarnatum est, & vera diuinitas in pane & vino est. Vnde & verè credimus & cõfitemur, quia panis vitæ æternæ est, quia calix salutis perpetuæ est. Iste adeps in hoc primogenito est arietum vel ouium, scilicet in carne & sanguine eius vera diuinitas,& verum dei verbum. Vnde & nos hodiéque cum propheta dicimus illi, Memor sit dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat, vt videlicet, sicut tunc vbi per semetipsum hoc sacramentum condidit,ita & nunc vbicunque idem per ecclesiæ manus ipse cõficit, pinguedo spiritus & vitæ adsit,ne quẽquam nostrum propter peccata sua diuinæ virtutis adeps refugiat,& ipse macrum sacrificij corpus solummodo dentibus indigne conterẽdo, corporis & sanguinis domini reus existat. Et respexit dominus(inquit scriptura)ad Abel & ad munera eius. Ad Cain verò,& ad munera eius non respexit. Palam cum prophetico quoque testimonio comprobatũ est, quia iam non respicit dominus ad istũ Cain,& ad munera eius. Dicit enim illi per psalmistã, Non accipiam de domo tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos. Ac deinceps, Nũquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et confestim de sacrificio huius veri Abel, ad quod deus respicit, Immola,inquit,deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et in Esaia, Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum,dicit deus? Plenus sum. Holocausta arietum,& adipem pinguium,& sanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui. Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Et subinde, Calendas vestras,& solẽnitates vestras odiuit anima mea,facta sunt mihi molesta. Et in cæteris prophetis multa talia. Item cum prophetico quoque testimonio palam est,quia ad hunc Abel,& ad munera hæc eius,munera(inquam) panis & vini deus respicit. Dicit enim de isto spiritus sanctus in Dauid, Iurauit dominus,& non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech. GREGORIVS VIGESIMONONO MORALIVM. Sancti omnes qui inter præsentis vitæ tenebras septiformis spiritus gratiæ nos lumine illustrant,ab ipsa mundi origine,vsque ad eius terminum diuersis temporibus ad prophetandum & prædicandum missi,seu apparentes,& disiuncti sunt per visionem suæ imaginis,& coniuncti per intentionem mentis. Vnum prædicant,sed non semetipsos tangunt,quia in diuersis temporibus partiuntur. Quam diuersis temporibus Abel, Esaias, & Iohannes apparuerunt? Diuisi quidem fuerunt tempore,sed non prædicatione. Nam Abel redemptoris nostri passionem significans, agnum in sacrificio obtulit,de cuius passione Esaias ait, Sicut agnus coram tondente se obmutescet,& non aperiet os suum. De quo Ioannes quoque ait, Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Ecce diuisis quidem temporibus missi,& tamen concorditer de redemptoris nostri innocentia sentientes, eũdem agnũ Ioannes ostendendo, Esaias prænuidendo, Abel offerendo locutus est,& quem Ioannes in ostensione,quem Esaias in locutione,hunc Abel significando in manibus tenuit.

Psalm.19.
Psalm.49.
Esaiæ.1.
Esaiæ.1.
Psal.109.
Cap.22.
Esaiæ.53.
Ioannis.1.

3 DIxitque dominus ad eum, *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies, Si autem male, statim peccatum in foribus aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.*

3 CHRYSOSTOMVS. Vide ex his quæ nunc fiunt, bonitatis diuinæ excellentiã, & patientiæ magnitudinem. Nam postquam vidit Cain supramodum mœstum, & vt ita dicam,à tristitiæ fluctibus submersum iri, non despexit,sed quam erga patrem ipsius misericordiam declarauerat,dando illi satisfaciendi occasiones, & fiduciæ ianuam aperiens, & dicens, vbi es? Post grauem illam ruinam, misericordiam & nunc erga ingratum illum declarat,manum illi quasi in præceps eunti porrigens, & occasionem præbere volens, vt delictum corrigat dicens. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim peccatum in foribus aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* HIERONYMVS. Septuaginta ita habent. Quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti? Quiesce, ad te conuersio eius, & tu dominaberis eius. In Hebræo autem multo alius est sensus, videlicet, Quare irasceris? & quare concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris, dimittetur tibi, & si non bene egeris ante fores peccatum tuum sedebit? Et ad te societas eius, sed tu magis dominare eius. Quasi dicat, Quare irasceris, & inuidiæ in fratrem liuore cruciatus, vultum in terram demittis? Nonne si bene feceris, dimittetur tibi omne delictum tuum? Vel secundum Theodotionem, Acceptabile erit, hoc est, munus tuum suscipiam, sicut suscepi munus fratris tui? Quod si male egeris, ilico peccatum ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis. Verum quia liberi arbitrij es, moneo, vt peccatum non tibi, sed tu peccato domineris. Quod autem in Septuaginta interpretibus fecit errorem, illud est, quia peccatum, id est חטאת hattath, in Hebræo generis masculini est, in Græco fœminini. Et qui interpretati sunt, masculino illud (vt erat in Hebræo) genere transtulerunt. AMBROSIVS SECVNDO DE CAIN ET ABEL. Consideremus, quid sit, quod ait dominus, si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti, quiesce. Quod indicium est, Deum non muneribus oblatis placari, sed offerentis affectu. Denique cõdemnati oblator muneris Cain, quia pro conscientia in synceræ oblationis, intellexit deo sacrificium suum non probatum, tristis est factus. Quando enim mens sibi recti est conscia, gratulatur, vel infusione quadam spiritali repletur animus gaudio, cum alicuius vel studia, vel opera à deo probantur. Tristitia igitur Cain conscientiæ testimonium, repulsæ indicium est. Et quanuis obtulit munus, tamen quia non rectè, & iure diuisit, culpam incidit. Quatuor enim genera sunt,

Cap.6.

A genera sunt,quibus sacrificia commendabantur. Si aut noua nouorum essent, aut frixa,aut diuisa, aut continua. Noua nouorum primo tempore anni,quæ specie in primogenitis fructibus extimabantur,nunc autem reuelatum est,eos significari,qui per baptismatis sacramenta renouantur. Hoc est enim verum sacrificium primitiuũ, quando vnusquisque se offert hostiam, & à se incipit, vt postea munus suum possit offerre. Noua igitur fides renouatorum, valida pubescens,incrementum virtutis acquirens,non remissa,non fessa, non senio quodam marcida,& vigore ignaua,apta sacrificio est,quæ pullulet quodam virenti germine sapientiæ, & iuuenili diuinæ cognitionis feruore pubescat. Habeat tamen succum doctrinæ veteris. Sicut enim noui, ita & veteris testamenti debet doctri na concurrere, quia scriptum est. Manducate vetera veterum,& vetera à facie nouorum auferte. Cibus nobis sit, cognitio patriarcharum,epuletur animus in prophetarum oracula,tali sagina mens pascatur interior. Sed illa nõ species agni sit,sed veritas corporis Christi. Non vmbra legis præstringat oculos,sed apertæ dominicæ gratia passionis,& splendor resurrectionis aciem mentis illuminet. Si autem offeres sacrificium de primitiuis ouibus,fri-
B xum in igne,frixum pingue,offeres sacrificium primitiuorum,sicut scriptum est,quod significat fidem tuam velut igni probatam esse debere, & sancto feruere spiritu. Denique coxit lentem Iacob, & fratri primatus benedictionis eripuit,quos vtique solita consequeretur fides. Hic ergo robustus & viuidus augebatur, ille autem qui cibum suum coquere nesciebat, fatigatus, atque deficiens defluebat. Vtatur igitur verbo domini sicut igne, virtus animæ tuæ. Vide iustum Ioseph, sicut scriptum est, Eloquium domini fusslit eum. Torreatur fides tua,sicut spicæ messium. Tunc enim maturitatem fructuum præferunt,cum eas primo solis processu tempora æstiua torruerint. Sermo igitur plurimus scripturarum animam confirmat,& quodam spiritalis gratiæ colorat vapore. Rationabilia quoque inuenta corroborat,dissoluitq; omnem vim irrationabilium passionum. Ideoque Esau laxatis virtutis suæ nexibus,dissolutus est. Illi autem, qui succincti lumbos non crudum neq; coctum aqua, sed assum igni caput agni edere iubebantur,sicut habes in Exodo,forti ac fideli animo pedestri itinere maria transfretauerunt. In euangelio quoque assos pisces dominus Iesus manducabat, sicut scriptum est, in quo sancti spiritus plenitudo redundabat. Virtus enim genus est,quæ diuiditur in plurimas species. Sed principales quatuor sunt. Prudentia, Tempe-
C rantia, Fortitudo, Iustitia. Redoleat igitur oratio tua prudentiam erga cognitionem dei,& veritatem fidei. Redoleat temperantiam,quam etiam à coniugibus exigendam putauit apostolus,dicens, Nolite fraudare inuicem,nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et lex castigatos ante hesternum & nudiustertius diem, ad sacrificium accedere iubet. Fortitudinem teneat oratio,vt nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat. Tunc enim debet esse intentio ad precandum robustior, cum vrgemur aduersis. Iustitiam custodiat precatio, quam si tenuisset Iudas,non in peccatum facta esset eius oratio. Quando enim magis ab iniustis operibus,ac prauis studiis abstinere debemus,quam tunc quando dei iustitiam deprecamur? Et ideo dominus vt cordi nobis esset iustitia, Beati, inquit, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, ipsorum est enim regnum cœlorum. Hæc enim defuit Iudæ. Nam si affuisset, non tradidisset dominum, non prodidisset magistrum. Defuit sacrificio etiam Cain iustius, qui si tenuisset iustitiam, domino debuit primitiua munera, non posteriora deferre. Defuit itaque ei diui-
D sio,ideoque responsum ait,Si recte offeras,non recte autem diuidas,peccasti,quiesce. Vides quãtum sit vitij? Vbi deest diuisio, ibi totum sacrificium refutatur. Ideoque dictum est ad Cain,si recte offeras,non recte autem diuidas,peccasti. Nanque mundus ipse distincte legitur factus, cum esset antè incomposita pars eius, quia terra erat inuisibilis,& incomposita. Nempe lux primum facta est, & vocauit deus lucem,& separauit deus inter lucem & tenebras,& vocatæ sunt tenebræ nox. Et per ordinem singula quòd facta sint legimus, Cœlum, terra, ligna fructifera, animalia diuersa. Distributa autem sunt leuiora superioribus, vt aër & ignis,& grauiora inferioribus, hoc est, terra & aqua. Vtique simul omnia fieri iubere potuit deus, sed distinctionem seruare maluit, quàm nos in omnibus imitaremur negociis,& maxime in vicissitudinibus gratiarum. In quibus non satis est reddere quod accepe-
ris,sed commendare quod reddas. Nam si quis debitum soluat,& in referendo iniuriam faciat creditori, intolerabilius est vtique,quàm non reddidisse quod debebat. Non ergo quantitas solutionis, sed animus reddentis, & qualitas consideratur, & affectus. Recte igitur Cain obtulit,quia oblatio insigne deuotionis,& inditium gratia-
E rum est,sed nõ recte diuisit,quia ante omnia deo debuit deferre primitias,vt à gratia inchoaret auctoris. Etenim diuisionis hic ordo est,vt prima secundis,non primis secunda præcurrant, & cœlestia terrenis,non terrena cœlestibus præferantur. Sed quia Cain confudit hunc ordinem, dicitur ei, peccasti,quiesce. Omnia docet deus. Primumque pecces, vt in Adam monuit. Secundò, si peccaueris, quiescas, vt in Cain doceris. Erubescere enim debemus, & condemnare peccatum, non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. Et silendo corrigimur, contentione prolabimur. Sit saltem verecundia, vbi non est absolutio. Inde illud, Iustus in exordio sermonis accusator est sui. Et iterum ab ipso domino alibi dictum legimus, Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Quanta pudoris gratia, vt iustitiam teneat verecundia, quam culpa reatus abstulerit? Ideo autem ait, Quiesce, quoniam non habes quod excuses. Culpæ ipsius ad te conuersio est. Non enim frater ei adiicitur, sed error adscribitur, cuius ipse sibi auctor est. In te, inquit, reuertetur crimen, quod à te cœpit. Non habes in quo necessitatem, magis quàm mẽtem tuam arguas. In te retorquetur improbitas tua, tu princeps es illius. Etenim impietas
F mater quædam est delictorum, & qui grauiora peccauerit, in cætera facile prolabitur. Quomodo enim potest ab humanis temperare, qui diuina violauit, & hominibus bonus esse, qui deum læsit? Atrociorem igitur scelerum reatum vitia reliqua sequuntur, quoniam quo flagitiosa perpenderint, eo inclinant cætera. Tu ergo princeps operis tui, tu dux criminis. Non te inuitum, non imprudentem error attraxit, sed voluntarius reus iudicio, non lapsu feci sti dolum, quo te diuinæ iniuriæ reum ipse conuincis. AVGVSTINVS. In hac admonitione quam deus protulit ad Cain, illud quidem quod dictum est, Nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti, quia non elucet cur vel vnde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum diuinarum scripturarum quisque tractator, secundum fidei regulam id conatur exponere. Recte quippe offertur sacrificium, cum offertur deo vero, cui vni tantummodo sacrificandum est. Non autem recte diuiditur, dum non discernuntur recte, vel loca, vel tempora, vel res ipsæ, quæ offerũtur, vel qui offert, vel cui offertur, vel

Prouer.28.
Esaiæ.43.
Vbi supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, vel hi quibus ad vescẽdum distribuitur quod oblatum est, vt diuisionem intelligamus hic discretionem, siue G
cum offertur vbi non oportet, aut quod non ibi, sed alibi oportet, siue cum offertur quando nõ oportet, aut quod
non tunc, sed alias oportet, siue cum id offertur, quod nusquam, & nũquam penitus debuit, siue cum electiora sibi
eiusdẽ generis rerum tenet homo, quàm sunt ea quæ offert deo, siue cum eius rei quæ oblata est, fit particeps pro-
phanus, aut quilibet, quem fas non est fieri. In quo autem horum deo displicuerit Cain, facile nõ potest inueniri. 1.Ioan.1.
Sed quoniam Ioannes Apostolus cum de his fratribus loqueretur, Non sicut Cain, inquit, qui ex maligno erat, &
occidit fratrem suum. Et cuius rei gratia occidit eum? quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem eius iusta,
datur intelligi propterea deum non respexisse in munera eius, quia hoc ipso male diuidebat, dans deo aliquid su-
um, sibi autem se ipsum. Quod omnes faciunt, qui non dei, sed suam sectantes voluntatem, id est non recto, sed
peruerso corde viuentes, deo offerunt munus, quo putant eum redimi, vt eorum non opituletur sanandis prauis
cupiditatibus, sed explendis. Cognito itaque Cain, quod super eius germani sacrificium, non super suum respexe H
rat deus, vtique fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit æmulari. Sed quia contristatus est, & concidit
vultus eius, hoc peccatum maxime arguit deus, tristitiam de alterius bonitate, & hoc fratris. Hoc quippe arguen-
do interrogauit, dicens, Quare cõtristatus es, & quare concidit facies tua? Quia enim fratri inuidebat, deus vide-
bat, & hoc arguebat. Nam hominibus quibus absconditum est cor alterius, esse potest ambiguũ, & prorsus incer-
tum, vtrum illa tristitia malignitatem suam, in qua se deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatẽ, quæ
deo placuit, cum in sacrificium eius aspexit. Sed reddens rationem deus, cur eius oblationem accipere noluerit, vt
sibi ipse potius merito, quàm ei immerito frater displiceret, cum esset iniustus non recte diuidendo, hoc est, nõ re
cte viuendo, & indignus cuius approbaretur oblatio, quàm esset iniustior, quod fratrem iustum gratis odisset, o- I
& tu dominaberis illius. Nunquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim, peccasti, tum deinde ad-
didit. Quiesce, ad te enim cõuersio eius, & tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi, ad ipsum hominem
conuersionẽ esse debere peccati, vt nulli alij, quàm sibi sciat tribuere debere quod peccat. Hæc est enim salubris pœ
nitentiæ medicina, & veniæ petitio non incongrua, vt vbi ait, Ad te enim conuersio eius, nõ subaudiatur erit, sed
sit, præcipientis videlicet, non prædicentis modo. Tunc enim dominabitur quisq; peccato, si id sibi non defendẽ-
do præposuerit, sed pœnitendo subiecerit. Alioquin & illi seruiet dominanti, si patrocinium adhibuerit accidenti.
Sed vt peccatum intelligatur concupiscẽtia ipsa carnalis, de qua dicit Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiri-
tum, in cuius carnis fructibus, & inuidiam cõmemorat, qua vtiq; Cain stimulabatur, & accẽdebatur in fratris exi
tium, bene subauditur erit, id est, ad te enim conuersio eius erit, & tu dominaberis illius. Cum enim commota
fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat Apostolus, vbi dicit, Non ego operor illud, sed quod habitat in
me peccatum, quam partem animi etiam Philosophi dicunt esse vitiosam, non quæ mentẽ debeat trahere, sed cui
mens debeat imperare, eamq; ab illicitis operibus ratione cohibere, cum ergo commota fuerit ad aliquid perpe-
ram committendum, si acquiescatur, & obtemperetur dicenti Apostolo. Ne exhibeatis membra vestra arma ini- K
quitatis peccato, ad mentem domita & victa conuertitur, vt subditę ratio dominetur, hoc præcepit deus huic, qui
facibus inuidiæ inflammabatur in fratrem, & quem debuerat imitari, cupiebat auferre. Quiesce (inquit) id est ma
nus à scelere contine. Non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibeas
membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius, dum non adiuuatur relaxando, sed quiescendo
frenatur. Et tu dominaberis illius. Vt cum forinsecus non permittitur operari, sub potestate mentis regentis & be
neuolentis, assuescat etiam intrinsecus non moueri. Dictum est tale aliquid in eodem diuino libro, & de muliere,
quando post peccatum deo interrogante, atque iudicante, damnationis sententias acceperunt, in serpente diabo-
lus, & in se ipsis illa & maritus. Cum enim dixisset ei, Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum,
& in tristitiis paries filios, deinde addidit, Et ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Quod di-
ctum est ad Cain de peccato, vel de vitiosa carnis concupiscentia, hoc isto in loco de peccatrice fœmina, vbi in-
telligendum est, virum ad regendam vxorem, animo carnem regenti similem esse oportere. Sed illud dei præ-
ceptum Cain sicut præuaricator accepit. Inualescente quippe inuidentiæ vitio, fratrem insidiatus occidit. L
CHRYSOSTOMVS. Quare tam mœstus es? & quare concidit vultus tuus? Expende oro dilecte ineffabilem
misericordiam, & in docendo nobis congruam humilitatem. Quia postquam vidit illum ab inuidentiæ affectio-
ne oppugnari, vide quomodo pro sua benignitate congrua ipsi remedia apponit, vt statim educatur, & aquis non
obtegatur. Quare tristis factus es? quare concidit vultus tuus? quia & in facie mœroris magnitudinem ostendis,
quare ira te inuasit, quare non à te ipso, quod oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrificium obtulisti, qui
falli possit? ignoras quod mihi non est opus, vt aliquid offeratur, sed sanam offerentium mentem volo? Quare cõ-
cidit vultus tuus? Nonne si recte obtulisti, non autem recte diuidas? Hoc quidem quod in animum accepisti, esse
offerendum, laude dignum est, quod verò non recte diuidis, oblati repudiationem operatũ est. Oportet enim of-
ferentem deo, in discernendo magnam adhibere diligentiam. Et quantum differunt qui offert, & qui accipit, tan-
ta & in discretione facienda diuersitas. At horum nihil tu cogitasti, sed vt fortuito contigit, obtulisti. Atque id- M
circo non potuerunt esse accepta. Nam sicut intẽtio tua, cum qua oblationem fecisti, nihil distare existimans, re-
iectanea fecit quæ à te sunt oblata, sic fratris tui animus qui rectus fuit, & dignum in discernẽdo studium habuit,
accepta illius dona fecit. Veruntamen neque sic delicti pœnam repeto, sed ostendo duntaxat delictum, & consi-
lium affero, quod si accipere volueris, & peccatum emẽdabis, & te ipsum grauioribus malis non inuolues. Quo- Ezech.18.
modo? Peccasti, & grauiter peccasti, sed non punio propter delictum. Misericors enim sum, & nolo mortem pec-
toris, sed vt conuertatur & viuat. Igitur quia peccasti, quiesce, tranquillitatem facito tuarum cogitationum, & li-
bera mentem à procellis fluctuum inundantium, cohibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato grauius ali-
ud. Ne consilium arripias, vt medicina post hac nihil prosit. Ne te ipsum maligno dæmoni captiuum tradas. Pec-
casti, quiesce. Sciebat ab initio quod fratrem sic adoriturus esset, & ideo antea verbis reprimit. Deus enim cui etiã
arcana sunt cognita, quia sciebat cordis illius motus, multum admonendo, & verba illius infirmitati accommo-
da profe-

A da proferendo, congruam ipsi narrationem protulit, sua omnia faciens, tametsi ille repulso medicamento, in fra-
tricidij profundum se præcipitarit. Peccasti, quiesce. Ne putes, inquit, licet tuum auersatus sim sacrificium ob pra-
uam mentem, fratrisq; oblationem acceptam habuerim ob sanam intẽtionem, quod ideo primatu te destituam, &
primogenituræ dignitatem à te auferam. Nam licet honore ego illum prosecutus fuerim, acceptáque fuerint il-
lius dona, veruntamen ad te conuersio illius, & tu illius dominaberis. Atque post peccatum hoc permitto, vt pri-
mogenituræ priuilegiis gaudeas, illumque sub tua potestate & dominio esse iubeo. Vide misericordiam domini,
quomodo furorẽ, & insaniam illius demulcere, & verbis his impetum auferre nititur. Quippe motus mẽtis illius
videns, & crudelem ac sanguinariam illius voluntatem sciens, nunc præmitigare eius rationem vult, & serenitatẽ
menti inducere, subiiciendo ipsi fratrem, & potestatem ipsius nihil minuendo. Veruntamen post tantam curam,
& tanta remedia, nihil commodi amplius inde sentit. Tantum agit mentis peruersitas, & malitiæ excellẽtia. Pro-
inde obsecro, vt caueamus, ne illum imitemur, & relicta omni malitia, mandata domini perficiamus, præsertim
B post tanta, taliaq; exempla. Nam si hic, Cain (inquam) nullum ante se inuenit, qui tale quoddam egerit, nihilomi-
nus tamen intolerabilem & grauem sustinuit pœnam, quam & vos postea scietis, quid verisimile est nos passuros,
qui eadem vel etiam grauiora peccauimus, idque post tantam gratiæ largitatem, nonne certum, quod ignis æter-
nus, vermis qui non interibit, stridor dentium, tenebræ externę, gehenna ignis, & alię ineuitabiles pœnę nobis in-
tentabuntur? Nulla enim defensio nobis relicta est, si ita negligentes & ignaui fuerimus. Nõne scimus omnes quę
sint facienda, quæ non facienda? Et qui faciunt quæ oportet, principales coronas assequentur, alij autem extremæ
extremorum suppliciorum pœnæ addicentur. GENNADIVS. Et ad te conuersio illius, & tu dominaberis
illius. Id duplicem intelligentiam habet. Vel de oblatione dictum est, ac si dicat, Rursus quæ tua sunt, habebis, &
nihil horum capiet Abel. Vel nihilominus Abel superior eris ob primogenita quæ te manebunt. GREGORI- Cap 9.8.10
VS TERTIO MORALIVM. Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. Recte offertur, cum recta
C intentione quid agitur, sed recte non diuiditur, si non hoc quod pie agitur, etiam subtiliter discernatur. Oblata e-
nim recte diuidere, est quęlibet bona nostra studia solicite discernendo pensare, quod nimirum qui agere dissimu
lat, etiam recte offerẽs peccat. Sæpe ergo & quod bono studio gerimus, dum discernere caute negligimus, quo iu-
dicetur fine nescimus, & nonnunquam hoc fit reatus criminis, quod putatur causa virtutis. ALBINVS IN
QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed aliter. Quid est secundum nostram æditionẽ quod do-
minus dixit ad Cain, Nõne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatũ tuum aderit? Id est
si pura mente obtuleris sacrificium, recipies præmium, respiciente deo ad te, & ad sacrificium tuum, si autem ma- f.
le egeris, intrantem vel exeuntem te semper peccatum tuum comitabitur, & desinet dominus custodire introitũ
tuum, & exitum tuum. Quomodo intelligendum, sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius? Tu quia libe
ri es arbitrij, nõ habet peccatum super te dominũm, sed tu super illud, & in tua potestate est, siue compescere, siue Cap 22.
concupiscere illud. GREGORIVS QVARTO MORALIVM. Vel in foribus peccatũ adest, cum in co-
D gitationib⁹ pulsat. Cuius appetitus subter est, eique homo dominatur, si cordis nequitia inspecta, citius prematur,
& priusquàm ad duritiam crescat, reluctanti menti subigatur. RVPERTVS. Quare iratus es? & cur conci
dit facies tua? Vtrunque ab illo requirit deus. Siquidem etiam si non occidere vellet, iam pro tali causa iratum fu
isse, scelus est, peccatum diabolicum est, quia diabolum imitatur, qui alterius iusticiæ inuidet. Aliàs autem moueri
vel irasci humanum est, dummodo ira prius resideat, quàm peccati opus generet. Quapropter in psalmo dictum
est, Irascimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ac si dice- Psalm.4.
ret, Et si ad horã vt homines mouemini, nihil tamen per irã operemini, & de hoc ipso, quod moti vel irati fuistis,
cito pœnitemini. Sed hanc iram, qua iratus est Cain, nusquam scriptura concedit, nam ipsa est inuidia diaboli.
Bene ergo deus vtrunque requirit, dicendo, Quare iratus es? & cur concidit facies tua? quia videlicet iratus fuerat
inuidendo, & conciderat facies eius, parricidium meditando. Ita percunctando vocat illũ mitis ad misericordiã,
mittit ad conscientiam suam, inuitat eum ad cor suum, vt videat ipse quid cogitet, bonum scilicet sit, an malum.
E Amplius autem subiungendo, Nonne si bene egeris, recipies, & cætera. Forti illum inuectione pulsat, vt vultum
suum subleuet à terra, vt mentis oculos sustollat, scilicet vt trabem de oculo suo eiiciat, & procul aspiciat, videatq;
prudenter, quid magis expediat, quid euenturum sit, quis finis, quis fructus succedat, si malum quod cogitatione
deliberat, opere perficiat. Nonne (inquit) si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum ade-
rit, Sed subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quod est dicere. Quia tu mente deliberas perpetrare
opus peccati, en ego priusquàm id facias, ne posteaquã feceris, quasi de ignorantia te excuses, dico tibi. Nõne scis,
quia si bene egeris, recipies, sin autẽ male, subauditur, & illud recipies, nam statim inforib⁹ peccatũ aderit, vt quo-
cunq; te verteris, quicquid agere volueris, tecum sit comes in itinere, princeps in opere. Et tũc quidẽ super te erit, Ioan.8.
& dominabitur tui, quia videlicet omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Nunc autem antequam facias il- nota.
lud, dum adhuc est in appetitu, ipse appetitus eius subter te erit, & tu dominaberis illius. Verbi gratia, quemadmo
dum is, qui nondum rex creatus est, subter populum est, & populus dominatur illius, ita vt eum recipiat, si vult.
F At postquàm rex creatus est, populus sub eo est, ipseque eius dominatur, ita vt eum regem habere cogatur, e-
tiam si nolit. HVGO DE SANCTO VICTORE. Duabus de causis dicitur aliquid in foribus adesse, vel vt intret, vel vt exeat. Similiter & hic de peccato potest intelligi. Peccatum enim in foribus est, vt in-
tret post malam cogitationem occasio parata peccandi, quam merito malæ voluntatis homo meretur, & de-
us iusto iudicio ei obiicit. Hominis autem bonum velle, aut malum, bene aut male agere vocat, quia volun-
tas hominis libera est, & ad hoc & ad illud absque exteriori adminiculo, & omne peccatum adeo est voluntas
rium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. Peccatum verò quod est in foribus vt exeat, praua vo-
luntas est, quæ non potest cælari, quin aliquando exeat, & appareat aliquo signo. Sub te (inquit) erit appetitus e-
ius, non super te, & tu dominaberis illius, non illud tui. Ac si aperte dicat, in tua potestate erit cauere tibi, vel
ab interiori praua voluntate, vel ab exteriori occasione peccandi. CAIETANVS. Dixitque dominus ad
eum. Nomen est Tetragrammaton, vt intelligamus, quod ipse supremus deus homines etiã peccatores alloqui nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedignatur. Sed quo dicendi genere loquutus fuerit deus, ſcriptum non eſt. Potuit enim hoc fieri ſermone G
interno vel externo, aſſumpta aliqua ſpecie viſibili. Ex eo tamen quod ſcriptura nullo pacto meminit alicuius
ſenſibilis, (quemadmodum meminerat formæ ſenſibilis deſcribẽdo deum ambulantem ad auram diei in horto)
ſed abſolute refert, quod deus allocutus eſt Cain, inſinuare videtur, quod illo modo locutus eſt, quo ſecundum
ſuauem humani generis gubernationem, conſueuit alloqui homines poſt peccatum, arguendo mediante interno
ſyntereſis ſermone, vt reſipiſcant. In cuius ſignum communes tantum rationes reſipiſcendi in hoc ſermone con
tinentur, vt hinc diſcamus officium ſyntereſis attribuere, non naturæ aut angelo, ſed ipſi ſummo deo, qui dat eſſe
omnibus quæ ſunt. Quare iratus es (inquit) & cur concidit facies tua? Benignus deus ab effectibus (à turbato ani-
mo, à caſu vultus) tanquam inquirendo cauſam procedit, manifeſtaturus, quod nulla eſt externa cauſa horum ef-
fectuum, hoc eſt, quod non ego, non Abel, ſed tu ipſe cauſa es horum effectuum. AVCTOR CATENAE.

Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Admonet deus iam peccantem, ne pergat peior fieri, quaſi dicat, Cur
mea deteſtaris iudicia? quare fratri gratiam inuides? Nonne oculus tuus malus eſt, quia ego bonus ſum? Nonne H
ſi bene egeris, recipies? Locus perobſcurus, & qui variis modis exponitur. Hebraicè legitur הֲלוֹא אִם תֵּיטִיב שְׂאֵת ha
lo im tetib ſeeth, id eſt. Nõne ſi bene egeris, reportatio, vel eleuatio? Aliqui ex Hebræis volunt id referri ad vultũ
ipſius Cain, qui conciderat. Ac ſi dicat, Nonne ſi bene egeris, eleuatio, ſcilicet vultus tui erit, qui decidit? Cuius
locutionis permulta ſunt in ſcriptura exempla. Vt illud, Tunc eleuabis faciem tuam à peccatis meis. Hanc autem
eleuationem alij referunt ad remunerationem ex bene actis recipiendam. Chaldaica verò legit, Nonne ſi bene
egeris opera tua, dimittetur tibi? Nempe peccatum quod antè commiſiſti. Quodque ſequitur, difficilius enodatu
eſt, videlicet, Si autem male, ſtatim in foribꝰ peccatũ tuum aderit, pro quo Hebraicè habetur וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח
חַטָּאת רֹבֵץ veim lo thetib lapéthah hattath robez, id eſt, Et ſi nõ bene feceris, ad oſtium peccatum accubat. Qui-
dam apud Hebræos ita hoc intelligendum eſſe autumant. Ad oſtium, id eſt cordis cogitationes, vbi mala & bona
verſantur, accubabit peccatum tuum. Scelere igitur & flagitiis nos polluti, excruciamur à conſcientia, quæ ad no- I
ſtri cordis fores ſemper excubat, quæ quicquid agimus, aut molimur, illico nobis præſto eſt, neque lætos vnquam
eſſe permittit. Atque hæc prima ſupplicia ſunt, quæ ex male actis reportamus. Hanc pœnam deum dicunt prote-
ſtatum eſſe ipſi Cain, quæ certè eſt omnium miſerabiliſſima. Quæ neque ad tempus deſæuit, ſed poſt multa tem-
porum ſpacia, ad plectendum, lacerandumq; animum reuertitur. Quæ & fratribꝰ Ioſeph poſt quindecim annos
admiſſi ſceleris memoriam reuocauit, multarúmque calamitatum metum iniecit. Hæc ergo ſemper excruciatu-
ra erat Cain, niſi à meditato ſcelere abſtineret. Alij exponunt, ad oſtium ſcilicet ſepulchri, ſemper peccatum tuum
accubabit, quoúſque dies ille iudicandi acceſſerit. Quo tempore de omnibus perpetratis facinoribus pœna luenda
eſt. Admiſſo enim ſcelere, ad Iudicis portam pœna ſuſpenſa manet, donec ille ferat iudicium. Vide ergo (inquit)
quid facturus ſis Cain, pœnas enim lues. Quem ſenſum Chaldaica etiam inſequitur, inquiens, Et ſi non bene ege-
ris, in diem iudicij peccatum tuum ſeruatum eſt. Tertij non longe ab his diſſentientes, Peccatum aiunt, ad oſti-
um cubat, id eſt pœna pro peccato commiſſo, vicem ianitoris obtinebit. Semper enim concomitabitur te tanquã K
corpus vmbra, ſiue introeas, ſiue exeas. Nam apud dominum ſicut nullum bonum irremuneratum, ſic nec vllum
malum remanet impunitum. Septuaginta, hic (vt ſatis ſupra viſum) diuerſa proferunt, & ab Hebraicis verbis pe-
nitus aliena. Demum quod ſequitur, ſed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, Hebraicè legitur
וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה תִּמְשָׁל בּוֹ veeléch teſukatho, veata timſal bo, hoc eſt, Et ad te ſiue in te appetitus eius, ſupple e-
rit, & tu dominaberis illius (nempe peccati de quo prædixerat) vt vel opereris, vel nõ opereris illud. CAIETA-
NVS. Vel quia dixerat conditionaliter de opere ſi bene facies, & ſi non benefacies, monſtrat modo vtriúſque
appetitum ineſſe homini. Ita quod pronomen eius, refert vtrúnque, videlicet benefacere, vel non benefacere, vt
ex intimo ſuo agnoſcat Cain prodiſſe ſuum non benefacere. Et demum ne cauſari poſſit, quod appetitus huiuſmo
di non eſſet liber, ſubiungit ipſius libertatem, & tu dominaberis illius, ſcilicet appetitus, vt tuæ præſidentiæ impu-
tari intelligas quod appetiſti, quod non benefeciſti, ac per hoc quod cecidit vultus tuus, irámque incurriſti. Non
igitur in me (deum) non reſpicientem ad te, & tuam oblationem, reſpicientem autem ad Abel, & oblationem e- L
ius, neque in fratrem tuum benefacientem intorqueas cauſam, ſed in tua libertate totius mali cauſam agnoſce.
AVCTOR CATENAE. Chaldaica hic cœptum ſenſum de die iudicij proſequitur, habens, In qua futurum
eſt, vt vlciſcatur de te, ſi non conuerteris, & ſi cõuerteris, dimittetur tibi. Ex quibus omnibus apertiſſimum habes
pro libero hominis arbitrio contra antiquas & præſentes hæreſes teſtimonium. Nam ſi homo dominatur appeti-
tui, falſum eſt quod homo non poteſt vitare peccata, quæ ab appetitu proficiſcuntur, vt Manichæus dixit. Con-
funditur etiam Lutherus, faciens arbitrium hominis ſeruum cum appetitus eius deus teſtatur ſe feciſſe homi-
nem dominum.

Myſticè.

AVGVSTINVS DVODECIMO CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM. Dixit deꝰ ad Caim,
Si recte offeras, & recte non diuidas, peccaſti, vtique, quia & ſi antea Iudæi recte ſacrificia legis fecerunt, in eo ta-
men infidelitatis rei ſunt, quia Chriſto veniente, iam tempus noui teſtamenti non diſtinxerunt. Quod ſi obtem-
peraſſet Cain deo dicenti, quieſce, ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, ad ſe conuertiſſet peccatum M
ſuum, ſibi hoc tribuens, & confitens deo, ac ſic adiutus indulgentiæ gratia, ipſe peccato ſuo dominaretur, non illo
ſibi dominante, ſeruus eſſet peccati, nec fratrem occidiſſet innocentem. Sic & Iudæi, in quorum figura hæc gere-
bantur, ſi quieſcerent à ſua perturbatione, & tempus ſalutis per gratiam in peccatorum remiſſionem cognoſcen-
tes, audirent Chriſtum dicentem, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentia, tunc ad ſe conuerterent
peccatum ſuum in confeſſione, ſicut in pſalmo quadrageſimo ſcriptum eſt, medico dicentes, Ego dixi domine
miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi. Eidémque peccato quandiu in eorum corpore eſſet adhuc
mortali, per ſpem gratiæ liberi dominarentur. Nunc autem ignorantes dei iuſtitiam & ſuam volentes ſtatuere, e-
lati de operibus legis, non humiliati de peccatis ſuis, non quieuerunt, ſed offenderunt in lapidem offenſionis, &
exarſerunt inuidia aduerſus Chriſtum, cuius opera videntes, accepta deo eſſe doluerunt.

Lucæ. 5. Pſal. 40.

Dixitque

A Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain ad- 4
uerſus fratrem ſuum, & interfecit eum. Et ait dominus ad Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpon
dit, Neſcio, Numquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum, quid feciſti? Vox ſanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſangui-
nem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. Vagus & profugus eris ſu-
per terram.

AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. In electis ſpiritus ſanctus o- 4
peratur intrinſecus, vt valeat aliquid medicina, quæ adhibetur extrinſecus. Alioquin etiam ſi deus ipſe vtens crea Cap. 1.
tura ſibi ſubdita, in aliqua ſpecie humana ſenſus alloquatur humanos, ſiue iſtos corporis ſiue illos, quos iſtis ſimil-
B limos habemus in ſomnis, nec interiore gratia mentẽ regat atq; agat, nihil prodeſt homini omnis prædicatio ve-
ritatis. Facit autẽ hoc deus, à vaſis miſericordiæ irę vaſa diſcernens, diſpẽſatione qua ipſe nouit, multũ occulta, ſed
tamen iuſta. Nam hoc ipſum quod deus locutus eſt ad Cain, eo modo, quo primis hominibus, per creaturam ſub-
iectam velut eorum ſocius forma congrua loquebatur, quid ei profuit? Nonne conceptum ſcelus in necando fra-
tre, etiam poſt verbum diuinæ admonitionis impleuit? CHRYSOSTOMVS. Quemadmodum incurabi-
lia vulnera neque auſteris medicamentis cedunt, ita & anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam obnoxiam fe-
cerit, conſiderare non vult quæ ſibi ſunt vtilia, etiam ſi quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet, ſed
quaſi mortuæ eſſent aures, nullam ex admonitione ſuſcipit vtilitatem, non quia non poteſt, ſed quia non vult.
Non enim ſicut in corporalibus vulneribus videri ſolet, ita & in voluntate eſt. Nam in corporalibus naturæ affe-
ctiones ſæpe immobiles ſunt, in voluntate autem non ita ſe res habet. Sæpe enim ſi voluerit, etiam qui malus eſt,
mutatur, & fit bonus, & qui bonus, per ignauiam excidit, & fit malus. Quia liberi arbitrij eſſe noſtram naturam
C fecit omnium dominus. Ipſe enim quæ ſua ſunt, omnia pro ſua miſericordia ſemper exhibet. Et ſciens abſcondita
in profundo mentis & arcana, laudat, conſulit, conatuſq; noſtros primum reprimit. Et neceſſitatem vtique non
imponit, ſed congruis remediis appoſitis, totum iacere in ægrotantis ſententia dimittit. Hoc igitur & in Cain fa-
ctum eſt nunc. Vide enim poſt tantam prouidentiam, & ſui curam, in quantam inciderit inſaniam. Oporte-
bat conſcium peccati ſui, in emendando poſtea occupatum eſſe. At ille quaſi ebrius, affectioni & vulneri priori
aliud vlcus coniungens, & medicinam tanta diligentia adhibitam non admittens, ſed deſtinatam eadem in
opus perducere feſtinans, à dolo & malitia exorditur, & fallacibus verbis fratrem decipit. Tam efferus & pe-
cuinus eſt homo, qui in peccatum declinauit. Nam ſicut magnum & venerandum eſt rationale hoc animal,
& maximè quando in virtutis viam contendit, ita quando in malum declinat, truculentarum beſtiarum
imitatur crudelitatem. Quin & cum feroces illarum mores aſſumpſerit, quanuis rationale, & manſuetum
D animal ſit, multis tamen nominibus illarum ſuperat ferociam. Videamus autem & de illis quid acciderit. Di-
xitq; Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras. HIERONYMVS. Et dixit Cain ad Abel fratrem
ſuum. Subauditur ea quæ locutus eſt dominus. Superfluum ergo eſt, quod in Samaritanorum volumine
reperitur, tranſeamus in campum. AMBROSIVS. Admonitus ergo vt quieſceret Cain auget inſo-
lentiam, acerbat flagitium. Quid igitur ſibi vult quod ait, Eamus in campum, niſi quia locus nudus gignentium
eligitur parricidio? Vbi enim frater habebat occidi, niſi vbi fructus deeſſet? Tanquan præſagiens natura, tanti ſce
leris loco germina denegauerat, quia non conueniebat, vt idem ſolum, & contagia parricidalis ſanguinis reci-
peret præter naturam, & fructus ſecundum naturam germinaret. Meritò ipſe dicit, Eamus in campum. Non di-
cit eamus in paradiſum, vbi poma florent, non in aliquem cultum & fructiferum locum. Ipſi paricidæ indicant
fructum ſe ſceleris habere nõ poſſe, nec penes eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerint officium. Nam
ipſam refugiunt elementorum benignitatem, vt iſte Cain, qui videtur veritus, ne largior boni terra prouentus
E triſte facinus impediret, & liberalitatis aſſuetudine genitalis, qua facit ſibi fœtus & fructus varios germinaſcere,
in hoc quoque criminis apparatu, vel muta ſpecie ſui, fraternum reuocaret affectum. Latro diem refugit, quaſi cri
minis teſtem. Lucem adulter erubeſcit, quaſi adulterij conſciam, Paricida terrarum fœcunditatem fugit. Quo-
modo enim poterat, communis partus videre conſortia, qui conſortem ſui ſanguinis trucidabat? Ioſeph in lacum
mittitur ſiccum. Ammon intra domum occiditur. Iuſtum igitur natura eſt impartita iudicium, ea loca in quibus
erat futurum parricidium, muneris ſui dote priuando, vt ex innocentis ſoli quadam damnatione, oſtenderet futu
ra ſupplicia noxiora. Propter ſcelus igitur hominum, & ipſa elementa damnantur. Denique Dauid montibus, in 2. Reg. 1.
quibus Ionatas cum patre interemptus eſt, perpetuæ pœnam ſterilitatis optauit, dicens: Montes qui eſtis in Gel-
boe, neque ros neque pluuia cadat ſuper vos, montes mortis. CHRYSOSTOMVS. Et dixit Cain ad Abel
fratrem ſuum, egrediamur obſecro in campum. Verba quidem fratris, mens autem homicidæ. Quid facis ô Cain?
Neſcis cui loqueris? Non cogitas, quod tibi cum fratre colloquium eſt? Non reputas, quod eodẽ, quo tu vtero na-
F tus eſt? Non expendis abominabiles conatus? Non times iudicem, qui falli nequit? Non horret mens tua facinus?
Quamobrem in campum prouocas fratrem? & foris à paternis vlnis abducis? Quare ipſum paterno auxilio deſti-
tuis? Quid noui accidit, quod nunc fratrem in campum trahis? Et id quod prius non feciſti, nunc facere attentas?
& amicitiæ occaſione fraternam beneuolentiam prætexendo, hoſtilia quæque perpetrare deliberas? Quæ inſania?
Quæ rabies? Eſto excæcatus mente, fraternæ affectionis nullam rationem habeas, neque naturam agnoſcas, cur
aduerſus illum ad bellum te inſtruis, qui nulla te iniuria affecit? Quid item habes, quod parentibus obiicis, quos
tanta mœſtitia affligere deliberas, & actor terribilis tragœdiæ, vt primi violentam mortem videant? Has illis re-
tributiones reddis ſuæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitium impulit? Habes ne quod dicas? An gratia
domini erga illum, ipſum aduerſum te extolli fecit? Nonne prius ob hanc ſanguinariam tuam mentem ſubiecit
illum tibi, & ſub tua poteſtate eſſe fecit? Et dixit, Quia ad te conuerſio illius, & tu ipſius dominaberis. Nam hoc de
fratris ſubiectione intelligendum eſt. Sunt enim aliqui dicentes, quod de ſacrificio oblato ab eo deus dixerit ta-

lia. Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia, Ad te conuersio, inquit, doni, & tu ipsius dominaberis, id est, eo frueris. Et ideo vtrunque sensum dixi, relinquens lectoris prudentiæ, id quod dictis magis cõgruum videtur eligendum. Mihi enim videtur de fratre esse dictum. CAIETANVS. Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Si ad præcedentem monitionem diuinã spectetur, fieri potuit vt Cain monitus pacifice loqueretur Abel, fictè tamen, tanquã deferens monitioni diuinæ. Si verò ad subsequens factũ spectetur, fieri potuit, vt inchoaret à verbis lacessendo Abel vt vel sic occasionem acciperet sæuiendi in eum. Primus tamen sensus quadrat magis contextui, & textui. Textui quidem. Nam ex eo quod non narratur sermo dictus, sed tantum quod alloquutus est fratrem suũ insinuatur quod ira non effecit vt Cain subtraxerit colloquium cum fratre suo, sed quod allocutus est eum sicut prius. Contextui autem, quia subiungitur, eos simul esse versatos in agro, à qua conuersatione abstinuisset Abel, si fratrem suum iratũ adcanis verba hæc quæ Septuaginta excipientes posuere, haberi. Vel ergo egrediamur in campum Abel fratri dixit, Cap. 5. vel omnia verba dei, quibus corripuerat eum dominus, vel occasionem quæsiuit ex verbis litigandi cum fratre, & occidendi. GREGORIVS VNDECIMO MORALIVM. Verùm nõ mirum si à corde reprobo prædicator minimè auditur, dum nonnunquam ipse quoq; dominus in his quæ loquitur, resistentium moribus impugnatur. Cain enim diuina voce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiæ, iam intus deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat. Vnde & sequitur. *Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* AVGVSTINVS DE LOCVTIONIBVS GENESIS. Iuxta Septuaginta. Et factum est, dum essent in campo, insurrexit Cain super Abel, & occidit eum. Locutio est frequés, Lib. 1. nam & si non haberet, & factũ est, posset integer sensus esse, & cum essent in campo. IDEM DE MIRABILIBVS SACRAE SCRIPTVRAE. Tota iustitia hæc est, virginitas, sacerdotiũ, & martyrium. Quæ triplex iustitia in Abel primo fuit, qui & munera deo placita obtulit, prosapiã generis in seculo non reliquit, & martyrij coronã sanguinis effusione promeruit. Rectè ergo competebat, vt qui primus in terra iustus eligitur, in eo to tius iustitiæ forma seruaretur, cuiq; primo in hominibus post delictum gestare figuram conceditur saluatoris, qui virgo & sacerdos, & martyr esse videtur. Meritò ergo huic Abel dominus Iesus Christus primatũ iustitiq hominũ commisit, ita inquiens, A sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ. In eo enim, quod dicit, A sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ, & nõ addidit iusti, hæreditatem iustitiæ Abel, tenere Zachariã ostendit. CHRYSOSTOMVS. Et factum est, cum essent ipsi in campo, surrexit Cain contra fratrem suũ, & occidit eum. Horrendũ facinus, periculosi ausus, abominabile opus, incondonabile peccatũ, efferatæ animæ sententia. Surrexit, inquit, contra Abel fratrem suũ, & occidit illum. O abominabilem manum, ô dexteram miserabilem, imò non manum oportet vocare abominabilem & miserabilẽ, sed mentem cui membrum seruiuit. Dicam igitur sic, O audacem mẽtem, & abominabilem, & miserabilẽ, & quicquid dici potest, non satis dicetur. Quomodo non obduruit manus? quomodo potuit tenere gladiũ, & intentare plagam? quomodo nõ auolauit à corpore anima? quomodo valuit operari tam nefandũ facinus? quomodo non inflexa est, & mutauit mentẽ? quomodo non cogitauit naturam? quomodo nõ expendit antequam adoriretur nefas, operis finem? quomodo ferre potuit post facinus, vt videret corpus fratris spiritum efflans super terram? Quomodo potuit videre corpus mortuum super humum, & à spectaculo nõ statim periit? Nã cum nos post tot annorum numerũ, cum quotidie morientes videmus, quãuis vulgari morte, & sanguine nihil nobis iunctos, viribus destituimur, & si inimicus sit, inimicitiarũ finis est, quanto magis verisimilè est has dissolutas, & hunc statim èxpirare debuisse animã, cum videret fratrem, qui paulo antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitũ, eiusdem vteri partu æditum, dei singulari gratia acceptum, subitò absq; spiritu & operatione iacentẽ, & super terram palpitantem? PROSPER DE BENEDICTIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Cain contumax, suiq; impatiens, insiliit super Abel in campum, & occidit eum. Proh nefas, hæccine sunt Cain germãitatis fœdera? hæccine principia bonæ naturæ? hæccine bonæ indolis spes est? vt antè te norit pater homicidam, q̃ filium? Sed his ausibus, facinus suum Cain multis etiam vinculis connodauit. Effectus contemptor diuini mandati, superbiæ caput, auctor inuidiæ, princeps illatæ mortis, & primus in hominibus parricida. Hic initia bellandi instituit, vt reus innoxiũ sanguinem diffundat, liuoris plenus, gloriã impetit alienam. Nã præclara hinc fulsere martyria, dũ iusti occiduntur ab impiis. THEODORETVS. Adam autẽ peccante, Abel iustus primum mortem occubuit, quia putridũ atq; infirmum mortis fundamentum esse deus volebat. Nã si Adam primum obiisset, habuisset vtiq; validum fundamentũ, quia primum mortuum peccatorẽ hominẽ suscepisset. At verò quia iniustè occisum suscepit, debile fundamentũ habuit. BER In ser. parNARDVS. Ex eo iam tempore inueteratũ est, vt mali insurgant in bonos & opprimãt eos. Quod si ab infestauis ser. 27. tione cessare noluerint iniqui, patienter tolerent eos iusti, audientes domini consolationẽ dicentis, Beati qui persequtionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. CAIETANVS. Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus Abel fratrem suum, & interfecit eum. Dicendo surrexit, insinuat quod ex improuiso cum iaceret, aut sederet, surrexit, & vt textus Hebræus habet, non aduersus, sed ad Abel fratrem suũ, proculdubio aggrediendum, & fortè apprehendendum sedentem, vt facilius, & omnino illæsus occideret eum. AVCTOR CATENAE. Sedet rectè transtulit Interpres, aduersus fratrem suum, nam dictio עַל el Hebraica 1. Reg. 27. cum apice ségol, etiam contra significat, vt ibi, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ieramiel, & contra meridiem Ceni. Sic igitur Cain factus est omnium impiorum Patriarcha, & primus lapis in ædificio ciuitatis diaboli, exemplar filiorum huius mundi, & deum non credentium, eius iudicia blasphemantium, proximos persequentium, & fraternæ gratiæ inuidentium, & desperantium de clementia dei. Abel verò Christi testimonio, primus iustus, & ecclesiæ primitiuorum primus ob iustitiam martyr, electus à deo per fidem & charitatẽ cuius ob id grata fuerunt opera. CHRYSOSTOMVS. Sed videamus post nefarium illud facinus, & post flagitium nulla venia dignum, quanta iterum verborũ humilitate, quantaq; misericordia omniũ deus vtitur. *Et ait dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio, Nunquid custos fratris mei sum ego?* AMBROSIVS. Cõsideremus qua ratione interrogauit deus Cain, vbi esset frater suus, quasi nesciret occisum. Sed quod ad scientiã dei spectat,

negantem

A negantem arguit, & inficianti quasi sciens postea respondit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Quod autem ad rationem profundam attinet, peccantes admonet ad pœnitentiam. Confessio enim, pœnarum compendiũ est. Inde in iudiciis secularibus impositi eculeo torquentur negantes, & quædam tangit iudicem miseratio confitentis. Est quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, nec deriuare culpam, sed recognoscere. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. Vult te prouocare ad pœnitentiã deus, vult de se sperari indulgentiam, vult demonstrare tua confessione, quod non sit auctor malitiæ. Nam qui peccatum suum ad quandam referunt, vt gentiles asserunt, decreti, aut operis sui necessitatem, diuina arguere videntur, quasi ipsorum vis causa peccati sit. Qui enim necessitate aliqua coactus occiderit, quasi inuitus occidit. Ea vero, quæ à nobis sunt, excusationem non habẽt, quæ autem præter nos sunt, excusabilia sunt. Sed quanto grauius peccato ipso, ad deum referre quod feceris, & reatus tui inuidiam transfundere in auctorem, non criminis, sed innocentiæ. Perpende autem parricidæ responsionem. Nescio inquit. Nunquid custos fratris mei sum ego? Et si
B contumaciam prodat hic sermo, sonat tamen, quia si bonum fratrem considerasset, custos debuit esse pietatis. Quem enim magis quàm fratrem seruare debuerat? Sed quomodo germanitatis seruaret officium, qui necessitudinis non agnouisset affectum? Aut quomodo fieri posset, vt naturæ obedientiam deferret, qui deo reuerentiam non exhiberet? Negat primum quasi apud ignorantem. Recusat fraternæ munus custodiæ, quasi exors naturæ. Declinat iudicem, quasi liber arbitrij. Quid miraris si pietatem non agnouit, qui non agnouit auctorem? Et ideo doceris hac serie scripturarum, fidem esse radicem virtutum omnium. Vnde & apostolus ait, Quia fundamẽtum 1. Cor. 3. nostrum Iesus Christus est, & quicquid supra hoc fundamentum ædificaueris, hoc solum ad operis tui fructum, & ad virtutis proficere mercedem. CHRYSOSTOMVS. Et dixit deus ad Cain. Id ipsum vel solum quantæ bonitatis fuerit, quod eum qui tanta commiserit, colloquio dignatur? Nã cũ nos sæpe cognatos nostros abominamur, si quando viderimus eos tale quoddam facinus perpetrasse, quanto magis bonum deum obstupescimus,
C tanta vti tolerantia? & valde merito. Medicus enim est, & clementissimus pater, quod & patri illius fecerat. Nihil enim obstat, quin idem denuò dicatur. Nam quemadmodum illum, cum se præ confusione nuditatis tegeret, rogabat, Vbi es? non ignorans, sed fiduciæ occasiones illi præbens, vt per confessionem peccati, delictum ipsius abluueretur. Hunc enim morem habet, vt ab initio à nobis peccatorum exigat confessionem, & veniam præbeat. Rogat & nunc Cain, & inquit, Vbi est Abel frater tuus? Ignorantiam simulat misericors deus, hac interrogatione eũ qui talia commiserat, præparans, vt ad peccati confessionem adduceretur, posset; veniam forte, & misericordiã assequi. Vbi est Abel frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus, & impudens? Debebat cogitare quod deus nõ ignarus rei rogaret, sed ab ipso confessionem criminis exigeret, & nos doceret, nunquam causa non examinata sententiam contra fratres debere ferri, & memori mente seruare consilium domini, & quod hunc illius conatum repri-
mens, & conscius etiam antequam eueniret, quid ille habebat in animo, præseruatoriis vsus est. Oportebat his omnibus cogitatis, finem esse insaniæ, & dicere quid factũ, & ostendere medico vlcus, & accipere ab illo pharmaca.
D Verum ille iterum disrumpit vulnus, & vlcus increscere facit, & dicit, Haud scio. Vide responsi impudentiam. Num homini loqueris, quem forte decipere posses? Nescis infœlix & miser, quis est qui tibi loquitur? Nõ cogitas, quod ob bonitatem magnam quærit, occasionem quandam inuenire cupiens, per quam suã tibi declararet misericordiam, & vt postea indicatis à se omnibus, nullam habens defensionem, pœnæ te ipsum obnoxium constitueres? Et dixit, inquit, Haud scio. Num custos fratris mei sum ego? quasi se ipsum reprehendens. Tametsi quia grãdior ætate, etiam secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc enim natura decreuit, & oportet eos qui ex eodem vtero nati sunt, mutuo esse custodes. Quod si hoc nolebas, & noluisti custos esse fratris, quare ergo illius interfector es factus? & eum qui te nulla affecit iniuria, perdidisti? & putasti nec fore aliquẽ, qui te de hoc reprehensurus esset. Sed expecta, & videbis accusatorem tuum fore interfectum, & te viuente & ambulante, clara voce clamaturum. EVCHERIVS. Vel non interrogat Cain dominus tanquam ignarus, sed tanquam iudex qui reum puniat. Ipse autem ad cumulum peccati sui fallaciter atque superbe respondit, putans
E deum latere quæ gesserat, nescio. Num custos fratris mei sum ego? CAIETANVS. Inquirit etiam ad docendum iudices hominum, vt citent reum quantuncunque certum, antequam iudicent. Nec aliqua vtitur contumelia, Non inquit ô sceleste, sed absolute inquirit, ad instruendos etiam humanos iudices, vt abstineant à contumeliis. Et nota quod à loco inquisitionem inchoat, Vbi est Abel frater tuus? vt ex hoc, quod nusquam apparebat Abel, inciperet Cain agnoscere crimen suum deprehensum. Dialogus autem iste inter deum & Cain, in aliqua sensibili specie factus videtur, ex tot colloquiis cum sensibili signo impetrato intercedentibus. *Dixitque ad eum, Quid fecisti?* CHRYSOSTOMVS. Magna huius verbi recondita vis est, & emphasis. Quare inquit, hoc operatus es? Quare fecisti nefarium hoc facinus? abominabile opus, factum inexpiabile, insaniam intolerabilem, cædem nouam & raram, iam primum hominum vitæ tua dextera inuectam? Cur fecisti hoc tam magnum, tam terribile, quo non est peccatum aliud grauius? CAIETANVS. Cerne modum inquirendi, neganti e-
F nim non dicit se scire, sed perseuerat ex loco conuincendo factum, ita quod non interrogando dicit, quid fecisti? sed arguendo, & conuincendo. AMBROSIVS. Congrue igitur respondit dominus tam impudenter neganti, dicens. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Hoc est, cur nescis vbi est frater tuus? Soli eratis cum duobus parentibus, inter paucos frater te latere non debuit. An quia parentes tui accusatores esse non possunt? Nolo enim, vt ea necessitudo, quæ est auctor salutis, fiat auctor periculi. In te solo natura leges amiserit. Ideo ergo putas crimen latere, quia parentes accusare non debent? Sed eo maior est condemnatio tua. Nam si chara necessitudinis nomina accusare non debent, multo magis non debent occidere. Sed si me testem abnuis, & refugis arbitrum, vox sanguinis fratris tui testis est, quæ ad me clamat. Illa te maiori auctoritate arguit, quàm si frater vidueret, soli eratis, quis eum potuit alter occidere? Et bene ait, Vox sanguinis fratris tui clamat, non frater clamat. Hoc innocentia & gratia germanitatis etiam in ipsa morte seruat. Non accusat frater, ne videatur parricida. Non accusat vox ipsius, non anima eius, sed vox sanguinis accusat, quem ipse fudisti. Tuum te ergo facinus, non frater accusat. Est tamen etiam terra testis, quæ cepit sanguinem. Et bene ait, Vox sanguinis fratris tui clamat de ter

ra. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra.Non dixit de fratris corpore,ſed de terra clamat.Et ſi frater parcit,terra non parcit.Si frater tacet,terra cõdem G
nat.Ipſa eſt in te & teſtis & iudex.Teſtis acrior,quæ adhuc parricidij tui ſanguine madet.Iudex aſperior, quæ tan
to ſcelere inquinata eſt,vt aperiret os ſuum,& reciperet ſanguinem fratris tui de manu tua.Non mediocre etiam
dogma in hoc,quia deus iuſtos ſuos audit etiam mortuos,quoniam deo viuunt.Et meritò pro viuentibus haben
tur,quia etiam ſi corporis guſtauerint mortem,vitam tamen incorpoream capiunt, & illuminantur ſuorũ ſplen
dore meritorum,luce quoque fruuntur æterna.Iuſtorum ergo audit & ſanguinem,auertit autem ſe à precibus im
piorum,quoniam etiam ſi videantur viuere,miſeriores tamen ſunt omnibus mortuis,carnem ſuam ſicut tumulũ
circunferentes,cui infœlicem infoderunt animam ſuam. Quid enim aliud eſt quàm ſepulta, quæ intra humum
voluitur, & terrenæ auaritiæ cupiditatibus,cæterisq; vitiis includitur,vt gratiæ cœleſtis auram ſpirare non poſſit?
BASILIVS. Vel per ſanguinem Abel clamantem,animam quoque eius intelligi poteſt. HILARIVS IN
PSALMVM CXL. Omnium ſanctorum fidelis oratio clamor eſt deo.Fidei enim ad eum non vocis clamo
re clamatur.Moſes inſtante Aegyptiorum rege,mœſtus ſtabat in littore, ſed tacente licet eo,excelſæ mentis fide- H
lem orationem dominus audiuit,dicens:Quid proclamas ad me?Martyrum quoque ſanguinis voce corporis ca-
ret,ſed indignitas necis eorum deo clamor eſt, ipſo domino de Abel ad Cain dicente: Vox ſanguinis fratris tui
clamat ad me.Sic & ſub ara dei martyrum animæ proclamare ſcribuntur, magna voce dicentes: Quoúſque do-
minus ſanctus & verus non iudicas,& vindicas ſanguinẽ noſtrum de habitantibus in terra? CHRYSOSTO-
MVS. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Num homo ſum,inquit, qui ſolam illam vocem audiã,
quæ per linguam profertur? Deus ſum,qui poſſum & per ſanguinem audire clamantem, & alicubi proſtratum,&
in terra iacentem.Ecce quoúſque volat vox ſanguinis huius.Et vſque in cœlum à terra aſcendit, & prætercurrens
cœlum,cœloq; ſuperiores virtutes,regio throno aſſiſtit,& tuum deplorat homicidium,ac nefarium hoc ſcelus de-
nunciat.Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Num,inquit,in alienum & hoſpitem iniquitatem hanc
patraſti?in fratrem tuum,illum qui nulla te iniuria affecerat,ſæuiſti. Sed fortè mea beneuolẽtia hanc illi cædem
peperit,& cum non poſſes mecum pugnare, in illum effudiſti furorem tuum indomitum. Ea propter talem tibi I
pœnam infero,vt quæ in te fiunt,omnibus poſthac ſequuturis,caſtigatio & admonitio ſint. EVCHERIVS.
Clamare ſanguis Abel ad dominum dicitur,nõ voce,ſed cauſa.Ac ſi dicat,Arbitraris me quod geſſiſti,neſcire,qui
cogitationem,quam impiè conceperas inſpiciens,ne opere conſummares præmonui? Sed ne cauſeris iniuſtè me
aduerſum te proferre ſententiam,ego tibi accuſationem non infero,ſed eſt teſtis,qui te accuſat,vox videlicet ſan
guinis fratris tui,quæ clamat ad me de terra. ALBINVS. Quomodo vox ſanguinis Abel clamat ad domi-
num:nempe quia homicidij illius reatus in conſpectu eius apparet. INTERLINEARIS. Euidentia ſiqui-
dem patrati ſceleris,non indiget clamore accuſatoris,perinde enim in manifeſto eſt factum,ac ſi ſanguis clamet.
ORDINARIA. Magna profectò virtus iuſtitiæ,quæ vindictã expetit pro ſanguine innocentis AVCTOR
CATENAE. An vox ſanguinis ad deum,eſt ipſamet ſolicitudo,prouidentiaq; ſpecialis,& aſſidua pro ſanctis?
cum enim humanum ceſſat auxilium,ſuccurrit diuinum. Non habent neceſſarios patronos, qui deo fidunt, non K
occiduntur,niſi domino ſciente ac permittente,minimeq; eis deeſt, cum maximè abeſſe videtur. Tria verò ſunt
peccata,quæ in ſcripturis ad deum pro vindicta clamare referuntur. Primum,homicidium, & præſertim fratris,
Gene.18. Iaco.5. vt patet hoc in loco.Secundum,vitium contra naturam, aut infra habetur, Clamor Sodomorum venit ad me.
Tertium,detentio mercedis operariorum,de quo Iacob, Clamor,inquit, eorum in aures domini ſabaoth introi-
uit.Nihil autem referre videtur, quòd Hebraicè hic legitur קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי מִן הָאֲדָמָה kol deme ahicha
Zoakim elai min haadama,hoc eſt,Vox ſanguinum fratris tui clamantium ad me de terra. De more enim illius
linguæ eſt, & ſanguines in plurali proferre (quam tamen vocem etiam Septuaginta hic per ſingulare ædiderũt,
φωνὴ αἵματος) & participio preſentis temporis,loco verbi præſentis temporis quo carent,vti.Chaldaica verò la-
tius ſeſe diffundens, legit, Vox ſanguinis generationum quæ futuræ erant ſuccedere de fratre tuo, clamant co-
ram me de terra. CHRYSOSTOMVS. Et quia hoc feciſti, & opere perfeciſti, maláque probaſti, & per
inuidiam cædem commiſiſti. *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris* L
tui de manu tua. AMBROSIVS. Huiuſmodi peccator à terra maledictus eſt, quæ eſt infima & poſtrema pars
mundi. Superius vtique cœlum, & quæ in cœlo ſunt, ſol,luna,& ſtellæ, throni, dominationes, principatus &
poteſtates, Cherubin, & Seraphin. Non eſt ergo dubium, quod eum & ſuperiora damnauerint, quem infe-
riora damnauerunt. Nam quomodo abſoluitur puræ illic cœleſtique ſententiæ, quem nec terræ potuerunt ab-
ſoluere? Et terra quidem aperuit os ſuum, quaſi exceptura de fratribus verba pietatis, nihil timens cum fra-
tres videret, quæ ſciret ius germanitatis, amoris incentiuum eſſe non odij. Nam quomodo poterat parrici-
dium ſuſpectare, quæ adhuc non viderat homicidium? CHRYSOSTOMVS. Maledictus tu
de terra. Vides maledictionis diuerſitatem dilecte? Ne igitur inconſideranter hinc tranſeas, ſed ex maledicti
magnitudine, flagitij immanitatem expende, iam quanto maius peccatum hoc præuaricatione protoplaſti, ex
maledictionis varietate ſcire volenti licet. Illic enim (inquit) maledicta terra in operibus tuis, & in terram
effuſa eſt maledictio, oſtenſa ſua in hominem cura. Hic verò quia res perniciosa, facinus iniquum, & M
inexpiabile flagitium, ipſe pœnam luit. Et nunc (inquit) maledictus tu de terra. Nam quia fermè eadem e-
git, quæ ſerpens, & quaſi organum ſeruiuit diaboli ſententiæ, & ſicut ille fraude malitiam introduxit, ſic
& hic deceptum fratrem, & in campum eductum, armata in illum manu cædem compleuit. Et pro-
pterea ſicut illi dixit, Maledictus tu inter omnes beſtias terræ, ſic & huic, quia eadem quæ ille ope-
ratus fuit. Nam ſicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia benefi-
cia, quæ in hominem collocata ſunt, ex inuidia ad deceptionem extimulatus eſt, quæ mortem induce-
ret. Ita & hic deum erga fratrem ſuum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium
proſiliit. Idcirco dicit illi, & nunc maledictus tu de terra, quæ aperuit os ſuum, vt ſanguinem fratris
tui de manu tua exciperet. E terra illa (inquit) eris maledictus, quæ ſuſtinuit tali ſanguine irrigari, qui
tanta abominrtione effuſus eſt. ORDINARIA. Vel maledictus eris ſuper terram, per locum,
qui in

A qui in loco ſunt ſignificantur,quaſi maledictus eris ab his qui ſunt ſuper terram. ALBINVS. Vnde autem
Cain maledicitur in peccato ſuo,cum prius terra in opere Adæ ſit maledicta? Nempe quia Cain ſciebat damna-
tionem præuaricationis primæ,& non timuit originali peccato,fratris homicidij ſuperadere ſcelus. Ideo maiori
maledictione dignus habetur. AVCTOR CATE. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram,& cætera.
Hebraicè habetur וְעַתָּה אָרוּר אַתָּה מִן הָאֲדָמָה veata arur ata min haadama,hoc eſt,Et nunc maledictus tu è terra
vel ab ipſa terra,à qua ſcilicet profecta eſt maledictio in Cain,quæ teſtabatur cõtra ipſum, eumque homicidij re-
um agebat.Eodem quoque modo vertunt Septuaginta, καὶ νῦν ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς,id eſt,Maledictus tu è
terra vel à terra. CAIETANVS. Ad Adam ergo dixerat,Maledicta terra propter te,ad Cain dicit,Maledi-
ctus tu ẽ terra.Longe maior eſt hæc pœna illa,quia & crimen hoc maius fuit illo. Ibi terra maledicitur relata ad
hominem,hic ipſe Cain maledictus eſt ab ipſa terra.Et maledictio hæc non ex verbis, ſed ex factis conſtat, quæ
maledictionis nomine primo in genere deſcribuntur,& deinde in ſpecie,ſubiungendo. *Cum operatus fueris eam,*
B *non dabit tibi fructus ſuos.* AMBROSIVS. Quam innocens vltio,vt quæ tam grauiter violata fuerat,ſatis ha-
bens non prodeſſe,non quærat nocere. CHRYSOSTOMVS. Maledictionem interpretans ſacra ſcriptu-
ra,manifeſtius dicit,Cum operatus fueris terram,non dabit fructus ſuos.Magna pœnæ ſpecies,& graue indigna-
tionis pondus.Laborem quidem,inquit,ſuſtinebis,& quæ tu facere potes,omnia facies,& operaberis terram tali
ſanguine coinquinatam,non ſenties autem aliquem fructum tam multorum laborum,ſed inutilis erit omnis la-
bor tuus quem feceris. CAIETANVS. Cum operatus fueris eam,non dabit tibi fructus ſuos.Iuxta Hebræ
um habetur,vim ſuam.Ecce primum factum,ex quo conſtat maledictio,quod videlicet terra non reſpõdebit ſe-
cundum vim ſuam,fructificando Cain colenti terram.Quæ non parua pœna eſt agricolæ. AVCTOR CA-
TENAE. Hebraicè habetur לֹא תֹסֵף תֵּת כֹּחָהּ לָךְ lo thoſeph teth coha lach,id eſt, Non addet dare virtutem ſu-
am tibi,nempe quam in ẽdẽdis frugibus oſtendit.Quanquã & dictio coah,fructus ſignificat,ſicut vertit Interpres
noſter.Septuaginta quoque τὴν ἰσχύν,id eſt virtutem habent,necnon & Chaldaica.Quod autem dicitur,non ad-
C det dare,Hebraiſmus eſt,quem prudentiſſime non eſt ſecutus tranſlator. CHRYSOSTOMVS. Neque hic
finis erit pœnæ, ſed & *Vagus & profugus eris ſuper terram.* AMBROSIVS. Alia litera habet, gemens & tre-
mens,euidens generaliſque ratio,quia omni improbo mala adſunt,& affutura ſunt.Quæ adſunt,triſtitiam operã-
tur,quæ futura,formidinem.Sed improbum plus præſentia quàm futura ſolicitant. CHRYSOSTOMVS.
Quia enim inquit,abuſus es robore corporis & membrorum viribus,propter hoc continuum hunc tremorem &
motum tibi infero,vt non ſolum ipſe habeas iugem admonitionem & memoriam huius nefaſti ſceleris, ſed vt
omnes qui te vident,viſo te,quaſi clara illis voce annunciaretur,diſcant ne talia audeant,& pœna tua alios doce-
at omnes,ne vltra tali ſanguine terram inceſtent,& præterea non breui te morte plectam,vt ne factum obliuio-
ni tradatur,ſed vitam morte grauiorem ſuſtinere te faciam,vt per hæc diſcas qualia perpetraueris. CAIETA-
NVS. Vagus & profugus eris ſuper terram.Ecce aliud factum,ex quo conſtat maledictio,& in hoc clauduntur
duo mala, incertæ ſcilicet vagationis, & longæ fugæ. AVCTOR CATENAE. Hebraicè ſic legitur
D נָע וָנָד תִּהְיֶה בָּאָרֶץ naa vanad tihie baárez,id eſt.Vagus & profugus eris in terra.Nam dictio naa,mobilem ſignifi-
cat,à noaa verbo,quod eſt mouere,commouere,concutere. Altera nud, commotionem & motum ſignat, à nud
verbo,quod & ipſum eſt mouere,commouere,mobilẽ ſeu vagum eſſe.Meliúſque (vt opinamur) Interpres, quàm
Septuaginta,qui hæc duo vertunt,στένων καὶ τρέμων,id eſt ſuſpirans ſeu gemens & tremens. Quod patet per alios
interpretes qui verterunt,ἀκατάστατος.Quod exponunt,τουτέστι πλανᾶσθαι ἐπὶ τῆς γῆς,id eſt,inſtabilem eſſe,hoc eſt,
vagantem ſuper terram, huc errantem atque illuc,procul de patria fugatum.Hæc igitur fuit alia pœna,qua dam-
natus eſt Cain,vt Hebræorum plures volunt,vt procul ab eo loco,vbi pater habitabat,ſecederet, ad plagam ſci-
licet orientalem ipſius paradiſi,& cum nactus eſſet locum,nec eum quidem teneret,ſed vagus vbique erraret,vbi
etiam vides homicidarum pœnam,videlicet exilium.At Græci Septuaginta ſequentes,ſcribunt Cain nunquam
à lachrymis ac gemitibus poſt illud ſcelus ceſſaſſe,trementémque omnibus eſſe viſum,vt fœdum occurrentibus,
E ac miſerabile eſſet ſpectaculum.Alij ergo ad locorum inſtabilitatem referunt,vt Hieronymus,& multi Hebræo-
rum,alij ad corporis tremorem,vt Septuaginta & Græci.Chaldaica verò ædditio habet,Inſtabilis & tranſmigrans
eris in terra.Et merito quidem pœna tanta plectitur Cain,qui occidit ex malitia,præmeditatus,data opera,admo
nitus,etiam à deo,ſine exemplo,in tanta hominum paucitate,fratrem,& tot nepotes prodituros,tanto parentum
luctu,iuſtum,pacificum,ſine mala cauſa,propter pietatem.

AVGVSTINVS DVODECIMO CONTRA FAVSTVM, RVPERTVS, EVCHERIVS, ET Myſticè.
ISIDORVS. Et illius quidem,de quo hæc hiſtoria texitur,ſtultitia ſimul & procacitas, quantam verbis ne-
mo conſequi valeat, denotata eſt, dignáque pœna ſcelus parricidæ percuſſum,& præterea myſterium,quod nunc
palam omni mundo factum eſt,ex Iudæis interfectoribus Chriſti præſignatur.Vt enim tota ſimilitudo perficia-
tur,pius ſacerdos Abel poſt illud ſacrificium iuſtitiæ,foras à maligno fratre euocatur, & occiditur, quia videli-
cet illa ſacratiſſimæ cœnæ veſpera, ſacerdos idémque ſacrificium, dominus deus noſter Ieſus Chriſtus, ſuis ma-
F nibus oblatus, & in odorem ſuauitatis acceptus, ab impio diſcipulo traditus, ab illo Iudæorum populo, ſecun-
dum carnem fratre ſuo comprehenditur, & foras extra portam ciuitatis eductus crucifigitur. Occiditur ergo
Abel paſtor ouium, à fratre maiore, occiditur Chriſtus paſtor & caput populi minoris natu, à Iudæorum popu-
lo maiore natu, ille in campo, iſte in Caluariæ loco. Interrogat deus Cain vbi ſit frater eius, reſpondẽtque ille,
ſe neſcire, nec eius eſſe cuſtodem. Et vſque hodie Iudæi cum eos ſanctarum ſcripturarum voce interrogamus
de Chriſto, reſpondent ſe ignorare. Fallax enim Cain ignorantia, Iudæorum eſt falſa negatio. Eſſent autem
quodammodo Chriſti cuſtodes, ſi chriſtianam fidem accipere, & cuſtodire voluiſſent. Quod autem tunc di-
xit vni perdito Cain. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc illi populo recte dici, eſt nemo qui
neſciat. Quæ eſt enim terra, de qua non figurata, ſed propria locutione recte dicatur, quod aperuerit os ſu-
um, & ſuſceperit de manibus Iudæorum ſanguinem fratris eorum? Nempe ipſa eſt ſancta Chriſti Eccleſia, ter-
ra vtique bona, terra fructifera, quæ iuxta Apoſtolum, ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, germinat Heb.6.
herbam

Universidad de Deusto
Biblioteca

herbam opportunam illis à quibus colitur, & proinde accipit benedictionem à deo, sicut è contra terra profe- G
rens spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Hæc terra
cum sit rationalis, tanto præstantior est terra inanimata & insensibili, quanto sanguis huius Abel quem susce-
Hebr.12. pit, aperiens os suum in voce exultationis & confessionis, melius clamat quàm sanguis illius Abel clamare po-
tuerit, sicut Apostolus idem qui supra, dicit, Sed accessistis (inquit) ad noui testamenti mediatorem Iesum, &
sanguinis aspersionem multo melius clamantem, quàm Abel. Nam ille sanguis clamando, vnius tantum ho-
minis nefarium scelus accusabat, & si (quod verum est) aliud futurum annunciabat, soli deo adhuc audibilis, vel
intelligibilis erat, hic autem ex ore terræ fidelis quæ sumus nos, pro omni mundo interpellat, & vniuersorum
peccata excusat, ipsos quoque qui fuderunt illum, ad pœnitentiam inuitat, impœnitentibus futurum iudicium pa-
lam annunciat. Sic ergo arguit in scripturis sanctis vox diuina Iudæos, habet enim vocem magnam sanguis
Christi in terra. Cum enim accepto sacramento ab omnibus gentibus respondetur Amen, hæc est vox clara, H
vox sanguinis, quam sanguis iste exprimit ex ore fidelium, eodem sanguine redemptorum. Dixit deus ad
Cain, Maledictus eris è terra, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Maledi-
ctus est enim populus Iudæorum infidelis à terra, id est ab ecclesia, quæ aperuit os suum in confessione pecca-
torum, accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum omnium de manu persequu-
toris, nolentis esse sub gratia, sed sub lege, vt esset ab ecclesia maledictus, id est vt ostenderet eum ecclesia
maledictum, testificante Apostolo, Quicunque enim (inquit) ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.
Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos. Ad vocem non ad intellectum fit relatio, quia aliter
hic terra, aliter supra accipitur, ibi enim pro ecclesia, hic pro Christi immaculata carne. In ipsa ergo terra
quam Christus portauit, id est in eius carne, ipsi operati sunt salutem nostram crucifigendo Christum, qui mor-
tuus est propter delicta nostra, nec tamen eis dedit eadem terra virtutem suam, quia non iustificati sunt in virtu-
te resurrectionis eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram, qui & si crucifixus est ex infirmitate no- I
stra, sed viuit ex virtute dei. Hæc est ergo virtus terræ illius, quam non ostendit impiis & incredulis, vnde nec
resurgens, eis à quibus erat crucifixus apparuit, tanquam Cain operante terram, vt granum illud seminaretur.
Vel operatio terrena quam adhuc Iudæi exercent, carnalis est circuncisio, Pascha, sabbatum, & similia, quæ ha-
bent occultam virtutem intelligendæ gratiæ dei, sed non dant Iudæis fructum, nolentibus transire ad Chri-
stum. Vagus & profugus, siue vt in Septuaginta scriptum est, Gemens & tremens eris super terram. Nunc ec-
ce quis non videat, quis non agnoscat in tota terra quacunque dispersus est ille populus, quomodo sit vagus in-
gentibus, & profugus ab Hierusalem, quomodo gemat mœrore amissi regni, & tremat tremore sub innumera-
Lucæ.21 bilibus populis Christianis, & impletum sit quod de illo populo loquens dominus ipse, ait, Et cadent, inquit, in
ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes? Quod vt fieret, ipse eius sanguis flagitabat in psalmo, vbi cum
Psal.58. dixisset deus, Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei, sed quid? Disperge, ait, illos in virtute tua.
Igitur vt hoc ipsum proficeret ad augendam memoriam vel notitiam eius in populis, vagum & profugum hunc
populum ipse Christus esse voluit, quia videlicet & eorum sparsa captiuitas, & captiua cum eis ipsorum scriptu- K
ra, perhibent testimonium, quod hic frater ipsorum quem occiderunt, iustus erat, & nihil horum quæ prædi-
camus, fides christiana confinxit. Itaque litera quoque de hoc negotio manifeste agit, nec minus euidenter i-
stum, quàm illum percutit Cain, quia nec ita vagus, aut profugus fuit ille super terram, vt propriam ciuitatem
non haberet, nec ita operãti fructus suos terra dare recusauit, vel spinas & tribulos à deo germinauit illi, vt sum-
ptus ad ædificandam ciuitatem non inueniret.

§ DIxitque Cain ad dominum, Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Ecce eicis me hodie à
facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero uagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit
me, occidet me. Dixitque ei dominus, Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum pu-
nietur. Posuitque dominus signum in Cain, ut non eum interficeret omnis qui inuenisset eum. Egressusque Cain à L
facie domini, habitauit in terra profugus ad orientalem plagam Eden.

§ RVPERTVS. Desperati & de dei clementia male sentientis est quod hic dicitur. *Dixitque Cain ad domi-*
num, Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. HIERONYMVS AD DAMASVM. Alia litera. Maior est
causa mea, quàm vt dimittar, id est plus peccaui, quàm vt merear absolui. BERNARDVS SVPER CAN
Ser.11. TICA. Sed mentiris Cain, maior est enim dei pietas, quàm quæuis iniquitas. PROSPER TERTIO DE
VITA CONTEMPLATIVA. Maior est iniquitas mea &c. hoc est dicere deo, Indulgere mihi non peto,
quia peccatorum meorum magnitudine, indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Deniq; nusquam legitur aut pœ-
nituisse de suo scelere, aut veniam meruisse. CHRYSOSTOMVS. Magnum aliquid & saluti nostræ plu-
rimum conducibile licet hic addiscere, si voluerimus attendere. Et dixit Cain, Maius est peccatum meum, quàm M
vt dimittar ego. Ecce absoluta confessio. Tale tantúmque est (inquit) peccatum quod commisi, vt non possim ac
cipere veniam. Ecce (inquit) confessus est, & sic confessus est, vt omnem excederet diligentiam, sed nihil inde lu-
cri dilecte. Intempestiua enim confessio est. Hoc enim facere oportebat tempore congruo, quando adhuc impe-
trari poterat à iudice misericordia. Memores nunc estote oro, quod ante breue tempus dixi, quod terribili illo
die, & iudicium illud non poterit deprauari, & vnusquisque nostrum ob peccata desperabit, videns ante oculos
terribilia illa tormenta, & ineuitabiles pœnas, nullam inde habiturus vtilitatem, tempore destitutus. Pœniten-
tia enim priusquam pœna inferatur, tempus habet & ineffabilem vim. Proinde obsecro, cum adhuc efficax est mi
rificum hoc pharmacum, commoda & fructus inde percipiamus, & cum adhuc sumus in præsenti vita, pœniten-
tiæ medicamen non aspernemur, scientes liquido, quod nihil tunc nobis pœnitudo proderit, cum solutum fuerit
spectaculum, & tempus certaminum ablatum. Verum ad institutum redeamus. Oportebat enim tunc, cum inter-
rogaretur

A rogaretur à domino, vbi est Abel frater tuus? confiteri peccatum, & procidere, & orare, & veniam petere. Et tunc
quidem medicinam reiecit, nunc autem post sententiam, post finem, post omnia, postquam clara voce accusatus
à sanguine in terra iacentis, confitetur, nihilque inde lucri facit. Vnde Propheta dicebat, Iustus sui ipsius est accu- Prou.18.
sator in principio sermonis. Et hic quoque si præuenisset domini reprehensionem, omnino misericordiam con-
sequutus fuisset, propter immensam domini benignitatem. Nullum enim peccatum quantuncunque graue sit,
quod illius misericordiam vincat, modo tempore debito pœnitentiam agamus, & veniam petamus. Et dixit Ca-
in, Maius est peccatum meum, quàm vt dimittar ego. Sufficiens confessio, sed intempestiua. ORDINARIA.
Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Culpam exaggerat, sed superbe confitetur, nec veniam flagitat,
& peccata peccatis adiiciens, desperat, nec credit se veniam posse adipisci, quæ est blasphemia in spiritum sanctũ,
quæ non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro, quia putat deum aut nolle dimittere, aut non posse, tan-
quam omnia aut non possit, aut inuideat hominis saluti. CAIETANVS. Nos enim dicimus magnum pec-
B catum meum ad leuari, seu leuandum, illi verò dicunt, magnum peccatum meum de leuari. Est itaq; sensus, quod
peccatum meum ad leuari, seu leuandum, illi verò dicunt, magnum peccatum meum de leuari. Est itaq; sensus, quod
peccatum meum magnum relatiue est ad hoc vt leuetur, ad hoc vt condonetur. Et verum dixit, quoniam magna
venia eget, magna pœnitentia eget, ad hoc vt condonetur. Quo autem affectu Cain hoc dixerit, scriptum non est,
interpretetur quisq; vt spiritussanctus suggerit ei. Contextus tamen nihil aliud porrigit, quàm vt Cain agnoscens
grauitatem peccati sui, ex ipsa grauitate peccati dubitauerit licitum fore cuilibet ipsum occidere. Ad hoc enim,
vt videbimus, tendent subiuncta. AVCTOR CATE. Pro clariori huius sententiæ intellectu, ipsa sunt He
braica verba ponenda, videlicet גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא Gadol auoni mineso, id est, Magna valde iniquitas mea præ leua-
ri, id est quàm vt leuetur. Vt sit sensus, Maior iniquitas mea, quàm propitiatio, vel quàm ferre possim, vel quàm
dimitti possit, sicut vertunt & Septuaginta, μείζων ἡ ἄιτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με, id est Maior causa mea, vel accusatio
C mea, vel delictum meum, quam vt dimittatur mihi. Hebraica enim dictio Gadol, magnum siue magnificum qua
litate, siue quantitate significat, sicut Exodi. xj. habetur, Fuitque Moyses vir magnus valde. Et verbum nasa, quod
hic pro dimitti ponitur, leuare significat. Leuare autem peccatum, dicunt parcere, ac dimittere, vt inferius capi-
te xviij. habetur, Et non parces loco propter quinquaginta. Chaldaica autem æditio legit, Magna est iniquitas
mea vt dimittatur. Exponi ergo potest per desperationem dictum, quasi semetipsum condemnantis, quia inex-
piabile peccatum suum arbitratus fuerit. Hebræi tamen aliqui interrogatiue legunt, cum tamen desit nota illius.
Acsi diceret Cain, est ne peccatum meum graue à deo, vt veniam mereri non possim? Et subaudiunt, minimè, per
hoc quòd ipsum deus vltra condignum puniret, indicare volens. RVPERTVS. Quid autem deprehensus
timet incultus iste agricola? Audi. *Ecce eicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero uagus & profugus in* Vbi supra.
terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. HIERONYMVS. Eiicior (inquit) à conspectu tuo, & conscien-
tia sceleris tremebundus, lucem ipsam ferre non sustinens, abscondar vt latitem, eritque omnis qui inuenerit me,
occidet me, dum ex tremore corporis, & furiatæ mentis agitatũ, eum esse intelligit, qui mereatur interfici. AM-
D BROSIVS. Nihil grauius quàm errantem à deo deseri, vt se reuocare non possit. Mors peccatoris finem pec-
candi affert, vita autem diuino gubernaculo destituta, præcipitatur, & in grauiora prolabitur, vt si gregem pastor
relinquat, incursent bestiæ. Ita cum deus deserit hominem, ingruit diabolus. Graue est, præsertim insipientibus, Ioan.3.
non habere rectorem. Serpit malitia, vulnus augetur vbi medicina defuerit. Abscondit se autem, qui velare vult
culpam, & tegere peccatum, qui enim male agit, odit lucem, & amat tenebras suorum, & latibula delictorum. Iu-
stus autem non abscondere à domino deo suo, sed ipse magis se offerre consueuit, dicens ecce sum ego, qui nõ ha
bet criminosam conscientiam, quam timeat deprehẽdi. Merito ergo se abscondit male cõscius, & ait, Omnis qui
inuenerit me, occidet. Angustæ mentis homo, præsentem mortem veretur, perpetuam negligit, & diuinum iudi-
cium non reformidat. Interitum solum corporis deprecatur. Sed à quo timebat occidi, qui solos parentes habe-
bat in terris? Potuit quidem & incursus bestiarum timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præsumere de sub-
iectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit & parentes parricidas timere, qui docuerat parrici
E dium posse cõmitti. Potuerunt enim & parẽtes de filio discere, quod didicerũt posteri de parente. CHRYSO-
STOMVS. Secundum aliam literam. Si eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemes
& tremens super terram. Et erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Vide quàm miserabilia verba, tum quia in-
tempestiua, tum quia tempore elapso nullum fructum afferentia. Si in terra, inquit, maledictum me fecisti, & ipse
me auersaris, tantæq; pœnæ tradidisti me, ita vt gemam & tremam, nihil prohibebit postea, quãdo quisquis in me
vel fortuito inciderit, nudatum tua gratia interficiat. Facile inuadere me poterit, inquit, siquis interficere volet.
Neque enim ipse obluctari potero, tam dissoluta, imbelliaq; membra circunferens, & vndique tremiscens, insuper
& hoc, quod sciunt omnes tua me gratia destitutum, siquis vult occidere vt ad eędem meam prosiliat, armabit.
RVPERTVS. Non ergo deum sibi iratum graue putat, sed timet ne agricolari sibi nõ liceat, ne terram, quam Ser.sup.ver.
solam amat, vel præsentem vitam pro amisso facinore perdat, ne ponatur aduersus illum lex à domino, vt qui- euangelij di
cunque illum inuenerit, occidat. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Sed nunc omnis qui inuenerit xit Simon
F me, occidet me. Graue scilicet damnum, grandis iactura, si perimatur corpus, quando quidem anima periit? Si oc Petrus ad
cidendum sese causabatur infœlix, tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohiberetur occidi. Quod & fa- Iesum.
ctum est. Consolationem miseram obtinuit, quam quærebat, & oblitus est consolationis maximæ, pro qua multo 1 Reg.15.
studiosius supplicare, & remedium quęrere oportebat. An non idem & de Saule legisti? Vbi enim perstitit in sen-
tentia Samuel sanctus, Nunc (inquit) honora me vel coram populo. Ad quid tibi hæc honoratio miser? Hæccine
erat tota illa supplicatio, peccaui, ora dominum pro me? Merito sane non pepercit, qui intuebatur cor. ALBI-
NVS. Sed cur ipse se morte damnauit, dicendo, Omnis qui inueniet me, occidet me? Desperando dixit, velut
compendio mortis, cruciatus euaderet præsentes. CAIETANVS. Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à fa
cie tua abscondar, & cætera. Eiectio à facie terræ est in hoc, quod terra non respondet ei secundum vim suam.
Absconsio autem à facie dei, est priuari diuina cura, & à deo derelinqui. AVCTOR CATENAE. Quod
dicitur, Ecce eiicis me hodie, Hebraicè הֵן גֵּרַשְׁתָּ אֹתִי הַיּוֹם hen gerasta othi haiom, id est Ecce eiecisti me hodie, le-
gitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitur,Non per futurum,neque per præsens.Sic habet & Chaldaica.Ac si dicat, Abstulisti à me fructus terræ, ab- G
stulisti gratiam & tutelam tuam, permittis me mihi, pro venia te conuenire non audeo, absconder à te, subter-
fugiam vt potero iudicium tuum, vagus & instabilis ero vbique, & si tu me non persequeris, quicquid alio-
rum inuenerit me, occidet, méque tueri non dabitur. CHRYSOSTOMVS. Quid ergo misericors & bo
nus dominus? *Dixit ei, Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.* HIERONYMVS DA-
MASO. Antequam de quæstione aliquid dicamus, rectum videtur, vt æditiones interpretum singulorum cum
ipso Hebraico conferentes sermone, digeramus. Quo facilius scripturæ sensus possit intelligi. Hebraica ergo sunt
huiusmodi: וַיֹּאמֶר לוֹ יְהוָה לָכֵן כָּל הֹרֵג קַיִן שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם vaiómer lo adonai, lachen col horeg Cáin sibatháin iukam.
Aquila, Et dixit ei dominus, Propterea omnis qui occiderit Cain septempliciter vlciscetur. Symmachus, Et di-
xit ei dominus, Non sic, sed omnis qui occiderit Cain, hebdomada, siue septimus vindicabitur. Septuaginta &
Theodotion, & dixit ei dominus, Non sic, sed omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. Nolens ergo H
deus eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ, qua se ipse damnarat, ait, Non sic, id est non vt
existimas morieris, & mortem pro remedio accipies, verùm viues vsque ad septimam generationem, & con-
scientiæ tuæ igne torqueberis, ita vt quicunque te occiderit, secundum duplicem intelligentiam, aut in septima
generatione, aut septimo te liberet cruciatu. Non quod ipse, qui occiderit Cain septem vltionibus subiiciendus
sit, sed quod septem vindictas, quæ in Cain toto tempore cucurrerunt, soluat interfector, occidens eum, qui
vitæ fuerat derelictus ad pœnam. Vt autem quod dicimus manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis pona-
mus exemplum. Loquitur inter verbera seruus ad dominum, quia incendi domum tuam, & vniuersam substan-
tiam tuam dissipaui, interfice me. Dominúsque respondet, Non vt vis morieris, & finies morte supplicia, ve-
rùm longo tempore custodieris ad vitam, & tam infœliciter in hac luce versaberis, vt quicunque te occiderit,
beneficium præstet occiso, dum te de tam multis liberet cruciatibus. BASILIVS. Lucrum enim, & libe-
ratio à supplicio, est mors iis qui peccauerunt. HIERONYMVS. Et secundum Septuaginta quidem ædi- I
tionem, hic sensus nobis videtur. Alij de septem vindictis Cain varia suspicantur. Primum eius asserunt fuisse
peccatum, quod non recte diuiserit. Secundum, quod inuiderit fratri suo, tertium, quod dolose egerit, dicens,
Transeamus in campum. Quartum, quod interfecerit. Quintum, quod procaciter negauerit, dicens, Nescio, Nun-
quid custos fratris mei sum? Sextum, quod se ipsum damnauerit, dicens, Maior mea culpa est, quàm vt dimittar.
Ioan 3. Septimum, quia nec damnatus egerit pœnitentiam, secundum Niniuitas, & Ezechiam regem Iuda, qui imminen-
4. Reg. 20. tem mortẽ lachrymis distulerunt, vt qui damnati fuerant, non perirent, sed agentes pœnitentiam, impetrarẽt mi
sericordiam dei. Nam tradunt illum à clementissimo deo, ideo vsque ad septem generationes fuisse dilatum, vt
saltem malis ipsis, & longæuitate mœroris compulsus pœnitentiam ageret, vt mereretur absolui. Nonnulli septe-
narium numerum plenum & perfectum interpretantur, de multis scripturarum locis testimonia contrahentes, &
hunc esse sensum, quem supra perstrinximus, quod qui interfecerit Cain, ab ingenti eum afflictione, & omnia sup
plicia transeunte liberarit pœna. THEODORETVS. Si peccata Cain numeres, septem erunt, & si vltiones K
ac pœnas, totidem. Primùm, non recte diuidens quæ deo offerebat. Secũdum, tristitia, quòd deo sacrificia sua ac-
cepta non erant. Tertium, quia vt quiesceret iussus, non quieuit. Quartum, quia fratri inuidit. Quintum, cædes fra
tris. Sextum, quia mentitus est deo. Septimum, quia parẽtes suos dolore affecit. Propterea septem quoque eius pœ-
næ fuerunt. Vna, Maledictus tu à terra. Nam ob Adæ peccatum terra quidem à deo maledicta fuit, ipse autem
Cain ob propria peccata maledictus. Secunda, quòd non pro labore culturæ terra ei fructum redderet, nam & si
Adæ quoque dictum fuit, in sudore vultus tui vescéris pane tuo, non tamẽ dictum est, & terra non dabit tibi vim
suam, hoc est, fructus suos. Tertia, gemitus. Quarta, tremor, vel vt alij interpretes verterũt, instabilitas, atque in-
constantia, quod scilicet semper errãs & vagus esset super terram. Quinta omnium grauissima, à dei scilicet fami
liaritate esse alienatum. Sexta, tot pœnas sustinuisse vsq; in longinquam senectutem, à quibus sola morte liberari
posset. Septima, signum diuinorum flagellorum secum vbique tulisse. RVPERTVS. Horum igitur omni-
um vna sententia est, quod quia pro septemplici peccato, maledicto subiacuit Cain, vagus & profugus, ac tremẽs, L
vt nonnulli perhibent, qui occiderit (inquit) septem vindictas exoluet, id est septemplicis peccati eius pœnam lon
Naum.1. gam compendiosa morte finiet. Volunt enim peccatum Cain, morte corporis fuisse deletum, pro eo quod scriptũ
est. Non enim vindicabit deus bis in idipsum. Sed hæc ratio quàm infirma sit & ipsa fides scit, & sanctorum patrũ
sententia diligentior euidenter astruit. Hoc enim dictum de illis accipi conuenit, quorum in pœna, vel ante pœ-
nam confessionem deus accipit, & idcirco post eandem pœnam temporalẽ, non illis æternam superadiicit, vt ver
bi gratia, latroni illi, qui in cruce confessus est, non iniuste dominus aperuit paradisum, quia non vindicabit deus
bis in idipsum. Nam alter latro de temporali ad æternum transuectus est supplicium. De quo etiam recte dicas,
quia nec in illo vindicauit deus bis in idipsum, nam esse vna vindicta bene dicitur, quæ hic incœpta, perficitur in
sempiternũ. Sed nec illud præsens litera dat intelligi, quod Cain tremulo corpore vixerit. HIERONYMVS.
De eo autem quod Aquila posuit, Septempliciter, & Symmachus, hebdomada siue septimus vlciscetur, maiorum
Gene.4. nostrorum ista sententia est, quod putent in septima generatione à Lamech interfectum Cain. Adam quippe ge- M
nuit Cain, Cain genuit Enoch, Enoch genuit Irad, Irad genuit Mahiuael, Mahiuael genuit Mathusalẽ, Mathusa-
lem genuit Lamech, qui septimus ab Adam, nõ sponte (vt in quodã Hebræo volumine scribitur) interfecit Cain,
vt ipse postea cõfitetur. Quia virum occidi in vulnere meo, & iuuenẽ in liuore meo. Quoniã septies vindicabitur
de Cain, de Lamech autẽ septuagies septies. Hoc quidẽ de Cain, quod in septima generatiõe à Lamech interfect⁹
sit, & iuxta aliã æditionẽ, pœnã sui sceleris dederit, quod tot generationib⁹ gemẽs, & tremẽs viueret super terram.
AVCTOR CAT. Quanuis hæc Lamech verba plerq; sentiant, non de Cain tunc locutum, sed alio viro, præ-
sertim cum addiderit, & adolescentem in liuore meo. Nam quomodo Cain erat adolescẽs, cum fere atauus esset
ipsi Lamech? Non ergo ex his verbis inferri asserunt, à Lamech septima generatione interfectum fuisse Cain.
CHRYSOSTOMVS. Verum aliter. Et dixit illi dominus deus. Non sic omnis qui occiderit Cain, septies vl-
tione exquisita soluet. Hoc timuisti (inquit) ne occiderere, confide, hoc non erit. Nam quisquis hoc facere
attentauerit,

A attentauerit, septuplici pœnæ se faciet obnoxium. Sed decet vt manifestius doceam, quomodo qui Cain occidit,
septem pœnarum reus sit. Quid igitur est, septies vltione exquisita soluet? Primum quidem septenarius numerus
de multitudine dicitur in diuina scriptura, id quod sæpe in diuinis scripturis occurrit, vt quod sterilis peperit se-
ptem, & similia. Coniectare autem licet peccati magnitudinem & quod non vnum peccatum commiserit, sed se-
ptem quorum quoduis per se sufficiebat, vt maxima plecteretur pœna. Nam quis vel venia dignaretur alteri in- 1. Reg. 2.
uidentem, quod plus diuina gratia potiatur? Ecce vnum maximum, & inexpiabile peccatum. Deinde hoc maius Hier. 15.
ostenditur, quia frater erat, cui inuidebat, & nulla illum prorsus iniuria affecerat. Ecce & hoc quoque non vulga-
re peccatum est. Iam tertium quod dolos nexuit, decepto & in campum tracto fratre, neque ipsam naturam reue-
ritus. Quartum peccatum ipsa erat cædes, quam perpetrauit. Quintum, quod fratrem occidit, eodem ex vtero pro-
gnatum. Sextum, quod primus cædis faciem introduxit. Postremum, quod rogatus à deo omnium domino, vbi
B est Abel frater tuus? mentiri illi ausus est. Dicit ergo, qui te occidere attentauerit, septem maximis pœnis se ipsum
reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim & signum in te pono, ita vt nullus, qui te inuenit, ignorans tua mor
te capiatur, & reum se faciat septem horum peccatorum. Nam totius vitæ tuæ productio, posteritati vtilis erit, &
id quod solus nullo præsente operatus es, hoc discent omnes, qui gementem & trementem vident, & quasi cla-
mantem & omnibus dicentem, Nullus talia audeat, qualia ego, vt ne in eandem pœnam incidat. CYRILLVS.
Septem ergo posuit pro multis. Perfectam enim vltionem passurum qui Cain interfecerit, significat. ALBI-
NVS. Quomodo septuplum punietur qui occidet Cain? Solet septenarius numerus in scripturis sanctis sæpis-
simè pro plenitudine cuiuslibet rei poni. Quasi dixisset, grauissima vltione puniendum esse, qui tantæ damnatio-
nis acerbitate admonitus, à sanguine effundendo nollet manus cohibere. Non enim debuit homo occidere eum,
cui deus reseruauit vitam, vel ad pœnam ipsius, vel ad correctionem aliorum. RVPERTVS. Quid ergo est
quod multo aliter secundum Hebraicam veritatem dictum est, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punie- Matth. 26.
tur. Vtique sicut homicida in æternum punietur, subauditur nisi pœnitentiam egerit. Quemadmodum & vbi di-
C ctum est, Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, videlicet illo, quem metuens in Psalmo dicebat, Psalm. 143.
Qui redemisti Dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me. Nempe si non subaudieris, nisi pœnitentiam Ezech. 18.
egerint, sententia non stabit. Sed & in cæteris vbicunque tale quid scriptum est, verbi gratia in Propheta, Ani-
ma quæ peccauerit, ipsa morietur. Vel in Euangelio, Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Ita er- Matth. 5.
go & hic, cum dicitur, Sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, id quod iam dictum est subaudiri, &
æternam punitionem oportet intelligi. Septenario nanque numero significatur vniuersitas, non solùm apud ec-
clesiasticos, sed etiam apud gentiles philosophos. Itaque septuplum, id est, plena & consummata vindicta punie-
tur, subauditur, nisi pœnitentiam egerit. Constat autem, quod is qui occidit Cain, scilicet Lamech, pœnitudinem
gessit. Dixit enim vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite sermonem meum vxores Lamech, audite sermonem meũ,
quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Proinde & multo aliter de pœna
D sua continuò pronunciauit, dicens: Septies vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. Et nota
quod manifestè scriptura contradicit eis, qui putant peccatum Cain, suprema morte deletum, cum de illo iam
mortuo dicit, Septies vltio dabitur de Cain. AVCTOR CATENAE. Nequaquam ita fiet, sed omnis qui
occiderit Cain, septuplum punietur. Dictio לָכֵן lachen Hebraica, non nequaquam, sed imo sic, vel hoc modo, si-
ue propterea significat, quasi dicat imo sic erit, quod qui occiderit Cain, septies vindicabitur, & ad pœnæ magni-
tudinem ipsius homicidæ referendum est, septies vindicabitur, siue septuplum punietur. Quippe qui & homicida
secundus fuerit, & eum interfecerit, quem deus cauerit etiam signo non interficiendum. Quanquam de hominis
eius pœna, nihil scriptura referat. Nec refert quidem, à quoquam interfectum esse Cain. CAIETANVS.
Non est ergo sensus, quod septem vicibus punietur, cum nec bis deus iudicet idem, sed quod perfectè, & ex inte-
gro punietur, quemadmodum & in psalmo dicitur, Argentum igne examinatum, purgatum septies, non septem
vicibus, sed perfectè. Duo itaque dicuntur de occidente Cain, & quod punietur, & quod perfectè. Punietur qui-
dem, ne licitum putaretur cuilibet occidere hominem fratricidam, perfectè autem, ne pœnam minorem pœna
E homicidæ putaretur infligendam esse, eo quod hominem tam impium occidisset. Sequitur. *Posuitque dominus si-
gnum in Cain, ut non interficeret eum omnis qui inuenisset eum.* AMBROSIVS. In hoc reflectere voluit errantem,
& beneficio suo inuitare ad correctionem. Ipsis enim nos facilius committere solemus, quorum habemus gra-
tiam. Nec tamen magna concedit, sed in eo ipso imprudentiam insipientis vlciscitur. Qui cum esset perpetuis
suppliciis obnoxius, non remitti sibi pœnam popposcit, sed vitam corporis huius obseruandam putauit, in qua
plus ærumnæ est, quàm voluptatis. Mors enim vna est in secessione animæ & corporis, & in fine istius vitæ.
Quæ simul vt venit, omnes corporis dolores auferre, non augere consueuit. Metus verò, qui hanc vitam vi-
uentibus frequenter ingruunt, mœstitiæ, dolores, gemitus, diuersique cruciatus, grauitatum & ægritudinum
vulnera, plurimas etiam mortes generi humano inferunt, vt ista mors remedium esse videatur non pœna. Non
enim peremptoria est, per quam non adimitur vita, sed ad meliora transfertur. Nam si nocentes moriuntur,
F qui gradum à peccatis reuocare noluerint, vel inuiti tamen finem non naturæ, sed culpæ adipiscuntur, ne plu-
ra delinquant, quibus vita fœnus est delictorum. Si autem bonæ spei compotes sunt, migrare magis, quam de-
ficere credendi sunt. Inseritur hoc loco dogma de incorruptione animæ, quod ipsa vera, & beata vita sit,
quando vnusquisque bene conscius viuit, multo purius ac beatius, cum huius carnis anima nostra deposuerit
inuolucrum, & quodam carcere isto fuerit absoluta corporeo, in illum superiorem reuolans locum, vnde no-
stris infusa visceribus, compassione corporis ingemuit, donec commissi gubernaculi munus impleret, vt car-
nis huius irrationabiles motus, rationabili ductu regeret, & coërceret. Redarguuntur itaque hoc in loco, qui
vnicam hanc vitam putant esse, quæ sit in hoc seculo. Omnia plena lapsus, plena mœroris sunt, & redargu-
untur simplici serie gestorum. Ecce enim iustus, innocens, pius, propter gratiam deuotionis odia fratris in-
currens, immaturus adhuc æui, sublatus est parricidio, & iniquus, sceleratus, impius, etiam fraterna cæde pol-
lutus, longæuam duxit ætatem, duxit vxorem, posteritatem reliquit, vrbes condidit, & hoc meruit permis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sione diuiua. Nonne in his aperte vox dei clamat, Erratis qui putatis hic esse omnem viuendi gratiam? Non in- G
telligitis, non aduertitis senectutem hanc miseriarum esse veteranam, processionémque ætatis, ærumnarum sti-
pendia, & scylleo quodam vsu circunsonari nos quotidianis naufragiis, tundi fluctibus, in scopulosis habitacu-
lis degere, & in his delectari, sicut illud non tam æternum animal, quàm immortale malum? Ergo & isti Cain
longæuitas indulta, vindicta est, eo quod vixit in metu, & prolixum spatium multo cucurrit & infructuoso la-
bore, qua pœna nihil grauius, quam vt quis ipse sibi maiorum causa pœnarum sit. Vide igitur quàm perpetua
vita iustorum, & nulla sit improborum. Iusti sanguis clamat & mortui, vita autem peccatoris absconditur.
Tertium est, quòd cum parricidium esset admissum, hoc est, scelerum principatus, vbi peccatum obrepsit, sta-
tim & lex diuinæ mansuetudinis prorogari debuit, ne si continuò vindicatum esset in reum, homines quoque
in iudicando nullam patientiam moderationémque seruarent, sed statim reos supplicio darent. Diuinæ autem
sententiæ prouidentia huiusmodi est, vt magnanimitatem & patientiam doceret iudices, nequis præpropere ra-
peretur studio vindictæ, & ipsa deliberationis immaturitate puniret innoxium, aut pœnam acerbaret irati, nec H
tamen penitus inultum esse pateretur in eo, quinullam pœnitentiam sceleris induisset. Repulit enim eum à fa
cie sua, & à parentibus abdicatum, separatæ habitationis quodam relegauit exilio, eo quod ab humana mansue-
tudine transisset ad sæuitiam bestiarum. Veruntamen homicidio noluit homicidam vindicari, qui mauult pec-
catoris correptionem quàm mortem. EVCHERIVS. Posuitq; dominus in Cain signum, vt non eum in-
terficeret omnis qui inuenisset eum. Ipsum videlicet signum, quod tremens & gemens, vagus & profugus sem-
per viueret, nec vspiam in orbe terrarum sedes posset habere quietas, atque ideo vt saluari posset, fortè ædifica-
Num.35. uit ciuitatem. RVPERTVS. Aliter. Dicat aliquis, In lege iubet hic idem dominus deus, dicens: Si per o-
dium quispiam hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu per-
cusserit, & mortuus fuerit, percussor homicidij reus erit. Cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit.
Cum ergo Cain non qualemcunque hominem, sed fratrem suum vterinum per odium occiderit, & cum esset
inimicus, manu percusserit, & ille mortuus sit, cur idem deus tantopere vetuit, ne ille iugularetur, dicens: Om- I
nis qui occiderit Cain, septuplum punietur? Insuper & in signum posuit eum dominus, vt non interficeret eum
omnis qui inuenisset eum? Ad hoc breuiter dicendum, lex illa valet iure propinquitatis. Cognatè enim conce-
ditur, vt iugulet eum, qui per odium occidit. Sed quis occidere posset Cain iure propinquitatis? Quis enim pro-
Ioannis 18. pinquior quam Abel huic esse potuit? Abel filios non genuit, propinquos nullos habuit, nisi propinquos Cain.
Et in hoc quoque domino nostro fuit similis, qui traditus Pontio Pilato præsidi, dixit: Regnum meum non est
de hoc mundo. Si de hoc mundo fuisset regnum meum, ministri vtique mei decertarent, vt non traderer Iudæis.
Nunc autem regnum meum non est hinc. Igitur sicut ius legale est, quod postea dominus deus mandauit vel
concessit, vt percussorem iugularet cognatus occisi, sic ius naturale est, quo Cain vetuit occidi ab homine, quia
videlicet Cum non superessent cognati, causa eius qui occiderat ad hominum neminem pertinuit, sed ad domi-
num deum. Et Lamech ipse, qui illum occidit, magis ad Cain, quàm ad Abel pertinuit, quippe qui ab illo descen- K
dit sexto generationis loco. Bene ergo posuit dominus Cain in signum, vt non eum interficeret omnis, qui in-
uenisset eum. Vbi notandum, quod non dictum sit, Et posuit dominus signum in Cain, vt (verbi gratia) tremu-
lo corpore viueret, vel cornu in fronte gestaret, vel tale quid, quod non ex auctoritate scripturæ, sed ex Iudai-
cis fabulis est, sed posuit, inquit, iuxta alia exemplaria, Cain in signum, id est, quasi signum, videlicet, vt sic non
auderet aliquis pro vltione contingere illum, quomodo nemo debet amouere regis vel Imperatoris signum.
2.Reg.14. De quo placito suo, quis reprehendere posset legis auctorem ante datam legem, cum sub lege viuens homo, li-
cet rex, penè fecerit idem? Accessit enim mulier Thecuites ad regem Dauid, & dixit, Heu, mulier vidua ego
sum. Mortuus est enim vir meus, & ancillæ tuæ erant duo filij. Qui rixati sunt aduersum se, & percussit alter
alterum, & interfecit eum. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersus ancillam tuam, dicit: Trade eum,
qui percussit fratrem suum, & cætera. Ac deinceps, Recordetur, ait, rex domini dei sui, vt non multiplicentur
proximi sanguinis ad vlciscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait, viuit dominus, quia non L
cadet de capillis filij tui super terram. Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltra non addet, vt tangat te.
Illud simile est huic. Hoc modo rex in signum posuit illum, qui occiderat, reum habiturus eum, quicunque ex
cognatis vlciscereturs anguinem occisi, veluti qui regij temerasset signum edicti. Sapienter vtique quia ex hu-
iusmodi vltione multiplicantur proximi sanguinis, & proinde nemo iure reprehendit. Quanto magis cum per
semetipsum deus hoc agit, sapientiæ debet ascribi, & reus habendus erat, qui huiusmodi edictum eius temera-
uit? CAIETANVS. Certum non est quale fuerit hoc signum, quanuis ex verbis literæ constet, quod fue-
rit signum sensibile positum diuina opera in ipso Cain, quia fuit signum apparens cuilibet reperienti eum, alio-
quin non sufficisset ad hoc, vt omnis reperiens eum, non occideret ipsum. Et in hoc apparet non solùm ma-
gna dei clementia, minuendo pœnam debitam fratricidæ, sed etiam maxima benignitas, seruando eundem ne
interficiatur ab aliis. *Egressúsque Cain à facie domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.* HIERO-
NYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et habitauit in terra Naid. Quod M
Septuaginta Naid transtulerunt, in Hebræo נוד Nod dicitur, & interpretatur σαλευόμενον, id est, fluctuans, &
instabilis, ac sedis incertæ. Non est igitur terra Naid, vt vulgus nostrorum putat, sed expletur sententia dei,
quod huc atque illuc vagus & profugus oberrauit. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Naid terra,
in qua habitauit Cain, vertitur autem in Salum, id est, motum, siue fluctuationem. Eden verò sacer paradisi lo-
cus est ad orientem, quod in voluptatem delitiásque transfertur. CHRYSOSTOMVS. Quid est, egres-
sus est à facie dei? hoc est, nudatus est præsidio dei, propter abominabile & pernicioſum facinus. Et habitauit in
terra Naid, è regione Eden. Narrauit nobis diuina scriptura & locum, in quo postea habitauit. Et docet, quo-
modo & hic non procul à paradiso versatus sit, vt è regione illius existens, continuò memor esset, tum eorum
quæ patri suo ob præuaricationem contigerunt, tum magnitudinem eorum quæ ipse perpetrauerat, propter quæ
tanta sibi neque patris correptione emendato, pœna irrogata est. Et locus ille in quo habitauit, perpetua memo-
ria fuit

A ria fuit, non illi soli, sed & seculis posterioribus, ob tremorem, & motionem. Nomen enim Naid, Hebraica di-
ctio est, & vocatur motio. Itaque crimen illius notum & à loco, quasi in columna ærea scriptum esset. CAIE-
TANVS. Egressúsque est Cain à facie domini. Confer hoc factum Cain cum eius dictis ac solicitudine, &
perpendes quod malum quidem culpæ suæ, quantum ad magnitudinem pensauit, sed ad malum pœnæ animum
diuertit, solicitus ne occideretur à reperiente ipsum. Mota est enim eius mens magis à timore pœnæ mortis,
quàm ab admissa offensa dei, parentum ac fratris, & propterea qui eiectus à facie dei debuisset supplicare pro
venia, manifestat se non resipiscere, ex hoc ipso quod exiuit à facie dei, hoc est, à speciali cura diuina, quam
erga iustos deus exercet. Habitauit in terra profugus. Iuxta Hebræum habetur, & sedit in terra Nod. Et aiunt no-
men esse proprium loci Nod alij autem vt nomine appellatiuo vtuntur, interpretantes profugus. Ad orienta-
lem plagam Eden. Iuxta Hebræum habetur, ante Eden. Nescio autem qua ratione etiam Hebræi interpreten-
tur ante plagam orientalem. Si de Eden est sermo in quo plantatus est paradisus terrestris, regionis seu montis
B nomen est, ad cuius anteriorem, seu orientalem plagam fugisse dicitur Cain. Si autem de Eden cuius meminit
Ezechiel vigesimo septimo capitulo est sermo, facilior est intellectus, quod ante locum illum habitauit Cain.
Et hic sensus quadrat fortè loco in quo ædificata fuit à Cain ciuitas. Veruntamen si ad orientalem plagam mon-
tis seu regionis Eden, profugus habitauit, non prope, sed longe ab Eden versus orientem habitasse intelligen-
dus est, nisi fortè versus regionem illam tanquam solitariam confugisset. Nihil tamen in re hac certi habemus.
AVCTOR CATENAE. Hebraica litera ita legitur וַיֵּשֶׁב בְּאֶרֶץ נוֹד קִדְמַת עֵדֶן vaiéseb beérez nod kidmath
eden, id est, Et habitauit in terra profugus ad orientem voluptatis. Chaldaica, Et habitauit in terra Nod, ad o-
rientem Eden. Septuaginta, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ ναιδ, κατέναντι ἐδέμ. id est, Et habitauit in terra Naid, contra Eden.
Dei ergo præsentiam Cain euadere non potuit, omnia enim vbique nosci, agit & sustinet, sed dei præsidio in
consc ientia nudatur, cui non credebat homo desperatus, carnalis, mundanus, terrestris, impiorum in hoc mun
do signifer & exemplar. Vel quia à diuinitate quæ vbique est, nullus potest egredi, egressus est Cain à facie simi-
C litudinis, vel creaturæ, in qua deus illi loquebatur. Per Eden autem paradisus intelligitur terrestris, in pœnam
enim eius factum est, vt versus illam expelleretur fœlicem & delectabilem regionem, quam per peccatum pa-
tris amiserat, vt quia illuc accedere non valebat, iugem inde dolendi & pœnitendi haberet memoriam.
CHRYSOSTOMVS. Hæc audientes dilecti, quæ dicta sunt, non inconsideranter prætercurramus, neque
hoc solum spectemus, vt huc quotidie conueniendo, spirituali mensa fruamur. Nulla enim solius auditus vti-
litas fuerit, nisi adsint obedientia & opera. Sed cogitantes vnde in hoc inexpiabile & graue peccatum Cain se
ipsum impulerit, vt innoxium ac fratrem aggrederetur dolo, & occideret, ne fugiamus aduersa, & mala pati,
sed potius caueamus, ne aliis mala per nos inferantur. Ille enim est, qui vere male affligitur, qui proximo suo
negotium facit. Et vt verum hoc esse scias, vide hic obsecro, quis est, qui mala patitur, an occidens, vel occisus?
manifestum quod occidens. Et vsque ad nostra tempora in ore omnium decantatur, & prædicatur, & corona- Hebr.11.
D tur, vt veritatis primus testis. Sicut dicit & beatus Paulus, Mortuus Abel adhuc loquitur. Et qui occidebat e-
tiam tunc vitam agebat miserabiliorem, quàm vllus homo, & postea ab omnibus male audit, vt abominabilis,
& vt à deo maledictus à diuina scriptura traducitur, & hoc quidem in præsenti vita, quæ semel intercidet. Quæ
autem in futuro seculo occurrere debeant, cum vnicuique pro suo opere reddet iustus iudex, quis sermo dicere Roma.2. &
posset, quæ bona, vel quæ mala? Nullus, nullus planè, neque iucunda, neque tristia narrauerit. Enimuero Abe- Apoca.20.
lis quidem est regnum cœlorum, & perpetua habitacula, & chori Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolo-
rum, & omnium sanctorum congregatio illum suscipient simul in immortalitate regnaturum, in Christo Ie-
su domino nostro, vnigenito dei filio, & deo. Huius autem, Cain inquam, est gehenna ignis, aliáque immor-
talia omnia tormenta ipsum excipient, vt puniant in infinita secula, & cum illo omnes qui similia egerunt, &
maximè turpissimis affectionibus captos. Quocirca obsecro, vt vel saltem nunc aliorum correptionibus nos ip-
sos emendemus, & vitam nostram corrigamus ad domini obedientiam, illius obtemperantes legibus, & ne-
E que liuor, neque inuidia, neque corporalis amor, neque huius vitæ gloria & potentia, neque ventris voluptas,
neque alia quædam absurda concupiscentia, dominetur animæ nostræ, sed expurgati ab omni materia voluptа-
tèque temporali & vale dictis omnibus fœdissimis absurdissimísque affectionibus, ad beatam illam vitam, & in-
effabilia illa bona, quæ deus se diligentibus promisit, introducamur. Mysticè.
AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM ET EVCHERIVS. Mysticè verò respondit miser
Iudæorum populus domino, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eiicis me hodie à facie ter-
ræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Igitur omnis qui inuenerit me, occidet me. Ve-
rè nanque inde vagus & profugus gemit & tremit, ne etiam regno terreno perdito, ista visibili morte occida-
tur. Hanc dicit maiorem causam quam illam, quod terra nostra non dat virtutem suam, ne spiritaliter moria-
tur, carnaliter enim sapit, & abscondi se à facie dei, id est, iratum habere deum, graue non putat, sed hoc timet,
ne inueniatur, & occidatur. Carnaliter enim sapit, tanquam operans terram, cuius virtutem non accipit. Sape-
F re siquidem secundum carnem, mors est, quod ille non intelligens, amisso regno gemit, & corporalem mor-
tem tremit. Sed quid ei respondit deus? Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punie-
tur, siue vt Septuaginta transtulerunt, septem vindictas exoluet, id est, non sic quomodo dicis, non corpora-
li morte interibit genus impium carnalium Iudæorum, sed quicunque eos ita perdiderit, septem vindictas exol-
uet, id est, auferet ab eis septem vindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi. Hoc toto tempo-
re quod septenario dierum numero voluitur, magis quia non interiit gens Iudæorum satis apparet fidelibus
christianis, sed solam dispersionem meruerint, iuxta quod ait scriptura, Ne occideris eos, ne quando obliuiscan Psalm.58.
tur populi mei legis tuæ, disperge illos in virtute tua, & depone eos. Posuit dominus in Cain signum, vt non
eum interficeret omnis, qui inuenisset eum. Hoc reuera multum mirabile est, quemadmodum omnes gentes
quæ à Romanis subiugatæ sunt, in ritum Romanorum sacrorum transierint, eáque sacrilegia obseruanda & ce-
lebranda susceperint, gens autem Iudæorum siue sub paganis regibus, siue sub christianis, non amisit signum le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis & circuncisionis suæ, quo à cæteris gentibus populisque distinguitur, sed & omnis Imperator vel rex, qui eos in regno suo inuenit, cum ipso signo eos inuenit, & non occidit, id est, non efficit vt non sint Iudæi, certo quodam & proprio suæ obseruationis signo à cæterarum gentium communione discreti, nisi quicunque eorum ad Christum transierit. Exiit ergo à facie domini, & habitauit in terra Naid, quod dicitur interpretatum commotio, siue instabilis, & fluctuans, & sedis incertæ, contra quod malum deus rogatur in psalmo, Ne dederis in motu pedes meos, & manus peccatorum non moueant me. Nunc verò & Iudæi, & omnes qui diuersis erroribus contumaces sunt, resistendo veritati, venundati exeunt à facie dei, id est, à misericordia dilectionis eius, vel à participatione lucis eius, & habitant profugi in terra commotionis, id est, in carnali conturbatione contra iucunditatem dei, hoc est, contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi est plantatus paradisus. G

6 *Cognouit autem Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch. Et ædificauit ciuitatem, & uocauit nomen eius ex nomine filij sui, Enoch. Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. Qui accepit uxores duas, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum, & nomen fratris eius Iubal. Ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror uerò Tubalcain, Noema.* H

6 *Cognouit autem Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch.* CHRYSOSTOMVS. Mortales tunc facti homines, meritò de filiorum successione curam habebant. Sed fortè dixerit aliquis, quomodo cum scriptura nusquam alterius mulieris meminit, dicit quod Cain habuerit vxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligenter facit, sed scriptura superuacuum non commemorans, neque omnes viros commemorat, sed succinctius nobis narrat, dicens: quod generauerint filios & filias, & mortui sint. Verisimile igitur etiam nunc Euam, filiam peperisse post Cain. Nam quia initia erant, debebátque augeri humanum genus, sorores vt acciperent, concedebatur. Et ideo consentanea hæc nobis coniectanda relinquit scriptura, & hoc solum narrat dicens, Et cognouit Cain vxorem suam, & vt concepit, peperit Enoch. THEODORETVS. Mulierem igitur matrimonio sibi coniunxit, non aliam certè, quàm sororem suam, neque enim alia ratione humanum genus propagari poterat. HVGO DE SANCTO VICTORE. Nota quod post peccatum dicuntur viri cognoscere vxores, & illæ parere, vt indicetur, quod de parentibus peccatoribus, & filij nascebantur peccatores. CAIETANVS. Cognouit autem Cain vxorem suam, proculdubio sororem. Tunc enim necessitate vrgente licitum, imò necessarium erat coniugium inter fratrem & sororem, alioquin in primis Adæ filiis defecisset humanum genus, contra diuinum præceptum, fructificate, multiplicate, & implete terram. AVCTOR CATENAE. Vel non cognouit Cain matrem, aut sororem, sed aliquam cognatarum. Multæ enim erant fœminæ, quarum catalogum scriptura non facit, sicut nec virorum omnium, sed tantum eorum, qui per successiones perducebant ad Abraham, deinde ad Iudam, vnde Christus nasceretur, & eorum quorum nominibus prouinciæ appellatæ sunt, & quorum studio, vel insignis vtilitas, vel tyrannis & calamitas hominibus contigit. Enoch autem nascitur filius Cain, vt videtur origo nobilium huius seculi, qui nomina dant vrbibus à se conditis, vt tuta sit & impunita tyrannorum violentia. *Et ædificauit ciuitatem, & uocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch.* AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. Defendenda videtur mihi historia, ne sit scriptura incredibilis, quæ dicit, ædificatam ab vno homine ciuitatem, eo tempore, quo non plusquam viri quatuor, vel potius tres, posteaquam frater fratrem occidit, fuisse videntur in terra, id est, primus homo pater omnium, & ipse Cain & eius filius Enoch, ex cuius nomine ipsa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet, parum considerant, non omnes homines qui tunc esse potuerunt, scriptorem sacræ huius historiæ necesse habuisse nominare, sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Proposi tum quippe scriptoris illius fuit, per quem spiritus sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex vno homine propagatarum, peruenire ad Abraham, ac deinde ex eius semine ad populum dei, in quo distincto à cæteris gentibus, præfigurarentur & prænunciarentur omnia, quæ de ciuitate, cuius æternum erit regnum, & de rege eius, eodemque conditore Christo, spiritu præuidebantur esse uentura, ita vt nec de altera societate hominum taceretur, quam terrenam dicimus ciuitatem, quantum ei commemorandæ satis esset, vt ciuitas dei etiam suæ aduersariæ comparatione clarescat. Quod igitur scriptum est, Et cognouit Cain vxorem suam, & concipiens peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem in nomine filij sui Enoch, non est quidem consequens, vt istum primum filium genuisse credatur. Neque enim hoc ex eo putandum est, quia dictus est cognouisse vxorem suam, quasi tunc se illi primitus concumbendo miscuisset. Nam & de ipso patre omnium Adam, non tunc solùm hoc dictum est, quando conceptus est Cain, quem primogenitum videtur habuisse, verumetiam posterius eadem scriptura, Cognouit, inquit, Adam vxorem suam, & concepit, & peperit filium, & nominauit nomen illius Seth. Vnde intelligitur ita solere illam scripturam loqui, quanuis non semper, cum in ea legitur, factos hominum fuisse conceptus, non tamen solùm cum primum sibi sexus vterque miscetur. Nec illo necessario est argumento, vt primogenitum patri existimemus Enoch, quod eius nomine illa ciuitas nuncupata est. Non enim ab re est, vt propter aliquam causam, cum & alios haberet, diligeret eum pater cæteris amplius. Nequeenim & Iudas promigenitus fuit, à quo & Iudæa cognominata est, & Iudæi. Sed etiam si conditori ciuitatis illius iste filius primus est natus, non ideo putandum est, tunc à patre conditæ ciuitati nomen eius impositum, quando natus est, quia nec constitui tunc ab vno poterat ciuitas. Quæ nihil est aliud, quàm hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata, sed cum illius hominis familia, tanta numerositate cresceret, vt haberet iam populi quantitatem, tunc potuit vtiq; fieri, vt & constitueret, & nomen primogeniti sui constitutæ imponeret ciuitati. Tam longa quippe vita illorum hominum fuit, vt illic memoratorum, quorum & anni taciti non sunt, I K L M

Cap. 8.

A sunt, qui minimum vixit ante diluuiũ, ad septingentos quinquaginta tres peruenire. Nam plures nongentos annos etiam transierunt, quanuis nemo ad mille peruenerit. Quis itaq; dubitauerit per vnius hominis ætatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, vt esset vnde constitueretur, non vna sed plurimæ ciuitates? Quod ex hoc coniici facillimè potest, quia ex vno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebræę gentis tanta procreata est, vt in exitu eiusdem populi ex Aegypto, sexcenta millia hominum fuisse referantur bellicæ iuuentutis, vt omittamus gentem Idumæorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau nepos Abrahæ, & alias gentes natas ex semine ipsius Abrahæ, non per Saram coniugem procreatas.
CHRYSOSTOMVS. Et erat ædificans ciuitatem in nomine filij sui Enoch. Vide quomodo res nostræ paulatim deteriores, fucatioresq; fiunt. Quippe hominibus factis mortalibus studium fuit, vt immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis, quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorum & ruinæ primæ monumenta, qua è pristina gloria exciderunt, in qua cum es-
B sent, nihil horum agebant Adam & Eua, vtpote affectionibus superiores, & nihil obnoxij. RVPERTVS. Nec tandum tandem, quod prima terrenarum ciuitatum causa homicidium sit. Nam quia Cain fratrem suum occiderat, & ob hoc omnibus odiosus vagusq; ac profugus super terram erat, ideirco ciuitatem quæ tutaretur ædificauit. CAIETANVS. Cain igitur destitutus ab agricultura ob diuinam maledictionem, vertit se ad ædificandum ciuitatem. Iam enim multiplicatum & sparsum valde erat humanum genus, & Cain primogenitus Adæ, princeps erat iure primogeniti, & propterea primus ædificator ciuitatis fuit, vt non amplius profugus vagaretur.
Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. HIERONYMVS. Non ergo de omnibus his certa mysteria exculpuntur, nec inuenirentur, nisi prius quædã radices historiæ iacerentur, nec de ramis arborũ fructus legeres, nisi truncos antea plantasses. AVCTOR CAT. Hebraica litera מְחוּיָאֵל Mehuiael habet, pro Mauiael. *Qui accepit uxores duas, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atq; pastorum, & nomen fratris eius Iubal. Ipse fuit pater canentium cithara & organo.*
C CHRYSOSTOMVS. Quemadmodum de Cain dictum est, quod cognouit vxorem suam, cum nusquam nos docuerit, neq; dixerit vnde habuerit vxorem, sic sanè & hic iterum inquit, qui accepit vxores duas, &c. Vide autem scripturæ diligentiam, docuit nos & nomina eorum, qui nati sunt ex muliere Lamech, & docuit nos quæ studia illorum fuerint, nempe quod vnus alendis pecoribus fuerit deditus, & alter excogitauerit psalterium & cithara illorum fuerint, nempe quod vnus alendis pecoribus fuerit deditus, & alter excogitauerit psalterium & citha
ram. INTERLINEARIS. Primus Lamech contra naturam, & contra morem adulterium commisit.
RABANVS. De Iubal Iosephus historiographus Iudæorum ita refert. Iubal autem musicam coluit, & psalterium citharamq; laudauit, & ne dilaberentur ab hominibus quæ ab eo inuenta videbantur, aut antequam venirent ad cognitionem deperirent, cum prædixisset Adam exterminationem rerum omnium vnam ignis virtute, alteram verò aquarum vi ac multitudine fore venturam, duas faciens columnas, aliam quidem ex lateribus, alia verò ex lapidibus, in ambabus quæ inuenerat conscripsit, vt & si constructa lateribus, exterminaretur ab imbri-
D bus, lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere, & si lapidea solueretur ab igne, lateritia ab igniũ ardore seruata, eundem operaretur effectum, quæ tamen lapidea, permanet hactenus in terra Syria. CAIETANVS. Qui accepit vxores duas, &c. De stirpe Cain quinta generatio introduxit pluralitatem vxorum. AVCTOR CATE. Quod nos legimus, Qui fuit pater habitantium in tentoriis, atq; pastorum, Hebraicè legitur הוּא הָיָה אֲבִי יֹשֵׁב אֹהֶל וּמִקְנֶה hu haia abi ioseb ohel vmikne, id est, Ipse fuit pater habitantis tentorium, & peculij. Est enim mikne, emptio siue possessio, vel acquisitio, tam rerum mobilium, quàm immobilium, vnde & inmentum quoq; significare potest, vt alij transtulerunt. Patrem autem Hebræi appellant principem, reiq; alicuius auctorem. Septuaginta ὗτος ἦν πατὴρ οἰκούντων ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων, hoc est, Hic fuit pater habitantium in tentoriis pastorum. Chaldaica, Ipse fuit magister habitantium in tabernaculis, & possidentium pecora. Ex quibus omnibus hoc habetur, quod idem qui instituit habitationem in tentoriis, inuenerit quoq; vsum iumentorũ, & fortè sedendi in iumentis, nam iasab verbum, sedere quoq; significat: Quodq; sequitur, Ipse fuit pater canentium cithara &
E organo, Hebraicè habetur הוּא הָיָה אֲבִי כָל תֹּפֵשׂ כִּנּוֹר וְעוּגָב hu haia abi cal tophes cinnor veaugab, id est, Ipse fuit pater omnis tympanizantis cithara & organo. Est enim verbum thaphaph, quod tympanizare, id est, tympano concrepare, siue tympano personare significat, & large postmodum pro quolibet ponitur sonitu. Septuaginta paulum variant, quanquam eadem innuunt; ὗτος ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον & κιθάραν, hoc est, Hic fuit, qui ostendit psalterium & citharam. Non conuenit itaq; inter eos de nominibus horum instrumentorum, quanquam ne Hebræis quidem id satis perspectum est. Cinor autem Interpres noster semper vertit citharam, secundum autem organum, quanquam hoc commune ad omnia harmonica instrumenta sit. Alij loco canentium, attrectantis seu tra
ctantis citharam & organum transtulerunt. Non ergo sermo est de cantu, sed de sono qui fiebat tactu, ad differentiam sonorum qui fiunt flatu. Igitur Lamech duas vxores habuisse, veluti rarum aliquem euentum, sacra historia hic prædicat, & non de more hominum illius temporis, cuius filij tanquam artium repertores laudantur, quorum soror quoq; texturæ artem inuenisse incerto auctore fertur. Videmus interim filios huius seculi prudentiores in
F generationibus suis, quàm filios regni. Nihil enim de filiis Seth, de quibus postea loquetur, simile scribitur. Vetruntamen non arma bellica, sed ad laborem idonea repererunt. Ante diluuium enim bella nulla leguntur. *Sella quoq; genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror uerò Tubalcain, Noema.* CHRYSOSTOMVS. Iterum & artem illius, qui ex Sella natus erat non obticet, quia ferrariam exercebat. Vide quomodo quæ ad vsum humani generis, quo melius subsistere queat, spectant, paulatim extructa sint. Et primum Cain à filio suo ciuitatem ædificatam nominauit. Deinde eorum qui ex vxoribus Lamech nati, vnus pascendis pecoribus occupabatur, alius ferrariam exercebat, alius etiam psalterium & citharam demonstrauit. RABANVS. Tubalcain secundum Iosephum qui ex altera natus est Lamech vxore, fortitudine cunctos excellens, res bellicas decenter exercuit. Et ex his etiam quæ ad libidinem attinent corporis, enutriuit, ferrariamq; artem primus inuenit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, expolientem omne opificium æris & ferri. Certa igitur ars Tubalcain fuit, expolire quæcunq; ex ære & ferro fiunt. Nec desunt interpretantes huiusmodi expolitionem fa-

 ctam fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctam fuisse malleo acuente tam æs, quàm ferrum. Quocirca ante Tubalcain erant opificia ex ferro, quanuis G
non expolita, & propterea superius diximus, quod Cain cum esset agricola, habebat instrumenta ad colendum
terram, & similiter Abel ad decoriandum agnos. AVCTOR CATENAE. Primum Hebraicè תובל קין
Túbal Cáin duo sunt nomina, vnum tamen virum significantia, quanquam Septuaginta Θοβὲλ Thobel tan-
tum verterunt. Inuenimus autem omnes prope linguas interdum vsurpare, vt pluribus vnum appellent nomi-
nibus. Quod autem dicimus, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Hebraicè legitur לטש כל
חרש נחשת וברזל lotes cal hores nehóseth vbarzel, id est, Acuentem seu polientem omne artificium æris & ferri.
Septuaginta καὶ ἦν σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, id est, Et fuit malleator, faber æris & ferri. Chaldaica,
Qui fuit magister eorum omnium scientium opus æris & ferri.

Mysticè. Cap.17. AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. Mysticè autem Cain genuit
Enoch, in cuius nomine condidit ciuitatem, terrenam scilicet, non peregrinantem in hoc mundo, sed in eius
temporali pace ac fœlicitate quiescentem. Cain autem interpretatur possessio, vnde dictum est quando natus H
est, siue à patre, siue à matre eius, acquisiui hominem per deum. Enoch verò interpretatur dedicatio, hic enim
Cap.6. dedicatur terrena ciuitas, vbi conditur, quoniam hic habet eum quem intendit, & appetit finem. GREGO-
RIVS SEXTODECIMO MORALIVM. Sic igitur primus in terra Cain ciuitatem constituisse de-
scribitur, qui videlicet peregrinus aperté monstratur, quia ipse in terra fundamentum posuit, qui à soliditate
æternæ patriæ alienus fuit. Peregrinus quippe à summis, fundamentum in infimis posuit, qui à stationem cor-
dis in terrena delectatione collocauit. Vnde & in eius stirpe Enoch (qui dedicatio interpretatur) primus na-
scitur, in electorum verò progenie Enoch septimus fuisse memoratur, quia videlicet reprobi in hac vita quæ
antè est, semetipsos ædificando dedicant, Electi verò ædificationis suæ dedicationem in fine temporis, id est,
in septimo tempore expectant. Videas nanque plurimos temporalia sola cogitare, honores quærere, ambien-
dis rebus inhiare, nil post hanc vitam requirere. Quid itaque isti, nisi in prima se generatione dedicant? Vi-
deas electos nil præsentis gloriæ quærere, libenter inopiam sustinere, mala mundi æquanimiter perpeti, vt I
possint in fine coronari. Electis ergo Enoch in septima generatione nascitur, quia sui dedicationem gaudij, in
extremæ retributionis gloria requirunt. ISIDORVS. Quid ergo sibi per figuram vult quod impiorum
progenies, ciuitatem in ipsa mundi origine construxit, nisi quod noueris impios in hac vita esse fundatos, san-
ctos verò hospites esse, & peregrinos? Vnde & Abel peregrinus in terris, populus christianus non condidit ci-
uitatem. Superna est enim sanctorum ciuitas, quanuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni e-
ius tempus aduenial. RABANVS. Iste filius in cuius nomine condita est Enoch, id est, terrestris Hie-
rusalem, quod interpretatur possessio, significat istam ciuitatem & initium & finem habere terrenum, vbi ni-
hil plusquam quod cernitur, speratur. Iniqui enim dum corde transire ad æterna negligunt, & cuncta præ-
sentia fugitiua esse non intuentur, mentem in amore vitæ præsentis figunt, & quasi longæ habitationis in ea
sibi fundamentum construunt, quia in æternis rebus per desiderium non solidantur. HIERONYMVS. K
De bigamia autem nascitur Iabel habitans in tentoriis, quæ mutabilia, instabilitatem eorum figurant, qui cir-
cunferuntur omni vento doctrinæ. Nascitur & Iubal, qui fuit inuentor musicæ, de qua dicitur, aura per canora
musica tentat, quod pertinet ad voluptatē aurium. Nascitur Tubalcain, qui per opera æris, concupiscentiā oculo-
rum inuitauit, & arte ferraria crudelitatē bellorū excitauit, per cui⁹ sororē quæ Noëma, id est, voluptas vocatur,
carnis cōcupiscētia signatur. Notandū, quod hęc tropica locutione partim intelligūtur per nominū interpretatio-
nes, sicut Enoch & Noëma, partim per hominū actiones, bonis moribus obuiātes, sicut Iabel, Iubal, & Tubalcain.
Vbi supra. cap.20. AVGVSTINVS. Sed quomodo se habeat, siue per primogenitos, siue per reges, ex Cain generationum ordo
decurrens, illud mihi nullo pacto prætereundum silentio videtur, quod cum Lamech septimus ab Adam fuis-
set inuentus, tot eius annumerati sunt filij donec vndenarius numerus impleretur, quo significatur peccatum.
Adduntur enim tres filij, & vna filia. Quoniam ergo lex denario numero prædicatur, vnde est memorabi
lis ille decalogus, profectò numerus vndenarius, quoniam transgreditur denarium, transgressionem legis, ac
per hoc peccatum significat. Hinc est quod in tabernaculo testimonij, quod erat in itinere populi dei velut L
templum deambulatorium, vndecim vela cilicina fieri præcepta sunt. In cilicio quippe recordatio est peccato-
rum, propter hœdos ad sinistram futuros, quia confitentes in cilicio prosternimur, tanquam dicentes quod in
psalmo scriptum est, Peccatum meum ante me est semper. Progenies ergo ex Adam per Cain sceleratum vn-
denario numero finitur, quo peccatum significatur, & ipse numerus à fœmina clauditur, à quo sexu initium
Ibidem. cap.17. factum est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem, vt & voluptas carnis, quæ spiritui resi-
steret sequeretur. Nam & ipsa filia Lamech Noëma, voluptas interpretatur. IDEM. Nec igitur in cas-
sum notandum arbitror, quod in his generationibus quæ propagantur ex illo, qui est appellatus Seth, cum ge-
nuisse filios filiásque dicatur, nulla ibi genita nominatim fœmina expressa est. In his autem quæ propagan-
tur ex Cain, in ipso fine quousque protenduntur, nouissima fœmina genita nominatur. Vbi eleganter signifi-
catum est, terrenam ciuitatem vsque in sui finem carnales habituram generationes, quæ marium fœminarúm-
que coniunctione prouenient. Vnde & ipse (quod præter eas nusquam reperitur ante diluuium) nominibus M
propriis exprimuntur vxores illius hominis, qui nominatur hic nouissimus pater. RVPERTVS. Cain
ergo imitantur omnes, qui festinant ad festiuitatem terrenæ fœlicitatis, nec futuram expectant dedicationem
regni filij dei. Et idcirco quemadmodum ille septimam generationem non vidit, sextus enim ab ipso Lamech
illum occidit, cum in illa longæuitate aliqui octauam quoque generationem videre potuerint, verbi gratia,
Prouerb.20 Seth, qui Mathusalem iam supra quàm centenarium videre potuit, sic & ipsi non pertingunt ad sabbatum, id
est, septimum diem æternæ requietionis. Vnde & illud dictum Sapientis, Hæreditas ad quam festinatur, in prin
cipio, in nouissimis benedictione carebit.

Dixitq;

A Dixitque Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite uocem meam uxores Lamech, auscultate ser- 7
monem meum. Quoniam occidi uirum in uulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septu-
plum ultio dabitur de Cain, de Lamech uerò septuagies septies.

AMBROSIVS. Quia homicidio noluit deus homicidam vindicari, qui manuit peccatoris correctionem, 7 Intellige au
quàm mortem, in Lamech septuagies septies vindicatur, quia grauior culpa eius est, qui nec post damnatio- ctoritate p-
nem se correxit alterius. Cain impetu quodam improuido antè peccauerat, Lamech vtique quod in altero re- pria.
prehensum aduerterat, cauere debuerat, suo quippe iudici sententia debebatur, ne quis passim reum esse ferien-
dum putaret. Et vt ad mysterium venias, non debuit interimere eum, qui vsque ad naturalem terminum mor-
tis suæ, agendæ habebat spatium pœnitentiæ. Excusare posset, quod se redemisset, vel sera actione pœniten-
B tiæ nisi eum præmatura mors rapuisset. HIERONYMVS AD DAMASVM. Quia virum occi-
di in vulnere meo, & iuuenem in liuore meo. Septies vindicabitur de Cain, de Lamech autem septuagiesse-
pties. Hoc quidem de Cain, quòd in septima generatione à Lamech interfectus sit, & iuxta aliam æditionem,
pœnam sui sceleris dederit, quod tot generationibus gemens & tremens vixerit super terram, intelligendum
est. Quæritur autem quæ sint septuaginta septem vindictæ, quæ in Lamech exoluendæ sunt? Aiunt ab Adam
vsque ad Christum generationes septuagintaseptem. Lege Lucam euangelistam & inuenies ita esse, vt dici- Lucæ 5.
mus. Sicut ergo septima generatione Cain peccatum est dissolutum, non enim vindicabit deus bis in idip- Naum 1.
sum, & qui semel recepit mala in vita sua, non eosdem cruciatus patietur in morte, quos est passus in vita: ita Lucæ.16.
& Lamech peccatum, id est, totius mundi, atque sanguinis qui effusus est, Christi soluetur aduentu, qui tu- Ioannis.1.
lit peccata mundi, qui lauit amictum suum in sanguine vuæ, & torcular calcauit solus, qui de Edom ad cœlum Gene.49.
C rex gloriæ, & cætera. Referebat mihi quidam Hebræus, in apocryphorum libris septuagintaseptem animas Esaiæ 63.
ex Lamech progenie reperiri, quæ diluuio deletæ sint, & in hoc numero de Lamech factam esse vindictam, quod Psalm.23.
genus ipsius vsque ad cataclysmum perseuerauerit. IDEM CONTRA IOVINIANVM. Primus
igitur Lamech sanguinarius atque homicida, vnam carnem in duas diuisit vxores, fratricidium & bigamiam
eadem cataclysmi pœna deleuit, & de altero septies, de altero septuagiessepties vindicatum est, quantum distat in
numero, tantum & in crimine. RVPERTVS. Constat quod is qui occidit Cain, scilicet Lamech,
pœnitentiam gessit, dixit enim vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite sermonem meum vxores Lamech, Audi-
te sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Proinde
& multum aliter de pœna sua continuò pronunciauit, dicens: Septies vltio dabitur de Cain, de Lamech verò se-
ptuagiessepties. Dixerat dominus, qui occiderit Cain, septuplum punietur, hic autem qui occiderit Lamech,
D dicit, Septuagiessepties vltio dabitur. Videtur quidem secundum quantitatem numeri plus esse, Septuagies-
septies vltio dabitur, quàm septuplum punietur, sed profectò minus est. Non enim quantitas vtriusque nu-
meri, sed natura hic attendenda est. Hoc ergo septenarius & septuagesimus septimus differunt, quod septena-
rius incompositus, ac per hoc insolubilis, septuagesimus septimus vero compositus, ac per hoc magis solubi-
lis habetur. Nam septenarium præter vnitatem nullus metitur numerus, septuagesimi septimi verò, & septe-
narius, & vndenarius mensores sunt. Nam vndecies septem, vel septies vndecim, septuagintaseptem perfi-
ciunt. Cum igitur dicit deus, sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur, insolubilis pœna debet in-
telligi, & subaudiri oportet, nisi præcedens pœnitentia solubile, id est, remissibile peccatum fecerit. Cum au-
tem dicit Lamech, septies vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagiessepties, insolubilis vindicta Cain,
& solubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et rectè videlicet, quia Cain pœnitentiam non egit, ipse verò La-
mech pœnitentiam agit, quia peccatum suum confitetur. Ad hunc locum spectat illud, quod cum Petrus di- Matthæi 18
E ceret domino, Domine, quotiens peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Ille qui om-
nia secundum scripturas loquitur, respondit, Non dico tibi vsque septies, sed vsque suptuagies septies. Vsque
septies nanque peccare, est incessanter & insolubiliter, id est, absque pœnitentia peccare, sicut Cain. Septua- Lucæ.17.
giesseptiès verò peccare, est peccatum quidem admittere, & per pœnitentiam illud soluere quod fecit Lamech.
Cæterum quod apud Lucam dicit idem dominus, Et si septies in die peccauerit frater tuus in te, & septies in Matth.18.
die conuersus fuerit ad te, dicens pœnitet me, dimitte illi, de propriis iniuriis accipiendum est, quas septies, id
est, quotiens admittuntur, dimittere debemus, ne audiamus illud à domino, Serue nequam, omne debitum
dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui? Nam de his quæ in deum
admittuntur, illud intelligi oportet, quod de Matthæi euangelio prædictum est, & illud quod idem Lucas an-
te hæc dixerat, Si peccauerit frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Sciendum au-
tem, virum, ipsum Cain, adolescentulum autem, ductorem eius frustra à quibusdam intelligi, cum vnus idem-
F que Cain, vir pariter & adolescentulus rectè possit accipi, vir scilicet per ætatem, adolescentulus autem per
stultitiam. RABANVS. Aiunt tamen Hebræi, Lamech diu viuendo caliginem oculorum incurrisse,
& adolescentem ducem & rectorem itineris habuisse. Exercens ergo venationem, sagittam direxit quo adolescens
indicauit casum; Cain inter fruteta latentem interfecit, & hoc est quod dicit, Occidi virum in vulnus meum, id
est, vulnere quod infixi, non bestiam, sed hominem occidi, vnde & furore accensus, occidi adolescentem.
STRABVS. Aut occidi virum, id est, Cain, in vulnus meum, quia pro illo vulnerabor, & adolescentulum in
liuorem meum, id est, qui me senem regebat, quia pro illo quoq; damnabor. AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS VETERIS TESTAMENTI. Sed frustra hoc putant, qui arbitrantur quod Lamech
hoc dixerit de Cain, Occidi virum in liuorem mihi, & iuuenem in vulnere meo. Iam enim in quinta generatio-
ne natus erat Lamech à Cain, id est, de Mathusalem abnepote Cain. Hoc autem idcirco commemorat Lamech, vt
ostenderet acrius astringendum eum, qui sub manifesta lege peccauerit, ac per hoc si post Cain in imitatorem eius

 septies

Universidad de Deusto
Biblioteca

septies vindicatum est, quanto amplius in eum vindicandum est, quem nec factum Cain & correptio, nec post G
in eum lata sententia terruit, vt à tam impio & scelerato facinore voluntatem auerteret? Post Cain ergo Lamech
homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quæ supradicta sunt, septem vindictas exoluit, & quid post La-
mech ei qui hoc secutus fuisset esset futurum, ostendit, dicens: De Lamech autem septuagiessepties. Vt quia ma-
lum opus pœnitentia non subsequitur, septuagintaseptem plagarum ictibus feriatur. Igitur cum Lamech inue-
nem se occidisse fatetur, & Cain vsque ad hoc tempus peruenire non potuit, aut si peruenit, quod impossibile
videtur, senior fuit, eum Lamech non occidit. CHRYSOSTOMVS. Dicendum ergo aliter. Dixit au-
tem, inquit, Lamech vxoribus suis Adæ, & Sellæ, Audite meam vocem vxores Lamech, & auribus percipite ser-
mones meos. Considera obsecro, statim ab initio quantum illi profuerit pœna Cain irrogata. Non solùm enim
non expectat, vt ab alio arguatur, quod in idem, & grauius peccatum lapsus sit, sed nullo vel accusante, vel increpante, ipse semetipsum manifestum facit, & confitetur quæ facta sunt, mulieribusq; narrat delicti magnitudinem,
Prouerb. 18. quasi illud quod à Propheta dictum est, implens, Iustus sui ipsius accusator est in principio sermonis. Plurimum H
enim ad emendanda peccata valet confessio. Itaque sicut grauius est peccatis ipsis, post peccata commissa, pecca-
ta inficias ire, id quod fratricida ille agebat, & rogatus à misericorde deo, non solùm non confessus est quod au-
sus fuerat, sed vt prolongaretur vita sua fecit. Cæterum & hic in illa ipsa peccata inciderat, sed animo expendens,
quod negatio grauiorem ipsi pareret pœnam, vocatis mulieribus suis, nullo reprehendente, vel arguente, ipse
sua lingua & confessionem peccatorum facit, & conferens quæ à se facta fuerant cum his quæ à Cain, pœnam de-
finit. Vidisti prouidentiam domini? quomodo pœnæ illius, occasio sunt misericordiæ, & quod misericordia sua
non solùm ad illum pertingit, qui pœna plectitur, sed & multis aliis vtile efficit inde remedium, modo velint
inde aliquem fructum capere? Vnde enim aliunde, dic quæso, Lamech ad hanc confessionem adductus est, nisi
eorum quæ illi contigerunt memoriam haberet, quæ illius continuò mentem decutiebant? Dixit, inquit, Audite
vocem meam, & auribus percipite sermones meos. Vide quomodo contra se ipsum iudicium consistere facit, & I
eas hoc modo hortatur, ne dicta negligenter acciperent. Dicendo enim audite vocem meam, & auribus perci-
pite sermones meos. Mentem vestram, inquit, intentam præbete, & diligenter auscultate quæ dicturus sum. Non
enim de fortuitis vobis loquar, sed occultas quasdam res vobis aperiam, & confitebor, & quæ nullus alius scit,
sed solus ego, & oculus ille, qui sopiri nescit, quem timens festino & anhelo, vt vobis manifesta faciam quæ à
me sunt acta, & quantis pœnis ego me ipsum nefariis obnoxium fecerim operibus, quia virum occidi in vulnus
mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Quoniam septies vltus est de Cain, de Lamech autem septuagiesse-
pties. Magnum quid dictum est, & valdè magnum. Multiplex, piáque viri prudentia, non solùm enim factum
confitebatur, & cædes in medium afferebat, quas operatus erat, sed & pœnam sibi inferebat, comparans pecca-
tum suum, peccato Cain. Qua enim venia, inquit, fuerit dignus, qui alterius pœna emendatior non fit, & perpe-
tuò memor eius rei est, & admonetur, & insuper duplex homicidium patrauit? Quia virum, inquit, occidi in
vulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Non tantùm (inquit) nocui illis quos occidi, quantum mi- K
hi ipsi. In pœnam enim, quam effugere non possum, me ipsum conieci, peccata operatus tanta, quæ veniam
non merentur. Nam si ille pro vna cæde septem pœnis obnoxius factus est, ego dignus fuerim septuagiessepties
pœnam luere. Cuius gratia, & quare? Nam licet ille cædem operatus sit, & fratris, attamen nullo vnquam an-
tea conspecto, qui hoc fecerat, neque alio viso, qui pœnam dederat eiusmodi facinoris, & à tanta ira tentato,
quæ vtraque mihi pœnas augent. Quia & ante oculos habens, quod ab illo perpetratum, & pœnam videns sic
immedicabilem esse, cautior factus non sum. Propterea licet septuagiessepties magis quàm ille punirer, attamen
neque sic dignam luerem pœnam. Vidisti dilectè quomodo nostram deus mentem fecit liberi arbitrij? Et sicut
desides supplantamur, ita & si resipiscere voluerimus, contuemur quod oportet. Quis enim dic obsecro, talem
ad confessionem adegit? nullus alius quàm conscientia, & incorruptus ille iudex. Nam simul ac in peccatum
declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, statim insurrexit conscientia, inclamansq;, & ostendens pec-
catorum magnitudinem, omnibus seipsam pœnis obnoxiam facit. Ita enim se habet peccatum, vt priusquam
fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mentem, postquam autem consummatur, manifestè suam no- L
bis absurditatem proferat, & ostendat. Vnde breuis illa & absurda voluptas, continuum menti dolorem inse-
rit, conscientiæq; fiduciam aufert, confusione captam perfundens. Misericors enim deus eiuscemodi nobis ac-
cusatorem assistere voluit, vt nunquam soli relinquamur, sed indesinenter ille congrediens clamet, & pœnam
exigat delictorum. Et hoc quis viderit manifestè ex factis ipsis. Scortator enim vel adulter, vel qui aliud tale
quiddam admisit, etiam si omnium obliuisci queat, nunquam tamen sic in solitudine versatur, quin habens a-
crem illum accusatorem, suspiciones timeat, vmbras tremiscat, & eos qui conscij sunt, & qui non sunt, perpe-
tuáque in animo eius tempestas est, & reciprocantes ac contrarij fluctus. Insuper neque somnus ei suauis, sed
terrore & formidine plenus, neque cibus voluptatem præbet, neque amicorum colloquia talem refocillare, vel
liberare ab vrgente anxietate possunt, sed quasi carnificem circumgestaret se lancinantem, & flagellantem con-
tinuò, ita post absurdum facinus obambulat nullo conscio, sustinens intolerabiles pœnas illas, & iudex sui ipsius M
factus, & accusator. Iam qui hæc fecit, si voluerit, vt decet, vti conscientiæ adiumento, & ad confessionem fa-
cinorum festinare, & medico ostendere vlcus, qui curet & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, & sa-
lì ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cum diligentia, facilé peccata sua emendabit. Confessio enim pec-
catorum, abolitio etiam est delictorum. Vnde cum Lamech ille suis mulieribus cædes à se commissas detegere, &
confiteri non refugit, quali erimus venia digni, si ei qui omnia nostra accurate nouit delicta, confiteri non vo-
lumus peccata? Num quia ignorat, discere vult? Nequaquam quia ignorat, confessionem à nobis requirit, qui
omnia scit antequam fiant, sed volens per confessionem nos quoque peccatorum habere sensum, & gratitudi-
nem erga se ostendere. Num opes aliquæ hic sunt expendendæ? Num via prolixa cunda est? Num dolorem & cru
ciatus affert hæc medicina? Absque sumptu & cruciatu est præsens pharmacum, in pristinæ valetudinis firmita-
tem restituens. Sic & remedia vulnerum largitur dominus. Igitur qui vult statim ad sanitatem suam redire, ani-
mæq;

A mæq; curare vlcera, resipiscens medicum adeat, ab omnibus secularibus curis se abdicans, calidas lachrymas
profundat, sedulitatem plurimam præseferat, fidem firmam afferat, & medici confidat arti. Vidisti medici glo-
riam, ad quam si omnium patrum amor conferatur, non tam erit conspicuus. Num graue aliquid & molestum
à nobis requirit? Contritionem vult cordis, compunctionem mentis, confessionem ruinæ, sedulitatem conti-
nuam, & non solùm largitur vulnerum curam, & à peccatis mundos ostendit, sed & eum qui antea innumeris
peccatorum sarcinis grauabatur, iustum efficit. O misericordiæ magnitudinem, ô bonitatis excellentiam. Qui
peccauit, quando confitetur peccata, & veniam petit, accipit posthac securitatem, repentèque iustus apparet. Et Esaiæ. 43.
quo clare hoc discas, audi Prophetam dicentem, Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Non simpliciter,
inquit, dic tu iniquitates tuas, sed adiecit prior, hoc est, ne expectes te arguentem, ne præstoleris actorem. Ipse
præueni, & rape sermonis principium, vt accusatoris linguam obmutescere facias. Vidisti iudicis misericordiam?
In humanis quidem iudiciis si quis hoc faceret, & ante accusationem facinora confiteretur, quanuis apud huma-
B num iudicem, is sententiam capitalem omnino in suum caput accerseret, at misericordis dei, & animarum no-
strarum medici tanta est, támque ineffabilis bonitas & clementia, vt omnem etiam rationem transcendat. Nam
si aduersarium nostrum præuerterimus, diabolum dico, qui in die illo ob faciem nostram stabit, & iam in præ-
senti vita, antequam ad tribunal ingredimur, facinora confessi fuerimus, dicendique principium rapuerimus,
nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiam prouocabimus dominum, vt non solùm nobis donet
liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari. Enimuerò si Lamech ille, qui neque legem habuit, vn-
de hoc discere posset, neque Prophetas audiuit, neque alia quadam admonitione, ex iudicio quod naturæ da-
tum, conscius eorum quæ ausus fuit, & in medium affert quæ patrauit, & seipsum condemnauit, quomodo ali-
quam defensionem nos habere poterimus, vulnera non omni diligentia domino ostendentes, eorum iam me-
dicinam, inde susceptur? EPHREM. Quia occidi virum in vulnus meu, & adolescentulum in liuorem meu.
C Duas cædes perpetrauit Lamech. Aliud enim vir, aliud est adolescens, & interfectorum à se vxores sibi copula-
uit, apud quas crimen suum confessus est, non apud viros. Multum enim per id tempus lasciuia vigebat, ob
quam multæ etiam cædes committebantur. Ita vt filij dei, hoc est, nepotes ac posteri Seth, ad illas accederent,
qui quidem Seth in locum Abel à deo suffectus est. THEODORETVS. Aliter. Non duos occidit La-
mech, sed virum iuuenili ætate florentem, ac multo minus Cain, vt nonnulli fabulantur. Diuinam autem vl-
tionem euasit Lamech, peccatum suum apud deum confitendo, & dum se ipsum iudicat, iudicium dei effugit.
NICOLAVS PAPA LOTHARIO REGI. An non districta vltione feriendus es, qui in duabus vxo 24. q. 3 In
ribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris, quod dominus non nisi post septuagintaseptem decretis.
generationes, suo salutifero aduentu deleuit, cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit ca-
taclysmi? CAIETANVS. Iuxta Hebræu sic habetur, Quia virum occidi ad vulnus meum, & puerum ad li-
uorem meum. Quia septies vindicabitur Cain, & Lamech septuaginta & septem. Duas enim in Hebræo textu
D reddit causas, quare Lamech punietur septuaginta & septem. Alteram, quia occidit virum & puerum, est autem
puer ætatis nomen. Alteram, quia Cain puniendus est septies. Confitetur itaque expresse Lamech se duos occi-
disse homines, tum ex diuersitate ætatis, alterum virum, alterum puerum, tum ex diuerso modo occidendi, alte-
ro vulnere, altero liuore. Est enim liuor nomen effectus, qui fit ex percussione absque vulnere. Fit enim concur-
sus sanguinis sub cute, & redditur pars percussa liuida. Quis autem fuerit vir, puerue occisus, litera non apertè si-
gnificat, mihi ex multis coniecturis videtur fuisse Cain. AVCTOR CATENAE. Quoniam occidi vi-
rum, & cætera. Hebraicé ita legitur כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי לְפִצְעִי וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי׃ כִּי שִׁבְעָתַיִם יֻקַּם קָיִן וְלֶמֶךְ שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה chi
is harágti lephizij veèled lehabburathi, chi sibathaim iukam cain, velemech sibiim vetibaa, id est, Quoniam vi-
rum occidi in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Quia septuplum vltio dabitur de Cain, seu
vindicabitur Cain, & Lamech septuaginta & septè. Septuaginta verò Interpretes ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα
ἐμοί, καὶ μανίσκον εἰς μώλωπα ἐμοί. ὅτι ἑπτάκις ἐκδικᾶται Κάϊν, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, hoc est, Quoniam
E virum occidi in vulnus mihi, & adolescentulum in liuorem mihi. Quia septies vindicatum est Cain, Ex Lamech
autem septuagiessepties. Chaldaica valde diuersum habet, & ferè totum contrarium, videlicet: Quoniam non
occidi virum, vt propter eum ego portem peccatum, neque adolescentulum disperdidi, vt propter eum consum-
matur semen meum. Quoniam si in septem generationes vindicta dabitur de Cain, nonne de Lamech in septua-
ginta & septem? Volebat ergo Lamech humili confessione anteuertere dei iudicium, qui peccata curat, non ex-
probrat. Vnde & dixit, Interficiendo hominem, me ipsum sauciaui, & conscientiam oneraui. Attamen nemo
me impune occidet, soli deo pœna seruata est. Quod si quis me interfecerit, is septuagiessepties luet, id est, mul-
to pluribus plagis afficietur, quàm Cain, & hoc quia me facinoris mei pœnituit, illum nunquam, Ego dei miseri-
cordiam imploraui, ille abiecit. Mystice.
ALCVINVS. Peccatum Lamech, qui interpretatur humiliatus, significat deiectionem humani gene-
F ris, quod præuaricante Adam corruit, nec per legem, vel circuncisionem, nec per suam iustitiam surgere po-
tuit, donec post septuagintaseptem generationes secundum Lucam Christus in mundum veniens, effusione
sanguinis, peccatum deleuit. Septenarius nanque vniuersitatem significat, per quem ducto vndenario, fit
septuagintaseptem, in quo omnimoda transgressio signatur, quæ tamen in Euangelio pœnitenti dimitti præci-
pitur. ISIDORVS. Siquidem & in populo Iudæorum propter interfectionem Christi septuagintaseptem Matth. 18.
vindictæ sunt statutæ, iuxta illud euangelium, in quo dictum est Petro apostolo, Non solùm septies, sed vsque
septuagiessepties, si pœnituerit, fratri remittendum, id est, Iudæum reuertentem post septuaginta & septem vin
dictas statutas, recipiendum ad indulgentiam Christi.

Cognouit

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Cognouit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, uocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem uocauit Enos. Iste cœpit inuocare nomen domini. G

8 CHRYSOSTOMVS ET RVPERTVS. Postquam scriptura diuina genealogiam vsque ad Lamech deduxit eorum qui in diluuio interituri erant, iterum ad Adam & vxorem illius reuertitur, vt principium faciat texendarum generationum, per quas deriuati sunt patres nostræ fidei, ex quibus Christus secundum carnem. Dicit ergo. *Cognouit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, uocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Septuaginta, Et vocauit nomen eius Seth. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Seth proprié Θέσις, id est, positio dicitur. Quia igitur posuerat eum deus pro Abel, propterea Seth, id est, positio appellatur. Denique Aquila, Et vocauit (inquit) nomen eius Seth, dicens: Quia posuit dominus mihi semen alterum. CHRYSOSTOMVS. Nec contenta quod imposuisset illi nomen, dicit: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide hic quomodo & mater natum sibi filium nominando, memoriam sceleſti huius operis continuam mentibus inserit, vt & posteri sciant, quid Cain patrare ausus fuerit. Dicit pro Abel, quem occidit Cain. Dolentis animæ verba sunt, & confusæ ob facinoris memoriam. Partim autem gratias agit Eua pro nato puero, partim appellando puerum, quasi infamat Cain, qui verè luctum non mediocrem parentibus attulerat, armata aduersus fratrem dextera, tam charum & amabilem, quem illis ostendit humi iacentem, mortuum & sensu carentem. Nam licet sententiam acceperit Adam, terra es, & in terram abibis. Et quocunque die comederitis, morte morieris, sententiam tamen tunc è verbis quidem cognoscebant, & nondum sciebant qualis esset mortis species, sed hic primus ob odium in fratrem, & liuorem qui intrinsecus illum rodebat, in fratricidium ruit, graue parentibus spectaculum exhibens. Proinde mater quæ parum respirauit, & vix tandem aliquando tanti luctus consolationem inuenit, gratias affert domino ob natum puerum, & fratricidæ scelus infamat, hac maxima illum pœna afficiens, vt factum illius perpetuæ commendaretur memoriæ. Vidistis quantum malum sit peccatum? & quomodo peccantibus confusionem & opprobrium inurat? Vidistis quomodo propter hoc diuina gratia spoliatus, & omnibus ridiculus factus sit? Vidistis quomodo & parentibus, natura ad amandos filios propensis, propter pessimum hoc facinus abominabilis fuerit? Igitur fugiamus obsecro peccatum, quod tantis nos malis inuoluit, & virtutem arripiamus, vt & dei nobis gratiam conciliemus, & supplicium effugiamus. Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide verbi diligentiam. Non dixit, Dedit mihi deus, sed excitauit mihi. Vide quomodo obscure nobis hoc verbo resurrectionis exordia hic ostendit. Nam dicebat, quasi diceret aliquis, pro eo qui cecidit, excitauit mihi hunc. Ille (inquit) in terram dextra fratris percussus cecidit, & mortis periculum fecit, sed dei virtus pro lapso hunc mihi suscitauit. Sed quia nondum tempus erat resurrectionis, num lapsum suscitauit, an alium pro illo? Suscitauit mihi, inquit, deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain. Et nunquam doleant mulieres, quando non pariunt, sed gratitudinem mentis præseferentes, ad naturæ opificem confugiant, & ab illo petant, qui naturæ dominus est. Et neque cohabitantium congressui, neque alteri alicui filiorum imputent generationem, sed conditori omnium, qui ex nihilo naturam nostram produxit, vt esset, & claudicantem corrigere potest. Itaque & ista ex affectionis occasione glorificandi deum sumpsit argumentum, & domino totum tribuit, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vides quomodo non solùm non grauatim tulit, neque triste aliquid locuta est? Non enim intermisisset diuina scriptura, siquidem tale quoddam ab illa dictum foret. Verùm generosè ferens quod fiebat, consolationem statim meretur, & maiorem gratitudinem præsefert. EVCHERIVS. Potuit quippe & Adam diuinitus admonitus dicere, Posteaquam Seth natus est, suscitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain, quoniam talis erat futurus qui impleret illius sanctitatem. RVPERTVS. Seth igitur interpretatur resurrectio, siue positio, resurrectio videlicet, quia quæ in Abel occubuerat, in isto generatio iustorum quodammodo resurrexit, vel positus est, sicut ait, Posuit mihi deus semen aliud pro Abel. CAIETANVS. Ex hac litera iuncta iis quæ dicuntur in sequenti capitulo de ætate Adam quando natus est Seth, manifestè apparet, quod Abel occisus est ante centesimum tricesimum annum vitæ Adam. Et quod parum antè occisus fuerit, testatur surrogatio ipsius Seth Abeli, si iunctum his fuerit, quod primi parentes quantum tempus permittebat, operam dabant multiplicationi humani generis, iuxta diuinum præceptum. AVCTOR CATENAE. Et vocauit nomen eius Seth, ab etymologia videlicet Hebraica, à verbo שית Soth, hoc est, posuit. CHRYSOSTOMVS. Et vt statim discas nati virtutem, vide quia & ipse statim per appellationem sui nati, ostendit suæ mentis pietatem. *Sed & Seth,* inquit, *natus est filius, quem uocauit Enos. Iste cœpit inuocare nomen domini.* HIERONYMVS. Alia litera. Et vocauit nomen eius Enos, hic sperauit inuocare nomen domini dei. Quomodo Adam homo interpretatur, ita & Enos iuxta Hebrææ linguæ varietatem, homo, vel vir dicitur, Et pulchrè, quia hoc vocabulum habuit, de eo scriptū est, Tunc initium fuit inuocandi nomen domini. Licet pleriq; Hebræorū aliud arbitrentur, quod tunc primū in nomine domini, & in similitudine eius fabricata sint idola. GREGORIVS NAZIANZENVS. Præclara res est fides, spes, charitas, tria hæc. Et de fide testimonium attulit Abrahā qui iustus habitus est propter fidem. De spe Enos, qui primus sperauit inuocare nomen domini. CHRYSOSTOMVS. Vide hic quomodo postea fermè docēt in appellationibus filiorū, suæ gratitudinis indicium. Quia & hic dicit, quod Seth nati filij nomē appellauit Enos, Et deinde scriptura volēs nobis nominis appellationē interpretari, Hic sperauit, inuocando nomē domini dei. Ex hoc enim posthac beatus Propheta, & genealogiæ memoriā facturus est, reiecta memoria Cain, & eorū qui vsq; ad Lamech ab eo descēderunt. Nā quia primatū natura sibi datū, primogenituræ dignitatē inquā, suæ volūtatis malitia dehonestarat, H I K L M

In oratione ad eos qui morbo sacro essent impliciti.

A dehonestarat, & ipse, & qui ex eo nati, catalogo eiiciuntur. Seth verò quod sibi natura negatū erat, id mentis dexteritate consequitur, nempe in se translatum primogenituræ ius. Et quanuis non natura, attamen ob voluntatis intentionem ac iudicium, etiam qui ex eo nati sunt, in genealogiis recensentur. Et sicut hic Enos vocatus est, eo quod inuocauit nomen domini dei, sic & qui ex eo ducunt originem, eandem sortiuntur appellationem. Et Seth, inquit, factus est filius, & appellauit nomen illius Enos, hic sperauit, inuocando nomen domini dei. Vidisti appellationem diademate clariorem, purpura nobiliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione dei ornatur, idque pro nomine possidet? Vides quomodo id quod ab initio dicebam, & in paruis appellationibus magnas sententiarū diuitias reconditas esse? Non solùm enim hic parentū monstratur pietas, sed & magna erga pueros diligentia. Et quomodo statim & à principio erudiebant pueros, qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus quas illis imposuerant, vt virtutem exercerent? Et non sicut nunc fortuito, & absque causa nomina fiunt. Dicunt enim iuxta nomen aui vel abaui nominetur puer, at prisci non ita, sed omnem operam adhibe-
B bant, vt talibus natis imponerent nomina, quæ non solùm illos qui nomina sortiebantur, in virtutes adducerent, sed & alios omnes etiam qui sequentibus seculis futuri sunt, nullam non sapientiam docerent. Igitur nos neque vulgaria nomina pueris indamus, neque auorum & abauorum, & eorum qui genere clari fuerunt, nomina tribuamus, sed sanctorum virorum, qui virtutibus fulserunt, plurimámque erga deum habuerunt fiduciam. Imò neque horum nominibus fidant, vel parentes, vel pueri, quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodest alicui vocabulum, quo virtus non commendatur, sed habenda est salutis expectatio in omni virtutis operatione. Et neque in appellatione sublime sapere, neque in cognatione sanctorum virorum, neque in aliquo sed in fiducia bonorum operum, imò neque in illis multum de se sentire, sed tunc magis humilem & modestum esse oportet, cum magnas virtutum diuitias congerere possumus, sic enim & ipsi collectas diuitias custo-
diemus, & gratiam dei nobis conciliabimus. Enimuerò propter hoc & Christus discipulis suis dicebat. Cum o- Lucæ.17.
mnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Igitur in omnibus inflationes & fastus nostros humiliemus, & di-
C scamus modesti esse, & non extolli in bonis operibus, & scire maximam virtutum esse, in bonis operibus mo-
deste ac humiliter se habere. EVSEBIVS EMESENVS. In Hebræo legitur, Hic sperauit inuocari nomine domini, hoc est, deus dici, & filius dei. Iusti enim qui erant à semine Seth, filij dei vocabantur. RVPERTVS. INTERLINEARIS. Iste cœpit inuocare nomen domini, id est, colere & deprecari. RVPERTVS. Vel quia secundum nomen suum quod interpretatur vir, perfectè deum coluerit, vel quia creatorem deum cum hoc ipso nomine, quod est dominus, primus inuocauit. THOMAS SVPER PAVLVM. Est au- ad Rom.10. Lect.2.
tem inuocare, in se vocare per affectum & deuotum cultum, iuxta Psalmistam, Inuocauit me, & ego exaudiam eum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Tunc cœptum est inuocare in nomine iehouah. Explicat Moyses non personam, sed tempus (dicendo tunc) & non passiue sed actiue (dicendo inuocare) quando homo incœpit non inuocare deum (quia hoc iam fecerat Abel, & Cain sacrificando) sed inuocare in nomi-
D ne quatuor literarum. Religiosorum siquidem inter Hebræos actuum, quos exercent inuocando in hoc speciali dei nomine, initium Moyses narrat. Tribuunt enim Hebræi admirandas virtutes inuocationibus huius nominis, & propterea Moyses solicitus fuit circa initium inuocationis in tali nomine. Et ex hac litera habetur, quod lingua hæc quæ Hebraica nuncupatur, fuit ante diluuium, nam hoc nomen quatuor literarum illius est linguæ, & illius characteribus scribitur. Nec propterea habetur, quod sola hæc lingua ante diluuium fuerit (cum scriptura id non testetur) sed tantummodo quod filij Noë post diluuium erant vnius labij. AVCTOR CATENAE. Hebraicè sic legitur, hæc litera אָזהוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה azhuhal likro beſem adonai, id est, Tunc cœptum est vt inuocaretur in nomine domini. Est enim halal verbum, quod hic est tertiæ coniugationis, & scribitur cum he in principio, & cum simplici lamed. Aliqui autem Hebræi aliam verbi significationem sequentes, quæ est profanare, legunt sic, Tunc profanatum est ad inuocandum nomen domini, id est, attribuere nomen dei idolis, quia tunc cœperunt idololatrare. Refertur ergo ad tempus, non ad pérsonam, sicut vertit & Aquila apud Græcos, τότε ἤρξθη, id est, Tunc cœptum est. At Septuaginta nescitur
E quamobrem verterint, οὗτος ἤλπισε τοῦ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ, id est, Hic sperauit inuocare nomen domini dei. Chaldaica verò, Tunc incœperunt filij hominum orare in nomine domini. Primus ergo inuocare cœpit nomen domini Enos, quia secundum aliquos primus inuenit imagines quasdam per quas orationum deuotio excitaretur. Vel quia eius tempore instauratus est dei cultus, ritúsque cœpit ceremoniis deum colendi. Et Seth (inquit) natus est Cap.18. Mysticè

AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. filius, & nominauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomen domini dei. Nempe clamat attestatio veritatis. In spe igitur viuit homo, filius resurrectionis in spe viuit, quandiu peregrinatur hic ciuitas dei, quæ gignitur ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus nanque illis hominibus, Abel qui interpretatur luctus, & eius fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mors Christi, & vita eius ex mortuis præfiguratur. Ex qua fi-
F de gignitur hic ciuitas dei, id est, homo, qui sperauit inuocare nomen domini dei. Spe enim salui facti sumus, ait Apostolus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nunquid enim Abel non sperauit inuocare nomen domini dei, cuius sacrificium scriptura tam acceptum deo fuisse commemorat? Nunquid ipse Seth non sperauit inuocare nomen domini dei, de quo dictum est, Suscitauit mihi deus semen aliud pro Abel? Cur ergo huic propriè tribuitur, quod pio-
rum omnium intelligitur esse commune, nisi quia oportebat in eo, qui de patre generationum in meliorem partem, hoc est, supernæ ciuitatis separatarum primus commemoratur exortus, præfigurari hominem, id est, hominum societatem, quæ non secundum hominem in re terrenæ fœlicitatis, sed secundum deum viuit in spe fœlicitatis æternæ? Nec dictum est, Hic sperauit in dominum deum, aut hic inuocauit nomen domini dei, sed hic sperauit (inquit) inuocare nomen domini dei. Quid sibi hoc vult,

sperauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sperauit inuocare, nisi quia prophetia est, exorturum populum, qui secundum electionem gratiæ inuocaret G
nomen domini dei? Hoc est quod per alium Prophetam dictum, Apostolus de hoc populo intelligit ad dei
gratiam pertinere, Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Hoc enim ipsum quod
dicitur, Et nominauit nomen eius Enos, quod interpretatur homo, ac deinde additur, Hic sperauit inuoca-
re nomen domini dei, satis ostenditur, quod non in se ipso spem ponere debeat homo. Maledictus enim omnis,
sicut alibi legitur, qui spem suam ponit in homine, ac per hoc, nec in se, vt sit ciuis alterius ciuitatis, quæ non
secundum filium Cain dedicatur hoc tempore, hoc est, mortalis huius seculi labente transcursu, sed in illa im-
mortalitate beatitudinis sempiternæ. ORDINARIA. Per Seth igitur qui interpretatur resurrectio, signa- H
tur vita Christi ex mortuis, quod in verbis matris significatur, Posuit mihi deus semen aliud pro Abel. Quasi di-
cat ecclesia, quæ luctum pertuli de mortuo, gaudeo de resuscitato. Enos verò interpretatur homo, qui cœpit in-
uocare nomen domini, quia per mortem Christi, quam significauit Abel, & per resurrectionem, quam significa-
uit Seth, fit homo confitens dominum conditorem, & vitæ perditæ reparatorem.

IN CAPVT GENESEOS QVINTVM, ARGVMENTVM.

Genealogia Adæ, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Enoch, Mathusale, Lamech, & Noe.

CAPVT V.

Lectio I.

I *Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem. Ad similitudinem dei fecit illum. Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis. Et uocauit nomen eorum Adam in die qua creati sunt.*

I CHRYSOSTOMVS. Attende obsecro, Prophetæ huius admirabilem sapientiam, imò sancti spiritus doctrinam. Ab illo enim (vt sæpe dictum est) afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidem Propheta commodauit, gratia autem spiritus sancti per illam omnia humanum genus manifestè docet. Vide ergo quomodo ad originem sermonem reducit, & superiora iterum resumit. Quare, & propter quam causam? Quia vidit eos qui tunc erant, magnam præseferre in- K
gratitudinem, nec meliores fieri ex his, quæ primo parenti facta, sed in idem malitiæ profundum præcipitari.
Nam cum ex illo natus statim concitante inuidia, ad fratricidium ruit, & ideo grauissimam pœnam tulit, & po-
steritas eius nihil ea castigatione profecit, sed peior facta est, sicut audiuistis supra Lamech suum peccatum suis
mulieribus enarrantem, pœnámque aduersus se decernentem. Itaque quia paulatim vidit increfecere malitiam
illorum, quasi malum humorem per totum corpus defluentem, sistit malitiæ impetum, & generationes alias,
quàm quæ ex Cain vsque in Lamech, ne memoria quidem dignatur, sed quasi principium quoddam faciens, &
luctum Adæ & Euæ demulcere volens, in quem illos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra, sic narra-
tionem exorditur, & inquit, *Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem.* Considera quomodo iis-
dem verbis vsus fuerit, quibus & in initio, vt doceret nos, quod generationes illas, quasi reprobas factas, neque
memoria posthac dignetur, sed ex Seth, qui nunc illi natus est, genealogiam orditur, vt ex hoc discas, quantam
deus humani generis rationem habeat, & quomodo illos auersetur, quibus sanguinaria mens est. Nam illorum
memoriam, quasi nunquam vixissent, ita silentio præterit, monstrando nobis, quàm graue malum sit peccatum, L
quod qui agunt se primum & maximè pessundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriã
assecuti sunt, vt infametur eorum malitia, & posterioribus seculis emendationis sit occasio. Atqui iniustè occi-
sus, & fraterna manu interemptus, ex eo tempore vsque in hoc nostrum, omnium decantatur ore. Et neque
tempus huius memoriam extinxit, nec illius crimen imminuit, sed & hic quotidie prædicatur, & iste continuè
infamatur. Vidistis quantum malitiæ damnum, & quantum virtutis robur? Et quomodo malitia etiam si in-
festet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur, virtus autem licet infestetur, & innumera grauia sustineat,
ea occasione illustrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiam aliis operibus quæ similiter eueniunt, charitati
vestræ ostendere. INTERLINEARIS ET ORDINARIA. In die autem dixit, hoc est, in tempore,
quo creauit deus hominem. Vel in die creatus esse dicitur homo, quia in claritate diuinæ contemplationis con-
stitutus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur in numero plurali, generationum. Et est sensus, hic est
liber generationum hominis in die creationis eius à deo. Et dicit pluraliter generationum, quoniam de genera-
tionibus passiue loquitur, & constat alteram fuisse generationem passiuam masculi, & alteram fœminæ, quemad- M
modum & in secundo capitulo dixerat, istæ sunt generationes cœlorum & terræ. Auertit autem Moyses omnes
ab inquirendo generationem hominis, vel quando incœperit, vel si fuerit æterna, proponendo quòd hic liber
est ad quem recurrendum est pro veritate, quoniam hic est liber generationum hominis, non ab aliis hominibus
in infinitum præcedentibus, non à corporibus cœlestibus & elementis, sed à deo in die creationis hominis. Iam
enim descripserat, quod sexto die produxerat deus hominem. AVCTOR CAT. Hominum igitur à deo
creatio iterum cõmendatur, & velut inculcatur, vt sciat cui subsistentiã suam, & viuere acceptũ referre debeat ho-
mo, quomodo dominum agnoscere, ac colere, totáq; fiducia amare, & dei imaginem, clementiã scilicet, prudentiã
ac beneficẽtiã æmulari. An forsan generationẽ actiuã ipsius Adę significat Propheta, dicẽs: Hic liber generationis
Adam, hoc est, quã ille exercuit, siue incœpit? *Ad similitudinẽ dei fecit illũ. Masculũ & fœminã creauit eos, & benedixit illis.*

BASILIVS.

A BASILIVS. Iam quidem reperti sunt, qui dixerint, formauit deus, dictum esse de corpore, creauit verò de anima, & fortè non abest à vero. Vbi enim dicitur deus creasse hominem ad imaginem suam, creandi verbum vsurpatum est. Vbi autem de figmento corporis habetur mentio, verbo fingendi id significatum est. Psalmista quoque hanc differentiam fingendi & creandi aperte ostendisse videtur, siquidem canit, Manus tuæ creauerunt & finxerunt me, creauit enim interiorem hominem, finxit autem exteriorem. Nam fictio luto conuenit, creatio verò ad imaginem dei pertinet, quare caro quidem formata, animus autem creatus est. AVCTOR CATENAE. An promiscuè vsus est Moyses verbo faciendi, creandi, formandi, & fingendi, quo nimiam eludat curiosorum hominum & intempestiuam diligentiam? AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS VETERIS TESTAMENTI. Hoc est autem ad imaginem dei factum esse hominem, quia vnus vnum fecit, vt sicut ab vno deo sunt omnia, ita & ab vno homine omne genus humanum. Similitudo autem hæc est, vt quemadmodum de patre est filius, sic & de viro mulier, vt vnius principij auctoritas conseruetur.
B Sed filius inestabiliter, & incomprehensibiliter natus est de deo patre, mulier autem corporaliter, sicut legimus, facta est de viro, vt per eam natiuitas oriretur. Filius verò dei ideo natus est, vt per ipsum fieret creatura. In hoc ergo dissimile est. CHRYSOSTOMVS. Secundum imaginem dei fecit illum, masculum & fœminam fecit illos. Vide quomodo iterum narratione superiori cœpta, diuina scriptura nobis commemorat, quantum honorem à conditore sortitus sit homo. Secundum imaginem dei, inquit, fecit illum, hoc est, principem illum constituit omnium visibilium. Hoc enim est secundum imaginem, secundum rationem dominij & principatus. Nam sicut omnium deus principatum habet super omnia tam visibilia quàm inuisibilia, omniumq; conditor & opifex est, sic & cum formauit rationale hoc animal, voluit omnium visibilium præfectura insigne esse. Proinde & animæ substantiam illi largitus est, volens ipsum immortale esse & perpetuum, verùm vbi per desidiam excidit, & transgressum est mandatum sibi traditum, neque sic omnino ipsum auersatus est,
C sed pro sua misericordia immortalitatem quidem ei ademit, morti autem adiudicatum, fermè ita reliquit, vt principio conditum est. ORDINARIA ET INTERLINEARIS. Vel ad similitudinem dei factus dicitur homo, propter intellectum, voluntatem & memoriam. Rationem enim ei dedit, qua intelligendo bona & mala discerneret, intellecta diligeret, & dilecta obliuioni non traderet, & in hoc dei similitudinem retineret. Sed postquam per inobedientiam hanc similitudinem deleuit, factus terrenus, terrenos generauit. Vndeque terrenus, tales & terreni. Et quia hoc in vtroque sexu factum est, ideo addit, Masculum & fœminam creauit eos. AVCTOR CATENAE. Ex hoc loco arguunt Hebræi sic. Vnitas matrimonij fit per deum, qui æterno suo consilio hunc & illam copulandos disposuit. Idcirco qui alterius violat vxorem, is violat & disiungit id quod deus vniuit & coniunxit. Benedixit autem illis deus, vt mutuum diligant, vno generationis ortiprincipio, & quicquid boni consequuntur, diuinæ benedictioni adscribant. Benedixit etiam, hoc est, vim illis procreandi liberos similes sibi dedit, quemadmodum subditur, Genuitque filium ad imaginem & similitu-
D dinem suam. *Et uocauit nomen eorum Adam, in die qua creati sunt.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Id est, homo. Hominis siquidem nomen, tam viro quàm fœminæ conuenit. AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI. Et Enos interpretatur homo, Cap. 17.
non tamen sicut Adam. Et ipsum enim interpretatur homo, sed commune perhibetur esse in illa lingua, id est, Hebræa masculo & fœminæ. Nam sic de illo scriptum est, Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit illis, & cognominauit nomen eorũ Adam. Vnde non ambigitur sicappellatam fuisse fœminã Euam proprio nomine, vt tamen Adam quod interpretatur homo, nomen esset amborum. Enos autem sic interpretatur homo, vt hoc non posse fœminam nuncupari, periti linguę illius asseuerent. INTERLINEARIS. Vocati autem sunt homo, quia de humo sumpti. CAIETANVS. Exhoc loco manifestè patet, quod Adam est nomen commune vtrique sexui, quemadmodum nomen hominis in lingua Latina. Verùm appropriatum esse nomẽ Adam primo viro, testantur subiuncta verba, Vixit autem Adam, & cætera. AVCTOR CATENAE. Quod propter
E illius ad alios homines eminentiam factum est, sicut philosophi nomen Aristoteli antonomaticè appropriatur. Adam ergo, vt dictum est, homo interpretatur, vel terrenus, vel rubra terra, vel indigena, quæ omnia mulieri sicut & viro conueniunt. Quod non ab re factum, nempe vt videlicet ad nominis cõmonitionem, modestiam sectarentur, terrenos, fragiles & mortales se cognoscendo, vtique de terra desumptos.

2 *Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, uocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios, & filias. Et factum est omne tempus quod uixit Adam, nongenti triginta anni, & mortuus est.*

2 Codices nostros appellat quibꝰ ecclia tũc vtebatur latinis, ex interpretatiõe lxx. antequã Hieronymi interpretatio reciperetur. Codices verò Hebræos qui ad Hebraicam veritatẽ erant versi.

F CHRYSOSTOMVS. Vt promisit sanctus Propheta se narraturum natiuitatẽ hominum, vide qua consequẽtia vtitur. *Vixit autem*, inquit, *Adam centũ triginta annis, & genuit filium ad imaginẽ & similitudinem suam, uocauitq; nomen eius Seth.* HIERONYMVS. Alia litera. Vixit autem Adam ducentos & triginta annos, & genuit ad imaginem & similitudinẽ suam, & vocauit nomen eius Seth. Sciendũ quod vsq; ad diluuium, vbi in nostris codicibꝰ, ducentorum & quod excurrit annorum gentisse quis dicitur, in Hebræo habeat centũ annos, & reliquos qui sequuntur. AVGVSTINVS QVINTODECIMO DE CIVITATE DEI, CAP. XIII. Sed cum diuersum aliquid in vtrisq; codicibus inuenitur, quandoquidẽ ad fidem rerum gestarũ vtrunq; esse non potest verum, & linguæ potius credatur, vnde est in aliã per interpretes facta translatio. Absit autẽ vt prudens quispiam vel Iudæos cuiuslibet peruersitatis atq; malitiæ, tantũ potuisse credat, in codicibus tam multis, & tam longe lateq; dispersis, vel Septuaginta illos memorabiles viros hoc de inuidenda gentibus veritate vnũ cõmunicasse consilium. Credibilius ergo quis dixerit, cum primum de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperunt, tunc aliquid tale ibi fieri po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri potuisse in codice vno, scilicet primitus inde descripto, vnde iam latius emanaret, vbi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. CHRYSOSTOMVS. Vixit autem Adam annis centum triginta, & genuit secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Nihil est simpliciter & absque vtilitate in sacra scriptura positum. Ecce enim & nunc quanta diligentia vsus est beatus ille Propheta. Cum de priore loqueretur filio, Cain dico, nihil tale assignauit, nimirum iam antea significans illius in malum procliuitatem. Et merito, non enim seruauit paternos characteres & mores, sed protinus ad malitiam confugit. Hic autem (inquit) secundum speciem suam & secundum imaginem suam, hoc est, eorundem morum, quibus ille qui genuerat, & qui seruet paternos characteres, operibúsque paternos mores exprimat, qui reparare possit sua virtute prioris peccatum. Neque enim de corporalibus picturis & characteribus scriptura nobis disserens, hoc dicit, secundum speciem suam & secundum imaginem suam, sed de statu animæ, vt discamus, quod hic non erit talis. Ideo & mater nomine imposito filio, cum gratiarum actione hoc nomen indidit, & neque naturæ, neque partui ascripsit natum puerum, sed dei virtuti. GRAECVS. Vel similitudo ad corpus, imago ad animam referri debet. RABANVS. Nota quod Adam ad imaginem & similitudinem dei factus est, homines autem ad similitudinem Adæ facti sunt. RVPERTVS. Cur genituram Seth tantis verborum luminaribus scriptura insigniuit, addendo etiam, genuitque ad similitudinem & imaginem suam, scilicet homo rationalis rationalem, mortalis mortalem, cum hoc idem de cæteris quoscunque genuit filiis & filiabus, rectè dici potuerit, nisi quia hunc in capite generationum, abiecto Cain tanquam abortiuo, positum voluit agnosci? Proinde annum quoque patris, quo genitus est, hic apposuit, dicendo: Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit Seth. CAIETANVS. Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium, & cætera. Hæc verba de primo viro dicuntur. In cuius signum transit de numero plurali in singularem. Dixerat nanque eos, illis, eorum, modo autem dicit singulariter, vixit. Mirum autem est, quod Moyses recensendo generationem tam Cain, quàm Abel, quàm etiam reliquorum filiorum & filiarum Adæ, nunquam dicit, quod genuit ad similitudinem suam, nisi cum genuit Seth. Cessat autem admiratio, percipiendo rationem fuisse, eo quod in solo semine Seth, seruanda esset similitudo eius, tanquam ipsius imago. Delendum siquidem erat humanum genus vniuersum in diluuio, & tantummodo progenies Seth in Noë saluanda erat, & propterea Moyses adimpletum hoc sciens, in sola generatione Seth pinxit imaginem Adæ. AVCTOR CATENAE. Quod nos legimus, Vixit autem Adam centum triginta annis, & ita est in Hebræo & Chaldaica æditione, Septuaginta tamen, (vt Hieronymus quoque notauit) habent ἔτη διακόσια τριάκοντα, hoc est, annos ducentos trinatiuitates subtrahitur, vt anni patrum integri & æqualiter inueniantur, & constent apud omnes, præter Lamech. Genuit autem Adam ad similitudinem & imaginem suam, non dei ad quam ipse factus est, quamque amiserat per peccatum. Vnde sicut ipse prius à deo innocente & immortali, innocens & immortalis factus fuerat, id est, potens non mori, sic postea peccator & mortalis factus, genuit peccatorem & mortalem. Vel ad imaginem & similitudinem suam, id est, in cognitione & timore dei perfectum, sicut eum pater Adam docuerat, volens à filio Cain, eiúsque posteritate esse distinctum. *Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth, octingenti anni.* HIERONYMVS. Iuxta Septuaginta. Fuerunt autem dies Adam postquam genuit Seth, septingenti anni. Quia in ducentis errauerat, consequenter hic posuit septingentos, cum in Hebræo sic habeatur, octingentos & supra centum. *Genuitque filios & filias.* CAIETANVS. Non restringitur hoc ad tempus post generationem Seth, sed extenditur ad vniuersum tempus quo vixit Adam. Multiplicatum enim valde fuisse humanum genus ante natiuitatem Seth, superius descripserat in verbis Cain, omnis reperiens me, occidet me. AVCTOR CATENAE. Vel genuit filios & filias, videlicet post ipsum Seth, quorum non exprimuntur nomina, quia eorum genealogiam deducere non intendebat sanctus Moyses. RVPERTVS. In hac autem serie, quæ subtexuntur generationum, non secundum primogenitos, sed secundum viros, natiuitatum tempora, vel anni supputantur, quod manifestè ex appositione huius anni centesimi tricesimi Adam colligitur. Iam ante quidem genuerat primogenitum Cain, & non dictum est quoto anno, sed nec posteritatis eius vlla mentio fieret, nisi quia illum quintus de posteris ipsius occidit, scilicet Lamech. Sic ergo & in cæteris, non secundum primogenitos, sed secundum merita, generationes singulorum hoc modo sancta contexuit scriptura. AVGVSTINVS. Cùm enim sacræ scriptor historiæ ad ortum, vitámque Noë, cuius tempore diluuium factum est, per successiones generationum notatis temporibus intenderet peruenire, eas vtique commemorauit, non quæ primæ suis parentibus fierent, sed quæ in propagationis ordinem venirent. Exempli gratia, quo id fiat apertius aliquid interponam, vnde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Euangelista Matthæus generationem dominicæ carnis per seriem parentum volens commendare memoriæ, ordiens à patre Abraham, atque ad Dauid primitus vt perueniret intendens, Abraham inquit, genuit Isaac, cur non dixit Ismahel, quem primitus genuit? Isaac autem (inquit) genuit Iacob, cur non dixit Esau, qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad Dauid peruenire non posset. Deinde sequitur. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius, nunquid Iudas primogenitus fuit? Iudas (inquit) genuit Phares & Zaram, nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Iudæ, sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum, per quos ad Dauid, atque inde quo intenderat peruenire. Ex quo intelligi potest, veteres quoque homines ante diluuium nõ primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos succedentium ordo generationum ad Noë Patriarcham duceretur, ne seræ pubertatis illorum obscura & non necessaria quæstio nos fatiget. *Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est.* CAIETANVS. Si his annis adiungantur anni quos naturali cursu vixisset Adam, vt peruenire ad ætatem qua creatus est (creatus siquidem est vir perfectus) apparebit, quod longiori tempore vixit Adam quàm Mathusalem, & quicunque alius. Nullus enim ab ætate virili supputando, vixit nongentis & triginta annis. Nam cum ætas virilis hominum viuentium annos centum, sit ætas triginta annorum, consentaneum rationi est, vt ætas virilis hominum viuen-

Vbi supra. capit. 15.

A num viuentium ferè mille annos, fuerit ad minus sexaginta annorum, postquam ætatem solus Adam vixit nongentis & triginta annis. Et quadrat rationi, vt primus vir à deo formatus, plus vixerit, quàm quicunq; alius. Mystice.

ORDINARIA. Et genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, quasi dicat, & iste portauit imaginem terreni, qui pro Abel iusto positus est, & interpretatione nominis Christum significat. Sed omnes prius portant imaginem terreni hominis, quàm cœlestis, licet multi ante aduentum Christi, per fidem, eandem gratiam habuerunt, qua saluantur Christiani.

VIxit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Vixit uerò Enos nonaginta annis, & genuit Cainam. Post cuius ortũ uixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nongentorum quinque annorum, & mortuus est. Vixitque Cainam septuaginta annis, & genuit Malalehel. Et uixit Cainam postquam genuit Malalehel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainam nongenti decem anni, & mortuus est. Vixit autem Malalehel sexaginta quinque annis, & genuit Iared. Et uixit Malalehel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Enoch. Et uixit Iared postquam genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. 3

B

CYRILLVS. Ideo Seth & posterorum eius anni diligentissimè notati sunt, quia semè iustum ac pium fuit, 3
C Cain verò, & posterorum eius minimè, quia nouit dominus dies immaculatorum, & capilli eorum apud deum numerati sunt, impios verò non nouit. AVGVSTINVS. Dicet aliquis, credendum ne est homines filios generaturos, nec habentes propositũ continentiæ, centũ & amplius annos, vel certè secundum Hebræos nõ multo minus, id est, octoginta, septuaginta, sexaginta annos à concũbendi opere vacauisse, aut si non vacarẽt, nihil prohibuisse gignere potuisse. Hæc quæstio duobus modis soluitur. Aut enim tanto serior fuit proportione pubertas, quanto vitæ totius maior annositas. Aut quod magis video esse credibile, nõ hic primogeniti filij commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, vt peruenirẽtur ad Noë, à quo rursus ad Abraham videmus esse peruentum, ac deinde vsque ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari, etiam generationibus commemoratis, cursum glorioßissimæ ciuitatis in hoc mundo peregrinantis, & supernam patriam requirentis. IDEM. Nunc iam videamus quonammodo euidenter possit ostendi, non tam breues, vt illi decem, vnus esset noster, sed tantæ prolixitatis annos quantæ nunc habemus, quos vtique circuitus conficit solis, in illorum hominum vita
D prolixissima computatos. Primum sexcentesimo anno vitæ Noë, scriptum est factum esse diluuium. Cur ergo ibi legitur, Et aqua diluuij facta est super terram sexcentesimo anno vitæ Noë, secundi mensis, septima & vicesima mensis, si annus ille minimus quales decem faciunt vnum nostrum, triginta sex dies habebat? tantillus quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est triduum, vt habeat duodecim menses. Quomodo ergo dictum est, sexcentesimo anno secundi mensis, septima & vicesima mensis, nisi quia tales quales nunc sunt, etiam tunc erant menses? Nam quo pacto aliter vicesimo & septimo die secundi mensis diceretur cœptum esse diluuium? Deinde postea in fine diluuij ita legitur, Et sedit arca in mense septimo, septima & vicesima mensis, super montes Ararath. Aqua autem minuebatur vsque ad vndecimum mensem. In vndecimo autem mense, prima mensis, apparuerunt capita montium. Si igitur tales menses erant, tales profectò & anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani, viginti & septem dies habere non poterant.
E Aut si pars tricesima tridui tunc appellabatur dies, vt omnia proportione minuantur, ergo nec toto quatriduo nostro factum est illud tam grande diluuium, quod memoratur factum quadraginta diebus, & quadraginta octibus. Quis hanc absurditatem & vanitatem ferat? Proinde remoueatur hic error, quod coniectura falsa ita vult astruere scripturarum nostrarum fidem, vt alibi destruat. Propterea hoc falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur. Nam Adam centum triginta annorum fuisse reperitur, quando tertium genuit filium, qui anni si tredecim nostri sunt, proculdubio primum genuit, quando vel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac ætate generare, vsitata ista nobisque notissima lege naturæ? Sed hunc omittamus, qui fortasse etiam quando creatus est, potuit. Non enim eum tam paruum quàm infantes nostri sunt, factum fuisse credibile est. Sed filius eius centum quinque fuit, quando genuit Enos, ac per hoc secundum istos nondum habebat vnum annos ætatis. Quid dicam de Cainam eius filio, qui septuaginta legitur fuisse annorũ, quando genuit Malalehel? Quis generat homo septennis, si tunc anni septuaginta nuncupabantur, qui septem fuerunt? Nullo
F ergo modo audiendi sunt, qui putant aliter annos illis temporibus computatos, id est, tantæ breuitatis, vt annus noster decem illos habuisse credatur. Prorsus igitur tantus tunc dies fuit, quantus & nunc est, quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo nocturnóque determinant. Tantus mensis, quantus & nunc est, quem luna cœpta & finita concludit. Tantus annus, quantus & nunc est, quem duodecim menses lunares additis propter cursum solarem quinque diebus & quadrante, consummant. Tantus anni sexcentesimi vitæ Noë secundus erat mensis, eiusq; mensis vicesimus & septimus dies, quando cœpit esse diluuium, in quo dies quadraginta continuatæ ingentes pluuiæ memorantur, qui dies non binas, ac paulo amplius horas habebant, sed vicenas & quaternas die noctúque transactas. Ac per hoc tam magnos annos vixerunt illi antiqui vsque amplius quàm nongentos, quantos postea vixit Abraham centum septuaginta quinque, & post eum filius eius Isaac centum octoginta, & filius eius Iacob prope centum quinquaginta, & quantos interposita aliquanta ætate Moyses centum viginti, &

Universidad de Deusto Biblioteca

ginti, & quantos etiam nunc viuunt septuaginta vel octoginta vel non multo amplius, de quibus etiam dictum G
est, Et amplius eorum labor & dolor. AVCTOR CATE. Septuaginta æditio, cum multis in locis varia
deprehenditur, tum verò in recensendis his annis. Quæ res fuit in causa, vt christiani ab Hebræis plurimũ in assi-
gnatione temporis à mundo condito differrent. Is autem malus computus, nõ ab ipsis Interpretibus, vt arbitra-
mur, emanauit. Facileq; fuit in his numeris addere vel subtrahere aliquid. Cum itaq; maiores nostri tam Græci,
quàm Latini, æditionem Septuaginta sequerentur, in describendis quoq; temporibus eos sequuti, à veritate He-
braica plurimum recesserunt. Verissima verò temporum supputatio, & sacris literis consentanea, ea est, quæ apud
Hebræos extat. Neque certè in hac re possumus ab eis discrepare, licet in aliis δὶς διὰ πασῶν. Omnis itaque inter
christianos & Hebræos differentia in computandis temporibus, ab æditione Septuaginta profecta est. Baccho-
nis differentiæ huius assignatio est. Is enim fingit plura annorum genera apud Hebræos haberi, quosdã enim an-
nos lunares, alios bimestres, alios semestres. Quæ vt falsissima sunt, ita omnes diuinas euertunt literas. Et quoniã H
nostra æditio ex Hebraica veritate versa est, ideo ea cum Hebræis in supputando consentit, neque quicquam di-
screparemus ab ipsis, si hanc nostram sequeremur.

Mysticè ISIDORVS. Notandum quod in generatione Seth nulla fœmina ponitur nominatim, sicut in genera-
tione Cain. Iustorum enim est omnia viriliter agere, nihil fœmineum, nihil fragile vsurpare. Procedit nanq; hæc
generatio per denarium vsque ad Noë, in quo præceptorum signatur impletio, sicut per vndenarium in genera-
tione Cain transgressio.

4 *PORRO Enoch uixit sexagintaquinque annis, & genuit Mathusalem. Et ambulauit Enoch cum deo. Et ui-
xit Enoch postquam genuit Mathusalem, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes
dies Enoch trecenti sexagintaquinque anni, ambulauitque cum deo, & non apparuit, quia tulit eũ deus.* I

4 CHRYSOSTOMVS. Animaduerte obsecro hic dilecte, & iusti virtutem, & dei bonitatem eminentem,
& scripturæ diligentiam. *Porro Enoch uixit sexagintaquinque annis, & genuit Mathusalem. Et ambulauit Enoch cum deo.*
Siue & placuit Enoch deo, postquam scilicet genuit Mathusalem. Audiant viri & mulieres, & discant iusti virtu-
tem. Nec putent nuptias in causa esse, quo minus quis deo placeat. Nam idcirco diuina scriptura semel & iterum
assignauit dicens: Genuit Mathusalem, & tunc placuit. Et idem ingeminat, ac repetit, dicens: Et placuit, post-
quam genuit, vt nequis arbitretur obstaculum virtutis esse coniugium. Quia si sobrij sumus, neque educatio, ne-
que coniugium, neque aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus deo. Ecce enim & hic eiusdem naturæ est,
cuius & nos sumus, & neque lex tradita erat, neque scripturæ docebant, neque aliud quiddam ad honestatis, sa-
pientiæq; studium impellebat. Domi sibi natum est, & ex voluntate profectum, quod deo placuit, vt vsque ho-
die sibi sufficiat, ne vsque nunc mortis gustum experiatur. Nam si nuptiæ dilecti, vel puerorum educatio, præ- K
pedimentum forent in virtutum itinere, nequaquam in hanc nostram vitam nuptias introduxisset vniuersorum
dominus, vt ne temporalibus, & maximè necessariis nos læderet. Sed quia non solùm nihil nobis obstat ad phi-
losophandum deo, si voluerint esse sobrij, sed & magnam affert consolationem, dum comprimit insanum natu-
ræ impetum, nec turbari quasi mare sinit, sed efficit, vt scapha fœliciter in portum appellat, & ideo consolatio-
nem hanc humano generi tribuit: Quod quam verum sit, ostendit iustus ille. Quia postquam (inquit) genuit Ma
thusalẽ, placuit Enoch deo. AVCTOR CATENAE. Et ambulauit Enoch cum deo. Sic est & Hebraicè.
Hanc autem locutionem Hebraicam alio modo expresserunt Septuaginta, εὐηρέστησεν δὲ Ἐνὼχ τῷ θεῷ, id est, pla-
cuit Enoch deo. Ambulare igitur cum deo sacris literis, est eum timere, pie ac sincerè colere, illi per vitæ inno-
centiam placere, heroicam aliquam conuersationem inter homines habere, deo familiarem esse, & peculiarem
gratiam eius experiri, de virtute in virtutem semper proficere, & demum probitate omni ac iustitia præditum
Michææ.6. esse, iuxta illud Prophetæ, Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid deus requirat à te. Vtique facere iudi-
cium, & diligere misericordiam, & solicite ambulare cum deo tuo. Alter igitur Enoch primus inter malos, pri- L
mum locum à Cain obtinet, in terra condit ciuitatem, radicem spei suæ ponit in terra. Sed inter iustos hic Enoch
septimus scribitur, sacer, eruditus & inquirens æterna. CHRYSOSTOMVS. Neque paruo tempore in
virtutum meditatione perseuerauit Enoch, sed, *Et uixit*, inquit, *Enoch postquam genuit Mathusalem, trecentis annis, &
genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexagintaquinque anni, ambulauitq; cum deo.* CHRYSOSTO-
MVS. Et quia post transgressionem Adæ inuentus est homo qui ad virtutum culmen ascenderet, & primi
parentis peccatum reuocaret, ob suam quam apud deum habebat gratiam, vide boni dei excellentem misericor-
diam. Nam quia inuenit aliquem qui potuit peccatum Adæ reuocare, monstrando re ipsa quia non volens mor-
tem humano generi inuehere, propter mandati transgressionem, eum qui mandatum acceperat condemnauerit,
nunc viuentem illum transfert. *Et non apparuit*, inquit, *quia tulit illum deus.* Siue & non inuentus est, eo quod
transtulit illum deus. Vides sapientiam domini? Non immortalitatem largitus est vt peccandi metum enerua- M
ret, sed morti in humanum genus ius suum reliquit. Propter hoc iterum obscurè (vt ita dicam) & latenter reuo-
care vult sententiam, quam contra Adam protulit, sed manifestum hoc non facit, vt timor illius emendationi
seruiat. Et idcirco Enoch, cum sibi multum placeret, transtulit. Iam siquis curiosius rogare velit & dicere, & quo
ipsum transtulit? & num vsque ad præsens vixerit? discat, non conuenire humanis mentibus curiosius ea quæ à
deo fiunt explorare, sed credere his quæ dicuntur. Nam quando deus aliquid pronunciat, dictis ipsius contradi-
cendum non est, sed digniora habenda sunt quæ à deo pronunciantur, etiam si oculis nostris non videantur.
Enimuerò scriptura dixit, quod transtulit illum, & quod viuentem transtulit, nec mortem expertus sit, sed ob
suum quem apud deum habebat fauorem, superior factus sit diuina sententia, contra humanum genus prolata.
Quo autem illum transtulerit, & quomodo nunc agat, hoc non adiecit. Vidisti bonitatem domini, quomodo in-
uentum virum, qui virtutem operatus est, non fraudauit dignitate, quam protoplasto ante mandati transgres-

sionem

A sionem largitus erat docẽs nos, quod & illum nisi dæmonis deceptionem maioris fecisset, quàm traditum manda
tum, eodem vel maiori honore dignatus fuisset. EPHREM. Enoch tamdiu viuere, non naturæ, sed gratiæ
est. Natura enim morti obnoxia est, non gratia. Cæterum deus in Enoch ostẽdit, quemadmodum iusti ab impiis
in resurrectione separabuntur. In Helia verò præfiguratur id quod ait apostolus, Quando rapiemur obuiã Chri-
sto in aëre, & sic semper cum domino erimus. THEODORETVS. Sed neutiquam quęrendum est, quo lo
corum translatus sit Enoch, quia scriptum non est. Quæ autem scripta sunt, ea colenda, iisque contenti esse debe-
mus. Ideo autem translatus est, vt typum nobis resurrectionis præberet, & exemplum diuinæ beneuolentiæ ac re-
munerationis erga pie viuentes, quos nouit dominus ab impiis segregare. GRAECVS. Hic verò primus di
dicit literas, & signa cœli, & conuersiones temporum, & menses literis mandauit. ALCVINVS. Tanto au-
tem tempore Enoch seruatur à morte, vt in eo ostendatur, quia homo semper viueret, si non peccasset. PRO-
SPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. De Seth igitur per ordi-
B nem successionis natus est Enoch qui deo dum placeret, translatus est ne gustaret mortẽ, Helię sociandus, vt duo
testes idonei secundo Christi aduentui præparentur, in confutationem antichristi, & gloriam iudicantis filij dei.
THOMAS SVPER PAVLVM. Et verum est, quod nondum mortuus est Enoch, sed tamen quandoq; Hebr.11.
morietur, quia sententia quam dominus primis parentibus peccantibus inflixit, quacunq; die comederitis ex eo,
morte moriemini, in omnibus quocunq; modo nascuntur ex Adam, permanebit, etiam in Christo. Psalmus, Quis
est homo qui viuet, & non videbit mortem? Mors autem duorum dilata est, scilicet Enoch & Heliæ. Et ratio est,
quia doctrina veteris testamenti ordinatur ad promissa noui testamenti, in quo nobis spes vitæ æternæ promitti-
tur, Matthæi quarto, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et ideo data sententia mortis,
voluit dominus ducere homines in spem vitæ, quod fecit in patribus vtriusque status, scilicet naturæ, legis,
& gratiæ. Vnde in primo statu dedit spem euadendi necessitatem mortis, & hoc est in Enoch, in lege in
Helia, in tempore gratię in Christo, per quem datur nobis effectus huius promissionis. Et ideo alij morientur, sed
C Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, sed duo primi morientur per antichristum. Sic ergo translatus
est, ne videret mortem, non vt solum non sentiret mortem, & hoc in illa generatione, Sapientiæ quarto, Placens
deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores, translatus est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,
Et ambulauit Enoch cum deo, & nõ ipse, quia tulit eum deus. Bis de Enoch dicitur, & ambulauit cum deo (semel
narrando vitam eius vsque quo genuit Mathusalem, & iterum narrando reliquum vitæ eius) ad explicandum,
quod ab ineunte ætate profecit in via dei, & perseuerauit proficiendo in eadẽ semper. Nec narratur Enoch mors,
sed ad significandum quod non est mortuus, dicitur, & non ipse. Quod significasset ipsum mortuum, nisi subiun-
cta causa quare non ipse, significaret oppositum, dicendo, quia tulit eum deus. Vide differentiam. De aliis qui mor
tui narrantur, dicitur & mortuus est, proculdubio corpore, ita quod ipse remansit secundum corpus, de Enoch ve
ro dicitur, & non ipse, quia nec secundum corpus remansit, sed omnino non ipse, & ratio subiungitur, non quia
D mortuus fuerit, non quia in nihilum redactus fuerit, sed quia tulit ipsum deus. Integer ergo ipse sublatus signifi-
catur à deo, Quo autem latus fuerit, scriptura non dicit, sed secundum planum literæ sensum, integrum ipsum
ablatũ à deo describit. AVCTOR CA. Hebraicè ita legĩt locus וַיִּתְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת הָאֱלֹהִים וְאֵינֶנּוּ כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים
vaithhallech hanoch eth haelohim, veenennu, chi lakah otho elohim, id est, Et ambulauit Enoch cum deo, &
non ipse, quia tulit eum deus. Quod Septuaginta eodem prope modo, quo & nos interpretãtur, καὶ οὐχ εὑρίσκετο,
id est, Et non est inuentus. Adduntq;, ὅτι μετατέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός, id est, Quia transtulit eum deus. Chaldaica vero,
Et ambulauit Enoch in timore dei, & nõ cõparuit, nec etiã occidit eum deus. Quæ igitur de Enoch dicuntur, alio
modo ab Hebræis, Græcis & Latinis traduntur. Nam interpretatio Septuaginta, qua dixerunt Enoch esse transla-
tum, fecit vt Chrysostomus atq; Ephren, aliiq; scriptores Græci eadem de Enoch opinarentur, quæ & de Helia fe-
runtur. Esse scilicet eos in aliquem amœnum fortunatumq; locum à deo transpositos. Et de Helia quidem conue-
nit inter eos & Hebræos, eum & translatum, & mittendum suprema die, vt apud Malachiam prophetam extat.
E At de Enoch ita constat Hebræorũ vndecimo. Fide Enoch trãslatus est ne videret mortem, & non inueniebatur,
quia transtulit illum deus. Sunt enim apud eos (vt Auen Ezra) qui hunc locũ ita interpretentur, Tulit eum deus,
id est mortuus est, & quidem ante tempus, ne videlicet malitia immutaret cor eius, quòd is loquendi scripturarũ
mos sit, vt aliquem sumptum dicant, hoc est, è medio sublatum, vt tolle animam meam, nimirum ex hac vita. Vt
illud, Tolle obsecro animam meam. Et illud, Ego tollar abs te. Nostri autem ob sanctitatem paradiso donatum
rediturum contra antichristum asseuerãt, & hoc auctoritate Apocalypsis, capitulo vndecimo. Et dabo duobus te-
stibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis, & cætera. Et hic quoque fit peculiaris
mentio de assumptione Enoch, quod in cæterorum vita, & morte describenda minime factum est.
STRABVS. Secundum autem altiorem intelligentiam, in generatione iniustorum primus Enoch ponitur, Mysticè.
qui dedicatio interpretatur, quia reprobi in præsenti vita spei suæ radicem figunt, & ab amore immarcessibilis hæ
reditatis arescunt, de quibus dicitur, Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. In genera- Iob.5.
F tione autem iustorum Enoch ab Adam septimus ponitur, quia hic manentem ciuitatem non quærunt, sed expe-
ctationem vsque in finem temporis extendunt, quod septenaria reuolutione terminatur, cum æternitas octaua
successerit. ISIDORVS. Vnde iste Enoch qui ponitur septimus, & translatus est, quia deo placuit, septimã
requiem significat, ad quam post hanc vitam qui deo perseueranter adhæret, & qui tanquam sexta die, id est sexta
ætate seculi per Christi aduentum formatur, sine dilatione transfertur. Transactis autem sex ætatibus seculi, facto
iudicio, & renouato cœlo & terra, transferentur sancti in vitam perpetuæ immortalitatis. AVGVSTINVS Cap.19.
DECIMOQVINTO DE CIVITATE DEI. Huius ergo Enoch translatio, nostræ dedicationis est
præfigurata dilatio. Quæ quidem iã facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt non moriatur vlterius,
sed etiam ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio vniuersæ domus, cuius ipse Christus est fundamẽtum,
quæ differtur in finem, quando erit omnium resurrectio, non moriturorum amplius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 VIxit quoque Mathusalem cẽtum octoginta septẽ annis,& genuit Lamech. Et uixit Mathusalem postquam G
genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies
Mathusalem nongenti sexaginta nouem anni,& mortuus est. Vixit autẽ Lamech centũ octoginta duobus
annis,& genuit filium, uocauitq; nomen eius Noe, dicens, iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum
nostrarum in terra cui maledixit dominus. Vixitque Lamech postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque
annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni,& mortuus
est. Noe uerò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham,& Iapheth.

5 *Vixit quoque Mathusalem cẽtum octoginta septem annis,& genuit Lamech. Et uixit Mathusalem postquam genuit Lamech septingentis octoginta duobus annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexaginta nouem anni,& mortuus est.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta septuaginta. Et vixit Mathusala annis centum sexaginta septem, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, annos octingentos duos,& genuit filios & filias. Et fuerũt omnes dies Mathusala quos vixit, anni nongenti sexaginta nouem,& mortuus est. Famosa quæstio,& disputatione omnium ecclesiarum ventilata, quod iuxta diligentem supputationem, quatuordecim annos post diluuium Mathusala vixisse referatur. Etenim cum esset Mathusala annorum centum sexaginta septem, genuit Lamech. Rursum Lamech cum esset annorum centum octoginta octo, genuit Noe. Et fiunt vsque ad diem natiuitatis Noe, anni vitæ Mathusala trecenti quinquaginta quinque. Sexcentesimo autem anno vitæ Noe, diluuium factũ est. Ac per hoc habita supputatione per partes, nongentesimo quinquagesimo quinto anno Mathusala, diluuium fuisse conuincitur. Cum autem supra nongentis sexagintanouem annis vixisse sit dictus, nulli dubium est quatuordecim eum annos vixisse post diluuium. Et quomodo verum est, quòd octo tantum animæ in arca saluæ factæ sunt? Restat ergo, vt quomodo in plerisque, ita & in hoc sit error in numero. Siquidem & in Hebræis, & Samaritanorum libris, ita scriptum repperi. Et vixit Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentos octoginta duos annos,& genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusala, anni nongenti sexaginta nouẽ, & mortuus est. Et vixit Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit Noe. A die ergo natiuitatis Mathusala, vsque ad diem natiuitatis Noe, sunt anni trecenti sexaginta nouem, his adde sexcentos annos Noe, quia in sexcentesimo vitæ eus anno factum est diluuium, atq; ita fit, vt nongentesimo sexagesimo nono anno vitæ suæ Mathusala mortuus sit, eo anno quo cœpit esse diluuium. AVGVSTINVS. In quibusdam etiam codicibus, Græcis tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter se consentientibus, inuentus est Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus. IDEM. Sed opinionem vel suspicionem accipiat quisque vt putauerit, certum est tamen, non vixisse Mathusalem post diluuium, sed eodem anno fuisse defunctum, si verum est quod de numero annorum in Hebræis codicibus inuenitur. CAIETANVS. Anno igitur diluuij mortuus est. An autem in ipso diluuio perierit, an parum antè mortuus fuerit, quãuis scriptura non explicitè narret, insinuare tamen videtur, quòd parum antè mortuus fuerit, dicendo de ipso & mortuus est, antequam aliquid dicat de diluuio. Rationi quoque consentaneum est, vt ante diluuium Mathusalem auus Noe mortuus fuerit, vt Noe neglectæ pietatis erga auum saluandum non arguatur. Patrem enim eius (scilicet Noe) constat quinquennio ante diluuium mortuum fuisse. AVCTOR CA. Longissima autẽ vita huius & aliorũ patrum, dei miraculo potius ascribẽda, quàm cœlorũ influxui, vel perfectioni naturæ humanæ pro illo tempore, vel sanitati fructuum. *Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis,& genuit filium, uocauitque nomen eius Noe, dicens, Iste cõsolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit dominus.* HIERONYMVS. Alia litera. Et vocauit nomen eius Noe, dicens, Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris. ℣ Noe requies interpretatur. Ab eo igitur, quod sub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuium, appellatus est requies. CHRYSOSTOMVS. Vide iterum per nominationẽ nunc nati ex Lamech, sacramentorum magnitudinẽ,& vaticinij excellẽtiam,& boni dei ineffabilem misericordiam. Quoniam enim prescientia sua prænoscebat futura, vt vidit malitiã hominum in dies magis atq; magis increscere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum humanum genus deprehensura essent, vt vel timore castigati, abarcerentur à vitiis,& amplexarentur virtutem. Et vide longanimitatem domini, facientis ante tantum tempus vaticinium præcedere, vt & suam ostenderet misericordiam,& omni priuaret defensione eos, qui pœnæ futuri erant obnoxij. Sed fortè quis dixerit. Vnde Lamech hoc habuit, vt tantũ vaticinium prædiceret? non enim meminit scriptura quòd multa virtute claruerit admirabilis. Ne mireris dilecte. Dominus enim noster sapiens & omnipotens,& per indignos sæpe concedit prædici magnas, mirabilesq; res, id quod non in veteri solum, sed & in nouo videre quis poterit testamento. Audi enim Euangelistam de Caipha Iudæorum Pontifice dicentem, Hoc autem à semetipso nõ dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prædixit quòd moriturus esset Iesus, non solum pro populo, sed vt gentes dispersas congregaret in vnum. Inuenies item & à Balaam tale quid factũ, vocatus enim vt malediceret populũ, nõ solum non maledixit, sed & prædixit multas mirasq; res, tam de aduentu saluatoris nostri, quàm de populo. Non igitur mireris, si etiam nunc ita puerum appellarit, sed deo tãtum tribue, qui per omnipotẽtem suam sapientiam omnia ministrat. Et vocauit nomen illius Noe. Apud nos hoc nomẽ siquis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem vocat, generalem illum interitum post multos annos futurum. Sicut & Iob dicit, Mors viro quies, quoniam valde magnus labor est malitiæ. Abolitionẽ & sublationem per diluuium, quietem vocat. Consequenter appellationem nominis interpretatur,& dicit, Hic vtiq; quietem nobis præstabit ab operibus nostris, à malitia, inquit, desistere faciet,& à molestiis manuum nostrarum,& iterum hoc ipsum ab operibus (inquit) malis, non quod manus male habuerint, sed quia per illarum opera,& malas actiones, molestiæ & tristitiæ auctæ sint. Et à terra quã maledixit dominus deus. Liberabit nos (inquit) ab omnibus malis prementibus. Et terram maledictam dicit, quæ cum labore exercetur & colitur propter protoplasti trãsgressionem. Hic obsecro animaduertite, quomodo puellus iste

paulatim

Vbi sup. c. 13

Ibidẽ. ca. 11.

Ioan. 11

A paulatim crescens, omnibus ipsum videntibus discendi occasio fuit. Nã mox vt quis nomen pueri sciscitatus est, ex interpretatione vocabuli didicit euenturum generalem interitum. Si quis diuino spiritu afflatus simpliciter hoc futurum dixisset,& statim fuisset obliuioni traditum,& grauitas pœnæ non fuisset tota cognita. Nũc autem quia hic ante omnium versatur oculos, tempestiue,& intempestiue diuinam commemorat indignationem. Porro vt certo sciamus, quanto tempore vixit filius, suo nomine omnes admonuit, vt desistant & à peccato, & virtutem amplexentur, quo iram hanc effugere valeant. THEODORVS. Lamech ergo in natiuitate filij sui Noë prophetat, quemadmodum & Zacharias. CAIETANVS. Iuxta Hebræum loco laboris habetur dolor,& est singularis numeri tam dolor quàm opus. Incertum autem est de quo opere agriculturæ sit sermo. Litera siquidem memorando opus & dolorem manuum circa terram maledictam à deo, testatur, quòd de agricultura est sermo, sed non explicat de quo opere agriculturæ. Aiunt autem Noe inuenisse artem arandi,& propterea consolationem attulisse hominibus, vtendo animalibus ad culturam terræ, sic enim subleuauit à dolore manuum,&
B ab opere manuali ad fodiendum terram. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera ita habet זֶה יְנַחֲמֵנוּ מִמַּעֲשֵׂנוּ וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ מִן־הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אֵרְרָהּ יְהוָה. Ze ienahamenu mimaasenu vmeizebon iadénu, min haadama aser erara adonai, id est, Iste consolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuum nostrarum, de terra cui maledixit dominus. In hunc sensum & Chaldaica. Septuaginta hoc in loco duorum verborum similitudine ducti. alio modo interpretati sunt. Hebraicè siquidem Noah verbum significat sedere,& quiescere facere, Sed Naham cum mem, cuiusmodi hic scribitur, cõsolari. Dixerunt itaque Septuaginta, οὗτος διαναπάυσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν, id est, hic requiescere faciet nos ab operibus nostris, alterũ verbum pro altero vertentes. Iste igitur consolabitur nos ab operibus nostris, & à laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit dominus. Hoc est per multos labores & ærumnas corporis & animæ, per eum suo tempore melius habebimus. Abstulit enim per hominum manuales labores agriculturę molestiam primus (vt dicitur) animalia iungendo aratro. Et gratiam inuenit coram deo, vt arca fabricata, semen mundo seruaret. *Vixitque Lamech postquam genuit Noe, quingentis nonaginta*
C *quinque annis,& genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni,& mortuus est.*
AVCTOR CATENAE. Et hic apud Septuaginta magnus est defectus, nam anni, quos vixit Lamech post genitum Noe, sunt quingenti & nonaginta quinque, sic enim est in Hebræo & Chaldaica, ipsi verò πεντακόσια ἐξηκονταπέντε, id est, Quingentos sexagintaquinque posuerunt. Deinde cum omnes anni Lamech sint septingenti septuaginta septem, ipsi ἑπτακόσια πεντήκοντα τρία ἔτη, hoc est, septingentos quinquaginta tres annos annotauerunt. Additur autem singulis patribus mors, finis malorum, vt post longissimam etiam vitam nos certissime morituros esse cognoscentes, in dei semper timore viuamus. *Noe verò cum quingentorum esset annorum, genuit*
Sem, Cham, & Iapheth. CHRYSOSTOMVS. Vide iterum alium iustum cum vxore & filiis, qui bene operando placuit deo,& displicentem omnibus virtutis viam elegit, & neque nuptiis, neque filiorum educatione prohibitus est. Porrò obstupescenda est ineffabilis misericordia dei, & prodigiosa hominum qui tunc erant ingratitudo. Ecce enim quingentis annis vixerat iustus ille, clamans & testificans suo nomine futurum per vni-
D uersum orbem diluuium ob nimias hominum malitias, & neque sic à malitia abstinere voluerunt. At misericors deus neque post tantum vaticinium, neque post tot annorum numerum pœnas inducit, sed denuo suam aucturus longanimitatem, & alios non paucos annos suæ tolerantiæ adiungit. Neque enim ideo produxit humanum genus, vt puniret, sed planè è diuerso, vt donaret nobis innumera bona, quibus frueremur. Et propterea ipsum vbique vides cessantem, & moras nectentem in pœnis infligendis. Hoc autem hoc in loco charitatem vestram rogauerimus ne simpliciter & inconsideranter hæc audiatis, sed erudite vos ipsos,& virtutum curam agite, & maximo loco habueritis, deo bene placere. Nam si hi qui ante legem, à doctrina naturæ suæ insita, ad tantam pertigerunt virtutem, quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula, adhuc tam procul à virtute sumus? Proinde obsecro, ne ad ea quæ in sacris scripturis contenta simpliciter ingrediamur, sed cum attẽtione legamus, & ex illis percepta vtilitate, vel saltem tardè aliquando virtutem, quam deus probat, in manus accipere valeamus. CAIETANVS. Noe verò cum quingen
E torum esset annorum. Iuxta Hebręum habetur, Et fuit Noe filius quingentorũ annorum. Non fortè sine mysterio de solo Noe dicit Moyses, quòd fuit filius tot annorum,& intelligo quòd hoc dixerit ad significandũ abstinẽtiam Noe à generando vsq; ad quingẽtesimum annum suæ ætatis. In cuius quoq; signũ subiungit ipsum exinde patrem trium filiorũ, dicẽdo, genuit Sem, Cham,& Iaphet. Non enim est intelligendũ, quòd quingentesimo anno suæ vitæ, Noe genuerit istos tãquam gemellos, sed quòd nõ ante quingentesimũ suæ vitæ annũ genuit aliquem istorum.
CHRYSOSTOMVS. Dici nequit, quam multiplex thesaurus in verbis cõmodũ lectis recõditus sit. Et scio *Mysticè.*
quidem, quod opinantur aliqui nihil amplius dici, quàm illorum nominum enumerationem & appellationem: spectant enim tales ad solam superficiem. Ego autem omnes vos obsecro, ne simpliciter ea quæ in scripturis sacris contenta sunt transeatis. Nihil enim hîc scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias. Quandoquidem diuino spiritu afflati prophetæ loquuti sunt, ideo vti à spiritu sancto scripta, ingentem in se continent thesaurum.
F Et ne mireris quòd in hac nominum enumeratione, multas latentesq; diuitias sententiarum insitas esse pollicear. Neq; enim vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo nõ sit grandis quispiã thesaurus. Proinde nobis opus est, diuina gratia ducamur,& spiritu sancto illustrati, eloquia diuina adeamus. Neq; opus habet diuina scriptura hominum sapientia vt intelligatur, sed reuelatione spiritus, vt hausto inde vero sensu, magnum nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis quæ de secularibus negotiis ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tempore corrumpuntur, vel vnam proœmij syllabam deesse, multum momenti habet, quanto magis hoc in scripturis diuinis à spiritu sancto compositis inuenitur? modò sobrij simus,& non temerè progrediamur, sed intenta mente ligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus aliis, qui hoc studio in prophanis vtuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, nõ in superficie manẽt, sed cũ valde profundè descẽderint,& auri ramẽta habere potuerint, magno labore & constantia ea à terra separãt, postq; multũ illũ laborẽ, breuẽ aliquã laborũ inueniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciant, quòd sæpe vtilitatẽ percipiant laboribus nõ respondentẽ, vtpote minorẽ,& quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpe post tot vigilias & labores, etiam expectatione sua frustrentur, neq; hic desistunt, sed spe aluntur, & sensu laboris carent. Quod si illi tantum præse ferũt studium in corruptibilibus, incertis, & noxiis, multo magis addecet, vt nos vbi diuitiæ auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spe non aberratur, par vel maius studium adhibeamus, vt hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitaq; ineffabili misericordia dei, gratias agentes domino nostro, eius nobis fauorem conciliemus, & diaboli retibus non illaqueemur. Age ergo prolatis in medium quæ nunc lecta sunt, diligenter singula perscrutemur. ORDINARIA. Adã genuit Seth, Seth Enos, Enos Cainam, Cainã Malaleel, Malaleel Iared, Iared Enoch, Enoch Mathusalem, Mathusalẽ Lamech, Lamech Noë. Adam interpretatur homo vel rubra terra. Seth positio vel resurrectio. Enos homo. Cainam lamentatio. Malaleel laudãs deum. Iared roboratus. Enoch dedicatio. Mathusalem mortis emissio. Lamech humiliatus. Noë requies. Procedens ergo homo de terra, resurgens à peccatis, erit homo inuocãs deum, & deflens peccata prius, sicq; laudans deum, roboratus spiritu dei, dedicatur in vitam. Atq; victor mortis, deo subiectus, requiẽ possidet sempiternam, quam significat Noë, qui requies interpretatur, & decimo loco numeratur, quia per impletionem mandatorum possidetur regnum cœlorum. THEODORETVS. Noë etiam saluatorem nostrum figurat, qui requiẽ mortalibus attulit, & liberauit nos à maledicto. AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Sed & Noë Latinè dicitur iustus vel requies. Nam & parentes eius dixerũt, Quia hic faciet nos requiescere ab operibus & à tristitia, & à terra cui maledixit dominus deus. Quod vtiq; si ad ea quæ facta sunt referendum putes, cum diluuium sub eo factum sit, non requies hominibus, sed interitus videatur illatus, nec remissio malorum, sed cumulus miseriarum. Verũ si iusti viri mentem consideres, aduertes iustitiam solam esse, quæ aliis potius nata est quàm sibi, nõ quod vtile sibi est quærat, sed quod omnibus. Hæc nos requiescere facit ab operibus iniquitatis, hæc reuocat à tristitia, quia dum ea quæ iusta sunt, gerimus, nihil timemus puræ conscientiæ securitate, non dolemus graui dolore. Nihil est enim quod maioris doloris sit, quàm culpæ reatus. Requiescamus etiam ab omni cura terrenæ conuersationis, quæ corpus nostrum atque animam frequentibus vexat doloribus, vitamq; atterit. Huic verò tres filij nati, Sem, Cham, Iaphet. Quæ nomina significant bonum, & malũ, & indifferens, vt & naturæ gratia bonitatem habuisse, & malorum tentamẽta ei nequaquam defuisse, & indifferentibus, hoc est, velut suppellectili virtutum abundasse videatur. Qua ratione autem malum in medio posuerit, ratio euidens est, quia naturę bonum omnibus ineſt, nec quasi naufragos in lucem proiicit, sed & suffulcit viribus vt non opprimantur tentamen tis malitiæ, nec tanquam inualidi succumbant, sed munit & vestit velut quibusdam tegumentis indifferentibus, quæ sunt salus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, diuitiæ, generis claritudo, vt ea dote muniti, tueantur bonitatem naturæ, & malum illud includant, ne possit nocere, & quasi clausum strangulent. AVGVSTINVS Cap. 20. XV. DE CIVITATE DEI. Per Seth autem ab Adam vsque ad Noë, denarius insinuatur legitimus numerus. Cui Noë tres adiiciuntur filij, vnde vno lapso duo benedicuntur à patre, vt remoto reprobo, & probatis filiis ad numerum additis, etiam duodenarius numerus intimetur, qui & in Patriarcharum & Apostolorum numero insignis est propter septenarij partes, alteram per alteram multiplicatas. Nam ter quaterni, vel quater terni ipsum faciunt.

IN CAPVT SEXTVM GENESEOS ARGVMENTVM.

Causa diluuij, Cordis humani malitia, Noë iusto prædicit deus diluuium, Arcæ forma.

CAPVT VI.

I CVnque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, uidẽtes filij dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerãt. Dixitq; deus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Eruntq; dies illius centum uiginti annorum. Gigantes autẽ erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt potentes à seculo, uiri famosi. L

Lectio pri. AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Noë sancti adorimur vitam, mores, gesta, altitudinẽ quoq; mentis explanare, si possumus. Nam cum ipsa prophetia dixerit, nihil difficilius quàm hominis interiora cõprehẽdere, quanto magis viri iusti mentem cognoscere? Etenim quem dominus deus ad renouandũ semen hominũ reseruauit, vt esset iustitiæ seminarium, dignum est vt nos quoq; describamus eum ad imitationem omniũ, & requiescamus in eo ab omni istius mundi solicitudine, quam quotidie diuersis exagitationibus sustinemus. Pudet filiis iũctus, tempestatesq; vel præsentes subire, vel animo recipere. Quis tam fortis vt patiẽter ferat? Et ideo nobis quoq; affectanda hæc requies fuit, vt dum Noë sanctum maiore intentione consideramus, reficiamus & nos, sicut omne genus in illo requieuit ab operibus suis atq; iustitia. CHRYSOSTOMVS. Postquam ergo numerũ annorũ iusti nobis narrauit diuina scriptura, monstrans excellentem domini longanimitatem, iterum tolerantiam eius M auctissimam, & malitiam hominum propensissimam declarare vult. Audiamus igitur quæ à Moyse dicta sunt, spiritu enim dei loquens, omnia nos diligenter docet. *Cúmque cœpissent* (inquit) *homines multiplicari super terrã, & filias procreassent, uidentes filij dei filias hominũ quod essent pulchræ, acceperũt uxores sibi ex oibus quas elegerãt.* AMBROSIVS. Non solũ sanctus Noë abundauit filiorũ generatione, sed etiã vniuersa se effudit q̃ maxime eo tẽpore generatio. Quod nõ otiosum videt. Secuturo eñ diluuio, nõ debuit æstimari defuisse gratiã fœcũditatis illi generatiõi, quã diluuia absorbuerũt, vt quod fuit humani generis abũdantia, diuinæ deputetur gratiæ, quod diluuiũ secutũ est, no stris adscribat iniquitatib⁹, qui pctis nostris auertim⁹ dei misericordiã. Sic & in posteriorib⁹ inuenies qd secutura Psal. 100. Aegypti sterilitatem, præcessit totidem annorum fœcunditas. Principale est enim virtutis inchoare à beneficiis, & præseminare gratiam. Vnde & Dauid ait, Misericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine. Præcedit beneficij gratia, sequitur

A tia, sequitur censura sobriæ disciplinæ. Diuinum est igitur quod bona præmittuntur, nostrum quod mutantur. CHRYSOSTOMVS. Non autẽ absq; ratione addidit, & filias ꝓcreassent, sed vt multitudinẽ sic insinuet. Nã vbi tanta radicum est multitudo, necesse est etiam multos ramos enasci. EVCHERIVS. Vel homines hoc in loco stirpem Cain diuina scriptura licet tacite, voluit demonstrare, hoc est, filios possessionis. Cuius⁹ nisi terrenæ ciuitatis, quæ in eius nomine condita est, qui dicitur Enoch. Quod verò adiecit, Et filias procreassent, ostendit malum à sexu fœmineo rursus inuentum, non quidem illo modo quo ab initio, non enim cuiusquam etiam tunc fallacia seductæ illæ fœminæ, persuasissent peccatum viris, sed ab initio quæ prauis moribus fuerant in terrena ciuitate, id est in terrigenarum societate, amatæ sunt à filiis dei propter pulchritudinem corporis, quod bonum, dei quidem donum est, sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. Videtes filij dei filias hominũ quod essent pulchræ, acceperunt vxores sibi ex omnibus quas elegerant. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, videntes filij dei filias hominum quia bonæ sunt. Verbũ
B Hebraicum אלהים Elohim, communis est numeri, & deus quippe, & dij similiter appellantur, propter quod Aquila plurali numero, filios deorũ ausus est dicere, deos intelligẽs, sanctos, siue angelos. Deus enim stetit in synagoga Psalm. 81. deorum, in medio aũt deos discernit. Vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens, ait, videntes filij potentũ filias hominum, & reliqua. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur autem, quemadmodum potuerint angeli cum filiabus hominũ concũbere, vnde Gigantes nati esse perhibẽtur, quãuis nonnulli & Latini & Græci codices, non angelos habeant, sed filios dei, quos quidã ad soluendum istã quæstionem iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam angelorũ nomine nuncupari. Nã de homine Ioãne scriptũ est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã. Vnde credibilius Malach. 3. est homines iustos appellatos, vel angelos vel filios dei, concupiscentia lapsos peccasse cum fœminis, quàm angelos carnem non habentes, vsque ad illud peccatum descendere potuisse, quãuis de quibusdã dæmonibus qui sunt improbi mulieribus, à multis tam multa dicantur, vt non facile sit de hac re definienda sententia. IDEM XV. Cap. 23.
C DE CIVITATE DEI. Quod aũt ait, quod essent bonæ, pulchras intelligi voluit. Consuetudo quippe scripturæ huiꝰ est, etiã speciosos corpore, bonos vocare. THEODORETVS. Filios dei, quidã angelos male intellexerũt, neq; enim caro sunt, neq; terminus vitæ eorũ definitus est. Attẽte ergo scriptura diuina legi debet. Quæ ait, Ex Adã Seth, ex Seth Enos natum esse, deinde addit iuxta interpretationẽ Aquilæ, Tũc cœptũ est vocari in nomine domini, id est Enos primus ob insignẽ pietatẽ, dei appellatione dignus est habitus. Vnde ex illo nati filij, dei dicti sunt, vt à Christo christiani. Filij etiã Seth dij dicti sunt, eo quod virtutẽ colerẽt, ea ratione qua principes & iudices, dij in psalmis & Moyse dicuntur, qui quidem generi Cain à deo maledicti, nulla ratione se immiscuerũt per multos annos. Longo tamen post tempore, pulchritudine mulierũ ex stirpe Cain delectati sunt, & musicis instrumentis quæ à Iubal è generatione Cain orto inuenta sunt, atq; ita illis se immiscuerunt. GENNADIVS. Filios dei filios Seth esse ego quoq; arbitror, vtpote erga quos deus ipse affectum paternum & curam singulariter ostẽderit. Quales & Iacob & posteri dici possunt, ait enim apud Esaiã filios nutriui & exaltaui. CRYSOSTO-
D MVS. Scripturæ nãq; mos est, vt homines filios dei vocet. Et quia isti à Seth originẽ trahebant, qui filio suo Enos nomẽ indidit, dixit enim, Iste sperauit inuocando nomen domini dei, ab illo postea nati, vocati sunt filij dei in diuinis scripturis, eo quod parentes eorũ illius virtutẽ imitati sunt. Filios aũt Cain, & qui ex eo nati, & qui ante Seth geniti fuerunt, filios hominũ vocat. Filiasq; itidem hominum, illas quæ ab illis natæ sunt de quibus dixit, quod filiæ natæ sunt illis, & quod pulchræ essent. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Hi ergo auita benedictione religiosi, illæ paterna maledictione impudicæ. CHRYSOSTOMVS. Videntes, inquit, filij dei filias hominum quod pulchrę essent. Vide quomodo per verbum hoc, omnem nobis eorum intemperantiam insinuat. Non enim ob desiderium procreandorum filiorũ conueniebant, sed ob voluptatẽ & intemperantiam. Concupiscentia enim illos in hanc induxit pernicie, pulchritudo aspectus, & scortationis, & intemperantiæ eis occasio fuit. Et neq; hoc contenta scriptura, addit, Acceperunt vxores sibi ex omnibus quas elegerant, quod etiam magnam illorum intemperantiã insinuat, quod à pulchritudine victi sunt, & frenũ imponere inordinatæ concupiscentiæ suæ non voluerunt, sed spectando capti, submersi⁹ sunt, & ob impiũ hoc opus indignos se fecere, quorũ superne deus curam ageret. Et vt discamus, quod non lege nuptiarum, neq; procreandorum
E filiorum gratia hoc fecerunt, propter hoc dicit, vt viderunt quod pulchræ essent, sumpserunt sibimetipsis vxores de omnibus quas elegerant. Quid igitur? Reprehendet ne aliquis aspectũ oculorũ? Nõ, neq; enim oculus ruinæ causa fuit, sed volũtatis negligentia, & irrefrenata concupiscẽtia. Nã oculus propterea factus est, vt dum videt creaturas dei, ipsarũ conditor glorificetur. Itaq; oculi opus est videre. Male aũt videre, à mẽte est, quæ intrinsecus gubernat. Nã membra nostra vtpote vtilia ad facienda bona, condita sunt à domino, & gubernari possunt ab incorporea substantia, de anima dico. Postq̃ autem hæc negligens esse, & habenas laxare cœperit, quasi auriga, nescíens indomitorum equorum ferociam compescere, permissis frenis, & equos currũ trahentes, & seipsum in præceps ire facit. Sic plane & voluntas nostra, quandoquidẽ nescit mẽbris vt oportet vti, indulgens inordinatis cõcupiscẽtiis,
F seipsam submergi facit. Propterea dominus noster Iesus Christus, sciens fragilẽ nostrã naturã, & volũtatis negligentiã, legem posuit quæ muniret, & prohiberet curiosam considerationem, vt nascens in nobis incendiũ, cũ adhuc à longe est, extinguat, & inquit, Qui aspicit mulierẽ, vt concupiscat illã, iã adulterium commisit cum illa in Matth. 22. corde suo. Propter hoc inquit, interdico vobis illicitũ visum, vt ab opere illicito vos liberẽ. Ne putes, inquit, quod congressus solũ peccatũ faciat. Animus est, qui condẽnatur. Igitur & hi visæ pulchritudinis spectaculo capti sunt. Viderunt enim inquit, quod pulchræ essent, & sumpserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. EVCHERIVS. Deserto itaque bono magno, & bono proprio, lapsus est factus ad bonum minimum, non bonis proprium, sed bonis malisque commune, ac sic filij dei filiarum hominum sunt amore capti, atque vt eis conugibus fruerentur, in mores societatis terrigenæ defluxerunt, deserta pietate quam in sancta societate seruabant. Sic enim corporis pulchritudo, à deo quidem facta, sed temporale, carnale, infimum bonum. Huius igitur charitatis, hoc est, dilectionis & amoris ordine perturbato, deum filij dei, id est filij Seth, filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectionis neglexerunt,& filias hominum,id est Cain dilexerunt. RVPERTVS. Quorũ talis permixtio G
quam perniciosa bonis moribus fuerit,ex iunioribus facile colligi potest,verbi gratia,ex Salomone,qui cum esset
3.Reg.11. filius Dauid,vel filius Abraham,ac per hoc de filiis dei,ex eo quod accepit vxores sibi de filiabus hominum, ama
Deute.7. uit enim mulieres alienigenas multas,filiam quoque Pharaonis,& Moabitidas & Amanitidas,Idumęas,& Sydo-
nias,& Cætheas de gentibus, super quibus dixit dominus filiis Israël,Non ingrediemini ad eas,neque de illis in-
gredientur ad vos,ex eo(inquam)deprauatus est,quia auerterunt cor eius mulieres,vt adoraret deos earũ,& ædi-
ficaret phana idolorum.Proinde sapienter, & ante legem quæ huiusmodi connubia prohibuit,sancti viri sibi vel
filiis suis præcauerũt,vt Abraham,dum dixit ad seruum seniorem domus suæ qui præerat omnibus quæ habebat,
Gene.24. Pone manum tuam super fœmur meum,vt adiurem te per dominum deum cœli & terræ,vt nõ accipias vxorem
filio meo de filiabus Chananæorum,inter quos habito, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris,& in-
Gene.27. de accipias vxorem filio meo Isaac. Sed & Rebecca dixit,Si acceperit filius meus Iacob vxorem de stirpe huius
terræ, nolo viuere. Claret igitur malum non paruum fuisse filiis dei, quia videntes filias hominum quod essent H
Colla.8. cap.21. pulchræ,acceperũt sibi vxores ex omnib° quas elegerãt. EX COLLATIONIBVS PATRVM.
Nullo modo credendum est spiritales naturas coire cum fœminis carnaliter posse. Quod si aliquando hoc secun
dum literam fieri potuisset,quomodo nunc quoque vel frequenter,vel raro idipsum non euenire contingeret, &
absque semine vel coitu viri aliquos nasci similiter de mulieribus conceptu dæmonum cerneremus,cum præser-
Eccles.1. tim constet eos libidinum sordibus admodum delectari, quas proculdubio per semetipsos exercere plusq; per ho
mines mallent, si illud vllo modo potuisset impleri? Eccleſiaste quoque idipsum pronunciante, Quid est quod
fuit? idipsum quod est:& quid est, quod factum est? idipsum quod fiet,& non est omne recens sub sole quod lo-
quatur & dicat, Ecce hoc nouum est, iam fuerunt in seculis quæ fuerunt ante nos.Sed ita quæstio historiæ huius
absoluitur.Post necem Abel iusti, ne à fratricida & impio omne hominum genus exordium sumeret, in locum
Gene.5. fratris extincti nascitur Seth,qui non solum posteritati, sed etiam fraternæ pietati succederet. Cuius progenies I
secuta patris iustitiam, à societate coniunctione cognationis illius,quæ ex Cain sacrilego descẽdebat,semper di-
uisa permansit,sicut etiam genealogiæ descriptio manifeste declarat. Itaque illa generatio quæ de Seth iusti pro-
pagine descendebat,suæ lineę iugiter,& agnationi permixta,in patris atque attaui sanctitate longa ætate durauit,
nequaquam,scilicet sacrilegiis ac malitiæ nequissimæ prolis infecta,quæ in semet impietatis germen velut attaui
traditione retinebat insertum. Donec ergo perseuerauit inter illos generationis eorum ista discretio semen illud
Seth, vtpote de optima radice procedens,pro merito sanctitatis tam suæ quàm patrum angeli dei,siue vt diuersa
exemplaria continent, filij dei vocati sunt, & è contrario illi propter impietatem vel suam, vel patrum suorum,
& opera terrena,filij hominum nuncupantur.Cum esset ergo inter ipsos vsque ad illud tempus hæc vtilis, bona-
que diuisio, videntes post hæc filij Seth,qui filij dei erant,filias eorum quæ de Cain progenie nascebantur, deside
Gene.6. rio pulchritudinis earum accensi,acceperũt sibimet de ipsis vxores, quæ viris suis infundentes nequitias patrum
Psal.81. suorum, ab illa eos ingenita sanctitate ac simplicitate paterna protinus corruperunt.Ad quos satis congrue dire-
ctum est illud eloquiũ,Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes.Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus K
de principibus cadetis.Quique ab illa vera physicę prophetię disciplina tradita sibi à maioribus exciderunt,quam
primus homo ille qui vniuersarum naturarum institutionem euestigio subsequutus est, potuit euidenter attin-
gere,suisq; posteris certa ratione transmittere.Hanc ergo scientiam omnium naturarum per successiones genera-
tionum semen Seth paterna traditione suscipiens,donec diuisum à sacrilega propagine perdurauit, quemadmo-
dum sanctè perceperat,ita etiam vel ad dei cultum,vel ad vtilitatem vitæ communis exercuit. Cum verò fuisset
impiæ generationi permixtum, ad res prophanas ac noxias,quæ pie dedicerat,instinctu quidem dæmonum diri-
uauit,curiosasq; ex ea maleficiorum artes atque præstigias,ac magicas superstitiones audacter instituit,docens po
steros suos,vt sacra illa cultura diuini nominis derelicta, vel elemẽta hæc vel ignem vel aëreos dæmones vene-
rarentur,& colerent. Hæc igitur quam diximus curiosarum rerum notitia quomodo diluuio non perierit, ac su-
peruenientibus seculis innotuerit,licet hoc minime absolutio propositæ quæstionis exposcat, tamen quia nos oc-
casio huius expositionis admonuit perstringendum breuiter puto. Quantum itaque antiquæ traditiones ferunt, L
Cham filius Noë, qui superstitionibus istis,& sacrilegis fuit artibus, ac prophanis infectus,sciens nullum se posse
super his memorialem librum in arcam prorsus inferre, in qua erat vna cum patre iusto, ac sanctis fratribus in-
gressurus,scelestas artes,& prophana commenta diuersorum metallorum laminis,quę scilicet aquarum non cor-
rumperentur iniuria,& durissimis lapidibus insculpsit.Quæ diluuio peracto eadem qua illa celauerat, curiositate
perquirens,sacrilegiorum ac perpetuæ nequitiæ seminarium transmisit in posteros. Hac itaque ratione illa opi-
nio vulgi,qua credunt angelos vel maleficia,vel diuersas artes hominibus tradidisse,in veritate completa est. De
illis ergo quemadmodum diximus,filiis Seth & filiabus Cain nequiores filij procreati sunt,qui fuerunt robustis-
simi venatores, violentissimi ac truculentissimi viri, qui pro enormitate corporum, vel crudelitatis ac malitiæ,
gigantes nuncupati sunt.Hi nanque fines inuadere ac rapinas inter homines agere primi cœperunt, præda potius
exigere vitam suam quàm sudore operis sui,ac labore contenti.Et quorum vsque adeo scelera supercreuerant, vt M
nisi inundatione diluuij aliàs mundus expiari non posset.Ita ergo filiis Seth libidinis instigatione transgressis il-
lud mãdatum, quod ab exordio mundi huius naturali instinctu diutissime fuerat custoditum,necesse fuerat per
Deute.7. literam legis postea reparari. Filiam tuam non dabis filio eius vxorem, nec de filiabus eorum accipies filio tuo,
quia seducent corda vestra,vt discedatis à deo vestro,& sequamini deos earum, ac seruiatis eis. CAIETA-
NVS. Cumq; cœpissent homines multiplicari super terram.Ne putaretur vitiorum copiam incœpisse tempore
Noë,manifestat Moyses, quod longe prius abundauit multitudo peccatorum quæ meruit diluuium, & explicat
quod à tempore quo incœpit multiplicatio hominum, simul multiplicata est vitiorum copia. Filius autem tam
Elohim quàm hominis,non est nomen originis,sed studij.Hebræo siquidem more Moyses loquitur quo filij nu-
ptiarum,filij lucis,filij huius seculi,& huiusmodi multa dicuntur. Ita quod filij Elohim appellantur iusti, vtpote
studentes iis quæ diuini iudicij sunt, & profitentes sectari se diuinam iustitiam.Et similiter filiæ hominis appel-
lantur

A lantur mulieres studentes iis quæ hominis sunt,studentes placere hominibus.Declinatio itaque iustorum ex pul-
chritudine mulierum describitur.Multitudo autem vitiorum manifestatur ex casu iustorum, vt ex hoc quod iu-
sti ex tunc declinauerunt à recto,intelligatur innumera multitudo peccantium,imò vitia fuisse tunc communia.
Acceperunt(inquit)vxores sibi ex omnibus quas elegerunt.Ardorem profitentium iustitiam ad pulchritudinem
mulierum describit, ex eo quod non sufficiebat ipsis vt acciperẽt mulieres pulchras, sed ex pulchris eligebant,&
non ex aliquibus,sed ex omnibus, vt hinc intelligamus percussum iustorum animum vehemẽter à pulchritudine
mulierum. AVCTOR CATENAE. Descripturus Moyses vniuersale diluuium, illius potissimã causam
præmittit,luxuriæ videlicet peccatum. Cum itaque homines numero aucti,toto orbe terrarum diuisi, feruentius
libidini operam darent,& filias potius quàm filios genuissent,promiscuo abutentes concubitu,in peccatis securi,
iudiciorum dei & verbi eius contemptores,idq; impietatis vigeret,non in populo tantum,sed etiam in principi-
B bus,inopes opprimentibus per tyrannidem.Cum itaque tunc ita res sese haberent,filij dei videntes filias hominũ
quod essent pulchræ,acceperunt eas sibi in vxores ex omnibus quas elegerunt.Locus obscurissimus maximos pe-
perit errores, in variasq; sententias hominum mentes distraxit.Filios enim dei, angelos esse putauit Lactantius,
neque eos bonos,sed eos qui mulierum concubitum appetierint, ex hisq; tertium quoddam genus procreauerint
id est dęmonas.Cuius opinio tanquam quid profanum atque impium,non solum à sacris scriptoribus refellitur,
sed etiam in christiana religione est commentum improbissimum. Ait siquidem Theodoretus, stupidi quidam,
vehementerq; desipientes homines, hos dei filios angelos esse putarunt, suæ fortasse improbitatis patrocinium se
habituros sperantes,si tanti sceleris reos angelos agerent.Alij filios dei,intelligunt filios Seth,filias autem homi-
num,filias Cain. Duæ enim lineæ ductæ ab Adam sunt, eorum qui ex Cain essent procreati, & qui ex Seth, qui
suffectus est in locum Abel, quem interfecerat Cain.Qui ergo à Cain originem acceperunt,non fuerunt patri dis
similes,sed cum in aliis facinoribus,tum in homicidiis paternam impietatem referebant. Qui autem ex Seth du-
cerentur,hi quoque patris pietatem ac modestiam persecuti sunt.Erantque hi non tam genere vitæ discrepantes,
C quàm loco, alteri alteros execrabantur, à sese procul disiuncti. Vigebántque in genere Cain stupra,adulteria,ve-
neficia,homicidia,at apud illos,pietas,religio,deiq; summa veneratio, ob eamq; rem dei filij nuncupabantur,ni-
mirum sacrum ac cœleste genus.Annis autem decurrentibus,totoq; vertẽte mundo,corrupta omnia sunt. Prima
corruptelæ fuit causa, eorum qui dei filij haberentur, cum illo genere pessimo, sceleratissimáq; natione admistio.
Cumq; diuinum genus esset potentissimum ac nobilissimum, pulchritudine infamium mulierum capti, eas sibi
vxores acceperunt,quarum commertio & ipsi polluti sunt, auersiq; à religione, & hi quos succedentibus tempo-
ribus procreassent,sceleratissimi,bellis,homicidiis,violentia,adulteriis insignes.Alij filios dei opinantur filios iu-
dicum,ac virorum præpotentum,eorumq; qui gerant res publicas,qui ex more linguę Hebraicę dij nuncupentur,
quod sint instar deorum in terris.Eosq; summus pater deos appellari voluit,vt & ipsi sese quid forent agnoscerẽt,
& alij eos maxime venerarentur.Frequentissimeq; inuenies,iudices ac sacerdotes deos appellari, vt in Exodo, Et
D applicabit eum dominus suus ad heloim,hoc est,iudices,vt interpretantur omnes. Dei ergo filios,iudicum filios
vocari,qui propter patrum auctoritatem nullum facinus eo tempore non auderent, adiuuante eorum scelera,
ipsa corrupta tempestate,opprimentes inopes,eorumq; puellas constuprãtes.Vt autem scelus Sodomitarum præ-
postera libido fuisse memoratur, ita quoque tempestate illa vigebat violentia & oppressio. Præualebant igitur fi-
lij dei in alios homines,omniaq; luctibus ac bellis perturbabant.Corruptis autem principibus,facile reliqui depra
uati sunt,in quos principum impuritas deriuabatur.Aeditio etiam Chaldaica quæ & ipsa veridica est, filios prin-
cipum legit.Hæc & superior videtur verisimilior sententia,& quæ magis viris grauissimis placeat, omnesq; scri-
ptores Græci videntur horum alteri adhærere.Effrenatis itaque concupiscẽtiæ oculis filij dei,id est vel principum
& iudicum terrę, vel religiosi de progenie Seth, qui meliores erant, aspiciebant filias impiorum, non desiderio
prolis matrimonia ambientes, sed saturandæ libidinis, scortationis occasionem captantes. Acceperunt (inquit)
vxores,nimirum plures,sine lege,nunc vnam,nunc alterã,pro arbitrio,simulq; nota,quod vbi nos legimus,quod
E essent pulchrę,Hebraicè habet טֹבֹת toboth.Ex quo loco elicitur,etiã in eo sermone,hoc est,vera ac natiua generis
humani lingua,pulchrum & bonũ eadem voce significari,siquidem tob,& bonum & pulchrũ signat. Neq; igitur
bonitas à pulchritudine seiũgitur neq; pulchritudo ab honestate ac bonitate. Quod magis erat in hac lingua ob-
seruãdum,quod in ea voces,rerum naturas sequuntur.Fit etiã id in lingua Græca voce καλὸν,& Latina aliquãdo.
CHRYSOSTOMVS. Sed videamus & post illicitam illorum operationem & intemperantem animũ,domi
ni dei bonitatem. *Dixitque(inquit)deus,Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est. Eruntque dies illius*
centum viginti annorum. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera,nõ per-
manebit spiritus meus in hominibus istis in æternum,quia carnes sunt.In Hebræo scriptum est,Non iudicabit spi
ritus meus homines istos in sempiternum,quoniam caro sunt,hoc est,quia fragilis est in homine conditio, non
eos ad æternos seruabo cruciatus,sed hic illis restituã quod merentur. Ergo nõ seueritatẽ,vt in nostris codicibus
legitur,sed clementiã dei sonat,dum peccator hic pro suo scelere visitatur.Vnde & iratus deus loquitur ad quos-
F dã,Non visitabo filias eorum cum fuerint fornicatæ,& sponsas eorũ cum adulterauerint.Et in alio loco, Visitabo Osee.4.
in virga iniquitates eorum,& in flagellis peccata eorum,veruntamen misericordiam meam non auferam ab eis. Psal.88.
Porro ne videretur in eo esse crudelis,quod peccantibus locũ pœnitentiæ non dedisset,adiecit,sed erunt dies eorũ
centũ viginti anni.Hoc est,habebunt centũ viginti annos ad agendã pœnitentiã.Nõ igitur humana vita,vt mul-
ti errant,in centũ viginti annos contracta est,sed generationi illi centum viginti anni ad pœnitentiam dati sunt.
Siquidem inuenimus quod post diluuiũ Abrahã vixerit centum septuagintaquinq;,& cæteri amplius ducentis &
trecentis annis.Quia verò pœnitentiam agere contempserunt,noluit deus tempus expectare decretum, sed vigin
ti annorũ spaciis amputatis,induxit diluuiũ anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. AVCTOR CA.
An forte sententia hęc,viginti annos antequam Noë genuisset filios,lata est? Sexcentesimo enim vitæ eius anno,
inundauit diluuium,quingentesimo autem nati sunt ei tres filij, potuit ergo viginti annos antè,ea sententia in ge
nus humanum ferri, & centũ & viginti anni integri ad pœnitentiã expectati, vt sic vere dicatur, Misericordia &

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritas obuiauerunt sibi. AMBROSIVS. Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt. Spi- G
Exo.31. ritus sanctus spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis. Habet ergo sapientiam, habet & disciplinam. Sicut & de
Beseleel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura, Quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ. Hic ergo spiritus datur hominibus, sed non permanet. Qua autem ratione non permanet, causa
Ioan.1. proditur, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinæ repugnat, quia voluptati obtemperat. Denique de solo domino Iesu scriptum est, super quem videris spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eum, hic est qui
Act.2. baptizat spiritu sancto. In eo manebat, quē nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant, quominus incorruptæ & impermixtæ ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem. AVGVSTINVS XV.
Cap.23. DE CIVITATE DEI. Non permanebit spiritus meus in homine in æternū, &c. Spiritu quippe dei fuerant facti angeli dei, & filij dei, sed declinando ad inferiora, homines dicuntur, nomine naturæ non gratiæ, dicuntur & caro desertores spiritus, & deserendo deserti. CHRYSOSTOMVS. Non permanebit spiritus meus H
in hominibus in seculum, eo quod ipsi carnes sunt. Hic in breuibus verbis abyssus misericordiæ videri potest. Spiritum enim hic vocat vim suam, qua curam nostri agit, quæ illorum interitum prænunciat. Et vt scias, quod de
hoc sit sermo, vide quid subdatur. Eo quod ipsi (inquit) carnes sint, hoc est, eo quod carnalibus operibus se ipsos to
tos dedunt, & animę substantia abutuntur, & quasi sola carne circundati, anima carerent, sic vitā suam absumunt.
Roma.8. Perpetuus enim scripturæ mos est, carnem vocare carnales, sicut & virtute præstantes, carnis expertes nominat, quemadmodum Paulus dicit, Vos autem non estis in carne, non quod non carne circundati, sed quia carne circundati, superiores erant carnalibus affectionibus, & sensibus. Nam sicut dicebat, Vos autem non estis in carne, eo quod carnalia despiciebant, ita & de illis dicitur, quod sint carnes, eo quod carnalibus rebus continuo erant occupati. Et quia ipsi sunt carnes, non iam concedam eis peccatis suis coinquinari. Vidisti indignationis magnitudinem? Vidisti minarum excellentiam? Considera etiam quomodo indignationi & interminationi misericordiā admiscuit. Talis enim est dominus noster, minatur sæpe, non vt opere compleat minas, sed vt correctis nobis mi
nas non ad opus perducat. Alioqui si punire vellet, cur prædiceret? sed quia non vult, semper cessat, & morām ne- I
ctit, & differt, & prædicit, occasionē reis præstans, vt fugiendo malitiam, & apprehendendo virtutem, pœnas non experiantur. Itaq; postquam interminatus est illos se exterminationi generali traditurum, hoc enim est, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi sunt carnes, pro eo quod est, Non sinam illos posthac viuere, non contentus quingentorum annorum longanimitate, qua per omnem vitam Noë, audito illius nomine docebantur, nunc iterum producens & differens indignationē, aliud illis tempus præscribit, & dicit, Interminatus sum, & dixi, & manifestaui meam indignationē, quam ob multitudinē peccatorū quæ operati estis, vobis inferri iustū est, sed quia etiā eos qui incurabiliter peccauerunt, saluari volo, nullūq; perire, idcirco vobis indulgeo, & tempus centum viginti annorum, vt si volueritis, & peccata abolueritis, resipiscendoq; & in meliora vos conuertendo, virtuti studueritis, & pœnas & pericula effugiatis. Erunt enim (inquit) dies eorū anni centum viginti. Hūc
aūt centū viginti annorum numerum, aliqui putant terminum vitæ esse. Non hoc autē significat, sed nunc lōga-
nimitatem ostendere vult, quā & post hæc peccata in ipsos ostendet. DIODORVS. Non permanebit spiri- K
tus meus in æuum in hominibus istis. Aeuum hoc loco totum spatium vitæ hominis significat, ac si dicat. Hi homines non viuent totum illud tot annorū spatiū, quod iuxta maiores suos viuere deberent, sed centū viginti dun
Cap.31. taxat annos. His ergo non aliis dixit. GREGORIVS XIIII. MORALIVM. In sacro eloquio aliter ca
Gene.2. ro dicitur iuxta naturam, atq; aliter iuxta culpam, vel corruptionē. Caro quippe iuxta naturam, sicut scriptum est,
Ioan.1. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et, verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Caro vero iu-
Gene.6. xta culpam, sicut scriptum est, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quod sunt caro. Et sicut psal-
Psal.77. mista ait, Memoratus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens. Vnde & discipulis Paulus dicebat, Vos
Gal.4. autem in carne non estis, sed in spiritu. Neq; enim in carne non erant, quibus epistolas transmittebat, sed quia pas
Cap.15. siones carnalium desideriorum vicerant, iam liberi per virtutē spiritus, in carne non erant. IDEM IN PRIMO REGVM. Caro quippe homo efficitur, quando sensui carnis ratio subiugatur. ALBINVS. Spiritus
hoc loco iram significat, caro autem humanæ naturæ fragilitatem. RVPERTVS. Non permanebit spiritus L
meus in hominibus istis in ęternū, quia caro sunt. Et est sensus. Ecce homines omnes carnem sequendo, viam suā corruperunt. Nonne ergo pro re dixi, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, nūc ergo videte, ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitę, & comedat, & viuat in æternum, & emisit eum de paradiso voluptatis? Quid enim futurum erat, si viueret homo in æternum, cum certissime moriturus, & quotidie moriens etiam nunc, corruperit omnino viam suam? Igitur sicut tunc prouidens dixi, sic & nunc confirmata sententia dico, quia spiritus meus, id est spiritus à me ad imaginem meam factus, non permanebit in hominibus in æternum, quia cū deberent spirituales esse homines, caro sunt, solaq; ea quæ carnis sunt sapiunt. Adeo in sententia perdurabo, vt nō modo non viuat homo in æternum, verum etiam breuius viuendi tempus, & pauciores sint anni singulorum. Et erunt (inquit) dies illius centum viginti annorum, alij quidem paulo plures, alij paulo pauciores, post diluuium
Deute.34. vixerunt annos, vt Iacob, qui centum quadraginta septem, vt Ioseph, qui centum & decem vixit annos, sed eius
Nume.12. qui hæc scribit, scilicet Moysi, dies fuere centum viginti annorum. Sic enim de illo scriptum est, Moyses centum M
viginti annorum erat quando mortuus est. Miroq; ac pene ineffabili modo, vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, se ipsum in illam congeriem morientium, ac propter corruptionem vitæ suæ pauciore tempore viuētium, opportune importune ingerit, quodammodo deflens, quod illic secundum dei præscientiam percussus ipse fuerit, vt moriturus non saltē tempora Matusalę implere posset, quatenus ingrediatur terram repromissionis, sed sint dies eius pauci, id est anni tantum centum viginti. THEODORETVS. Antiqui enim il
li, & primi seculi homines, in longum tempus vitam traducebant, ac cum multis mulieribus rē habebāt, vt huma
nū genus propagaretur. Vnde & post diluuium vsq; ad patriarchas diu viuebāt. At postq̄ terrarum orbis hominibus repletus est, breues dies hominū esse cœperūt. AVCTOR CA. Nō permanebit spiritus meus in homine
in æternū. Hebraicē ita legitur לֹא יָדוֹן רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם lo iadō ruhi baadā leolā. Quod variis modis exponit. Alij,

Non

A Non disceptabit, non certabit, siue non litigabit spiritus meus in homine in æternum, vt sit futurum à verbo dun, quod etiam contendere, certare & litigare significat. Quidam non vaginabit seu vaginabitur spiritus meus, id est non permanebit sicut gladius in vagina, spiritus meus in corpore humano. Neden enim vagina est, à quo fieri dicunt verbum nadan, quod vaginare, induere, subire & manere significat, quod tam Septuaginta quàm interpres nostri verbum secuti sunt. Siquidē Septuaginta, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου, id est, Non permaneat spiritus meus, dixere. Alij, Non iudicabit spiritus meus, ab eodem verbo dun, quod etiam iudicare significat, verterūt. Quem etiam sensum Septuaginta interpretes intelligere potuerunt, cum dixerunt, Non permanebit. Neque enim aliud id significat, quàm non imperabit, non regium locum ratio in posterum obtinebit. Auferam sanctum spiritum meum ab eis, & bonitatem meam, neque patiar vltra nasci homines. Licet in Hebraicis quæstionibus Hieronymus non approbet apud æditionem Septuaginta, & Hebraicum verbum non iudicabit, sed in alium sensum diuertat. Spiritus autem dei, non quo deus ipse viuit, intelligitur, sed quem singulis diebus effundit in corpora. Atq;
B idcirco suū appellat, sicut & alibi vētus appellatus est spiritus domini. Videtur ergo minari dominus interitū, qui per diluuium consequutus est. Quod autem dixit leolam, id est in æternum, certum est dictionem hanc non perpetuo æternitatem significare, præsertim iuxta Hieronymi traditionem ad Galatas capitulo primo, quando sine litera vau scribitur, sed durationem aliquam, quæ tamen aliquando rumpatur, permulta enim in scripturis æterna promittuntur, quæ tamen breuissima temporum spacia obierunt. Promittitur Abrahæ, terram in qua tum peregrinaretur, æternam possessionem semini suo futuram. Promittitur Dauid, regium sceptrum perenne in domo sua futurum, quod tamen celeriter ereptum est, nisi forte mysticè hæc interpretari velis. Eodem modo hic minatur se genus humanum in sempiternum aboliturum, quod per Noë reparatum est, qui eiusmodi minis non erat obnoxius. Quod & Chaldaica sensit æditio, inquiens, Non permanebit generatio pessima hæc coram me in æternum, eo quod caro sunt, & opera eorum pessima. Dixit igitur dominus, voluit, decreuit, non se diutius vel perpetuo passurum tantam hominum malitiam. Vidit enim contumacem & inemendabilem, non obtemperantem,
C nec rationi, nec monitis hominum. Pro eo quod etiam ipse caro est. Bestias (inquit) carnales creaueram, hominem verò ratione, intellectu & lege, supra feras extuleram, sed adeo etiam homines ipsi degenerant in bestialitatem, vt non nisi carni sese dedant. Prolongabo tamen eis ad pœnitentiam tempus, vsque ad centum viginti annos, in quo si se emendare contemperint, diluuio præfocabo. Quam sententiam clarius Chaldaica æditio quàm nostra seu Septuaginta exprimit, habens: Et terminus dabitur eis centum & viginti annorum, si forte conuertantur. Sciendum verò, deum homines diuersimode punire. Quandoque enim extra parcendo, Osee quarto, Non visitabo filias vestras cū fornicatæ fuerint. Quandoque flagella inferendo, Esaiæ quadragesimo septimo. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatē meam, & dedi eos in manu tua. Quandoque concupiscentiis tradendo, Romanorum primo, Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt con
tumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Quandoque excæcando & indurando, Esaiæ sexagesimo tertio. Qua-
D re errare nos fecisti domine de viis tuis, & indurasti cor nostrum ne timeremus te? *Gigantes autem erant super terram in diebus illis.* HIERONYMVS. In Hebræo ita habet, Cadentes erant in terra in diebus illis, id est הַנְּפִלִים *nephilim*. Pro cadentibus siue gigantibus, violētos interpretatus est Symmachus. Et angelis & sanctorum liberis, conuenit nomen cadentium. AMBROSIVS. Non poëtarum more gigantes, terræ filios vult videri diuinæ scripturæ conditor, sed ex angelis & mulieribus generatos asserit, quos hoc appellat vocabulo, volens eorum exprimere corporis magnitudinem. CHRYSOSTOMVS. Gigantes hic à scriptura dici opinor, non inusitatum hominum genus, aut insolitam formam, sed heroas & viros fortes, ac bellicosos. Ex illis (inquit) generatio illorum aucta est, id quod & alio loco videre licet. Gigantes (inquit) veniunt, vt furorem meum placent. DAMASCENVS. Gigantes ergo eos hic appellare scripturam existimo, qui robustissimo essent corpore. Vt illud, Non saluabitur Gigas in multitudine virtutis suæ. THEODORETVS. Gigantes fuisse dicunt nonnulli eos qui multos annos vixerunt. Alij aduersarios ac rebelles deo intelligunt. Ego verò cum audio diuinam scripturam dicentem de Enoch, quod erat de stirpe gigantū, & de Ogh rege, quod lectus eius erat ferreus, nouem
E cubitorum longitudine, & quattuor latitudine, & quod è Raphaim, hoc est, gigantibus esset, & exploratoribus di centibus se tanquam locustas in conspectu eorum esse. Ipso quoque domino asserente, Tradidi tibi Amorræum, cuius altitudo erat instar cedri, & fortis erat sicut quercus. Et de Goliath scriptum est, quod quattuor cubitorum & palmi erat longitudo eius. Puto fuisse quosdam quàm maximæ staturæ homines, deo ita disponente, vt cognoscerent homines non infirmitatis diuinæ fuisse, tam proceram staturam non omnibus datam, facile enim illi erat alios quoque huiusmodi facere. Sed vt mentis tumorem atque iactantiam amputaret, cum & homines tam par-
uæ staturæ etiam aduersus deum insurgant. AVGVSTINVS DECIMO QVINTO DE CIVITA- Cap.23.
TE DEI. Igitur secundum scripturas canonicas Hebræas atque christianas, multos Gigantes ante diluuium fuisse dubium non est, & hos fuisse ciues terrigenæ societatis hominum, dei autem filios qui secundum carnem de Seth propagati sunt, in hāc societatem deserta iustitia declinasse. Quos propterea creare placuit creatori, vt e-
F tiam hinc ostenderetur, non solum pulchritudines, verumetiam magnitudines & fortitudines corporum, nō magnipendendas esse sapienti, qui spiritalibus atque immortalibus longe melioribus atque firmioribus, & bonorum propriis, non bonorum malorumq; communibus beatificatur bonis. Quam rem alius propheta commendans ait, Baruch.3.
Ibi fuerunt Gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes prælium. Non hos elegit dominus, nec viam scientiæ dedit illis, sed interierunt, quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter inconsiderantiam. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. De Gigantibus, id est nimiū grandibus atque fortibus, puto non esse mirandum quod ex hominibus nasci potuerunt, quia & post diluuium quidā tales fuisse reperiuntur, & quædam corpora hominum ad incredibilem modum ingentia, nostris quoque temporibus extiterunt, non solum virorum, verumetiam fœminarum. INTERLINEARIS. Gigantes autem erant super terram in diebus illis, id est immanes corpore, superbi viribus, inconditi moribus, vnde gigātes, id est filij terræ dicuntur. RVPERTVS. Pro gigantibus alij cadentes, alij violentos transtulere, ex Hebræo interpretantes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.81. pretantes.Cadentes autem recte dicuntur,id est superbi,quicunque potentes à seculo sunt,vel viri famosi. Nam 6
hoc ipsum superbire,cadere est,iuxta illud in psalmo,Vos autem sicut homines moriemini,& sicut vnus de prin
2.Reg.3. cipibus cadetis.Alias autem si pro magnitudine staturæ gigantes placet hic accipi,nunquid commixtio filiorum
dei,& filiarum hominum,aliam naturam fecit, vt nascerentur homines mirandæ proceritatis? Ergo gigantes,id
est superbi, videlicet ex eo superbientes, quod essent vtraque gente generosi, scilicet tam secundum Seth,quàm
Gene.16. riuatus.Mater enim eius Maacha,filia fuit Tholomai regis Gessur. Sed & Ismael quanuis esset nothus,id est hu-
mano genere impar,tamen quia consanguinitatem trahebat duabus ex gentibus,quippe qui paterno genere He-
bræus,materno autem erat Aegyptius,potens à seculo fuit,vir famosus, id est homo ferus,siue superbus. AVC-
TOR CATENAE. Gigantes Hebraicè nuncupantur Nephilim,à naphal quod cadere significat dicti.Non
quod hi incubi aut succubi fuerint dæmones,qui fœminarum amore capti sint, omnésque homines nefando se-
mine corruperint,vt Hebræorum nonnulli voluere,qui hos de cœlo lapsos interpretantur, quorum vt posterius H
verum est,sic prius à christiana veritate abhorret. Sed gigantes dicuntur viri fortes ac robusti, quos ita Græci à
fortitudine quasi terræ filios nuncuparunt,nam Gigantes quasi gigenis,hoc est,terrigenæ dicuntur. Qui nempe à
naphal,id est cecidit,appellantur nephilim,quia omnes qui in eos inciderent,corporis vastitatem mirati, ac for-
midine correpti,corruebant , vel quia eorum timor super alios irruebat . Erant igitur in tempore illo Gigantes,
hoc est,vasti corpore,heroes,viri robusti,oppressores hominum,violenti,passim se mutuo prosternentes, qui ra-
piebant,grassabantur,libidinabantur. CHRYSOSTOMVS. Igitur vt discamus,quod illi post indignatio-
nem & minas,& tanti temporis longanimitatem,quam ipsis in pœnitentiam dederat deus,non solum nihil pro-
fecerunt,sed in iisdem moribus perseuerauerunt,propterea dicit. *Postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum*
illæque genuerunt,isti sunt potentes à seculo,uiri famosi. Vidisti ingratitudinis excellentiam? vidisti stupidas, & dolo-
Prou.18. ris sensu carentes animas? Neque pœnæ timor,neque longanimitatis tempus destituit illos à malis operibus, sed
semel in præceps deiecti,& mentis oculo excæcati à mala concupiscentia,quasi ab ebrietate quadam demersi, re- I
dire vltra noluerunt. Quemadmodum & sapiens quidam dicit, Impius cum in profundum ceciderit malorum,
contemnit.Graue enim,graue est dilecti,capi laqueis diaboli . Anima enim postea quasi in retibus comprehensa,
& quasi sus in luti volutabro oblectatur,& in mala consuetudine deprehensa,neque sentit peccatorum fœtorem.
Ideo opus est vt sobrij & vigiles simus,ne ab initio diabolo ingressum concedamus,vt ne dum obtenebrata fue-
rit nostra ratio,& excæcata mentis perspicacia, faciat quasi priuatos huius solis lumine, ne valeas in radios solis
iustitiæ contueri,& ita in præceps ferarıs,id quod & illis tũc accidit. AVGVSTINVS DECIMOQVIN-
Cap.23. TO DE CIVITATE DEI. Sed & postquam hoc factum est,nati sunt Gigantes.Sic enim ait, Gigantes
autem erant super terram in diebus illis.Et post illud,cum intrarent filij dei ad filias hominum . Ergo & antè in
illis diebus,& post illud.Quod autem ait,secundum aliam literam, Et generabant sibi, satis ostendit, quod prius
antequam sic caderent filij dei,deo generabant non sibi,id est non dominante libidine coëundi,sed seruiente of- K
ficio propagandi,non familiam fastus sui,sed ciues ciuitatis dei,vt ponerent in deo spem suam, similes illius qui
natus est de Seth,filius resurrectionis,& sperauit inuocare nomen domini dei, in qua spe essent cum suis posteris
cohæredes æternorum bonorum,& sub deo patre fratres filiorum.Nec mirandum est quod etiam de ipsis Gigan
tes nasci potuerunt,Neque enim omnes Gigantes fuerunt,sed magis multi vtique tunc fuerunt,quam post dilu-
uium temporibus cæteris. CAIETANVS. Describuntur autem Gigantes à Gigantibus geniti,tum à robo
re corporali,tum à fama æterna,dum dicitur,Isti sunt potentes à seculo,viri famosi,vel iuxta Hebræum,Isti for-
tes,qui ab æterno viri nominis.Ab æterno autem dicit Hebraico more,longissimam durationem significans. In
quibus comprehenduntur fortia gesta,prælia,subactiones,violentiæ,& id genus reliqua . Quæ lege in Beroso.
AVCTOR CATE. Postquam enim ingressi sunt,& cæte. Hebraicè habetur וְגַם אַחֲרֵי כֵן אֲשֶׁר יָבֹאוּ בְּנֵי הָאֱלֹהִים
אֶל בְּנוֹת הָאָדָם vegam ahare chen aser iabóu bene haelohim el benoth haadam,id est.Et etiam post sic vt ingres-
si sunt filij dei ad filias hominum.Et est sensus,quod Gigantes isti fuerunt etiam post coniugia iustorum cum fi-
liabus hominum. Ac si diceret , non solum Gigantes geniti fuerunt ex aliis coniugiis , verum & ex istis quoque. L
Septuaginta etiam καὶ μετ' ἐκεῖνο, ὡς ἂν εἰσεπορεύοντο οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ,& cætera,habentes,hoc est,Et post illud,postquã
ingressi sunt filij dei,& Chaldaica,Et etiam postquam ingressi sunt filij principum ad filias hominum, & genue-
runt eis,sensum eundem expresserunt.Quod autem nos potentes dicimus,& Hebraicè gibborim, id est fortes &
robusti nuncupantur. Septuaginta nullum horum addunt , sed tantum ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ γίγαντες ἀπὸ αἰῶνος, οἱ ἄνθρω-
ποι οἱ ὀνομαστοί,dixerunt,hoc est, Isti fuerunt gigantes à seculo, homines nominati , eandem sententiam aliis ver-
bis exprimentes.A seculo autem,id est à principio seculi,aut longo tempore dictum est,iuxta illud Baruch tertio,
Ibi fuerunt Gigantes nominati,illi qui ab initio fuerunt statura magna,scientes bellum,non hos elegit dominus.
Gigantes igitur huiusmodi,post omnia latrocinia & violentias, aggrediebantur filias hominum, libidine corru-
pti turpissima, filiósque genuerunt sibi robustos,violentos,feroces, hominum oppressores . Ex immanibus flagi-
tiis suis nomen sibi parantes perpetuum,quale genus hominum audax & truculentum,ad præsens vsque seculum M
Mysticè perdurat,orbis infame incommodum,onus importabile piis,infaustum & execrabile.
AMBROSIVS. Nunc autem consideremus,ne forte Gigantum sint similes , homines cultui carnis suæ
studentes,animæ autem nullam curam habentes , sicut illi qui de terra secundum poëticam fabulam orti , mole
corporis sui freti,feruntur habuisse contemptum superorum . An dispares æstimandi sunt,qui cum ex anima con
stẽt & corpore,mentis vigori (quo nihil habet anima preciosius) auersantur , & se carnis huius imitatores , velut
maternæ exhibent stoliditatis hæredes? Itaque inuanum laborant,cœlum votis vsurpantes superbis,& terrenis o-
peribus incubantes,qui electione inferioris,& contemptu superioris consortij,tanquam voluntarij obnoxij pec-
catis,grauiore condemnantur securitate.

Videns

A *VIdens autem deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset* 2
ad malum omni tempore,pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.Et præcauens in futurum,& ta-
ctus dolore cordis intrinsecus,Delebo (inquit) hominem quem creaui à facie terræ,ab homine usque ad
animantia,à reptili usque ad uolucres cœli,pœnitet enim me feciſse eos.

CHRYSOSTOMVS. Sed eia audi iterum bonitatis dei tolerantiam. *Videns autẽ (inquit) deus, quod multa* 2
malitia hominum esset in terra. Quid vult hoc dictum,Videns autem deus? Num ignorauit dominus,Absit, sed no
stræ infirmitati omnia narrat diuina scriptura,vt nos doceat,quod & post tantam suam longanimitatem , in iis-
dem manserunt malis , si non & in peiora se coniecerunt. Videns enim ait , quod multa malitia hominum esset
in terra . Ex hoc enim malo opere quasi è fonte quodam , multa etiam alia suboriebantur peccata , & ideo dicit
B quod multa malitia hominum.Nam vbi scortatio & luxuria,& tanta intemperantia,verisimile est ibi & ebrieta-
tem,& crapulam,& magnam iniustitiam,& auaritiam, & innumera alia nasci mala. CAIETANVS. Vi-
dens autem deus,& cætera.Adiuino intuitu inchoat iudicium diluuij. Et recte introducit deum non audientem
sed videntem,vt omnimoda certitudo describatur.Et primum visum describitur,in voluntate hominũ malitia,
non imbecillitas,non passio,sed quod in voluntate pessimum est,malitia,nec ea parua aut vna,sed multa,vt hinc
intelligamus homines vsque adeo declinasse in malum , quod peccabant ex malitia, ac per hoc incorrigibiles e-
rant. AVCTOR CATENAE. Notandum quod apud nos,& Hebræum,ac Septuaginta , videns deus di-
citur,in Chaldaica æditione haberi,Et palam fuit coram deo,nil enim aliud est videre dei,quàm omnia nuda,&
aperta illi esse. *Et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* CHRYSOSTOMVS. Vide quo-
modo singula quæ dicuntur,peccatorum ostendunt magnitudinem.Quia enim in genere dixit,quod multa ma-
C litia hominum esset in terra,subdidit,Et cuncta. Magna huius verbi emphasis est . Non (inquit) aliqua cogitatio,
vt diuerterent quandoque ad aliam,sed omnis cogitatio eorum.Et verba,cogitatio cordis , multum habent mo-
menti.Non enim ex subreptione hoc illis accidit,sed in corde cogitant,& hæc per singulas horas volunt , in hæc
studium suum collocant.Et neq; semel & iterum, vel fortuitu supplantati à peccato,à malitia sibi temperant, sed
diligenter eam exercent,& mala operantur, hoc enim infert intenta, id est magno studio, nihil obiter, nihil ne-
gligenter ab eis fit,neque breui,sed omni tempore,sed omnibus diebus,omnem vitam in hoc impendunt . Vidi-
sti malitiæ immanitatem? Vidisti quomodo dedita opera rem fecerunt , diligenter omnia mala operantes , & o-
mnis ætas ad agendum malum sua sponte accesserit ? Vidisti quomodo statim & ab incunabulis omnes malum
hoc prælium certabant,contendentes vt malis operibus alter alterum superaret? Hic oro animo expende miram
huius iusti Noë sapientiam , qui in tanta malorum conspiratione malitiam effugere valuit , & nihil inde damni
sensit,sed quasi ex alia natura constitutus,sic valido recepto sensu,& non aliunde adiutus,virtutis operationi de-
D ditus , & malam eorum conspirationem effugit , & à communi omnium perditione est exemptus. GREGO- Cap.48.
RIVS VIGESIMO OCTAVO MORALIVM. In iniquitate concepti,& in delicto æditi,per insitæ cor
ruptionis molestias pugnam nobiscum huc deferimus,quam cum labore vincamus.Vnde per Moysen dominus
dicit,sensus enim & cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua . Corruptionis nanque ma-
lum quod vnusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium sumpsit , in proiectu ætatis exercet , & nisi hoc
citius diuinæ formidinis manus reprimat,omne conditæ naturæ bonum,repente culpa in profundum vorat.Ne-
mo igitur sibi cogitationum suarum victoriã tribuat,cum veritas per Iob dicat,Quis concluſit ostiis mare,quan- Iob.38.
do erumpebat quasi de vulua procedens? Vulua enim prauæ cogitationis,adolescentia est.Quia nisi ab ipso cogi-
tationis primordio,cordis fluctus gratia diuina retineret,tentationum procellis mare sæuiens , terram humanæ
mentis obruisset, vt sallis fluctibus perfusa areſceret,id est pernicioſis carnis voluptatibus delectata deperiret.So-
lus ergo dominus ostiis mare concludit,qui prauis motibus cordis clausſtra inspiratæ formidinis obiicit. CA-
E IETANVS. Et cuncta cogitatio cordis in eo, ad malum omni tempore . Iuxta Hebræum habetur, Et omnis
formatio cogitationum cordis eius,solummodo malum omni die. Alterum visum spectat ad intellectum , non
absolute,sed motum à voluntate.Hoc enim significatur dicendo,formatio cogitationum cordis,nam cogitatio-
nes formare intellectus est,cor autem pro voluntate ponitur.Magna ingensq; corruptio interius significatur,di-
cendo quod solummodo malum,nihil habens boni admixtum nisi relatiuè ad malum , & quod amplius est,nul-
la hora præstabat eis sapere,sed omni,seu tota die vniuersa cogitatio eorum formabatur duntaxat ad malum.
AVCTOR CATE. Hebraicè ita legitur וְכָל יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ רַק רַע כָּל הַיּוֹם Vecol iẽzer mahsẽboth libo rak
raa col haiom,hoc est,Et cuncta formatio cogitationum cordis eorum,tantummodo malum omni tempore, seu
omni die.Septuaginta,καὶ πᾶσα τὶς διανοῆται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας , Et omnis
cogitato in corde suo diligenter ad mala omnibus diebus.Chaldaica,Et omnis sensus cogitationis cordis sui es-
set malus omni tempore.Etenim dictio iẽzer,figmentum,plasmationem,formationem,item appetitum vel de-
F siderium hominis ad bonum vel ad malum significat,poni etiam pro sensu vel cogitatione consueuit. Vidit igi-
tur deus creuisse malitiam hominum in terra,& quod omnis cogitatio & ingenium humani cordis tantummo-
do ad malum est semper,ex quo & pessimos fructus prodire necesse est.Idque non solum ante diluuium de homi
nibus deus testatur,sed etiam postea magno spiritu & consentanea sententia Prophetæ clamant , Prauum est cor
hominis & inscrutabile,omnes peccauerunt, Non est qui faciat bonum, & cætera. Non iustificabitur in conspe-
ctu tuo omnis viuens,omnes iustitiæ hominum vt pannus menstruatæ.Prospexit igitur deus de cœlo, iuxta ho-
minum loquendi modum,& cum intellexisset,nec scintillam probitatis relictam inter homines,cogitauit semel
omnes delere. Idipsum non tunc solum à domino factum , scripturæ sacræ testantur , sed omnes historiæ simile
hominibus iudicium dei formidandum admonent,dum fides,veritas,timor dei,& verbi eius auditus contemni
tur. *Pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra.* AVGVSTINVS DECIMOQVINTO DE CIVITA- Cap.25.
TE DEI. Neque enim sicut hominem,ita deum cuiusquam facti sui pœnitet , cuius est de omnibus omnino
rebus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebus tam fixa sententia,quàm certa præscientia. Vnde tropica locutione pœnituisse hic legimus deum, iuxta id G
vbi dicitur,quod homo sperauerat,vel naturalium causarum ordo gestabat,non iuxta id quod se omnipotens fa
cturum esse præsciuerat. Sed si non vtatur scriptura talibus verbis,non se quodammodo familiarius insinuaret o-
mni generi hominum,quibus vult esse consultum,vt & perterreat superbientes, & excitet negligentes, & exer-
ceat quærentes,& alat intelligentes,quod non faceret,si non prius se inclinaret, & quodammodo descederet ad-
iacentes. EVCHERIVS. Est igitur pœnitudo dei, mutandarum rerum immutabilis ratio. CHRYSO-
STOMVS. Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Vide verbum crassum, & nostræ paruitati idone-
um. Non quod pœnituerit deus,absit,sed iuxta humanam consuetudinem loquitur nobis deus,quod enormia il-
lorum peccata misericordem deum indignari fecerunt. Non enim propter hoc ipsum produxi (inquit) vt tanta
ruina lapsus,sibi ipsi perditionis fieret auctor. Nam hac de causa primum tanto honore eum insigniui, & tantam
Cap.24. sus est,satius post hac fuerit,malos eius conatus impedire. GREGORIVS VIGESIMO MORALIVM. H
In scriptura sancta cum de deo aliquid indignum dicitur,mouetur legentis animus,velut si aliquando de deo a-
liquid dignum dicatur. Pene omne quippe quod de deo dicitur,eo ipso iam indignum est,quo potuit dici. Nam
cuius laudi non sufficit obstupescens conscientia, quando sufficiet loquens lingua? Sanctus autem spiritus hoc
ipsum hominibus intelligentibus insinuans,quam sint ineffabilia, summa, & diuina, his etiam verbis nonnun-
quam de deo vtitur,quæ apud homines habentur in vitio,vt ex his,quæ indigna videntur hominibus, & tamen
dicuntur de deo,admoneantur scire homines,quod nec illa iam deo digna sunt,quæ dum digna habentur apud
homines,digna putantur deo. Quia ergo ipse deus immutabilis id quod voluerit mutet,pœnitere hoc loco dici-
tur,quanuis rem mutet,consilium non mutet. Pœnitere dicitur,cui id quod fecit displicet, & è contra mutando
1.Reg.15. aliquid,aliud facit. Dum igitur ad verba mutabilitatis nostræ descenditur,ex eius quibusdam gradibus ascendat
qui potest ad incommutabilitatem dei. INTERLINEARIS. Videtur igitur pœnitere, dum opus mutat,
voluntate tamen & dispositione immobili permanente. RVPERTVS. Pœnituit eum quod hominem fe- I
cisset in terra. Tale quid & alibi dicit,pœnitet enim me quod constituerim Saul regem super Israël. Sane huiusmo
1 Par.quæ. di dictum,non impassibilis dei mutabilitatem,sed fixam eius indicat sententiam,ad prioris facti destructionem
19.ar.7.ad.1 vel valde necessariam meliorationem eiusdem. THOMAS. Verbum istud de deo metaphoricè intelligen-
dum est secundum similitudinem nostram. Cum enim nos pœnitet,destruimus quod fecimus, quanuis hoc esse
possit absque mutatione voluntatis, cum etiam aliquis homo absque mutatione voluntatis interdum velit ali-
quid facere, simul intendens postea illud destruere. Sic igitur deus pœnituisse dicitur secundum similitudinem
operationis,inquantum hominem quem fecerat,per diluuium à facie terræ deleuit. CAIETANVS. Pœni-
tuit eum quod hominem fecisset in terra. Secunda actio diuina describitur,pœnitudo quod fecit hominem. Cum
autem audis pœnitentiam dei,recole quod metaphoricus est sermo. Dicitur enim in deo pœnitentia,quemadmo
dum & ira,non secundum proprietatem,sed secundum similitudinem,describitur siquidem deus ad similitudi-
nem pœnitentis,quemadmodum etiam describitur ad similitudinem irati. Viso enim tanto abusu essendi,conse- K
quens est quod tanquam pœnitens fuerit,quod dederit esse homini sic abutenti essendi dono. AVCTOR CA
TENAE. Pœnituit eum,& cætera. Eodem modo & Hebraicè,paululum variat Chaldaica,habens, Et pœnituit
dominum in verbo suo. At quid sibi volunt Septuaginta quod vertunt, καὶ ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησεν τὸν ἄνθρω-
πον ἐπὶ τῆς γῆς, id est, Et cogitauit deus quod hominem fecisset in terra? At non sic Aquila, qui καὶ μετεμελήθη ὁ
Θεὸς, hoc est,& pœnituit deum, transtulit. Ponitur ergo antecedens pro consequente. Hoc est enim deum pœni-
tuisse,delere quod fecerat,pœnam inferre eis,quos sola gratia cumulauerat tantis beneficiis. Adeo enim exacerba
1.Reg.15. uerant & contristauerant spiritum eius peccatis suis,vt more irati hominis deliberauerit delere hominem de ter
ra. Hoc autem fecit deus voluntate & dispositione sua immobili permanente,nam triumphator in Israël pœnitu-
dine non flectetur,neque enim homo est,vt agat pœnitentiam. Clarus igitur sensus est loci istius, Fecit dominus
quod facere solet pœnitens,dissipauit enim opus quod fecerat,mutauit quod videbatur in paradiso incœpisse, cũ L
dixit,Crescite & multiplicamini,& replete terram. Sicut & figulus qui vas testeum ex luto composuit, cum non
secundum voluntatem suam effectum est,destruit illud,& denuo in massam reducit. Sic pœnituit deum, hoc est,
visus est pœnitere,& ad modum eius quem alicuius rei pœnitet, se habuit,dum opus suum, hominem videlicet
& animantia quæ creauerat,destruxit. *Et præcauens infuturum.* INTERLINEARIS. Ne deterius contin
geret. HVGO DE SANCTO VICTORE. Non quod per imprudentiam modo ad hoc venerit de-
us,quod non putauerat,quem nihil latet,sed tam præcauet qui prohibet ne fiat,quàm cui prohibetur,& solicite id
euitat. AVCTOR CATENAE. Præcauens igitur in futurum deus,hoc est,ne huiusmodi mala multipli-
carentur impedire,malitiis hominũ obicem ponere,finem libidinibus indicere proponens,quanuis nullum horũ
verborum sit in Hebraico,nec apud Septuaginta, vel in Chaldaica æditione. *Et tactus dolore cordis intrinsecus.*
HVGO DE SANCTO VICTORE. Nota,quod non est dolor nisi de re amata amissa. Vnde cum amit
timus rem de qua non curamus,dicimus non attingit cor nostrum. Quanto igitur profundior est amor, tanto al M
tius tangit dolor. Cum ergo hic agatur de rei dilectæ destructione,merito adesse dicitur dolor magnus. CAIE
TANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et doluit ad cor suum tertia actio diuina similiter metaphoricè describi-
tur,ad similitudinem doloris intimi,pœnitentiam tristitia comitatur,& si rei magnæ est pœnitentia, comitatur
maxima tristitia. Quia ergo descripsit propheta dominum similem pœnitenti tanti facti, merito describit etiam
similem dolenti dolore penetrante intima cordis. AVCTOR CATENAE. Et tactus dolore cordis in-
trinsecus. Hebraicè, וְיִתְעַצֵּב אֶל לִבּוֹ Vaithazeb el libo, hoc est, Et contristatus est in corde suo. Licet azab etiam do
lere significet. Septuaginta quoque & ab interprete & ab Hebraico dissentiunt, habentes καὶ διενοήθη, καὶ εἶπεν ὁ
Θεὸς, id est. Et cogitauit,& dixit deus. Chaldaica, Et dixit in verbo suo. Vt igitur deus gaudere dicitur, cum homi
nes optime viuunt,& deum propitium habent, sic dolere dicitur, cum pessime viuunt,& illum ad puniendum
prouocãt. *Delebo (inquit) hominem à facie terræ, ab homine usque ad animantia, à reptili usque ad volucres cœli. Pœnitet enim*
me fecisse

A *me fecisse eos.* AMBROSIVS. Quid læserant irrationabilia? sed quia propter hominem illa facta erant,eo v-
tique deleto propter quem facta sunt,consequens erat vt etiam illa delerentur,quia non erat qui his vteretur.
AVGVSTINVS DECIMOQVINTO DE CIVITATE DEI. Quod autem etiam interitum om- Cap.25.
nium animalium terrenorum volatiliúmque denunciat,magnitudinem futuræ cladis effatur, non animantibus
rationis expertibus tanquam & ipsa peccauerint, minatur exitium. CHRYSOSTOMVS. Delebo (inquit)
hominem à facie terræ,& cætera. Quæ mei erant officij (inquit) omnia exhibui. Ex nihilo vt esset illum produxi.
Naturæ illius scientiam faciendorum & non faciendorum indidi,liberum arbitrium donaui. Ineffabili longani-
mitate vsus sum,& post longum illud tempus,& post indignationem & minas quas dixi,& aliud præfiniui tem-
pus,volens vt sua peccata illo sentiente,indignatio mea reuocaretur. Et quia etiã sic nihil lucrifacio,nec proficio,
cogit necessitas,vt minas opere compleam,& omnibus modis deleri illos faciam,& sicut malum quoddam fer-
B mentum aboleam totum illorum genus,vt ne posterioribus seculis peccandi auctores & doctores fiant. Iam for-
te dixerit aliquis,Quare cum homo in malum declinauit, etiam bruta eandem pœnam sustinent? Num propter
suum ipsorum vsum producta sunt bruta? propter hominem facta sunt. Hic igitur cum à medio aufertur, quis il-
lorum vsus esset? Idcirco & istam pœnam cõmuné ferunt,vt interim pœnæ grauitatem addiscatis. Et sicut ab ini-
tio,cum peccasset protoplastus,terra maledictionem accepit, sic & nunc cum abolendus esset homo, bruta quo-
que participia fiunt. Sicut etiam cum homo gratus fit deo,creatura quoque humanæ fœlicitatis particeps est,quẽ-
admodum beatus Paulus inquit, Et creatura hæc liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filio- Roma.8.
rum dei,sic & nunc cum homine ob multitudinem peccatorum puniendo,vniuersali perditioni simul traditur,
Et iumenta,& reptilia,& volatilia cœli simul pereunt diluuio,quod totum orbem inuasurum erat. Et sicut in do-
mo,quando is qui præest, in indignationem domini incidit, verisimile est cooperarios ei condolere, ita & hic,
quasi in domo hominibus pereuntibus,omnia quæ in domo, & quæ sub illius sunt dominio, necesse est eandem
pœnam incidant. Pœnitet enim me fecisse eos. Verbo hoc quantum se nostræ humilitati attemperat? Num vole-
C bam (inquit) tanta illos pœna plecti: ipsi me peccatorum immanitate in tantam inuexerunt indignationem.
GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Omnis qui pœnitẽdo corrigit aliqua quæ fecit, eo ipso quo Homi.8.
pœnitet,se sibi displicuisse indicat,quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater sicut intelligi ab homini-
bus poterat,humano modo de peccatoribus locutus est,dicens, Pœnitet me fecisse hominem super terram, quasi
sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo autem sibi vnigenito domino nostro Iesu Christo cõ-
placuit,quia hunc inter homines hominem creasse eum non pœnituit omnimodo, in quo peccatum nullo modo
inuenit,sicut de illo per psalmistam dicitur, Iurauit dominus,& non pœnitebit eum,tu es sacerdos in ęternum se- Psal.109.
cundum ordinem Melchisedech. In solo ergo sibi redemptore nostro complacuit pater,quia in solo non inuenit
culpam,in qua se reprehendat quasi per pœnitentiam. Cui nec immerito addere possumus genitricem eius virgi-
nem,Mariam,quam ab omni culpa & originali & actuali prædicamus immunẽ. GLOSSA GRAECA.
D Delebo eum à terra. A terra (inquit) non ab existentia,ita vt amplius non existat, neque animam in nihilum re-
digam. RVPERTVS. Laborat hic sermo diuinus,& quasi in versanda nimiæ magnitudinis mole pene con
fringitur,dum illud intellectui nostro planum facere intendit,quod satis explicare nullus sermo sufficit,videlicet
quomodo deus sine motu sæuiat,& sine crudelitate occidat,quomodo salua pietate vltionem, & cum tranquili-
tate agat,vel habeat furorem. Qui enim per prophetam suum dicturus erat, sicut parturiens loquar, vtique iam Esaiæ.42.
parturiens locutus est. Nam quemadmodum parturiens illud quod concepit non sine sensu doloris emittit,& ta-
men dolere mauult,quàm non emittere quod concipit,sic deus non sine sensu pietatis profert sententiam iudi-
cij,& tamen victa pietate,miserias malorum mauult videre,quàm non proferre, quod iustitia dictante concepit.
Quare? Quia videlicet vtilius est, morbo ferramentum altius imprimere, quàm palpando putredinem fouere.
Itaque quod pœnituisse dicitur, quod hominem fecisset in terra, & tactus esse dolore cordis intrinsecus, pietatis
est,quod autem non victus,eodem dolore (inquit) delebo hominem quem creaui à facie terræ,seueri iudicij, vel
E seueritatis iudiciariæ est illud edictum,postquàm dictum sit,pœnitet me fecisse eos,nec edici potest quàm grauis-
sime dictum sit. HVGO DE SANCTO VICTORE. Ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque
ad volucres cœli. Maximam se ostendit habere iram,transituram à maximo vsque ad minimum, & inde ab imo
ad summum. Non quod in deo cadat ira quæ est animi perturbatio,sed metaphoricè dicitur vt & aliæ passiones.
RABANVS. Ea verò nil aliud est,quàm iustum iudicium quo irrogatur pœna peccato. CAIETANVS.
Loquitur ergo hic dominus ad similitudinem irati,qui consueuit comminari vindictam in hominem, & in om-
nes habitantes cum eo. Vnde & Dauid comminabatur occidere vsque ad mingentem ad parietem. Tali siquidem
more narratur deus deleturus hominem cum omnibus animantibus habitantibus cum homine,& propterea nul-
la mentio fit piscium,qui non communicant in habitaculo cum homine,nam pisces habitant sub aquis,homo au
tem & reliqua animantia habitant super terram in aëre. Pœnitet (inquit) me fecisse eos. Recte legitur pronomen
eos masculino genere,quoniam non demonstrat animalia,sed homines,quorum vitæ pœnitebat deum, & ratio-
F ne huius pœnitentiæ decreuerat delere hominem cum omnibus animantibus habitantibus super terram. AV-
CTOR CATENAE. Quod nos dicimus à reptili vsque ad volucres cœli, de Septuaginta sumptum est, Ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως πετεινῶν, id est, Et à reptilibus vsque ad volatilia, nam Hebraicum consonat Chaldaicæ quę habet,
Ab homine vsque ad iumentum, vsque ad reptile, & vsque ad volucres cœli. Quod etiam כִּי מְתַמְתִּי chi nihámthi
dicitur Hebraicè, hoc est quoniam pœnitet me, iidem septuaginta ὅτι ἐνεθυμήθην, quia consideraui dixerunt, longe
à sensu diuersi Hebraico. Dicat ergo deus, Non solum hominem delebo, sed & quicquid in illius gratiam condi-
deram pariter totum, iumenta scilicet & reptilia, & omnem terræ faciem immutabo.
AMBROSIVS. Sensu autem altiore illud manifestatur, quia homo mens est, quæ est rationis capax. Ho- Mysticè.
mo enim definitur animal viuum, mortale, rationabile. Principali igitur extincto, etiam sensus omnis extingui-
tur, eo quod nihil reliqui ad salutem supersit, cum salutis fundamentum virtus defecerit.

Noe verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 NOe verò inuenit gratiam coram domino. Hæ sunt generationes Noe. Noe vir iustus atque perfectus G
fuit in generationibus suis, cum deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem Cham & Iaphet. Corrupta est autem terra coram domino. Cumque uidisset deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat uiam suam super terram) dixit ad Noe, Finis uniuersæ carnis uenit coram me, repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.

3 CHRYSOSTOMVS. Ne putemus omnimodam abolitionem humani generis fieri, stirpitúsque naturam nostram eradicandam, sed discamus quantum malum sit peccatum, & quantum bonum virtus, & quod melior sit vnus faciens voluntatem domini, quàm decem milia præuaricatorum, dicit. *Noe verò inuenit gratiam coram domino.* AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Ad condemnationem cæterorum, & ad expressionem pietatis diuinæ, dicitur Noë apud deum gratiam inuenisse. Simul ostenditur, quod hominem iustum non H
obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reseruatur seminarium. CHRYSOSTOMVS.
Noë autem inuenit gratiam coram domino. Tametsi multitudo omnis (inquit) in tantam malitiam exciderit, iustus tamen hic scintillam virtutis seruauit. Et his omnibus omni tempore loquitur, & dum adhortatur, vt à malitia desistant, simul se interim liberum ab illorum mœrore seruauit. Insuper sicut illi malis operibus misericordem deum ad indignationem prouocauerunt, sic ipse virtute pollens, gratiam inuenit coram domino deo. Non est enim personarum acceptor deus. Verum & si in tanta multitudine inueniat hominem quæ sibi placita sunt, facientem, non despicit, sed sua illum dignatur cura, & tanto maiorem illius rationem habet, quanto, cum tot, tantique sint qui ad malum eum trahunt, ipse cõstantius virtutis viam sectatur. Hinc discimus, quod si sobrij fuerimus & non desides, non solũ nihil nobis nocet inter medios malos versari & misceri, sed & multo nos facit virtutum studiosiores. Nam ideo misericors deus sic dispensauit, vt simul essent boni & mali, quo malorum subneuaretur malitia, bonorúmque virtus clarius elucesceret, & desides à studiosis plurima commoda lucrifacerent, I
modo velint. Cogita hic obsecro, quantæ virtutis fuerit ille iustus, quomodo in tanta multitudine, quæ multo impetu in malum ruebat, solus ipse diuersa ambulauit via, virtutem malitiæ præferens. Neque enim aliorum consensus & tanta frequentia reddebat eum segniorem ad virtutis iter. Sed iam prius implebat, quod beatus Moyses olim dicturus erat, Ne sis cum multis in malitia. Et quod magis admirabile, multos habebat, imo omnes, qui ad malum & ad praua opera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret. Tam domestica illi erat strenuitas, vt viam diuersam à vulgari quam omnis multitudo inambulabat, iret, & neque timeret, neque suspicaretur aliquid tale, quale verisimile est ignauis accidere, qui si quando viderint multos simul conspirare, hoc velamen & hanc occasionem suæ ignauiæ prætexunt, ac dicunt. Quid ego nouum & singulare post illos omnes facturus essem, aduersarius tantæ multitudinis, & cum tanto populo bellum suscepturus? Nunquid illis omnibus ego admirabilior essem? Quæ vtilitas foret tantarum inimicitiarum? Quod commodum tanti odij? Nihil talium cogita- K
Eccli. 16. bat, neque in animum sumebat, sed & hoc quod postea à propheta dictum, prius ipse implebat, Melior est vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri præuaricatores. Num societas (inquit) multitudinis ad malum mentis, & simul rapientis, à cruciatu me eripiet? Sciebat enim sciebat liquido, quod pro sua quique salute rationem reddituri sunt, neque vnquam fiet, quod alio peccante alius pœnam sustinebit, vel retributionem sortiatur. Et idcirco iustus quasi scintilla quæ in medio mari est, non solum non extinctus est, sed quotidie fulgidiori luce prodibat, omnes suis operibus docens. Vidisti quomodo sui iuris naturam nostram dominus formauit? Vnde enim dic oro, illi ad malitiam properabant, & se ipsos pœnis faciebant obnoxios, iste autem virtutem eligebat, & fugiens eligere? Nam nisi ita esset, & naturæ nostræ potestas insita esset, neque illos punire, neque istos virtutum retribu- L
tiones accipere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totum post gratiam dei relictum est, ideo & peccantibus supplicia proposita sunt, & bene operantibus retributiones. Noë verò (inquit) inuenit gratiam coram domino. Vide scripturæ diligentiam, quomodo ne syllabam quidem vnam inutilem contineat. Nam postquam nos docuit grauitatem peccati hominum, & pœnæ magnitudinem malis inferendam, docet nos, quod etiam in tanta multitudine potuerit syncera seruari virtus. Est enim virtus per se ipsam admirabilis. Quod si quis illam in medio prohibentium colat, multo admirabiliorem se ostendit. Et propterea diuina scriptura quasi admirando iustum dicit, quod in medio illorum qui indignationem dei sensuri erant, Noë inuenerit gratiam coram domino deo. Inuenit gratiam, sed coram deo, non simpliciter inuenit gratiam, sed coram domino deo, vt nos doceat, quod vnũ ille habuerit scopum, vt ab illo oculo laudaretur, qui dormitare sopirique nescit, nihilque curauerit humanã gloriam, vel ignominiam, vel irrisionem. Verisimile enim est, cum præter morem omnium virtutem coleret, eum fuisse subsannatum & irrisum à malis omnibus, qui cõsueuerant arguere, suam fugientes malitiam, & virtutem amplexãtes, id quod & nunc sæpe fieri solet. Et videmus multos qui risum & subsannationem ferre nequeunt, sed
Eccli. 4. præferunt humanam gloriam veræ & immortali, abstracti & allecti ab hominum malitia. Est enim confusio du- M
cens in peccatum. Neque parum est despicere irridentes & obprobrantes, & salibus incessentes, at iustus ille non tantum decem, & viginti, & centũ homines, sed & omnem hominum naturam, & tot myriades despexit. Verisimile enim omnes illos ridere & reprehendere, subsannare & debacchari, & forte etiã si possibile fuisset, dilacerare voluisse. Semper enim contra virtutem insanit malitia. At qui non solum nihil illi nocet, sed & infestando fortiorem reddit. Tantum enim virtutis robur, vt patiendo superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur, hostibus fiat potentior. Cum stupore ergo admiremur iusti nostri præstantiam, quomodo tantum populũ ridentem, ludificantem, subsannantem, obiurgantem (iterum enim eadem dico & dicere non cessabo) despicere & superare potuerit? Quomodo? Ego dico, quia continuo ad oculum illum qui falli sopirique nequit, respexit, ad hunc suæ mentis oculum direxit, atque post hæc omnia quasi non essent, curauit. Et profectò sic se res habet, vt cum quis hoc

A quis hoc amore saucius fuerit, & in deum desiderio suo tendit, nihil visibilium videat, sed continuo eum quem desiderat imaginetur, & in nocte & in die, & dormiens & surgens. Ne igitur mirum tibi sit, si & iustus ille semel eò mente sua intenta, non curauit supplantare volentes. Nam adhibito studio suo, & diuinam gratiam nactus, his omnibus potentior factus est. Noë enim (inquit) inuenit gratiam coram domino. Tametsi omni hominum generi quod tunc erat, non esset gratus, neque amabilis, eo quod nolebat eandem incedere viam, quam illi, fauit tamen illi is qui corda scrutatur, qui & illius mentem approbauit. Et quid damni dic oro, hinc nascitur viro, quod ab hominibus subsannatur & irridetur, cum is qui finxit corda hominum, & intelligit omnia opera eorum, prædicat illum & coronat? Et quæ vtilitas homini, si ipsum totus orbis admiretur, & laudet, conditor autem omniũ, & iudex qui decipi nequit, in die illo terribili condemnaturus sit? Quomodo igitur nunc erit admiratione & laude dignus iustus ille, qui ea quæ Christus adueniens docuit, prius ipse à lege naturæ edoctus, deditissima opera adimpleuit, laudemque humanam per virtutem contemnendo, gratiam apud deum inuenire studuit? Noë enim
B (inquit) inuenit gratiam coram domino. CAIETANVS. Et recte quidem dicitur quod inuenit gratiam non iustitiam. Gratia siquidem fuit ad saluandum esse hominis, & cæterorum animantium. Pensa progressum diuinæ benignitatis, prima vice dedit spatium pœnitendi, secunda autem ascivit ad gratiam Noë, vt in ipso seruaretur genus humanum. Et dicendo inuenit, commendatur studium Noë quærendo diuinam gratiam. CHRYSOSTOMVS. Cæterum quod propter virtutes quas habebat, inuenit gratiam coram domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta spiritu sancto afflatus. Operæpretium itaque, vt & sequentia discamus, & videamus quid de illo sentiat. Hæ sunt (inquit) *generationes Noe. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis.*
AMBROSIVS. Non generationis nobilitate, sed iustitiæ & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est, quia sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Etenim familiæ hominum, splendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia splendore virtutis. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta, Noë vir iustus atque perfectus in generatione sua, deo placuit. Signanter ait, in generatione sua, vt ostenderet nõ iuxta iustitiam consummatam, sed iuxta generationis suæ eum iustum fuisse iustitiam. Et hoc est quod in Hebræo dicitur, Noë vir iustus
C perfectus erat in generationibus suis. CHRYSOSTOMVS. Rarus & alienus genealogiæ modus, nam vt scriptura dixit, Istæ sunt generationes Noë, & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narratura, & quis eius pater fuerit, & vnde genus duxerit, & quomodo in hanc vitam æditus, & alia quæ mos est genealogias narrantibus recensere, relictis tamen illis omnibus, & etiam superiori consuetudine (inquit) Noë vir iustus, perfectus in generatione sua. Vidisti admirabilem genealogiam? Noë, inquit, homo iustus. Commune nomẽ pro laude iusti vsurpat. Nam cæteri ob carnales voluptates, quibus immersi erant, amiserant esse homines. Iste (inquit) in tanto populo hominis imaginem seruauit. Tunc enim homo est, quando virtutem colit. Neque enim speciem habere hominis, & oculos, & nares, & os, & genas, & cætera membra, hominem esse ostendũt. Hæc enim membra sunt corporis. Hominem illum dicimus, qui imaginem hominis saluam retinet. Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse. Quid ergo? an non & illi fuerunt rationales? verum non hoc solum fuerit hominem
D esse, sed & virtutibus esse deditum, & vitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtemperare. Porro vt discas morem esse scripturæ, quod vitiis studentes, & virtutum negligentes, hominum nomine vocare non dignetur, audi deum loquentem, Non permanet spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro est. Ego enim, dicere vult, substantiam ex carne & anima illis dedi, ipsi autem quasi sola carne circundati, ita virtutes animi negligunt, & solam carnem sectantur. Vidisti quomodo ob malitiam carnẽ eos vocat, & non homines? Et iterum vbi processerimus, statim audietis terram eos nominari à diuina scriptura, eo quod terrenis cogitationibus pereant, dicit enim, Corrupta autem erat terra coram deo. Non de terra sensibili loquitur, sed inhabitatores terram vocat. Alio autem loco, neque terram, neque carnem nominat, sed neque esse eos putat in præsenti hac vita, eo quod virtute careant. Audi enim prophetam clamantem & dicentem in media Hierosolymitanorum metropoli, vbi tot milia milium, & tot multitudines innumeræ, veni, & non erat homo, vocaui, & non Esaiæ. 50.
E erat qui audiret. Non dicit, quia non aderant, sed quia præsentes nihil meliores erant, quàm si non fuissent præsentes. Et alio quoque loco, Discurrite & videte, si est vnus qui faciat iudicium & iustitiam, & propitius ero. Vidi Hiere. 5.
sti quomodo illum solum scriptura sancta hominem vocare solet, qui virtutem colit, cæteros autem neque esse putat, sed aliquando vocat terram, & aliquando carnem? Hac de causa genealogiam iusti narraturam se promittens diuina scriptura, dicit, Noë homo. Hic enim solus homo, cæteri autem non homines, sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malitia voluntatis generositatem naturæ amiserunt. Quia cum in malum declinãt, serui fiunt irrationabilium affectionum, imponit illis bestiarum nomina. Audi vt quodam loco dicit, Equi mulierum amatores facti sunt. Vide quomodo ob immodicam salacitatem hanc cognominationem Ibidem.
acceperunt. Alibi autem, Venenum aspidum sub labiis eorum. Vbi eius bestiæ dolum & fictionẽ imitari eos do- Psalm. 13.
cet. Canes quoque mutos alios vocat. Et iterum eos qui aures ad doctrinam obturant, vocat quasi aspides surdas, Esaiæ. 56.
& obturantes aures suas, & multa alia quis nomina inueniet imposita à diuina scriptura his, qui in brutorum af- Psalm. 57.
F fectus per ignauiam transeunt. Et non in veteri solum, sed & in noua lege. Audi Baptistam dicentem Iudæis, Matthæ. 3.
Progenies viperarum, quis vobis monstrauit vt à futura ira fugiatis? Vidisti quomodo & hic dolum mentis illo- &. 12.
rum, bestiæ nomine significauit? Iustus autem ille in tanta virtutis obscuritate, tam excellenti virtute polluit, vt scriptura cum cœpisset narrare viri genealogiam, dixerit, Noë autem homo. Est & alius iustus quidam cui hoc nomẽ pro summo encomio contigit, & præ aliis omnibus hoc nomine prædicatur, vt sic virtus illius diligenter exponatur. Quis ille est? Beatus Iob, ille pugil pietatis, athleta orbis, qui solus incurabilia illa sustinuit, & acceptis innumeris à diabolo telis, vulnus non accepit. Sed sicut adamas quidam, omnes impetus ferre potuit, & à tantis flu
ctibus non solum non est submersus, sed & præualuit, & acceptis in corpus suum omnibus qui in mundo doloribus, multo clarior euasit. Hac igitur de causa nunc virtutem illius commendare volens, dicit, Hæ sunt generationes Noë, Noë vir iustus. Ecce & aliam maximam præconij speciem, Iustus, hac appellatione omnem virtutem complectitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

complectitur. Hoc enim nomen iustus, consueuimus dicere de his qui omnigenam exercent virtutem. Postea vt G
discas quomodo ad summũ fastigium peruenerit, id quod & tũc exigebatur à natura nostra, inquit, Perfectus fu-
it. Omnia (inquit) impleuit quæcumque facere conuenit eum, qui virtutem amplexatur. Hic enim est perfectus.
Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Non in hoc bene faciebat, in illo vero peccabat, sed in omni virtute
perfectus erat, qua tunc pollere illum congruebat. Præterea vt ex tempore quoque & ex collatione cum aliis illu
striorem nobis iustum exhiberet, inquit, Perfectus fuit in generationibus suis, in tempore illo, in generatione illa
peruersa, quæ adeo in malum declinauit, quæ neque vestigium virtutis præseferre voluit. In illa igitur generatio-
ne, in illis temporibus iustus ille non solum virtutem præfetulit, sed & in tantum peruenit virtutis culmen, perfe
ctus, & in omnibus absolutus. Et id quod antè dixi, bene agere inter virtutis hostes, & inter eos qui virtutem pro-
hibent, maius semper virtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est. GLOS-
SA GRAECA. Vel generatio iustorum sunt ij, qui eisdem moribus iuste viuunt. Vnde dictum est, Hæc est ge- H
neratio quærentium dominum. EVCHERIVS. Si nullus sine peccato, quomodo aliquis perfectus esse po-
test, nisi quia perfecti hic aliqui dicuntur, non sicut perficiendi sunt sancti in illa immortalitate qua æquabuntur
angelis dei, sed sicut esse potest in hac peregrinatione peccati. Vnde signanter addit in generationibus suis, id est
sicut pro modo suo dei gratia poterat esse perfectus, non sicut in alia vita, in qua nec volet, nec peccare poterit.
INTERLINEARIS. Iustus ergo dicitur Noë atque perfectus, videlicet sicut viator, non sicut comprehen-
sor, id est secundum iustitiam perfectam præsentis vitæ non futuræ. CAIETANVS. Hæ sunt generationes
Noë. De generationibus actiue est sermo, vt testantur subiuncta, non de genealogia patrum Noë, sed filiorum.
Nec dicit in generationibus sui temporis, sed in generationibus suis, proculdubio illis quas dixerat, Hæ sunt ge-
nerationes Noë. Describitur nanque per hoc, quod Noë fuit perfectus non solum in se ipso, sed etiam in genera-
tionibus suis, Sem Cham & Iapheth, ita quod seruauit se & filios sine defectu morali. Et est sermo de generatio-
nibus Noë ante diluuium, pro tunc enim describitur perfectus in generationibus propriis, post diluuium siqui-
dem peccauit Cham. AVCTOR CATENAE. Noë vir iustus atque perfectus. Tam in Hebraico, quàm a- I
pud Septuaginta, deest copula atque. Iustus autem dicitur Noë, hoc est, integer & incorruptus, vbique suo officio
satisfaciens, probéque respondens apud deum & homines. Tanto autem quis iustior, quanto quisque deo magis
fidit & obsequitur, iniustitiam suam certius agnoscit, ac detestatur, vt gratiam dei assequatur per dominum Chri
stum. Sic fecit Noë, credidit verbo dei, & ingrato reliquo mundo, ipse seruauit præcepta dei. CHRYSOSTO-
MVS. Neque hic finem laudandi illum facit diuina scriptura, sed adhuc virtutis illius excellentiam demon-
strat, & quod diuino calculo probatus fuerit. Quia postquam dixit perfectus in generationibus suis fuit, addit.
Cum deo ambulauit. Vel vt alia litera habet, Deo placuit Noë. Tanta erat virtutis illius gloria, vt & à deo laudari
promeruerit, vt scias quod approbatus fuerit à deo, placuit illi oculo, qui falli non potest, per sua bona opera. Et
illius sibi fauorem tantum conciliauit per bonæ vitæ opera, vt cum non solum ab indignatione in omnes effun-
denda liberarit, sed & aliis præesse fecerit. Quis hoc beatior fuerit, qui tantam præseferre potuit virtutem, vt do- K
minum vniuersi habeat laudum suarum præconem? Hæc ab eo sunt facta, quæ quibusuis diuitiis, quauis abundan
tia, quauis gloria & potentia, quauis humana fœlicitate prætulerit quisquis mentem habet. Hæc regno magis de-
siderabilia fuerint ei, qui deum syncero amore diligit. Verùm enim regnum istud est, posse nos optima vita pro-
pitium & clementem nobis facere deum. Vt enim gehennam timere non debemus, propter ignem illum inextin
guibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus, sed quia offendimus tam bonum dominum, & ab illius gra-
tia sumus alieni. Ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illum, vt eius gratia fruamur.
Nam vt regno desiderabilius est, misericordem dominum nostrum beneuolum esse nobis, ita gehenna grauius,
ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quantæ vtilitatis nobis fuit argumentum, appellatio iusti, & quantũ the-
saurum peperit admirabilis huius viri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ scripturæ regulas, & aliquorum
genealogiam enarrando, non patres, & auos, & abauos in medium afferamus, sed eius solum cuius est genealogia
virtutem detegamus. Hic optimæ genealogiæ mos est. Quæ enim vtilitas, ex claris & probis parentibus origine
ducere, te autem bonæ vitæ esse expertem? Aut quod damnum fuerit, si parentes & progenitores fuerunt ignobi- L
les & obscuri, ipse autem virtutibus floreas? Quia & iustus ille talis fuit, & conciliauit sibi gratiam dei, non quod
à talibus fuerit parentibus. Neque enim ita eos commemorat scriptura, vt virtute nobiles. Nihilominus cum tan
ta essent obstacula, & à tantis impediretur, in tantum peruenire potuit fastigium, vt discas quod eum qui vigilat
& sobrius est, & suæ salutis curam agit, nihil est quod prohibeat. Nam vbi negligentes cœperimus esse, etiam à re-
bus minimis offendimur, sic si voluerimus sobrij esse, quanuis innumeri sint qui ad malitiam trahant, neutríque
nostrum studium poterunt offendere, sicut neque illum iustum, tametsi tot essent irridentes, segniorem in exer-
cenda virtute facere potuerunt. HIERONYMVS. Cum deo ambulauit, hoc est, illius vestigia sequutus est.
AVCTOR CATENAE. Quod apud nos ita habetur, & ita Hebraicè & Græcè scriptum est, Chaldaica ædi-
tio, *In timore dei ambulauit*, legit, quasi declarans, quid sit cum deo ambulare, nempe eum timere, & mandatis
eius subiici. Vel cum deo ambulauit, pie & innocenter vixit, hominibus ætatis illius prædicauit verbum dei & pœ M
nitentiam, sed surdis. *Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth.* CHRYSOSTOMVS. Non absque causa
diuina scriptura & tempus & numerum nobis assignauit filiorum iusti, sed & hic nobis latenter insinuare vult
excellentem multiplicémque eius virtutem. Nam postquam superius dixit, quod Noe quingentorum erat anno-
rum, tunc subdidit, Et genuit tres filios. Docendo nos summam continentiæ illius magnitudinem tunc fuisse,
cum tantæ intemperantiæ dediti essent omnes homines, tantaque salacitate omnes ætates (vt ita dicam) ad ma-
lum ruerent. Audistis enim scripturam dicentem, vt autem vidit dominus, quod impletæ sunt malitiæ super ter-
ram, & nullus non cogitaret mala diligenter in corde suo à iuuentute. Vbi manifestè declarat, quod & iuuenes
vincebant prouectiores ætate, & senes non minus quam iuuenes insaniebant. Et ad malũ multa procliuitate pro-
pensa erat ætas, etiam malorum inexperta. Vt igitur discamus, quo pacto iis omnibus tantam insaniam ac rabiem
præseferentibus, iustus ille manserit solus, continentiæ virtutem cum aliis strenuè seruans, donec ad quingente-
simum

A simum annum peruenit, tunc inquit, Et genuit Noë tres filios. Vidisti dilecte excellentem iusti temperantiam? Ne hoc perfunctorie transeamus, sed & tempus illud expendamus, & malitiam quæ super omne hominum genus ob eorum desidiam se extenderat, consideremus quantæ sit virtutis in tantam temporis longitudinem concupiscentiæ rabiem refrenare, viámque longe ab aliis diuersam ingredi, & non solum ab illicito coitu se cohibere, sed & à legitimo & inculpato. Et genuit (inquit) Noë tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Mihi videtur diuina dispensatione factum, quod iustus iste etiam nunc à coitu abstinet, & pueros istos habet. Quia enim ob malitiæ magnitudinem & excellentem prauitatem generali diluuio totum orbem deleturus erat misericors deus, quasi radicem aliquam & fermentum voluit iustum illum superesse, vt abolitis illis origo quædam esset futurorum. Huius gratia, cum iam quingentorum esset annorum, haberétque filios istos tres, istis contentus fuit, declarans hoc factum, vt diuinæ in humanum genus misericordiæ seruiret. Et quo scias hoc non esse temeraria coniectura dictum, considera scripturæ diligentiam. Nam postquam dixit quod iu-
B stus ille tres habuerit filios, statim subdidit. *Corrupta est autem terra coram deo, & repleta est iniquitate.* Vidisti in eadem natura magnam & ineffabilem varietatem? De iusto enim dicebat scriptura, Noë homo iustus, perfectus in generatione sua. De reliquis autem omnibus dicit, Corrupta est autem terra coram deo, & impleta est iniustitia. Nomine enim terræ, hominum multitudinem vocat, eo quod omnia eorum opera terrestria erant, & idcirco terræ nomine, & eorum vilitatem, & malitiæ eorum excellentiam significat. Nam sicut de protoplasto qui vbi legem transgressus, gloriam qua tegebatur amisit, mortis pœnæ obnoxius factus fuit, dicebat, terra es, & in terram abibis. Ita & hic, quia plurimum inualuerant peccata, inquit, Corrupta autem erat terra. Neque simpliciter dicit, Corrupta autem erat terra, sed, coram deo, & impleta est iniustitia. Dicendo enim corrupta est, omnigenam illorum malitiam emphasi quadam dixit. Non enim vnius vel duorum peccatorum tantum rei erant, sed omnes iniquitates absque modo committebant, ideo
C & subdit, Et impleta est terra iniustitia. Non obiter neque vulgariter malitiæ studebant, sed peccata quæque feruenti contentione agebant. Et vide, quomodo illos postea ne tenui quidem memoria dignatur, sed nomine terræ vocat, simul indicans & dei indignationem, & peccatorum grauitatem. Corrupta est autem terra inquit, coram deo, hoc est, secus quàm præceptum erat à deo, omnia faciebant, mandata dei conculcantes, & magistrum naturæ, humanæ insitum amittentes. Vidisti quantum malum sit peccatum, & quomodo homines facit, vt suo nomine vocari non sint digni? RABANVS. Corrupta est autem terra coram deo, & cætera. Corruptam dicit esse terram, quia omnis caro corruperat viam suam, hoc est, vitam, quia totum tempus vitæ suæ duxit in peccatis. Solo enim homine peccante, omnis caro dicitur corrupisse viam suam, quia propter hominem omnis caro creata est. CAIETANVS. Perpende progressum peccati, primum fuit declinatio filiorum dei ex concupiscentia, deinde multa malitia hominis, & demum corrupta est terra. Vsque ad corruptionem animorum progressa describitur malitia hominum, vt omnino irre-
D parabiles mali mores describantur, & hoc coram supremo iudice, qui testis est veritatis intimæ. Describitur autem tanta corruptio animorum à corrupta terra, vt describendo corruptum etiam locum, tam ingens corruptio animorum significetur, vt effusa etiam sit in loca, vt intelligamus non solum corruptos mores intus, sed etiam in exterioribus actionibus, vsque adeo vt loca ipsa actionum corrupta etiam sint, tanquam continentia corruptas actiones. Et repleta est iniquitate. Directe iniquitas respondet dictioni Hebraicæ, vt & malis moribus in propriis, & iniquitate in alienis, repleti intelligantur, violantes & torquentes quicquid recti est. AVCTOR CATENAE. Dictio חמס hamas quæ ab interprete iniquitas vertitur, etiam iniustitiam, iniuriam, oppressionem & violentiam significat. Quod malum peculiare fuit ei tempestati propter robur immanitatémque Gigantum, quorum eximia erat proceritas, vires autem pene ferreæ, vt habetur in Deuteronomio ipsius dei testimonio dicentis, Tradidi tibi Amorræum, cuius proceritas instar cedri erat, robur autem vt quercus. Verique est simile, bella crudelissima tunc fuisse, factámque maximam humani
E sanguinis effusionem. Vires enim corporis, hominem superbum atque arrogantem, deique contemptorem reddunt. Veluti igitur coram deo ambulare, est illius sese voluntati attemperare, sic corruptum esse coram deo, est dominum contemnere, illiusque monitis repugnare. Omnia iam flagitia inundauerant super terram, omnia erant plena violentia, iniuria, rapinis. CHRYSOSTOMVS. Sed audi nunc quæ sequũtur. *Cunque uidisset deus terram esse corruptam.* Vide iterum, quomodo eos terram vocet, & postea cum semel atque iterum & tertio nominauit terram, vt ne quis de terra sensibili eum dixisse suspicetur, adiungit. *Omnis quippe caro corruperat uiam suam super terram.* Neque nunc hominis appellatione eos dignatur, sed carnem vocat, quo nos docere voluit, quod non de terra hæc dicat, sed de hominibus carne amictis, & terrestribus negociis sese totos impen- Roma. 8.
dentibus. Mos enim scripturæ est, vt sæpe charitati vestræ dixi, carnalia sapientes, & nihil sublime cogitantes, carnis nomine appellare. Sicut & beatus Paulus inquit, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Quid igitur? non fuit in carne & is qui hæc dicebat? Non hoc dixit, quod qui carne circundati sint, deo placere non
F possint, sed de his qui nullam virtutis rationem habent, & nihil nisi carnale sapientes, carnis voluptates sectantur, nullámque animæ incorporeæ & spiritualis curam gerunt. AMBROSIVS. Carnem ergo hic posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperit. Qui si intellexisset quod munus accepisset à deo, non vtique passus esset, vt caro obstaret animæ virtutibus. Itaque caro causa fuit corrumpendæ etiam animæ, quæ velut origo & locus est quidam voluptatis, ex qua velut à fonte prorumpunt concupiscentiarum malarúmque passionum flumina, lateque exundant. Quibus demergitur animæ quoddam excussio gubernatore remigium, cum ipsa mens, velut quibusdam tempestatibus & procellis victa, loco suo cedit. Pulchrè autem ait, Quia homo viam naturæ suæ corrupit. Nam via sua in paradiso erat, in illo beatitudinum tramite, in illo virtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quam viam terrenis inquinauit vestigiis. Alij habent, viam ipsius, hoc est dei. EPHREM. Recte verò corruperant viam suam. Nam ad hanc diem inuenta erant psalterium citharaque ad comesationes, æs & ferrum ad bella gerenda, quibus in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter se tanquam lupi aduersus oues insaniebant. Neque minus fœminæ ipsæ quæ multis viris oblectabantur, animas virorum impugnabant. HVGO DE SANCTO VICTORE. Totiens autem istorum malitiam replicat & inculcat, vt ostendat patientiam dei non potuisse leuiter incitari ad tantam subuersionem generis humani absque iustissima causa. CAIETANVS. Cumq; vidisset deus terram esse corruptam, pensa progressum. Extenditur visio dei ad locum, vt qui prius viderat peccata hominum, modo etiam ad locum hominis fixerit intuitum. Fixerit autem tanquam iudex puniturus etiam locum. Verum quia locus non erat in culpa, subiungitur ratio corruptæ terræ, quia omnis caro (hoc est, omnis homo) corruperat viam suam super terram quod est dictum, quia terra erat locus tot corruptionum. AVCTOR CATENAE. Cunque vidisset deus terram esse corruptam, & cætera. Repetitiones in scriptura sacra non sine causa fiunt, ad vehementer terrendum à malo, ideo sæpe minatur idem, quia pertinacia impiorum tardius conuertitur & emollitur. Præterea ad erigendas nonnunquam afflictas conscientias ob infirmitatem fidei, ideo frequentior necessaria est inculcatio fidei: denique ad significationem affectus & desiderij, vt in orationibus: tandem ad supplendam claritatem, si quid alicubi obscurius dictum sit, vt subinde repetendum declaretur. CHRYSOSTOMVS. Itaque quia dictis istis diuina scriptura docuit nos peccatorum multitudinem, malitiæ incrudescentiam, indignationis diuinæ magnitudinem, & quod ob studium malorum operum, semel atque iterum ac tertio terram eos qui tunc viuebant nominauit, carnisque nomine vocauit spoliatos communis naturæ vocabulo, nunc per ea quæ subdit, ineffabilem dei misericordiam, & dignationis eius excellentiam ostendit nobis. Quia consequenter iusto huic, sicut amicus amico communicat, quam pœnam humano generi sit intentaturus. Dixit ad Noe, *Finis uniuersæ carnis uenit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.* AMBROSIVS. Causa terrenæ corruptelæ manifestata est, eo quod iniustitia hominum terram corruperat. Vnde & dominus deus ait iuxta aliam literam, Tempus omnis hominis venit ante me. Tempus quidem omnium hominum in conspectu dei & in eius voluntate est. Non enim vt vulgo aiunt, fatale decretum alligatur. Sed tamen specialiter hic dictum puto, quia in euangelio dominus redempturus hominum genus passione sui corporis, & emundaturus sanguine suo sacramentóque baptismatis, ait, Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Ergo quia in diluuio per arcam Noë seruatæ sunt reliquiæ generis humani ad seminarium reparationis & renouationis futuræ, ideo præmisit hic, Tempus omnis hominis venit, quia repleta est terra iniquitatibus suis. Hoc in figura. In veritate autem ait, reliquiæ per dilectionem gratiæ saluæ factæ sunt, ideoque exclamat Apostolus dicens, Superabundauit peccatum, vt superabundaret gratia. CHRYSOSTOMVS. Quid est, Tempus omnis hominis venit coram me? Magnam inquit, ostendi longanimitatem, volens hanc inferre pœnam, quam illaturus sum, sed quia immodica peccatorum illorum multitudo in hoc tempus eos adduxit, & finem iis imponere oportet, excindique illorum malitiam, ne vlterius progrediantur. Tépus enim (inquit) omnis hominis venit coram me. Vide & hic, quomodo superius dicebat, Vnusquisque cogitat, ita & nunc, omnis hominis. Omnes consonant, omnes ad iniquitates pergunt (inquit) & in tanta multitudine non inueniri potest aliquis, cui virtutis sit cura. Tempus enim (inquit) omnis hominis venit coram me. Tempus, hoc est, aduenit tempus, quo secandum erit, & papilla vlceris contrectanda. Tempus omnis hominis venit coram me, quasi nemo videret, rationémque delictorum ab ipsis exacturus esset, sic sese malis operibus mancipparunt, non cogitantes, quod me nihil latere queat, qui vitam, animámque & corpus dedi, totque bona suppeditaui. Tempus igitur omnis carnis venit coram me. Dein quasi satisfacturus, rationémque redditurus iusto, monstrat quod in tantam se indignationem prouocarint homines peccatorum nimietate, inquiens, Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Num prætermissum est aliquid (inquit) ab eis, ita ad peccatum contendentibus? Tantum malitiæ magnitudinem videre licet, vt & exundet & affluat, totámque terram impleat, propterea & ipsos corrumpo & terram. Ecce inquit, ego corrumpo illos & terram, quia priores ipsi malis suis operibus se monstrat quod in tantam se indignationem prouocarint homines peccatorum nimietate, inquiens, Quia impleta est terra iniustitia ex illis. Num prætermissum est aliquid (inquit) ab eis, ita ad peccatum contendentibus? Tantum malitiæ magnitudinem videre licet, vt & exundet & affluat, totámque terram impleat, propterea & ipsos corrumpo & terram. Ecce inquit, ego corrumpo illos & terram, quia priores ipsi malis suis operibus se ipsos corruperunt, idcirco generalem interitum inducam, abolerique faciam & ipsos & terram, vt purificationem accipiat terra, & à peccatorum maculis emundetur. Cogita nunc obsecro, qualem tunc habuisse putas animam iustum istum, cum hæc à domino audiret? Nam licet multarum virtutum suarum conscius esset, non tamen absque dolore quæ dicebantur accepit. Amicum & indulgentissimum dilectionis est iustorum genus, & pro aliorum salute iusti quæque ferre eligerent. Quomodo igitur eximius ille se continuit, cum mente sua omnium interitum, & totius naturæ abolitionem tractaret, & fortassis nec sibi ipsi iucundum quiddam pollicerecitur? PHILO HEBRAEVS. Et ego corrumpo eos cum terra. Deus etiam animalia corrupit, & internecioni dedit, quia non propter se, sed propter hominem condita fuerant, quo sublato, ipsa quoque è medio tolluntur. EVCHERIVS. Finis vniuersæ carnis venit coram me, hoc est, beneplacito mihi iudicio, repleta est terra iniquitate à facie eorum, id est à præsentia significat interitum omnium mortalium, præter illos qui in arca saluandi erant. Illi igitur quasi seminarium secundæ originis seruati sunt. Quod verò ait, Et ego disperdam eos cum terra, Quomodo cum terra homines dicuntur esse perditi, dum illis pereuntibus materies terræ postea remanserit? Tradunt doctores, terræ vigorem & fœcunditatem longe inferiorem esse post diluuium, quàm ante, & fortasse idcirco hominibus carnes edere licentiam esse datam, cum ante diluuium terræ fructibus tantummodo victitarent homines. INTERLINEARIS. Quod ergo dicit, Et ego disperdam eos cum terra, hoc innuit, vt non sit tellus suo more fructifera. CAIETANVS. Finis vniuersæ carnis, & cæte. Tertia hac vice deus dixit circa hoc negotium. Primum quidem non iudicabit spiritus meus: deinde delebo hominem: & demũ, immittam diluuium, fac tibi arcam, & cęt. Primum iudicium in genere, deinde in specie, & demum in individuo (diluuiũ scilicet) diffiniuit. Rursus primum spatium pœnitendi dedit: deinde elegit Noë: & demum saluãdũ ipsum per arcam instituit. Primi mali occasio fuit, ardor filiorum dei: secundi, Gigãtum elatio, tertij, corruptio viæ omnis carnis in terra. Primò & secundò deus dixit secum, tertiò autem dixit ad Noë: vt hinc pensemus homines quę matura deliberatione, quot curis, quot progressibus procedendum est ad vindictã communem. Rursus non sine mysterio, primò & secundò dixit deus sub nomine tetragrammaton, tertiò autem sub nomine iudicis, tanquam

Ioan.17.

Roma.5.

A quam actor essendi secum primum meditatus fuerit bis, tertio autem promulgauerit iudex sententiam. Punitionem etiam loci adiicit, punita siquidem est terra ex inundatione aquarũ præcipue falsarum. AVCTOR CATE. Quanquam recte latinus interpres Hebraicum hoc in loco trãstulerit, Septuaginta tamẽ vbi nos finis vniuersæ carnis venit coram me, habemus, καιρὸς πάντων ἀνθρώπου ἥκει ἐνώπιόν μου, dixerunt, id est, tempus omnis hominis venit coram me. Sed in idem recidit. Et quod nos habemus, repleta est terra iniquitate à facie eorum, Chaldaica clarius scribentis mentem exprimens, posuit, Quoniam repleta est terra rapinis à facie operum suorum pessimorum. Tale est ergo, ac si dicat dominus. Cogor finem imponere criminibus, vindicare iniuriam creatoris, orbem corrigere deprauatum, quandoquidem ipsi sibi nihil aliud proposuerunt quàm violentiam, scelus & flagitia. Ego autem nihil aliud proponam, quàm vastationem eorum & deletionem.

B *FAc tibi arcam de lignis leuigatis, Mansiunculas in ea facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram facies in ea, & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arcæ pones in latere deorsum. Cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uitæ est subter cœlum, & uniuersa quæ in terra sunt consumentur.* 4

ORIGENES. Incipientes de arca quę secundum mandatum dei à Noë constructa est, disserere, primo omnium videamus quæ de ea secundum literam referuntur, & quæstiones proponentes quæ obiici à pluribus solent, etiam absolutiones earum ex his quæ nobis sunt à maioribus tradita, requiramus, vt cum huiusmodi fundamenta iecerimus, ab historiæ textu possimus ascendere ad spiritalis intelligentiæ mysticum & allegoricum sen- 4 Homi.2.
C sum, & si quid in eis arcanum continetur, aperire, domino nobis verbi sui scientiam reuelante. Primò igitur hæc ipsa quæ scripta sunt proponamus. *Fac tibi* (inquit) *arcam de lignis leuigatis.* Alia litera habet, de lignis quadratis. Quadrata ligna fuisse referuntur, quo & facilius alterum alteri posset aptari, & inundante diluuio totus aquarum prohiberetur incursus, cum intrinsecus & extrinsecꝰ oblita bitumine iunctura muniretur. AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Quadratum certe hoc appellamus, quod omnibus bene constat partibus, & conueniat sibi. CHRYSOSTOMVS. Vt igitur mente non turbaretur iustus, sed paruam quandam consolationem in tanta mœroris magnitudine accipere posset, postquam docuit eum malitiæ illorum grauitatem, & quod tempus vrgeat, exigens vt profunda sectione incidantur, dicit ei, Illi quidem communi perditione interibunt. At tu quia non communicasti eorum peccato, sed omnem in virtutibus vitam peregisti, ideo tibi impero vt extruas arcam ex lignis quadratis incorruptis. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS.
D Pro quadratis lignis, bituminatis legimus in Hebræo. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Fac tibi arcã de lignis leuigatis. Quæ sunt ligna leuigata, de quibus arca præcipitur fieri, nisi fortia & insolubilia, ac bene coarctata, de quibus alia transiatio dicit quadrata, ne arca ventorum vi seu aquarũ inundatione solueretur? INTERLINEARIS. Vel de lignis leuigatis, id est politis, ne quid nociuum inhęreret. AVCTOR CATE. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Dictio גֹּפֶר gópher, quæ hic habetur, varie ab expositoribus redditur. Alij enim vnam ex quattuor speciebus abietis, quam Rabini cedrum esse putant, existimauerunt, lignum scilicet leue, & ad fluitandum super aquas aptissimum. Cui opinioni accedit & Chaldaica æditio, habens, Fac tibi arcam de lignis cedri. Alij de lignis pineis transtulerunt. Alij dictionem Hebraicam intactam dimiserunt, &, fac tibi arcam de lignis gofer, verterunt. Septuaginta ἐκ ξύλων τετραγώνων, De lignis quadratis transferũt. Si autem id lignum vel cedrus est vel abies, quid quadrati nomen cum his? Interpres latinus non expressit quod
E autem Hieronymus dicit haberi in Hebræo de lignis bituminatis, patet autem quàm differant nomen bituminis & huius ligni. Nam כֹּפֶר copher bitumen significat, at ligni huius nomen גֹּפֶר gopher est, & solum hoc in loco reperitur. Quicquid tamen illud fuerit, ex lignis aptioribus ad non submergendum, & fortioribus vt conglutinari fortiter potuerint, arcam fieri dominus præcepit. *Mansiunculas in ea facies.* ORIGENES. Vel iuxta alia exẽplaria, Nidos in ea facies. Et habitationũ discretiones nidi appellantur. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod habent latini codices plurimi, Nidos facies in arcam, cum latina locutio sit non in arcam, sed in arca, Græci nec in arcam nec in arca habent, sed nidos facies arcam, quod intelligitur, vt ipsa arca nidi essent. CAIETANVS. Mansiunculas pro animalibus, nidos appellauit, hoc est, sufficientes ad manendum tantum, & non ad discurrendum. AVCTOR CATE. Mansiunculas in arca facies. Hebraica litera ita habet, קִנִּים תַּעֲשֶׂה אֶת הַתֵּבָה kinnim taase eth hatheba, Nidos facies in arca, vel nidos facies arcã. Chaldaica & Septuaginta cum nostra editione concordant, qui vnà cum latino interprete sententiam vertũt. Hie-
F ronymus autem in Iouinianum, nidulos & mansiones legit. Domunculę enim instar nidorum erant, quod etiam fit in nauibus. Hebraicum autem elegantissima metaphora vtitur, siue ad homines, seu cæteras animantes, nidos referat, idem siquidẽ nobis domus est, quod illis nidus, propterea Epictetus apud Arianum ait, ostende quid differant hominum domus, & ciconiarum nidi. *Et bitumine linies intrinsecus & extrinsecus.* RABANVS. Bitumen est feruentissimum & violentissimum gluten, cuius est hæc virtus, vt ligna quæ ex eo lita fuerint, nec vermibus exedi, nec solis ardore, vel ventorum flatibus, aut aquarũ possint assiduitate dissolui. De hoc bitumine Plinius historicus ita refert. Bituminis plures lacus inueniri dicuntur, vt est in Comagene vrbe. Samesata stagnum emittẽs limum, quod maltham vocant, flagrantem, cum quo defendere muros solent, quia tactu adhærens retrahit fugientes. Est & in pentapoli, vbi mare mortuum vel lacus salinarum esse dicitur, in quo quæcunque viuentia mergenda tentaueris, statim resiliunt, & quamuis vehementer illisa, cõfestim excutiuntur. Sed neq; ventis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur. Neq; nauigationis patiens est, quia omnia vita ca-

Universidad de Deusto Biblioteca

rētia in profundū mergātur:nec materiā vllā sustinet,nisi quæ bitumine illustratur.Lucernā accensam ferunt su- G
pernatare,extincto demergi lumine.Sūt & in Babylonis regionibus putei bituminis,quo pro cæmēto in turris cō
structione filij Adam vsi sunt:quia cōtra naturā aquæ firmissimum est. CAIETANVS. Et bitumine linies in-
trinsecus & extrinsecus.Iuxta Hebræū habetur,Et picabis eā è domo & de foris cū pice.Et est sensus,quod ex par-
te interiori qua exercetur officiū domus,& ex parte exteriori liniēda esset pice. AVCTOR CA. Hebraica,Chal
daica,& Septuaginta cū latino interprete cōcordāt,licet alij,linies eā cęmēto,alij pice trāstulerint. *Et sic facies eam*
trecentorū cubitorum erit longitudo arcæ,quinquaginta cubitorū latitudo,& triginta cubitorū altitudo illius. ORIGENES.
Obiiciūt hic quidā quæstiōes, & præcipue Apelles,qui fuit discipulus quidē Marcionis,sed alteri⁹ hęreseos magis
quàm eius quam à magistro suscepit inuētor.Is ergo dum assignare cupit scripta Moysi nihil in se diuinæ sapiētię,
nihilq; operis sancti spiritus cōtinere,exaggerat huiusmodi dicta,& dicit nullo genere fieri potuisse , vt tam bre-
ue spaciū tot animaliū genera,eorumq; cibos qui per totū annum sufficerēt,capere potuisset.Cum enim bina & bi
na ex immūdis animalibus,hoc est,bini masculi & binæ fœminæ:ex mūdis verò septena & septena in arcā dicant H
inducta,quomodo(inquit)fieri potuit istud spaciū quod scriptū est,vt quattuor saltē solos Elephantos capere po-
tuerit?Et posteaquā per singulas species hoc modo refragatur,addit super omnia his verbis.Constat ergo fictā es
se fabulā.Quod si est,cōstat nō esse à deo hāc scripturā.Sed ad hæc nos quæ à prudētib⁹ viris & Hebraicarū tradi
tionum gnaris,atq; à veteribus magistris didicimus,ad auditorum noticiā deferemus.Aiebāt ergo maiores,quod
Moyses qui(vt scriptura testatur de eo)omni sapiētia Aegyptiorū fuerat eruditus,secundū artem geometricā,quā
præcipue Aegyptij callēt,cubitorum numerū hoc in loco posuit.Apud geometras enim secundū eam rationē quę
apud eos virtus vocatur,ex solido & quadrato vel in sex cubitos vnus deputatur,si generaliter,vel trecētos,si mi-
nutatim deducatur.Quæ vtiq; ratio si obseruetur,in huius arcæ mēsura inueniētur & longitudinis & latitudinis
tāta spatia,quæ vere totius mundi reparāda germina,& vniuersorum animātium capere rediuiua seminaria po-
Cap.27. tuerint. AVGVSTINVS DECIMO QVINTO DE CIVITATE DEI. Dicunt ergo isti non potuisse
capere arcæ illius quātitatē,animalium genera tam multa in vtroq; sexu,bina de immūdis,septena de mūdis.Qui I
mihi videntur non cōputare nisi trecēta cubita longitudinis,& latitudinis quinquaginta,triginta altitudinis,nec
cogitare aliud tātum esse in superioribus,itemq; aliud tātum in superioribus superiorū,ac per hoc ter ducta illa cu
bita,fieri nongenta per longū,cētum quinquaginta per latum,nonaginta per altum.Si autē cogitemus quod Ori
genes non inelegāter astruxit,Moysen scilicet hominē dei,eruditum sicut scriptum est,omni sapiētia Aegyptiorū
qui geometricā dilexerunt, geometrica cubita significare potuisse,vbi vnum quātum sex nostra valere asseuerāt,
quis non videat,quātum rerum capere potuit illa magnitudo?Nā illud quod disputāt tātæ magnitudinis arcam
non potuisse compingi,ineptissime calumniātur,cum sciant immensas vrbes fuisse constructas,nec attendunt cē
tum annos quibus arca illa est fabricata,nisi forte lapis lapidi adhærere potest sola calce coniunctus,vt murus per
tot milia circum agatur,& lignum ligno per suscudines,epiros,clauos,& gluten bituminis non potest adhærere,
vt fabricetur arca,non curuis sed rectis lineis longe lateq; porrecta , quam nullus in mare mittat conatus homi-
num,sed leuet vnda cum venerit,naturali ordine ponderum,magisq; diuina prouidentia,quam humana pruden K
tia natantem gubernet,ne incurrat vbicunq; naufragium. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. Sed & quæritur vtrum arca tam magna centum annis potuerit fabricari à quattuor
hominibus,id est Noë & tribus filiis eius.Sed si non potuit,non erat magnum fabros alios adhibere , quanuis o-
peris sui mercede accepta non curauerint vtrum eam Noë sapienter,an verò inaniter fabricaret. Et ideo non in
eam intrauerunt,quia non crediderunt quod ille crediderat. CAIETANVS. Trecentorum cubitorum, &
cætera. Iuxta Hebræum loco cubiti habetur brachium,nomen humani membri.Quod etiam si ita est,non exclu-
ditur quæstio,an de cubito mathematico sit sermo,quoniā sicut cubitum ita & brachiū nomen est naturalis par-
tis corporis,& vtriusq; nomen per translationem est nomen mensuræ.Pensata multitudine animalium, creditur
de cubitis mathematicis esse sermonem:ac per hoc longitudinem arcæ fuisse forte sex vel septem stadiorū . Aliis
videtur suffecisse mensuram brachiorum trecentorum,præsertim illius temporis,nam arcæ lōgitudo fuisset duo-
rum stadiorum vel circiter.Pensatáque latitudine quinquaginta brachiorum , & quod non tam multæ sunt spe- L
cies animalium terrestrium magnorum , apparet hoc & rationi & literæ Hebraicæ magis consentaneum , nam
tres contignationes multiplicatæ per tantam latitudinem,capacissimæ apparent omnium,& cætera.Scriptura si-
quidem non eximit infimam ab habitatione animalium : nec damnat plusquam tertiam partem arcæ ad sterco-
ra,vt picturæ somniant. AVCTOR CATE. Dictio אַמָּה amma quæ hic posita est, ab omnibus in cubitum
transfertur. Septuaginta etiam πηχέων habent, hoc est,cubitorum . Sic & Chaldaica. ORIGENES. Hæc
quantum ad historiæ pertinet rationem,aduersum eos dicta sint,qui impugnare scripturas veteris testamenti ni-
tuntur,tanquam impossibilia quædam & irrationabilia continentes. *Fenestram facies in ea, & in cubito consummabis*
eam. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Septuaginta litera habet,Colligēs
facies arcam,& in cubito consummabis eam desuper,pro eo quod est,colligens facies arcā,in Hebręo habet,Me-
ridianum facies arcæ,quod manifestius interpretatus est Symmachus,dicens, διαφανές, hoc est,dilucidum facies
arcæ,volens fenestram intelligi. EVCHERIVS. Idcirco fenestram in summitate arcæ iubet fieri, vt habe- M
ret vnde emittere posset aues ad explorandam terræ siccitatem. INTERLINEARIS. Hanc autem tradūt
Iudæi crystallinam fuisse. CAIETANVS. Fenestram in arca facies.Iuxta Hebræum habetur,luminare arcę
facies . Mandat deus vt prouideat Noë de lucerna illuminante arcam, est enim arcæ casus datiui . Nec intelligo
vnam duntaxat lucernam,sed Hebræo more multitudo lucernarum vocatur luminare.Et in cubito consumma-
bis summitatem eius.Iuxta Hebræum clarius habetur,Ad brachium perficies eam superne.Nō de fenestra,sed de
arca est sermo,quod suprema pars eius vnius tātum brachij esset,tum vt pluuiales aquæ hinc inde elaberētur,tūvt
arca nō flecteret grauedine summitatis.Sed hoc potest dupliciter intelligi.Primo,vt summitas arcę fuerit quadra
ta,hoc est,secundū singula quattuor latera vnius cubiti.Et hic sensus valde dissonat,tū à superficie pēdula arcę fo
ris,tum à capacitate arcę intus.Nā surgente linea altitudinis triginta cubitorum in medio arcæ,secante in medio
lineam

A lineam longitudinis trecentorum,& lineam latitudinis quinquaginta cubitorum,cōstat quod linea ducta ab ex-
tremo semilongitudinis,vsque ad summitatem lineæ altitudinis,esset plusquam centum quinquaginta cubitorū,
vt patet.Et maior adhuc esset linea ducta ab angulo arcæ ad eandem summitatem,vt patet.Existentibus igitur li-
neis ductis à quattuor arcæ angulis ad summitatem lineæ altitudinis in medio tam longis , & ipsa linea altitudi-
nis existente tam parua,manifeste apparet quod minime pendula,imo fere plana fuisset foris arca.Et hinc etiā ap
paret quod arca fuisset int⁹ minimæ capacitatis,nam lineæ tam à quattuor angulis quàm ab extremis lōgitudinis
arcæ ductæ ad summitatem tam breuis lineæ,in medio fuissent adeo propinquæ pauimento arcæ,vt valde modicū
spatium vacuum intercepissent.Alter itaq; sensus est,quod suprema pars arcæ fuit vnius cubiti secundum latitu-
dinem duntaxat,secundū verò longitudinem fuit quantum erat longa arca,scilicet trecentorum cubitorum . Et
quia sic verificatur litera,& cessant omnia absurda,ideo hic sensus amplectendus est.Foueturq; ex eo,quod cōstat
arcæ supremę parti ideo decretum fuisse cubitum vt capacior esset arca intus.Nisi enim maioris capacitatis ratio
B fuisset habita,decretum fuisset vt tabulæ per longitudinem arcę versus altitudinem ad concludendam summitatē
vtrinq; consurgentes , sese in summitate tangerent absq; cubito medio.Non est itaq; forma arcæ nostro accōmo-
dāda figmēto,sed quo foris magis pendula,& int⁹ magis capax,eo verius intelligitur litera. AVCTOR CAT.
Fenestram in arca,& cęt.Hebraicą litera huiusmodi est hoc in loco צֹהַר תַּעֲשֶׂה לַתֵּבָה וְאֶל אַמָּה תְּכַלֶּנָּה מִלְמַעְלָה zó-
ar taase lateba,veel amma techallénna milmáela,hoc est,fenestram facies arcę,& in cubito cōsummabis eam de-
super,siue superne.Ita & Chaldaica.Et de fenestræ,non autem arcæ mensura loqui videtur.Est autem צֹהַר zoar,fe
nestra,à qua צָהֳרַיִם zahoráim,id est meridies,scilicet cum sol est in medio cœli,vel in nostro meridiano.Fenestra
igitur à superiore loco arcæ videtur fuisse supremus cubitus altitudinis,hoc est,trigesimus,per gyrum lumen, per
opportuna loca immittēdo toti arcæ,vt fit in tectis nauibus,sic ordinatum & fabrefactum,vt neq; illuc aqua per-
tingeret,nec desuper pluuiæ illaberētur. *Ostium autem arcæ pones in latere deorsum.* AVGVSTINVS IN LO-
C CVTIONIBVS. Quod habent pleriq; codices hoc in loco,Facies ostium arcæ à latere,nonnulli habēt,ex trās
uerso,sic enim voluerunt interpretari quod Græcè dicitur ἐκ πλαγίου. CAIETANVS. Iungendum est enim
deorsum cum oratione sequenti,videlicet deorsum cœnacula & tristega facies in ea. Vnde & in Hebræo habe-
tur,Et portam arcæ in latere eius pones.Et proprie loquendo,significatur pars latitudinis arcæ. Latera enim pro-
prie secundum latitudinem dicuntur,vt patet in lateribus hominis,& lateribus arcæ domini. AVCTOR CA
TE. Quod apud nos est,Ostium autem arcæ pones in latere deorsum,Hebraicè habetur וּפֶתַח הַתֵּבָה בְּצִדָּהּ תָּשִׂים
Vphethah hateba bezidda tasim,id est.Et ostium arcæ in latere eius pones.Ita & Chaldaica. Septuaginta quoque,
τὴν δὲ θύραν ποιήσεις ἐκ πλαγίων , At portā facies ex latere.Dictionem autem deorsum,ad cœnacula & tristega ac-
commodauerunt,vt in sequentibus patebit.Non enim ostium huiusmodi apte in inferiori parte poni posse vide-
batur,cum arca in aquis duodecim cubitos profunda fuerit.Fuit ergo ostium in contiguo habitationis animaliū
& apothecę,& subtus duas habuit māsiones. *Cœnacula & tristega facies in ea.* AVGVSTINVS IN QVAE-
D STIONIBVS SVPER GENESIM. Quod ait secundum aliā literam,Inferiora bicamerata & tricame-
rata facies ea,quæri solet,Num inferiora futura erant bicamerata & tricamerata ? Sed in hac distinctione totam
structuram eius intelligi voluit,vt haberet inferiora,haberet media & superiora,quæ appellantur tricamerata. In
prima quidem habitatione,id est in inferioribus,semel camerata erat arca,in secunda verò habitatione supra infe
riorem,iam bicamerata erat,ac per hoc in tertia supra secundam,tricamerata erat. STRABVS. Quinq; man
sionibus distincta fuit arca.Prima,id est inferior,fuit stercoraria,quo stercora defluebant,ne qui erant in arca,fæ
tore læderentur.Secunda apothecaria fructuum & herbarum,pro victu eorum quę erant in arca animaliū.Tertia
immitium animalium & serpentium. Quarta mansuetorū.Quinta,id est suprema,hominū. CAIETANVS.
Cœnacula & tristega facies in ea,iuxta Hebræū habetur,Infera secunda & tertia facies eam,scilicet arcam.Appo-
sitiua siquidem est constructio,significans arcam distributam in tria loca principalia, videlicet infima, media, &
suprema.Quot autem in istis contignationibus fuerint cæsuræ nescitur,in genere enim dictū est,vt fierent in ar-
E ca nidi,hoc est,cōmensuratæ mansiones animalibus ad manendum. AVCTOR CATE. Deorsum cœnacu
la & tristega facies in ea.Hebraicè sic legitur loc⁹,תַּחְתִּיִּם שְׁנִיִּם וּשְׁלִשִׁים תַּעֲשֶׂהָ tahtiim seniim vselisim taaseha,hoc
est,Inferiora,Secūda & tertia facies eam vel in ea.Chaldaica,Mansiones inferiores, secūdas & tertias facies in ea.
Septuaginta κατάγεα διώροφα καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτὴν,Inferiora bicamerata & tricamerata facies eam.Sic enim
& apud Herodotū sunt tecta πεντώροφα καὶ ἑξώροφα, nam diuersimode à diuersis scribitur.Vt videlicet interstitia
arcæ secundum altitudinem tria fuerint,Infima,pro stercoribus & repositione rerum necessariarū,Media,quæ di-
stega dici potest,pro animalibus feris & mansuetis,suprema & tristega pro hominibus.Vel secundū cōmunē ędi-
tionem , Deorsum cœnacula & tristega facies in ea , id est inferiores duas,& superiores tres mansiones,quasi tria
tecta siue solaria. στέγη siquidem græcè,latinè tectū dicitur, vnde tristega,tecta triplicia, & distega, tecta duplicia
interpretantur.Cum verò in Hebræo non habeātur cœnacula,putamus interpretē idem per ea intelligere voluis-
se quod & distega,quæ neq; à Septuaginta omittuntur,sicut etiā in Iouiniano legit Hieronymus. CHRYSO-
F STOMVS. Cōsidera verò dignationem dei,& ineffabilē virtutē,misericordiamq; omnem rationē trāscēden-
tem.Simul declarat & suam erga iustum prouidentiā,vt fabricet arcā illi imperans,ordinansq; interim modū in-
quem cōstruenda,nempe in quam lōgitudinē,latitudinem & sublimitatē,& maximam ei cōsolationē affert,spem
salutis per arcæ constructionē subscribens.Volebat autē illos quoq; qui tam grauiter peccauerāt,fabricatione arcę
admoneri,vt secū cogitarēt quæ fecissent, resipiscēdoq; indignationē non experirētur.Neq; enim paruum illis tē-
pus denuo cōcessum,donec fabricaretur arca,sed plane multū & sufficiēs fuisset,nisi adeo ingrati & stupidi fuissēt
ad erratorū emendationē.Verisimile enim ꝙ quicūq; ex eis vidit iustū qui fabricabat arcā,& causam extructionis
sciscitatus sit,& postea cognouerit diuinā indignationē,vnde si voluisset,potuisset ad suorū peccatorū agnitionē
venire.Verū hæc illis nullā vtilitatē attulerūt,nō quia nō potuerūt,sed quia noluerūt. ORIGENES. Sed quę-
ritur,qualem oporteat habitū ipsum & formā arcæ intelligi.Quā ego puto quantū ex his quæ describūtur apparet
quatuor angulis ex imo cōsurgentibus,eisdemq; paulatim vsq; ad summū in angustū attractis,in spaciū vnius cu-

 biti

Universidad de Deusto
Biblioteca

biti fuisse collectã. Sic enim refertur, quod in fundamẽtis eius trecẽti cubiti in lõgitudine, in latitudine verò qui- G
quaginta sint positi, triginta autẽ in altitudine ædificati. Sed collecta in cacumen angustũ, ita vt cubitus sit latitudinis & longitudinis eius. Iam verò intrinsecus ea quidem quæ dicũtur eius inferiora, bicamerata ponuntur, id est habitationem duplicem continentia. Superiora verò tricamerata, veluti si dicamus triplicibus constructa cænaculis. Sed hæ habitationum distinctiões ad hoc factæ videtur, vt secerni per singulas mãsiones diuersa animalium vel bestiarum genera facilius possent, & à bestiis feris mansueta quæq; & ignaua seiungi. Traditũ sane nobis est, & non absq; verisimilitudine, inferiora quæ supradiximus constructa dupliciter, quæ & seperatim bicamerata dicuntur, ob hunc modum fuisse duplicia, quãdoquidem annum integrũ fecerũt omnia animalia in arca. Et vtiq; in totum annum necesse erat prouidere cibos, & non solum cibos, verũ & digestionũ constitui loca, quo neq; ipsa animalia, præcipue tamen homines, fimi fœtore vexarentur. Tradunt ergo quod inferior regio ipsa quæ in fundo est, ad huiuscemodi necessitates mancipata sit & excepta. Huic autem superior & cõtigua, cõseruandis pabulis deputaretur. Etenim necessarium videbatur, vt iis bestiis quibus natura vesci carnibus dedit, introducta sint extrin- H
secus animalia, quorũ vescentes carnibus conseruare vitã posteritatis reparãdæ gratia valerent, aliis verò alia, quę naturalis vsus deposcit, seruarẽtur, alimenta. In hos ergo vsus inferiores partes, quæ bicameratæ dicuntur, tradunt fuisse distinctas. Superiores verò, ad habitaculum bestiis vel animalibus deputatæ sunt, quibus inferiores quidem feris & immitib⁹ bestiis, vel serpẽtibus habitaculũ prębuisse, his verò cõtigua in superioribus loca mitioribus animantibus stabula fuisse. Supra omnia verò in excelso hominibus sedẽ locatã, vtpote qui & honore & ratione cũcta pręcellãt, vt sicut ratione & sapiẽtia principatũ gerere supra omnia quę in terris sunt, dicitur homo, ita etiã loco celsior, & supra omnes animãtes, quæ in arca sunt, collocatus existat. Tradũt autẽ etiam ostiũ, quod ex latere factũ dicit, eo loci fuisse, vt inferiora quę dixit bicamerata, infra se haberet, & quę dixit tricamerata superiora à loco ostij appellata sint, vt inde ingressa vniuersa animalia, per sua quæq; loca, secũdũ quod supra diximus, cõgrua discretione dirẽpta sint. Verũ ostij ipsius munimen, nõ iã humanis rationibus adimpletur. Quomodo enim posteaq̃ clausum est, & nullus hominũ extra arcã fuit, bituminari extrinsecus ostiũ potuit, nisi quia diuinæ virtutis sine du- I
bio opus fuit, ne ingrederetur aqua per aditũ, quẽ humana nõ munierat manus? Propterea ergo scriptura cũ de cęteris omnibus dixisset, quia fecit arcã Noë, & introduxit animalia, & filios, & vxores eorũ, de ostio nõ dixit, quia Noë clausit ostiũ arcæ, sed ait quia clausit dominus deus de foris ostiũ arcæ, & sic factũ est diluuiũ. Obseruãdũ tamẽ est, quod post diluuiũ nõ dicitur Noë aperuisse ostiũ, sed fenestrã, cũ emisit coruũ, vt videret vtrũ cessasset aqua super terrã. Quod autẽ intulerit cibũ Noë in arcã omnibus animãtibus, vel bestiis quæ cũ eo introierunt, audi ex his quę domin⁹ dicit ad Noë, Tu (inquit) accipe tibi ipsi ab omnibus escis quę edũtur, & cõgregabis ad temetipsũ, & erũt tibi & ipsis ad edẽdũ. Quod autẽ fecit Noë ea quę pręcepit ei dominus, audi scripturã dicẽtẽ, Et fecit (inqt) Noë omnia quę pęcepit ei dominus deus, sic fecit. Sanè q̃ de locis quę diximus ad fimũ animaliũ separata, scriptura nihil retulit, sed traditio tenet, opportune videbitur super hoc habitũ etiã silentiũ, de quo sufficiẽter cõsequẽtiæ ipsi⁹ ratio doceret. Et quia ad spirituale intelligẽtiã min⁹ digne poterat aptari, merito ergo scriptura siluit de hoc, K
quę magis narrationes suas intellectibus allegoricis coaptat. Verũtamen quantũ ad necessitatẽ pluuiarũ & diluuij
spectat, nulla potuit tam conueniẽs & cõgrua arcæ species dari, quã vt ex summo velut ex tecto quodã in angustũ
culmine ducto, diffunderet imbriũ ruinas, & ima in aquis quadrata stabilitate cõsistens, nec impulsu ventorũ, nec
impetu fluctuũ, nec inquietudine animaliũ, quę intrinsecus erãt, aut inclinari posset, aut mergi. AVCTOR CATE. Circa opificiũ & figurã arcæ variæ sentiũt doctores nostri, nobis ex Hebræo sufficerit intelligere, nõ nauim fuisse, sed arcã longitudinis trecentorũ cubitorũ, latitudinis quinquaginta, altitudinis triginta. Ex lignis aptioribus, ad nõ submergendum, & fortioribus, vt cõglutinari fortiter potuerint. Superius aperturã habebat altitudinis cubitalis, pro sufficiẽte lumine, ex latere ostiũ, triplici quoq; diuisam iterstitio: infimo, medio, & supremo. In quibus mãsiunculæ, & nidi pro diuersis animaliũ generibus conseruãdis. Cæteras quæstiones circa formam, animalia, cibos, procreationes, cum spiritus dei eas cõmemorare omiserit, nobis quoq; cõsultius negligẽdas nouerimus. De cubito tamen Origenes contra Celsum, dicit ex traditione Hebræorũ, hic designasse mesen cubitũ geometricum, qui constat cubitis communibus sex, & facit longitudinem nouem pedũ: vt fuerit longitudo arcæ duum mi- L
lium & septingentorum pedum: latitudo quadringentorum quinquaginta: altitudo ducentorum septuaginta, tãta scilicet vastitas, quæ totius mundi reparanda germina, & vniuersorum animãtium capere diuina seminaria potuerit. Secundũ vsualem cubitũ, qui est pedis & semis, non excessisset quadringentos quinquaginta in longitudine: latitudo septuagintaquinque, altitudo quadraginta quinque pedum. CHRYSOSTOMVS. Igitur postquam de construenda arca deus iusto præcepit, communicat & narrat ei etiam pœnæ speciem quam illaturus erat & dicit, *Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uitæ est subter cœlum, & uniuersa quæ in terra sunt consummentur.* Tu quidem (inquit) hãc para, sicut præcepi, ego autem vbi tu ædificium comcauerint, & inquit, Etenim eandem pœnam inducam, tam rationalibus, quàm rationis expertibus. Quia pleueris, etiam ea quæ ad te attinent tuta faciam. Vide quomodo & per minas ostendit quàm grauia illi peccum à sua dignitate qua brutis præfuerunt, excidere, dignum est vt inter illos & ista nulla sit pœnarum differentia. Inducam enim diluuium aquæ, vt corrumpat omnem carnem, in qua est spiritus vitæ subter cœlum. Et M
iumenta (inquit) & volatilia, & feras, & quadrupedia, & quæcunque sub cœlo conspiciuntur. Et vt discas quod nihil relinquatur, inquit, Et quæcunque sunt super terram, consummentur. Nam purificatione orbis opus habet, sed hoc te non conturbet, neque mentem tuam confundat. Nam quia video vlcera eorum incurabilia, sistere volo malitiæ fluenta, vt ne grauioribus pœnis obnoxios se faciant. Idcirco etiam nunc pro sua misericordia, cum indignationem bonitate temperat, talem pœnam infert, quæ sine dolore sit, & non sentiatur. Neque enim respiciens ad ea quæ peccauerant, vel quæ meruerant, sed prævidens futura, & in hos consa (inquit) quæ sunt in terra morientur. Quid itaque muta deliquerant animantia, qua causa subiecta sunt pœnæ, quæ peccandi sensum non habent? sed quemadmodum in bello, cum imperator ab hoste occiditur, commoritur

A moritur eius exercitus, atque omnis comminuitur virtus militaris, sic non discrepare à iustitia visum est, cum interiret homo, cui regalem quandam dominus deus in omne animantium genus potestatem dedit, vt omnibus volatilibus, feris, bestiis imperiali præesset auctoritate, quod etiam pecudes, & quæcunque erant irrationabilia, commorerentur animalia. Denique si quando est pestilentia, corrupto cœli tractu, prius ea quæ sunt irrationabilia lues dira contaminat, & maxime canes, equos, boues, atque ea inficit, quæ cum hominibus conuersari videtur. Sic morbi vis genus humanum implicat. Hæc igitur prima causa, vt arbitror, iustæ assertionis. Secunda illa, quia nemo accusat naturam, cur reliqua corporis nostri membra moriantur, solo capite sublato, cum multos videamus amputatis manibus & pedibus superuiuere. Sed non eadem cæterorum membrorum est prærogatiua, quæ capitis. Ideoq; absciso eo, vnde sensus nostri in reliquum corpus prodeunt, moriuntur etiam omnia membra, nec in eo aut operatoris prouidentia deseritur, aut substantiæ humanæ redarguitur. Similiter ergo nemo nũc arguat, quia caput & principale quoddam cæterorum animalium homo est, quo moriente, non debet mirum videri, si
B cætera moriantur animalia. Tertium illud est, quia rationis expertia non propter se, sed propter hominem generata sunt animalia, hominis enim causa esse præcepta sunt, eorum subiectione humana præstare conditio. Deniq; gratiæ hominis attribuit propheta, dicens: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & Psalm. 8.
pecora campi, volucres cœli & pisces maris, quia propter ipsum illa omnia, alia propter vtilitatẽ, alia delectationis gratia, alia voluptatis. Consequens ergo erat, vt cum deleretur homo à facie terræ, propter quem facta sunt, etiam ipsa pari delerentur occasu. AVCTOR CATENAE. Ecce ego adducam, & cætera. Non vult deus aduersitates nostras ex rerum naturalium causis nobis immissas, alteri acceptas referri, quàm sibi soli. Ipse enim influentiarum cœli, & effectuum elementorum prima causa haberi vult & agnosci. Non enim malum est in ciuitate, quod non faciat dominus. Carnem verò corrumpendam dicit, non animum, vel totum hominem, vt spiritus saluus sit. Non enim punit deus bis in idipsum. RVPERTVS. Crediderim tamen ego, plerosq; ex eis, vt pote impios, ab illo temporali aquarum diluuio, ad æternum transisse incendium, iuxta quod item scriptum est, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Et hæc quidem secundum simplicem lectionis expositionem.

C ORIGENES ET AVGVSTINVS DECIMO QVINTO DE CIVITATE DEI. Hunc verò deprecantes eum prius qui solus potest de lectione veteris testamenti auferre velamen, tentemus inquirere quid etiam spiritalis ædificationis contineat magnifica hæc arcæ constructio. Puto ergo quod sicut imperat deus Noë vt arcam faciat de lignis non putrescẽtibus, ita etiam ad nostrum Noë qui vere solus iustus, & solus perfectus est, Dominum Iesum Christum in consummatione seculorum dictum est à patre, vt faceret sibi arcam, id est ecclesiam, ex omnibus gentibus in æternũ victuris, & mensuras ei daret cœlestibus sacramentis repletas. Arca ergo ista quæ natat in fluctibus, & in qua humani generis fit reparatio, proculdubio figura est peregrinantis in hoc seculo ciuitatis dei, hoc est, ecclesiæ, quæ fit salua per lignum in quo pepẽdit mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Videamus ergo quæ sint quadrata ligna. Quadratum est, quod nulla vacillat ex parte, sed quocunq; verteris fida & solida stabilitate consistit. Ista sunt ligna quæ omne pondus vel animalium intrinsecus, vel fluctuum ex- Mystice. Cap. 26.
D trinsecus ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in ecclesia, & magistros atque æmulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos verbo cõmonitionis, & doctrinæ gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus vel gẽtilibus vel hæreticis, & quæstionum fluctus ac procellas certaminum commouentibus, virtute verbi, ac sapientia rationis obsistunt. Quia ergo vndiq; stabilis est sanctorum vita doctorum, & ad omne bonum opus parata, ideo de lignis quadratis arca fabricatur. Vidisti quæ sunt quadrata ligna, quæ velut mur⁹ quidam & defensio his quę sunt intrinsecus, obstaculum autem & impugnatio his qui extrinsecus superueniunt, collocantur à spiritali Noë: Quæ ligna extrinsecus & intrinsecus bitumine linuntur, vult enim te architectus ecclesiæ Christus, non esse talẽ, quales sunt illi, qui deforis quidem apparent hominibus iusti, deintus autem sunt sepulchra mortuorum. Sed vult te & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus purum. Cautum vndiq;, & castitatis atque innocentiæ virtute munitum, hoc est intus & foris bitumine esse ỏblitum. Verum quoniam non est omnium vnum meritũ, nec vnus in fide profectus, idcirco & arca illa non vnam præbet omnibus mansionem, sed bicamerata sunt infe-
E riora, & tricamerata superiora, & nidi distinguuntur in ea, vt ostendat quia & in ecclesia licet omnes intra vnam fidem contineantur, atque vno baptismate diluantur, non tamen vnus omnibus, atq; idem profectus est, sed vnusquisque in suo ordine. Hi quidem qui per rationabilem scientiam viuunt, & idonei sunt non solum semetipsos regere, sed & alios docere, quoniam valde pauci inueniuntur, qui cum ipso Noë saluantur, & proxima ei propinquitate iunguntur, & tenent figuram, sicut & dominus noster verus Noë Christus Iesus paucos habet proximos, paucos filios & propinquos, qui verbi eius participes sint, & in summitate arcæ collocantur. Cæterum multitudo irrationalium animalium, vel etiam bestiarum, in inferioribus locis habetur, & eorum maxime, quorum feritatis sæuitiam nec fidei dulcedo molliuit. Superiores verò aliquantulo ab his sunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen simplicitatis innocentiæque custodiunt. Et sic per singulos habitationum gradus ascendentibus, peruenitur ad ipsum Noë, qui interpretatur requies vel iustus, qui est Iesus Christus. Neque enim in illum Noë conuenit,
F quod dicit Lamech pater eius, Hic enim (inquit) requiem dabit nobis ab operibus & à tristitiis manuum nostrarum, & à terra quam maledixit dominus deus. Quomodo enim verum erit, quod ille Noë requiem dederit illi Lamech, vel populo qui tunc habebatur in terris, vel quomodo à tristitiis & labore cessatum est temporibus Noë, vel quomodo ablatum est maledictum terræ, quod dederat dominus, vbi potius iracundia diuina maior ostenditur, & refertur dicere deus, pœnitet me quod feci hominem super terram? Et iterum dicit, Deleam omnem carnem quæ est super terram. Et super omnia summæ offensæ indicium, interitus viuentium datur. Si verò respicias ad dominum nostrum Iesum Christum, de quo dicitur, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, & iterum de quo dicitur, Factus pro nobis maledictum, vt nos de maledicto legis redimeret, & iterum cum dicit. Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris, inuenies hunc esse qui vere requiem dedit hominibus, & liberauit terram de maledicto quo maledixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei dominus deus. Huic ergó spiritali Noë, qui requiem dedit hominibus, & tulit peccatum mundi, dicitur, Facies G
tibi arcam ex lignis quadratis. Post hæc de longitudine & latitudine arcæ, & de altitudine memoratur, & numeri
in his quidam ponuntur ingentibus mysteriis consecrati. Sed antequam de numeris disseramus, hoc quod dicit
Ephe.3. cis sacratius loqueretur, ita ait, Vt sciatis quæ sit longitudo, & latitudo, & altitudo, & profundum. Profundum au
tem & altitudo idem significant, tantummodo quod altitudo spatium de inferioribus videtur ad superiora me-
tiri, profundum verò de superioribus incipere, & ad inferiora descendere. Consequenter ergo spiritus dei & per
Moysen & per Paulum ingentium sacramentorum figuras enunciat. Nam Paulus quoniam descensionis Christi
mysterium prædicat, profundum nominauit, quasi de superioribus ad inferiora venientis. Moyses verò quia resti
tutionem designans eorum qui per Christum de interitu & perditione seculi, tanquam de nece diluuij ex inferio-
ribus ad superna & cœlestia reuocantur, in mensura arcæ non profundum memorat, sed altum, tanquam vbi de
terrenis & humilibus ad cœlestia & excelsa conscenditur. Numeri quoque ponuntur, trecenti cubiti longitudinis H
quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis. Trecenti, trecenteni sunt. Centenarius autem numerus, plenus in
omnibus & perfectus ostenditur, & totius rationalis creaturæ continens sacramentũ, sicut in euangeliis legimus,
vbi dicit: Quia habens quis centum oues, ex quibus cum perisset vna, relictis nonaginta nouem in montibus, des-
cendit quærere eam quæ perierat, quamq; inuentam humeris suis reportauit, & posuit cum illis nonaginta noué,
quæ non perierant. Hic ergo centenarius totius creaturæ rationalis numerus, quoniam non ex semetipso subsistit
sed ex trinitate descendit, & longitudinem vitæ, hoc est, immortalitatis gratiam, ex patre per filium & spiritum-
sanctum suscepit, idcirco triplicatus ponitur, vt pote qui ad perfectionem per gratiam trinitatis augetur, & qui ex
centenario per ignorantiam lapsum, per agnitionem trinitatis restituat in trecentos. Latitudo quinquagenarium I
numerum tenet. Qui numerus remissioni, & indulgentiæ consecratus est. Secundum legem enim quinquages-
mo anno remissio erat, id est vt si quis distraxisset possessionem, reciperet: si liber in seruitutem venisset, reci-
peret libertatem, indulgentiam debitor acciperet, exul rediret ad patriam. Spiritalis ergo Noe Christus, in sua
arca in qua humanum genus de interitu liberat, id est in ecclesia sua, hunc quinquagenarium remissionis nu-
merum in latitudine collocauit. Nisi enim remissionem peccatorum donasset credentibus, non fuisset per or-
bem terræ ecclesiæ latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus, simile vt trecenti continet sacramen-
tum. Quod enim ibi centeni, hoc hic, deni tertio multiplicati faciunt. Ad vnum autem totius constructio-
nis numerum summa reuocatur, quia vnus deus pater ex quo omnia, & vnus dominus, & vna ecclesiæ fides
est, vnum baptisma, vnum corpus, & vnus spiritus, & ad vnum perfectionis dei finem cuncta festinant. Sed &
tu qui hæc audis, si scripturis sanctis intendas, ex ocio per multa inuenies magnarum rerum gesta sub tricena-
rio., vel quinquagenario numero contineri. Triginta annorum Ioseph educitur de carcere, & totius Aegypti
suscipit principatum, vt imminentis perniciem famis diuina prouisione depellat. Triginta annorum refer-
tur Iesus, cum venit ad baptismum, & vidit cœlos diuisos, & spiritum dei in columbæ specie venientem super se. K
Vbi & primum cœpit sacramentum patescere Trinitatis, & multa his similia inuenies. Sed & quinquagesimum
diem festum in nouarum frugum consecratione reperies, & de Ammonitarum spoliis domino quinquagesima
delibatur. Cum trecentis verò inuenies & Abraham vincentem Sodomitas, & Gedeon cum trecentis lingua a-
quam lambentibus superat. Fenestram verò arcæ melius accipimus respectum in salutem animarum, quæ sunt bi
tumini intrinsecus & extrinsecus sociatæ, & colligatæ inuicem in vnitate spiritus sancti, & in vinculo pacis. Osti-
um sane, quod non à fronte, nec desuper, sed ex latere ex transuerso collocatur, quoniam iræ diuinæ tempus est,
indicat, Dies enim domini, dies iræ & furoris, sicut scriptum est. Licet enim videantur aliqui saluari, multi tamen
quos merita sua reprobant, delentur & pereunt. Ex transuerso ergo ostium ponitur, vt illud ostendatur quod per
prophetam dicitur, Quia si incesseritis mecum peruersi, & ego incedam vobiscum via peruersa. Vel ostium quod
in latere accepit arca, profectò illud est vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hac quippe ad illum
venientes, ingrediuntur, quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur. GREGORIVS SV- L
Homi.16. PER EZECHIELEM. Arca quæ trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est, sexaginta verò in latitudine,
triginta autem in altitudine, in vno est cubito consummata. Quid enim per arcam nisi sancta ecclesia figuratur,
quæ inferius ampla est, superius angusta? Quæ à trecẽtis & sexaginta ac triginta cubitis ad vnum cubitum colli-
gitur, quia latitudinem quam sancta ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus habet, paulisper angustata, &
in altum proficiens, ad vnum tendit. Ipsa enim ratio exigit vt credamus, quod in illa arcæ latitudine, omnes be-
stiæ, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt, homo verò atque volatilia nimirum in superiori-
bus. Iuxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere, de qua coruum vel columbam demisit homo, vt si iã
diluuij transisset aqua, cognosceret. Et quia arca eadem in vno fuit cubito consummata, homo & volatilia iuxta
cubitum fuerunt. Recte itaque per arcam vniuersa ecclesia designatur, quæ adhuc in multis suis carnalibus lata
est, in paucis spiritalibus angusta. Et quia ad vnum hominem qui est sine peccato colligitur, quasi in vno cubito
consummatur. Videmus etenim multos intra eiusdem sanctæ ecclesiæ sinum in superbia erigi, in carnis volupta- M
te dissolui, acquirendis terrenis rebus inhiare, imperante auaritia mare transire, deseruire iracũdiæ, iurgiis vacare,
proximos quos præualẽt lædere. Sed quia eos adhuc sancta ecclesia tolerat vt cõuertat, quasi in arcę latitudine de-
orsum bestiæ morantur. Videmus alios iam aliena non quęrere, illatas iniurias æquanimiter portare, rebus pro-
priis esse contentos, humiliter viuere. Sed quia isti iam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspicimus etiã
motus omnes sub rationis iudicio premere, per cœleste desideriũ cõtemplationis pennas subleuare. Sed quia tales
quiq; valde rari sunt, in arca iuxta cubitum ducũtur, vbi homines & volatilia cõtinentur. In vno ergo cubito con
summatur arca, quia vnº est auctor & redẽptor sanctę ecclesię sine peccato, ad quẽ omnes proficiũt, qui se esse pec
Phil.2. catores nouerũt. ORIGENES. Post hęc videamus & de eo q̃ dicit separatim inferiora bicamerata, & superio-
ra tricamerata, ne forte illud iudicet per hęc q̃ Apostolº dicit: Quia in nomine Iesu omne genu flectet, cœlestiũ,
terrestrium

A terrestrium & infernorum, & in arca significetur omnium quidem inferiora, ipsa esse quæ Apostolus dicit infer-
na, horum autem cõtigua superiora, ipsa esse terrestria, tricamerata verò superiora, quę dicit simul omnia esse cœ-
lestia. Sed in his eorum merita distingui, qui possint secundum apostolum Paulum vsque ad tertium cœlum cõ-
scendere. Nidi verò & nidi, quia multi sunt in arca, multas esse apud patrem indicant mansiones. AVGVSTI- Vbi supra.
NVS. Vel quia ex omnibus gentibus congregatur ecclesia, bicamerata dicta est, propter duo genera hominum,
circuncisionem scilicet & præputium, quos apostolus & alio modo Iudæos dicit & Græcos. Tricamerata verò,
eo quod omnes gẽtes de tribus filiis Noë post diluuium reparatæ sunt. Et fieri quidem potest, vt & nobis quispiã,
& alius alio exponat hæc aptius, dum tamen ea quæ dicuntur, ad hanc de qua loquimur, dei ciuitatem in hoc secu
lo maligno tanquam in diluuio peregrinantem, omnia referantur, si ab eius sensu qui ista conscripsit, non vult lõ
ge aberrare qui exponit. ORIGENES. Verum quoniam arca quam describere conamur, non solum bica-
B merata, sed & tricamerata à deo construi iubetur, operam demus & nos ad hanc duplicem quæ præcessit exposi-
tionem, secundum præceptum dei, etiam tertiam iungere. Prima enim quæ præcessit, historica est, veluti fundamẽ
tum quoddam in inferioribus posita. Secunda hæc mystica, superior & excelsior fuit. Tertiam si possumus, mora-
lem tentemus adiicere. Quanuis & hoc ipsum quod neque bicameratam solum dixit, & siluit, neque tricameratã
tantum, & cessauit, sed cum dixisset bicameratam, addidit & tricameratam, nec absque huius ipsius expositionis
quam habemus in manibus, videatur esse mysterio. Nam tricamerata, triplicem hanc expositionem designat. Sed
quia non semper in scripturis diuinis historialis consequentia stare potest, sed nonnunquam deficit, vt verbi cau
sa, cum dicitur, spinæ nascentur in manus ebriosi, & cum in templo à Salomone construendo dicitur, Vox mal-
lei & securis non est audita in domo dei, & iterum in Leuitico, cum lepra parietis & pelliculæ & staminis inspici
iubetur à sacerdotibus, & purgari. Propter hæc ergo & his similia, non solum tricamerata, sed & bicamerata arca
contexitur, vt sciamus in scripturis diuinis non semper simplicem, quia non semper nos historia sequitur, sed in-
C terdum duplicis tantummodo sensum expositionis insertum. Tentemus igitur & tertiam expositionem differe-
re secundum moralem locum. Si quis est qui crescentibus malis & inundantibus vitiis conuertere se potest à re-
bus fluxis & pereuntibus & caducis, & audire verbum dei, ac præcepta cœlestia, hic intra cor suum arcam salutis
ædificat, & bibliothecam, vt ita dicam, intra se diuini consecrat verbi. Longitudinem in ea, & latitudinem, & al-
titudinem, fidem, spem, charitatemq; collocat. Fide trinitatis ad longitudinem vitæ immortalitatęq; descendit.
Latitudine charitatis, indulgẽtiæ & benignitatis fundat affectũ. Altitudine spei ad cœlestia erigit & excelsa, super
terrã enim ambulans, in cœlis habet conuersationem. Summam vero actuum suorũ refert ad vnũ. Scit enim quia
omnes quidem currunt, sed vnus accipit palmam, scilicet qui cogitationum varietate, & instabilitate mentis non
fuerit multiplex. Sed hanc bibliothecam non ex agrestibus & impolitis, sed ex quadratis, & secundum æquitatis
lineam directis construit lignis, id est non secularium auctorum, sed ex propheticis atque Apostolicis voluimi-
bus. Ipsi enim sunt, qui diuersis tentationibus edolati, resecatis omnibus vitiis & excisis, quadratam continent
D vitam, & ex omni parte libratam. Nam auctores secularium librorum possunt quidem dici ligna excelsa, & ligna
vmbrosa. Sub omni enim ligno excelso & nemoroso, accusatur fornicatus esse Israel, quia illi loquuntur quidem
excelsa, & florida vtuntur eloquentia, non tamen ita gerunt, vt loquuti sunt, & ideo non possunt ligna quadrata
nominari, quod in eis nequaquam vita & sermo conlibret. Tu ergo si facis arcam, si bibliothecam congregas ex
sermonibus propheticis & apostolicis, vel eorum qui rectis fidei lineis sequuti sunt congregas, bicameratam &
tricameratam facito eam, ex ipsa narrationes historicas disce, ex ipsa mysterium magnum quod in Christo & in
ecclesia impletur, agnosce. Ex ipsa etiam emendare mores, resecare vitia, purgare animam, atque exuere eam om
ni vinculo captiuitatis iutellige, nidos in ea, & nidos diuersarum virtutum, & profectuum collocans. Deintus sa-
ne & deforis bituminabis eam, corde fidem gerens, ore confessionem præferens, intus scientiam, foris operam ha
bens, intus corde mundus, foris castus corpore incedens. AMBROSIVS Quod vero sequitur, Ecce ego ad-
ducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem in qua spiritus vitæ est subter cœlum, & vni-
E uersa quæ in terra sunt consummentur. Altior & profundior interpretatio illud attexit, quod vbi anima mole pas
sionum curuatur graui, & quasi diuersarum cupiditatum mergitur æstu, terrenæ omnes cogitationes & concupi-
scentiæ in præceps ruunt. Quia peccator vnusquisque, quo grauiora flagitia commiserit, eo fit insolentior. Nãque
visa atque exercitatione improbitas augetur, & impunitate nutritur audacia. Recedit itaque ab omni respectu ho-
nestatis, & in eo terrena omnia moriuntur lętalis peccati acerbitate, quæ vera perpetua morte peccatorem deleat.
Nemo enim grauius moritur, quam qui peccato viuit. Moriuntur in eo passiones singulæ, moritur visus qui pec-
catum annunciat, qui mulieri fallaci intendit, qui capitur alieni vultus decore, quem oculi meretricis ligauerint,
quem aspectus illaqueauerit fornicariæ. An non videtur mori, qui sibi libidinis telum impresserit, qui spontaneus
in foueam mortis irruerit? Moritur & auditus, cum refert crimina, cum solicitantis adulteri sermonem annun-
ciat, cum inserit animis verba meretricis, quæ seducit iuuenem multo blandimento sermonis. Laqueis autem la-
biorum suorum illigat eum. Moritur ex silentio, si non confiteatur deo. Moritur multiloquio, quia scriptum est,
F Ex multiloquio non effugies peccatum. Moritur per iracundiam, cum prætergreditur mensuram vltionis. Omnis
nanque postremo sensus moritur, si minister sit iniquitatis.

RIonamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum 5
tecum. Et ex cunctis animantibus uniuersæ carnis bina induces in arcam ut uiuant tecum, masculini sexus
& fœminini. De uolucribus iuxta genus suũ, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secun
dum genus suum, bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint uiuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ
mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quàm illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia quæ præce-
perat illi deus.

CHRYSOSTOMVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ CHRYSOSTOMVS. Ne mœstus esset iustus, néue turbaretur quæ supra dicta sunt audiens, licet illi (inquit deus) dignam peccatis suis pœnam luent, sed *ponam fœdus meum tecum*. Nam quia omnes priores indignos sese præstiterunt, neque de mandatis meis bene senserunt, tecum posthac statuam testamentum meum. Etenim protoplastus post tot beneficia imposituram passus, mandata mea transgressus est, & qui ex illo natus est, ipse in idem malitiæ profundum incidit, vnde & continuam maledictionis pœnam accepit. Verum neq; illius pœnis posteriores emendatiores facti sunt, sed mala sua ita coaceruarunt, vt & genealogiam ipsorum reprobarem. Sanè post hæc vt inueni Enoch, qui virtutis imaginem seruauit, quia valde mihi charus fuit, eum transtuli, monstrans omnibus virtutis cultoribus, quantas mercedes & retributiones adipiscantur, volebam enim vt cæteri illius imitatores fierent, eandémque viam ingrederentur. Cæterum quia aliis omnibus postea malitiam sectantibus, te solum inueni in tanta multitudine, qui primi parentis transgressionem reuocare possit, Tecum statuam pactum meum. Nam bonæ tuæ vitæ opera declarant fidelem te in suscipiendis mandatis meis. INTERLINEARIS. Est autem pactum hoc, de te & de familia tua conseruanda ad reparationem humani generis ne de vita & incolumitate inter tot discrimina periclitemini & dubitetis. CAIETANVS. Ponamq;. Iuxta Hebræum habetur. Et firmabo fœdus meum tecum. Introducendo Noë cum suis in arcam, firmauit fœdus initum cum ipso, quando inuenit gratiam in oculis eius, stabilitum est autem in ingressu in arcam facto, vt saluaretur per Noë genus humanum. CHRYSOSTOMVS. Deniq; ne adhuc iustus hæc audiens mœreat, quasi solus ipse liberādus sit, itemrum consolatione eum, vt dicitur demulcens, ait, *Et ingredieris arcā tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorū tuorū tecū.* Nam licet multum à virtute iusti illius abfuerint, alieni tamen erant à grauioribus sui seculi peccatis. Alias quoq; ob duas causas salute potiti sunt. Vna in honorem iusti. Consuetudo enim misericordis dei est, honorem hunc dare seruis suis, vt propter eos saluentur & alij. Id quod & beato Paulo concessum est, magistro illi orbis terrarum, qui vsquequaque doctrinæ suæ radios emittebat. Quandoquidem cum ille Romam nauigaret, orta in mari tempestate magna, ita vt multi saluti suę timerent, nullamq; bonam spem propter procellarum magnitudinem haberent, vocatis omnibus dicit, Bono animo estote viri, amissio enim animæ nullius erit ex nobis, præterquam nauis. Astitit enim mihi nocte hac dei cuius sum, angelus, dicens, Ne timeas Paule, dedit enim tibi deus omnes qui tecum nauigant. Vidisti quomodo virtus viri salutem illis conciliauit? Immo non virtus tantum, sed misericordia domini. Ita simili modo & hoc loco factum est. Et hæc prima causa est. Altera verò ista. Volebat semen aliquod & radicem ad posteritatis constitutionem relinquere, non quod impossibile esset deo iterum formare homines, & ex vno genere iterum augmentum facere, sed quia hoc suæ bonitati probabatur. CAIETANVS. Hinc apparet quod iã natis filiis Noë, imo & acceptis vxoribus, cœpta est fabrica arcæ. Ex eo siquidem quod prę-cipiendo fabricationē arcæ, meminit deus filiorum & vxorum, insinuatur quod tunc tam filij quàm vxores erāt. AVCTOR CATENAE. Et ingrediens arcam tu, & cætera. Ingressus quippe Noë & filiorum cum vxoribus, & cunctorum animantium in arcam, fœdus fuit initum inter deum & Noë, vt per ipsum genus seruaretur humanum. Vides autem non esse expectandum miraculum, cum via naturæ, & hominum diligentia & arte, periculis occurri potest? CHRYSOSTOMVS. Attende autem dei bonitatē, etiam propter posteros. Nam sicut interminando pœnam, cum hominum genere & iumenta, & reptilia, & volatilia, & feras peritura dixit, ita & hic propter iustum imperat vt introducantur in arcam ex vnoquoque illorum genere par vnum, vt sit semen & primitiæ multitudinis postea futuræ. *Et ex cunctis* (inquit) *animantibus uniuersæ carnis bina induces in arcam, ut uiuant tecū masculini sexus & fœminini. De uolucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum, bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint uiuere.* Ne obiter hæc præterieris dilecte, cogita quantum pepererit iusto curarum tumultum, cogitanti apud se, quantam hæc omnia curam exigerent. Non enim sufficiebat ei cura mulieris & puerorum, & nuruum, sed & solicitudo tot brutorum, & educatio annectebatur. Verum paulisper expecta, videbisq; dei bonitatem, quomodo incumbentem iusto curam exoneret. AVGVSTINVS. DE QVINTO DE CIVITATE DEI. Quod autem scrupulosissime quæri solet de minutissimis beStiolis, non solum quales sunt mures & stelliones, verumetiam quales locustæ, scarabei, muscæ, denique & pulices, vtrum non amplioris numeri in arca illa fuerint, quàm qui est definitus, cū hoc imperaret deus, prius admonendi sunt, quos hæc mouent, sic accipiendum esse quod dictum est, & ex omni reptili terræ, vt necesse non fuerit conseruari in arca, quæ possunt in aquis viuere, non solum mersa, sicut pisces, verumetiam supernatantia, sicut multæ alites. Deinde cum dicitur, Masculini sexus & fœminini, profectò intelligitur ad reparandum genus dici, ac per hoc nec illa necesse fuerat ibi esse, quæ possunt sine concubitu de quibusque rebus, vel rerum corruptionibus nasci, vel si fuerunt sicut in domibus esse consueuerunt, sine vllo numero definito esse potuisse, aut si mysterium sacratissimum quod agebatur, & tantæ rei figura etiam in veritate facti aliter non posset impleri, nisi vt omnia ibi certo illo numero essent, quæ viuere in aquis natura prohibente non possent, non fuit ista cura illius hominis, vel illorum hominum, sed diuina. Non enim ea Noë capta intromittebat, sed venientia & intrantia permittebat. Ad hoc enim valet quod dictum est, Ingredientur tecum, non scilicet hominis actu, sed dei nutu, ita sanè, vt non illic fuisse credenda sint, quæ sexu carent. Præscriptum est enim atque definitum, masculini sexus & fœminini. Alia sunt quippe quæ de quibusque rebus sine concubitu ita nascuntur, vt postea concumbant & generent, sicut muscæ, alia vero in quibus nihil sit maris & fœminæ, sicut apes. Ea porro quæ sic habent sexum, vt non habeant fœtum, sicut muli & mulæ, mirum si ibi fuerunt, ac non potius parentes eorum ibi fuisse suffecerit, equinū videlicet atque asininum genus, & si alia aliqua sunt, quæ commixtione diuersi generis, genus aliquod gignunt. Sed & si hoc ad mysterium pertinebat, ibi erant, Habet enim & hoc genus masculum & fœminam. CAIETANVS. Bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Iuxta Hebræum habetur, Venient ad te ad faciendum viuere. Nota differentiam. Superius cum de ingressu animalium in arcam esset sermo, dixerat facies venire ad arcam ad faciendum viuere tecum, modo cum de congregatione animalium est sermo, dicitur quod duo ex omnibus venient ad te ad faciendum viuere. Soluitur siquidem hinc quæstio, quomodo Noë congregauerit bina ex omnibus animantibus, clare enim deus absoluit ipsum ab hac cura, dicendo venient ad te. Diuino siquidem

Act. 27.

Cap. vltimo

A quidem nutu, ministerio angelorum venerunt ex vniuersis animantibus mas & fœmina ad Noë, ipsius autē Noë cura ac opera fuit efficere, vt quæ venerant animantia ingrederentur arcam, inuenirent nidos in ea, & pascerentur ab eo. Et ab hoc miraculo veniendi, discе reliqua consequentia circa pacem animalium apud Noë, eiusdem enim rationis sunt. AVCTOR CATENAE. Quod in Latinis codicibus habetur, Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis, Hebraice habetur וּמִכָּל חַיָּה מִכָּל בָּשָׂר Vmical hahai micol basar. Et de omni viuēte de vniuersa carne. Et ita habet Chaldaica. Est enim proprie חַיָּה hai, viuens. Quod septuaginta multis verbis expresserunt, videlicet καὶ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων, καὶ ἀπὸ πάσης σαρκός, Et ab omnibus iumentis, & ab omnibus bestiis, & ab omni carne. Deinde quod dicitur, vt possint viuere, quod Chaldaica dixit, Vt permaneant, & alij vt viuant (quanquam hoc leue sit) proprie tamen est quod Septuaginta paulo ante verterunt, ἵνα τρέφῃς μετὰ σεαυτοῦ, Vt nutrias ea tecum, sic enim est Hebraicè לְחַיּוֹת leha haioth, id est, Vt viuere ea facias, quod alij dixerunt, vt conserues ea. Quanquam hoc in loco ipsi Septuaginta, τρέφωσι μετὰ σοῦ scriptum habeant, hoc est, Vt

B nutriantur tecum, sed est idem sensus. Quod autem ait, Bina de omnibus ingredientur ad te, perinde est ac si diceret, sine tua fatigatione & labore, sua sponte intrabunt animalia vtriusque sexus omnium generum. INTERLINEARIS. Deinde quasi quæreret Noë vnde viueret, ait deus, *Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quàm illis in cibum*. CHRYSOSTOMVS. Ne existimes (inquit) destitutum te mea prouidentia relinqui. Ecce enim præcipio, vt quæ vestræ alimoniæ sufficiunt, & quæ ad alenda bruta spectant, omnia in arcam inferantur, ita vt nullam vel famem, vel penuriam experiamini, & nec bruta pereant, vtpote cibum non habentia sibi conuenientem. AVGVSTINVS. Solet mouere nonnullos genera escarum, quę illic habere poterant animalia, quę non nisi carne vesci putantur, vtrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necessitas illic coegisset includi. An vero (quod potius est credēdum,) præter carnes aliqua alimenta esse potuerunt, quæ omnibus conuenirent: Nouimus enim quã multa animalia, quibus caro cibus est, frugibus pomisq; vescantur, & maxime fico, atque castaneis. Quid ergo mi Vbi supra. Vbi supra.

C rum, si vir ille sapiens & iustus, etiam diuinitus admonitus, quid cuiq; congrueret, sine carnibus aptam cuique generi alimoniam præparauit & recondidit? Quid est autem quo vesci non cogeret fames, aut quid non suaue ac salubre facere posset deus, qui etiam vt sine cibo viuerent, diuina facilitate donaret, nisi vt pascerentur, etiã hoc im plendæ figuræ tanti mysterij conueniret? ALBINVS. Sed quid de potu animalium sentiendum est, de quo nihil dicit scriptura: Sunt quidam qui putant vnius diei escā in arca vel potum, in multos profuisse dies animantibus, vel forsan in totum annum. Sed dimittamus incertas coniecturas, & concedamus diuinę potentiæ de creaturis suis facere potuisse quod voluit. CAIETANVS. Tolles igitur tecum, & cætera. Vel necessitatis tempus, vel specialis tunc diuinæ gubernationis efficacia effecit, vt etiam animalia carniuora vescerentur vegetabilibus. AVCTOR CATENAE. Cura ergo omnium quæ in domo sua saluanda erant, iusto viro imponitur, cuius officium esse discamus, curare salutem proximi. Nec intelligas omnes cibos indifferenter hominibus illis & animalibus in arca inclusis conuenisse, sed singulis singulos pro cuiusque conditione naturæ.

D *Fecit ergo Noe omnia quæ præceperat ei deus.* CHRYSOSTOMVS. Videas & hic encomium amplum, Fecit (inquit) omnia quæ præceperat ei deus. Non aliud quidem opere exequebatur, aliud autē negligebat, sed omnia quæ præcepta erant, fecit. Et sic fecit, vt præcepta erant ei, nihil intermisit, sed omnia impleuit. Et operibus suis probauit, quod iustè beneuolentiam dei assequutus sit. Quantis non coronis dignum fuerit testimonium hoc, quo diuina scriptura fruitur iustus ille? Quis hoc fuerit beatior, qui omnia opere compleuit, quæ sibi à deo prę cepta fuerūt, & tantam in iis quæ sibi imperata erant, obedientiam declarauit? AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod scriptum est iuxta alia exemplaria, Et fecit Noë omnia quæcunq; præcepit dominus illi, sic fecit. Locutio est similis ei quod in conditione creaturæ posteaquam dicitur, Et sic est factum, & fecit deus. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraicè עָשָׂה כֵּן chen asa, sic fecit. Lógo igitur tempore, centum scilicet annis, laborauit iustus in extructione tantæ molis, cōpingendo ligna bitumine, contra vim aquarum, ventorum & scopulorum. Magnæ obedientiæ signum, & certissimæ fidei, contra totius mundi iudicium &

E sensum, impiis interim eum deridentibus, veluti stulto labore sudantem, cum id vno verbo deus & paruo miraculo, imo naturæ ductu, prævenire potuisset, seruando quos vellet in aliquo spatio terræ, vel alio, vel alias aquis nō replendo. Sed longe sibi fortius erat verbum dei, omnium hominum opinione, & contra naturæ ordinem fidei creatoris adhæsit, imperata complendo.

AMBROSIVS. Quia verò terrena omnia moriuntur diluuio, solus autem iustus in æternum manet, ad ipsum dicitur, statuam testamentum meum ad te, quia ipse diuinæ est hæres gratiæ, ipse cœlestis possessor hæreditatis, beatissimorum consors bonorum. Et homines quidem cum moriuntur, patrimonium suum testamento transcribere solent, nec cedit hæreditas, donec viuit testator. Deus autem cum sit sempiternus, transfundit iustis diuinæ hæreditatem substantiæ, & ipse non indigens, donat sua sine vllo donationis dispendio. Quem non grauant suorum consortes bonorum, magisq; fruitur eo quo nos vtimur. Deniq; dominus Iesus pauper factus est, cum diues esset, vt illius inopia ditaremur. Qui testamentum vtrunq; suo consummauit sanguine, vt nos vitæ suæ cohæ- Mystice. 2. Cor. 8.

F redes, & mortis faceret hęredes, quo & vitæ haberemus consortium, & mortis beneficium. Multum autem tribuit iusto, dicendo, statuam testamentum meum ad te, eo quod rationabilis ipse vir, sit testamentum dei. Ipse est enim hæreditas, ipse possessio, in quo virtus diuini testamenti est, in quo fructus iudicij, in quo hæreditas promissionis, de quo Dauid dicit, Ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. ISIDORVS. Quod autem cuncta animalium genera includi iubentur in arca, significat quod ex omnibus gentibus & nationibus congregatur ecclesia. Et sicut in disco Petri munda & immunda sunt animalia, sic in ecclesiæ sacramētis versantur boni & mali. AVGVSTINVS. Non autem ad præfigurandam ecclesiam pertinere tam multiplicia rerum signa gestarum, nisi fuerit contentiosus, nemo permittitur opinari. Iam enim gentes ita ecclesiam repleuerunt, mundiq; & immundi, donec certum perueniatur ad finem, ita eius vnitatis quadam compagine continētur, vt ex hoc vno quasi manifestissimo, etiã de cæteris quę obscuri° aliquãto dicta sūt, & difficilius agnosci queūt dubitari fas nō sit, Psalm. 126. Vbi supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGENES. Si quis sane potuerit ex otio ipsam sibi conferre & comparare scripturam diuinam, & spiritalibus spiritalia coaptare, nec nos latet, quod plura in hoc loco profũdi & arcani mysterij secreta reperiet, quæ nũc nos adducere in medium, vel pro breuitate temporis, vel pro lectorum labore non possumus. Omnipotentis tamen dei misericordiam deprecamur, vt nos non solum lectores verbi sui faciat, sed & factores, & inducat super nostras quoque animas diluuium aquæ suæ, & deleat in nobis quæ scit esse delenda, & viuificet quæ iudicat esse viuificanda, per Christum dominum nostrum & per spiritum suum sanctum. Ipsi gloria in æterna secula seculorum, Amen. G

IN CAPVT GENESEOS SEPTIMVM ARGVMENTVM.

Noe iustus arcam ingreditur, & qui cum eo. Diluuij inundatio. Diluuio omnia pereunt. H

CAPVT VII.

1 DIxitque dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam, Te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam, De animantibus uerò immundis duo & duo, masculum & fœminam. Sed & de uolatilibus cœli septena & septena, masculum & fœminam, ut saluetur semen super faciem uniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnẽ substantiam quam feci de superficie terræ. 1

Lectio pri. Cap. 11.

AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Manifestè fides propheticæ sententiæ etiam hoc astruitur loco, quia stultus sibi soli stultus est, Sapiens autem sibi & plurimis sapit. Itaque Noë iusti merito, etiam domus eius in diluuio seruatur. Sic in mari nauigantes, & in bello exercitus, si illis non desit gubernatoris peritia, istis imperatoris prudentia, à periculo tuti sunt, & aliena ope. Sed quia boni imperatoris bonus exercitus, ideo etiam laudem iusti in eo intelligimus non præterri, qui talem instituit domum suam, vt virtutis fulgeret consortio. Vnde dicitur hic, *Dixitque dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam, te enim uidi iustum coram me in generatione hac.* Multi hominibus iusti videntur, pauci deo. Aliter hominibus, aliter deo: Hominibus secundum vitæ speciem, deo secundum puritatem animi, virtutis veritatem. Homines quę foris sunt probãt, deus quæ intus, examinat. Perpense autem addidit, in generatione hac, vt neque superiores condemnaret, neque posteriores excluderet, rectèq; diluuium factum astrueret interitu generationis eius, quæ non haberet consortium æquitatis. K

CHRYSOSTOMVS. Magnum & fide dignum testimonium. Quid enim hoc maius esset, cum ipse conditor, & qui eum vt esset produxit, talia de iusto pronunciat? Quia te vidi iustum (inquit) coram me. Vera hæc virtus est, quando coram deo quis illam accipit, quando oculus ille qui decipi nequit, suum fert calculum. Docens nos misericors deus, mensuram virtutis quantam tunc ab iusto exigebat (non enim eandem virtutis mensuram ab omnibus afferri vult, sed pro varietate temporum, & virtutes differentes requirit) dicit, Quia te vidi iustum coram me in generatione ista, quæ tam mala, quæ in tantam malitiam declinauit, quæ tantam ingratitudinem præ se fert. Te vidi iustum, te solum inueni gratum, te inueni virtutis rationem habere, tu solus coram me iustus apparuisti, omnibus aliis pereuntibus, te iubeo ingredi cum omni domo tua in arcam. CAIETANVS. Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. Hinc apparet, Noë ante hos filios abstinuisse à generatione, tota enim domus eius constabat ex octo tantum personis, supputato ipso. Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Hinc apparet, tum quod ratione Noë seruata est domus eius, tum quod in vniuersa generatione illa (hoc est, illius ætatis) solus Noë cum domo sua inuentus est iustus. Ratio siquidem quod seruatus fuerit, allegatur iustitia ipsius coram deo, quæ non militaret, si alij etiam fuissent iusti apud deum in ætate illa. AVCTOR CATE. Dixitq; dominus ad Noë, Ingredere in arcam, & cætera. Fidei in deum ac obedientiæ exemplum describitur, quæ & iustum à communi periculo eripuerunt. Contra vero impiorum peruicacia & contemptus punitur. Dominus fidelis in promissis, fidei mercẽdem pollicitam præstat, sed post obedientiam expletam, fides enim vera non esset, nisi obedientia subsequuta fuisset, fides enim sine operibus mortua est. Te enim vidi iustum coram me, gratum habui iustitiæ tuæ donum, quod tamen etiam ego dedi. *Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam, de animantibus uero immundis duo & duo, masculum & fœminam.* EVCHERIVS. Non geminatum septenarium, id est quatuordecim, sed tãtum septem debemus accipere. Similiter duo & duo, nõ quatuor, sed tantum duo, masculum, & fœminam. CHRYSOSTOMVS. Operęprecium autem hoc loco fuerit inquirere & videre, vnde sciebat iustus, quæ nam munda, & immunda? quæ pura vel impura? Nondum enim erat distinctio hæc facta, quam postea Moyses Iudæis in legibus suis statuit. Vnde ergo sciebat, à seipsone? & ab insita naturæ suæ doctrina? Num & ratio dictauit? Nihil enim immundum ex iis quæ deus fecit. Quo enim pacto immundam vocaremus vllam creaturam, quæ semel superne à conditore approbata? Dixit enim diuina scriptura, Quia vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce bona valde, sed postea natura à seipsa ita diiudicauit. Et quod hoc sit verum, considera quomodo in nonnullis locis ab aliquibus abstinent aliqui, vt immũdis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur, consuetudine se ad hoc inducente, sic & tunc quoque erat. Ipsa scientia à deo iusto insita, docebat quæ nam ad cibum accommoda, & quæ immunda, non vt ita sint, sed vt pro immundis habeantur. Qua de causa (dic oro) asinum immundum censemus, quanuis leguminibus tantum pascatur, alia autem quadrupedia cibo conuenientia putemus, etiam si immundo alimento pascantur? Ita scientia à deo nobis suppeditata, horum est M

A rum est doctrix. Posset autem & aliter dici, quia deus qui præceperat, idem & scire ea manifestè fecit. DIDYMVS. Tametsi igitur nondum lex de mundis atque immundis animalibus data esset, Noë tamen vir iustus, naturali lege ea discernebat, vel singulari agnitione adeo edoctus erat, vt etiam ignobilia animantia internosceret. Porro animalia, dei nutu ad ipsum Noë proficiscebantur. INTERLINEARIS. Omnia sunt munda naturaliter, sed comparatione melioris naturæ, quędam dicuntur immunda, sicut bos leone melior, quia homini necessarior, propter quem creata sunt omnia. CAIETANVS. Si de immunditia relatiue ad humanum cibũ intelligitur, obstat sententia diuina inferius capitulo nono scripta, qua indistincte omnia animalia in cibum humanum tradita narrantur. Non ergo erat prius distinctio inter munda & immunda animalia, relatiue ad cibum humanum. Vnde relinquitur, quod sit sermo de munditia & immunditia relatiue ad diuinum sacrificium. Insinuatur siquidem per hanc differentiam in litera scriptam, quod traditione patrum didicerant, non omnia animalia esse sacrificanda deo, sed quædam animalium genera duntaxat, & illa appellabantur munda, & sic facta est B differentia inter munda, & immunda. AVCTOR CATENAE. Eruditio insignis notatur fuisse in Noë, quod animalium mundorum ab immundis eidem discrimen committitur, nondum sanè lecto Leuitico, vnde & intelligitur pluribus eũ naturæ dotibus excelluisse quàm scriptura hic explicet. CHRYSOSTOMVS. Verum interim alia prospectat quæstio, Quare ex immundis bina, ex mundis autem septena? & hæc quoque quare non vel sex, vel octo, vel decem paria? AMBROSIVS. Vt ego arbitror, inire mundam asserit hebdomadam, quia mundus & sacer septimus numerus. Nulli enim miscetur, nec ab alio generatur, ideoque virgo dicitur, quia nihil ex se generat, meritoq; tanquam materni exors, immunisq; partus muliebris copulæ, & si hebdomas fœmineo nuncupetur nomine, virilis habet sanctificationis gratiam. Omnis enim masculus adaperiens vuluam, sanctus domino vocabitur. Et in propheta habes, Effudit & peperit masculum, id est sanctum. Secundus autem numerus non est plenus, quia diuisus. Quod autem non est plenum, vacuum habetur. Septimus autem numerus plenus, quia hebdomas, & decas, & similis illius primi, quia falsa est ad similitudinẽ illius qui semper est, à quo pro- Vbi supra cap. 12. Exodi. 34. Esa. 66.

C fluunt & mouentur, quæ sunt in omni genere virtutes. Hæc naturalia. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo multi varias de iis fabulas narrant, & hinc occasione sumpta, obseruationes numerorum ostendunt? At non obseruatio, sed intempestiua hominum curiositas, talia fingere molitur. Vnde & multæ hæreses ortæ. Quod statim scietis, etenim frequenter (vt videamur quasi ex abundantia eos qui ex suis opinionibus noua afferunt cõpescere) inuenimus in scripturis coniugij numerum seruatum, quippe quando misit dominus discipulos suos, binos eos misit. Ipsi autem omnes duodecim erant, & euangelia quatuor numero. At superuacaneum fuerit hæc apud charitatem vestram commemorare, quæ satis didicit huiusmodi dictis obturare aures. Necessarium autem vt doceamus, Quare septena ex puris afferri præceperit. Plura quidem præcepit ex mundis introduci, vt iustus & qui cum illo erant inde consolarentur ex illis vsum habentes. Quod autem septena, hoc quoq; si causam discerMarc. 6. Lucæ. 10.

D tis, summum indicium est piæ mentis iusti. Nam quia cognouit misericors deus viri virtutem, & quod vt iustus, & tanta domini fretus misericordia, vbi tantæ tempestatis effugisset periculum, liberatúsque fuisset à periculo, suam gratitudinem declaraturus, & pro gratiarum actione hostias & sacrificia oblaturus esset, vt ne hoc faciendo mutilaret paria, ideo dominus præscius huius gratæ mentis, iubet septena introduci ex singulis auium generibus, vt cum cessaret vniuersalis interitus, & suam mentem declararet, & coniugia volatilium cæterorũmque animalium non læderentur. Vbi autem in eum locum peruenerimus, videbitis iustum illum hæc facere. Didicistis caussam ob quam septena introducere præceptum fuit? Num postea tolerabitis eos qui fabulari, diuinæq; scripturæ ordinem turbare, & quæ ex suo capite finxerunt, introducere nituntur. THEODORETVS. Deus multitudinem gentium diluuio deleuit, Cain genus delere volens, cui etiam piorum genus se immiscuerat. Hominũ tamen misertus, initium quoddam vitæ nouæ reparare volens, Noë virum iustum, quique se impiorum generi non miscuerat, vna cum filiis & vxoribus ad humani generis reparationem seruauit. Et quia animantium genera propter hominem condita erant, ea quoque diluuio corrumpi voluit, præter ea quæ in arca seruata sunt, bina quidem ex immundis, septena verò ex mundis, vt & horum species seruari ac propagari posset. Pietatis quoque E cultores ex iis sacrificanda haberent, & quia hominibus vt carnes comederent permissurus erat, ita vt sex ad propagationem, vnum ad sacrificium sufficeret. Nam & Noë statim post diluuium domino sacram rem fecit. INTERLINEARIS. Et vt plura essent animalia quæ hominibus prodessent, quàm quæ nocerent. ALBINVS. Sed quid de pace & concordia, & vnde se inuicem non debellarent diuersi generis animantia sentiendum est? sicut dei nutu adducebantur in arcam, ita & dei nutu conseruabantur in arca. Siue enim mansuetis secundum genera sua diuidebantur, siue iunctim manerent, dei potentia gubernabantur. *Sed & de uolatilibus cœli septena & septena, masculum & fœminam, ut saluetur semen super faciem uniuersæ terræ.* CAIETANVS. Scito quod & hic & inferius in hoc eodem capitulo, vbi animalia recensentur ingredientia arcam, & in vulgata æditione dicitur duo & duo, iuxta Hebræum habetur duo duo, masculus & fœmina. Et similiter vbi iam ingressa deseribuntur, & in vulgata æditione habetur, duo & duo, iuxta Hebræum habetur duo duo. Ita quod in Hebræo F in geminatione numeri (siue binarij siue septenarij) nunquam interponitur coniunctio &. Quare autem auium septem seruatæ sint absque differentia mundi vel immundi, ratio est, quia voluit Moyses subintelligi, quod de mũdis auibus loquebatur. Quod curauit explicare in calce octaui capituli, aperte dicens de volucribus mundis. AVCTOR CATENAE. Poterat quidem vno verbo deus restituisse semen animalibus, vel de nouo creando, vel quædam loco arido saluando. Sed exerceri iustus debuit, impij ad pœnitentiam reuocari, & in rebellione ac perfidia durantes, damnari ad mortem. CHRYSOSTOMVS. Igitur postquam omnia clare manifestum fuerunt, & de auibus, & de mundis, & de immundis, & de alimentis, dicit iusto, *Adhuc enim & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* AMBROSIVS. Illud studio est quærere, Quæ causa est, cur postquam ingressus est Noë in arcam, & induxit animantia, post septem dies diluuium factum sit. Non enim otiosum videtur, quod non aut plures, aut pauciores interpositi sint dies, sed tot quot in constitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus est mundus, septimo die requieuit deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab operibus suis. Quo declarauit indicio, ipsum se esse auctorem mundi atque diluuij. Mundum propter boni- G
tatem suam condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorum. Admoniti sunt igitur homines, vel ex nume
ro dierum, quibus mundus est conditus, quod conditorem suum non lachrymis solum & precatione, sed corre-
ctione morum reconciliare debuerant. Ergo spacium dedit ad pœnitentiam dominus, magis volens ignoscere,
quàm punire, vt imminentis diluuij terrore suspensos, ad veniam cogeret postulandam, quo dum periculum fu-
turæ mortis horrescunt, impietati atque iniustitiæ renunciarent. Secundum est, vt hinc quoque domini supra-
Esa. 43. modum clementiam misericordis colligamus, quia multorum annorum offensionem, à constitutione mundi in
finem vsque contractam, paucis diebus si pœnituisset eos, voluit relaxare. Est enim deus peccati immemor, vin-
tutis remunerator, sicut ipse ait in propheta, Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, &
memor non ero, tu autem memor esto, & iudicemur, dic iniquitates tuas vt iustificeris. Cum enim aduerterit H
veram animæ refusam esse virtutem, tantum ei honoris attribuit, vt non solum veniam superiorum indulgeat
peccatorum, verumetiam gratiam & iustificationes impertiat. Expectauit ergo & septimo die ipso, quo ab ope-
ratione requieuit, vt si venia poscretur, sequeretur correctio, & ab indignatione requiesceret. Illud quoque curæ
fuit non prætermittere, eo quod diluuium factum dixerit quadraginta diebus, & addiderit quadraginta nocti-
bus. Scimus enim diem dici, quem sol terras illuminans signat, noctem, quam circumfusæ tenebræ à diei cla-
ritate disterminant, & plerumq; à nobis ita diem significari, vt noctem non comprehendamus, plerumq; vt com
plectamur. Significantes enim mensem triginta dierum, significamus & noctes. Vnde cum satis fuisset Moysi di-
xisse, diluuium fuisse quadraginta diebus, cur addiderit quadraginta noctibus, quæritur. Et aliqui ita acceperunt,
qui ante nos fuerunt, vt & virorum & mulierum factus interitus demonstraretur, diem ad virum referentes,
qui sit purior similis lucis, noctem ad mulierē, quæ viro dormiente creata describitur, simulq; quia vir prior quasi
auctor, qui virtutem moueat mulieris, atque in partus excitet, actu ille clarior publico, ista obscurior, tanquam I
domesticis clausa parietibus, & nocti proxima, secundo orta loco, & creationis suæ formata, iam costæ viri de-
bens gratiam: Superiori quoque potioris obnoxia priuilegio, & pariendi vsu materialibus comparanda. Conso-
nans in vtroque numerus periculi, quia peccata etiam consonantia, meritoque non distant spacia temporum,
quia non distant merita delictorum. Non mediocriter etiam scrutantur plerique, qua ratione quadraginta dies
diluuium fuerit. Et possumus dicere materialem numerum tristioribus, hoc est, delendæ creaturæ deputatum,
hebdomadam autem constitutioni totius mundi, hoc est, lætioribus. Sed fortasse referatur, quid quod etiam lex
quadraginta diebus lata est, tot dies obseruauit Moyses in monte Sina: & demonstratus est, cum præscripta legis
acciperet. Recte ergo eodem numero declinandorum peccatorum præcepta tribuuntur, quo pœnæ est culpa per-
soluta, vt cognoscamus, quod de eodem vitæ tempore, debeat ex correctione laus comparari, quo potest punien-
da culpa committi. Vnde nunc iam non pœnæ præscripti sunt dies quadraginta, sed vitæ, vt hoc numero ieiuniis
& orationibus crebrioribus nostrorum leuemus supplicia peccatorum, atque ad decreta legis intenti, deuotione K
ac fide nostrum corrigamus errorem. Itaque per domini resurrectionem quadragesimus dies iam non habetur no
uissimus, sed primus, atque inde vita numeratur, vbi ante mortis numerus ad consummationem mundi humani
generis excidium computabatur. CHRYSOSTOMVS. Adhuc enim & post dies septem, ego plui super
terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Attende obsecro etiam ex iis quæ nunc dicta sunt bonitatis
diuinæ excellentiam, quomodo post tantam longanimitatem etiam nunc ante septem dies prædicit, volens metu
emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam reducere. Nam ideo prædicit, vt ea quæ dicit, super eos non indu-
cat. Cogita hic & Niniuitas, & attende quanta horum & illorum varietas. Quia cum tot annis audissent, quod
Ionæ. 3. ante fores esset interitus, neque sic à malitia sua cessarunt. Et consueuimus quidem negligentiores esse, si incerti
sumus quando futura punitio. At si vicini simus his quæ offendere possunt, tunc humiliamur, & plurimum ostem
tamus conuersionem. Id quod & in Niniuitis contigit. Quandoquidem vbi audiuerunt, quod adhuc tres dies,
& Niniue subuertitur, non solum non desperauerunt, sed ad dictum hoc exurrexere, tantamq; malorum fecerit
missionem, & tam diligentem confessionem declarauerunt, quod & ad bruta vsque extenderent ea quæ attine- L
bant ad pœnitentiam. Vidisti barbarorum gratitudinem? Vidisti quomodo neque dierum angustia segniores fe-
cit? Vide & illos post numerum tot annorum, vbi audiuerunt, quod adhuc septem dies, & diluuium inducitur,
neque sic conuersos. Vnde ex confesso fuerit, quod voluntas nostra malorum omnium causa est. Ecce enim & hi
& isti homines fuerunt, & eiusdem cuius alij naturæ, sed non eiusdem voluntatis. Propterea nec idem eorū euen-
tus, sed Niniuitæ subuersionem subterfugerunt, cū bonus deus eorū contentus esset pœnitentia propter suam mi-
sericordiam, sed isti submersi, in communi abolitione perierunt. Adhuc enim (inquit) septem dies, & ego induco
pluuiam super terram. Deinde volens magis augere terrorem, dicit, quadraginta diebus & quadraginta noctibus.
Quid enon erat ei possibile, vt vno die totam pluuiam induceret? Quid (inquam) vno die? Vno momento posset,
sed hoc dedita opera facit, volens simul & timorem incutere, & occasionem præstare, qua possint pœnam quæ
in foribus, effugere. CAIETANVS. Adhuc enim & post dies septem ego pluam, & cætera. In Hebræo non
habetur, post, sed ad dies adhuc septem. Hinc apparet, quod infra hos septem dies fuit ingressus animantium in
arcam, datum siquidem eis spacium septem dierum ad ingrediendum in arcam, significatur dicendo, ingredere M
tu, & cætera, quia ad dies adhuc septem ego pluam super terram. AVCTOR CATENAE. Vult dominus
Cap. 13. pluuias cum aliis aëris impressionibus naturalibus, sibi adscribi, vt agnoscatur, veneretur, timeatur ex omnibus.
Id quod sapientes huius mundi neglexisse, Paulus increpat. AMBROSIVS. Iuxta aliam literam. Et delebo (inquit dominus) omnem resurrectionem carnis, à
facie terræ. O cœlestium pulchritudo verborū, si quis se decoro intellectu piæ mentis examinet. Indignatur deus
peccatis nostris, sed non obliuiscitur pietatis. Minatur supplicium. Sed non permittit excidium. Moderatur vin-
dictam, reuocat seueritatem. Deleturum se dicit omnē carnem, non à terra, sed à facie terræ. Florem decutit, ra-
dicem seruat, sinit vt in profundo substantiæ virtus maneat humanæ, quæ in superficie laboret, intus passibilis
perseueret, immunisq; noxæ ad eorum substitutionem qui non sunt reatu obnoxij, reseruetur. Pulchrē autem po-
suit, Delebo,

A fuit, Delebo, tanquam literarum apices qui delentur sine fraude librorum, & sine imminutione tabularum. Atramentum deletur, sed lignum manet. Delentur elementa, vt scribantur plerunque meliora. Atramentum tollitur, substantia non exterminatur. Delebo (inquit) corruptelam carnis, vt scribam incorruptionem. Delebo resurrectionem carnis à facie terræ, vt scribam in cœlestibus resurgentes. Delebo de libro terræ vt scribam in libro vitæ. Deleantur domine meus, domine deleantur cito elementa ferri, vt scribantur elementa Christi. Aboleatur resurrectio terrena, vt cœlestis gratia redundet. Delet ergo deus resurrectionem carnis tanquam apicum scriptionem, quo declaratur, quod superfluam hominum natiuitatem propter impietatem eius deleuit specie literarum, substā tiam autem & conuersationem generis seruare humani voluit perpetuitate tabularum, vt ex ea semen reliquum pullularet. Cui sententiæ conuenire etiam illud videtur, quod ait, Delebo (inquit) omnem resurrectionem carnis. Resurrectioni autem, communi vsu naturę contraria videtur esse purgatio, qui purgatione rescinditur, & reprimitur resurrectionis luxuria. Omne tamen quod purgatur, speciem amittit, substantiam suam seruat atque me-
B liorat. Repressit igitur dominus purgatione diluuij corporeum vsum, cōuersationemq; generationis eius, quę degenerauerat à decore naturæ, & accepti muneris venustate. PHILO EPISCOPVS. Delebo à facie terræ, quia radices ac semina eorum quæ super terram diluuio corrupta sunt, sub terra vniuersorum opifex ad reparationem seruari voluit. Ac quemadmodum literæ quidem delentur, tabella tamen manet, ita impiorum quidem genus deletum est, successio tamen secundum essentiam manst. CHRYSOSTOMVS. Et delebo (inquit) omnem substantiam quam feci, à facie terræ. Vide quomodo & semel & iterum, prædicit, & neque sic sibi supplicatur. Omnia autem hæc faciebat, vt nos doceret, quod iuste eis tantam pœnam inflixerit. Et nullus tam insipiēs, vt arguere & dicere possit, si longanimior fuisset, forte pœnitentiam egissent, forte à peccatis abstitissent, & ad virtutem redissent. Eáque de causa annorum quoque numerum manifestum nobis facit, & arcam fabricari iussit. Et post hæc omnia, etiam ante dies septem prædicit, vt omnium temere loquentium impudētes linguas cōpescat.
C INTERLINEARIS. Et delebo omnem substantiam, & cætera. Sæpe malorum nequitiam increpando replicat, & mala ventura denunciat, vt vel sic ad pœnitentiam moueat CAIETANVS. Et delebo omnem substantiam. Iuxta Hebræum habetur, Omne surgens quod feci de superficie terræ. Communicant enim animalia omnia terrestria & volatilia in hoc, quod ex seipsis surgunt, mouendo seipsa, & propterea hoc nomine appellata sunt omnia huiusmodi animalia. AVCTOR CATENAE. Quod nos legimus, Delebo omnem substantiam, Hebraicè קָל הַיְקוּם col haikum scribitur. Est autem nomen iekum, à verbo kum, quod surgere, seu consurgere significat, deductum, & substantia vel subsistens interpretari potest, prout interpres & Chaldaica transtulerunt. Est enim nomen generale omnis rei quæ viuit super terram. Quam nominis formam seruare cupientes Septuaginta, obscurius fortasse verterunt, πάσαν τὴν ἐξανάστασιν, id est omnem resurrectionem, omne quod stat, aut surgit. Abundant etiam apud eosdem verba hæc, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους, id est ab homine vsque ad pecus.

D ORIGENES. Hæc secundum literam. Spiritaliter autem, In arcam siue eam bibliothecam diuinorum libro- Mysticè.
rum, siue animam fidelem secundum moralem interim locum ponamus, introducere debes etiam animalia ex omni genere non solum munda, sed etiam immunda. Sed munda quidem animalia facile possumus dicere, quod memoria, eruditio, intellectus, examinatio, & iudicium eorum quæ legimus, aliaque his similia intelligi possunt. De immundis vero pronunciare difficile est, quæ & bina & bina nominantur. Veruntamen quantum in tam difficilibus locis audere possumus, puto quod concupiscentia & ira quia inest omni animæ necessario, istæ secundum hoc quod ad peccandum homini famulantur, immundæ dicuntur. Secundum hoc vero quod neque posteritatis sine concupiscentia successio reparatur, neque emendatio vlla sine ira potest, neque disciplina constare, necessarię & conseruandæ dicuntur. Et quanuis hæc iam non morali, sed naturali ratione discussa videantur, tamen quæ ad præsens occurrere potuerunt, pro ædificatione tractauimus. EVCHERIVS. Quanquam quod in arca munda & immunda sunt animalia, secundum altiorem sensum id nobis indicat, quod in ecclesiæ sacramentis &
E boni & mali versantur. Quod septena sint munda, & bina immunda, non quia pauciores sunt mali quàm boni, sed quia boni seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis, sanctum autem spiritum diuina scriptura in septiformi operatione commendat, sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis scientię & pietatis, & timoris dei. Vnde & ille numerus quinquaginta dierum ad aduentum sancti spiritus pertinens, in septies septenis qui fiunt quadragintanouem, vno addito consummatur, propter quod dictum est, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Mali autem in binario numero ad schismata faciles, & quodammodo diuisibiles ostenduntur. Quod ipse Noë cum suis octauus enumeratur, quia in Christo spes resurrectionis nostræ apparuit, qui octauo die, id est post sabbati septimum, primus à mortuis resurrexit, qui dies à passione tertius, in numero autem dierum qui per omne tempus voluuntur, & octauus & primus est. Quod post septem dies postquam ingressus est Noë in arcam, factum est diluuium, quia in spem futuræ quietis quæ septimo die significata est, baptizamur. Quod præter arcam omnis caro quam terra sustentabat diluuio consumpta est, quia præter ecclesiæ societatem, aqua baptismi quan-
F uis eadem sit, non solum non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem.

Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei dominus. Eratque sexcentorum annorum quando diluuij 2
aquæ inundauerunt super terram. Et ingressus est Noe & filij eius, uxor eius, & uxores filiorum
illius cum eo in arcam. Propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, &
de uolucribus, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, ma-
sculus & fœmina, sicut præceperat deus Noe. Cumque transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt
super terram.

Fecit ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.13. *Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei dominus.* AMBROSIVS. Iustus mandata accipit, seruus imperia. Hic amici censetur loco, qui fecerit quæcunque exequenda susceperit. Ille qui nutat obsequiis, oneri seruitutis addicitur. Denique & dominus Iesus dicit in euangelio, Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos. Mandatur ergo vt amico, mandatur vt ei qui valida charitate, sobrio consilio ea quæ mandata sunt exequatur. Nec fefellit dominum iudicium suum, impleuit iustus vniuersa, non partem, sed vniuersa, quæ, mandata sunt ei, & ideo scripturæ diuinæ accipit testimonium. Nec superfluum putes, quia secundum aliam literam simul posuit dominum & deum. Nam & deus in domino, & dominus in deo. Sed vt patris & filij intelligas commune præceptum. Aliqui tamen ante nos sic interpretati sunt, eo quod dominum & deum dicendo hoc loco, & vindicaturi, & ignoscituri geminam expresserit potestatem. Et quia hic vindicat prius in peccatores, Ideo ante dominum dixerit, quoniam vero postea, vt iusti seminarium propagaretur indulget, ideo deum postea nominauerit. Denique facturus mundum deus dicitur, In principio fecit deus cœlum & terram. Et dixit deus fiat lux (inquit) Noë omnia quæcunque mandauit ei dominus deus. Vide quomodo & nunc prædicat iusti gratitudinem & obedientiam diuina scriptura, docens nos, quod nihil quod imperatum erat prætermiserit. Sed omnibus impletis, etiam per hoc virtutis suæ specimen præbuerit. Illum igitur & nos imitemur iustum, & mandata à deo tradita implere studeamus, & leges à Christo nobis latas non despiciamus. Sonent autem continuo in mente nostra, festinemus ad bona opera, longanimes simus in his quæ ad salutem nostram pertinent, præsertim cum nunc longe maior virtutis mensura, à nobis exigatur, quanto & meliora bona sortiti sumus. Ideo & Christus dicebat, Nisi abundantior fuerit iustitia vestra quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Consideremus hoc dictum, & non perfunctorie transeamus, sed cogitemus quanta pœna futura eorum, qui non solum operam dant vt illos transcendant, sed & minus illis habent, neque hoc præstant, vt iram remittant proximo, vel linguam à iuramentis seruent puram, vel oculum muniant à nociuo spectaculo. Et cum dominus præcipiat, non solum fortiter ferre si qua iniuria fuerimus affecti, sed & beneficia in inimicos largiter collocare. Et qui tecum iudicio contendere (inquit) & pallium tollere vult, dimitte & tunicam. Nos autem sæpe & proximo iniuriam facere nitimur, vel etiam vlcisci eum qui nobis negocium facit, Quanuis nobis imperatum sit, non solum diligentes diligere (Nam hoc inquit, & publicani faciunt) sed & bene & amice affectos esse in eos qui nos hostiliter infestant, qui neque amicis fraternam charitatem exhibemus. Eapropter doleo & lugeo, quia video in nobis tantam virtutis raritatem, malitiam autem quotidie inualescere. Neque moratur gehennæ timor nostrum in mala cursum, neque regni desiderium adhortari sufficit, vt in via virtutis ambulemus. Sed omnes (vt ita dicam) quasi oues erramus, & neque cogitamus terribilem illam horam, vel leges à domino nobis datas. Sed omnes ad hominum opiniones spectamus, & gloriolam ab illis venamur, neque audimus euangelium dicens, Quomodo nos potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, & gloriam quæ à solo deo est, non quærentes? Quemadmodum enim qui illam humanam desiderant, diuina prorsus excidunt, ita qui diuinam sectantur, continuo neque hac priuantur, id & ipse prius promisit. Quærite regnum cœlorum, & hæc omnia vobis adiicientur. Etenim eum qui huius desiderio tenetur, sequuntur hæc omnia. Nam qui illuc mente sua celer volat, omnem præsentem voluptatem quasi non esset, contemnit. Oculi enim fidei quando vident ineffabilia illa bona, neque visibilia sentiunt, tantum inter hæc & illa interest. Sed neminem video, qui inuisibilia visibilibus præferat. Idcirco mihi mœror est, & indesinens dolor cordi meo, quia non experientia docti estis, & operibus. Neque dei promissiones, neque munerum magnitudo, regis desiderium, & amorem nobis ingenerant. Verum adhuc reptantes, præligimus terrena cœlestibus, præsentia futuris, & ea quæ prius auolant, quàm spectentur, his quæ omnibus durant seculis, & momentaneam voluptatem, perpetuæ voluptati, breuem hanc præsentis vitæ fœlicitatem, æternis illis & fine carentibus bonis. *Eráque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram.* RVPERTVS. Ex hoc colligitur quandiu exspectauerit eos deus ad pœnitentiam, secundum Petrum apostolum in epistola sua dicentem. Qui increduli fuerunt aliquando in diebus Noë, cum fabricaretur arca. Denique Noë cum quingentorum esset annorum, præcepit deus dicens, Fac tibi arcam, sexcentorum autem erat annorum, quando inundantibus aquis ingressus est in eã. Igitur circiter annos centum increduli fuerunt, prædicante illis publica arcæ fabricatura, & tanto tempore expectauit illos dei patientia, ipsi autem secundum duritiem suam & cor impœnitens, thesaurizauerunt sibi iram in die iræ. CHRYSOSTOMVS. Iam si forte quis quærat, Quare cum dixerit dominus, Centum viginti anni erunt dies eorum, promiserítque se tanto tempore longanimitate vsurum antequam implerentur anni promissi, vniuersale introduxit excidium. Etiam hoc suæ misericordiæ maximum est argumentum, & indicium. Nam quoniam vidit quotidie incurabiliter illos peccare, & non solùm nihil ex indicibili longanimitate sua proficere, sed & incrudescere vlcera, propterea succidit tempus, vt ne malori scilicet pœnæ se obnoxios facerent. Et quæ (inquit aliquis) hac maior esset pœna? Est plane, est pœna & maior, & terribilior, & durans, nempe quæ in futuro seculo. Nam qui pœnam hic sustinent, & illic non effugiunt, sed leuiorem sortiuntur ob eam quam hic tulerunt, ij magnitudinem eorum quæ illic sunt tormentorum minuunt. Audi Christum dicentem, & miseram vocãtem, Bethsaidæ, Væ tibi Chorozaim (inquit) Væ tibi Bethsaida, quia si in Sodomis factæ essent virtutes illæ, quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere pœnitentiam egissent. Idcirco dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræ in die iudicij, quàm vobis. Vides quomodo cum dicit tolerabilius erit, ostendit, quod licet tantam hic pœnam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi pœnam sustinebunt, veruntamen leuiorem, eo quod prius hic tantam experti sint indignationem? Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus se pœnis obnoxios non facerent, dominus misericors & benignus, miseriam eorum videns, tempus quo se longanimem futurum promisit, abbreuiauit. Beatus quoque Paulus ad stupidos illos qui propter pœnitentiam datam nobis salutem non aduertunt, dicebat: An diuitias benignitatis eius, & patiẽtiæ, & longanimitatis

Ioan.15.

Matth.5.

Matth.5.

Ioan.5.

Matth.6.

Roma.9.

1.Pet.3.

Roma.2.

Lucæ,10.

Roma.2.

A & longanimitatis contemnis? Ignoras quod benignitas eius ad pœnitentiam te prouocat, secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibimetipsi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei? Vidisti quomodo & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quòd qui longanimitate dei ad pœnitentiam nobis concessa abutuntur, maiori pœnæ & supplicio semetipsos obæratos faciunt? Et hac de causa misericors deus quasi satisfacturus nobis, rationẽmque reddens quare antequam promissum tempus impleretur, diluuium induxerit, annorum iusti numerum ponit, & dicit, Noë autem erat sexcentorum annorum. Nam qui in centum annis conuerti noluerint, quid amplius proficerent ex annis viginti, quàm quod plura adiicerent peccata? Enimuerò mõstrans ineffabilem suam misericordiam, & excellentem bonitatem, non refugit etiam ante septem dies, quin prædicet eis diluuium mox inducendum, vt vel angustia temporis correpti, conuersionem aliquam ostendant. Animaduerte igitur quomodo & istorum valitudinem industria quadam curare nititur. Nam prius tantum temporis ad pœnitentiam dedit. Deinde vbi vidit eos quasi insensati essent, ita se gerere, nihilq; proficere temporis longitudi- Rom.2.

B ne, iàm cum in foribus ipsis esset (vt dicitur) diluuium, iterum prænunciat, non ante tres dies, sicut de Niniuitis dicitur, sed ante septem. Et fidenter dixerim, excellentiam misericordiæ domini nostri sciens, si vel in septem diebus iustam pœnitentiam agere noluissent, effugissent vtique diluuij periculum. Itaque quoniam neque productio tanti temporis, neque coartatio à malis eos abducere potuit, induxit diluuium in sexcentesimo anno Noë. Noë enim (inquit) sexcentorum annorum erat, & diluuium aquæ factum est super terram. Vidistis quantæ nobis vtilitatis materia facta sit, cognoscere numerum annorum iusti, & quot annorum erat quando diluuium venit? AVCTOR CATENAE. Eratq; sexcentorum annorum quando, & cætera. Sacræ literæ non supputant annos ab initio mundi, sicut nunc Iudæi, sed ab hominum natiuitate, vt hic à sexcentesimo Noë, mense secundo, die decimaseptima. Non igitur certum haberi potest, quo mense de nostris diluuium cœperit, sicut nec certum scriptura habet mensem quo natus est Noë. CHRYSOSTOMVS. Sed age progrediamur ad ea

C quæ consequenter dicuntur. Nam, *Et ingressus est*, inquit, *Noe & filij eius, uxor eius, & uxores filiorum illius cum eo in arcam, propter aquas diluuij.* RABANVS. Notandum, quod seorsum ingreditur in arcam Noë cum filiis suis, & vxores eorum seorsum. Ideo distinctè dicitur, Ingressus est Noë & filij eius, & distinctè additur, vxor eius, & vxores filiorum eius. Mixtim autem viri cum mulieribus egressi sunt, sic enim scriptum est, Egredere de arca, tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, nam donec durauit tribulatio, separati remanserunt quoad thorum, iuxta illud, Tempus amplectendi, & tempus abstinendi ab amplexibus. INTERLINEARIS. Do ceris ergo hic, in afflictione ab vsu coniugij abstinendum. CAIETANVS. Vt iam dictum est, primum in hoc capitulo describitur Noë cum familia & reliquis animãtibus ingressurus in arcam infra spatium septem dierum, modo describitur cum eisdem ingrediens arcam. AVCTOR CATENAE. Quod nos habemus, propter aquas diluuij, Hebraicè legitur כִּפְנֵי מֵי רַמַּבּוּל mipene me hammabbul, id est, A facie aquarum diluuij, ita & Chaldaica habet, sed eadem est cum nostra æditione sententia, cui & Septuaginta cõcordant. *De animantibus quoque mundis & immundis, & de uolucribus, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina.* INTERLINEARIS. Nutu scilicet diuino, quomodo adducta sunt ad Adam, vt nominaret ea. AVCTOR CATENAE. Vrgentibus aquis & non antè, ingrediuntur arcam Noë & sui, cum animantibus vtriusque sexus binis & consortibus, quæ in aquis viuere nequeunt, mersa vel supernatantia, quæ

D propter aquas diluuij, Hebraicè legitur כִּפְנֵי מֵי רַמַּבּוּל mipene me hammabbul, id est, A facie aquarum diluuij, ita & Chaldaica habet, sed eadem est cum nostra æditione sententia, cui & Septuaginta cõcordant. *De animantibus quoque mundis & immundis, & de uolucribus, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina.* INTERLINEARIS. Nutu scilicet diuino, quomodo adducta sunt ad Adam, vt nominaret ea. AVCTOR CATENAE. Vrgentibus aquis & non antè, ingrediuntur arcam Noë & sui, cum animantibus vtriusque sexus binis & consortibus, quæ in aquis viuere nequeunt, mersa vel supernatantia, quæ natiuitate, vt hic à sexcentesimo Noë, mense secundo, die decimaseptima. Non igitur certum haberi potest, quo mense de nostris diluuium cœperit, sicut nec certum scriptura habet mensem quo natus est Noë. CHRYSOSTOMVS. Sed age progrediamur ad ea

E nimantibus vtriusque sexus binis & consortibus, quæ in aquis viuere nequeunt, mersa vel supernatantia, quæ dehinc ex putrefactione vt imperfecta nasci non possunt, sed concubitu gignuntur. Ingrediuntur autem arcam instinctu naturæ & imperio dei. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed quæritur, cum superius distinxerit duo & duo ab immundis animalibus, quomodo nunc siue à mundis siue ab immundis, duo & duo dicat intrasse? Sed hoc refertur non ad numerum mundorum vel immundorum animalium, sed ad masculum & fœminam, quæ in omnibus siue mundis siue immundis, duo sunt, masculus & fœmina. THEODORETVS. Animalia autem & homines qui erant in arca, herbis ac frugibus terræ vescebantur, iuxta illud quod ait dominus Noë, Accipies tibi ab omnibus escis quibus vescimini, & erunt tibi & illis in escam. Quæ nam essent hæ escæ, declarauit dominus in principio huius operis, dicens: Ecce dedi vobis omnem herbam facientem semen, & omnem arborem quæ in seipsa habet fructum seminans semen, & erunt vobis & bestiis & volatilibus in escam. CHRYSOSTOMVS. Non autem absque causa addidit, *Sicut præceperat deus Noe.* Sed vt iterum augeret laudem iusti, quod omnia impleuerit sicut præceperat, & quod nihil ex dictis prætermiserat. *Cumque transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram.* INTERLINEARIS. Nutu scilicet diuino. CAIETANVS. Concessum spatium temporis ad ingrediendum, adimpletũ significatur. AVCTOR CATENAE. Etiam apud Hebræos dubium fertur quo mense diluuium cœperit, quibusdam post Rabi Eleazar putantibus Octobrem fuisse, aliis post rabi Iosue Aprilem.

F ANno sexcentesimo uitæ Noe, *mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo dici illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius, & uxor illius, & tres uxores filiorum eius cum eis in arcam, ipsi & omne animal secundum genus suum, uniuersáque iumenta in genere suo & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctúmque uolatile secundum genus suum, uniuersæ aues, omnésque uolucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt sicut præcepe-* 3

rat ei deus, Et inclusit eum dominus de foris.

INTERLINEARIS. Quod superius prætaxatum est, per ordinem exequitur, dicens. *Anno sexcentesimo uitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt.* 3

AMBROSIVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.14. AMBROSIVS. Alia litera habet, vigesima & septima mensis. Vbi illa non perfunctoria consideratio, quod G sexcentesimo anno Noë, vigesima & septima mensis fit diluuium. Secundum mensem verni esse temporis non ambigitur, quando augentur nascentia, ager parturit, terrarum pariter atque animantium fœtura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia puniebantur tunc vltio terribilior, tanquam dicentis dei, Ecce omnia secundum liberalitatis diuinæ prouidentiæ gratiam diues natura generauit, omnia in vsum hominum germinauit terra fœcundior, segetes spectantur, tritico & hordeo campi replentur, comæ arborum venturi fructus floribus vestiuntur, non deest terra obsequiis suis, non bestiæ desunt muneribus suis, quæ solennes soluuntur in partus, vt homini nihil desit, homo solus partubus suis deest, nescit auctorem suum, à quo ei omnia ministrantur, negligit conditorem. Despicit homo remuneratorē suum, cum deus opus suum non despexerit. Pereant cum homine omnia, propter quem nata sunt omnia. In suis diuitiis consumatur homo, cum sua dote moriatur. Nihil ante hominem terra deliquerat, nullis errauit in fructibus, in homine solo se degenerasse cognoscit, spinas & tribulos pro fructibus ferens. Quod solum munus admirabile est, principale mentis interiit. Cur igitur omnia illa seruantur? Ideo non post collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis quàm diluuium terra sentiret. Denique verno apud Aegyptios tempore, sed mense diuerso, Nilus exundat, vt iaciendis seminibus terra mollescat, & blandiore sinu, clementiore gremio semina missa suscipiant. Quod autem sexcentesimo Noë anno fit diluuium, illud videtur ostendere, quia sexto die Adam creatus est. Idem numerus est, par in auctore, & in reparatore seruatur, quia fons sexagesimi & sexcentesimi, sextus est numerus. Idem autem & primus & septimus mensis dicitur. Sed magis primum obseruare debemus, quod post diluuium verno tempore colendorum cura reparetur agrorum & placidi atque vberis soli incipiat fœtura procedere. Quo significatur, nunquam deum eo numero vel tempore interitum hominum fuisse facturum, quo fecit exordium, nisi immanibus delictis esset offensus. Simul veniam temporis & numeri ratio promittit, quod etiam iratus admoneatur tam præcedentibus causis beneficiorum suorum, vt non I penitus deleat eorum substantiam, quos ipse donauit. CHRYSOSTOMVS. Vide autem scripturæ diligentiam, quomodo non solùm nos docuit, quo anno, sed & quo mense, & die. THEODORETVS. Ad differentiam autem diluuij quod erit in igne, septima & vigesima mensis factum est, luna coëunte, quare pluuiæ inundatio naturalis non fuit. CAIETANVS. Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimo decimo die mensis. Quoto anno, quoto mense illius anni, quoto die illius mensis incœpit diluuium, describitur. Et supputatur tempus relatiue ad vitam Noë. Et id ἀρτὲ, quandoquidem Noë pater noui seculi erat. Agebat itaque Noë sexcentesimum suæ vitæ annum, agebat mensem secundum illius anni, agebat decimum septimū diem illius mensis secundi, quando incœpit diluuium. CHRYSOSTOMVS. Et vt maiori narratione emendatiores reddat posteros, terrorem quoque factorum latius dicit, Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Vide quanta dicendi attemperatione vtitur etiam nunc sacra scriptura. Omnia enim iuxta humanam consuetudinem loquitur, non quod cataractæ & fenestræ sint in cœlo, sed omnia per fa- K miliaria nobis verba loquitur, quasi diceret, præcepit tantum dominus, & statim aquarum natura mandato conditoris obediuit, & vt confluxit, totum orbem illuit. AMBROSIVS. Vim ergo diluuij conuenienter scriptura expressit, dicens cœlum & terram pariter esse commota, é quibus elementis constat istius mundi omne principium. Vndique ergo influentibus aquarum molibus, concluſum genus humanum perurgetur. INTERLINEARIS. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, vt non sensim de more fluerent. Sed repentina inundatione terram operirent. Et cataractæ cœli apertæ sunt. ORDINARIA. Id est fenestræ, nubes scilicet, quæ sunt apertæ, vt inde insolitæ & maiores pluuiæ funderentur. Cataractæ verò proprie hostia Nili sunt, sed abusiuè pro omnibus fenestris ponuntur. RVPERTVS. Et cataractæ cœli apertæ sunt, per hyperbolen accipiendum est, & sic esse dictum, ob insinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, vt firmamentum quod fecit deus in medio aquarum, vt diuideret aquas ab aquis, dissipatum esse videretur secundum vulgi opinionem. Dicimus cataractas cœli, occultas esse vias per quas de cœlo vtique aërio pluuia descendit, verum L hoc dicendo, more vulgi magis, quàm scripturarum sensu loquimur. Neque enim solidum quid aut durum est cœlum, vt rectè possit intelligi, cataractis, id est, fenestris in modum parietis intercisum, quibus apertis, aquæ fundantur deorsum, quæ clausis eisdem continebantur sursum. Alias autem si verè solutum putandum est, pro eo quod dictum est, & cataractæ cœli apertæ sunt, videris quomodo verum sit quod Psalmista de cœlestibus ca- Psalm.147. Psalm.148. nendo dicit, Statuit ea in seculum, & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Quod si quæras, vnde ergo venerunt tantæ moles aquarum, quæ cuncta operuerunt, ita vt quindecim cubitis essent altiores su- Gene.1. per montes quos operuerant? Facilis patet responsio, quia videlicet inde venerunt, quo abierant, dicente deo, Congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt, in locum vnum, & appareat arida. Constat enim, quia iam fa- Psalm.103. ctum fuerat firmamentum, diuidens aquas ab aquis, & tantæ sub firmamento remanserunt, vt etiam tunc nusquam pareret arida. Vnde Psalmista cum dixisset, Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi, continuò vt scias nec montium cacumina ab aquis eminuisse, super montes (inquit) sta- M Eccles.1. bunt aquæ, ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt, futurum tempus ponens pro præteri- Psalm.41. to, quod solœcismum grammatici appellant. Item si quæras quo data requie recesserint? Notum est secundum Ecclesiasten, quod omnes aquæ atque torrentes, per occultas venas ad matricem reuertantur abyssi. THOMAS IN QVINQVAGINTA PSALMOS. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Abyssus in scriptura multitudinem aquarum significat, Genesis primo. Tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquas. Contingit etiam, quod aquæ quando in multitudine generantur in aëre, potest vocari abyssus. Et in istis pluuiis est quædam circulatio, quia descendunt ad terram, & ex eis eleuantur vapores qui generant alias aquas, & intermedia sunt frequenter tonitrua, quæ fiunt ex commotione nubium, quæ generantur à vaporibus & pluuiis. Cataractæ autem cœli, quædam loca occulta sunt, hoc est, nubes in quibus generantur aquæ, & ex quibus descendunt. CAIETANVS. Rupti sunt omnes

fontes

A fontes abyssi magnæ, & cataractæ apertæ sunt. Iuxta Hebræum habetur, Et fenestræ cœlorum apertæ fuerunt. Metaphoricus est sermo vtrobique, describitur enim ex parte terræ eruptio aquarum, tanquam si amplissima aquarum multitudo occultata in terra detineretur, paruis meatibus fontium non permittentibus illam exire. Secundum hanc siquidem metaphoram, describuntur scissi fontes omnes amplissimæ abyssi, vt sic per scissos meatus erumperent aquæ amplissimæ. Et similiter ex parte cœli describuntur aquæ tanquam detentæ clausiris fenestrarum, & apertis fenestris præcipites ruisse. Quorum neutrū est verum secundum proprietatem, sed vtrunq; est verum secundum similitudinem. Tanquam autē clausum cœlum, quando inde non emanat pluuia, etiam Christus in euangelio nominat, Lucæ quarto. Non quod clausura aliqua sit, imò maximè cœlum patet serenitatis tempore, sed quia ad similitudinem clausi apprehenditur à vulgo, tanquam retentis aquis in ipso ne emanent ad nos. Verùm quemadmodum causæ siccitatis in cœlestibus corporibus & in aëre significantur per clausuram, ita causæ maximæ humiditatis significantur per apertionem fenestrarum cœlorum. Vsus est enim deus B causis secundis superioribus, videlicet cœlestibus corporibus & aëre, ad producendum tam ingentem pluuiam. Ita quod ab inferioribus & superioribus describuntur causæ secundæ immensarum aquarum, & actio superiorum causarum describitur pluuia, non qualiscūque, sed ad similitudinem aquarum præcipitatarum per fenestras tectorum plenorum immensis aquis. AVCTOR CATENAE. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Est abyssus vastissima aqua quæ finem non habet, & quæ tota transmitti non possit. Quod autem nos cataractas dicimus, Hebraicè ארבת arubboh legitur, quod tam cataractas, quàm fenestras ex quibus aliquando insidiatur, significat. Cataractæ verò integrum verbum est à καταῤῥήγνυμι, id est, dirumpo, discindo, vel deorsum ruo, quo nomine non significantur cœli quædam fenestræ, vt à quibusdam asseritur, nisi ad Hebraicum respexerint, sed aquarum é loco eminentissimo atque præcipiti descensus, de quibus apud historicos creberrima mentio. Qualis est Nili descensus ad locum qui Catadupe dicitur, cuius accolæ ob aquarum descendentium fragorem, obsurdescere feruntur. Dicuntur itaque cataractæ, aquarum descen- C sus, à loco eminentissimo cum maximo fragore, veluti si cœlum pateat, & aquæ quæ super cœlos sunt, in exitium pessimorum à domino effundantur. Et tale quidem est, ac si dicat, Magno impetu eruperunt aquæ ex montibus, fontibus, maris eleuationibus, & omniū humidarum cōstellationum influxibus, ad præceptum dei, cui natura tanquam illius auctori & moderatori obsequitur in exitium impiorum. Verisimile etiam videtur aliquibus diluuij tempore accidisse, vt plurimis in locis cœlum patuerit, aquarúmque vasta flumina maximo fragore delapsa fuerint. Inter aquas enim positum esse firmamentum, certissimè sacræ asserunt literæ. Supercœlestes quoque aquæ sæpe sæpius celebrantur. Cum igitur supra cœlum sint aquæ quæ à nonnullis etiam cœlum crystallinum vocentur, hæ nimirum patefacto cœlo, horribiliter eruperunt, breuíque totum orbem inundarunt. Nam his quoque aquis secundum ipsos, erat opus ad efficiendum generale diluuium, alioqui si imbribus tantum res acta fuisset, non modo quadraginta dierum ac noctium spatio tantum diluuium effectum fuisset, D sed ne quadraginta quidem annorum. *Et facta est*, inquit, *pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* CHRYSOSTOMVS. Et istuc ipsum bonitatis maximum genus est. Volebat enim propter magnam misericordiam etiam aliquos ex eis castigatos generalem hanc internecionem effugere, cum ante oculos viderent proximos suos perire, & imminere sibi communem interitum. Verisimile enim est primo die bonam aliquam partem diluuio periisse, & secundo die accreuisse aliquid diluuij, & similiter die tertio & quarto, & reliquis. Atque ita in quadraginta dies & quadraginta noctes produxit, vt omnem defensionis prætextum adimeret. Nam si voluisset ac imperasset, potuisset omnia in vno momento perdere diluuio, sed pro sua misericordia tanta dierum productione vsus est. ALCVINVS. Vel quadragenario numero pluuia inundauit, qui tribulationem pœnitentiæ ostendit. CAIETANVS. Quod autem dicitur de pluuia, intellige etiam de emanatione fontium, ita quod tanto quoque tempore durauit eruptio fontium. Et scripsit hoc Moyses ad significandum, quod deus non deleuit hominem quemadmodum creauit illum. Creando siquidem hominem, E creauit ipsum in momento perfectum, delendo autem hominem, non operuit in momento omnem terram aquis faciendo scilicet in momento per seipsum, quod fecit per quadraginta dies ac noctes per causas secundas, quod vtique facere potuisset. AVCTOR CATENAE. Et facta est pluuia super terram, & cætera. Pluuia perseuerabat quadraginta diebus continuis antequam arca moueri posset, & elcuari de terra. Sicque hominibus pereuntibus pœnitentiæ tempus datum est, & iudicium domini sentiendi cum maximis angustiis, qui Noë tanto tempore illis talia prædicentem, & ad vitæ emendationem exhortantem irriserant. Tam horribilia iudicia dei toties hominibus formidanda sunt, quoties verba Prophetarum & piorum hominum monita à deo immissa contemnuntur. *In articulo diei illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius, & uxor illius & tres uxores filiorum eius cum eis in arcam, Ipsi & omne animal secundum genus suum, uniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque uolatile secundum genus suum, uniuersæ aues, omnesque uolucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni* F *carne introierunt, sicut præceperat ei deus.* CHRYSOSTOMVS. Quando (inquit) cœpit diluuium, secundum præceptum domini, intrauit Noë in arcam cum filiis & vxore sua, & vxoribus filiorum suorum, & omnes bestiæ secundum genus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod autem dicitur ex omni carne in qua erat spiritus vitæ, non solùm de hominibus, sed etiam de pecoribus dictum est, propter illud quod quidam de spiritu sancto volunt intelligere, vbi scriptum est, Et insufflauit deus in faciem eius spiritum vitæ, quod melius quidam codices habent flatum vitæ. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, In proprietate diei istius, ingressus est. Pronomen istius, demonstrat diem antedictum, hoc est, pridie quam inciperet diluuium, qui fuit sextusdecimus illius mensis, nam decimoseptimo incœpit diluuium. Quod autem dicitur in proprietate, significat quod in ipsomet solo die (& nō ipso die & alio) introierunt in arcam Noë & filij, vxor eius & vxores filiorum. Et explicauit hoc, vt sciremus, quod non præmisit vxorem & filios cum vxoribus eorum, illis sex diebus in arcam, sed omnes simul vno die ingressi sunt. Seorsum autem mares à fœminis

 describuntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

describurtur,ad significandum continentiam seruatam in arca.Ipsi (inquit) & omne animal,& cætera. Ecce iam (vt diximus) tertio in hoc capitulo recensetMoyses saluata in arca . Recensuit siquidem prius ingressura,deinde ingredientia, & modo ingressa. AVCTOR CATENAE. In articulo dici illius. Videtur obscurius tradidisse Interpres quod erat clarissimum in Hebraico, videlicet בְּעֶצֶם הַיּוֹם beèzem haiom, id est, In ipsomet die. Sic etiam Septuaginta, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, In die hac. Nostra autem æditio innuit,Noë diei illius opportunitatem obseruasse,atque in ea occasione arcam ingressum, quæ à Latinis interdum articulus, seu punctus temporis vocatur, & à Græcis ἄκμή, punctus videlicet, & quasi extremitas temporis, aut id quod in tempore est maximè elegendum. Ergo in articulo illius diei, nempe opportunissima ac maximè idonea hora.Veritatem autem Hebraicam Interpres paulo inferius expressit, cum vertisset , Eadem die ingressus est Noë cum filiis suis in arcam. Prolixa igitur & repetita toties narratione auget & aggrauat terrorem vniuersalem omnium creaturarum terrestriũ, vt iudicij diuini seueritas contra impios , posteris omnium seculorum incutiatur, & misericordia dei credentibus & obedientibus commendetur. Simul tamen nota,impiis omnibus vnà pereuntibus, fideles tam pauco numero saluari ad vitam,octo scilicet personas. Deinde dicitur. *Et inclusit eum dominus deforis.* AMBROSIVS. Sermo manifestus est secundũ literam.Claudenda fuit arca,& tuto sepienda munimine,ne eam vaga diluuij fluenta penetrarent. CHRYSOSTOMVS. Animaduerte etiam hic verbi ad nostram infirmitatem accommodationem.Clausit dominus forinsecus illius arcam,vt doceat quod securũ fecerit iustum.Quod autem adiecit forinsecus ita vt ne posset videre iustus generalem omnium interitum qui fiebat , vnde maiori dolore confideretur. Nam si expendisset secum atrocissimam illam tempestatem , descripsissetq; in mentem humani generis perditionem,communem brutorum omnium interitum,& hominum,& iumentorum,& ipsius terræ (vt ita dicam) abolitionem,mœstitia correptus, & valde turbatus fuisset.Bonorum enim virorum animæ,magnam compassionem habere solent,si quando vident puniri homines,etiam si mali sint qui pereunt.Et inuenies omnes Prophetas & iustos plurimum pro illis deo supplicare , sicut Patriarcha pro Sodomitis faciebat , sicut & Prophetæ continuò facere solebant. Etenim vnus quidem dicebat,Heu mihi domine, delebis tu reliquias Israël? Alius autem inquit, Facies homines sicut pisces maris, non habentes ducem ? Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente,& turbabatur,vt non & spectaculi tristis aspectu magis cruciaretur,in arca illum quasi in carcere includit, vt ne oculis prospiciens,metuere inciperet . Verisimile enim est, si vidisset inundationem tot aquarum, anxium futurum fuisse, ne & ipse aquis periret. Eius igitur curam gerens misericors deus , non permisit ipsum vel aquarum spectare sæuitiam,vel videre hominum excidium,& communem orbis internecionem. Ego autem quando reputo mecum in arca iusti huius vitam, obstupesco & miror, & iterum dei misericordiæ totum adscribo. Nam nisi illa confirmasset eius mentem,& difficilia leuia fecisset, quomodo (dic oro) ferre potuisset?Erat enim ibi inclusus,quasi in carcere & custodia . Et quomodo potuisset (dic oro) aduersus tantos fluctuum impetus obsistere? Homines enim qui in naui sunt,& velo vtuntur, & gubernatorem ad clauum sedentem vident,& sua arte ventorum vi obsistentem, si quando fluctuum vident insaniam,enecantur metu, & saluti suæ (vt dici solet) timent. Quid igitur dicet aliquis de iusto hoc , qui quasi in carcere (vt dixi) sedens , hinc & inde circunferebatur , neque cœlum videre,neque aliquò oculos vertere valens, sed intus tenebatur,nihilq; prorsus videre poterat,quod consolationem afferret? Et ij quidem qui in mari nauigant , etiam si exurgant alti fluctus, possunt subinde in cœlum suspicere, & cacumina montium videre , & ciuitates magnas spectare , sicq; aliquantam consolationem capere. Quod si grauior & intolerabilior fuerit tempestas, vndecim vel paulo pluribus diebus, & post multas illas tempestates & pericula in terram eiecti,& paululum refecti,omnium illarum molestiarum obliuiscuntur.Hic autem nihil tale, sed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat , neque aërem respirare valens . Quomodo? Vndequaque enim arca munita erat, quomodo subtitit? quomodo durauit?dic mihi.Nam si ferrea & adamantina illis fuissent corpora, quomodo potuissent,qui neque aëre fruebantur, neq; vento , qui non minus quàm aër ad refocillanda corpora nostra factus est,neque oculos pascere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ spectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorum, qui tam diu ibi egerunt? Et si humanis rationibus hæc deprehendere volumus, & illud cogitandum,quantum fluuialis aquæ copiam habebant,in arca viuentes.Et vt hæc præteream, quomodo potuit iustus ille cum filiis & vxoribus conuersationem cum feris & aliis animalibus ferre? Quomodo tulit fœtorem? Quomodo tulit cohabitationem? Et quid dico? quomodo bruta ipsa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aërem attrahere valebant, neque moueri, sed in vno loco coërcebantur? Scitis enim clare, quod & nostra & brutorum natura etiam si aëre fruamur,aliisq; omnibus, continuò autem in vno loco simus inclusi,perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iustus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tempore? Non aliunde quàm ex superna gratia,cui omnia sunt possibilia.An non arcam hinc & inde moueri,& non submergi à tanta aquarum vi cum nullus esset gubernator,supernæ erat gratiæ? Non enim dicere potes,quod fuerit ad modum nauis,vt arte quadam illius iter dirigi potuerit. Arca erat vndequaque munita,& propter præceptum conditoris, non solùm eam lædere non potuit aquarum impetus , sed & sublimior illis facta, inhabitantes admodum securos fecit.Quando enim deus operatur aliquid dilecte,noli humana ratiocinatione exquirere quæ fiunt, transcendunt enim mentem nostram, & nunquam potest humana cogitatio attingere, & comprehendere,eorum quæ à deo condita sunt,rationem.Proinde par est,nos audientes quod deus imperauit,obedire & credere iis quæ ab illo dicuntur.Nam cum conditor sit naturæ,omnia componit & transformat, prout sibi videtur. Et clausit dominus deus forinsecus illius arcã.Magna huius iusti virtus fuit,& fidei excellẽtia. Illam enim ipsam arcam fabricari fecit,& cohabitationẽ æquo animo tulit, coarctationẽmque sustinuit,& conuersationẽm cum aliis animalibus . Hinc est quod & beatus Paulus in eius memoriam veniens , & prædicans illum clamabat,dicens:Per fidem oraculo admonitus Noë,ea quæ nondum videbãtur veritus,apparauit arcam ad salutem domus suæ,per quam condemnauit mundum, & eius quæ secundum fidem est, iustitiæ factus est hæres. Vidisti quomodo fides in deum,quasi secura quædam ancora,fecit vt arcam fieri curaret, & inhabitationem sustineret:Nam hæc illi & salutis fuit occasio,per quam (inquit) condemnauit mundum,& eius quæ secundum fidem est,

Gene.18. Ezech.9. Abac.1.

Hebr.11.

A dem est,iustitiæ factus est hæres, non quod ipse fuerit iudex, sed comparationis gratia condemnationem dominus inducit.Cum enim eadem habuerint quæ iustus , non tamen eandem veritatis viam ingressi sunt . Fide qua præditus fuit, condemnauit eos qui tantæ fuerunt incredulitatis, vt prædictioni non crederent . Ego autem supra omnia virtutem iusti admiror,dominiq; bonitatem & ineffabilem misericordiam,quomodo potuerit versari in medio bestiarum,leonum dico,& pardorum & aliarum immitium ferarum.Cum enim ij viderint iustum, obliuiscuntur naturæ suæ, imò non naturæ, sed ferociæ, & naturæ insitam ferociam,in mansuetudinem conuertunt. Et vide interim quid & Danieli euenerit. Hic enim cum à leonibus circundaretur, quasi ab hominibus stiparetur, sic intrepide viuebat . Quandoquidem iusti fidentia ferarum naturam frenabat , nec finebat vt agerent ea quæ feræ solent . Simili modo etiam egregius ille magna facilitate ferarum ferebat coniuctum , & neque loci angustia,neque temporis productio, neque quod sic inclusus erat,& aërem respirare non posset,morosum & difficilem reddebant,sed ob fidem in deum omnia ipsi facilia videbantur . Et sic versabatur in graui illo carcere, sicB cut nos in pratis & lucis.Præceptum enim domini,difficilia,facilia sibi videri faciebat.Talis enim iustorum mos est, vt quando aliquid propter deum ferunt , non res ipsas quæ fiunt, spectent, sed causam secum expendentes, facile omnia ferant. INTERLINEARIS. Quod ergo homo facere non poterat,ne aquæ introirent, exterius arcam deus bituminauit. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Hoc igitur sine dubio diuinum opus fuit,ne ingrederentur aquæ per aditum, quem humana non munierat manus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur , Et clausit dominus pro eo . Non poterat Noë intus existens claudere ostium arcæ foris,ne per rimas aquæ penetrarent & propterea suppleuit deus loco eius . Describitur autem deus claudens sub nomine tetragrammaton , quia aptissimè congruit danti esse , actus claudendi , ad seruandum esse hominum & reliquorum animantium. AVCTOR CATENAE. Et inclusit eum dominus deforis. Hebraicè habetur וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ vaisgor adonai baado,id est, Et clausit dominus pro eo,nempe arcæ ostium, licet sagar etiam includere & concludere significat.Septuaginta, καὶ ἐκλεισε κύριος ὁ θεὸς ἔξωθεν αὐτοῦ
C τὴν κιβωτόν, id est,Et clausit dominus deus de foris eius arcam.Chaldaica,Et protexit dominus super eum. Vide ergo hic quanta dei sit erga iustos suos prouidentia.

AMBROSIVS. Quod autem ad altiorem pertinet sensum, cœli symbolo mens humana significatur, terræ autem appellatione corpus & sensus. Magna igitur naufragia,quando mentis pariter & corporis,sensuúmque omnium turbo & procella miscentur . Diligenter dicta pensemus . Plerunque fraus mentis, & dolus suum exercent venenum, sed tamen sobrietas corporis & continentia, obumbrant mentis improbitatem . Frequenter incerto fidei atque opinionis suæ, mens lubrica est , sed tamen caro delitiis & luxuriæ vacat , vt fragilitas errorem mentis excuset. Sicut multi sunt hæreticorum, qui prætendere volunt corporis continentiam , vt assertionis suæ fidem testimonio sobriæ carnis acquirant,& si sensu lubrici, tamen quo minus turpes , aliquanto excusabiliores habentur.Cum autem venena mentis & contagia corporeæ obscœnitatis, sensum omnem virorémque confundunt, atque animus incerto lubricus motu,malitiæ fœdus atramento , crudelitatis furore succensus, etiam corD poralibus flagitiis incitatur, auarus quoque affectus , impatiens mediocrium facultatum, luxuriæ cupiditate, effundendiq; libidine præcipitatur in facinus appetendæ salutis alienæ , tunc magnum est diluuium, omnibus pariter ingruentibus passionibus, tunc se insipientia , iniustitia , temeritas, improbitas,perfidia , de superiori parte tanquam cataractæ mentis videntur effundere. Inde erumpunt de corporis fonte terreni libido , temulentia, luxuria, postremo diuersorum criminum prolapsiones , quæ penitus & corporis robur, & vigorem mentis effœminant. EVCHERIVS. Sed & quod Noë quingentorum erat annorum quum ei locutus est dominus, vt arcam sibi faceret,& sexcentos agebat annos, quum in eam est ingressus (vnde intelligitur per centum annos arca fabricata) quid aliud videntur centum anni significare, nisi ætates singulas seculi?Vnde ista sexta ætas completis quingentis vsque ad sexcentos, significat in manifestatione euangelica ecclesiam construi. Et ideo qui sibi ad vitam consulit, sit velut quadratum lignum , paratum ad omne opus bonum, vt intret in fabricam sanctam, quia & secundus mensis anni sexcentesimi quo intrat Noë in arcam, eandem senariam ætatem significat. Duo eE nim menses sexagenario numero concluduntur. A senario autem numero, & sexaginta cognominantur, & sexcenti, & sex milia,& sexaginta milia,& sexcentena milia, & sexcenties,& quicquid deinceps in maioribus summis per eundem articulum numeri in infinita incrementa consurgit . Et quod vicesimus & septimus dies mensis secundum Septuaginta commemoratur,ad eiusdem quadraturæ significationem pertinet, quæ iam in quadratis lignis exposita est, sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id est, quodammodo quadratos, Trinitas perficit,in memoria,qua deũ recolimus,in intelligentia,qua cognoscimus,in voluntate,qua diligimus. Tria enim & ter octo,fiunt viginti septem,qui est numeri ternarij quadratus . Quod autem quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit,id significat,quia omnis reatus peccatorum qui in decem præceptis admittitur per vniuersum orbem terrarum , qui quatuor partibus continetur (decem quippe quater ducta , quadraginta fiunt) siue ille reatus qui ad dies pertinet, ex rerum prosperitate,siue qui ad noctes, ex rerum aduersitate contractus sit, Ter tria ter fiunt 27. numerus cubicus.
F sacramento baptismi cœlestis abluitur. RVPERTVS. Quadraginta etiam diebus & quadraginta noctibus, omne quod ab incarnatione vel passione domini residuum est,signatur seculi tempus, quo baptismi aquæ inundare , foris q; relicta ingredientium in ecclesiam peccata , obruere non cessant . Nam sicut in transitu filiorum Israël per mare rubrum,Aegyptij qui submerguntur,malignos spiritus vel peccata significant,sic impij qui in diluuio pereunt,arca superstite cum paucis,peccata decidentia rectè figurant. AMBROSIVS. Quod autem arcam dominus à foris clauserit,altioris sensus non incongrua interpretatio,si corpus humanũ (cui arca hæc quæ describitur,figuratur) septum corio,indicemus à frigore æstúque defendi , quod artifex deus ad omnium membrorum protectionem naturalibus vestiuit exuuiis , & quodam circunfuso induit operimento, vt neque frigore congelescat,nec æstiuo calore soluatur. Cap.14. Mystice. Cap.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 FActumque est diluuium quadraginta diebus super terram. Et multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt G
arcam in sublime à terra, uehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie ter-
ræ. Porrò arca ferebatur super aquas, & aquæ prævaluerunt nimis super terram, opertique sunt
omnes montes excelsi sub uniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat.
Consumptaque est omnis caro quæ mouebatur super terram, uolucrum, animantium, bestiarum, omniumque
reptilium quæ reptant super terram. Vniuersi homines, & cuncta in quibus spiraculum uitæ est in terra, mor-
tua sunt. Et deleuit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quàm
uolucres cœli, & deleta sunt de terra. Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca obtinuerunt{q;}
aquæ terram centum quinquaginta diebus.

4 *Factum{q;} est diluuium quadraginta diebus super terram.* CHRYSOSTOMVS. Quia plenus erat malitia puri- H
ficatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculam ablui, & omne fermentum prioris malitiæ su-
stolli, & neque vestigium malitiæ relinqui, & quasi reelementationem quandam fieri. Et sicut bonus artifex, si
quando videt vas aliquod inueteratum à rubigine (vt dicunt) consumi, iniecto eo in ignem, facit vt quicquid
habet rubiginis deponat, & transformans in pristinum decorem reducat. Ita & dominus noster totum orbem
hoc diluuio purgauit, & à malitia hominum (vt ita dicam) & à coinquinatione & corruptione multa liberauit,
& denuo eius clade monstrata, facie pulchriorem fecit, ita vt non permiserit vel vestigium prioris deformitatis
relinqui. AVCTOR CATENAE. Abundat hic apud Septuaginta, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, id est, I
& quadraginta noctibus, & verba, super terram, desiderantur. *Et multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sub-*
lime à terra, uehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ. AMBROSIVS. Non immeritò
exundauit aqua, quando cœli cataractæ apertæ sunt, & de terra rupti sunt fontes aquarum & flumina. Quod ma-
gna emphasi dictum est. Vbi enim eruptio, ibi irreuocabilis effusio sit necesse est. Nec retineri facilis ingentium
prolapsio fluentorum. Manifestum est igitur quod scriptum est. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo
diligenter narrat magnam aquarum vim, & quotidianum sæuitiæ illarum incrementum. Hæc autem nobis à
scriptura narrantur, non vt tantum sciamus, in quantam altitudinem aquæ peruenerint, sed simul videamus,
nullum omnino animal vel feram, vel iumentum relictum esse, sed omnia cum humano genere deleta, quo-
niam propter ipsum omnia producta erant, vnde abolendo eo, meritò & hæc abolenda erant. CAIETA-
NVS. Ex hoc autem quod ante descriptum augmentum aquarum supra montes, describitur arca eleuata ab
aquis, & ambulans super aquas, insinuatur quod arca fabricata est non in monte, sed in planitie. *Porrò ferebatur*
arca super aquas, & aquæ prævaluerunt nimis super terram. In Hebræo repetitur nimis, habetur enim valde valde. K
Prius Moyses descripsit multiplicationem aquarum vsque ad hoc, quod arca eleuata est super terram, deinde au-
gmentum earundem vsque ad hoc, quod arca ambulabat, super aquas, modo describit augmentum tam ma-
gnum, quod aquæ operuerunt omnes montes. Et hinc patet, quod ex aquis diluuij & aquis marium effectum est
corpus vnum, & commixtis aquis dulcibus & salsis super terram, non paruo detrimento terra affecta est. Ait er-
go. *Opertique sunt omnes montes excelsi sub uniuerso cœlo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operuerat.*
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Si terra Olympi montis (vt
tradit historia) potuit inuadere spatium tranquilli aëris, vbi dicitur nec nubes videri, nec ventus sentiri, quæ ta-
men terra grauius & inferius est elementum, cur non & aqua crescendo, quæ leuior ac superior est, id{q;} ad tem-
pus saltem exiguum? AMBROSIVS. Illud quoque non prætermittendum arbitror, quia scriptura non
præteriit, quantis numero cubitis aqua super terram fuerit. Quindecim enim cubitis super excelsos mon-
tes aquam fuisse dicit. ORDINARIA. Licet sint qui putent, nec terræ qualitatem talem, nec altitudi-
nem montium tantam ante diluuium fuisse, qualis & quanta est hodie. CHRYSOSTOMVS. Meritò L
igitur ordinauit deus claudi arcam, vt ne videret iustus quæ fiebant. Nam si nos post tot annorum numerum, &
post tot secula, audientes duntaxat scripturæ narrationem, metu & stupore corripimur quid verisimile est iu-
stum illum fuisse passurum siquidem oculis vidisset intolerabilem illam abyssum? Quomodo enim potuisset vel
ad breue tempus? an non statim primo aspectu defecisset anima illius tota, & tam graue ac molestum spectacu-
lum ferre vltra non potuisset? Cogita hic dilecte, quomodo nunc cum paruus imber ingruit, in angore sumus, &
de vniuerso, dèque ipsa (vt dicit solet) vita desperamus. Quid igitur verisimile erit iustum illum tunc fuisse pas-
sum, si ad tantam sublimitatem vidisset exaltatas aquas? Super montes enim (inquit) quindecim cubitis
exaltata est aqua. Non abs re narrat hæc scriptura, sed vt quemadmodum prædiximus, discamus, quod non so-
lùm homines & iumenta, & quadrupedia, & reptilia submersa sint, sed & volucres cœli, & quæcunque in monti-
bus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et idcirco dixit, Exaltata est super montes quindecim cubitis a-
qua, vt discamus sententiam domini opere impletam, dixerat enim, Adhuc septem dies, & inducam diluuium M
super terram, & delebo omnem substantiam quam feci à facie terræ, ab homine vsque ad pecus, à reptilibus vs-
que ad volatilia cœli. RABANVS. Ferunt quidam non esse hæc gesta, sed solas rerum significandarum fi-
guras esse contendunt. Primum opinantur tam magnum non potuisse. Itémque haud tantum in superioribus
fieri diluuium, vt altissimos montes quindecim cubitos aqua crescendo trãscenderet, propter Olympi verticem
montis, super quem perhibentur nubes non posse concrescere, quod tam sublime iam cœlum sit, vt non ibi sit
aër iste crassior, vbi venti, nebulæ imbrèsque gignuntur. Nec attendunt omnium elementorum crassissimam
terram ibi esse potuisse. An fortè negant verticem montis esse terram? Cur igitur vsque ad illa cœli spatia terris
exaltari licuisse, & aquis exaltari non licuisse contendunt, cum isti mensores & pensores elementorum, aquas
terris perhibeant superiores atque leuiores? Quid itaque rationis afferunt quare terra grauior & inferior, locum
cœli tranquillioris inuaserit per volumina tot annorum, & aqua leuior ac superior, permissa non sit hoc facere,

saltem

A saltem ad tempus exiguum? CAIETANVS. Quindecim cubitis altior fuit aqua, &c. Non sufficit Moysi
describere quod aquæ operuerunt montes sub cœlo aëreo, sed declarat quantum altior fuerit. CHRYSO-
STOMVS. Postea vbi docuit nos in quantam altitudinem sublimata fuerit aquarum natura, nempe quod
transcenderit alta montium cacumina quindecim cubitis, solitam suam diligentiam seruans dicit. *Consumptaq;*
est omnis caro quæ mouebatur super terram, uolucrum, animantium, bestiarum, omniumq; reptilium quæ reptant super terram. Vniuersi
homines, & cuncta in quibus spiraculum uitæ est in terra, mortua sunt. AMBROSIVS. Meritò mortua est omnis caro
quæ mouebatur. Quod & secundum literam liquet, & propriè ac naturaliter carnis corruptelam indicio procel-
losæ commotionis expressit. Commotio enim vitiosa non est, nisi per effectus corruptionem. Mouet enim vo-
luptates caro, & ipsa voluptatibus commouetur. Talis autem commotio, corruptelã creat. Causa autem corrupte-
læ, commotio istius mundi est, per quam anima vniuscuiusque degeneratur. Cum enim vitiosæ passiones men-
tem mouent, corruptela generatur, cum excitant studia virtutum, disciplinæ profectus est. Omnis igitur qui erat
B in arida, mortuus est. Nec enim poterant non mori, quos tanti diluuij vnda demerserat. CHRYSOSTO-
MVS. Neque hoc simpliciter & absque causa dixit, & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua
sunt, sed vt te doceat, quod omnes quidem perierint, iustus autẽ solus cum omnibus iis qui in arca erant, seruatus
sit. Nam isti (iuxta mandatum domini) relicta arida, arcam conscenderant. RVPERTVS. Magnum om-
nino negotium, quod in mundo vniuerso diluuium inducitur, & in primis tanti huius facti intentio meritò vel
vtilitas quæritur. Quid enim in hoc maximè intendit deus? Hoc scilicet, vt scirent ventura secula, quantum ille
peccatis aduersetur. Denique sic totum mundum quasi hominem vnum susceperat erudiendum, scimus autem
quod homini dum adhuc puer est, agendum sit, quod timeat, ne dimissus suæ voluntati, præceps & infrenis in
malum (ad quod prona est humana natura semper) securo collo ruat. Percute (inquit scriptura) filium tuum vir- Prouer. 23.
ga, & liberabis animam eius à morte. Rectè igitur & vtiliter vt sapientiam dei decuit, petulantem atque in carne
& sanguine lasciuientem nunquam recentem, tanquam stultum puerulum corripuit, tali percutiẽs verbere, quod
C tota sua ætate non queat obliuisci. AVCTOR CATENAE. Quindecim cubitis ab aquis superatis mon-
tibus, discimus nullum animal relictum, etiam Gigantes & feras maximas. Omnia autem cum homine deleta,
propter quem producta fuerunt omnia in ministerium & solatium. *Et deleuit* (inquit) *omnem substantiam quæ erat su-*
per terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quàm uolucres cœli, & deleta sunt de terra. AVGVSTINVS IN LO-
CVTIONIBVS. Alia litera habet, Et deleta est omnis suscitatio, vbi notandum locutionis esse, pro eo ac si
diceret, conditionem vel creaturam carnis. Cum autem dixisset, & deleta est omnis suscitatio quæ erat super fa-
ciem omnis terræ, ab homine vsque ad pecudem, & repentium, & volatilium cœli, deinde addidit, & deleta sunt
de terra, locutione illa repetitionis quam familiariter vtatur scriptura, notandum est. CHRYSOSTOMVS.
Vide quomodo & semel & iterum atque sæpius, communem omnium interitum docet factum, & nihil quod e-
rat effugit, sed sub aquis suffocatum est omne, tam hominum quàm brutorum genus. ALBINVS IN
D QVAESTIONIBVS. Sed quare magis terrena animalia perierunt cum homine, quàm aquatilia? propter
maledictionem (inquam) terræ, de qua vescebantur animalia terræ. Sed quid de animalibus sentiri debet, quo-
rum natura nec semper in aridis, nec semper in humidis viuere potest, sicut sunt lutri, vituli marini, & multa ani-
malium genera, quæ in aquis escarum suarum victum requirunt, sed in arena dormiunt, & nutriuntur & requie-
scunt? si ergo arca includerentur, sine aquarum adiumento viuere non possent, & si extra arcam remanerent,
aquis vniuersa tegentibus, vbi requiescerent? quomodo haberent? De his dicimus, potuisse diuinam virtutem,
vtramuis eorum naturam donec diluuium transiret temperare, vt aut in humore tantum, aut in arido tantum vi-
uere possent, nisi fortè extra arcam in aliqua eius parte loca illis præparata essent, vnde & in aquis viuere,
& in aridis requiescere potuissent. CAIETANVS. Et deleuit omnem substantiam quæ erat super
terram. Substantiæ nomen est illudmet quod superius interpretatum est surgens, subintelligitur autem
deus. Explicat autem effectum diuinæ iustitiæ effectricis diluuij. Vnde & repetit verba dei ab homine vsque
ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli, & deleta sunt de terra. CHRYSOSTOMVS. Ma-
E gna & ineffabilis dei misericordia, excellénsque eius bonitas ex iam lectis ostenditur, quam non solùm erga ra-
tionale hoc animal, hominem dico, sed & erga brutorum animalium declarauit naturam. Nam cum omnium
sit conditor, in omnia quæ à se sunt condita, suam ostendit bonitatem, per omnia notum faciens quantam huma-
ni generis curam gerat, & quod omnia olim & ab initio propter salutem nostram fecerit. Itaque & si puniat, &
si in nos animaduertat, ex bonitate sua facit. Non enim vel affectione vel ira pœnam infert, sed malitiam morari
vult, ne vltra progrediatur. Quia & nunc, sicut auditis, diluuium ob nihil aliud induxit, quàm vt curam agat eo-
rum qui iniquitati vacabant toti. Et qualis (inquit quis) cura hæc omnes aquas suffocari? Ne temere loquaris ho-
mo, sed grato animo accipe ea quæ à domino sunt facta. Et scias quod etiam hoc est maximæ curæ argumentum.
Nam eos qui sic incurabiliter peccant, & quotidie sibi vulnera inferunt, & vlcera omni cura grauiora faciunt, ex
tanto malo liberasse, nonne summæ fuerit prudentiæ? Et hic puniendi modus, nonne omni misericordia plenus
F est? Et sic mori, vt solitum alioqui naturæ debitum non sentias, sed absque dolore & cruciatu supplicij loco vitam
deponas, quantæ fuerit sapientiæ & bonitatis? Quin siquis animo pio expendat factum, deprehendet, quod non
solum his qui puniti sunt, beneficia sunt facta, sed & posteris, qui duo maxima inde perceperunt bona, quantum
gratiarum pro illis debetur deo? Etenim posteriores pœna illorum, & metuentes ne eadem quæ illi paterentur,
eruditi sunt, maximè quod omne malitiæ fermentum sublatum, & nullus relictus fuit eis malitiæ & iniquitatis
magister. Vides quomodo & pœnæ & supplicia, beneficia sunt, & dei erga hominem prouidentiam declarant? Et
si quis vult hæc à primis & ab initio repetere, inueniet omnes pœnas hac occasione homini intentatas. Quia &
Adam peccantem non puniens tantum, sed & beneficio prosequens, paradiso eiecit. Et quale dicis beneficium,
etiam paradisi vita excidisse? Dilecte ne simpliciter attendas ad verba, neque obiter quæ à deo fiunt addisce, sed
profundum illius bonitatis intuere, & inuenies propter hoc fieri. Dic enim mihi, si Adam postquam sic transgres-
sus est, iisdem adhuc frui potuisset, quo non excidisset? Nam si tantis promissis acceptis, serpentem deceptorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiuit,& insidias approbauit,quas per eum diabolus intulit, spe videlicet obtinendæ diuinitatis inflatus, etiam G
in tantum præuaricationis peccatum iniectus, si in eadem conuersatione mansisset, quomodo non multo fide-
liorem putasset malignum illum dæmonem, quàm rerum omnium conditorem,deque se sublimiora, quàm di-
gnitas sua ferebat, animo concepisset? Etenim talis hominum natura est, vt si quando peccans, non refrenatur,
sed secure agit,vlterius procedat, & in præceps feratur. Alia tamen via possum ostendere, quod misericordiam
præseferens, Adam paradiso iusserit excedere, & mortis pœnæ fecerit obnoxium. Nam iectione, & propin-
qua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit, quantus impostor fuerit dæ-
mon. Mortisque supplicium propter hunc intulit, vt ne posthac per inobedientiam peccato fieret obnoxius, &
perpetuo peccaret. Non videntur tibi hæc esse maximæ misericordiæ, & eiici à paradiso, & pœna hac puniri?
Remansit autem (inquit) *solus Noe, & qui cum eo erant in arca, obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.* Tot
diebus mansit sublimis illa aquarum altitudo. Iterum etiam hic cogita iusti magnanimitatem, & excellentem H
fortitudinem. Quid non passus est animo concipiens, ac videns (vt dicitur)mente corpora hominum & iumen-
torum, mundorum & immundorum, communem mortem sustinentia, nullúmque in omnibus discrimen?
Præterea quid passus est, quando apud se recogitabat solitudinem, vastitatem, vitam illam doloribus plenam,
omni solatio vndequaque destitutam, neque colloquio, neque aspectu iucundam, & ignorabat quanto tempo-
re ferenda in illo carcere conuersatio? Sic enim strepitus aquarum, & æstus timorem in illo quotidie cresce-
tem generabant. Quid enim iucundi suspicari ipse poterat, qui videbat centum quinquaginta dies aquas in ea-
dem quantitate manentes, & in altum eleuatas, & non subsidere? Verumtamen ferebat fortiter, sciens domini
omnipotentiam, & quod ipse conditor naturæ omnia facit, & transformat prout vult. Neque ægre tulit quod
illic esset conuersandum. Nam cooperatrix dei gratia roborabat illius alacritatem, & sufficientem præbebat con
solationem, neque sinebat labi mentem & cogitare aliquid, aut parum virile, aut minus generosum. Quippe
qui prius statim vt à deo illustratus est, quod suum erat adhibuit vtpote virtutis diligentiam, iustitiæ vigorem, I
fidei excellentiam, etiam assequutus est ea, quæ à deo magna suppeditabantur vbertate, vtpote patientiam, for-
titudinem omnia mansuete ferendi, sustinendique arcæ inhabitationem citra damni corruptionisque sensum,
& bestiarum conuictus fastidium, neque bestiarum conuictum fastidiendi. Illum igitur iustum obsecro, imite-
mur & nos, operámque demus,vt offeramus quæ nostra sunt, vt dignos nos ipsos paremus iis quæ à deo dantur.
Nam idcirco expectat occasiones ex nobis, vt multam exhibeat liberalitatem. Itaque ne propter desidiam pri-
uemus nos illius donis. Sed festinemus & vrgeamus, vt principium apprehendamus, & viam quæ ad virtutem
inducit, vt superno adiuti subsidio, etiam ad finem peruenire valeamus. Neque enim possibile est bonum ali-
quod nos rectè agere, non habita superna gratia. Igitur tales simus, qui appendamus nos in spem quæ in deum
est, quasi in ancoram aliquam tutam & stabilem, & ne ad laborem videamus virtutis, sed magis considerantes
laboris retributionem, leuiter omnia feramus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS. Quod
scriptum est secundum alia exemplaria, Exaltata est aqua super terram centum quinquaginta dies, quæritur K
vtrum vsque ad hunc diem creuerit, an per tot dies in altitudine qua creuerat manserit, quoniam alij Interpre-
tes planius videntur hoc dicere. Nam Aquila dixit, obtinuit, Symmachus, prævaluerunt aquæ. CAIETA-
NVS. Remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca. Ad excludendum fabellas omnes dicentes, ali-
quos homines extra arcam saluatos, hoc dixit. Obtinuerúntque aquæ terram. Iuxta Hebræum habetur. Et ro-
borauerunt se aquæ super terram quinquaginta & centum diebus. Si isti centum quinquaginta dies supputen-
tur à principio diluuij, absque modificatione aliqua, verùm dicitur vt sonat, si verò supputantur post quadra-
ginta dies pluuiæ, cum moderatione quæ in sequenti capitulo subiungitur, intelligendi sunt. AVCTOR
CATENAE. Quod nos,obtinuerúntque aquæ terram legimus, Hebraicè וַיִּגְבְּרוּ vaigberu habetur, id est, Et
prævaluerunt aquæ, seu & roborauerunt se aquæ. Gabar enim prævalere, confirmare, roborare, vel roborari si-
gnificat, quasi diceret, Fortes fuerunt aquæ, videlicet sua fortitudine arbores eradicantes, & fortissima ædifi-
cia deiicientes. Septuaginta, καὶ ὑψώθη τὸ ὕδωρ, id est, Et exaltata est aqua. Chaldaica autem, Et prævaluerunt a-
quæ,legunt. Tot igitur diebus immobiliter perseuerabat altitudo aquarũ,antequam minui inciperẽt. Vt intelliga- L
mus non parum tentatam fiduciã Noë, cum post exactum iudicium de impiis, sibi quoque & suis diffidere ten-
tabatur, veritus portentum maioris mali esse, tam diuturnam aquarum perseuerantiam, interim nulla consola-
tione accepta è cœlo vel elementis, vt subsequente beneficio deuotior redderetur. Sed iustus inuicto semper &
infracto permansit animo, totus à dei misericordia pendens. Obiter hic quoque sciamus annos ab Adam ad di-
luuium hoc, secundum æditionem Septuaginta Interpretum fluxis se bis mille ducentos sexaginta duos, sed se-
cundum Hebræos & Latinos tantùm mille sexcenti quinquaginta sex reuera fluxerunt.

Mysticè. RVPERTVS. Historiam omnem nouimus, mysteria requiramus. Primo sciendum triforme vnius tri-
nitatis esse iudicium. Primum videlicet, quo diabolus de cœlo deiectus est, & vltimum, quo idem in fine secu-
li cum angelis suis, & malis hominibus in ignem æternum est mittendus, medium hoc, quo diluuium mun-
do inducitur. De quo nec illud prætereundum, quia sicut tempore vel ordine, sic & qualitate medium est. Ete- M
nim primo quidem & vltimo, soli reprobi feriuntur, & soli electi reseruantur, isto autem nec soli electi reser-
Naum.1. uantur, nec soli reprobi suffocantur. Credendum quippe est, aliquos hoc diluuio periisse, quorum eodem peri-
culo mortis, peccatum deletum sit, iuxta quod scriptum est, Non enim vindicabit deus bis in idipsum, plerosq;
Deuter.32. autem ex eis vtpote impios, ab illo temporali aquarum diluuio, ad æternum transisse incendium iuxta quod
item scriptum est, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. De his autem qui
superfuerunt, tam magna gratia dei reseruati, cum tres tantummodo filij Noë fuerint, vnus reprobus extitit,
& ex omnibus maxima reproborum sylua succreuit. Hoc ergo iudicium propriè personam prædicat filij dei, qui
solus naturam nostram suscipiendo, diuinitatis suæ fortitudinem nostræ humanitatis conditione temperauit,
& antequam veniret, opus sui aduentus in hoc tali cataclysmo præfigurauit. Et primum ipse Noë eundem me-
diatorem dei & hominum, tam nomine quàm opere signauit. Nomine videlicet, quia nomen ipsum quod est

Noë,

A Noë, interpretatur requies. Requies autem nostra vera est ipse qui dicit, Tollite iugum meum super vos, & Matth.11.
discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Opere autem quomo-
do Christum significauerit, deinceps plenius dicendum erit. PROSPER DE PRAEDICTIONIBVS
ET BENEDICTIONIBVS DEI. Quod etiam quadraginta diebus & quadraginta noctibus diluuium
factum est super terram, non tantum præteriti in hoc numero, quantum etiam præsentis temporis animarum
diluuium ostendit. Quæ in scopulis seculi, atque in gurgite flagitiorum diuersarúmque voluntatum naufragiis
fluctibus submerguntur. Propter quod quadraginta diebus Helias, quadraginta diebus & ipse saluator ieiunia
consecrasse, hac tripartita ratione monstrantur, tanquam prædictis tribus temporibus necessaria, ante legem,
sub lege, sub gratia. EVCHERIVS. Sed & quod quindecim cubitis supercreuit aqua, excedens altitudi-
nem montium (octo nanque & septem quindecim faciunt, sed octo signant resurrectionem, septem quietem)
B Hoc sacramentum resurrectionis & quietis transcendere indicat omnem sapientiam superborum, ita vt nul-
la possit indagare scientiæ suæ altitudine, resurrectionis quietem. Et quia septuaginta à septem, & octuaginta
ab octo denominantur, coniuncto vtroque numero, centum quinquaginta diebus exaltata est aqua, eandem
commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi, in consecrando nouo homine, ad tenendam quie-
tis & resurrectionis fidem.

IN CAPVT GENESEOS OCTAVVM ARGVMENTVM.

C *Cessat diluuium. Emissis coruo & columba egreditur Noe. Offert holocaustum. Diluuium nunquam futurum, Cordis humani malitia.*

CAPVT VIII.

Lect.prima

REcordatus *autem deus Noe, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ, & clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo.*

D CHRYSOSTOMVS. Vide hic obsecro, quàm se attemperat nostræ infirmitati di- I
uina scriptura. *Recordatus autem* (inquit) *deus Noe.* Intelligamus dilecti hæc vt dignum
est de deo intelligere, & crassa hæc verba naturæ nostræ infirmitati ascribamus. Nam quan
tum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuisset hoc verbum, quantum autem ad
nostram imbecillitatem, apposite est dictum. Quoniam narrauit nobis in iam dictis, quod quadraginta diebus
& totidem noctibus fuerit pluuia, & diebus centum quinquaginta eadem durauerit aqua quindecim cubitis su-
per montes exaltata, & quod cum hæc fierent, iustus manserit in arca, neque aërem spirare valens, habitanti-
búsque cum eo brutis vniuersis. Et idcirco inquit, Recordatus est deus. Quid est recordatus est? misertus est,
dicere vult, iusti in arca agentis. Misertus est quod in tanta esset angustia, & rerum difficultate constitutus,
ignorarétque quandonam molestiæ illæ finem habituræ essent. Considera hic quæso, quales tunc illius fuerint
cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuiæ ingruebant, cum vi-
deret diebus centum quinquaginta in eadem parte manere aquas, neque omnino desistere, & quod multo gra-
E uius, neque oculis videre potuit quæ facta sunt, sed inclusus cum non posset aliquo loco oculis assequi quan-
ta essent mala, maiorem sustinebat dolorem grauiorâque quotidie suspicabatur. Ego autem admiror, quomo-
do præ tristitia non fuerit absorptus, cum mentem illius subirent humani generis interitus, sua solitudo, &
difficilis illa vita. At causa bonorum omnium fuit sua in deum fides, per quam & restitit, & omnia fortiter tu-
lit, cúmque spe pasceretur, nihil triste sentiebat. Et quia quod suum erat præstitit, tam patientiam monstran-
do quàm copiosam fidem afferendo, necnon & miram fortitudinem præseferendo, vide quanta sit, & quàm
multiplex dei erga ipsum misericordia. Recordatus est (inquit) Noë. Non simpliciter, & absque causa dixit,
Recordatus, sed quia prius diuina scriptura manifestauerat nobis testimonium de iusto illo, dicens. Ingrede-
re in arcam, quia te vidi iustum in generatione hac. Ea propter nunc inquit, Recordatus est autem deus Noë,
hoc est, testimonij quod cum illo pepigerat. Neque valde neglexit iustum, sed distulit quousque ferre potuit,
& tunc ei suum beneficium & gratiam impartitus est. Nam sciens infirmitatem nostræ naturæ, si quando per-
F mittit tentationem inferri, Eousque sinit, quousque scit nos posse sustinere, vt & retributionem quæ nostræ 1.Cor.10.
congruat fortitudini tribuat, & suam misericordiam declaret, sicut & Paulus inquit, Fidelis autem deus, qui
non sinit vos tentari, supra quàm potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, vt ferre possitis. Quoniam
igitur iustus ille fortitudinem & patientiam præseferebat, sua in deum fide arcæ tædia sustinens, & propter
hoc inquit, Recordatus est deus Noë. DIDYMVS. Hæc etiam vox benignitatem, & misericor-
diam dei ineffabilem significat, ea ratione qua dictum est, Noui te, & econtrario, Non noui vos. EV-
CHERIVS. Igitur quoniam in deo obliuio non est aliquãdo, vt recordetur quod oblitus fuerat, recordatio-
nem pro misericordia scriptor posuit. CAIETANVS. Metaphoricè ergo deus recordatus dicitur, quem-
admodum & iratus quia a d similtudinem recordati se habuit. AVCTOR CAT. Nunquam non aspicit
deus,& curat diligenter bonũ omnium creaturarũ suarum,hominũ in primis,vt singulorum hominũ singula bo
na,æque vt omniũ simul agere credi debeat,& re vera agat. Obliuisci tamen nostri videtur,cum obruimur tenta-

tionibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus,cum anxij nobis ipsis relinquimur.Reminiscitur verò,cum consolatur,succurrit & adiuuat.Recordatur ergo Noë,cum eximit periculo,cum aquarum inundationi obsistit. CHRYSOSTOMVS. Deinde vt discas abyssum diuinæ misericordiæ,addidit diuina scriptura. *Cunctorumq; animantium, & omniũ iumentorum quæ erant cum eo in arca.* Vide quomodo omnia in honorem hominis facit.Nam sicut de his qui diluuio perierunt, scriptũ est,quod cum illis omne brutorum animalium genus perdidit, ita hic suam erga iustum illum misericordiã declarare volens,in honorem eius,suam & bonitatem,ac curam etiam in bruta,& feras, & volatilia,& reptilia vsq; extendi voluit. AMBROSIVS. Mouentur plerique qua causa non dixerit scriptor, quod etiam vxoris & filiorum Noë memor fuit dominus, cum bestiarum & iumentorum fuerit memor . Sed cum dixerit, quod Noë memor fuerit,in auctore & præsule domus, necessitates eius reliquas comprehendit.Simul exprimi videtur quidam reliquarum consensus necessitudinum.Etenim cum omnes inuicem sibi chari sunt,vna est domus,cum autem discrepant,separantur, & scinduntur in plures domos . Vbi ergo charitas, ibi senioris nomine, de quo pendent cæteri, domus omnis significatur, vt siquis arborem dicat, etiam fructus qui in ea sunt , pariter vno & eodem sermone complectitur. AVCTOR CATENAE. Abundant hic apud Septuaginta , καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων,id est, Et omnium volatilium, & omnium reptilium reptantium, quæ nec in Hebræo,nec in Chaldaica habentur. *Et adduxit spiritum super terram & imminutæ sunt aquæ.* AMBROSIVS. Non puto hoc ita dictum,vt spiritus nomine ventum accipiamus.Neque enim ventus poterat siccare diluuium.Alioquin cum mare ventis exagitetur quotidie,exinaniretur profecto.Nam quomodo non euacuaretur mare ventorum vi, cui cessisset toto diffusum orbe diluuium,vsque ad Herculis (vt aiunt) columnas & mare magnum tectis montium excelsorum verticibus exæstuans? Spiritus igitur virtute inuisibili, diluuium illud repressum esse non dubium est,cœlesti operatione,non flatu . Vnde scriptum est, omnia à te expectant, vt des illis cibum in tempore,aperiente te manum tuam,omnia implebũtur bonitate. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum conuertentur . Emittes spiritum tuum & creabuntur , & renouabis faciem terræ . Est ergo spiritus cuius operationi cedere vniuersa videantur,in quo cœli ipsius virtus sit,sicut scriptum est, Verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis virtus eorum,qui spiritus est creator vniuersorum, sicut etiam Iob dicit,spiritus diuinus,qui fecit me. THEODORETVS. Non solent aquæ ventis imminui, sed potius fluctuare,atque turbari.Iam enim hoc pacto,etiam capacissimi sinus essent exhausti.Spiritum ergo diuinum innuit, quo sane omnia fiunt,& agitata quiescunt. GLOSSA GRAECA Id quod sequitur beatus Ambrosius & Theodoretus,Aqua vento non siccatur aut minuitur,sed augetur,Spiritus ergo ille est de quo dictum est,Et spiritus domini ferebatur super aquas . Sed falsum est , tum ex diuina scriptura quæ Exodi decimoquarto ait iuxta Hebræos & Septuaginta, Flante vento mare siccatum est . Et Lucretius poëta de natura rerum , de exsiccatione maris ita canit libro sexto, Tum porrò venti magnam quoque tollere partem Humoris possunt verrentes æquora ponti, Vera nocte vias quoniam persæpe videmus Siccari,mollisq; luti concrescere crustas. EVCHERIVS. Et de illo itaque spiritu intelligi potest, de quo dictum est, spiritus domini ferebatur super aquas, tunc enim ferebatur,vt congregatis in suum locum,terra appareret,nunc autem adducitur,vt ablatis de medio aquis diluuij, faciem terræ reuelaret.Potest & quasi per spiritũ ventus validus intelligi,iuxta illud Psalmistę,Stetit spiritus procellæ,cuius scilicet flatibus crebris aqua cogeretur recedere. RVPERTVS. Spiritũ nos iuxta literã calidum ventum,vel etiam ipsum solem, qui hactenus sub densis nubibus latuerat, intelligimus . Dicit enim de illo Ecclesiastes lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus,& in circulos suos reuertitur. CHRYSOSTOMVS. Præcepit itaque deus aquæ impetum detineri,vt paulatim suam commostret misericordiam, & postea respirare faciat iustum,& à turbatione cogitationum liberatum,in tranquillo statu constituat,concesso & lucis vsu, & aëris respiratione. Et adduxit (inquit) deus spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et transire fecit deus ventum super terram. Magnitudo venti significatur dicendo, fecit transire.Fuit enim tam validus,vt permeauerit aquas . Quod autem dicitur super terram, intellige opertam aquis, prima siquidem causa secunda positiua exiccatiua aquarum introducitur ventus . Simile quid describitur in Exodo in exsiccatione fundi maris rubri , vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum. AVCTOR CATENAE. Hebraica lectio est וַיַּעֲבֵר אֱלֹהִים רוּחַ אֶל הָאָרֶץ vaiaaber elohim ruah al haarez,id est,Et transire fecit deus spiritum seu ventum,super terram.Vtrunque enim ruah significat.Septuaginta,καὶ ἐπήγαγεν ὁ θεὸς πνεῦμα ἐπὶ τῆς γῆς , Et induxit deus spiritum super terram Chaldaica , Et transire fecit deus ventum super terram.Propter ergo amphiboliam hanc,sunt qui hoc loco per spiritũ,intelligant spiritum sanctum,& qui intelligant ventum. Sicut enim filiis Israël Agyptũ egressuris,mare rubrum per flantem ventum exiccatur. Eodem itaque modo & aquæ diluuij imminutæ dici possunt.Quod singulis etiam diebus fieri animaduertimus.Inest autem ventis præsertim aquilonibus,vis siccandi incredibilis,ac longe maior quàm soli,sicut austro flante vehementissimè intumescit mare,omniáque prope in vapores resoluũtur,alluuntúrque aquis vniuersa.Quod verò sequitur,Et imminutæ sunt aquæ, Hebraicè וַיָּשֹׁכּוּ הַמָּיִם vaiosocu hamaim legitur, id est, Et cessauerunt aquæ siue quieuerunt,vtrunque enim sachah significat,Septuaginta,καὶ ἐκόπασεν τὸ ὕδωρ, Et cessauit aqua.Chaldaica, Et cessarunt aquæ.Ventis igitur aquilonaribus,quibus (vt dictum est) exiccandi maxima inest potestas,dominus dispulit aquas & imminuit sensim . *Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo.* AMBROSIVS. His causis minuitur diluuium,quibus creuit.Erupti erant fontes aquarũ,apertæ fuerant cataractæ cœli,vt vndique influentibus aquis terra inũdaretur. Debuerãt claudi ea exquibus diluuij origo manauit,vt eius inciperet esse defectus. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo more humano loquitur nobis omnia.Clausi sunt (inquit) fontes abyssi,& cataractæ cœli, & prohibitæ sunt pluuiæ . Quasi diceret, quod placuerit domino, vt iterũ in sua regione maneant aquę,neque vltra abundent,sed paulatim desinãt. CAIETANVS. Causas causis adiũgit.Positiuæ siquidem causæ exsiccationis aquarum (vento videlicet) connumerat causas negatiuas, tam ex parte terræ,quàm ex parte cœli.Ex parte quidẽ terræ,explicat clausos fontes abyssi,per quod significatur aquarum cessatio à fluxu ex ruptis fontibus.Ex parte verò cœli,similiter describitur fenestras cœli clausas,& prohibitã

pluuiam

A pluuiam. AVCTOR CATENAE. Primo sciendum, verba hæc, & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo, apud Septuaginta desiderari.Aquæ ergo recollectæ sunt paulatim in sua loca vnde eruperant,in viscera , rupturas, terræque hiatus,Oceani locum,quæ dicuntur fontes aquarum fenestræ etiam cœli dicuntur vulgo, vnde pluuia descendere videtur,cum quasi aquæ quæ super cœlos esse dicuntur,apertis fenestris irato deo defluant, vel miserante cohibeantur , iuxta terræ necessitatem . Ne aliunde vel pluuiam vel serenitatem petamus, quàm à domino cœlorum.

RVPERTVS. Et hoc quidem litera sonat , subtilior autem interpretatio aliud . Magnum etenim & pul- Mysticè.
chrum est pietatis opus, sed maximum atque pulcherrimum est quod in eo mysticè præsignatur . Recordatus est enim deus pater Christi filij sui , postquam intrauerunt aquæ vsque ad animam eius , postquam tribulationes mortis pertransierunt animam eius , cum teneretur in sepulchro conclusus , & adduxit spiritum super terram,
B spiritum inquam, id est, reducem vitam adduxit super terram ex animi corporis , suscitauit enim illum à mortuis. Sed & super omnem terram per vnius resurrectionem adduxit deus spiritum,Dedit enim ex tunc hominibus spiritum sanctum in remissionem peccatorum , qui ita nebulas cordium dissipat , tentationúmque fluctus exsiccat, quomodo ille spiritus quem tunc deus super terram adduxit , humidum hactenus frigidúmque aërem calefaciendo, aquas imminuit, & vsque ad siccum paulatim eliminauit. AMBROSIVS. Sed & illud exprimitur, eo quod diluuium animæ , vitio mentis & luxuriæ corporalis influxerat , vt malitia possioni, passio malitiæ misceretur , ingrediente medico dei verbo , ad visitationem animæ , quæ diutina ægritudine laborabat, disceptationum improbitate , & passionum acerbitate , prius debuerunt causæ ægritudinis amputari . Principium enim medicinæ est,causas languoris incidere,ne diutius ea quæ nocent , ad incrementum ægritudinis ministrentur. Quod nos etiam lex docet . Cum enim steterit lepra vt iam non diffundatur , tunc ait mundam esse Leuit.13.
C uo culpæ atque delicti,salus tuta est,atque inoffensus vigor animæ se refundit.

Reuersæque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cœperunt minui post centum quinquaginta 2
dies. Requieuitque arca mense septimo, vigesima septima die mensis, super montes Armeniæ. At
uerò aquæ ibant & decrescebant usque ad decimum mensem , Decimo enim mense , prima die mensis,
apparuerunt cacumina montium.

Reuersæq; sunt aquæ de terra euntes & redeuntes , & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. CHRYSOSTO- 2
MVS. Quæ ratio poterit hoc vnquam comprehendere:stetit pluuia, cohibiti fontes non iam abundauerunt,&
D cataractæ cœli cohibitæ sunt. Aqua tanta quomodo desiit ? Omnia abyssus erant , quomodo igitur tantus aquarum impetus subito minor factus est ? Quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquam? Quid igitur est? Dei præceptum quod facit omnia. Ne igitur nos curiosius exploremus quomodo , sed tantum credamus quod iussit, & exaltata est abyssus, & præcepit , & iterum suum continuit impetum , & ad proprium concessit locum , quem solus ipse dominus scit, qui condidit. EVCHERIVS. Quo autem reuersæ sunt aquæ euntes & redeuntes? nisi quod omnes fluuiorum & riuorum decursus, per venas terræ occultas ad matricem abyssum redeunt , iuxta illud Salomonis,Ad locum suum vnde exeunt flumina reuertuntur,vt iterum fluant? CAIETANVS. Nisi autem prius recessissent aquæ ab accessu & recessu super terrã,nõ dixisset Moyses,& reuersæ sunt.Significatur itaque, quod tanta fuerat aquarum copia , vt priuauerit aquas officio fluxus & refluxus , primúsque effectus clausorum fontium , clausarúmque fenestrarum cœli describitur , reuersio aquarum ad fluendum & refluendum super terram. HVGO DE SANCTO VICTORE. Et cœperunt minui post centum quinquaginta dies,
E videlicet ab ingressu Noë in arcam, id est, primo die sexti mensis ab inundatione . Centum enim quinquaginta dies, quinque menses integre faciunt, & hic dies est decimusoctauus septimi mensis anni. AVCTOR CATENAE. Literæ tamen conformius est, vt illi dies centum quinquaginta succedant quadraginta diebus pluuiæ, & incipiant vicesimonono die tertij mensis, & desinant quinta die noni mensis, iuxta sententiam Rabi Salomonis. *Requieuitque arca mense septimo, vicesimaseptima die mensis, super montes Armeniæ.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Armenia, in Esaia , quæ est Ararat. IDEM. Ararat , Armenia . Siquidem in montibus Ararat , arca post diluuium sedisse perhibetur , & dicuntur ibidem vsque hodie eius permanere vestigia.Meminit horum montium & Hieremias in visione contra Babylonem . Iosephus quoque in primo antiquitatum Iudaicarum libro, secularium literarum historias proferens. Animaduertens (inquit) Noë terram diluuio liberatam, septem alios dies abire permisit & vniuersa animalia , bestiásque patentibus , clausstris emittens , ipse cum sua prole egressus est, immolans deo hostias, gaudensque cum liberis. Hunc locum Armenij exitum vel e-
F gressum vocant. Siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur, & lignorum quædam superesse monumenta. Arcæ huius & diluuij omnes qui barbaras scripsere historias , recordantur , quorum vnus est Berosus Chaldæus,qui super diluuio referens, hæc locutus est:Dicitur huius nauis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere , & quosdam bitumen ex ea auellentes circunferre , quo vtuntur vel maximè hi qui lustrantur, & se expiant. Sed & Hieronymus Aegyptius qui antiquitates Phœnicum pulchro sermone conscripsit , & Mnaseas , & multi alij . Nicolaus quoque Damascenus in nonagesimosexto libro refert . Est in Armenia super Myniadem mons nomine Bearis, ad quem multos in diluuio confugisse autumant , ibique saluatos esse . Alios verò in arcæ alueo supernatantes , ad eius verticem peruenisse , & vsque ad multas ætates ligna arcæ monstrari solita , quos quidem ego puto non esse alios , nisi eos , quos Moyses legifer Iudæorum in suis voluminibus ædidit. AMBROSIVS. Quod igitur ad axplanatio
nem apertam attinet , septimus mensis secundum numerum is qui September dicitur , computatur , quia

& si à

Universidad de Deusto
Biblioteca

& si à Septembri mense annus videatur incipere, sicut in dictionum præsentium vsus ostendit, tunc enim se- G
minum iactus, vere tamen, ex quo plenior gratia se incipit demonstrare, ex eo anni origo subducitur, & ideo
qui alia ratione primus putatur, diuersa extimatione septimus habetur. Tunc ergo sedit arca, hoc est, in mense
septimo, septima vigesima mensis, super montem quadrati. Ex illo minui diluuium cœpit. Similiter considera,
quia eisdem numeris quibus aliqua incipiunt, resoluuntur, vt diluuium cœpit secundo mense anni, septima
& vigesima mensis, centum quinquaginta diebus influxit diluuium, centum quinquaginta diebus aliis cessit
diluuium, quadraginta diebus nimia vis cœlesti imbre & fontium eruptione exæstuauit, quadraginta diebus
aliis exactis visa sunt capita montium, vndecimo mense, primo die mensis, dimisit coruum sanctus Noë, ita
constat eodem numero quo cumulatum est, diluuium esse imminutum. Vnde docet nos scriptura ordinem esse
seruandum. GLOSSA GRAECA. Attende autem diluuium in æquinoctio factum fuisse, quando & hu-
manum genus primo conditum fuit, vt Noë sit primus Adam secundi mundi. CAIETANVS. Iuxta He- H
bræum habetur, non in vigesimo septimo, sed in decimo septimo die requieuisse arca. Nec habetur Armeniæ, sed
Ararat. Si supputaueris à die quo incœpit diluuium, vsque ad diem hunc, summabis centum nonaginta & vnum
dies, qui conficiunt menses sex & dies decem & septem, deputando Hebræo modo cuilibet mensi viginti no-
uem dies, ita quod decimus septimus dies septimi mensis, fuit centesimus nonagesimus primus dies à principio
diluuij. Et hinc patet, quod numerus centum quinquaginta dierum, intelligitur post quadraginta dies pluuiæ,
sequentes diem, quo inchoauit diluuium. Decimoseptimo igitur die mensis septimi ab inchoatione diluuij, ar-
cæ fundum positum est super montes Ararat. Nomen est proprium, significans Armeniam, vel vt aliis placet, si-
gnificans locum Armeniæ confinem. AVCTOR CATENAE. Subducendi enim sunt ex hoc numero
decem, vt decem ac septem relinquantur dies, quibus super montes Ararat arca resederit. Quoniam ab inchoa-
tione diluuij pluit quadraginta diebus, & centum quinquaginta diebus aquæ remanserunt super terram, qui con-
stituunt sex menses & decem & septem dies solũ, sicut habet veritas Hebraica, cui & Chaldaica astipulatur, vide-
licet בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם besibaa asar iom, hoc est, septimadecima die, qui numerus cum centum & quinquaginta I
diebus, quibus terras labefactauit diluuium, consentit. Montes autem Ararat, montes esse Armeniæ asserunt.
Quam regionem ignorantes fortasse Septuaginta eo nomine significari, vocem ipsam non interpretatã relique-
runt. Nostra autem æditio loco Ararat Armeniam habet, vbi & iuxta Berosum adhuc apparent vestigia arcæ, &
eius quædam frusta in miraculum. Chaldaica verò super montes Cardu requieuisse dicit arcam, sunt autem Car
du siue Carduenorum montes, quos Cordeos appellat Quintus Curtius. Ibi ergo tunc substitit arca & resedit,
mense septimo, die decimaseptima à cessatione pluuiarum. *At uerò aquæ ibant & decrescebant usque ad decimum men-
sem. Decimo enim mense, prima die mensis, apparuere cacumina montium.* CHRYSOSTOMVS. Vide quanta simul
facta mutatio, & quanta simul aquarum natura desierit, vt supra montes arca resideret. Supra enim dixit quod
quindecim cubitis super montes exaltata est aqua, nunc dicit quod sedit arca super mõtes Ararat, & deinde aqua
decimo mense decrescebat, & tandem decimo mense visa sunt cacumina montium. Considera obsecro iusti
constantiam, quomodo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus. CAIETANVS. K
At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem. Vtrunque colligit Moyses, videlicet fluxum
& refluxum, dicendo ibant, & deficientiam, dicendo & decrescebant. Et vtrunque clarius sonat Hebraica lite-
ra, dicendo, & aquæ fuerunt eundo & deficiendo vsque ad mensem decimum, proculdubio ab initio diluuij. Se-
ptuaginta dies præterisse describuntur à quiete arcæ super montes, vsque ad mensem decimum. Fluxerunt nan-
que duodecim dies septimi mensis, & quinquaginta octo dies, integrantes octauum & nonum mensem. Deci-
mo enim mense (inquit) prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. Die immediate sequenti septua-
ginta dictos dies, apparuisse dicuntur capita montium. Igitur quando arca quieuit super montes, adhuc capita
montium erant cooperta aquis, & tam alta erat aqua supra capita montium, vt septuaginta dierum spatio opus
fuerit ad hanc tertiam deficientiam aquarum vsque ad hoc, quòd capita montium apparerent, & tota arca li-
bera esset ab aquis, quæ per dies illos septuaginta secundum non paruam partem cingebatur aquis sensim defi-
cientibus. Nec refert quod Hebraica litera habet visa sunt capita montium, quoniam sensus in idem redit, nam L
significatur, non quod actualiter visa fuerint, sed quod reddita sunt vt videri potuissent, quæ prius videri non po
terant, vt pote tecta aquis.

Mysticè. ISIDORVS. Secundum spiritalem verò intelligentiam, quod requieuerit arca mense septimo, die vige-
sima septima mensis super montes Armeniæ, ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti re-
quiescunt, vbi supradictæ quoque quadraturæ numerus iteratur. Nam vigesimaseptima die secundi mensis com
mendatum est hoc sacramentum, & rursus vigesima & septima die septimi mensis, eadem confirmata est com-
mendatio, cum arca requieuit, quod enim promittitur in spe hoc exhibetur in re. Porrò quia ipsa septima requies
cum octaua resurrectione coniungitur, significat, quod neque resuscitato corpore finitur requies, quæ post hanc
vitam excipit sanctos, sed potius totum hominem non adhuc spe, sed iam re ipsa, ex omni parte spiritus & cor-
poris, perfecta & immortali salute renouatum, in æternæ vitæ munus assumit. Quia ergo septima requies cum
octaua resurrectione coniungitur, & hoc in sacramentum regenerationis nostræ, id est, in baptismo, altum M
profundúmque mysterium est. Notandum etiam, quod decimo mense apparuerunt cacumina montium, quæ
quindecim cubitis excesserant aquæ diluuij, quia sacramenta æternæ quietis, & gloriam resurrectionis quam ne-
Matth.11. sciuit sapientia superborum, intellexit eminentia sanctorum per impletionem præceptorum. Vnde à mandatis
Lucæ.10. tuis intellexi. Et alibi, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

3 *CVmque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, dimisit coruum.
Qui egrediebatur & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoque colum-
bam post eum, ut uideret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset ubi re-
quiesceret*

A *quiescet pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ enim erant super uniuersam terram, extenditque manum
suam, & apprehendit in arcam.*

Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, dimisit coruum. HIERONYMVS IN 3
QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro ostio, vt Septuaginta legunt, fenestra scripta est in Hebræo.
CHRYSOSTOMVS. Ecce iustus ille nondum per se audet videre, sed coruum mittit, ac per illum discere
vult, an bona rerum mutatio aliqua sit expectanda. AMBROSIVS. Quærenda causa, nec tantum latet,
quantum ad literam pertinet, quia plérique quasi annuncium futurorum coruum æstimant, & voces eius obser-
uant, volatusq; rimantur. CAIETANVS. Cumque transissent quadraginta dies, & cætera. Primo diei men
B sis decimi adiunguntur hi quadraginta dies. Significanter autem loquens de fenestra arcæ, adiungit, quam fecit
(quia non descripserat secundum nos in fabricatione arcæ fuisse factam fenestram) tanquam supplendo omissam
descriptionem. AVCTOR CATENAE. Dimisit coruum. Abundant hic apud Septuaginta, ἰδεῖν, εἰ κεκόπακε
τὸ ὕδωρ. id est, Videre si cessauit aqua. Fortè potuit esse glossa quæ redacta est in textum. Vel summotum est de
loco hic paulo inferius propinquo, sicut & alias sæpe apud Septuaginta fieri contingit. *Qui egrediebatur & non
reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.* AVCTOT CATENAE. Id est, nunquam reuersus est.
AMBROSIVS. Locutio enim huiusmodi, scripturæ familiaris est diuinæ. Siquidem & in Euangelio habes
scriptum de sancta Maria, quod non cognouerit eam Ioseph, donec peperit filium suum, cum vtique nec postea Matth.1.
cognouerit. CHRYSOSTOMVS. Iam autem operæpretium vt dicatur causa, quare non redierit hæc auis.
Fortassis auis illa vti est immunda, cum desiissent aquæ, incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus in-
uento sibi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum non paruum bonæ spei argumentum fuit iusto. Quod si mi-
C nus, & neque consolationem inuenisset aliquam, reuersa vtique fuisset. AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS. Quæritur vtrum coruus mortuus sit, an aliquo modo viuere potuerit? quia vtique si fuit ter-
ra vbi requiesceret, etiam columba requiem potuit inuenire pedibus suis. Vnde coniicitur à multis, quod cada-
ueri potuerit coruus insidere, quod columba naturaliter refugit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habe-
tur, Et exiuit exeundo & redeundo, vsque ad siccari aquas quæ super terram. Egressus corui describitur tam exi-
gui progressus, vt exitus simul fuerit cũ reditu, huiusmodi enim parua progressio corui significatur, dicendo quod
exiuit exeundo & redeundo. Ac si apertius dixisset, quod exiuit sic, quod simul exiuit & rediit. Et quoniam hoc
pluribus vicibus repetitũ est, ideo dicitur, Donec siccarentur aquæ super terram. Causa redditur quare coruus tam
cito redibat, quia aquæ erant super terram. Ac si apertius dixisset, quod quandiu coruus nõ videbat nisi aquas, sta-
tim vt exibat, regrediebatur. AVCTOR CATENAE. Is locus non malè, vt arbitramur redditus. Nam
quia scribitur coruus egressus quidem, sed non reuersus, putant eum in aliquo cadauere deuorando esse deten-
D tum, vt apud nos passim opinio est, & à Græcis scriptoribus est existimatum, apud quos etiam is locus legitur.
Coruus ergo quem emisit Noë, egressus est, & non est reuersus, sic enim habent Hebraica וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב vaieze
iazo vasob, id est, Et egressus est egrediendo & redeundo, vel egrediens & rediens, Chaldaica, Et egrediebatur
& reuertebatur, donec siccarentur aquæ de super terram. Nam cum dicitur in Hebraica vel Chaldaica æditione.
Qui egressus est egrediendo & redeundo donec siccarẽtur aquæ super terram, includitur hæc negatiua, ꝙ postquã
siccatæ sunt aquæ, nõ reuertebatur. Ita quod primo egressu circa arcã volitabat ac si regredi vellet. Donec siccaren
tur aquę inde perfecte egressus non est reuersus, sicut nostra sonat litera cũ Græca & Iosepho. CHRYSOSTO-
MVS. Postea iustus meliore spe concepta emittit columbam, auem mitem & familiarem, quæ miram præse-
fert sapientiam, & non nisi seminibus pasci solita, ex puris est auibus. Vnde & sequitur, *Emisit quoque columbam
post eum, ut uideret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in
arcam.* Par est vt hic disquiramus, quomodo cum supradixerit scriptura sancta, quod cacumina montium fue-
E rint visa, nunc dicit quod columba non inuenta requie ad ipsum in arcam redierit, quia aqua erat super omnem
faciem terræ. Diligenter legamus quid sit dictum, & sciemus causam. Non enim simpliciter dixit, non inuenta
requie, sed apposuit pedibus suis, vt doceat nos, quod licet desierant ex parte aliqua aquæ, & cacumina montium
apparuerint, sed adhuc ob abundantiam aquarum quæ ingruerant, cœno & limo plena erant etiam ipsa montium
cacumina. Et ideo columba nondum stare, neque conuenientem sibi cibum inuenire valens, reuersa est, reditu
suo docens iustum, esse adhuc magnam aquarum copiam, & aliquantisper etiam longanimitatem habendam.
GLOSSA GRAECA. Columba requiem non inuenit, vel quia per humidum aërem difficulter volabat, vel
quia nullum sui generis inuenit. Coruus verò qui humidis gaudet, innantibus, vel corporibus sic pernatantibus
requieuit. RVPERTVS. Coruus itaque facilius requiescere potuit, quia cadauera abunde inuenit, colum-
ba verò quia cadaueribus non pascitur, & si ad sedendum aliquod montis iugum inuenire potuit, tamen absque
victu requiescere non potuit. AVGVSTINVS. Aut ergo per recapitulationem videntur posse quæ de co-
F lumba dicta sunt accipi, vt ea posterius narrata intelligantur, quæ prius facta sunt, aut potius aquæ nondum sic-
catæ fuerant. CAIETANVS. Emisit quoque columbam post eum, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Et
misit columbam à seipso, ad videndum si alleuiatæ aquæ super facies terræ. Videns Noë, quod coruus non pro-
grediebatur, sed statim exiens reuertebatur, non potuit percipere ex coruo si terra esset alleuiata aquis, & pro-
pterea emisit simul coruum & columbam, vt ex societate columbæ coruus progrederetur. Sed coruus vt prædi-
ctum est, non prosequutus est volationem (quoniam vsq; ad desiccationẽ aquarum statim vt egrediebatur, reuer-
tebatur) columba verò prosequuta est volatum. Et propterea de ea sola subiungitur. Quæ cum non inuenisset vbi
requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcã. Oritur hic quæstio, quo pacto verificatur columbã non inuenisse
locum in quo quiesceret pes eius, cum ante multos dies capita montiũ fuerint detecta? Solutio est, quod cãpestris
terra erat operta aquis, vt clare subiũgit litera, Montana autẽ erant occupata ab arca, & propterea columba nisi vo
lasset ad quærendũ alios montes (quod nõ videtur congruere colũbæ, eo quod volatus eius nõ videtur multũ lon-
gus, nisi

Universidad de Deusto Biblioteca

gus, nisi impulsus ab incõmodis loci aëris & huiusmodi) non inuenit vbi requiesceret pes eius. AVCTOR CA- G Quod nos legimus, Emisit quoque columbam post eum, Hebraicè habetur וַיְשַׁלַּח אֶת הַיּוֹנָה מֵאִתּוֹ vaisallah eth haiona meito, id est, Et misit columbam à se. Non ergo refertur ad ipsum coruum, sed eum qui misit, scilicet Noë, vertandúmque fuerat, Emisit columbam à se, quanquam Interpres sequitur Septuaginta, qui & ipsi vertunt, καὶ ἐξαπέστειλε τὴν περιστερὰν ὀπίσω αὐτοῦ, hoc est, Et emisit columbam post eum. Chaldaica, Et emisit columbam à se. Sunt & qui, Emisit columbam cum eo, vel secum vertant, ito dicentes hoc significare, & literam mem adiectitiam esse, sicut alibi pluribus in locis reperitur. Deinde reuersionis columbæ ad Noë rationem reddit. *Aquæ enim erant super uniuersam terram, extenditq; manum suam, & apprehensam intulit in arcam.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Quod scriptum est, Et extendit manum suam, locutio est, quam propterea Hebræum puto, quia & Punicæ linguæ familiarissima est, in qua multa inuenimus Hebræis verbis consonantia. Nam vtique sufficeret, Et extendit manum, etsi non adderet suam. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quanta H auis gratitudo, quomodo rediens iustum docuit, vt aliquantisper adhuc longanimitatem habeat? CAIETANVS. Iunge hoc cum prius visis capitibus montium, & discerne quod de terra campestri est hic sermo. Extenditque manum, & cætera. Columba non ad ipsam fenestram, sed ad locum prope eam venerat, coruus autem ad fenestram ipsam regrediebatur, & propterea de sola columba dicitur, quod extensione manus Noë, ducta est ad ipsum Noë ad arcam. Habetur enim in Hebræo, & fecit venire eam ad se in arcam.

Mysticè. RVPERTVS. Verùm hæc iuxta literam. Magnum autem mysterium, magnum & verùm veritatis præconium. Etenim postquam dominus noster à mortuis resurrexit, & opertos montes suos tristitia, in lætitia reuelauit, nouit fides christiana quia tacitus ipse quadraginta dies sustinuit, & tunc demum in cœlum ascendens, extunc euacuato priscæ legis seruitio, nouam prædicari baptismi iussit gratiam, misso spiritu sancto de cœlo. Coruus emissus est, & iam non reuertitur, quia infidelis Iudæorum populus, de ecclesia Patriarcharum & Prophetarum eiectus, foris vagatur, & veterum sacrificiorum cadaueribus inhians, de antiquorum patrum carnali prosapia, vana loquacitate gloriatur. At verò sancta apostolica ecclesia, spiritu sancto accepto, missa I reuertitur, iuxta quod de sanctis Euangelij prædicatoribus per admirantem Prophetam dicitur, Qui sunt isti, (Esaiæ.60.) qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Volant enim vt nubes, pluuiam pacis mundo afferentes, & quasi columbæ ad fenestras eius reuertuntur, à quo ad ministerium nostræ salutis missi sunt, gloriam auide contemplantes. Et illi quidem quiuis quasi columbæ sunt, sed vna est columba spiritus sancti gratia, propter quam illi columbæ dicti sunt, & illum scilicet spiritum sanctum, in sua maximè persona illa columba significauit, quam de arca Noë sanctus emisit. GLOSSA GRAECA. Duæ etiam aues, symbola sunt vitij & virtutis. Vitium enim fluctuantibus insidet animi perturbationibus, virtus verò eas refugit. Vel etiam duorum populorum, Iudæorum scilicet & Gentium, quia illi extra arcam manserunt, hæ verò ad arcam, hoc est, ecclesiam dei accurrerunt. ISIDORVS. Sed & quod post quadraginta dies emissus coruus non est reuersus, aut vtique interceptus, aut aliquo supernatante cadauere illectus, significat K homines immunditia cupiditatis deterrimos, & ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo intentos, aut rebaptizari, aut ab his qui præter arcam sunt, id est, præter ecclesiam quos baptismus occidit, seduci & teneri. Quod autem columba emissa, nec inuenta requie reuersa, significat per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam, post quadraginta enim dies emissa est, quo numero vita quæ in mundo agitur, designatur.

4 *EXpectatis autem ultra septem diebus aliis, rursus dimisit columbam ex arca. At illa uenit ad cum ad uesperam, portans ramum oliuæ uirentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aquæ super terram. Expectauitque nihilominus septem alios dies, & emisit columbam, quæ non est reuersa ultra ad eum.*

4 *Expectatis ultra septem diebus aliis, rursus dimisit columbam ex arca. At illa uenit ad eum ad uesperam, portans ramum oliuæ uirentibus foliis in ore suo.* L CHRYSOSTOMVS. Non absque ratione, neque temere adiunxit, ad vesperam, sed vt discamus quod tota die fuerit pasta, & inuento sibi conuenienti cibo, ad vesperam rediit, in ore ferens viridem ramum oliuæ. Animal est mite, & nostra familiaritate gaudens, & idcirco rediit, & virenti oliuæ folio multum solatij iusto attulit. Sed si quis fortè dicat, Et vbi inuenit folium oliuæ? Totum hoc factum est dispensatione diuina, & quod columba inuenit, & quod ore receptum ad iustum rediit. Alioquin & arbor hæc semper virens est, & verisimile est, quod cum aquæ redierint, arbor hæc adhuc habuerit foliorum comam. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ecce folium oliuæ raptum in ore eius. Quoniam Hebræus sermo frequenter vtitur singulari pro multitudine, non est à ratione alienum, vt appellatione folij rapti, intelligatur ramusculus multa habens folia. Hic enim sensus consonat rapinæ, & eo magis quod dictio He- M braica sonat rapinam more lupino, quam constat fieri morsu, violentiáque adhibita ad accipiendum huiusmodi ramusculum tenellum, vtpote foliis plenum, significatur per raptum. AVCTOR CATENAE. Quod nos legimus, Rursus dimisit columbam, Hebraicè habetur וַיֹּסֶף שַׁלַּח vaioseph sallah, id est, Addidit vt emitteret, & Hebraismus est. Quod autem sequitur, Portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo, Hebraicè legitur וְהִנֵּה עֲלֵה זַיִת טָרָף בְּפִיהָ vehinne ale záith taraph bephíha, hoc est, Et ecce ramus, seu folium oliuæ raptum in ore suo, vel secundum alios, Et ecce folium oliuæ, ramus in ore eius. Taraph enim, & raptum significat, & palmitem, siue ramum raptum ex arbore, à primo significato deriuatum, vnde æquiuocum est. Quare hic Auen Esdra fieri asserit positionem, idem enim dicit esse folium oliuæ, & quod mox subditur, sicut est inquit, adama aphar, hoc est, terra & cinis. Ideo Septuaginta nihil Hebraicum immutantes, verterunt, καὶ εἶχεν φύλλον ἐλαίας κάρφος ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, id est, Et habebat folium oliuæ, ramum aut surculum in ore suo. Chaldaica

verò,

A verò, vt nihil in sancta scriptura superfluum reperiatur, Et ecce folium oliuæ quod decerpserat ore suo. *Intellexit ergo Noe quod cessassent aquæ super terram.* AMBROSIVS. Sed vnde cognouerit sanctus Noë, quia (Vbi supra.) defecerit aqua à terra, considerandum videtur. Primo omnium secundum literam, quia potuit intelligere vtrum siccum an humidum folium esset allatum. Deinde quia non est huiusmodi columba, vt possit fructus latentes sub aqua eruere. Sed vtrum illud folium ante diluuium fuerit exortum, an tempore diluuij, contuendum est tibi. Si ante diluuium exortum fuit folium illud, vir iustus gauisus est fructum de veteri semine aliquem reseruatum, & inde collegit misericordiæ insigne diuinæ, quod iam diluuium remouisset, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluuia. Si diluuij tempore natum est folium, aduertit iustus noua semina misericordiæ fructificasse cœlestis, vt radices arborum viuerent, & quasi resumpta anima, fœtus germinarent vetustos, atque inassuetos partus redirent, quorum indicium præmissa folia demonstrarent. *Expectauitque nihilominus septem alios dies, & emisit columbam, quæ non est reuersa ultra ad eum.* AVGVSTINVS IN LO- B CVTIONIBVS SVPER GENESIM. Vel iuxta alia exemplaria, & non apposuit siue non addidit reuerti ad eum amplius, locutio est familiarissima scripturis. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo iustus in omnibus consolationem iustam accipit. Nam vt bona spe recreatus est cum rediret, & oliuæ folium in ore ferret, ita & nunc cum egressa non rediit, maximum illi indicium fuit, quòd sufficientem inuenerit refocillationem, & aquæ in vniuersum desierint. CAIETANVS. Hinc ergo apparet, quod tunc exiccatæ sunt aquæ super terram etiam campestrem, ita quod ante secundam emissionem columbæ, ante hos alios dies septem, iam aruerant aquæ. Scriptura tamen arefactionem terræ, ita quod vsui humano & animalium esset magis apta, post istos alios septem dies supputat, vt tempus arefactionis terræ, sicut paulopost videbitur.

EVCHERIVS. Secretiori autem intellectu, post septem alios dies emissa columba, propter illam septe- (Mysticè.) C nariam operationem spiritualem, oliuæ fructuosæ surculum retulit, quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriore tempore quasi vespere, in ore columbæ tanquam in osculo pacis, ad vnitatis societatem posse perduci. Quod post alios septem dies dimissa, reuersa non est, finem seculi significat, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore satiatur ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum deo & patri, vt in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysteriis corporalibus egeamus. AMBROSIVS. Quanquam & in eo quod columba reuersa ramum oliuæ virentibus foliis in ore portauit, hoc alta interpretatione collegit sanctus vir Noë, quia dominus deus noster, quanuis acerbis iniquitatis nostræ offensus sit erroribus, tamen antiquæ nobis prosapiæ, patriæque virtutis semen aliquod vel exiguum reseruaret, ne penitus operis & creaturæ suæ, omne circa humanum genus amputaretur insigne. Vnde & Esaias ait, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti esse- (Esaiæ.1.) D mus, & sicut Gomorra similes essemus, in alterius nomine ciuitatis exprimens cæcitatis indicium, in alterius sterilitatem. Ita enim lingua patria Chaldæi nuncuparunt Sodomam & Gomorram, cæcitatem & sterilitatem significantes. Meritóque dominus in huiusmodi specie ciuitatum, amputauit magis humana vitia, quàm puniendos homines iudicauit. ALCVINVS. Vel columba ramum oliuæ expulso teterrimo alite, ad Noë post diluuium portat, quia columba spiritus sancti ad Christum post baptismum veniens, ramo refectionis & luminis, pacem enunciat. RVPERTVS. Quare autem tertio columba emittitur, nisi quia de sacramentis Christi vel ecclesiæ, trina spiritus sancti gratia cuique fideli animæ depromitur? Prima nanque gratia est, remissio peccatorum. Secunda, diuersorum distributio donorum. Tertia, remuneratio in resurrectione mortuorum. Tertio nempe ipse qui caput est ecclesiæ, Christus vnctus est, primò, quando de spiritu sancto conceptus est: secundò, quando super eum ad Iordanem spiritus sanctus in specie columbæ descendit: tertiò, quando resurrexit à mortuis. In cuius figura Dauid, qui tam Christi quàm ecclesiæ typum gessit, tertio in regem vn- (1.Reg 16.) E ctus est. Primò videlicet, quando vnctus est à Samuele in domo patris sui. Secundò, quando vnctus est in He- (2.Reg.2.) bron super Iudam solum. Tertio, quando vnctus est super Israël vniuersum. (2.Reg.5.) Igitur prima emissio columbæ, ipsa est remissio peccatorum, quam verus Noë, id est, requies nostra Christus, post resurrectionem suam confestim emisit, insufflans & dicens, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quo- (Ioannis.20.) rum retinueritis, retenta sunt. At illi nondum ausi sunt exire ad publicum, & annunciare hominibus talem gratiam, propter metum Iudæorum. Bene ergo de columba illa dictum sit, quia cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ enim (inquit scriptura) erant super vniuersam terram, illæ videlicet aquæ, quæ iuxta Psalmistam intrauerunt vsque ad domini Iesu animam, quas Apostoli adhuc infir- (Psalm.68.) mi metuebant. Deinde quod secundo emissa columba rediit ad vesperam, & virentis oliuæ ramum in ore suo deuexit, quia secundo datus est spiritus sanctus apostolis die Pentecostes, & circa finem vitæ quémque illorum ad cœlestis ecclesiæ requiem, cum æterno perfectæ pacis præmio reuocauit. Tertio nihilominus emissa, iam F non est reuersa, quia profectò cum resurrexerint à mortuis, quæ (vt supra iam dictum est) tertia erit effusio spiritus sancti, nusquam mittentur vnde redeant, nec enim ad operandum, sed ad regnandum immortaliter exibunt. Sic & singulis electorum, tertio eadem columba aduenit. Primò cum baptizatur quis, in remissionem peccatorum, secundò, cum accipit per episcopum impositionem manuum, tertiò (vt iam dictum est) in resurrectione mortuorum. Ecce quam verè dictum est, quia inuenit Noë gratiam coram deo. Verè enim gratiam hic alter Noë inuenit, qui nos deo reconciliauit, & soluens inimicitias in carne sua, de filiis iræ, filios gra- (Ephe.2.) tiæ, de filiis gehennæ, filios fecit vitæ æternæ.

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 GItur sexcentesimo primo anno, primo mense prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram. Et G aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, uiditque quod exsiccata essent superficies terræ. Mense secundo, septima & uicesima die mensis arefacta est terra. Locutus est autem deus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in uolatilibus quàm in bestiis & uniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram. Crescite & multiplicamini super eam.

5 *Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram.* AMBROSIVS. Ne te moueat quod diximus supra, folium in ramo repertum, post diluuium potuisse generari, & si sub aqua plerunque herbæ soleant germinare, tamen vt scrupulus omnis tollatur, quid magnum si deo iubente vno die quo imminuta fuerit aqua, statim germinauit & terra, cum idem sit fructuum reparator & conditor, atque operis sui vsum non fuerit oblitus? Denique habes & supra, statim quod iusserit vt terra herbam pabuli germinaret, & lignum fructiferum cum fructu suo, & statim eiecit terra herbam pabuli, habentem semen secundum genus suum, & lignum fructiferum, & ille dies vnus fuerit, quo hæc deus iussit, aut fecit. Ergo beneficij sui deus non immemor, memor autem nostræ iniquitatis, opus suum eiusdem qua cœpit temporis quantitate reparauit. CAIETANVS. Supputat hic Moyses tempus, quo Noë fuit in arca relatiuè ad annos vitæ eius. Dixerat enim antè, quod anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, decimoseptimo die illius mensis incœpit diluuium, dicit modo, quod anno sexcentesimo primo vitæ Noë, mense primo, die primo, imminutæ sunt aquæ super terram, seu iuxta Hebraicum, aruerunt aquæ desuper terram. Supputando adiunge illi mensi & decem & septem diebus (hoc est illis quadraginta & sex diebus) istos trecentos & quindecim, & summabis trecentos & sexaginta & vnum dies, ac per hoc inuenies totum annum sexcentesimum vitæ Noë, & diem primum anni sexcentesimi primi vitæ Noë, vt nec vnius diei mentionem Moyses omiserit. Et scito quod mensi lunari deputantur dies viginti nouem, annus verò constabat apud veteres ex diebus trecentis sexaginta iuxta numerum graduum signorum in zodiaco deputando singulis gradibus singulos dies. Et constat tam apud Græcos quàm Romanos, hunc fuisse annum solarem, idemque creditur apud Aegyptios. Et fuisse idem tempore Noë seu Moysi, præsens litera testatur. AVCTOR CATENAE. Quod nos imminutæ sunt aquæ super terram legimus, Hebræi habent חָרְבוּ הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ harbu hamaim meal haárez, id est, Exiccatæ sunt aquæ desuper terram, & ita habet Chaldaica. Septuaginta, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, hoc est, Defecit aqua à facie terræ. *Et aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, uiditq; quod exiccata esset superficies terræ.* CHRYSOSTOMVS. Iterum hic me inuadit stupor, vt admirari cogar iusti huius virtutem, & dei misericordiam. Quomodo enim dic mihi, post tantum tempus vt se aëri commisit, & oculos ad cœlum spectandum intendit, non captus est oculis, & excæcatus? Scimus enim bene, quod solet hoc contingere hominibus, etiam ad paruam diei partem in tenebrosis caliginosisq; locis habitantibus cum subitò in lucis fulgorem aspicere volunt. Iustus autem ille anno integro in arca quasi in tenebris agens, etiam nunc viso lucis iubare, nihil tale expertus est. Dei enim gratia erat, & patientia ab ea illi concessa, quæ etiam corporis sensus firmiores reddiderat, & potentiores quàm qui à corporalibus necessitatibus vincantur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et remouit Noë operimentum arcæ, & cætera. Non dicit aperuit, non dicit scidit, sed remouit, vt hinc significetur operimentum arcæ quod remouit, non fuisse per modum continui, sed per modum contigui iunctum reliquis partibus arcæ. Contiguum autem dico quoad ligna, non quoad picem, quoniam picatio fuit per modum continui. Erat ergo lignum operimenti contiguum partibus reliquis, infixum illis insertionibus & aliis opportunis firmitatibus, vt nulla ex parte moueri posset, Et propterea de ipso dicitur, quod remouit illud Noë. Nec intelligo quod vniuersum operimentum arcæ remoueri, nam cum operimentum esset longum trecentis cubitis, non potuisset amoueri, nisi per valde multas partes diuisum fuisset, & multo fuisset opus labore, nec apparet quorsum. Litera enim nullum effectum huius remotionis narrat, nisi visionem, quod Noë videlicet remoto operimento vidit terram esse aridam. Ad hunc autem effectum sufficit operimentum arcæ secundum aliquam partem (puta longitudinis duorum cubitorum) remotum fuisse. Et hinc habetur, quod fenestra per quam emisit tum coruum tum columbam, erat sic disposita, vt per eam non esset facultas Noë videndi an terra esset operta aquis, an arida, ad hoc enim Noë remouit partem illam tecti, vt non solo testimonio columbæ, sed oculis propriis videret terram esse aridam. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera sic habet וַיָּסַר נֹחַ אֶת מִכְסֵה הַתֵּבָה וַיַּרְא וְהִנֵּה חָרְבוּ פְּנֵי הָאֲדָמָה vaiásar Noah eth michse hateba vaiar vehinne hárbu pene haadama, hoc est, Et amouit seu abstulit Noë operimentum arcæ, & vidit, & ecce siccatæ erant facies terræ. Sur enim verbum, non aperire, sed remouere, separare, vel auferre significat. Sed Interpres ad sententiam magis Prophetæ, quàm ad verba respexit. Nec tibi melius tecti huius amotionem, seu magis adapertionem declarauerimus, quàm si te ad nauigiorum, quæ ex Venetiis Patauium homines vehunt, considerationem transmiserimus. Vides enim ibi nauigij corpus totum ferè tecto ligneo coopertum, ita tamen vt tabulæ tabulæ incrustaturis & commissuris sit coniuncta, & quoties libeat nauigantibus pro ratione temporis ex vtroque latere, vel ad auram captandum, vel ad solis excipiendum radios, vna vel altera tabulæ amoueantur, itemq; rursus cum expedit, ad locum suum reponantur, quo fit vt gratum simul & commodum viatoribus iter præstetur. Septuaginta sic, καὶ ἀπεκάλυψε, & ipsi habent, hoc est, Aperuit, à quibus hausit Interpres, Et aperiens, sed verbum חָרַב harab, quod siccare significat, licet Septuaginta, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ, hoc est, defecit aqua, legant. *Mense secundo, septima & uicesima die mensis arefacta est terra.* CHRYSOSTOMVS. Non absque ratione tantam diligentiam facit diuina scriptura, sed vt discamus, quod primo die anni illius completio fuerit facta quo monstretur iusti patientia, & totius orbis purgatio facta. RVPERTVS. Notandum diligenter, quod dictum est, quia primo mense, prima die mensis aspexit Noë, & vidit quod exsiccata esset terra, & deinde subiunctum est,

Mense

A Mense secundo, septima & vicesima die mensis, arefacta est terra. Cum enim iam vidisset Noë, primo die primi mensis, quod exiccata esset terra, quid sibi vult, quod itidem dicit scriptura, quia mense secundo, septima & vicesima die mensis, tanto postliminio, scilicet quinquagesimo quarto die, ab eo quo viderat Noë exiccatam esse terram, arefacta est terra? Videlicet vt commodius subiungeretur, quod subiunctum est, locutus est deus ad Noë, dicens, Egredere de arca, tanquam diceret, tot diebus prius exiccata fuerat terra, cum tandem deo iubente egressus est Noë de arca. Ergo viri iusti atque perfecti magna in hoc quoque iustitia vel perfectio commendatur, laudigna, quod tandiu carcere conclusus, non erupit solutus mox, vt terram vidit, sed sicut præceptum ingrediendi fideliter accepit, sic & egrediendi licentiam obedienter sustinuit. Diligentius autem annum istum prosequamur, qui vnus est ex nongentis & quinquaginta annis Noë, vt luce clarius sit, non breuiores (quod nonnulli suspicati sunt) sed tanti temporis, quanti habentur & nunc, fuisse annos illorum hominum, qui tot annos recenti
B adhuc seculo vixerunt. Mense (inquit) secundo, septima decima die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Mensis secundus secundum legem ipse est, qui apud Romanos Maius dicitur, qui & secundum legem vel naturam temporum, dicitur longis & serenis diebus extendi, atque produci, & omnium quæ in mundo sunt ad concupiscentiam carnis, & ad concupiscentiam oculorum pertinentium pulchritudine, illo tempore terra vestitur. Qui enim à Romanis dicitur Aprilis, apud hunc Moysen primus est in mensibus anni. Sic enim dicit ex auctoritate dei legem daturus de esu paschalis agni, Mensis iste principium vobis mensium, primus erit in mensibus anni. Ab illo ergo die facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Extunc aquæ inundantes, & quindecim cubitis super omnes montes altius eminentes, centumquinquaginta diebus terram obtinuerunt. Nam tot diebus transactis, continuo decrementi illarum indicium affuit. Siquidem septimo mense (inquit scriptura) septima & vicesima die mensis, requieuit arca super montes Armeniæ. Quadraginta quippe pluuiæ, cum centum quinquaginta diebus additi, sex menses lunares efficiunt, & paulo plusquàm decem dies supersunt, quia mensis mensem die superat. Sane mensis, qui septimus
C fuit ab initio diluuij, ipse est, qui apud Romanos Nouember dicitur. Vnde magis miranda tempestas illius iudicij, quam non adiuuit vlla natura temporis, sed econtra, Maio, quo mense (vt iam dictum est) sol altius incedit, & cœlum naturaliter candescit, erupit imbrium vis, & circa tempus hyemis, id est mense Nouembri iam imminutis aquis, arca requieuit, tantis, tamq; diutinis disiecta procellis. Decimo tandé mense diluuij, qui est apud nos Februarius, primo die mensis, apparuerunt cacumina montium. Expectatis deinde quadraginta bisq; septenis diebus, qui sunt dies fere duorum mensium, cum illo mense Aprili, qui iam exactus fuerat, quando primum inundauerunt aquæ diluuij. Igitur cum dictum fuerit superius, anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, rupti sunt omnes fontes abyssi, & nunc post tam diligentem supputationem dierum vel mensium, dicitur anno sexcentesimo primo, aperiens Noë tectum arcæ, vidit quod exsiccata esset terra, & deinde, mense secundo, septima & vigesima die mensis, arefacta est terra, manifeste liquet, annos singulos, duodecim mensium, menses autem,
D alios triginta, alios vndetriginta dierum in illis tot annorum hominibus computasse secundum lunam, cuius duodenis mensibus supercrescentes vndecim solaris anni dies, emboliſmis cedūt. PHILO EPISCOPVS. Mense secundo, septima & vicesima die mensis, arefacta est terra. Septima & vigesima mensis secundi venit diluuium. Septima & vigesima mensis secūdi exit Noë, vt his computatis integer annus efficiatur. STRABVS. Mense secūdo, id est Maio. Noë ergo annum integrum fecit in arca, & ipsa die qua ingressus fuerat, egressus est. Ingressus est enim septima decima die mensis secundi. Nunc dicit quia egressus est septima & vicesima die eius dem mensis. Sed sciendum est, quia si præsenti diei addantur vndecim, qualis luna hodie est, talis erit post annū ipsa die. Quando ergo Noë ingressus est, septima decima luna, vel septima decima dies mensis secundi fuit. Ideo post annum vndecim additis, fuit vicesima septima dies, & vicesimaseptima luna. CAIETANVS. Mense secundo, septimo & vicesimo die mensis, arefacta est terra. Tripliciter Moyses descripsit diem exiccationis terræ. Primum relatiue ad principium diluuij, supputando tot numeros dierum & mensium, deinde relatiue ad an-
E nos, menses ac dies vitæ Noë, & demum relatiue ad menses solitorum annorum. Quod enim nunc dicit mense secundo, vigesimoseptimo die mensis, nec ad principium diluuij, nec ad vitam Noë referri posse, clare patet, & propterea refertur ad ordinem mensium iuxta solitum cursum anni. Et quia non constat vnde tunc temporis initium anni supputaretur, ideo incertum restat, quis fuerit iste secundus mensis, ex eo tamen, quod Moyses scribit apud Hebræos, quadrat vt mensis secundus intelligatur ille, qui apud eos supputatur secundus. Verum inter Hebræos dissensio opinionum est, aliis inchoantibus menses à lunatione æquinoctij vernalis, aliis à lunatione æquinoctij autumnalis, propter quod (vt dictum est) adhuc sub iudice lis est. Si tamen perspecta ac complexa (vt par est) fuerit creatio mundi in principio veris, sole inchoante iter arietis, clarum fiet, quod mensis secundus est lunatio relata ad solem in tauro, perfecta prima lunatione ad solem in ariete. Hinc habes diem natiuitatis Noë, nam vigesimus septimus dies mensis secundi, fuit primus dies anni sexcētesimi primi vitæ Noë, idem enim fuit dies exiccatæ terræ, ac per hoc fuit primus dies vitę Noë, tot annis repetitus, & cætera. AVCTOR CATE-
F NAE. Quod supra dictum fuit exiccatam esse superficiem terræ, non ita intelligitur quod ex toto abesset aqua, sed quia vis aquæ recesserat, nec aderat aqua nisi lutulenta. Quod vero hic dicitur arefacta terra, plus intelligi voluit, hoc est, solidatam & aptam ad ingressum animalium, hominumq; factam. *Locutus est autem deus ad Noe, dicens.* CHRYSOSTOMVS. Postquam quasi ab inquinante quodam abluta est omnis creatura, & deposuit omnem maculam, quam ex humana contraxerat malitia, faciēsque ei pura reddita est, tunc denique præcipit, vt iustus ex arca exeat, liberq; à graui illo carcere fiat, & inquit, *Egredere de arca tu & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum tecum.* AMBROSIVS. Recedente aqua, & siccata terra, exire potuit Noë de arca. Sed iustus nihil sibi arrogat, sed totum se diuino committit imperio. Et maxime qui cœlesti fuerat ingressus oraculo, cœleste debuit, vt egrederetur expectare responsum. Verecunda enim iustitia est, quia inuerecunda iniquitas, quæ vsurpat indebita, nec reueretur auctorem. Nunc quæramus qua ratione quandiu ingrediebantur in arcam hic ordo fuit ingredientium, vt primò ipse ingrederetur, & filij eius, inde eius vxor, & vxores filiorum eius,

t quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando autem exeundi præceptum suscipiunt commutatum est. Nam scriptum est, Egredere tu & vxor tua, filij G
tui & vxores filiorum tuorum. Et litera quidem significat, in ingressu absti-
nentiam generationis, in egressu gene
rationis vsum. Tunc enim pater cum filiis prius introiuit, & filij cum parẽte, & postea vxor eius, & filiorum eius
vxores, id est non commiscetur sexus in introitu, commiscetur in egressu. Aperte igitur velut ordine ipso ingres-
sionis vocem quandam iustus emittit, tempus illud non esse concubitus, neque delitiarum, quo omnibus immi-
Lucæ. 17. neret interitus. Vnde in euangelio dominus ait, reprehendẽs quod tẽporibus Noë mãducarẽt & biberent, vxores
ducerent, & filias nuptum traderent, & ideo propter intemperantiã eorum superuenisse diluuium. Mœroris igi-
tur tempus illud, non lætitiæ erat. Et inde iustus consortio non delectabatur vxoris, vel filij iusti petebant copu-
Iam coniugalem. Quam enim indecorum, vt quo tempore viuentes morerentur, tunc perituri generarentur?
Postea autem recte ad seminarium cæterorum vsus & cura coniugij, cum diluuium recessit. Itaque non viri cum
viris, sed fœminæ cum viris exeundi licentiam capiunt, vt virilis in se interdicta permixtio, permissa autem vi- H
rilis & fœmineæ legitima sorte cõiugij copula videretur. GENNADIVS. Quod ergo deus Noë vnà cum
filiis, deinde vxoribus ingredi iusserit, exire vero primum Noë cum vxore, deinde cum filiis & vxoribus eorum,
hæc ratio redditur, quia eos non ad coniunctionem introduxerit, sed ad salutem, ad copulam vero coniugalem
eos exire cum benedictione iusserit. AVCTOR CATE. Egredere de arca tu & vxor tua, & cætera. Abun
dãt hic apud Septuaginta multa verba, videlicet καὶ ἐξόδιον καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς ἀνέῳξε τὴν κιβωτόν, hoc est Et septi-
ma & vigesima mensis aperuit arcam, quod ponitur factum, antequàm deus Noë de egrediendo mandaret. Nec
est verisimile. Nam cum iustus totus ex domino penderet, nihil sine eius mandato tentabat. Sicut igitur eo man
dante ingressus fuerat, sic eo iubente & non prius, arcam aperit & egreditur. RVPERTVS. Non con-
tentus autem fuit dicere deus, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum, sed de animan
tibus quoque cunctis sollicitus, *Cuncta* (inquit) *animantia quæ sunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus quam in be-*
stiis & uniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super eam. AVCTOR CATENAE. I
Verbum Hebraicum יֹצְאִי Sarzu futurum à Saraz, positum hic pro tertia persona pluralis præsentis imperatiui,
Gene. 1. quod nostra æditio vertit ingredimini, alij repent, alij congrediantur transtulerunt. Quoniam verbum hoc,
moueri, reptare, & producere, scilicet animalia mobilia & reptilia significat, vt supra, Animam viuentem, atque
motabilem, quam produxerant aquæ in genere suo. Pro quo Hebræi legunt, Quam mouerunt aquæ, id est mo-
uere fecerunt. Dicunt ergo, reptare hic esse, sese pascendo discurrere, & in magna multitudine sese propagare.
Quasi dicat, non sitis otiosi, steriles, soli vel pauci, sed generate & propagate vestrum genus, qui intra arcam an-
xij vos toto anno calamitatis continuistis. Septuaginta, vel de hoc verbo mentionem non faciunt, vel tran-
portant post clausulam sequentem, crescite & multiplicamini, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, Et replete terram. Chaldai-
ca vero, Et generent in terra, habet. Deinde clarius exprimit quod dixerat, ingredimini super terram, dicens,
Crescite & multiplicamini super eam. CHRYSOSTOMVS. Expende hic dei bonitatem, quomodo per om-
nia iustum consolatur. Nam quia imperauit illi, vt exiret ex arca ipse, & mulier & filij, & vxores filiorum, & K
bestiæ omnes, vt ne & istuc ipsum mœrorem ei aliquem afferret, & anxium relinqueret cogitantem, quomo-
do in solitudine esset futurus, tantam terræ latitudinem solus inhabitans, nullo iam alio viuente, ideo postquàm
dixit, Egredere & educ tecum & cætera, addit crescite, & multiplicamini super terram. Vide quomodo iustus ille
denuo supernam accipit benedictionem, quam ante transgressionem acceperat Adam. Nam sicut quando ille
formatus est, audiuit, & benedixit ei deus, dicens, crescite & multiplicamini super terram & dominemini mari,
ita & illi nunc dicitur, Crescite & multiplicamini super terram. Quippe sicut ille origo & radix fuit omnium qui
nati sunt, ita & iustus hic fermentum quoddam, origo & radix est omnium qui post diluuiũ fuere, & hinc postea
humanæ constitutionis principium fuit. Creatura quippe omnem suum accepit ornatum. Et terra ad ferendos
fructus idonea fit, aliaq; omnia, quæ propter hominis ministerium sunt condita. AVCTOR CATENAE.
Hebraicè habetur locus וּפְרוּ וְרִבוּ עַל הָאָרֶץ vpharu verabu, al haárez, id est crescant, & multiplicentur super ter-
ram. Futura sunt pro imperatiuis, & ambo verba hæc, raba scilicet, & phara, synonyma sunt, ac vtrunque crescere, L
augere, seu multiplicare significat. Ad animalia vero ipsa, non ad Noë dicũtur, nam benedictio Noë & filiorum,
in sequens caput reseruatur, quanquam etiam Septuaginta eodem modo verterint, καὶ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε,
Mystice. id est crescite & multiplicamini, non sic autem Chaldaica, sed Et multiplicentur & crescant super terram.
EVCHERIVS. Altiore autẽ sensu, sexcentesimo primo anno vitæ Noë, id est peractis sexcentis annis, ape-
ritur arcæ tectum, quia finita sexta ætate seculi, reuelatur quod erat absconditum sacramentum atq; promissum.
Cur autem vicesima & septima die secundi mensis, dicitur siccata terra, tanquam finita esset baptizandi necessi-
tas, nisi quia in numero dierum quinquagesimo & septimo (ipse est enim dies secũdi mensis vigesimus septimus)
resurrectionis tempus exprimitur, quo sacramentum baptismatis completur, qui numerus ex illa coniunctione
spiritus & corporis, septies octonos habet, vno addito propter vnitatis vinculum? Cur autem de arca coniuncti
exeunt, qui diuiuncti intrauerunt, seorsum viri & seorsum fœminæ, nisi quod in hoc tempore caro concupiscit
aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? Sed in resurrectione iustorum, ac in fine seculi omnimoda & M
perfecta pace spiritui corpus adhærebit, nulla mortalitatis indigentia vel concupiscentia retistente.
RVPERTVS. Egredere de arca tu, & vxor tua, & filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta ani-
mantia quæ sunt apud te ex omni carne, & cætera. Hoc etiam si deus non præciperet, scilicet cuncta ani-
mantia educere, Noë faciendum esse sciret, & ita factum fuisse sciremus nos, etiam si scriptura non nar-
raret. Quid ergo sibi vult hoc, quod digitus dei, qui non nisi idonea scribere nouit, aut loqui, tantas
impendit moras in huiusmodi? Nempe si nihil nisi literam hic acceperis, hoc scribere ex abundanti
fuit. Igitur ad memoriam nunc redeat, quod superius dictum est, arcam illam quam & fabricauit,
& cum suis ingressus est Noë, antiquam Patriarcharum & Prophetarum ecclesiam signasse, quam do-
minus noster, & antequam in hunc mundum veniret, condidit, & in qua cum venisset, homo fa-
ctus, tribulationes mortis pertulit, permanentibus cum eo paucis, quibus & dicit, Vos estis, qui
permansistis

A permansistis mecum in tentationibus meis. In eandem ecclesiam ingressa sunt cum Noë vniuersa animantia, Lucæ. 22.
munda siue immunda, quia videlicet quicunque siue de mundis Iudeis, siue de immundis gentibus ad Christum
colliguntur, fidei patrum antiquorum inseruntur, nec aliter ad Christum pertinent, nisi ecclesiæ illi incorporen
tur. Veruntamen in eorum carnalibus cerimoniis permanere non sinuntur, videlicet vt carnaliter circuncidan-
tur, aut sabbatizent, aut agnum immolent, aut in cæteris eiusmodi (quæ vmbræ erant futurorum) vllatenus iu-
daizent. Igitur dum illud quasi superfluum tam diligenter totiens repetitur, istud quod valde necessarium est,
in figura prophetatur, quod ingressuræ quidem forent necessario gentes, quotquot ex eis saluari cuperent, in
illam antiquorum expectationem, sed non permansuræ intra carnalem illorum religionem. Hic dictum, Et in-
gredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam, idem est iuxta mysticum sensum, ac si diceretur,
abiectis carnalibus, quæ prius pro lucro erant, & pro detrimento reputatis, seminate in spiritu, vt de spiritu me-
tatis vitam æternam.

B

EGressus est ergo Noe & filij eius, & uxor illius, & uxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia ani- 6
mantia, iumenta & reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca.
Aedificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & uolucribus mundis, obtulit
holocausta super altare, odoratusque est dominus odorem suauitatis, & ait ad eum, Nequaquam ultra maledi-
cam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.
Non igitur ultra percutiam omnem animam uiuentem sicut feci. Cunctis diebus terræ sementis & messis, fri-
gus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

Egressus est ergo Noe & filij eius, & uxor illius, & uxores filiorum eius cum eo. CHRYSOSTOMVS. 6
Postquam accepit iustus mandatum à domino, & benedictionem dicentem, Crescite & multiplicamini, exiit ex
C arca cum aliis omnibus. Et posthac in tota terra solus viuebat iustus ille cum vxore & filiis, & vxoribus illorum.
CAIETANVS. Vide autem differentiam inter finem præcepti & factum. Quia enim præceptum exeundi
ordinabatur ad multiplicationem, ideo ibi describuntur vxores iunctæ viris, quia autem de facto ab ingressu in
arcam vsque ad exitum continuerant, ideo describuntur egredientes seorsum viri & seorsum vxores, quemad-
modum descripti fuerant ingredientes, vt ex ipsa descriptione insinuaretur perseuerans continentia ab ingressu
vsque ad egressum. *Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, de arca egres-*
sa sunt. Iuxta Hebræum habetur, Ad familias suas exierunt de arca. Ad insinuandum, quod non ad gregem, sed
ad familiam sat erant singulę animalium species, vtitur vocabulo familiæ. Vnus enim masculus, & vna fœmina,
domus principia sunt, non ciuitatis, aut gregis, nisi post multiplicationem familiarum. Et species animalium sæ-
pe superius cõmemoratæ sub numero binario, modo memorantur ad proprias familias, vt hinc insinuetur, quod
D etiam irrationalia animalia in arca abstinuerũt à coitu, exeuntia aũt exierunt ad propagandas familias proprias.
AVCTOR CATENAE. Vera Hebraica litera sic habet כָּל הַחַיָּה כָּל הָרֶמֶשׂ וְכָל הָעוֹף כֹּל רוֹמֵשׂ עַל
הָאָרֶץ לְמִשְׁפְּחֹתֵיהֶם יָצְאוּ מִן הַתֵּבָה col hahaia col harémes vecol haoph, col romes al haárez lemispohthehem
iazu min hateba, hoc est, Omnia animalia, omnia reptilia, & oẽs volucres, omne quod mouet super terrã secũdũ
familias seu generationes suas, egressa sunt de arca. Sippha namq; familiam, cognationem & generationem, seu
genus significat, vnde etiam nostra æditio seruari commode potest, quæ habet secundum genus suum. Chaldai
ca per omnia Hebræo concordat. Similiter & Septuaginta, præter quod clausula hæc, secundum genus suum,
apud eos desideratur. Per familias igitur suas seu genera exierunt animalia, quælibet sibi in specie similibus iun-
gebantur, vbi & pariter pascebantur in sua paucitate, donec multiplicarentur, vt ordinis elegantia etiam in ir-
rationabilibus animalibus, hominem doceret amicitiam & pacificam cohabitationem. *Aedificauit autem Noe al*
tare domino, & tollens de cunctis pecoribus & uolucribus mundis, obtulit holocausta super altare. AMBROSIVS. Qua
E ratione supra dominus admonuit quæ faceret, & fecit Noë omnia, hoc autem quod non admonitus est fecerit,
fortasse requiratur. Sed vtiq; dominus non debuit quasi auarus mercedem gratiæ postulare, & iustus eam intel-
lexit veram actionem gratiarum esse, quæ non iuberetur, sed deferretur, itaque nec dilationem passus est. Ete-
nim grata animi virtus passionem dubitationis excludit, qui autem debitum gratiæ vt à se exigatur expectat, in-
gratus est. Iustus ergo suam declarans gratitudinem, tam pro iis quæ præterierant, quàm quæ futura erant, gratias
domino retulit. Quod autem obtulerit de cunctis pecoribus & volucribus mundis, litera euidens est, quod ea
quæ incontaminata sunt, debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis. AVGVSTINVS. In-
gressa sunt autem in arcam munda & immunda animalia, sed post egressum non offeruntur deo nisi munda.
EVCHERIVS. Quanquam nihil in sui natura immundum creatum est, sed ad comparationem melio-
ris, quod bonum in sua natura est, quasi immundum putatur. CHRYSOSTOMVS. Considera diligenter
charissime ex præsentibus verbis, quomodo in natura nostra conditor omnium inseuit certam virtutis scientiã.
F Vnde enim (dic oro) iusto veniisset? Nullus erat alius, quem videbat, vel à quo discebat. Sed sicut principio dixi,
Abel ille protoplasti filius, à seipso commonitus, magna diligentia oblationem perfecit, sic vtique & nunc iustus
ille sua voluntate & arbitrio sano, quantum humanis viribus potuit, censuit domino per sacrificia gratiarum
actionem offerendam. Et vide ipsum quanto studio operatur omnia. Neque enim amplo opus habebat ædifi-
cio, neque templo, neque domo admirabili, neque alio quopiam. Sciebat enim, sciebat certo, quod mentem
solam requirat dominus, & extructo tumultuaria opera altari, cum accepisset ex iumentis mundis & auibus mũ
dis holocaustum obtulit, suæq; voluntatis gratitudinem quanta potuit facultate ostendit, quam approbans mise
ricors deus, & volũtatẽ coronauit, & iterũ suã liberalitatẽ erga illũ declarauit GLOSSA GRAECA. Attẽde
aũt Noë primũ altare deo consecrasse. DIODORVS. Permisit verò deus ipse Abel & Noë, & Abrahã & Isaac,
aliosq; sanctissimos patres sibi sacrificia offerre, tum quia quandoq; & ipse pro salute mundi immolandus erat, tũ
vt Iudæi patrum suorũ exẽplo, nõ idolis, sed deo Israël hostias peramplius deuotiusq; offerrẽt. RVPERTVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Altare quod ædificauit Noë,& holocausta quæ obtulit domino,gratiarum actiones fuerunt, sua præsentia præte G
ritorum beneficiorum memoriam confitentes, vt dignum erat. Qui enim arcam facere iusserat homini, in qua
saluaretur,digne illi homo altare ædificat, in quo idem saluator suus adoretur.Et qui non solum hominem, sed
propter hominem, iumentorum quoque,& cunctorum animantium reliquias in eadem arca seruauerat merito
illi de cunctis pecoribus & volucribus mundis super altare ab homine offeruntur holocausta. Hoc non scripta,
sed naturalis lex æquum esse docuit,quia videlicet hoc ipsa ratio dignum & iustum esse naturaliter sentit, vt de
suis donis honoretur in primis,ipse qui dedit. CAIETANVS. Aedificauit autem Noë altare domino,&
tollens & cætera. Nomen est tetragrammaton, cui conseruatori esse, debebatur gratiarum actio.Vides autem
quorsum maior est seruatus numerus mundorum animalium. AVCTOR CATENAE. Aram ædifica-
uit Noë, suggestum aliquod ex lapidibus, terra vel lignis,vbi mactarentur animalia pro gratiarum actione deo
omnium datori, idq; ex fide, qua domino placebant offerentes, & oblatio ipsa. Erepti ergo de quotidianis no-
stris periculis, hoc loco edocti, gratias domino referamus, à quo solo auxilium credere & sperare oportet. H
2.Cor.2. *Odor atúsque est* (inquit) *dominus odorem suauitatis.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo animus offe-
rentis fumum & nidorem,& omnem quæ inde nascitur insuauitatem,multa fragrantia impleuit.Idcirco & Pau
lus dicebat, scribens quod bonus odor Christi sumus,& iis qui saluantur, & iis qui pereunt,& iis quidem odor
mortis in mortem, illis autem odor vitæ in vitam.Odorem fragrantiæ(inquit)odoratus est.Ne offendaris ver-
bo crassiore,sed huius verbi attemperationē tuæ infirmitati ascribe.Intellige hinc, quod accepta fuerit deo obla-
tio iusti,vt & per res ipsas sciatur dominum nullius indigere, & quod propter nihil aliud hæc fieri permisit, quā I
vt gratitudinem ad omnes adduceret.Et propterea concessit vt igni consumerentur,vt ex iis quæ fiunt, discant
etiam ij qui offerunt, quod omnia propter suam vtilitatem fiant. Quare autem dic oro,hæc fieri omnino per-
mittit,& in hoc nostrę infirmitatis habetur ratio?Quia enim homines paulatim à vero dei cultu defecturi erant,
& proprios deos effecturi,quibus sacrificia immolarent,prius voluit vt sibi dona offerrentur, quo vel sic à propo
sito depelleret pernicioso errore illiciendos. Et quod hæc omnia indulta & concessa sint ob nostram infirmita-
tem, attende quomodo postea tempore procedente, voluit circuncisionem pro lege statui. Sed Abraham ante
hanc ob suam in deum fidem prædicatus est iustus. Sic ab initio per fidem humanum genus salutem assecutum
est.Sane propterea permisit misericors deus sacrificia sibi offerri, vt quoniam natura nostra imperfectius se ha-
bebat,simul & suam gratitudinem declarare,& idolorum pernicioſum cultum effugere posſit.Nam cum tantum
nobis permiserit deus,multi tamen à ruina sibi non cauerunt,si hoc non fuisset factum,quo pacto quis damnum
hoc effugisset?Et odoratus est dominus deus odorem fragrantiæ.At non ita est de ingratis Iudæis,sed quomodo?
Audi prophetam dicentem, Thymiama in abominationem mihi est,quasi ostendat voluntatis offerentium ma-
litiam.Quemadmodum hic iusti virtus fumum & nidorem fecit odorem fragrantiæ, sic apud illos offerentium
nequitia,bene olens thymiama in abominationem conuertit.Igitur vbique studeamus mentem afferre incorru-
ptam,Ista enim causa est omnium bonorum. Bonus enim dominus non consueuit attendere ad ea quæ à nobis K
fiunt,sed ad internam mentem, à qua vt hæc faciamus, impellimur.Et ad hanc spectans, vel approbat ea quæ à
nobis sunt, vel auersantur.Itaque siue precemur,siue ieiunemus,siue eleemosynam faciamus (illæ enim sunt spi-
rituales nostræ hostiæ) siue aliud spirituale quoddam opus facimus,hoc faciamus bona mēte incitati,vt & labo-
ribus dignam referamus coronam. Nam si fumum & nidorem fecit fieri odorem suaueolentiæ,quid non è spi-
ritualibus nostris faceret cultibus,& quantam non gratiam cœlitus nobis procuraret? THEODORETVS.
Odoratusq; est dominus odorem suauitatis,hoc est,Noë ipsius animum gratum, ac memorem benigne suscepit,
atque ideo illum eadem benedictione postea remunerat,qua & primum Adam benedixit, & vescendarum car-
nium legem dedit. RVPERTVS. Hoc de spiritu quidem pietatis est,quod odoratus est dominus odorem
suauitatis,non quod carnium nidoribus oblectetur,nec enim caro ipse est,aut corpus,vt talium delectetur odo-
ratu,sed quia spiritus est, & in hostiis corporalibus offerentis cor intuetur, & si pium est, contritione eius dele-
ctatur suauis dominus,plus quàm homo corporali,quantumuis suaui odore mulceatur,iuxta quod scriptum est, L
Quia sacrificium est deo spiritus contribulatus.Hoc(inquam)pietatis quidem est, quod sacrificium iusti in odo
rem suauitatis accepit,& quasi magno munere delinitus est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, o-
dorem quietis.Et ad differentiam odorum sensibilium,dicitur odor quietis, hoc est,quietem absque fastidio pa-
riens, nullus est enim odor sensibilis, qui perseuerans non fastidio afficiat, ac per hoc nullus odor sensibilis, est
odor quietis in ipso.Ad excludendum itaque fastidium perseuerantis odoris,dicitur in sacra scriptura sæpe odor
quietis,quia vere nūq; fastidit deum deuotio offerentium,perspicuū est enim quod non ratione animalium obla-
torum, sed ratione deuotæ mentis offerentium describitur placere deo, vt odorem quietis, Et hæc recole pro
intelligentia sæpe subiuncti odoris suauitatis, quoniam odor quietis significatur ob dictam rationem.
AVCTOR CATENAE. Quod nos legimus, Odorem suauitatis, Hebraicè est רֵיחַ הַנִּיחֹחַ reah hanihóah,
ta ὀσμὴν εὐωδίας, id est odorem suauitatis habent. Chaldaica,Et suscepit dominus cum beneplacito oblationem M
eius.Sed nulla in sensu diuersitas.Fides ergo,deuotio & orationes fidelium,quæ in huiusmodi oblationibus de-
clarabantur,odor deo erat suauissimus & acceptissimus. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quæ fecerit iustus,
quomodo quantum ad externum spectaculum pertinet,rem paruam,quātum autem ad animam, permagnam?
Attende autem & vltra immensam misericordis domini bonitatem. *Et ait ad eum,* vel secundum aliam literam,
& dixit dominus deus in mente sua. *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani*
cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur ultra percutiam omnē animan sicut feci. O magnū beneficētiæ pon-
Genes.3.& 4 dus,ô plurimā misericordię magnitudinē,ô ineffabilē tolerātię excellentiā.Iterū humano more loquitur,& quasi
ad nostrū genus. Non adiiciā vltra vt maledicā terræ propter opera hominū. Et de protoplasto dicebat, cum illi
maledixerat, Spinas & tribulos oriri faciet tibi, & de Cain similiter.Quia autem nunc communem omnium in-
uexerat interitum, vt consolationem det iusto, & fiduciam ei addat, ne forte cogitet apud se, quæ vtilitas

factæ

A factæ benedictionis,quod dixit, Crescite & multiplicamini, cum iterum vbi multiplicati fuerimus, pereundum
sit nobis? Nam olim & ad Adam dixerat, crescite & multiplicamini, & superuenit tamen diluuium! Vt ergo
ne cogitando secum talia in perpetuo angore esset,vide misericordiam domini,Non adiiciam(inquit)vltra ma-
ledicere terræ propter opera hominum. Vide quomodo assignauit, quod propter horum malitiam maledictio-
nem terræ inuexit.Deinde vt ne putemus,quod ideo hanc promissionem fecerit, quia ipsi iam in melius se con-
uerterint (inquit) quia incumbit mens hominis intente in mala opera à iuuentute. Rara misericordiæ species.
Quia(inquit)incumbit mens hominis diligenter in mala opera à iuuentute,propter hoc,inquit,Non vltra adii-
ciam,vt maledicam terræ,Ego enim inquit,quæ ad me pertinent,semel atque iterum exhibui. Quia autem vi-
deo malitiam ita increscere, promitto me non vltra maledicturum terræ. Deinde ostendens suæ misericordiæ
B magnitudinem, Non adiiciam igitur vltra, vt percutiam omnem carnem viuentem, sicut feci. Vide obsecro,
quantam consolationem affert iusto,imo non iusto tantum, sed & propter suam bonitatem, etiam vniuerso ho
minum generi post illum futuro.Per hæc enim nobis demonstrare vult, quod non sit vltra tale diluuium ventu
rum, & quod neque talis hominum communis interitus tantum orbem inuadet. Deinde secundum nostra ex-
emplaria, & indicat beneficentiæ suæ perpetuitatem, omnibus enim (inquit) diebus.In omnia secula promitto
me non inducturum huiusmodi indignationem, neque facturum tantam confusionem, & intemperiem tem-
porum & qualitatum aëris. AMBROSIVS. Et si vindicauerat dominus in hominum genus, tamen
cognouerat, quia vindicta legis ad timorem proficit & cognitionem doctrinæ, magis quàm ad naturæ com-
mutationem, quæ corrigi in aliquibus potest, in omnibus mutari non potest. Vindicauit ergo dominus quod
timeremus, pepercit vt reseruaremur. Et vindicauit semel ad exemplum timoris, pepercit in reliquum, ne do-
minaretur semper amaritudo peccati, simulq; siquis peccata cupiat sæpius vindicare, asper magis, quàm cen-
sorius habetur. Ideoque dicit dominus, Non adiiciam maledicere terræ propter opera hominum, id est quia
C pietatem suam circa vniuersitatem hominum voluit declarare, & tamen securitatem & negligentiam quan-
dam mentibus humanis afferre non debuit, in paucos vindicat, plures reseruat. Deinde cum dicit,Non adii-
ciam, ostendit quod alleuet magis ærumnas hominum, quàm ingrauet, sciens quod penitus peccata hominum
auferri non queant.Tamq; in prouerbio,Si quis reti subtili haurire cupiat aquam,sic qui malitiam ex pectoribus
hominum conatur auferre. Non adiiciam (inquit) maledicere terræ propter peccata hominum, quia permanet
sensus hominis diligenter super mala à iuuentute. Vide quomodo studiose nos delinquere deus significet, di-
cendo, permanere super mala sensum hominis diligenter, quo dicto significare videtur, diligenter cor homi-
nis ad peccata propendere,& inesse principali nostro lubricum delinquendi, & quod peius est,studium non de-
esse. Ideo enim ait, diligenter, quasi soliciti simus, ne immunitas culpæ nobis possit obrepere. Deinde non in
vnum malum dixit, sed in multa mala. Et à iuuentute addidit. Ex illa enim ætate crescit malitia, licet alibi le-
gerimus, quod non sit sine peccato, nec vnius diei infans. Sed & infantia sine peccato non sit propter corporis Iob. 15.
D infirmitatem. Diligentia enim & studium peccandi incipiat à iuuentute vt puer quasi infirmus peccet, iuuenis
tanquam improbus, qui studiose cupiat peccata committere, & in criminibus glorietur. Apud plerosque enim
innocentia pro ignauia, & culpa pro laude habetur. Ita se luxuria & delitiis & adulteriorum affectibus, iuue-
nes iactare consueuerunt. Crescit ergo cum ætatibus culpa. Omne igitur genus hominum iam non consu-
mendum declarat, cum dicit, Non adiiciam percutere omnem carnem, sed in parte vindicta seruatur.
RVPERTVS. Et dixit ad eum, supple ad Noë deus. Nequaquam vltra maledicam terræ propter homi-
nes. Ac si diceret, Ecce nunc terræ maledixi propter homines. Nam propter homines diluuium induxi super
eam, & illa quia repleta erat iniquitate eorum, pene fuit cum ipsis deleta, suámque amisit formam, dum aquæ
obtinuerunt eam. At illa nihil peccauerat. Sensus enim & cogitatio humani cordis, sensus(inquam) & cogita-
tio hominis præuaricatoris, & non ipsa terra insensibilis, prona sunt in malum ab adolescentia sua. Singulari
sensus nomine, quinque sensus corporis significans, qui proni sunt in malum, præsertim vbi cogitatio cordis,
E qua restringi vel gubernari debuerant, & ipsa prona in malum, eisdem sensibus pro armis vtitur ad opus ma-
lum. Igitur non vltra faciam sicut feci, id est, non ita confusa vltione cum homine, qui solus peccat, terram
quoque insensibilem, vel iumenta, quorum sicut nulla iustitia, sic nullum peccatum est,delebo,vt nunc dele-
ui. Deinceps nanque terra quidem secura sit,& quisquis sic super eam ambulat, vt sensus vel cogitatio eius non
sint prona in malum, sed timeat solus ille homo, cuius sensus siue cogitatio sunt prona in malum.Etenim ter-
ra quidem deinceps in æternum stat, & potius aquæ, quæ tunc homines deleuerunt cum terra, fortassis defici-
ent omnino, iuxta illud quod in Apocalypsi dictum est, Et mare iam non est,sed homines alio iudicio distin- Apoca 21.
cti,secundū propria merita singuli retributionē recepturi sunt. Sanè cum dixisset,Sensus enim & cogitatio cor-
dis humani in malum prona sunt, bene addidit, ab adolescentia sua. Ab adolescentia nanque, prima intelli-
gibilis ætas est. Vnde quod antecedit vitæ humanæ, tam naturali quàm scripta lege, magis liberum est. Quod
autem accedit ex tunc boni, maliq;, legitimum habet iudicium. Proinde & quidam sapientum seculi, vitam
F hominis y Græcæ literæ similem dixerunt, quæ ab vno ductu incipiens, finditur in biuium. Sic nanque homo
in infantia vel pueritia simplicem graditur viam, boni ac mali non perpendens distantiam. Vbi autem adole-
scentiæ metas attigerit, vtriusque discretionem duce ratione percipit. Vnde si dexteram elegerit, præmium
consequetur virtutis,si autem sinistram,pœnas malorum incurrit. BERNARDVS SVPER CANTICA. Sermo.85.
Denique proni sunt sensus hominis & cogitationes in malum ab adolescentia,hoc est,ab insipientia, primæ mu-
lieris.Ita insipientia mulieris,saporem boni excludit,quia serpentis malitia, mulieris insipientiam circumuenit.
CAIETANVS. Et ait ad eum. Iuxta Hebræum, Et dixit deus ad cor suum. Apte post odorem quietis fons
essendi intra semetipsum decernit quietem perpetuam à diluuio. Nequaquam vltra maledicam terræ propter
homines, non decernit quiescendum à maledictione terræ absolute, sed propter homines, reseruauit siquidem
sibi maledictionem terræ propter alias causas. Sensus enim & cogitatio, & cætera. Iuxta Hebræum habetur.
Quia formatio cordis hominis mala à pueritiis suis. Ratio mitigandæ pœnæ redditur ex pronitate hominis ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum ab ineunte ætate, tanquam clemẽtiam mereatur id mali, quod fere inditum eſt. Ratio aũt quare affectus humani vt in pluribus male formentur ab ineunte ætate rationis eſt, quia homo naturaliter conſtat ex duabus partibus cõtra ſeſe pugnantibus, ſenſu videlicet & intellectu. Natura enim ſenſitiua prona ad bonum ſecundum ſenſum vtile ac delectabile eſt, natura vero intellectiua tẽdit ad bonum ſecundum rationem rectam honeſtum, vtile ac delectabile. Rariſſimi autem ſunt, qui totis viribus adnituntur ad bonum intelligibile, ſed prona eſt multitudo ad bonum ſenſibile. Non igitur vltra percutiam omnem animam ſicut feci. Percutiet quidem omne viuens in fine mundi huius, ſed non ſicut fecit quoniam tunc percutiet reſtaurando homines omnes (bonos & malos) in vitam corporis perpetuam, nunc autem ſeruando tantum octo homines ad vitam temporalem.

AVCTOR CATENAE. Et ait ad eum. Videtur innuere deum ita locutum cum Noë, Hebraica tamen ſic habent וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל לִבּוֹ Vaiómer adonai el libbo, hoc eſt, Et dixit deus ad cor ſuum, ſiue in corde ſuo. Quam phraſim eleganter expreſſerunt Græcè Septuaginta, καὶ εἶπε κύριος ὁ θεός, Διανοηθείς, id eſt, Et dixit dominus deus recogitans, ſiue cum cogitaſſet deus, dixit. In lingua enim ſacra, omnium cogitationum receptaculum eſt cor, ac vt verius dicatur, vbi omnes gignuntur cogitationes, vnde in lucem efferuntur, auctore etiam ipſa veritate. In eiſdem etiam literis ἡγεμονικὸν tribuitur cordi, non capiti, de qua re Hieronymus ad Fabiolam. Chaldaica hic habet, & dixit dominus in verbo ſuo. Deinde quod ſequitur, Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, Hebraicè legitur לֹא אֹסִף לְקַלֵּל עוֹד אֶת הָאֲדָמָה בַּעֲבוּר הָאָדָם lo oſiph lekallel od eth haadama baabur haadam, hoc eſt, Non addam vt maledicam vltra terræ propter hominem, ipſa locutio eſt, de qua ſupra. Septuaginta, Διὰ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων, hoc eſt, propter opera hominum, licet hoc minimi ſit faciendum. Idem enim eſt. Maledictio ſiquidem dei in terram deſæuit propter humana facinora; cũmque homo impius fuerit, omnia misera ſint neceſſe eſt, vt enim propter hominem cætera facta ſunt, ita corrupto homine tanquam principe, reliqua eadem corruptela & calamitate conflictantur. Intabeſcunt elementa, inſanit mare, iraſcitur cœlum, palleſcunt herbæ, ſitiunt agri, iumenta moriuntur, aues etiam miſeriarum fiunt participes, ergo maledicitur terræ propter actiones humanas, propter prauitatem, quam agendo exprimunt. Chaldaica hic, Non addam maledicere rurſus terram propter peccata hominum. Quod etiam nos habemus, ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, Hebraicè legitur כִּי יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע מִנְּעָרָיו chi iézer leb haadam raa mineuraf, Quoniam ſenſus ſiue cogitatio cordis humani, mala a pueritia, ſeu adoleſcentia ſua. Iezer enim figmentum, formationem, ſenſum, & cogitationem ſignificat, neurim vero pueritiam, adoleſcentiam, & vt quidam volunt, infantiam etiam. Septuaginta, ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἑτοιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτου, id eſt, Quia incumbit cogitatio hominis diligenter ad mala, ex adoleſcentia ſua. Chaldaica, Quoniam ſenſus cordis humani malus eſt ab infantia ſua. Homines igitur conſolatur deus adhuc pauidos, & ſimilia in futurum timentes. Quantumlibet poſthac peccaturi ſint, nolit tamen vniuerſali diluuio terram omnem inuoluere. Multas tamen interim alluuiones regiones quædam, ac vrbes expertæ ſunt. Aliis denique plagis, peſte, bellis, beſtiis, fame & morbis, hominum peccata puniuntur. Sed vide quomodo qui de recepto beneficio ſe gratum exhibet, vt amplioribus quoque accumuletur ſe dignum reddit. Nam poſt munus liberationis, impenditur iuſto etiam donum ſecuritatis. Sequitur enim. *Cunctis diebus terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyẽs nox & dies non requieſcẽt.*

AMBROSIVS. Secundum literam ſignificat, permanſura manentibus ſecundum inſtitutionem domini & ſtatum ſuum incorrupta temporibus animalia, vel nemoroſa futura omnia. Nam cum corrumpuntur tempora, corrumpuntur etiam illa quæ temporibus ſuis quæque gignuntur. Si autem confuſio ſit temporum, quomodo poſſunt confuſione facta etiam ea quæ ſunt gignentia permanere? Ergo tempora ſunt quæ aut corrumpũt, aut ſeruant, prout ipſa ſui habuerint qualitatem. Ideoque annus ex contrariis ducitur, vere, autumno, æſtate, hyeme, ſicut harmonia cantilenæ, permixtis grauibus & acutis, videtur conſiſtere. Sic ergo & mundus iſte ex contrariis continetur, aëre & terra, igni & aqua. Noſtra quoque corpora, frigore & calore, humore & ſiccitate, quendam naturæ ordinem ſeruant. Nam ſi naturalis ordo ac menſura confunditur, tunc neceſſe eſt, ſequatur interitus. Ergo certum ordinem temporum, dominus remota confuſione diluuij, ad perſeuerantiam mũdi promittit futurũ.

CHRYSOSTOMVS. Immobilis (inquit) erit hæc ordinatio, terra nunquam deſinet ſuppeditare quæ homínum generi neceſſaria, neque ceſſabit proferre laborum & agriculturæ retributiones, neque anni partes aliis verſionibus mutabuntur, ſed & frigus & calor & æſtas & ver in anni circulo erunt. Quia per diluuij tempus fuit confuſio quædam totius iſtius ordinis. Et iuſtus ille in arca erat toto illo tempore, quaſi continua nocte. Neque nox neque dies ſuum relinquent curſum, ſed ad vſque ſeculi conſummationem, immotum illorum permanebit miniſterium.

RVPERTVS. Cunctis diebus terræ ſementis & cætera. Talis annus qualis hic extitit, vltra non erit, qui careat viciſſitudine temporum, qui totus procelloſis expendatur pluuiis, nulloq; modificetur beneficio caloris, aut temperamento hyemis, quo natura vſquam iaciatur ſementis & nulla colligatur meſſis, ſed erunt commodæ vices naturæ, nunc æſtu nunc frigore viciſſim terras aut ſata coquente. Nunquam ita confundetur naturæ vultus, aut ſitus mundi, cunctis diebus terræ, id eſt vſque ad conſummationem ſeculi.

INTERLINEARIS. Quin & nox & dies non requieſcent, hoc eſt, non ceſſabunt homini ſeruiendo.

CAIETANVS. Cunctis diebus terræ, & cætera. Hoc videtur dici ad differentiam futuri mundi, in quo non erunt amplius terræ dies, iuxta illud Apocalypſis decimo. Iurauit per viuentem in ſecula, quod tempus non erit vltra. Per has autem quatuor combinationes, vniuerſæ mutationes, tum temporum, tum vegetabilium ſignificantur. Nox ſiquidem & dies, relatiue ad corpora cœleſtia, calor & frigus, relatiue ad elementa, æſtas & hyems, relatiue ad mutationes temporum, ſemen & meſſis, relatiue ad vegetabilia tanguntur. Quæ omnia in anno diuiſa fuerunt.

AVCTOR CATE. Cunctis diebus, & cætera. Longe melius interpres quàm Septuaginta. Siquidem hi volunt frigus & æſtum, æſtatem & ver factura, vt nunquam nox & dies deficiant, cum tamen in vniuerſum pronunciarit deus, nunq; hyemem, æſtatem, & ver, diem ac noctem, defutura. Diluuij enim tempore, ea omnia erant confuſa. Erit (inquit) æſtas, vt poſſint fruges matureſcere, erit hyems, vt nutriantur, nunquã reliquus anni interrumpetur ordo. Quid certe ſibi velint Septuaginta, exploratum nequaquam habetur.

Quid enim

A Quid enim hyems atque æſtas ad diem, vel noctem efficiendam. Vertunt itaque σπέρμα καὶ θερισμὸς, ψύχος καὶ καῦμα, θέρος καὶ ἦαρ, ἡμέραν καὶ νύκτα οὐ καταπάυσουσιν, id eſt ſatio & meſſis, frigus & calor, æſtas & ver, diem & noctem non ſiſtent, ſeu requieſcent. In eo quoque inſignis diſcrepantia, cum enim חֹרֶף hóreph Hebraicè ſonet hyemem, ipſi hoc, ἦαρ, id eſt ver fecerunt. Chaldaica noſtræ æditioni concordat, imò clarius reddit verbum non requieſcent, pro quo habet, non ceſſabunt. Omnibus igitur diebus, quibus terra ſubſiſtit, non carebunt tempora certis ſuis vicibus. Erit enim tempus ſeminis ſole exiſtente in libra & ſcorpione, floritionis vel veris, in ariete, & tauro frigoris, in ſagittario & capricorno, caloris, in leone & virgine, æſtus, in geminis & cancro. Hyemis vero, cum ſol fuerit in aquario vel piſcibus. Sic enim Iudæi diſtinguunt in ſex tempora, floritionis, maturationis, caloris, ſeminationis, frigoris, & hyemis, quæ æque ſuo ordine current, ſicut dies poſt noctem, perpetua enim viciſſitudine ſeſe ſubſequentur.

CHRYSOSTOMVS. Vidiſti dignam conſolationem, quæ potuit iuſti mentem refocillare? Vidiſti qualem retributionem acceperit iuſti gratitudo? Sed miſſum hic facientes ſermonem, charitatem veſtram obſecramus, vt continuo beatum tantum in memoria veſtra geratis, & illius B virtutis pulchritudinem bene diſcatis, quo melius eum imitemini. Porro ſi & nos naturam noſtram ſic docere voluerimus, poterit ad naturæ imitationem & ipſa induci. Nam ſi ille qui in medio tot moleſtiarum iactatus, neque habens familiarem aliquem, in tantum virtutis faſtigium peruenitſſe inuentus eſt, quæ noſtra erit excuſatio, cum nec talia nobis ſint præpedimenta, & negligentes ſumus ad bona opera? Nolo enim mihi dicas ſolam illam quingentorum annorum vitam, quando ſubſannabatur & irridebatur, verſabatúrque in medio flagitioſorum, ſed & annum illum narra, quem totum in arca tranſegit, qui ſane mihi conferendus videtur toti tempori ſuperiori. Tantum ibi afflictionem ferre cogebatur iuſtus ille, in tanta exiſtens anguſtia, & neque auram recentem captare valens, & ferarum, brutorúmque conuictum ferens, qui & in omnibus mentem ſuam ſolidam declarabat, & voluntatem flecti neſciam, & fidem erga deum per quam facile & leuiter omnia ſuſtinebat.

C Atque idcirco quoniam quod ſuum erat, totum afferebat, & eorum quæ deus dat, abunde potitus eſt. Quanuis enim multam ferret in arca anguſtiam, attamen terribilem tempeſtatem, & communem omnium internecionem effugiebat. Et propterea poſt anguſtiam illam, & intolerabilem carcerem, ſecuritatem & quietem adeptus eſt, vna cum diuina benedictione. Et iterum ſuam gratitudinem operibus indicauit, & vbique inuenies primatum illum obtinere. Nam ſicut per ætatem primam, omnem virtutem ſectatus eſt, & à vitiis ſe alienauit, quibus qui tunc viuebant, infecti erant. Vnde neque pœnarum particeps fuit, & cum alij omnes ſuffocarentur, ipſe ſolus ſeruatus eſt. Ita quia fidem quoque habuit, & cum gratiarum actione ſuam in arca habitationem tulit, iterum diuina dona copioſe illi conceſſa ſunt. Et cum egreſſus ex arca, & in priſtinum ſtatum reſtitutus eſſet, ſtatim benedictionem conſequutus eſt, & iterum ſolitam præ ſe tulit gratitudinem, factáque gratiarum actione, etiam tunc maioribus beneficiis diuina gratia ipſum cumulauit. Mos enim diuinæ miſericordiæ eſt, vt ſi nos tenuia quædam & vilia obtulerimus, ſi tamen offerimus, multa liberalitate nos remuneret. Et vt diſcas quanta ſit humana te-

D nuitas, & quanta dei magnificentia. Nam ſi voluerimus offerre, quid amplius offerre poſſumus, quàm quantum verbis gratias referimus? Ea ſanè quæ ipſe exhibet, opere præſtat. Quàm imparia autem ſunt, verba & opera? Et dominus nullarum rerum indigus eſt, nullàque rerum noſtrarum eget quàm verbis, atque hanc ipſam in ſermonibus gratiarum actionem exigit, non quod ea ipſe opus habeat, ſed vt nos doceat gratos eſſe, & agnoſcere tantorum bonorum ſuppeditatorem. Et illam ob cauſam Paulus quoque ſcribens, dicebat, Grati eſtote. Nihil Coloſſ. 3. ſic requirit à nobis dominus, vt iſtuc ipſum. Proinde ne ſimus ingrati, neque dum operibus bonis occupamur, grauemur offerre domino verbis noſtris gratiarum actionem, redundat enim lucrum in nos. Quod ſi de primis grati fuerimus, cum eo quod maiora nanciſcimur, etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Igitur ſic & nos omnia noſtra faciamus, vt qualitercunque cadant, vnicum noſtrum opus ſit, continuo pro illis gratias agere. Hac enim ratione à brutis differimus, vt laudemus, celebremus, glorificemus iugiter dominum omnium conditorem. Ea propter & animam nobis inſpirauit, & linguam dedit, vt ſua in nos beneficia animis percipien-

E tes, dominum agnoſcamus. Nam ſi homines, cum quibus eadem eſt natura nobiſcum, paruum aliquando nobis beneficium præſtiterint, expectant à nobis gratitudinem, non ob noſtram gratitudinem perſe, ſed vt ipſi inde celebriores fiant, quanto magis id nobis faciendum in iis quæ à deo accepimus, qui hoc ſolum ob noſtram vtilitatem vult fieri? Iſta enim eſt clariſſima dei magnificatio, quando per innumeras linguas glorificationem offerimus. Nam qui virtute præditus eſt, facit vt omnes qui intuentur eum, dominum ſuum laudent, & glorificatio hæc, ei qui occaſionem præbuit, magnam & ineffabilem dei miſericordiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, ſi glorificaremus non ſolum noſtris linguis bonum deum, ſed & proximos quoque, vt noſtro nomine eum glorificent, incitaremus? Tantum enim virtutis robur eſt, vt innumeris linguis conditorem laudare queat.

ORDINARIA. Diximus ſecundum literam, dicamus modo ſecundum ſpiritum. Egreſſus eſt Noë & filij eius, & cætera, de arca, & per orationes ſanctorum, ac miniſterium angelorum electi egrediuntur de vita Myſticè. F præſenti, & transferuntur ad cœleſtia, iuxta illud, Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Lucæ. 16.

EVCHERIVS. Conſtructio autem altaris per Noë facta, ſanctæ trinitatis confeſſio intelligenda eſt, de qua dominus aſcendens ad cælum Apoſtolis tradidit, dicens, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & ſpirituſſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ præcepi vobis. Super hoc altare fidei ſumpſit ex omni pecore mundo, & ex omni aue munda, & obtulit hoſtias ſanctas, domino placentes, rationabile obſequium ſanctorum. Per pecus enim mundum illi ſignificati ſunt, qui ſimpliciter viuunt in eccleſia, ſenſúmque retinent innocentiæ, nec habent morſum malitiæ. Porro per auem mundam illi intelliguntur, qui in lege domini meditantur die ac nocte, qui poſſunt dicere cum Apoſtolo, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, non quod naturaliter mundi eſſent, in iniquitatibus concepti, & in delictis generati, ſed quod iam renati ex aqua & ſpiritu ſancto, recte mundi appellentur, & ſic poſtmodum ſuper altare fidei oblati ſint deo patri, mortificati carne, viuificati autem ſpiritu. Odoratúsque eſt dominus odorem ſuauitatis,

Mat. vltimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est, delectatus est, humani generis ad se conuersione, & salute credentium. RVPERTVS. Amplius G
autem, & in hoc mysterium domini nostri Iesu Christi præfulsit, qui egressus de illa synagogæ arca, in qua per
passionem suam mundi salutem acquisiuit, nouum altare, nouúmque sacrificij ritum instituit, & quod illic fer-
uatum est, hic in holocaustum deo patri tam per semetipsum, quàm per manus sacerdotum suorum offerre non
desinit. Ipsum denique corpus, quod illic in ligno pependit, ipsum sanguinem qui illic effusus est, cum honori-
fica gratiarum actione, illi offerimus, qui eum à morte saluauit. Præterea de cunctis animantibus mundis (mun-
da autem sunt omnia) quæcunque autem hactenus fuerunt immunda, illa suo sanguine mundauit, iuxta quod
Petro apostolo dictum est, Quæ deus purificauit tu ne commune dixeris. De cunctis ergo animantibus, id est ho
minibus, ille holocausta offert deo & patri, dum cum ipsius gratia facimus, quod nobis præcepit, vel obsecrat
nos ipse per Apostolum suum dicentem, Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra, ho-
stiam viuentem, sanctam, deo placentem. Sumúsque omnes hoc faciendo sacerdotes, sicut in Apocalypsi gra-
tias agentes, dicimus illi, Quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, & fecisti nos regnum deo H
nostro & sacerdotes. EVCHERIVS. Sequitur, Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines,
sensus enim & cogitatio & cætera. Nequaquam enim post resurrectionem dominabuntur corporibus vitia, at-
que peccata, neque corruptioni subiacebunt & morti corpora, quæ post resurrectionem ad gloriam immutata,
incorruptionem & immortalitatem sunt acceptura. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SV-
PER GENESIM. Deinde in eo quod iungit, quæ secundum largitatem bonitatis suę donat hominibus in-
dignis, videlicet cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, & cætera, forte testamenti noui indul-
gentia figurata est, & præterita vltio ad vetus pertinet testamentum, hoc est, illud ad legis seueritatem, hoc ad
gratiæ bonitatem.

Act. 10. Roma. 12. Apoca. 5.

IN CAPVT GENESEOS NONVM ARGVMENTVM.

Benedicitur Noe. Confirmatio coniugij. Concessio ciborum. Ius gladij. Pactum dei cum Noe, nunquam futurum diluuium. Iris. Noe agricola inebriatur. Maledicitur Cham.

CAPVT IX.

1 BEnedixitque deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terræ & super omnes uolucres K
cœli, cum uniuersis quæ mouentur super terram. Omnes pisces maris manu uestræ traditi
sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum. Quasi olera uirentia tradidi uo-
bis omnia, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.

Lectio pri. *Benedixitque deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini, & replete terram.* RVPERTVS. Hic iam secundo istis creaturæ reliquiis deus benedixit. Nam & pauloante benedixerat eis, dicens, Ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam. Bene & fideliter. AVCTOR CATENAE. Bene-dicere quid hic sit, statim exprimit, Fœcundos reddere, proliq; gignendæ idoneos præstare, alioqui libidinari, cū-cupiscentiisq; seruire, non est crescere, sed prolem impedire. Non autem pro voto nostro filij gignuntur, sed gra-tia dei. Voluit autem eo tempore deus terram implere hominibus, quos omnes nutrire posset, & gloriosum habe- L
ret omnibus sufficere ad omnia, propter quod Saddai dicitur, omnipotens, & omnibus sufficiens. Quia vero his
totus replendus erat mundus, ne forte dum se solos conspicerent, quomodo tam pauci orbem replere possent,
dubitarent, ideo vt maiorem futuræ rei credulitatem promoueat, multiplicationis eis secundo largitur benedi-
ctionem, nec bis tantum hoc facit deus, sed & tertio quoque, vt paulo inferius patebit, iuxta illud, quod in hoc
eodem libro dicitur, Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est,
eo quod fiat sermo dei, & velocius impleatur. *Et terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terræ & super omnes uolucres cœli, cum uniuersis quæ mouentur super terram.* AMBROSIVS DE NOE ET ARCA. Hæc præ-
rogatiua potestatis in cæteris animalibus videtur hominibus attributa & in superioribus partibus, scilicet eo lo-
co vbi dixit, quod deus hominem fecit, masculum & fœminā fecit eos, & benedixit eis, dicens, Crescite & mul-
tiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & potestatem habete super pisces maris, & volatilia, & bestias M
terræ, & reptilia. Quod ego admonui, vt intelligas geminam hominis generationem expressam, vnam secundū
imaginem dei, alteram secundum figmentum de luto terræ. Denique illa creatio hominis de luto terræ, videtur
esse facta post mundum. Postquam requieuit deus ab operibus suis. Sero quodam modo terrenæ statuæ figmen-
tum gignitur. Non erat pluuia super terram, nec homo terram operabatur. Tunc de limo terræ finxit deus
hominem, & insufflauit in faciem eius spiritum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Ille autem
sexto die quasi perfecto numero, quo omnia conclusa sunt opera dei, quasi perfecta operatione constitutus
homo secundum imaginem dei est, & cui etiam iste comparatur, qui in diluuio iustus inuentus est. Et ideo
supra terrena omnia eum constituit deus, sicut & illum ad imaginem dei factum, quia vtrunque à vitiis ter-
renis temperabat. Ille qui ita generatus est, vt nihil terreno deberet contagio, iste qui in periculis fuerat ap-
probatus, & examinatus in passionibus, & repertus quod in confusione non fuisset obnoxius passioni.

CHRYSOSTOMVS.

A CHRYSOSTOMVS. Dignum ergo vt hic admiremur excellentem domini dignitatem. Vide enim quomo
do iustus ille iterum hic eandem benedictionem consequitur, quàm olim Adam, & ablatam reuocat originem
virtute sua, imo ineffabilis domini misericordia. GREGORIVS VIGESIMO PRIMO MORALIVM. Cap. 11.
Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata æqualitas conditionis. Omnes nanque homines natu-
ra æquales sumus, sed accidit dispensatorio ordine, vt quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc à mente depri-
mimus quod temporaliter accessit, inuenimus citius quod naturaliter sumus. Plerunque enim se animo accepta
potestas obiicit, eumque tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humillimæ considerationis deprimendus est
tumor elationis. Si enim apud semetipsam mens descendit de vertice culminis, citius planitiem inuenit natura-
lis æqualitatis. Nam (vt præfati sumus) omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine,
alios aliis dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex vitio, recte est diuinis iudiciis ordi-
B nata, vt quia omnis homo iter vitæ æque non graditur, alter ab altero regatur. Sancti autem viri cum præsunt, nō
in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prodesse.
Sciunt enim quod antiqui patres nostri, non tam reges hominum, quàm pastores pecorum fuisse memorantur.
Et cum Noë dominus, filiisque eius diceret, Crescite & multiplicamini, & implete terram, subdidit, Et terror ve-
ster ac tremor sit super cuncta animalia terræ. Non enim (ait) sit super homines qui futuri sunt, sed sit super cun-
cta animalia terræ. Homo quippe animalibus irrationabilibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus est,
& idcirco ei dicitur, vt ab animalibus & non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æquali
velle timeri. Quanuis plerunque à subditis etiam sancti viri timeri appetant, sed quando ab eisdem subditis de-
um minime timeri deprehendunt, vt humana saltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formi-
dant. Nequaquam ergo præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt, in quo non suam gloriam, sed subditorū in-
stitiam quærunt. In eo enim quod metum sibi à peruersę viuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed brutis ani
malibus dominantur, quasi videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea etiam debent formidini iacere sub-
C strati. Cum verò deest vitium quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gau-
dent, & non solum ab eis metui, sed etiam plusquàm necesse est honorari refugiunt. Neque enim leue se perpeti
damnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris æstimentur. Hinc est enim quod primus
pastor ecclesiæ, cum adorante se Cornelio, super se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis Act. 10.
suæ citius recurrit, dicens: Surge, & ipse ego homo sum. Quis enim nesciat, quod conditori suo homo debeat, &
non homini prosterni? Quia ergo humiliari sibi plusquàm debuit proximum vidit, ne vltra humanitatis metas
mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret ex considerata
equalitate conditionis. ORDINARIA. Homo autem in terrorem cæteris animalibus præponitur, in sola-
tium transactæ vindictæ, & ne pauci homines à pluribus bestiis opprimantur, & sciant se irrationabilibus, sed nō
rationabilibus dominari. RVPERTVS. Porro hæc homini potestas super cuncta animantia, nunc iure ac-
D creuit. Nam & tunc propter hominem condita, & nunc propter hominem reseruata, duplici ex causa, hoc ipsum
homini debent, quod sunt. CAIETANVS. Et terror vester ac tremor. In Hebræo habetur, vestri: Est enim
sermo de tremore animalium causato ex actiuo terrore ab hominibus. Vide autem differentiam. In principio
quando creatus est homo, datus est homini dominatus animalium, modo datur ei territatio animalium, ad insi-
nuandum, quod in statu innocentiæ fuisset dominium pacificum, modo autem dominiū terribile. AVCTOR
CATE. Et terror vester, & cætera. Sic (inquit) bestias, aues & animalia quæque subiicio vobis, ne vfolentia sui
& robore noceant vobis, sed timeant, & ad fugam paratiora sint, quàm ad inuasionem. Et vere ita est, quoniam
irrationabilia naturaliter homines, humanámque faciem metuunt. Et raro aut nunquam nisi prouocata, aut fa-
me impulsa inuaderent hominem. Sed dicis mihi, si natura omnes homines æqualiter genuit, vnde ergo vnius
hominis super alium dominium ductum est? Respondetur, quod duplex est dominium. Vnum, quæcunque præ-
latio, superioritas, aut præsidentia, quibus etiam is dominari asseritur, qui alios ad vtilitatem ipsorum, vel ad bo-
num commune dirigit, & tale dominium etiam in statu innocentiæ ex ordinatione diuina ad subditorum pro-
E fectum fuisset. Nam socialis vita cuiusmodi hominis est, conuenienter duci non potest, nisi aliquis sit præsidens,
qui ad omnium commune bonum respiciat. Alterum dominium, prout repugnat seu opponitur libertati eius, cui
quis dominatur, accipitur, sicque qui seruum habet, dominus appellatur, & hoc dominio aliquis subiectis impe-
rat, non ad illorum vtilitatem, sed ad proprium commodum, & huiusmodi in statu innocentiæ non fuisset, sed
fuit postmodum ob culpam peccati ex iusta dei dispensatione inductum, vt (sicut prædictum est) humana formi-
dine peccata metuerent, qui diuina iudicia non formidabant. *Omnes pisces maris manui uestræ traditi sint.* ORDI
NARIA. Id est potestati. HVGO DE SANCTO VICTORE. Vt vel arte vel vi eos capere valea-
tis, & vesci eisdem. Quod autem interdum beluæ quædam marinæ euertant naues, & deuorent homines, conse-
cutum est ex peccato, nam pisces & cætera bruta non sunt ita perfecte subiecta potestati humanæ in statu naturæ
corruptæ, sicut fuerunt in statu innocentiæ. AVCTOR CATE. Omnes Pisces maris, & cætera. In manum
F (ait) vestram data sunt omnia animalia, vnà cum piscibus maris, ad laborem, solatium, obedientiam, & cibum,
sine exceptione generis. Fidelibus enim omnia munda sunt, necessitatibus eorum omnia seruiunt, si non ad ci-
bum, saltem ad remedium. *Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum.* CHRYSOSTOMVS. Hic est
initium edendarum carnium, non vt nos ad ventris ingluuiem paret & instruat, sed quia ex ipsis erat Noë sacri-
ficaturus, & deo gratias acturus, vt ne videamur quasi ab execratis abstinere, idcirco edendi facultatem concedit
& valde securos reddit. Quasi olera herbarum dedi vobis omnia, paulopost inquiens. THEODORETVS.
Deus post diluuium carnium vescendarum legem statuit, omnium scilicet animalium, tam volatilium, quàm re
pentium, ac natatilium, vt morbo morbum expelleret, & minori maius sanaret. Præuidens enim deus talia apud
extremæ ignorantiæ homines, in deorum numero atque honore quandóque habenda, eorum escam concedit, vt
impietatem è medio tollat. Extremæ nanque dementiæ est, adorare quod comedas, ideóque alia immunda, alia
munda animantia appellat, vt immunda agnoscentes, non adorent, mundis verò vescantur. Idque vtiliter statu-
tum fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum fuisse facile colliget, qui etiam post Christi gratiam nonnullas gentes animantia quædam sibi pro diis fecisse considerauerit. RABANVS. Sed & esus carnium concessus videtur post diluuium, propter infœcunditatem terræ, & hominis fragilitatem. RVPERTVS. Protoplastis dictum est solummodo sic, Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, erunt vobis in cibum, sed hic additum ex largitate dei dicentis, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Attamen fœlici adhuc, & infirmitatis experti homini, tenuis ille victus sufficientior extitit, quàm infirmo nunc, & moribundo carnium esus esse possit. Igitur & si antehac absque vlla dei præcipientis auctoritate, hæc homo in cibum præsumpsit, iam ex hoc nunc ante legem, & deinde per legem potestate accepta, iure sibi vendicat eadem in esum, vt is potius contra dei faciat imperium, 1.ad Ti.4. qui prohibere tentauerit, testante Apostolo, cum de quibusdam dicit, Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinentium à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Omnia (inquit) tradidi vobis, & omne quod mouetur in terra, & viuit, erit vobis in cibum. Nullam hic mundorum & immũdorum distinctionem feciſſe videretur, nisi supra iam dixisset, quia tollens Noë de cunctis volucribus mundis, obtulit holocaustum super altare. Sed & in loco suo hic idem Moyses, de huiusmodi legem daturus est discretionis. Itaque in carnibus manducandis nulla iniustitia est, imo in non manducandis, nisi pro voto religioso fiat, superstitio est iniusta. HVGO DE SANCTO VICTORE. Non est autem hoc absolute intelligendum de omni animato, ac mobili ex se ipso. Non enim venenosa & alia quędam turpissima data sunt homini ad edendum, sed intelligendum est de vniuersis animalibus humano esui aptis. CAIETANVS. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Necessitas explicatur vescẽdi carnibus, hoc est, quod ante diluuium poterat quidam homo vesci carnibus ex naturali dominio, sed non indigebat alimento carnium. Post diluuium verò indiguit alimento carnium, tum ex parte terræ, quæ ob aquas diluuij reddita est minoris roboris ad productionem vegetabilium, tum ex parte hominum, quos debiliores post diluuium fuisse minor eorum ætas testatur. AVCTOR CATENAE. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Reptile hoc loco, omne animal quod viuit anima sensitiua, præter hominem intelligitur, omne scilicet animal, quod edi po- Vbi supra. test ab homine, in cibum nunc datur, vt nihil vobis immundum sit, nisi quod non sanum, sicut datæ sunt herbæ primo homini. Vnde & subditur. *Quasi olera uirentia tradidi uobis omnia.* AMBROSIVS. Quid est quod ait, Sicut olera pabuli dedi vobis omnia? In quo & hi qui simpliciter intelligunt, vt non expendant sermonis examẽ, non nobis videntur esse contrarij. Sunt enim qui putant vt olera ad escam nobis dei nutu attributa videãtur, quo his magis quàm carnalibus epulis vti debeamus. Ego autem libenter his acquiescerem, vt generi hominum ad parsimoniam & temperantiam olerum vsus inoleſceret, nisi viderem ab his qui non libenter accipiunt, posse referri mihi, quia non omnia olera esse homini inueniantur accommoda. Deinde quia non omne hominum genus sapientiæ & continentiæ amore ducitur, vt continentiam sequi possit. Et ideo quod generale præceptum est, ad portiunculam paucorum hominum deriuare nõ possumus. Omnibus enim hominibus hoc præceptũ datur. Ideoque consideremus quid dixerit. Sicut olera (inquit) pabuli dedi vobis omnia, non olera omnia dedi vobis ad escam. Vtantur igitur qui vtuntur carne tanquam oleribus, non ad distensionem, non ad aruinam corporis, quam epulæ carnis facere consueuerunt. Sed quemadmodum & olera non omnia ad escæ vsum habilia sunt, ita etiam non omne viuum reptile accommodum ad vsum epulandi. Siquidem ab omnibus venenatis debemus abstinere, licet huc quoque processerit luxuria, vt magis delectationi cõsulat quam periculo, & in plerisque resecto quod dicitur venenatum, naturaliter inesse, reliquam partem ad cibum vendicet, quæ etsi non plena periculi, tamen vicina periculo est, & corruptela aliqua necesse est in totius succum se carnis infuderit. Plerique etiam sagittis venenatis transfigunt ceruos, & huiusmodi velocia animalia, & postea resecta quadam parte membrorum, reliquo corpore ad cibum vtuntur. CAIETANVS. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Hoc est, sicut olim tradidi vobis vegetabilia pro alimento necessario, ita modo tradidi vobis omnia animalia. Et dicendo omnia, aperte significat nullum animal esse immundum relatiue ad cibum humanum. Ex lege enim Moysi prodiit postmodum huiusmodi immundicia. *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* CHRYSOSTOMVS. Attende eandem regulam, quæ aliter seruanda tamen. Nam vt protoplasto dictum est, postquam ei traditum est dominium super omnia, vt frui possit omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantum ab vnico ligno, ita & hic post benedictionem, & postquam terribilis factus est bestiis, & sub manus eius venerũt aues, & volatilia (inquit) Omne reptile viuens vobis erit in cibum, vt olera herbarum vobis dedi omnia. Dein sicut de Adam dictum est, vt de vno ligno ex omnibus non ederet, ita hic (secundum nostra exemplaria) dictum est, cum illi omnia valde licenter permissa sunt, veruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Quid est caro in sanguine animæ hoc est, suffocatum. Bruti enim anima sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi doceret illos, dicens: Quia sanguis mihi segregatus est, vobis caro. Hoc autem facit ideo, vt primis illis temporibus comprimat illorum impetum & propensionem in homicidia. Et quod hoc sit verum, quia per hoc eos magis pios facere voluerit, audies quæ sequuntur. THEODORETVS. Carnem cum sanguine edi prohibet, quia sanguis animæ loco, animantibus datus est. Qui ergo sanguine vescitur, animantis anima vesci videtur. ORDINARIA. Et quia sedes animæ in sanguine est. EVCHERIVS. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Morticinum ad escam hominum vsui non admisit, eo quod non occisorum, sed mortuorum animaliũ, morbida caro est, nec apta ad salutem corporis, cuius causa sumimus alimentum. Quod & in Actibus Apostolorum præceptum ab Apostolis gentibus est impositum, vt abstinerent gentes tantum à fornicatione, & ab immolatis, & à sanguine, id est non ederent carnem, cuius sanguis non esset effusus, quod alij non sic intelligunt, sed vt ne quis homicidio se contaminet. RVPERTVS. Bona ergo & honesta exceptio dicentis, excepto quod carnem cum sanguine, id est nisi prius effuso sanguine non comedetis. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,

habetur, solum carnem in anima eius (sanguine eius) non comedetis. Naturalis modus comedendi carnes definitur. Ac si apertius dictum fuisset, comedatis carnes quocunque modo vultis, hoc duntaxat modo excepto, quod carnem viuam animalium habentium sanguinem non comedetis. Ferinus est siquidem iste modus comedendi carnes, non humanus. AVCTOR CATE. Locus iste sic habetur in Hebraico אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָּמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ Ach basar benaphso damo lothochelu, id est excepto quod carnem in anima sua, in sanguine suo, non comedetis. Chaldaica, veruntamen carnem cum anima sua, sanguinéque suo, non comedetis. Ex quibus verbis quanquam aliquid detraxerit interpres, eadem tamen innuit, quæ & Hebraica veritas. Scire igitur operæprecium est, Hebraicæ linguæ proprium, ac quasi peculiare esse, vti frequẽter eo schemate, quæ appositio vocatur. Sæpéque idem permulta nomina inferunt, nulla interposita copula, quemadmodum supra de ramo oliuæ dictum est. Deinde & illud non ignorare oportet, animam apud eos frequenter eam vitam significare, quæ sanguine & halitu continetur & quod à philosophis spiritus appellatur. Hoc ergo innuit interpres, quanquam verba ipsa non ad amussim vertat. Quod enim Hebraica veritas ait, Excepto quod carnem cum anima sua, sanguine suo, non comedetis, idem est cum eo quod vertit interpres, Alterum enim per alterum exprimitur. Siquidem idem est anima & sanguis in ea lingua. Posuit itaque alterum interpres, ratus quod & verum fuerat, vtráque nomina, tam animam quàm sanguinem, idem pollere. Qui ergo diceret, Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis, idem innueret cũ eo, qui verteret, Carnem cum anima non comedetis. Septuaginta quoque eadem sentiunt, licet paulo secius locũ hunc reddiderint, πλὴν κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε, Veruntamen carnes in sanguine animæ non comedetis. Quanquam explicatu arduum est, quid proprie præcipiatur Hebræis hic. An, ne carnem comederent cum sanguine, hoc est, animantem ipsam viuam, & cuius adhuc membra palpitarent, propterea quod cuiuscunque animantis anima sanguine continetur, id enim esset immane facinus, etiam ipsas animantes quibus nullum ius nobiscũ intercedit, vnà cum ipsarum anima deuorare more gentium quarundam. Sed quis vsque adeo atrox sit, qui istuc faceret, vel sola humana politia eruditus? Quidam carnem adhuc recentem, & non satis coctam, hoc est, semicoctam, prohiberi in esum dicunt. Alij, ne bestiæ suffocatæ, aut quarum sanguis effusus prius non esset, comederentur, quod & Iudæi hodie sequuntur, vel etiam ne sanguis per se sumptus, etiam coctus ederetur, quod & in lege præcipitur. Abominantur quoque vbique Iudæi, carnes cum sanguine comedere, vt Regum primo de Saüle, Commeditque populus cum sanguine, & paulo infra, Nunciauerunt autem Sauli dicẽtes, Quod populus peccasset domino, comedens cum sanguine. Sed quia ad polluendum hominem nihil agit sanguis, eodemque modo pij esse possunt, tam quia sanguine sibi temperant, quàm qui ex eo vescuntur, videtur magis hoc mandato omnis crudelitas hominibus interdicta, eatenus vt eam nec in bestia velit deus inultam, multominus in proximo. Nam si crudeles simus in bestias, & subinde hanc crudelitatem in hominem perpetrabimus. Sed dicamus & aliter. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis, recte videlicet sapientissimus dominus etiam ante legem scriptam, voluit homini imponere præceptum aliquod, etiam facillimum & minimum, per quod ad obedietiam exercere-tur, seque deo subditum protestaretur, quod dum inuiolabiliter obseruaret, cumulatiori præmio, & amplioribus beneficiis se dignum apud dominum suum exhiberet.

Mystice. EVCHERIVS. Dicamus & mystice. Quis nesciat Noë, & eius filios significasse dominum Iesum Christum & suos prædicatores, qui à deo patre benedictionem perceperunt in cœlestibus in omni benedictione spirituali? Qui tunc iussi sunt crescere & multiplicari, quando veluti de arca egressi, de Hierusalem & Iudæa dispersi, quasi terram ingredi præcepti sunt, dum euntes in mundum, iussi sunt prædicare euangelium omni creaturæ, & tunc spiritaliter creuerunt in filiis, sanctis videlicet discipulis, & copiosa multitudine cæterorum fidelium, & terror ac tremor eorum fuit super cuncta animalia terræ, gentes scilicet, quæ more irrationabilium pecorum vel animalium versabantur in mundo, & super omnes volucres cœli, sapientes vtique mundi, qui more auium dum de creaturis vel elementis cœli & terræ disputare nitebantur, quasi aues in cœlum volare videbantur. Tunc etiam pisces maris manui illorum traditi sunt, quando curiosi quique, & actiones seculi sectantes, & qui infirmos quosque & pusillos qui se defendere non valebant, dum expoliabant, quasi more piscium eos deuorabant, sed postea ad prædicationem Apostolorum, qui dudum aliena rapiebant, cœperunt etiam propria largiri. Impletúmque est illud quod antea propheta ex eorum persona cecinit, dicens, Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in escam, quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Id est vt eum qui ex circuncisione est, ita & qui ex gentibus, pari modo ad fidem recipietur, sicut Petro dictum est, Surge Petre macta & manduca. Quunque ille renuendo diceret, non se aliquando manducasse commune & immundum, dictum est illi, Quæ deus purificauit, tu ne commune dixeris, id est quos deus gratuita miseratione ex vasis iræ vasa misericordiæ per spiritum sanctificationis remittendo præterita peccata fecit, tu noli velut immundos renuere. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis, id est cum vita pristina quasi in conscietia suffocata eos ad fidem recipere non debetis, sed ipsi more aquæ per confessionem in conspectu domini peccatum suum effundere, aut certe in terra abscondere, hoc est, in sua carne ex qua ortum est, mortificare debent.

Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis. 2
De manu uiri & fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.

Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis. CHRYSOSTOMVS. 2 Quid ergo? Anima ne hominis sanguis est? Non hoc dicit, absit, sed humana consuetudine vsus est, quasi quis dicat alicui, sanguinem tuum porto in manibus meis, hoc est, potestatem habeo interficiendi te. Nam quod anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.10. anima hominis non sit sanguis, audi dicentem, Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animam enim occidere G
non poterunt. THEODORETVS. Resurrectionem humanorum corporum signat, quia etiam à bestiis
consumpta corpora, congregabit deus, & diligenter vbicunque sint requiret. RVPERTVS. Quare autem
carnem cum sanguine non comedetis? Sanguinem enim (inquit) animarum vestrarum requiram. Mira argumé-
tatio, nec vana tamen, sed grauissima, qua cum proposuisset de sanguine pecorum, carnem (inquiens) cum san-
guine non comedetis, rationem cõtinue subiungit de sanguine hominis. Valet enim ad augẽdam extimationem
Leuit.17. sanguinis humani, vt videlicet non leue quis arbitretur sanguinem hominis intus in conscientia ponere, cum
sanguinem pecudis non sibi liceat in os forinsecus immittere. Idcirco & per legem denuo mandauit, vt quando
Deute.12. locus sanctuarij procul esset, funderetur in terram victimarum sanguis, earum scilicet, quas in proprios esus præ-
1.Reg.14. parabant, quando verò sanctuarium præsens esset, funderetur in altari, sicut est in libro Deuteronomij, Sanguiné
hostiarum tuarum fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. Hinc est illud in libro Regum, & versus ad prę- H
dam, tulit oues & boues & vitulos, & mactauerunt in terra, comeditque populus cum sanguine. Et ait Saül, Prę
ricati estis, & cætera. Si ergo præuaricatio est brutum sanguinem ad os mittere, quanto magis abominatum esse
debet homini, veras mũditias profitenti, sanguinem hominis in conscientia recondere? Igitur vt ex comparatio-
ne minoris claresceret, quanti sit reatus peccatum homicidij, recte cum dixisset, carnem cum sanguine non come
detis, statim subiunxit, sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarũ, & de ma-
nu hominis. Sed quomodo de manu bestiarum requirit deus sanguinem hominis? Nam quod de manu hominis
requirat, dubium non est, sed de manu bestiæ (verbi gratia) lupi forte hominem iugulantis, quomodo sanguinem
hominis requirit? Ergo vel hoc intelligendum, quod ipsæ bestiæ persæpe ab hominibus captæ pœnas exoluunt, vel I
(quod rationabilius videtur) nomine bestiarum, maligni spiritus intelligendi sunt, qui pro morte animarum ho
minum, æternum accepturi sunt iudicium. ORDINARIA. Vel de manu omnium bestiarum, id est fortiũ
hominum. CAIETANVS. Hæc litera longe aliter est iuxta Hebræum, videlicet, Et solum sanguinem ve-
strum ad animas vestras requiram. Non redditur ratio prioris dicti, sed priori moderamini adiungitur alterum
moderamen, similiter per modum exceptionis. Ac si apertuis dictum fuisset, Et si dedi vobis tanquam herbas vi-
rides omne quod viuit, declaro quod solum hominem excipio à materia alimenti. Iniustum enim esse censet, vt
homo sit alimentum siue homini, siue cuiquam alij animali, & hoc significatur in genere, dicendo, & solum san-
guinem vestrum qui est ad animas vestras seruandas, hoc est, ad vitas vestras seruandas requiram, tanquam iniu
ste ablatum. De manu cunctarum bestiarum requiram eum. Quod dixerat in genere, explicat in specie, descen-
dendo primum ad irrationalia, deinde ad homines promiscue, & demum ad proximos. Quod autem dicit deum
requisiturum humanum sanguinem de manu omnis bestiæ, non significat quòd deus vocaturus sit in ius bestias
occidentes homines, sed quod huiusmodi occisio est naturaliter iniusta, quoniam homo non est naturale ali- K
mentum cuiuscúmque bestiæ. Ac si apertius dixisset, non ex ordine naturali à me statuto prouenit, quod bestiæ
occidant homines ad comedendum eos. Præternaturale est enim hoc, non decretum, sed permissum à me, vtpo-
te naturaliter malum, propterea enim significatur vt requirendum. AVCTOR CATE. Sanguinem enim
animarum vestrarum, & cætera. Permisi (inquit) vobis vt bestias edere possitis, sed nõ illis concedo vt vos deuo-
rent, sed vestrum sanguinem in illis vlciscar, quasi dicere velit, multo magis requiram sanguinem humanum ab
homine effusum temere & sine iudicio. Docti Hebræorum hunc locum dilucide valde in hunc modum inter-
pretantur. Ob id quod vobis concessi esum carnium animalium, non debetis esse crudeles in bestias ipsas, vt co-
tidiè, ne quis aliquem conducat, qui nomine eius hunc vel illum occidat, aut nequis per se ipsum aliquem interfi-
ciat, alioquin de manu cuiuslibet hominis requiram animam hominis. Et profectò huic sensui valde fauet He- L
braica litera, quæ est huiusmodi, וְאַךְ אֶת דִּמְכֶם לְנַפְשֹׁתֵיכֶם אֶדְרֹשׁ מִיַּד כָּל חַיָּה אֶדְרְשֶׁנּוּ וּמִיַּד הָאָדָם
lenaphsothechem edros, miiad cal haia edreſennu, vmiiad haadam, quod ita reddi potest, & alioquin seu etenim
sanguinem vestrum de animabus vestris requiram, de manu cuncti animalis requiram eum, & de manu homi-
nis, vt sic singula hæc præmissis singulis aptissime reddantur. *De manu uiri & fratris eius requiram animam hominis.*
AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS IN GENESIM. Et quid est (secundum aliam litera)
de manu fratris hominis exquiram animam hominis? An omnem hominem, fratrem omnis hominis intelligi
voluit, secundum cognationem ex vno ductam? AMBROSIVS. An non frater est, quem rationabilis na-
turæ quidam vterus effudit, & eiusdem matris nobis generatio copulauit? Eadem enim natura omnium mater
est hominum, & ideo fratres sumus omnes, vna atque eadem matre generati, cognationisque eodem iure deuin
cti. Ideoque & dominus fratrem appellauit & eum, à quo sanguis fratris exquiritur, significans magis ab his peri-
culum pertimescendum, qui fraterno sibi iure sociantur. Hinc etenim insidiæ, hinc pericula frequentiora homini
bus comparantur. Et vt specialia comprehendamus, fratribus specialius in hæreditatis diuisione frequenter odia M
succrescunt. Deinde si fratri amplius collatum fuerit à parentibus, fratres alij indignantur magis, & gratiam à pa
rentibus collatam parricidio auferre conantur. Ista magis bella suspecta, bella non sibi tantum, sed singularum
domorum. Illos ergo dominus ad vltionis iudicium comprehendit, quos magis insidiaturos sibi esse cognouit.
Tertium est quod in eo fratrem dixit, nõ quo dignus pietatis nomine parricida sit, sed quo magis pietatis graue-
tur vocabulo, atque inde fiat sceleris incrementum, quo iustior sit vindicta scelesti. Ergo dominus deus noster vl
tionem promittit, vt vel sic frangatur metu, qui pietatis est oblitus. Vt sciat quod etiam si homines effugiat homi
cida, dei tamen iudicium non possit euadere, sed maiori & æterno supplicio reseruetur. RVPERTVS. Vel
secundum alia exemplaria. De manu viri, & de manu fratris eius requiram animã hominis. De manu viri quan-
tumuis extranei, & de manu fratris eius, sicut sanguinem Abel requisiuit de manu Cain, propter quem maxime

(vt non-

A (vt nonnulli perhibent) diluuium mundo induxit. CAIETANVS. Non interiacet coniunctio inter dictio-
nem viri & dictionem fratris. Meminit ergo in specie viri fratris, quia frequentius homicidia patrantur inter cõ
municantes, Persæ enim non occiduntur ab Hispanis, aut è conuerso. AVCTOR CATE. Aduertenda au
tem est Hebraici sermonis proprietas, vir enim in ea lingua vnunquenque significat. Ideo quod hic vertit inter-
pres, de manu viri, dicendum fuerat de manu cuiusque. Frater quoque in eodem idiomate, tam is appellatur, qui
ex eisdem parentibus sit ortus, quàm omnes alij, qui & à nobis & Græcis proximi vocari solent. Frater ergo hoc
loco proximum sonat. Itaque dicendum est, De manu vniuscuiusque proximi requiram animam hominis. Ac si
aperte dicat, à quocunque perpetratum fuerit iniustum homicidium, ego dominus vindicabo illud. Chaldaica
hoc in loco plura verba habet, videlicet de manu viri qui effuderit sanguinem fratris sui, requiram animam ho-
minis. Deinde adhuc deus in maiorem homicidij detestationem inculcat. *Quicunque effuderit humanum sangui-*
nem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo. HILARIVS QVARTO DE TRINITATE.
B Vel secundum veriorem literam, Quia ad imaginem dei fecit hominem. Etiam hic distinguitur exemplum, opus
& operans. Deus testatur se ad imaginem dei hominem fecisse. Cum faciendus homo est, quia neque de se, neque
ad se loquebatur, dixit ad imaginem nostram. Cum autem factus homo est, fecit deus hominem ad imaginem
dei. Non ignorauit vtique verbi proprietatem, si sibi ipse loqueretur, vt diceret: Feci ad imaginem meam. Dixerat
enim iam ad demonstrandam naturæ vnitatem, faciamus ad nostram. Neque rursum confundit de solitario ac
non solitario intelligentiam, cum hominem deus faciens, ad imaginem dei fecerit. AMBROSIVS. Fami-
liarem quandam & domesticam deo demonstrat hominis esse naturam, id est rationabilis hominis, secundum
quod ad imaginem dei creati sumus, eaque causa inultum non esse apud deum, quod in domesticum animal sibi
videat crudeliter & impie esse commissum. Causa ergo vindictæ additæ facit, vt primum excludamus Philoso-
phorum quorundam opiniones, qui negant deum habere curam super homines. Deinde scientes prærogatiuam
C nostræ vltionis apud deum manere, neque in alios committamus quod diuino iudicio vindicandum sit, neque
mortem ipsi vehementius pertimescamus, cum sciamus necati hominis innocentis apud deum nullum esse con-
temptum. CHRYSOSTOMVS. Cogita obsecro, quantus hic terror verbo adstructus est. Et si quod eius-
dem naturæ est, inquit, non te auocat, neque à tam peruerso conatu repellit naturæ communio, sed & si totus im-
pie flagitiosus fraternum fœdus & compassionem non agnoscis, cogita quod ad imaginem dei formatus est, &
quantis eum deus dignatus sit prærogatiuis, & quod omni creaturæ perfectus sit, & quiescs à mala voluntate.
Quid ergo, si innumeras quis patrauerit cædes, & tantum sanguinis effundat, quomodo dignam dabit pœnam
sanguinis effusi? Non hoc considera homo, sed tale non multo post accipiet corpus incorruptibile, quod poterit
continuam & æternam pœnam ferre. Illud item considera, quàm diligenter præceptum sit. Nam de homine (in- F
quit) Ne effundas sanguinem, de brutis autem non dixit, ne effundas, sed, veruntamen carnem in sanguine ani-
mæ ne comedatis. Illic dicit, Ne effundas, hic ne comedas. Vides quàm nihil molestum habeant eius leges? quo-
D modo leuia & facilia mandata? quomodo nihil graue, neque onerosum requirit à nostra natura? Dicunt aliqui,
brutorum sanguinem, grauem, terrestrem, & multarum ægritudinum causam, si comedatur. At nos propter præ-
dictum sermonem magis pie philosophicum, & domini mandatum id obseruare debemus. RVPERTVS.
Quicunque fuderit humanum sanguinem, & cætera, quia omnis homicida punietur, subauditur, nisi pœnitẽtiam
egerit. Hæc enim subauditio necessaria est in eiusmodi diuinis sententiis, vt verbi gratia, anima quæ peccauerit,
ipsa morietur, & similia. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Effundens sanguinem hominis in ho-
minem, sanguis eius effundetur. Dixerat se requisiturum vitam hominis de manu cuiuslibet occidentis eum, mo
do apponit pœnam homicidæ, & est pœna talionis. Et dicit in hominem, tum ad excludendum irrationalia ani-
malia ab hac pœnali lege. Quam exclusionem oportebat fieri, eo quod communiter præmiserat se requisiturum
vitam hominis de manu bestiæ, & hominis. Excluduntur autem irrationalia, ex eo, quod non occidunt homi-
nem in hominem, hoc est, ad iniuriandum homini. Tum ad excludendum occisionem hominis ab hominibus
E iustis iudicibus, tales enim non occidunt hominem in hominem, sed in vindictam criminum, sed pro communi
bono. Nisi enim adiunctum fuisset in hominem, pœna hæc secundum verba extenderet se etiam ad iustos iudi-
ces. Intellige autem pœnam talionis decretam homicidæ secundum meritum, hoc est, decernitur, quod homicida
meretur occidi ab ipso deo, & à vice dei gerentibus hominibus iudicibus. AVCTOR CATE. Quicunque
effuderit, & cætera. Hebraica litera huiusmodi est, שֹׁפֵךְ דַּם הָאָדָם בָּאָדָם דָּמוֹ יִשָּׁפֵךְ Sophech dam haadam baadam,
damo issaphech, Quicunque effuderit sanguinem hominis in homine, sanguis eius fundetur. Alij non inconue-
nienter vertunt, Qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis eius effundetur. Nam litera beth, di-
ctioni præposita, non solum in, sed quandoque per significat, sicut ibi, Iura ergo per dominum ne noceas mihi,
Itemque, Per memet ipsum iurauí dicit dominus. Septuaginta, ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος ἀνθρώπου, τὸ
ἀντοῦ ἐκχυθήσεται, Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine hominis, eius effundetur. Chaldaica ne dum a-
pte locum reddit, sed magnã quoque secum illius declarationem affert, videlicet, Quicunque effuderit sanguinẽ
F hominis cum testibus, per sententiam iudicis sanguis eius fundetur. Deinde quod sequitur, Ad imaginem quip-
pe dei factus est homo, Hebraice non est passiuum, sed עֲשָׂה asa fecit, nimirum deus, Et ita habetur in Chaldaica.
Quod Septuaginta per primam personam pronunciarunt, ἐμ εἰκόνι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, In imagine dei feci
hominem. Potest quoque esse tanquam impersonale, quam verborum qualitatem non per passiua vt nos, sed per
actiua Hebræi exprimunt, vt illud, Adæ autem non inueniebatur similis, vbi est מָצָא maza inuenit, ibi tamen im
personale est, vertendumque fuit, vt fecit Interpres. Hoc igitur verbo dei statuitur, vt sanguinis effusor, si per ho-
mines probari potest, & certo constiterit, talionis lege, illius sanguis per iudicem effundatur, & morte mortem
compenset, non tam pro ratione talionis, quàm ad horrorem reiterationis, vtque cæteri caueant, & vt ne impune
dei imagini tanta irrogetur offensa. Tale quid etiam dominus ipse saluator noster, dixit, videlicet, Omnis qui ac-
ceperit gladium, gladio peribit, attamen multi sceleratissimi homicidæ in pace dies finiere suos, naturalique mor
te obierunt. Propterea quod hic dicitur, Fundetur sanguis illius, non assertionem, aut prænunciationẽ quod sem-

per ita

Universidad de Deusto Biblioteca

per ita fiet,esse dicunt,sed iussionem,vt ita fieri debeat de lege communi. CHRYSOSTOMVS. Deinde G vt discas quare tam diligenter hoc præceptum statuit,cohibens hominum cædis auidas mentes,dicit, *Vos autem crescite & multiplicamini,& ingredimini super terram,& implete eam.* Non temere,& absque causa dixit, vos autẽ, sed quasi diceret,vos qui pauci,& in paruo numero,omnem terram implete,illiúsque dominium habete,& potestatem & fructum.Vide obsecro dei misericordiam,quomodo prius magna beneficia donat, & tandem vnicum & leue mandatum dat,ineffabilem liberalitatem præseferens, & tunc primum præcipit, id quod inter homines nunquam fieri solet.Homines enim primum volunt ea quæ præcipiunt,opere compleri,magnáque obedientia & beneuolentia erga se vti subditos mandata suscipiẽtes.Non ita se gerit communis omnium dominus,prius enim benefacit,& multitudine beneficiorum nostram naturam ad se allicit,& postea imperat facilia atque leuia,vt facilitate mãdatorum & beneficiis prioribus excitati, ad ea implenda inducamur. CAIETANVS. Vos autẽ crescite & multiplicamini,& cætera.Iuxta Hebræum habetur,Et vos fructificate & multiplicate, & propagami- H ni in terra,& multiplicate in ea.Prius benedixerat,Fructificate & multiplicate, modo exclusa diminutione hominum ex occasione vt essent alimentum,vt nulla ex parte intelligerent impediendam multiplicationem, repetit benedictionem,tum multiplicationis absolute, tum multiplicationis in terra iam maledicta. AVCTOR CATE. Quod apud nos dicitur,Et ingredimini super terram,Hebraicè est שִׁרְצוּ בָאָרֶץ sirzu baárez,propagamini,pullulate in terra,sicut & Septuaginta,πληρώσατε τὴν γῆν.Replete terram,& Chaldaica, Generationémque facite in terra.Quodque sequitur,& implete eam,Hebraicè est וּרְבוּ בָהּ vrbu ba,id est, Et multiplicamini in ea, est enim idemmet verbum רְבָה raba quod supra,quod multiplicare significat. Nescimus autẽ vnde hauserint Septuaginta,καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς,Et dominamini eius. Crebro igitur humani generis multiplicationem commendat,ac præcipit,vt eorum mentes ad fidem deo habendam stabiliat, quòd licet pauci & exigui sint numero, totius tamen humani generis sint futuri seminarium.

Mystice. EVCHERIVS. Prosequentes autem cœptum allegoriæ ordinem,dicamus,quia ista sanctis Apostolis in- I ter gentes agentibus,futurum erat illos persequutionem habituros ab infidelibus,ideo mox ad cõsolationem eorum verba respondent,Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum.Neque enim anima,quæ res incorporea est in sua natura,sanguinem habet,vel bestiæ brutæ & absque ratione, pro quolibet facto,aliquando deo redditurae sunt rationem,sed per sanguinem animæ,vitam carnis voluit demonstrare. Bestias autem hoc in loco persecutores ex gẽtibus debemus intelligere,qui more bestiarum aduersus dei sanctos suam malitiam exercuerunt.Quod verò addidit,de manu hominis,eosdem persequutores tam ex Iudæis, quàm ex gentibus voluit demonstrare,quia & homines sunt per naturam,& bestiæ per sæuitiam. Deinde subsequutus est,De manu viri & fratris eius requiram animam hominis,saluo intellectu historiæ,quo iustus deus reddit vnicuique iuxta opera sua,hominem quasi rationabilem,virum & fratrem,sancti prædicatoribus, id est Apostolis & comitibus eorum,Iudæos debemus intelligere, qui ex vno patre nati sunt, & de Abrahæ prosapia descenderunt, qui eosdem prædicatores sanctos extra synagogam fecerunt,& dum eos occiderunt,vel persequuti sunt, arbitrati K sunt se obsequium præstare deo.Quibus dominus,id est,& persequutoribus ex gentibus,quasi irrationabilibus bestiis,& hominibus,hoc est,Iudæis,quasi ratione vtentibus,qui sibi secundum legem videbantur persequi Apostolos,vtrisque eos iniuste persequentibus,per iustum iudicium puniendos esse promisit.Quicunque effuderit humanum sanguinem,effundetur sanguis eius.Homines hoc in loco,sanctos voluit demonstrare, vt pote rationales. Quid est enim dicere, Quicunque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis eius, nisi aperte dicere, Quicunque eos temporali morte iniuste mulctauerit,perpetua morte,hoc est,damnatione,punietur? Ad imaginem quippe dei factus est homo.Vere enim ad imaginem dei illi conditi sunt, qui student quotidie mortificare membra sua quæ sunt super terram,& renouari spiritu mentis,qui secundum deum creatus est,qui deponunt mẽdacium,& loquuntur veritatem proximis suis,cum quibus sunt inuicem membra. Vos autem crescite & multiplicamini,& ingredimini super terram,& implete eam.Ad eosdem sanctos prædicatores verba exhortatoria sunt vt postposito timore quo corpus occiditur,& anima nihil impeditur,crescant,siue in virtutibus, siue in numero- L sitate credentium multiplicentur,& ingrediantur super terram prædicando,& impleant eam docendo, & mirabile demonstrando Christi nomen in vniuersa terra,quia dum hoc in hominibus,hoc est,dei notitia,fides vel religio non erat,quasi absque cultore.Terra deserta & inhabitabilis erat. RVPERTVS. Sed & tertio vnius eiusdémque benedictionis verba super hominum reliquias recte ædita sunt, quia (vt supra dictum est)benedictio dei non aliud quàm spiritussancti effusio est.Igitur vnus,idémque Noë,& tertio columbam emittit,& tertio benedictionem accipit,quia videlicet vnus idémque Christus,& quia deus est,spiritum sanctum mittit & tribuit,& quia homo est,benedictionem,id est spiritussancti operationem,tam in se ipso,quàm in suis accipit membris. In se ipso, dum de spiritu sancto cõcipitur ex vtero Virginis, dum baptizatur,& spiritussanctus visibili specie super illum descendit,dum resurgit à mortuis,& ita ingreditur in gloriam regni sui,sicut in typum eius tertio fuit vnctus rex Dauid.In membris autem suis,dum per fidem eius in baptismo quisque nostrum remissionem peccatorum accipit,dum deinde manuum impositionem,dum tandem in resurrectione æternam pro eadem fide perci- M pit remunerationem.Et notandum,quod in ipso benedictionis verbo triplici, pulchre signantur hæc eadem incrementa huius gratiæ spiritus sancti.Primò nanque dictum est,Ingredimini super terram, Crescite & multiplicamini super eam.Secũdò dictum est, Crescite & multiplicamini,additúmque est,& sit terror vester super cuncta animantia terræ.Tertiò,Crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Vltimum hoc dictum cum primo pene vnum est,quia dictum est primo,Ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam,hic verò,crescite & multiplicamini,& ingredimini super terram,& implete eam. Vnum (inquã) hæc esse videntur,sed ipso differunt ordine verborum.Illic enim prius dictum est,Ingredimini super terram, ac deinde,Crescite & multiplicamini super eam,Hic autem prius,crescite & multiplicamini,ac deinde,Et ingredimini super terram,& implete eam.Illic itaque ingredimini super terram inquit,& subauditur,ad operandum,hic autem ingredimini,subauditur ad regnandum.Sunt enim duæ prædestinatorum vocationes,altera qua vocamur ad fidẽ,

A ad fidem,de qua dicit Apostolus,Quos autem prædestinauit,illos & vocauit. Altera, qua vocandi sumus ad re- Roma.8. gnum,iuxta fidem euangelij,dicente rege his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite re- Matt.25. gnum,quod vobis paratum est ab origine mundi. Bene ergo in prima benedictione prius est ingredi terram, & sequens,crescere & multiplicari,quia videlicet qui præsentem ecclesiam ingredimur,crescere & multiplicari debemus,alios vocando,iuxta illud,Qui audit,dicat,veni.In vltima verò, prius est crescere & multiplicari, & se- Apoc.22. quens ingredi super terram,& implere eam,quia profectò post omnia crementa vel multiplicationes, erit illa ingressio in regnum dei,post quam iam non est crescere & multiplicari,iam (inquam)non est audire & dicere,veni.Horum medium est,vbi cum dixisset,crescite & multiplicamini,statim addidit,Et sit terror vester super cuncta animantia terræ,quo videlicet secunda significatur effusio spritus sancti,qua (vt superius iam dictum est)sancti Apostoli fortes & feruidi effecti,non solum non timuerunt,sed etiam timendi,& terribiles cunctis bestialiter
B viuentibus esse meruerunt.

HAec quoque dixit deus ad Noe,& ad filios eius cum eo,Ecce ego statuam pactum meum uobiscum, & 3
cum semine uestro post uos,& ad omnem animam uiuentem quæ est uobiscum,tam in uolucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ,cunctisque quæ egressa sunt de arca, & uniuersis bestiis terræ statuam pactum meum uobiscum,& nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium dissipans terram.

CHRYSOSTOMVS. Age & nunc indicemus charitati vestræ eminentem dei misericordiam, quam hu-
C mano generi demonstrauit,& ob id verba quæ deus ad Noë dixit,afferamus. *Hæc quoque dixit deus ad Noe, & ad* 3
filios eius cum eo.Ecce ego statuam pactum meum uobiscum,& cum semine uestro post uos. Quia verisimile erat iustum adhuc in angore esse, & mẽtem illius formidine teneri,& si quando ingrueret paruus aliquis imber,futurum tristem & attonitum,quasi denuo talis tempestas mundum inuolutura sit,ideo vt & ipse fidere possit,posteritásque omnis, optimus deus bene sciens quod & paruus mœror turbare queat. Nam præteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti.Itaque quia verisimile erat,& à parua pluuia formidaturum, idcirco misericors deus quasi fiduciam illi adhibiturus,& ab omni formidine solutum,in magnam securitatem & iucunditatem inducturus,promittit ipsi,quod eiusmodi pœnam vltra non sit illaturus.Et hoc quidem pridem & ante benedictionem promiserat,dicens quemadmodum audiuimus,Non adiiciam vltra vt maledicam terram,etiam si hominum malitia increscat,non tamen ego humanum genus tali subiiciam pœnæ. Nam monstrando ineffabilem suam misericordiam,idipsum nunc denuo promittit, vt bene confidat iustus, & non cogitet apud se, & di-
D cat,Et olim benedictionem generi nostro dedit,& vt valde multiplicaretur effecit,sed postea communem illam omnium internecionem subiunxit.Quocirca vt omnem è cogitationibus illius tumultum expelleret,copiosis argumentis certum ipsum fecit,non futurum vltra tale diluuium. Quasi scilicet diceret, diluuium ex misericordia induxi,vt & malitia impediatur,neque vlterius progredi possit,ita & nunc eadem misericordia polliceor me nõ vltra facturum,vt seposito omni mœrore præsentem vitam transigatis.Et ideo dixit(vt nostra habent exemplaria) Ecce statuo testamentum meum, hoc est, pactum facio vobiscum. Nam sicut in humanis negotiis, si quis promittit aliquid,pactum facit,& certis argumentis & indiciis securum alium facit,ita & benignus dominus inquit,Ecce statuo testamentum meum.Et bene dixit,statuo,pro eo quod est, Ecce ego instauro ea, quæ ex peccatorum ruina acciderant,Et statuo testamentum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos. Vide misericordiam domini,quasi diceret,Non tantum vobiscum statuo pactum,sed & iis qui vos sequentur, stabile & firmum fore pronuncio. RVPERTVS. Vnum est quod hic nos in primis quærere oportet, scilicet pactum,
E quod vel quale sit de quo dicit,Ecce ego statuam pactum meum vobiscum,& cum semine vestro post vos? Neque enim per se præsenti loco satis elucet, vbi vel quando pactum hoc statuerit, quæue rationes dati & accepti fuerint in constitutione pacti.Sine dato quippe & accepto, pactum non solet statui, nec minus quàm inter duos fit,vt (verbi gratia) inter Abraham & regem Palæstinorum Abimelech. Nam & ille puteum reddidit, quem vi abstulerant serui sui,& hic oues & boues,& præterea septem agnas gregis seorsum statutas pro testimonio dedit. Hic verò nulla condonatio est.Dicit quidem deus,nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, ve- Gene.21. rum hoc non ipsa pactio,vel constitutio,sed tenor fœderis est,quemadmodum illud,quod prædictus Abimelech ad Abraham exegit,dicens,Ne noceas mihi & posteris meis,stirpíque meæ. Item & hoc dixit deus, ponam arcũ meum in nubibus, verum hoc non ipsum fœdus, sed signum fœderis est. Etenim erit (inquit) signum fœderis inter me,& inter terram.Præterea sciendum,quod non dixerit præsenti tempore,ecce ego statuo,sed futuro, Ecce (inquit) statuam pactum meum vobiscum, & quod non tantum dixerit vobiscum,sed addiderit cum semine
F vestro post vos.Quærendum igitur est hoc pactum,& clarũ erit,quanti valeant cætera,quæ nunc ex ore dei procedunt.Dicimus itaque pactum multotiens quidem promissum,sed vnum & semel initum, pactum (inquam) vnum,quo solo inimicitiæ soluuntur,quæ erant inter deum & homines, incarnatio vel passio Christi filij dei est. Illic absque vlla contradictione certa est constitutio pacis cum ratione dati & accepti,dum accepta deus fide hominum, dat hominibus eundem Christum filium suum vt saluentur per ipsum. Huius pacti duo tantum signa quidem præcipua,sed multæ promissiones vel significationes præcesserunt. Primum est signum quod paulopost dabitur,dicente deo,hoc signum fœderis inter me & vos,Arcum meum ponam in nubibus. Secundum quod datur Abrahæ ab eodem dicente,Circuncidetis carnem præputij vestri,& erit signum fœderis inter me & vos. Vbi notandum illud,quod signum pacti,nonnunquam recte dicatur pactum,quia videlicet cum dixisset,Hoc est pactum quod obseruabitis,circuncidetur ex vobis omne masculinum,continuo subiunxit, & circuncidetis carnẽ præputij vestri,vt sit signum fœderis inter me & vos.In eo ergo deus pactum cum hominibus pepigit per Christũ filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium suum,quod illo in cruce moriente,nos sibi reconcilians , lauit nos à peccatis nostris in sanguine eius, de- G
ditque nobis per illum sanctum charitatis suæ spiritum,dedicans illum,quo renascæremur per aquæ & spiritus san
cti baptismum. CAIETANVS. Dixerat adempta diminutione hominum ex parte occisionis, vos fructifi-
cate & multiplicate, obuiat modo tacitæ quæstioni . Quid si tu deus iterum deleas nos aquis diluuij? Huic (in-
quam) obiectioni contrariæ multiplicationi generis humani obuiando, dicit, Ecce ego , significans vos ex parte
vestra facite quod dixi,& ego ex parte mea faciam.Statuam enim pactum meum vobiscum,& cætera. CHRY
SOSTOMVS. Postea vt suam declaret liberalitatem, inquit, *Et ad omnem animam uiuentem quæ est uobiscum , tam in uolucribus,quàm in iumentis & pecudibus terræ,cunctisque quæ egressa sunt de arca,& uniuersis bestiis terræ statuam pactum meum uobiscum , & nequaquam ultrà interficietur omnis caro aquis diluuij , neque erit deinceps diluuium dissipans terram.* Vidisti
pactorum magnitudinem? vidisti promissionum ineffabilem liberalitatem? Considera quomodo misericordiam H
suam facit denuo vsque ad bruta & feras pertingere, & merito , nam quia propter hominem hæc producta sunt,
ideo & illorum beneficiorum partem habent , quæ homini concessa sunt. Et videtur mihi commune esse testa-
mentum,& homini,& brutis.Nam & hoc homini solatio fuerit,vt scire possit in quanto sit honore,quod non so-
lum in se collocentur beneficia,sed propter se in alia quoque animalia extendatur liberalitas . Et nequaquam vl-
tra (inquit) interficietur omnis caro aquis diluuij,neque erit deinceps diluuium dissipans terram.Vidisti quomo
do & semel & iterum,& sæpius pollicetur se non vltra immissurum communem omnium internecionem? vt ex
mente iusti hanc solicitudinem adimat,& de futuris vt bonam spem ille habeat. AMBROSIVS. Dubium
videtur,vtrum enim diluuium non erit,intelligendum sit,quod diluuium corrumpat terram (hoc enim diluuia
facere consueuerunt) an verò non erit tale diluuium , quo terra omnis corrumpatur , quod posteriora aperiunt, I
cum dicit omnem terram non corrumpendam.Ostendit enim diluuia quidem esse futura , sed non talia , quibus
possit omnis terra corrumpi. THEODORETVS. Igitur etiam cum ratione carentibus legem statuit deus,
vt pote quæ ad hominum ministerium, oblectationem,cibum,atque alios vsus cõdita erant. CAIETANVS.
Et nequaquam vltra interficietur,& cætera.Ecce res pacto firmata . Non dicit aliqua caro,sed omnis caro . Sicut
etiam non excludit subiungendo,diluuium alicuius partis terræ,sed terræ absolute , quoniam de vniuersali dilu-
uio delente omnem carnem est sermo.Nec dicit,non cædetur omnis caro absolute,sed aquis diluuij, ad explican-
dum sub hoc pacto contineri hunc duntaxat modum occidendi omnem carnem.

AMBROSIVS. Sensus autem hoc altior habet,quod iam prouidentia futura sit domini,ne tantum sit di
luuium corporalium passionum,vt anima omnis intereat.Et quidem non audeo dicere,quia videretur dominus
statuere,quod nullius anima possit penitus interire.Quid enim de parricida dicimus ? Quid etiam de homicida?
Quid de adultero? Quid de præuaricatore? Quas ei partes animæ ad veniam reseruamus? Vnde magis illud arbi-
tror quod prouocet dominus deus, ne si quis leuiores alias habeat passiones , penitus diuinam desperet gratiam,
nec omnimodis victurum se esse diffidat.Sed etiam si est luxuriosus, nec potest studium vitare luxuriæ,ab adul-
terio studeat tamen temperare,sit epulandi delectatio,non stuprandi sit.Etiam si nescio quis auarus qui aliena di- K
ripuit,eiecit pupillos,eliminauit viduas,postea tamen in pœnitentiam regressus,restituat quod abstulit . Denique
Zachæus ideo veniam meruit,quia nõ solum restituturum se,sed quadruplum promisit quibus aliqua sustulisset,
pauperibus quoque medietatem sui patrimonij donaturum.

4 Dixitque deus,*Hoc est signum fœderis quod do inter me & uos , & ad omnem animam uiuentem quæ est uobiscum in generationes sempiternas . Arcum meum ponam in nubibus , & erit signum fœderis inter me & inter terram.Cumque obduxero nubibus cœlum,apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei uobiscum, & cum omni anima uiuente,quæ carnem uegetat , & non erunt ultra aquæ diluuij ad delendam uniuersam carnem.Eritque arcus in nubibus,& uidebo illum,& recordabor fœderis sempiterni,quod pactum est inter deum & omnem animam uiuentem uniuersæ carnis,quæ est super terram . Dixitque deus ad Noe, L
Hoc est signum fœderis quod constitui inter me & omnem carnem super terram.*

4 CHRYSOSTOMVS. Non ad suam naturam spectans dominus,sed nostram infirmitatem,non conten
tus est promissione sua quam verbis dedit , sed iterum ostendit , quomodo se nostræ infirmitati attemperat , tali
metu humanum genus liberans, vt etiam si sæpe pluuiæ deferantur , & violentæ tempestates fiant , & si aquarum
magna sit inundantia,neque sic metuendum,sed confidendum nobis ad miraculum respicientibus.Et vide quan
to honore iustum dignatur,ita cum eo paciscitur,quasi homo homini loquens. *Dixitque deus , Hoc est signum fœde-
ris quod do inter me & uos,& ad omnem animam uiuentem , quæ est uobiscum in generationes sempiternas.* Vidisti quomodo
signum dandum omni viuenti duraturum in generationes æternas? Non solum communiter omnibus viuenti-
bus dat signum,sed & perpetuum & æternum illud facit, quoad mundus subsistit . Quod ergo signum ? *Arcum* M
(inquit) *meum ponam in nubibus,& erit signum fœderis inter me,& inter terram.* Ecce post pollicitationem verbo factã
& hoc signum do,iridem dicens,quàm aliqui fieri dicunt sole radios suos contra nubes mittente . Si sermo meus
(inquit) non sufficit,ecce & signum do,nunquam vlterius talem me pœnam inducturum . Hoc ergo signum vi-
dentes, à formidine liberemini. EVSEBIVS. Noui irim in laxitate imbrium fieri , iaciente sole in imbri-
feras nubes radios.Est itaque signum, diluuium vniuersale haud quaquam futurum esse . AMBROSIVS.
Consideremus diligentius quid sit quod ait,Arcum meum ponam in nubibus,& cætera.Non enim sicut plerique
arbitrantur,arcum istum dicit quem aiunt homines esse,quo pluuiarum signa aliqua declarentur , in quo colores
diuersi tanquam radiorum solis nunc rutilantium , nunc lumine lucentium clariore figurantur . Vnde & pluuia
futura significatur,eo quod inconstantia quædam serenitatis versicolora specie demonstretur. Arcum hunc irim
quidam appellant.Sed absit,vt hunc arcum dei dicamus . Hic enim arcus qui Iris dicitur , per diem videri solet,
per noctem

A per noctem non apparet.Etiam per ipsum diem,si obductus aër tetris nubibus fuerit , nec sic quidem videtur, ni
forte cum grauiores nubes se cœperint relaxare.Ergo videamus,ne quia arcus quo sagittæ iaciuntur , nunc tendi-
tur,nunc resoluitur,quandam extensionem & remissionem videatur scriptura significare, per quam neque peni-
tus,per nimiam extensionem vniuersa rumpantur,sed sit quædam mensura,& quoddam diuinæ virtutis examen.
Est ergo virtus inuisibilis dei, quæ & specie istius arcus extendendi & remittendi moderatur pro diuina volun-
tate , misericordia, potestate , quæ neque omnia confundi nimia solutione, neque dirumpi nimia irruptione
patiatur . Quam ideo in nubibus dicit poni, quia tunc maxime opus est diuinæ auxilio prudentiæ , quando ag-
mina nubium in procellas tempestatésque coguntur . Ideoque dicit, Arcum meum ponam in nubibus , non sa-
gittam ponam . Arcus enim instrumentum iaculandæ sagittæ est . Itaque non ipse arcus vulnerat , sed sagitta.
Et ideo dominus in nubibus arcum magis , quàm sagittam ponit, id est non illud quod vulneret , sed quod ha-
beat terroris indicium , vulneris effectum habere non soleat. PHILO EPISCOPVS. Arcus itaque
B symbolice inuisibilis dei potentia est , quæ in cœlo serenitate laxato , & per nebulas extenso existens , non finit
nubes ex toto in aquas resolui, ita vt in vniuersum diluuium aquarum fiat, gubernat enim , & tanquam auriga
regit aëris densitatem , qui tunc maxime ob satietatem (vt ita dicam) lasciuire solet. AVCTOR CATE-
NAE. Arcum meum ponam in nubibus,& cætera. Is quoque locus ex his est,quorum obscurissima sit explica-
tio. Cui enim non consentaneum videtur , fuisse ante Noë tempora, pluuias, & inter humentes nubes irim sæpe
conspectam? Quæ quia naturalia sunt,semper eadem esse necesse est,mutuoque sese consequi,non aliquando fuis
se disiuncta.Quia igitur pluuiæ fuerunt,fuit iris quoque,quanquam illud fortasse non omnino verum sit,sæpe e-
nim pluuia fit,non apparente iride.Nam quanquam iris à pluuia efficitur , id est ab humefactis nubibus in quas
irradiarit sol,non tamen id perpetuo est,neque enim sola pluuia iridis causa est.Absentibus itaque aliis causis,iris
non fit.Pluerat igitur etiam ante Noë,sed Iris forte nunquam conspecta fuerat,deo ita volente,idque non contra
iura,legésque naturæ.Potest & illud afferri,fuisse quidem ante id tempus iridem,non tamen in signum à deo sus
C ceptam,idque fere ex contextu Hebraico elicitur, sic enim habet קַשְׁתִּי נָתַתִּי בֶּעָנָן kasti nathâti beanan, id est,Ar-
cum meum posui in nube.Indicat ergo fuisse quidem & ante id tempus iridem , sed tum primum signum fœde-
ris esse cœpisse.Interpres autem,Chaldaica ac Septuaginta,ad Hebraicam consuetudinem respexerunt , cui pro-
prium est , præterita pro futuris , & è diuerso vsurpare , aut eadem pro præsentibus . Quod ergo erat Hebraicè
præteriti temporis , Latinus interpres & Chaldaica futuri fecerunt , Septuaginta præsentis , siquidem vertunt ,
τὸ τόξον μοῦ τίθημι ἐν τῇ νεφέλῃ , Arcum meum pono in nube . Vt autem veritas cohortari videtur , vertendum
fuerat, vt habent Hebraica , eaque ratione omnia incommoda effugiemus . Fuisse autem , ante iridem , deinde
in signum electam , asserunt & Græci. *Cumque obduxero nubibus cœlum , apparebit arcus meus in nubibus.* CAIETA-
NVS. Explicatur tempus signi fore tempus multiplicatæ nubis super terram , ita quod tempus pluuiæ defini-
D tur fore tempus Iridis . Quod non est sic intelligendum quod in omni multiplicatione nubium ad pluuiam,pro-
mittatur Iris , sed quod nunquam erit tanta multiplicatio nubium ad pluuiam , vt tollat apparitionem Iridis.
AVCTOR CATENAE. Cunque obduxero cœlum nubibus . Idem sensus est in Hebræo וְהָיָה בְּעַנְנִי עָנָן
עַל־הָאָרֶץ vehaia beaneni anan al haârez , Et erit cum obnubilauero seu adduxero nubem super terram . Ita &
Chaldaica,Septuaginta etiam fere ita , videlicet , καὶ ἔσται ἐν τῷ συννεφεῖν με νεφέλας ἐπὶ τὴν γῆν, Et erit in connu-
bilando me nubes super terram . Deinde quod sequitur , Apparebit arcus meus in nubibus , In omni æditione
singulariter legitur , videlicet in nube , sed pro plurali positum est . Est igitur sensus , quod tunc Iris apparebit,
cum nubes in cœlo erunt super terram , non quod semper tunc apparebit aut sit Iris , quando futuræ erunt nu-
bes , sed interdum , nunquam tamen sine nubibus. EVCHERIVS. Arcus ergo propter signum securitatis
in cœlo positus est , vt ab omnibus inspici possit , ne homines formidolosi timerent altero diluuio deleri , plu-
uiarum inundationes sæpe cernentes . Et ipsum signum in igne & aqua ostenditur , quia ex parte est cœruleus,
& ex parte rubicundus , quia vtriusque iudicij testis est , vnius videlicet facti , & alterius faciendi . STRA-
E BVS. Cæruleus autem color illi adest extrinsecus , Igneus verò intrinsecus. ORDINARIA. Quia verò
arcus non est nisi ex radiis solis & humida nube , videtur quod ante diluuium non fuissent pluuiæ . Poterat au-
tem ex rore & fontium inundatione terra fœcundari. *Et recordabor fœderis mei uobiscum , & cum omni anima uiuente
quæ carnem uegetat.* CHRYSOSTOMVS. Quid dicis ô beate Propheta ? Recordabor (inquit) fœderis mei,
hoc est, pacti mei, promissionis, pollicitationis, non quia ipse opus habeat recordatione, sed vt nos ad illud si-
gnum respicientes, nihil durum suspicemur, sed statim recordemur diuinæ promissionis, & roboremur, & con-
fidamus,vt pote nihil tale passuri.Vidisti quantum deus verbis se propter nostram infirmitatem humiliet,quan
tam curam gerat nostri generis,quantam misericordiæ magnitudinem declaret,non quia hominum conuersio-
nem vidit,sed vt per omnia nos doceat excellentem suam bonitatem? CAIETANVS. Et recordabor,& cę
tera.Humano more loquitur deus,describens se fore ad similitudinem recordantis,quo ad hunc effectum, vt nõ
causet diluuium vniuersale. AVCTOR CATENAE. Re (inquam) & opere memorem me huius fœderis
F demostrabo,propterea quod diluuium vltra non immittam super terram.Sed obiicitur,Cum Iris sit naturalis ef-
fectus,& secundum aliquos etiam ante diluuium quemadmodum nubes & pluuiæ fuerit , quomodo signum esse
possit pacti huiusmodi supernaturaliúmque iudiciorum? Ad quod respondetur,inde signum esse ad placitum di-
luuij non futuri,in quantum deus ex beneplacito suo ita ordinauit & voluit,vt apparitio huius naturalis effectus,
videlicet Iridis,signum sit rememoratiuum fœderis dei cum hominibus initi de diluuio non futuro, seu signum
diluuij nunquam venturi.Quemadmodum interdum lapis iacens in agro , ex beneplacito hominum fit signum
diuisionis hæreditatum seu dominiorum.Nec inconueniens est , vt naturalis effectus sit signum ad placitum su-
pernaturalis,aut voluntariæ rei,quam naturaliter designare non valet. *Et non erunt* (inquit) *ultra aquæ diluuij ad
delendum uniuersam carnem.* CHRYSOSTOMVS. Quia sciuit hoc timere humanã naturã,vide quomodo cõ-
tinuo hoc pollicetur,quasi dicés,Etiã si videritis multos imbres fieri,neq; sic aliquid durivobiscũ cõcipite.Nõ enĩ
erit aqua in diluuium,ita vt deleat omnem carnem.Talis imber non erit vltra,tantam indignationem non vltra

Universidad de Deusto
Biblioteca

experietur humanum genus. AVCTOR CATENAE. Tremendam iram suam piissimus deus insigni be G
nignitate compensat, & quamlibet non rogatus, promittit peccatoribus nonnunquam posthac tantam pœnam
mundo immittendam. Et promissioni signum sacramentale instituit, arcum videlicet in nubibus, certum clemen
tiæ diuinæ indicium esse volens. Quotiensc̃unque igitur iussu & opere dei, non minus tamen naturaliter, in nu
bibus arcus iste Iridis apparuerit, commonefacere fideles debet iusti iudicij dei, quo crimina nostra punienda no
uerimus, sicut & hominum illius prisci temporis, per fidem etiam religiose nihilominus sacramentum agnosce
re & venerari debeamus diuinæ pietatis erga nos, qua peccatis nostris misereri sic velit, vt citra condignum pu
niat. Id nos ecclesiasticus capite quadragesimotertio docet, Species (inquiens) cœli, gloria stellarum, mundum
illuminans in excelsis dominus, & cætera. Vide arcum, & benedic ei qui fecit illum. Valde speciosus est splendore
suo. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum. Sic decet christianum intueri iridem,
vt commonitus peccatorum suorum & diuinæ bonitatis & misericordiæ, intelligat creaturam armari in vltio- H
nem creatoris, nisi dominus clementiam promisisset. *Eritque arcus in nubibus, & uidebo illum, & recordabor fœde-*
ris sempiterni, quod pactum est inter deum & omnem animam uiuentem uniuersæ carnis, quæ est super terram. CHRYSO-
STOMVS. Considera quomodo volens humanam naturam ad fidem & firmam credulitatem inducere,
quanta verborum sit vsus humilitate. Et videbo illum (inquit) & recordabor fœderis sempiterni. Ergo ne visus
ipsum in memoriam ducet? Absit. Non enim vt hoc suspicemur, ita dicit, sed vt quando videmus signum hoc,
dei promissioni confidamus, certi quod non sit possibile, dei promissiones intercidere. CAIETANVS.
Clarius habetur in Hebræo, & videbo illum ad recordandum fœderis sempiterni. Humano more etiam nunc
se describit. Prius describerat se secundum actionem internæ recordationis, modo describit modum extrinse-
cum quo excitabitur ad internam recordationem, dicendo, & videbo illum ad recordandum pacti æterni. Homi
nibus enim humano more se describit ad similitudinem hominis, qui ex sensibili signo excitatur ad memoriam I
promissi. Quæ omnia sunt intelligenda in deo secundum similitudinem effectus, hoc est, quod sic abstinebo à cau
sando diluuium, quemadmodum recordatus ex signo sensibili pacti facti ad non causandum diluuium, vt nulla
obliuione prætermitti possit quod promissum est. Et profecto ius hoc exigit, vt etiam princeps ex pacto teneatur.
Dixitque deus ad Noe, Hoc est signum fœderis quod constitui inter me & omnem carnem super terram. CHRYSOSTO-
MVS. Accepisti (inquit) signum, id quod dedi inter me & omnem carnem quæ est super terram. Ne vltra con-
fundaris mente, ne turberis animo, sed ad hoc respice, & ipse bonam spem habeto, & omnes qui post te futuri
sunt, hinc consolationem accipiant. Et aspectus signi fiduciam eis præstet, quod nunquam talis tempestas ter-
ram inuadet. Nam quanuis peccata hominum crescent, ego tamen quæ promisi adimplebo. Et nunquam ta-
lem indignationem in omnes faciam. Vidisti quàm excellens domini bonitas? Vidisti quantum ad nostram
humilitatem verbis se demittat? Vidisti quanta suæ erga nos curæ magnitudo? Vidisti quanta promittentis li-
beralitas? Non enim beneficium suum vsque ad duas vel tres vel decem generationes extendit, sed promisit K
quoad subsistit mundus, vt ex vtroque emendatiores reddamur, & ex eo quod illi propter multitudinem pecca-
torum tali pœna puniti sunt, & ex eo quod nos tanta promissione dignatus est. Nam cordatos beneficia magis
quàm pœnæ alliciunt ad mandatorum obedientiam. CAIETANVS. Hic demum deum iudicem tan-
quam subscribentem, suaque subscriptione firmantem quod iris erit signum dicti fœderis, describit Moyses.
AVCTOR CATENAE. In superiori textu scriptura horrorem damnationis per diluuium expressit repeti-
tionibus multis, sic nunc quoque id ipsum toties repetit, clementiam domini commendando hominibus af-
futuram, non vt sine timore viuant, sed patris sui benignitatem velut honestissimi filij minime obliuiscantur,
quo sint amore propensiore in illum & obsequentiores. CHRYSOSTOMVS. Hæc igitur audientes dile-
cti, ne simus ingrati. Nos enim antequam vllum bonitatis specimen exhibuerimus, imo etiam cum pœnis digna
fecerimus, tãta dignatus est beneficentia. Si grati fuerimus, & de prioribus gratitudinem indicauerimus, conuer
terimúsque nos ad meliora, quanta tum denique nos dignabitur liberalitate & gratia, qui indignis ita benefacit, L
& tam misericors est peccatoribus: si à peccatis desiterimus, & virtutem sectemur, quę non consequuturi sumus?
Enimuero hac de causa prior ipse multa in nos beneficia collocat, & cum peccauerimus, iterum nobis veniã im-
partit, & supplicia non è vestigio infert, vt per omnia nos alliciat, & dum nobis benefacit, & dum longanimis
est. Sæpe etiam dum aliquos punit, alios per hoc inducere vult, vt illorum metu castigati, supplicij periculum effu
giant. Vidisti sapientissimi dei misericordiam, quomodo omnia quæ per ipsum fiunt propter vnum solum, nem-
pe humanam salutem, fiãt? Idcirco cum hæc cogitamus, ne simus desides, ne aduersus virtutem certemus, ne præ-
tereamus leges ab illo statutas. Nam si viderit nos conuerti & quiescere, & principium aliquod facere, ipse quo-
que sua simul afferet, faciétque nobis omnia leuia & facilia, & non permittet vt laborem sentiamus. Nam quan-
do anima ad deum cogitationem suam intendit, non iam decipi potest à visibilium aspectu, sed præteriens o-
mnia ea, quæ non videntur corporalibus oculis, quæ nullam sciunt vicissitudinem, sed perpetuo manent, fixáque
sunt ac immota, diligentius speculatur, quàm ea quæ ante pedes sunt posita. Tales enim mentis sunt oculi qui ad M
illorum spectaculum continuo intendunt, & supernis radiis illustrati, omnia quæ in hac vita sunt, quasi vmbram
& somnium transeunt, non illi vltra deceptioni obnoxij sunt, neq; ipsis imponi potest, sed etiam si opes viderint,
statim derident, scientes quod fugitiuo quouis infideliores, ab vno ad alium transeant, & nunquam apud eũdem
subsistant, & infinita mala possidẽtibus afferant, quos & in ipsum malitiæ (vt dicitur) præcipitium impulsos detur-
bãt. Et si corporis formositatem intuiti fuerint, neq; illam magnifaciũt, cogitantes tam fragilem ac instabilẽ, quod
superueniẽs morbus repente omnem illam formositatem obscuret, & quod nonnũquam ante morbũ, si inuaserit
senectº, facies quę antea formosa erat, fiat indecora & iniucũda, mors autem superueniẽs omnẽ corporis pulchri-
tudinem corrũpat. Et siquem viderit gloria & potẽtia inflatum, & qui in summũ dignitatum verticẽ peruenerit,
1.Pet.1. omniq; fœlicitate fruitur, etiam illum præterit, quasi nihil stabile & solidũ habẽtem, sed de illis gloriãtem, quę flu-
minibus ipsis ocyus præterlabuntur. Quid enim omni huius vitæ gloria vilius, quæ flori herbæ confertur? Omnis
enim gloria hominis (inquit) sicut flos fœni. Vidistis dilecti, quomodo quàm acute videant oculi fidei, si quãdo in

deum

A deum mens intenta fuerit? Vidistis quomodo à nulla re visibili decipi possunt, sed rectum habent doctrinæ iudi-
cium, neque in vno falluntur?

RVPERTVS. Sed iam excellentiori intelligentia quid sit arcus iste in signum fœderis inter deum & ho Mystica
mines initi datus, perscrutemur. Arcus iste, qui in nubibus apparet, Christi filij dei signum est. In eo quippe multi
quidem, & pene innumeri colores videntur, sed præcipui sunt & magis hi duo apparent, cæruleus & igneus. Cæ-
ruleus aquæ baptismum quo visibiliter abluimur, igneus spiritum sanctum significat, quo inuisibiliter peccata no
stra consumuntur, vt ab vtrisque secernamur, & ab illis qui præterito aquæ diluuio perierunt, & ab illis qui fu-
turo ignis iudicio perituri sunt. Igitur signum fœderis, id est signum filij dei, & propter electos iudicati, & super
reprobos iudicaturi, arcus iste in nubibus cœli. Et istud quidem signum est in nubibus, quod non adiiciat deus vl-
tra perdere aquis diluuij omnem carnem. Ipse autem deus quem nubes suscepit, quique vltra nubes, & super om-
B nes cœlos eleuatus est, signum æternæ recordationis est in oculis dei patris, & sempiternum memoriale nostræ
pacis, vt iam postquam ille in carne sua inimicitias soluit, firmæ sint amicitiæ dei & hominum, non iam seruo-
rum sed amicorum & filiorum dei. Recte itaque cum dixisset, & nequaquam vltra interficietur omnis caro a-
quis diluuij, addit, neque erit deinceps diluuium dissipans terram, quia nec terra vltra delebitur diluuio aqua-
rum, nec nostra caro post resurrectionem vllo turbabitur diluuio miseriarum vel passionum inundantium. Hoc
(inquit) signum inter me & vos & omnem animam viuentem quæ est vobiscum in generationes sempiternas.
Nam istud quidem signum cum nubibus transibit, ipsum autem fœdus cuius signum est, id est memoriale nostræ
redemptionis, in sempiternum permanebit in conspectu patris in carne filij eius, in cicatricibus vulnerum ma-
nuum, pedum, & lateris eius. Vnde & quia ipse est pax nostra, bene hoc signum fœderis Græcè dicitur Iris, id est
pax. Cuius causas ignorantes curiosi mundi huius philosophi, dicunt eum fieri causaliter ex obiectu solis cauæ nu
bi radios suos infundentis, sed quoquo modo fiat, opus dei est, non casu sed ratione, pro signo se exhibens diuinæ
C recordationis. AVGVSTINVS DVODECIMO CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM.
Quod igitur testamentum posuit deus inter se & homines, atque omnem animam viuam, ne perdat eam dilu-
uio, arcum qui apparet in nubibus, qui nunquam nisi de sole resplendet, id nobis indicat, quod illi non pereunt
diluuio separati ab ecclesia, qui in prophetis, & in omnibus diuinis scripturis tanquam in dei nubibus, agnoscunt
Christi gloriam, non quærunt suam. Verum ne simplices errent, sciant ita significari Christum per arcum, sicut
per leonem, per agnum, per lapidem, cuiusdam similitudinis causa, non proprietatis substantia. AVCTOR
CATE. Sic ergo Christum significat Iris illa, signum reconciliationis à deo patre nobis donatum, qui prò no-
bis aduocatus constitutus respicitur, cum illius misericordiam supplices & in fide imploramus. Vbi autem litera
nostra & Hebræus habet, Pactum inter me & vos, vel inter me & carnem. Chaldaica æditio habet, inter verbum
meum & vos, & cætera. Verbo enim suo dominus loquitur hominibus, certo signo voluntatis suæ, quod, vt ipsum
dominum suspicere, reuereri, & amplecti debemus, quod & nouissimis temporibus inter homines humanatum
D apparuit, & reconciliationis humanæ pactum à seculis promissum pro peccatis omnibus satisfaciendo, confirma-
uit, vnicum fœderis signum inter deum & homines.

ERant ergo filij Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth. Porro Cham ipse est pater Cha- 5
naan. Tres isti, filij sunt Noe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super uniuer-
sam terram.

EVCHERIVS. Sex ætatibus humana finitur vita, quarum prima infantia est, secunda pueritia, tertia a- 5
dolescentia, quarta iuuentus, quinta senectus, sexta senium, quæ sola morte terminatur, ita & sex ætatibus finien-
dus est hic mundus, cuius prima ætas fuit ab Adam vsque ad diluuium, quæ recte infantiæ comparatur, quæ hinc
E appellata est, quod fari non potest, quam profecto ætatem primam dimergit obliuio, sicut ætas prima generis hu-
mani est deleta diluuio. Secunda autem ætas seculi à Noë vsque ad ipsum Abraham veluti pueritia fuit, & sic
post diluuium, nouum apparuit seculum, quasi secunda humani generis ætas, de qua deo iuuante nunc loqui in-
cipiemus. Ait ergo sancta scriptura. *Erãt ergo filij Noe qui egressi sunt de Arca, Sem, Cham, & Iapheth.* HIERONY-
MVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Frequenter Septuaginta interpretes non valen
tes heth literam, quæ duplicem aspirationem sonat, in Græcum sermonem vertere, chi Græcam literam addide-
runt, vt nos docerent istiusmodi vocabula aspirari debere, vnde & in præsenti loco, Cham transtulerunt pro eo
quod est Ham, à quo & Aegyptus vsque hodie Aegyptiorum lingua, Ham dicitur. CAIETANVS. Ab
hoc locovsque ad duodecimum capitulum quæ tractaturus sit Moyses, præfatione tanquam argumento quodam
summat. Nec in Hebræo habetur nota illationis, sed litera ista inchoat à coniunctione, dicendo, Et fuerunt filij
Noë, & cætera. AVCTOR CATE. Si vera sunt quæ Berosus scribit auctor Babylonicus, Tuisconem quar
F tum Noë filium, Germanorum Gallorumq; parentem fuisse, oportet post diluuium credi genitum à Noë. Quem
etiam Noë auctor idem, Iani nomine appellat vinitorem, & Romæ Ianiculum extruxisse, vbi & sepultus fuerit,
Italisque exordium extitisse. Sequitur, *Porro Cham ipse est pater Chanaan.* CHRYSOSTOMVS. Dignum
hic fuerit vt inquiramus, quare diuina scriptura hos tres filios commemorando, subdit, Cham autem erat pater
Chanaan? Ne putemus hoc absque causa fuisse adiectum. Nihil enim in diuina scriptura continetur, quod non ali
qua ratione dictum sit, quæ non & latentem in se habeat vtilitatem. Quare ergo assignauit, Cham autem pater e-
rat Chanaan? voluit per hoc nobis illius intemperantiæ nimietatem insinuare, & quod neque calamitatis magni-
tudo illum coërcere potuit, neque tanta in arca angustia irrefrenatam illius concupiscentiam sedauit, sed quan-
uis senior frater nondum filios procreauerat, hic incontinentiæ deditus, in tempore tantæ indignationis, & gene
ralis interitus, quo orbis comprehensus est, rei venereæ deditus fuit, iam statim ab initio mentis suæ malitiam
monstrans. Itaque non multo post propter contumeliam in parentem, maledictionem susceperus erat eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius Chanaan. Ideo diuina scriptura nomen eius prius assignauit, pariter & filij nomen, docens & patris intemperantiam, vt cum cum postea viderimus magna ingratitudine erga patrem vti, scire possimus, quod iam olim talis fuerit, vt pote neque à tanta calamitate humiliatus. Sufficere enim debebat ad extinguendam libidinem tantus luctus. Etenim nihil flammam & insaniam hancita comprimere potest, vt tristitiæ vehementia, & calamitatis excellentia. Igitur qui in tanta malorum magnitudine tantæ rabiei & insaniæ in procreandis pueris fuit, qua venia dignus fuerit? AMBROSIVS. Qua ratione cum supra tres filios Noë computauerit, Sem, Cham, Iapheth, hoc loco comprehenderit medij filij generationem? Hoc est quod ait, Cham autem pater erat Chanaan. Isti erant tres filij Noë, & maxime cum illi duo iusti, iste iniustus medius. Iniusti ergo prius generatio quàm iustorum comprehenditur. Neque enim possumus negare quod scriptum est, sed ad coaceruandum delictum ipsius Cham, addita est eius generatio, qui cum haberet filium, & pater esset, solus ipse patrem non cognouit, qui magis cognoscere debuisset. Et ideo improbum meruit habere filium, quia improbus fuerat patri. Simul ex illo Chanaan significatur Chananæos fuisse, qui post multas generationes à populo iusto oppressi, cesserunt in eius possessionem. Auctorem ergo Chananæorum Chanaan fuisse manifestum est, qui fuit filius huius Cham, qui impius in patrem extitit. RVPERTVS. Porro Cham ipse est pater Chanaan, subauditur, habitatoris terræ huius, quam tu ô Israël ingredieris possidendam. Non enim quod vel solus filius, vel primogenitus fuerit hic patris sui Cham, idcirco dixit scriptor, ipse est pater Chanaan, sed quia præ cæteris gentibus hanc nosse debebat Israël, cum qua sibi causa grandis erat. Cuius videlicet gentis maculam antiquam, continuo scribere properat, vt non adeo mirum sit, vel incredibile, quod illam ad ingressum eorum terra euomere debeat. CAIETANVS. Porro Cham ipse est pater Chanaan. Hoc est aliud tractandum quod præbat hic Moyses. AVCTOR CATENAE. Cham ergo Chananæorum pater, statim malæ sobolis impius pater proditur, irrisor & dehonestator parentis, malarum denique artium studium posteris reliquit, & criminum multorum hæreditatem cum digna maledictione. *Tres isti, filij sunt Noe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super uniuersam terram.* CHRYSOSTOMVS. Neque hoc dictum obiter prætereamus dilecti, sed cogitemus ex illo ipso virtutis dei magnitudinem. Tres (inquit) erant ij filij Noë, & ex illis dispersi sunt super omnem terram. Quomodo ex tribus tanta multitudo succreuit? quomodo potuerunt durare? quomodo ex paucis illis totus mundus constitutus? quomodo eorum permanserunt corpora? Non medicus erat qui medicinam adhibebat, neque erat aliqua alia cura. Nondum enim erant ciuitates conditæ, sed post tantam miseriam & vitam illam in arca, è qua salsuginosi & incuruati ob compressionem exierunt, & in tanta solitudine existentes, & indicibili vastitate, quomodo non corrupti sunt? quomodo non perierunt? Timorem enim & metum (dic oro) non putas commouisse, eorum mentem, & concussisse animam? Ne admireris dilecte, deus enim erat qui omnia faciebat, & deus naturæ opifex erat, qui omnia præpedimenta auferebat mandato suo, quo dixit, crescite & multiplicamini, & implete terram. Hoc enim incrementum dedit. Quia & Israëlitæ cum in Aegypto in luto & latere conficiendo onerati essent, in tanto maiorem multitudinem excrescebant, quo magis opprimebantur. Et neque immisericors & crudele præceptum Pharaonis, quod præcipiebat masculos in flumina proiici (& alioqui mire vexabat præfecti operarum) valuit imminuere illorum multitudinem, sed in maiorem multitudinem increscebant. Erat enim diuina gratia quæ omnia diuerso modo operatur. Quando igitur dominus præcipit, ne quæras vt iuxta humanum morem opera perficiantur. Potentior enim quàm natura, non eget naturæ ministerio, sed per ea quæ alioquin impediunt, res augmentat. Eo modo & nunc per tres illos totum orbem impleuit. A tribus enim illis (inquit) dispersi sunt in vniuersam terram. Vidisti dei potentiam? Vidisti quomodo & si sint multa obstacula, nihil tamen illius moratur voluntatem? Id ipsum & in fide licebit videre. Cum enim tales sint, qui infestent, tanti sint qui insidientur, & reges & tyranni, & populi seditiosi, & omnia facientes vt extinguant scintillam fidei per insidiatores, per eos qui vetare volebant, tanta pietatis flamma erupit, vt totum orbem habitatum & inhabitatum inuaserit. Etiam si ad Indos abieris & ad Scythas, & ad fines orbis terræ, etiam si ad ipsum Oceanum, vbique inuenies Christi fidem illustrantem omnium animos. Hoc admirabile & stupore plenum, quod effera Barbarorum corda demulsit, & placida fecit pietatis sermo, didicerúntque philosophari, & abiecta pristina consuetudine, ad pietatem translati sunt. Et sicuti per tres illos hominum genus multiplicauit vniuersi conditor, ita quoque & in fide per duodecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi orbem conciliauit. Et illiterati isti, & idiotæ, & piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes veritatis sermonem, & spinas execantes, & pristinas affectiones reuellentes, Christique leges vbique plantantes. Et neque quod pauci essent, neque quod priuati & illiterati, neque quod austera & insolita docerent, neque quod veteri consuetudine humanum genus præuentum esset, obstaculo eis esse potuit, sed præuia gratia sustulit hæc omnia, magnáque facilitate operati sunt omnia, per ipsa obstacula maiorem accipientes alacritatem. Enimuero interdum flagellati decedebant gaudentes, non propter flagella simpliciter, sed quia pro nomine Christi digni habiti sunt ignominiam pati. Interdum autem in carcerem coniecti, quia ab angelo educti fuerunt, iterum eadem continuarunt, & in templum abeuntes, doctrinæ sermonem seminarunt, piscati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti, non solum non segniores inde facti sunt, sed & maiorem libertatem præsetulerunt in medio insanientis populi, & dentibus frementis stantes, ac dicentes. Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Vidisti libertatis magnitudinem? vidisti illiteratos piscatores contemnere tot furentes populos, & ad cædes ac mactationes paratos? CAIETANVS. Alia litera habet, Et de ipsis sparsa est omnis terra. Quod quidem metaphoricè dicitur, tanquam aspersa fuerit hominibus desendentibus ab istis. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, Et ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram, Hebraicè est וּמֵאֵלֶּה נָפְצָה כֹל הָאָרֶץ Vmeélle náphza col haárez, Et ab his dispersa est omnis terra. Et est sensus vt in litera nostra. Chaldaica habet, Disseminata est, verbum enim נָפַץ na paz, vtrunque significat. Septuaginta, ἀπὸ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, Ab istis disseminati sunt super omnem

Exo.1.

Ibidem.

per omnem terram, genus scilicet humanum. Benedictio ergo gloriosa fuit ipsi Noë, totius terræ hæreditaria possessio, per trium filiorum suorum posteros, à quibus exculta est passim & inhabitata.

Cœpitque Noe uir agricola exercere terram, & plantauit uineam. Bibensque uinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo. Quod cum uidisset Cham pater Chanaan, uerenda patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. At uerò Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt uerenda patris sui, faciésque eorum auersæ erant, & patris uirilia non uiderunt.

CHRYSOSTOMVS. Ad finem tandem argumenti quod de hoc iusto est, venimus, ideo obsecro mente intenta adesse, & diligenter quæ dicuntur auscultate. Nam & ex iis quæ nunc lecta sunt, non paruum neque vulgarem percipere licet fructum. Quandoquidem quæ priscis euenerunt, si discere voluerimus, maximæ nobis doctrinæ sunt occasio. Hac enim ratione non solum opera sanctorum bona nobis scripta, sed & peccata, vt illa quidem fugiamus, ista verò imitemur. Neque hoc solum, sed monstrat insuper diuina scriptura, & iustos sæpe lapsos, & peccatores magnam agentes pœnitentiam, quo vtrinque sufficiens nobis esset securitas. Et neque qui stetit confidentior sit, videns & iustos cecidisse, neque qui in peccatis est, desperet, visis tot qui respuerunt, & ad summum virtutis apicem peruenire potuerunt. Itaque nullus, tametsi multorum bonorum operum sibi conscius, præsumptuosus sit, sed anxius & solicitus, & audiat beatum Paulum admonentem & dicentem. Qui stare sibi videtur, videat ne cadat. Nullus item, qui in profundum ipsum malitiæ descendit, salutis suæ spem abiiciat, sed ineffabilem dei misericordiam cogitans, audiat iterum deum per prophetam dicentem, Num qui cadit, non resurgit? & qui auersatur, non reuertitur? Et iterum, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Itaque quia tantum est è nostris doctrinis lucrum, age lecta in medium proponamus, & fructu quopiam inde collecto, eruditiores euadamus. *Cœpitque* (inquit) *Noe uir agricola exercere terram, & plantauit uineam. Bibensque uinum, inebriatus est.* Vide quantæ vtilitatis occasio est huius lectionis proœmium. Quando enim audimus, quod iustus ille, & perfectus, & qui tantum superius accepit testimonium, bibit, & inebriatus est, quomodo nos post hac qui tantis & tam variis peccatis immersi sumus, non magna firmitate damnum ebrietatis effugere studebimus? quanuis non sit simile iustum illum hac affectione capi, & nos in eandem incidere. Multa enim sunt, quæ iustum illum venia dignum declarant, quæ non dico, quasi ebrietatem illius excusaturus, sed monstrans quod non ex intemperantia supplantatus sit, sed ignorans magis. Et quod non ita simpliciter vini potationem inuenit, audi scripturam eius apologiam afferentem, cum dicit, Cœpit Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Istuc ipsum quod inquit, cœpit, ostendit, quod ipse vini bibendi primus inuentor fuerit, sed per ignorantiam & nesciens sumendi mensuram, in ebrietatem inciderit. Neque hoc solum est in causa, sed quia magna tenebatur tristitia, & sibi ipsi consolationem inde excogitare volebat, sicut & sapiens quidam dicit, Date vinum iis qui in tristitia & siceram iis qui in dolore, monstrans quod nullum est tam præsens tristitiæ remedium atque vini vsus, tantum vtilitatem eius ne perdat intemperantia. Quod autem in tristitia & mœrore fuerit iustus ille, videns seipsum in tanta solitudine, & illorum hominum corpora ante oculos proiecta, & commune omnium sepulchrum hominibus & brutis factum, quis contradiceret? Mos enim prophetarum & iustorum omnium, non solum pro iis duntaxat dolere, qui sibi proximi sunt, sed & pro reliquis omnibus. Et si quis recensere vellet, inueniet omnes hanc compassionem præ se ferre, & audiet Esaiam quidem dicentem. Non valebitis consolari me in contritione filiæ generis mei. Hieremiam autem, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Ezechielem verò, Heu mihi domine, delebis tu reliquias Israël? Et Danielem lamentantem & dicentem, Pauculos nos fecisti vltra omnes gentes. Et Amos, Pœniteat te domine super hoc. Et Habacuk, Quare ostendisti mihi labores & molestias? Et iterum, Et facturus es homines, quasi pisces maris. Et beatum illum Moysen quoque dicentem audiet, Et iterum, Et facturus es homines, quasi pisces maris. Et beatum illum Moysen quoque dicentem audiet, Et quidem dimittis ei peccatum, dimitte, aut & me dele. Et iterum, cum promisisset illi deus maioris populi ducatum se traditurum, & dixisset, Dimitte me, & delebo homines istos, & faciam te in gentem magnam, neque hoc voluit, sed præesse istis maluit. Item orbis doctor beatus Paulus, Optabam ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis cognatis secundum carnem. Vidistis quomodo iusti omnes magnam compassionem erga proximos præ se ferebant? Consideratе nunc, quomodo & iustus ille se habuerit, quomodo verisimile est eum fuisse affectum, & quomodo à tristitia deprimebatur, videns tam immensam solitudinem, & terram illam, quæ antea tam variis luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repente quasi desectis comis, & nudam & solitariã. Quia ergo tam inualuerat mœror, paruam quandam sibi consolationem excogitans, terræ colendæ sese dedidit. Et idcirco inquit, Et cœpit Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Sed iure hic quæritur, an ipse nunc plantam inuenerit, vel antea & ab initio fuerit producta? Verisimile est, quod antea & ab initio fuerit in sex illis diebus creata, quando vidit deus omnia quæ fecit, & erant valde bona. Et quieuit (inquit) deus die septima ab omnibus operibus suis quæ fecit. Non dico, quod fuerit notus ab initio plantæ vsus, vel fructus ex illo manifestus. Nam si fuisset ab initio notus, omnino Abelis tempore inter oblatas hostias & vinum libassent. Verum quia ignorabant adhuc fructus vsum, planta hac vsi non sunt. Hic autem agriculturæ studiosus, & magnæ diligentiæ, forte etiam lignum degustauit, & contritis botris vinum fecit, eoque vsus est. Et quia neque ipse gustauerat prius, neque alium sciebat qui gustauerat, ignarus qua mensura vti debebat, per ignorantiam in ebrietatem incidit. Propterea quoniam carnis esus in vitam hanc introductus fuit, postea & vini potus accessit. Vide quomodo paulatim mundi status dispensatur, & quilibet iuxta sapientiam à deo naturæ inditam, initio artis alicuius inuentor fit. Sic in hanc vitam artium studia sunt introducta. Primus enim agricultoram inuenit, secundus autem pastoralem, alius fabrilem, alius musicam, hic autem iustus vineaticam naturali sollertia excogitauit. Considera autem quomodo hoc quod erat tristitiæ medicamentum, & sanitati conducit, ei

Exo.32.

Roma.9.

1.Cor.10.

Hiere.8.
Ezech.18.

Prouer.31.

Esaiæ.22.
Hiere.9.
Ezech.9.
Dane.9.
Abac.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui modum per ignorantiam transcendit, non solum nihil profuit, sed & statum eius offendit. Iam forte quærit G aliquis, Quare planta tot malis plena, in hanc vitã producta est? Ne ita temere loquaris homo omnia quæ in bucam incidunt. Non est planta hæc mala, neque vinum malum, sed illius abusus, quia non propter vinum, sed propter peruersam voluntatem nefaria scelera fiunt, & cum in eo sit vtilitas, vt noceat, in causa est intemperantia. Quocirca nunc post diluuium ostendit tibi vini vsum, vt ostendat quod & antea in immodicam luxuriam hu-manum genus inciderit, multisque peccatis se contaminauerit, cum adhuc vini vsus nesciretur, vt & quando videris vsum vini, non vino totum tribuas, sed corruptæ voluntati, sua sponte ad malum ruenti. Alia quoque ratione considera, quomodo vinum fuerit vtile, & horrescito. Nam per hoc materia bonorũ salutis nostræ perficitur. Sciunt autem initiati & eruditi, quid dicatur. THEODORETVS. Quod ergo Noë inebriatus sit, neutiquam illi vitio datur, idem enim inexperti, non intemperantis fuit. Cum enim primus vitis fructum expresserit, non solum potus quantitatem ignorauit, sed etiam vini sumendi modum, prius scilicet vinum aqua miscendũ, deinde bibendum. AMBROSIVS. Cœpit autem Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. H Videtur quidem prima specie Adæ illi qui de terra factus est, comparari Noë vir iustus, quia & de illo scriptum est, quod de Paradiso eiectus, cœperit operari terram, de isto quoque, quoniam egressus ex arca factus sit agricola. Et propemodum in vtroque processerat quædam forma diluuij, quia & Noë post diluuium, & Adam post mundi constitutionem, secundum figmentum corporis. Nam vt mundus fieret, congregata est aqua in vnam congregationem, vt videretur terra, quæ ante non poterat per aquarum confusionem videri. Ergo sicut ille primigenes magister terram videtur operatus, ita etiam egressus ex arca Noë, seminationis & culturæ auctor est factus. Sed quid est, quod iustus primum vineam plantat, & non aut triticum, aut hordeum? Et prius quæ voluptaria, quàm quæ necessaria requirit? Necessarij enim fructus sunt tritici & hordei, sine quibus non possumus viuere, vinum autem voluptarium, & causa delectationis datum. Quod quia iustus est, ideo sibi magis hoc quod secundum erat, quàm quod primum est vendicauit. Necessaria enim alimenta viuendi deo detulit, quod erat. Superfluum autem vinum hominibus, & non necessarium. Sed forte dicas, ita sine potu non posse homines viuere, I quemadmodum etiam sine cibo. Necessarius est ergo potus sicut cibus. Non abnuo. Siti vtique necessarius à deo mino constitutus, non repugno. Et ideo ad potum necessarium fontes & flumina conuenit deriuare, quæ non vtique manu hominis, effecta, sed domini dei nostri iussu & operatione fluxerunt. Sed vnde vinea post diluuium corruptionémque terræ? Sed de hoc supradiximus, quia veris tempore etiam corruptarum radices vitium pullulare potuerunt. EVCHERIVS. Et bibens vinum inebriatus est. Quare vir iustus inebriatus est, nisi forte inebriari vino posse nesciebat? Neque enim ante diluuium leguntur homines vino vsi, & ideo specialiter de Noë scriptum est, quod plantauit vineam. AMBROSIVS. Quanuis secundum Hebraicam & Chaldaicam literam, non dixit, bibit vinum, sed bibit de vino, vel ex vino, & inebriatus est. Neque enim iustus vinum ebibit, sed de vino, hoc est, de eius potione libauit. Ebrioſi est enim omne absorbere vinum, & intemperantis, euacuare quod sumpserit. Continentia autem, vtendi mensura legitima est. Ebrietatis itaque species gemina est. Vna, quæ K titubationem corpori afferat, atque eius supplantet vestigia, sensumque perturbet. Altera, quæ mentem virtutis vaporet gratia, & omnem infirmitatem videatur auertere. CHRYSOSTOMVS. Ebrietatis nomen charissimi, in sacra scriptura non vbique de temulentia dictum est, sed & satietatem significat. Hoc itaque forte quis Psal.35. de iusto hoc dicet, quod non vt intemperans inebriatus fuerit, sed ob satietatem hoc ei contigerit. Audi enim Dauid dicentem, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, hoc est, implebuntur. Aliter verò. Nam ebrietati vacantes, nunquam satiantur, sed quantum ingurgitant, tantum & siti flagrant, & inflammatio quædam est eis vini vsus. Et voluptates quidem euanescunt, Sitis autem inexplebilis, in præcipitium ebrietatis eos qui illi seruiunt, deducit. CAIETANVS. Cœpitque Noë, & cætera. Iuxta Hebræum breuissime idem significatur. Et incœpit Noë vir terræ. Recole quod colere terram pluries appellatum est in superioribus seruire terræ, inde enim deriuatũ est, vt homo deditus culturæ terræ, dicatur vir terræ, tanquã seruus terræ. Et more Hebræo deest verbum substantiuum, incœpit esse vir terræ. Et plantauit vineam. Non dicit, & plantauit vitem, sed vineam, ad significandum multitudinem vitium plantatam in ordine ad faciendum vinum, ad differentiam vitium quæ plantantur ad comedendum vuas. AVCTOR CATENAE. Cœpitque Noë vir agricola exercere terram. Explicuit clarissime, quæ paulo obscuriora erant in contextu Hebraico, sic enim habent. וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה Vaiahal Noach is haadama. Et cœpit Noë vir terræ, supple esse. Quod non erat aliud quàm quod & Septuaginta transtulerant, καὶ ἤρξατο νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, Et cœpit Noë homo agricola terræ. Vocat igitur Hebraismus virum terræ eum, qui colendæ terræ est deditus, sicut virum sanguinum, & virum mendacij, & virum veritatis, vocat effusorem sanguinis, mendacem, & veracem. Chaldaica etiam æditio locum optime expressit, habens. Et cœpit Noë esse vir operarius in terra. Noë igitur terram cultura exercens post diluuium, vinum primus plantare docuit, ex vuis exprimi, & in potum assumi, humanæ naturæ nobile medicamentum, si parce sumatur. Vnde à Beroso Ianus dicitur, quia Iain vinum est Hebræis. *Et nudatus est in tabernaculo suo.* CHRYSOSTOMVS. Considera, quod hoc non foris illi accidit, sed in domo sua. Idcirco enim assignauit diuina scriM ptura, in tabernaculo suo, vt ex iis quæ sequuntur, malitiæ vehementis studium videas eius qui nuditatem vulgare fuerit ausus. Et nudatus est in domo sua. Grauissimum quiddam est ebrietas dilecti, & quod potest excæcare sensus, & submergere mentem, & hominem rationale animal, qui super omnia dominium suscepit, iniectis vinculis insolubilibus, quasi mortuum, & operatione carentem facere facit, imo deterius habentem, quam mortuum. Nam mortuus neque bona neque mala operari potest, ebrius autem nihil boni valet operari, ad malum tamen faciendum non omnino impotens est, iacètque ibi ridiculus omnibus, & vxori, & pueris, & famulis. Amici enim suam ignominiam cogitantes, sese abscondunt, & confunduntur, inimici autem oblectantur, & irrident, & execrantur, quasi hæc dicentes verba, Hunccine oportebat viuere? & hunccine oportebat spirare aërem? O pecus, ô porcum, & adhuc grauiora loquuntur. Qui ex præliis redeunt, cæde coinquinatis manibus, & prædam ducunt, non tam atroci aspectu sunt, vt illi. Sunt enim fortassis qui illos

laudibus

A laudibus extollunt, propter trophæa, propter victorias, propter vulnera & cædes, ebrios autem miseros proclamant, ærumnosos vocant, & innumera eis mala imprecantur. Quid eo miserius fuerit, qui ebrietati quotidie deditus est, & vinum profundit, & mentis suæ iudicium corrumpit? Ea propter & sapiens quidam admonebat, dicens. Principium vitæ hominis panis & aqua, & vestis, & domus tegens turpitudinem. Et si quis Eccli.29. ebrietate vincitur, ne euulgetur, sed à suis contegatur, & non sit omnibus risus, & turpitudinis argumentum.

THEODORETVS. Et nudatus iacuit in tabernaculo. Neque mirum si ebrius nudatus est, cum etiam nunc multi dormientes, sopore sensum auferente, sese nudent. EVCHERIVS. Sed & illud aduerte, quod nudatio fœmoris sequitur ebrietatem, sicut libido satietatem. AVCTOR CATENAE. Et nudatus est in tabernaculo suo. Hebraicè additur בְּתוֹךְ bethoch, in medio, vt dicatur, & nudatus est in medio tabernaculi sui. Ita est & in Chaldaica. Sobrietatis & modice vino vtendi admonemur hoc loco, ne & mentis insaniam, & corporis ignominiam, & morum turpitudinem incurramus. *Quod cum uidisset Cham pater Chanaan, uerenda patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras.* CHRYSOSTOMVS. Fortassis si & alij quidam fuerunt, & illis nunciauit patris sui turpitudinem, tanta erat pueri nequitia. Propterea enim vt discas iampridem & ab initio eum corruptæ mentis fuisse, non simpliciter dicit scriptura, Vidit Cham nuditatem patris sui, sed quid? Et vidit Cham pater Chanaan. Quare dic mihi, & hoc loco filij vocabulum assignat? vt discas illum fuisse intemperantem, & incontinentem, & mente qua in tanta turbatione procreandæ proli vacauit, eadem etiam nunc in contumeliam patris prorupit. Et nunciauit (inquit) duobus fratribus foris. Fortassis autem & irrisit, ac subsannauit patrem, turpitudinem illius nunciando. AMBROSIVS. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, Vtique Chanaan natus non erat, Cur ergo nomen addidit filij, nisi vt & vitio auctoris deformaretur hæreditas, & auctor filij nequitia grauaretur? Et pater igitur in filio, & in patre filius redarguuntur, habentes stultitiæ, nequitiæ, impietatis quoque commune consortium. Nec poterat fieri vt bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius, & naturæ, & eruditionis degener extitisset. RVPERTVS. An & hoc C forte ad ignominiam gentis multum proficit, quod ob seruilem patris nequitiam, traxerit ex illo hæreditariam maledictionis pœnam? Proinde semel & secundo, atque tertio gentem eandem hic percutit, dicendo, Porro Cham ipse est pater Chanaan, ac deinceps, Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda patris sui nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. Nam hic aduersariam gentem nominare in tali patris eius nuncio, grauis exprobratio est. CAIETANVS. Et vidit Cham pater Chanaan, turpitudinem patris sui. Hic incipit exequi prælibatum illud, Cham ipse pater Chanaan. Duo siquidem hæc litera manifestat. Alterum, quod Cham iam genuerat quartum filium qui vocabatur Chanaan, tempore quo Noë inebriatus est, alioquin non esset scriptum quod Cham pater Chanaan vidit turpitudinem patris sui, quoniam Cham, non Cham pater Chanaan vidisset. Alterum, quod nunciante Chanaan puero, cognouit Cham patrem nudatum, & vidit. Nisi enim quatenus pater Chanaan vidisset, cum esset pater aliorum filiorum, non scriptum fuisset, quod Cham pa- D ter Chanaan vidit turpitudinem patris sui. Vtrunque itaque litera ista insinuat. Et nunciauit duobus fratribus suis foras. Multiplex peccatum congeritur, & quod non operuit patrẽ, & quod nunciauit, non vni tantum, sed duobus fratribus, & quod foras ad hoc exiuit. AVCTOR CATE. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verẽda patris sui, Hebraicè עֶרְוַת eruath, scriptum est. Neque mirum videri debet, quod Septuaginta vertant, γύμνωσιν, hoc est, nuditatem. Pudenda siquidem Hebraicè denudatio vocatur, vt pudice semper de pudibundis loquãtur, quam semper interpres turpitudinem appellat, cuius vocis creberrima in sequentibus libris mentio erit. Hæc dicta, vt interpretem tueamur, & Septuaginta illustremus. Ex hoc autem loco habes, quod homines tunc vsq; foramalibus non vtebantur, nam si fuissent vsi, nõ vidisset Cham patris verenda nudata. CHRYSOSTOMVS. Verum fratres non sic egerunt. Et quomodo? *At uero Sem & Iapheth* (inquit) *pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt uerenda patris sui.* Vide beneuolentiam filiorum, ille euulgauit, isti neque videre potuerunt, sed retrorsum ibant, vt ne recta adirent, patris contegentes nuditatem. Et vide illorum cum magna be- E neuolentia & mansuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem, sed vt audierunt, mox curarunt emendari, & honestari factum. AVCTOR CATE. Verecundiam & honestam corporis habitudinem, tam in somno, quàm vigilia docemur, quam tanta cura & disciplina & ciuilitate duo filij meliores seruauerunt, vt summo studio conarentur sic obtegere patris nuditatem, vt nec aliqua ratione aspicere, multominus ridere ausi fuerint. *Faciesque illorum auersæ erant, & patris uirilia non uiderunt.* AMBROSIVS. Litera euidentem pietatis expressit affectum, quod nudatum amictu patrem boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia vel ipso minueretur aspectu. Si quidem etiam tacito vultu pietas frequenter offenditur. Vnde etiam Romæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filij cum parentibus, & maxime puberes intrarent lauacrum. THEODORETVS. Quamuis lex nondum data esset, quæ iubet, Honora patrem & matrem tuam, Cham tanquam parricida habitus est, quia deus omnium effector, necessarias leges naturæ ipsi indidit. Ita & Cain cõdemnatur, quia illum natura docuerat, quod homicidium ac cædes contra legem sint. Nam & dolose fratrem suum à parentibus duxit, atque interfecit. Et in- F terrogatus à iusto iudice, vbi est frater tuus, negauit, sciens se male fecisse. Quare & ait, Maius est peccatum meum, quàm vt veniam merear. Atqui Adam quoque visum dominum latere conatus est, sciens furtum malum esse. Hac igitur ratione Cham iure condemnatur, & à fratribus suis coarguitur, qui patris sui auersa facie pudenda contexerunt, quare meritissime benedictionem patris consequuti sunt. CHRYSOSTOMVS. Faciesq; illorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. Magna puerorum reuerentia, eximia charitas, ingẽs pudicitia erga patrem, quam nobis scriptura mõstrat, quod non solũ tegũt, sed & videre non possunt. Ex hoc loco liquet, quod non in natura sita sunt vitia, sed in arbitrio & volũtate. Ecce enim omnes fratres fuerũt, & eiusdem naturæ, & eũdem habuerunt patrem, eodem vtero fuerũt æditi, eadẽ diligẽtia fuerũt educati, sed nõ eandẽ mẽtem declarauerũt. Sed ille quidẽ in malitiã incidit, ij verò parẽti debitũ impẽderũt honorẽ. Erudiamur hinc, & ex vtrisque lucri faciamus aliquid, & hos quidẽ imitemur, illius autẽ mores fugiam⁹. Nã qui sensibilẽ nuditatem euulgauit, maledicto se fecit obnoxiũ, & excidit ab honore quẽ parẽ habuit cum fratribus, condemnatus vt illis seruiret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet autem non ipse, omnes tamen qui ex ipso, serui facti sunt. Quid patientur, qui peccata fratrum euulgant, & G
non solum non contegunt, & excusant, sed magis ea faciunt manifesta, multâque ex hoc operantur peccata?
Quando enim manifestas fratris peccatum, non illum tantum ignominiosiorem fecisti, & segniorem forte ad
virtutis viam, sed & eos qui audiunt facis negligentiores, & ad socordiam inducis, neque etiam hoc solum, sed
& deum blasphemari facis. Quod quantum affert supplicium, nemo est mentis compos qui ignoret. Fugiamus
igitur obsecro mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorum illorum filiorum pudorem, quem in
contegenda parentis nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata, ne ipsos negligentiores per
hoc reddamus, sed vt hac ratione maiorem illis occasionem præbeamus, vt statim ab hoc malo liberentur, &
in virtutis viam redeant. Nam sicut non habere multos testes suorum delictorum, respiscenti faciliorem redi-
tum præbet, sic si frontem perfricuerit anima, & viderit quod nemo ignoret quæ mala admiserit, non facile
desistere solet, sed quasi in profundum lutum incidisset, & subtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficile e- H
mergere poterit. Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapsus, & si ab aliis eos didicerimus, ne satagá-
mus, vt nuditas videatur, sed sicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione & consiliis lapsam
animam erigere studeamus, misericordiæ dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & mi-
1. Timo. 2. sericordiæ immensitatem, vt maiorem quàm illi benedictionem ab omnium domino consequamur, Qui vult
Ezech. 18. omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuer-
Exo. 20. 21. & Leuit. 20. tatur & viuat. Et nuditatem patris sui non viderunt. Vide quomodo per legem naturæ inditam prius adimpleue-
runt, antequam ad erudiendum humanum genus ea quæ in lege scripta fuerunt. Et id quod lex dicebat, Honora
patrem tuum, vt bene tibi fiat, & qui maledicit patri vel matri, morte moriatur, hoc iam operibus impleuerũt. Vi-
disti quomodo natura prius sufficientem habuit doctrinam?

Cap. 2. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI, ET DVODECIMO CONTRA
Mystice. FAVSTVM, EVCHERIVS, ORDINARIA, ET RVPERTVS. His iuxtą literam dictis, altiorẽ sen-
sum ponamus. Rerum enim effectu iam in posteris consequuto, quæ operta fuerant, satis aperta sunt. Quis enim I
hæc diligenter, & intelligenter aduertens, non agnoscat in Christo? Quam enim vineam dominus deus noster
Psal. 79. qui per Noë figuratur plantauerit, incognitum esse, sacra scriptura non sinit, verbi gratia cum dicit per prophe-
tam, vinea domini sabaoth domus Israël est. Et, vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam,
Esaiæ. 5. dux itineris fuisti in conspectu eius, & plãtasti radices eius, & impleuit terram. Et in Esaia, Vinea facta est dilecto
meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in
medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas, & cætera. Item nec illud la-
tere potest, quod illa vinea bene plantata, & decorata prius, postea in amaritudinem vitis alienæ conuersa, ipsum
plantatorem amaro mortis poculo potauit, & consummata amaritudine inebriauit, ita vt abdormiret somno
Philip. 2. mortis nudatus, id est infirmus vel passibilis inuentus, quippe qui in similitudine hominum factus, & habitu
inuentus est vt homo. Et iterum, Et si crucifixus est, ex infirmitate, vnde item dicit, Infirmum dei, fortius est K
Ioan. 19. hominibus, & stultum dei, sapientius est hominibus. Realiter quoque dicenti, Sitio, vinum obtulit, myrrhatum
Matth. 27. vinum, vel acetum cum felle mixtum. Bibit ergo dominus de vino vineæ suæ. Siue ille calix hic intelligatur,
de quo dicit, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et, pater, si fieri potest transeat à me calix iste,
quo suam sine dubio significat passionem. Siue quia vinum fructus est vineæ, hoc potius illo significatum est,
quod ex ipsa vinea, hoc est, ex genere Israëlitarum carnem pro nobis & sanguinem, vt pati posset, assumpsit.
Quod verò cum dictum esset, & nudatus est, addidit scriptura, in tabernaculo suo, eleganter ostendit, quod à
suæ carnis gente, & domesticis sanguinis sui, vtique à Iudæis, fuerat crucem mortẽmque passurus, quo nudata
est mortalitas carnis eius. Igitur Noë de vinea quam plantauit ipse, inebriatus est, & in tabernaculo suo nuda-
Esaiæ. 53. tus, ipse est Christus, à populo cui legem dedit, & à quo carnem sumpsit, ipse morte affectus, & in eadem gen-
te sua despectui habitus. Vnde & gemebundus Esaias loquitur, Non est species ei, neque decor, & vidimus eum,
& non erat aspectus. Et desideratimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem
infirmitatem, vnde nec reputauimus eum, & cætera. Quicunque verò hæreticus sub christiano nomine, pro- L
pter eiusmodi infirmitatem, Christum dei virtutem & dei sapientiam, verum deum, de deo verò negat ante
secula natum, ipse est Cham, quod interpretatur calidus, non spiritu sapientiæ, sed spiritu versipellis astutiæ,
quod solent hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare sanctorum, ad rixas semper & contentiones
parati. Qui etiam medius Noë filius dicitur, tanquam se ab vtroque discernens, & inter vtrunque rema-
nens, nec in primitiis Israëlitarum, nec in plenitudine gentium censetur. Hic & infirmitatem patris nunciat fo-
ris, Iuxta quod Ioannes de huiusmodi, Ex nobis (inquit) exierunt, sed non erant ex nobis, dum negans in
Christo quod virtutis est, illud solum prædicat, quod est infirmitatis, & turbam facit. Quanuis non solum
qui sunt apertissime separati, verum etiam omnes qui christiano vocabulo gloriantur, & perdite viuunt, non
absurde possunt videri medio Noë filio figurari. Passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate si-
gnata est, & annunciant profitendo, & male agendo exhonorant, De quibus dictum est, Ex fructibus eo- M
rum cognoscetis eos. Vel medius Noë filius, Populus est Iudæorum, hoc est, Israël secundum carnem, i-
deo medius, quia nec primatum tenuit Apostolorum, nec vltimus in gentibus credidit, hic vidit nudita-
tem patris, quia consensit in necem Christi, & nunciauit foras fratribus, per eum quippe manifestatum est,
& quodammodo publicatum, quod erat in lege & prophetia secretum. Econtra, qui susceptam à virtu-
te dei nostram infirmitatem digne venerantur, scientes quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus,
ipsi sunt Sem & Iaphet, id est, inclyti atque dilatati. Sem quippe inclytus siue nominatus, Iapheth verò
latitudo interpretatur. Maiores, siue doctores, atque prælati, in domo huius Noë, id est in ecclesia Christi, no-
minati sunt & inclyti, Auditores verò siue subditi, quàm plurimi sunt, & idcirco nomine Iapheth, id est latitu-
dinis, recte intelligendi sunt. Tertius est Cham, id est caterua falsorum fratrum. Præter has hominum partes,
nulla inuenitur in filiis Noë, id est qui christiano censentur nomine. Et duæ quidem saluæ sunt, nam tertia perit,
sicut

A sicut habemus in Apocalypsi, Quia proiecti cauda draconis, trahebat tertiam partem stellarum cœli, vel quia ad Apoca. 12.
cantum tubæ angelicæ, tertia pars creaturæ interiit. Quomodo illi qui per Sem & Iapheth designantur, illam in- Ibidem. 8.
firmitatem honorant, quam in Christo hæretici despiciunt? Dorso auersi pallium imponentes, infirma patris ope
riunt, id est reuerenter præteritas passiones domini recolentes, venerando sacramentorum ordine vestiunt, qua-
lia in domo dei agere sanctum, intelligere pium est. Hoc primi fecerunt Apostoli, & deinde apostolici viri, atq;
cum illis & post illos, omnes religiosi obseruant, & fideles christiani. Vel Sem & Iapheth, tanquam circumcisio
sunt & præputium, quos alio modo apostolus appellat Iudæos & Græcos, sed vocatos & iustificatos. Hi cognita
quoquo modo nuditate patris, qua significabatur passio redemptoris, sumentes vestimentum, posuerunt supra
dorsa sua, & intrauerunt auersi, & operuerunt nuditatem patris sui, nec viderunt, quod reuerẽdo texerunt. Quo-
dam enim modo in passione Christi, & quod pro nobis factum est honoramus, & Iudæorum facimus auersa-
B mur, eiusq; mysterij rationem reddentes, à Iudæorum detractione operimus. Vestimẽtum enim significat sacra-
mentum, dorsum memoriam præteritorum, quia passionem Christi iam transactam celebrat ecclesia, non ad-
huc prospectat futuram, tanquam sciens vnde sit nata. AMBROSIVS. Sed & ad informandos mores
nostros valet plurimum, si dicamus, quia insipiens præsentia tantummodo videt quæ in oculis sunt, futura non
respicit, præterita non cogitat. Sapiens autem, & præterita recordatur, & futura. Omnis ergo mẽs sapiens retror- Philip. 3.
sum ambulat, hoc est, præterita spectat, nec naturæ quodam vsu impeditur, nihil vacuum, nihil nudum suorum
patitur esse gestorum. Operit quæ aliter gesta sunt, amictu quodam & gratia, vel præsentis operis, vel futuri, vt ni
hil indecorum prætereat, nihil inornatũ relinquat. Vnde & Apostolus superiora obliuiscebatur, priora appetebat, Psalm. 31.
sed obliuiscebatur vt absconderet persecutionis errores, vt tegeret superiora delicta, bonisq; operibus abundaret. Cap. 22.
Beati enim & illi quorũ tecta sunt peccata, id est si tegantur bonis operibus, & operiãtur virtutũ sequentibus disci
plinis. GREGORIVS XXV. MORALIVM. Sed & aliter, Auersari dicimur, quod reprobamus. Quid est
C positorum suorum mala displicent, vt tamen hæc ab aliis occultent? Operimentum auersi deferunt, quia diiudi-
cantes factum, & venerantes magisterium, nolunt videre quod tegunt. AVCTOR CATENAE. Exem
plum igitur adducitur pro peccatis prælatorum occultandis, & minime traducendis. Id quoque & de fratribus,
charitatis iure seruandum est.

EVigilans autem Noe ex uino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait, Maledictus Chanaan, 7
seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque, Benedictus dominus deus Sem, sit Chanaan seruus
eius. Dilatet deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius.

D Euigilans autem Noe ex uino. AMBROSIVS. Alia litera habet, Et sobrius factus Noë à vino. Manifestum 7
est ex ebrietate intercedente somno, sobrios fieri homines. Mens autem sobria est, quando & præterita & futura
cognoscit. Sobria ergo erat mẽs iusti, & quando ebria putabatur. Est enim præclarum poculum inebrians iustos.
Ille autem vere inebriatus erat, qui ridebat patrem. Qui enim neque præteritam generationis gratiam, neque pre-
sentem reuerentiam patris, neque futuram pœnam paternæ iniuriæ considerabat, vere ebrius erat, & quod puta-
bat videre se, non videbat. Quando enim mens magis sobria est, quàm tunc quando naturam omnium rerum,
temporúmque præsentium & futurorum ita spectat negocia, vt nulla in eo temporalis titubatio ebrietatis appa-
reat? CHRYSOSTOMVS. Euigilauit (inquit) Noe à vino. Audiant qui totis diebus in conuiuiis ver
santur, lapsus grauitatem, fugiantq; quod ex ebrietate est damnum. Sui autem factus compos (inquit) Noë. Quid
est, sui autem factus compos? Id quod nos dicere solemus de mente captis, si quando in excessu fiant, vel si quis
sibi restituatur, qui à dæmone vexatus, & ab illius tyrãnide liberatur, hoc & hic vocat scriptura. Vere enim ebrie
E tas voluntarius est dæmon, & grauius quàm dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium beneuolentia de-
stituit. Sæpe enim dæmoniacum cum videmus, misericordia mouemur, & condolemus, magnámque erga illum
beneuolentiam declaramus. Contra autem facimus apud ebrios, indignamur enim, importuni sumus, innume-
ra imprecamur. Quare, & quæ causa est? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, etiam si recalci-
tret, etiam si rumpat vestem, & obscœna quæpiam loquatur, venia dignus est. At qui ebrius est, quicquid fecerit,
non est venia dignus, & valde incusant illum familiares, amici & vicini, & in summa omnes, quia sponte & vo-
luntario in hoc transiit, & ebrietatis tyrannidi seipsum dedidit. Sui autem compos factus Noë. Hæc dico, non vt
iustum incusem, multa enim erant, propter quæ illi venia debebatur. Et cum primis, quod non in id vitij postea
relapsus est, id quod maximum fuerit indicium, quod ignorantia, non negligentia prius deliquit. Nam si hoc fu-
isset negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi id quod non euenit. Nam si denuo id accidisset, scriptu-
ra vtique non obticuisset, sed significasset nobis. Vnus enim scopus & finitio scripturæ diuinæ est, ne quid facto-
F rum intermittat, sed veritatem nos doceat. Neque propter inuidiam, iustorum virtutes præterit, neque propter
gratiam peccata adumbrat, sed omnia in medium nobis proponit, vt monumenta & doctrinas quasdam habea-
mus, & vt quando etiam nos per socordiam in id vitij inciderimus, cautiores postea simus, & denuo non incida-
mus. Insuper & hoc quis iure cogitabit, quod iustus ille, quia prius non expertus erat naturam vini, nec sciebat
qua mensura vtendum erat, non mirum si bibens inebriatus sit. Sed quia iustus & bonis operibus pollebat, pecca-
tum adumbrare potuit. Nos autem cum ab innumeris aliis affectionibus infestamur, hoc addimus, vt & ab e-
brietate submergamur. Quid excusabit? vel quis (dic oro) nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit
castigatiores? AVCTOR CATENAE. Euigilans autem Noë ex vino. Hebraicè est וַיָּקֶץ נֹחַ מִיֵּינוֹ Vaikez
noach miieno, Et vigilauit Noë à vino suo. Num dormierat? aut sine somno ilico resipuit? vt velle videntur Se-
ptuaginta, ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, Resipuit Noë à vino, aut ad sobrietatẽ reuersus est, quod in ebriis non facile
fit, nisi per somnum. Verbum autem Hebraicum יקץ iakaz innuit eum prius dormiisse, quippe quod expergisci
significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat. At Septuaginta (vt diximus) eum nō dormisse, sed ebrium iacuisse innuunt, & de somno Noë hoc lo- G
co nulla mentio, tamen verisimilius videtur eum omnino obdormisse, & quod dicitur hic à vino euigilasse, id
est à somno quem ex immoderata vini potatione incurrit, intelligitur. *Cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor.*
CHRYSOSTOMVS. Vnde cognouit? Forte fratres significauerunt, non accusationis quidem gratia, sed rē,
vt facta erat, docentes, vt conueniens ille suo vulneri remedium acciperet. Et cognouit (inquit) Noë, quæ fecerat
sibi filius suus iunior. Magnam & intolerabilem rē dicere vult, fecerat sibi. Animaduerte enim quomodo intus
in domo visa patris turpitudine, quod debebat obtegere, egressus euulgauit, & risui & subsannationi patrē quan-
tum in ipso erat, exposuit, fratresq; prauæ suæ voluntatis socios fieri voluit, cum deberet, si omnino proditurus
erat, illos intra domum vocare, & sic nuditatem effari. Sed ipse foras exiit, quasi si etiam alia adesset multitudo,
& eam facturus esset paternæ turpitudinis conscium, propter hoc inquit, Quæ fecerat sibi. Contumeliosus patri
fuit, oblitus est honoris quem debent parentibus filij. Prodidit peccata, fratres voluit allicere, & socios facere suę H
contumeliæ. Quæ ergo fecerat sibi, inquit, filius suus iunior. Secundus erat Cham, & maior natu quàm Iapheth,
licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamē minor, & temeritate illum excessit. Nam quia noluit intra suos
limites manere, amisit honorem sibi à natura traditum. Et sicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis
amisit, ita Iaphet quod natura non habuit, saniorem ob mentem accepit. Vidisti quomodo nihil temere & for-
tuito in diuina scriptura continetur? AMBROSIVS. Quæro qua ratione cum ante dixerit medium inter
filios Cham, nunc minorem, seu iuniorem appellet? Nunquid ante scriptura in ordine generationis errauit? Non
vtique. Quid ergo? contraria nunc scripta sunt: minime. Quomodo igitur soluitur, nisi iuniorem non ætate, non
tempore accipiamus, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia constitutum, qui prouectioris doctrinā
spiritu nouisse Noë, quæ sibi fecit iunior filius. CAIETANVS. Non vtitur litera participio quo vsus est, I
interpres antiquus supra, dicendo, Et euigilans cum didicisset, sed vtitur duobus præteritis, dicendo, & experge-
factus est, & cognouit. Quo fit, vt nec sciamus quantum temporis intercesserit à vigilia vsque ad notitiam, nec
sciamus modum quo cognouit ignominiam sibi illatam. Et appellatur Cham filius Noë paruus, non absolute
(nam plusquam centum annorum erat) sed relatiue ad fratres duos Sem & Iapheth. Quos esse prius natos, ex hac
litera iuncta literæ sequentis capituli, insinuatur. AVCTOR CA. Cham filius minor dicitur, cum tamen
secundo loco nominetur vbique, vt non semper iuxta ordinem nominum, generationis ordo definiatur. Nec in-
teresť ordo, cum ingeniū degenerat vel illustratur. Quod si Iapheth primogenitus fuit, & Sē vltimus, & quia san-
ctior ad ætatem posteriorem durauit, vt Hebræi volunt, ac in Salē dei excelsi sacerdos fuit, & rex iustitiæ nomine
& officio, iuxta sanctorū traditionē non ab re fuerit, hoc loco minorē filiū Chā, pro vitio & indignitate accipere.
CHRYSOSTOMVS. Cū ergo vidisset quæ sibi fecerat filius suus minor, ait, *Maledictus Chanaan seruus seruorū*
erit fratribus suis. Ecce quæstionē illā vbiq; celebrē, multos enim audimus dicentes, quare cum peccauerit pater,
& prodiderit nuditatem, filius maledictum susc ipit? Non simpliciter, neque in vanum cōmemorauit filium, sed K
ob latentem rationem. Volebat enim & corripere filium propter peccatum & contumeliam qua se affecerat, &
simul nolebat præiudicare benedictioni, quæ illi pridem facta. Benedixit enim (inquit) Noë deus, quando exiuit
ex arca, & filiis illius. Vt igitur ne videatur maledicere, quem deus semel benedixerat, præterito illo qui se contu
melia affecerat, filio maledictum intulit. Et profecto hoc ostendit, quod propterea Cham non est maledictus,
quia prius à deo benedictionem acceperat. Quare autem cum alius peccauit, ille pœnam luit? neque hoc absque
ratione factum est. Quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quàm filius. Scimus enim quomodo
sæpenumero patres orant, vt filiorum pœnas ipsi ferant, & quomodo grauius illis est, videre filios suppliciis affi-
ci, quàm si ipsi iis forent obnoxij. Factum est igitur hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorem, maiorem sen-
tiret dolorem, & benedictio dei seruaretur inuiolata, & puer accepta maledictione, suorum propriorum pœnas
peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatum nunc maledictioni sit obnoxius, attamen verisimile fuit,
quod & propter sua delicta dederit pœnam. Non enim solum propter peccatum patris maledictionem accepit, L
sed vt propter se ille maiorem pœnam penderet. Nam neque patres pro filiis, neque filij pro patribus pœnā luunt,
sed vnusquisque pro suis peccatis pœnam luit. Vbique hoc à prophetis dictum inuenimus, sicut cum dicunt, Co-
Hiere. 31. & Ezech. 18. medentis vuas acerbas dentes obstupescunt. Et anima quæ peccauerit, ipsa & morietur. Nullus igitur nostrū quasi
ignorans diuinas scripturas, audeat scriptis hunc scopum reprehendere, sed grato animo quæ dicuntur accipiat,
admiretúrque diuinæ scripturæ mirā diligentiam, & expendat quantum malum sit peccatum. Ecce enim fratrem
eadem natum puerpera, eodem egressum vtero, vt sibi vēdicauit peccatum, seruum fecit, & ablata libertate sub-
iectionem illi iniunxit, vnde postea seruitus sumpsit originem. Neque enim antea solebant ita molliter agere,
delitiari, & aliorum ministeriis indigere, sed sibi ipsis ministrabant quiq;. Eratq; par omnium honor, & ablata è
medio omnis honorum diuersitas. Peccatum autem vbi intrauit, libertatem perdidit, & corrupit potestatem na-
Gene. 9. turæ datā, seruitutémq; introduxit, vt continua sit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, vt fugiamus seruitu-
tis peccatum, & ad virtutis libertatem redeamus. Et erit (inquit) Chanaan filius seruus fratrum suorum. Abusus
es (inquit) honore, non bene te gessisti, cum par esses dignitate, propterea subiectione emendari te volo. Hoc ab M
initio & mulieri contigit. Quoniam enim par erat viro, dignitate & honore abusa est, propterea ablata est ab illa
potestas, & dictum est ad illam, Ad virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Proinde etiam nunc hic,
vt se emendet, pœnam fert, & propter puerum quoque cruciatur, vt discas, quod & si senex nunc esset, attamen
quia pœna in filium transiit, id ipsi luctuosam & insuauem vitam faciebat, cogitanti quod etiam post suam mor-
Ezech. 16. tem filius pœnam luiturus esset. Nam quod filius per se malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, &
Danie. 13. ad malum propense declinarint, audi scripturam dicentem per modum maledicti, Pater tuus Amorræus, & ma-
ter Chettæa. Et alius quidem increpans, semen (inquit) Chanaan & non Iuda. AMBROSIVS. Qua ratione
cum filius Cham peccauerit, non ipsum, sed filium eius pater seruituti addixit? Et fortasse ideo quod plus afficitur
iniuriis filij sui, maxime quarum reus & auctor existat, & vehementius contristatur sui peccati damnationem à
filio

A à filio persolutam, qui non tam suo, quàm patris merito puniretur. Denique qui doctrinæ paternæ discipulus es-
set filius, & pessimarum æmulus cogitationum, vno corpore vterque veteretur & mēte, eademque malitia. Indif-
ferenter igitur vel paternæ vel suæ malitiæ filius precium luit, quoniam improbitatis commune consortium est.
Quod igitur pro patris soluit improbitate, sine dubio & pro sua soluit, culpæ eius reus, vel certe diuti⁹ pœna pro-
ducitur, cum etiam ad filium vsque pertendit, & successoris afflictio in tempora multa profertur. THEODO-
RETVS. Quid est quod Cham patre peccante, filius Chanaan maledicitur? Communiter omnes post diluuiū
benedictionis diuinæ participes fuerunt. Audax itaque facinus Noë existimauit, si benedictionis diuinæ partici-
pem malediceret. Idcirco filio eius execrationem inflixit. Iusta autem vltio fuit. Nam cum filius esset, in filio suo
punitus est. Illud etiam notandum est, quod si Cham ipse execrationi obnoxius fuisset, in totum illius genus vl-
tio deriuata ac propagata fuisset. Simul etiam illud sciendum est, non execrationem, sed prædictionem, iusti ver-
ba fuisse, quia enim Israël ex Sem deducens genus, Palæstinæ dominaturus erat, hanc vero antea Cham posteri
B habitarant, in maledictionem format prædictionem, futura prædicens, post futuris vero timorem incutiens, ne
in parentes suos peccare audeant. Idq; nos manifestò benedictio Sem docet, dicens, Benedictus dominus deus
Sem, & erit Chanaan seruus eius. GENNADIVS ET DIODORVS. Noë Chanaan, non aūt Cham
maledicit, tum quia iustum erat filium in filio pœnas dare, tum quia posteri Sem in terra Cham habitaturi erāt,
Intrauit enim Israël in Aegyptum, & Iacob incola fuit in terra Cham. Tum etiam quia Chananæam terram pos-
sessuri erant, alios perditurі, alios vt Gabaonitas seruaturi, in seruos scilicet ac lignatores. AVGVSTINVS
IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quare peccans Cham in patris offensa, non in se ip
so, sed in filio maledicitur? Nisi quia prophetatum est, terram Chanaan, eiectis inde Chananæis & debellatis, ac-
cepturos fuisse filios Israël, qui venirent de semine Sem. RVPERTVS. Maledictus Chanaan dixit, cum
nondum natus, vel non solus esset ille filius Cham, adeo posteros Chanaan detestatur, vt totum maledictionis il
C lius opprobrium vel pœnam in illos redundare pronunciet. Notandum autem quod non dixit seruus erit, quo
nomine interdum etiam bona vel voluntaria seruitus solet significari, sed seruus seruorum (inquit) erit fratribus
suis, quo additamento seruitus extrema, imò seruilis nequitia solet exprimi, nisi cum subiectione dei proferatur,
videlicet dum per egregiam humilitatem se ipsum profitetur quis seruum seruorum dei. Hæc narratio iam in
præsenti dum scribitur, valet eis quibus scribitur, videlicet ad corroborandos eorum animos, scientes quod ho-
stem eorum Chanaan iam dudum oderit deus. Idem enim est ac si diceret, Confortamini & estote robusti. Sicut
enim iam fecit deus Cham in filio eius Mesraim, hoc est Aegyptiis (de Mesraim nāque secundo filiorum Cham,
nati sunt Aegyptij) quos deus propter nos afflixit variis plagis, & in mari rubro tandem obruit, sic multo magis
faciet eidē Cham, in isto filio eius Chanaan, id est in istis populis cōtra quos deo duce proficiscimini, qui de illo
nati sunt. Nam & antequam fieret Abraham pater vester, maledictus, & seruus vester fore pronunciatus est iste
Chanaan, dicente adhuc eodem patre, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Ne ergo dicatis,
D nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est, vel quia proceræ staturæ est, ne (inquā)
hæc vel huiusmodi dicatis, quia reuera populus maledictus est, vobisq; seruus & tributarius erit, sicut per patrem
Noë prophetatum est. CAIETANVS. Infima ergo seruitutis species significatur, dicendo, seruus seruorū
erit fratribus suis, tanquam non sat sit seruire fratribus, sed oportere etiam seruire seruis fratrum. Pœnalis autem
hęc maledictio prophetauit futuram Chananæorum seruitutem, quæ postea superuenit. AVCTOR CAT.
Dictionem עברים abadim, quam nostra æditio seruorum vertit, Septuaginta οἰκέτης id est domesticus reddide-
runt. At Chaldaica & ipsa modo alio duram & seueram volens exprimere seruitutem, seruus seruiens erit fratri-
bus suis inquit. Cum autem filius aliquid sit patris, vtpote ex eius substantia natus quantum ad corpus, recte
quantum ad corporalia quædam mala pœnalia, pro peccato parentum puniri potest, nam visitat deus iniquitatē
patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem. Non sic quoad animam, ita vt spiritualia dona gra-
tiæ ac virtutum, filiis subtrahantur propter culpam parentum, animam quippe habet filius, non à parentibus, sed
E à deo immediate. Hæc autem Cham quarti Chanaan filij maledictio, malum quoddam temporalis pœnæ fuit,
videlicet corporalis seruitus, quæ etiam secundum aliquos nec in Cham, nec in filio eius Chanaan, sed diu in
Chananæis impleta est, qui filiis Israel ex Sem natis, diu fuerunt omnino subiecti. Nec hoc iniustum fuit, quoniā
Chananæi illi, Cham iniquitatem, & filij eius Chanaan sunt sequuti, & multo etiam maiora addiderunt pecca-
ta. Quia ergo ab impio patre male profecit impius filius, & in multa crimina degenerauit, ideo in filio impio ma
ledicitur & pater, hoc est, seruili ingenio & conditione grauatur, propter quæ & eius posteri olim deleti sunt, &
subiugati à filiis Sem Israëlitis. CHRYSOSTOMVS. Porro operæprecium fuerit audire nunc post pœnam
quam accepit is, qui nuditatem inuulgauit, quos honores & retributiones assecuti sunt alij pro honore quem
patri impenderunt. *Dixitque* (inquit) *Benedictus dominus deus Sem, sit q; Chanaan seruus eius.* AMBROSIVS.
Et dominum & deum dixit, & specialiter deum filij sui, cui nomen Sem est, eo quod deus iustorum est, hoc est,
deus montium non vallium, qui gratiam habeant virtutis excelsæ. CHRYSOSTOMVS. Hoc forte quis
F dixerit non est benedicere Sem, imò valde benedixit illum. Quando enim dominus benedicitur, & aguntur illi
gratiæ ab hominibus, tunc yberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Nam qui be-
nedixerit (inquit) debitorem ipsum facit maioris benedictionis, auctorq; fuit Sem maioris retributionis, quia
deus propter Sem benedicitur. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multū id nobis conciliat fauoris, ita
& contra, quando propter nos alij illū blasphemant, maior hinc nostra fit condemnatio. Quocirca obsecro de-
mus operam, vt ita viuamus, & tantæ virtutis specimen exhibeamus, quo omnes qui nos viderint, benedictionis
laudes afferant domino deo. Nam quia bonus & misericors est, per nos vult glorificari, non quod ipsi aliquid ad
suam gloriam accedat, nullius enim rei indigus est, sed vt occasiones ipsi præbeamus, vt maiorem nobis gratiam
impartiatur. Benedict⁹ dominus deus Sem, sit Chanaā seruus illius. Attēde hic quomodo paternā pœnā profert,
quæ tamen emendatio potius erat quàm pœna. Pater enim erat, & clemens pater, neque iustam pœnam volebat
inducere, sed ita vt diu malitiæ obesset, ideo ait, In seruitutem te condēno, vt iugem & indelebilem habeas facti
memoriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

memoriam. THEODORETVS. Hic pater Noë,Sem pietatem prædixit propter veri dei cultum apud eius posteros permansurum.Porro Chanaan seruitus erga semen Sem,in Gabaonitis finē accepit. DIODORVS. Cur tantummodo in benedictione Sem dictum est,Benedictus dominus deus Sem , cum vterque æquè patrem suum honorarit?Nouerat spiritus sanctus posteros Sem semen fidele futuros & Abraham & Patriarchas,deinde dominum Iesum inde oriundum. Liquet igitur Noë benedicēdo vaticinatum fuisse. RVPERTVS. Benedictus dominus deus Sem,& cætera.Sciendum totum illud esse in spiritu prophetiæ . Nam quia de Sem nasciturus erat vnius dei cultor,Hebræorum populus, idcirco dixit, Benedictus dominus deus Sem. CAIETANVS. In Sem itaque benedicendus benedictione laudis prophetatur deus,& subauditur verbum substātiuum futuri temporis erit.Et hoc adimpletum est,quoniam ex Sem descendit Abraham, ex quo diuinus cultus propagatus est in filiis Israël.Et tandem ex eodem semine natus est Christus,in quo benedicitur vndequaque deus.Sit Chanaan seruus eius.Iuxta Hebræum habetur , erit Chanaan seruus eis . Significanter enim dicit eis in numero plurali,ad significandum quod non ipsi Sem, sed filiis ipsius futurus erat seruus Chanaan semen. AVCTOR CATENAE. Et rectè quidem, nam Hebraicè est dictio לֹמוֹ lámo,id est illis.Et ita est in Chaldaica.At Septuaginta,καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς οἰκέτης αὐτοῦ,Et erit Chanaan seruus domesticus eius.Sicut igitur(inquit) Chanaan seruiet hominibus & vitiis,sic Sem cum posteris domino deo suo religiosè seruiet,non id vero suis viribus tātum, sed dei benedictione & gratia,cuius munere venit,vt sibi à fidelibus suis digne & laudabiliter seruiatur.Non autem Sem,sed deo eius,verbis benedicit iustus , vt intelligamus omne bonum nostrum non nobis , sed deo esse ascribendum.Quod etiam ait,sitq; Chanaan seruus eius,hoc quoque sonat,quod posteritas Chanaan posteritati Sem seruiat,eo quod filij Israël debellauerūt,sibiq; totam terram promissionis subiecerunt, ac populos inibi degentes in seruitutem redegerunt. *Dilatet deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius.* AMBROSIVS. Hoc dicit,quia de generatione Iapheth Rhodus & aliæ insulæ sunt nationum.Non ergo immerito latitudo dicitur,quando etiam in alteram partem naturæ, hoc est, maritimam, generatio eius processit. Vere enim tanquam latitudo non fuit eo contenta,quod in vsum hominibus natura præscripserat,hoc est, terræ possessione , verumetiam introgressa est mare , & ad insulas vsque processit. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Dilatet deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem.De Sem Hebræi,de Iapheth,populus gentium nascitur.Quia igitur lata est multitudo credentium,à latitudine, quæ Iapheth dicitur,latitudo nomen accepit.Quod autem ait,& habitet in tabernaculis Sem,de nobis prophetatur,qui in eruditione & scientia scripturarum erecto Israële versamur. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Dilatet deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem . Sem quippe de cuius semine in carne natus est Christus,interpretatur nominatus.Quid autem nominatius Christo,cuius nomen vbique iam fragrat,ita vt in Cantico canticorum,etiam ipsa præcinente prophetia,vnguento comparetur effusio,in cuius domibus,id est ecclesiis habitat gentium latitudo? Sitq; Chanaan seruus eius. Cham per quem exprimuntur hæretici,in filio suo maledicitur,tanquam in fructu suo , id est opere suo. Vnde conuenienter & ipse filius eius Chanaan,interpretatur motus eorum,quod aliud quid est,quàm opus eorum?seruiunt ergo hæretici catholicis , quia multa ad fidem pertinentia dum hæreticorum calida inquietudine exagitantur,vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentius , & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur,& ab aduersario mota quæstio, dicendi existit occasio. CHRYSOSTOMVS. Non ergo aberrabit quis,si dixerit benedictiones iusti, prophetias esse.Nam si pater Noë non simpliciter neque frustra vocabulum indidit Noë, sed vaticinatus est per nomen futurum diluuium,multo magis iustus ille non simpliciter neque frustra benedictiones protulit. Opinor enim quod benedicendo hos duos,duorum populorum vocationem significare voluerit,& per Sem quidem Iudæos,ex illo enim & Abraham & Iudæorum genus multiplicatum est,Per Iapheth autem, gētium vocationem. Vide autem quod & benedictio hanc prænunciet,Dilatare enim(inquit secundum aliam literam),deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum videmus. Dicendo enim,dilatare,omnes gentes significauit . Sed dicendo , habitet in tabernaculis Sem, quia gentes frui cœperunt iis quæ Iudæis parata. Vidisti quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes , & quanta ille propter temeritatem & impudentiam ignominia punitus est?Sint hæc perpetuo in nostra mente scripta,vt horum æmulatores, & imitatores fieri possimus , huius autem excellentem temeritatem,& nequam voluntatem fugiamus. THEODORETVS. Dilatet deus Iapheth,& habitet in tabernaculis Sem. Primo Iapheth fœcunditatem, dein deum in tabernaculis Sem habitaturū prædicit.Habitauit autem in posteris eius,Patriarchis scilicet, ac Prophetis.Ac primum in tabernaculis , deinde in Hierosolymis.Dispensationis vero finem habuit prophetia, quando ipse deus verbum dei,& patris vnigenitus,carnem assumpsit , & homo factus est , & templum suum carnem illam nuncupauit, quam ex semine Abraham & Dauid assumpserat,nam & hi ē Sem oriundi erant. DIODORVS. Vel habitet Iapheth in tentoriis Sem,quia Medei,hoc est Medus,Iapheth filius,non exiguam partem Persidis,Mediam scilicet obtinuit.Vel Romanum regnum , quod hæreditatem Sem & Chanaan imperio tenuit. Sitq; Chanaan seruus eius.Nam & Persis & Romanis semen Chanaan seruit,ipsi vero nullus. EVCHERIVS. Quanquam autem sit deus omnium gentium , quodammodo tamen proprio vocabulo , & in ipsis iam gentibus dicitur deus Israël . Et vnde hoc factum est,nisi ex benedictione Iapheth? In populo enim gentium totum orbem terrarum occupauit ecclesia. ISIDORVS. Dilatet deus Iapheth, & cætera . Sem maior natu ipse est Iudaicus populus , ex quo patriarchæ & prophetæ & Apostoli generati sunt,Iapheth autem pater gentium est,qui latitudo interpretatur . Dilatatus est enim cum ingenti multitudine gentilis populus,qui cum prophetis & Apostolis hæreditatem accipit. Et in tabernaculis Sem transiit habitatio Iapheth,hoc est,in domo legis & prophetarum, gentium ecclesia iustificata est . Minor quidem temporis ætate , sed lege gratiæ maior. Cui seruit Chanaan filius Cham,id est omnes hæretici,quia eorum errores in vsum cedunt proficientium,iuxta illud Apostoli,Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis. RVPERTVS. Dilatet deus Iapheth,& habitet in tabernaculis Sem.Iam quia notum est, in Sem Iudæos, in Iapheth vero gentes , quæ promissiones Iudęorum consecuturæ erant,benedici prophetico

Cap. 2.

A phetico spiritu patris, certius,nunc scire licet quæ sint tabernacula Sem,& quo introitu admissus,cœperit in illis habitare Iapheth.Tabernacula Sem,priuilegia sunt Iudæorum,quæ apostolus his verbis enumerat, Quorum, inquit,est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum , & legislatio, & obsequium,& promissa,quorum patres ex quibus Christus secundum carnē,qui est super omnia deus benedictus in secula.In iis ille populus aliquando habitabat solus,nam nos gentes foris eramus.Eratis enim(inquit idem Apostolus)in illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël,& hospites testamentorum,promissionis spem non habentes & sine deo in hoc mundo.Hæc enim omnia vnius Hebraicæ linguæ clausura tenebat,quæ in diebus quibus diuisio vel confusio linguarum facta est,remansit in domo vel familia Heber , vnde & lingua ista Hebraica dicta est . Itaque hæc quæ prædicta sunt,aperte vocantur hic tabernacula Sem,id est non quod cunctæ generationes Sem in illis habitauerint, sed pars,videlicet pars populi Israël,qui per Abraham descendit ex Heber pronepote Sem.Porrò de Iapheth nati sunt Græci & Latini,Filij nanque Iapheth fuere septem.Gomer,à quo Galathæ,& Magog,à quo Scythę,& Ma
B dai,à quo Medi,& Iauam,à quo Iones,qui & Græci, vnde & mare Ionium dicitur,& Tubal,à quo Itali & Hiberi, qui & Hispani,à quibus Celtiberi,& Mesoch,à quo Capadoces, vnde & vrbs apud eos Mazecha dicta est,& Thyras,à quo Thraces,quorum non satis immutatum vocabulum est.In his & in cunctis pene gentibus Græca & Latina lingua principatum obtinent,altera videlicet propter sapientiam Græcorum,altera propter potentiam Romanorum , per quas aperta sunt tabernacula Sem gentibus vniuersis ad inhabitandum , quia videlicet per illas, annitentibus multis translatoribus,scripturarum scientiam,& perinde vnius dei notitiam apprehenderunt.Et Iudæi quidem,quibus illa tabernacula primum ædificata fuerant,& nonnulli quoque de cæteris gentibus Sem introierunt,sed generationes Iapheth quibus maxime Europa possessa est, habitando prævaluerunt . Quia ergo de Iapheth diuidendæ erant insulæ gentium, & earum plenitudo per fidem ventura,& habitatura erat in domo dei
C Iudæorum,non quidem dixit,Benedictus dominus deus Iapheth,quia falsos & multos deos coluerunt,sed dilatet,inquit,deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem . Sem ergo & Iapheth,hoc est,fidelibus christianis rectè seruus seruorum est Chanaan,id est omnis hæreticus,quia videlicet dum blasphemat & contendit,imò etiā corporaliter persequitur(quod maxime furor fecit Arrianus)illorum gloriæ seruit, & perficiēdis coronis famulatur. Et bene dictum est,Maledictus Chanaan,&non maledictus Cham,quia videlicet dum in futurum seculum pœna illorum reseruatur,quasi non in semetipsis,sed in posteris suis puniuntur.Interpretatur autem Chanaan,motus eorum . Quæ interpretatio talibus congruit , quia pro motu , id est pro opere patris sui maledicti sunt.
CAIETANVS. Dilatet deus Iapheth,& habitet in tabernaculis Sem. Explicatur dilatatio tanta, vt habitent filij Iapheth in tentoriis Sem , vt non sufficiant eis loca propria,sed etiam habitent in locis Sem . Sitq; Chanaan seruus eius.Iuxta Hebræum habetur , Et erit Chanaan seruus eis,hoc est, filius Iapheth. AVCTOR CATE. Eadem enim est dictio לֹמוֹ lamo, id est eis,sic & in Chaldaica & apud Septuaginta. Ad nominis autem allusionē benedicitur Iapheth,quod sonat dilatationem.Latissime siquidem diffusi sunt filij Iapheth , licet pauci numero
D à principio nominentur,quindecim scilicet,cum de Cham triginta populi, & de Sem viginti septem nominentur in sequentibus.Habitare autem dicitur Iapheth in tabernaculis Sem,quia pars maxima filiorum eius,hoc est, gentilium,ad fidem vnius dei cœli,veri & solius,conuersa est,cuius sacerdos scribitur fuisse Sem , alio nomine Melchisedech.Chananæorum vero terra ac vrbes perpetuo, vel filiis Sem Iudæis , vel filiis Iapheth gentibus ad dominum conuersis,vsque in præsens seruierunt, & subiectæ sunt.
AVGVSTINVS XVI. DE CIVITATE DEI. Hæc scripturæ secreta diuinæ indagamus vt possumus,alius alio magis minúsve congruenter, veruntamen fideliter,certum tenentes,non ea sine aliqua præfiguratione futurorum gesta atque conscripta, neque nisi ad Christum & eius ecclesiam quæ ciuitas dei est,esse referenda,cuius ab initio generis humani non defuit prædicatio, quā per omnia videmus impleri. ISIDORVS. Chanaan igitur puer maledictus,filius Cham,altiori sensu plebs est Iudaica,quæ dum Christum crucifixit, pœnā in filios transmisit,dicens,Sanguis eius super nos,& super filios nostros. EVCHERIVS. Quia vero & Iu-
E dæi credentes, & gentes conuersæ dominatæ sunt & dominantur incredulis Iudæis, additum est, seruus seruorū erit fratribus suis.Quid enim aliud est hodie gens ipsa , nisi quædam scriniaria christianorum fidelium,baiulans legem & prophetas ad testimonium assertionis ecclesiæ , vt nos honoremus per sacramentum,quod nuntiat illa per literam? GREGORIVS XXVI. MORALIVM. Aliter . Non permittit deus multa peccata,sed ita iudicium in nostra correctione incipit , vt in reproborum damnatione quiescat. Incipit enim iudicium à domo dei.Quis ergo finis eorum qui non crediderunt? qui temporalia flagella non sentiunt? qui in æternum peribunt? Quorum nequitia Cham peccante figurata est,Cui dicitur,Maledictus Chanaan puer,& cętera.Et quid est enim quod Cham peccante,Chanaan eius filius sententiam vltionis accipit? Quid est quod non in se,sed in posteritate percutitur , nisi quod reproborum nequitiæ hic quidem inultæ proficiunt , sed in posterum feriuntur?

Myſticè.

Cap. 2.

Cap. 18.

F *Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis,& impleti sunt omnes dies eius nōgentorum* 8
quinquaginta annorum,& mortuus est.

CHRYSOSTOMVS. Neque hoc putandum absque causa assignasse scripturam , sed vide & in hoc 8
loco iusti continentiam.Quia cum tanta frueretur vbertate & prosperitate,superuiueretq; tanto annorum numero post egressum ab arca,noluit vltra indulgere puerorum procreationi.Nō enim commemorat scriptura illum alios præter tres istos habuisse pueros. Hic iterum cogita magnā salacitatem Cham,quia neq; patrem videns tantæ continētiæ,castior ipse factus est, sed omnia diuerso modo quàm pater agebat. Proinde omne suum genus in seruitutem condemnatum est,vt malæ voluntatis frenum habeat. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Ecce post diluuium trecentisquinquaginta annis vixit Noë. Ex hoc autē loco perspicuū est,centū viginti annos generationi illi,vt supradiximus,ad pœnitentiā datos, & nō vitæ mortalium constitutos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitutos. CAIETANVS. Quemadmodũ autẽ vitam Noë ante diluuium Moyſes, nec quoad locũ, nec quo- G
ad exercitationem deſcripſit, ſed tantum quoad tempus & iuſtitiã, ita vitã eius poſt diluuiũ ſilentio inuoluit, nec
locum vbi vixerit, aut vbi mortuus fuerit explicat, ſed tantũ quod fuit vir terræ, & quod vixit tantum temporis,
Feſtinat ſiquidem Moyſes ad Abraham. AVCTOR CATENAE. Noë vixit poſt diluuiũ trecentis quin-
quaginta annis. Abram autem vt à quibuſdam aſſeritur natus eſt ducentis nonaginta duobus annis poſt diluuiũ.
Contemporanei ergo quinquaginta octo annis fuerunt. Adam autem primus homo, ante generationem Noë,
Myſticè. tantum centum viginti annis iam obierat mortem, quanuis ſecundum alios multo ante.
AMBROSIVS. Nunc vero quoniam poſt diluuiũ Noë dicitur vixiſſe trecentis & quinquaginta annis, ne-
quaquam prætereundum putamus. Nam in trecentis crucem Chriſti ſignificari certum eſt, cuius typo iuſtus à di
luuio liberatus eſt. In quinquaginta Iubilæus eſt numerus remiſſionis, quo ſpiritus ſanctus miſſus à cœlo eſt, gra-
tiam humanis pectoribus infundens. Perfecto igitur numero remiſſionis & gratiæ, iuſtus curriculum vitæ huius H
impleuit.

IN CAPVT GENESEOS DECIMVM. ARGVMENTVM.

Genealogia Iapheth, Sem, & Cham. A quibus diuiſæ regiones, Nemrod, Niniue, Philiſtæi, Chananæi, filij Sem, Phaleg.

CAPVT X.

Lectio pri. I HAE *ſunt generationes filiorũ Noe, Sem, Cham, & Iapheth. Natique ſunt eis filij poſt diluuiũ.* I
AVCTOR CA. Omnia prope nomina in præſenti capite tam apud nos, quàm Græcos variata ſunt. Ex eo autem cognoſcitur diuinarum literarum maieſtas, & incorrupta veritas, cognoſcitur quoq; omnium à mundo condito ſeculorum ſeries, ea veriſſima eſſe, quę ab hiſce literis traditur. Quarum auctoritate atq; auxilio, facile redarguitur Aegyptiorum error, gen-
tiſq; illius pudenda mendacia, quæ ſe decem annorum milia monumentis habere cõprehen-
ſa iactabant. Error quoq; Chaldæorum, hoc eſt, nationis fabuloſiſſimæ, & ad ſuperſtitiones procliuiſſimæ, qui &
quadringenta ſeptuaginta annorum milia ſuis annalibus relata ſe habere mentiebantur. Mendacium quoq; Her-
modori Platonici, qui à Zoroaſtre vſque ad bellum Troianum, quinque annorum milia interfuiſſe ſcribit. Alia-
rũ quoque gentiũ temeritas, quę ſeſe vetuſtiſſimas iactabant, & mendacem temporum numerum in medium affe-
rebant. In cœleſtibus enim hiſce literis, omnis annorum ſeries deſcribitur, adhibitis ætatibus quam quiſque eorũ K
qui in eo catalogo cenſentur, à primo homine vixiſſet. Dein vt clariſſima ac maxime vera, omnis horum anno-
rum ſeries eſſet, ponitur quam quiſque hominum primus terrarum partem occuparit, quorum nomina adhuc
regio hominibus erat frequens, quam tenuerat Adam, prope ſcilicet paradiſum. A conditione autem mundi ad
diluuium, interceſſere mille ſexcenti quinquaginta ſex anni, licet Græci, non recte duo milia ac plus fuiſſe opi-
nentur. Hoc itaque ſpacio minimum orbis terrarum angulum homines tenebant, atque hoc eſt quod in hiſce li-
teris nulla fit eorum deſcriptio, qui tum per terras diffuſi eſſent, nam neque erant diffuſi. Poſt diluuium autem,
in omnes terras diſtributi ſunt homines. Eorumq; nomina (vt diximus) adhuc in regionibus quas primum te-
nuerunt, remanent. Nam Media à Madai filio Iapheth nomen ſortita eſt. Tyrus autem, à Tiras eiuſdem Iapheth
filio, ſic & Iauan Ioniæ nomen dedit. Non ergo hæc nomina Græca ſunt, aut alterius gentis, vt plerique apud
Græcos mentiuntur, falſasq; etymologias comminiſcuntur. Neque nos latet, immutata apud alias gentes aliqua L
eiuſmodi nomina eſſe, pleraque tamen eorum incorrupta ſeruari, quæ tamen apud Hebræos integra perſeuerant.
Neque alio nomine orbis terrarum regiones ab eis vocantur, quam eorum nomine qui primi eas adierint, atque
incoluerint. Nam Mizraim Aegyptus apud eos appellatur, quod his primus eam tenuerit. Chus etiam voca-
tur Aethiopia, eadem de cauſa, eadémque eſt in aliis ratio. Sed iam ad ſcripturæ ipſius ſeriem veniamus, iſt-
hæc enim prælibaſſe ſufficiat. *Hæ ſunt generationes filiorum Noe.* RABANVS. Benedictis duobus fi-
liis Noë, & medio maledicto, generationes eorum texuntur, ex quibus generationes ſeptuaginta duæ ortæ
ſunt, videlicet quindecim de Iapheth, triginta de Cham, & viginti ſeptem de Sem, ad quas miſit dominus
ſeptuaginta duos diſcipulos. *Natique ſunt eis filij poſt diluuium.* CAIETANVS. Hoc dictum eſt ad
explicandum, quod ante diluuium non genuerunt. AVCTOR CATENAE. Homines toto orbe
nunc ſparſos, oſtendit ſcriptura vnius patris filios eſſe, & poſteros, vt mutuum diligamus, & omnium fere
nationum priſca nomina non ignoremus. Abſoluit autem primo breuibus generationem filiorum Iapheth & M
Cham, ex quibus gentes prognatæ ſunt, vt de poſteritate Sem vnde patriarchæ ſancti & Chriſtus nati ſunt, la-
tius diſſeratur. Ante diluuium, diuina prouidentia, filios non genuerunt tres filij Noë, ne deprauatæ ætatis vi-
tia contraherent, vel in diluuio pariter cum aliis perirent. Prima ætas ab vno incœperat, poſterior à tribus,
diſſeminanda iuxta ſcripturam.

2 Filij Iapheth, *Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Tubal, & Moſoch, & Thiras. Porro filij Gomer, Aſenez, & Riphat, & Togorma. Filij autem Iauan, Eliſa, & Tharſis, Cethim, & Do-*
danim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundum linguam ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis.

Filij

A *Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, Iauan, & Tubal, & Moſoch, & Thiras.* HIERONYMVS IN 2
QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iapheth filio Noë nati ſunt ſeptem filij, qui poſſederunt terram
in Aſia ab Amano & Tauro, Syriæ Cœles & Ciliciæ montibus, vſque ad fluuium Tanain. In Europa vero vſque
ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes, è quibus poſtea immutata ſunt plurima, cætera permanent
vt fuerunt. Sunt autem Gomer Galatæ, Magog, Scythæ, Madai, Medi, Iauan, Iones, qui & Græci, vnde & mare
Ionium. Tubal Iberi, qui & Hiſpani, à quibus Celtiberi, licet quidam Italos ſuſpicentur. Moſoch, Cappadoces,
vnde & vrbs hodie apud eos Mazaca dicitur. Porro Septuaginta interpretes Caphtorim Cappadoces arbitran-
tur, Thiras, Thraces, quorum non ſatis immutatum eſt vocabulum. Scio quendam Gog & Magog, tam de
præſenti loco quam de Ezechiel, ad Gotthorum nuper in terra noſtra vagantium hiſtoriam retuliſſe, quod v-
trum verum ſit, prælij ipſius fine monſtrabitur. Et certe Gotthos omnes retro eruditi, magis Getas quàm Gog
& Magog appellare conſueuerunt. Hæ itaque gentes quas de Iapheth venire ſtirpe memorani, ad aquilonis
B partem habitant. CAIETANVS. Retrogrado autem ordine exequitur, nam proponendo incœpe-
rat à Sem, terminando in Iapheth, exequendo autem retrogreditur inchoando à Iapheth, & terminando ad Sem.
AVCTOR CATENAE. Deſcribitur ergo generatio ipſius Iapheth filij minoris, vt gradatim aſcendendo,
perueniatur ad deſcriptionem filiorum Sem, cuius generationem Moyſes magis proſequi intendit, quia ex eo
nati ſunt Hebræi. Primo igitur loco filij & nepotes ex Iapheth nominantur, per quos gentes diſſeminatæ ſunt,
quorum nomina vſque ad Moyſi tempora duraverunt, vt hic deſcribuntur. Propter mutationem autem regno-
rum apud Babylonios, Aſſyrios, Perſas, Medos, Græcos, Romanos, & Saracenos, temporúmque longitudi-
ne, mutata ſunt terrarum, populorum & vrbium nomina, vt pauca de his certum teneamus, & hæc quæ vel
ex Hieronymo, vel Ioſepho habentur. Gomer, Iudæi Aphricam, Hieronymus Galatas vel Gallogræciam pu-
tant. Magog Scythas Hieronymus, quidam Hebræi Germaniam. Madai Medi ſunt, conſentientibus auctoribus,
C & nomine Iauan Iones ſunt, Iudæi volunt Macedoniam. Tubal Heſperiam duplicem volunt, Hiſpaniam & Ita-
liam, Moſoch vel Meſech, Hieronymus Cappadociam dicit, Thiras Thraces quidam, Rabi Salomon Perſas, ve-
riſimilius Tyrum eſſe dicimus. *Porro filij Gomer, Aſenez, & Riphat, & Togorma.* HIERONYMVS. Alia
litera filij Gomer, Aſchanaz, & Riphat, & Thogarma. Aſchanaz Græci Reginos vocant, Riphat, Paphlagones,
Thogarma, Phrygas. AVCTOR CATENAE. Aſenez, Iudæorum veteres Aſiam dixerunt, moderni
Germaniam, Hieronymus Reginos. Riphat Hieronymus Paphlagoniam, potius Tartari apud montes Riphęos.
Thogorma Iudæi Barbariam, Hieronymus Phrygiam ſentit. *Filij autem Iauan, Eliſa, & Tharſis, Cethim & Dodanim.*
HIERONYMVS. De Ionibus, id eſt de Græcis, naſcuntur Eliſei, qui vocantur Aeolides, vnde & quinta lin-
gua Græciæ Aeolis appellatur, quam illi vocant πάτριον διάλεκτον. Tharſis Ioſephus Cilicas arbitratur, θ, aſpi-
rationis literam vitioſe à poſteris in τ, dicens fuiſſe corruptam, vnde & Metropolis eorum ciuitas Tarſus appel-
latur, Paulo apoſtolo glorioſa. Cetim ſunt Citij, à quibus hodie quoque vrbs Cypri Citium nominatur. Doda-
D nim Rhodij, ita enim Septuaginta interpretes tranſtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sin-
nij Capitonis & Græcum Phlegonta, cæteróſque eruditiſſimos viros, & videbimus pene omnes inſulas, & to-
tius orbis littora, terráſque mari vicinas, Græcis accolis occupatas, qui vt ſupra diximus, ab Amano & Tauro
montibus, omnia maritima loca vſque ad Oceanum poſſedere Britannicum. CAIETANVS. Vide quod
cum ſeptem numerauit filios Iapheth, omiſſis quinque eorum, duorum tantum, primi videlicet & quarti, fi-
lios ſupputat, ad inſinuandum, quod non eſt propoſiti ſui texere genealogias omnium. AVCTOR CATE-
NAE. Filij autem Iauan, & cætera. Ex hoc loco vt & aliis plerisq;, elicitur apud Hebræos aliquando eas literas
immutatas, inter quas aliqua eſſet affinitas. Tam enim à Septuaginta, quàm omnibus nationibus, Rhodus per
R, profertur, non D, vt fit apud Hebræos. Et veriſimile eſt ab eo tempore eam inſulam Rhodon vocari cœptam,
quo primum eam incoluerit Dodanim. Quis ergo non crediderit eum non Dodanim, ſed Rhodanim à patre
E modo ſcribatur ר, altera ד, præcipueq; id in his cognoſcitur, qui Hebraicè dicunt, qui ſæpe ſæpius inter legen-
dum labuntur, literarum ſimilitudine decepti? Non deſunt tamen qui Dodanim Dardaniam eſſe putauerint.
Cethim autem vel potius Citthim, Cyprum quidam, alij Italiam dicunt. De his omnibus tutius creditur inſu-
las gentium, vel maritima eſſe ad aquilonem & occidentem verſus, quas homines in primis incoluerunt, vnde &
Noë peruenisse ad Italiã Beroſus ſcribit. *Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundum linguam*
& familias ſuas in nationibus ſuis. INTERLINEARIS. Hęc per prolepſim, id eſt præoccupationem dicta ſunt,
necdum enim linguæ diuiſæ. CAIETANVS. Non proſequuturus Moyſes hiſtorias diuiſarum nationum,
præoccupat quod poſt factum eſt, valde ſummarie ſcribendo, quod à filiis Iapheth ſeparatæ ſunt, quoad proprie-
tatem habitandi, colendi, dominandi inſulæ gentium, hoc eſt, inſulæ quas modo tempore Moyſi inhabitant
gentes, inhabitant Ethnici, fecerunt enim ſuas, regiones quas occuparant. AVCTOR CA. Quæ autem
hic dicuntur, poſt diſſipationem turris Babylonicæ facta ſunt, nam vſq; ad turris illius conſtructionem, vna om-
F nium lingua fuit. AVGVSTINVS XVI. DE CIVITATE DEI. Sic igitur generationes filiorum Cap. 3.
Noë cõmemorari cœptæ ſunt à filio minimo qui vocatus eſt Iapheth, cuius filij octo nominati ſunt, nepotes autẽ
ſeptẽ de duobus filiis eius, tres ex vno, quatuor ex altero, fiunt itaq; omnes ipſo computato Iapheth quindecim.

3 Filij aũt Chã, Chus, & Meſraĩ, & Ruth, & Chanaã. Filij aũt Chus, Saba & Euila, & Sabatha, & Regi-
na, & Sabathaca. Filij Regma, Saba & Dadã. Porro Chus genuit Nẽroth. Ipſe cœpit eſſe potẽs ĩterra,
& erat robuſtus uenator corã domino. Fuit
aũt principiũ regni eius Babylõ, & Arach, & Achad, & Chalãne ĩ terra Sẽnaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur,
& ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. Reſen quoq; inter Niniuẽ & Chale, hæc eſt ciuitas magna.

Filij autem Cham, Chus, & Meſraim, & Phuth, & Chanaan. HIERONYMVS. Chus vſq; hodie ab Hebræis Aethio- Vbi ſupra.
pia nun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pia nũcupatur, Mesraim, Aegyptº, Phut, Libye, à quo & Mauritaniæ fluuius vsq; in præsens Phut dicitur, omnisq; circa eum regio Phutensis. Multi scriptores tam Græci quàm Latini huius rei testes sunt. Quare autem in vna tãtum climatis parte, antiquum Libyæ nomen resederit, & reliqua terra vocata sit Aphrica, disserere nõ huius loci nec tẽporis est. Porro Chanaan obtinuit terrã, quam Iudæi deinceps possederũt eiectis Chananæis. AVCTOR CAT. Chus ergo Aethiopes prope Arabiã, vel Arabia felix ipsa. Misraim Aegyptus est. Phut Libij, Pœni Aphri sunt. Chanaan duodecim populi in terra promissionis sunt, quam regionẽ diligentius quoq; Moyses annotauit. *Filij Chus, Saba, & Euila, & Sabatha, & Regma, & Sabathaca.* HIERONYMVS. Saba à quo Sabæi, de quib⁹ Virgilius, Solisq; est thurea virga Sabæis. Et alibi. Centũq; Sabæo thure calent aræ. Heuila Getuli, in parte remotiora Aphricæ, eremo cohærentes. Sabatha à quo Sabatheni, qui nunc Astabari nominãtur. Regma vero & Sabatacha paulatim antiqua vocabula perdidere, & quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur. AVCTOR CAT. Fortassis olim hæc triplicis Arabiæ fuere nomina. *Filij Regma, Saba, & Dadan.* HIERONYMVS. Hic Saba per ש Sin literã scribitur, supra vero per ס Samech, à quo diximus appellatos Sabæos. Interpretatur vero nũc Saba Arabia. Nã in septuagesimoprimo psalmo, vbi nos habemus, Reges Arabũ & Saba munera offerẽt, in Hebræo scriptũ est, Reges Saba, primũ nomẽ per Sin, secũdum per Samech. Dadan gẽs est Aethiopiæ in occidẽtali plaga. AVCTOR CA. Notãdũ igitur duas esse vrbes aut duas regiones, quæ eodẽ nomine Saba à nobis & Græcis appellãtur, apud Hebræos tamẽ insigne discrimẽ est. Alteraq; in Aethiopia, altera in Arabia est. Quæ Aethiopiæ est, scribitur apud Hebræos per ס, exile, hoc est, סְבָא Seba, quæ vero in Arabia, per ש, crassũ, sic שְׁבָא Seba. Regina ergo Saba, quæ ad Salomonẽ munera atq; aromata attulisse memoratur, nõ Aethiopicæ, sed Arabicę Sabę regina erat. Ex eadẽ Magi ad dominũ Iesum generis humani reparatorẽ venerũt, ex his quæ regio afferret dona ei portantes. De Saba vero quæ in Aethiopia est, multa scribuntur, à Strabone. Fallitur ergo Iosephus scribens reginã Sabæ nõ fuisse eius quæ in Arabia, sed quæ in Aethiopia est. Quippe quæ ea tempestate Aegypto atq; Aethiopiæ imperaret. Quod ex multis scripturæ locis falsum esse cõuincitur. De quo nõ est modo dicendi locus. AVGVST. XVI. DE CIVI. DEI. Filij aũt Chã, hoc est, mediꝰ filij Noë, quatuor & nepotes quinq; ex vno eius filio, pronepotes duo ex nepote vno, fit eorũ summa vndecim. Quibus enumeratis reditur tanq̃ ad caput, & dicitur, *Porro Chus genuit Nẽroth. Ipse cœpit esse potẽs in terra, & erat robustus uenator corã domino. Ab hoc exiuit prouerbiũ, quasi Nẽroth robustus uenator corã domino.* Secundũ Septuaginta, Hic cœpit esse gigas super terrã. Hic erat gigas venator contra dominũ deũ. Propter hoc dicunt, sicut Nẽroth gigas venator cõtra dominũ. Iste porro Chus pater gigãtis Nẽroth, primꝰ nominatus est in filiis Chã, cuius quinq; filij iã fuerant computati, & nepotes duo. Sed istũ gigantem aut post nepotes suos natos genuit, aut (quod est credibilius) seorsum de illo ꝑpter eius eminentiã scriptura locuta est, quandoquidẽ & regnũ eius cõmemoratum est. Cuius initium erat illa nobilissima Babylon ciuitas, & quæ iuxta cõmorantur ciuitates siue regiones. IDEM. Contra dominũ aũt dictus est esse gigas iste venator, hoc est, leuans cor suũ sursum cõtra eũ. Quod nõ intelligẽtes nõnulli, ambiguo Græco decepti sunt, vt nõ interpretarẽtur contra dominũ, sed ante dominũ, ἐνώπιον quippe, & ante & contra significat. Hoc enim verbũ est etiã in psalmo, Et plo remus ante dominũ qui fecit nos. Et hoc verbũ est etiam in libro Iob, vbi scriptũ est, In furorẽ erupisti cõtra dominũ. *Sic ergo intelligendus est gigas ille venator contra dominũ.* IDEM IN QVAEST. SVPER GENESIM. Sed quæritur quomodo dictũ sit, hic cœpit esse gigas super terrã, cũ gigãtes & antea natos scriptura cõmemoret? An forte quia post diluuiũ nouitas generis humani reparãdi de nouo commemoratur, in qua nouitate hic cœpit esse gigas super terrã? CHRYSOST. Hic fuit gigas venator corã domino. Quidam dicũt hic, corã domino, hoc est aduersarius deo, ego aũt nõ puto scripturã hoc insinuare, sed qđ robustꝰ quis fuerit & virilis. Et quod dicit, corã domino, hoc est, à domino cõstitutus, eo quod acceperat aliquã ab illo diuinã existimationẽ, vel quod deus per hũc esset in admiratione habẽdus, quod talẽ produxisset, & super terrã mõstrasset. Sed hic iterum proauũ suũ imitatus, & abusus naturæ priuilegiis, aliũ seruitutis modũ adinuenit, & princeps atq; rex fieri attẽtauit. Rex enim nõdũ erat, cũ nõdũ essent subditi. Ista aũt magis videbatur esse libertas. Seruitꝰ aũt grauissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. ALCVINVS. Et erat robustꝰ venator, id est hominũ oppressor & extinctor, quos allexit, vt turrim cõtra deũ cõstruerent. INTERLINEARIS. Vel animarũ deceptor, quia cogebat hoies ignẽ adorare. Corã dño aũt dicit, hoc est, nõ ignorante, vel cõtra dominũ CAIET. Porro Chus genuit Nẽroth. Quinq; filiis Chus adiũgit sextũ. Ipse cœpit esse potẽs in terra. Dictio interpretata potẽs, prior interpretãda est fortis. Apud nos tamẽ clariꝰ explicat sensũ potẽs, qm̃ sensus est, quod iste incœpit habere potentatũ in terra, qui potentatus significatur à fortitudine, eo quod fortitudine sua vẽdicauit sibi potẽtatũ. Et erat robustus venator corã domino. Eadẽ dictio quæ interpretata est potẽs, repetitur hic. Habetur itaq; iuxta Hebręũ, Ipse fuit fortis venator in faciebus Iehouah. Est enim tetragrammatõ. De venatione hominũ ab omnibus intelligitur, ad significandũ quod vsus est fortitudine sua ad capiendũ homines ad similitudinẽ venatoris. Quod aũt dicitur in facieb⁹ dei, dupliciter exponi potest, vel cõtẽptiue: hoc est cõtẽpto cõspectu diuino, vt sit dictũ ad exaggerationẽ peccati, quemadmodũ exaggeratur crimen cõmissum spectãte prætore. Vel simulate: ad significãdũ quod Nimrod hinc simulabat se esse deicolam, inde autem exercebat tyrannidem. Oportet enim secundũ philosophorũ documenta principẽ esse deicolã, vt populus minus putet se pati iniustũ. Et hic sensus magis quadrat cõtextui: eo quod subiungit inde deriuatũ prouerbiũ. Non est aũt verisimile versũ fuisse in prouerbiũ dignũ, vt narraretur à Mose, continens tam ingẽtem blasphemiam quantam cõtinet primus sensus. Meminit autem dei sub nomine propriissimo, ad significandũ, vel quod ipsum deum secundũ seipsum cõtemnebat (iuxta primũ sensum) vel quod summum illud arcanum quod est primum omnium principium, simulabat se colere. Ab hoc exiuit prouerbium. Iuxta Hebræum habetur, Ideo dicetur. Et significatur verbo futuri temporis, ad significandam perseuerantiam prouerbij quasi Nimrod robustus venator coram domino. Vel de principe aliquo contemnente deum vel tyranno simulante se dei cultore proferebatur. AVCTOR CATENAE. Porrò Chus genuit Nemroth. Ad intelligendas rerum proprietates, necessaria est nominum incorrupta pronunciatio. Adde quòd cum ab omnibus rebus debet abesse depraua-

Cap. 3.

Cap. 4.

autem

A autem diuinis is deferri debet honos, vt eas veneremur, exequendo quæ præcipiunt. Quod vt possimus quàm facillimè consequi, illustrandæ extergendæq; sunt, & in suum nitorem vendicandæ. Ipse (inquit) cœpit esse potens in terra. Dictio גִּבּוֹר gibbor, hic posita, Fortis, robustus, potens, reddi potest. Videtur autem potius ad vires corporis referendum, quàm ad imperium, quanquam de regno Nimrod mentio quoque fiat. Veruntamen interpres quod hic potentem, paulo inferius interpretatus est robustum. Mirum verò est, cur Septuaginta interpretati hoc modo sint, οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς, Iste cœpit esse gigas super terram, cum vox Hebraica aliud prorsus significet. Idem faciunt toto hoc loco. Quod verò sequitur, Et erat robustus venator coram domino, Hebraicè ita legitur הוּא הָיָה גִּבּוֹר צַיִד לִפְנֵי יְהוָה hu haia gibbor zaid liphne adonai, Ipse erat robustus seu potens, vel fortis venator coram domino. Est autem coram domino, peculiaris loquendi modus in lingua Hebraica, qui sæpe in sacris literis inuenitur. Alij hyperbolem esse volunt, quia non fuit (inquiunt) sub cœlo aliquis sibi æqualis in

B potentia. Chaldaica habet, Ipse erat vir robustus coram domino. Deinde quod sequitur, Ab eo exiit prouerbium, Hebraicè ita habetur אֲשֶׁר כֵּן יֵאָמֵר al chen ieamar, id est, Ideo dicetur. Propterea Septuaginta Hebraica sequentes, sic hunc locum reddiderunt, Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν. propter hoc dicent. Aduertendum tamen, moris linguæ Hebraicæ esse, vti futuris pro præteritis imperfectis, eo quod id tempus non sit apud eos. Cuius rei tot sunt exẽpla, vt pigeat referre. Is itaque locus melius vt opinamur ab interprete nostro per præteritum, quàm à Septuaginta per futurum redditur. Non enim ad posteriora tempora id prouerbium respicit, sed ad eam tempestatem, quæ passim eo prouerbio vtebatur. Sic ergo erant vertenda Hebraica, Ideo, siue propterea dicebatur, vt est in Chaldaica quoque ædition e, licet sit futurum. Nimrod igitur filius Chus, robustus dicitur, violentus, & tyrannus, oppressor hominum, & dei contemptor. Venator autem robustus dicitur, quia rapto & latrociniis viuebat, audax & grassator, gigas. Alij autem inuestigatorem & exterminatorem fuisse ferocium animalium sicut Lamech & Esau volunt, quæ & domino sacrificauerit, gratus deo de accepto animi & corporis robore, quasi aliquis ex illis heroibus fue-

C rit, qui dicti sunt Hercules. Prima tamen opinio communior est. Est & qui dicat, auctorem illum fuisse rebellionis hominum contra deum. In prouerbium autem abiit etiam Moysi tempore, Quasi Nimrod robustus venator coram domino, de eo qui strenue aliquid & audacter egisset, & de nullo formidasset periculo. CHRYSOSTOMVS. Et vide habendi auiditatem quæ faciat. Vide corporis robur non manens intra suos limites, & gloriæ appetentẽ naturam. Nõ enim vt deffenderet illos, imperabat, sed & ciuitates ædificabat, vt imperaret bellatoribus. *Fuit autem* (inquit) *principium regni eius Babylon, & Arach & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.* HIERONYMVS. Vbi supra Nemrod filius Chus arripuit insuetam primus in populo tyrannidem, regnauitq; in Babylone, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ turrim ædificantium, Babel appellata est. בָּבֶל Babel enim interpretatur confusio. Regnauit autem & in Arach, hoc est, in Edessa, & in Achad, quæ nunc dicitur Nisibis, & in Chalanne, quæ postea verso nomine à Seleuco rege est dicta Seleucia, vel certè quæ nunc κτησιφῶν appellatur. IDEM DE LOCIS HE

D BRAICIS. Achad, vrbs regni Nemrod in Babylone. Porrò Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ ciuitatem, quæ hodie quoque vocatur Nisibi, à Lucullo quondam Romano consule obsessam, captámque, & ante paucos annos à Iouiano imperatore Persis traditam. Chalanne verò, & ipsa ciuitas regni Nemrod in Babylone, cuius & Esaias meminit, dicens: Et Chalanne vbi turris ædificata est. Sennaar autem campus Babylonis, in quo turris extructa est. Vnde ægressus Assur, ædificauit Niniuen. Meminit huius loci Iosephus in primo Antiquitatum libro, ita scribens, De campo qui in Babylonica regione vocatur Sennaar, narrat Hestiæus historicus, dicens: quidam sacerdotum profugi de templo Gamelij Iouis sacra rapientes, in Sennaar campum Babyloniæ peruenere. CA-

IETANVS. Sennaar regionis nomen est, in qua sunt istæ quatuor ciuitates in litera nominatę. Vide quantum profecerit Nimrod, fecit enim se regem. Et fuit primus rex post diluuium, nam de ipso scriptum est, Ipse cœpit esse fortis in terra. Regna ergo post diluuium ab ipso incœperunt, qui primus cœpit vti fortitudine ad faciendum se principem, ad cogendum alios sub suo dominio. AVCTOR CATENAE. Fuit autem principium regni eius, & cætera. Arach Edissam vrbem Mesopotamiæ suspicantur. Achad autem, Nisibis circum flumen Mygdo-

E nium, quæ & Antiochia Mygdonia dicta est, circa Persidem. Chalanne dicitur alias Seleucia, in prouincia Hauriæ, vel etiam Chtesiphon. Sinnaar, Babel, Chaldæa, campus Duran, vbi Belis idololatria, & Niniue, feré omnia idem esse videntur, vario respectu temporis, causarũ & tyrannidis, varia sortita nomina. *De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis, & Chale. Resen quoq; inter Niniuen & Chale, hæc est ciuitas magna.* HIERONYMVS IN QVAEST. HEBRAIC. Alia litera habet, De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen & Rohoboth ciuitatem. De hac terra Assyriorũ pullulauit imperiũ, qui ex nomine Nini Beli filij, Ninum condiderunt, vrbem magnam quam Hebræi appellant Niniuen. Ad cuius vel ruinã vel pœnitentiam, tota Ionæ pertinet prophetia. Quod autem ait, Niniuen & Rohoboth ciuitatem, non putemus duas esse vrbes, sed quia Rohoboth plateæ interpretantur, ita legendum est, Et ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Niniue vrbs Assyriorum, quam ædificauit Assur, egrediens de terra Sennaar. Est & alia vsque hodie ciuitas Iudæorum nomine Niniue, in angulo Arabiæ, quam nunc corrupte Neneuen vocant.

F Chalach etiam vrbs est Assyriorum, quam prædictus ædificauit Assur, egrediens de terra Sennaar. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Quod dictum est de terra illa, id est, de terra Sennaar, quæ pertinebat ad regem Nemroth, exisse Assur, & ædificasse Niniuen, & alias quas contexuit ciuitates, longe postea factum est, quod ex hac occasione perstrinxit, propter nobilitatem regni Assyriorum, quod mirabiliter dilatauit Ninus Beli filius, conditor Niniuæ ciuitatis magnæ, cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatum est, vt à Nino Niniue vocaretur. Assur autem vnde Assyrij, non fuit in filiis Cham medij filij Noë, sed in filiis Sem reperitur, qui fuit Noë maximus filius. Vnde apparet de progenie Sem exortos fuisse qui postea regnum gigantis illius obtinerent, & inde procederent, atque alias conderent ciuitates, quarum prima est à Nino appellata Niniue. CHRYSOSTOMVS. Animaduerte hic quoq;, quòd nihil offendit naturam nostram progenitorum malitia. Hi enim, Niniuitas dico, misericordiam dei pœnitentia sibi conciliarunt, reuocata illius sententia. Hi quidem inter primos progenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemrod hominem

Cap. 3. Ionæ 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tyrannum & peruicacem, nepotem quoque Assur. Dicuntur autem certè & alij fuisse inter eos molles & delica- G
ti,& dissolutam & corruptam agentes vitam,ebrietati & risui,& subsannationibus,& scommatis dediti.Sed quia manifestam præfetulerunt pœnitentiam, nihil ipsis obfuit progenitorum malitia, sed tantùm sibi cœlestis fauoris conciliarunt, vt vsque nunc celebretur præclara eorum pœnitentia. EPIPHANIVS. Assur idem est qui apud Græcos Zoroastres dicitur,qui astrologiam & vaticinationem inuenit. CAIETANVS. Iste Assur fuit secundus filius Sem. Et quoniam ipse imitatus est Nimrod quoad principatum, propterea Moyses narrat, quod ipse egressus est ex eadem terra Sennaar, in qua regnum sibi constituit Nimrod. Ac si apertius dixisset, quod terra illa fuit ferax principum, quandoquidem ex illa egressus est Assur filius Sem,rex Niniues. Et ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis, & Chale. Ciuitas dicta Chale, nominanda est Chalach. Ad explicandum quod ipse Assur suo tempore ordinauit multas plateas in ciuitate Niniues, meminit non solius ciuitatis,sed platearum eius. Hæc est ciuitas magna. Pronomen non demonstrat ciuitatem mediam inter Niniuen & Chalach, sed ipsam Niniuen, quæ apud Ionam dicitur tam magna fuisse, vt occupauerit iter trium dierum. AVCTOR H
CATENAE. Quod ad nostram æditionẽ attinet, optimè cuncta se habent, nam quod dicitur, & plateas ciuitatis, Hebraicè habetur וְאֵת רְחֹבֹת עִיר Veeth rehoboth ir,Et plateas ciuitatis.Rehoboth enim plurale est,rehaba,quæ plateam significat, à רָחַב rahab, quod dilatare seu dilatatum esse significat. At Chaldaica & Septuaginta ciuitatem aliam vltra Niuiuen huius nominis ædificatam innuunt, dicentes: Et ædificauit Niniuen & Rohoboth ciuitatem, & Chale, & Resen, à qua opinione nec dissentit fortè Hieronymus in locis Hebraicis, inquiens, Rohobot ciuitas Assyriorum, quam ædificauit Assur egrediens de terra Sennaar, licet in quæstionibus alterius fuerit sententiæ. Assur igitur Niniue vrbem ædificauit, & in caput regni Assyriorum constituit, à pulchritudine nomen habentem, cuius & plateæ pulcherrimæ. Chale quoque & Resen ciuitates sunt, quarum vltimam Ionathas Talasar nominauit. Sunt & qui dicant à Nimrod expulsum, seu ab eo fugisse Assur, eo quod eius imperio in ædificatione turris & in idololatria acquiescere noluerit, & ad terram remotam & inhabitatam profectum,quæ post ex nomine eius vocata est Assyria.Hunc{q;} Niniuen ædificasse, hoc est, ciuitatem illam, quæ I
postea à Nino rege qui eam mirifice exornauit & ampliauit sic nuncupata est.

Mystice. AMBROSIVS. Altiore autem sensu, Chus Nemroth gigantem generat, qui fuit venator ante deum. Quid aliud puluis & arena generaret, nisi terrenum hominem, eo quod impius cœlestibus terrena præponat? Gigantes enim voluisse pugnare aduersum superna fabulæ inducunt, & terreno ascensu ascendendum ad cœlestia putauerunt. Quo significatur, quod qui terrenas diligit voluptates, eas sequitur, & putat his se posse ad dei gratiam peruenire, & regnum cœleste huiusmodi erroribus deferendum, is aduersum cœlestia contumaci præliatur affectu. Propterea & in prouerbio est de eo qui dereliquerit, sicut Nemroth gigas venator ante deum. Nemroth autem per interpretationem dicitur Aethiops. Color Aethiopis tenebras animæ squalorèmque significat, qui aduersus lumen est, claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti similior quàm diei. Venatoris quoque vsus in syluis inter feras ac bestias conuersatio eius. Irrationabilis ergo miscetur irrationabilibus passionibus, & ea quæ K
sunt malitiæ agrestis atque præduræ, venator huiusmodi explorare consueuit, atque his potiri atque delectari. Denique Nemroth huius principium regni Babylon, hoc est, confusio, eo quod malitia & potestas non in simplicitate & puritate, non in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est. ORDINARIA ET RVPERTVS. Quanuis adhuc secretiori intelligentia, Nemroth qui etiam tyrannus siue transgressor interpretari potest, & vltra naturam cœlum penetrare voluit, diabolum significet, qui in hoc mundo tyrannidem arri-
Esaiæ.14. puit, quam & in cœlo meditari ausus fuit, dicendo, Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.
Psalm.74. Et ab hoc reuera exiuit prouerbium, sicut Nemroth robustus venator coram domino, subauditur, sic est omnis, qui extollit in altum cornu suum, qui loquitur aduersus deum iniquitatem. Dum enim exemplo illius celebrare se putat nomen, potius sempiternum econtrario conquirit obprobrium. AVCTOR CATENAE. Nec ab hoc sensu discrepat, quod caput regni primi Babel fuit, id est, confusio, perpetua & irrequieta aduersatrix fidelium. L

4 *TVerò Mesraim genuit Ludim & Anamim, & Laabim, & Neptuim, & Phetrusim, & Chesluim, De quibus egressi sunt Philistiim & Capturim. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Ethæum, & Iebusæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Euæum, & Arachæum, Cynæum, & Aradium, Samaræum, & Amathæum, & per hos disseminati sunt populi Chananæorum. Factique sunt termini Chanaan uenientibus à Sidone Ieraram usque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorram, & Adamam, & Seboim usque Iesa. Hi sunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus terris{q;} & gentibus suis.*

Vbi supra. 4 *At uerò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Neptuim, & Phetrusim, & Chesluim. De quibus egressi sunt Philistiim,* M
& Capturim. AVGVSTINVS. Nunc reditur ad alium filium Cham, qui vocabatur Mesraim, & commorantur quos genuit, non tanquam singuli homines, sed nationes septem. Et de sexta velut de sexto filio gens commemoratur exisse, quæ appellatur Philistiim, vnde fiunt octo. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Exceptis Labaim,à quo Libyes postea nominati sunt, qui prius Phutei vocabantur, & Chaslohim qui deinceps Philistiim appellati sunt,quos nos corrupte Palæstinos dicimus,cæteræ sex gentes ignotæ sunt nobis, quia bello Aethiopico subuersæ, vsque ad obliuionem præteritorum nominum peruenere.Possederunt autem terram à Gaza vsque ad extremos fines Aegypti. CAIETANVS. At verò Misraim, & cætera. Redit ad genealogiam Cham, prosquendo secundum illius filium Misraim, patrem Aegyptiorum. A quo vsque hodie Aegyptus apud Hebræos dicitur Misraim,sicut Aethiopia Chus. De quibus egressi sunt Philistiim

A listiim & Capturim.Iuxta Hebræũ habetur,Qui exiuerunt exinde Pelistim & Capthohrim.Absq; certis parentibus describũtur istæ duæ nationes egressæ inde,hoc est,ex iis nominatis filiis Misraim.Forte verum est quod aiunt,ex mutuatis vxoribus hos descendisse. AVCTOR CATENAE. Quod in Hebraico est כַּפְתֹרִים chapthorim, Chaldaica hoc in loco vertit Cappadoces,quod annotatione dignũ fuit. Misraim ergo Aegyptios genuit,Ludim Mauritanios,& Anamim Pentapolitanos, & Laabim hos Targum Hierosolymitanum non interpretatur, fortassis Lybiæ quædam regio est. Naphtuim autẽ Lusitanios vocat.Phatrusim verò Pelusianos.Casluitim Pentascenos vocat,à quibus prodierunt Philistæi & Cappadoces. *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Ethæum,*
& Iebusæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Euæum, & Arachæum, Cynæum, & Aradium, Samaræum, & Amathæum, & per hos Ibidem.
disseminati sunt populi Chananæorum. AVGVSTINVS. Iterum ad Chanaan reditur in quo filio maledictus est Vbi supra.
Cham,& quos genuit vndecim nominantur. HIERONYMVS. De Chanaan primus natus est Sidon,à quo vrbs in Phœnice Sidon vocatur.Deinde Aracæus,qui Arcas condidit oppidum contra Tripolim in radicibus
B Libani situm. A quo haud procul alia ciuitas fuit nomine Sim, quæ postea vario euentu subuersa bellorum, nomen tantummodo loco pristinum reseruauit.Aradij sunt qui Aradum insulam possederunt,angusto freto à Phœnices littore separatam.Samaræi quibus Edessa nobilis Syriæ cœles ciuitas. Amath vsq; ad nostrum tempus, tam à Syris quàm ab Hebræis,ita vt apud veteres dicta fuerat,appellatur. Hanc Macedones qui post Alexandrum in oriente regnauerunt,Epiphaniam nuncupauerunt. Nonnulli Antiochiam ita appellatam putant. Alij licet non verè,tamen opinionem suam quasi verisimili vocabulo consolantes, Emath primam ab Antiochia mansionem Edessam pergentibus,appellari putant,& eandem esse,quę apud veteres dicta sit Emach. AVCTOR CATE-
NAE. Quod apud nos est, Et per hos disseminati sunt populi Chananæorum, in Hebræo habetur וְאַחֲרֵי נָפְצוּ מִשְׁפְּחוֹת הַכְּנַעֲנִי veahar naphózu mispehoth hacenaani,Et postea disseminatæ sũt familię Chananæorũ.Septuagin-
ta, καὶ μετὰ ταῦτα διεσπάρησαν αἱ φυλαὶ τῶν Χαναναίων, Et post hæc disseminatæ sunt tribus Chananæorum. Sed
C nulla est in sententia discrepantia. Chanaan igitur quartus filius Cham, genuit Sidon,à quo Phœniciæ vrbs antiquissima Sidon,& Heth,vnde Hethæi,Iebusi,vnde Iebusæi,& Ammorræum & Gergesæum. Heuæos Ionathas auctor translationis Hierosolymitanæ,dicit esse Tripolitanos.Aracæus est qui condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm.Sini,vnde Cinæi,Ionathas Caphrusæum nominauit Aradium,Ionathas Antridaneos,Arabia videtur.Zemathi,Ionathas Amozeum,vnde Amazones. Hemathæum quæ & Antiochia. Summa familiarum ex Chanaam patre,vndecim in terra Chanaan,quæ & promissionis terra est. *Factiq; sunt termini Cha-*
naan uenientibus à Sidone Ieraram usq; ad Gazam,donec ingrediaris Sodomam & Gomorram, & Adamam & Seboim usq; Iesa.
HIERONYMVS. Alia litera habet, Et fuit terminus Chananæorum à Sidone donec venias in Gerara vsq; ad Gazam,pergentibus Sodomam & Gomorram,& Adamam & Seboim,vsque ad Lazam. Quia cæteræ ciuitates,Sidon videlicet & Gerara, & Sodoma,& Gomorra, & Adama,& Seboim, notæ sunt omnibus, hoc tantum adnotandum videtur, quod Laza ipsa sit quæ nunc Callirhoe dicitur, vbi aquæ calidæ prorumpentes, in mare
D mortuum defluunt. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Sidon vrbs Phœnices insignis,olim Chananæorum terminus ad Aquilonem respiciens,& postea regionis Iudææ. Cecidit autem in sortem tribus Aser, sed nõ eam possedit,quia hostes nequaquam valuit expellere.Gerara autẽ,ex cuius nomine nunc Geraritica vocatur, regio trans Daroma, procul ab Eleutheropoli viginti milibus & quinque ad Meridiem.Erat autẽ olim terminus Chananæorum ad austrlem plagam, & ciuitas metropolis Palæstinæ. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades & Sur,hoc est,inter duas solitudines,quarum vna Aegypto iungitur,ad quam populus trans fretum rubri iuxta Aegyptum,ceciditq; in sortem tribus Iudæ,sed eam tenere non potuit,quia Enachim,id est,gigantes fortissimi Allophylorum restiterunt,& est vsq; hodie insignis ciuitas Palæstinæ.Quæritur autem quomodo in quodam maris peruenit.Altera verò Cades,vsq; ad Saracenorum eremum extenditur. Gaza verò,ciuitas Aeuæorum, in qua habitauere Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres autem erat terminus Chananæorum
E Propheta dicatur Gaza futura in tumulum sempiternum. Quod soluitur ita,antiquæ ciuitatis locum vix fundamentorum prębere vestigia, hanc autem quæ nunc cernitur in alio loco, pro illa quæ corruit ædificatam. Laza denique, terminus Chananæorum circa Sidonem. AVGVSTINVS. Sic itaq; vsq; ad quos fines peruene- Vbi supra.
rint,commemoratis quibusdam ciuitatibus,dicitur.Ac per hoc filiis ac nepotibus computatis de progenie Cham, triginta vnus geniti referuntur. AVCTOR CATENAE. Factiq; sunt termini Chananæorum,& cætera. Sidon aquilonaris terminus est terræ Chanaan,Gerara autem & Gaza australis. Sodoma quoq; cum quatuor reliquis in angulo Orientis & Austri.Ideo verò Moyses ad populum suum loquens,describit terminos terræ Chanaan, quia eam erat possessurus ex promissione diuina. *Hi sunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus*
terris{q;} & gentibus suis. CAIETANVS. Nec intelligas numeratos omnes filios Cham, quoniam multorum genealogias ex ipso contextu apparet esse omissas.

F *DE Sem quoq; nati sunt,patre omnium filiorum Heber,fratre Iapheth maiore.Filij Sem,Elam,& Assur,* {
& Arphaxad,Lud & Aram. Filij Aram, Hus & Hul, & Gether, & Mes.At uerò Arphaxad genuit
Sale,de quo ortus est Heber.Natiq; sunt Heber filij duo.Nomen uni Phaleg,eo quod in diebus eius diuisa sit terra,& nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph,& Asarmoth,Iare, & Adoram,& Iazal,& Deda,& Hebal,& Abimabel, Saba,& Iophir, & Euila, & Iobab. *Omnes isti filij Iectan. Et*
facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usq; Sephar montem orientalem.Isti sunt filij Sem secundum co
gnationes & linguas & regiones in gentibus suis.Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas.Ab his diui-
sæ sunt gentes in terra post diluuium.

De Sem quoque nati sunt,patre omnium filiorum Heber,fratre Iapheth maiore. AVGVSTINVS. Restabat comme {
morare filios Sem maximi filij Noë, ad eum quippe gradatim generationum istarum peruenit à minimo exorta

Universidad de Deusto
Biblioteca

narratio. ORDINARIA. De hoc ergo nouissime loquitur, quia eius generationem, & generationis lineam G
prosequitur. AVGVSTINVS. Sed vnde incipiunt commemorari filij Sem, habet quiddam obscuritatis,
quod expositione illustrandum est, quia & multum ad rem pertinet quam requirimus. Sic enim legitur iux-
ta aliam literam, Et Sem natus est etiam ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Iapheth maiori. Ordo verbo-
rum est, Et Sem natus est Heber, qui Sem pater est omnium filiorum. Sem ergo patriarcham intelligi voluit, om-
nium qui de stirpe eius exorti sunt, quos commemoraturus est, siue sint filij, siue sint nepotes, & pronepotes, &
Indidē aduerbium ex inde & idē, id est, ex eodem loco. deinceps indidem exorti. Non sanè istum Heber genuit Sem, sed ab illo quintus in progenitorum serie reperitur.
Sem quippe inter alios filios genuit Arphaxad, Arphaxad genuit Cainan, Cainan genuit Sala, Sala genuit Heber. H
Non itaque frustra ipse primus nominatus est in progenie veniente de Sem & prælatus est etiā filiis, cum sit quin
tus nepos, nisi quia verum est quod traditur, ex illo Hebræos esse cognominatos tanquam Hebræos, cum & alia
possit esse opinio, vt ex Abraham, tanquam Abrahæi, dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verū est quod ex He-
ber Heberæi appellati sunt, ac deinde vna detracta litera, Hebræi, quam linguam solus Israël populus potuit obti-
nere, in quo dei ciuitas & in sanctis peregrinata est, & in omnibus sacramento adumbrata. CAIETANVS.
De Sem quoq; nati sunt. Hic faciendus est punctus. In Hebræo enim habetur, Et Sem natus est, & est datiui casus
Sem. Tria præmittit genealogiæ ipsius Sem. Primum est, quod ex Sem nati sunt multi, multitudo enim significa
tur singulari numero natus est, Hebræo more. Secundum est, patre omnium filiorum Heber. Iuxta Hebræum ha-
betur, Etiam ipse pater omnium filiorum Heber. Ad dignitatem Sem spectare monstrat Moyses, quod ipse fuerit
pater omnium filiorum Heber, vt per hoc intelligatur quod fuit pater Abrahę, quod fuit pater populi electi à deo,
quod fuit pater Messiæ. Fratre Iapheth maiore. Iuxta Hebræum habetur, frater Iapheth magnus. Ecce tertium, si-
gnificans Sem fuisse primogenitum Noë. Nam si hic textus cōferatur cum litera præcedentis capituli (vbi Cham
appellatus est filius Noë paruus) ex vtraq; litera simul iuncta habetur, quod Sem fuit primogenitus, & Cham vl- I
timus. Ex hoc enim quod Cham est filius paruus relatiuè ad fratres suos, & Sem est magnus relatiue ad Iapheth,
manifestè sequitur, quod Sem fuit primus, Iapheth secundus, & Cham tertius. Nec mireris scriptum esse magnus,
non maior, carent siquidem Hebræi comparatiuis nominibus. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera
hoc in loco ita habet, וְלִשֵּׁם יֻלַּד גַּם הוּא אֲבִי כָל בְּנֵי עֵבֶר אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל vlsem iullad gam hu abi col bene éber ahi
Iépheth hagadol, Et Sem natus est, etiam ipse pater omnium filiorum Heber frater Iapheth ille magnus. Alij, Ipsi
Sem quoq; nati sunt filij, patri omnium filiorum Heber, fratri Iaphet maiori, vertunt. Chaldaica, Et de Sem nati
sunt, ipse quoque est pater omnium filiorum Heber, frater Iaphet major. Septuaginta καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ
πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἕβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος, Et Sem natus est, & ipsi patri omnium filiorum Heber, fra-
tri Iapheth maioris. Qua autem ratione dixerint Septuaginta Iapheth maiorem, nescitur, nō enim respectu Sem
maior fuit Iaphet, nec etiam Cham, cum ille primus, iste secundus in ordine inter filios Noë censeantur, nisi vel
prophetico spiritu aliquid innuere voluerint, videlicet quod populus maior esset seruiturus minori, hoc est, Iudæi
Gentilibus, quod videmus impletum. Vel illorum faueant opinioni, qui vltimum Noë filium tenēt fuisse Cham, K
vt maior dicatur Iaphet comparatiue ad Cham, non autem ad Sem. Non desunt tamen qui dicant, ideo dici Ia-
pheth maiorem fratrem etiam Sem, quia verè Sem non fuit primogenitus Noë, nec Cham, ergo Iaphet, primo-
genitus enim Noë natus est anno quingentesimo ætatis, scilicet centum annis ante diluuium, quod cœpit sexcen-
tesimo anno. Sem autem biennio post diluuium scribitur fuisse centum annorum. Natus est ergo biennio post pri
mogenitum, secundo autem natus est Cham, primogenitus ergo Iapheth est. Sem ergo frater hic scribitur ipsius
Iapheth maioris. Minor autem omnium Cham scribitur, non ætate, sed casu & meritis. Sunt etiam de Hebræis
qui hic dicant Heber non esse nomen proprium, sed accipi pro præpositione trans vel vltra, sicut & Hebræus non
dicitur ab Heber, proprio nomine, sed à præpositione Heber, quod primus Hebræus, videlicet Abraham, venerit
vltra fluuium Euphraten. Sic Sem fuit pater omnium filiorum qui erant vltra fluuium, hoc est, transfluuialium,
orientalium scilicet vltra Euphraten & Tigrim, quæ flumina Mesopotamiam complectuntur. Secundum autem
vulgatam æditionem, sic ordina literam istam. De Sem quoq; patre omnium filiorum Heber, fratre maiore Ia- L
pheth, nati sunt, subauditur filij. Post gentium igitur familias conscriptas, aggreditur genealogiam sanctam Sem,
qui dicitur pater omnium filiorum Heber, quam describendo, ait, *Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, &*
Aram. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Hi ab Euphrate fluuio, partem
Asiæ vsque ad Indicum Oceanum tenent. Est autem Elam, à quo Elamitæ principes Persidis. De Assur ante iam
dictum est, quod Ninum vrbem condiderit. Arphaxad, à quo Chaldæi. Lud, à quo Lydij. Aram, à quo Syri, quo-
rum metropolis est Damascus. *Filij Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Mes.* CAIETANVS. Prosequitur ge-
nealogiam vltimi filij Sem. HIERONYMVS. Huz Trachonitidis & Damasci conditor, inter palæstinam
& Cœlen Syriam tenuit principatum, à quo Septuaginta interpretes in libro Iob vbi in Hebræo scribitur, terra
Huz, regionem Ausitidem quasi Husitidem transtulerunt. Vl à quo Armeni, Gether, à quo Acarnanij siue Carij.
Porrò Mes pro quo Septuaginta interpretes Mosoch dixerant, nunc vocantur Mæones. *At uerò Arphaxad genuit*
Sale, de quo ortus est Heber. AVCTOR CATENAE. Ita est Hebraica & Chaldaica litera. Aduerte tamen
prudens lector, aliter esse, apud Septuaginta interpretes, habent enim, καὶ Ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνάμ. καϊνὰμ δὲ ἐ- M
Lucæ.3. γέννησε τὸν σαλά. σαλὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἔβερ, Et Arphaxat genuit Cainan, Cainan autem genuit Sale, Sale autē genuit
Heber. Constat etiā ex Lucæ Euangelio ex Arphaxad Cainan fuisse genitum, & Sale ex Cainan. Prætermissus est
igitur in linea generationis Cainan, fortè quia non fecit gentem aliquam, sed nascendo ipse aliis gentibus est ad-
ditus. AVGVSTINVS. Igitur filij Sem prius sex nominantur, deinde ex vno eorum nati sunt quatuor ne-
pos eius. Item q; alter filiorum Sem genuit eius nepotem, atq; ex illo itidem pronepos natus est, atq; inde abne-
pos, qui est Heber. *Natiq; sunt Heber filij duo. Nomen uni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra, & nomen fratris eius*
Iectan. HIERONYMVS. Heber à quo Hebræi, vaticinio quodam filio suo Phaleg nomen imposuit, qui in-
terpretatur diuisio, ab eo quod in diebus eius linguæ in Babylone diuisæ sunt. AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS SVPER GENESIM. Et quia per diuisionem linguarum huiusmodi factum extitit, vt gen
tes diuide-

A tes diuiderentur in terra, ideo scriptura rationem huius nominis reddens quia in diebus (inquit) eius diuisa est
terra. IDEM DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Dixerit aliquis, si in diebus Phaleg filij Cap.11.
Heber diuisa est terra, per linguas, id est, homines qui tunc erant in terra, ex eius nomine potius debuit appellari
lingua illa, quæ fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen impo-
suisse filio suo, vt vocaretur Phaleg, quod interpretatur diuisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra
diuisa est, id est, ipso tempore, vt hoc sit quod dictum est, In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi adhuc Heber
viueret, quando linguarum facta est multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quæ apud illum po
tuit permanere. CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo signi non multo post futuri præscientiam,
vocabulo nati pueri indidit, vt cum videris rem opere adimpletam, non vltra mireris, videns diuinitus hoc
pueri nomine prædictum. CAIETANVS. Non est vsquequaque certum, an pronomen eius monstret
B Heber, vel Phaleg. Si nomen fuit ei impositum in natiuitate, monstrat, Heber propterea filio nomen imponen-
tem Phaleg, quia in diebus Heber diuisa est terra, sonat enim Phaleg diuisionem. Si autem aduentitium fuit hoc
nomen, monstratur ipse Phaleg. Et est sermo de diuisione terræ per diuersas linguas facta post confusionem lin-
guarum. AVCTOR CATENAE. Hunc tamen perhibent Hebræi, à patre longe ante linguarum diui-
sionem sic appellatum, quod diuino instinctu pater didicisset, eo ætate florente, linguarum diuisionem futuram.
Diodorus etiam Græcus auctor tradit sub Phaleg turrim fuisse extructam. *Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph,*
& Asarmoth, Iare, & Adoram & Iazal, & Decla, & Hebal, & Abimahel, Saba, & Iophir, & Euila, & Iobab. HIERO-
NYMVS. Harum gentium posteriora nomina inuenire non potui, sed vsque in præsens, quia procul à nobis
sunt vel ita vocantur vt primum, vel quæ immutata sunt, ignorantur. Possederunt autem à Cophene fluuio, o-
mnem Indiæ regionem, quæ vocatur Ieria. AVGVSTINVS. Alius itaque filius qui natus est ex Heber, Vbi supra
genuit duodecim filios, ac per hoc fiunt omnes progeniti de Sem viginti septem. *Omnes isti filij Iectan. Et facta est* cap.3.
C *habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem.* HIERONYMVS DE LOCIS HE-
BRAICIS. Messe regio Indiæ, in qua habitauerunt filij Iectan, filij Heber. Sophera verò mons Orientis in In-
dia, iuxta quem etiam prædicti habitauerunt, quos Iosephus refert à Cophene flumine, & Indiæ regionibus vs-
que ad id locorum peruenisse, vbi appellatur regio Ieria, sed & classis Salomonis per triennium hinc quædam
commercia deportabat. Quis autē sit iste mons qui quodāmodo antonomasice appellatus est Orientis, nescitur.
AVCTOR CATENAE. Licet autem filij Sem orientis partes vltra Euphraten & Tigrim incoluerint, non
obsistit tamen veritati & literæ, ipsum Sem Hierosolymis habitasse in vmbilico terræ, & loco à deo præ omni-
bus electo, posteritati ipsius Sem promisso, Abrahæ scilicet, & semini eius. AVGVSTINVS DECIMO-
SEXTO DE CIVITATE DEI. In summa igitur omnes progeniti de tribus filiis Noë, id est, quinde- Cap.3.
cim de Iapheth, & triginta vnus de Cham, viginti septem de Sem, fiunt septuaginta tres. Deinde sequitur scri-
ptura, dicens: *Isti sunt filij Sem secundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus suis.* Itémque de omnibus.
D *Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.* Vnde colligitur septuaginta
tres, vel potius quod postea demonstrabitur, septuaginta duas gentes tunc fuisse, non homines. Nam & prius
cum fuissent commemorati filij Phaleg, ita conclusum est, Ex iis segregatæ sunt insulæ gentium in terra sua,
vnusquisque secundum linguam suam in tribubus suis, & in gentibus suis. Iam verò in filiis Cham quodam lo-
co apertius gentes commemoratæ sunt, sicut superius ostendi. Mesraim genuit eos, qui dicuntur Ludim, & eo-
dem modo cæteræ vsque ad septem gentes. Et enumeratis omnibus postea concludens, Hi filij Cham (inquit)
in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Propterea ergo multorum filij non
sunt commemorati, quia gentibus aliis nascendo accesserunt, ipsi autem gentes facere nequiuerunt. Nam qua
aliq causa cum filij Iapheth octo enumerentur, ex duobus eorum tantum filij nati commemorantur, & cum filij
Cham quatuor nominentur, ex tribus tantum qui nati sunt adiiciuntur, & cum filij Sem nominentur sex, duo-
rum tantum posteritas attexitur, nunquid cæteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere, sed gentes propter
E quas commemorari digni essent, non vtique fecerunt, quia sicut nascebantur, aliis gentibus addebantur.
AVCTOR CATENAE. Et fortè hinc fama propagata creditur, esse in toto orbe terrarum septuaginta
duas linguas. Et propter hoc designasse dominum Iesum & alios septuaginta duos discipulos, & misisse eos in o-
mnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. CAIETANVS. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post
diluuium. Adiecit hoc Moyses ad differentiam diuisionis gentium per mundum quæ fuerat ante diluuium.
RVPERTVS. Singulas gētes quæ de his tribus filiis Noë disseminatæ sunt, prosequi longum est. Hoc ad sum-
mam compendio dictum sit, quia Sem in filiis suis Asiam, & Cham maxime Libyam, & Iapheth Europam pos-
sederunt, vt tres partes mundi, à trium generatione implerentur, in quibus etiam Ecclesia Christi sanctę trinitatis
fide explananda præmonstrabatur.
ORDINARIA. Heber transitor interpretatur, à quo Hebræi, id est, transitores. Veri autem Hebræi sunt Mystice.
qui de præsentibus ad futura, de caducis ad mansura transeunt.

IN CAPVT GENESEOS VNDECIMVM ARGVMENTVM.

Aedificatio Babel. Confusio linguarum. Genealogia Sem, Arphaxad, Sale, Phaleg, Nachor, Thare, Abram, Lot, Sarai. Thare moritur.

CAPVT XI.

Lect. prima.

ERat autem terra labij unius, & sermonum eorundem. Cumque proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum, Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento. Et dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in uniuersas terras.

I RVPERTVS. Iam superius vbi septem filios Iaphet in ordinem digessit, ita subiunxit. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisq; secundũ linguam, & familias suas. Hoc per regulã quam Ticonius recapitulationem appellat, colligendum vel cõtinuandum est, quia videlicet illic non dictum est, qualiter diuisæ fuerint, & hic idcirco repetitur, vt narretur quomodo vel quam ob causam diuisio vel cõfusio eiusmodi facta est. Dicit igitur. *Erat autem terra labij unius, & sermonũ eorundem.* CHRYSOSTOMVS. Non de terra loquens, sed de hominum genere, vt nos doceat vnam linguam omni hominũ fuisse naturæ. Et erat (inquit) omnis terra labiũ vnum, & vox vna omnibus. Labium vnum, sermonẽ dicit, & idipsum iterum per vocem, significans omnes vsos eadem voce & lingua. Et quod de loquela dictum sit, & fuerit omnis terra labium vnũ, audi scripturam alio loco
Psal. 13, 139. dicentẽ, Venenũ aspidum sub labiis eorũ. Ita solet scriptura labiorũ nomine loquelã appellare. AVGVSTINVS IN LOCVT. SVPR GEN. Et erat omnis terra labium vnum, quod vsitate nos dicimus, lingua vna. Notandum autẽ omnem terram, appellatam omnes homines qui tunc erãt, quanuis nondũ in omni terra. IDEM IN QVAEST. Et erat omnis terra labiũ vnum. Quomodo hoc potest intelligi, quando superius dictum est, quod filij Noë, vel filiorũ eius distributi essent per terrã secundum tribus, & secundum gentes, & secundũ linguas suas, nisi quia per recapitulationẽ postea commemorat quod prius erat, sed obscuritatẽ hic facit, quod eo genere locutionis ista contexit, quasi narratio de his quæ postea facta sunt consequatur. INTERLINEARIS. Erat autem terra labij vnius, id est, Hebraicę linguæ. RVPERTVS. Et quia quique sermones vel singulæ voces in omni terra significabant idem. CAIETANVS. Erat autẽ terra. Deficit, omnis, seu tota. Explicatur siquidẽ quod nõ solùm aliqua pars terrę sed vniuersa terra erat vnius linguæ, labij vnius, & sermonũ eorundem, nõ solùm omnes homines cõueniebant in vnitate verborũ, sed etiam in vnitate labij, hoc est, modi proferendi. Contingit enim Italos cõmunicãtes inverbis, differre in labiis, vt clare patet, & simile est in Hispanis, & Germanis, & cæteris. Ad tollendum itaq; omnẽ diuersitatem, vtraq; vnitas explicatur. Et quanuis scriptura nõ explicet quæ fuerit tunc lingua omnibus cõmunis, duas tamen coniecturas habemus quod fuerit Hebræa. Altera est, quia lingua Hebræa fuerat ante diluuiũ, vt nomẽ domini tetragrãmaton testatur. Altera est, quod Babyloniæ nomen, quod iuxta Hebræam linguã sortita est ciuitas illa, apud omnes nationes perseuerasse videt. Quod si ita esse cõstaret, efficax profectò haberetur hinc argumentũ, præcipuè cum ciuitas illa nõ fuerit Heber, aut filiorũ eius, sed fuit Nimrod, filij Chus, filij Cam. AVCTOR CAT. Erat autẽ terra labij vnius. Deest hic dictio omnis seu vniuersa. Hebraicè enim est כָּל הָאָרֶץ cal haarez, id est, Omnis terra, sic & Chaldaica & Septuaginta. Cuius autẽ linguæ primi in terra homines fuerint, nõ satis constat, de Hebræa probabiliter dicitur, cui omnes orientales linguæ magna ex parte consentiunt. Cõseruata est enim in medio climate terræ habitabilis, & ferè media, iuxta longitudinẽ terræ habitabilis per gradus geographicos. Quẽadmodũ enim homines vniuersi eiusdem sunt speciei & cõformis ingenij, sic rationabile fuit, vt eisdẽ vterentur sermonibus, per quod etiã poterant sibi inuicem facilius cõmunicare, succurrere, & prodesse. Deinde quod sequitur, & sermonũ eorundem, in Hebræo est, וּדְבָרִים אֲחָדִים vdbarim ahadim, id est, Et sermonum eorundẽ. Chaldaica, & loquelæ vnius, Septuaginta Καὶ φωνὴ μία πᾶσι, Et vox vna omnibus. Sed quoniam dabar siue debar, etiã rem significat, verterunt nõnulli, Et rerum earundẽ, vt negotiorum simplicitatẽ, moximè, aliquandiu viguisse inter homines denotarent. *Cumq; proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius cõcupiscens, maiora supra se appetit. Atq;, hoc est, quod humanũ genus potissimũ perdit, quia nõ vult naturæ suæ mensurã agnoscere, sed semper maiora desiderat, & quæ supra suam sunt dignitatẽ votis cõcipit. Hinc & qui ad mundana respiciunt opera, si quando multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suæ naturæ, in tantũ se fastigium efferri volunt, vt vsq; in profundũ ipsum deducãtur. Et hoc videmus quotidie cõtingere, quanuis nec hac ratione emendatiores euadant alij. Et si ad paruum tempus corripiantur, subitò tamen omnium obliti, iterum eandem vadunt viam, & in eadẽ præcipitia deferuntur, id quod & tunc videre licet apud illos factum. Et factum est cũ mouerent illi ab oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo paulatim docet nos lubricã illorum voluntatem. Quoniã viderunt (inquit) cãpum, migrantes, & relicto priori loco, illic habitauerunt. RVPERTVS. Inuenerunt (inquit) campum in terra Sennaar. Ipsum campum quẽ inuenerunt, scriptura nunc vocat Sennaar, scilicet ab euentu locum congruo nomine significans. Interpretatur enim Sennaar, excussio dentium, vel fœtor eorum, videlicet excussio dentiũ, id est, sermonũ siue verborum, quæ sine dentibus nõ fiunt. Plurimum nanq; dentes iuuant ad loquendum, qui tunc illis quodammodo excussi sunt, quando solitam loquendi facultatem dentati, id est, superbi, vel fortes illi perdiderunt. Nihilominus

A Iominus rectè dicitur & fœtor eorum, quia videlicet fœtorem superbiæ eorũ tali ausu vsq; ad nares dei emiserunt. Cui sicut humilitas vel spiritus contribulatus, sacrificium est in odorem suauitatis, sic econtra superbia fœtor horribilis est. CAIETANVS. Cumq; proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Non intelligas vniuersum genus humanum profectum fuisse ab oriente, & iuisse in regionem Sennaar, quia nec litera hoc sonat, nec rationi hoc consentaneum est, sed sensus literæ est, quod perseuerante vna lingua in vniuersa terra, illi qui mouerunt se de oriente, venerunt in vallem Sennaar. AVCTOR CATE. Duæ dictiones Hebraicæ, videlicet קֶדֶם & שִׁנְעָר kedem & sinar, quas noster interpres ab Oriẽte & Sennaar transtulit, Chaldaica à principio, & Babylonem vertit, habens, Et factum est cum proficiscerentur in principio & inuenissent campum in terra Babylonis, habitauerunt ibi. Progeniem igitur Sem secundũ aliquos videtur describere, quasi post lapsum temporis de Oriẽtali regione, velut Parthia, Media, Persia, vel alia aliqua, venerint in terram
B Sennaar, quæ est Mesopotamia, cuius Chaldæa pars est, inter Euphraten & Tigrim, vbi habitare cœperint. CHRYSOSTOMVS. Deinde dicit, *Dixitq; alter ad proximum suum, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.* Vide quomodo abutuntur vocis æqualitate, & quomodo vanum viuendi consilium, sit multorũ malorum occasio. Venite, inquit, faciamus lateres in lapidem, & bitumen in cœnum. Vide quanta securitate volunt ædificare, nescientes quod nisi dominus ædificauerit domum, frustra labo Psalm. 126.
rant qui ædificant. DIODORVS. Hebræus & Syrus habet, Et asbestus erat illis pro luto. Et rectè quidem. Nam asphaltus siue bitumen, ad ædificia minuta idoneum est, asbestus verò non item. THEODORETVS. Bitumen quidam è magistris asbestum lapidem esse dixerunt, ignorantes (vt par est) fontes qui in Assyria sunt, eoq; turrim illam cõditam fuisse existimarunt. Diligenter enim ab iis qui inde profecti sunt didici, fontes huiusmodi materiæ ibi esse, qua lateres in ædificiũ componantur. Nec desunt, qui huius turris partem oculis suis spe-
C ctarint hac materia constructam, quin etiam ideo lateribus vsos fuisse, quod lapidum inopia maximè Assyria laboret. INTERLINEARIS. Bitumen autem aquis dissolui non potest, nec aliqua re, nisi menstruo sanguine postquam siccatum fuerit. CAIETANVS. Dixitq; alter ad proximũ suum. Quod nec Nimrod, nec aliquis certus homo fuerit auctor subiunctæ fabricæ, manifestat incitatio attributa vage hominib⁹, vt intelligamus hinc, quod Nimrod ciuitatẽ Babylonię inchoatam cõmunivoto, post confusionẽ linguarum occupauit, & cœpit regnare ibidem, vt in præcedenti scriptũ est capitulo. Venite. Multi putant dictionem Hebraicã interpretandã aduerbio hortandi, Eia vel age. Faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis. Hinc apparet ibidem penuria saxorũ, ac per hoc calcis, quam constat ex saxis fieri. Et bitumen pro cæmento. Disputatur de dictione interpretata bitumen, aliis lutum, aliis cretam, aliis bitumen interpretãtibus. Et hoc vltimũ magis quadrat scriptis de Semiramide, quod bitumine vsa est ad ædificandũ, constat enim ipsam imperasse postea in regione illa. AVCTOR CAT. Venite, faciamus lateres. Hebraica dictio est, הָבָה haba. Et est aduerbium exhortandi vel inuitandi, scilicet eia, agite. Chaldaica & Septuaginta, vt in Latina est æditione legunt, nempe, Venite, sed idem est.
D Quod verò sequitur, Et bitumen pro cæmento, Hebraicè est וְהַחֵמָר לָהֶם vehahemar lahomer. Dictio autem hemar, bitumen, homer verò, cæmentum, siue lutum significat. Quod postremũ & Chaldaica & Septuaginta habẽt, Et bitumen pro luto, quod idem hic significat cũ cæmento. Abundant autem eæ regiones vbi arca fabrefacta, & turris ædificata est bitumine, eoq; ex fontibus ibidem emergente, pro indigentia lapidũ ex quibus calx fieri consueuit, pro cæmẽto & calce vti solent, sicut extat apud Strabonẽ. Cuius duo tradit inueniri genera, alterũ lentũ atq; humidum, alterũ siccum. Et lẽtum quidẽ, quod ab incolis Naptha vocatur, in agro Susarum tradit gigni, at siccũ, quod & condensari potest, in Babylonia, cuius fons nõ procul ab Euphrate sit, siquidem exundante per niuium liquationem Euphrate, ad eius incrementũ fons quoq; augescit, atq; tunc altissimæ glebæ constipantur, lateritiis ædificiis idoneæ. Atque hæc vna ratio est, quod in Chaldæa, Assyria ac Babylone, maximæ ac munitissimæ vrbes esse perhibeantur, vt est apud Xenophontẽ, propter bituminis copiam. Quia igitur qui in planioribus locis habitant, ad manum nõ habent lapides, sed lateribus ædificare coguntur, ideo nunc isti sese adhortantur mutuũ, ad paran-
E dam materiã ædificio magno & alto. *Et dixerunt. Venite, faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlũ.* CHRYSOSTOMVS. Faciamus nobis (inquiunt) ciuitatẽ & turrim, non deo videlicet sed nobis ipsis. Vide oro q̃ inualuit malitia. Habentes adhuc recentẽ memoriam generalis in diluuio interitus, in tantã inciderunt insaniam. Et addunt, cuius culmẽ pertingat ad cœlũ. Nomine cœli, audacẽ suam temeritatem per hyperbolẽ docent. AVGVSTINVS IN LOCVT. Et hoc quidem, si locutionis genus hic accipiendum est. Si autẽ vsq; ad cœlum proprié accipitur, inter quæstiones cõsideretur. IDEM IN QVAEST. SVPER GEN. Si se hoc posse crediderunt, nimium stulta audacia & impietas deprehenditur. Et quia ob hoc dei vindicta secuta est, vt corum linguæ diuiderentur, nimiũ absurde hoc cogitasse creduntur. IDEM XVI. DE CIVIT. DEI. Ista Cap. 4.
ciuitas quę appellata est confusio, ipsa est Babylon, cuius mirabilem cõstructionem gentium etiã commendat historia. Babylon quippe interpretatur cõfusio. Vnde colligitur, gigantem illum Nemroth fuisse illius conditorem, quod superius breuiter fuerat intimatum, vbi cum de illo scriptura loqueretur, ait, Initiũ regni eius fuit Babylon,
F id est, quæ ciuitatũ cæterarum gereret principatum, vbi esset tanquã in Metropoli habitaculum regni, quãuis perfecta nõ fuerit vsq; in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas. Nam nimia disponebatur altitudo, quæ dicta est vsq; in cœlum, siue vnius turris eius, quam præcipuã moliebantur inter alias, siue vt omnium turrim, quæ per numerũ singularẽ ita significatæ sunt, vt dicitur miles, & intelliguntur milia militum, vt rana & locusta, sic enim appellata est multitudo ranarum & locustarũ in plagis quibus Aegyptij percussi sunt per Moysen. Quid autem factura fuerat humana & vana præsumptio? Cuiuslibet & quantumlibet in cœlum aduersus deum altitudinem molis extolleret, quando montes transcenderet vniuersos? Quando spatium nebulosi aẽris huius euaderet? Tutam verámque in cœlum viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad dominum, non contra dominum,
ORDINARIA. Timebant igitur iterum diluuium, ideo auctore Nemroth voluerunt sibi construere turrem, in qua diluuium non timerent. Stulta & impia audacia, vnde secuta vindicta, & linguarum diuisio. CAIETANVS. Et dixerunt, Venite, ædificemus nobis ciuitatem. Hinc clare apparet, quod non erat ibi vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum humanũ genus,fuiſſent enim valde ſtulti,cogitando & dicẽdo ædificemus nobis ciuitatem,ſed vox iſta illorum tantum eſt,qui profecti ex oriente venerunt ad habitandum in campo Sennaar, delectati enim planitie, & fortè amœnitate loci,tractarunt de ædificatione ciuitatis propriæ & turrim cuius culmen pertingat ad cœlum. Hyperbolicus ſermo eſt,ad ſignificandum maximã celſitudinem turris,proculdubio ad defenſionem & refugiũ, ſi contingeret ciuitatem capi. AVCTOR CAT. Venite,ædificemus nobis,&c. Memoriale vnitatis & concordiæ ipſorum ædificare conabantur,fortaſſis,præſumptuoſo conſilio,vt ſi aquas rurſum inualeſcere contingeret,ſibi aſylum pararent,quo confugerent ad vitam redimendam. *Et celebremus nomen noſtrum antequã diuidamur in uniuerſas terras.* CHRYSOSTOMVS. Ecce radicem mali (vt inquit) perpetuam memoriã conſequamur,vt noſtri perpetuo memores ſint poſteri,tale erit noſtrum opus, vt nunquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus, priuſquam diſpergamur ſuper faciem omnis terræ. Adhuc(inquit)congregati gloriam noſtram operemur,vt poſteritati perpetuum nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur,& talibus operibus celebri volunt. Alij ſplendidas domos ædificant, & lauacra, & porticus, & deambulacra, quorum ſi aliquẽ rogaueris, quare ita laboret,tam miſer ſit,tantosq; pecuniarum faciat ſumptus,eosq; inutiles,nihil aliud audies quàm hęc vera ba,vt immortalem ſeruet memoriam,& audiat quod illius eſt hæc domus,hic ager. Sed hoc non eſt tam laudem quàm crimen ſibi parare. Nam ſtatim ad hæc ſubiungentur plurimarum contumeliarum verba. Domus hæc huius eſt,huius auari,huius rapacis,huius viduarum & orphanorum ſpoliatoris. Igitur hoc non eſt memoriã aſſequi,ſed perpetuis obiici criminibus,& etiam poſt mortem infamari,& ſpectatorum linguas acuere in blaſphemiam,& accuſationem eius qui illam poſſidet. Quod ſi omnino æternam memoriam amas, ego tibi viam monſtrabo, qua poteris ſemper celebrari,dabitq; tibi fiduciam in futuro ſeculo. Hoc pacto igitur poteris & commemorari & celebrari quotidie,encomiisq; euehi,& poſt hanc vitam,ſi has pecunias in manus inopum diſpenſes,relictis lapidibus,& ſplendidis ædificiis,& villis, & balneis. Hæc memoria immortalis, hæc memoria à ſarcina peccatorum alleuiat,hæc multam tibi fiduciam apud deum conciliat. Cogita obſecro & hæc verba, quæ ſinguli dicturi ſunt. Hunc miſericordem & benignum,hunc manſuetum,hunc ſuauem, hunc tam largum diſpenſatorem. Diſperſit enim(inquit)dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculum. Pecuniarum ita diſperſæ diuitiæ expendentem non relinquunt,ſed expectant,retentæ autem,ſimulq; incluſæ,etiam ſe ſeruantem ſecum perdunt. Diſperſit enim(inquit) & dedit pauperibus. Sed audi quod ſequitur,Iuſtitia eius manet in ſeculum. Vno die diuitias diſperſit,& iuſtitia eius manet in ſeculum,& memoriam fecit immortalem. Vidiſti memoriam,quæ ſe in omne ſeculum extendit? Vidiſti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali ædificio noſtri memoriam relinquere ſtudeamus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur iſte textus,Et faciemus nobis nomen, ne forte diſpergamur ſuper facies totius terræ. Duplex finis tangitur ædificij huius, Alter eſt communis fama ex ciuitate munita tam excelſa turri,tanquam ex facto ſingulari: Alter eſt continere ſeipſos ſimul,facile enim accidere potuiſſet,vt quemadmodum ipſi ſegregauerant ſe ab aliis,ita inter ſeſe ſegregarentur,ſi non eſſet eis communis ciuitas, habitantib⁹ ſiquidem hominibus abſque ſeptis ciuitatis,facilis eſt dilapſus aliquorum ab aliis. Vnde apparet rationabiliter hęſitando dici,ne forte diſpergamur,quoniam facile euenire poterat,vt à ſeipſis diſpergerentur. AVCTOR CATENAE. Et celebremus nomen noſtrum, & cætera. Vera Hebraica lectio huiuſmodi hic eſt וְנַעֲשֶׂה לָנוּ שֵׁם פֶּן נָפוּץ אַל פְּנֵי כָל הָאָרֶץ venaaſe lanu ſem pen naphuz al pene col haárez, Et faciamus nobis nomen, ne forte diſpergamur ſuper faciem vniuerſæ terræ. Ita habet & Chaldaica. Sed facere nomen, idem eſt quod celebrare nomen. Quod verò dicitur, ne forte diſpergamur, apte quadrat, non enim adhuc erat eis compertum, ſe fore ab inuicem diuellendos, ſed id futurum verebantur, quod fortè quadam humana coniectura aſſequebantur. Septuaginta in hoc loco cum Latino interprete ſunt concordes, nam & illi, πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἡμᾶς, Antequam diſſeminemur habent. Cohortabantur igitur ſe ad extructionem vrbis & turris ſuperbi illi, idq; parãdi nominis gratia ad poſteros, antequam diſpergantur paſſim in terras multas, colonias deducturi, ob ipſorum continuam multiplicationem in terra inculta vaſta. Quod ſi iuxta Hebræum legimus, Ne forte diſpergamur, voluntate dei prauitas contra ſe ipſam vaticinatur. Sic enim ſcribę & phariſæi de ſe ipſis prophetarunt futurum cum dixerunt, Ne forte veniant Romani, & tollant locum noſtrum & gentem.

Ioan.11.

Myſticè.

INTERLINEARIS ET ISIDORVS. Myſticè autẽ,turris hæc & ciuitas,quã deus non ingreditur,ſuperbia huius mundi,vel impia hæreticorũ dogmata ſunt,qui poſtquã moti ſunt ab oriente,hoc eſt,à vero lumine Chriſto domino receſſerunt,& venerunt in campum Sennaar,qui interpretatur excuſſio dentium ſeu fœtor eorũ (non enim hæreticorũ dogmata bonum habent Chriſti odorem ſed fœtorẽ) & dentes amiſerunt,quibus cibos verbi dei molere debuerunt,ſtatim aduerſus deũ impietatis ſuæ ædificant turrim,ac dogmatũ ſuperbiam nefario auſu confingunt,volentes illicita curioſitate ipſius cœli alta penetrare.

Pſal.Miſerere.

POENIT. Sed & aliter. In campo Sennaar habitant,qui poſiti nõ in celſitudine virtutũ,ſed in planitie vitiorũ, & detractionum morſibus proximos lacerant,& in ocioſę vitę volutabro iacẽtes,infamiæ ſuæ circunquaq; fœtore exhalant. Quorũ dentes tunc omnipotens excutit,cum illorũ facta,ſimul & verba cõfundit. Vnde per Prophetam ſcriptũ eſt. Dentes peccatorũ contriuiſti. Et iterũ: Dominus cõteret dentes eorũ in ore ipſorũ,molas leonũ confringet dominus. Nã de fœtore eorũ per aliũ Prophetã ſcriptũ eſt,Cõputruerunt iumẽta in ſtercore ſuo. Cõputreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxuriæ vitã finire. Et Eſaias ait: Et erit pro ſuaui odore fœtor,pro zona funiculus. Quia nimirũ hi praui operis fœtorẽ emittunt,qui abiecto cingulo caſtitatis,funiculũ intexũt laſciuiæ. De quibus dicitur per Prophetã,Væ qui trahit peccata ſicut reſtem longã. Meritò ergo qui in Sennaar habitant,de lateribus ciuitatẽ ædificant,quia qui terrenis dediti ſunt,voluptatibus carnis inſeruiũt,de fragili materia mentis mutationẽ attollũt. Cæterũ q cõtẽpta terrenarũ opũ cupiditate,& carnalis vitę abdicatis illecebris,per opera ſanctitatis virtutũ in ſe ipſis ſanctificationẽ accumulãt,hi profectò lateres in lapides mutãt. Et neq; in arena mũdanę cõfidentiæ ſpiritalem ſtructurã erigunt,ſed in petra fidei,quæ Chriſtus eſt,atria nulli excidio obnoxia,ad ſimilitudinẽ euangelicę illius parabolæ cõſtituunt.

Pſalm.111.

Pſalm.57.

Iohel.1.

Eſa.3.

Eſa.5.

Apocal.17.

RVPERTVS. Ipſa ergo ciuitas ſiue turris,cuius extruẽdæ Nemroth princeps fuit, Babel,id eſt,cõfuſio,paſſim in ſcripturis ſpiritalẽ ſignificat ciuitatẽ diaboli,cõtrariã ciuitati dei. Vocat enim,& eſt illa Ba-

A illa Babylon meretrix, quæ ſanguinẽ ſanctorũ bibit, & econtra ciuitas dei Hieruſalem, id eſt, viſio pacis, in qua pacifico & vero regi, in æternũ & vltra conregnabunt omnes pacifici, veri beati, quia vocabũtur, & erunt filij dei.

Deſcendit autem dominus ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam, Et dixit. Ecce 2 *unus eſt populus, & unum eſt labium omnibus. Cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque uocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos dominus ex illo loco in uniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco uocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium uniuerſæ terræ, & inde diſperſit eos dominus ſuper faciem cunctarum regionum.*

B CHRYSOSTOMVS. Vidiſti ſuperius quomodo humano more ſcriptura loquuta eſt. Etiam poſt diluuiũ, 2 & generalem omnium interitũ, non minoribus malis homines occupabantur. Quid ergo fiet? Quomodo ab inſania ſua reprimentur? Pollicitus eſt deus, ſe non vltra facturum diluuium, nimirum miſericordiæ ſuæ conſuetudinem ſeruans. Illi autem neque pœnis emendatiores facti ſunt, neque beneficiis meliores. Audi ergo quæ dicuntur, vt diſcas ineffabilis miſericordiæ dei magnitudinem. *Et deſcendit* (inquit) *dominus ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij hominum.* Vide quomodo humano more ſcriptura loquitur, non vt humano more intelligamus, ſed vt per hoc erudiamur, nunquam temere fratres condemnandos, neque auditu ſolo iudicandum, niſi pluribus argumentis prius certi reddamur. Omnia enim à deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudiendum hominum genus vtitur ſermonis attemperatione. Deſcendit(inquit) dominus deus, vt videret ciuitatem & turrim. Vide quomodo non ſtatim ab initio illorum reprimit inſaniam, ſed longanimi lenitate vtitur, & expectat, donec malitiam ſuam opere declarent, & tunc conatus eorum impedit. Ne enim quis dicere poſſit, voluiſſe quidem illos, ſed quæ

C decreuerant, opere non cœpiſſe, præſtolatur donec animo deſtinatum opus aggrediantur, & tunc monſtrat eis quàm inutilia attentarint. Deſcendit, inquit, dominus deus vt videret ciuitatem & turrim eorum. Vide miſericordiæ excellentiam. Permiſit illos laboribus ſeſe affligere, vt rerum experientia præceptoris loco illis eſſet. Et quoniam vidit malitiam inualeſcere, & morbum incrudeſcere, non vſque ad finem permittit, ſed ſuam declarat bonitatem, quemadmodum medicus bonus videns morbum augeri, & vlcus incurabile fieri, ſtatim ſectione vtitur, vt omnem morbi cauſam aboleat. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Cap.5. Non loco mouetur deus, qui ſemper vbique eſt totus, ſed deſcendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter vſitatum naturæ curſum mirabiliter factum, præſentiam eius quodammodo oſtendit. Nec videndo dixit ad tempus, qui nunquam poteſt aliquid ignorare, ſed ad tempus videre & cognoſcere dicitur quod videri & cognoſci facit. Non ſic ergo videbatur illa ciuitas, quomodo eam deus videri fecit, quãdo ſibi quantũ diſpliceret oſtendit. Quanuis etiam poſſit intelligi, deum ad illam ciuitatẽ deſcendiſſe, quia deſcẽderunt angeli eius, in quibus ipſe

D habitat, quia per angelos deſcendebat, qui in angelis deſcendentibus erat. Quam ædificabant (inquit) filij hominum, hoc eſt, non filij dei, ſed illa ſocietas ſecundum hominem viuens, quam terrenam dicimus ciuitatem. INTERLINEARIS. Deſcendit autem dominus. Deſcendere dei, eſt humanorum actuum attendere prauitatem. ORDINARIA. Vel ſenſibus humanis ſe accommodare, vel operibus. Vnde Exodi tertio dicitur, Vidi afflictionem populi mei, & deſcendi liberare eos. RVPERTVS. Deſcendit ergo vt videret, de illo ait ſcriptura, qui omnia ſcit, antequam fiant, & nuſquam abeſt, quia videlicet & cauſa talis erat, quam indiſcuſſam cœleſte iudicium nullatenus omittere deberet, & ſic loqui debuit ſcriptura, vt nil temere eſſe credendum inſinuaret. Si enim is qui omnia ſcit, deſcendere hic dicitur vt videat, & alibi dicit, Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam, quanto magis homo qui falli poteſt, antequam ſententiam

Gen.18.

E proferat, rem diligenter inueſtigare debet? Et notandum quod hic illos appellat filios Adam, Deſcendit (inquiẽs) vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam, quod poteſt quidem intelligi, ac ſi dixiſſet filij hominum, quoniam Adam apud Hebræos communi genere homo dicitur, ſed hoc loco ſicut voce, ſic & ſenſu ad eundem qui primus fuit conditus, debet referri. Ita nanque acrius multo percutit eos qui dixerunt, celebremus nomen noſtrum, & turrim ſuperbiæ, qua cœlum attingerent, ædificare cœperunt, eo quod hoc modo ſpecialiter imitabantur prævaricationem Adæ, qua diabolum ſecutus eſt, dicentem, comedite, & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. CAIETANVS. Deſcẽdit deus, & cætera, hoc eſt, ad ſimilitudinem deſcendentis non corporali motu, ſed cura, ſed prouidentia, extendit ſe vſque ad hæc infima, humanas ſcilicet actiones, & ſingularia hæc corporea, qualia ſunt ciuitas & turris. Filij Adam, dictionem Hebraicam reliquit interpres, cum potuiſſet latine dicere filij hominis. Hebræo more appellantur hoc in loco, non origine, ſed affectu & ſtudio, vtpote quorum ſtudium erat ad perpetuitatem nominis, & ad conſtruendam ciuitatem ſibi cõmunem, veriti diſperſionem. AVCTOR

F CATENAE. Deſcendit autem dominus, & cætera, locum iſtum illuſtrem nobis reddit Chaldaica æditio, quę expoſitoris (more ſuo) vice fungitur, ita inquiens, Et apparuit dominus vt vlciſceretur ſuper opera ciuitatis & turris, quam ædificauerunt filij hominũ. Clariſſime verò locutionem Hebraicam tam illa q̃ Septuaginta expreſſerũt, vertentes & ipſi, ἰδοὶ ἄνθρωπος, filij hominum. Atq; eodem modo fere ſemper reddunt. Hebraica autem phraſis eſt, vt genus humanum appellentur filij Adam. Atque, hoc eſt, quod alibi annotat diuus Hieronymus, vbi latine ſit filius hominis, Hebraicè eſſe filius Adam, nam Adam non ſolùm illius primi hominis nomẽ eſt, ſed & omnium hominum, quilibet enim Adam eſt. Eadem vox & marem & fœminam ſignificat, qui communi vocabulo Hebraicè Adã appellantur. Vt autẽ omnium rerũ genera, nullis propriis nominibus ſignata ſunt, ſed vno cõmuni to ti ſpeciei nomine, vt primꝰ equus, equus appellatꝰ ſit, primusq; cetus, cetꝰ, hoc eſt, toti ſpeciei cõgruo, ſic & homo. Neq; vllũ vere eſt primi hoĩs nomen propriũ, niſi quod à Græcis repertũ eſt Protoplaſtus, quod ſoli primo cõgruit. ἄνθρωπος γὰρ igit inducitur hic dominꝰ deſcẽdere, ad videndũ quid agatur inter hoĩes. Filij quidẽ hominũ, hoc eſt,

vani

Universidad de Deusto
Biblioteca

vani & imbecilles dicuntur qui,sine dei auxilio & influxu,& cõtra voluntatem eius nihil possunt. *Et dixit, Ecce unus est populus, & unum est labium omnibus. Cœperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* G
CHRYSOSTOMVS. Vnum est labium omnibus,hoc est,vox vna,& lingua vna.Attende domini misericordiam,quoniã conatus illorum impediturus erat,primum cum illis expostulat, & quasi ostendit peccati eorũ magnitudinem,& ingratitudinis excellentiã,& quod abusi sunt linguæ & vocis vnitate.Hic enim dei mos est,vt puniturus prius indicet quam magna sint peccata,& quasi expostulans etiã ipse satisfaciat nobis, ac tunc tandẽ coripere incipiat.Nam & cum terribile illud diluuiũ interminaretur,dicit scriptura,Videns autem deus quod multa malitia hominum esset in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.Ecce quomodo prius monstrauit malitiæ eorum excellentiam,& postea dicit,Delebo hominem,Ita & nunc ait,Ecce vnus est populus,& labium vnum omnium,cœperuntq; hoc facere. Si (inquit) in tanta concordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt insaniã, vbi tempus processerit,quomodo non deteriora attentabunt?Non cessabunt enim ab his quæ decreuerunt vt faciant,nihil eorum impetum & ardorem morari poterit, sed omnia quæ statuerunt secum, H
studebunt perficere,ni statim pro attentatis pœnam luant . Id quoq; inueniet aliquis & de Protoplasto dici. Ecce futurus enim illum deus à paradisi incolatu, age inquit, quis annunciauit tibi quod nudus esses ? Et iterum, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis,sciens bonũ & malum.Nũc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de
Vbi supra. ligno vitæ,& comedat,& viuat in æternum. Et emisit illum deus de paradiso voluptatis. AVGVSTINVS.
Hoc sanè quod dictum est,nec desistent à cogitationibus suis,donec eas opere compleant, non dictum est cõmando,sed tanquam interrogando, sicut solet à cõminantibus dici,quemadmodũ ait egregius poëta, Non arma expedient,totaq; ex vrbe sequentur ? Sic ergo accipiendum est tanquam dixerit , Nonne omnia deficient ex illis, quæ conati fuerint facere? RVPERTVS. Ecce vnus est populus,& vnum labiũ omnibus. Cœperuntq; hoc facere,nec desistent à cogitationibus suis,donec eas opere compleant.Ergo ne si illa facultas mutuæ linguæ subla
ta nõ fuisset,cogitationes suas opere implere,id est,turrim tantæ altitudinis quiuissent extruere,cuius culmen ad I
cœlum pertingeret?Non vtique ad cœlum æthereum,cuius altitudinis stadia geometræ coniecturis suis numerare non possunt.Sed fortè ad cœlum aëreum,à quo volucres cœli dici consueuerunt.Cum ergo de stulta eorũ præsumptione dicit deus,nec desistent à cogitationibus suis,donec opere impleant,subaudiendum est, quantum in ipsis est.Satis enim diabolum imitantur dicentem,Ascendam super altitudinem nubium,qui quãtum potest extollit se aduersus deum altissimum. CAIETANVS. Et dixit.Deficit tetragrammaton . Postquam ad similitudinem descendentis vidit ciuitatem & turrim iam ædificatas, quanuis non vsque ad terminũ intentum ab eis
(in Hebræo siquidem non habetur ædificabant , sed ædificauerunt filij Adam) ad similitudinem conferentis describitur idem summum essendi principium . Et scribit hæc Moyses ad docendum, quod ille qui est fons essendi, curam exercet omnium singularium,perinde ac si descenderet ad videndum & conferẽdum, quæcunq; apud nos sunt & geruntur.Ecce vnus populus,& vnũ labium omnibus. Primum quod confert,est tam vnitas popularis, q̃ K
vnitas linguæ.Ambæ enim hæ vnitates causæ erant huius ædificij,& impediebant propagationem eorum per diuersas mundi partes,& propterea meritò ab earum incipit collatione.Cœperuntq; hoc facere. Iuxta Hebræum habetur.Et hoc incipere eorum ad faciendum.Secundum collatum est,quod non sufficit istis,quod ædificatum est ciuitatis & turris,sed nunc incipiunt,tanquam nihil egerint.Sic loquitur deus vt cõsueuimus nos loqui. Nec desistent à cogitationibus suis,donec eas opere compleant. Iuxta Hebræum habetur , Et nunc non prohibebitur ab eis omne id quod cogitauerunt ad faciendum.Optime dicit & nunc,videlicet stante vnitate populi cum vnitate linguæ.His enim perseuerantibus,nihil prohibebit,nihil impediet istos à prosecutione cœptorum,ab ædificatione turris valde excelsæ,& ciuitatis munitæ ingentibus mœnibus.Hoc est enim tertiũ collatũ. AVCTOR CAT.
Quod in nostra æditione est,Nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant , Hebraicè est וְעַתָּה לֹא יִבָּצֵר מֵהֶם כֹּל אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת veata lo ibazer mehem col aser iazmu laasoth,Et nũc nõ vitabitur seu prohibebitur ab eis omne quod cogitauerunt facere. Ita & Chaldaica. Indicat autem, nisi deus prohibuisset, omnia eos executuros quæ voluissent,non quod turrim in cœlum erigerent,sed impiissima consilia sua sequerentur.Septua- L
ginta obscuriuscule locum reddiderunt,Ὧν νῦν ἔυκ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιβῶνται ποιεῖν, Et nunc non desicient ab eis omnia,quæcunq; aggressi sunt facere.Hancq; sententiam videntur innuere , Nihil futurum quod eos prohibeat,quin quod statuissent exequantur.At interpres fortè aliud quiddam.Dixit igitur dominus,Cum populus is nunc vnus sit,& vnius linguæ,legis & ritus, quantumlibet eorum multi sint, tamen potentissimi erunt in vniuersum consentientes (concordia enim paruæ res crescunt) ideo quod nunc cœperunt, licet arduum sit valde,non tamen illos quisquam aduersarius prohibebit , omnes enim consentiunt & concordant , ad quod plurimum momenti affert linguæ concordia . Ideo Medorum reges & Persarum præceperunt , vt omnes populi illis subiecti,lingua Persarum loquerentur . Non (inquit) prohibebitur is populus, quo minus faciant quicquid semel incœperint.Ironiam potius esse dixerimus,quasi dicat, Isti homines sua concordia vti deberent ad bonum ac vtile aliquid agendum,& pro meo voto conari,& sine meo consilio vel mandato nihil tentare.Nunc ergo age,ostendam illis quàm nihil illorum ausus possint,qui sibi promittunt maxima , etiam cœlum (vt ita dicam) irrumpere.
Vbi supra. *Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisq; uocem proximi sui.* AVGVSTINVS. M
Recapitulatio est,demonstrans quemadmodũ factum sit,quod dictũ fuerat,descendit dominus,si enim iam descenderat, quid sibi vult, Venite, descendamus, & confundamus linguam eorum , quod intelligitur angelis dictum , nisi quia vt iam dictum est , per angelos descendebat , qui in angelis descendentibus erat ? Et bene non
Cap. 6. ita se operari per ministros suos, vt sint etiam ipsi cooperatores dei , sicut Apostolus dicit , Dei enim sumus cooperarij. Poterat& illud quando factus est homo de angelis intelligi , quod dictum est , Faciamus hominem , quia non dixit , faciam , sed quia sequitur , ad imaginem nostram , nefas est credere ad imaginem angelorum hominem factum , aut eandem esse imaginem angelorum & dei . Et ideo rectè illic intelligitur pluralitas trinitatis.Quæ tamen trinitas,quia vnus est deus,etiã cum dixisset,faciamus,& fecit,inquit, deus hominẽ ad imaginem

A ad imaginem dei,non dixit,Fecerunt dij, aut ad imaginem deorum.Poterat & hic eadem intelligi trinitas, tanquam pater dixerit ad filium & spiritũ sanctum,venite,& descendentes confundamus ibi linguam eorum, si aliquid esset,quod angelos prohiberet intelligi,quibus potius conuenit venire ad deum motibus sanctis,hoc est,cogitationibus piis,quibus ab eis consulitur incommutabilis veritas, tanquam lex æterna in illa eorũ curia superna. Neque enim sibi ipsi sunt veritas,sed creatricis participes veritatis, ad illam mouentur tanquam ad fontem vitæ, vt quod non habent ex se ipsis , capiant ex ipsa, & ideo eorum stabilis est iste motus , quo veniunt, qui non recedunt.Nec sic loquitur angelis deus , quomodo nos inuicem loquimur nobis , vel deo vel angelis, vel ipsi angeli nobis, siue per illos deus nobis , sed ineffabili suo modo , nobis autem hoc indicatur nostro modo . Dei quippe sublimior ante suum factum locutio , ipsius sui facti est immutabilis ratio , quæ non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed vim sempiternè manentem, & temporaliter operantem.Hac loquitur deus angelis sanB ctis nobis aliter longe positis.Quando autem etiam nos aliquid tale locutionis interioribus auribus capimus,angelis appropinquamus. GREGORIVS SECVNDO MORALIVM. Quia spirituali naturæ ex cor- Cap. 5.
porea appositione nihil obstat,loquitur deus ad angelos sanctos eo ipso, quo eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendat, vt quicquid agere debeant , in ipsa contemplatione veritatis legant , vt velut quædam præcepta vocis,sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur, quod videntibus inspiratur. Vnde cum eorum cordibus deus contra humanam superbiam animaduersionem vltionis infunderet, dicit, venite,descendamus, & confundamus linguam eorum . Dicitur eis qui aderant, venite , quia nimirum hoc ipsum nunquam à diuina contemplatione decrescere, in diuina contemplatione semper accrescere est,& nunquã corde recedere, quasi quodam stabili motu est,semper venire. Quibus & dicit. Descendamus, & confundamus linguam eorum. Ascenderunt angeli in eo quòd conspiciunt creatorem. Descendunt angeli in eo quod creaturã sese in illicitis erigentem examine districtionis premunt. Dicere ergo dei est,Descendamus,& confundamus linguam eorũ,in se ipso eis hoc quod rectè agatur ostendere,& per vim internæ visionis,eorum mentibus exhibenda iudicia occultis
C motibus inspirare. CHRYSOSTOMVS. Venite,& secundum aliam literam,cum descenderimus,confundamus illorũ linguas,vt ne audiat vnusquisq; vocem proximi sui.Vide iterum verborũ humilitatem.Venite (inquit)&,cum descenderimus,quid volunt sibi verba hæc?Opus ne habet cooperatione dominus ad correctionem, & subsidio ad illorum destructionem?Absit.Sed sicut iam dixit scriptura,Descendit dominus, docẽs nos per hoc quod euidenter malitiæ illorũ vidit excellentiam:Ita & hic dicit,Venite,& cum descenderimus . Dictum est ceu ad honore pares.Venite (inquit) & cum descenderimus,confundamus illorũ linguas,vt ne audiat vnusquisq; vocem proximi sui.Pœna hac quasi perpetua nota sigillabo illos,quæ eos omni seculo comitabit,neq; huius vllo tempore obliuiscantur.Nam quia abusi sunt vocis vnitate,ideo vocis diuersitate castigare volo. Sic enim vbiq; facere consueuit deus.Hoc ab initio,& in muliere factum est.Abutebatur honore concesso,vnde subiecta est viro.Et similiter Adæ contigit,quia enim ex multa prosperitate,paradisiq; incolatu nihil lucri fecit,sed præuaricando pœD næ obnoxius factus est,eiecit eum ex paradiso,& pœnam perpetuam ei iniunxit,dicens:Spinas,& tribulos germinabit tibi terra.Hi quoque honore pares,& eiusdem linguæ,in pœnis abusi, quam grauiter peccarint, ex linguarum varietate sunt experti.Et confundamus (inquit) linguam eorum , vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui.Vt sicut linguæ vnitas cohabitationem fecit,ita linguæ diuersitas dispergat. Nam quibus non est idem sermo & lingua, quomodo cohabitare possunt? GLOSSA GRAECA. Quod dicitur, Venite , descendamus, ad filium & spiritum sanctum dixit pater.Neq; enim angeli cõditores sunt.Descendit ergo deus,vt illorum linguas confunderet,confundendo,humanum genus toto orbe terrarum disseminaret.Descendit filius,& hominem induit,vt homines ad similitudinem dei congregaret . Descendit spiritus sanctus, vt homines eodem ore , eadem sententia,vnum eundẽmque deum confiterentur . Indicium ergo malitiæ istorum fuit linguarum confusio,vt è contrario virtutis credentium cor vnum & anima vna. INTERLINEARIS ET RABANVS. Quod ergo plurali numero,Descendamus,& confundamus ait,& deinde in singulari dicturus est,confudit dominus la
E bium vniuersæ terræ, distinctione personarũ sanctam trinitatem, & operationis vnitatẽ in maiestate diuina voluit ostendere,sicut in exordio humanæ creationis dictum est, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram,& iterum,Fecit dominus hominem ad similitudinem suam,vt trinitas in personis,& vnitas in potentia esse credatur.Quod autẽ ait,vt non audiat vnusquisq; vocẽ proximi sui,perinde est ac si dicat,vt nõ intelligat solitam vocem.Audiebant siquidẽ verborum sonos,sed significata nõ intelligebant. RVPERTVS. Venite igitur (inquit dominus)descendamus,& confundamus ibi linguã eorum,vt nõ audiat vnusquisq; vocẽ proximi sui.Tanquam diceret,Inueni,in quo digne quod merẽtur,iuxta modum culpæ retribuã eis.Quoniã peruersa via tendunt ad cœlum,veram viam abscondamus ab eis,qua veraciter itur ad cœlum.Etenim cum hæc diceret deus,futurum erat,vt sanctam per hunc famulum suum Moysen conderet scripturam, vnius dei notitiam continentẽ, qua sola vere itur ad deum. Vna autem tantum scribendi lingua erat, quæ vtique tunc omniũ erat, quæ & hactenus dicitur Hebræa.Vt igitur cum datæ fuerint illæ margaritæ cœlestis doctrinæ, non conculcentur à porcis huiusmodi,
F Venite (inquit) confundamus ibi labium eorum. Hoc tam mirandæ vindictæ incommodum , quo maximè homines à semetipsis diuiduntur, solus facere potuit deus.Proinde cum dicit pluraliter,venite,descendamus, confundamus,non angelorum multitudinem ad auxilium cohortatur, sed ad ferendam superbiam se adesse testatur tota trinitas & vnus deꝰ. Quod ex proposito remedio magis liquet.Vbi enim in ore Apostolorũ omnia reuocanti Act. 2.
genera linguarum, eadem trinitas sese aperit hominibus , & ea die primum, in nomine patris,& filij, & spiritus sancti , humiles homines baptizantur , quæ vera structura est altissimæ turris , qua in cœlum fugiat homo deo conregnaturus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur eadem dictio , quæ superius etiam ab antiquo interprete interpretata est , Venite , quam vt prædictum est , multi putant interpretandam esse Eia seu agite . Aduerte prudens lector , quod Moyses describit deum par pari referentem . Nam quia excitando ad ædificandam ciuitatem & turrim homo dixerat , Venite, ædificemus , & cætera , ideo dissipaturus deus hominum consilia, dicit ad similitudinem excitantis eos qui cum eo sunt,Venite,descendamus, & confundamus.
Quia mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia ministerio angelorum deus operatur, ideo pluraliter loquitur. Et quia sic per angelos operatur, vt magis G
ipse operetur, vt ipse non procul absit (vt philosophi fingunt) sed præsens sit angelis operantibus circa hæc infima
tanquam præcipuus operans, ideo dicit, descendamus, & confundamus. Ex quo infert deus remedium ex collatis
adhibendum. Nam ex hoc effectu ablata est vtraque vnitas, populi videlicet & linguæ, & consequenter impedita
est prosecutio ædificationis. Quod autem dicitur, vt non audiat, non refertur ad sensibilem auditionem, sed ad
intelligentiam sermonis, nam diuisis sermonibus audiebat vnusquisque vocem alterius, sed non intelligebat al-
ter alterum. Nec tam exacto rigore intelligendum est non audisse vnumquemque suum proximum, vt non re-
licti fuerint duo communicantes in sermone. Nisi enim aliqui communicãtes inter sese in lingua relicti fuissent,
oportuisset sigillatim singulos spargi, quod nõ est verisimile. Nec enim veritas literæ exigit hunc rigorem, sufficit
enim veritati literæ, quod non quilibet intellexerit vocẽ socij sui, & non oportet vt nullus intellexerit vocem so
cij sui. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, Vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui, H
sensum magis quàm verbum expressit interpres, nam Hebraicè est שפת sephath, quod rectius labia seu linguam
reddi potest, Et ita habet Chaldaica. Age (inquit deus) descendamus, & confundamus labia ipsorum, ne quis pro-
ximum intelligat. Plurali verò verbo vtitur, venite, & descendamus, & cõfundamus, pro pluralitate personarum
in vna deitate, vel honoris diuini gratia, vel more potentum ad seruos, quos angelos deus sine numero habet, per
quos humana gubernat.

Cap.4. *Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in uniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem.* AV
GVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Meritò malus punitur affectus, etiam
cui non succedit effectus. Genus verò pœnæ quale fuit? Quoniam enim dominatio imperantis in lingua est, ibi
damnata est superbia, vt non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, vt obediret deo iubenti. Sic illa
conspiratio dissoluta est, cum quisq; ab eo quem nõ intelligebat, absederet, nec se nisi ei cum quo loqui poterat,
aggregaret, & per linguas diuisæ sunt gentes, dispersæq; per terras, sicut deo placuit, qui hoc modis occultis, no-
bisq; incõprehensibilibus fecit. CHRYSOSTOMVS. Considera domini misericordiam, in quantã animi
hæsitationem eos impulit. Amentibus enim postea similes fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius suppe- I
Homilia 30 ditabat aliud, inutilisq; fuit omnis illorũ conatus, ideo cessauerunt etiam ædificare turrim & ciuitatem. GRE-
Act.2. GORIVS IN HOMILIIS. Audistis quia spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit,
omniumq; linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quod sancta ecclesia eodem spi
ritu repleta, omniũ gentium erat voce locutura? Qui verò contra deum turrim ædificare conati sunt, communio-
Cap.3. nem vnius linguæ perdiderunt. In his autem qui deum humiliter metuebant, linguæ omnes vnitæ sunt. Hic ergo
humilitas virtutẽ meruit, illic superbia confusionem. IDEM TRIGESIMOQVARTO MORALIVM.
Dum autem malorum vnitas scinditur, bonæ mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur. Si malorũ vnitas no-
Psalm.54. xia non fuisset, nequaquam diuina prouidentia superbiẽtium linguas in tanta diuersitate dissipasset. Si malorum
Collat.4. vnitas noxia non fuisset, de sanctæ Ecclesiæ hostibus Propheta non diceret, Præcipita domine, & diuide linguas
cap.12. eorum. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Permansisset igitur aduersus deum, imo aduersus eos K
qui diuinam eius attentare cœperant maiestatem consensus noxius, nisi eos dispensatione dei repugnans inter se
diuersitas linguę, per dissonantiam vocis in meliorem statum proficere compulisset, & quos ad excidium sui ani-
mauerat pernitiosa consensio, ad salutem reuocasset bona, vtilisq; discordia, incipiẽtes secundum humanam fra-
gilitatem intercedente diuisione sentire, quam per noxiam conspirationẽ elati antea nesciebãt. ALCVINVS.
In hac autem diuisione linguarum nihil nouum fecit deus, ne sit contra id quod supradictum est, Requieuit deus
die septimo ab omnibus operibus suis, sed dicendi modos & formas loquelarũ, diuersis gentibus diuisit. Vnde eas-
dem syllabas & eiusdem potestatis literas, aliter coniunctas in diuersis gẽtium linguis inuenimus. Sæpe etiam &
eadem nomina vel verba, aliud significantia in alia lingua, atq; aliud in alia. Veluti vbi dicitur in psalmo secũdo,
In virga ferrea, in Græco habetur ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, in Latino autem sidera, non ferrea significat vt in Græco, sed
astra. CAIETANVS. Atq; ita diuisit eos dominus, &c. Significanter attribuit Moyses sparsionẽ hanc deo,
ne angelis attribueretur tãquam propinquis agentibus, & deus existimaretur agens remotum respectu executio-
nis. AVCTOR CAT. Abundant apud Septuaginta ὁ Θ᾽ πύργον, & turrim. In Hebræo enim est tantum, Et L
cessauerunt ædificare ciuitatẽ. Hoc igitur pacto confudit dominus ausus humanos, & præsumptionem vanã com
pescuit, docuitq; nihil tentandum temere, & operas stultas ac inutiles nõ aggredi, sed mutuùm seruire, prodesse &
iuuare. *Et idcirco uocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium uniuersæ terræ.* CHRYSOSTOMVS. Vi-
de quot fiunt, vt memoria huius facti in omnia secula producatur. Primum linguarũ sit diuisio, imò ante hoc no-
minis appellatio. Phaleg enim nomẽ, quod Heber puero imposuit, partitionem significat, deinde loci agnomina-
tio, confusio enim vocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum Heber ipse mansit, idem seruans idioma, quod
& antea habebat, vt manifestũ diuisionis huius signum foret. Vidisti per quot immortalem, nullaq; obliuione de-
lendam huius facti memoriã seruari voluerit? Hinc enim pater postea cogebatur dicere causam tam diuersæ vo-
cis. Et puer à patre discebat, quare Babylon à cõfusione nomen sortita fuerit, nempe quod illic dominus deus con
fudit labia vniuersæ terræ, & ab illo loco disperšit illos. Nam vtrunq; loci appellatione mihi significare videtur, & M
quod linguas confudit, & inde dispersio orta sit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et propter hoc
vocauit nomen eius Babel. Significatur enim quod deus imposuit nomen illi ciuitati Babel. Quia ibi cõfusum est
labium vniuersæ terræ. Hebraicè, quia ibi confudit dominus labium totius terræ. Ibi enim fuerunt linguę vniuersi
orbis, nam affuit & illa quæ prius erat cõmunis omnibus, & affuerunt reliquæ genitæ, ex quibus cõstituuntur vni-
uersa idiomata. AVCTOR CAT. Et idcirco vocatum est, &c. In Hebræo vtrunq; verbum est præteritum
tertiæ personæ singularis masculini, videlicet, קָרָא & בָּלַל kara & balal, id est vocauit & confudit, nempe domi-
nus, vt ipse deus maximus ingentium horum patrator operum ostendatur. Sed & nomen non ad locum, sed
ipsam vrbem refertur. Siquidem relatiuum nominis fœminini est שְׁמָהּ sema, sicut verterunt & Septua-
ginta, καὶ ἐκλήθη ἡ ὄνομα αὐτῆς, Et vocatum est nomen ipsius, vbi relatiuum etiam est fœmininum, quan-
quam Babylonia, & metropoleos, & totius regionis nomen sit. Nomen autem ipsum Septuaginta, σύγχυσις,
id est,

A id est, confusio interpretati sunt. Quanquam igitur Babel interpretatur cõfusio, vrbis tamen proprium est Babel.
Nomen itaque ipsum erat relinquendum, quod fecit interpres. Nam & apud omnes gentes ipsum nomen Babylo
niæ retentum est. Quare non à Belo nomẽ accepit, vt pleriq; falso existimant. Babel igitur vrbis & regionis vulga-
tissimum nomen, à permixtione & confusione deducitur, quia ibi ostendit dominus eos qui suis cõsiliis & pruden
tia nituntur, qui magna & ardua sed tamen vana moliuntur, quàm nihil proficiunt, & non esse consilium contra
dominum. Numerant autẽ Hebræi à diluuio vsq; ad diuisionẽ linguarũ, annos CCCXL. vnde patet si ita est, Noë
vixisse decem annos post linguarũ confusionẽ. Et cum totius illius populi esset pater, nõ potuisse degeneres filios
cohibere à stulta illa præsumptione, quæ nitebatur celebrare nomen suũ ingentis turris ædificio. Sed nec rebelles
filios cohercere valuisse, quin in pessimum idololatriæ laberentur vitium, & deum negarent altissimum. *Et inde* Cap.6.
disperšit eos dominus super faciem cunctarum regionum. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITA-
B TE DEI. Ex illis igitur tribus hominib⁹ Noë filiis, LXXIII, vel potius LXXII gẽtes, totitéq; linguæ per ter-
ras esse cœperunt, quæ crescendo, & insulas impleuerunt. Auctus est autem numerus gentiũ multo amplius, quàm
linguarum. Nam & in Aphrica Barbaras gentes in vna lingua plurimas nouimus, & homines quidem multiplica
to genere humano ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse, quis ambigat? Profectò itaq; cum quæritur Cap.11.
in diuisione linguarum, vbi lingua illa remanere potuerit, quæ fuit antè communis, quæ sine vlla dubitatione vbi
remansit, non ibi fuit illa pœna, quæ facta est mutatione linguarum, quid aliud occurrit, nisi quod in huius gente
remanserit, à cuius nomine nomen accepit? Et hoc iustitiæ gentis huius non paruum apparuisse vestigium, quod
cum ahæ gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non peruenit tale supplicium. Et cum legatur vna
fuisse lingua primitus omnium, & ante omnes filios Sem cõmendetur Heber, quanuis ab illo quintus oriatur, &
Hebræa vocetur lingua, quam Patriarcharum & Prophetarum non solùm in sermonibus suis, verumetiam in li-
teris sacris custodiuit auctoritas, meritò credenda est ipsa fuisse prima illa communis, quoniã de pœna venit illa
multiplicatio mutatioq; linguarum, & vtique præter hanc pœnam esse debuit populus dei. RABANVS. Si
C quis quærit, in qua familia illa permansit lingua, quę primitus Adã data fuit, sciat credidibile esse, quod in familia
Heber, ex quo Hebræi dicti sunt, in ea parte hominũ, qua dei portio permansit, in qua & Christus nasciturus erat.
Oportuit enim vt in ea lingua salus mundo prædicaretur primò, per quam primum intrauerat mors in mundum.
Ostendit quoque titulus in cruce Saluatoris scriptus, hanc esse omnium linguarũ primam. GLOSSA GRAE-
CA. Ideo etiam primam omnium linguam apud Heber in illa linguarum confusione seruatam fuisse tradunt,
propterea quod à constructione turris manus suas abstinuerit. THEODORETVS. Sed contra, antiquissi-
mam omnium linguam Syram esse nomina declarant. Adam enim, Cain, & Abel, & Noë, Syrorum linguæ pro-
pria sunt. Adamtha enim terram rubram Syri appellare solent. Adam igitur terrenus interpretatur, & Cain pos-
sessio. Id quod & Adam deum laudans, dixit: Possedi hominem per deum. Abel luctus, primus enim diem obiit, &
parentibus dolorem inflixit. Et Noë quies. Hebræa igitur lingua vnde initium traxit? Existimo illam esse sacram
D vocem, quemadmodum in gentilium templis propriæ quædam erant literarum notæ, quas hieraticas, id est, sacer-
dotales vocabant, ita per Moysen vniuersorum deus linguam hanc, quæ doceri posset hominibus dedit, non natu
ralem tamen. Cum enim alij gentis suæ, in qua nati sunt, lingua loquantur, vt Itali Itala, Græci Græca, Persæ Persi-
ca, Aegyptij Aegyptia, Hebræorum tamen pueri non statim Hebræa lingua loquuntur, sed illarum gentiũ lingua,
apud quas nati sunt. Deinde literarum formas edocti, & diuinarum scripturarum lectione, Hebræã linguam edi-
scunt, in qua illæ scriptæ sunt. Id quod latenter Dauid innuit, canens, linguam quam non nouerat, audiuit. Atqui
nonnulli asserunt Hebræam linguam ab Heber dictam, illum enim solum in pristina lingua perseuerasse, atq; in-
de Hebræos etiam dici. Ego verò arbitror Hebræos dici, quia patriarcha Abraham à Chaldæa regione in Palæsti-
nam proficiscens, Euphratem fluuium transiit. Hebra enim, Syrorum lingua transitor dicitur. Nam si ab Heber
Hebræi dicti sunt, oportebat non hos tantum, sed & complures alias gentes, quæ ab Heber ortum trahunt, hoc no
mine nuncupari. Et (vt alios omittam) ex hoc Heber genus ducunt Ismaëlitæ, & Cethuræ filij, & Idumæi, & Ama
lechitæ, & Moabitæ, & Ammonitæ, quique in Charram habitarunt, nam ex Nachor & Laban descenderunt, sed ta
E men nullus horum Hebræa vtitur lingua. Ita verò Abraham quoq; dictus est, scriptum est enim, Et nunciatum est
Abram transitori, siue vt Hebræa exemplaria habent, Hebri, quod in linguam Græcam transfertur, Hebræo. Ita &
de Ioseph, Adduxisti ad nos puerum Hebræum, qui illuderet nobis, in Hebræo scriptum est, Hebri. Verùm super
hoc contendere haudquaquam operæpretium est, cum vtraq; opinio pietati non officiat. CHRYSOSTOMVS.
Audiuistis dilecti, vnde dispersionis, varietatisq; linguarum orta sit causa. Fugiamus obsecro, ne hos imitemur, &
iis quæ nobis deus conceſsit, ne abutamur, & naturam humanam considerãtes, ea consultemus, quæ mortales de-
ceat, & considerata præsentis vitæ fragilitate, quia breue est tẽpus vitæ nostræ, reponamus, & thesaurizemus prius
fiduciam operando opera bona, videlicet ieiunij feruorem, eleemosynæ largitatem, precum continentiam.
EVCHERIVS. Spiritualiter verò, sicut illi qui turrim & ciuitatẽ ædificabant, per superbiã, ab vna lingua in Mystice.
multas diuisi sunt, ita & hæretici ab vnitate fidei & cõfessionis segregati, inter se diuersitate erroris, quasi per dis-
F sonantiã linguæ, intuicẽ secernuntur. Et quos armat aduersus deũ elatæ cõspirationis pernitiosa consensio, rursus
intercedente dogmatum discordia, diuidit repente oborta confusio. Quos quidem ipsa trinitas damnat in quam
offendunt, ipsa eos dispergit dum dicit, Venite, descendamus, & confundamus linguas eorum, in varietate vti-
que erroris siue schismatum. Eo autem tempore quando linguarum facta est varietas, in sola domo Heber, quæ
antea fuit lingua remansit. Ita & nunc in sola ecclesia, quæ est domus Christi, vnitatem esse confessionis, & fidei
pacem, diuisis omnibus reprobis atque hæreticis, manifestum est.

Hæ sunt generationes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post dilu- 3
uium. Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios & filias. Porrò
Arphaxad uixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale,
trecentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

trecentis tribus annis, & genuit filios & filias. Sale quoque uixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale G
postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Heber triginta qua-
tuor annis, & genuit Phaleg. Et uixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, & genuit
filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg postquam genuit Reu,
ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Reu triginta quinque annis, & genuit Sarug. Vi-
xit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Sarug
triginta annis, & genuit Nachor. Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis, & genuit filios &
filias. Vixit autem Nachor uiginti nouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor postquam genuit Thare,
centum decem & nouem annis, & genuit filios & filias. Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, H
& Nachor & Aran.

Cap.10. 3 AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Sicut in his qui ante diluuiũ fuerunt, connectuntur hi filij Seth filij Adam, per quos peruentum est ad Noë, sic & nunc omissis cæteris filiis Sem, illi de-
scribuntur & connectuntur in ordine generationis, per quos directè venitur ad Abram. Cum ergo diuina scriptu
ra terrenam ciuitatem in Babylone, hoc est, in confusione monstrasset, ad patriarcham Sem recapitulando reuer
titur, & oritur inde generationes usq; ad Abram, cõmemorato etiam numero annorum, quãto quisq; ad hanc re-
riem pertinentem filium genuisset, quantoq; vixisset. Sic ergo incipit generationum ista contextio. *Hæ sunt gene-
rationes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium.* BEDA. Magna quæstio hic no-
bis nascitur, quomodo Sem biennio post diluuiũ centum esse annorũ dicatur, cum supra quingẽtesimo anno Noë I
natus asseratur & sexcentesimo anno eiusdẽ Noë diluuiũ venisse legatur, vnde debuisset hic dicere scriptura, Sem
erat centũ duorum annorũ quando genuit Arphaxad, biennio post diluuiũ. Vt ergo numerus temporũ sibimetipsi
nõ repugnet, intelligendũ est, aut Noë duos plusquã quingentos annos habuisse quãdo natus est Sem, aut duos mi-
nus ad sexcentos annos quãdo venit diluuiũ, aut Sem habuisse centũ & duos annos, quando natus est Arphaxad.
Solet enim sic loqui scriptura nonnunq;, vt etsi modicum supersit vel desit, plenariũ tamen numerũ & perfectum
in computo sonet. Videtur ergo verisimile (vt mea fert suspicio) quod cũ natus esset Sem, duos super quingentos
annos habuit Noë. Neq; falsum dixit scriptura, quia quingentos annos habuit, etiam si quingentos & duos annos
habuerit, quia nimirum minor numerus intra maiorẽ continetur. Fortè autem sanctæ scriptor Historię, diligẽtius
hoc loco curauit exprimere, dicendo Sem biennio post diluuiũ centum fuisse annorum, quia se meminit annum
natiuitatis eius quasi negligentius annotasse. CAIETANVS. Vel possumus dicere Sem fuisse genitum, cũm K
Noë habuit quingentos annos, & quando ipse genuit Arphaxat, erat centum & duorũ annorum, quod implicite
innuit scriptura, dum adiungit biennio post diluuium ad centum annos Sem. AVCTOR CAT. Hæ sunt
generationes Sem, &c. Resumitur cœptæ illius generationis electæ ordo, ab Adã usq; ad Noë decem, & hinc nunc
describuntur à Noë per Sem usq; ad Abram decem, vt peruẽiatur per Iudam & Dauid ad Christum, in quo bene-
dicantur omnes gentes. Sem autẽ centum annorum cum esset biennio post diluuiũ, genuit Arphaxat filium suũ,
scilicet sexcentesimo tertio anno ætatis patris. Noë autem suum primogenitũ genuit, cum esset quingentorũ an-
norum. Non ergo secundũ aliquos Sem primogenitus fuit, licet primo nominetur propter prærogatiuam suæ
posteritatis & electionis. Quod si ita est, per hoc soluitur magna quæstio veterum apud Bedam. Vixitq; *Sem post-
quam genuit Arphaxad, quingẽtis annis, & genuit filios & filias. Porrò Arphaxad uixit triginta quinq; annis, & genuit Sale. Vixitq;
Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis, & genuit filios & filias.* AVGVSTINVS IN QVAEST.
SVPER GENESIM. Quæritur quomodo dixerit deus ad Noë, Erunt anni vitæ eorũ centum viginti. Non-
dum natus erat Arphaxad, quando dixit hoc deus, nec fuit in arca cũ parentibus suis. Quomodo ergo intelligitur L
deinceps anni vitæ humanæ prædicti centũ viginti, cum inueniatur homo vixisse amplius quadringentis annis?
Nisi quia intelligitur ante viginti annos quàm inciperet arca fieri, quę centum annis facta reperitur, hoc deum di
xisse ad Noë, cum iam prænunciaret se facturum esse diluuiũ, nec vitæ humanæ deinceps futuræ in iis qui post di-
luuium nascerentur, spatium prædixisse, sed vitæ hominũ quos fuerat diluuio deleturus. AVCTOR CATE.
Lucæ.4. Illud sane nequaquã prætereundum, quod apud Septuaginta Arphaxad nõ dicitur genera sse Sale, sed Cainan, ip-
sumq; Cainan postea Sale ædidisse. Quorũ sententia Euangelistæ Lucæ auctoritate cõfirmatur, dicentis: Qui fuit
Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad. Potuit siquidẽ spiritus sanctus occulta aliqua ratione scriptoris sancti hu
ius mentem permouisse, vt Cainan nomen in hac generationum serie silentio præteriret, sicut & quorundã Euan
gelista Matthæus in generatione domini taciturnitate inuoluit. Sed & in tota fere hac litera, annorũ numeri apud
Septuaginta, alij ponũtur ab his qui in Hebraica & Chaldaica lectione reperiuntur, quod tantũmodo admonuisse
sufficiat, ne in cuiuscunq; hominis ætatis supputatione, pium lectorem tædio afficiamus, in re præsertim modica. M
Neq; sciri potest vnde error iste irrepserit, cum Hebræi numerorum notis nõ vtantur, in quibus facilis est lapsus,
sed ipsis numerorum nominibus quæ facilè immutari non possunt. Hoc autem annotatum sit, vt videatur ratio
dissonãtiæ in historiarum numeris apud patres, qui Septuaginta Interpretes sunt imitati. Porrò cum vixerit Sem
post diluuium quingentis annis, à diluuio autem ad natiuitatem Abræ secundum aliquorum computationem, li-
cet aliis aliter appareat, fuerint anni ducenti nonaginta duo, vixerit autem Abram centum septuaginta quinque
annos, qui cõflant quadringentos sexaginta septem, videretur Sem vixisse post mortuum Abram, circiter trigin-
ta annos in vniuersum. *Sale quoq; uixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale postquã genuit Heber, quadringentis
tribus annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et uixit Heber postquam
genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu.
Vixitque Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Reu triginta quin-
que annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis, & genuit filios & filias.*

AVGVST.

A AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Diuina scriptura hoc sic prosequi- Cap. 10.
tur, dicens quoto quisque anno vitæ suæ filium genuerit ad istum generationum ordinem pertinentem, qui per-
tendit ad Abram, & quot annos postmodum vixerit, intimans eum filios filiasq; genuisse, vt intelligamus vnde
potuerint populi accrescere ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati, pueriliter hæsitemus, vnde
tanta spatia terrarum atque regnorum repleri potuerint de genere Sem, maximè propter Assyriorum regnum,
vnde Ninus ille orientalium dominator vsquequaque populorum ingenti prosperitate regnauit, & latissimum
atque fundatissimum regnum quod diuturno tempore duceretur, suis posteris propagauit. CAIETANVS.
Vixit autem Reu triginta quinque annis. Legendum est triginta duobus annis, & genuit Sarug. AVCTOR
CATENAE. Ita in Hebraica & Chaldaica litera habetur, & in Latinis emendatioribus codicibus. Sciendum
etiam pleráque patrum istorum nomina perperam Latinè esse reddita, verum quoniam ita pronunciata à tanto
B tempore sunt, tum quia in eorum prolatione tanta inter doctores diuersitas, satius visum est, ea intacta relinque-
re, & in nuncupationibus huiusmodi antiquum morem seruare. Putant verò quidam Hebræam linguam dici ab
hoc Heber, quia eius tempore facta sit linguarum diuisio, alij ab Abram, qui Hebræus, eo quod trans fluuium Eu-
phratem natus & educatus, & citra illum in terram Chanaan peregrinus, quasi externus & transfluuialis dictus
est. Nam quod ad rationem temporis pertinet, vixit Abram ante diuisionem linguarum quadraginta octo an-
nis. Nam fuit in subuersione Sodomæ nonaginta nouem annorum, & subuersio illa fuit quinquagesimo secundo
anno post linguarum diuisionem. Sed de hoc aliâs. Phaleg verò diuisio interpretatur, quia in illius tempore di-
uisa est terra, homines scilicet in terra confusione Babylonica disiuncti, ad nouas passim sedes sibi conquirendas
ob multitudinem. *Vixit autem Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducentis
annis, & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor uiginti nouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor postquam genuit Tha-
re, centum decem & nouem annis, & genuit filios & filias.* BEDA. Nusquam in tota hac serie generationum, addi-
dit, & mortuus est, sicut in ætate quæ præcessit diluuium, quia nemo erat in tota hac complexione nascentium,
C de quo ex cæteris excepto, dici posset sicut ibi de Enoch, Ambulauitq; cum domino, & non apparuit, quia tulit
eum deus. AVCTOR CATENAE. Propter ergo certam mortis legem & communem omnibus, nulla
deinceps mortis alicuius facta est mentio. Nachor autem nomen est duorum, aui scilicet, & fratris Abræ, à quo ge-
nitus est Bathuel pater Rebeccæ & Laban. *Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor & Aran.* Vbi supra.
Non simul omnes, sed suis temporibus, ex quo gignere cœpit, quod fuit non ante annum septuagesimum. AV
GVSTINVS. Fiunt itaque anni à diluuio vsque ad Abram, mille septuaginta & duo, secundum vulgatam
ædition em, hoc est interpretum Septuaginta. In Hebræis autem codicibus longe pauciores annos perhibent in-
ueniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt.

D HAe *sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Aran genuit Loth.* 4
*Mortuúsque est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt
autem Abram & Nachor uxores, nomen uxoris Abram, Sarai, & nomen uxoris Nachor, Melcha filia
Aran, patris Melchæ & patris Ieschæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaq; Thare Abram
filium suum, & Loth filium Aran filium filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit
eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan. Veneruntque usque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti
sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.*

AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Videamus procursum ciuitatis 4
dei, etiam ab illo articulo temporis qui factus est in patre Abram, vnde incipit esse notitia eius euidentior, & vbi Cap. 12.
clariora leguntur promissa diuina, quæ nunc in Christo videmus impleri. Denique sicut supra enumeratis gene-
E rationibus ab Adam vsque ad Noë, simul cum annorum numeris, & exposita diluuij causa priusquam deus inci-
peret de arca fabricanda loqui, ad Noë dicitur, Hæ autem generationes Noë, ita & hic enumeratis generationi-
bus ab illo, qui est appellatus Sem, filio Noë, vsque ad Abram, deinde insignis articulus similiter ponitur vt dica-
tur. *Hæ sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor & Aran.* In regione igitur Chaldæorum natus est
Abram, quę terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldæos autem iam etiam tunc superstitiones impię
prævalebant, quemadmodum per cæteras gentes. Vna igitur Thare domus erat, de qua natus est Abram, in qua
vnius veri dei cultus, & quantum credibile est, in qua iam sola etiam Hebræa lingua remanserat, quanuis & ipse
sicut iam manifestior dei populus in Agypto, ita in Mesopotamia seruisse diis alienis, Iesu Naue narrante refer-
tur, cæteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias, & in nationes alias defluentibus. CAIETANVS.
Vt prius dictum est, non est intelligendũ quod Thare septuagesimo anno genuerit istos tres filios, quoniã constat
F Abram post mortẽ patris nõ excessisse ætatẽ septuaginta quinque annorum. Nam post mortẽ patris, qui vixit du-
centis & quinque annis (vt in calce huius capituli dicitur) Abram septuaginta quinque annorũ exiuit de Charan, vt
Stephanus testatur Act. 7. Hinc enim clare patet, quod ad minus centũ & triginta annorũ erat Thare, quando ge-
nuit Abram. Quod ergo hic dicitur, quod vixit Thare septuaginta annis, & genuit istos tres, intelligendũ est nega
tiue, quod nõ ante septuaginta annos incœpit generare istos. AVCTOR CAT. Abram primò quidẽ no-
minatur inter filios Thare, & Aran vltimo, non quod primo secundũ aliquorum opinionem natus, sed quia nobi
lior & principalior. Reuera enim ex supputatione annorũ Abræ & Sarai (dicũt hi) cõuincitur Aran fuisse primoge
nitũ, & Abram vltimũ. Si enim Sarai filia fuit Aran, & decẽ annis minor natu q̃ Abram, sequit necessario, Aran
non fuisse post Abran natũ, non enim nouem annorum vel octo eam generare potuisset, sed ad minus viginti an-
norum exist ens. Nec enim tunc tam cito sicut nostro fit tempore, ducebant vxores. Senior ergo fuit ipso Abram
aliquot annis, ad minus decem. Quæ nisi sciantur (dicunt iidem) tam de primogenitura Abræ, q̃ Sem, inexpli-
cabiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

cabiles circa literam quæstiones occurrent, quæ veteres patres mire torserunt, necessarium ergo fuerit scire vtrosque non fuisse primogenitos. Placuit & horum hic recensere sententiam, Lector prudens quod maluerit, & quod consonum magis visum sibi fuerit, sequatur. *Porrò Aran genuit Loth. Mortuusq; est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et mortuus est Aran ante patrem suum in terra qua natus est, in regione Chaldæorum. Pro eo quod legimus in regione Chaldæorum, in Hebræo habetur אור כשדים vr casdim, id est, in igne Chaldæorum. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione huiusmodi fabulam. Quod Abram in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit, quod in sequentibus scribitur egressum esse Tharan cum sobole sua de regione Chaldæorum, pro eo quod in Hebræo habetur de incendio Chaldæorum. Et hoc esse quod nunc dicitur, Mortuus est Aran in conspectum Thare patris sui, in terra natiuitatis suæ, in igne Chaldæorum, quod videlicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. Loquitur autem postea dominus ad Abram, Ego sum qui eduxi te de igne Chaldæorum. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Vr Chaldæorum, vbi mortuus est Aran frater Abræ, cuius hodieq; (sicut Iosephus refert) tumulus ostenditur. Et super hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. GLOSSA GRAECA. Quemadmodum beatus Epiphanius tradit, primus Thara idola excogitauit à figulina scientia, quare ante illum nullus filiorum priusquam pater diem suum obiit, Abel enim occisus est. CAIETANVS. Mortuusq; est Aran, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Et mortuus est Aran super facies Thare patris sui. Significatur enim quod Aran non separatus à patre, mortuus est coram ipso, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. Hinc clare patet, quod ibi mortuus est, vbi natus fuerat Aran. Et explicatur nomen ciuitatis, Vr Chasdim, iuxta Hebræum, hoc est, Vr Chaldæorum. AVCTOR CATENAE. Mortuusq; est Aran ante Thare patrem suum. Hebraicè est על פני al pene, id est, super faciem, vel coram facie, vel in facie, hoc est, viuente patre filius mortuus est, locutio enim est Hebraica. Quam sententiam & Septuaginta sequuntur, ἐνώπιον δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, coram Thare patre suo. Sed & Chaldaica difficultatum omnium enodatrix, locum hunc ita intelligit, inquiens, Et mortuus est Aran viuente Thare patre suo. Quod autem sequitur, in Vr Chaldæorum, Vr nō idolum, nec fornacē vel incendium significat, sed oppidum, locum natiuitatis Aran. Fabula autem Iudæorum, qui asserunt Aran & Abram in fornacem esse à Chaldæis coniectos, quod ignem adorare nollent, eadem facilitate exploditur, qua producitur. Cum & Septuaginta viri grauissimi, suarumq; rerum peritissimi, Vr non fornacem interpretati sint, sed tanquam loci proprium esset nomen, verterint χώραν, id est, regionem. *Duxerunt autem Abram & Nachor uxores, nomen uxoris Abram Sarai, & nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ & patris Ieschæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Locutio est, poterat enim sufficere, Erat autem Sarai sterilis. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Pater autem Melchæ, ipse est pater Iescæ. Aran filius Thare, frater Abram & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai, cognomento Iescham ἀνώνυμον. Equibus Melcham accepit vxorem Nachor, & Sarai Abram, necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus, etiam inter fratres & sorores initæ sunt. THEODORETVS. Vt fertur ergo, Sarai vnius fratrum Abram filia fuit, quemadmodum etiam ipse Abram testatus est, dicens: Etenim verè soror mea est, filia patris mei, sed non filia matris meæ, vt & alibi Loth fratris filium, fratrem vocat. CAIETANVS. Ex eo quod nominando vxores Abræ & Nachor, Sarai & Melcha, de sola Melcha dicitur quod erat filia Aran, argumentū videri in eo habetur, quod Sarai nō erat filia Aran. Non enim constat Sarai fuisse duobus nominibus nominatam in hoc eodem contextu, videlicet Sarai est Iescha, quæ fuit altera filia Aran, Sed multo rationabilius repellitur, quàm facilè dicitur. Et hinc apparet quan to maior natu fuerit Aran quàm Nachor, cum Nachor acceperit in vxorem filiam ipsius Aran. AVCTOR CATENAE. Duxerunt autem, & cætera. Tam Abram quàm Nachor fratres vxores duxerunt. Abram Sarai, Nachor Melcham. Nec hic scribitur quod duas habuerint sorores, filias fratris. Non enim filias Aran Moyses scripsit, sed filiam Aran, qui Aran fuit pater Melchæ. Quod autem simul fuerit pater Sarai, non dicitur, nec quod binominis fuerit, alicubi constat ex scriptura. Propter quod aliquibus verisimilius visum fuit, eam natam ex Thare, qui & pater Abræ, tamen ex alia matre. Id enim scriptura testatur dixisse Abram ad Abimelech, eam reuera fuisse sororem suam, eodem quidem patre, scilicet Thare, sed alia matre generatam, quæ tamen non nominatur in scriptura, sicut nec aliæ sanctorum atque sanctarum matres. Quod autem additur, & pater Ieschæ, sine ratione & auctoritate (dicunt hi) Sarai alio nomine Iescham nominatam afferri, nam literam simpliciter duntaxat dicere, Iescham patre Aran natam. Quod autem ait, fuisse Sarai sterilem, notandum sanctorum patrum matres omnes ferè natura steriles describi, vt significetur à solo deo quæ sancta sunt proficisci, tunc scilicet, quando naturę infirmitas inclaruerit patenter, ne de naturæ viribus gloriarentur aliquando Iudæi. *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran filium filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan. Veneruntq; usq; Haran, & habitauerunt ibi.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Charran, ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam, quæ vsque hodie Charra dicitur, vbi Romanus cæsus est exercitus, & Crassus dux captus. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Narratur hic quemadmodum Thara cum suis regionem reliquerit Chaldæorum, & venerit in Mesopotamiam, & habitauerit in Charran. Tacetur autem de vno filio eius, qui vocabatur Nachor, tanquam eum nō duxerit secum. Nam nusquam hic nominatur, & eius vxor Melcha. Sed inuenimus postea cum seruum suum mitteret Abram ad accipiendam vxorem filio suo Isaac, ita scriptum, Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui, & de omnibus bonis domini sui secum, & exurgens profectus est in Mesopotamiam in ciuitatem Nachor. Isto & aliis sacræ huius historiæ testimoniis, ostenditur etiam Nachor fratrem Abræ exisse de regione Chaldæorum, sedesq; constituisse in Mesopotamia, vbi cum patre suo habitauerat Abram. Cur ergo scriptura non eum commemorauit, quando ex gente Chaldæorum cum suis profectus est Thara, & habitauit in Mesopotamia, vbi non solùm Abram filius eius, verumetiam Sarai nurus eius, & Loth nepos eius commemorantur, quod eos duxerit secum?

Cap. 13.

Cur pu-

A Cur putam°, nisi forte quod à paterna & fraterna pietate desciuerat, & superstitiōi adhærerat Chaldæorū, & postea inde siue pœnitēdo, siue persecutionē passus, quod suspectus haberetur, & ipse emigrauit in Mesopotamiā? In libro enim qui iscribitur Iudith, cum quæreret Holofernes hostis Israëlitarū quænā gens illa esset, vtrū aduersus eā bellādū fuisset, sic ei respōdit Achior dux Ammonitarū, Audiat dominus noster verbū de ore pueri sui, & referā tibi veritatē de populo qui habitat iuxta mōtana hæc, & nō exibit mēdaciū de ore serui tui. Hæc enim progenies populi est Chaldæorū, & antea habitauerūt Mesopotamiā, quia noluerūt sequi deos patrū suorū, qui fuerūt in terra Chaldæorū glorioſi, sed declinauerūt de via parentū suorū, & adorauerūt deū cœli quē cognouerūt, & proiecerunt eos à facie deorū suorū, & fugerūt in Mesopotamiā, & habitauerūt ibi dies multos. Dixitq; illis deus eorū, vt exirēt de habitatione sua, & irēt in terrā Chanaā, & habitauerūt ibi, & cætera quæ narrat Achior Ammonites. Vn de manifestū est, domū Thare persecutionē passam fuisse à Chaldæis pro vera pietate, qua vn° & verus ab eis co

B lebatur deus. CAIETANVS. Tulit itaq;, &c. Hinc apparet quod adhuc existētib° in Chaldæa patre & filiis, Abrā erat ad minus triginta annorū, imò ex eo quod Sarai describitur sterilis, cōiectura est, quod multis annis cū ea versatus fuerat, anteq; exirēt de Chaldæa. Et eduxit eos de Vr Chaldæorū, vt irēt in terrā Chanaan. Terminus ad quē migrare intēdebant, explicatur, vt hinc perpēdamus habitationē interiectam in ciuitate Charan, fuisse per modū moræ, vt Stephanus Actuū septimo explicauit, dicendo de Abrā antequā moraretur in Charan. Venerūtq; vsq; Haran, in Hebræo habetur Charan, & est nomē ciuitatis. AVCTOR CA. Et eduxit eos de Vr Chaldęorū. Hebraicè est ויצאו אתם vaizu itam. Significat autē יצא iaza verbū, educere & egredi. Quidā ergo vt interpres, verterūt, sicut & Septuaginta, habentes, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας Χαλδαίων, Et eduxit, seu extraxit eos de regione Chaldæorū. Verū cū dictio ſezu, sit tertia persona futuri pluralis pro præterito posita, nō potest hoc ad Thare referri, Eduxerūt enim dici debet. Vnde rectius & clarius legit Chaldaica in alia significatiōe, scilicet, Et egressi sunt simul de Vr Chaldæorū, nēpe Thare, Abrā, Loth, & Sarai. Vt pronomen אתם itam hoc in loco aduerbialiter positū sit, pro pariter & simul. Igitur Thare habitauerat in Vr Chaldæorū cū familia sua, quā quacunq; tandē ra-

C tione accepit, & exiit Chaldæā, profecturus ad terrā Chanaan, peruenitq; ad illius cōfinia, & ibi manſit cū Abram filio, & Loth filio Aran filij sui, & cū Sarai nuru sua. Philo narrat Iudaico more fabulā de Vr Chaldęorū, quę à viris doctis, vt supra dictū est, exploditur, cū nō sit verisimile Moysen diuina miracula fuisse silētio præteriturum, si quæ tā insignia cōtigissent. Veneruntq; (inquit) in Haran, & habitauerunt ibi. Hebraicè est חָרָן harā. Nō eisdē lite ris scribitur hoc nomen, & nomē eius viri, cuius modo mētio facta est. Quando enim est nomē loci, scribitur cū heth forti aspiratione in principio, & mem in fine, hoc modo חָרָם Charā, sed vt est nomē viri, habet he lenē aspiratione à frōte, & nū in calce, videlicet חָרָן haran. In actis autē Apostolorum, vbi diuus Stephanus huius ciuitatis mentionē facit, scribitur more Græcorū duplici r, nēpe Charran. Quē etiā scribendi modū Latinorū aliqui secuti sunt. Hæc pro eo dicta sint, vt nominum sciantur differētiæ, nō tamē vt in aliquo à solito scribēdi modo recedamus, iuxta illud vulgaris prouerbij, artē teneamus, vsum sequamur. *Et facti sunt dies Thare ducentorū quinque annorū,*

D *& mortuus est in Haran.* AVGVST. Non sic accipiendū est quasi omnes hos dies ibi egerit, sed quia oēs diesvi tæ suæ, qui fuerunt anni ducēti & quinq;, ibi cōpleuerit, alioquin nesciretur quot annos vixerit Thara, quoniam non legitur quoto anno vitæ suæ in Charran venerit, & absurdum est existimare, in ista serie generationū vbi diligenter cōmemoratur quot annos quisq; vixerit, huius solius numerum annorum vitæ nō cōmēdatū esse memoriæ. Quod enim quorundā quos eadē scriptura cōmemorat, tacētur anni, nō sunt in hoc ordine, in quo tēporum dinumeratio, decessiōe gignētium, & genitorum successione cōtexitur. Iste aūt ordo qui dirigitur ab Adā vsq; ad Noë, & inde vsq; ad Abrā, sine numero annorū vitæ suæ neminē cōtinet. CAIET. Quanto aūt tēpore fuerit Thare habitatio in Charan, scriptū non est, ex verbis tamen Stephani Actuū. vij. certū est quod Abram moratus est in Charan vsq; ad mortem patris AVCTOR CA. Sed cur solus Thare hic mortuus refertur, & nō alius aliquis de hac generatione? Dici potest quod nō absolute dicitur mortuus sine additamento, sed mortuus in Haran, ne putaretur ingressus terram Chanaan sicut proposuit, quia præmiserat scriptura, vt irent in terrā Chanaan.

Ibidem cap. 14.

E

IN CAPVT DVODECIMVM. GENESEOS ARGVMENTVM.

Abræ egredienti terram suam, benedicit deus. Promittitq; Christum, & Chanaan. Rapta ei reddituræ uxor percusso Pharaone à deo.

CAPVT XII.

DIxit autē *dominus ad Abrā, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris* 1 Lectio pri.
tui, & ueni in terrā quam monstrauero tibi. Faciāq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ.

RVPERTVS. Ecce quomodo scrutando domini scripturas, ad eam partem agri perue 1 Iob. 28.
F moniorū eius aceruus argenteus, scilicet ad Abraham patrem credentium, & secundū nomen suum patrem multarum gentium, ad quem primū beati seminis repromissio facta est, propter quod & initium est alterius, id est tertiæ ætatis mundi, in qua Christus repromissus est. AMBROSIVS DE ABRAHAM PATRIARCHA. Libro pri.
Abraham igitur ætatis huius initium est, de quo nobis moralis primo erit tractatus & simplex. Nam & si altiori disputatione processus quidā, & forma virtutis, & species quędam exprimatur, tamen forensia quoque actuū eius vestigia spectare, virtutis profectus est. Etenim si ea quæ natura ad victū generauit hominū, non vnius sed geminæ, aut etiā vberioris gratiæ sunt, quanto magis ea quibus epulantur animi, non angusti, sed abundantioris vsus & multiplicis cibi esse æstimari conuenit. Non mediocre autem aut ociosum negocium. Etenim cum dominus deus noster hunc locupleti benedictionis suæ dote donauerit, vt eius gratia prouocaret cæteros, institutione corrigeret, Moyses quoq; imitandum nobis descripserit, vt cordā hominum in vitium labentia, huius viri contuitu velut quodam terreno busto resuscitaret, non perfunctorium debet videri, si nos quoq; scrupulosius eiusdem viri

Universidad de Deusto
Biblioteca

versemus vestigia. Nam si sapientes huius mũdi, & Plato ipse princeps philosophorum, non veram aliquam, sed
G fictam & adumbratam sibi eam quam legimus πόλιν proposuit ædificandam, vt doceret qualem rempublicam
esse oporteret, atq; ita quam nec audierat nec viderat in aliqua vrbe describendam putauit, vt hi quibus hoc mu-
nus est, quẽadmodũ rempublicã regerent institui possent. Et si cõdiscipulus Platonis Xenophon ille Socraticus,
fictis & ipse rebus personam voluit informare sapientis, in eo libro quẽ κύρου παιδ' ἐίαν inscribit, vt ex intimo phi-
losophiæ sinu, regis iusti & sapientis disciplina procederet, quanto magis nos non cõpositam figuram sapiẽtis vi-
ri, sed expressam virtutem & diuino institutam magisterio recensere intẽtius, & vias eius debemus prosequi, quẽ
Moyses ita descripserit, vt retro quodam modo seipse respiceret? Magnus plane vir, & multarum virtutũ clarus
insignibus, quem votis suis philosophia non potuerit æquare. Deniq; minus est quod illa finxit, quàm quod iste
gessit, maiorq; ambitioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides. Dicit itaque de illo sancta hæc scriptura.
Dixit autem dominus ad Abram. CAIETA. Modus quo deum Abraham fuerit allocutus non est scriptus hic, sed H
à Stephano Actuũ septimo manifestatus, dicendo, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ. In forma ergo glo
riosa Abrahæ apparuit deus per modum alloquentis, dicendo ei verba ista. Vbi quoq; fuerit Abrahę facta hæc re-
uelatio, explicat idem protomartyr, dicendo, quod cum esset in Mesopotamia antequam moraretur in Charran,
deus apparuit ei, & dixit ad illũ, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terrã quã mõstrauero tibi. Tunc
exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in
terram istam, videlicet Chanaã. Ex quo habetur tempus loquutionis diuinæ, quod videlicet fuit antequã migra-
rent de Chaldæa in Syriam. AVCTOR CATE. Sed hæc Stephani narratio in multis ab hac litera discre-
pare videtur. Primum, quod locutio facta fuerit Abrahæ adhuc viuente patre eius Thare. Secundo, quod facta in
Mesopotamia, & priusquam venisset in Charran. Demum quod ad dei iussionem Abraham exiuerit de Chaldæa
& habitauerit in Charran, & post mortẽ patris inde profectus fuerit in terram Chanaã. Quibus omnibus fere ad-
uersari videtur litera ista. Primo nanque quod apparitio dei & locutio facta Abrahæ, factæ sint post mortem pa- I
tris, in fine siquidẽ præcedẽtis capituli dicitur, quod Thare pater eius mortuꝰ est in Arã, cũ esset ducẽtorũ & quin
q; annorũ. Et statim post sequitur litera hæc, in qua de apparitione & locutione dei ad ipsum Abraham fit sermo.
Secundo, quod sit facta in Aran, siue Charran (idem enim vtrũq; significat) non autẽ in Mesopotamia, nec anteq̃
patriarcha veniret in Charran. Tertio, quod ad iussionem hanc exiuerit Abraham de Charran, siue de Aran, vt
iret in terram Chanaan, nõ autẽ de terra Chaldæorũ, nam infra eodem dicitur, Egressus est itaq; Abram sicut præ-
ceperat ei dominus, & iuit cũ eo Loth. Septuagintaquinq; annorũ erat Abrã, cũ egrederetur de Aran. CHRYS.
Quid igitur? Dissidẽt ne à se ipsis diuinæ scripturæ? Absit. Sed ex hoc animaduertere licet, quod cũ patriarcha deo
acceptus esset, visus ei deus, imperauit vt è Mesopotamia migraret. Quod vt agnouit Thara pater eius, licet infi-
delis esset, attamen ob amorẽ in filiũ, socius illi peregrinationis esse voluit. Et vt venit in Charran, ac illic habi-
tauit aliquandiu, vita hac excessit. Patriarcha autẽ tunc ad imperiũ dei in Chananæã concessit. Deniq; nõ antea eũ
deus inde euocauit, donec mortuus est Thara. Et tũc illo defuncto, inquit, & dixit dominus Abram, Egredere de K
Cap.15. terra tua, & de cognatiõe tua. AVGVST. XVI. DE CIVI. DEI. Sed & aliter hæc soluitur quæstio. Quod
cõmemorata morte Thare patris Abraham, deinde legitur, & dixit dominus ad Abraham, Exi de terra tua, &c.
nõ quia hoc sequitur in sermõe libri, hoc etiam in rerũ gestarũ tẽpore sequi existimandũ est. Erit quippe si ita est,
indissolubilis quæstio. Sed intelligẽdũ est per recapitulationẽ more suo scripturã redisse ad tẽpꝰ, quod iã narratio
illa transierat, sicut superius cũ filios filiorũ Noë cõmemorasset, dixit illos fuisse in gẽtibus & linguis suis, & tamẽ
postea quasi hoc etiã in ordine tẽporũ sequeretur, Et erat (inquit) omnis terra labiũ vnũ, & vox vna omnibꝰ. Quo-
modo ergo secũdũ suas gẽtes, & secundũ suas linguas erãt, si vna erat omnibus, nisi quia ad illud quod iã trãsie-
rat, recapitulãdo est reuersa narratio? Sic ergo & hic cũ dictũ esset, Et fuerũt dies Tharæ in Charra quinq; & ducẽ
ti anni, & mortuꝰ est Thara in Charra. Deinde scriptura redeũdo ad id quod ideo prætermiserat, vt priꝰ de Tha
Cap.16. ra id quod inchoatũ fuerat cõpleretur, Et dixit (inquit) dominus ad Abrahã, Exi de terra tua, &c. Post quę dei ver- L
ba subiungitur, Et exiit Abrã, quẽadmodũ illi locutus est dominus, & abiit cũ eo Loth. Vt intelligatur, quod eodẽ
anno facta sint oía hæc, & dei vocatio ac promissio antequã in Charra habitaret Abrahã, & in Charra habitatio
ei ꝰ, & inde ꝓfectio, nõ solũ quia Eusebius in chronicis ab anno huius ꝓmissiõis cõputat, & ostẽdit post quadringẽ
Cap.15. tos & triginta annos exitũ esse de Aegypto, quãdo lex data est, verũetiã qa id cõmemorat apostolꝰ Paul ꝰ. Quod
autẽ in Mesopotamia iã cõstituto, hoc est, iã egresso de terra Chaldæorũ, dixit deus, Exi de terra tua, &c. nõ vt cor-
pus inde eiiceret, quod iã fecerat, sed vt animũ euelleret dicitur. Non enim exierat inde animo, sed spe redeũdi &
desiderio tenebatur, quæ spes & desideriũ deo iubente ac iuuante, & illo obediente, fuerat amputanda. Non sane
incredibiliter existimatur, cũ postea secutus esset Nachor patrẽ suũ, tunc Abrahã præceptũ domini impleuisse, vt
cũ Sara cõiuge sua, & Loth filio fratris sui, exiret de Charra. AVCTOR CA. An planius dicendũ, Mesopo-
tamiã ipsam Chaldææ partẽ esse, vbi Abrahæ facta apparitio, ipsumq; tunc vere de Chaldæa exisse, cũ de Mesopo-
tamia exiuit? Chaldęa siquidẽ circa & intra eadẽ flumina, Tigrim videlicet & Euphratẽ sita est, vt merito Mesopo
tamia Chaldæa quoq; dici possit, & è cõuerso. Dicit ergo, *Egredere de terra tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris* M
tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. AMBRO. Satis fuerat dixisse de terra tua. Ibi enim erat exire de co-
gnatione, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, vt eius affectũ probaret, ne forte aut imprudẽter cœ-
pisse videretur, aut fraus aliqua mãdatis cœlestibus pararetur. CHRYSO. Singula dicta perscrutemur, vt re-
ligiosã & piã patriarchæ mentẽ videamus. Et dixit (inquit) dominus Abræ. Egredere de terra tua, & de cognatiõe
tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. Ne prætereamꝰ obiter dicta, sed animaduertamꝰ
quãtũ imperij põdus. Quasi dicat, Relinque certa & oíbus cõfessa, & elige magis incerta & nõ apparẽtia. Cõsidera
qũo ab initio exercetur iustus, vt præligat nõ apparẽtia præ apparẽtibus, & futura præ iis quæ in manibꝰ sũt. Neq;
eiñ vulgare & paruũ aliquid erat id quod ei vt faceret præcipiebat deꝰ, nẽpe vt terrã relinqueret quã inhabitarat
tãto tempore, & omnem cognationem, & totã patris domũ, iretq; nescíens & ignorãs quorsum. Nõ enim dixit ei
in quam regionem transferre eum velit, sed mandato indefinito pium patriarchã exercuit, Veni enim (inquit) in
terram

A terram quam monstrauero tibi. Cõsidera quæso dilecte, quantã mentẽ requirebat hoc mandatũ, & quæ plane nul
la vel affectione, vel familiaritate impediri potuit. Nunc enim quãuis tãta sint religionis incremẽta, multi adeo
sunt consuetudini suę alligati, vt potius multa, & si necessitas vrgeat, omnia ferre velint, q̃ loca mutare in quibus
priꝰ habebãt domiciliũ. Id quod nõ solũ vulgo fieri videmꝰ, sed etiã ab his qui è medio tumultu fugere, & mona
sticã vitã delegerũt, quãto magis verisimile erat iustũ illũ ad hoc mãdatũ tardiorẽ & difficiliorẽ posse fieri? Egre-
dere (inquit) & relique cognatos, & domũ paternã, & veni i terrã quã mõstrauero tibi. Quẽ nõ turbaret verba ista?
neq; locũ, neq; regionẽ certã ei designat. Sed indefinito præcepto mẽte explorat iusti. Nã si quis è vulgo fuisset, di
xisset vtiq;, Age, iubes relinquã terrã quam inhabito, cognationẽ, domũ paternam, quare non, imperando vt locũ
hũc relinquã, certiorẽ me reddis quãtũ sit iter? Vnde enim mihi illud innotesceret, quod hac quã relinquo, vberior
& præstantior sit illa? At iustus nihil horũ vel dixit vel cogitauit, sed respiciẽs ad magnitudinẽ eorũ quæ imperata
erant, iis quæ in manibus habebat incerta præferebat. Quãuis autẽ si nec tã generosum spiritũ, nec tã philosophicã
B mentẽ habuisset, vtpote eruditã, per omnia deo parendũ esse, erat tamẽ ei & aliud etiã ipsum non paruũ impedi-
mentũ, nẽpe mors patris. Scitis enim quod sæpenumero propter sepulchra cognatorũ in illis locis mori deligũt,
vbi parẽtes corũ mortui sepulti sunt. Verisimile igitur erat, & iustũ hũc nisi deũ plurimũ amasset, talia potuisse co
gitare. Ecce pater propter suũ in me amorẽ, è domo sua profectus, pristinas cõsuetudines despexit, & cõtẽptis om
nibus hucusq; hic fuit, & quasi diceret, propter me in aliena terra vita defunctus est. Ego autẽ nõ daturus sum ope
rã, vt post mortẽ par ei reddã, & relicto cũ cognatione patris sepulchro, hinc abeam? Atqui nihil horum prõptitu
dinẽ eius remorari potuit, sed omnia leuia & facilia ei apparere faciebat suus in deũ amor. Fortassis & illud mẽte
tractasset, siquidẽ humanis rationibꝰ res suas moderari voluisset. In hac ætate qua nũc ad postremã senectã tẽdo,
quorsum abiturus sum? Nõ fratres mecũ ducẽs, neq; cognatos mecũ habẽs, sed ab optimis quibusq; amicis seque-
stratus, vt solitarius & peregrinus in terra aliena versabor, nescius vbi errãdi finis futurus. Quod si in medio iti-
nere cõtingat me vita defũgi, quæ tãtę miseriæ fuerit vtilitas? Quis me sepeliret, senẽ, peregrinũ, carẽtẽ ciuitate, ca
C rẽtẽ domo? Fortassis vxor vicinos exorabit, vt cõpassionẽ quãdã in me declarẽt, & iusta ex mercede & collatione
quadã faciẽt. Quãto satiꝰ vt ipse breui qd' supereſt tẽpore, hic residens, vitã terminẽ, quã quod senex hinc & inde
vager, & omniũ scõmatis incessar, qui neq; in ætate illa quietꝰ viuã, sed loca locis mutãs, nullibi subsistã? Cæterũ
iustus ille nihil horũ cogitauit, sed pręcipiẽti obedire festinauit. AVGV. IN SER. Egredere de terra tua, Sermo. 68.
&c. Nouũ probatiõis genus, habẽti ꝓpria exilia, indicere peregrina, ingerere laborẽ itineris quiescẽti, imperare pe-
nuriã possidẽti, & tãtarũ facultatũ domino, necessitatẽ iponere peregrinãdi. Libẽter tamẽ fides accepit, quicquid
arduũ videbatur incredulis. Cui nõ est magis dulce proprium tugurium q̃ palatia peregrina, & voluntaria cala, q̃
digesta prætoria? Leue nõ est cuiq; dimittere ꝓpria, & sectari aliena incerta, dimittere quod sciatur, quærere quod
ignoras. Quis enim ꝓpria sine dolore deseruit, aut sine lachrymis dereliquit? Cui nõ est durũ illos cõscios nataliũ
parietes, dulcia illa limina, atq; amabilẽ larẽ, quẽ & parẽtũ memoria, & ipsius infantiæ rudimẽta cõmẽdãt vbi cu-
D nabula illa noui & mox oriẽtis hominis famulabãtur, vbi secura alludẽs infãtia inter lucis primordia, aut pueri-
les anni simplicitate fœlices, quos sibi inter lasciuos atq; ipsius ætatis lusus, vernaculo genuina sola necessitas ex-
hibebat: Inter hæc ergo tã blãda, tã dulcia, quæ omni fuerãt difficultate relinquẽda, Exi (ait) de terra tua. Quis hoc
sine fidei viriꝰ libẽter audiret: Leuiꝰ ꝓbaretur, si vel nomẽ loci quo perrexisset, audiret. Proficiscitur, pergit socia
scilicet credulitate, cõiuge comite it securus, it fretꝰ ꝓmissum sibi fidei laboribꝰ exacturꝰ, plus sperãs de incerto, q̃
fuerat securꝰ de ꝓprio. RVPER. Cur nõ dixit solũ Egredere de terra tua, sed addidit, & de cognatiõe tua, nisi
quia alibi terra, & alibi cognatio eius erat. Siquidẽ terra eius Chaldæa erat, cognatio autẽ eiꝰ nũc in Arã. i. in Syriã
profugiẽdo deuenerat. Quod ergo cũ dixisset, egredere de terra, addidit, & de cognatiõe tua, idẽ est ac si diceret,
Sicut de terra Chaldæorũ corpore egressus es, animo quoq; sic egredere, vt nunq̃ illuc redeas, insuper & hinc, vbi
nũc habitas. Egredere de cognatiõe tua. Nã quod in Arã, id est in Syria cognatio Abrã illo egrediẽte resederit, &
ibi coaluerit, illud satis indicio est, quod seruus Abrahã adiuratus ab eo dicẽte, Nõ accipias vxorẽ filio meo de fi
E liabus Chananæorũ, inter quos habito, sed ad terrã & cognationẽ meã proficiscaris, & inde accipias vxorem filio Gene. 24.
meo Isaac. Profectus (inquit scriptura) perrexit Mesopotamiã Syriæ ad vrbẽ Nachor. Ad terrã & ad cognationem
meã (inquit) proficiscaris, quia videlicet cũ hęc diceret, iã cognatio eius cũ Syra gẽte cõmixta fuerat, iãq; illã terrã
pro sua habitabat. Vnde & vsq; hodie Syra lingua Hebrẽę cognata, id est magna ex parte similis est. CAIETA.
Egredere de terra tua. Iuxta Hebræũ habetur, Vade tibi de terra tua. Et significatur quod ad ipsius Abræ vtilitatẽ
præcipitur egressus de terra sua. Terra autẽ eius appellatur eo modo loquẽdi, quo quilibet ciuis ciuitatẽ propriã ap-
pellare cõsueuit suã. Chaldæa siquidẽ mõstratur dicẽdo, terra tua. Et de cognatiõe tua. Prẽcipitur vt deserat etiam
consanguineos. Et de domo patris tui. Iubetur etiam vt deserat paternam domũ, hoc est, Nachor & filios Haran.
Quod esse intelligendum, nisi aliquis eorũ voluerit tecum egredi, facta manifestant, nã & pater egressus est vsq;
ad Charran, & postea Loth iuit cum Abram in terram Chanaan. Et veni in terrã quam monstrauero tibi. Super-
fluit, & veni. Legendũ est, Ad terram quã faciã te videre. Præcepto termino à quo, præcipitur terminus ad quẽ. Et
intenta terra Chanaã ostenditur, quam promittit deus nõ dare Abræ possidendã, sed videndã, dũ dicit quã faciã
F te videre. Testatur enim Stephanus, quod nec passum pedis possidendũ dedit Abrahæ in terra illa. AVCTOR
CAT. Quod nos legimus, Egredere de terra tua, Hebraicè לֶךְ לְךָ מֵאַרְצְךָ lech lecha meárzecha habetur, id est,
Vade tibi vel secede tibi è terra tua. Locutio est Hebraica, quã optime Septuaginta ac Interpretes verterũt, Egre-
dere, perinde si diceretur, amoue te, abstrahe te. Quod etiam nos legimus, Et veni in terram, ex Septuaginta ad-
ditum est, qui καὶ ἐλθὲ habent. Hebraica autẽ veritas tantũ habet אֶל הָאָרֶץ el haárez, id est, In terram, vt
dependeat ex verbo Egredere superius posito, sic & Chaldaica, nisi quòd loco in, legit ad. Incipit ergo hic historia
Abrę, plena exemplis fidei & morum, prouidentięq; diuinæ circa pios. In primis itaq; vocationis illius causa nulla
dicitur, præter dei volũtatẽ, quos enim vult, indignos etiã, vocat. Eis autẽ cõditiõibꝰ vocat ipsum, vt in terra nihil
ex animo possideat Abrã. Quæcũq; chara in mũdo habebat, iubetur relinquere, parẽtes, patriam, amicos, familiam
patris, soli deo impense credendo adhærere, omnibus renunciare paratũ, vt dignus habeatur promissionibus dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnificis,ſolam vxorem non iubetur relinquere,licet ſterilem & vetulam,placet enim deo torus immaculatus. G
Ad terram(inquit)protinus vade,quã non nunc,ſed poſtea monſtrabo tibi.Quæquidẽ terra ideo nec nominatur
à domino deo,vt ex hoc maior Abrahæ obedientia monſtretur,dũ obedit pergendo ad locũ,cuius nomẽ & qua-
litatẽ nondũ à domino didicit.Vnde ad Hebræos apoſtolus,Fide(inquit)qui vocatur Abrahã obediuit exire in lo
cũ quem accepturus erat,neſciens quo iret. CHRYSOST. Sed forte dixerit quiſpiã,ad exhortandũ ſufficie-
bat ei,veni in terram quam tibi monſtrauero. *Faciamq; te in gentem magnam & benedicã tibi.* Verũ iſtuc ipſum niſi
pius fuiſſet,ſatis erat ad reddendũ eũ ſegniorẽ,& ad obedientiã magis cũctabundũ.Nã ſi fuiſſet ex magno illo nu
mero,dicere potuiſſet,Quare me peregre proficiſci iubes,& in alienam terram abducis?Quare ſi me magnum fa
cere vis,non hic magnum facis?Quare in domo paterna verſantẽ,tua benedictione non dignaris? Quod ſi cõtin
gat priuſquã perueniam in locum quem iubes,defatigatum me itineris laboribus perire,& vitam finire,quæ mi-
hi ex promiſſis vtilitas?At nihil horum vel in mentẽ ſuſcipiendum cenſuit,ſed ſicut voluntarius ſeruus ad ſolum
imperiũ obediuit,nihil curioſe quærens,nullũq; aliud negocium prætexens,certiſſimus enim erat, neutiq; méda- H
cia eſſe dei promiſſa.Et faciam te in gentem magnã inquit,& benedicã te. *Et magnificabo nomẽ tuũ,eriſq; benedictus.*
Magnũ promiſſionis pondus,non ſolũ genti magnæ te præficiã,& nomẽ tuũ extollã,ſed & benedicam te, & eris
benedictus.Ne putes dilecte tautologiam eſſe,& idem bis dici,cum dicitur,Benedicã te,& eris benedictus.Tan-
ta enim te(inquit)benedictione dignabor,vt illa in omne ſeculũ ſit duratura.Eris enim benedictus,ita vt oẽs ſũ-
mi honoris loco habituri ſint,ſi eis cum Abram familiaritas contingat.Vides quomodo antea & ab initio ei prę
dicit claritudinẽ,quã illi daturus erat?Faciam(inquit)te in gentẽ magnã,& magnificabo nomẽ tuũ, & benedicã
Ioan. 8. te,& eris benedictus.Idcirco & Iudæi in patriarcha ſuperbientes, volebant ſe in eius familiã intrudere,& dicebãt,
Matth. 3. Filij Abraham ſumus.Sed vt diſcant quod propter malos mores indigni ſunt ea familia & genere, dicit eis Chri
ſtus,ſi filij Abrahæ eſſetis,opera Abrahæ faceretis vtiq;. Ioannes quoque Zachariæ filius, cũ ad Iordanẽ cõfluerẽt
baptizari cupientes,dicebat eis,Progenies viperarũ,quis mõſtrauit vobis vt fugeretis à ventura ira? Facite igitur I
fructũ dignũ pœnitentia,& ne præſumatis dicere, Patrẽ habemus Abrahã.Dico enim vobis,quod poteſt deus ex
lapidibus iſtis excitare filios Abrahæ.Vidiſti quomodo magnũ apud omnes eius nomen fuerit? Sed ante euẽtum
iuſti pietas mõſtratur,qũo dictis dei crediderit,& omnia quæ videbantur eſſe grauia, magna facilitate ſuſceperit.
Benedicã(inquit)*benedicentibus tibi,& maledicã maledicentibus tibi,atque in te benedicentur uniuerſæ cognationes terræ.* Vide
quomodo attemperat ſermonem deus,& quantæ amicitiæ monſtrat argumenta.Illos(inquit)amicos faciam,qui
germane erga te ſunt affecti,& illos inimicos habebo,qui erga te diuerſo modo habent,id quod vix filij patrũ no
mine faciendũ putarent,vt fiant inimici & amici.Maxima dilecte in patriarchã dei eſt hæc beneuolentia. Illos e-
nim(inquit)benedicã,qui benedicunt tibi,& illos maledicã,qui maledicunt tibi, & benedicentur in te omnes tri
Vbi ſupra bus terræ.Ecce & alterius liberalitatis argumentũ.Omnes enim tribus terræ enitentur, vt in tuo nomine benedi-
cantur,& res ſuas tua agnominatione honeſtiores faciãt. AMBRO. Sicut ergo coaceruanda fuerũt præcepta,
Cap.16. ne quid lateret,ita etiam proponenda merita,ne forte deſperaret,tentatur vt fortis,incitatur vt fidelis,puocatur K
vt iuſtus. AVGVSTINVS XVI. DE CIVITATE DEI. Aduertendum eſt igitur duas res promiſſas
Abrahæ in verbis prædictis,vnam ſcilicet,quod terrã Chanaã poſſeſſurũ fuerat ſemen eius, quod ſignificatur vbi
dictum eſt,Vade in terram quam tibi monſtrauero,& faciam te in gentem magnam.Aliã vero lõge præſtatiorẽ,
non de carnali,ſed de ſpiritali ſemine,per quod pater eſt,non vnius gentis Iſraëliticæ,ſed omniũ gentiũ quæ fidei
eius veſtigia conſequuntur, quod promitti cœpit his verbis, Et benedicentur in te omnes tribus terræ.Hãc pro-
miſſionem factam arbitratur Euſebius ſeptuageſimo quinto anno ætatis Abrahæ, tanquam mox vt facta eſt, de
Charra exierit Abraham,quoniam ſcripturæ contradici non poteſt,vbi legitur,Abrahã erat quinq; & ſeptuagin-
ta annorũ,cũ exiit de Charra. INTERLINEARIS. Sic prima benedictio temporalis eſt altitudinis,Secun
da ſpiritualis amplitudinis. RVPERTVS. Quaſi operariũ electũ deus ad operandum conducens,cũ diſſet,
Egredere de terra,& de cognatione tua continuo ſperandam quaſi taxando mercedem,primo ait,Faciamq; te in
gentem magnã,deinde & benedicã tibi,necnõ & addidit,& magnificabo nomen tuũ,eriſq; benedictus,tandẽq; L
atq; in te(ait)benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.In omnibus iis nec vnũ iota,vel apicẽ vnũ vacare,aut ca-
rere rei põdere,certe arbitremur.Faciamq; te(inquit)in gentẽ magnam, nõ dixit gentem multam, ſed magnam,
Deute. 7. quia gens illa quæ promittitur,quæ pro benedictione nũc offertur,cõparatione aliarũ gentiũ,nõ valde multa fu-
tura erat.Non(inquit Moyſes)quia cũctas gentes numero vincebatis,vobis iunctus eſt dominus,& elegit vos,cũ
omnib⁹ ſitis populis pauciores,ſed quia vos dilexit domin⁹,& cuſtodiuit iuramentũ quod iurauit patrib⁹ veſtris.
Bene ergo nõ ait,Faciamq; te in gentem multam,ſed in gentem magnam.Nam vere magna gens,cuius domin⁹
deus eius,quã magnificauit & honorauit magnus domin⁹,de qua magnos patriarchas atq; prophetas vel ſcribas
peritos,ac diuerſorũ meritorũ magnos viros habem⁹,p quos verã dei magnitudinẽ cognouit mũd⁹. Et benedicã
tibi,inquit.Notãdus ordo verborũ,ſi enim prius dixiſſet,benedicã,& deinde ſubiũxiſſet,Faciãq; te in gentem ma
gnam,forte benedictionem in eo duntaxat promitti putaremus , vt generatio carnis ex eo propagaretur. Nunc
Pſal. 83. autem prius in gentem magnam fore,& tunc benedici promittitur,vt videlicet illam intelligas benedictionem, M
de qua propheta canit in pſalmo, Etenim benedictionem dabit legiſlator, quæ vtique quia poſt legiſlationem da
Ioan. 1. tur,illa debet intelligi gratia ſpirituſſancti, de qua Ioannes dixit, Quia lex per Moyſen data eſt , gratia & veritas
per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Sed hæc benedictionis gratia cõmuniter omnibus fidei eius ſequacibus promiſſa vel
data eſt.Sequitur ergo & ſuperaduicit quod illius magis ſit ppriũ, Et magnificabo(inquit)nomẽ tuũ,eriſq; bene-
Matt. 22. dict⁹.Magnificatũ eſt nãq; hodie nomẽ Abrahæ, videlicet cũ noie dei magno & tremẽdo, dũ per orbẽ terrarũ prę
Hebr. 11. dicatur nominis dei talis definitio.De⁹ Abrahã,deus Iſaac,& deus Iacob.Vera magnificẽtia noſis Abrahę hęc eſt.
Vnde Apoſtolus,Ideo(inquit)deus non confunditur eorũ vocari deus.Itaque magnificabo(ait)nomen tuũ,eriſq;
benedictus,videlicet vt nomen tuum in ipſa inuocatione nominis mei magnifice commemoretur, & ita eris be
nedictus,vt quicunq; tibi maledixerit,ẽ contrario ille ſit maledictus.Maledicam enim(inquit) maledicentibus ti
bi,& benedicam benedicentibus tibi.Atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terrę.Ex hoc iam pater ex-
celſus

A celſus Abram propheta eſt.Etenim ſancti omnes viri,quos prophetali nomine honorat domus dei,ex eo prophe
tæ dicũtur & ſunt,quod præſcire meruerũt incarnationem filij dei.Ecce autem huic primo reuelat deus illud ſe-
cretum conſilij ſui,dum dicit,atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.Non aliã ſine dubio benedi-
ctionem hic commemorat niſi illam,qua per ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus,in omnes gentes gratia ſpirituſ-
ſancti effuſa eſt.Ergo iam propheta Abraham,propheta Iſaac, propheta Iacob,ſed maiore patriarcharum nomi- Gene. 20.
ne,hoc ipſum nomen in illis pene opertum eſt.Sed dicit deus ad Abimelech regem Gerara de Abram,Nũc ergo
redde vxorẽ viro ſuo,quia Propheta eſt,& orabit p te,& viues.Et in pſalmo tã de iſto q̃ de cæteris patriarchis ei⁹
poſteris,Et corripuit pro eis reges,ſubauditur dicens,Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite Pſalm. 104.
malignari. CAIETANVS. Collige has promiſſiones,& ſummabis ſeptenario numero comprehendi,vt He
bræo more vniuerſitas bonorum etiam ex ipſo numero ſignificetur.Eriſq; benedictus.Imperatiuum eſt iuxta He
B bræum,& nomen abſtractum, & legendum eſt,& ſis benedictio.Poſt tria ſiquidem bona(principatum videlicet
magnę gentis,hoc eſt,paternitatem magnarum gentium,multiplicationem bonorum,hoc eſt facultatum,& glo
riam nominis)quartum adiungit tanquam nolens per ſingula propria ipſi Abræ bona diſcurrere, quod compre-
hẽdit omnia benedictionum genera.Benedicã benedicentibus tibi,& maledicam maledicentibus tibi.Hæc duo
& ſubiunctum,ſpectant ad Abram relatiuẽ ad alios,imò vt rectius loquar,ſpectant ad alios relatiuẽ ad Abrã. Nã
horum primum ſpectat ad amicos,ſecundum ad inimicos,& tertium comprehendit etiam neutros.Et hoc vlti-
mum non verificatur ex integro de Abram,niſi ratione Meſſiæ,futuri tunc illius filij.Dupliciter nãq; legitur hoc
vltimũ,videlicet & benedicentur in te vniuerſæ cognationes terræ,Vel, Et benedicent ſe in te omnes familiæ ter
ræ.Neutro autem modo conſtat verificari de ipſo Abram ſecundum ſe, ſed vtroq; modo verificatur de eodem ra
tione Chriſti,quoniã ex vniuerſis familiis terrę aliquis eſt benedictus in Chriſto, qui mortuus eſt pro omnibus.
AVCTOR CA. Quod nos,Eriſq; benedictus legimus,& Septuaginta ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ id eſt,Eris benedi-
ctus,Hebraicè וְהָיֹה בְרָכָה vehie beracha habetur,id eſt,Et ſis benedictio.Eſt ergo imperatiuus hic,nam tunc pri-
C mum benedixerat eum . Quod autem dicit benedictio, Hebraiſmus eſt. In ſacra enim lingua, hoc eſt, Hebrai-
ca,frequentiſſimum eſt, vt denominationes pro rebus denominatis ponantur. Itaque non dicitur in ea lingua,
id eſſe falſum, ſed falſitatem,neque verum, ſed veritatem,atque id genus innumera. Qua locutione & nos quo-
que vtimur , vt Comici , cum ſceleratum , ſcelus appellant . Sic & redemptorem noſtrum vocant , diuinæ li-
teræ quandoque ſaluationem , non tantum ſaluatorem . Igitur, Faciam te (inquit dominus) in gentem ma-
gnam,& benedicam tibi,&c. Promittit prolem maximam dominus veterano & exſterili, non ſolum filios car-
nis,ſed multo plures fidei & deuotionis,virtutumq; hæredes,quos vir ſanctus ac deo deuotiſſimus, longe pluris,
habebat,ſicut & habere debebat,quàm filios iuxta carnis propagationẽ. Denique in gẽtem magnam,de qua deus
magnus dominus ſecundum carnem naſciturus erat.Bene dicere autẽ hic, eſt donis naturalibus & gratuitis cu-
mulare,fortunatũ, fœlicem ac beatum reddere.Toto etiam orbe,fides,probitas,religio, dei gratia,animi fortitu
D do,& obedientia diuulgabuntur,vt ſis futurus exemplar ſanctorum per omnia ſecula . Et eris benedictio in ſemi
ne tuo Chriſto,qui filius tuus iuxta carnis aſſumptionem,erit expectatio omnibus gentibus,quæ per Chriſtum ſu
ſcipiẽt benedictionem iuſtitiæ & ſanctitatis, ita etiam vt ſi quis proximo bene precari velit, optet ei fieri à deo id
quod faciet,vel factum eſt tibi.Benedicam(ait)benedicentibus tibi,&c.Propter te benefaciam amicis tuis poſte-
ris,Fautoribus & laudatoribus tuis.Et vlciſcar de hoſtibus tuis,& tibi maledicẽtibus, ne dicam perſequutoribus.
Et benedicentur in te omnes familiæ terræ, gloriabuntur omnium terrarum, gentium & ſeculorum,omnes fa-
miliæ fidelium in tuo ſemine Chriſto,iactabunt tuos ſe eſſe filios iuxta fidem & fauorẽ,glorioſiſſimus eris in opi-
nione omnium familiarum terræ,non ſolum in familia Iſraëlitarum vel Iſmaëlitarum, ſicuti iam cõtigit & per-
ſeuerat à duobus fere annorum milibus,maxime autem hodie id cernitur factum. Vel in te benedicentur vniuer
ſæ cognationes terræ, hoc eſt, in Chriſto ex ſemine tuo naſcituro,vniuerſæ gentes, tribus & linguæ,credendo in
eum,gratiã in præſenti,& gloriam in futuro conſequentur,iuxta illud pſalmi,Benedicentur in ipſo omnes tribus
terræ,omnes gentes magnificabũt eum . Sciendum autem quod aliter benedicit deus hominibus, aliter homini
E homo.Deus etenim hominibus benedicit , dona gratiæ dando & multiplicando.Homo autem homini,bona de
ipſo enunciando atq; laudando.Prælati tamen interdũ ſubditos benedicere dicuntur,conſecrando,ſeu ad diuina
eoſdem deputando.Sed dicat quis,conſtat quod multi infideles ac reprobi,Abrahæ in hac vita benedixerint, ip-
ſum laudando,quemadmodum infra de Emor habetur, qui dixit, Princeps dei es apud nos pari modo,Saraceni
nunc vſque magnifice eum laudant, impiiſſimus etiam Mahumetus, qui in Alchorano ſuo Abraham virum ſan
ctiſſimum vocat,quomodo ergo verum quod dominus ait,benedicam benedicentibus tibi?Reſpondendũ,quod
cum deus nullum bonum deſerat irremuneratũ , & ipſa laudatio iuſtorum, ſit quoddam bonum ex genere,deus
aliquo modo eã ſaltẽ in hac vita remunerat,quæ remuneratio, benedictio dei vocatur.Si vero de fidelibus qui ex
charitate benedicũt Abrahę,exponatur,certũ eſt,quod huiuſmodi bũdictio cũ ſit actus meritori⁹,augmẽtũ gratię
& gloriã promeretur,iuxta quẽ modũ dicit apoſtolus,quod nemo põt dicere domin⁹ Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto.
F ISIDORVS. Altiori autem intelligentia, quis alius exiit in Abraham de terra ſua,& de cognatione ſua, vt Myſticè.
apud exteros locupletaretur,& eſſet in gentem magnã,niſi Chriſtus dominus,qui relicta terra & cognatione Iu-
dæorum,præpollet nunc vt videtur,in gentibus? AVGVSTI. IN SER. SEXAGE. Sed & hæc omnia
fratres chariſſimi,credimus & ſentim⁹ in nobis impleri.Terra noſtra,caro noſtra eſt.Et bene de terra noſtra egre
dimur,quãdo carnales cõſuetudines deſerẽtes,Chriſti veſtigiis inhærem⁹.Quaſi nõ tibi videtur fœliciter de terra
ſua,id eſt de ſe ipſo egredi,qui de ſuperbo efficitur humilis, patiẽs ex iracũdo,caſtus ex luxurioſo,largus ex cupi-
do,benignus ex inuido, placidus ex cruento?Vere fratres fœliciter de terra ſua egreditur, qui pro dei amore tali-
ter commutatur.Cognatio autem de qua etiam exire iubemur,vitia intelliguntur atque peccata, quæ nobiſcum
quodam modo & ex parte naſcuntur,& ab infantia malis moribus adduntur ac nutriuntur.De cognatione ergo
noſtra egredimur, quando per ſacramentorum gratiam omnibus peccatis & vitiis vacuamur,ita tamẽ vt poſtea
cum dei adiutorio quantum poſſumus laboremus,vt expulſis vitiis virtutibus repleamur.Ita ergo de cognatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtra,id eſt de peccatis & vitiis exeamus,vt nunquam ad hæc mala poſtea velut canis ad vomitum,redire veli- G
mus.Egredere etiã(inquit)de domo patris tui.Et hoc ſpiritualiter fratres chariſſimi debemus accipere.Pater no-
Ioan. 8. ſter ante gratiam Chriſti,diabolus fuit.De ipſo dominus in euangelio Iudæos arguit,dicens, Vos ex patre diabo
lo eſtis,& deſideria patris veſtri facere vultis.Patrem igitur hominum dixit diabolum,non ex ipſo naſcẽdo,ſed
ipſius nequitiam imitando,non quod ex ipſo potuerint naſci,ſed quod eum voluerint imitari.Bene ergo patrem
Pſalm. 26. diabolum relinquimus, ſi deo auxiliante calliditatem & nequitias illius vitare ſemper vel fugere ſtudeamus. Et
veni (inquit) in terram quam monſtrauero tibi. Terra iſta, terra illa eſt,de qua pſalmiſta ait,Credo videre bona
domini in terra viuentium.Terra hęc,terra virtutum eſt,ad quam procul dubio peruenimus,ſi poſt adeptam re-
miſſionis gratiam,ad vitiorum non reuertimur volutabrum, & opera morti obnoxia & luxurioſa non facimus.
Hæc ergo omnia fratres,id eſt vt exemplo beati Abrahæ de terra noſtra, conuerſatione vtique carnali poſſimus
exire,& cognatione noſtra,vitia videlicet & peccata relinquere,& de domo diaboli patris eius aſtutias effugere,
Collat.3. cap.3.& 6. non noſtris viribus , ſed Chriſti gratia donante meruimus. EX COLLATIONIBVS PATRVM. H
Tres vocationum ſunt ordines, tres quoque renunciationes monacho in quocunque vocationis ordine conſti-
tuto neceſſarias nouerimus.Et primam quidem cauſam, qua tres eſſe vocationum ordines diximus, oportet nos
diligenter inquirere,vt cum agnouerimus nos ad dei cultum primo gradu vocationis accitos,ſecundum eius ſu
blimitatem conuerſationis quoq; noſtræ congruentiam temperemus. Nihil enim proderit ſublimiter inchoaſſe,
ſi ſimilem principiis non exhibuerimus & finem.Quod ſi etiam vltimo ordine nos à conuerſatione ſeculi extra-
ctos fuiſſe cognoſcimus,quantominus probabili ad religionem principio videmur inniti,tanto acrius noſmetip
ſos ad meliorem finem ſpirituali feruore incitare curemus.Secundam quoq; cauſam trinæ abrenunciationis om
nimodis noſſe nos conuenit,quia nullo modo perfectionem poterimus attingere,ſi ea vel ignorauerimus,vel ſci
entes non contenderimus opere conſummare.Vt igitur tres hi vocationũ modi,ſpirituali diſtinctione pandan-
tur.Primus ex deo eſt,ſecundus per hominem, tertius ex neceſſitate.Ex deo quidem eſt,quotiens inſpiratio quę- I
dam immiſſa in cor noſtrum, nonnunquam etiam dormientes nos ad deſiderium æternæ vitæ, ac ſalutis exuſci-
tat,deumq; ſequi,& eius inhærere præceptis compunctione ſaluberrima cohortatur.Vt in ſcripturis ſanctis Abra
ham voce dominica,de genitali ſolo & totius cognationis ſuæ affectibus, patriſq; domo legimus euocatũ,dicen
te domino,Exi de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui.Quo etiam modo beatum Antoniũ acci
Lucæ. 14. Matth.19. tum eſſe cognouimus,qui occaſionem ſuæ conuerſionis à ſola diuinitate percepit.Ingreſſus nanq; eccleſiam,ibiq;
audiens in euangelio dominum prædicantem, Qui non odit patrem & matrem & filios & vxorem & agros,in-
ſuper & animam ſuã,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et ſi vis perfectus eſſe,vade & vende quæ habes, & da pau
peribus,& habebis theſaurũ in cœlo,& veni ſequere me.Præceptũ hoc domini velut ſpecialiter ad ſe directum cũ
ſumma cordis compunctione ſuſcepit, confeſtimq; renuncians cunctis,ſequutus eſt Chriſtum nulla exhortatio-
ne,neq; doctrina hominum prouocatus.Secundus vocationis modus eſt,quẽ fieri per hominem diximus,cũ vel
exemplis quorundam ſanctorum,vel monitis inſtigati ad deſiderium ſalutis accendimur. Quo nos quoque gra K
tia domini retinemus accitos , qui prædicti viri monitis ac virtutibus incitati,huic nos ſtudio, profeſſionique tra-
didimus,quo ordine etiam in ſcripturis ſanctis per Moyſen filios Iſraël de afflictione Aegypti legimus liberatos.
Tertius vero vocationis modus eſt,qui ex neceſſitate deſcendit, cum nos diuitiis mundi huius, vel voluptatibus
obligati,ingruentibus repente tentationibus,quæ vel mortis pericula comminantur,vel amiſſione bonorum, ac
proſcriptione percutiunt,vel charorum morte compungunt, ad dominũ quẽ ſequi in rerum proſperitate conte-
mus,ſaltem inuiti properare compellimur.Cuius vocationis neceſſitatem in ſcripturis quoq; ſæpiſſime reperi-
Iudic.3. Ibidem. nationem,crudelitatẽq; ſæuiſſimam rurſus cõuerſos ad dominum proclamaſſe, Et miſit,inquit,eis dominus ſal-
uatorem Aoth filium Gera, filium Gemini, qui vtraq; manu vtebatur pro dextera. Et rurſum,Clamauerunt,in-
Pſalm.77. quit,ad dominum,qui ſuſcitauit eis ſaluatorem & liberauit eos Othoniel filium Chenen fratrem Chaleph iuni-
orem.Et de talibus in pſalmo dicitur, Cum occideret eos,tunc quærebant eum, & reuertebantur,& diluculo ve- L
Pſalm 106. niebãt ad deum,& recordati ſunt, quia deus adiutor eorum eſt,& deus excelſus redemptor eorum eſt.Rurſumq;
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Nunc de abrenuncia-
tionibus diſſerendum eſt , quas tres eſſe, & patrum traditio & ſcripturarum ſanctarum demonſtrat auctoritas,
facultatesq; cõtemnimus.Secunda, qua mores ac vitia,affectusq; priſtinos animi carnisq; reſpuimus.Tertia , qua
quasq; vnumquemq; noſtrum omni ſtudio oportet implere.Prima eſt,qua corporaliter vniuerſas diuitias mũdi,
mentem noſtram de præſentibus vniuerſis ac viſionibus euocantes, futura tantummodo contemplamur , & ea
quæ ſunt inuiſibilia concupiſcimus. Quæ tria vt ſimul perficiantur,ad Abraham legimus à domino fuiſſe præce-
pta , cum dicit ad eum, Exi de terra tua,& de cognatione tua, & de domo patris tui. Primum dixit,de terra tua,
id eſt de facultatibus mundi huius,opibúsque terrenis.Secundo,de cognatione tua,id eſt,de cõuerſatione & mo
ribus,vitiisque prioribus, quæ nobis à noſtra natiuitate cohærentia,velut affinitate quadam,& conſanguinitate
videntur eſſe cognata . Tertio , de domo patris tui, id eſt omni memoria mundi huius , quæ oculorum occur- M
Pſalm.44. rit obtutibus . De duobus enim patribus , id eſt ſiue de illo quem deſerere , ſiue de eo quem debemus expetere,
ita per Dauid ex perſona dei canitur, Audi filia, & vide & inclina aurem tuam , & obliuiſcere populum tuum,
& domum patris tui . Nam qui dicit , audi filia , pater vtique eſt, & illum cuius domum vel populum monet
obliuioni dari,patrem nihilominus ſuę filiæ fuiſſe teſtatur.Quod ita fit,cum mortificati cum Chriſto ab elemen
2.Cor.4. tis huius mundi contemplamur, ſecundum Apoſtolum, Iam non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ
enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna. Et exeuntes corde de hac temporali ac viſibili
domo in illam domum , in qua iugiter erimus permanſuri, noſtros oculos, mentémque dirigamus. Quod tunc
implebimus , cum in carne ambulantes , non ſecundum carnem militare domino cœperimus , illam beati Apo-
ſtoli ſententiam opere ac virtute nos quoque clamantes , Noſter autem municipatus in cœlis eſt . His tribus ab-
renunciationibus proprie tres libri Salomonis aptantur. Nam Prouerbia primæ abrenunciationi con-
ueniunt

A ueniunt,quibus mores emendantur incipientium,aut terrena vitia reſecãtur. Secundæ abrenunciationi, Eccle-
ſiaſtes,Vbi vniuerſa quæ aguntur ſub ſole , vanitas pronunciantur . Tertiæ Canticum canticorum, in quo mens
viſibilia cuncta tranſcendens,verbo iam dei,& cœleſtium rerum contemplationi coniungitur. IDEM. Et Ibidem.
veni in terram quam tibi monſtrauero.Per hoc euidenter oſtenditur,quod nili quis tres ſuperiores illas abrenun cap. 10.
ciationes impleuerit, ad quartum hoc peruenire non poſſit, quod remunerationis ac præmij vice taliter renun-
ciãti tribuitur,id eſt vt terram repromiſſionis intrare mereatur, nequaquam ſibi iam vitiorum ſpinas ac tribulos
cui patruorum ſui curam permittere deberet? Inſuper & peregrinationem eligere, honeſtatis morũ erat indiciũ.
cum propoſiti ei erant duo fratres, & ipſe iuſtiori adhærebat. Quantæ enim prudẽtiæ erat,diiudicare & probare,
Nam licet tandem in quibuſdam erraſſe videatur,quando primis dignitatibus excidit, attamen veſtigium iuſti
ſubſequi proxime ſtudebat. Atque ideo iuſtus illum in ſocium itineris accepit, & ipſe magna alacritate alienam
vitã domeſticæ prætulit. AMBROSIVS. Paruit itaq; mandato Abrahã nec vlla legitur mora interueniſſe. Homil.15.
GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Si ergo ſubire obedientiæ virtutem nitimur,aſpicere Abra-
ham debemus,qui relicta domo, cognatione,patria,obediuit exire in locum quem accepturus erat in hęreditatẽ,
& exiit neſciens quo iret,qui etiam paratus extitit, vt pro æterna hęreditate dilectum quem acceperat,occideret
hæredem . Et quia vnicum domino offerre non diſtulit, vniuerſam multitudinem gentium in ſemen accepit.
B
E PROSPER. Ad præceptum igitur vocantis,prima ſede cognationeq; relicta,per fidem credit quæ non vidit,
donec videre mereatur omne quod credit. RVPERTVS. Egreſſus eſt itaq; Abram,&c.Egreſſus eſt inquit, Heb. 11.
ſubauditur neſciens quo iret.Fide(inquit Apoſtolus)qui vocatur Abraham,obediuit in locum exire,quem acce-
pturus erat in hæreditatem,& exiit neſciẽs quo iret.Qui enim hoc ſolum dixit deus,& veni in terrã quam mon-
ſtrauero tibi,& ipſam illi terram nondum demonſtrauit, profecto neſcientem quo iret, ire iuſſit, & miro modo
(quæ vera peregrinatio eſt) & expectãdo ire,& eũdo expectare præcepit,vbi nam requies daretur ſibi.Et ita egit.
CAIETANVS. Intercœptum fuerat iter Abræ in terram Chanaan ob moram patris in Charran.Et propterea
continuatio cœpti itineris ſignificatur, dicendo, & iuit ſicut locutus eſt ad eum deus.Et iuit cum eo Loth.Spon-
taneus comes deſcribitur Loth , & propterea nõ deſertus eſt ab Abram. Nachor autem ſi cum patre migrauerat,
non iuit cum Abram,ſed manſit ibidem. AVCTOR CATENAE. Abiit igitur Abram reſignatus totus
ad domini voluntatem,cui firmiter credebat,diuini ſpiritus illuſtratione edoctus,hanc reuelationem dei eſſe, &
F non alterius.Verbum enim dei lucem affert ſecum,tantamq; claritatem, vt ambigi non poſſit quin ſit dei verbũ.
Is ergo qui eum vocauit,certum quoq; reddidit,oues enim paſtoris ſui vocem agnoſcunt & ſequuntur.Certos e-
nim deus reddit eos quos trahit,& ad quos loquitur, neq; ſinit aberrare. Loth abiit de familia Thare cum Abrã,
cuius tamen vxor non nominatur,quam vel nondum habuit, vel pro infidelitate ſua indigna fuit nominari.
CHRYSOSTOMVS. Porro vt ſciamus hæc à deo fuiſſe imperata patriarchæ,non cum iuuenis eſſet,ſed iam
ad ſenectam vergenti,quando plerique hominum ad peregrinandum difficiliores ſunt,inquit , *Septuagintaquin*
que annorum erat Abram cum egrederetur de Aran. Vidiſti quomodo nec ætas ei fuit obſtaculo, neq; aliud quiddam
quod potuit eum detinere,vt domi reſideret, ſed vicit omnia ipſius in deum amor. Anima enim vigilans & ſo-
bria cuncta diſſecat impedimenta,totaq; fit eius quod amat, & à nullo quod in medio apparet difficile, remorari
ſe patitur,ſed omnia præterit, nec ſubſiſtit,priuſquam re deſiderata potiatur. Propterea & iuſtus iſte neque ſene-
ctute,neque aliis maioribus cauſis prohiberi potuit,quin omnibus diſruptis vinculis,quaſi iuuenis & iuuenesces,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac à nullo prohibitus, festinabat & anhelabat domini præceptum perficere. Neque enim possibile est, vt rem forte G
& egregiam quis vnquam aliter faciat, nisi antea aduersus omnia quæ obsistere possunt, se armet & instruat. Hoc
vtique clare sciens & iustus ille, omnibus præteritis non curabat vel consuetudinem, vel domum paternam, vel
sepulchrum, vel senectutem ipsam, sed in hoc duntaxat figebat mentem, quomodo implere posset quod à domi
no fuerat imperatum. Licebat hic videre rem multis miraculis plenam, quod homo in profundissima senecta, cũ
vxore, etiam ipsa ætatis prouectæ, & multis famulis se alio transferat, maxime quod nescius, vbi nam errandi fu-
turus finis. Quod si quis & illud prudenter expendat, quantæ per illud tempus viarum difficultates erant? Neque
enim sicut nũc, licebat impauide versari, & tam facile profectiones suscipere. Nam singula loca propriis ducibus
distincta erant, eratq; necesse iter agentibus à ducibus ad duces transire, & quotidie de regno in regnum progre-
di. Erat igitur & hoc non nihil obstaculi iusto, nisi tantum habuisset diuina mandata perficiendi desideriũ. Verũ
omnibus illis impedimentis, quasi Araneæ tela essent disruptis, menteq; fide roborata, bene fidens dignitati pro- H
mittentis, iter aggressus est. HIERONYMVS DE QVAEST. HEBRAI. Erat autẽ Abram Septua-
ginta quinque annorum quãdo egressus est de Charra. Indissolubilis nascitur quæstio, si enim Thara pater Abra-
hæ, cum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum genuit Abraham, & postea in Charran ducente-
simo quinto ætatis suæ anno mortuus est, quomodo nunc post mortem Thare Abrahã exiens de Charra, septua-
gintaquinq; annorum fuisse memoratur, cum à natiuitate Abrahæ vsque ad mortem patris eius, centum triginta
quinque fuisse anni doceantur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio quam supra diximus, quod egressus sit
Thare cum filiis suis de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare
nolebat, dei sit auxilio liberatus, & ex illo tempore ei dies vitę, & tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est do
minum, spernens idola Chaldæorum. Potest autem fieri, vt quia scriptura reliquit incertum, ante paucos annos
Thare de Chaldæa profectus, venerit in Charran, quam mortem obiret. Vel certe statim post persecutionem in I
Charran venerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni cõtrarius est, quærat aliam solutionem,
& tunc ea recte quæ à nobis dicta sunt, improbabit. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SV-
PER GENESIM. Potest & sic solui quæstio, ista, quoniam scriptura quæ dixit, Cum esset Thare annorum
septuaginta, genuit Abraham, & Nachor, & Aran, non vtique hoc intelligi voluit, quia eodem anno septuage-
simo ætatis suæ omnes tres genuit, sed ex quo anno generare cœpit, eum annum commemorauit scriptura. Fieri
autem potuit, vt posterius sit generatus Abraham, sed merito excellentiæ qua in scripturis valde commendatur,
Malac. 1. 1. Parali. 4. prior fuerit nominatus, sicut propheta priorem nominauit minorem, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Et in
Paralipomenon cum sit quartus nascendi ordine Iudas, prior est nominatus, à quo Iudaicæ genti nomen est da-
tum propter tribum regiam. THEODORETVS. Quonam pacto si Thara septuagenarius genuit Abram,
& Nachor, & Aran, ducentesimo autem quinto anno mortuus est, post obitum vero ipsius Tharæ Abrã in Char-
ran profectus est, septuagintaquinque annos agens? Consequens enim erat, illum annorum centũ triginta quin-
que fuisse. Ita vero Moysi verba intelligenda sunt. Thara cum septuagenarius esset, genuit, trigeminos autem K
non genuit, quanuis trium filiorum Moyses mentionem fecerit, sed tres simul commemorat, qui tamen diuerso
inter se tempore geniti sunt, quemadmodum etiam de filiis Noë scriptum est. Scimus autem multos cumprimũ
vxorem duxerint, primogenitum genuisse, in senecta vero nouissimum ædidisse. Igitur & Aran ita natu maior
ipso Nachor fuit, vt Sara filia eius fratri suo nupserit. Neque vero quispiam existimet vxores viris suis iuniores
fuisse. Audiat enim Moysen dicentem, Et cecidit Abraham in faciem suam, & risit, & dixit in corde suo, si cente-
nario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Inuenitur itaque Aran cuius tanquam nouissimi meminit Moy
ses, adeo maiorem natu ipso Nachor fuisse, vt filiam ipsius Nachor ipse in vxorem duxerit. Primum tamẽ Abra-
ham commemorauit, eo quod longe cæteris præstaret. Ita enim facere Moyses cõsueuit, vt honoratiorem, tam-
etsi minor natu sit, primum commemoret, vbi scilicet primogenituram indicare sibi non proposuit. CAIE-
TANVS. Iunge ergo quod hic dicitur, Septuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Arã,
verbis Stephani, quod post mortem patris Abraham egressus est de Charra) & clara luce videbis, quod pater eius L
ad minus centum & triginta annorum erat, quando genuit Abraham. *Tulitq; Sarai uxorem suam, & Loth filiũ fra-*
tris sui, uniuersamq; substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Aran, & egressi sunt ut irent in terram Chanaan.
CHRYSOSTOMVS. Vide scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia narrat, vt per omnia disca-
mus iusti pietatem ac religionem. Accepit (inquit) vxorem suam, & Loth, vniuersamq; substantiam quam posse-
derant in Charran. Non simpliciter dixit, omnia quæcũque possederant in Charran, sed vt discamus quod nihil
ex bonis Chaldaicis accipiebat patriarcha, sed paternis illis omnibus relictis fratri, exiit, ea solum secum ferens,
quæ & in Charran possidebat. Et hoc faciebat, non quod vsque adeo illa magni faceret, sed vt ex facultatibus illis
posset omnibus testari, quanta dei erga se fuisset prouidentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum euocauit, &
iterum inde migrare iussit, ipse & substãtiam illius quotidie augebat, & omnem molestiam auferebat. Itaq; quod
hæc secum ferebat, & per omnem viam sic procedebat, specimen erat piæ religiosæq; mentis. Quicunq; enim vi-
debant, merito causam requirebant, quare iustus ille peregrinus. Dein respondens ille, quod iussu dei in alienam M
terram relictis propriis transiret, operibus suis docebat, & dicebat quàm pia esset iusti obedientia, & quam excel-
lens dei erga illum cura. Vt irent (inquit) in terram Chanaan. Vnde sciebat, quod in terra Chananæa futurus es-
set suæ peregrinationis exitus? Quanuis præceptum ita continebat, veni in terram quam monstrauero tibi, atta-
men deus ei & hoc significauit, indicans menti eius terram, in qua ipsum constituere volebat. Propterea enim
cum præciperet ei, indefinite dicebat, veni in terram quam monstrauero tibi, vt nobis iusti virtutem detege-
ret. Deinde postquam ille quod suum erat magna largitate attulit, mox deus ei significauit, in qua terra vel-
let eum domicilium habere. Quia enim eximias iusti virtutes præuidebat, idcirco eum ex domo euoca-
uit quoniam volebat illum doctorem fieri, nunc iis quidem omnibus Palæstinis, paulopost autem etiam
Aegyptiis. CAIETANVS. Et animas quas fecerant in Aran. Homines genitos tam mares quàm fœ-
minas ibidem, siue à Loth, siue à familia Abræ & Loth, appellat animas quas fecerant. AVCTOR CATE.
Hebraicè

A Hebraicè ita legitur וְאֵת הַנֶּפֶשׁ אֲשֶׁר עָשׂוּ בְחָרָן veeth hanéphes aser asu beharan, id est, Et animam quam fecerant in
Charran, quæ Hebraica locutio est. In ea siquidem lingua, anima & ea pars nuncupatur, quæ est diuinior, & ab ea
totus homo denominatur, homo siquidem per intellectum ac rationem homo est, atque hæc pars proprie homo
nuncupatur. Anima ergo, hoc est, homo ipse. Ad quod & illud spectat. Qui amat animam suam perdet eam, id est
qui se ipsum amat, perdet seipsum. Et complura alia huiusmodi. Septuaginta sic, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ἣν ἐκτήσαντο di-
xerunt, id est, Et omnem animam quam possederunt. Chaldaica, & omnes animas quas subiecerant legi in Aran.
Non igitur sine possessionibus exibat, sed & animas, hoc est, personas factas in Charran, seruos scilicet vernacu-
los, & iumenta multa secum ducebat, sic vt aliquanto post trecentos vernaculos in bellum produxisse describa-
tur, quos tanquam magnus patriarcha, & sapientissimus pater familias, ac clarissimus fama & sanctimonia, pro-
cul dubio instituebat in veritate fidei vnius dei, cum ancillis, seruorum suorum vxoribus, quas ipsa Sarai docebat
B similia. Ipse ergo Abram solo dei verbo innixus & confortatus, relictis propriis, domino iubente peregrinatur in
aliena terra per molestias grauissimas viarum, exemplo suo omnes docendo per quos transibat, & qui tanti viri
peregrinationis causas inquirebant, quali fide & obedientia deum coleret. Qua ratione illis admirationi erat &
venerabilis, vt nihil aduersi pateretur alicubi, qui à domino vbique dirigebatur. CHRYSOSTOMVS. Vi-
disti quomodo non in natura, sed in voluntate mentis nostræ sita sunt, tam quæ ad virtutem, quàm quæ ad vitia
pertinent? Ecce natura quidem fratres erant Nachor & Abraham, voluntate autem non item. Sed ille, licet fra-
ter ad tantas virtutes peruenerat, adhuc errore præoccupatus fuit, hic autem omnibus quotidie monstrabat vir-
tutis suæ erga deum incrementa. Sequitur ergo. *Cumque uenissent in eam, pertransiuit Abram terram usque ad locum Si-*
chem, & usque ad conuallem illustrem. Docet nos scriptura locum regionis, in quo nunc iustus habitaculum facit.
AMBROSIVS. Egressus (inquit) perambulauit vsque ad Sichem. Quod interpretatione latina dicitur hume
rus vel ceruix, per quæ executionem præscripti operis intelligimus. Siquidem & infra habemus scriptum, Suppo-
suit humerum suum ad laborandum. Vnde per figuram locorum id expressum aduertimus, quod ad deuotionem
C suam sanctus Abram, non solum studio, sed efficacia probauerit fructuosa, qua ad quercum vsque peruenerit.
HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Sichem & Salem, quæ Latinè & Græcè Sicima vocata
est, Ciuitas Iacob, nunc deserta est. Ostenditur autem locus in suburbanis Neapoleos, iuxta sepulchrum Ioseph,
quam subuertit Abimelech, & seminauit in ea salem, sicut in libro Iudicum scriptum est. Postea verò instaurata 3. Reg. 12.
est à Hieroboan, vt Regnorum narrat historia, & sita est in finibus tribus Ephraim. Sed & filius Emmor appella-
batur Sichem, à quo & locus nomen acceperat. Fuit autem & altera Sichem in monte Ephraim, Ciuitas fugitiuo
rum. INTERLINEARIS. Conuallis autem illustris ea est, quæ nunc mare salis vel mortuum dicitur, &
lacus Asphalti, & salinarum vallis. AVCTOR CATE. Vbi videlicet erat pentapolis regio quinque ciui-
tatum postea igni incensarum, quæ ante euersionem valde fuit amœna atque conspicua. CAIETANVS.
Cumque venissent in eam. Iuxta Hebræum habetur, & venerunt ad terram Chanaan. Adiungit enim hoc Moy-
D ses ad differentiam exitus qui fuerat de Vr Chaldæorum, nam & tunc exierunt vt venirent in terram Chanaan,
sed non venerunt in eam, modo autem & exierunt & venerunt in terram Chanaan. Et pertransiuit (inquit) A-
bram terram vsque ad locum Sichem, pro Sechem. Nomen est vrbis, quæ forte tunc non erat constructa, & ideo
non dicitur vsque Sechem, sed ad locum Sechem. Et vsque ad conuallem illustrem. Iuxta Hebræum habetur, vs-
que quercum More. Significatur enim locus abũdans quercubus. Nec est certum an More sit nomen proprium
(quod est satis verisimile) sicut & Sechem, an sit interpretandum. Septuaginta siquidem interpretati sunt excel-
sam, alij timoris, alij spectabilem. Et ad hoc vltimum videtur respexisse Hieronymus, interpretando illustrem.
AVCTOR CATENAE. Hebraicè ita legitur locus וַיַּעֲבֹר אַבְרָם בָּאָרֶץ עַד מְקוֹם שְׁכֶם עַד אֵלוֹן מוֹרֶה Vaiaabor A-
bram baárez ad mekom Sechem ad elon More, id est. Et transiuit Abram in terram vsque ad locum Sechem, vs-
que ad quercum More. Dicunt aliqui, elon quercum significare, figurámque hic esse synecdochen, in qua per
vnum multa intelligimus. Vna ergo quercus, locum quercubus frequentem indicat, ideoq; More illustrem vertit
E interpres, quoniam quercetum insigne ibi erat, & fortasse vallis plena quercubus, vnde & conuallem illustrem
nuncupauit. Aiara enim verbo quod ostendere significat, more deducunt, quasi locus fuerit spectabilis & perspi-
cuus. Alij More nomen loci proprium esse dixerunt, vbi quercus insignis & conspicua existebat, quæ vniuersam
vallem cognominabat prope Hebron, vnde & Septuaginta, ἐπὶ τὴν Δρῦν τὴν ὑψηλήν, Ad quercum excelsam verterũt. Ioan. 4.
Chaldaica verò, Vsque ad planiciem More habet. Locus autem qui hic dicitur Sichem, in euangelio Sichar no-
minatur, & vallis est inter duos montes, Garisim & Gebal, vbi populus Israël à Iosue legem iterum suscepit cum
benedictionibus & maledictionibus, vbi & Samaritana dixit Christo, patres olim dominum ibi adorasse.
CHRYSOSTOMVS. Deinde vt sciamus quomodo se illic res habebant, inquit scriptura. *Chananæus autem*
tunc erat in terra. Id est Chananæi tunc inhabitabant terram. Neque hoc simpliciter & absque causa beatus Moy
ses assignauit, sed vt discamus etiam illinc mentem philosophicam, & bene institutam. Quia cum loca illa præoc-
cupata essent à Chananæis, cogebatur quasi vagus & peregrinus, & quasi abiectus & vilis aliquis diuersari, vt for
F te obtingebat. Et forte neque diuersorium facile inueniebat, attamen neque sic ægreferebat, neque impatiens in-
tra se ipsum dicebat, Quid hoc? Ipse ego qui tanto cum honore, & tanta cum obseruatione agebam in Charran,
nunc cogor sicut ciuitate carens, & peregrinus & aduena obambulare, idque gratiæ loco ducere, & quietem in vi
li quærere diuersorio, & neque hoc inuenire possum, sed in tabernaculis & tuguriolis versari, aliásque necessita-
tes ferre cogit me necessitas. Hoccine est quod dicebat, Veni, & faciam te in gentem magnam? Pulchra scilicet
præludia, quid suaue posthac expectandum? At nihil tale dicebat iustus, neque fluctuabat, sed integra mente &
perfecta fide, bene fidens dei promissis, immoto perstitit animo, vnde statim & supernam consolationem accipe-
re meruit. CAIETANVS. Vel æquiuocatur hic nomen Chananæus. Nam est nomen vnius particularis
gentis distinctæ ab aliis gentibus Chananæis. Superiùs verò cum dictum est in terram Chanaan, nomen est ge-
nericum commune septem gentibus Chananæis. Et dixit hoc Moyses ad monstrandum in cuius gentis territo-
rio erat locus ille. AVCTOR CATE. Chananæus autem tunc erat in terra. Dicitur Chananæus tunc ibi
habitasse,

habitasse,quasi præter ius & institutum patrum:cesserat enim ipsi Sem, & illius posteris ipsa terra, vnde & Sem G
sacerdos dei altissimi habebatur. Necdum vnius dei veri religionem & cultum obliteratum in ea terra,vel etiam
alibi fuisse eoniicitur,cum adhuc viuerent filij & nepotes Noë. CHRYSOSTOMVS. Illud vnum hoc in
loco oramus charitatem vestram,vt mentem iusti illius imitemini.Etenim absurdissimum esset, quod iustus ille
cum de terra in terram vocaretur,tantam præ se tulit obedientiam,& neque senectus,neque alia quæ enumerauimus præpedimenta,neque temporum difficultas,neque vlla alia quæ remorari ipsum posse videbantur,ad obediendum tardiorem eum facere potuere,sed omnibus vinculis ruptis,cucurrit & festinauit senex, quasi iuuenis resumptis viribus,cum vxore & fratris filio,& famulis,vt perficeret opere,quod sibi à deo demãdatum fuerat.Nos autem qui non de terra in terram vocamur,sed de terra in cœlum,non eandem quam ille iustus alacritatem obediendo exhibemus,sed frigidas plerúmque & inutiles præteximus causas. Et neque nos promissorum magnitudo,neque visibilium rerum vilitas,neque quod terrenæ sunt & momentaneæ, neque vocantis dignitas attrahat, sed tantæ sumus negligentiæ,vt præferamus momentanea semper manentibus,terram cœlo, ea quæ auolant antequam habeantur,iis quæ nunquam finem accipere possunt. H

Mysticè. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Spiritaliter autem hic nobis pater fidei ostendit,nec incolatus nostri longos exitus formidandos,& in Christo domino semper spe-
Psal.26. randum.Cuius per gratiam terram viuẽtium sempiternam potiemur hæreditatem,de qua Dauid propheta dicit, Credo videre bona domini in terra viuentium.

3 *APparuitque dominus Abram,& dixit ei,Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare domino qui apparuerat ei.Et inde transgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel,tetendit ibi tabernaculum suum,ab Occidente habens Bethel,& ab Oriente Hai.Aedificauit quoque ibi altare domino,& inuocauit nomen eius.Perrexitque Abram uadens & ultra progrediens ad meridiem.* I

3 CHRYSOSTOMVS. Plurimus & ineffabilis in recens dictis thesaurus latet dilecti, & opus est intenta mente,sobriáque & vigilanti ratione,ita vt nihil eorum quæ in breuibus verbis latent,nos prætereat. Nam propter hoc & misericors deus non facili & perfunctoria lectione voluit nobis omnia manifesta & perspicua esse,vt excussa somnolentia nostra,vigiles ipsi multam decerpamus vtilitatem.Solent enim ea quæ labore & inquisitione aliqua inueniuntur,magis infigi nostræ menti,ea verò quæ facile conquiruntur,citius è corde nostro auolare. Obsecro igitur,ne simus negligentes, sed excitemus mentem nostram, & in ipsam scripturarum profunditatem intueamur, vt maiori inde lucro accepto, eruditiores redire liceat. Est enim diuina scriptura mercatus quidam spiritualis,medicorúmque officina animabus, & par est vt sicut qui ad nundinas veniunt, inde multis mercibus conquisitis redeamus, vel quasi è medici domo receptis quæ animabus nostris congruunt medicamentis, exea- K
mus.Age ergo misericordem deum obsecremus,vt adiuuet nos ad inueniendum quod quærimus, propositis his quæ lecta sunt charitati vestræ. *Apparuitque* (inquit) *dominus Abram.*. Vel secundum aliam literam, & visus est dominus Abræ.Nunc primum inuenimus in scriptura dictum,quod visus sit deus.Nonne bene dicebam ab initio,latere in paucis illis verbis magnum thesaurum?Ecce enim statim rarum & admirabile proœmium. Et visus est (inquit) dominus deus Abræ.Neque enim scriptura diuina vsa est hoc verbo,cum de Adam, vel de Abel, vel de Noë,vel de alio quopiam locuta est.Quid igitur est quod dicit,& apparuit deus Abram?quomodo apparuit iu
Exech.1. sto?num ipsam ei substantiam suam ostendit?Non,absit,sed quid?Sic ei apparuit,vt ipse solus scit,& vt illi possi-
Esaiæ.6. bile erat videre.Sapiens enim & misericors dominus noster,multas scit vias quibus humanæ se attemperat natu-
ræ,& semetipsum iis qui se antea præparauerunt,digne manifestat.Idque demonstrat per prophetam dicens,Ego
Daniel.7. visiones multiplicaui,& in manibus prophetarum assimilatus fui. Quoniam & Esaias vidit eum sedentem, hoc
Zach.1. autem deo indignum.Deus enim non sedet.Aut quomodo cum sit incorporea, & locis incomprehensa naturæ? Et Daniel quoque vidit eum vt antiquum dierum.Zacharias autem aliter eum contuitus est.Sed & Ezechiel ali- L
ter,vnde dicebat,Ego visiones multiplicaui,hoc est vnicuique apparui pro sua dignitate.Et nunc quoque quia iu
stum à domo eius euocarat,& imperauerat,vt in alienam iret terram,in qua agebat vagúsque & peregrinus,vt po
te Chananæis illic adhuc habitantibus,inquireret vbi domicilium haberet.Bonus igitur dominus consolari eum & eius solidare alacritatem volens,vt ne torpesceret,neque dubitaret ad promissionem iam sibi factam,qua dixit veni huc,& faciam te in gentem magnam.Quandoquidem diuersa à promissione videbat fieri,& se obambulare vti abiectum & vilem,& omni præsidio destitutum,neque habentem vbi diuerteret,vt igitur mentem eius excitet (inquit)& apparuit deus Abram. GLOSSA GRAECA. Non ergo ait,vidit Abram deum,sed ὤφθη κύριος τῷ Ἀβραμ,id est,visus est Abræ deus.Neque enim id vires nostræ consequi possunt,vt deum videant, sed benignitate sua deus vt vult apparet. CAIETANVS. Apparuitque dominus Abram. Apparitionem autem intellige in somnis,ad confirmãdum apparitionem eiusdem in Vr Chaldæorum. Par enim fuit vt obedienti Abræ M
primæ apparitioni,secundo appareret. AVCTOR CATE. Hebraicè est וַיֵּרָא יְהוָה אֶל אַבְרָם vaiera adonai el Abram,id est.Et apparuit dominus Abræ,vel & visus est dominus Abræ.Raa enim verbum in voce passiua,appa
rere,id est videri significat.Quo autem modo hic primum dominus apparuerit, vel visus fuerit,ignoratur. Hoc autem merebatur Abræ fides, exigebatque necessitas solatij in aduersis. CHRYSOSTOMVS. Et visus est (inquit) dominus Abræ. *Et dixit ei,Semini tuo dabo terram hanc.* Est & hæc pollicitatio magna,& assimilis illi,per quam eum à domo euocarat.Dixerat enim,Magnificabo nomen tuum, & propterea nunc iterum dicit, Semini tuo dabo terram.Nam cum iam senex esset,Filióque careret ob Saræ sterilitatem,promittitur ei quod terram accepturus sit ex eo nascendus.Misericordiam dei hic (oro) considera,quomodo cum præsciret iusti virtutem, vult eum omnibus manifestum facere,& ita elaborare,vt quasi margarita aliqua claresçat. Vnde cum promissionem promissionibus adiunxisset, iterum paruam moram facit,& differt, vt hac potissimum ratione patriarchæ pietas monstretur,

A monstretur,quia res secus quàm promittebantur venire videns,non inquietus erat, nec impatiens, nec turbabatur,sed immotum habebat animum,certus ea quæ semel à deo promissa sibi,rata & firma fore. Diligenter memores estote promissionum quę à deo fiũt,vt cum audieritis iustum variis premi,discatis quàm fuerit excellentis sapientiæ,quàm solidæ fortitudinis,quàm firmi & immoti in deum amoris.Et ex iis quæ iusto illi contigerunt erudiamini,vt ne existimetis derelictum esse à deo,si quando videritis studiosum aliquem tentationibus vel alijs huius vitæ afflictionibus vexari,sed cogitantes multiplicem dispensationum dei varietatem, relinquatis hoc incomprehensibili eius prouidentiæ.Nam si iustum illum tam pium,tantámque præ se ferentem obedientiam,permittit tentari talibus,quæ statim bene scietis,non despiciens famulum suum, sed aliis omnibus volens illius detegere virtutem.Et visus est (inquit) dominus Abræ,& dixit ei,Semini tuo dabo terram hanc. Magna & desiderabilis promissio,præsertim iusto.Scitis enim quomodo qui iam proiectæ ætatis sunt, & omnem vitam absque
B pueris transegerunt,optant pueros.Itaque dominus obedientiæ mercedem illi daturus, quia mox vt audiuit, Egredere de terra tua,non moras nexuit non distulit, sed obediens imperanti, quod imperatum erat mox facit, inquit,Semini tuo dabo terram hanc. Vide quomodo per verbum mentem eius erigit, & sufficientem ei tribuit laborum retributionem. AVGVSTINVS DECIMO SEXTO DE CIVITATE DEI. Semini tuo Cap.18.
dabo terram hanc.Nihil hic de illo semine ei promissum est,in quo pater factus est omnium gentium, sed de illo solo,de quo pater est vnius Israëliticæ gentis.Ab hoc enim semine terra illa possessa est. RVPERTVS. Apparuitque dominus Abram,& dixit ei,Semini tuo dabo terram hanc.Ac si diceretur,quia nescienS quo iret exierat,tandiu quasi vagus & sine tecto pertransiuit in illum & in illum locum,donec appareret ei dominus, & iuxta sponsionem suam ostenderet quam esset daturus illi terram. Bene igitur Apostolus ait, Quia fide exiuit nescienS quo iret.Sed & aliud erat,in quo fides eius spectanda est.Nam superius iam dictum est,Erat autem Sarai sterilis, & non habebat liberos.In vno igitur imperio duabus rebus quodammodo repugnantibus, fortiter obedientiam
C esset,semini suo hæreditandam deo promittente credidit. In vtroque confortatus est fide, vt ait Apostolus, dans fidémque præbuit,quia & cum Chananæus tunc esset in terra,terram illam sibi dandam, & cum vxor sua sterilis gloriam deo,plenissime sciens,quia quæcunque promisit deus, potens est & facere. CAIETANVS. Semi- Roma.4.
ni tuo dabo terram hanc. Non dicit tibi,sed semini tuo, & prioribus promissionibus adiungit hanc,tanquam in specie determinans quod in genere promiserat,& simul adimplens quod promiserat,scilicet faciámque te videre illam. AVCTOR CATENAE. Semini igitur tuo,hoc est,fidei germanitate te referentibus filiis ac posteris hanc terram dabo,nempe cœlestis patriæ significationem. CHRYSOSTOMVS. Proinde renouata iu-
D sto promissione,& ipse suam gratitudinem declarans,statim ad gratiarum actionem conuertitur,vnde sequitur. *Qui ædificauit ibi altare domino qui apparuerat ei.* Vide piæ mentis specimen,& locum ipsum ob suam cum deo consuetudinem ibi habitam consecrauit,& gratiarum actionem pro viribus declarauit.Hoc enim quod dixit, ædificauit altare domino,idem est,quod gratias pro promissis egit. Et sicut homines nonnunquam amicitia mouentur,vt domos ædificent his qui sinceriter & amice sibi afficiuntur, & nonnunquam etiam ciuitates condiderunt, quibus familiarium nomina indidere.Ita & iustus ille visionem dei assecutus, altarium illi consecrauit. RABANVS. Adueniente igitur Abram in terram Chanaan, quam tunc Chananæus habitator tenebat, apparuisse ei dominus describitur, cui altare ipse ædificauit, quia spretis idolis gentium,vnius dei cultor fuit. AVCTOR CATENAE. Aedificauit autem more illius temporis,gratias agendo,& veræ fidei monimentum posteris relinquendo.Omnia quæ agebat vir dei,domino placebant,amicum enim ipsum elegerat.Quod autem sequitur apud nonnulla exemplaria,Et inuocauit nomen eius,in nostris codicibus redũdat.Eadem clausula carent Septuaginta,Hebraica & Chaldaica.Sumpta est autem ex alio loco,paulo scilicet inferius,vbi eadem est posita. *Et in-*
de transgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum,ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai. CHRYSOSTOMVS. Cur inde discesserit patriarcha?Quia deo locus ille segregatus & sanctificatus erat.Et tetendit ibi tabernaculum suum.Tumultuarium (inquit) domicilium fecit. Vide quomodo erat fru-
E galis,& luxum fugiebat,quomodo tam expeditus,vt cum vxore & famulis tam facile migraret.Audiant viri,audiant mulieres. Nam sæpe in villam tantum exire volentes, multa indigemus mechanica, valdéque actuosi sumus,vt multa nobiscum attrahamus,quæ non solum non sunt nobis vsui,sed & superuacanea & inutilia,& pom
pæ gratia apparata,& tantum vt ea nobiscum circunferamus.Verum iustus ille non sic egit, sed quia dominus dignatus est cum ipso habere familiaritatem,vt locum consecrauit,& altarium extruxit,migrauit magna facilitate
F aliò. AMBROSIVS. Et recessit inde in montem contra Orientem Bethel,surgentem adhuc solem iustitiæ cupiens videre,ideoque non in vallibus,sed in monte tabernaculum sibi locauit,quia deus montium est, & non 1.Reg.20.
vallium. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Bethel autem vicus in duodecimo ab Aelia lapide ad dexteram euntibus Neapolim,quæ primum Luza,id est amygdalum vocabatur,& cecidit in sortem tribus Beniamin iuxta Bethan & Gai,quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Porro quod quidam putant secundum errorem Græcorum voluminum,Valamaulas antiquitus nuncupatam,vehementer errant.Verbũ quippe Hebræum,& nomen ipsius ciuitatulæ pariter miscuerunt,cum vlam significet prius,id est πρόπυλον, Luza verò amygdalum,& sit sensus,vocabatur autem Bethel prius Luza.Necnon & hoc quod Bethauen,id est domum idolatrię,quæ ante vocabatur domus dei.Gai verò iuxta Bethan & Bethel,quam (vt diximus) expugnauit Iesus,& habitauit in illa quondam citra Iordanem Amorræus, nunc desertus tantum ostenditur locus. INTERLINEARIS. Est autem Hai ciuitas in tribu Iuda. RVPERTVS. Tandem ergo demõstrata sibi terra quam deus promiserat,æstimans iustus fidelem eum qui promiserat,habitat confidenter,ab occidente habens Bethel, ab Oriente Hai. Porro Bethel hoc loco per anticipationem dicta est. Nam Iacob Bethel appellauit nomen eius, quæ prius Luza vocabatur. CAIETANVS. Et inde transgrediens ad montem qui erat contra Oriẽtem Bethel. Sensus est iuxta Hebræum,ad montem Orientalem ipsi Bethel.Et est Bethel nomen proprium ciuitatis. Tetendit (inquit) ibi tabernaculum suum,ab Occidente habens Bethel. Dictio explicata Occidente, significat mare, & quia mare ibi est Occidentale,ideo Hieronymus vt clarius ab omnibus intelligeretur plaga cœli,loco maris posuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit Occidente. Et ab Oriente Hai. Relatiue ad tentorium Abræ aſpectus iſti deſcribũtur. AVCTOR CATE. G
Quod nos legimus, Et inde tranſgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel, Hebraicè eſt וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם vaiaeték miſam hahara mikédem lebeth el, id eſt. Et euulſit ſeu tranſtulit inde ad mõtem ab Oriente ipſi Bethel, ſcilicet tabernacula ſua. Athak enim, quandoque euellere, ſeu tranſferre ſignificat. Septuagin-
ta καὶ ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος κατὰ ἀνατολὰς Βαιθήλ dixerunt, id eſt. Et receſſit inde ad montem ad Oriẽtem Bethel.
Chaldaica, Et aſcendit inde in montem, qui erat ad Orientem Bethel. Deinde quod ſequitur, tetendit ibi taber-
naculum ſuum, & cætera. Hebraicè legitur וַיֶּאֱהַל בֵּית אֵל מִיָּם וְהָעַי מִקֶּדֶם vaiet ahalo beth el miiam vehaai mikẽ
dem, id eſt, Tetendit tabernaculum ſuũm, Bethel à mari, Hai ab ortu. Quod ergo Hebraicè eſt à mari, Interpres
ab occidente interpretatus eſt. Quia enim mare noſtrum Mediterraneum eſt in parte occidentali reſpectu terræ
promiſſionis, vel reſpectu Hieruſalem, ideo ponitur. Iam quod eſt mare, pro Occidente vel parte Occidentali,
quod certe explicatius eſt. Neque enim forte omnibus perſpicuum eſt, mare ab occaſu ipſi Iudææ eſſe. Septuagin- H
ta Hebraica ſequuntur, κατὰ θάλασσαν, Ad mare, ſeu verſus mare, dicentes. Chaldaica idem habet quod noſtra
æditio. Tranſferebat ergo ſe patriarcha exul in hoc mundo, ab vno loco in alium, ad montem quendam, qui ver-
ſus Occidentem habebat oppidum Bethel, per anticipationem ſic dictum, & ab Oriente erat oppidum Hai. Inter
hæc (inquit) duo loca tentorium ſuum erexit Abram. *Aedificauit quoque ibi altare domino, & inuocauit nomen eius.*
CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo per omnia religioſam mentem præ ſe fert. Illic enim ob promiſſionem
ſibi à deo factam, aram extruxit, & à loco conſecrato diſceſſit, hic autem quia tabernaculum fixerat, iterum ædifi-
cauit (inquit) altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidiſti mentem bene inſtitutam & ſapientiæ dedi
1.Timo.2. tam? Vidiſti quomodo quod ſcribens admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit, In omni loco
leuantes ſanctas manus, id patriarcha prius opere compleuit, in ſingulis locis altaria condens, & domino gratias
agens? Sciebat enim, ſciebat manifeſtè, quod nihil aliud requirat ab humano genere dominus vniuerſi, poſt innu-
mera & ineffabilia beneficia ſua, quàm animam gratiarum actioni ſtudentem, & ſcientem fateri gratiam pro iis I
quæ iam adſunt. AMBROSIVS. Vbi Bethel, id eſt domus dei, ibi & ara. Vbi ara, ibi & inuocatio dei noſtri,
meritóque proceſſus tantos habuit, quia deum ſperabat ſibi auxilio fore. RVPERTVS. Bethel domus dei,
Hai feſtiuitas interpretatur. Bene ergo contra tenebrarum ſpiritualium Occidentem, habens domum dei, & ab
Oriente veri luminis agens feſtiuitatem, magnæ ſpei ædificauit altare domino, qui apparuerat ei, & non ingratus
tantæ gratiæ beneficiis, & iuris ſui poſſeſſionem futuram, iam ſacris dei ſui præoccupat atque dedicat titulis.
CAIETANVS. Aedificauitque ibi altare domino. Et hoc eſt ſecundum altare ædificatum ab Abram in terra
promiſſionis, ad ſacrificandum deo fonti eſſendi, qui iam bis apparuerat ei, & faciebat ipſum videre terram poſſi-
dendam à ſemine eius. Et inuocauit nomen domini. Iuxta Hebræum habetur, & vocauit in nomine domini. No-
men eſt tetragrammaton. Quod eſt cœptum tempore Enos ante diluuium, Abram hic proſecutus eſt. Non ſolum
ſacrificauit, ſed etiam in nomine illo tetragrammaton inuocationes exercuit. Quales autem erant huiuſmodi in-
uocationes, ignotum eſt nobis. AVCTOR CATENAE. Hebraicè ſcriptum eſt וַיִּקְרָא בְשֵׁם יְהוָה Vaikra be K
ſem adonai, id eſt, Et inuocauit in nomine domini. Septuaginta, καὶ ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, hoc eſt, Et
inuocauit in nomine domini. Chaldaica verò, Et orauit in nomine domini. Aedificauit ergo altare, & ſuo more
dominum patriarcha inuocauit. Sanctus enim & amicus dei erat, fidelis, deuotus, paratus ad omnia. CHRY-
SOSTOMVS. Cæterum videamus quomodo & hinc iuſtus migrat. *Perrexitque* (inquit) *Abram nadens & ule-
tra progrediens ad meridiem.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Aliter. Et pro-
ficiſcens Abram, abiit in deſertum. Et in præſenti, & in pluribus aliis locis, pro deſerto, ad Auſtrum ſcriptum eſt
in Hebræo. Hoc igitur notare debemus. CHRYSOSTOMVS. Vel ſecundum aliam literam, Et diſceſſit
Abram, & profectus caſtra metatus eſt in ſolitudine. Vide iterum religioſam eius mentem, & ſapiẽtiæ ſtudioſam.
Iterum (inquit) diſceſſit, & caſtrametatus eſt in ſolitudine. Quare & illinc diſceſſit, forte videbat quibuſdam in-
colis non placere ſuum aduentum, proinde eximiam ſuam manſuetudinem declarans, & quomodo tranquilli-
tatem magnificaret, & ne cum homine aliquid negocij haberet ſolitudinem apprehendit. Aliena autem dictione L
vſa eſt diuina ſcriptura. Nam quemadmodum de militibus ſolemus dicere, ita & de iuſto hic dicit, quod caſtra-
metatus ſit, vt oſtendat expeditum patriarcham, quod ſicut milites abſque difficultate nunc huc, nunc illuc ten-
toria ſua erigunt, ita & iuſtus ille, quanuis ſecum duceret vxorem & fratris filium, & tantum ſeruorum numerũ,
maiori tamen facilitate migrare ſolebat. Vidiſti frugalem ſenis cum vxore & tot ſeruis vitam? Mihi magis admi-
rabilis videtur mulieris fortitudo. Cum enim cogito muliebris ſexus infirmitatem, & animaduerto quomodo
tam facile tanta alacritate cum iuſto peregre vadit, & ſubinde migrat, neque ipſa moleſtè fert, neque iuſto nego-
cium facit, obſtupeſco, & cenſeo quod non minorem ſpiritum & fortitudinem, quàm Abram poſſederit & ipſa.
Et hoc maxime ſciemus, cum ea quæ ſequuntur pertractauerimus. RVPERTVS. Perrexitque vltra vadens
& proficiſcens ad meridiem. Meridies ſignificat perfectionem. Bene ergo progredi dicitur ad meridiem, qui ab
hac aurora iam dictæ fidei ſuæ vltra vadens, & progrediens de virtute in virtutem, ſine dubio ad plenum & æter
num peruenit perfectionis diem. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et mouit ſe Abram eundo & M
mouendo ad meridiem. Ad literam ſignificatur, quod Abram ex illo monte inter Bethel & Hai, perrexit verſus
auſtralem plagam caſtrametando, hoc enim ſignificatur per mouendo. Per multas ſiquidem manſiones tentoria
mouendo ibat. AVCTOR CATENAE. Quod Hebraicè eſt הַנֶּגְבָּה hanẽgba, id eſt, Ad auſtrum ſiue meri
diem, Septuaginta, ἐξεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ dixerunt, hoc eſt. Caſtrametatus eſt in deſerto ſeu ſolitudine. Vt
enim interpres ſupra, ad mare, vertit ad occaſum, ſic Septuaginta hic in deſerto. Nam vaſta illa ſolitudo in au-
ſtrum ſpectat, quanquam opacarunt eam ſententiam Septuaginta, poſſunt enim ea ratione omnes ad quanuis
cœli poſituram ſpectantes ſolitudines intelligi, niſi quid ipſi compertius de hac re habuerunt. Chaldaica autem
legit, proficiſcens ad meridiem. Iam ergo eundo & redeundo vagus, ex domini iuſſu pendebat totus, neſciens lo-
cum, in quo ſe dominus vellet habitare. Quod poterat agebat, euentum verò ac finem peregrinationis domino
committebat. Fidelibus omnibus in exemplum datus à domino, & exhibitus in ſcripturis. Non tamen ex animi

leuitate

A leuitate tantus patriarcha tam frequenter locum mutauit, ſed ex diuino inſtinctu, forte etiam vt terram ſemini
ſuo promiſſam circunſpiciens & perpendens, gratias deo ageret ampliores. Sanctus itaque Abraham cum ſua fa-
milia in tabernaculis quæ ſecum detulit, & hinc inde expandit, moratus eſt, quemadmodum ad Hebræos ſcri-
bit Apoſtolus, Fide moratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Ia-
cob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex &
conditor deus. Myſticè.

RABANVS. Myſticè autem, Hai oculus, vel fons quoque interpretatur. Bene autem patriarcha tendens
ad terram promiſſionis, figere tabernaculum in monte qui erat inter Bethel & Hai dicitur, ibique deo ædificare al
tare, quia ſancti viri poſtquam à mundi principe & ſeculi voluptatibus receſſerint, fonte baptiſmatis regenerati,
cursum huius vitę cautè & conſideratè ducentes, hoſtiam laudis ac bonorum operum in altari rectę fidei deo ex-
hibendo, ad domum dei, cœleſtem videlicet Hieruſalem fœliciter tendunt. B

Facta eſt autem fames in terra. Deſcenditque Abram in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi. Præualue- 4
rat enim fames in terra. Cumque prope eſſet ut ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai uxori ſuæ. Noui
quod pulchra ſis mulier, & quod cum uiderint te Aegyptij, dicturi ſunt, Vxor illius eſt, & interficient
me, & te reſeruabunt. Dic ergo obſecro te, quod ſoror mea ſis, ut bene ſit mihi propter te, & uiuet anima
mea ob gratiam tui.

CHRYSOSTOMVS. Vidiſti quod poſtquam audiuit ſemini tuo dabo terram hãc, quomodo non quie- 4
C uit iuſtus ille, & nunc huc, nunc illuc tranſiuit: ſed vide quomodo iterum à ſolitudine exigitur, non ab homini-
bus, ſed neceſſitate famis. *Facta eſt autem* (inquit) *fames in terra.* Audiant qui temerè & incircunſpectè loquun-
tur, & diuinant, dicentes, quoniam quiſpiam aduenit, fames facta eſt, & quoniam affuit, hæc contigerunt. Ecce e-
tiam in aduentu iuſti fames, & fames valida, & non turbatur iuſtus, neque aliquid humanum patitur, & ſuo ad-
uentui tribuit famis cauſam. CAIETANVS. Facta eſt autem fames in terra, proculdubio illa in qua mora- *Deſcendit Abram*
batur Abram CHRYSOSTOMVS. Sed quia vidit naturã argui, & inualeſcere famem, *in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi.* GLOSSA GRAECA. Non igitur incola, ſed peregrinus fuit in Aegypto
Abraham, idque fame coactus. Dicitur autem deſcendiſſe in Aegyptum ratione ſitus. AVCTOR CATENAE.
Alia graui tentatione probatur dei ſeruus, fame ſcilicet contra naturam terræ. Sinitur enim proficiſci in Aegy-
ptum, & non parum periclitari ibidem in rebus chariſſimis, amantiſſima videlicet vxore. Verum non incurrit
D do ampliora fiunt iuſto ſepta, & remotior fit meta. Diſpenſabat enim dominus, vt non ſolum Palæſtinam inco- Matth. 13. &
lentibus eſſet doctor, ſed & iis qui in Aegypto erant, & lux ſuæ virtutis manifeſtaretur omnibus, quaſi enim lumi Marc. 6.
nare quoddam eum qui in Chaldęorum delituerat terra, illinc euocarat, vt eos qui in tenebris errorum ſedebant,
ad veritatis viam introduceret. Sed forte diceret aliquis, Et quare non potius eos qui in Chaldæa erant, vt ad re-
ligionem venirent ſua pietate effecit? Veriſimile quidem eſt illorum ſalutem per aliorum prouidentiam procu-
ratam. Attamen audi Chriſtum dicentem, Non eſt propheta abſque honore niſi in patria ſua. Vt igitur opere im-
pleret promiſſionem quam illi fecerat dicens, Et magnificabo nomen tuum, propterea & famem oriri permittit,
& cogente neceſſitate in Aegyptum eum ire facit, vt diſcerent, Et qui illic erant, quanta viri virtus. Nam fames
quaſi lictor qui vincula iniecit, ita vi è deſerto in Aegyptum eum abſtraxit. CAIETANVS. Prænaluerat
enim fames in terra. Adiungitur hoc ad monſtrandum neceſſitatem cogentem Abram ad huiuſmodi peregrina-
tionem. Leuis nanque fames tolerabilis fuiſſet, ſed grauis intolerabilis eſt. Grauem autem ſonat Hebraicus textus.
E AVCTOR CATENAE. Habet enim כָּבֵד הָרָעָב chabed haraab, id eſt, Multa, grandis, fortis, potens fames,
quàm optime expreſſit interpres, dicendo, Prænaluerat enim fames. CHRYSOSTOMVS. Sed videamus
quæ hinc ſequuntur, & in quantas difficultates iuſtus incidit, vt & eius fortitudinem diſcamus, & vxoris illius ſa-
pientiæ ſtudioſam mentem. Poſtquam igitur multum itineris proceſſit iuſtus. *Cumque prope eſſet ut ingrederetur*
Aegyptum. Angore mentis afflictus eſt, & (vt ita dicam) de vita ſua timens & tremens. *Dixit Sarai uxori ſuæ. No-*
ui quod pulchra ſis mulier, & cum te uiderint Aegyptij, dicturi ſunt, Vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Vidiſtis
ex verbis in quanto angore & metu conſtitutus fuerit iuſtus, & neque turbabatur animo, neque cogitans intra ſe
dicebat, Quid hoc? num derelicti ſumus? num decepti ſumus? num nos prouidentia ſua deſtituit dominus, qui di-
xit, Magnificabo te, & ſemini tuo dabo terram hanc? Num ille nos relinquit nũc de extremis timere, & in mani-
feſtum incidere periculum? Nihil horum vel in mentem accipiendum exiſtimauit iuſtus, ſed vnum hoc curabat,
quomodo arte aliqua excogitata, poſſet & famis conſolationem inuenire, & Aegyptiorum manus effugere. Scio
F (inquit) quod formoſa mulier ſis. Vide quanta mulieris erat formoſitas, nam & cum in ſenectam iam vergeret,
& poſt tot annorum numerum adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie, etiam poſt tantam miſeriam & ma-
lorum ſuſtinentiam, quam in via fuit experta, de locis in loca tranſeundo, & à Chaldæorum regione in Charran,
& à Charran in Chanaan, & iterum inde in Chananæam, & iterum huc, & nunc iterum in Aegyptum. Quem non
fortium virorum defatigarent tot continuæ peregrinationes? Verum egregia hæc mulier, etiã poſt tot exantlatas
erumnas, luculenta adhuc eſt facie, vnde & vehementem ac congruam curam afferebat iuſto, ideo & dicebat,
ſcio quod mulier formoſa ſis, futurum itaque vt cum te viderint Aegyptij, dicant, Iſta eſt vxor eius, & occident
me, te autem vendicabunt. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta
alia exemplaria, Erit ergo cum te viderint Aegyptij, dicẽt quia vxor illius hæc, genere locutionis adiunctum eſt,
Quia, nam ſufficere potuit, vxor illius hæc. AVCTOR CATE. Famis igitur inedia ceſſante, ſuccedit timor
mortis, ideo ob incontinentiam Aegyptiorum, ex vxoris pulchritudine ſanctus periclitatur. Cum iam eſſet Sarai

ſupra

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra sexaginta annos,tanta tamen ætate,ex confectione quoque tanti itineris,& comparatione mulierum Aegy G
pti, speciosissima erat,quia ex vtriusque pudore ac castitate,perseuerabat formosior. CHRYSOSTOMVS.
Considera autem quantum confidebat personæ mulieris,non timens ne forte laudibus remissior fiat,quin & tale
inducit consilium,dicens. *Dic ergo obsecro,quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam*
tui. Quoniam non vulgare erat quod imperabat, propterea verbis quæ subdidit, allicere, & ad misericordiam
flectere,persuaderéque eam volebat,vt prompte actum suum recitaret.Futurum itaque vt cum te viderint Aegy
tij,dicant,Ista est vxor eius,& occident me,te autem vendicabunt. Non dixit, contumeliis te afficient, non vult
enim eam nunc contristare.Propter eum qui famem fugit,operaberis manibus apud Aegyptios,erisque mihi sa
lutis causa,vt bene mihi sit propter te.Miserabilia sunt hæc verba,sed & multus erat timor propter insaniam Ae
gyptiacam.Et quia nondum mortis erat soluta tyrannis,propterea in adulterium vxoris consentit iustus,& quasi
feruit adulterio in mulieris contumeliam,vt mortem effugiat.Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant H
æreæ portæ confractæ,nondum erat aculeus eius hebetatus. Vidisti vinculum charitatis viri & mulieris? Vidisti
virum qualia mulieri suggerere sit ausus?& quale consilium acceperit mulier?Et non renuit,neque grauatim fert
sed omnia facit ita vt actus & fictio illa lateant.Audiant viri & mulieres,& imitentur horum concordiam, vin
culum charitatis,pietatem insignem,& beatam Saræ continentiam,quæ & vetula in tanta venustare permanes,
certabat cum iusto virtutibus,ideo & tantam eius curam habuit deus,tantúmque superne illi retributum est. Nul
lus igitur accuset pulchritudinem,nullus inutilia verba hæc dicat,Hanc perdidit forma, huic pulchritudo causa
fuit interitus.Non pulchritudo in causa est,Absit,opus enim dei est & ipsa, sed peruersa voluntas malorum om
nium causa est.Vidisti admirabilem hanc mulierem vtrinque relucentem,& ob pulchritudinem animæ vestigia
iusti proxime sequentem,& ob formositatem faciei?Hanc imitentur mulieres.Ecce & venustatis decor,& steri
tas,& tantum tempus,& facultatum abundantia,& tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebræque I
tentationes,& quicquid tale,mentem eius mouere non potuerunt,immobilis enim mansit. Vnde ob patientiam
dignam mercedem reportauit.In extrema enim senectute,ex vulua sterili,& vtero emortuo párere potuit.Vt mi
hi (inquit) benefiat propter te,vt viuat anima mea ob gratiam tui.Quasi diceret,Nihil aliud relictum est quo sal
uer,quàm vt dicas, Soror eius sum. Fortassis enim effugiam periculum quod expecto, & posthac propter te vi
uam,& tibi quod reliquum vitæ fuerit,acceptum feram.Sufficiebant hæc verba ad compassionem vxori mouen
dam,& ad persuadendum.Hoc vere est coniugium,quoniam non solum in prosperitate,sed & in periculis simul
obambulant. Hoc germanæ charitatis indicium est,hoc signo certissime internoscitur amicitia. Non sic diade
ma in capite positum,regem præclarum ornat,atque obedientia illa,qua consilio iusti paruit, beatam & illustrẽ,
& claram demonstrauit.Quis non obstupesceret hanc parendi facilitatem.Quis non obstupesceret,si recte reco
gitet,quod post tantam continentiam,& in tali ætate ad hoc vt iustum seruet,quantum in sua voluntate pende
bat,etiam adulterio se exposuit,& barbarorum tulit congressum?Sed parum expecta, & videbis mirifice sapien- K
tem dei prouidentiam.Nam propter hoc deus tantam præ se tulit longanimitatem,& opitulari distulit,vt iustum
clariorem faceret,& per ea quæ illic fiebant,non solum Aegyptij,sed & Palæstini erudiebantur, quantam beniuo
lentiam domini omnium experitur patriarcha. AMBROSIVS. Exercetur itaque athleta dei,& duratur ad
uersis,in desertum abiit, famem incidit,in Aegyptum descendit.Compererat in Aegypto lasciuam esse iuuenum
luxuriem, petulantem cupiditatem, voluptatum intemperantiam. Aduertebat inter huiusmodi viros intutam
vxoris pudicitiam fore,sibique coniugis pulchritudinem periculo futuram,monuit vxorem vt sororem se dice
ret.Quo docetur non magnopere decorem quærendum coniugis,qui viro necem plerúmque gignere soleat. Nó
enim tam pulchritudo mulieris,quàm virtus eius & grauitas delectat virum.Qui suauitatem quærit coniugij,nó
tam superiorem censu ambiat,quàm necessitates non terreant maritales, non monilibus ornatam,sed moribus.
Offendit plerumque virum,si se vxor nobiliorem nouerit.Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus di
tior,non genere splẽdidior erat,ideo virum imparem non putabat,ideo quasi parem gratiam diligebat,ideo non L
censu est retenta,non parentibus,non propinquis,sed virum proprium quocunque pergeret sequebatur, externa
adiit,sororem eius se asseruit,contenta si ita esset necesse,se periclitari pudore,quàm virum salute.Vt tueretur ma
ritum,mentita est germanitatem,ne insidiatores pudoris eius,tanquam æmulum & vindicem vxoris necarent.
Cap.19. AVGVSTINVS DECIMO SEXTO DE CIVITATE DEI. Abraham ergo in Aegyptum ire fa
mis necessitate compulsus est.Vbi vxorem suam dixit sororem suam,nihil mentitus.Erat enim & hoc, quia pro
pinqua erat sanguine, sicut etiam Loth eadem propinquitate, cum fratris eius esset filius, frater eius est dictus.
Itaque vxorem tacuit,non negauit,coniugis tuendam pudicitiam committens deo, & humanas insidias cauens
vt homo, quoniam si periculum quantum cauere poterat, non caueret,magis tentaret deum, quàm sperareter in
deo.De qua re contra calumniantem Faustum Manichæum multa diximus. AVCTOR CATENAE. Si-
Ioan.16. cut enim mendacium nunquam loqui,ita quandoque veritatem occultare licet,quod & dominus ipse fecisse ali
modo.Cum autem venerit spiritus,docebit vos omnem veritatem. AVGVSTINVS. Quæritur vtrum cõ M
ueniret Abram tam sancto viro,vt celaret Saram vxorem suam,& cur non magis poneret spem suam in deo, ne
occideretur à rege?Ostenditur enim isto facto eius,quod homo non debet tentare dominum deum suum, quan
do habet quod faciat ex rationabili cõsilio.Fecit enim quod potuit pro vita sua,quod autem non potuit,illi com
misit,in quo sperauit,cui & pudicitiam coniugis commendauit.Nec enim eum fides ac spes fefellit.Nanque Pha
rao à deo territus,multisque propter eam malis afflictus,vbi eius vxorem diuinitus didicit, illæsam cum honore
tradidit viro suo. Neque enim deus ab illo non poterat mortem repellere quam timebat eumque cum coniuge
sua in illa peregrinatione tutari,vt nec vxor eius quamuis esset pulcherrima,appeteretur ab aliquo,nec propter il
lam necaretur ille.Poterat sine dubio hoc efficere deus. Quis ita sit demens,vt hoc neget, sed si interrogatus A
bram illam fœminam indicaret vxorem,duas res metuendas committeret deo,& suam vitam, & coniugis pudi
citiam.Pertinet autem ad sanam doctrinã,quando habet quod faciat homo,non tentare dominum deum suum.

Neque

A Neque enim & ipse saluator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait, Si vos persecuti fuerint in vna Matth.10.
ciuitate,fugite in aliam,cuius rei prior exemplum præbuit.Nam cum potestatem haberet ponendi animam suam
nec eam poneret nisi cum vellet,in Aegyptum tamen infans portantibus parentibus fugit,& ad diem festum nõ
euidenter,sed latenter ascendit,cum alias palam loqueretur Iudæis irascentibus, & inimicissimo animo audien-
tibus,nec tamen valentibus in eum mittere manus,quia nondum venerat hora eius, non cuius horæ necessitate
cogeretur mori, sed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Qui ergo palam docendo & arguendo, & ta-
men inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo, dei demonstrabat potentiam, idem tamen fugiendo
& latendo,hominis instruebat infirmitatem,ne deum tentare audeat,quando habet quod faciat, vt quod cauere 1.ad Cor.11.
oportet euadat.Neque enim & Apostolus Paulus desperauerat adiutorium protectionémque diuinam,fidémque
perdiderat,quando per murum in sporta summissus est,vt inimicorum manus effugeret. Non ergo in deum non
B credendo sic fugit,sed deum tentando si fugere noluisset, cum sic fugere potuisset. RVPERTVS. Dic ergo
obsecro,quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te,& cætera. Non paruipendens vxoris pudicitiam vena-
lem fecit,vt bene sibi esset propter illam, sed periculo se exemit, ne moreretur propter illam, certissime sciens,
quod qui eduxerit eum de Vr Chaldæorum, potens esset seruare illam ab igne, id est à libidine Aegyptiorum.
Quare (inquis) non eadem fide confisus quod liberare posset eum dominus de manu Aegyptiorum, vt non mo-
reretur propter eam,secure dixit esse vxorem suam? Videlicet quia timebat dominum, quia nolebat tentare do-
minum deum suum.Is nanque deum tentat,qui quanta potest parte periculi se non expedit, & illic poscit mira-
culum dei,vbi nonnihil proficere potest humanæ rationis ope, quæ in promptu sit. Bene igitur vir prudens, v-
trinque solicitus,videlicet ne & se interficerent, & illam reseruatam suæ libidini subiugarent, quam potuit par-
tem periculi sustulit,& cætera deo fideliter curanda reliquit. CAIETANVS. Dic ergo obsecro, quod fo-
ror mea sis.Non instruxit vt mentiretur, quoniam vt inferius manifestabit, erat eius soror, non tamen vterina,
sed instruxit vt taceret veritatem. Erat enim soror & coniunx, vt manifestaret se sororem, & taceret se coniu-
C gem.Vt bene sit mihi,& cætera.Ecce causa taciti coniugij,ad redimendam vitam. Et hæc erat causa principalis,
accedebat profectus alter,videlicet bene tractari ab Aegyptiis ex affinitate contrahenda ex hoc,quod Sarai acci-
peret in coniugem aliquem principem Aegyptium. AVCTOR CATENAE. Dic ergo obsecro, & cætera.
Non oportet excusare virum sanctum etiam de officioso mendacio,vel duplicitate in verbo, omnes enim (Apo-
stolus dicit) in multis offendimus. Magis autem commendare fiduciam in deum quem sciret in medio malo-
rum hominum,& probitatem fœminæ,& diuinarum promissionum certitudinem conseruaturum,qui enim pro
miserat temporalia,quomodo negaret spiritualia?& tamen reuera soror erat & vxor, vt infra capitulo vigesimo.
Dicat aliquis,quomodo sanctus patriarcha cui deus daturum semini suo terram Chanaan promiserat, hoc dice-
re potuit,aut occidi expauit,cum nondum prolem haberet,quasi diuina promissio in eo frustrari posset? Ad quod
D dine Aegyptiorum,probabile erat sic esse venturum,loquẽdo modo humano.Ita & Dauid cui deus regnum Isra-
ẽl iam promiserat,à Saul occidi timuit,& semel se posse euadere desperauit,tandémque dixit, Aliquando vna die
incidam in manus Saul.Sed & adhuc dici potest, quod sicut Abraham paratus fuit filium suum Isaac immolare,
non obstante quod deus ei spoponderat,In Isaac vocabitur tibi semen,nec tamen hæsitauit diffidentia de veritate
promissionis diuinæ,sciens quia à mortuis potens est deus suscitare,sic poterat de semetipso cogitare,& nihilomi
nus mortem naturaliter formidare,necémque velle violentam euadere. Mystica.

AVCTOR CATENAE. Spiritaliter autem Abrahæ peregrinatio in Aegypto,id nobis indicat,quod san
cti in Aegyptum tentationum descendunt, & ibi periclitantur, non vt ibi habitent semper, sed tantum peregri-
nantur quasi inuiti in hoc mundo, prima opportunitate cum salute, ditioréque meritis & fide, redituri ad pro-
missam patriam.

E Vm itaque ingressus esset Abram Aegyptum,viderunt Aegyptij mulierem quod pulchrá esset nimis. 5
Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domum
Pharaonis.Abram uerò bene usi sunt propter illam.Fueruntque ei oues,& boues, & asini, & serui, &
famulæ, & asinæ, & cameli. Flagellauit autem dominus Pharaonem plagis maximis & domum eius propter
Sarai uxorem Abram.

Cum itaque ingressus esset Abram Aegyptum,viderunt Aegyptij mulierem quod pulchrá esset nimis, & nunciauerunt principes 5
Pharaoni. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo ea quæ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nam
vt in Aegyptum intrauit,vt viderunt Aegyptij mulierem quod pulchra esset valde.Non simpliciter (inquit) pul-
F chra,sed excellenter,ita vt omnes qui eam videbant allicerentur.Et vt viderunt eam principes Pharaonis,lauda-
uerunt eam coram Pharaone. Oro dilecte,ne temere prætereas quod dictum est, sed admirare quomodo nullus
Aegyptiorum mulieri,vt pote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti aliquid fecerit, neque contempserunt vi-
rum,sed ingressi,regi omnia nunciarunt.Cæterum hoc factum est,vt res fieret manifestior, & vltio non in priua
tum & plebeium aliquem, sed in regem sæuiret, vt vbique diuulgaretur hoc factum. AVGVSTINVS IN
LOCVTIONIBVS. Quod ait scriptura, iuxta alia exemplaria, Factum est autem vt intrauit Abram in Ae-
gyptum, sufficeret, statim autem vt intrauit Abram in Aegyptum. AVCTOR CATE. Quod nos legi-
mus,Et nunciauerunt principes Pharaoni, Hebraicè habetur, וַיִּרְאוּ אֹתָהּ שָׂרֵי פַרְעֹה Vairu otha sare Pharo, id est.
Et viderunt eam principes Pharaonis.Septuaginta etiam, καὶ ἤνεσαν, id est, Viderunt dixere,sic & Chaldaica. Vide-
runt ergo eam semel & iterum,curiosè scilicet, vt aulicorum ac carnalium principum studia discas, qui tantope-
re pulchram laudauerunt regi, ceu dignam regio matrimonio, per omnia regum moribus sese attemperantibus illis,qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis,qui in domibus regum sunt. *Et sublata est mulier in domum Pharaonis.* CHRYSOSTOMVS. Protinus G ab vxore iustus abducitur,& ipsa ad Pharaonem introducitur.Considera quanta dei longanimitas,quomodo nō ab initio,neque à proœmiis suam declarauit prouidentiam,sed permisit omnia fieri,& quasi in fauces bestiæ mu- lierem incidere,& tunc tandem manifestam facit omnibus suam virtutem. Et sublata est (inquit) mulier in do- mum Pharaonis.In quo statu putas per illud tempus erat mulieris mens? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabantur?quomodo naufragium non fecit?sed mansit quasi immobilis petra,ad cœlestem gratiā sem- per spectans?Quid autem dicam mulierem?qualem animum verisimile est fuisse iusto, illa in domum Pharao- nis introducta? HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Licet autem corpus sanctarum mulierum non vis maculet sed voluntas,& excusari possit Sarai,quod famis tempore,sola regi in pe- regrinis locis marito conniuente,resistere nequiuerit,tamen potest & aliter fœda necessitas excusari, quod iuxta librum Hester quæcunque mulierum placuisset regi apud veteres, sex mensibus vngebatur oleo myrtino, & sex mensibus in pigmentis variis erat & curationibus fœminarum,& tunc demum ingrediebatur ad regem. Atque H ita potest fieri, vt Sarai postquam placuerat regi, dum per annum eius ad regem præparatur introitus, & Abræ Pharao multa donauerit,& Pharao postea sit percussus à domino,illa adhuc intacta ab eius concubitu permanen- te. INTERLINEARIS. Quod autem sublata fuerit mulier in domum Pharaonis, intellige quod inuita sublata sit. ORDINARIA. Quod si inuita translata est Sara,excusatur,non solum in hoc quod non inqui natur corpus nec anima,nisi mentis consensu,sed etiam in hoc,quod conniuente & permittente viro suo factum est. *Abram uerò* (inquit) *bene usi sunt propter illam.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et Abræ bene- fecit propter illam.Refertur siquidem ad Pharaonem,qui beneficio affecit Abram tāquā sororius. CATENAE. Quod enim apud nos,Bene vsi sunt,legitur,ex Septuaginta sumptum est,qui εὖ ἐχρήσαντο, id est. Bene vsi sunt,dixerunt verum Hebraicè היטיב hetib legitur,id est benefecit,seu bene vsus est,nempe Pharao. Sic & Chaldaica. *Fuerunt que ei oues,& boues,& Asini,& serui,& famulæ, & asinæ,& cameli.* CHRYSOSTOMVS. I Hæc autem ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, quomodo non magnum rogum in eo succende- runt? quomodo autem non eius exussit mentem, & deflagrari fecit rationem cogitatio causæ tantorum dono- rum? AVCTOR CATENAE. Non multum referre putamus,quod אתנות Athonoth Hebraicam dictio- nem, asinas significantem, Septuaginta mulos interpretentur, ἡμίονοι καὶ κάμηλοι. Eiusdem enim fere generis sunt,dictique sunt Græcè ἡμίονοι, quasi semiasini.Nam homines asino equæ admixto,effecerunt vt muli procrea rentur.Cedit igitur diuinæ prouidentiæ, quantumlibet magna malitia peruersorum. Denique cor regis in manu domini,& in faucibus bestiarum succurrit fidelibus, vt sit clarior tunc illius præsentia & virtus. Timenti deum omnia tuta sunt.Ditatus est dei amicus,& suo studio,& prouidentia diuina,regiis donariis & principum fauore. Diuitiæ sunt bonis adiumenta virtutum,indicia fauoris dei,malis autem tentationum occasio, & peccandi ma- teria. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo prope ad finem venerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanam consequentiam spes correctionis relicta? Vidisti quomodo iuxta humanam opinionem res de- K plorata? Vidisti quomodo quasi in gulam bestiæ mulier inciderit? Vide consequenter ineffabilem domini mise- ricordiam,& obstupesce patientiæ eius excellentiam. *Flagellauitque* (inquit) *dominus Pharaonem plagis maximis & domum eius propter Sarai uxorem Abram.* Non simpliciter flagellauit regem,sed maximis plagis pœnam exposuit fla gitij & mali conatus.Nam quia flagitium non erat vulgare,sed valde magnum,ideo & pœna magna.Et domum eius (inquit) non ipsum solum,sed & domum eius.Et qua de causa cum rex peccet,omnes de domo eius sunt pœ næ participes?Non absque ratione hoc fit,sed vt per hoc regis insania compescatur. Grauiori enim plaga indige- bat,ita vt ipse exterreretur.Et vbi (inquit aliquis) hoc iustum,propter illum alios puniri?Non propter illum solū pœnam sustinuerunt,sed verisimile est eos cooperatos fuisse,vt aliquando committeretur iniquitas.Audisti enim supra scripturam dicentem,quia vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt illam, & sublata est mulier in domum Pharaonis. Ecce ergo quomodo lenonis egere officium in regis gratiam, auferendo iusti vxorem. Quapropter non ipse solus,sed & omnes qui adhærebant,pœnæ fuerunt participes,vt discant,quod non in pere- L grinum simplicem furorem suum exercuerint,neque in hominem è medio vulgo,sed in virum,cuius tutor deus tanta illum cura dignans.Et idcirco acerbissima pœna concutiens eius mentem, discedere fecit à nephario flagi- tio,coërcuit ab irrationali impetu,cohibuit incontinentem mentem,alligauit concupiscentiam indomitam, re- frenauit furoris insaniam. THEODORETVS. Manifestum est igitur vt primum Sara à Pharaone rapta est,deum vniuersorum gubernatorem,ægrotatione Pharaonem quasi vinculo quodam obligasse, ne Saram vide licet violaret.Aegrotatio appetitionem regis hebetauit, & venator intra retia venationem habens, præda mini- me perfrui potuit.Sed quærendum est,cur hoc loco Saram impollutam atque intactam à deo seruatam fuisse nō scriptum sit?Sara per id temporis Isaac paritura erat.Ne igitur suspectum illud semen foret,ibi scriptum est quod illam seruauerit deus,ne ab Abimelech polluereturEx his autem duobus locis manifestum fit, etiam apud gen- tes adulterium crimen fuisse,& supplicio dignum.Id enim & Pharao & Abimelech liquido declararunt. Illud e- tiam diuinus sermo nos docuit,iustitiam colentes,ne per ignorantiam peccent à deo custodiri, quod ex Pharao- ne & Abimelech facile colligi potest. AMBROSIVS. Flagellauitque dominus Pharaonem maximis plagis M & domum eius propter Saram vxorem Abram. Magnum testimonium documentúmque castitatis. Intuendus locus ita hortatorius,vt vnusquisque se castum præbeat,alienum non affectet thorum,nec latendi spe,aut facien- di impunitate alienam vxorem incestet,non incuria aut stultitia prouocetur mariti,aut longiore absentia. Adest præsul coniugij deus,quem nihil lateat,nullus euadat,nemo irrideat,vicem absentis mariti tuetur,seruat excubi- as,imo sine excubiis deprehendit reum antequam faciat quod parauerit,in animis singulorum,in mentibus vni- uersorum crimen agnoscit.Et si maritum adulter fefelleris,non falles deum,& si maritum euaseris, & si iudicem fori luseris,non euades iudicem totius mundi.Ille grauiùs vlciscitur iniuriam inopis,contumeliam imprudentis mariti.Maior est enim iniuria,auctorem custodem thalami spretum,& non consideratum. CAIETANVS. Flagellauit autem dominus Pharaonem plagis magnis& domum eius.Doceris hic,quod ille qui est fons essendi, est etiam

A est etiam effector malorum pœnę etiam in singularibus.Et dicendo,Pharaonem & domum eius,manifestat quod plaga talis fuit,quod ipsum Pharaonem affecit,& non solum familiam eius.Nescitur autem quod genus mali fue rit. AVCTOR CATE. Quod apud nos legitur,propter Saram,Hebraicè dicitur עַל דְּבַר שָׂרַי al debar Sarai, propter verbum Sarai.Vbi aduertendum,Hebræos solitos vti verbo,pro re,quod in sacris literis passim occurret. Vt illud secundo Regum,Quod est verbum quod factum est?dicēdum enim fuerat,quid factum est?Et illud,ex- cepto sermone Vriæ Ethæi, quod & ipsum intelligēdum est,excepto facinore in Vriam Ethæum perpetrato. Idē loquendi mos est & apud Græcos aliquando,vt διὰ μηδὲν πρᾶγμα, id est nihil ad verbū,pro eo quod est nihil ad rem. Voluit igitur amicum suum deus magnificare in tota Aegypto,& in gloriā suam promouere multis modis, idq; per reproborum etiam malitiam suo more dispensauit,vt per plagas & verbera,dei potentiam disceret rex Aegy pti,& Abræ sanctitatem,fortassis à sacerdotibus Aegypti edoctus rex,raptum vxoris peregrini, plagarum suarum B causam esse,vel(quod magis credendum)ab ipso deo interius eum monēte.Percusserat autem dominus Pharao- nem antequam tangeret Saram,cuius pudicitiam lædi non permisit,nec inuri notam castissimæ fœminæ. *Mystice.*

RVPERTVS. Sed hæc res gesta,alterius rei gerendæ veraciter prophetia est.Descendit enim postmodum Israël in Aegyptum cum testamento dei quod disposuerat ad Abram auum suum,& ad Isaac patrem suum, cum omnibus quæ habebat,cum filiis & nepotibus,quia vocauerat deus famem super terram, & omne firmamentum panis contriuerat,& miserat ante eos Ioseph.Cunque prope esset vt ingrederetur Aegyptum,quodammodo quę- *Psal.104.* siuit Abram Sarai vxori suæ auxilium,quæ siuit enim,& promptum inuenit Israël testamenti dei solatium,vt sibi bene esset propter illud, & viueret anima eius ob gratiam illius. Apparuit enim illi deus per visum, dicens, Ego *Gene.46.* sum fortissimus deus patris tui.Noli timere,& descende in Aegyptum,quia in gentem magnam faciam te ibi, & cætera.Cum hac pollicitatione descendit,& bene sunt vsi eo Aegyptij propter gratiæ dei pulchritudinē,quæ cum illo erat,fuerúntque ei oues,& boues,& asini,& serui,& famulæ, & cameli.Etenim habuit possessionem in Aegy pto in optimo terræ solo Rameses,& ibi auctus est vehementer.Surrexit deinde alius Pharao,qui nō nouerat Io seph, & hic procul dubio sustulit Sarai in domum suam.Tulit enim ab Israël dei testamentum,nec enim sub illo *Exo.1.* C colebat deum patrum suorum.Vacatis(inquit)otio,& idcirco dicitis,eamus & sacrificemus domino. Sed flagel- *Exo.5.* lauit eum dominus deus plagis maximis & domum eius.Ego enim(inquiens)indurauì cor eius & seruorum illi- *Exo.10.* us,vt facerem signa hæc mea in eis,vt narres in auribus filij tui & nepotum tuorum,quotiens contriuerim Aegy ptios,& signa mea fecerim in eis.

6 VOcauitque Pharao Abram,& dixit ei, *Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam,ut tollerem eam mihi in uxorem? Nūc igitur ecce coniunx tua, accipe eam & uade. Præcepitque Pharao super Abram uiris, & deduxerunt eum,& uxorem eius,& omnia quæ habebat.*

D

6 CHRYSOSTOMVS. Proinde consequenter vide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti,quasi va- go obambulanti,cui & vxorem auferre ausus fuit.Et bene dixit scriptura,quod examinauit Pharaonem & domū eius ob Saram vxorem Abræ.Sensum ei pœna præstat,quod sit vxor iusti.Etenim & in domum introducta, man sit vxor iusti. *Vocauitque* igitur inquit *Pharao Abram,& dixit ei:Quid nam est hoc quod fecisti mihi?* Vide qualia ver- ba rex profatur.Cur hoc fecisti mihi?Inquit.Ego ne tibi feci,qui peregrinus,qui nulli notus, qui propter famem adsum,tibi regi,tyranno,& imperanti super Aegyptum?Cur feci tibi?Tu abstulisti vxorem,nonne sicut peregri- num & hospitem despexisti,contempsisti,nullius momenti me habuisti? Omnino intemperanti concupiscentiæ tuæ obsecutus es,& quæ tibi placebant,opere volebas compleri.Quid nam tibi feci?magna mihi fecisti,& grauia in me commisisti.Vide quanta rerum vicissitudo.Rex priuato dicit,Cur fecisti mihi?Deum(dicere vult) inimicū mihi reddidisti,iram eius super me induxisti,pœnæ obnoxium me fecisti,fecisti vt pœnam lueret tota mea dom⁹ E eorum quæ in te admiserunt.Cur hoc fecisti? AVCTOR CATE. Vexatio Pharaonem eruditit. Agnoscit dei prouidentiam circa ignotum hospitem,incipit reuereri,& mansuete alloquitur,nō sinitur nocere amico dei. *Quare non indicasti mihi quod uxor tua esset?* CHRYSOSTOMVS. At vnde didicit Pharao quod vxor fuerit iu- sti?Nempe vltor tantæ iniquitatis deus,illi reuelauit,& rem vt erat indicauit. CAIETANVS. Narrat etiam Iosephus,quod ob istas plagas sacerdotes obtulerunt sacrificia,& cognouerunt,quod propter iniuriam peregrino Abræ illatam,tollendo illius coniugem,hæc acciderent,& quod tunc Pharao diligentius exacta veritate à Sara, cognouit quod coniunx Abræ esset.Et sic accersito Abram,restituit ei coniugem,excusando se ab iniuria,eo quod affectu maritali eam tulisset,ipsomet Abraham occasionem dante. *Quam ob causam dixisti sororem tuam esse,ut tollea rem eam mihi in uxorem?* CHRYSOSTOMVS. Attende quomodo supplicij grauitas concusserit eius mentem, ita vt & iusto rationem redderet,& omne erga eum declararet officium.Quanuis nisi dei fuisset gratia, quæ men tem eius emolliebat,confectaneum erat,quod in maiorem furorem inductus,quasi deceptorem puniuisset,& ex- F tremis affecisset suppliciis. At nihil horū fecit, timor enim supplicij inflammatā eius iram humiliauit & restrin- xit. AVCTOR CATE. Vt tollerem eam mihi in vxorem.Hebraicè ואקחה vaekah,id est tuli,legitur,& apud Septuaginta καὶ ἔλαβον,Et accepi,ita & Chaldaica.Sed intentionem regis intuitus est interpres.Omisit spiritussan ctus in scriptore multa hoc loco,quæ humanæ sunt curiositatis,quid Abram responderit,causas continentię regis ne tangeret,genera plagarum quibus affectæ sunt fœminæ eius,& cætera. *Nunc igitur ecce coniunx tua,accipe eam,& uade.* AMBROSIVS. Ecce quomodo ipse quoque Pharao rex Aegyptiorum,quem & insolentia regalis po- tentiæ supinaret,& Aegypti lasciuia atque luxuries à studio castitatis abduceret,vocat Abram, & reddit ei vxorē suam.Et si natura ferus ac barbarus,tamen significat etiam exteris ac barbaris moribº esse curam pudoris,& adul terij etiam sibi crimen cauendum.Qui prætendit ignorantiam,condemnat intemperantiam. Nec mirum si bar- barus ius nouit naturæ,muta animalia licet nullis constringātur legibus,sunt tamen aliqua quæ non solum pari- bus suis copulæ seruent fidem,verum etiam coitus vnius castitatem custodiant.Ita maior lex naturæ, quàm legū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.19. præscriptio est. Non mirum ergo si & iste Aegyptius rex deum timuit, qui hominem non timebat, & pœnam solG uit adulterij, qui nullis tenebatur reus legibus. AVGVSTINVS DECIMO SEXTO DE CIVITATE DEI. Denique factum est quod de domino præsumpsit Abraham. Nam Pharao rex Aegypti, qui Saram sibi in vxorem acceperat, grauiter afflictus marito reddidit. Vbi absit, vt credamus alieno cõcubitu fuisse pollutam, quia multo est credibilius, hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum. CHRYSOSTOMVS. Ecce coniunx tua, accipe eam & vade. Vnum hoc curat, vt in iustum officiosus sit. Resciuit enim tãdem, quod non esset possibile, eum vulgarem quempiam esse, qui tanta superna gratia fruebatur. Nũc ergo (inquit) quia cognoui quod non est soror tua, sed vxor, ecce habes eam. Neque ego violaui eam, neque offendi in aliquo coniugium vestrum, neque priuaui te vxore tua. Sed ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade. Quæ lingua, quæ mens poterit digne quæ facta sunt admirari? Mulier præfulgida forma, simul cum viro Aegyptio, & rege, & tyranno, & sic insano, & incontinenter affecto concumbés, intacta egreditur seruata castitate sua. Talia enim sunt quæ
Daniel.14. Daniel.3. à deo dispensantur, rara semper & admirabilia, & quando apud homines desperatum est, tunc potentiam & sapiH entiam suam deus declarat. Enimuero sicut admirabile & rarum erat, videre virum desideriorum stare in medio ferarum, & nihil pati, sed quasi oues eum circumire, ita illæsum egredi è lacu. Et tres pueros in camino, quasi in prato & paradiso versari, & nihil ab igne lædi, sed egredi inde vt virorum fortissimos. Ita admiratione dignũ est & hoc facinus, quod iusti vxor nullam contumeliam experta à rege Aegyptio, tyranno, intemperante, exiuit salua. Deus enim erat, qui faciebat omnia, & in inuiis viam dabat, & spem bonam semper in rebus deploratis afferre valet. Et nunc (inquit) Ecce vxor tua coram te, accepta ea ocyus vade. Ne existimes (inquit) à nobis violatam illã. Nam licet per ignorantiam attentauerimus quæ facta sunt, Sed nunc quia cognouimus quæ sit, & quem habeat defensorem, indignatio enim quæ in nos desæuit, docuit nos quantum gratiæ tibi sit apud deum omnium. Accepta igitur vxore ocyus vade. Terribilis postea erat eis iustus, & propterea magnis officiis vrgebant vt inde mitteretur, placantes ipsius dominum propter ea quæ in illum commiserant. Vidisti dilecte quantum bonum est patiI tia & fortitudo. Hic quæso memor esto verborum illorum quæ dicebat Aegyptũ ingressurus: Scio quod pulchra sis mulier, futurum itaque vt cum te viderint Aegyptij, me quidem occidant, te autem seruent. Illis igitur in mentem resumptis, considera etiam quæ nunc fiunt, & admirare simul iusti tolerantiam, & misericordis dei virtutem, quanta cum gloria redire facit iustum, qui cum tanto timore & metu descenderat. CAIETANVS. Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam & vade. Hinc apparet, quod Abram non est moratus in Aegypto vltra annũ. AMBROSIVS. Statim ergo vbi alienam rex esse cognouit vxorem, non solum marito reddidit, verum etiã prosecutores dedit, qui deducerent eum, ne quis de populo barbaro irrogaret violẽtiam, vel peculio viri, vel vxoris pudori. Vnde ait, *Præcepitque Pharao super Abrã uiris, & deduxerunt eum, & uxorẽ eius, & omnia quæ habebat.* Pulcherrimus hic locus ad incitandæ studium deuotionis, quod is qui deum sequitur, tutus semper est. Et ideo deum præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitu, nec parentum filiorumq; gratia, nec vxoris contemplatione requæ donat. Itaque magnum exemplum deuotionis Abrahæ, quod cum vxore speciosa descendit in Aegyptum. EraK rat quidem iusto viro cura coniugalis pudicitiæ, sed maius erat studium maturandæ deuotionis, ne prætulisse cu stodiam thori mandatis videretur cœlestibus. Itaque quoniam propter deum contẽpsit omnia, recepit à deo multiplicata omnia, sed primam deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quam gratã sciebat coniugi. Nam quia studio obeundi cœlestis oraculi vxorem quoque in periculum deduxit pudoris, etiam castimoniam coniugij defendit. CHRYSOSTOMVS. Magna ergo cum claritate & gloria, locupletatusq; diuitiis & facultatibus redit iustus. Et fit non solum doctor per ea quæ contigerunt Aegyptiis, sed etiam omnibus qui in itinere erant, & qui in Palæstina habitabant. Nam quotquot viderant eum quando descendit fame coactus, cum timore & tremore, nunc verò redeuntem cum tanta claritate & facultatibus & diuitiis, discebant virtutem prouidentiæ dei erga illum. Quis vidit vnquam? quis audiuit? Abiit vt famem suam mitigaret, & diuitiis abũdans, ineffabiliq; gloria reditum discussa tempestate, serenitatem, rerumq; miram vicissitudinem facit, docens nos suæ potentiæ magnitu-L dinem. Non ergo existimemus esse signum quod nos dereliquerit & despiciat dominus, si tentationes nobis inferantur, sed hoc maximum sit nobis indicium, quod deus nostri curã gerat. CAIETANVS. Præcepitq; Pharao super eum viris, & deduxerunt eum. Iuxta Hebræum habetur, & dimiserunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat. Non refertur ad viros iussos à Pharaone, sed ad Aegyptios. Est enim sensus, quod comitantibus Abram viris deputatis à Pharaone, Aegyptij non sunt ausi iniuriam aliquam inferre, tam Abræ, quàm vxori & reliquis eius. AVCTOR CATE. Hebraicè est וַיְשַׁלַּח אֹתוֹ Vaisallehu otho, id est. Dimiserunt eum. Septuaginta autem. *συμπροπέμψαι αὐτὸν* habent, id est, Comitari eum, vt dicant præcepit Pharao viris de Abram comitari eũ. Chaldaica. Et comitati sunt eum, inquit. Abũdant autem in fine capitis iuxta Septuaginta verba hæc, *καὶ λοὸτ μετ' αὐτοῦ*, id est. Et Loth cum eo. Aulicis igitur præcepit rex, vt Abram deducerent cum honore. Sanctitas viri innotescebat, sic prædicabatur deus. Deniq; hoc caput docet, deum vere iam tunc amico promissa seruasse, victum, diuiM tias, nomen, gloriam. Beneficentiam quoque docemur ad amicos, ne hospitibus fides & tutela negetur, ne peregrini iniuria afficiantur. Non sine vltione diuina sanctorum statum lædi, etiam à principibus. Gentiles quoq; prospensos fuisse ad spurcitias carnis, nolenti enim non fuerat auferenda soror. Proficere fideles continuo ad maiora nime confundi.

Mystice. RVPERTVS. Secundũ autem iam cœptã intelligẽtiam, sicut Pharao iste magnis examinatus plagis, tunc plane reddidit vxorem viro suo, nunc igitur (inquiens) Ecce vxor tua, tolle eam & vade. Sic surrexit Pharao alter qui populum Israël captiuum tenebat, nocte, & omnes serui eius, cunctaq; Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto. Vocatisq; Moyse & Aarõ nocte, ait, surgite, & egredimini à populo meo, vos & filij vestri, ite, immolate domino sicut dicitis.

A IN CAPVT GENESEOS TERTIVMDECIMVM ARGVMENTVM.

Abram diues diuidit terram cum fratre suo Loth. Abræ secundo promittitur terra Chanaan.

CAPVT XIII.

B Ascendit ergo Abram de Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad australem plagam. Erat autem dives ualde in possessione auri & argenti. Reuersusque est per iter quo uenerat, à meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen domini. Lectio pri.

Ascendit ergo Abram de Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad australem plagam. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pulchre de Aegypto liberatus, ascendisse dicitur. CAIETANVS. Quadrat enim, vt qui de terra Chanaan descenderat in Aegyptum, redeundo in terram Chanaan ascendat de Aegypto. Et Loth cum eo. Hinc apparet, quod Loth descenderat cum eo. Ad australem (inquit) plagam. Idem significatur locus in terra Chanaan, ex quo descenderat in Aegyptum. Lege præcedens caput, & perspicies, quod Abram cum esset in terra Chanaan, venerat postremo ad meridiem, & illuc modo ascendit. Et appellatur meridies relatiue ad tabernaculum Abræ inter Bethel & Hai. Rediit ergo ad locum vnde egressus erat. AVCTOR CATENAE. Quod C in Latina æditione ad australem plagam, & in Chaldaica ad austrum legitur, Septuaginta εἰς τὰν λίβα, id est, In desertum posuere. Quod nescimus an commode factum sit. Est enim in Hebræo הַנֶּגְבָּה hanẽgba. Significat autem Negeb meridiem & austrum. Sed quæritur quomodo ascendit ad austrum, cum ex Aegypto contenderet in septentrionem? Respondet Rabi Salomon, Ascendit ad locum illum vbi prius tetenderat tabernaculum suum, qui erat australis respectu terræ Israël, sed quæ tunc erat terra Chanaan. De humiliore igitur Aegypti terra, vir iustus ac deo amabilis, ad excelsiorem conscendit, ad australiorem plagam terræ Chanaan, ad cuius austrum Aegyptus est. *Erat autem dives ualde in possessione auri & argenti.* HIERONYMVS. Quomodo potuit exiens de Aegypto Abram fuisse dives valde? Soluitur hoc Hebraica veritate in qua scribitur, Abram grauis vehementer, hoc est, βαρὺς σφόδρα. Aegypti enim pondere grauabatur. Et licet videantur esse diuitiæ pecoris, auri, & argenti, tamen si Aegyptiæ sunt, viro sancto graues sunt. CHRYSOSTOMVS. Ne prætereamus obiter lecta, sed discamus clare diuinarum literarum diligentiam, quomodo nihil nobis superuacuum narret. Abram autem (inquit) D erat dives valde. Considera primum illucipsum, quod non frustra assignauit scriptura. Neque enim temere & in vanum diuitem nunc vocat patriarcham, id quod nullibi alias meminit, sed nunc primum dicit, quod dives fuerit. Quare hoc, & quam ob causam? vt discamus diuinæ sapientiæ solertiam, & suæ in iustum prouidentiæ immensam & excellentem potentiam. Nam qui famis necessitate in Aegyptum peregrinari coactus fuit, & angustias quas in Chananæa experiebatur ferre non poterat, is subito dives factus est, & dives non tantum pecoribus, sed & argento & auro. Vidisti quanta dei prouidentia? abit, vt aliquam famis consolationem inueniat, & redit, non solum fame mitigata, sed & diuitiis & indicibili gloria conspicuus. Eratque omnibus manifestum, quanlis pridem fuerat, postea autem & Chananæ inhabitatores clare iusti virtutem didicerunt, videntes rerum mutationem tam repentinam, & tantis diuitiis affluentem, qui vt peregrinus & quasi fugitiuus, & vagus in Aegyptum descenderat. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera huiusmodi est hoc in loco וְאַבְרָם כָּבֵד E מְאֹד בַּמִּקְנֶה בַּכֶּסֶף וּבַזָּהָב Veabram cabed meod bamikne baceseph vbazahab, Et Abram multus, seu magnus, vel potens erat (omnia enim hæc significat dictio cabed) in pecoribus, in argento, & in auro. Chaldaica, & Abram erat honoratus valde in pecoribus, & argento, & auro. Septuaginta ἄβραμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα, ἔμπτκτνσι, καὶ ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ, Abram autem erat dives valde, in pecoribus, & argento, & auro. Hebræorum aliqui sic legunt, Erat grauis valde, seu oneratus, armentis scilicet & pecunia. Nuper igitur famelicus descenderat, nunc dives, honoratus, & fœlix ascendit & reuertitur, non solum iumentis & hominibus auctus, sed etiam argento & auro. CHRYSOSTOMVS. At tu vide, quomodo hic neque prosperitate, neque diuitiarum affluentia remissior vel negligentior factus est, sed iterum contendit ad eum locum, vbi prius fuerat, priusquam in Aegyptum concederet. *Reuersusque est per iter quo uenerat, à meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat prius & inuocauit ibi nomen domini.* HIERONYMVS. Non vt in Septuaginta legimus, abiit vnde venerat in desertum vsque in Bethel, sed sicut in Hebræo scriptum est, Abiit itinere suo per Austrum vsque Bethel. Idcirco enim de Aegypto profectus est, non vt F desertum ingrederetur, quod cum Aegypto reliquerat, sed vt per Austrum qui Aquiloni contrarius est, veniret ad domum dei, vbi fuerat tabernaculum eius, in medio Bethel & Hai. CHRYSOSTOMVS. Audiamus clare litera habet, Et venit in solitudinem vsque ad locum, & cætera. Cogita obsecro, quantus erat vir iste quietis & tranquillitatis amator, & in diuino cultu quam sedulus. Ad eum enim locum accessit, quem prius ædificauerat, nempe in solitudine, & in quo nomen domini inuocauerat. Ecce iam multis antea seculis impleuit hoc quod postea à Dauid dictum est, Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Solitudo enim propter inuocationem nominis domini dei, gratior ei erat, quàm ciuitates. Sciebat enim, sciebátque clare, quod ciuitatis magnitudinem non facit ædificiorum pulchritudo, neque inquilinorum multitudo, sed inhabitantium virtus, propter quam & solitudo ciuitatibus dignior est, quæ virtute iusti ornatur, & toto orbe sit fulgidior. INTERLINEARIS. Cultoribus igitur dei, licet nox instet

Vbi supra.

Psalm.83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stet & persecutio, non refrigescit tamen diuini cultus intentio. RABANVS. Bethel ciuitatula est in tribu Beniamin, de qua in præcedenti capite. Hai verò, in tribu Iudæ est vrbs sacerdotibus separata. Interpretatur autem Bethel domus dei, Hai verò oculus vel fons. CAIETANVS. Reuersusque est per iter, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Et iuit ad motiones suas de meridie vsque Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, & in loco altaris quod fecerat prius. Recole ex præcedenti capitulo quod Abram ex loco tabernaculi sui inter Bethel & Hai, venerat ad plagam australem multas faciendo mansiones, & intelliges hæc, videlicet quod per easdem mansiones modo perrexit ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai, ad locum (inquam) in quo fecerat altare. Et inuocauit ibi nomen domini. Iuxta Hebræum habetur, Et vocauit ibi Abram in nomine iehouah. Nomen est tetragrammaton. Non recitatur olim factum, sed narratur quod iterum ibidem Abram vocauit deum in nomine tetragrammaton, qui iam bis apparuerat ei, à quo agnoscebat beneficia tot accepta in sua peregrinatione. Subintelligi siquidem vult Moyses sacrificia denuo oblata, ex hoc quod meminit altaris. AVCTOR CATENAE. Reuersusque est per iter quo venerat. Hebraicè est וַיֵּלֶךְ לְמַסָּעָיו Vaiélech lemassaf, Et abiit seu perrexit, per profectiones seu mansiones suas, quibus scilicet ante venerat, seu quo prius diuerti solebat. Ita & Chaldaica. Vnde & Septuaginta vertunt ὁδὸν ἐξ ἧς ἦλθεν. Vnde egressus est. Quod autem apud nos est, Et inuocauit ibi nomen domini. Hebraicè est, וַיִּקְרָא שָׁם אַבְרָם בְּשֵׁם יְהוָה Vaikra sam Abram besen adonai. Et inuocauit ibi Abram in nomine domini. Chaldaica, Et orauit ibi Abram in nomine domini. Septuaginta vt in nostra æditione legunt. Moyses ergo diligenter indicat ad quem locum redierit Abram, quem amauerit vt præ cæteris religiosiorem, & domino deo suo sacrum, & domus dei nuncupandum à Iacob aliquanto post tempore, postea tamen dictum Bethauen à prophetis, & domum impietatis, propter vitulum illic erectum contra dominum. In loco (inquit) altaris, & cætera, hoc est, vbi prius, & ante descensum, dominum adorauerat, iam nunc periculis ereptus, redit illuc domino gratias dicturus de saluo reditu suo. Sic assuescendum ad gratias habendas deo pro omnibus & singulis beneficiis.

Mystice. RVPERTVS. Et vt iam cœpimus, sicut tunc ascendit Abram de Aegypto, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri & argenti. Sic permissus cultui dei sui populus, ascendit de Aegypto cum omnibus quæ habebat, dicente Pharaone, oues vestras & armenta assumite, vt petieratis. Erantque diuites in possessione auri & argenti, spoliauerant enim Aegyptios, iubente domino per Moysen vt postularet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea, & vestes.

2 *SEd & Loth qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul. Erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram & Loth. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Loth, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, Recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.*

2 AMBROSIVS. Primas igitur partes in Abram sibi iusto ordine vendicauit deuotio. Videamus & cæterarum virtutum gratiam. *Sed & Loth* (inquit) *qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula.* CHRYSOSTOMVS. Non solum patriarchæ facultates auctæ sunt, sed & Loth (inquit) fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Forte partim Abram vt pote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in patriarchæ gratiam. AVCTOR CATENAE. Sed & Loth qui erat cum Abram, Hebraicè est dictio הַהֹלֵךְ haholech, hoc est, Ambulanti, vel qui abiit cum Abram, sicut habet Chaldaica. Septuaginta, καὶ λὼτ τῷ συμπορευομένῳ μετ' ἄβραμ, Et Loth qui simul ibat cum Abram. Quæ tamen sensum haud immutant. Benedixerat itaque dominus ipsi Loth, ex consortio fidei cum sancto, ipsumque diuitiis auxit, & more *substantia eorum multa & nequibant habitare communiter.* AVCTOR CATENAE. Pacifice videlicet & quiete. AMBROSIVS. Seculare vitium, vt diuites terra non capiat. Nihil enim satis est diuitum cupiditati. Quanto ditior quis fuerit, tanto auidior ad possidendum est. Extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Nunquid huiusmodi Abram? Minime, quanuis in principio & ipse imperfectior. Vnde enim perfectio ante aduentum Christi? Nondum venerat qui diceret, si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Tamen vt minime auarus, electionem nepoti obtulit, & vt iustus, dissensionem amputauit. CHRYSOSTOMVS. Vide autem quomodo facultatum multitudo, statim causa fit discessus, diuisionem operatur, concordiam impedit, & cognationis vinculum dirimit. *Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram & Loth.* Attende quomodo valde familiares discessionis initium faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant, à famulorum nequitia. Hi ergo diuisionis occasionem præbuerunt, nam facta est rixa inter pastores vtriusque, dicere vult, ij concordiam dirimebant, ij multam morum inciuilitatem præ se ferebant. AVCTOR CATENAE. Vnde facta est rixa, & cætera. Desiderantur apud nos duæ dictiones, videlicet pastores pecorum, vt dicatur, & inter pastores pecorum seu gregum Loth. Sed interpres eandem sententiam paucioribus verbis expressit. Sic igitur copia facultatum, causa fit iurgiorum, etiam inter amicos, familiares ac sanctos, idque ob studia seruulorum per improbitatem blandiri & placere dominis cupientium. *Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra.* CHRYSOSTOMVS. Quare nobis hoc assignauit? Quoniam dixerat quod non capiebat eos terra, vt habitarent simul, causam quoque docere voluit diuina

A luit diuina scriptura, quod ideo eos non capiebat, quia à gentibus illis præoccupata erat. CAIETANVS. Eo autem tempore, & cætera. Locus in quo fuit rixa inter pastores, declaratur cuius erat, dicendo quod erat in territorio partim Chananæ, & partim Pherezææ gentis. Et corruptum est vocabulum, Pherezæi pro Perizæi. AVCTOR CATENAE. Et poterat quidem sustinuisse terra vtrósque, nisi etiam alij populi eandem occupassent. Ex quibus hic Pherezæi nominantur, prius non cum reliquis populis enumerati, vt de nouo in eandem terram forte irrupisse videri possint. CHRYSOSTOMVS. Verum nos religiosam patriarchæ mentem videamus, quomodo sua lenitate exarsurum incendium restinguit. *Dixit ergo Abram ad Loth, Ne quæso sit iurgium inter me & te, inter pastores meos & inter pastores tuos, fratres enim sumus.* AMBROSIVS. Mulcebatur sanctus Abram nepotis præsentia, cui patrium affectum exhibebat. Incidit rixa inter seruulos nepotis & patrui. Aduertit prudentior seruulorum dissensionibus dominorum concordiam solui solere, amputauit fibram discordiæ, ne contagium serperet. Tolerabilius enim putauit, vt copula sequestraretur, quàm gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid inciderit, vt seminarium dissensionis auferas. Neque enim tu fortior quàm Abram. Ille declinanda censuit, non despicienda seruulorum iurgia. Et si tu fortior, cane ne alter infirmior, qui aurem præbeat seruulorum susurris. Frequenter indiuisa seruitia, inter parentes discordiam serunt. Diuide potius, vt maneat amicitia. Indiuisa domus duos non sustinet. Nonne melius est emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia? CHRYSOSTOMVS. Vide autem insignem modestiam, vide sublimem philosophiam patriarchæ. Aetate & dignitate senior, iuuenem fratris filium, fratrem appellat, & in eandem in qua ipse erat dignitatem euehit, nihilque minus illi quam sibi tribuit. Aduerte quomodo Apostoli legem implet, quæ dicit, Itaque iam quidem omnino delictum in vobis est, quod lites habetis inter vos inuicem. Cur non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis? imo vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idque fratres. Hæc omnia operibus implens patriarcha, dixit, Ne sit iurgium inter me & te, inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Quid hac anima pacatius? proinde non frustra, neque temere principio dicebam, quod amore quietis & tranquillitatis, solitudinem locis frequentibus prætulerit. Attende enim quomodo & nunc videns pastores confligere, statim in initio tentat restinguere incendium quod erupturum erat, & contentionem sedat. Debebat enim ipse vtpote missus omnibus Palæstinæ cultoribus sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasionem, vel ansam concedere, sed morum lenitate, tuba clarius omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores. Ne sit (inquit) rixa inter me & te, pastores meos & tuos, quoniam fratres sumus. Considera quanta verborum lenitas, inter me & inter te, & quomodo ei loquatur ceu honore pari, docens non tantum præsentes, sed posteros etiam omnes, nunquam cum proximis esse litigandum, etiam iis qui nobis præstantiores non sunt. Nam eorum contentio magnam nobis affert ignominiam, & non illis imputantur quæ fiunt, sed in nos transfertur quod reprehendendum. Quomodo enim rationi consentaneum, quod homines qui fratres sunt, qui eandem naturam sortiti, qui eiusdem sunt familiæ, qui eodem loco habituri sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendant, & digladientur? Audiant hæc qui se extra crimina putant esse, quando propter familiaritatem suis ministris permittunt & conniuent rapere, decipere, multa mala machinari, & in ciuitatibus & in agris, & auferre vi à vicinis, nunc agrum, nunc domum. Eaque de causa maiori tales beneuolentia prosequuntur. Nam licet iniustitiæ illæ opus alienum tibi sint, tamen & ipso negocio communicas, non solum quod oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incrementum accedere, sed quod non prohibes, ne facinus committatur. Nam qui prohibere potest eum qui iniuriam facit, & non prohibet, is non minorem luet pœnam, quàm qui iniuriam fecit. Obsecro igitur ne seducamus nosmetipsos, sed & ipsi fugiamus rapinas & fraudes, & ex istiusmodi artibus emolumenta & lucra, & familiares nostros erudiamus, ne quid tale operentur. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Ne quæso, & cætera. Fratres enim sumus. Hoc Abram dixit ad Loth. Vnde intelligitur morem esse scripturæ ita loqui, vt fratres appellentur vnius cognationis, etiam si gradu sanguinis differant, vt alter sit in superiore, alter in inferiore, sicut hoc loco. Nam patruus erat Abram Loth. INTERLINEARIS. Ne quæso sit iurgium, & cætera. Notandum hic quanta cura sit sancto viro conseruandæ pacis. ORDINARIA. Tribus verò modis dicuntur fratres in sancta scriptura: Natura, vt Iacob & Esaü: Cognatione, vt hic Abram & Loth: Gente, sicut omnes Iudæi. Vnde si attenuatus fuerit frater tuus, & vendiderit se tibi, & cætera. CAIETANVS. Extenso itaque fraternitatis nomine, consanguinei appellantur fratres, sed hoc non proprietate vocabuli, sed extensione vsurpatum est, nam proprie fratres appellantur, soli geniti ex eodem patre & matre. AVCTOR CATENAE. Deficit autem vna dictio in Latina æditione, Est enim in Hebræo אֲנָשִׁים anasim, & dicere vult litera, Quoniam viri fratres sumus nos, ita & in Chaldaica, & apud Septuaginta habetur, sed hoc parum est. Sicut igitur ætate, sic virtutibus præcedit Abram, præoccupando Loth. Non expectauit fratris querelas, non spreuit natu minorem. Nihil durum loquitur, nihil amaritudinis retinet in corde, totus dexter & fidelis. Non est otiosa fides, agit semper opera charitatis. Fratres autem hic, vt alias frequenter, cognati & consanguinei dicuntur. CHRYSOSTOMVS. Vidisti iusti mansuetudinem? vidisti lenitatem? audi & sequentia, vt discas excellentem eius philosophiam & quomodo rixa dirimatur, & contentio restinguatur. *Ecce (inquit) uniuersa terra coram te est, recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo, si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Considera optimos mores, & insignem modestiam huius iusti. Sed ante hæc cogita quantum ex diuitiis damnum, en & multæ substantiæ varietas. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & statim discinditur concordia. Antea erat pax & charitatis vinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuum, illic omne litium genus, & contentionis occasio. Vbi autem hæc non sunt, ibi semper concordia. Et vt discas, audi quid dicat beatus Lucas de iis qui ab initio ad fidem concurrerunt, Multitudinis (inquit) credentium erat cor vnum & anima vna. Non quod vnam animam habuerint omnes, quomodo enim hoc, cum in diuersis corporibus fuerint? Sed concordiam illorum nobis demonstrat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam nisi plurimæ æquanimitatis fuisset iustus ille, & insignitam præ se tulisset philosophiam, succensuis- G
set forsitan, & ita ei dixisset, Quis furor ille? Ausi ne sunt familiares tui os distringere aduersus operas meas? non cogitarunt quantum inter nos distet? Vnde tibi illa abundantia? nonne ex mea cura? Quis te apud homines tantum apparere fecit? nonne ego qui pro omnibus tibi fui? Patris ego vices egi per omnia, & has mihi pro tot ministeriis mercedes reddis? Haccine spe vbique te comitem itineris habui? Esto nihil eorum quæ à me habes, in mentem tibi veniat, nonne saltem vel senectam meam & canos reuereri oportebat? Sed connisendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius quod sicut contumelia, qua illi affecti, in me transit, ita & tuorum temeritas tibi ascribitur. Sed nihil horum iustus vel in mentem accepit, sed omnibus illis à mente repulsis, vnum hoc agebat, quomodo quod erupturum erat incendium extingueret, & suaui separatione excogitata, absque turbis habitet, dicit enim, Ecce, nunquid omnis terra coram te est? discede à me, si tu ad sinistram, ego ad dexteram, si tu ad dexteram, ego ad sinistram. Vides mansuetudinem iusti? Operibus e- H
nim monstrabat, quod non facit hoc sua sponte, neque separare vult, sed ob contentionis necessitatem, vt ne in domo sit perpetuum bellum. Vide quomodo verbis illius bilem mansuefacit, & ei electionis potestatem dat, & proponit omnem terram, & dicit, Ecce vniuersa terra coram te, quam vis elige, & ego quam tu reliqueris, magna cum voluptate accipiam. Per omnia non vult esse onerosus fratrueli, quasi diceret, quoniam fit id quod nolebam, & vt essent contentiones, necessarium est vt separemur, propterea te dominum electionis & arbitrum constituo, & omnem tibi potestatem do, vt terram quam meliorem censes, tu eligas, & reliquam sinas esse meam. Num hoc quis vnquam vel æquali vel fratri faciendum censuit, id quod fratrueli patriarcha? Nam si ipse electionem retinuisset, & primum locum sibi seruasset, concessissetque illi quæ reliqua, nonne & hoc magnum quiddam fuisset? At excellentis virtutis suæ exhibens specimen, desiderium iuuenis explere volebat, ita vt nulla ex separatione nasceretur mœrendi occasio, vnde ei proposita potestate omni, dicit, Ecce vniuersa terra coram te. Separare à me, & qualem volueris terram, elige. AMBROSIVS. Ipsa quoque cuiusmodi es- I
se debeat diuisio patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod conqueratur. Electionis enim suæ partem non poterit calumniari. Non residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuisor grauatur. Nam quo prudentior, eo cautior, vt nec in diuisione circunscribatur, nec in electione fraudetur. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Reuerso igitur Abram ex Aegypto in locum vnde venerat, tunc Loth fratris filius ab illo in terram Sodomorum salua charitate discessit. Diuites quippe facti erant, pastoresque multos habere cœperunt, quibus inter se rixantibus, eo modo familiarum suarum pugnacem discordiam vitauerunt. Poterat quippe hinc, vt sunt humana, etiam inter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum præcauens patriarcha, diuisionem cum nepote procurauit, dicens, Nonne ecce tota terra ante te est? Discede à me, si tu in sinistram, ego in dextram, vel si tu in dextram, ego in sinistram. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, vt quando terrenorum aliquid partiendum est, maior diuidat, minor eligat. INTERLINEARIS. Vide & hic quod dominus dixit adim- K
pleri, Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. RVPERTVS. Quantum autem ad moralem præsentis loci sensum, diuitiarum derogatio est, quia propter diuitias non quibant habitare communiter, quos quandiu tenues fuerunt, amor dei, & fraternus propinquitatis funiculus coniunxerat, quippe quos do & æquitas in diuisione demonstratur, quæ vsque hodie inter hæredes recte seruatur, vt ob fugienda iurgia, maior diuidat, minor eligat. RABANVS. Typice ergo beatus Abram discordiam pastorum suorum & pastorum Loth vitare cupiens, & ob hoc secessum ab inuicem eligens, nos admonet, vt nihil charitati & concordiæ præponamus, sed semper parati simus, siue per prospera, quod dextra significat, siue per aduersa, quæ per sinistram exprimuntur, in pace & dilectione perseuerare. CAIETANVS. Ecce vniuersa terra coram te est. Hinc apparet terram illam quanuis possessam ab illis populis, parum tamen habitatam fuisse, imo nec illos populos habuisse tot pecora, vt exigerent pro se sua territoria. Recede à me obsecro, pro separare. Imperatiuum enim passiuum est, separare. Nam non dixit Abram vt Loth recederet (imo optionem ei dedit liberam) sed separationem petit, quæ poterat fieri Loth remanente ibidem, & Abram recedente inde. AV- L
CTOR CATENAE. Ecce vniuersa terra coram te est. Hebraicè הֲלֹא כָל הָאָרֶץ לְפָנֶיךָ Halo col haárez lephanécha, An non vniuersa terra coram te? Sic quoque apud Septuaginta interrogatiuum est, οὐκ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐνώπιόν σου ἐστί, Non ecce omnis terra coram te est? Sed idem est in sensu cum Latina æditione, cui & Chaldaica consentit. Si ad sinistram ieris, & cætera. Vtitur hic Hebraismus verbis à sinistra & dextra formatis, perinde ac si diceres, si tu sinistraueris, ego dextrabo, & è contra. Chaldaica autem hoc loco habet, Si tu ad aquilonem, ego ad meridiem, & si tu ad meridiem, ego ad aquilonem. Idem est autem cum eo quod Latina æditio & Septuaginta dexteram appellant & sinistram. Nihil igitur indignabundus patriarcha loquitur, optionem desert minori, vtilitatem proximi propriis commodis anteponit. Melius est nanque salua charitate separari, & seorsum morari, quàm cum charitatis & pacis detrimento, simul corpore habitare. Sic enim & Paulus & Barnabas M
ab inuicem separati sunt.

Cap.10.

Mystice. EVCHERIVS. Verum hæc iuxta literam, sed iuxta spiritum, Abram qui interpretatur excelsus pater, quem alium significat, nisi dominum Iesum Christum, qui ait per prophetam, Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis, & cui omnes fideles supplicant dicendo, Pater noster qui es in cœlis? Qui rite excelsus dicitur, quia ipse habitat in cœlis, sicut psalmista de illo testatur, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Loth verò qui interpretatur declinans, significat populum Iudæorum, qui declinauerunt ab illo, qui est via, veritas & vita, & claudicauerunt à semitis suis. Pastores Abræ, significauerunt sanctos Apostolos, oues cæteram multitudinem fidelium, de quibus ipse ait, Oues meæ vocem meam audiunt. Et iterum, Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Pastores autem Loth, præfigurauerunt scribas & pharisæos, non quia hoc erant, sed quod falso se hoc esse iactabant, quos dominus non appellat pastores, sed fures & latrones. Iurgium

pastorum

A pastorum quid aliud significauit, nisi conflictum vtriusque partis, piæ & impiæ? Substantia eorum, populi multitudo, fidelium & infidelium, piorum & impiorum. Illud verò quod dixit Abram ad Loth, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, recede à me obsecro, Ecce vniuersa terra coram te est, si tu ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Quid per dexteram & sinistram, nisi vtrunque significatur testamentum, de quo ait ecclesia in Canticis Canticorum, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me? Quasi enim in dextram partem declinauerunt Iudæi, quando ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non fuerunt subiecti. Sed ille quasi sinistram elegit, quando ait, Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et iterum, Amen dico vobis, quia gaudium erit in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Sed sinistram iterum illi elegerunt, quando dixerunt, Hic homo non est à deo, qui sabbatum non custodit. Et ad Pilatum, Hic si non esset malefactor, non eum tibi tradidissemus. Sed dominus ite- B
rum in suis prædicatoribus dexteram elegit, quando post suam resurrectionem præcepit, dicens, Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et iterum, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. ORDINARIA ET INTERLINEARIS. Vel dum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Et iterum, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. ORDINARIA ET INTERLINEARIS. Vel rixa inter pastores Loth & pastores Abræ, controuersiam significat inter pastores catholicos, & subuersores hæreticos. Vnde & Loth hæresiarchas significat, qui declinans interpretatur, & circa Iordanem, id est descensum, regionem sibi elegit. Pastores eius, hæreticos & schismaticos, qui pulchra & decliuia petunt, nec in monte cum Moyse ascendunt ad dominum, pacem & vnitatem contemnentes, & optionem quo volunt eundi accipiunt, & gratiam fugientes, libero arbitrio se committunt. Pastores verò Abræ, catholicos doctores significant, qui hæreticos etiam localiter fugiunt, secundum illud ad Titum tertio, Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, & hoc inter gentes Chananæi & Pherezæi, in terra scilicet promissionis, quia inter catholicos & hæreticos quorum sit regnum cœlorum, solet esse contentio. RVPERTVS. Nec in- C
congrue Loth, quanuis in persona sua iustus fuerit, typum tamen gerit vitiosæ multitudinis aut hæreticorum, nam & in euangelio Lazarus amicus est domini, sicut testatur ipse, dicens, Lazarus amicus noster dormit, & tamen eadem dormitione sua vel quatriduana sepultura, typum gerit peccatoris iam consuetudine nequitiæ inueterati, iamque mala opinione fœtentis. Ioan.11.

LEuatis itaque Loth oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur ante- 3
quam subuerteret dominus Sodomam, & Gomorram, sicut paradisus domini, & sicut Aegyptus ue-
nientibus in Segor. Elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente, diuisi-
que sunt alterutrum à fratre suo. Abram habitauit in terra Chanaan, Loth verò moratus est in oppidis D
quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram domino nimis.

CHRYSOSTOMVS. Oportebat fratruelem, cum tantam experiretur æquitatem patriarchæ, parem 3
rependere honorem, & ei potius voluntatis electionem concedere. Solemus enim ferme cuncti homines, si obluctantes videamus, & contra nos litigaturos, ac contendentes in primum locum ascendere, non ferre nos inferiores esse, neque eis cedere, quos si cedere viderimus, & verbis idoneis potestatem omnem nobis permittere, quasi reuerentes magnam mansuetudinem, & à contentione desistimus, & iterum obsistentes, omnem vicissim potestatem concedimus, etiam si minores esse videantur ij, qui nobiscum litigant. Debebat igitur & Loth hoc facere, vtpote iuuenis, & cui negatum concupiscere plura posse. Atqui ipse primas partes (vt puta- E
uit) arripit, & electionem facit, vnde ait. *Eleuatis itaque Loth oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorram, sicut paradisus domini, & sicut Aegyptus uenientibus in Segor.* AMBROSIVS. Plerúnque possessiones obueniunt hæreditariæ, aliæ vtiliores, aliæ amœniores. Non vtique in portione secundæ sunt, nam incipit minui singularum meritum. Sed si non queunt partes de vtilioribus conuenire, conferantur amœnæ vtlioribus. Diuersa hominum ingenia sunt, alios vtilia, alios amœna delectant. Infirmior amœniora eligit, vtiliora fastidit. Villicus nonnunquam vtilis est, vel actor agri confertur vrbano. Si insipiens sit electror, aut cocum eligit, aut vocalem, quem venustioris gratiæ putat, refutat vtiliorem. Plerunque etiam vbi fructus impares sunt, prudentior amœniora declinat. Cito inuidiam mouent, cito in se excitant mentem auari. Hic tamen nihil dixit scriptura de eo quod alia pars vtilior, alia amœnior fuerit, ne studio Abram cœpisse oculos adolescentis videretur. Amœnam partem vnam descripsit, non addidit alteram vtiliorem. Necesse erat vt de tota regione duas partes faceret, deinde præsentia non absentia di- F
uidebat. Vna regio capere vtrunque non poterat. Quod potuit summæ esse iustitiæ, electionem obtulit, Loth amœnam elegit, quæ cito prædonum oculos incurrit. CHRYSOSTOMVS. Vidisti virtutem iusti ex- 3
cellentem, quomodo radicem malitiæ ne germinare quidem permisit, sed statim cum iam oriretur, funditus execuit & aboleuit, multa vsus lenitate, & indicibilem temporalium contemptum præ se ferens, declarauitque omnibus, quomodo pacem habere, & à contentione liberari, omni substantiæ suæ præferret. Nam vt ne quis condemnet iustum, quasi ingratum circa Loth futurum, & quod quem è domo sua eduxerat, in terra aliena, nunc ab habitatione eiiceret, neque putet ipsum inimicitiarum gratia hæc facere, sed vt discamus omnes, quod pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit, neque molestè tulit, quod prima ferret, vt omnibus notum foret, quomodo mens sua ad pacis charitatisq; scopum spectaret potissimũ. Præterea & aliud quoddã mysteriũ iam antea dispensabatur, quomodo multa sunt facta. Et quod Loth rebus ipsis eruditetur, quam indigne electionem sumpsisset, & vt discerent Sodomitæ virtutem Loth, & separatione facta, promissionem patriarchæ datam euen-

 tu compleri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu compleri,qua dictum est ei,Tibi & semini tuo dabo terram hanc, id quod paulatim procedendo videbimus, G
diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Est autem Iordanis fluuius diuidens Iudæam, Arabiam, & Aulonem, qui vsque ad mare mortuum fluens, post multos circumitus iuxta Hierico mortuo commixtus mari, nomen amittit. Sodoma verò, ciuitas impiorum diuino igne consumpta, iuxta mare mortuum. Gomorra quoque vna de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ cum reliquis diuina vltione subuersa est. Segor verò quæ & Bala & Zoara, vna & ipsa de quinque ciuitatibus Sodomorum, ad preces Lot de incendio reseruata, quæ vsque nunc ostenditur. Meminit huius & Esaias in visione contra Moab. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod autem terra Sodomorum & Gomorræorum antequam deleretur, comparatur paradiso dei, eo quod erat irrigua, vt terra Aegypti, quam Nilus irrigat: satis (vt opinor) ex hoc loco ostenditur, quomodo oporteat intelligi ille paradisus, quem plantauit deus, vbi constituit Adam. Quis enim alius intelligatur paradisus dei non video, & H
vtique si arbores fructiferæ in paradiso virtutes animi accipiendæ essent, sicut nonnulli existimant, nullo corporali in terra paradiso veris lignorum generibus instituto, non diceretur de ista terra, sicut paradisus dei.
GLOSSA GRAECA ET ORDINARIA. Hinc igitur manifestum fit, paradisum terrestrem, non spiritalem, sed sensibilem fuisse, cui comparatur terrena irrigatio, alioqui comparatio hæc absurda esset. Hæc enim regio plana erat, & campestris, & irrigata Iordane fluente, sicut Aegyptus Nilo, tanquam hortus delitiosus & irriguus. CAIETANVS. Ordo literæ est, quæ vniuersa regio irrigabatur venientibus in Segor, hoc est, ex ea parte qua in Segor venitur, sicut paradisus domini, & sicut Aegyptus, antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorram. Et describitur irrigatio, tum à tempore, ante subuersionem Sodomæ, tum à situ, veniendo in Segor, tum à similitudine, & paradisi terrestris de quo scripserat supra, quod irrigabatur fluuio, & terræ Aegypti, quam viderant filij Israël quos docebat irrigari flumine Nili. AVCTOR CATENAE. Vr- I
bes has Hebræi, Sedom, Amora, & Zoar nuncupant. Indicat igitur scriptura sancta excellentiam amœnitatis ac fœcunditatis regionis seu planiciei illius (vtrunque enim significat dictio כִּכַּר chicar) cunque paradiso domini illam comparat. Simul quoque virtus magnanimitatis in Abram declaratur, qui eam contemnere potuerit fratris causa, vtque iudicij diuini seueritas innotescat, qui sulphuris diluuio illam subuertit ob otium & libidinem. *Elegitque Loth sibi regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente, diuisique sunt alterutrum à fratre suo.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum explicatur & quantitas & qualitas, dicendo, Totam planitiem Iordanis, & recessit ab Oriente. Situs illius planitiei relatiue ad locum vnde recessit, describitur, Erat enim locus ille Orientalis respectu planiciei Iordanis. AVCTOR CATENAE. Et verum quidem est, in Hebræo scribi כָּל כִּכַּר הַיַּרְדֵּן col chicar haiarden, Elegit omnem regionem seu planitiem Iordanis, & ita est in Septuaginta & Chaldaica. Apud quam aduertendum, quod apud nos est, Et recessit Loth ab Oriente, haberi, Et profectus est Loth prius. Quasi innuat, Loth ante Abram recessisse electione statim facta. קֶדֶם kèdem siquidem, & Orientem, & K
antè, seu primum significat, Septuaginta, ἀπὸ ἀνατολῶν, Ab Oriente habent. Inciuilior igitur quidem erat ad auunculum Loth quàm decuit, sed dispensatione dei, cuius prouidentia liquido in hoc facto apparuit. Sic eligebat ignorans, ob irreuerentiam & priuatum amorem puniendus suo tempore. Forte terram quæ Abræ promissa erat, & denuo promittenda erat, Loth eligere à domino non est permissus, qui hominum voluntates & arbitria quandoque quo vult vertit & inclinat. *Abram habitauit in terra Chanaan. Loth verò moratus est in oppidis quæ*
Cap.13. *erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis.* GREGORIVS IN PRIMO MORALIVM. Dicitur vbi habitauerit Loth, vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuerit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris est culpæ, inter bonos bo-
2.Pet.2. num non esse, ita immensi est præconij, bonum etiam inter malos extitisse. Hinc Petrus magnis Loth laudi-
conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iusti L
iniquis operibus cruciabant. Qui nimirum cruciari non posset, nisi praua propinquorum opera, & audiret & cerneret. Et tamen aspectu & auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita, non delectando iusti aures atque o-
Philip.2. culos, sed feriendo tangebat. Hinc Paulus discipulis dicit, In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos
Apoc.2. lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Pergami ecclesiæ dicitur, scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & te-
Cant.2. nes nomen meum, & non negasti fidem meam. Hinc sancta ecclesia sponsi voce laudatur, cum in amoris cantico dicitur, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. CAIETANVS. Abram habitauit in terra Chanaan, hoc est, in territorio oppidi Chananæi. Quanuis possit intelligi Chanaan terra communiter, pro terra communi. Filiis Chanaan filij Cham, nam in capitulo decimo terminus Chananæorum describitur vsque ad Sodomam & reliquas ciuitates huius planitiei, vt inde habeatur, quod extra terram Chanaan erat ista planities in qua habitauit Loth. Loth verò moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem. Iuxta Hebræum habetur, in ciuitatibus planitiei. Quæ sunt illæ quattuor quas postea subuertit dominus. Et
habitauit in Sodomis. Iuxta Hebræum habetur, Et tetendit tentorium vsque Sedom. Non dicitur quod habi- M
tauerit in vrbe Sodomæ, sed quod extendit tentorium suum illucusque, hoc est, quod habitauit in campestribus iuxta ciuitatem Sodomæ, quæ Hebraicè appellatur Sedom. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est huiusmodi: וְלוֹט יָשַׁב בְּעָרֵי הַכִּכָּר וַיֶּאֱהַל עַד סְדֹם Velot iasab beare hachicar, vaiceehal ad Sedom, Et Loth habitauit in vrbibus planitiei siue campestribus, & tetendit tabernacula vsque ad Sodomam. Ita habet & Chaldaica. Alij, Et tetendit tabernaculum siue tentorium suum in Sodomis, vertunt, est enim dictio עַד ad, quæ & vsque ad, & in significare potest. Cui sententiæ & interpres Latinus adhæsit, & Septuaginta habentes, ἕως δὲ κατῴκησεν ἐν γῇ τῶν περιχώρων, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν σοδόμοις, Loth autè habitauit in terra finitimorũ, & habitauit in Sodomis. Nec spernenda lectio hæc, nam manifesto liquebit in sequẽtibus, habitasse in Sodomis Loth, ibiq; habuisse domicilium. *Homines autẽ Sodomitæ pessimi erant, & peccatores corã domino nimis.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et viri Sodomorũ mali & peccatores in conspectu dei vehemẽter. Superflue hic in Septuagin
ta inter-

A ta interpretibus additum est, In conspectu dei, siquidem Sodomorum coloni apud homines mali, & peccatores erant. Ille autem dicitur in conspectu dei peccator, qui potest apud homines iustus videri, quomodo de Zacharia & Helisabet in præconio ponitur, quod fuerint iusti ambo in cõspectu dei. Et in psalmo dicitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. GLOSSA GRAECA. Homines igitur Sodomitę mali erant & peccatores. Quantum ex lectione scripturarũ colligere potuimus, πονηρός, id est malus is est, qui sponte & de industria, atq; ex animi sententia peccat, ἁμαρτωλὸς vero, id est peccator, qui voluptate quadam inductus peccat, vtrunque autem Sodomitæ erant, vt ex litera nostra patet. CHRYSOSTOMVS. Vides Loth tantum spectantem terræ naturam, & non aduertentem inhabitantium malitiam? Quæ enim vtilitas, dic oro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autem adeo mali? Quid damni ê solitudine & infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim & summa bonorum est, inhabitantium gratitudo. Cæterum Loth ad vnum tantum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis volens habitantium illic malitiam, dicit, Homines au- B
tem Sodomitæ mali erant, & peccatores coram deo valde. Non solum (inquit) mali, sed peccatores, & non simpliciter peccatores, sed & coram deo, hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas, idcirco & subdidit coram deo valde. INTERLINEARIS. Vel coram domino dictum est, tanquam cui puniendum crimen committitur. Nam & hominibus manifestum crimen, sed non puniendum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Mali & peccatores ad dominum valde. Carent Hebræi superlatiuis nominibus, & propterea ad significandum superlatiua, adiiciunt aduerbium valde. Et ex eo quod relatiue ad deum dicuntur valde mali & peccatores. Significatur quod aduersus ius naturæ valde peccabant. Erant mali hominibus, & declinabãt à recto naturali, vt eorum venerea contra naturam testaptur. AVCTOR CATENAE. Homines autem Sodomitæ, & cætera. Hebraica veritas habet וְאַנְשֵׁי סְדֹם רָעִים וְחַטָּאִים לַיהוָה מְאֹד Veanše sedom raim vehattaim ladonai meod, Et viri Sodomitæ pessimi, & peccatores domino valde. Chaldaica hoc in loco expositoris fungitur officio, habet enim, Vi- C
ri aũt Sodomitæ erant iniqui cũ suo mamona, & pessimi in corporibus suis corã domino nimis. Septuaginta, οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ὢν σοδόμοις πονηροὶ & ἁμαρτωλοὶ φαυτίον του θεοῦ σφόδρα. At homines qui in Sodomis, mali & peccatores coram deo nimis. Pessimi igitur dicuntur & peccatores domino, vel corã eo nimis, quia mira erat illorũ nequitia, superbia scilicet, saturitas panis, otium, crudelitas ad egenos. Vrgebat eos iudicium dei, in proximo complenda erant illorum crimina, iamq; ad conspectum domini ascenderant. Iustus ergo mittitur ad eos, occasionẽ præbiturus iusto iudicio impendenti, vt sibi summopere timeant impij vitiis assueti, si vir dei quispiam ipsis meliora persuadens mittatur, quem non suscipiant. Sed quæritur hic, cur Loth iustus, inter pessimos Sodomitas habitationem elegerit? De ipso enim in secunda sua canonica dignissimus Apostolorum princeps, quòd aspectu & auditu iustus fuerit, testimonium perhibet. Dici potest, nescisse illum quando inter eos habitare elegit & cœpit, eorum scelera & flagitia. Vel dispensatione diuina id factũ, quo iusti virtus magis exerceretur, & per illorũ prauitatem nequissimam ostenderetur. Ad hoc vt exemplo eius & nos non peruerti ab impiis discamus. Demum vt D
Sodomitæ eius virtutibus ædificarentur. Deus enim qui neminem vult perire, populis illis doctorem & prædicatorem exhibere voluit, cuius optimis moribus, & actionibus eruditi, à sceleribus pessimis abstraherentur.
CHRYSOSTOMVS. Didicistis charissimi eximiam patriarchæ modestiam, vidistis lenitatem egregiam. Neq; enim erat rex vulgaris, quod senex quem omnium dominus tantis prosequutus fuerat beneficiis, tantàque gratia frui fecerat, pari honore dignaretur iuuenem, & fratris filium, & primatu illi cederet, inferioraq; ipse deligeret, nihilq; non faceret, quo bellum impediret, & contentionis materiam è medio tolleret. Hunc omnes imitari studeamus, & nunquam super proximum extollamur, nunquam de nobis sublimia sentiamus, sed modestia consPicui, cedamus aliis, & inferiores haberi conemur, tam verbis, quam operibus. Neque enim vnquam eis qui nobis iniuriam faciunt aduersemur, etiam si prius multum in illos contulerimus beneficiorum. Hæc enim optima est philosophia. Neque contumelia affecti feroces simus, etiam si contemptiores & magis inopes nobis sint, qui nobiscum contendunt, sed mansuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil enim illa potentius, ni- E
hil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis ac quietis occasio nobis est. Eapropter & Christus diuina illa docens, dicebat, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, inuenietisq; requiem animabus vestris. Nihil enim animam ita in tranquillitate & quiete esse facit, vt mansuetudo & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est vtilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid enim beatius, quàm intestino liberari bello? Nã quanuis plurima pace & cura externa fruamur, si intra nos cogitationum nascatur tempestas, tumultus & seditio, nihil externa pax nobis proderit. Sicut & neq; miserabilius est aliquid ciuitate, quæ licet præsidiis & muris bene sit munita, intus tamen ciues foueat proditores. Hoc igitur obsecro, vt ante omnia nobis sit curæ, quomodo animam à turbulentia vindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni liberemus amaritudine, quo & ipsi multa fruamur quiete, & iis qui familiarium nobiscum habent, simus blandi. Hoc enim certissimum signum, quo internoscitur honore insignitus, si tatem manSuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus & quietus, si non quasi seruus ducatur & trahatur, aut ab ira, aut ab F
aliis affectionibus, sed ratione vincat internos illos incompositos motus, nobilémque suam generositatem seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et vt discas, quantum mansuetudinis & lenitatis sit robur, & quod sola hæc virtus sufficiat, se colentem diligenter, ineffabilibus laudibus dignum reddere, audi beatum Moysen hinc potissimum prædicari, & ex hac ei coronam plecti. Et Moyses (inquit) erat mitissimus omnium hominum qui super terram. Vidisti encomij magnitudinem? Omni eum humano generi parem pronunciat, imò omni hominum generi præfert. Et iterum de Dauid dicit scriptura, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Hinc patriarcha sibi maiorem cœlitus conciliauit beneuolentiam, & afferẽs quæ sua erant, à miseri- corde deo maiora assecutus est. Talis enim est dominus noster, vt si quando vel paruum quid attulisse nos videRit, largissimas suas nobis remunerationes suppeditet, tantamq; præ se ferat liberalitatem, vt ea quæ à nobis sunt facta, multis numeris à nouis suis beneficiis vincantur. Et hoc in omnibus nostris factis inueniet quis ab eo fieri. Quid enim dic mihi, vilius duobus obolis? Attamen quia vidua illa duos obolos in corbonam misit, inde cele-
bris facta

Lucæ.1. Psalm.142.

Matth.11.

Numer.12. Psalm.131.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 10. bris facta est ab eo tempore vsque in præsens toti mundo. Et quid dico duos obolos? Etiam si quis calicem aquæ G
frigidæ præbeat, & pro eo magnæ decernuntur retributiones. Semper enim coronat eos, qui virtutem operantur, iuxta operantium voluntatem.

Mystice. EVCHERIVS. Quod vero Loth recessit ab oriente, & elegit sibi regionem circa Iordanem, quid aliud significauit, nisi quod Iudaicus carnalis populus, relicta pollicitatione cœlestium, totam spem suam defixit in amore tẽporalium rerum? Et postmodum quod habitauit in Sodoma, hoc significauit, quod peior effectus est, quàm
gentes quæ ignorãt deum, dummodo quem illæ ignorant, hi blasphemant. Impletumq; est illud quod psalmista
ex eorum persona cecinit, dicens, Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuẽtionibus suis.
ALCVINVS. Quemadmodum etiam diuisi sunt alterutrum à fratre suo, Abram & Loth, sic hæretici &
1. Ioan. 2. catholici tam locis quam moribus ab inuicem separantur, ob quod & dilectus Apostolus, A nobis exierunt (inquit)
sed non erant ex nobis. RABANVS. Potest siquidem secundum allegoriam in pastoribus Loth qui plani- H
tiem terræ Sodomorum, & locum voluptuosum elegerunt, & hæreticorum turba accipi, qui voluptatibus præsentis vitæ dediti, atque eorum catenis vincti, declinant à via veritatis, & consortium Christi, catholicæq; fidei
vnitatem habere spernunt. Quod bene nomen Loth exprimit, interpretatur enim vinctus vel declinatio.
AVCTOR CATENAE. Denique eligunt imperfecti decliuiora, valles & terrena. Abram & sibi similes sanctis, montana inhabitare malunt, & Hierosolymæ ciuitatis confinia sibi cupiunt.

4 *Dixitque dominus ad Abram postquam diuisus est ab eo Loth, Leua oculos tuos, & uide à loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum poterit numerare. Surge ergo, & perambula terram in longitudine & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.* I

4 CHRYSOSTOMVS. Quia Abram multam præsetulit mansuetudinem, & Loth suo primatu cessit, omnem ei eligendi facultatem dans, ipsecq; minorem partem voluit, modo auferretur omnis contentio, vide quantam statim mercedem à deo consequitur, & quomodo adhuc maiori retributione vt per omnia multum abundet, patriarcham dignatur deus. Sciebat nempe ille, cedentem minoribus, assequuturum maiora. Videamus ergo
ex recens lectis quæ sint hæc. Dixitq; (inquit) *dominus ad Abram postquam diuisus est ab eo Loth, Leua oculos tuos, & uide à loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera habet, mare pro occidente. Quatuor climata mundi posuit, orientem, & occidentem, septentrionem, & meridianũ. Quod autẽ in omnibus scripturis legitur, hic semel dixisse sufficiat, mare semper pro occidente poni, ab eo quod K
Palęstinæ regio ita sita sit, vt mare in occidentis plaga habeat. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo
diuina scriptura acceleratam dei prouidentiam & retributionem iusto factam demonstrat, volens nos docere,
quantum approbata fuerit à misericorde deo patriarchæ humilitas. Postquam dixit, Separatus est Loth, & abiit
in terram quam elegit, vt in præstantiorem, statim subdidit, Et dixit deus Abræ. Deinde vt diligenter discamus
quod deus remunerauerit eum pro iis, quæ in Loth collocauerat, hæc addidit, Dixitq; dominus ad Abram post-
quam diuisus est ab eo Loth, quasi manifeste hæc verba dicẽs, Cessisti ob tuam mansuetudinem regione melio-
re & amœniore fratris filio, & eximiam præ te tulisti humilitatem, tantamq; pacis habuisti curam, vt nihil nó po-
tius delegeris, quam esse inter vos contentiones, ea propter largas illas à me retributiones accipe. Parte terræ (in-
quit) cessisti, Ecce ego totam tibi terram polliceor, neq; hoc solum, sed etiam semini tuo eam perpetuo polliceor.
Isdem autem verbis vtitur misericors dominus, quibus & patriarcha cessionem fecerat. Nam sicut ille dicebat
nepoti, Ecce vniuersa terra coram te est. Recede à me obsecro, si tu ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo, si tu
dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Ita & dominus dicit, Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nũc es, L
ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam cõspicis tibi dabo, & semini tuo
vsque in sempiternum. Hic quæso animaduerte excellentem dei munificentiam. Dicit enim, Tu quidem dato il-
li electionis arbitrio, ea, quam ille voluit eligere, terra cessisti, relictam autem ipse apprehendisti: Ego vero tanta
te liberalitate prosequar, vt omnem quam ante oculos tuos terram vides sitam, ex vtroque latere dextro & sini-
strо, à septentrione & meridie, ab oriente & occidente, & in summa, omnem terram quam vides, tibi sum con-
cessurus, & semini tuo vsq; in seculũ. Vidisti quomodo certat deus beneficiis? Vidisti dignam diuina bonitate mu
nificentiam? Vidisti quantis cessit, & quanta est assequutus? Hic erudiamur, vt magna in dandis eleemosynis lar-
gitate vtamur, quo datis paruis, adipiscamur magna. Quomodo enim paria sunt dic obsecro, dare parum argen-
Matth. 25. ti, & obtinere peccatorum remissionem? pascere esurientem, & in die illa horribili fiduciam assequi, & audire ver
ba nulli regno conferenda, Esuriui, & dedisti mihi manducare? Num qui tibi tantam rerum dedit vbertatem, po M
tuit & illius inopiam leuare & solari? Potuit inquam. Sed hac de causa reliquit illum inopia vexari, vt & ipse pa-
tientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemosynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Itaque dum
cogitas, quod propter te & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans, fame perit, ne absque misericor-
dia transeas, sed esto fidelis eorum quæ tibi à domino concessa sunt bonorum dispensator, vt adiutus illius penu-
ria, tibi supernam reconcilies gratiam. Et glorifica dominum tuum, quod propter te & salutem tuam, permittat
illum in paupertate versari, vt tibi via pateat per quam peccata possis abluere, & dispensatis bene iis quæ à domi-
Matth. 25. no tibi sunt concessa, laudes illas mereare, quæ omnem sermonem & rationem transcendunt. Audies enim, Ser-
ue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, ingredere in gaudium domini tui. Talia
animaduertentes, ita respiciamus pauperes quasi operarios, qui occasiones salutis dare nobis possunt, & eis largi-
ter, hilariq; promptitudine communicemus, nunquam renuentes dando, sed magna lenitate cum eis colloquen-
tes, & mul-

A tes, & multam mansuetudinem declarantes. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo vsque in seculum. Quæritur hic, quomo
do intelligatur tantum terræ promissum esse Abræ & semini eius, quantum poterat oculis circunspicere per qua
tuor cardines mundi. Quantum est enim quod ad terram circunspiciendam acies corporalis visus possit attin-
gere? Sed nulla est quæstio, si aduertamus non hoc solum esse promissum, non enim dictum est, tantum terræ da
bo tibi, quantum vides, sed tibi dabo terram quam vides. Cum enim & vlterior vndique dabatur, profecto hæc
præcipue quæ videbatur, dabatur. IDEM XVI. DE CIVITATE DEI. Terram autem certe illam so- Cap. 21.
lam significatam quæ appellata est Chanaan, nemo ambigit, quam prius populus accepit Israël semen Abræ secũ-
dum carnem, non illud latius semen secundum fidem. Sed quod dictum est, Tibi dabo eam & semini tuo vsque
in seculum, potest mouere nonnullos, si vsque in seculum intelligant in æternum. Si autem seculum hoc loco sic
accipiant, quemadmodum fideliter tenemus, initium futuri seculi, à fine præsentis ordiri, nihil eos mouebit, quia
B etsi expulsi sunt Israëlitæ de Hierosolymis, manent tamen in aliis ciuitatibus terræ Chanaan, & vsque in finem
manebunt, & vniuersa terra illa cum à christianis inhabitatur, etiam ipsum semen est Abræ. CAIETANVS.
Tertia apparitio dei facta Abrę. Tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. Non est sensus quod ipse Abram
in propria persona esset possessurus terram illam, quia nec passum pedis dedit illi deus ibidẽ, sed est sensus, quod
ratione tui dabo semini tuo omnem hanc terram. Quod autem dicit in sempiternum, non significat veram sem-
piternitatem, sed coæuitatem, respectu seminis eius. Et est sensus, quod quandiu erit semen tuum, dabo ei terram
hanc. Vnde cum semen Abræ desiuit esse semen Abræ, perdidit terram illam. Et primum quidem pro magna par-
te, cum inde translatæ sunt decem tribus, deinde ex integro, cum destructa est Hierusalem à Nabuchodonosor,
& demum sine spe recuperationis, cum quæ regressæ fuerant reliquiæ, perdiderunt totum occiso Messia, quia pe-
nitus desierunt esse semen Abram. Effecti sunt enim semen diaboli, dicente domino Iudæis asserentibus se habe-
re patrem Abraham, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, vos ex patre diabolo estis. AVCTOR CA.
C Resecatis ergo dissensionum causis, recuperata quoque pace, & mente trãquillata, deus Abram alloquitur, & pro
portione modica terræ, quam ex charitate reliquerat, totius terræ iterum hæreditatem promittit vsque in seculũ,
vel in sempiternum. Vtrunque enim significat dictio עוֹלָם olam. Non quod sine fine Chananaicam terram Abræ
posteris promittat, sed admodum longo tempore, hoc est, vsque dum in vnius veri dei cultu perseuerarent. Vel
donec plura daret ac maiora, quàm auderet petere vel sperare. Omnem enim totius orbis terram possident filij fi
dei Abræ, expectantq; æternam viuentium, cuius hæc inferior figura proposita est & signum. CHRYSOST.
Sed ne respiciens Abram ad naturam & senectutem suam, Saræq; sterilitatem, promissionem minus curaret, sed
bene fideret pollicentis virtuti, inquit, *Faciamq; semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerẽ*
terræ, & semen tuum poterit numerare. Vere supra naturam humanam est hæc promissio, non solum promisit se fa-
cturum eum patrem inter tot impedimenta, sed in tantam multiplicaturum filiorum numerositatem, vt terreno
D pulueri coæquentur. Et innumeram multitudinem ac valde præstantem fore, tali similitudine declarare voluit.
Attende autem quomodo misericors deus paulatim virtutem patriarchæ exerceat. Nam hucusq; ei promissiones
sermonibus fecit tantum, intercedit tamen inter rem & promissiones multum temporis, vt religiosam illius mẽ
tem, & ineffabilem dei virtutem discamus. Data enim opera differt ac moratur, vt cum in profundam venerint
senectam, & de humanis viribus (vt ita dicam) omnino desperauerint, tunc suam sciant infirmitatem, & cogno-
scant inenarrabilis potentiæ dei eminentiam. Hoc loco expendas quæso à temporis tanta intercapedine, quam
solida fuerit iusti mens, quomodo humanis omnibus præteritis, ad potentiam eius qui pollicitus erat respexerit.
Non impatiens erat, non turbabatur. Scitis enim quod plerunque quando quis semel atque iterum pollicetur, &
promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum iis, quæ iterum promittit, id quod in homine non iniu-
ria locum habet. De deo autem qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiam
si innumera intercedant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus, firmandaq;
est ratio, & sciendum quod omnia quæ ab illo sunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est quod
E morari queat eius promissiones. Quoniam deus est cui omnia sunt possibilia, & idcirco quorsumcũque vult, res
transfert, & vbi non sunt viæ, inuenire scit vias, & desperatos in bonam spem adducit, quo excellentia potentiſ- Cap. 22.
simæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE
DEI. In hac promissione vtrum sit etiam illa qua pater factus est omnium gentium, non euidenter apparet.
Potest enim videri ad hoc pertinere, quod ea locutione dictum est, quam Græci dicunt hyperbolen, quæ vtique
tropica est, non propria. Quo tamen modo, vt cæteris tropis vti solere scripturam, nullus qui eam didicit, ambi-
gит. Iste autem tropus, id est modus locutionis fit, quando id quod dicitur, longe est amplius, quàm quod eo di-
cto significatur. Quis enim non videat, quod sit incomparabiliter amplior pulueris numerus, quàm potest esse o-
mnium hominum ab ipso Adam vsque ad terminum seculi? Quanto ergo magis quàm semen Abræ, non solum
quod pertinet ad Israëliticam gentem, verum etiam quod est, & futurum est, secundum imitationem fidei toto
F orbe terrarum in omnibus gentibus? Quod semen in comparatione multitudinis impiorum, profecto in paucis
est, quanuis & ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinem suam, quæ significata est secundum hyperbolen,
per arenam terræ. Sane ista multitudo quæ promittitur Abræ, vbi est expressa promissio, non secundum carnem,
sed secundum spiritum, plurimorum filiorum, congruentius arenæ multitudini comparatur. Verum potest hinc
intelligi vtriusque rei facta promissio. Sed ideo diximus quod non euidenter appareat, quia & illius gentis vnius
multitudo, quæ secundum carnem nata est ex Abram, per eius nepotem Iacob in tantum creuit, vt pene omnes
partes orbis impleuerit. Et ideo potuit & ipsa secundum hyperbolen arenæ multitudini comparari, quia & hæc
sola innumera est homini multitudo. RVPERTVS. Hoc autem de solo semine illo accipiendum, cui ter- Nume. 23.
ram illam quam nunc demonstrabat dominus, erat daturus, quanuis & aliæ gentes de carne Abræ ortæ sint, vt
Agareni, vt Madian, vt Idumæi. Nam & Balaam hoc in prophetia sua tali modo confirmat, Quis (inquit) dinu-
merare posset puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israël? Sed quid ad hanc gentem pro multitudine cõpa-
rari

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deute. 7. rari innumerabili terræ pulueri, cum testante Moyse (vt superius dictum est) cunctis populis pauciores fuerint? G
Non ergo ad comparationem cæterarum gentium, sed ad quantitatem electorum qui ex illa gente futuri erant, hoc est referendum, quia videlicet cum soli electi pertineant ad numerum, gens autem illa maxima ex parte reprobata, vacuum nobis fecerit locum, bene pulueri terræ comparati sunt, quem dinumerare nobis quidem impossibile, deo autem iudicetur superfluum, apud quem soli electi noti sunt. CAIETANVS. Vide & hic progressum. Prius promiserat, faciam te in gentem magnam, modo augendo dicit, sicut pulueren terræ innumerabilem. AVCTOR CAT. Si quis potest hominum numerare, & cætera. Hanc eandem sententiam Chaldaica negatiue protulit, videlicet, sicut enim non est possibile viro numerare pulueren terræ, sic filij tui non numerabuntur. Innumerabilem igitur seminis sui multitudinem promittit dominus iam sæpe seni, nondum vel vnum habenti filium, interim non trepidat fidelis, de fide, potentia, veritate & amicitia dei. AVGVSTINVS IN QAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed ne putaret etiam ipse Abram, hoc solum promitti terrarũ quod aspicere vel circũspicere posset. *Surge ergo* (inquit) *& perambula terram in longitudine & latitudine sua,* H *quia tibi daturus sum eam.* Vt videlicet perambulando veniret ad eam, quam oculis vno loco stans, videre non posset. Significatur autem (vt diximus) ea terra, quam prius populus accepit Israël semen Abræ secũdum carnem, non illud latius semen secundum fidem, quod ne taceretur, dictum est ei futurum sicut arenam maris, secũdum hyperbolen quidem, sed tamen tantum, quod numerare nullus posset. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo in rebus omnibus certitudinem summam & ineffabilem iusto inserit, dicit enim, Surge, & perambula terram, & cętera, vt scire possis, & magnitudinem terræ qua fruiturus es, & antequam fruaris, spe pastus, magnam inde animi voluptatem hauries. Nam quantumcunque terrę circumieris, tibi dabo, vt scias beneficij mei magnitudinem, & quod non tantum dimiseris, quantum accepturus es. Ne igitur putes, quod minorem terram tu sortitus sis, quoniam Loth arripuit quæ prima sibi visa est, & potior. Scies enim non multo post rebus ipsis, quam nihil profuerit ei potioris terræ electio, & ipsemet discet, quantum malum est primatum amare. Tu autem nunc I accipe modestiæ & clementiæ quam erga fratris filium declarasti mercedem, & iam cognosce terram omnem eius dominus es, & non multo post & ipse tu & semen tuum in æternum possidebitis. Magna diuinæ promissionis magnitudo. Magna nostri omnium domini, (vt vincat beneficiis) liberalitas. Magna mercedis præstantia, quam dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascendo semini. INTERLINEARIS. Vel quia tibi daturus sum eam, id est his qui de te nascentur. CAIETANVS. Surge & perambula terram, & cætera, An imperãdo, an prædicendo futuram perambulationem per eius semen, hæc verba dicta sint, perspicuum non est. Si tamen imperatiue intelliguntur, perambulandum esse reliquum terræ duntaxat iubetur. Lustrauerat enim non paruam partem. AVCTOR CATE. Quia tibi daturus sum eam. Abundant apud Septuaginta, καὶ τῷ σπέρματί σου εἰς ἀρὰς δώσω. Et semini tuo in seculum. Et sumpta videntur hæc de loco pauloante prænia oculis conspiciat, & circunquaque eam perambulando contempletur.

Mystice. HIERONYMVS DARDANO. Quæris Dardane quæ sit terra repromissionis, quam Iudæi redeuntes K
ex Aegypto possederunt, cum à maioribus eorum iam fuerit ante possessa, ac proinde non sit promissa, sed redditа. His enim verbis veteris in calce epistolæ tuæ. Quod interrogans, videris illud sentire, quod plurimis nostrorum
Psalm. 26. placet, aliam repromissionis terram esse quærendam, de qua & Dauid loquitur in psalmo, Credo videre bona do
Matth. 5. mini in terra viuentium. Et dominus in euangelio, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Vtique Dauid quando hæc cantabat in spiritu, in terra repromissionis erat, & non solum in Iudææ finibus morabatur, sed mul-
Psal. 59. & 107. tarum in circuitu nationum victor extiterat, quæ à torrente Aegypti, qui est Rhinocoruræ, vsque ad Euphratem fluuium tendebantur, dicens in alio loco, In Idumæam extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ seruient. Quomodo ergo se credebat accipere, quod iam victoria possidebat? Et ne forsitan legentibus Iudæis ambi-
Psalm. 26. guum derelinquat, quæ sit illa terra quam videre cupiebat, ipso sermone demonstrat, dicens, Credo videre bona
Matt. 22. domini in terra viuentium. Ergo terra Iudææ quæ illius ditionis erat, non est terra viuentium, id est Abraham,
Ezech. 18. Isaac, & Iacob, de quibus dominus in resurrectionis quæstione dicit, Non est deus mortuorum, sed viuentium, L
Psalm. 113. verùm terra & regio mortuorum, de quibus loquitur Ezechiel, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, Nõ mor
1. Thess. 4. tui laudabunt te domine, sed nos qui viuimus benedicimus domino, qui in resurrectione occursuri sumus do-
Hiere. 17. mino saluatori, dicente Apostolo, Hoc enim dico vobis in sermone domini, quoniam nos qui viuimus, qui relinquimur in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt, de quibus & Hieremias loquitur, Dere-
linquentes te, super terram scribentur. Quodq; Dauid promittit, Credo videre bona domini, ad spiritalem nos perspicue trahit intelligentiam. Quæ enim bona rex alia requirebat, aut quo indigebat, qui tantæ potentiæ fuit, vt
partis per illum opibus, Salomon filius eius (quo nullus in orbe terrarum ditior fuit) contentus esset? Sed in terra
1. Cor. 2. viuentium bona illa quærebat, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præ-
Matth. 5. parauit dominus diligentibus se. Quod autem in euangelio dicitur, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã, iuxta literam sibi videtur esse contrarium. Non enim terræ possessio mansuetorum est & mitium, qui sæpe etiam M
à parentibus derelicta perdunt propter mansuetudinem, sed virorum fortium & violentorum, qui sunt ad bella promptissimi. Denique & in psalmo quadragesimoquarto, qui sub nomine Salomonis ad Christi ecclesiæq; eius sacramentum refertur, scribitur, Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prosperare & regna. Propter mansuetudinem & iustitiam & veritatem, & deducet te mirabili-
Psalm. 131. ter dextera tua. Hic est qui & in alio psalmo loquebatur, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.
Psalm. 146. Et iterum, Assumens mansuetos dominus. Et apertius in euangelio, Discite à me quia humilis sum, & mansue-
Matth. 11. tus corde. In cuius typum & Moyses omnium hominum, qui erant super terram, mansuetissimus scribitur. Hæc
Numeri. 12. est (vt diximus) terra viuentium, in qua sanctis viris atque mansuetis bona domini præparantur, quam ante aduentum in carne domini saluatoris, nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, nec prophetæ, & alij iusti viri consequi
Luc. 16. potuerunt. Denique & Abraham (licet diuersis locis) cum Lazaro videtur apud inferos, & Iacob vir iustus dicit,

Lugens

A Lugens & gemens descendam ad infernum. Sanguis Christi clauis paradisi est, dicentis ad latronẽ, Hodie mecũ Gene. 37.
eris in paradiso. Ista est (vt diximus) terra viuentium, terra diuitiarum & bonorum dei, quam primus Adam per- Luc. 23.
didit, & secundus Adam inuenit, imo ab illo perditam, iste restituit, dicente Apostolo, Regnauit mors ab Adam Roma. 5.
vsque ad Moysen, sub cuius persona lex intelligitur, in similitudinem præuaricationis Adam, qui est forma futu- Malach. 3.
ri. Volumus scire manifestius quæ sit hæc terra? Legamus Malachiam, Beatos vos dicent omnes, dicit dominus,
quoniam eritis vos in terra voluptaria, quæ significantius Græcè appellatur τέρπνη, quam vel sancti desiderant, Esa. 19.
vel quæ deo placeat. Esaias quoque in hæc verba consentit, dicens, Et erit vir abscondens sermones suos, & appa-
rebit in terra Sion, sicut fluuius gloriosus in terra sitienti. Quæ est terra Sion, in qua apparebit fluuius gloriosus? Psalm. 86.
Illa videlicet, de qua idem Dauid in alio psalmo canit, Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei. Et iterum, Diligit do
minus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Nunquid istas portas diligit deus, quas videmus in cineres &
fanillas esse conuersas? Non dico prudentibus, sed ne stultis quidem hoc persuaderi potest. Ego arbitror & illud,
B quod in sexagesimoquarto psalmo legimus, Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flu
uius dei repletus est aquis, parasti cibum illorum, quoniam sic est præparatio eius, sulcos eius inebria, multiplica
genimina illius, in stillicidiis eius lætabitur germinans, huic sensui conuenire. Illa enim terra quotidie visitatur à Psalm. 45.
deo & inebriatur, cunctisq; plena est diuitiis. De hac fluuius egreditur dei, de quo scriptum est, Fluminis impetus Ezech. 47.
lætificat ciuitatem dei, qui & in descriptione templi Ezechiel mystico sermone narratur, in cuius ripis arbores Prouer. 12.
sunt ex vtraque parte, per singulos menses nouis frugibus abundantes. De qua terra & in Prouerbiis vir scripsit
sapientissimus, Qui operatur terram suam implebitur panibus. Quod si de hac terra quam cernimus, & quæ ma- Gene. 3.
gis à peccatoribus possidetur, de qua scriptum est, Maledicta terra in operibus tuis, aliquis intelligendum putat, Prouer. 12.
respondeat quomodo hæc possit stare sententia, qui operatur terram suam, implebitur panibus. Quanti enim
operantur terram, & exercent vomere, & tamen multis impedientibus causis, egestate conficiuntur & penuria?
C Sed considerandum est, scriptura quid dicat, Qui operatur terram suam, quæ proprie iuris sui est, de qua nunquã Prouer. 13.
eiici potest, secundum quem sensum & illud scriptum est, Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Et hoc secun-
dum literam sentiri non potest. Quanti enim alienis amicorumq; redimuntur pecuniis? Huius terræ cultores & Matth. 5.
agricolæ, Apostoli sunt, de quibus dicitur, Vos estis sal terræ. Et in alio loco, In patientia vestra possidebitis ani- Lucæ. 21.
mas vestras, quorum vnus, vas electionis, confidentissime loquebatur, Dei enim cooperatores sumus, dei agricul- 1. Cor. 3.
tura, dei ædificatio, & multa alia, quæ idcirco non replico, ne sensum legentis videar obtundere, & memoriæ il-
lius diffidere. Illud quoque solicita mente tractemus, & scripturarum nos doceat auctoritas, sanctos huius terræ, Psalm. 38.
quam Iudæi terram repromissionis autumant, non habitatores esse, sed accolas atque peregrinos. Ex iusti viri le-
gimus persona, Aduena sum ego & peregrinus, sicut omnes patres mei. Qui cum diu in terræ huius tenebris ver- Psalm. 118.
saretur, flebiliter ingemiscit & dicit, Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est, habitaui cum habitantibus
Cedar, multum incola fuit anima mea. Vbicunque autem habitator terræ legitur, & priora, & media, & extrema
D tractemus, & liquido scripturarum poterit regula comprobari, semper habitatores terræ, peccatores appellari, de Apoca. 8.
quibus in Apocalypsi Ioannis illud exemplum est, Væ habitatoribus terræ. Abraham ad quem primum facta est Gene. 12. 13.
repromissio, dicente domino, Tibi dabo terram hanc & semini tuo, iuxta Stephani in Christo primi martyris có 15. 17.
cionem, ne vestigium quidem pedis huius terræ dicitur accepisse. Ita enim scriptum est, Tunc egressus de terra Act. 7.
Chaldæorum, habitauit in Charrã, & inde, postquam mortuus est pater eius, migrauit in terram, in qua vos nunc
habitatis, & non dedit ei possessionem, ne vestigium quidem pedis, quam repromisit dare ei in possessionem, &
semini eius post eum. Ac ne forsitan lectoris tacita cogitatio trahat eum ad illam intelligentiam, vt quod non est Heb. 11.
datum parenti, reddatur posteris, vas electionis loquitur ad Hebræos, Fide qui vocatur Abraham, obediuit egre-
di in locum quem accepturus erat in possessionem, & egressus est, nescіens quo iret. Fide peregrinatus est in terra
promissionis quasi in aliena, in tabernaculis habitans cum Isaac & Iacob, & cohæredibus eiusdem promissionis,
expectauit enim fundamentum habentem ciuitatem, cuius artifex & creator deus est. Et iterum cum de Abel &
E Enoch, Noë, Saraq; dixisset, intulit, Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis repromissionibus, sed procul
eas videntes & salutantes & confitentes, quia peregrini & aduenæ erant super terram. Qui enim hæc loquuntur,
ostendunt quod quærant patriam, & siquidem illius recordabantur, de qua egressi erant, habebant tempus, vt re-
uerterentur, nunc vero meliorem desiderant, id est cœlestem. Multisq; in medio sanctis commemoratis, ad extre
mum intulit, Et hi omnes testimonium habentes in fide, non acceperunt repromissionem, deo de nobis melius
quid prouidẽte, ne sine nobis perfecti fierent. Accessimus enim ad montem Sion, & ciuitatem dei viuentis Hie-
rusalem cœlestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in
cœlis. Nec me fugit quod perfidia Iudæorum hæc testimonia non suscipiat, quæ vtique veteris testamenti aucto-
ritate firmata sunt. Illud nostris dicendum est, hanc epistolam quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab eccle-
siis orientis, sed ab omnibus retro ecclesiis Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli susci pi, licet ple-
rique eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrẽtur, & nihil interesse, cuius sit, cum ecclesiasticі viri sit, & quotidie
F ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec
Græcorum quidem ecclesiæ, Apocalypsim Ioannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos vtraque susceipimus,
nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerunque v-
triusque abutuntur testimoniis, non vt interdum de apocryphis facere solent, quippe qui & gentilium literarum
raro vtantur exemplis, sed quasi canonicis & Ecclesiasticis. Respondeant mihi qui hanc terram (quæ nunc nobis
Christi passione & resurrectione terra repromissionis effecta est, possessam putant à populo Iudæorum postquam
reuersus est ex Aegypto, quantum possederit, vtique à Dan vsque Bersabee, quæ vix centum sexaginta milium in 2. Reg. 17.
longum spacio tenditur. Neque enim Dauid & Salomon potentissimos reges, exceptis his quos post victoriam
in amicitiam receperunt, plus tenuisse scriptura testatur. Et hoc dico, vt taceam quinque Palæstinæ ciuitates, Ga-
zam, Ascalonem, Geth, Accaron, & Azotum, Idumæos quoque à meridiana plaga vix septuagintaquinque mili-
bus, ab Hierosolyma separatos, Arabas & Agarenos, quos nunc Saracenos vocant, in vicinia vrbis Hierusalem.

Pudet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene. 16. Pudet dicere latitudinem terræ repromissionis,ne Ethnicis occasionem blasphemandi dedisse videamur. Ab Iop G
pe vsque ad viculum nostrum Bethlehem, quadraginta sex milia sunt,cui succedit vastissima solitudo,plena fe-
rocium barbarorum,de quibus dicitur, Contra faciem omnium fratrum tuorum habitabis,& quorum facit Poë
ta eloquentissimus mentionem,lateq; vagantes Barcæi,ab Barce oppido,quod in solitudine situm est, quos nunc
corrupto sermone Afri Baricianos vocant.Hi sunt qui pro locorum qualitatibus diuersis nominibus appellãtur,
& à Mauritania per Aegyptum,Africam,Palæstinamq; & Phœnicem, Cœlen Syriam & Osrhohenem,Mesopo-
tamiam atque Persidem,tendunt ad Indiam. Hæc est Iudææ tuarum longitudo & latitudo terrarum,in his glo-
riaris,super his te per diuersas prouincias ignorantibus iactitas,ad populum phaleras, ego te intus & in cute no-
ui.Quod si obieceris terram repromissionis dici,quæ in Numerorum volumine continetur,à meridie maris Sa-
linarum per Sina & Cades barne, vsque ad torrentem Aegypti,qui iuxta Rhinocororum mari magno influit,&
ab occidente ipsum mare Palæstinæ,Phœnices,Syriæ Cœles, Ciliciæq; pertenditur, Ab aquilone Taurum monte H
& Zephyrium vsque Hemath,quæ appellatur Epiphania Syriæ, ad orientem vero per Antiochiam,& lacum Ce
nereth,quæ nunc Tyberias appellatur, & Iordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuum dicitur,
trans Iordanem autem duarum semis tribuum possessio est,Ruben & Gad,& dimidiæ tribus Manasse. Et ego fa
tebor hæc tibi repromissa,nõ tradita,si obseruasses mandata dei,& in præceptis illius ambulasses,si nõ pro omni-
potẽte deo coluisses Beelphegor &Baal,Beelzebub & Chamos,quos quia prętulisti deo,omnia quæ tibi promissa
fuerant,perdidisti.Et mihi in euangelio promittuntur regna cœlorum, quæ instrumentũ vetus omnino non no-
minat . Sed si non fecero quæ præcepta sunt, nequaquam erit culpa in promittente,sed in me qui promissum ac-
cipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum,qui operari renuis,frustra cupias quod promissum
est.Lege librum Iosue & Iudicum, & quantis possessionum angustiis sis coartatus , intelliges. Quid diuersarum
vrbium alienigenas commemorem, quos populus Iudæorum non quiuit expellere de vrbibus & sedibus suis? cũ
2. Reg. 24. 3. Reg. 5. ipsa metropolis tua prius Iebus,postea Salem,tertio Hierosolyma, & nunc Aelia,Iebusæos expellere non value- I
rit , sed manserit cum eis in scandalum exemplumq; vicinorum, intantum vt ibi templum tuum conditum sit,
vbi area Orne fuerit Iebusæi, & ipsum tẽplum septuagintamilium latomorum, & octuaginta milium vectorũ,
hoc est,centum quinquaginta milium,exceptis præpositis operum prę multitudine habitantium tecum incircun
cisorum,ab ethnicis extructum sit.Nechor dico in fugillationem terræ Iudææ,vt hæreticus sycophanta mẽtitur,
aut quo auferam historiæ veritatem, quæ fundamentum est intelligentiæ spiritalis,sed vt decutiam supercilium
1. Cor. 3. Iudęorum,qui synagogæ angustias,ecclesiæ latitudini præferunt. Si enim occidentem tantum sequuntur literã,
Exo. 13. & non spiritum viuificantem, ostendant terram repromissionis lacte & melle manantem.Sin autem per tropo-
logiam dictum putant , pro rerum omnium abundantia , & nos terram confessionis, terramq; viuentium,terræ
Exo. 32. veprium præferemus , dicente domino ad Moysen de abiectione Israëlis, & assumptione gentium, Dimitte me
Psalm. 2. vt deleam populum istum,& faciam te in gentem magnam.Et eodem patre ad filium,Postula à me,& dabo tibi
Esa. 49. gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ.Et apertius per Esaiam,Parum tibi est,vt sis puer K
meus ad suscitandas tribus Iacob,& feces,vel reliquias Israël congregandas . Dedi te in lucem cunctis gentibus,
vt sis saluator vniuersæ terræ.Ex quo perspicue demonstratur, omnia illius populi in vmbra & typo & imagine
Roma. 15. &. 1. Cor. 10 præcessisse,scripta autem esse pro nobis,in quos fines seculi decurrerunt. Multa Iudææ scelera commisisti,cunctis
circa te seruisti nationibus. Ob quod factum ? Vtique propter idololatriam . Cumq; seruisses crebro,misertus tui
est deus, & misit iudices & saluatores, qui te de famulatu Moabitarum & Ammonitarum,Philistiim quoque &
diuersarum gentium liberarunt . Nouissime sub regibus offendisti deum,& omnis tua prouincia,gente Babylo-
nia vastante,deleta est.Per Septuaginta annos templi solitudo permãsit.A Cyro rege Persarum est laxata capti-
uitas.Esdras quoque hoc & Neemias plenissime referunt, Extructum est templum sub Dario rege Persarum atq;
Medorũ à Zorobabel filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech sacerdote magno . Quæ passi sitis à Medis,Aegyptiis,
Macedonibusq; non enumero. Nec tibi adducam in memoriam Antiochum Epiphanem crudelissimum omniũ
tyrannorum,nec Gneum Pompeium , Gabinium, Scaurum,Varum,Cassium,sociumq; replicabo,qui tuis vrbi- L
bus,& præcipue Hierosolymæ insultauere. Ad extremum sub Vespasiano & Tito vrbs capta,templumq; subuer-
sionem templi paulominus per quadringentos annos,& vrbis & templi ruinæ permanent . Ob quod tantum fa-
deos.Quomodo clementissimus quondam deus, qui nunquam tui oblitus est, nunc per tanta spacia temporum
miseriis tuis non adducitur , vt soluat captiuitatem , & vt verius dicam, expectatum tibi mittat Antichristum?
Matth. 17. Ob quod(inquam)facinus,& tam execrabile scelus auertit à te oculos suos? Ignoras ? Memento vocis parentum
Matth. 21. tuorum,Sanguis eius super nos & super filios nostros.Et venite occidamus eum,& nostra erit hæreditas. Et non
Ioan. 19. habemus regem nisi Cæsarem . Habe quod elegisti, vsque ad finem mundi seruiturus es Cæsari,donec gentium
Roma. 11 introeat plenitudo, & sic omnis Israël saluus fiat,vt qui quondam erat in capite,vertatur in caudam. RABA-
NVS. Verum & aliter . Dixit dominus ad Abram . Omnem terram quam conspicis tibi dabo & semini tuo M
vsque in sempiternum.Semini Abræ,quod est Christus, hæreditas omnium gentium promittitur , qui ecclesiam
Psalm. 2. Psalm. 71. suam per totum mundum diffudit,cui pater dicit,Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possес-
sionem tuam terminos terræ.Et psalmus,Et dominabitur à mari vsque ad mare , & à flumine vsque ad terminos
orbis terrarum.Et adorabunt eum omnes reges terræ,omnes gentes seruient ei.

§ *MOuens igitur Abram tabernaculum suum uenit, & habitauit iuxta conuallem Mambræ, quæ est in He-
bron. Aedificauitque ibi altare domino.*

§ HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Arboch corrupte in nostris codicibus scribitur,
cum in Hebræo legatur Arbee,id est quatuor,eo quod ibi tres Patriarchæ,Abraham, Isaac & Iacob , sepulti sint,
& Adam

A & Adam magnus,vt in Iesu Naue libro scriptum est,licet eum quidam conditum in loco Caluariæ suspicentur.
Hæc est autem eadem Chebron olim metropolis Philistinorum,& habitaculum gigantum,regnumq; postea Da
uid in tribu Iuda,ciuitas est sacerdotalis & fugitiuorum.Distat ad meridianam plagam ab Aelia millibus circiter
vigintiduobus . Sane quercus Abrahæ quæ & Mamre , vsque ad Constantini regis imperium monstrabatur, &
mausoleum eius in præsentiarum cernitur.Cumq; à nostris ibidem ecclesia iam extructa sit, à cunctis in circuitu
gentibus terebinthus superstitiose colitur, eo quod sub ea Abraham angelos quondam hospitio susceperit . Hæc
ergo primum Arbee , postea à Chebron yno filiorum Chaleb , sortita vocabulum est , lege verba dierum .
CHRYSOSTOMVS. Postquam autem Abram accepit promissionem , & separauit se Loth , tunc transtulit
tabernaculum suum ad quercum Mambre , quæ est in Hebron. Vide mentem optimis moribus præditam, vide
spiritus sublimitatem,quomodo facile hinc inde migrat,nec grauatur de locis in loca transire.Inuenies enim eũ
B nulla familiaritate prouentum & alligatum, id quod multis euenit, etiam iis qui se philosophos & è mediis libe-
ratos tumultibus iactant,& si quando tempus vocet,spiritualis negocij gratia,vt in alium locum concedant,sæ-
penumero morosi sunt,tristes & migrationem ægreferentes,eo quod consuetudine præoccupati sint. Verum nõ
ita iustus,sed prius ab initio , nondum fulgente euangelij luce, philosophum agebat , & quasi peregrinus & ho-
spes,ita nunc hinc illuc, & nunc illinc huc transmigrabat,& per omnia religiosam suam mentem declarare stu-
debat.Nam postquam tabernaculum fixit ad quercum Mambre, ædificauit altare domino. Vidisti mentem gra-
tã? quia mox vt tabernaculum fixit , statim pro facta sibi promissione , gratiarum actiones obtulit domino. In
singulis locis vbi tabernaculum fixit,inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ,vt extructo altario,preces offerret, 1. Timo. 2.
& Apostoli præceptum impleret , iubentis vt in omni loco oretur , & eleuentur sanctæ manus . Vidisti ani-
mam diuino amore succensam,& ad diuina proptam,perq; omnia gratias agentẽ? Non enim expectauit, donec
promissa complerentur,sed & mox pro promissione gratias egit & faciebat quod in se erat,vt de præuiis dignam
& synceram gratitudinem præ se ferens,dominũ suum prouocaret ad promissiones suas implendas. RVPER. Genc. 13.
C Non autem casu,sed ordinatissima dei dispositione iussus patriarcha perambulare terram , venit in Hebron,nec
solum inhabitauit vt peregrinus, sed & postmodum emit agrum cum spelunca duplici à filiis Eth habitatoribus Iosue. 14.
terræ in possessionem monumenti.Adam enim maximus ibi situs est inter Enachim . Vnde & postmodum Ca-
riatharbe dicta est, id est ciuitas quatuor, eo quod primus Adam , deinde tres patriarchæ,Abraham,Isaac,& Ia-
cob ibi sepulti fuerũt.Dum ergo illic, vbi primus parens orbis terrarum situs est,ædificat altare nomini domini,
hoc iam titulo sese prædicat hæredem totius mundi . Et dum locum eundem comparat in possessionem monu-
menti,ius quoddam suo collocat semini,vt non solum cœlesti arbitrio,pro eo quod Chananęi peccatores essent,
sed & quadam seculari iustitia filij Abrahæ terram illam reposcerent,quam habitatores ipsius patri suo in posses-
sionem sepulchri vendidissent.Sane Mambre à quo nunc dicitur cõuallis Mambre, ipse est frater Aner & Eschol,
qui erant(vt postmodum dicitur)fœderati Abræ. INTERLINEARIS. Quia ergo non habebat iustus hic
D manentem ciuitatem,frequenter mutabat tabernaculum suum, demum ad quercum Mambre ædificauit altare
domino,vt exhiberet culturam,cui debebat fidem. CAIETANVS. Mouens igitur Abram tabernaculum
suum.Iuxta Hebræum non habetur mouens,sed habetur,& tetendit tentorium Abram. Ordine præpostero scri-
bit prius positionem tentorij,quàm iter,subiungendo,Et venit & sedit.Non est perspicuum an Abram manserit
in territorio Chananææ gentis aliquãto tempore post separationem à Loth,an statim post separationem à Loth,
habuerit hanc visionem,& migrauerit ad territorium Mamre Amorræi. Et est ratio ambiguitatis illud supradi-
ctum,quod Loth quidem in planiciei locis iuxta Sodomam, Abram vero in terra Chanaan habitauit.Nam si ter-
tis,ac per hoc non aliud territorium quã istud significatur,quanuis aliter,quia prius nomine generico Chanaan,
& postea nomine specifico Mamre Amorræi.Iuxta conuallem Mamre quæ est in Hebron.Iuxta Hebræum habe-
tur in quercubus Mamre,quæ in Chebron. Et quæ est numeri pluralis,refertur enim ad quercus . Mamre nomen
E proprium est viri Amorræi(vt patet in sequenti capitulo)cuius erat quercetum illud.Chebron autem nomẽ pro-
prium est loci,solito vocabulo appellati Hebron.Et apposuit Moyses has circunstantias,ad differentiam querce-
ti Moreh, cuius superius meminerat,ad quod primum venerat Abram,cum veniret de Charran.Aedificauitque
ibi altare domino. Nomen est tetragrammaton. Et est hoc altare tertium constructum ab Abram in terra Cha-
naan deo danti esse, accumulanti promissiones essendi in innumerabili semine. AVCTOR CATENAE.
Mouens igitur & cætera.Hebraica litera est huiusmodi וַיֶּאֱהַל אַבְרָם וַיָּבֹא וַיֵּשֶׁב בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא Vaieehal Abram va-
iabo vaiesęb beelone Mamre, Et tetendit tabernaculum Abram, & venit & habitauit in quercubus vel querce-
tis,seu iuxta querceta Mamre,Chaldaica habet in planicie Mamre.Septuaginta Hebraicam sequũtur lectionem,
videlicet παρὰ τὴν δρῦν μαμβρή , Iuxta quercum Mambre . Et licet אֵלוֹן elon quercum, seu locum vbi sunt multæ
quercus significet,Latinus tamen Interpres ad locum ipsum nemorosum arboribusq; frequentem respiciẽs, eum
F interpretatus est conuallem,licet id non habeatur in contextu. Potuit tamen esse planicies quædam arboribus his
plurimis consita,quales ante mœnia ciuitatum plantari solent. Quod autem Chaldaica planiciem dixit, ab אֵיל
el venire potest, quod etiam vallem seu campestria significat, Tabernaculum igitur erigit Abram, non ædificat
ciuitatem,non stabiliri quærit in terra,hic nihil possidet,vtique peregrinus,sed futura inquirit,libera semper mẽ
te perseuerat , quocunque spiritu domini vocetur,fiducialiter pergit . Aram autem extruit ad gratias agendum,
signum suæ fidei posteris statuens deo vero , iuxta locum suæ sepulturæ. CHRYSOSTOMVS. Illud
autem dilecti in fine lectionis huius admonere operæpretium ducimus, vt iustum illum quantum possumus &
nos imitemur,& promissionibus diuinis fidamus , & neque alacritas obsolescat tempore , neque mens remissior
fiat præpedimentis quæ interueniunt,sed virtute diuina fidentes, quasi iam ante oculos videremus promissiones
impleri, ita puram & inadulteratam declaremus virtutem . Magna enim & immensa promisit dominus, & quæ
nostram transcendunt rationem,nempe participes regni,& ineffabilium bonorum fore,vtpote conuersationem
cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum angelis, & liberationem à gehenna. Cæterum neque diffidamus, ideo quod ea non videntur corporalibus G oculis, sed cogitemus mentiri non posse eum qui promisit. Et potentiæ suæ magnitudinem oculis fidei metiamur, & ex iis quæ iam concessa, etiam de fururis bonam spem habeamus, ea enim de causa & hic multa nobis donata sunt, vt ex iis adiuuemur, manuq; ducamur, vt illa quoque bene credamus. Nam qui filium suum tra-
Roma.8. didit propter suam in nos charitatem, quomodo non omnia nobis & reliqua largiturus est? Sicut & Paulus inquit: Qui non pepercit proprio filio suo, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & omnia nobis cum illo tribuet? Si filium suum exposuit pro peccatis nostris, si baptismatis donum largitus est, si priorum peccatorum remissionem tribuit, si pœnitentiæ viam nobis aperuit, si innumera alia ad salutem nostram tractauit, manifestum quod & futura bona nobis reposita præbebit. Nam qui propter suam bonitatem, antequam esse inciperemus hæc præparauit, quomodo non & frui concedet? Quod autem prius hæc bona nobis præ-
Matth.25. parauerit, audi quid dicat stantibus à dextris, Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite regnum para- H tum vobis ab origine mundi. Vidistis bonitatis excellentiam, quanta erga nostrum genus misericordia vsus sit, vt & ante iacta fundamenta mundi, nobis regni cœlorum fruitionem præparare dignatus sit? Ad quæ nos perducat ipse vnigenitus filius, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

IN CAPVT GENESEOS QVARTVMDECIMVM ARGVMENTVM.

Abræ uictoria contra Sodomitas. Loth captiuus liberatur ab Abram. Melchisedech offert munera. I

CAPVT XIIII.

Lectio pri. *FActum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlaomor rex Elamitarum, & Thadal rex gentium, inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorræ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contráque regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi conuenerunt in uallem siluestrem quæ nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant* K *Chodorlaomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.*

1 DIODORVS. Describit Moyses quæ trans Iordanem acciderint, hoc est bellum quod contra reges Sodomitarum gesserunt Persæ. AVCTOR CATENAE. Et quidem infidelium exercitia hic ostenduntur, & dei prouidentia circa illos, digne puniendo, fidei quoque virtus, qua mundus vincitur, & in sanctis non est otiosa, sed ad obsequia charitatis semper propensa & potens. Ait ergo sanctus propheta. *Factum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlaomor rex Elamitarum, & Thadal rex gentium, inirent bellum contra Bara regem Sodomorum.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Sennaar vnde fuit Amraphel, qui aduersus reges Sodomorum bellum gessit. Ellesar, ciuitas regis Arioch. Sodoma autem, ciuitas impiorum diuino igne consumpta iuxta mare mortuum. CAIETANVS. Iuxta L Hebræum habetur, Et fuit, & hic faciendus est punctus, & subiungendum in diebus Amraphel, & cætera. Hic est ordo literæ. Ita quod tempus explicatur, & personæ facientes bellum subintelliguntur. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraica litera huiusmodi וַיְהִי בִּימֵי אַמְרָפֶל מֶלֶךְ שִׁנְעָר אַרְיוֹךְ מֶלֶךְ אֶלָּסָר Vaihi bime Amraphel mélech Sinar Arioch melech Elasar, Et fuit siue factum est, in diebus Amraphel regis Sinar, Arioch rex Elasar, & cætera, Chaldaica, Et factum est in diebus Amraphel regis Babylonis, Arioch rex Elasar, & cætera. Septuaginta ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ ἀμαρφὰλ βασιλέως σεννάαρ, ἀριὼχ βασιλεὺς ἐλλασάρ, Factum est autẽ in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar. Et secundum quidem nostræ locutionis consuetudinem, sic incipere sufficeret, In diebus autem Amraphel, sed scriptura dicens, Et fuit siue factum est, more suo locuta est. Primum igitur videtur describi tempus quo bellum huiusmodi est gestum. Fuit enim tempore regis Amraphel regis Sinar, quem aliqui Nimrod fuisse autumant, qui rex fuerit Babylonis, Chaldaicæ innitentes æditioni. Nec ex litera innuitur regem huiusmodi bellum gessisse, sed quod subiuncti reges, eius regni tempore, M contra alios reges illud gesserint. Verum ex hoc eodem capitulo postea constat, regem eundem fuisse in prælio cum aliis quatuor regibus. Cum autem Pontus, aut mare significet, aut prouinciam notissimam ad occidentem sitam, maximis interuallis ab his locis remotam de quibus hic agitur, quæ ad orientem sunt, puta Sinar & Elam iuxta Babyloniam, mirum est quomodo interpres solus Elasar Pontum verterit. Potest tamen alia regio quædam esse, aut ciuitas orientalibus regnis vicinior, sicut & terram gentium Hebræi putant esse prouinciam in oriente, vicinam Elamitarum & Sinaritarum prouinciis. Quanuis alij non proprium esse loci nomen, sed promiscuæ multitudinis velint. Elam autem Persidis regio est. Referuntur autem hic regnorum, gentium ac ciuitatum nomina ea, quibus tempore Moysi nominabantur, & per anticipationem. *Et contra Bersa regem Gomorræ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contráque regem Ba-*
Vbi supra. *le, ipsa est Segor.* HIERONYMVS. Gomorra, vna de quinque ciuitatibus Sodomorum, quæ cum reliquis diuina vltione subuersa est. Adama, & ipsa vna de quinque ciuitatibus prædictis, euersa cum cæ-

teris

A teris. Seboim, & hæc ciuitas impiorum diuino igne consumpta iuxta mare mortuum. IDEM IN QVAESTION. HEBRA. Bale autẽ lingua Hebraica κατάποσις, id est, deuoratio dicitur. Tradũt igitur Hebręi hanc eandem in alio scripturarum loco Salissam nominari, diciq; rursum μόσχον τριετίζουσαν, id est, vitulam conternantem, quod scilicet tertio, motu terræ absorpta sit. Et ex eo tempore quo Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim diuino igne subuersę sunt, illa paruula nuncupetur, siquidem Segor transfertur in paruam, quę Syra lingua Zoara dicitur. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Bala quæ est Segor, nunc Zoara nuncupatur, sola de quinque Sodomorum vrbibus, Loth precibus reseruata. Imminet autem mari mortuo, & præsidium in ea positum est militum Romanorum, habitatoribus quoque propriis frequentatur, & apud eam gignitur balsamũ, & poma palmarum, antiquæ vbertatis indicia. Nullum autem moueat quod Segor eadem Zoara dicitur, cum idem sit nomen paruulæ vel minoris. Sed Segor Hebraicè, Zoara Syriacè nuncupatur. Bala autem interpretatur absorpta, super quo in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. CAIETANVS. Quemadmo-
B dum ex nominibus propriis regum, non innotescit nobis qui fuerint nouem isti reges, ita nec ex nominibus locorum scimus propria loca, mutata siquidem sunt nomina. Fatetur Iosephus illos quatuor reges fuisse Assyrios, istos autem quinque constat fuisse reges quinque ciuitatum, quarum quatuor subuersæ postmodum sunt. Sola Segor seruata est. AVCTOR CATENAE. Fortè reges quinque ciuitatum huiusmodi postea subuersarum, non adeo magni fuerunt, sed prisco nomine consules vrbium. Nam & regis nomen à regendo, pascendo, & consulendo dicitur. *Omnes hi conuenerunt in uallem syluestrem quæ nunc est mare salis.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera habet, Omnes hi consenserunt apud vallem salsam, hoc est, mare salis. Vallis salinarum, sicut in hoc eodem libro scribitur, in qua fuerunt ante putei bituminis, post dei iram & sulphuris pluuiam, in mare mortuum versa est, quod à Græcis λίμνη ἀσφαλτίτις, id est, stagnum bituminis appellatur. RVPERTVS. Hæc omnis terra quinque ciuitatum, Sodomæ, Gomorræ, Adamæ, Seboim, atq;
C Bale siue Segor, antea irrigabatur sicut paradisus domini, nunc autem eadem Pentapolis in testimonium nequitiæ, fumigabundam terram, igne consumpta reliquit. CAIETANVS. Omnes hi conuenerunt in vallem siluestrem, iuxta Hebræum habetur, ad vallem Siddim. Est enim nomẽ proprium Siddim. Quæ sit autem vallis ista, declaratur subiungendo, quæ nunc est mare salis. Iuxta Hebræum non habetur nunc, sed ipse mare salis. Et aiunt à tempore subuersionis Sodomæ, illam vallem coopertam esse aquis. Et Hebraico vsu appellatur mare salis, quia verè tam salsum est, vt nihil possit in eo viuere. Hoc est enim quod appellatur alio nomine mare mortuum, appellatur lacus Asphalti, cuius meminerunt non solùm historici, sed philosophi. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est in vallem siluestrem, Hebraicè est עֵמֶק הַשִּׂדִּים emek hassiddim, hoc est, In vallem desertam, ac deuastatam, & informem. Alij in vallem agrorũ verterunt. שָׂדֶה. Sade enim, cuius plurale est Sadim, à quo potest dictio hæc descendere, agrum significat. Nec obstare dicunt quod sequitur, Vbi est mare salis, quia illo tempore quo reges isti bellum inierunt, Sodoma nondum fuerat subuersa, nec tunc ibi fuit mare illud salsum, sed tem-
D pore quo Moyses hãc historiam scripsit, iamdiu vallis illa amœna, & paradisi speciem pręseferens, in mare salsum fuerat versa. Ad quod tempus etiam respexisse dicunt Septuaginta interpretes, qui ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλικήν, id est, In vallem salsam transtulerunt. Chaldaicam autem ad tempus rei geste intuitum habuisse, sicut & Latinus interpres habuit, ideoq; vallem campestrem posuisse. Mare autem salis dicitur, etiam is locus tempore Moysi, vbi tempore Abrahæ quinque hic nominatæ vrbes magnificæ stabant, & ab aliquibus etiam vallis calcis dictus est, Quomodocunque ergo sit, mos regum & infidelium principum hic indicatur, sese adhortari ad bella, tumultum terris suscitare, seruitio grauare subiectos, tyrannidem exercere in populos, rebellare, occidere, vastare regiones, deprædari, nemini parcere, sine omni respectu lædere se mutuo, diuitiis proximorum inhiare. Sic gens genti Satanas fit, & mutuo ipsorum peccata puniuntur iusto iudicio dei. INTERLINEARIS. Deinde causam belli exponit, dicens: *Duodecim enim annis seruierant Chodorlaomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.* CHRYSO-
E STOMVS. Ne prætereamus obiter quæ dicta sunt, nec putemus inutilem esse narrationem. Dedita enim opera diuina scriptura diligenter omnia nobis narrat, vt discamus quantum fuerit robur, & quanta potentia Barbarorum, & quanto impetu in bellum venerint, qui & proceros & fortes corpore debellarint, omnesq; gentes in fugam verterint. Nam sicut torrens qui valde excurrit & inundat, omnia secum rapit, & perdit, ita & Barbari illi inuaserunt omnes gentes, & omnes prorsus perdiderunt, ita vt & principes Amalechitarum, & alios omnes in fugam verterint. Et fortè dixerit quispiam. Et quæ vtilitas, scire barbarorum robur? Non temere, neque frustra narrationi talia immiscuit scriptura diuina, sed vt discamus & excellentem dei potentiam, & Patriarchæ virtutem, id quod procedendo docebimus. CAIETANVS. Duodecim enim annis, & cætera. Hinc apparet verum esse quod dicit Iosephus, quod fuerat prius bellum inter Assyrios & Pentapolitas, & tunc tributarios sibi fecerunt Assyrij habitatores Pentapolis, sed tertiodecimo anno ab hac seruitute se liberarunt, & hæc fuit causa huius secundi belli. AVCTOR CATENAE. Quod nos habemus recesserunt ab eo, Hebraicè est מָרָדוּ marádu, id est,
F Rebellauerunt, sic & Chaldaica. Septuaginta autem cum nostra æditione conueniunt. מָרַד marad enim, & recedere & rebellare significat. Imò posterius, prioris est declaratio. Sic & Ioran rex Israël loquitur, Moab recessit à me, 4.Reg.3.
re & rebellare significat. Causa igitur suscepti belli contra quinque reges fuit, quod duodecim annis potentissimo regi tributarij fuerunt, defectione autem facta tertio decimo anno, vocatis sociis rex illis bellum indixit anno quartodecimo.

Mystice. ORDINARIA. Hi autem quatuor reges, quatuor principalia vitia figurant, quatuor principalibus virtutibus contraria, quæ quinque sensus per quinque reges significatos, subiugare nituntur, per concupiscentiam carnis, per concupiscentiam oculorum, per ambitionem seculi. Duodenarius autem quia superfluus est numerus, superfluitatem nobis exprimit, in qua seruiunt quinque sensus nostri vanæ superstitioni, quam significat Chodorlaomor, & quatuor vitiis sibi adiacentibus, & recedere volentes, grauem persecutionem patiuntur, & sæpe superantur.

A Igitur

Universidad de Deusto Biblioteca

2 *Igitur quartodecimo anno uenit Chodorlaomor & reges qui erant cum eo: Percusseruntque Raphaim* G
in Astaroth Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Chorreos in montibus
Seir, usque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. Reuersique sunt & uenerunt usque ad fon-
tem Misphath, ipsa est Cades. Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum & Amorræorum qui habita-
bant in Asasonthamar.

2 *Igitur quartodecimo anno uenit Chodorlaomor & reges qui erant cum eo: Percusseruntque Raphaim in Astaroth Carnaim, & Zu*
zim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Chorreos in montibus Seir, usque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. HIE-
RONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et conciderunt gigantes in Asta-
roth Carnaim, & gentes fortes simul cum eis, & Ominæos in Saue ciuitate, antequam Sodomam peruenirent. H
Quatuor reges profecti de Babylone, interfecerunt gigantes, hoc est, רְפָאִים Rephaim, robustos quoque Arabiæ, &
Zozim, in Hom, & Emim in ciuitate Saue, quæ vsque hodie sic vocatur. Zozim autem & Emim, terribiles &
horrendi interpretantur, Pro quo Septuaginta sensum magis quàm verbum ex verbo transferentes, gentes for-
tissimas posuerunt. Porrò בָּהֶם Bahem, pro quo dixerunt ἅμα αὐτοῖς, hoc est, Cum eis, putauerunt scribi per ה he,
ducti elementi similitudine, cum per ח heth scriptum sit. Bahem enim cum per tres literas scribitur, si mediam
he habet, interpretatur in eis, si autem heth, vt in præsenti, locum significat, id est, in Ham. IDEM DE LO-
CIS HEBRAICIS. Est autem Astaroth Carnaim, terra gigantum quondam in supercilio Sodomorum,
quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodiéque duo castella in Batanea hoc vocabulo, nouem inter se milibus se-
Ibidem. parata, inter Adaram & Abilam ciuitates. IDEM. Carnaim Astaroth, nunc vicus est grandis in angulo Ba-
tanee, & appellatur Carnea, trans fluenta Iordanis, traduntq; fuisse ibi domum Iob. Sed & supra meminimus Car-
neæ viculi in nono ab Aelia miliario. Saue verò, ciuitas antiqua in qua habitauerunt Ommæi, gens valida super I
regionem Sodomę, quam excidit Chodorlaomor. Cariathaim autem, ciuitas quam extruxerunt filij Ruben. Nunc
autem est vicus Christianis omnibus florens, iuxta Medabam vrbem Arabiæ, & appellatur Coraiatha, in deci-
mo miliario supradictæ vrbis contra occidentalem plagam, vicinus eius loci, qui appellatur Bare. Sed & Seir
mons in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena, quæ ex eo quod Esau pilosus esset & hispidus,
Seir, id est, pilosi nomen accepit. In quibus locis prius habitauit Chorræus, quem interfecit Chodorlaomor. Me-
minit montis Seir, & Esaias in visione Idumææ. Pharan autem desertum est Saracenorum supra Arabiam, eius-
dem quoque nominis dicitur mons ibi. CAIETANVS. Igitur anno quartodecimo, & cætera. Iuxta He-
bræum habetur, Et percusserunt Rephaim in Hasteroth Carnaim. Non dubitatur quod Hasteroth Carnaim est
nomen loci, sed in dubium vertitur, an Rephaim sit proprium nomen gentis alicuius, an significet gigantes. Gi-
gantes interpretati sunt tam Septuaginta quàm Chaldaica æditio. Et Zuzim cum eis. Iuxta Hebræum hebetur, Et
Zuzim in ham. Quod tamen in ham, quidam interpretantur in ipsis. Verum contextui magis quadrat, vt ham sit K
nomen proprium. Perspicienti enim textum apparet, quod quatuor qui supputantur percussi, describuntur per-
cussi in certis locis. Et hinc coniicitur, quod etiam isti Zuzim, percussi describantur in loco quo percussi sunt. Ve-
rum Zuzim esse nomen proprium gentis, magis quadrat, quàm quod sit nomen appellatiuum significans fortes,
vt Septuaginta transtulerunt, & gentes fortes, describendo fortasse conditionem gentis illius. Et Emim in Saueh
Chariathaim. Tertia gens percussa describitur. Scribendum tamen esset Ciriathaim. Et Choreos in montibus Seir
vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. Iuxta Hebræum habetur, & chori in monte eorum Seir, vsque
quercum Paran, quæ super desertum. Quarta gens percussa similiter etiam à loco describitur, videlicet à mõte eo-
rum Seir, qui postmodũ habitatus fuit ab Esau. Et extensa percussio dicitur vsq; ad quercetũ Paran, nomen est lo-
ci iuxta desertum. Hæc quatuor prælia, has quatuor victorias. Assyriorum commemorauit Moyses, ad ostenden-
dum potentiam illorum regum, & quod non inchoauerunt prælium cum Pentapolitis, sed prius percusserunt has
quatuor gentes, & deinde percusserunt duas alias, de quibus subiungetur. AVCTOR CA. Hic sciendum L
(vt supra quoq; doctissimus annotauit Hieron.) dictionẽ Hebraicã רְפָאִים rephaim, tam à Chaldaica q̃ à Septua-
ginta gigantes verti, Astarothq; Carnaim, vnius loci compositũ vocabulũ esse. Et quod nos habemus & Zuzim cũ
eis, & Hebraicè est וְאֶת הַזּוּזִים בְּהָם veeth hazuzim beham, quodq; à Septuaginta καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς. Et gentes
fortes cũ eis, vertitur, in Chaldaica haberi, Et robustos qui erant in Ham, vt Zuzim quasi appellatiuũ nomen sit.
& Ham loci ꝓpriũ. Pari modo quod nos dicimꝰ, & Emim in Saue Cariathaim, & Hebraicè est אֵימִים בְּשָׁוֵה Emim
besaue, & à Septuaginta, καὶ τοὺς ἐμμαίους ἐν σαυῇ, id est, & Emmeos in Sane, interpretatur, in eadẽ Chaldaica, Et
horrendos qui erant in Saue, haberi. Quodq; apud nos est vsque ad campestria Pharan, & Hebraicè scribitur עַד
אֵיל פָּארָן ad el Paran, & in Chaldaica est, Vsq; ad planitiem Pharan, à Septuaginta verti ἕως τερεβίνθου τῆς φαράν,
Vsque ad terebinthum Pharan. Et mirum quod ita fecerint, cum in Hebræo sit אֵיל el, quod campestria, siue val-
lem, non autem אֵלֹן elon, quercum, vel אִילָן ilan, quod Chaldaica lingua arborem significat. Sed hoc pluribus in
locis apud Septuaginta contingit, vbi dictionum est similitudo, vt paulopost dicetur. Demum quod apud nos & M
Septuaginta legitur, Quæ est in solitudine, & Hebraicè est אֲשֶׁר עַל הַמִּדְבָּר Aser al hamidbar, Quę super vel trans
desertum, clarius in Chaldaica explicatur. Quæ est iuncta deserto. Raphaim igitur tyrannos, prædones, raptores,
ferox & crudele hominum genus, ex raptu viuens, & horum similes Zuzim, abiectæ conditionis homines, bella
tamen sequentes, qui cum gigantibus & nobilibus istis conuenerant, Et Emim terribiles ob crudelitatem, & agre-
stes ac duros in montibus Seir habitatores, omnes (inquam) hos, debellauerunt reges illi protentissimi, & gras-
sando quoquouersum, omnia eremi illius loca, ac nobilium gigantum vel prædonun præsidia, subdiderunt si-
bi. *Reuersiq; sunt, & uenerunt usque ad fontem Misphat, ipsa est Cades.* HIERONYMVS DE QVAESTIONI-
BVS HEBRAICIS. Alia æditio habet, Et reuertentes venerunt ad fontem iudicij, hæc est Cades. Per an-
ticipationem dicitur, quod postea sic vocatum est. Significat autem locum apud petram, qui fons iudicij nomi-
natur,

A natur, quia ibi deus populũ iudicauit. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Cades vbi fons est iudicij,
& Cadesbarne in deserto, quæ cõiungitur ciuitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moyses rupe percussa
aquam sitienti populo dedit. Monstratur ibidem vsque in præsentem diem sepulchrum Mariæ, sed & principes
Amalechitarum ibi à Codorlaomor cæsi sunt. CAIETANVS. Iuxta Hebræum. Et reuersi sunt, & vene-
runt ad hen Mispat, ipsa Cades. Non desunt quod dicitur hen Mispat, interpretantes fontem iudicij, reputantes
ea non nomina propria, sed appellatiua. Magis tamen quadrat subiunctæ clausulæ (ipsa Cades) quod sint nomina
propria. Nam locus ille cognominatus, ab istis dicitur fons iudicij, ex diuino iudicio aduersus Moysen & Aaron
in aqua contradictionis. Tunc enim sententia lata est contra eos, quod non intrarent terram promissionis pro-
pter eorum incredulitatem. Sed hoc ex scriptura non constat, vt infra patebit, & hoc iam cognitum erat populo
Israël, nec egebat expositione, quod is locꝰ esset Cades. Sed nomini illi vetustiori quadrat expositio Cades. Quod
B autem dicitur, & reuersi sunt, ad descriptionem situs pertinet. Progressi siquidem fuerant digrediendo à via ver-
sus Pentapolim, & propterea describuntur reuersi. AVCTOR CATENAE. Quod nos habemus, vsq; ad
fontem Misphat, Hebraicè est אֶל עֵין מִשְׁפָּט el en Misphat, quod Septuaginta ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς κρίσεως, Ad fon-
tem iudicij, alij autem, Ad oculum iudicij verterunt. עַיִן en siquidem, & fontem & oculum significat. Chaldaica ve
rò æditio, Et venerunt ad planitiem diuisionis iudicij, habet. Fortè enim ibi erant campestria, in quibus & fons
iste. Postea ergo (inquit) scriptura quod reges illi gentes prædictas percusserunt, venerunt ad fontem iudicij, lo-
cum sic postea dictum, non autem tunc cum hæc gerebãtur. *Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum & Amor-*
ræorum qui habitabant in Asasonthamar. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS.
Vel secundum aliam literam, Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum & Amorræorum, sedentem in
Hazazonthamar. Hoc oppidum est quod nunc vocatur Engaddi, balsami & palmarum fertile. Porrò Hazazon-
thamar in lingua nostra resonat, vrbs palmarum. Thamar quippe palma dicitur. IDEM DE LOCIS HE
C BRAICIS. Hazazonthamar, in hac habitabant quondam Amorræi, quos interfecit Chodorlaomor iuxta e-
remum Cades. Est & aliud castellum Thamara, vnius diei itinere à Memphis oppido separatum, pergentibus
Aeliam de Chebron, vbi nunc Romanum præsidium positum est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habe-
tur, Et percusserunt omnem agrum Amalechitæ, & Amorræum qui habitabat in Chasasonthamar. Fortè enim
non percusserunt ciuitates sed agros Amalechitarum. Ipsamque gentem Amorræam percussam describit, non ta-
men totam, sed habitantem in Chasasonthamar, ad differentiam Amorræorum alibi habitantium. AVCTOR
CATENAE. Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum. Hebraicè est כָּל שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי col sede haa-
maleki, Omnem agrum seu regionem Amalech, seu Amalechitæ, & ita est in Chaldaica. Miramur autem quod
Septuaginta non ad regionem, sed principes ipsos referunt, πάντας τοὺς ἄρχοντας ἀμαλήκ, Omnes principes Ama-
lech. Sed animaduerte quæso varietatẽ, quæ etiã in codicibus Hebraicis reperitur. Nam Septuaginta proculdubio
non שָׂדֶה Sade, sed שָׂרָה Sara legisse videntur. Quorum primum, agrum, campum, seu regionem, alterum autem
D dominari significat. Est enim maxima inter has duas literas similitudo, videlicet dalet & res, neq; putandum est,
eos adeo hallucinatos fuisse, vt literam pro litera acciperent, quod ne pueris quidem contingeret. Certissimè igi-
tur non dalet, sed res legerunt. Miramurq; & ipsi hanc varietatem. Eáque res facit etiam vt suspicemur, pleráque
alia tota Biblia immutata esse. Et quanquam Amalech nondum tunc fuerat natus, vocat tamen Moyses regio-
nem illam nomine, quo diebus suis appellabatur. Quod autem sequitur, Et Amorræorum qui habitabant in Asa-
sonthamar, Hebraicè est: וְגַם אֶת הָאֱמֹרִי הַיֹּשֵׁב בְּחַצְצֹן תָּמָר vegam eth haemori haioseb behazezõ thamar, & Amor
ræum qui habitabat in Chasesonthamar. Chaldaica legit, Qui habitabat in Engaddi. Et rectè quidem, nam Asa-
sonthamar, ipsa est Engaddi. Septuaginta καὶ τοὺς ἀμοῤῥαίους, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν ἀσασονθαμάρ, habent, id est,
Et Amorræos & habitantes in Asasonthamar. Vt alij sint Amorræi, & alij qui in Asasonthamar habitabant, cum
tamen ex Hebraica litera iidem ipsi sint. Amalechitarum igitur prædecessores, & Amorræorum loca omnia oc-
cupauerunt. Eximia autem illorum regum potentia, ac bella gesta describuntur, vt Abræ victoria de omnibus il-
lis cum paucis sumpta, illustrior cernatur, deiq; præsidio ascribatur.
E ORDINARIA. Percusseruntq; Raphaim in Astaroth, Carnaim, & cætera. Nomina locorum & gentium, Mysticè.
carnaliter viuentes, quos facilè vitia vincunt, significant.

Et egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorræ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex 3
Bale quæ est Segor, & direxerũt aciem contra eos in ualle siluestri, scilicet aduersus Chodorlaomor
regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem
Ponti: Quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex
Sodomorum & rex Gomorræ terga uerterunt, cecideruntque ibi, & qui remanserant fugerunt ad montem.
F *Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorræorum, & uniuersa quæ ad cibum pertinent, &*
abierunt. Necnon & Loth & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

CHRYSOSTOMVS. Contra illos igitur, qui tanto robore præditi erant, *Egressi sunt* (inquit) *rex Sodomo-* 3
rum, & rex Gomorræ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Bale quæ est Segor, & direxerunt aciem contra eos in ualle
siluestri. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Sciendum pro eo quod di-
citur, Et direxerunt contra eos aciem ad bellum in valle Salinarum, in Hebræo haberi, in valle שִׂדִּים Siddim,
quod Aquila interpretatur τῶν περιπεδίνων. Theodotio τῶν ἀλσῶν, amœna nemora significantes. AVCTOR
CATENAE. De hac valle vide quæ supra abunde dicta sunt. Deinde eorum nomina explicat scriptura, contra
quos reges quinque aciem direxerint ad pugnandum. *Scilicet* (inquiens) *aduersus Chodorlaomor regem Elamitarum,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Thadal regem gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti. Quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem silue- G
stris habebat puteos multos bituminis. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et vallis Siddim putei, putei bituminis. Describitur illa eadem planities à multitudine puteorum, significata geminando putei in numero plurali. Et quanuis dictio interpretata bituminis, aliter ab aliis interpretetur, quia tamen puteos fuisse bituminis scribitur ab illis qui putant vallem Siddim opertam fuisse aquis salsissimis, ita quod vsque in diem hodiernum ex illa palude seu stagno sub quo latet tanta multitudo puteorum, bitumen habetur, ideo quadrat vt bitumen interpretetur, licet secundum proprietatem vocabuli, commune genus ad bitumen, calcem, & si quid aliud huiusmodi est, significare videatur. Amplectere tu quod certum est, nec neges bitumen, quia ex propinquitate vallis ad lacum Asphalti, multitudo puteorum bituminis in valle Siddim consequenter haberi potest. AVCTOR CATE. Vallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Hebraicé est עֵמֶק הַשִּׂדִּים בְּאֵרֹת בְּאֵרֹת חֵמָר veemek hasiddim beeroth beeroth hemar, Et vallis Siddim, putei putei bituminis. Hebraismus est, & idem significat quod est in nostra æditione. Alij, Et vallis Siddim plena erat puteis cæmenti, verterunt. Vtrunque enim חֵמָר significat, bitumen scilicet & cæmentum. Septuaginta, ἡ δὲ κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ φρέατα φρέατα ἀσφάλτου, At vallis salsa, putei putei bituminis. Chaldaica, Vallis autem campestris habebat puteos ex quibus effodiebatur bitumen. Quinque igitur illarum vrbium reges, vel fortè consules, sic dicti, aciem adornarunt ac instruxerunt contra quatuor illos reges inuictos, adortique sunt eos in valle agrorum, vel calcis, vbi frequentissimi putei erant bituminis. CHRYSOSTOMVS. Deinde vt discamus quomodo confracti eorum robore, & consternata magnanimitate, in fugam versi sunt (inquit) *Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorræ terga uerterunt, ceciderúntque* H
ibi, & qui remanserunt, fugerunt ad montem. CAIETANVS. Non est dubium quod quinque reges fuerint victi, sed incertum est, an in istis duobus regibus Sodomæ & Gomorræ tanquam præcipuis, subintelligantur alij tres reges etiam fugientes, an isti duo tantum reges fugerint, & tres alij fuerint occisi, nam capti non narrantur. Ceciderúntque (ait) ibi. Ad exercitus quinque regum casus refertur. Et qui remanserant, fugerunt ad montem. I
Explanatur tum quod nõ omnes cæsi aut capti sunt, tum quo fugerunt residui. AVCTOR CAT. Cum igitur inferius dicatur rex Sodomorũ venisse obuiam Abræ à cæde regum reuertẽti, quod dicitur hic, ceciderúntq; ibi, non de ipsis duobus regibus qui fugerunt, sed intelligitur quòd pars exercitus, & populi qui cũ ipsis erant occisi fuerint, reliquis ad mõtana fugientibus. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quãto robore pollebant isti viri, quomodo hostes suos etiam aspectu suo in fugam verterũt? Vide consequenter, quomodo illis fugam ineuntibus, isti ablatis omnibus quæ illorum erant, redierint. *Tulerunt autem* (inquit) *omnem substantiam Sodomorum & Gomorræo-*
rum, & uniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Septuaginta habent, Et tulerunt omnem equitatum Sodomorum & Gomorræ. Pro equitatu, in Hebræo habet רְכוּשׁ Rechus, id est, substantiam. CAIETANVS. Non est autem vertendum in dubium, reliquarum ciuitatum facultates comprehendi sub istis. AVCTOR CATENAE. Peccata Sodomorum eo bello dominus clementer puniendo, erudire voluit, vt non conuersos ad meliora, grauius postea damnaret, K
& id insuper per impios reges, qui & ipsi prostrati tandem sunt à viro dei. Non sufficerat autem strages, nisi & possessiones & annonam quoque necessariam abstulissent. Talis militum crudelium, & victoriæ insolentis consuetudo, vt subiectis illudant, & dominio non contenti, pauperes & captiuos habere malint, quàm tributarios.
Necnon & Loth & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. AMBROSIVS. Itaque & Loth infirmioris consilij precium luit, non terrarum infœcunditate, sed amœnitatis inuidia deceptus, vt etiam ipse captiuus educeretur, quoniam vitio seruilis nequitiæ à prudentiore deflexerat, & partem flagitiosorum elegerat. CHRYSOSTOMVS. Acceperunt quoque & Loth filium fratris Abræ, & supellectilem eius, & abierunt. Ecce quomodo nihil profuit Loth primatus & electio. Nam ex hoc non solum nihil vtilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiam abductus est, & didicit re ipsa, quod multo satius ei fuisset vti consuetudine iusti, quàm separatum in libertate viuere. Ecce enim vt diuisus est à iusto, & putabat se in maiori esse vbertate rerum & copia, & potiora se assequutum & abundare, repente factus est seruus, carens domo, carens & foco, vt discas quantum L
malum sit diuisio, & quantum bonum concordia, & quod conuenit non maiora temere capescere, sed potius humilitas diligenda est. Tulerunt (inquit) & Loth & omnem substantiam eius. Quanto melius erat eum cum Patriarcha viuere, & omnia ferre, vt ne concordia solueretur, quàm separatum & electis potioribus, in tanta repente pericula incidere, & in Barbarorum venire potestatem? Iam fortè hic aliquis interrogauerit, quare cum effugerunt Sodomitæ alij, viri quidem pessimi, iustus Loth in captiuitatem abducitur? Non simpliciter hoc, neque frustra, sed vt discas his euentibus, & Patriarchæ virtutem, & indicibile subsidiũ dei, & quod propter ipsum seruantur & alij, & vt erudiaris primatum non appetere, sed maioribus cedere. Ex his ergo quæ Loth euenerunt, discere possumus, nunquam ægreferendum, si quando iusti incidant in tentationes, improbi verò & mali euadant, neque vllo modo prima quærenda, neque aliquid iustorum familiaritati & conuictui præferendum & seruitutem apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorem habendam. INTERLINEARIS. Ex hoc loco habes, ex societate malorum iustos aliquando pœnas incurrere temporales, licet ipsorum criminis non sint par- M
ticipes.

Mystícè. RABANVS. Mysticè autem, Quatuor reges qui quinque reges superauerant, possunt contrarias potestates significare, quæ carnales quinque sensibus corporis abutentes, vitiis vincunt, ac in dominium suum redigunt. Nam Amraphel qui interpretatur dixit vt caderet, & rex est Sennaar, qui excussio dentium, vel fœtor eorum interpretatur, potest hæresim significare, quæ ad certum casum tendens, verbis dolosis sensum fœtidum euomit. Arioch autem qui interpretatur ebrius vel ebrietas, typice designat gentilium stultitiam, qui iniquitate ebrij, cæco corde creaturam pro creatore venerantur, & seculi illecebris per omnia inuoluuntur. Chodorlaomor verò quod interpretatur quasi decorus manipulus, & rex est Elam, hoc est, seculi vel orbis, hypocrisin non inconuenienter exprimit, quæ licet vana sit & pernitiosa, tamen decora superficie, imperito vulgo in præsenti esse videtur, sed in futuro per aduentum veri luminis, qualis fuerit apparebit. Porrò Thadal qui sciens iugum siue explorator di-

A tor dicitur, & rex est gentium, apte ad significationem auaritiæ transferri potest, quæ sagax atque versuta, multos suo subiugat imperio. Tales ergo reges primum vincunt Bara, qui malitiã sonat siue creaturam, & rex est Sodomorum, hoc est, cæcitatis siue pecudis silentis, cum eos qui in malitia vetusta perseuerant, quatenus more pecudum cæcitatem libidinis sequantur, persuadet. Vincunt & Bersa, hoc est, in angustia constitutum, regem scilicet Gomorræ, id est, populi tumentis ac seditiosi, cum eos qui præsentium curis angustantur rerum, ac nefas rapinæ agere non formidant, obruunt ac prosternunt. Vincunt & Sennaar regem Adamæ, hoc est, terræ cum eos qui carnalia tantum sapiunt, & de cœlestibus non cogitant, vt in luxu voluptatum permaneant exhortan- 1.Cor.15.
tur, quatenus iuxta illud propheticum, actibus suis dicant, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vinbuidia. Quintum ergo regem, hoc est, regem Bale, similiter vincunt spirituales nequitiæ, cum fusillanimes, B
ac formidolosos in desperationem mittunt. Bale enim interpretatur præcipitatio vel absorbitio, & in nulla re antiquus hostis magis certat ac satagit, quàm vt post lapsum peccati deceptos, in desperationem, ne se recuperare possint, immittat ac perdat.

ET ecce unus qui euaserat nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Ammorræi 4
fratris Eschol, & fratris Aner, bi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audisset Abram,
captum uidelicet Loth fratrem suum, numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decem & octo,
& persequutus est eos usque Dan, & diuisis sociis irruit super eos nocte. Percussitque eos, & persecutus est
eos usque Hoba, quæ est ad læuam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Loth fratrem suum cum sub-
stantia illius, mulieres quoque & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam
C *reuersus est à cæde Chodorlaomor & regum qui cum eo erant in ualle Saue, quæ est uallis regis.*

Et ecce unus qui euaserat nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorræi fratris Eschol, & fratris Aner, 4
bi enim pepigerant fœdus cum Abram. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et qui fugerat, nunciauit Abram transitori. Ipse verò sedebat ad quercum Mamre Amorræi fratris Eschol, & fratris Aunam, qui erant coniurati Abræ. Pro eo quod nos posuimus transitori, in Hebræo scriptum est עִבְרִי ibri, hoc enim transitor exprimitur. Quod autem ait apud quercum Mamre Amorræi, melius in Hebræo legimus, apud quercum Mamre Amorræi fratris Eschol, & fratris, non Aunam, vt Septuaginta transtulerunt, sed Aner, vt ostenderet Mamre, & Eschol, & Aner Amorræos atque germanos, socios fuisse Abræ. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta alia exemplaria. Et nunciauit Abram
D transfluuiali. Transfluuialem Abram appellatum, etiam Græca exemplaria satis indicant. Sed cur ita appellatus sit, hæc videtur causa, quod ex Mesopotamia veniens, transito flumine Euphrate, sedes constituit in terra Chanaan, & transfluualis appellatus est ex ea regione vnde venerat. Vnde Iesu Naue dixit ad Israëlitas, Quid vultis seruire diis patrum vestrorum, qui sunt trans flumen? CHRYSOSTOMVS. Annunciauit Abræ transitori. Quod dicit, vt nos memores faciat, quomodo ex Chaldæa exierit. Nam quia trans Euphraten domicilium habuerat, dictus est transfluualis vel transitor. Et antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indiderant, iam antea significantes eum inde migraturum. Vocatus est enim Abram, quia migraturus erat trans Euphratem, & in Palæstinam venturus. Attende autem quomodo & parentes eius licet infideles forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei, nomen puero imposuerunt, sicut & Lamech suo Noë. Est enim & hoc diuinæ misericordiæ, & fupura per infideles dicere. Sed quomodo tantum bellum conflatum ignorauit patriarcha? Fortassis magna distantia aberat, & ideo ignorauit. Aduenienes itaque quidam (inquit) nunciauit transitori quæ acciderant, captiuita-
E tem videlicet filij fratris, & regum illorum magnam potentiam, Sodomorúmque expugnationem, & fœdam fugam. Ipse autem (inquit) habitabat iuxta quercum Mambre, Omori fratris Eschol, & Aunam, qui erant coniurati Abræ. DIODORVS. Vel Abram transitor siue Hebræus, quod idem est, appellatur, quia post confectum bellum Persarum cum regibus Sodomæ ac Gomorræ, Iordanem fluuium traiecit, vt habitaret quercum Mambræ. ACACIVS. Vel Abram Hebræo dictum est, quia Hebræi omnes dicti sunt ab Heber. THEODORETVS. Ego verò arbitror Hebræos dici non ab Heber, sed ex eo quod Abram patriarcha cum è Chaldæa in Palæstinam proficisceretur, fluuium transmiserit, nam Hebræus Syrorum lingua, transiens appellatur. Quod si ab Heber Hebræi vocantur, non eos modo Hebræos nuncupare necesse esset, sed plerásque etiam alias gentes, quæ ab Heber genus ducunt, & vt alias prætermittam, ex eo profecti sunt Ismaëlitæ, & hi qui à Cethura, & Idumæi, atque alij. RVPERTVS. Quare autem cum iam totiens Abram nominatus, & adhuc in hac scriptura no-
F minandus sit, & nusquam Hebræus dicatur, hoc illum loco Hebræum, id est, transitorem nominari placuit? Videlicet ob commendandam magnitudinem rei ac virtutis, quod scilicet transitor, id est, peregrinus & aduena, deo protegente fecerit rem, quam indigenæ quinque reges facere non potuerant, & de victoribus quatuor regibus, vnam vltionem, & plenam reportauerit victoriam. CAIETANVS. Et ecce vnus qui euaserat nunciauit Abram Hebræo, & cætera. Ex hoc quod Abram cognominatur Hebræus, apparet quod Hebræi nomen non est à nomine Abram deductum. Et quanuis sit quæstio an Abram dictus fuerit Hebræus ab Heber (à quo constat originem habuisse Abram, & illius tempore diuisionem fuisse linguarum non ambigitur) an ab Habar (hoc est, transire flumen Euphratis, quia ex regione trans flumen migrauerat in terram Chanaan) ipse tamen sonus vocis præ se fert magis Heber quàm Habar. Non enim dicitur Abram Habræo, sed Hebræo. Ex hoc autem loco apparet, quod Abram iam inclytus erat, vtpote fœderatus cum principibus Amorræis & quod ex subditis istorum confœderatorum accepit vt infra explicabitur, ad liberandum Loth. AVCTOR CAT. Et ecce vnus qui euaserat

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunciauit Abram Hebręo.Varia est opinio Hieronymi ac Septuaginta,& inter Hebręos summa disceptatio,aliis G
Hebræos ab Heber dictos putantibus,aliis ab Abram.Ipsum quoq; Abram hic Hebræũ appellari,vel ab Heber,vt
velle videtur Hieronymus,vel vt alij,ab Habar,hoc est transiuit,vt Abram traiector appelletur,quod Euphratem
iussu diuino relicta patris sui domo transierit.Atq; ex eo tempore Hebræum appellari cœptum,hoc est, transeun-
tem.Atq; hoc sentiunt Septuaginta,qui hoc loco non Abram Hebræum vertunt,sed Abram περάτης, id est,trans-
uadantem,aut transfluuialem,vt habebat antiqua Latinorũ æditio,quos pleriq; Græci interpretes sequuntur.Ali-
quibus autem nulla ratione videri potest,vt Hebræi ab Abraham appellentur, propter literarum varietatem, vt
arbitratur alicubi Augustinus, licet idem de ciuitate dei sextodecimo,existimet Hebræos ab Heber esse vocatos,
potius enim Abrahamæi essent appellandi. Hebræi autem respuunt se ab Heber cognominari, quod is idololatra
vt ferunt,fuerit,nefasq; sit tam sanctam gentem, ab homine prophano atq; impuro nomen sortiri. Sed hoc quid
officit,cum & cognati Abraham viri iusti & sancti,idololatræ fuerint,à quibus ille procreatus est?Quid ergo ob-
stat quod idololatra Heber fuerit, cum ab eo si non linguam, saltem genus ducerent Hebræi? Proinde verissima H
multis videtur Hieronymi sententia . Nam post diluuium cum adhuc viueret Heber, linguarum confusio facta
est.Ac vera antiquissimaq; lingua, in ea domo remansit, cumq; totius familiæ caput esset Heber , ab eo nomen ea
lingua ac natio accepit.Et cum in domo Abrahã,integra ac syncera permãsisset, hi soli Hebræi,eáque lingua He-
bræa vocari meruit.Cæteri quidem qui ab Heber descendissent, non sunt Hebræi vocati, propter eam, quam di-
ximus causam.Non enim puritatem illam seruarunt . Quod autem sequitur in litera, qui habitabat in conualle
Mamre,Hebraicè est בְּאֵלֹנֵי beelone , quod Septuaginta παρὰ τῇ δρυΐ, Apud quercum Mambre verterunt . Chal-
daica verò æditio,In campestribus Mamre dixit . Et quidem אֵלֹן elon,tam quercum seu quercetum, quàm con-
uallem seu campestria significat.Sed & de hoc alibi abunde satis iam dictum est.Igitur quæ à quatuor magnis re-
gibus gesta fuerant, Abram Hebræo nunciata sunt, qui licet trans fluuium Euphratem natus, habitabat tamen in
conualle seu querceto,non proprio, sed mutuo sibi ad vsum locato ab Amorræo quodam fratre Eschol & Aner, I
cum quibus fœdus & amicitiam inierat passim. Vt enim iam nota facta fuerat probitas & sanctimonia viri,sic il-
los quoq; viros bonos latere non poterat,cuius ob id societatem ambierunt,licet hominis peregrini,à quo profe-
cerunt,& adiuti sunt.Probitas enim etiam apud exteros,amicos parat. Quod & si infideles & simul improbi fue-
runt,quia tamen inter eos demorabatur iustus,iure potuit cum eis in licitis tamen & honestis fœdus contraxisse,
vt propterea ad vnius veri dei cultum illos attraheret.Quod & fortè antea fecit,quanuis id scriptura non recen-
seat.Quicquid tamen sit,amicitia vicinorum summo in pretio habenda,colenda,& vtilis esse ex hoc loco osten-
ditur.Proprias verò terras non possidet,& tamen nulla cõmoditate fraudatur pius,domino deo suo fidelis & pro-
ximus.Satis fœlix & diues est,qui beneficentia & officiis multos sibi fidos amicos parat atq; conciliat. CHRY-
SOSTOMVS. Cæterum discamus & patriarchæ insignẽ tolerantiam,propensum in Loth amorem & beneuo-
lentiam, fortitudinis magnitudinem , opum contemptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij virtutem.
Quod cum audisset (inquit) *Abram,captum uidelicet Loth fratrem suum,numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decem &* K
octo. AMBROSIVS. Quid est numerauit,nisi elegit? Vnde illud non solum ad scientiam dei refertur, sed
Lucæ,12. etiam ad gratiam iustorum, quod in Euangelio dixit dominus Iesus, Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.
Numerauit (inquam) trecentos decem & octo expeditos vernaculos,vt scias non quantitatem numeri,sed meri-
tum electionis expressum.Eos enim asciscit , quos dignos numero fidelium iudicauit, qui in domini nostri Iesu
Christi passionem crederent.Probatur diuisionis affectus, quando sic amabat nepotem, vt pro eo nec belli decli-
naret periculum. CHRYSOSTOMVS. Et quare numerauit trecentos decẽ & octo vernaculos,dicet quis?
quare non simpliciter omnes accepit,& vernaculos,& qui cum Loth educati erant?nempe vt vltionem sponte &
beneuole facerent,vtpote serui pro suo domino certantes. RABANVS. Vel expeditos dixit, iuuenes ad bel
lum promptos,& qui non fuerunt vxorati de quibus in sequentibus dixit,Exceptis his quæ comederunt iuuenes.
CAIETANVS. Quod cum audisset Abram , captum videlicet Loth fratrem suum . Causa belli suscepti ab
Abram aduersus Assyrios explanatur , sed magis in Hebræo . Nam significatur , non qualitercunque captus, L
sed in præda , ita quod peregrinus habitator Sodomæ (non pugnator , non ciuis) abductus est in prædam.
Numerauit expeditos vernaculos suos . Iuxta Hebræum habetur , Et armauit vsitatos suos natos domus suæ,
trecentos & decem & octo . Non supputauit Moyses nisi viros qui erant vsui continuo Abræ , manifestan-
do quod non erant alienigenæ , sed nati ex familia ipsius Abræ . Et quia trecenti decem & octo fuerunt arma-
ti , nati ex familia Abræ , patet quod magna valde erat Abræ familia , habens præter hos , senes , paruulos mu-
lieres ineptos ad bellum, & relictos ad curam tot animalium , & cætera. AVCTOR CATENAE. Quod
cum audisset Abram , & cætera. Idem sensus est in Hebraica litera, quæ habet וַיִּשְׁמַע אַבְרָם כִּי נִשְׁבָּה אָחִיו vaisinaa
Abram chi nisba achif, Et audiuit Abram quod captus esset frater suus.Ita & Chaldaica, Septuaginta autem ha-
bent, ὅτι ᾐχμαλώτευται λὼτ ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ,Quod captiuatus est Loth nepos eius.Et cõmunis est hic locus ad
quem passim recurritur,cum probare volunt omnes consanguineos fratres appellari.Nam Loth quem hic scriptu
ra fratrem Abram appellat,hoc eodem capite paulo superius,filium fratris sui dixit. Quod verò sequitur,Nume- M
rauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo,in Hebræo habetur וַיָּרֶק אֶת חֲנִיכָיו יְלִידֵי בֵיתוֹ שְׁמֹנָה עָשָׂר
וּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת vaiarek eth hanicaf ielide betho semona asar vselos meoth. Pro quo sciendum quod verbum ריק rik,
educere gladium,euaginare,& armare significat,חָנַךְ hanach autem,erudire siue imbuere,scilicet primis elemen-
tis,vel à primis moribus. Vnde & hanichim dicũtur,eruditi siue imbuti legibus domus,& qui assuefacti & instru-
cti sunt in militia,vel alia quapiam arte. Sic igitur verti potest locus, Et armauit seu duxit in prælium, expeditos
suos pueros domus suæ,octodecim & trecentos. Hebræi enim in numerando à centum vsque ad mille minorem
semper numerum præponunt,& ita deinceps ascendendo,ad maiorem perueniunt. Alij,Et expediuit exercitatos
adolescentes suos filios domus suæ,decem & octo atque trecentos, verterunt. Chaldaica, Et armauit pueros suos
natos in domo sua,trecentos decem & octo.Septuaginta in omnibus cum Latina conueniunt æditione,nisi quod
pro expeditos,ἰδίους,id est, proprios vernaculos habent.Verum in his omnibus vnus idemq; est sensus . Occasio-
nem

A nem igitur adducit dominus ad clarificandum nomen amici sui in ipsius gloriam . Satim enim vt consanguinei
periculum audit,non cunctatur,non consultat,sed prompto consilio vernaculos domi natos,& arte bellandi pe-
ritos,quos plurimos alebat, & instituebat moribus, & vsu rerum temporalium, cõmuni sub vnius patris familias
prouidentia,gladiis & lanceis armauit. Quanuis sint qui dicant,non gladiis, lanceis,arcu,aut clypeis, sed diuino
tantum præsidio & confidentia,viros armasse Patriarcham.Videtur siquidem sub se habuisse vir sanctus amplis-
simæ familiæ optimos viros, cum vxoribus degentes, & in commune bonum vnius circunspectione communi-
ter propensos , quasi Apostolico more omnia in communi possidendo . Ex quibus omnibus trecentos decem &
octo elegit in expeditionem. *Et persequutus est eos usque Dan.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS
HEBRAICIS. Ad Phœnices oppidum quod nunc paneas dicitur,persecutus est eos.Dan autem,vnus ex fon-
tibus est Iordanis.Nam & alter vocatur Ior,quod interpretatur ῥεῖθρον quod est riuus. Duobus ergo fontibus qui
haud procul à se distant, in vnum riuulum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur. IDEM DE LOCIS
B HEBRAICIS. Dan viculus est quarto à Paneade miliario euntibus Tyrum,qui vsq; hodie sic vocatur,termi-
nus Iudææ prouinciæ contra septentrionem,de quo & Iordanis flumen erumpens,à loco sortitus est nomen.Ior
quippe ῥεῖθρον id est fluuium, siue riuum Hebræi vocant. CAIETANVS. Dan, nomen est alterius fontis,
inchoantis ad radices Antilibani Iordanẽ.*Et diuisis sociis irruit super eos nocte.Percussitq; eos,& persequutus est usque Hoba,*
quæ est ad læuam Damasci. HIERON. DE LOC. HEBRA. Alia litera habet, vsq; Chobaam. Est autẽ Chobaa
villa in Damasci regionibus, habens accolas Hebræos, qui credentes in Christum, omnia legis præcepta custo-
diunt . Et à principe hæreseos Hebionitæ nuncupantur.Contra huiusmodi dogma Paulus apostolus scribit ad Ga
latas . Damascus autem nobilis vrbs Phœnices.Eodem autem vocabulo & Masech ancillæ Abraham filius appel
latus est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et diuisus est super eos nocte,ipse & serui eius.Industria
Abræ describitur,tum diuidendo viros suos in multas partes,vt per diuersa loca irruentes, & exterrerent incau-
C tos quiescentes,& facilius interciperent fere circundatos, tum eligendo tempus nocturnum, quo victores securi
quiescebant somno vel etiam ebrietate.Et addit Iosephus,quod quinta nocte percussit illos,festinasse siquidem il-
lum ait,quod scriptura insinuat,dicendo,& persecutus est eos.Dicendo autem ipse & serui eius,exclusit alios in-
clytos (Mamre scilicet,& fratres eius) non viros illorum,nam illorum confœderatorum viri,eo quod ad seruien
dum Abræ in hac expeditione missi fuerant,appellati sunt serui Abræ,erant enim serui eius quo ad illud opus.
AVCTOR CAT. Parui ergo refert quod apud nos habetur,Et diuisis sociis irruit super eos nocte,Hebraicè le
gi,וַיֵּחָלֵק עֲלֵיהֶם לַיְלָה הוּא וַעֲבָדָיו vaiehalek alehem láila hu vaabadaf,Et diuisit se, seu diuisus est super eos nocte,
ipse & serui eius,& cætera,Chaldaica,Et diuisis seruis suis contra eos.Septuaginta, ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτοὺς τὴν νύκτα
αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ,Et irruit super eos nocte ipse & pueri eius.Nam hæc sensum non mutant.Dicunt autẽ quod
Patriarcha insequutus est reges victores vsq; in Dan cum toto exercitu suo,& cum nox irrueret, hostes à se inui-
cem diuisi sunt,& tunc diuisit & Abram exercitum suum in duas vel tres partes,vt à pluribus lateribus eos aggre
D deretur,ipseq; sumpta vna parte persequutus est hostem,& irruit super eum,& strauit illum.Bellum igitur nõ nisi
coactus nepotis periculo,& damnis recuperandis aggreditur iustus . Licet tota terra præliis vexaretur, ipse cum
sua ecclesia pacificus,dei protectione fruebatur cum suis amicis , fratris tamen causa supra humanas vires audet,
eos scilicet reges,tot & tantos,qui victoriosi hactenus,cunctos etiam gigantes prostrauerant,& bello natos debel
lare tentat,cui in domino fidenti nihil impossibile videtur.Prudenter tamen agit,& consilio apto vsus,noctu par
titus suos milites,improuisos & victoria insolentes obruit subito,& dei virtute opprimit ac prosternit multos,cæ
teros autem in fugam cogit,& persequitur vsq; ad Choba(quæ forte postea Dan dicta est)vrbem. *Reduxitq; omnem*
substantiam,& Loth fratrem suum cum substantia illius,mulieres quoque & populum. CHRYSOSTOMVS. Vide dilecte
miram dei potentiam,quanta velocitate contigit hæc victoria . Considera quoq; magnanimitatem & fortitudi-
nem iusti,quomodo bene fisus misericordiæ dei,non perculsus est animo,cum audisset virorum fortitudinem,&
stragem quam fecerant,primum in omnes gentes irruptione facta, debellatisq; Amalechitis,& cæteris omnibus.
E Deinde quod irruerant in Sodomos,& in fugam ipsos verterant,omnemq; illorum diripuerant substantiam . Et
idcirco superius hæc omnia narrauit nobis scriptura,& qualia sua virtute strenue gesserunt,vt scias quod nõ cor-
porali robore eos deuicerit Patriarcha,sed sua in deum fide,& superno præsidio adiutus,omnia illa gesserit, non
arma mouerit,nec tela,nec lanceas,nec arcus intenderit,nec scuta obiecerit,sed solum cum vernaculis.Erat enim
manus superna,quæ adiuuabat & commilitabat.Et ideo neque armis,neque machinis opus habebat,sed tantum
vt comparuit cum famulis,& alios quidem percussit, alios autem fugam inire fecit, & vtrunque impauide, cum
nullus esset qui obturbaret,& tam equos regis Sodomorum reduxit, quàm Loth fratris sui filium, & omnes eius
substantias & mulieres.Rediit autem magno & præclaro triumpho insignis,plenaq; voce prædicans,tubáque vo
calius clamans,quod non humana virtute,neque corporali robore,& illos fugarit,& victor euaserit,sed superna
manu faciente omnia. AMBROSIVS. Sed qui vincit, non debet sibi arrogare victoriam, sed deferre deo.
F Hoc Abram docet,qui triumpho humilior factus est,non superbior. AVCTOR CAT. Et reduxit omnem
substantiam,& Loth fratrem suum. Etiam hoc loco substantiam, ad equos tantum referunt Septuaginta, sicut &
superius,καὶ ἀπέστρεψεν πᾶσαν τὴν ἵππον τῶν σοδόμων,Et reduxit omnem equitatum Sodomorum,cum tamen no
men Hebraicum quod hic ponitur, scilicet רכוש rechus,totam facultatem,vniuersaq; bona significet, sicut & su-
pra de Loth atque Abram dicebatur,& erat facultas eorum copiosa,vbi est pręsens nomen.Vertendum itaque vt
fecit interpres.Reuocauit igitur fœlici victoria,patriarcha quicquid amiserat,vindicauit iniuriam fratris,reduxit
captiuitatem totius prouinciæ, & fratrem libertati restituit . Vbi videre licet Abræ fortitudinem, charitatem, fi-
dem,vigilantiam,prouidentiam, circunspectationem, iustitiam, proximi amorem, liberalitatem, & studium in
amicos. CHRYSOSTOMVS. Vidisti per omnia iustum clariorem fieri, & quotidie magis declarari dei
erga eum prouidentiam?Vide cõsequenter quomodo studet, vt Sodomitis diuini cultus doctor fiat. Dicit enim,
Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlaomor & regum qui erant cum eo, in ualle
Saue,quæ est uallis regis. Attende quanta sit virtus aliquem diuino frui adiutorio. Rex peregrino & seni in occur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum egreditur,& omnem honorem impendit.Iam enim didicerat,quod nihil prosit regni vtilitas ei,qui superno G
auxilio destitutus,& quod nihil potentius sit eo, qui manu dei adiuuatur. CAIETANVS. Non autem locus percussionis,sed locus occursus describitur,ad illam siquidem vallem peruenit rex Sodomæ,Abrę victori obuiando. AVCTOR CATENAE. In valle Saue quæ est vallis regis.Et ita est in Hebræo. Septuaginta autem πεδίον βασιλέως μελχισεδέκ, id est, Campum regis Melchisedech dixerunt. Chaldaica, In valle plana, quæ erat locus refrigerij regis. Clarius expressit quæ nam esset vallis hæc, ad quam vtique recreandi animi gratia reges sese conferre consueuerant. Nam & locum fuisse dicunt & stadium, vbi reges ludebant, & sese exercebant. Quodque postea Auson, aut verius Gaulon dicta, vallis fuerit grandis & campestris, immensæ longitudinis,ex omni parte montibus clausa, à Libano incipiens, & vsque ad desertum Pharan perueniens, in qua sunt nobiles vrbes, Scythopolis, Tyberias, stagnum Genezareth, Hierico, & mare mortuum per quam fluit Iordanis apud Paneadem oriens, inque mare mortuum se exonerans, quod & Asphalticum. Reuerentiam igitur & gratiam H
exhibuit Abræ rex Sodomorum, etiam impius,pro recuperato sibi regno,& hostibus prostratis.
Mysticè. EVCHERIVS. Sed quid hæc victoria Abræ de quinque regibus indicabat, quos ille fidei pater mysterio superauit, nisi quod fides nostra sic confirmata sit in spiritu principali, vt totidem corporis nostri sensus dei verbo subigat? Nam sicut ille de proximo in regibus victor,ita & fides per animam victrix, de exteriori homine triumphat. Quod verò ille non in multitudine, nec virtute legionum, sed tantum in trecentis decem octo comitantibus, aduersarios principes debellauit, iam tunc in sacramento crucis (cuius figura per Thau literam Græcam, & Iesu nomen,qui per iota & thita Græcis characteribus scribitur, qui Saluator interpretatur) in numero trecentorum decem & octo exprimitur, quod nos Christi passio liberaret à dominatu quinque carnalium sensuum, qui nos antea variis vitiis captiuantes exuperauerant.

5 ET uerò Melchisedech rex Salem, proferens panem & uinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram deo excelso qui creauit cœlum & terram, & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. I

5 At uerò Melchisedech rex Salem,proferens panem & uinum (erat enim sacerdos dei altissimi,) HIERONYMVS EVAGRIO. Statim in fronte Geneseos in prima Homiliarum Origenis reperi scriptum de Melchisedech, in qua multiplici sermone disputans, illuc deuolutus est, vt eum angelum diceret. Isdémque pene argumentis quibus scriptor tuus de spiritu sancto, ille de supernis virtutibus est locutus. Transiui ad Didymum sectatorem eius, & vidi hominem pedibus in magistri isse sententiam. Verti me ad Hippolytum, Hirenæum, Eusebium Cæsariensem, & Emisenum, Apollinarium quoque nostrum, & Eustathium, qui primus Antiochenæ ecclesiæ episcopus, contra Arrium clarissima tuba, bellicum cecinit, & deprehendi horum omnium opiniones, diuersis argumen- K
tationibus ac diuerticulis ad vnum compitum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananæum, regem vrbis Hierosolymæ, quæ primum Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit,nec mirum esse si sacerdos dei altissimi describatur, absque circuncisione & legalibus cerimoniis & genere Aaron, cum Abel quoque & Enoch & Noë placuerint deo, & victimas obtulerint, & in Iob volumine legimus, quod ipse & oblator munerum fuerit, & sacerdos, & quotidie pro filiis suis hostias immolarit, & aiunt ipsum quoque Iob non fuisse de genere Leui, sed de stirpe Esau, licet aliud Hebræi autument. Quomodo autem Noë inebriatus in domo sua, & nudatus atque derisus à mediano filio, typum saluatoris præbuit, & Cham populi Iudæorum, Samson quoque amator meretricis & pauperis Dalilæ, multo plures hostium mortuus quàm viuus occidit, vt Christi exprimeret passionem, omnésque pene sancti & patriarchæ & prophetæ, in aliqua re figuram expresserunt saluatoris. Sic & Melchisedech, eo quod Chananæus fuerit, & non de genere Iudæorum, in typum præcessisse sacerdotis filij dei, de quo dicitur in centesimonono psalmo, Tu es sacerdos in æternum secundum L
ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod solus & rex fuerit & sacerdos, & ante circuncisionem functus sacerdotio, vt non gentes ex Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint, neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moysi præcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate, neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum sanguinem, eorum animalium exta, id est, quicquid super escam est, susceperit, sed pane & vino, simplici puróque sacrificio, Christi dedicauerit sacramentum, & multa alia quæ epistolæ breuitas non recipit. Præterea plenius esse tractatum in epistola ad Hebræos, quam omnes Græci recipiunt, & nonnulli Latinorum, quod iste Melchisedech, id est, rex iustus, rex fuerit Salem, id est, rex pacis, sine patre, sine matre, & quomodo hoc intelligendum sit, vno statim verbo explicarit ἀγενεαλόγητος, non quod absque patre & matre fuerit, cum Christus quoque secundum vtranque naturam & patrem
Hebr.7. habuerit & matrem, sed quod subito introducatur in Genesi occurrisse Abram à cæde hostium reuertenti, & M
nec antè, nec postea eius nomen feratur ascriptum. Affirmat autem Apostolus, quod Aaron sacerdotium, id est, populi Iudæorum, & principium habuerit & finem. Melchisedech autem, id est, Christi & ecclesiæ, & in
Galat.4. præteritum & in futurum æternum sit, nullúmque habuerit auctorem, & quod translato sacerdotio, legis quo-
Mich.4. que mutatio fiat, vt nequaquam de Agar ancilla & monte Sina, sed de Sara libera,& arce Sion egrediatur ver-
Heb.5. bum domini, & lex dei de Hierusalem, & difficultatem rei proœmio exaggerat, dicens: Super quo multus nobis sermo est, & interpretabilis, non quia Apostolus non potuerit id interpretari, sed quia illius temporis non fuerit. Hebræis enim, id est, Iudæis persuadebat, non iam fidelibus, quibus passim proderet sacramentum. Veruntamen si vas electionis stupet ad mysterium, & de quo disputat ineffabile confitetur, quanto magis nos vermiculi & pulices, solam debemus scientiam insciticæ confiteri, & amplissimam domum, paruo quasi foramine ostendere? vt dicamus duo sacerdotia inter se ab Apostolo comparata, prioris populi & posterioris. Et hoc agit tota

A git tota disputatione vt ante Leui & Aaron, sacerdos fuerit Melchisedech ex gentibus, cuius tantum prædicat meritum, vt futuris sacerdotibus Iudæorum in lumbis benedixerit Abram, totúmque quod sequitur in laudes Melchisedech, ad Christi typum referri, cuius profectus, ecclesiæ sacramenta sunt. Hæc legi in Græcorum voluminibus, & quasi latissimos terrarum situs, in breui tabella volui demonstrare. Verum & Hebræorum ponam opinionem,& ne quid desit curiositati, eorum lectionem subnectam. Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & vinum, erat autem sacerdos dei excelsi, benedixítque illi & ait, Benedictus Abram deo excelso, qui creauit cœlum & terram, & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua, & dedit ei decimas ex omnibus. Tradúntque hunc esse Sem primum filium Noë, & eo tempore quo ortus est Abram, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta, qui ita supputantur. Sem post diluuium anno secundo, cum centum esset annorum, genuit Arphaxad, post cuius ortum vixit annos quingentos, hoc est, simul sexcentos. Arphaxad annos na-
B tus triginta & quinque, genuit Salem, qui & ipse tricenarius procreauit Heber,quem triginta quatuor annorum legimus genuisse Phaleg. Rursum Phaleg expletis annis triginta, genuit Rheu,qui & ipse post trigesimum & secundum natiuitatis suæ annum, ædidit Serug,de quo cum ad triginta peruenisset annos, ortus est Nachor, qui viginti nouem annorum genuit Thare, quẽ legimus quod septuagenarius genuerit Abram & Nachor & Aran. Supputa per singulas ætates annorum numerum, & inuenies ab ortu Sem, vsque ad generationem Abram, trecentos nonaginta annos. Mortuus est Abram centesimo septuagesimo quinto suæ ætatis anno. Ratione deducta inuenitur Sem abnepoti suo decimi gradus, Abrã superuixisse annos quadraginta. Simulq; & hoc tradunt, quod, vsque ad sacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex stirpe Noë cuius series & ordo describitur, fuerint sacerdotes,& deo victimas immolarint,& hæc esse primogenita, quæ Esau fratri suo vendiderit Iacob. Nec esse mirum, Gene.27. si Melchisedech victori Abram obuiam processerit, & in refectionem tam ipsius, quàm pugnatorum eius, panes vinumq; protulerit,& benedixerit ei,cum abnepoti suo hoc iure debuerit,& decimas prædæ atque victoriæ acceperit ab eo,siue quod habeatur ambiguum, ipse dederit ei substantiæ suæ decimas,& auitam largitatem ostende-
C rit in nepotem. Vtrunque enim intelligi potest,& iuxta Hebraicum,& iuxta Septuaginta interpretes,quod & ipse acceperit decimas spoliorum,& Abræ dederit decimas substantiæ suæ, quanquam Apostolus in Epistola sua ad Hebr.7. Hebræos apertissime definiat,non Abram suscepisse à Melchisedech decimas diuitiarum eius, sed de spoliis hostium partem accepisse Pontificem. Salem autem non vt Iosephus, & nostri omnes arbitrantur, esse Hierusalem nomen,ex Græco Hebraicoq; compositum,quod absurdum esse,peregrinæ linguæ mixtura demonstrat, sed oppidum iuxta Scythopolim,quod vsq; hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedech ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendens magnificentiam, de quo in posteriore quoq; parte Geneseos scriptum est. Venit Iacob in Socoth,id est,tabernacula,& fecit sibi ibi domos atq; tentoria,& transiuit in Salem ciuitatem Gene.14. regionis Sichem,quę est in terra Chanaan. Considerandum quoq; est,quod Abræ à cæde hostium reuertenti,quos prosequutus est vsq; Dan, quæ hodie Paneas appellatur, non de via Hierusalem, sed de oppido Metropoleos Si-
D chem in itinere fuerit,de quo in Euangelio quoque legimus, Erat autem Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salim quia aquę erant multæ ibi. Nec refert, vtrum Salem an Salim nominetur, cum vocalibus in medio literis perraro vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atq; varietate regionum, eadem verba diuersis sonis atq; accentibus proferantur. Hæc ab eruditissimis gentis illius didicimus, qui in tantum non recipiunt spiritum sanctum, vel angelum fuisse Melchisedech, vt etiam certissimum hominis nomen ascribant. Et reuera stultum est, id quod in typo dicitur, eo quod Christi sacerdotium finem non habeat, & ipse rex & sacerdos nobis vtrunq; donauerit, vt simus genus regale & sacerdotale, & quasi angularis lapis parietem vtrunq; coniunxerit, & de duobus gregibus bonus pastor vnum effecerit gregem, sic quosdam referre ad ἀναγωγήν, vt historiæ auferant veritatem, & dicant non fuisse regem, sed in imagine hominis angelum demonstratum, cum in tantum nitantur Hebræi Melchisedech regem Salem, filium Noë Sem demonstrare, vt ante hoc scriptum sic referant: Egressus est autem rex Sodo- Genã.14.
morum in occursum ei, haud dubiũ quin Abræ, postquam reuersus est à cæde Chodorlaomor, & regum qui cum eo erant, in valle Saue, hæc est vallis regis, de qua statim sequitur. Et Melchisedech rex Salem protulit panem &
E vinum,& reliqua. Si ergo hæc ciuitas regis est,& vallis regis, siue vt Septuaginta transtulerunt, campus, quem hodie Aulonem Palæstini vocant, manifestum est hominem fuisse qui in terrena,& valle & vrbe regnauerit. Habes quæ audierim,& quæ legerim de Melchisedech. Meum fuit recitare testes, tuum sit de fide testium iudicare. Quod si omnes repuleris, tuum certe spiritualem illum interpretem non recipies, qui imperitus sermone & scientia, tanto supercilio & auctoritate, Melchisedech spiritum sanctum pronunciauit, vt illud verissimum comprobarit, quod apud Græcos canitur, Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. IDEM DE HEBRAICIS QVAEST. Quia semel opusculum nostrum vel quæstionum Hebraicarum, vel traditionum congregatio est, propterea quid Hebræi de hoc sentiant inferamus. Aiunt hunc esse Sem filium Noë,& supputantes annos vitæ ipsius,ostendunt eum ad Isaac vsque vixisse, omnésque primogenitos stirpis Noë, donec sacerdotio fungeretur Aaron,fuisse Pontifices. Porrò Salem rex Hierusalẽ dicitur,quæ prius Salem appellabatur. Melchisedech autem, Hebr.7.
F Apostolus ad Hebræos, sine patre & matre commemorans, ad Christum refert, & per Christum ad gentium ecclesiam. Omnis enim capitis gloria, refertur ad membra, eo quod præputium habens, Abræ benedixerit circuncisо, & in Abram Leui, & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult, sacerdotium ecclesiæ habentis præputium, benedixisse circuncisо sacerdotio synagogæ. Quod autem ait, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, mysterium nostrum in verbo ordinis significatur, nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane & vino, id est, corpore & sangui- 1.Pet.2. Esaiæ.28. Ephes.2.
ne domini Iesu. EVSTATHIVS ANTIOCHENVS. Melchisedech genealogia non recensetur, quia maiores illius indigni erant qui cum viro iusto ac virtutis eximiæ connumerarentur. Assimilatur autem Christo, non secundum naturam carnis, nam secundum hanc Christi genealogia recensetur, sed secundum supremum illum ordinem, inenarrabilem generationem habens. THEODORETVS. Melchisedech vnde genus duxit? Cum diuinus Paulus dicat, sine patre, sine matre, sine genealogia, quis veritatem huiusce rei noscere

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei noscere potest? Vero tamen simile est, illum egentibus Palæstinam incolentibus fuisse. Illorum enim erat, & rex & sacerdos. Sacerdos autem vniuersorum dei. Quare & illi ipse Abram spoliorum decimas obtulit. Et cum esset iustus ac dei amicus, ab illo benedictionem accepit. Domini enim sacerdotij figuram gessit, quare & panem & vinum ipsi Abram rependit, vtpote talia vniuersorum deo offerre consuetus. CHRYSOSTOMVS. Et Melchisedech rex Salem, protulit panem & vinum. Erat autem sacerdos dei altissimi. Quid vult hæc obseruatio rant, cum in medium adduxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatem simul interpretatur cum significatione nominis eius, vsus etymologia quadam, Melchisedech rex iustitiæ. Nam iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnum significat, & sedech iustitiam. Et cum ad nomen ciuitatis venit, rex pacis (inquit) Salem enim idem quod pax est. Sacerdos autem erat fortè à semetipso ordinatus, sic enim tunc erant sacerdotes, vel quod qui ætate protulerunt. Alioquin & typus Christi futurus erat, vnde & Paulus ipsum extollens, sic dicit, Absque patre, absque matre, absque genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens, assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Et quomodo dicis, possibile est hominem absque patre & matre & genealogia esse, & non habere vel initium, vel finem vitæ? Audisti quod figura fuit, ne ergo admirare, neque omnia require in typo. Neque enim typus esset, si omnia quæ veritati accidunt, haberentur. Quid igitur est, quod ibi dico? Igitur sicut ille (inquit) eo quod non sit memoria eorum qui genuerunt, dicitur sine patre & sine matre, & quia non recensetur eius genealogia, dicitur sine genealogia, ita & Christus quia non habet vel in cœlo matrem, vel in terra patrem, absque genealogia dicitur. Et vide propter honorem in Patriarcham collatum, quomodo sacramentum insinuatur. Extulit enim illi panem & vinum. Videns typum, cogita oro & veritatem, & admirare diuinarum scripturarum veritatem, quomodo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. INTERLINEARIS. Hæc enim sacramenta nostrorum sacramentorum figura fuerunt. CAIETANVS. Aiunt autem Hebræi hunc Melchisedech fuisse Sem filium Noë, & potest esse verum, quia supputatis annis à natiuitate in natiuitatem per omnes generationes Sem, in capitulo vndecimo recensitas, incipiendo à natiuitate Arphaxad geniti à Sem biennio post diluuiũ, manifeste patet Sem fuisse viuum tempore quo Abram hanc habuit victoriam. Imò supputando annos à natiuitate Abræ vsque ad natiuitatem Isaac, & inde vsque ad natiuitatem Esau, & Iacob, manifestè apparet quod Abram est mortuus priusquam Sem annis triginta quinque. Nam Sem vixit vsque ad quinquagesimum annum ætatis Esau & Iacob, Abram verò vixit vsque ad quintumdecimum annum duntaxat ætatis eorundem. Rex Salem, non est certum an sit ciuitas Hierusalem, an sit ciuitas Salem iuxta Scythopolim. Proferens panem & vinum. Nihil refert quod Hebraicè scribitur in præterito protulit. Nihil scribitur melius excelsum reddi potest. Chaldaica, Et ipse erat minister coram deo excelso, Septuaginta à quo sumpsisse hic de sacrificio, seu oblatione, sed de prolatione seu extractione, quam Iosephus dicit factam ad refociendum victores. Quod autem in vulgata æditione subditur vt causa oblationis, erat enim sacerdos dei altissimi, In Hebræo non habetur vt causa, sed vt separata clausula. Et ipse sacerdos el excelso. Adiungit siquidem regiæ dignitati ac liberalitati, dignitatem sacerdotalem, non diis gentium, sed deo excelso. Et nominatur deus el, & est dicui casus. Tertium est hoc nomen dei, hactenus siquidem nominatus est à Moyse vel elohim vel iehouah, quod est nomen quatuor literarum, modo incipit nominari el, & est nomen commune deo & creaturis, significans fortem, sed appropriatur deo tanquam antonomasicè forti. In litera tamen adiungitur excelso, ad explicandum celsitudinem diuinæ fortitudinis supra omnium fortitudines. Congruit proposito, vt deus nominetur fortis, quia fortitudine vsus fuit, victoriam præbendo Abræ. AVCTOR CATENAE. Hebraica veritas hoc in loco ita legit וּמַלְכִּי צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם vmalchi zedek melech Salem. Sciendum verò duas esse dictiones, melchi & zedek, ex quibus Melchisedech nomen componitur, quæ hic separatæ ponuntur, & nõ in vnum coniunctæ, quæ si vertantur, hoc modo reddentur, Rex meus iustitiæ, attamen tam Hebræi, q̃ Græci & Latini coniunctim protulere, & locum vertunt, Ad Melchisedech rex Salem. Chaldaica verò manifestat aperte cuius vrbis fuerit rex vir iste, inquiens, Et Melchisedech rex Hierusalem. Siquidem vt satis dictum est, tradunt Iudæi post Ionatan auctorem translationis Hierosolymitanæ, hunc fuisse Sem filium Noë, qui cum vixerit post diluuium quingẽtis annis, vsque post mortem Abræ, prouidentia dei habitauit in Salem, quæ postea Hierosolyma, vbi & rex fuit, quia senior ætate, auctoritate, doctrina, religione, pro se & suo populo, sacrificabat deo excelso, vero & soli. Quodq; iam tunc hominibus ciuitas eadem innotescere cœpit, quod ad dei cultum esset deputanda. Alij post Hieronymum, Salem non Hierusalem, sed oppidum Salem, iuxta Scythopolim regionis Sichem in via à Dan ad Sodomam fuisse adseuerant. Vbi autẽ apud nos est, proferens panem & vinũ, Hebraicè est וַיֹּצֵא hozi, & clarius redditur protulit, sic enim & Septuaginta ἐξήνεγκεν, hoc est, protulit, & Chaldaica, Adduxit panem & vinum. Et quanquam hic Hebræi & alij non sacrificantem significare dicant, vel offerentem Melchisedech, sed proferentem, depromentem, exportantem, viaticum scilicet fatigatis itinere, & congratulantem sancto viro de cœlesti victoria contra impios terrræ concussores, cum ipse esset rex pacificus, & iustitiæ propugnator. Rectius tamen dicitur, sacerdotem magnum, deo sacrificium panis & vini (gratiarum videlicet actionem reddentem pro patriarchæ victoria) obtulisse. Quod sequentia manifestè indicant, cum subditur, Et ipse sacerdos dei altissimi, quasi rationem reddat sancta scriptura siquis diceret, & quomodo obtulit deo rex oblationem? quid sibi cum altari, cum purpura reges faciat, non sacerdotes? Erat (inquit) ille sacerdos dei altissimi, vel excelsi, est enim עֶלְיוֹן elion in Hebræo, quod thopolim. Proferens panem & vinum. Nihil refert quod Hebraicè scribitur in præterito protulit. Nihil scribitur videtur interpres, τοῦ ὑψίστου, hoc est, altissimi. Sed idem sunt excelsus, summus & altissimus. Omnia enim hæc de omnipotente domino conuenienter dicuntur. Nihil enim ad prolationem viatici redeuntibus de pugna facit, dicere quod Melchisedech erat sacerdos dei altissimi. Vis autem clarius intueri sacrificantem deo Melchisedech, & sacerdotem hoc in loco exhibentem? vide quod sequitur. *Benedixitq; (inquit) ei.* INTERLINEARIS. Sicut maior minorem. CAIETANVS. Ecce actio sacerdotalis. Medius siquidem est sacerdos inter deum & populum, & propterea vice dei benedicit aliis. *Et ait, Benedictus Abram deo excelso, qui creauit cœlum & terram, & bene-*

A *& benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* CHRYSOSTOMVS. Non solum ipsum Abram benedixit, sed & deum glorificauit. Vt dixit enim, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terrã, & à creaturis virtutem dei nobis declarat. Si enim deus est ille, qui produxit cœlum & terram, non sunt iam dij, qui ab hominibus coluntur. Dij enim qui cœlum & terram non fecerunt, pereunt. Et benedictus deus excelsus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro, quomodo non solum iustum prædicat, sed & dei præsidium agnoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tantam eorum quos circundabat, potentiam vincere. Qui tradidit (inquit) inimicos tuos in manus tuas, hoc est, ipse est qui totum operatus est, ipse est qui fortes fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos deiecit, ab eo est gratia, quæ tantam tibi virtutem concessit. Vides quomodo ostendit eius concordiam, & propensum amorem in Loth, quòd pro suis propriis inimicis habuit, propter ea quæ in fratris filium fecerant? INTERLINEARIS. Benedictus Abram deo excelso, & cætera. Ac si planioribus verbis dicat, hæc victoria deo excelso est assignanda, & gratiarum actio pro beneficiis exhibenda. CAIE-
B TANVS. Benedictus Abram deo excelso. Datiui casus est deo excelso. Benedictus (inquit) Abram es, ad gloriam dei excelsi. Qualis sacerdos, talis benedictio, sacerdos dei refert benedictionẽ in deum. Qui creauit cœlum & terram, iuxta Hebræum, possessori cœlorum & terræ. Non solum à fortitudine & celsitudine, sed à tranquillo ac quieto dominio mundi describitur deus. Possessio enim cœlorum & terræ, plusquam actuale dominium mundi significat. Et benedictus deus excelsus. Crescit oratio, à benedictione Abræ proficiscens ad benedictionem dei. Verum deus à sacerdote benedicitur benedictione laudis, Abram verò benedictione opitulari. Quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Plus habetur iuxta Hebræum, qui tradidit angustatores tuos in manu tua. Et appella-
uit reges Assyrios angustatores Abræ, angustias Loth imputando Abræ. AVCTOR CATENAE. Quod
C in nostra æditione est, Benedictus Abram deo excelso, Aliqui לְאֵל עֶלְיוֹן leel elion, A deo excelso verterunt, vt ela riorem locum redderent, à quo Abram benedictum se intelligere deberet, nempe à deo solo & vero omnipotẽte, ministerio tamẽ sacerdotis. Chaldaïca fere in eundem sensum, Corã deo excelso, loco cuius Septuaginta ὑψίστῳ, id est altissimo legunt. Quod verò sequitur, Qui creauit cœlum & terram, Hebraicè est: קֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ kone samaim vaárez, Possessori cœli & terræ, id est, qui possidet, & qui deus cœli ac terræ est. Nam קָנָה kana, possidere & acquiescere est, licet ex hoc loco etiam creare significare dicant, prout & interpres, & Septuaginta verterunt, ἔκτισε, Qui creauit. Chaldaica, Cuius possessio est cœlum & terra. Deinde quod sequitur, quo protegente hostes in manibus tuis sunt, Hebraicè legitur אֲשֶׁר מָגַן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ aser migen zarecha biiadecha. Notantum autem Migen verbum, protegere, claudere, & tradere significare. Vnde licet possit locus reddi sicut in æditione nostra, attamen potest etiam verti, Qui tradidit hostes seu angustiatores tuos in manibus tuis, seu manu tua. Ita etiam legit Chaldaica, & Septuaginta. Potuit etiam dici, Qui clausit, id est, conclusit inimicos tuos in manus tuas. Sacerdotalis igitur officij erat, laudem & gloriam victoriæ, soli deo vero & excelso ascribere, sacrificium laudis offerre, & gra-
D tiarum actionis, omne bonum à deo proficisci, agnoscere & docere. Cuius nutu, potestate & prouidentia, omnia fiunt, cuius solius est dare victorias, & virtute sua fidelium fragilitati opem ferendo, succurrere, iustisq; conatibus assistere. Ex his clare liquet, regem Melchisedech hoc in loco vtraque parte sacerdotalis muneris egregie
functum, altera scilicet, quia domino deo panem & vinum in sacrificium obtulit, altera, quia Abræ minori ma- Hebr. 7.
ior benedixit, quicquid dicant Hebræi. *Et dedit ei decimas ex omnibus.* CHRYSOSTOMVS. Hoc & Paulus dicit, Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitiis Patriarcha, videlicet ex spoliis quæ adduxit, remunerauit Melchisedech, & decimas ei segregauit de omnibus quæ attulit. Hoc loco doctor fit omnibus, vt declarantes gratitudinem, primitias eorum quæ sibi à deo concessa, offerant. CAIETANVS.
Et dedit ei decimam ex omnibus. Non intelligo quotam, hoc est, decimam quanque partem significari nomine decimæ, sed speciem pro genere positam. Et est sensus, & dedit Abram ipsi Melchisedech tanquam sacerdoti dei excelsi, portionem ex omnibus, quam consueuimus decimam nominare, sic enim apud Israëlitas nominabantur tempore Moysi. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est: וַיִּתֶּן לוֹ מַעֲשֵׂר מִכֹּל vaiten lo maaser micol,
E Et dedit ei decimam ex omnibus. Chaldaica, Et dedit ei vnum ex decem de omnibus. Ambigua quidem locutio, quis cui decimas dederit, sed Paulus explicat, nimirum iunior maiori, Abram sacerdoti. Sic & Septuaginta intellexerunt, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἅβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων, Et dedit ei Abram decimam ex omnibus. Datio autem decimarum, confessio est datorum à deo munerum ex terra, quibus sacerdotes domini qui aliis communiter seruiunt, docendo vel iuuando, protegendo vel consultando, & portionem non habent in terra, sed dominus portio eorum est, & ij quoque qui paupertate grauantur sustentari debent, iuxta legem naturæ & dei, quæ charitatis rationem commendat per omnia. Simúlque nota, hoc primum loco decimas sacerdotibus datas inueniri. Dicunt etiam Hebræi, voluisse deum hoc indicio significare ipsi Abræ, quod illic quandoque semen suum esset oblaturum decimas & sacrificia, atque benedicturum domino. Aduerte demum tria hic munera pere-
gisse Melchisedech, quæ ei non vt regi, sed vt sacerdoti competierunt. Primùm, quia panem & vinum deo ob-
F tulit in sacrificium. Secundùm, quod Abræ victori benedixit. Tertiùm, quod decimas recepit ab Abram de omnibus. Mystice.

EVCHERIVS ET AMBROSIVS. Hic igitur Melchisedech, qui interpretatur Latinè rex iustitiæ, & ciuitatis Salem quæ dicitur pax, sacerdosq; dei summi, panem & vinum in sacrificium offerens, cui & de prædecimas dabant secundum legis mandatum, vere vt maioribus & eminentioribus sibi. Quis est sacerdos iste, nisi vnicus dei filius, sacerdos summi patris, qui sui corporis sacrificio, patrem nostris repropitiauit delictis? Quis rex iste iustitiæ, nisi idem dominus & saluator noster, qui in præsenti suos regit, & in futuro iustè iudicabit? Sine patre vt Apostolus ait, sine matre, sine genealogia, nec initium dierum, nec finem vitæ habens, quod vtique nulli hominum congruere potest, nisi domino soli. In eo enim quod subito nomen eius inducitur, & ex qua stirpe sit procreatus, nequaquam penitus indicatur, ac de initio vitæ eius, vel fine, nec antè, nec post-
modum

Universidad de Deusto Biblioteca

modum quicquam refertur, dei filio domino nostro assimilatur. Ipse est enim solus de patre, sine matre genitus G
per diuinitatem, ipse de matre sine patre per humanitatem, ipse quoque sacerdos æternus, ad quem dicitur, Tu es
sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ipse iustitia & pax, rex & sacerdos, rex videlicet ex deo
patre, sacerdos ex virgine matre. Sine matre enim eum fuisse manifestum est ex patre, cum dicitur ab Euangeli-
Ioan.1. sta, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sine patre quoque eum extitisse ex matre Euangelista
Lucæ.1. pronunciat, cum Mariæ angelus loquitur, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,
propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Sine aliqua etiam sacerdotali genealogia homo exti-
tit ex hominibus, vtpote non ex tribu Leui ortus, sed ex tribu Iuda, ex qua tribu nihil de sacerdotali præcepto ac-
cepit, vtique propter mysterium sacramenti, quod christianis celebrare præceptum est, vt non secundum Aaron,
Cap.22. pecudum victimas, sed oblationem panis & vini, id est, corporis & sanguinis eius sacramentum, in sacrificium of-
feramus. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Ibi quidem primum ap- H
paruit sacrificium quod nunc à Christianis offertur deo toto orbe terrarum, impleturq́; illud quod longe post hoc
factum, per prophetam dicitur ad Christum qui fuerat venturus in carnem, Tu es sacerdos in æternum, & cętera.
Non scilicet secundum ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferendus, illucescentibus rebus, quæ illis vmbris eno-
tabantur. EVCHERIVS. Quod autem patriarcha magnus decimas Melchisedech sacerdoti post benedi-
ctionem dedit, illud spiritualiter expressit, melius videlicet futurum sacerdotium in populo gentium, quàm Le-
uiticum quod in Israël de ipso erat nasciturum, futurumq́; vt sacerdotium ecclesiæ habens præputium, benedice-
ret in Abram circunciso sacerdotium synagogæ. INTERLINEARIS. Sed & moraliter decimæ dantur,
cum bono operi perseuerantia additur.

6 *DIxit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei, Leuo ma-*
num meum ad dominum deum excelsum possessorem cœli & terræ, quod à filo subtegminis usque ad I
corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt (Ne dicas, ego ditaui Abram) *exceptis his*
quæ comederunt iuuenes, & partibus uirorum qui uenerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre. Isti accipient
partes suas.

6 *Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi.* CAIETANVS. Ab animabus homines
significat. AVCTOR CATENAE. Quod in nostra æditione ponitur animas, & ita est in Hebræo, rectè
immutauerunt Septuaginta, vertentes, Δός μοι τοὺς ἄνδρας, da mihi homines. Anima enim in Hebræo, pro toto
accipitur homine. Cæterũ non ita apte quod sequitur, videlicet Cætera tolle tibi, quod in Hebræo est רְכֻשׁ rechus,
& facultatem ac substantiam significat, vt etiam habet Chaldaica τὴν δὲ ἵππον, id est, At equitatum verterunt.
Qui respondit ei, Leuo manum meam ad dominum deum possessorem cœli & terræ, quod à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, K
non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. CHRYSOSTOMVS. Ideo vt opinor, iuramentum adhibuit, vt ne putes
eum ita simulare vt probabile est sæpe contingere, sed vt sciat hoc ita plane decretum apud Abram, vt ne vel mi-
nimum quid inde sibi seligeret. Atque ita implebat mandatum illud, quod à Christo discipulis dictum, Gratis ac-
Matth.10. cepistis, gratis date. Non enim (inquit) ego aliud quid ad belli rem attuli, præterquam voluntatem & prompti-
tudinem. Victoriam autem & triumphum, ac cætera operatus est ille, qui est omnipotentissimus dominus. Ma-
gna patriarchæ in contemnendis diuitiis virtus, & cuius gratia abiurat & dicit, Leuo manum meam ad domi-
num possessorem cœli & terræ. Duo simul hic docere vult Sodomorum regem, & id quod præstantius erat iis
quæ ei offerebantur. Nam & vitæ honestæ formam indicauit, & pietatis doctor ei fieri studet, quasi docens eum,
Illum tibi testem adhibeo, quod nihil tuarum rerum accipiam, illum qui omnium est conditor, vt scire possis
deum omnium, & ne credas esse deos, ea quæ ab hominum manibus fabricantur. Ille enim cœli & terræ condi-
tor, ille omnium dominus, nobis in hoc bello victoriæ & triumphi auctor. Ne igitur expectes me permissurum, L
vt mihi des quippiam. Neque enim mercedis gratia vindictam feci, sed primum ob amoris affectum, quem erga
fratris mei filium gero, deinde & propter ipsius iustitiæ officium, vt è barbarorum manibus eriperem iniuste ab-
ductos. Si à funiculo (inquit) subtegminis, vsque ad sphæroterem calcei accipiam de tuis omnibus, hoc est, ni-
hil tam vile, nec tam contemptibile existimatum, quod accipiam. Nam sphæroterem solent vocare apicem calcei
qui in acumen desinit. Quo calceorum genere barbari consueuerunt vti. Vidisti quantam pietatem & religio-
nem in omnibus præ se ferat iustus? Et quomodo à rege Sodomorum à funiculo vsque ad sphæroterem acci-
pere nihil voluit? accepit autem ea quæ à sacerdote sunt oblata, retribuens & sua. Quibus nimirum nos docuit,
habendum aliquem delectum, & non passim ab omnibus dona accipienda. Nam quanuis Sodomita ille quan-
tum ad liberalitatem attinebat, sapiebat, erat tamen alioquin incredulus, & institutione multa indigebat. Pro-
inde patriarcha dona quidem despexit, omnem autem curam adhibuit, & per ea que accipere refutauit, & per M
ea quæ dixit, curauit, vt illum ad pietatem induceret. A Melchisedech autem non iniuria accepit. Viri enim vir-
tutem diuina scriptura assignauit, dicens, Erat autem sacerdos dei altissimi. Quanuis alias etiam quæ fiebant,
Christi typus erant, & oblata sacramentum quoddam præsignabant, ideo & protulit. Cæterum vt accepit, vi-
cissim illum suis remunerando, docebat virtutis suæ magnitudinem, decimas enim ei dedit, etiam hac ratio-
ne piam suam mentem significans. AMBROSIVS. Quantum autem hoc, quod de præda vi-
ctoriæ nihil voluit contingere patriarcha, nec oblatum sumere? Minuit enim fructum triumphi merce-
dis susceptio, & beneficij arrodit gratiam. Plurimum enim refert, vtrum pecuniæ, an gloriæ dimica-
ueris. Alter mercenarij loco ducitur, alter dignus habetur conseruatoris gloria. Dicet aliquis cum Abram
vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorum, Nihil accipiam ex omnibus quæ tua sunt, cùm præda
vtique ipsa in potestate victoris fuerit? Docet militarem disciplinam, vt regi seruentur omnia.
ORDINARIA.

A ORDINARIA. Ecce quomodo excutit iustus manus suas ab omni munere, in quo ostenditur, quia bella à
fidelibus non cupiditate, sed charitate committenda sunt. CAIETANVS. Leuo manum meam ad domi-
num, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Leuaui manum meam ad Iehouah el excelsum, possessorem cœli &
terræ, quod à filo sub tegminis vsq; ad corrigiã caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Duo dei nomina
hic iunguntur, Alterum est tetragrammaton, alterum el, vt vnus atque idem deus explicetur primum essendi
principium, & fortis, celsus super omnia, vt Abram significetur cultor vnius dei, qui dat esse omnibus, qui dat
fortitudinem omnibus, & cum hoc eminet supra omnia, & regnat & in cœlis & in terra, tanquam in propriis re-
bus suis, hoc enim explicatur per possessionẽ cœlorum & terræ. Profitetur itaq; Abram coram regibus fidem suam
erga cultum vnius solius dei, tum verbis istis, tum factis, narrando primum quod vouit deo se non accepturum
quicquam rerum illorum, & hoc pro gloria dei, vt scilicet opulentia eius attribuatur deo, non hominibus. Dicen
do itaq; Leuaui manum meam, dicasse seipsum deo, vouisse se deo, commemorat. Et à rebus minimis filo & cor-
B rigia, cuncta comprehendit. Ex omnibus quæ tua sunt. Hoc additur ad differentiã rerum quæ fuerant regum Assy
riorum, non ad differentiam rerum Gomorræorũ & aliorum Pentapolitarum. Nam quanuis solus rex Sodomorũ
hic nominetur, ab eo tamen tanquam pręcipuo intelligendi sunt reliqui Pentapolitæ qui fugerant ad montem. Et
pari ratione Abram nihil pro se voluit rerum quæ fuerant illorum, sed rerum quæ alias fuerant regum Assyriorũ,
non renuit Abram portionem sibi debitam. AVCTOR CAT. Leuo manum meam. Quam diuerse huius
verbi tempora vertuntur ab omnibus interpretibus: Hebraicè enim est הֲרִמֹתִי harimóthi, Leuaui. Chaldaicè, leuo.
At Græcè ἐκτενῶ leuabo, seu extendam. Nos enim per præsens, quanquam id ad sententiam nihil referat, quod in
aliis esset magnopere cauendum. Primitiuũ autem eius est רוּם rum. Et fortè iurandi modus apud priscos erat ma
nus leuatio. Quanquam Chaldaica manuum leuationem ad orationem referat, iuxta Apostolum, In omni loco
leuantes puras manus vestras. Hebet enim, leuo manum meam in oratione coram deo excelso, cuius possessio cœ-
C lum & terra est. Quod autem sequitur, à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, in Hebræo scriptum est,
מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל mihut vead seroch náal, A filo & vsque ad corrigiã calciamẽti. Ita & Chaldaica. Septuagin-
ta ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος, A filo vsque ad corrigiam calciamenti. Et dicunt Hebræorum ali-
qui, à filo quo sartores vestimenta consuunt, vsque ad corrigiam, quæ est cutis, calciamentum constringens. Vel
à filo, id est, vitta capitis, vsque ad corrigiam calciamenti, à capite ad pedes, à maximo ad minimum, non ali-
quid accipiam de rebus tuis. Quod si fecero, obnoxius sim pœnæ à domino. Fidelis Abram, per dominum iu-
rat, & sine peccato in gloriam dei coram perfido rege, nolens ascribi gratiam & misericordiam dei regi Sodo-
morum. Non patitur vera fides honori diuino quicquam decidere. Nec spoliis ditari volebat, sed proprio suo,
suorúmque studio & labore. CHRYSOSTOMVS. Exin & causam quare accipere à rege Sodomorum
detrectet, subnectit. *Ne dicas ego ditaui Abram.* Habeo (inquit) deum qui innumera mihi suppeditet bona, su-
pernæ gratiæ innitor, non opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum dei in me
D beneficentia, scio illius largitatem. Paucis & vilibus cessi meo Loth, magnas & ineffabiles promissiones asse-
quutus sum, & nunc maiorum diuitiarum negotiatio mihi est, & maiorem eius gratiam mihi concilio, quare
opes tuas non accipio. CAIETANVS. Dicendo, Ne dicas ego ditaui Abram, causam voti insinuat fuis-
se, vt reseruetur deo gloria, quod Abram fuerit diues. CHRYSOSTOMVS. Deinde vt ne putet rex, quod
propter contemptum & despectionem quæ ab eo dabantur non acciperet, declarans suam & in hoc humanita-
tem, & bene moratam mentem, inquit. *Exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus uirorum qui uenerunt mecum,* Lucæ.10.
Aner, Eschol, & Mambre. Isti accipient partes suas. Ecce vir iustus quomodo Apostolicam legem in vernaculis suis
implet, quæ dicit, Dignus est operarius mercede sua, nihil vltra victum suum eis accipere permittens. In confœ-
deratis autem euangelicum præceptum obseruans, datum militibus per præcursorem domini, Estote conten-
ti stipendiis vestris. ORDINARIA. Stipendia ergo militantium excipit, & partes eorum qui secum pu-
gnauerant, partim iustitiam suam demonstrans, partim stipendia legitime pugnantibus debita non abnegans.
CAIETANVS. Hinc apparet quod viri istorum trium confœderatorum Abræ, iuerunt cum Abram, quos
E Abram non duxit priuandos portionibus sibi debitis. Occurrit autem hic quæstio, quare non excepit etiam de-
cimam datam Melchisedech? Solutio est, vel quia illius mentio facta fuerat, & præsente rege Sodomorum da-
ta, vel quia decimam dedit de omnibus suis, non aliorum. Præter bona siquidem direpta in Pentapoli, accepit
Abram etiam alia bona Assyriorum regum qui fugerant, & de illis Abram dedit decimam. Prima tamen solu-
tio quadrat literæ sonanti quod de omnibus dedit decimam, non de aliquibus. AVCTOR CATENAE.
Et partibus virorum. Hebraicè est חֵלֶק hélek, id est, parte seu portione virorum, quæ scilicet eis ex præda ob-
ueniret. Igitur de labore & opere charitatis tantummodo sumptum & victum quærebat militibus patriarcha,
quod nemo propriis stipendiis pro alio militet. Excusat oblata à rege, non arroganter contemnit, modestiam
& liberalitatem docendo per omnia. Aner, Eschol, Mambre, fratres erant potentes in terra, & boni viri, Abræ
confœderati, à quibus locorum nomina processerunt. CHRYSOSTOMVS. Vidisti euidentem patriar-
F chæ virtutem, quomodo & philosophiam exercuerit opes contemnendo, & modestiam præ se ferendo, vt ni-
hil per arrogantiam & contemptum facere videatur, neque è victoria superbiat? Talem imitemur & nos ob-
secro, & operam demus, vt inuictos nos custodiamus, & neque prætextu virtutis arrogantes, vanam gloriam
quæramus, neque prætextu modestiæ virtutem negligamus, sed vbique modum seruemus & bonis operibus
nostris humilitatem, quasi fundamentum & scabellum substruamus, vt secure virtutes superextruere valea-
mus. Virtus enim non est, nisi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè iecerit, pote-
rit in quantam voluerit altitudinem structuram excitare. Hæc est inexpugnabilis turris, Hæc omne conti-
net ædificium, non sinens ipsum vel à ventorum violentia, vel ab imbrium impetu, vel à spirituum vi deiici,
sed omnibus insidiis inaccessum facit, & inuictum quasi ex adamante constructum esset, magnásque nobis
diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & Patriarcha tantarum promissionum accepit magnitudinem.
Scietis enim permittente deo, & ex iis quæ in contextu dicenda, quomodo nunc, vt contempsit ea, quæ datu-
rus erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dei dona consecutus est. Per hanc non ille solum, sed & iusti o- C
mnes deo fuerunt grati, id quod si fueritis diuinarum scripturarum lectionis studiosi, addiscere poteritis. Mi-
sericors enim dominus quando nos videt despicere præsentia, etiam ipsa largius suppeditat, reponítque pluri-
ma quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius vitæ, & in omnibus aliis temporalibus re-
bus. Despiciamus igitur præsentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus, despiciamus vanam gloriam
hanc, vt vera illa & solida fruamur, despiciamus præsentem prosperitatem vt præ ineffabilibus illis nihili facia-
mus præsentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Neque enim possibile est, vt qui præsentibus est manci-
patus, ineffabilium bonorum desiderium accipiat vnquam. Sicut enim lemæ quædam oculos opplentes, ita præ-
sentium cupiditas, intellectum obscurat, & non permittit videre quid oporteat facere. Contra non est possi-
bile, vt qui solida & immobilia illa bona ament, momentanea ista, & quæ anteaquam appareant marcescunt,
concupiscant. Nam qui saucius amore diuino, & futurorum desiderio tenetur, aliis oculis videt præsentium sta- H
tum, & considerat quod omnis præsens vita figura est & deceptio, & à somniis nihil differt.

Mystice. RVPERTVS. Spiritaliter quoque hic locus euangelicum virũ ædificat. Etenim quisquis crucis vexilũ eri-
git, & nomen Christi prædicat, sicq; legitimè certãs, fanaticum errorem, siue hæreticã barbariem expugnat, & ex-
inde non quæ sua sunt quærit, sed quæ Iesu Christi, ipse quodammodo est Abram, qui cum trecentis decem &
octo vernaculis suis, quatuor reges deuicit, & eos qui spoliauerant spoliauit, atque propinquum liberauit, &
hoc facto ab homine siue per hominem ditari noluit, dicens regi Sodomorum, quia à filo subtegminis vsque
ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Itidem vbi fides quæ per dilectionem operatur,
quatuor animi passiones superauerit, quas eximius Poëta vno versiculo expressit, Hinc metuunt, cupiúntque,
dolent, gaudéntque, & interiorem hominem ab illarum captiuatione liberauerit, plane exemplo patris Abræ
laudabiliter triumphauit. Magnum nanque & victoriosum est, non gaudere de prosperis, nec dolere de aduer-
sis huius mundi, non sperare prospera, nec timere mundi huius aduersa. Quisquis autem ille est, contemnat à I
Matth.6. rege Sodomorum quicquam accipere, ne dicatur quod ille eum ditauerit, id est, caueat facere coram homini-
bus iustitiam suam vt videatur ab eis, ne illam incurrat sententiam, Amen dico vobis, receperunt mercedem
suam. Sed & altior nobis restat adhuc sensus perquirendus. Regis Sodomorum, qui homines pessimi erant, &
peccatores coram domino nimis, & Melchisedech regis Salem, sacerdotis dei altissimi, dignitates vel merita
valde sibi contraria sunt, & tamen vterque Abræ obuiarunt. Nec verò de Melchisedech dubium vel incognitum
cuiquam est, quin Christum significet, cui sicut ait spiritus sanctus in Dauid, Iurauit dominus & non pœnite-
bit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quid econtra rex Sodomorum nisi po-
pulum significat Iudæorum, qualis tunc temporis erat, quando Christus rex & sacerdos summus, nascendo de
Esaiæ.1. virgine, patri nostro Abræ obuius factus est? Væ genti peccatrici (inquit Esaias) illius temporis Iudæos intuens,
væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Ac deinceps, Nisi dominus sabaoth K
reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes facti essemus. Item audite verbum
domini princeps Sodomorum, percipite auribus legem dei nostri populus Gomorræ. O igitur magnum & mi-
rabile præsentis huius narrationis mysterium, triumphatoris celebrat occursum Abræ, rex Sodomorum, pessi-
morum vtique & peccatorum nimis hominum, quia profectò futurum erat nouissimo tempore, vt victoriosam
Matth.23. fidem Patriarcharum & Prophetarum, celebrarent viri pessimi & peccatores nimis, scilicet scribæ & pharisæi,
cæterique Iudæi, non quidem natalibus, sed reuera moribus principes Sodomorum, velut sepulcra foris deal-
bata, per hoc ipsum quod celebrarent opera patrum, intus autem plena ossibus mortuorum, secreto enim viue-
bant secundum sulphureas carnes Sodomorum. At verò Christus rex iustitiæ, rex Salem, id est, pacis, rex in-
Matth.26. quam, idémque pontifex magnus, illorum talium hominum diebus natus, sacerdotio suo functus est, secun-
dum ordinem Melchisedech. Protulit enim panem & vinum, dicens: Hoc est, corpus meum, Hic est sanguis
meus, & sic obtulit semetipsum pro fideli Abram verum sacrificium, & benedixit ei. Per suum enim sanguinem,
benedictionem, id est, peccatorum remissionem acquisiuit illi, imò & omnibus electis, qui expectauerunt eum
ab origine mundi.

IN CAPVT

A IN CAPVT GENESEOS QVINTVMDECIMVM ARGVMENTVM.

*Abræ promittitur Isaac: item tertio & quarto terra Chanaan. Fides Abræ. Seruitus & libera-
tio filiorum Israel.*

CAPVT XV.

B HIs itaque transactis, factus est sermo domini ad Abram, per uisionem dicens, Noli timere Lect. prima
*Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abram, Domi-
ne deus quid dabis mihi? Ego uadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ
iste Damascus Eliezer. Additque Abram. Mihi autem non dedisti semen, & ecce uer-
naculus meus, hæres meus erit.*

CHRYSOSTOMVS. Thesauro cuipiam assimilatur iustorum virtus. Nam sicut qui I
ex illo vel paruam quandam partem capere potest, breui sibi copiam rerum, quanta satis est,
parat. Ita euenire & in virtutibus Patriarchæ videre quis potest. Ecce fere quotidie ex historia eius, proposita vo-
bis doctrina, magna largitate conuiuium præbemus, & hucúsque nondum paruam bonorum illius operum par-
tem enarrare potuimus, tantis abundat virtutibus. Et sicut à fonte largis fluente riuis, etiam si omnes hauriant, nõ
solum non imminuuntur fluenta, sed quanto plures sunt, qui inde hauriant, tanto magis aquarum natura scatu-
rit. Ita etiam in Patriarcha nostro fieri videmus. Quot enim à tempore, quo fuit, vsque in præsens, ex fonte bono-
rum illius operum hauriunt, & non solùm non euacuarunt flumina, sed & tanto abundantior est scaturigo bo-
C norum operum? Narrationem enim de illo in diuina scriptura quasi catenam auream inuenimus contextam. Et
omni tempore primũ quidem ipse præ se fert optime moratam vitam, statim autẽ subsequitur diuina remunera-
tio. Et vt discatis quod ita res se habeat, & quanta diuina ei rependatur merces, eo quod contempserat donata sibi
à rege, operæprecium fuerit quæ lecta sunt breuiter enarrare. Quid igitur inquit? *His itaque transactis, factus est ser-
mo domini ad Abram, per uisionem dicens.* Quare sic incipit, His itaque transactis? Num indicat ea, quæ cum Melchi-
sedech & rege Sodomorum gesta sunt? Post contemptum illum inquit, Postquam ea quæ ab illo data sunt repu-
lit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pronunciauit, vt pietate & agnitione conditoris omnium, regem
initiaret. Postquam decimas Melchisedech obtulit, quando (inquit) omnia quæ ex se erãt impleuit, tunc his transi-
actis, Factus est (inquit) sermo domini ad Abram per visionem. Vide misericordiam domini, quam statim & è
vestigio sequens beneficiis suum athletam remunerat, & ad vlteriora certamina iterum instruens, vigore nouo
D roborat. Factus est (inquit) sermo domini in visione noctis. Quare in nõcte? vt in silentio & quiete melius quæ
dicuntur accipiat. GREGORIVS NAZIANZENVS IN ORATIONE DE SPIRITV
SANCTO. Patriarchæ deum sub imagine viderunt, at verò Prophetæ etiam futura prospiciebant, affecti men
tem à spiritu sancto tanquam cera, quo fiebat, vt sibi futura tanquam præsentia videre viderentur. Ideo & pro-
phetiam visionẽ vocare solebant, & ipsi Prophetæ videntes appellati sunt, Ea enim est spiritus sancti vis, vt quem
libet mirabiliter illuminet ad intelligendum & percipiendum ipsum bonum, quia lumen est intellectuale om-
nis animæ rationalis, eámque ita afficit, vt possit veritatem reperire, quasi quibusdam radiis à substantia sua in
eam coniectis. INTERLINEARIS. Factus ergo sermo domini dicitur per visionem, hoc est, per occul-
tam inspirationem. CAIETANVS. Quanuis ex scriptura non constet an fuerit in somniis an vigilando
hæc quarta visio, duo tamen coniecturam pariunt quod fuerit vigilando. Alterum, quod inseritur actus creden-
di imputatus ad iustitiam, dormientes enim nec iniusti simus. Alterum, quod tam accurate describitur à Moyse,
nam non solùm narrat visionem, sed sermonem in visione. Nec hoc suffecit, sed adiungit actionem loquendi, ad
E differentiam sermonis scripti, monstrati in visione. Describitur itaque interna visio dei, sub specie alloquentis
Abram, dicendo ipsi subiuncta. AVCTOR CATENAE. His itaque transactis. Hebraicè est אַחַר הַדְּבָרִים
אֵלֶּה ahar haddebarim haélle, post verba hæc. Septuaginta verò non mutant hoc loco locutionem Hebraicam,
μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα, post autem verba hæc, Quod tamen prudenter fecit interpres. Chaldaica vt in Hebræo.
Deide quod apud nos est, per visionẽ, & Hebraicè est בַּמַּחֲזֶה bamahaze, Invisiõe, & apud Septuaginta ἐν ὁράματι,
Chaldaica legit, In prophetia. Hebræi enim, non tantum eam appellant visionem quæ noctu fit, sed omne pro-
phetiæ genus, quamobrem & prophetas vocant videntes. Pleraque sunt autem visionum genera, vt à Moyse
Aegyptio scribitur. Nam quædam est, qua vigilantibus nobis, tota membrorum compago resoluitur, vt de se-
se Daniel prodit. Alia, qua id minime contingit, sed tanta est eius hominis qui videt expiatio, tantáque cum di-
uino numine familiaritas, vt dissolutione atque ecstasi minime opus sit, sed amicè ac familiariter cum deo lo-
F quatur, quod Moysi solum volunt Hebræi accidisse. Et quia solent homines aptiores esse diuinis reuelationibus
percipiendis, dum foris sensus quiescunt à propriis functionibus, tunc enim species solito clariores reuelat deus
amicis suis, & assensum præbet, ingeritq; memoriam, quæ & propheticæ visiones dicuntur. Ideo Græcorum ali-
qui legerunt hic in visione noctis, sed hoc non est in Hebraica litera, potuit enim & diurna esse visio, vt prædi-
ctum est. Sed iam quid in visione patriarchæ dictum sit, videamus. *Noli timere Abram, ego protector tuus sum.*
CHRYSOSTOMVS. Attende immensam dei curam. Quare dixit noli timere? quia tantas opes contempse-
rat, non curatis his quæ rex dabat, hoc est, ne timueris, quod despexisti tanta dona, neque anxius sis, quasi imminu
tiores sint tuæ facultates. Noli timere. Deinde vt animum magis excitet, adiecit verbo & appellationem, & in-
quit, Noli timere Abram. Non parum ad expergefaciendum facit, cum quempiam proprio nomine compella-
mus. Ego protector tuus. Multam habet & hoc verbum emphasim. Ego qui à Chaldæis te euocaui, ego qui te huc
duxi, ego qui te à periculis Aegypti liberaui, ego qui semel atque iterum promisi tibi atque semini tuo daturum
me terram

Universidad de Deusto
Biblioteca

me terram hanc,ego qui in dies magis & magis omnibus te clarum ostendo,ego protego te,hoc est,scuti vice ti- G
bi ero,ego pro te certo,ego propugnator fio,ego curam gero,ego omnia difficilia facilia tibi reddam, ego prote-
go te. RVPERTVS. Noli timere Abram,ego protector tuus sum.Tanquam diceret, Iam accepisti gustum
protectionis meæ,primum in eo, quod propter vxorem tuam Sarai flagellaui Pharaonem & domum eius plagis
maximis,& diuitem te inde ascendere feci,deinde & in eo,quod me protegente,hostes, scilicet quinque reges in
manu tua fuere.Ergo de cætero fidentior esto, quod ego protector tuus sum,& generis tui. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur,Ego scutum tibi.Rationem timendi Abram habebat, quia contra reges Assyrios insur-
rexerat,qui erant potentes ad redeundum in Pentapolim,& opprimendum Hebron,& omnem terram Chanaan,
vt testantur prius gesta ab eisdem. Et propterea deus in primis tollit ab eo timorem, prædicendo illi non euentu-
rum illi malum quod timet,quia defensionem Abræ susceperit in seipso tanquã scutum Abræ,ad reiiciendum om-
nes aduersus Abram sagittas,ictus & huiusmodi.Hæc metaphora sufficit ad reddendum Abram tutum,vt secu-
rus habitaret in terra Chanaan, timor enim talis trahebat eum ad migrandum inde in remotiorem regionem. H
AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est hic אָנֹכִי מָגֵן לָךְ Anochi magen lach, Ego scutum tibi, vel ego
protego te.Migen enim,protegere est,à quo magen descendit,scutum & protectio. Septuaginta,ἐγὼ ὑπερασπίσω σοῦ,
ego protegam te.Chaldaica more suo, Verbum meum erit fortitudo tua. Sed vnus sensus omnibus. Noli ergo
(inquit deus) ô Abram timere homines,qui dominum habes protectorem.Ego tibi contra omnes hostes clypeus
ero,sagittas excipiam inimicorum,propellam.Sic itaque deus protector est omnium in se sperantium ac diligen
tium eum,qui licet interdum vincantur & cadant,non est ex diuinæ protectionis defectu,sed ex protectorum in-
firmitate & negligentia.Sunt autem protectionis diuinæ diuersi gradus.Nam beatam dei genitricem,non solùm
ab omni mortali & veniali,sed etiã ab originali peccato protexit,vt beatꝰ Thomas super primũ sententiarũ,quæ-
stione quadragesima quarta,articulo tertio ad tertium,dicit.Potest aliquod creatum inueniri,quo nihil purius in
rebus creatis inueniri potest, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas beatæ virginis quæ à
peccato originali & actuali immunis fuit. Sanctificatos autem in vtero,& cõfirmatos in gratia,protexit deinceps I
ab omni mortali, ne liberentur in illud. Indiguit verò Abram protectione diuina, præcipuè quoniam in medio
idololatrarum ac pessimorum tunc morabatur,ne cum peruersis illis peruerteretur. AMBROSIVS. Et quo-
niam sibi mercedẽ ab homine non quæsierat Abram,à deo accepit,ideo sequitur, *Et merces tua magna nimis.* Nõ
est serus ad remunerandũ dominus,& cito promittit,& multa largitur,ne infirmos animos per dilationem aliquã
subeat pœnitẽtia contẽpsisse præsentia,& velut quadã vsuraria largitate compensat,vt vberiora restituat ei, qui ca
ptus non fuerit oblatione præsentiũ. CHRYSOSTOMVS. Noluisti mercedẽ accipere pro laboribus,quos su
stinuisti,tantis periculis teipsum obiiciendo,sed contempsisti & regem & munera eius.Ego tibi mercedem dabo,
non tantam quantam accepturus eras,sed multam amplius, & valde multam. RVPERTVS. Et merces tua
magna nimis, vt peregrinus factus propter me,vtrobique gaudeas,scilicet & in præsenti de protectione mea,qua-
tibi tolerabilis sit ipsa peregrinatio tua,& in futuro de mercede nimis magna. CAIETANVS. Merces ope- K
ri debetur.Seruierat deo Abram, relinquendo patriam & peregrinando, ac peregre commorando in terra Cha-
naan, quam timor deuictorum regum cogebat ipsum deserere. Et propterea vtrunque illi dicitur, Esto securus,
quia ego scutum tibi,& peregrinationi tuæ obediendo mihi,ego quoque ero merces,hoc est, reddam mercedem
multam valde. AVCTOR CATENAE. Porrò merces illa,non exterius temporale duntaxat fuit bonum,
sed beata diuinitatis fruitio,quæ incomparabile,& quodammodo infinitum est bonum,ceu infiniti increatiq; bo
ni,immediata,secura,sempiternaq; possessio, de quo per Prophetam dicitur,Oculus non vidit,& auris non audi-
uit,nec in cor hominis ascendit,quod præparauit deus his qui diligunt eum.Quasi dicat deus,Fidei & obedientiç
tuæ ego merces ero.Opera quidem tua, gratuita dona mea in te, coronabo. CHRYSOSTOMVS. Vidisti
liberalitatem domini? vidisti verborum pondus? Vidisti quomodo excitat pietatis athletam? Vidisti quomodo
animam eius confirmauit?Ipse enim qui arcana cordium nouit,sciebat illi opus esse huiusmodi verborum con-
solatione.Videamus modo quid dicat Patriarcha. *Dixitq;* (inquit) *Abram, Domine deus quid dabis mihi? Ego uadam*
absq; liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS L
HEBRAICIS. Et ego vado sine liberis, & filius Masek vernaculæ meæ hic Damascus Eliezer. Vbi nos habe-
mus,& filius Masek vernaculæ meæ,in Hebræo scriptum est וּבֶן מֶשֶׁק בֵּיתִי vben Mesek bethi,quod Aquila transtu
lit,ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος δικίαμ μου,filius potũ dantis domui meæ,Theodotio verò,καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου,& fi
vel villici,qui vniuersa dispensat & distribuit cibaria familiæ meæ,vocaturq; Damascus Eliezer, hic meus hæres
erit. Porrò Eliezer interpretatur deus meus adiutor. Ab hoc aiunt Damascum & conditam & nuncupatum.
AMBROSIVS. Ab ipso ergo domino mercedem quam postulet Patriarcha consideremus. Non diuitias vt
auarus,non longæuitatem vitæ istius,vt meticulosus mortis,non potentiam,vt superbus, sed dignum quærit sui
hæredem laboris.Quid mihi (inquit) dabis?Ego vadam sine liberis. Discant ergo homines coniugia non sperne-
re,nec sibi sociare impares,ne huiusmodi suscipiant liberos,quos hęredes habere non possint,vt vel transfunden- M
dæ hæreditatis contemplatione,si nullo contuitu pudoris mouentur,digno studeant matrimonio. CHRYSO-
STOMVS. Domine quid dabis mihi? Ego autem sine liberis dimittor. Postquam merces sibi valde copiosa
promissa, exponit animæ suæ dolorem & tristitiam,propter prolis inopiam,quæ interim in pectore eius toto illo
tempore fuit,dicens:Domine quid tale dabis mihi?Ecce ego vsq; ad senectam perueni,& prole carẽs dimittor.Vi
de quomodo priscis illis seculis iustus ille philosophatur.Nam qui vitam honestè,& in virtutibus egerunt,quan-
do ex hac vita emigrant,verè liberantur,& quasi soluuntur à certaminibus,& à vinculis relaxãtur.Est enim mors
his qui bene viuunt,translatio quædam ad meliora,à momentanea vita,ad perpetuã & immortalem,finemq; non
habentem.Ego autem dimittor (inquit) prole carens.Et vt misericordem dominũ sibi conciliaret,non iis conten
tus fuit verbis.Et quid dicit?Filius autem Masek vernaculæ meæ,hic Damascus Eliezer,quoniam(inquit)non de-
disti mihi semen,ille hæres meus erit.Ingentem dolorem animæ eius declarant hęc verba,quasi diceret deo,Neq;
ea sum

A ea sum assequutus, quæ ancilla mea vernacula, sed ego quidem abibo sine prole, & sine filio, hic autem verna-
culus meus hæreditatem accipiet, quæ à te mihi data, idq; cum semel atque iterum promissionem à te acceperim
dicente, Semini tuo dabo terram hanc. Considera obsecro, & hoc loco iusti virtutem, quod cogitationes in
animo versans, nunquam aliquid durum locutus est, sed & nunc instigatus verbis quæ locutus est ei dominus,
magna fiducia dominum alloquitur, manifestámque facit internam cogitationum perturbationem, ostẽ-
dens animæ suæ vlcus,vnde & acceleratum accepit medicamentum. GENNADIVS. Succedet igitur
(inquit) vt videtur in hæredem mihi, is Eliezer, qui ex Masek Damascena ortus mihi est, neque enim ipsa erat
verna, & domi nata, sed qui ex ipsa natus est, vt postea repetendo demonstrauit. Potest & de vno, qui duobus
nominibus appellaretur, intelligi, Damascus scilicet, & Eliezer, forte etiam ex duobus integris nominibus
vnum effectum est,& vnus tantum per ea significatur,scilicet filius irrigantis domum,iste Damascus Eliezer.
B RVPERTVS. Quod dixit hic patriarcha, Domine deus quid dabis mihi, & cætera, non diffidentis animi
est,sed contriti & humiliati cordis, & cum nimia humilitate dominum consulentis, vt videlicet flebili conque-
stione pulsatus deus,certius quid respondeat de superiori promissione sperandi seminis.Damascus autem,bibens
sanguinem interpretatur, à quo conditam aiunt Damascum ciuitatem, quo in loco fertur protomartyr Abel fu-
isse occisus. EVCHERIVS. Semini enim Abræ iam facta erat promissio, & innumerabilis multitudi-
nis abundantia, nondum tamen erat patefactum, quomodo illius seminis esset futura promissio,vtrum ex car-
ne Abræ, si de ipso generaret, an ex voluntate, si aliquem forte adoptaret. Itaque Abram cum sibi videret non
nasci filios, & tamen seminis factam promissionem cerneret,primo de adoptione cogitabat.Hoc etiam indicat,
quod cum deo loquens, paulo inferius addidit de vernaculo suo,Hic erit hæres meus, quasi diceret,quia de me-
metipso mihi semen non dedisti,in isto comple,quod semini meo promisisti. Si enim semen cuiusq; non appel-
laretur,nisi quod de eius carne nasceretur, nec nos appellaret Apostolus semen Abrahæ,qui certe originem car-
C nis de illo non ducimus,sed imitatione fidei semen eius facti sumus,credentes in Christo,cuius caro ex illius car
ne propagata est. CAIETANVS. Domine deus meus quid dabis mihi? Iuxta Hebræum habetur duo
dei nomina, Adonai Iehouah, & Adonai quartum est nomen dei à Moyse introductum, & est sumptum à do-
minio, & est nomen commune deo & creaturis, sicut dominus. Et constat ex nomine & pronomine, & est nu-
meri pluralis, significans domini mei, sed appropriatum deo vsurpatur ab Hebræis, ab significandum domine
mi, seu dominus meus. Alterum autem est tetragrammaton, aliter tamen scriptum.Sed disputatio de literis re-
linquatur Hebræis, nobis sat sit nosse quod est nomen tetragrammaton. Cum duo itaque dixisset deus, Abram
securus iam redditus ex primo, solicitus circa secundum, cupit intelligere in specie, quod deus promittit in ge-
nere. Deus dixit, Ego reddam mercedem multam valde, Abram petit quid dabis mihi in specie? Et est supplica-
tio admiratiua, seu admiratio supplicatiua. Admiratur tam largam promissionem in genere, conferendo eam
cum præsenti suo statu,sine filiis & spe filiorum,& supplex cupit scire quid in specie dabit sibi deus,quod erit mul
D tum valde. Et ratio (vt dixi) admirationis est, quid erit hoc multum valde,cum moriturus sim absque liberis, &
loco filij erit hic seruus meus? AVCTOR CATENAE. Domine deus quid dabis mihi? Diligenter hic
considerandum nomen domini tetragrammaton aliter hoc in loco quàm in omnibus aliis scriptum reperiri in
Hebræo.Sic enim alibi semper יְהוָה nunc vero אֲדֹנָי scribitur.Cur autem diuersa hoc in loco scribendi ratio fuerit
ignoratur,& non nisi à spiritu sancto qui scripturæ ipsius auctor est,perdiscenda est, nec enim credimus sine ali-
quo magno mysterio hoc factum esse. Et filius procuratoris domus meæ, & cætera. Est in hoc loco Hebraicum
huiusmodi וּבֶן מֶשֶׁק בֵּיתִי רוּא דַּמֶּשֶׁק אֱלִיעֶזֶר Vben mések bethi hu damesek Eliézer,Et filius procuratoris domus
meæ iste Damascus Eliezer,supple hæres meus erit.Mesek enim gubernationem & procurationem significat. He
bræi filium nolunt referri ad filium procuratoris, sed ipsum procuratorem,qui velut filius, erat ad hæreditatem
Abram assumendus. Legunt; hic, & filius procurator domus meæ,iste Damascus Eliezer. Cui opinioni fauet &
Chaldaica, habens, Et filius gubernator iste qui in domo mea est, ipse est Damascenus Eliezer. Septuaginta &
E Græci(vt supra visum est)dictionem Masek pro nomine proprio acceperunt,& dixerunt, ὁ δὲ υἱὸς μασὲκ τῆς οἰκο-
γενοῦς μοῦ, οὗτος Δαμασκὸς ἐλιέζερ, At filius Masek vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Alij, Et filius,relicticiũ
domus meæ,ipse est Damascus Eliezer,verterunt.Et verbum Mesek,rem derelictam ac dimissam significare vo-
lunt,qua appellatione vocauit Abram,hæredem suum,quem sibi successorem erat relicturus. Dicúntque veram
esse explicationem secundum Hebraicam veritatem,Et filius relicticius domus meæ, Damascus Eliezer, is scili-
cet qui relinquetur ad hæreditatem susciendam,is mihi erit hæres. Quasi igitur diceret Abram, Multa quidem
& magna promittis & das,& beneficiis obruis,maximum autem bonorum in hoc seculo,sine quo alia non sunt
iucunda, mihi non das, filium scilicet de meo semine, mearum rerum hæredem & fidei. Video enim me rebus
vt nunc stantibus,orbatum hærede proprio, successurúmque mihi hunc Eliezer Damascenum, filium procura-
toris mei, vel relicticium, qui ad susciendam hæreditatem relinquitur mihi. Vel aliter, Illi procuratori meo
hanc fœlicitatem præstas, vt filium habeat, mihi tamdiu negas. *Addiditque Abram, Mihi autem semen non dedisti,&*
F *ecce uernaculus meus hæres meus erit.* RVPERTVS. Cum adoptiui possent (vt dictum est)filij vel hæredes,
seminis æquiuocatione significari, quasi propri seminis definitionem efflagitans, addidit adhuc vigilanter pul-
sando verba hæc. AVCTOR CATENAE. Addidit; Abram, Ecce mihi non dedisti semen, & cætera.
Quasi hærens inter postulandum ex nimio desiderio,& quasi non audens fatigare amicum precando,iterum in-
cipit loqui, dicendo,Ecce nondum mihi dedisti promissum semen,eatenus ex seruo domi natus & verna, hæres
meus futurus est. Syncera hæc & humilis, ac efficax querimonia, quam excludere dei bonitas non potuit.
CAIETANVS. Dolentis vero sunt, & accumulantis adiectiua, vt solemus dolentes loqui. In hac autem
responsione Abræ ad deum, considera, quod in præteritis visionibus semper Abram fuit auditor tantum, in hac
autem & audit & respondet,quod signum est profectus Abræ in vita spirituali. Mystice.
ORDINARIA ET INTERLINEARIS. Triumphata multitudine vitiorum,confortatur spes cu-
iusq; fidelis à domino ne titubet, sed mercedem expectet, dicitúrque ei,Noli timere,ego protector tuus sum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

merces tua magna nimis. Sed qui vitia vicit, boni operis fructum quasi multiplicati seminis fœcunditatem quæ- G
rit, & ait, Domine, Ego vadam absque liberis. Quod autem sequitur, Et filius procuratoris domus meæ, iste Da-
mascus Eliezer, murmurationem significat antiquorum, qui longa expectatione suspensi, iam quasi de saluato-
ris aduentu hæsitabant, qui tanquam dominus æternam hæreditatem accepturus, multiplicato semine cre-
dentium, sterilem legem quasi vernaculi dispensationem erat exclusurus. Quorum hæsitatio prophetico spiritu
remouetur, & fides confirmata iustitiam promeretur.

2 *STatimque sermo domini factus est ad eum dicens, Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de*
utero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi. Suspice cœlum, & numera stellas
si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum. Credidit Abram domino, & reputatum est illi ad iusti-
tiam. Dixitque ad eum. Ego dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possi- H
deres eam.

2 CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo signanter scriptura loquitur, *Statimq́;* (inquit) *sermo domini factus est ad eum*. Non permisit iustum ad paruulum tempus ægre habere, sed festinatam ei consolationem affert, & grauitatem mœroris emendat verbis, quæ tunc ei locutus est. Et statim (inquit) sermo domini factus est ad eum. *Dicens, Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem*. Quasi diceret, Hoccine timuisti? hoccine mentem tuam turbauit? hoccine tristitiam tuam auxit? Scias igitur, quod non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Ne igitur ad humanam spectes naturam, ne tuam senectam, Saræue sterilita-
tem cogites, sed eius qui tibi promisit potentiæ bene fide, & tristitiam ponens, consolationem quæ tibi sufficiat accipe, persuadeq; tibi, quòd hæredem habiturus sis, qui ex te nascatur. AMBROSIVS. Si Abræ sententia ad corrigendum te minus proficit, accipe oraculum dei, non ex legitimo matrimonio prouenientem condemnan-
tis hæreditatem. Non erit (inquit) hæres tuus hic, sed alter qui exierit de te, ille hæres tuus. Quem dicit alterum? I
Peperit enim & Agar filium Ismael, sed nõ ipsum dicit, sed dicit sanctum Isaac. Et ideo addidit, qui exierit de te. Ille enim vere exiuit ex Abram, qui legitimo coniugio procreatus est. EVCHERIVS. Iam nunc adoptio-
nis cogitatione sublata, cum de seipso semen speraret Abram, restabat incertum, vtrum ex Sara, an ex alia. Quod illi deus occultare voluit, donec prius ex illa vetus figuraretur testamentum. AVCTOR CATENAE. Sed qui egredietur de vtero tuo, & cætera. In Hebræo est כִּי אִם אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ הוּא יִירָשֶׁךָ Chi im aser ieze mime-
êcha hu iirasecha, sed qui egredietur ex intimis tuis, aut lumbis, aut visceribus, ipse hæreditabit te. Meaa siquidẽ, viscera & intestina, necnon vterum & ventrem significant. Sed rectius in intestina vel viscera vertitur hoc in lo-
co, ex quibus magis quam ex vtero egreditur homini filius, mulieri vero ex ventre. Locutionem autem Hebrai-
cam huiusmodi, Septuaginta recte immutarunt, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, οὗτος κληρονομήσει σε, Sed qui egre-
dietur ex te, hic hæreditabit te. Sic & Chaldaica, Sed filius quem genueris, ipse erit hæres tuus. Non potest igitur K
fidelium oratio ad dei gloriam pertinens, non exaudiri, quàm nisi exaudire velit, non eam permittit à piis postu-
lari. Promittit igitur filium deus fideli suo, sed nondum dicit qua matre, hocque ad exercitium fidei, tantum enim quod de proprio semine filium habiturus sit, prædicit. CHRYSOSTOMVS. Porro quia supra natu-
ram erat promissio, & vincebat humanam rationem (magnam enim in eo turbationem excitabant tot naturæ præpedimenta, senectus eius, & quod Sara sterilis, ac vtero erat emortuo) auget dominus promissionum ma-
gnitudinem, vt iustus ad promittentis liberalitatem respiciens, bene speraret, confideréque sic euenturum.
Eduxitque eum (inquit) *foras, & ait illi. Suspice cœlum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum.*
Quare assignauit, quod duxit eum foras? Postquam superius dixit, quod in visione noctis apparens ei, verba illa ei loquutus sit, nunc vult ei ostendere, quàm innumerabiles sint stellæ, & (inquit) Eduxit eum foras. Et ait illi, Sic erit semen tuum. Magnum promissum, varia promissionis magnitudo, sed si ipsam promittentis virtutem cogi-
tabimus, nihil nobis apparebit magnum. Qui enim de terra corpus formauit, & condidit omnia quæ videntur, ille etiam dare poterit quæ super naturam. Vidisti domini liberalitatem, quam certet beneficiis? Postquam enim L
dixit, absque prole dimittor, quasi apud portas inferni existens, & nihil amplius operari valens vt procreentur pu
eri, sic verba illa protulit, dicens, Filius Mesek vernaculæ meæ hæres meus erit. Ideo volens spiritum eius erige-
re, & nouum vigorem menti addere, ab imminente timore eum liberat, promissionéque ac doni magnitudine
mentem eius erigit, & ostendendo stellarum multitudinem, & promittendo nascendos ex eo illis pares futuros,
Cap.13. in bonam spem adduxit. AVGVSTINVS SEXTO DECIMO DE CIVITATE DEI.
Hoc in loco vbi Abræ promissus est hæres, non ille vernaculus, sed qui de ipso Abram fuerat exiturus, rursusque semen innumerabile, non sicut arena terræ, sed sicut stellæ cœli, mihi magis videtur promissa posteritas cœlesti fœlicitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellæ cœli ad arenam terræ, nisi quis & istam comparationem in tantum esse similem dicat, inquantum etiam stellæ dinumerari non valent? Quia nec omnes eas videri posse credendum est. Nam quanto quisque acutius intuetur, tanto plures videt. Vnde & acer- M
rime cernentibus, aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus, quæ in alia parte orbis à nobis remotissima, oriri & occidere perhibentur. Postremo quicunq; vniuersum stellarum numerum comprehendisse & conscripsisse iactantur, sicut Aratus, vel Eudoxus, vel si qui alij sunt, eos libri huius contẽnit auctoritas, eo quod dicit, Numera stellas si potes. RVPERTVS. Hic duo deus Abræ repromittit, naturam scilicet & gratiam, vnius eiusdémque seminis. Dicendo nanque, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem, semẽ de-
finit quod habiturus sit, scilicet non per adoptionem, sed per naturæ proprietatem. Subiungendo autem, suspice cœlum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, cœlestem præsignat gratiam vel gloriam, qua clarificandũ est ipsum semen per hæreditatem fidei. IDEM ET AVCTOR CATENAE. Sed quid est hoc, quod superius promittit deus, semen Abræ futurum sicut puluerem terræ, hic autem sicut stellas cœli? Nisi quia superius posteritas promittitur populi huius secundum carnem propagandi, ex quo multi carnales, terreni, aridi, & bonis operibus

A operibus infœcundi futuri erant, secundum quam Abram pater illius gentis tantum est dictus. Hic vero posteri-
tas per imitationem fidei dilatanda promittitur, cœlesti fœlicitate sublimis, & resurrectionis lumine coruscans,
secundum quam Abraham pater omnium gentium nuncupatus est. Nam sicut non solum alia claritas solis, &
alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, sed etiam stella à stella differt in claritate, sic non solum alia glo-
ria dei, & alia gloria sanctorum Abrahæ filiorum, sed etiam ipsi differentem ab inuicem, diuersis pro me-
ritis suis gloriam habebunt. RABANVS. Duplex igitur figura promissi seminis eius, vna in similitudi-
nem arenæ maris, siue puluueris terræ, altera in similitudinem stellarum cœli ostensa est. Hic ergo educens deus
Abram foras, ostendit illi stellas cœli, dicens, sic faciam semen tuum, id est Christianam gentem, cuius tu
pater in fide subsistis, sic faciam resurrectionis lumine coruscare. Supra capite decimotertio demonstrauit il-
li arenam maris seu terræ puluerem, & dixit, Sic erit in multitudine semen tuum, hoc est, erit quidem copio-
B sa gens Iudæorum, sed sterilis & infœcunda sicut arena maris. CAIETANVS. Sic erit semen tuum. Ecce
affirmatiua asserta. Vide progressum, Primo negationem asseruit alieni hæredis. Deinde interrogando, sub
conditione proponit proprium filium ac hæredem. Postea ex similitudine numeri stellarum conspectarum, ma-
gis disponit mentem Abræ, & demum asserit, sic erit semen tuum. AVCTOR CATENAE. Foras
igitur ducit deus Abram, id est præcipit vt egrediatur, in visione nocturna, & sereno cœlo, stellas claritate dif-
ferentes illi ostendit, quas aspicere iubens, dicit, Sicut innumerabiles stellæ sunt, non tam ob multitudinem,
quàm alias ob multas rationes, sic innumerabiles erunt filij tui, sic denique varie lucentes erunt per solem Chri-
stum. CHRYSOSTOMVS. Videns autem dei promissionem patriarcha, reiecta omni humana ra-
tione, & neque ad seipsum, neque ad Saram minus procreationi aptam respiciens, sed præteritis humanis om-
nibus, sciens quod potens est deus, etiam ea quæ supra naturam sunt largiri, fidem dedit dictis, nullam dubi-
tationem admittens, neque cum dicta fuerunt hæc, ambiguus fuit. Hoc enim veræ fidei est, quando promis-
siones non iuxta solitum morem, & hominibus cognitum fiunt, nos tamen promissionis virtute fidimus. Fides
C enim est eorum quæ sperantur substantia, rerum quæ non videntur argumentum. Et iterum, Quod autem vi-
det quis, cur & speret? Hoc igitur est fides, quando illis credimus quæ non videntur, & mentem ad dignitatem
eius qui promisit intendimus, id quod profecto & iustus ille fecit, synceram & eximiam promissis fidem habens.
Ideo de illo ait scriptura. *Credidit Abram domino, & reputatum est illi ad iustitiam.* Vidisti quomodo, & ante euen-
tum & impletionem promissorum, eo ipso quod credit, iustam mercedem accipit? Nam in iustitiam ei reputa-
tum est. Credidit promissioni diuinæ, & non humana ratiocinatione curiosius ea, quæ dicta sunt exploravit.
HILARIVS DECIMO DE TRINITATE. Iustum fides consummat, secundum quod
dictum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Nunquid Abraham calumniatus est deo,
cum ei hæreditatem gentium, & secundum stellarum & arenæ multitudinem, mansuræ ex se sobolis numerosi-
D tatem pollicebatur? De omnipotentia enim dei fides religiosa non ambigens, humanæ infirmitatis non est deten
ta naturis, sed in se id quod erat caducum terrenumq; despiciens, diuinæ sponsionis fidem vltra modum corpo-
reæ constitutionis excepit, quia nequaquam dei virtutes lex posset humana moderari, tantum in efficiendo li-
bertatis deo promente, quantum in spondẽdo ostenderet voluntatis. Nihil igitur fide iustius est, quia cum æqui-
tas atq; moderatio terrenorum actuum sit probabilis, nihil tamen iustius homini sit, quàm omnipotentiam dei
indefinitæ potestatis intelligentia credidisse. AMBROSIVS. Ideo ergo reputatum est illi ad iustitiam, quia
rationem non quæsiuit, sed promptissima fide credidit. Bonum est vt rationem præueniat fides, ne tanquam ab
homine, ita à domino deo rationem videamur exigere. Etenim quàm indignum vt humanis testimoniis de alio
credamus, dei oraculis de se non credamus? Imitemur ergo Abram, vt hæredes simus terræ per iustitiam fidei, per Vbi supra.
quam ille mundi hæres factus est. AVGVSTINVS. Hic iam illa sententia ponitur, cuius Apostolus me-
minit propter dei gratiam commendandam. Credidit Abram deo, & deputatum est illi ad iustitiam, ne circun-
cisio gloriaretur, gentesq; incircumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, vt creden Cap.29.
E ti Abræ deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus. GREGORIVS VIGESIMO NONO
MORALIVM. Sancta ecclesia quandoque arcturo comparatur, quippe qui in septem stellis voluitur, & modo
quidem tres ad summa eleuat, atque ad ima quatuor inclinat, modo quatuor superius erigit, & tres inferius pre-
mit. Sic enim sancta ecclesia cùm modo infidelibus trinitatis notitiam, modo autem fidelibus virtutes quatuor,
id est prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam prædicat, quasi rotatu prædicationis, status sui speciem
quodammodo immutat. Nam cum quibusdam de operibus suis gloriantibus, confidentiam proprij laboris eua-
cuat, & fidem trinitatis exaltat, quid aliud facit nisi tres stellas arcturus eleuat, quatuor inclinat? Et dum quosdam
bona opera non habẽtes, de sola fide præsumere prohibet, sed operari enixius quæ præcepta sunt iubet, quid aliud Roma. 4.
arcturus facit, nisi quatuor stellas erigit, tres deponit? Videamus quomodo tres eleuet, quatuor deponat. Ecce per
Paulum contra fidem de opere superbientibus, dicitur, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, Iaco.2.
sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abram deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Videa-
F mus quomodo quatuor eleuet, tres deponat. Ecce per Iacobum de fide sine opere superbientibus, dicitur, Sicut
corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Arcturus itaque voluitur, quia sancta ecclesia
iuxta auditorum suorum mentes, in diuerso latere prædicationis arte versatur. Arcturus voluitur, quia hæc in no Roma.4.
ctis huius tribulationibus rotatur. RVPERTVS. Credidit Abram deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quomodo reputata est? in cir-
De hoc Apostolus, Dicimus (inquit) quia reputata est Abræ fides ad iustitiam. Valent enim hæc ad eneruan- Roma.3.
cisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio, & cætera. Valent enim hæc ad eneruan-
dam Iudaicæ iustitiæ confidentiam, cui & supra dixerat, Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem?
Factorum? Non, sed per legem fidei. Neque enim Abram factis, in quorum lege Iudæus gloriatur, sci-
licet cibis aut potibus aut variis baptismatibus, & iustitiis carnis, studuerat aut inseruierat, quippe qui
nec saltem circumcisus erat, quando iustificatus est, sed credidit (inquit) Abram deo. Et recte fi-
des iustitiæ meritum habet, nam è contra sine fide esse, iniustitiæ summa est. Etenim primo homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene. 2. ni infidelitas ad iniustitiam reputata est, videlicet quia non credidit deo dicenti, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Si enim credidisset, non tam facile de illo ligno comedisset. Qualem ergo oportuit, aduersus iniustitiæ mortem, hic pater noster sumpsit antidotum, quia non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, nec emortuam vuluam Saræ, sed confortatus est, dans gloriam deo, plenissime sciens quia quæcunque promisit deus, potest & facere. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et fecit credere in Iehouah. Et est sensus, quod Abram fecit seipsum credere in summo deo, vt significetur quod voluntarie credidit deo. Tale enim credere, est donum dei, non credere ex sola euidentia testimoniorum, vt dæmones credunt. Quantum autem sit donum hoc, non solum ex relatione ad incredulos (etiam qui viderunt Lazarum resuscitari apud Ioannem) sed etiam relatiue ad Zachariam patrem Ioannis Baptistæ (qui vigilando vidit & audiuit angelum loquentem sibi, nec credidit) apparet. Non dicit credidisse deo, sed in deo, quod plus est. Nam credere deo, est fidem adhibere verbis dei vtpote veracibus. Credere autem in deo, adiungit confidentiam in deo. Ita quod non solum credidit, verum sibi dici à deo, sed etiam innixus est deo, sed etiam iecit se in deum adimpleturum quæ dixerat. Hic effectus credendi, an describatur in illa visione, an subsequutus ex illa visione post illam, perspicuum non est. Si tamen fuit visio hæc in somno, intelligendum est postquam vigilauit, credidit, quoniam magni meriti hoc credere apud Apostolum æstimatur, & dormiendo non meremur. Per modum autem interpositionis Moysen inseruisse hunc effectum, tanquam in vigilia subsecutum, insinuat contextus, post hæc quasi redeundo ad visionem prosequendam, cum subiungetur, dixitque ad eum, & cætera. Et reputatum est illi ad iustitiam. In idem redit litera Hebraica. Et reputatum est ipsum ei iustitia. Credere reputatum est iustitia Abræ. Ecce credere, iustum reddens Abram, ecce iustitia Abræ, non penes opera, sed penes fidem, ecce diuina gratia tanti faciens credere, vt imputet illi ad iustitiam hominis apud deum, ad faciendum de peccatore iustum. AVCTOR CATENAE. Credidit Abram deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hebraica litera est וְהֶאֱמִן בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לוֹ צְדָקָה Veheemin badonai vaiah sebéha lo zedaka, Et credidit in domino, & reputatum est illud sibi iustitia. Vel, Et reputata est ea res, iustitia, vel iustificatio, vel probitas. Sacrarum enim literarum mos est, iustitiam, non eam modo virtutem, quæ cuique quod suum est tribuat, appellare, sed & omne probitatis æquitatisque genus. Iustus quoque his literis, is est, qui omni ex parte absolutus sit, qui neque in deum, Lucæ. 1. neque in homines peccet. Vnde de præcursoris domini parentibus euangelista ait, Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Quæ neque abhumanis dissentiunt literis, cum Marcus Tullius scribat, proprie ab hac virtute, homines, bonos appellari. Idémque certe est vir bonus, & iustus. Eiusmodi erat Abram, vir omnium laudatissimus & integerrimus. Rabi Salomon dicit, quod deus sanctus reputauit Abræ in iustitiam & meritum, quod crediderit ei. Verbum enim esse ipsum, non in passiua, sed actiua voce scriptum, quanuis expositores fere omnes, reputatum est verterint. Septuaginta, ἐπίστευσε δὲ Ἄβραμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, Credidit autem Abram deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Chaldaica, Et credidit in verbo domini, & reputatum est ei ad iustitiam. Credidit ergo simpliciter verbo dei Abram, & non postulauit signum à domino, & imputata est ea fides ipsi Abræ, seu deus illam imputauit pro iustitia, non eam duntaxat qua deus creditur verax, omnipotens, creator, gubernator, quæ omnia etiam dæmones credunt, sed qua creditur propensus deus in bonum nostrum, quod beneuolus nobis pater sit, quod se & sua nobis daturus sit, curam de nobis gerere semper velit fidelissimam, ei adhærere & fidere, se totum committere & sua omnia, deuotum deo esse, de solo illius beneplacito gaudere, tristari de omni peccato, ad eiúsque gloriam omnia sua opera dirigere. Hæc talis fides iustum ostendit, & acceptum deo facit. Hanc ergo fidem habuit patriarcha. Non quod ante non fuerit iustus, sed quia nunc iustior sit factus. Iuxta illud Apocalypsis, Qui iustus est, iustificetur adhuc. Patet igitur ex hoc loco, quod fides iustificat hominem, quod de fide per dilectionem formata intelligendum. De qua Apostolus ait, Fides quæ per dilectionem operatur. Idcirco in Actis scriptum est, In hoc, scilicet in Christo, omnis qui credit, iustificatur. Fides nanque est fundamentum virtutum, & iustificationis exordium. Sequitur, *Dixitque ad eum, Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo sermonem nostræ infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare velit, & persuadere copiosis argumentis de his quæ nunciata sunt, quasi diceret, Memor esto, quod ego te à domo tua euocaui. Ecce quæ à domino deo dicuntur, consona sunt beati Stephani dictis, qui & de domo, & de Chaldæa domini præcepto euocatum eum dicit. Et eius sententiæ obsecutus pater, magnum argumentum habens amoris copulam, ipsum sequutus est, & simul exiit. Itaque reminisci eum facit hoc loco, quantam ab initio eius curam gesserit, declarans ei quod volens eum ad magna prouehere, tanta videlicet promittendo, & implendo tantum itineris transire fecerit. Ego sum deus qui eduxi te de regione Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc, vt in hæreditatem possideas eam. Num te absque causa illinc euocaui? Num frustra & in vanum te illinc eduxi? Propter hoc ego iussi vt te in Palæstinam conferres, & relicta paterna domo ires in terram hanc, vt in hæreditatem eam possideas. Cogitans igitur quantis fruaris nunc per meam prouidentiam, ex eo tempore quo Chaldæam reliquisti vsque in præsens, & quomodo clarus es factus, & per meum subsidium & curam in te quotidie clarior euadis, confide & meis dictis. Vidisti excellentem misericordiam? Vidisti quàm congruat huius imbecillitati diuinus sermo, quo eius animam corroborare, & fidem confirmare voluit, vt ne posthac ad naturæ obstacula spectare possit, sed eius cogitare potentiam, qui promisit, & ita credere & confidere, quasi iam impleta essent promissa. HIERONYMVS. Ego deus qui eduxi te de regione Chaldæorum. Hoc est quod pauloante iã diximus in Hebræo haberi, qui eduxi te de אוּר כַּשְׂדִּים Vr Casdim, id est de incendio Chaldæorum. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Vr Chaldæorum, vbi mortuus est Aram frater Abrahæ, cuius hodiéque, sicut Iosephus refert, tumulus ostenditur, & super hoc quid nobis videatur, in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. INTERLINEARIS.

Vbi supra.

Vel

A Vel de Vr, id est de igne Chaldæorum. CAIETANVS. Ego dominus, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Ego dominus qui traxi te de Vr Chasdim, ad dandum tibi terram hanc, ad hæreditandum eam. Quanuis ex apparendi specie manifestauerit se deus Abræ, alioquin non respondisset illi Abram supplex, dicédo, adonai iehouah, nihilominus etiam verbo aperit se esse illum deum qui apparuit Abræ in Vr Chaldæorum, propter quod seipsum eodem illo nomine tetragrammaton appellat. Et dicit traxi, non violentia, sed promissionibus ac mandato. Quod vero dicit, ad dandum tibi, non dicitur absolute, sed cum additione subiuncta, ad hæreditandum. Deus siquidem nec passum pedis in terra Chanaan dedit absolute personæ Abræ, sed vniuersam terram illam dedit personæ Abræ ad hæreditãdum, hoc est, vt suo legitimo hæredi, hoc est, instituit Abram hæredé terræ Chanaan, hæredem dico, non possessorem. Vide progressum. In prioribus visionibus promisit dare terram illam, modo augendo explicat modum dandi, videlicet per modum hæreditatis. Et in hoc aperit deus arrogasse sibi in hæredem terræ Chanaan ipsum Abram. Ita quod Abræ tanquam hæredi dei ius competit terræ Chanaan,
B semini autem eius, tanquam successoribus Abræ. Ille immediatus dei hæres, isti mediante Abram hæredes dei. Cum autem hæredes audis dei, intellige non ad similitudinem hæredum mortui, sed hæredum viuentis patris portiones quasdam dantis hæredibus ipso viuente. AVCTOR CATENAE. Qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ita est in Hebræo & in Chaldaica æditione. Septuaginta autem hic quoque vertunt χώραν regionem, licet nomen proprium, aut loci, qut vrbis esse videatur, dimissis fabulis Hebræorum. Quod autem sequitur, Et possideres eam, Hebraicè est וְלָרִשְׁתָּהּ lerista, Vt possideres eam, vel hæreditares eam, vt est in Septuaginta, vel in hæreditatem, vt in Chaldaica. Est enim Iaras verbum, quod & possidere & hæreditare significat, à quo Iereſa siue Iehrusa, hæreditas. Quasi dicat dominus, Hactenus curaui te & tua, dominus enim sum naturæ & rector, quæ promisi seruabo, semen tuum hanc terram hæreditabit. CHRYSOSTOMVS. Verùm & nos charissimi discamus obsecro, à patriarcha, dei credere dictis, & eius promissionibus fidere, neque ea cogitationibus nostris
C indagare, sed magnam gratitudinem exhibere. Hoc enim nos & iustos declarare poterit, & assequi promissa faciet. Atqui Abræ promissum est, quod ex semine eius maxima futura esset multitudo, erantq; præter solitum naturæ modum, quæ promissa erant, proinde & fides in deum iustitiam ei attulit. Nobis autem si sapimus, multo maiora promissa sunt, quæ & ipsa multis modis humanas cogitationes transcendunt, vt ex fide iustitiam reportemus, & adipiscamur bona promissa. Ea enim quæ nobis maxime promissa, humanam transcendunt rationem, & omnem cogitationem excedunt, tanta promissionum est magnitudo. Neque in præsenti vita solum nobis promisit huius vitæ statum, & visibilium fruitionem, sed & postquam hinc emigrauerimus, & post corporis corruptionem, quando in cinerem & puluerem nostra dissoluentur corpora, tunc resurrectura ea promisit, & in maiori gloria futura. Oportet enim (inquit beatus Paulus) corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et post corporum resurrectionem, regno frui, daturum se nobis pollicitus est, & conuersationem cum sanctis, & in perpetuo seculo quietem, & ineffabilia illa bona, quæ oculus non vidit, & auris nõ
D audiuit, & in cor hominis non ascenderunt. Vidisti quanta promissionum excellentia? Vidisti donorum magnitudinem? Hæc cogitantes, & scientes quod mentiri nequit is, qui ea promisit, magna alacritate præparemus nos ad virtutis agones, vt & promissis bonis frui possimus, & ne præferamus saluti nostræ & tantis bonis momenta nea, neque cogitemus labores virtutis, sed retributiones in anima ponamus, neque pecuniarum sumptus tantum spectemus, si quando opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantum inde nobis accrescat. 1. Cor. 2. Mystice.

AMBROSIVS. Et hæc quidem secundũ literam. Verum per Isaac legitimum filium Abræ promissum, illum verum legitimum possumus intelligere dominum Iesum Christum, quem in principio euangelij secundum Matthæum, Abrahæ filium legimus, qui verum se Abrahæ gessit hæredem, auctoris illuminans successionẽ, per quem Abram respexit in cœlum, & splendorem posteritatis suę agnouit nõ minus illustrem, quàm stellarum
E cœlestium fulget claritas. Sicut enim stella differt à stella in claritate, ita & resurrectio mortuorum, Apostolus dicit, eo quod resurrectionis suæ donans consortia, homines quos mors solebat terris abscondere, regni cœlestis fecit esse participes. Quomodo autem Abræ propago diffusa est, nisi per hæreditatem fidei, per quam cœlo comparamur, cõferimus angelis, æquamur stellis? Ideo ait, Sic erit semen tuum, Et credidit (inquit) Abram deo. Quid credidit? Christum sibi per susceptionem corporis hæredem futurum. Vt scias quia hoc credidit, dominus ait, Abraham diem meum vidit, & gauisus est. 1. Cor. 15. Ioan. 8.

F AT ille ait, Domine deus, unde scire possum quod possessurus sum eam? Et respondens dominus, Sume (inquit) mihi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens uniuersa hæc, diuisit ea per medium, & utraſque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderuntque uolucres super cadauera, & abigebat eas Abram.

CHRYSOSTOMVS. Magna diuinæ scripturæ virtus est, & multæ in verbis latent sententiarum diuitiæ. Ideo congruit, vt diligenter intendamus, & solicite scrutemur quo ampliorem vtilitatem inde percipiamus. Nã propter hoc & Christus præcepit, dicens, Scrutemini scripturas, vt non tantum nudæ lectioni vacemus, sed indagatis profundis, verum veritatis sensum percipere valeamus. Talis enim scripturæ mos est, vt & in paruis verbis plurima sæpe multitudo sensuum inueniatur. Diuina enim sunt doctrina, non humana, & propter hoc omnem illam videre licet secus se habere quàm humanam. Et quomodo hoc? Ego dicam. Illic enim in humana sapiẽtia, omne studium concinnandis verbis adhibitũ est, hic vero prorsus aliter. Nullus scripturæ sermo de pulchritudine vel compositione verborum, habent enim domesticam gratiam effulgentem & pulchritudinem, quæ dicũtur. Et illic post longam & indicibilem nugacitatem, vix dignę aliquę sententiæ venantibus occurrũt. Hic autem vt sciatis, etiã parua dictio sæpe totũ nobis sermonẽ cõtexit. Id an verũ sit, ex iã lectis liquidò perspicere licebit. Verũ pri- Ioan. 5.

mum attenda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum attendamus patriarcham quomodo post fiduciam ex dictis acceptam, certiora inquirat argumenta. G
At ille(inquit)*ait, Domine deus, unde scire possum quod possessurus sum eam?* Iuxta literam aliam legitur, Domine, domine, secundum quid cognoscam, quod in hæreditatem accipiam eam? Tametsi scriptura prius testata fuerit, quod credidit dictis dei, & ideo reputatum est ei in iustitiam, veruntamen quia audiuit, Propter hoc te eduxi, vt darem tibi terram hanc, vt in hæreditatem possideas eam, dicit, His quidem quæ à te dicuntur, impossibile est, vt discredam, attamen vellem & hunc modum discere, quomodo terram hanc sum possessurus. Video enim me nunc propemodum ad extremam senectutem peruenisse, & vsque in hunc diem obambulare quasi erronem. Et non possum humana ratione deprehendere, quomodo hoc sit futurum. Nam licet prius crediderim dictis tuis, quod potes ex nihilo res producere, & omnia facere & transformare. Non igitur vt incredulus hoc interrogo, sed quia mihi terræ possessionem nominas, volebam vt crassius atque clarius signum accipere, quod possit infirmas meas cogitationes solidare. AVGVSTINVS. Quod ergo satis est, nosse debemus, postea quam
Vbi supra cap. 24. dictum est credidisse Abram deo, & deputatum esse illi ad iustitiam, non eum in fide defecisse, vt diceret, Do- H
minator domine, secundum quid sciam quod hæres eius ero? Terræ quippe illius promissa erat, hæreditas. Non enim ait, vnde sciam, quasi adhuc non crederet, sed ait, secundum quid sciam, vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est virginis Mariæ diffidentia quod ait, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod enim futurum esse certa erat, modum quo fieret inquirebat. Et hoc cum quæsuisset, audiuit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. THEODORETVS. Quonam pacto Abram fidelis nominatur, cum dixerit deo, Domine deus, vnde scire possum quod possessurus sum eam? Sed id non dubitantis est, sed optantis scire modum, quo terram possideret. Videbat enim innumeram multitudinem, Palæstinam obtinere atque inhabitare. Scire igitur auebat vtrum bello, an alio aliquo modo expellenda gens illa esset. Ob id post Abræ sacrificium apparuit deus, dicens, Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum, & cætera, vsque ad præsens tempus. Quo oraculo Abram edoctus est, & quandiu seruituri erant Hebræi, & quo pacto terram Philistinorum possessuri. I
INTERLINEARIS. Domine deus, vnde scire possum quod possessurus sim eam? Signum quærit patriarcha, non tentando, sed sperando, & modum quærendo. Hinc mos inoleuit Iudæis, vt signa petant. RVPERTVS. Sed quare sicut nunc ait, Domine deus, vnde scire possum quod possessurus sum eam, non ita pauloante dixit, domine deus, vnde scire possum quod qui egredietur de vtero meo, ipsum habiturus sim hæredem, sed credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam? Quid enim plus est, hæreditatem possidere, quæ erat, an hæredem accipere magnam gentem, quæ non erat? Non ergo tanquam incredulus infirmata fide etiam de hoc dubitauit, sed tanquam pius pater futuris filiis prouidit, ne forte peccantibus illis, pœniteret deum huius suæ promissionis, & idcirco in promissione aliquod sibi dari optauit firmamentum fixæ stabilisque veritatis, & quasi interpositionem iuramenti. Nec moratus dominus deus, quod optabat amicus fidelis, cum petere non auderet, sponte obtulit. Hoc fœdus autem iuramentum quoddam fuit, quo se dominus obstrinxit, quomodo homo vo- K
Exodi. 31. luit, quo debitor posset iure teneri, si quando aliqua intercurrente peccati causa, vellet leuare manum suam, & facere quid contra id quod promisit. Cuius iuramenti memor Moyses, cum dixisset, vt disperderet eos, stetit in confractione in conspectu eius, dicentémque deum, dimitte me vt deleam eos, tenuit homo viriliter dicens, Quare domine irasceris in populo tuo? Memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti dicens, Vniuersam terram hanc de qua locutus sum, dabo semini tuo, & possidebitis eam. CAIETANVS. Domine deus, vnde scire possum quod possessurus sum eam? Nec increduli aut tentantis deum est petitio hæc, sed consulens semini suo, supplicat pro signo necessario, ad hoc vt semen suum cognoscat & confidat, quod hæreditabit terram Chanaan. Timebat Abram, quod semen suum non crederet sibi dicenti quod deus apparuit mihi, & dixit ac promisit, & cætera, & propterea petit firmitatis signum, in quo sciret pro suo semine hæredem se institutum à deo illius terræ. AVCTOR CATENAE. Domine deus. Et hic est eadem scriptura nominis domini tetragram maton de qua supra, vide ergo ibi. Quod possessurus sum eam. Quia idem est verbum iaras, ideo Chaldaica hæreditabo eam habet, & Septuaginta, *κληρονομήσω αὐτήν*. Orat autem fœderis contestationem, non tam pro se, quã L
pro posteritatis fide asseruanda. Non pro filij promissione confirmanda, sed pro hæreditatis certitudine posteris inculcanda. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur bonus dominus? morem gerit suo famulo, & volens eius corroborare animam, quoniam vidit confitentem suam imbecillitatem, & credentem quidem promissioni, cupientem autem certiora quædam argumenta accipere, *Respondit, Sume mihi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* Vide quomodo more humano init cum eo fœdera. Quando aliquid promittimus, & volumus certum reddere eum cui promissio fit, vt de promissis nihil ambigat, signum aliquod damus & pignus, vt ad illud spectans, scire queat promissa omnino euentura. Ita & misericors dominus, postquam dixit Abram, Quomodo cognoscam? inquit, Ecce & hoc tibi præbeo, Sume mihi vaccam triennẽ, &c. Attende obsecro, in quantam crassitudinem descendendum sibi duxerit bonus dominus, quo patriarcham argu-
Ibidem. mentis copiosis certiorem reddat. Nam quia olim eis ita mos erat paciscendi, & pacta firmandi, ideo & ipse via M
hac ingreditur. AVGVSTINVS. Similitudo hic data est de tribus animalibus, iuuenca, capra, & ariete, & duabus volucribus, turture & columba, vt secundum hęc futurum sciret, quod futurum esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis, per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs regnatura. Quæ animalia propterea trima dicuntur, quia cum sint insignes articuli tem porum ab Adam vsque ad Noë, & inde vsque ad Abram, & inde vsque ad Dauid, qui reprobato Saule, primus in regno gentis Israëliticæ est domini voluntate fundatus, in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abram vsque ad Dauid, tanquam tertiam ætatem gerens, ille populus adoleuit, siue aliquid aliud conuenientius ista significent. Nullo enim modo dubitauerim, spirituales in eo præfiguratos, additamento turturis & colũbæ (vtraq; enim auis est simplex & innoxia) qui in ipso Israëlitico populo cui terra danda erat, futuri erant filij promissionis, & hæredes regni, in æterna fœlicitate mansuri. EVCHERIVS. Quorũ ætas tẽporalis ideo tacetur, quia æterna

A na meditantes, transgressi sunt desideria temporalia. Vel in turture illi quoque sunt intelligendi, quos Apostolus dicit, In solitudinibus errantes, ac montibus & speluncis, seu in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus. In columba præfigurati sunt prophetæ, qui sancto repleti spiritu, populis denunciabant futura. GRILLVS. Non autem legem sacrificiorum statuit deus, sed quia antiqui hostis fœdera sanciebant, hoc fieri permisit. THEODORETVS. Vitulam triennem, & cætera. Aenigmata hæc erant eorum quæ generi Abram euentura erant. Ob id tria mundorum quadrupedum, & vnum quodq; trium annorum sacrificari iubet, vt tres generationes signaret, quæ in Aegypto peregrinaturæ erant. Turtur vero declarat generationem illam quæ ex Aegypto (vt ita dicam) auolauit, in deserto autem permansit. Auis enim hæc desertũ amat. Columba vero generationem quæ promissam terram adepta est. Colũba enim domos inhabitat. GLOSSA GRAECA. Trium ergo annorum animalia significant Hebræi populi iuuentutem ac vigorem. Vitula indomita, fi-
B gnat primam Hebræorum generationem, quæ in Aegyptum quidem descendit, à seruitute tamen libera fuit. Capra quæ modicum dominis suis prouentum præbet, secundam generationem, quæ modicam seruitutem Aegyptiis seruiuit. Aries qui copiam lanæ præstat, tertiam generationem, quæ longo seruitio Aegyptiis subiecta fuit. RVPERTVS. Omnis hæc assumptio, prophetica assumptio est. Vacca siquidem, capra, & aries, quæ profecto seruilia sunt animantia (nam & lacte suo dominos suos pascunt, & lanis operiunt) tres præsignant generationes, per quas semen Abræ seruiturum erat in terra non sua, nam generatione quarta (inquit dominus) reuertentur huc. Est autem vacca trima, & capra trima, & aries trium annorum. Cur hoc? Videlicet quia patres vel patriarchæ primi, per quos inuocatum est nomen domini super illos, tres numero sunt, à quibus denominationem susciperе dominus deus dignatus est, vt diceretur, Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Sub istis nanque nominibus, Trinitas vnus deus, seculis illis prædicari voluit, quia nondum capere possent homines manifesta nomina eiusdem trinitatis, id est patris, & filij, & spiritus sancti. CAIETANVS. Vel,
C Quare deus hæc animalia, & singula, & duas fœminas, & tot annorum elegerit tolli sibi, ratio literalis alia nescitur, quàm diuinum beneplacitum. Hinc postea Moyses statuit in lege, vt hæc sola animalium genera in vsum sacrificij tollerentur. Præter quæ regulariter tamen in emundatione lepræ, assumebatur passer. AVCTOR CATENAE. Sume (inquit) mihi vaccam triennem, & cætera. Quanquam ita se habeant Hebraica & Græca exemplaria, dictiones tamen מְשֻׁלֶּשֶׁת Mesulléseth, triplicatam aliqui interpretati sunt hoc in loco, & dixerunt, Vitulam triplicatam, & capram triplicatam, & arietem triplicatum. Vnde & Chaldaica æditio locum istum ita habet, Offer coram me vitulos tres, & capras tres, & arietes tres, & turtu-
rem, & filium columbæ. Est enim עֵגֶל Vegozal in Hebræo, quod proprie columbæ pullum significat. Di-
xerunt etiam nonnulli, Abram tria genera sacrificiorum repræsentasse, nempe holocaustum, oblationem pro
D peccato, & sacrificium pacificorum. Et quod de tribus illis speciebus animalium, vnum duntaxat fuerit adductum indiuiduum, & illud vocetur triplicatum, & quod singula indiuidua fuerint simul iuncta. Quicquid sit. Mos paciscendi veterum erat, occidere animalia, & in duas diuidere partes, interque è regione compositas partes & frusta transire, quibus ceremoniis dignus morte decernebatur, si quis fœdus aliquando rupuisset, & pacta negligeret. Elegit itaque sibi deus animalia munda, apta sacrificiis, & ætate matura. Nihil enim imperfectum deo placet, perficit autem nostra imperfecta sacrificia, vna Christi domini perfecta oblatio.
Qui tollens uniuersa hæc, diuisit ea per medium, & utrásque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit.
AVGVSTINVS ET ISIDORVS. Ideo autem aues non diuisit, & animalia diuisit, quoniam carnales & in populo veteri, & nunc inter se diuiduntur, spirituales autem nullo modo, schisma enim non cogitant, nec seducuntur ab hæreticis, sed pax est semper in ipsis, siue à turbis, hoc est, negociosis conuersationibus hominum se remoueant, sicut turtur, siue inter illas degant, sicut columba, vtraque tamen auis & simplicitatem habet & innocentiam. THEODORETVS. Ob id aues non diuisit, vt Hebræos à seruitute Aegyptiorum eximendos significaret. Quadrupedia vero diuisit, quia in Aegypto molestia afficiendi erant. GLOSSA GRAECA. Ideo etiam animalia altrinsecus posuit, quia Hebræo-
E rum seruitus altera alteri successit, & (vt ita dicam) altera alteram respiciebat. RVPERTVS. Proinde tollens (inquit scriptura) omnia hæc, diuisit per medium, subauditur quadrupedia, & vtrásque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Etenim carnales, qui per quadrupedia signantur, lites & seditiones murmurando contra dominum facturi erant, spirituales vero vnanimem seruare concordiam, imo & seditiosos ad pacem reuocare habebant. Seruant enim vnitatem spiritus in vinculo pacis. CAIETANVS. Qui tollens vniuersa hæc. Deficit pronomen ei. Legendum esset, & tulit ei omnia ista. Dixerat deus, Tolle mihi hæc, obediens Abram tulit deo omnia hæc. Et perspicuum est hanc obedientiam fuisse non in somno nec in ecstasi, sed corporeis actionibus accepisse omnia hæc animalia deo, hoc est, ad sacrificandum deo. Et diuisit ea per medium, & vtrásque partes contra se altrinsecus posuit. Factum narratur, sed ratio factæ diuisionis non explicatur hic. Iosephus dicit quod deus mandauit diuisionem hanc, sed non
F dicit quorsum. Aiunt fuisse illius temporis morem, vt pactum firmaretur transitu pacisentium inter duas partes animalis. Et consonat ratio hæc inferius subiunctis, vt deus humano more firmare voluerit pactum cum Abram, & ad hoc mandauerit tolli sibi hęc ad sacrificandum, vt ante sacrificium transeundo inter partes, signum fœderis daret Abræ pro semine eius. Aues autem non diuisit. Hinc apparet quod sola quadrupedia erant, inter quorũ partes transitus fiebat, ita quod erant pro trãsitu & pro sacrificio, aues vero pro sacrificio dũtaxat. AVCTOR CATENAE. Qui tollens vniuersa hæc, Hebraicè est וַיִּקַּח לוֹ אֶת כָּל אֵלֶּה Vaikah lo eth col élle, & tulit ei (nempe domino deo) vniuersa hæc. Septuaginta ἠνέγκατο δὲ αὐτῷ πάντα ταῦτα. Et accepit ipsi omnia hæc. Chaldaica, Et obtulit corã eo omnia hæc. Quia ergo dominus hic humano more firmare voluit fœdus cũ Abrã, ideo animalia hęc diuisa fuerũt, & partes ita posite, vt inter illas posset esse transitus, sicut etiam effectũ est, nã infra dicitur quod dominus in specie lãpadis ardẽtis per ipsas trãsiuit. Aues aũt nõ diuisit, quia nõ erat moris, vt in cõfirmatiõe fœderis auis occideretur aut diuideretur, licet in sacrificiis alias soleret offerri. Quod aũt mos iste fœdera ineũtib⁹ antiquitus seruaret,

ostendit etiam Poëta eximius, dum ait, Et cæsa iungebant fœdera porca. *Descenderuntq; uolucres super cadauera, & abigebat eas Abram.* HIERONYMVS IN QVAEST. HEBRAICIS. Secundum literam Septuaginta, Descenderunt autem volucres super cadauera, & super diuisiones eorum, & sedit cum eis Abram. Non pertinet ad præsens opusculum huius expositio sacramenti. Hoc tamen dicimus, quia pro his quæ posuimus, in Hebræo habet, Et descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Illius enim merito sæpe de angustiis liberatus est Israël. GLOSSA GRAECA. Hostium enim concursus, per descendentes aues super cadauera, Iudæorum autem diuina tutela, & inimicorum expulsio, per id quod Abram aues abigebat, significatur. AVGVSTINVS. Vel aues descendentes super corpora quæ diuisa erant, non boni aliquid, sed spiritus indicant aëris huius, pastum quendam suum de carnalium diuisione quærentes. Quod autem illis (secundum aliam literam) consedit Abram, significat etiam inter illas carnalium diuisiones, veros vsque in finem seculi perseueraturos fideles. THEODORETVS. Aues quæ super cadauera hostiarum descendebant, quas Abram abigebat, lethalem Aegyptiorum sæuitiam ac mentem significant, quam tamen inanem atque irritam fore ostendit deus, pollicitationes suas ad Abram confirmans, atque opere implens. CAIETANVS. Expectante Abram transitum dei inter partes quadrupedum, antequam sacrificaret, & si Iosepho creditur, antequam locarentur super aram, volucres solitæ velci carnibus cadauerum, venerunt ad cadauera animalium, & Abram assistens officium exercebat abigentis volucres. Sic fuit res gesta in figuram futurorum AVCTOR CATENAE. Mira Septuaginta hoc loco varietas, adeo vt dissimulari non possit, qui videntur aut suam linguam ignorasse quod nefas est asserere, aut alio vsi exemplari, vel certe (quod sæpe meminimus, & memoraturi sumus, vbi opus fuerit) cum ea tempestate, vt etiam Hebræi opinantur, diuinæ literæ sine punctis, quæ vice vocalium apud Hebræos funguntur, legerentur, eamq; ob rem, ambigua non facile distingui possent, vt hæc vox עקר, quæ sine punctis æquiuoca est, nam & populum tuum, & tecum significat, cui si puncta subieceris, amphiloglam distingues, & alterum quidem erit עִמָּךְ immecha, id est populus tuus, alterum עִמָּךְ imech, id est tecum, hinc factum est, vt Septuaginta, pleraque aliter interpretati sint, quàm vel sententia postularet, aut nunc Hebraici habeant codices, isq; facilis fuit lapsus. Quis enim non facile laberetur, in hac dictione, si sine pūctis scribatur, וישב, quæ significat, modo sedit, modo reuersus est, aliquando expulit, alias reuerti fecit. Quod si vocales, id est notulæ illæ adhibitæ fuerint, ilico omnis ambiguitas distinguitur. Est ergo hoc loco eadem ipsa vox, scilicet וַיָּשָׁב, Quod cum sit futurum, ducitur à suo primitiuo נָשַׁב nasab hoc est, amouit, expulit, in futuro autem abiicitur prima litera nun, & per tertiam coniugationem subtracta iod, & hiric eius loco substituto, significabit mouebit, vel moueri faciet. Quod si à verbo יָשַׁב iasab ducatur, id est sedit, his punctis notabitur וַיֵּשֶׁב vaieseb, hoc est, & sedit, vel sedebat. In hunc igitur scopulum impacti Septuaginta, cum extricare sese non possent, alterum pro altero reddiderunt, καὶ συνεκάθισεν αὐτοῖς Ἄβραμ, Et sedebat cum eis Abram, vt toto cœlo ab Hebraica veritate dissideant, cum ea referat, Abram aues expulisse, at ipsi, vel cum eis eum sedisse, vel simul cum ipsis collocasse, sic enim συνεκάθισεν interpretari potest, vt hoc modo exponamus, & apposuit eis Abram, scilicet auibus diuisis, aues superuolantes. Chaldaica hoc loco ita habet, Et eiecit eas Abram. Igitur aues descendentes super cadauera, significabant reges & populos Israëlem persequuturos, capturos, & nisi merita patrum intercessissent, consumpturos fuisse. Abegit autem eas Abram fide promissionum, & oratione pro fidelibus ad gloriam sui dei.

Mystice. Ser. de quinquagesima. Gene. 17.

AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Quid autem spiritualiter ista significent fratres, breuiter quantum dominus dederit, charitatis vestræ auribus cupimus intimare. Beatus Abraham pater multarum gentium à domino dictus est. Omnes enim gentes quæ in Christū credunt & credituræ sunt, filij sunt Abrahæ, imitando fidem, non nascendo per carnem. Vacca ergo triennis, & aries annorum trium, & capra triennis, & turtur vel columba, figuram omnium gentium prætulerunt. Dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in trinitatis erant mysterium credituræ. Et quia tota ecclesia catholica non solum habet spiritales, sed habet etiam & carnales, quanuis nonnulli in trinitatem se credere dicant, carnales tamen sunt, quia crimina & peccata vitare dissimulant. Quia ergo cum carnalibus sunt etiam spiritales, ideo turtur & columba sunt additæ. In turture & columba, spiritales possunt significari, vt in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligenter attendite, quia illa tria animalia diuisisse in duas partes dicitur Abram, & contra se inuicem posuisse, Aues (scriptura inquit) non diuisit. Quare hoc fratres? Quia in ecclesia catholica carnales diuiduntur, spiritales omnino non diuiduntur, & sicut scriptura dicit, contra se inuicem præparantur. Quare carnales & diuisi, & contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi & amatores mundi, contra se inuicem diuisiones & scandala habere non desinunt. Isti ergo diuiduntur, quia sibi inuicem aduersantur, aues autem, id est spiritales non diuiduntur. Quare spiritales non diuiduntur? Quia est illis cor vnum, & anima vna in deum. Est enim illis vnum velle ac nolle. Illis enim quas supra diximus auibus, similes sunt, turturi scilicet vel columbæ. In turture castitas, in columba simplicitas designatur. Omnes enim in ecclesia catholica deum timentes, & casti simplicesq; esse signantur, & cum psalmista dicere possunt, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Et iterum, Turtur inuenit sibi nidum, vbi reponat pullos suos. Et quando carnales qui diuidi possunt, grauibus vitiorum compedibus premuntur in mundo, spiritales diuersarum virtutum pennis eleuantur in altum, & duabus velut aliis, duobus scilicet præceptis, diligendo deum & proximum, eriguntur in cœlum & cum apostolo dicere possunt, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Et quotiens sacerdos dixerit, Sursum corda, securi & fideliter dicunt se habere ad deum, quod valde pauci & rari in ecclesia fiducialiter, & cū veritate dicere possunt. Ideo ergo aues Abrā non diuisit, quia spiritales quibus sicut dixi, est cor vnū & anima vna, diuidi, & à dei vel à proximi amore separari non possunt, sed cū apostolo clamant, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio? Et cætera quę sequuntur, vsq; ad id quod dictum est, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Spiritales ergo, nec tormentis separantur à Christo, carnales vero interdum etiam otiosis fabulis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos vero separat carnalis affectus. Spiritales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumpunt. Diuisit ergo Abram illa animalia in duas partes, aues autem

Psalm. 54. Psalm. 83.

Philipp. 3.

Roma. 8.

Cap. 20.

A autem non diuisit. GREGORIVS SEXTODECIMO MORALIVM. Verum quia sæpe etiam spiritualium corda subortæ cogitationes polluunt, & terrenarum rerum delectationibus tangunt, sed dum citius manu sanctæ discretionis abiguntur, festine agitur ne cordis faciem caligo tentationis operiat, quæ hanc iam ex illicita delectatione tangebat. Nam sæpe in ipso orationis sacrificio importunæ se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere vel macularevaleant, quod in nobis deo flentes immolamus. Vnde Abram cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiose ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic ergo nos cum in ara cordis holocaustum deo offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus & peruersæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se domino vtiliter sperat. AVCTOR CATENAE. Sed & secundum eminentiorem sensum quia omnipotentissimus dominus in scripturis, antiquis patribus, & Trinitatis diuinæ mysterium, & ineffabile filij sui incarnationis indicare voluit sacramentum, per quod cœlestis Hierusalem omnes gentes quæ per fidei imitationem patriarchæ filij sunt, hæredes esse meruerunt, quid obstat, si hoc in loco de possessione terræ illius interrogans Abram de qua dicitur, Credo videre bona domini in terra viuentium, quomodo eam hæreditaturus esset, responsum acceperit, quod per Christum dei filium de se incarnandum? Nam nullum aliud est nomen sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri, quàm in isto. Quæ ergo sumi præcipiuntur animalia, Christi ex semine Abrahæ nascituri repræsentant humanitatem, quæ opportunum redemptionis nostræ extitit instrumentum. Vacca enim eius fortitudinem in sustinendis laboribus, maximèque in passione pro nobis toleranda præsignauit. Capra quæ perpetua febre laborat, similitudinem carnis peccati, quam pro nobis induit. Aries eius innocentiam, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Est autem vacca trima, & caprа trima, & aries trium annorum, quia in Christi nomine tota sanctissima Trinitas continetur, videlicet pater & filius vnctus, & spiritus sanctus vnctio. Turtur etiam Christi designat castitatem, columba verò quæ sine felle est, eius mansuetudinem secundum illud Matthæi vndecimo, Discite à me omnes, quia mitis sum, & humilis corde.

B

C

4

Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dictumque est ad eum, Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc. Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorræorum usque ad præsens tempus.

D

4

Cumque Sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Ad occasum autē solis ecstasis cecidit super Abram. Pro ecstasi in Hebræo תַּרְדֵּמָה thardema, id est καταφορὰ legitur, quam supra vertimus in soporem. CHRYSOSTOMVS. Quare autem tempore occasus solis, cum iam ad vesperam inclinaretur dies, irruit super Abram sopor & horror? Quia omnibus modis attentiorem eum facere vult, vt per omnia quæ fiunt, sentiat se videre deum. Eum enim morem deus vbique habet. Nam & quando Moysi in monte Sinai daturus erat legem & mandata, Tenebræ (inquit) & caligo erat, & mons fumigabat. Propter hoc & scriptura inquit, qui tangit montes & fumigant. Enimuero incorporeum videre per sensibiles hosce oculos non est possibile, ideo aliter suam nobis operationem significare vult. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Quod circa occasum Solis pauor irruit in Abram, & timor tenebrosus magnus, significat circa huius seculi finem magnā perturbationem ac tribulationem futuram fidelium, de qua dominus in euangelio dixit, Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio. IDEM DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pertractanda est ista quæstio propter eos qui contendunt perturbationes istas non cadere in animum sapientis, vtrum tale aliquid sit, quale Aulus Gellius commemorat in libris Noctium Atticarum, quendā philosophum in magna maris tempestate perturbatum cum esset in naui, & animaduersum à quodam luxurioso adolescente, qui cum ei post transactum periculum insultaret, quod philosophus cito perturbatus esset, ideo illum non perturbatum, quia nequissimæ animæ suæ nihil timere deberet, quod nec digna esset, pro qua aliquid timeretur. Cæteris autem studiosis qui in naui fuerant expectantibus, protulit librum quendam Epicteti stoici, vbi legebatur, nō ita placuisse stoicis, nullam talem perturbationem cadere in animum sapientis, quasi nihil tale in eorum appareret affectibus, sed perturbationem ab eis definiri, cum ratio talibus cederet, cum autem non cederet, non dicendam perturbationem. Sed considerandum est quemadmodum hoc dicat Aulus Gellius, & diligenter differendum. RVPERTVS. Bis in hac visione, solis occubitus, & tenebrarum mentio facta est. Primò cum hic dicitur, Cunque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Secundo cum infra dicitur, Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & cætera. Hęc tenebrarum iteratio, geminam seminis Abræ aduersitatem significat. Primam videlicet, qua fratrem suum Ioseph vendiderunt, quæ causa fuit peregrinationis & seruitutis illorum. Secundam, qua post mortem Ioseph à Pharaone tribulati & afflicti sunt. Et prior quidem aduersitas, res fuit iniquitatis, propter quod & signanter dictum est, Sopor irruit super Abram & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. CAIETANVS. Hæc igitur omnia facta sunt, ad eleuandum Abram à sensibus externis, ad percipiendum diuinam reuelationem. AVCTOR CATENAE. Cunque Sol occumberet, Sopor irruit super Abram. Radam verbum Hebraicum, à quo thardema venit dictio hic posita, sopiri, dormire, sopore scilicet graui, vel sopore demergi, stupefieri, vel stupore cadere, significat. Somnum autem habet hic Chaldaica æditio. Septuaginta forte melius, qui ἔκστασιν verterunt, vt & supra fecerunt eo loco, Immisit dominus soporem in Adam, Is enim sopor, cuius hic fit mentio, non somnus videtur fuisse, sed potius

E

F

Gene. 37.

Cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius ecstasis,sicut ex hac visione colligitur,in qua facta est illa membrorum dissolutio, quæ in aduentu numinis G
fieri solet,in qua ita torpemus,adeo iacemus exanimes, vt profundo sopore oppressi videamur, quanquam sint,
qui somnum etiam ecstasim appellent. Et horror magnus,deficit ecce, vult enim esse, & ecce horror,& cætera.
Hebraicè enim est וְהִנֵּה אֵימָה vehinne ema,Et ecce horror,sic Græcè,sic Chaldaicè est. Apparet ergo non in som
nis tantum vidisse patriarcham talia fieri,sed re vera facta hæc omnia.Cum enim post hæc omnia sol occubuis-
set,sequenti nocte ecstasis illa,& mentis excessus irruit in eum,cum horrore magno & tenebroso,qui iterum pre-
quoniam attonitus & perculsus erat animo iustus ille,& concusserat eius mentem timor, & actus qui fiebat, Di-
xisti (inquit ad deum) quomodo cognoscam? & signum voluisti accipere, quo pacto terram hanc in hæredi-
tem possessurus sis,Ecce do tibi signum magna reuerendum fide,vt scias quod possim ex desperatis rebus, quos-
libet in spem bonam adducere, *Dictumque est* (inquit) *ad eum,scito prænoscens quod peregrinum sit futurum semen tuum in*
terra non sua,& seruituti eos subiicient,& affligent quadrigentis annis. Magna sunt hæc dicta, & quæ ad animum mas- H
culum pertinent,qui transcendat,deorsumque relinquat humana omnia.Nisi enim generosum & fortem,& opti
mis moribus præditum habuisset patriarcha,tanta erant hæc,vt perturbare potuissent.Ne admireris (inquit) apud
te ipsum,videns & senium tuum,& Saræ sterilitatem, & vterum eius emortuum,& ne putes magnum aliquid es
se dictum quod dixi,semini tuo dabo terram hanc.Non solum enim hoc tibi prædico,sed addo,quod & illud se-
men tuum in alienam abducetur terram.Et non dixit in Aegyptum, neque indicauit terræ nomen, sed dixit in
terra non sua,& seruitutem ferent,ac miseriam, idque non ad breue tempus, neque ad paucorum annorum nu-
merum, sed vsque ad quadringentos annos. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAI-
CIS. Alia litera,sciendo scies,quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua. Locutio quidem scriptura-
rum est vsitatissima,sed Græci habent,Sciens scies, quod pene tantundem est. IDEM SEXTODECIMO
Cap.24. DE CIVITATE DEI. Hoc autem quod dictum est ad Abram,de populo Israël qui fuerat in Aegypto ser
uiturus,apertissime prophetatum est.Non quod in eadem seruitute sub Aegyptiis affligentibus quadringentos an I
nos ille populus fuerat peracturus,sed in ipsis quadringentis annis,prænunciatum est hoc futurum.Quemadmo-
dum enim scriptum est de Thara patre Abræ,Et fuerunt dies Tharæ in Charra quinque & ducẽti anni,non quia
ibi omnes acti sunt,sed quia ibi completi sunt,ita & hic,propterea interpositum est,& in seruitutem redigent eos,
& affligent eos quadringentis annis,quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est,non quia ibi vni-
uersus peractus est.Quadringenti sanè dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quanuis aliquanto amplius
sint,siue ex hoc tempore computentur quo ista promittebantur Abræ, siue ex quo natus est Isaac, propter semen
Abræ de quo ista prædicuntur.Computantur enim ab anno septuagesimo & quinto Abræ, quando ad eum facta
est prima promissio,vsque ad exitum de Aegypto,quadringenti & triginta anni,quorum Apostolus ita meminit,
Hoc autem dico (inquit) testamentum confirmatum est à deo,quæ post quadringentos & triginta annos facta est
lex,non infirmat ad euacuandam promissionem.Iam ergo isti quadringenti & triginta anni,quadringenti pote-
rant nuncupari,quia non sunt multo amplius,quanto magis cum aliquot ex isto iam numero præteriissent, quan- K
do illa in visu demonstrata,& dicta sunt Abræ,vel quando Isaac natus est centenario patri suo, à prima promis-
sione post vigintiquinque annos,cum iam ex istis quadringentis & triginta,quadringenti & quinque remanerẽt,
quos deus quadringentos voluit nominare,& cætera quæ sequuntur in verbis pronunciantis dei, nullus dubita-
uerit ad Israëliticum populum pertinere. IDEM. Non ergo quod ait,in seruitutem redigent eos, & affligent
ad quadringentos annos referendum est,tanquam per tot annos in seruitutem habuerint eos, sed referendi sunt
anni quadringenti,ad id quod dictum est,peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua.Siue enim in ter
ra Chanaan,siue in Aegypto peregrinum erat,antequam hæreditatem haberet,ex promissione dei, quod factum
est postquam ab Aegypto liberati sunt.Vt per hyperbaton sit hic ordo verborum,Sciendo scias,quia peregrinum
erit semen tuum in terra non sua quadringentis annis.Illud autem sit interpositum,Et subiicient eos seruituti, &
affligent,ita vt ad quadringentos annos hæc interpositio non pertineat.In extrema enim parte summæ huius, id
est post mortem Ioseph,populus dei in Aegypto dura seruitute afflictus est. CHRYSOSTOMVS. Verum L
hic si quis addubitet,quomodo quadringentis annis dicit seruire eos,quãuis neque dimidium eorum fuerint ipsi
in Aegypto,& propterea non dixit,quod in Aegypto futuri sint annis quadringentis, sed in terra non sua, ita vt
possit connumerari cum annis in Aegypto,& tempus patriarchæ,quo ei imperatum est, vt ex Charran egredere-
tur.Ab illo enim tempore,tempus annorum nobis manifestum fecit scriptura,quæ dixit,quod septuaginta quin-
que annorum fuerit Abram quãdo exiuit ex Charran, ex eo igitur tempore vsque ad exitum de Aegypto,inueni-
et quis numerum saluum & integrum.Dici potest etiam aliter,quod cum dominus sit misericors,& imbecillita-
tem quis nostræ respondentes facit pœnas, cum vidit eos ita labore pressos, & Aegyptios magnam in eos crudelitatem
exercere,ante definitum tempus vltionem fecit,& ad libertatem eos reduxit.Dei enim mos est, quoniam in om-
nibus salutem nostram operatur,vt etiam si minetur se puniturum,& nos voluerimus conuersionis exhibere spe-
cimina,possimus eius reuocare sententias.Et è diuerso,si pollicetur aliquid suaue nobis daturum, nos autem non
attulerimus quod ex nobis est,neque ipse promissum adimplet, vt ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atque hæc M
inuenire poterunt studiosi sacrarum literarum omnes. CAIETANVS. Scito prænoscens quod peregri-
num sit futurum semen tuum in terra non sua,& seruituti eos subiicient quadringentis annis,ac si apertius dixis-
set,animalia hæc sumpta mihi,figurant semen tuum,non totum, sed illud quod mihi dicatum erit (videlicet per
Isaac Israël) & mora mea ad transeundum (qua interim animalia hæc tanquam derelicta visa sunt) peregrinatio-
nem seminis tui significat. Peregrinationem autem in terra non ipsorum,dicit, ad explicandum quod terra illa
non statim foret ipsius aut seminis eius,sed post completam peregrinationem tam ibi quàm in Aegypto.Aues au
tem quæ ad cadauera venerunt,obscuritas ac timor,signa sunt seruitutis & afflictionum seminis tui quadringen-
tis annis.Non ad afflictionem nec ad seruitutem,quæ vt qualitates inter peregrinandum incidentes quandoque
interpositæ sunt,sed ad peregrinationem refertur hoc tempus. Nam quod ducentis & decem duntaxat annis Is-
raëlitæ

A raëlitæ fuerint in Aegypto,ex scriptura hac habetur.Facile enim patet,quod à natiuitate Isaac (quod est semen A-
bræ,de quo semine est hic sermo) vsque ad exitum de Aegypto,supputantur quadringenti anni,cum illis ducen-
tis decem quibus perseuerauerunt in Aegypto.Non ergo plures vel pauciores supputandi sunt anni moræ in Ae-
gypto,quia nec plures nec pauciores exiguntur ad integrandum numerum supra centum nonaginta, quos sacra
scriptura clare tradit. AVCTOR CATENAE. Dictumque est ad eum,vel & dixit ad Abram,nempe do-
minus deus,Scito prænoscens,vel sciens scies,& cætera. Non expediebat tunc nominare illi populos, Aegyptios
scilicet,vel Chaldæos,aut alios,multos enim nouerat futuros illis hostes,ideo dixit in terra non sua, quibus ser-
uient in magnis afflictionibus quadringentis annis.Secundum Hebræos à temporibus Isaac vsque ad exitum Is-
raëlis de Aegypto,fluxerunt anni quadringẽti.Isaac enim sexaginta annorum,genuit Iacob,Iacob autem in Ae-
gyptum descendens,habebat centum triginta octo annos,in Aegypto autem fuerunt ducentis & decem annis.
Veruntamen gentem cui seruituri sunt,ego iudicabo.Et post hæc egredientur cum magna substantia. CHRYSOSTOMVS.
B Vltionem sane eorum qui semen tuum affligent,ego faciam,& gentem illam in seruitutem ducendam ego iudi-
cabo,& sic eos magna cum sarcina huc redire faciam.Interim & prædicens ei quæ posthac certo euentura essent,
& seruitutem declarat,& descensum in Aegyptum,& indignationem quam propter eos Aegyptij sensuri erant,
& glorioſum eorum reditum.Et ostendit ei,quod non in ipso duntaxat ea quæ super naturam erant,& post tanta
impedimenta,quæ à deo promissa implebuntur,sed & in toto semine eius hoc contingeret.Hæc autem (inquit) iam
tibi dixi,vt priusquam vitam finias, scire possis quæ & nepotibus & posteris euenient. CAIETANVS. Tu
abegisti volucres infestas animalibus, ego plus faciam quàm significatum fuerat, gentem enim illam iudicabo
decem plagarũ iudiciis,& post has plagas egredientur cum magna substantia expoliatis Aegyptiis. AVCTOR
CATENAE. Veruntamen gentem,& cætera.Aegyptios intelligit oppressores,quos decem plagis iudicauit do
minus,& ad perſequendum Israëlem animatos,rebusque spoliatos in mari rubro enecauit. *Tu autem ibis ad pa-*
C *tres tuos in pace sepultus in senectute bona.* CHRYSOSTOMVS. Non dixit morieris,sed ibis,quasi peregrinatu- Lucæ.16.
ro eo & migraturo à patria in patriam.Abibis (inquit) ad patres tuos,Non carnales, vel quomodo? Incredulus e-
nim erat peter eius,& non erat possibile,vt eundem locum caperet,quem ille.Chasma enim (inquit) magnum est
inter nos & vos.Quare dixit ad patres tuos? iustos insinuans,vt eos qui apud Abel,Noë,& Enoch:Sepultus in se-
nectute bona. Et qualis hæc senectus bona, ad quam tantis afflictionibus per omnem viam venitur? Verum ne
hoc attendas homo,sed specta quæ illi omni tempore fuerit gloria,& quomodo clarus vixerit peregrinus,qui ci-
uitate focoque carebat,& frui ei datum est omni tempore dei subsidio. Non igitur iuxta præsentem opinionem
iudica res,neque senectutem esse bonam censeo,versari in luxu,delitiis,& crapula,& possessione diuitiarum,& ma
gna pecorum & mancipiorum multitudine.Non enim fecerint senectutem bonam, sed & multam condemna-
tionem attulerint,neque in senectute continentiam nouisse,neque ad extremos spiritus de his quæ decebat con-
sulere,sed quotidie indulgere ventri,& sectari conuiuia & ebrietates,de quibus omnibus non multo post redden
D dæ sunt rationes.Sane qui in via virtutis ambulauit,hic vere sepultus in senectute bona,vita defungitur,& labo-
rum præsentium inuenit mercedes & retributiones.Et idcirco inquit,tuis nepotibus talia euenient,tu autem ibis
sepultus in senectute bona.Considera obsecro,quomodo nisi multiplex fuisset fortitudo,& virtus eximia, & hæc
quoque conturbare eius mentem potuissent.Quare enim dicit,promittis mihi tantum semen ex me futurum &
propagandum,si tantis erunt malis & calamitatibus obnoxij,seruitutẽmque tot annis toleraturi? Quæ hæc mihi
vtilitas? Verum nihil horum iustus cogitauit, sed quasi gratus famulus, omnia quæ à deo fiebant dilexit, & quæ
deo videbantur,suæ præferebat sententiæ. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est, תִּקְבֹּר tikaber,hoc est,se-
pelieris.Sic & Chaldaica.Septuaginta,ταφεὶς,sepultus.Sed hæc nihil sunt.Interim igitur tu ad sanctos patres tu-
os apponeris,fœlici excessu ab hac vita,non prematura morte,sed plenus dierum,nempe expletis centum septua-
ginta annis.Videmus prouidentiæ diuinæ ordinem certum,vt peregrinationes,passiones,consilia,læta ac aduer-
sa,ex deo pendeant,& ab æterno patre ordinata sint. CHRYSOSTOMVS. Deinde & tempus ei significat,
E quo à seruitute sunt redituri,nam quia annos quadringentos dixerat,subdit. *Generatione autem quarta reuertentur*
huc. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Haud dubium quin hi qui de se- Exo.12.
mine fuerint Abræ. IDEM PAPAE DAMASO. Cur deus loquitur ad Abram, quod quarta progenie
Filij Israël essent de Aegypto reuersuri,& postea Moyses scribit, Quinta autem progenie ascenderunt filij Israël
de terra Aegypti? Quod vtique nisi exponatur,videtur esse contrarium. Hoc verò problema cum legissem, cœpi
mecum tacitus æstuare,& è vestigio Genesim,Exodúmque percurrens,repperi loca,in quibus scripta sunt,quæ vi- Cant.5.
dentur facere quæstionem.Sed dum mecum solicitus voluerem,aperuit mihi ostium, qui habet clauem Dauid,
& introduxit me in cubiculum suum,posuitque me in foramine petræ,vt post spiritum eius sæuientem, post ter-
ræ motum,post incendium ignorantiæ quo vrebar,vox ad me auræ lenioris accederet,dicerẽmque,Inueni quem
quæsiuit anima mea,tenebo eum,& non dimittam.Etenim cum videatur scriptura inter se esse contraria,vtrun- 1.Para.6.
que verum est,cum diuersum sit.Egressi sunt quarta generatione filij Israël de terra Aegypti.Replica genealogi-
F am Leui.Leui genuit Caath.Caath genuit Amram.Amram genuit Aaron. Aaron genuit Eleazar.Eleazar genuit Gene.46, Num.10 & 17.& 10ſu 24.
Finees.Caath cum patre suo Leui ingressus est Aegyptum.Rursum Eleazar cum patre Aaron egressus est de Ae-
gypto.A Caath vsque ad Eleazar,computantur generationes quatuor.Licet quidam velint ab Amram vsque ad
Finees,vt nos in Eleazar fecimus peruenire. Si verò volueris disparem numerum ostendere, quomodo secun- Gene.38. & 46.
dum Exodum quinta generatione egressi sunt filij Israël de terra Aegypti,tribus Iudæ tibi ordo numeretur. Iu- Matth.1.
das genuit Phares. Phares Esrom. Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason. Num.7.
Naason genuit Salmon.Phares cum patre suo Iuda ingressus est Aegyptum.Naason princeps tribus Iuda,in de-
serto describitur,cuius filius Salmon terram repromissionis intrauit.Computa à Phares vsque ad Naason, & in-
uenies generationes quinque, tametsi nonnulli (vt in tribu Leui ostendimus) in Esrom initium faciant, & ad
Salmon vsque perueniant.Puto problema dissolutum,quod si displicet,ad compendium veniam,& dicam in He
bræo nõ esse diuersum.Aquila nanque qui non contentiosius,vt quidam putant,sed studiosius verbum interpre-
tatur ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur ad verbum, in eo loco vbi Septuaginta posuerunt, Quinta autem generatione ascenderunt filij Israël de ter G
ra Aegypti, ita transtulit καὶ ἐνοπλισάμενοι ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς Αἰγύπτου, id est, Et armati ascenderũt filij Israël de terra Aegypti. Licet pro eo quod nos armati diximus, secundum Græci sermonis ambiguitatem, instructi, siue muniti, propter supellectilem qua Aegyptios spoliauerant, possit intelligi. Omnis enim Iudæa concamat, & synagogarum consonant vniuersa subsellia, quod videlicet idem sermo, & eisdem literis scriptus, diuersas apud eos & voces, & intelligentias habeat. CAIETANVS. Generatione autem quarta redibunt huc. Pondera Redibunt, vt intelligas sermonem esse de generatione quarta ab ingrediẽte vsque ad redeuntem. Et vere sic fuisse patet, supputando generationem Caleb, qui egressus de Aegypto, ingressus est terram Chanaan. Iacob siquidem qui ingressus est Aegyptum, genuit Iudam. Iuda genuit Phares, qui genuit Esrom, qui genuit Caleb. Vbi patet quater tantum generare interuenisse. Lege secundum caput primi Paralipomenon, & inuenies hanc genealogiam. *Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorræorum usque ad præsens tempus.* CHRYSOSTOMVS. Tunc H
(inquit) erit tempus, vt & illi reducantur in libertatem, & ij pœnam luentes pro multitudine peccatorum, è terra expellantur. Ambo itaque fient tempore opportuno, & illorum instauratio, & horum excidium. Necdum enim impletæ sunt iniquitates eorum, quasi dicat aliquis, Nondum in tanto numero peccata fecerunt, vt talem ferant pœnam. Deus enim cum misericors sit, non solum non indicit pœnas peccatis grauiores, sed & valde minores. Atque prõpter hoc tantam ostendit longanimitatem, vt cum sibiipsis pœnarum sint auctores, nullam posthac excusationem habeant. THEODORETVS. Nondum impletæ sunt iniquitates Amorræorũ. Declarat deum non prius vltorem esse, quàm homo sit peccator. Nam per id temporis quo deus loquebatur, Amorræi pietatem colebant ac sectabantur, quod vel ex ipso Melchisedech & Abimelech, & habitatoribus Hebron intelligi facile
Homi.11. poteſt, qui dicebant, Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Hoc autem nobis cum tremore considerandum est, quomodo iustus
Gene.15. & omnipotens deus cum præcedentibus peccatis irascitur, permittit vt cæcata mens etiam in aliis labatur. Vnde I
Pſal.68. Moyses ait, Nondum completa sunt peccata Amorræorum. Dauid quoque ait, Appone iniquitatem super iniquiOseæ.5. tatem ipsorum, vt non intrent in iustitia tua. Propheta etiam alius dicit, Maledictum & mendacium & homici-
1.Tim.11. dium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangit, quando peccato peccatum additur, vt ante dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus Apostolus ait, Vt impleant peccata sua semper. Ioanni quoque per angelum dicitur, Qui nocet, noceat adhuc, & qui in
Apoc.6. sordibus est, sordescat adhuc. Vnde nunc etiam dominus dicit, Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Ac si aperte dicat, Quia videre pœnitendo noluit, vbi iam impingit iusto eum iudicio deserens, ponam ei vt & alibi impingat. Quod tamen domini ponere, est nequaquam ad peccãdum
Exo.5. premere, sed nolle à peccato liberare, sicut de Pharaone dicitur, Ego indurabo cor eius. Non enim cor peccantis dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obdurationne non liberat. Misericors enim deus, tempus nobis ad K
pœnitentiam relaxat, sed cum eius gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ, hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad feriendum vertit, vt quia reuerti quis etiam spacio temporis ac-
Roma.2. cepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si conuerti voluisset. Vnde scriptum est, Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit, secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die iræ reprobus thesaurizat, quia dum ad pœnitendum tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens deus quia collocata remedia
Deut.9. conspicit ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem quam contulit, in iudicij districtionem vertit, vt inde post amplius feriat, vnde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult vt viuat, auget vnde moriatur. RVPERTVS. Notandum quod non propter iustitias suas filij Israël terram illam obtinuerũt, cum propter iniquitates suas illæ deletæ sint nationes. Vnde hic idem Moyses in Deuteronomio sic dicit, Ne di-
cas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me deus, vt terram hanc possiderem, cum propter iniquita- L
tes suas istæ sint deletæ nationes. Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, sed quia illæ egerunt impietatem, te introeunte deletæ sunt, vt compleret verbum suum dominus, quod iurauit patribus suis, cum durissimæ ceruicis populus sis. Nõdum ergo completæ sunt iniquitates Amorræorum, quasi dicat deus, Nondum in tanto numero peccata fecerunt, vt talem ferant pœnam. CAIETANVS. Nondum enim impletæ sunt, & cætera. Rationem reddit deus dilationis, quia non sunt completæ iniquitates, quibus Amorræi merentur expelli hinc. Vbi docemur, & quod deus non est prius vltor quàm homo peccat, & quare deus differat etiam iniquorum punitionem in hac vita, & quod deus non pensat merita pœnarum secundum grauitatem peccatorum, quatenus sunt offensæ dei (nam sic minimum peccatum mortale meretur exterminationem) sed secundũ rationes iudiciorum suorum, quæ sunt nobis ignotæ. Secundum enim rationes iudiciorum diuinorum, nondum completæ erant iniquitates Amorræorum. Si relatiue ad rationem diuini iudicij mala quæ vides pensabis, procul eris à murmure. AVCTOR CATE. Amorræorum peccata nondum peruenerant ad eum gradum, vt illos M
terra ferre nequiret. Sicut enim deus vult exerceri bonos à malis, ad mensuram fidei & charitatis, & præmij ab æterno eis prædestinati, sic malos quos parauit vasa iræ in interitum, vsque ad certum terminum & non vltra suffert & tolerat in hoc mundo, iusto suo iudicio nobis occulto, eos tamen qui impij sunt, sua nimirum conscientia condemnante, domino ita in omnibus iuste & misericorditer dispensante. Dominus est enim, & volũtas eius regula iustitiæ. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo patriarchæ deus vt vndequaque eius roboraret fidem, & ex his quæ ad deum dixerat, habere possit fidem, clare significauit, quod etiam hæc posteritati eius ita accident, & vt de dictis iterum firmam habeat fidem, quod necesse sit fieri, quod de eo dictum?
Mystice. AVCTOR CATENAE. Sed & secundum spiritalem intellectum, afflictiones quæ patriarchæ prædicuntur hoc in loco, fidelibus indicant; quod quicunque pie viuere in Christo volunt, exponuntur variis tentationibus,

A tationibus, quas tamen fides firma & syncera in domino, abigit, & vincit, iuxta dictum Apostoli Ioannis, Hæc est 1.Ioan.5.
victoria quæ vincit mundum, fides nostra.

VM ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans & Lampas ignis §
transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti usque ad fluuium magnum Euphratem. Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Ethæos, & Pherezæos. Raphaim quoque, & Amorræos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

B CHRYSOSTOMVS. Postea vbi compleuit prophetiam dominus, accepit iustus signum quod ei factũ §
est, vnde ait. *Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.* Et flamma & clibanus & lampas sunt, vt signum habeat iustus firmiorum fœderum, & aduentus diuinæ operationis. Denique postquam completa & perfecta sunt omnia, igne consumente quæ proposita erant. THEODORETVS. Quod autem ad occasum solis visus est clibanus fumans, & lampas ignis, hinc nobis declaratum est, & sacrificia illa deo accepta fuisse, & circa finem prædicti temporis. Deum in igne apparuturum (apparuit enim in igne Moysi, & post hæc toti populo) quodque hæc sacrificia aliquando sibi offerri præcepturus esset. RVPERTVS. Vel quia secunda aduersitas res afflictionis extitit, vnde & sine interpositione horroris, facta est caligo tenebrosa (inquit) & clibanus fumans, apparuit. Et quia semen illud Abræ in ipsa affliction visitandum, & liberandum erat in manu forti, multis & magnis præeuntibus ac sequentibus miraculis, lampas quoque ignis inter diuisiones illas apparuit. Clibanus nanque fumans, imago fuit fornacis Aegyptiæ qua seruituri erant in luto & latere coctili. Lampas verò ignis transiens inter diuisiones illas, signum diuinæ claritatis, qua erant per multa miracula illustrandi, de quibus & psalmista, Illuxerunt (inquit) corruscationes tuæ orbi Pſal.76.
C tis, qua terræ, commota est, & contremuit terra, in mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Siquidem simplicem literam sequaris, Et illa quidem lampas transiens inter diuisiones illas, id est inter seditiones Iudaicas clarissima fuit, sed ipso transitu suo sese alias migraturam esse declarauit, nam ecce translata est ab illis gloria, & ad gentes transiuit. CAIETANVS. Vel redit Moyses ad prosequendum rem gestam, resumendo tempus prædescriptum, videlicet occidente sole. Perduxerat enim narrationem rei gestæ vsque ad obscuritatem sole occidente, & diuerterat sermonem ad effectus subsequutos, timorem ac soporem Abræ, adiungẽdo sermonem dei ad Abram in sopore constitutum. Resumit itaque idem tempus cum eodem externo effectu, obscuritate scilicet. Et quemadmodum in euangeliis dominus discipulis euntibus in Emaus talem se exhibuit foris, qualis apud illos erat intus, ita olim deus pacisens cum Abram, in tali forma transiuit inter partes animalium, qualis futurus erat in semine A-
D bram, tempore peregrinationis eorum. AVCTOR CATENAE. Cum ergo occubuisset sol, siue occumbente sole, facta est caligo tenebrosa, quæ Hebraicè dicitur עלטה alata. Quod non satis proprie reddiderunt Septuaginta, φλὸξ ἐγένετο, flamma facta est. Facti itaque hic confirmationem describit Moyses, quia scilicet post occasum solis, ignis transeundo inter frusta, hinc inde composita, absumpserit omnia, ad dei præsentiam ac beneuolentiam significandam. Dictum nanque est supra quæ nam causa incisionis animalium, & quomodo ineuntes fœdera, per partes animalis diuisi transire soliti fuerant. Quem etiam morem tetigit Hieremias dicens ex persona dei de induratis Iudæis, Non obseruauerunt verba fœderis mei quibus assensi sunt in conspectu meo. Vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius. Quoniam itaque dominus in hac visione fœdus pepigit cum Abram, ideireo ignis iste, dei designans præsentiam, inter diuisa illa transiuit, ac deus cum iusto humano se modo habuit. O diuitias benignitatis & bonitatis eius, O miram pietatis eius condescensionem.
In die illo pepigit dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti, usque ad fluuium magnum Euphra Vbi ſupra.
tem. AVGVSTINVS. Testamentum factum ad Abram, terram Chanaan proprie manifestat, & nominat
E in ea multas gentes à flumine Aegypti, vsque ad flumen magnum Euphratem. Non ergo à flumine magno Aegypti, hoc est, Nilo, sed à paruo quod diuidit inter Aegyptum & Palæstinam, vbi est ciuitas Rhinocorura. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo adhuc perseuerat deus vt confirmet suam in illum promissionem. Pepigit (inquit) cum Abram fœdus, dicens, Semini tuo dabo terram hanc. Deinde vt ex latitudine terræ & magnitudine terminorũ scire possit, quantum extendatur eius semen, A flumine (inquit) Aegypti, vsque ad flumen magnum Euphratem, tantum erit semen tuum. Considera quomodo semper excellentiam multitudinis declarare ei vult. Superius enim dixit, se sicut innumerabilem stellarum numerum illud facturum, hic & latitudine finium idipsum declarat, vt & hinc discas, quàm sit se dilatatura multitudo futura. CAIETANVS. Non caret mysterio, quod deus descenderit sua cura vsque ad hoc, quod ad similitudinem pacisentis hominis se gesserit cum homine, vt etiam tanquam ex contractu obligatum exhibuerit se homini, vt obmutescant dicentes, supremo deo
F fas non esse, vt cura nostrarum singularum actionum incũbat ei. Nec est hic sermo de alio semine Abram quàm Israël, quia sub pacto diuino solus populus Israël comprehenditur, qui solus institutus est hæres dei quoad terram Chanaan. AVCTOR CATENAE. Signa itaque verbis concurrunt ad futuri sacramenti completionem. Fluuius autem iste australem terræ partem indicans, Rhinocorura dicitur, inter Palæstinam & Aegyptum fluens. Flumen autem magnum, Euphrates est, ab Oriente versus Chaldæos terminans promissam Israëli terram. In eo autem quod dicit, Semini tuo dabo, nota sanum intellectum haberi plurium locorum, vbi dominus promittit dare Abræ & semini eius terram Chanaan in possessionem siue hæreditatem, vt recta sit semper expositio, tibi, &, id est semini tuo, nam hic nequaquam Abræ se daturum terram promittit, sed duntaxat semini eius. CHRYSOSTOMVS. Neque hoc solum, sed & iuxta genera gentium memorat, qualem possessionem semini eius sit daturus, quo copiosis argumentis vndique fulciatur iustus. *Cinæos* (inquit) *& Cenezæos & Cedmonæos, & Ethæos, & Pherezæos*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Pherezæos. Raphaim quoque, & Amorræos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos. CAIETANVS. Tempore C
Dauid executio huius promiſſionis facta legitur ſecundo Regum octauo, & primo Paralipomenon decimooctauo. AVCTOR CATENAE. Pro Cinæos & Raphaim, Chaldaica litera habet, Salamæos & Gigantes. Septuaginta cum Latina æditione concordant. Numerantur autem hic decem gentes, cum non acceperint Iudæi ſub Ioſue niſi tantum ſeptem. Edom enim, Moab, & Amon, ſibi ſubiugarunt reges Iſraëlitarum. Hic autem dinæus vndecim filios genuerit, ex quibus variæ natæ ſunt familiæ, quarum vna peculiariter nomen Chananæi retinuit, quæ etiam hic cum aliis recenſetur, & Amorræos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos. CHRYSOSTOMVS. Sed & cum tantæ promiſſiones eſſent factæ, adhuc manſit Sara ſterilis, & ſenectus eius appetebat, vt allata maxime fidei ſuæ coniectura, ſciant, & humanæ naturæ infirmitatem, & diuinæ virtutis magnitudinem. RVPERTVS. Igitur quia dicente deo, Semini tuo dabo terram hanc, è contra ille, H
Domine deus (inquit) vnde ſcire poſſum quod poſſeſſurus ſum eam? congrue talis præmonſtrata eſt imaginatio, quæ haberetur pro iuramento, quod ſine pœnitentia foret, & ſine dubio compleretur ea quam audierat, dei promiſſio.

Myſticè. Ser. de quinquageſima. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Cum autem occubuiſſet Sol, ſopor (inquit) irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus nimis, & apparuit clibanus ardens & fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Videte fratres quid ignis iſte inter diuiſiones illas tranſiens dicitur. Turturem quoque & columbam tetigiſſe non legitur. Veſpera illa finem mundi ſignificauit. Animalia illa ſicut iam diximus, typum omnium gentium in Chriſto credentium prætulerunt. Quæ tamen gentes, ſicut iam dictum eſt, quia in ſe non ſolum carnales, ſed etiam ſpirituales, id eſt non ſolum bonos, ſed etiam malos habent, ideo animalia illa diuiſa ſunt
1. Cor. 3. & ignis tranſiuit per ea, ſecundum illud quod dicit Apoſtolus, Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Clibanus ille ardens & fumans, & lampas ignis, diem iudicij figurauit. Et ideo ſuper beatum Abram ti- I
mor & horror tenebroſus incubuit. Vnde intelligimus, quod ſi in die iudicij iuſtus vix ſaluabitur, peccator & impius vbi parebunt? Clibanus ergo ardens & fumans, ſignificauit diem iudicij. Diem (inquam) iudicij, in quo erit
2. Pet. 3. ſtetus & ſtridor dentium, in quo erit vlulatus & lamentatio, & tarda pœnitentia, quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra vſque ad inferos deorſum, quando ſicut dicit beatus Petrus, Cœli ardentes ſoluen-
Matth. 24. tur, elementa ignis ardore tabeſcent, quando ſicut dominus ipſe in euangelio dicit, Etiam virtutes cœlorum commouebuntur, quando ſol obſcurabitur, quando & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo. Vbi ſe tunc impij videbunt? Vbi adulteri, vbi ebrioſi, vbi maledici, ſe recognoſcent? Vbi amatores luxuriæ, vbi raptores, vbi ſuperbi & impij apparebunt? Quid infœlices pro ſua defenſione dicturi ſunt, quos totiens admonitos, & tamen imparatos dies ille reppererit? Cum ad illam archangeli tubam omni buccina clariorem, totus ſimul cœpe-
rit mugire mundus, cum ſicut dicit propheta, venerit dominus ponere orbem terræ deſertum, & peccatores per- K
Apoc. 14. dere ex eo, quando ſicut dixit ſcriptura, peccatores & impij mittentur in ſtagnum ignis, & fumus tormentorum illorum aſcendet in ſecula ſeculorum. Qui tunc tremor, quæ caligo, quæ tenebræ criminoſos quoſque, negligentes ac tepidos occupabunt? Ne ergo & nos in iſtum veniamus cruciatum animæ, expergiſcamur dum corrigendi tempus eſt, & voluntatem domini noſtri tanquam boni ſerui & vtiles requiramus, vt cum dies ille iudicij quem clibanus ille ardens & fumans ſignificauit, tremendus & nimium etiam bonis expaueſcendus aduenerit, non cum mortalibus quos illa animalia figurabant, qui per diuerſas voluptatum contentiones diuidi poſſunt, flammis vltricibus cruciemur in inferno, ſed ſimplicitatem columbæ, & caſtitatem turturis præferentes, ſpiri-
1. Theſ. 4. talibus virtutū pennis eleuemur in cœlum, ſecundum illud quod ait Apoſtolus, Simul (inquit) rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum domino erimus. AVCTOR CATENAE. Sed & altiore intellectu, lampas ignis per partes diuiſorum animalium tranſiens, plenitudo diuinitatis eſt, quæ in Chriſto homine habitat corporaliter. Vnus enim dei filius, dei hominumque mediator eſt Chriſtus Ieſus, & homo ex matre L
Virgine, & deus ex patre deo, vna videlicet perſona ex duabus naturis ſubſiſtens.

IN CAPVT GENESEOS DECIMVMSEXTVM ARGVMENTVM.

Agar concipit. Fugit Saram. Conſolatur ab angelo. Parit Iſmaelem.

CAPVT XVI.

Lectio pri. *IGitur Sarai uxor Abram non genuerat ſibi liberos, ſed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito ſuo. Ecce concluſit me dominus ne parerem: Ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Cunque ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiam ancillam ſuam poſt annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan, & dedit eam uiro ſuo uxorem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe uidens, deſpexit dominam ſuam.* M

I CHRYSOSTOMVS. Magna iuſti huius virtutum eſt abundantia, & eximia ſunt illius bona opera, atque adeo vt omnem humanam linguam vincant. Quem enim deus ſuperne prædicauit, & celebrem fecit, quis hominum digne laudare poterit? Quanuis autem longe inferiores ſumus, quàm expoſcant illius merita, nos tamen vel

A men vel ſaltem pro noſtris viribus, quæ de illo ſcripta ſunt, in medium afferentes, ad æmulandum & imitandum virtutem illius, vos inducere cupimus. Sufficit enim huius viri philoſophia, ad omne hominum genus erudiendum, & ad trahendum diligenter auſcultantes in virtutum viam. Cæterum obſecro, vt intendatis his quæ dicuntur, quo liceat etiam ex nuper lectis iuſti vitam, quàm fuerit bonis moribus prædita addiſcere. Poteſt enim hic locus docere & viros & mulieres, vt magna inter ſe concordia viuant, & coniugij vinculum indiſruptum ſeruent, & neque vir inſurgat aduerſus mulierem, ſed vt vaſi infirmiori maiorem illi veniam tribuat, neque mulier viro ſe opponat, aut ab eo diſſideat, ſed vt viciſſim alter alterius onera ferre certet, domeſticámque pacem omnibus bonis præferant. At operæprecium fuerit audire verba ipſa, vt fiat nobis doctrina manifeſtior. *Igitur Sarai* (inquit) *uxor Abram, non genuerat ſibi liberos.* Conſidera dilectè hoc loco indicibilem dei tolerantiam, & eximiam fidem & gratitudinem iuſti, quam in factis ſibi promiſſionibus declarauit, quibus promittebat deus ſe daturum ſedem & gratitudinem iuſti, quam in factis ſibi promiſſionibus declarauit, quibus promittebat deus ſe daturum ſemini eius terram, & in tanto multiplicaturum numero, vt multitudini ſtellarum adæquetur. Videns propheta
B quod nulla promiſſionum earundem opere impleretur, ſed ex promiſſionibus iuſtus nihil præterquam verba acciperet, non turbabatur ratione, non commouebatur mente, ſed manebat immotus & inflexus, credens potentiæ promittentis. Et idcirco etiam hic aſſignauit ſcriptura diuina, dicens, Sarai autem vxor Abræ non peperit, quaſi hoc declarans, poſt pacta cum eo inita, poſt pollicitationem innumeræ multitudinis ex eo procreandæ, nihil fluctuabat ſecum, videns nihil dictorum opere impleri, ſed omnia contrario modo ſeſe habere, & propterea dicit, poſt illa omnia Sarai vxor eius non peperit, vt diſcas quod non aliter ſe habuit poſt tantas promiſſiones, quamuis Saram ſterilem, & vtero emortuo eſſe, in mente iuſti multam hæſitationem ingenerare poterat. Verum patriarcha non ſpectabat ad impedimenta naturæ, ſed omnipotentiam domini, qui naturæ dominus & conditor eſt, viámque in inuiis poteſt inuenire, ſicut gratus ſeruus non quærit curioſe modum eorum quæ fiunt, ſed relinquit incomprehenſibili domini prudentiæ, & credit dictis, idcirco (inquit) Sarai autem poſt tantas promiſſiones non
C peperit ei. *Sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito ſuo.* Non abſque cauſa etiam hoc loco ſcriptura diuina nobis ancillæ memoriam facit, ſed vt ſciamus vnde habuerit illam. Et idcirco adiecit, quod Aegyptia fuerit, vt ad ſuperiorem hiſtoriam recurramus, & quod fuerit ex his quæ Pharao Abræ donauerat quando tanta vlficauit diuina ſcriptura. Verùm vlterius hic conſidera, quomodo & Saræ mens bonis prædita fuerit moribus, & mirum in modum continens, & ſupra quam dici poteſt patriarchæ obediens. *Dixit* ergo *marito ſuo, Ecce concluſit me dominus ne parerem: ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios.* Vide beniuolentiam mulieris, nihil tale dixit, quale poſt hæc Rachel inquit ad Iacob, Da mihi filios, quod ſi minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce concluſit me dominus, vt ne pariam. Et quia ſterilem me fecit naturæ conditor, & priuauit me filiorum procreatione, vt ne propter meam ſterilitatem, cum in profundam veneris ſenectam, poſtea maneas abſque liberis, ingredere ad ancillam meam, vt ex ea filios procrees. Multiplex & indicibilis mulieris probitas. Quæ enim vn-
D quam mulier hoc elegit facere, vel viro conſulere, vel ancillæ coniugali thoro cedere? Vidiſti quomodo ab omni affectione fuerint alieni? Vnus erat eis ſcopus, ne abſque pueris hinc decederent, & ſpectabant quomodo & præſentem conſolationem poſſiderent, & indiſſolubile pacis vinculum ſeruarent. Obſerua igitur hic patriarchæ inſignem continentiam, admirabilémque manſuetudinem. Neque enim grauiter tulit de vxore propter ancillam, vt nonnulli, neque amor eius erga mulierem imminutior factus eſt. Scimus enim multos hanc potiſſimum ob cauſam mulieres deſpicere, admodum ſtolide & imprudenter agentes, qui vxoribus aſcribunt ſterilitatem vel fœcunditatem, quaſi neſcientes quod à naturæ conditore fiant vniuerſa, & quod neque coitus, neque aliud quiddam ad procreandos pueros ſufficere poteſt, niſi cooperetur manus ſuperna, quæ naturam ad procreandum excitet. Quæ ſanè iuſtus ille ſciens, vxori non imputabat, quod carebant filiis, ſed congruum honorem ſemper ei tribuebat. Atque hanc ob cauſam ipſa gratitudinis ſtudioſa, volénſque declarare quanto amore erga virum afficiatur,
E non quod ſuiipſius erat ſpectabat, ſed quomodo illi conſolationem quandam ſterilitatis excogitaret, quaſi manibus ſuis acceptam puellam Aegyptiam induxit. Vnde & verbis ipſis oſtendit, qua de cauſa faciat, & quis eius ſit ſcopus. Nam quia ego (inquit) inutilis viſa ſum, & ad generandum non idonea, concluſit enim me dominus vt ne pariam. Vide prudentem animam, quomodo nihil aſperum loquitur, ſterilitatem non deplorat, ſed ſolum hoc nobis declarare vult, quod naturæ domino & opifici hoc aſcribens, fortiter & leniter ferat, malens quod deo placebat, quam quod concupiſcebat, & hoc vnum ſpectans, vt virum ſoletur. Concluſit (inquit) me dominus ne parerem. Quanta huius verbi emphaſis eſt, quàm ineffabilem oſtendit dei potentiam & prouidentiam? quaſi dicereret, Sicut nos aperimus & claudimus domos, ita & dominus in natura operatur, & ſuo præcepto claudit, & iterum quando vult aperit, & iubet naturam quod ſuum eſt operari. Quoniam igitur concluſit me dominus, vt ne parerem, ingredere ad ancillam meam, vt ex ea prolem procrees. Scio quod ego ſum cauſa quare non habeas puteros, propterea nolo te priuare eo ſolatio. Fortaſſis ſuſpicabatur & Sara, ſterilitatem illam non à ſe ſola eſſe, ſed e-
F tiam ex patriarcha, ideo volens re ipſa illum certis coniecturis docere, ancillæ cædit, & illam in lectum eius ducit, vt diſcat ſe ſolam in cauſa eſſe, ſibique ſoli aſcribendam ſterilitatem. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et concluſit me dominus, vt non pariam, ingredere ergo ad ancillam meam, vt habeam filios ex ea. Diligenter nota quod procreatio filiorum, in Hebræo ædificatio ſcripta eſt. Legitur enim ibi, Ingredere ad ancillam meam, ſi quo modo ædificer ex ea. Et vide ne forte hoc ſit quod in Exodo dici- Exo. 1.
tur, Benedixit deus obſtetricibus, & ædificauerunt ſibi domos. AVGVSTINVS VIGESIMOPRIMO CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM. Hic Fauſtus velut conſcientiam culpat Sarai, malo quidem animo & intentione vituperandi, ſed tamen neſciens & nolens, tam vxorem quàm virum collaudat, neque enim conſcientiam ſuam flagitio cóiugis miſcuit, quo ille ſuam libidinem turpi & illicita voluptate ſatiaret, ſed etiam illa naturali ordine filios volens, ſeque ſterilem ſciens, ancillaris vteri fœcunditatem in vſum iuris ſui poteſtate licita vendicauit, non cedens viro concupiſcenti, ſed iubens obedienti. Neque hoc inordinata ſuperbia, quis enim neſcit vxorem marito tanquam domino debere ſeruire? Sed quod ad membra corporis attinet, quibus ſexus ipſe diſtinguitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.7. distinguitur, Apostolus dicit, Similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, vt cum in cæteris a- G
ctibus ad humanam pacem pertinentibus, mulier viro debeat seruitutem, huius vnius rei, qua sexus vtriusque car
nali sorte discernitur, & carnali commixtione concernitur, similem in se habeant potestatem, vir in vxorem &
vxor in virum. Prolem igitur quam de se habere Sara non poterat, de ancilla habere voluit, ex eo tamen semine,
ex quo & de se, si posset, habere desiderabat. Nunquam hoc faceret mulier, si in corpore viri carnali concupiscen-
tia teneretur (zelaret enim potius pellicem, non faceret matrem) nunc verò propterea sic propagandi voluntas
pia fuit, quia concumbendi voluntas libidinosa non fuit. INTERLINEARIS. Si forte saltem ex illa su-
scipiam filios, mihi scilicet adoptando. CAIETANVS. Vide priscorum morem, impotens vxor genera-
re, surrogabat marito ancillam vice sui, vt nati ex ancilla surrogata & marito, essent tanquam filij sui. AV-
CTOR CATENAE. Quod tamen non sine diuina inspiratione factum fuisse credere debemus. Ecce con-
clusit me dominus. Ita etiam habent & Septuaginta. Hebraicum verbum est עָצָרַנִי azaráni, quod & conclusit me, H
& priuauit me, verti potest, vtrunque enim azar significat. Chaldaica, Ecce nunc priuauit me dominus genera-
tione, legit, quod idem est. Quod verò sequitur, Si forte saltem ex illa suscipiam filios, Hebraicè scriptum est אִבָּנֶה
ibbane, quod vel ædificer, vel suscipiam filios, quod etiam idem est, reddi potest. Aedificari enim mulierem, He-
bræis est filios parere. Septuaginta autem & Chaldaica nostræ æditioni consonant. Agar autem ancillam Aegy-
ptiam dono Sarai datam dicunt, religiose institutam, & dominæ suæ, vt fit, specialiter amatam præ aliis, vt ex ea
semen susciperet, & quam marito suo traderet in concubinam. *Cunque ille acquiesceret deprecanti.* CHRYSO-
STOMVS. Magna iusti virtus, id quod dixi, hoc & nunc dico, quia neque prior hoc consulit, quanuis in extre-
ma senectute esset, & nunc à Sara admonitus, prompte obediuit, docens, quod non concupiscentiam vel affectio-
nes sectando, congredi illi voluerit, sed vt semini relinqueret successorem. CAIETANVS. Cunque ille ac-
quiesceret deprecanti. Iuxta Hebræum habetur, Et audiuit Abram vocem Sarai, hoc est, exaudiuit, seu acquieuit
verbis Sarai. Vt nullus iniuriæ in vxorem primam ex hac bigamia locus relinqueretur, instante ipsa, bigamia hæc I
fiebat. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est וַיִּשְׁמַע אַבְרָם לְקוֹל שָׂרָי Vaiśmaa Abram lekol Sarai, Et obe-
diuit Abram voci, seu verbo Sarai. Et ita habet Chaldaica. Verbum enim שָׁמַע Samaa, & audire & obedire signi-
ficat. Melius autem hoc loco virtuti patriarchæ quadrat, Obediuit, quàm audiuit, nisi & ipsum audire pro obedi-
re ponatur, sicut pluries contingit in scriptura. Septuaginta ἐπῆκουσε, id est audiuit, posuerunt. Impatientius igi-
tur Sarai prolem de sancto viro desiderabat, non autem sperare audebat iam fere octogenaria, cui iamdudum mu
liebria cessauerant. Humana quadam via vti voluit, quia dei ordinationem ignorabat. Rara autem probitas fœ-
ab ipsa, non ob libidinem, cum esset prope nonagenarius, sed credens dei instinctu ipsam pro hac re instare, no-
uerat enim se filios habiturum, sed qua via nondum innotuerat. *Tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos de-
cem quàm habitare cœperant in terra Chanaan, & dedit eam uiro suo uxorem, qui ingressus est ad eam.* CHRYSOSTO- K
MVS. Attende obsecro scripturæ diligentiam, vt enim discamus, quod non mox post hæc verba, quæ ad eum
fecit Sara, in opus prosiluerit, ideo dicit, Et accepit Sara vxor Abræ Agar Aegyptiam ancillam suam, quasi mon-
strans nobis, quod vxorem suam consolaturus, & obedire ei volens, hanc rem fecerit. Nam vt euidenter scias pa-
triarchæ continentiam & eximiam temperantiam, dicit, Postquam decem annis cohabitasset viro suo in terra
Chanaan. Non absque causa tempus assignauit, sed vt scire possimus, quotannis iustus fortiter infœcunditatem
tulerit, & affectionibus superior, magnam declarauerit continentiam, neque hoc solum, sed & vt aliud quiddam
inde discamus. Propter hoc enim addidit, Post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan, quia vi-
delicet statim vt illuc venit, misericors dominus dicens, Semini tuo dabo terram hanc, & post hæc quoque semel
atque iterum promissiones ei fecit, vt scias, quod propter nihil aliud promissiones patriarchæ factas tot annis im
plere distulit, quàm vt multa cum gloria eas illi concederet, omnibúsque monstraret iusti fidem, qui non fuerit
animo turbatus, sed prætulerit suæ sententiæ diuina dicta. Vidisti masculum animum? Vidisti philosophiæ huius
exercitationem, quomodo dominus vt eam magis declaret, cessat ac differt? Nam quia plurimum ei curæ sunt fa- L
muli sui, non ita simpliciter in eos conferre beneficia, sed simul etiam claros facere, fidémque ipsorum omnibus
manifestare vult. Si enim statim, vt promisit se daturum semini eius terram hanc, aperuisset Saræ vuluam, & suc-
iusti. Virtus enim dei & tunc manifesta quidem fuisset. Nam emortuam naturæ officinam, & inutilem ad pro-
creandos filios factam, suo præcepto iterum viuificasset, at non ita suarum laudum corona redimitus fuisset pro-
pheta, promissionem accipiens vt nunc, cum tanto tempore sua probata est virtus, & quotidie facta est clarior.
Postquam ergo decem annos cohabitasset viro suo in terra Chanaan, vt discas quantum præterierat temporis à
quo promissiones accepisset. Statim enim vt venit in Chanaan, audiuit, Semini tuo dabo terram hanc, & tanto
interuallo temporis absque pueris manserat, minúsque apta generationi Sara fiebat, Et dedit (inquit) Sarai Agar
viro suo in vxorem. Vide quantum etiam olim virtutis studium apud veteres exercebatur, quomodo & viri tem
perati erant, & magnam continentiæ habebant rationem, & mulieres zelotypiæ carebant vitio. Dedita enim ope- M
ra dicit scriptura, Tulit Sara Agar ancillam suam. Et iterum, Dedit eam in vxorem viro suo, vt discas, quomodo
absque affectione negocium egerit, & quantum apud eos virtutis studium. CAIETANVS. Post decem an
nos quàm habitare cœperant in terra Chanaan. Narratur tempus, ad significandum quod Sara iam erat Septua-
ginta & sex annorum, ac per hoc desperabat se posse concipere, experta quod nec puella nec iuuenis nec proue-
ctioris ætatis concepisset. Et dedit eam viro suo in vxorem. Ne putares fornicariam concubinatus copulam.
AVCTOR CATENAE. Vbi apud nos dicitur, Qui ingressus est ad eam, additur verbum in Hebræo וַתַּהַר
vatáar, Et concepit. Ita est in Chaldaica, ita & in Septuaginta. Cupiebat igitur sancta mulier sancto viro hæredem
& solatium, ægreferebat sine semine viuere virum, iam decem annos post acceptas tot promissiones de semine.
Vxor denique dedit vxorem, vt maritali non adulterino affectu propagaret filium. Volebat enim legitimum fi-
lium adoptandum sibi in suum. AMBROSIVS. Sed fortasse dicat aliquis, Quomodo Abram nobis imi-
tandum

A tandum proponis, cum de ancilla susceperit filium? Aut quid sibi vult hoc esse, vt tãtus vir huic errori fuerit ob-
noxius, cuius tanta opera miramur? Et ideo ne quodam more nauigantium locum hunc quem plerique vadosum
putant, declinasse videamur, rationem eius explanare cordi est. Non abnuo quod Abram de ancilla susceperit fi-
lium, vt cognoscas quoniam non superioris cuiusdam naturæ ac substantiæ fuit Abram, sed vnus è numero & fra
gilitate vniuersorum hominum. Denique & de regione Chaldæorum vocatus est, quos superstitioni vanæ in-
tentos esse magis quàm cæteros accepimus, & ideo maiorem inuenit gratiam apud deum, quia posterioribus re-
nunciauit, ad priora se extendit, vt sequeretur deum. Propositus enim est ad imitandum tibi, vt & tu aduertas,
quod si peccatis renuncies, possis emereri domini misericordiam. Mouere tamen aliquos potest, quod iam cum
deo loquebatur, & ad ancillam introiuit. Non vult enim mortem peccatoris, & ideo quod præmij est pollicetur,
quod pœnæ, non exigit. Mauult enim mitibus prouocare, quàm seuerioribus terrere. Et tu peccasti cum gentilis es
B ses, habes excusationem, venisti ad ecclesiam, audisti legem, Non adulterabis, iam excusationem delicti non ha-
bes. Habes vnam Abræ defensionem. Secunda illa est, Quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non pe
tulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum, sed studio quærendæ posteri
tatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat generis humani, erat etiam religionis, ne quis non
reddidisse debitum videretur naturæ. Denique & Loth sancti filiæ, hanc causam quærendæ posteritatis habuerũt,
ne genus deficeret humanum, & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit. Nec otiosum est quod
vxor auctor facti inducitur, vt excusetur maritus, ne vago raptus errore credatur. Simul vt discant mulieres dili-
gere viros, nec agitari vana suspicione pellicatus, aut inuidere priuignis, si ipsæ liberos non susceperint. Vxori bo
næ cordi erat, excusare apud virum sterilitatem suam, & ne causa esset viro, quod liberos non haberet, suasit vt
intraret ad ancillam. Hoc fecit Lia, hoc Rachel postea. Disce mulier zelum deponere, qui sæpe mulieres in furo-
rem incitat. Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commisceri adulterino corpo-
ri. Qui enim se iungit meretrici, vnum corpus est, nec dare hanc occasionem diuortij mulieribus. Nemo sibi blan
C diatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem viro,
quæ ab vxore debetur castimonia. Quicquid in eam quæ non sit legitima vxor commissum fuerit, adulterij dam-
natur crimine. Ergo aduertistis quid debeatis cauere, ne quis sacramentis se indignum præbeat. Accipite etiam a-
liud, quia huiusmodi intemperantia soluit charitatem coniugij, superbas ancillas facit, iracundas matronas, dis-
cordes coniuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos. Simul vt ex domino conceperit ancilla, spernit do
minam suam, tanquam ditior partu. Domina se despici dolet, maritum iniuriarum suarum auctorem arguit, id
quod & inferius patebit. Duabus vsi sumus defensionibus. Tertia quoque est, quam nobis apostoli Pauli tribuit au Gal.4.
ctoritas, qui ait, Illa quæ gessit Abram, vt de ancilla susciperet sobolem, in figuram facta sunt, & secundum allego
riam dicta. Allegoria est, cum aliud geritur, & aliud figuratur, sicut etiam ipse Apostolus docet, dicens, Scriptum
est enim quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, sed is quidem qui de ancilla,
D secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hæc
sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar, & cætera quæ ibi sequun
tur. Duos populos ostendens de Abrahæ generatione manare, vnum Iudæorum, qui legis syllabis seruiat, eo quod
de ancilla in seruitutem videatur esse generatus, alterum christianum, qui ad remissionem peccatorum cœlestis
gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas esse peccatum, aduertis esse mysterium, quo ea quæ in posterioribus
erant futura temporibus, reuelabantur. Agnoscamus igitur quoniam hæc quæ in figuram contingebant, illis cri-
mini non erant, nobis autem erunt, si ad correptionem nostram scripta cauere nolimus, sed magis id agamus, vt
cum simus liberæ filij, quæ est Sara, legis laqueis non seruiamus, cum Abram liberam tenuerit, ancillam eiecerit.
AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Quod autem attinet ad rem gestam, Cap.25.
nullo modo est inurendum de hac concubina crimen Abræ. Vsus est ea quippe ad generandã prolem, non ad ex-
plendam libidinem, nec insultans, sed potius obediens coniugi, quæ suæ sterilitati credidit esse solatium, si fœcun-
dum ancillæ vterum, quoniam natura non poterat, volũtate faceret suum, & eo iure quo dicit Apostolus, Simili-
E ter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, vteretur mulier ad pariendum ex altera, quod non pote-
rat ex seipsa. Nulla est hic cupido lasciuiæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab vxore causa prolis ancilla marito traditur
à marito causa prolis accipitur, ab vtroq; non culpæ luxus, sed naturæ fructus exquiritur. RABANVS. Quo-
modo defenditur Abram adulterij reus non esse, dum viuente legitima vxore, coniunctus est ancillæ suæ? Habe-
bat enim promissionem à domino multiplicãdi seminis sui, sed necdum sciebat ex qua vxore, quia postea dictum
est ei, de Sarai habere filium. Nam propterea sic propagandi seminis voluntas pia fuit, quia concumbendi volun
tas libidinosa non fuit. Etiam & Sarai prolem quam de se habere non potuit, de ancilla habere voluit. Cõsentie- Vbi supra.
bat vterq; in facto, quia vterq; Sarai sterilem esse sciebat. AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM.
Illud sane defendi non potest, si Abram sicut Faustus obiecit, minime credens deo, qui sibi iam prolem de Sara
promiserat, de Agar susciperе voluit. Sed apertissime falsum est. Nondum hoc promiserat deus. Recenseãt scriptu
F ræ illius superiora, qui volunt, inuenient semini Abram iam fuisse promissam terram, & innumerabilis multitudi
nis abundantiam, nondum tamen fuisse patefactum quomodo illius seminis esset futura propagatio, vtrũ ex Sa
ra, an ex alia prorsus, nondum manifestum fuit. Legant inquam, qui volunt, & inuenient Faustum, aut falli impru
ne Abræ, si de se ipse generaret, an ex voluntate, si aliquem forte adoptaret. Deinde si de carne ipsius, vtrum ex Sa
denter, aut fallere impudenter. Itaq; Abram, cum sibi videret non nasci filios, & tamen semini suo factam promis
sionem teneret, primo de adoptione cogitabat. Hoc indicat quod cum deo loquens, ait de vernaculo suo, Hic hæ-
res meus erit, tanquam diceret, quia de me ipso mihi semen non dedisti, in isto comple quod meo semini pro-
misisti. Si enim semen cuiusque non appellaretur, nisi quod eius carne nasceretur, nec nos appellaret Apostolus
semen Abræ, qui certe originem carnis ab illo non ducimus, sed imitatione fidei semen eius facti sumus, creden-
tes in Christo, cuius caro ex illius carne propagata est. Tunc ergo Abrã audiuit à domino, Nõ hic erit hæres tuus,
sed qui exibit de vtero tuo, ipse erit hæres tuus. Iam nunc adoptionis cogitatione sublata, cum de seipso semẽ spe-
C raret Abram,

Universidad de Deusto
Biblioteca

raret Abram,restabat incertũ,vtrum ex Sara,an ex alia,quod illi deus occultare voluit,donec prius ex ancilla ve- G
tus testamentum figuraretur.Quid ergo mirum,si videns Abram sterilem vxorem,cupientem sibi prolem, quam
parere ipsa non potuit,ex famula sua & ex marito prouenire,non suæ carnali cupiditati cessit,sed coniugali pote-
stati obtemperauit,credens hoc Saram ex dei nutu voluisse,qui iam ex seipso illi hæredem promiserat,sed ex qua
fœmina non prædixerat:Frustra igitur Faustus ad obiiciendum hoc crimen insanus insiluit, tanquam infidelem
Abram infideliter arguens.Cætera enim cæcitate non credendi,nec valuit intelligere,hoc autem libidine calum-
niandi,neglexit & legere. *At illa concepisse se uidens,despexit dominam suam.* CHRYSOSTOMVS. Vide quo-
modo discit Sara,quod non iustus in causa fuerit quare caruerint filiis,sed sua potius sterilitas,statim enim con-
gressum cum ancilla subsequuta est conceptio.Cæterum vide & ancillæ ingratitudinem,& muliebris sexus infir-
mitatem,vt discas etiam hoc loco patriarchæ miram lenitatem.Videns(inquit) illa se concepisse, despexit domi-
nam suam.Ille enim ferme seruorum mos est,vt cum parum prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos li-
mites manere,sed statim sui ordinis obliuiscantur,& in ingratitudinem propensi sint,id quod & huic ancillæ ac- H
cidit.Nam vt vidit vteri sarcinam,neque dominæ admirabilem honestatem,neq; suæ conditionis vilitatem co-
gitauit,sed inflata & superbiens,contempsit dominam,quæ illam tam commendatam habebat,vt & inviri thala-
mum admitteret. CAIETANVS. Desunt hic tres dictiones,in oculis suis.Esse sermonem de oculis Agar,
testatur Sara,referendo postea hanc iniuriam,dicens in oculis eius.Perspicuum autem non est,an Hebraica phra
si dicatur despectio in oculis Agar,hoc est,iudicio seu æstimatione Agar,an mentio oculorum fiat,quia corporeis
oculis signũ despectionis mõstrauerit Agar.Et hic sensus quadrat,tum quia Sara librauit in oculis eius, tum quia
certum est,quod non vilipensionem in solo animo,sed foris monstratã ægre tulit Sarai. AVCTOR CATE
NAE. Quod apud nos est,despexit dominam suam,in Hebræo est: וַתֵּקַל גְּבִרְתָּהּ בְּעֵינֶיהָ vatekal gebirta beeneha,
Et despexit dominam suam in oculis suis.Ita & Chaldaica.Septuaginta, καὶ ἠτιμάσθη ἡ κυρία ἐναντίον αὐτῆς, Et inho
norata fuit domina coram ipsa.Ancillæ itaque ingratitudo superbæ de munere dei proditur.Ambit Abrę affectũ, I
meliorem se putat domina sua.Non fert fortunæ suæ sortem, nisi seruiliter.Obliuiscitur sui ordinis, nõ meminit
fidei & bonitatis Saræ,sed illam manifeste contemptui habet atque despectui.

Mystice. Gal.4. RVPERTVS. Igitur Sarai non habebat liberos,& cætera.Hoc loco testem Paulum citemus apostolum, vi
delicet quod non hic popularis historia conscripta,sed cœlestia sint consignata mysteria.Hunc auctorem sequen-
tes,quoniam experimentum habemus iamdudũ eius qui in eo loquitur Christus,per Sarai testamentum siue pa-
Roma.4. Heb.7. ctum quod disposuit deus ad Abram,per Agar legem,quæ post quadringentos & triginta annos facta est,accipi-
mus.Et vt manifestius dictum sit,in Sarai legem fidei,qua Abram iustificatus est,in Agar mystice legem factorũ
agnoscimus,quæ nihil ad perfectum adduxit.Ecce(inquit)conclusit me deus ne parerem, Ingredere ad ancillam
meam,si forte saltem ex illa suscipiam filios.Tanquam diceret libera illa quæ sursum est mater omnium nostrũ,
Ecce nondum tempus est,vt reuelata euangelij gratia spiritum adoptionis filiorum per Christum homines acci-
piant,accipe ô Israël interim spiritum seruitutis in timore,vt saltem ex ceremoniis carnalibus & figuratiuis san- K
Heb.9. ctionibus,aliquantula qualiscunque iustitię opera facias.Sic enim prius Abram de ancilla filium suscepit secundũ
carnem,quam de libera per repromissionem,quomodo dei populus in lege carnali operatus est, solũmodo in ci-
bis & potibus,variisq; baptismatibus,& iustitiis carnis seruiens,priusquam fide patrum euangelicam producente
gratiam,veram iustitiam,id est æternam redemptionem,totus inueniret mundus per Christi sanguinem. IN-
TERLINEARIS. Datur ergo locus carnali obseruantiæ,quia nondum venerat gratiæ tempus. RVPER-
TVS. Et notandum,quod non iubente,sed tantum permittente deo,tulit Abram ancillam suam, vt saltem ex
ea susciperet Sara filium,quia veteres ceremonias permisit quidem,sed non mandauit deus Israëli, sicut per pro-
Hiere.7. phetam Hieremiam testatur,cum dicit,Holocaustomata vestra addite victimis vestris,& comedite carnes, quia
nõ sum locutus cum patribus vestris,& non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocau-
stomatum & victimarum,sed hoc verbum præcepi eis,dicens,Audite vocem meam,& ero vobis deus, & vos eri
tis mihi populus,& cætera.Cæterum decem præcepta legis,in his duobus pendentia,Diliges dominum deum tuũ L
ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua,& diliges proximũ tuum sicut te ipsum, latenter ma
gis ad tabulas pertinent legitimi matrimonij.Et quanuis primum in mõte Syna conscripta fuerint,nihilominus
tamen & ante legem naturaliter valuerunt,& post legem seruilem in libertate euãgelij amplius valent. Notũ au-
tem est omnibus,quia synagoga cum sit ancilla,superbit,& dominam suam despicit,id est de carne Abræ gloria-
Roma.10. tur,& fidem illius paruipendit.Volẽtes enim (inquit Apostolus)suam iustitiam statuere,iustitiæ dei non sunt sub
iecti.Antequam peperisset Sarai quæ sterilis fuerat,id est antequam nascente Christo testamẽti dei fuissent imple
ta promissa,tunc illi ancillæ superbire vacabat,non tamen impune,reclamabant enim tabulæ,id est decem præce
pta,quæ lex sancta est,& iusta,& bona. INTERLINEARIS. Videns igitur ancilla hæc,Israël multiplicatũ
Cap.3. secundum carnem,gratiam despexit, liberos, id est qui libere seruirent deo, parituram. GREGORIVS IN
PRIMO REGVM. Sed & aliter.Quidam prælatorum sanctæ ecclesiæ magisterio subditi,rudes obediunt,sed
cum paulo altius per conuersationem proficiunt,in eadem obedientiæ humilitate nequaquam persistunt. Quos M
bene Agar Saræ ancilla spiritaliter designat,quæ cum de Abram viro eius concepisse se vidit,dominam despexit.
Agar quippe concipit,quando reproba mens subditi,aut per eruditionem scientiæ se proficere,aut per vitæ cõuer
sationem credit.Quæ profecto prægnans dominam suam despexisse dicitur,quia iam præsidẽti sibi,præpositi sui
voluntati per obedientiam subdi dedignatur.Sed quæ dominam despicit,ancilla esse perhibetur,quia superbi sub
iecti,& infirmi sunt per elationem,& ad filiorum dei numerum non pertingunt.

2 DIxitque Sarai ad Abram, *Inique agis contra me. Ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ uidens quod conceperit,despectui me habet.Iudicet dominus inter me & te. Cui respondit Abram,Ecce (ait) ancilla tua in manu tua est,utere ea ut libet. Affligente igitur eam Sarai,fugam iniit. Cumque inuenisset eam angelus*

A *eam angelus domini iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in uia Sur in deserto,dixit ad illam, Agar ancilla Sa rai,unde uenis? & quo uadis? Quæ respondit, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.Dixitque ei angelus domini, Reuertere ad dominam tuam,& humiliare sub manu illius.*

CAIETANVS. Cum dedisset Sarai ancillam suam marito in vxorem,non audebat punire eam, vtpote v- 2
xorem tanti viri,sed in ipsum maritum torquet iniuriam sibi illatam. *Dixitque* (inquit) *Sarai ad Abram, Inique agis contra me?* AMBROSIVS. Quantus dolor,quàm grauis querela sit fœminarum,hac lectione exponitur. Da
improuidum & leuem maritum,qui morigerari nesciat, & diuortij causas exhibet. CHRYSOSTOMVS.
Quæ enim manibus ancillam viro tradiderat, & dixerat, Ingredere ad ancillam meam, quæ à semetipsa & sua
sponte ad congressum hortata fuit,ista nunc mutato animo (inquit) iniuria à te afficior. Mulier nunquid ipse ad
B ancillæ congressum festinauit?Nunquid intemperantia impellente ad rem habendam cum ancilla accelerauit?A
te persuasus,& tuo mandato obtemperans,hoc tandem fecit. Qua te iniuria maritus affecit? Quare iniustitiam
improperas?Etiam (inquit) nam quanuis ego dederim,sed videns eius temeritatem, debebas cohibere mentem
tam petulantem. CAIETANVS. Quanuis sensus in idem redeat,ne quis tamen Hebręa legens,offendat in
hæc,scito iuxta Hebræum haberi,Iniquitas mea super te.Et dicit iniquitas mea,non actiue,non quam feci aut fa-
cio,sed passiue,quam patior.Iniquitas mea,hoc est,quam ego patior,quæ in me fit,super te innititur,super aucto-
ritatem tuam fulcitur,non auderet ancilla mea despicere me, nisi in te confideret. AVCTOR CATENAE.
Inique agis cõtra me.Hebraicè est חֲמָסִי עָלַיִךְ hamasi alécha.Est autem hamas,iniquitas,iniustitia,iniuria,oppres-
sio.Verti ergo potest,Oppressio mei,siue iniuria super te.Et quanquam verba varient,sententia tamen eadem est,
cum præsertim eodem modo & Septuaginta vertant, ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ, offendor abs te, seu iniurias patior ex te?
C Chaldaica verò aliquantisper variat,habens,Iudicium habeo contra te.Quamlibet igitur sancta mulier,prudens
& pia,non fert tamen contemptum,& mutatur animo in maritum.Quæ tamen ancillam tradiderat, prima vo-
luerat,sponte subornauerat,ipse non rogauerat,acquieuerat solum,volenti non faciebat iniuriam. *Ego dedi an-*
cillam meam in sinum tuum,quæ uidens quod conceperit,despectui me habet.Iudicet dominus inter me & te. CHRYSOSTO-
MVS. Vere hæc mulieris verba sunt,& infirmi illius sexus,quasi enim hæc inquit ad eum. Ego quidem vole-
bam tuum mœrorem solari,quem habes ex prolis inopia.Tam officiosam ea in re me gessi, vt & ancillam meam
meis manibus traderem,& ad congressum inhortarer, tu autem videns hanc inde fieri temerariam propter vteri
sarcinam,& magno fastu inflari,debebas reprimere,& vlcisci eius in me iniurias,quasi omnium priorum oblitus,
me despicis etiam tu,me quæ tibi tot annis cohabitaui,& ab Aegyptia ancilla mea contemnor. Iudicet dominus
inter me & te.Dolentis animæ verba, Et nisi tantis virtutibus præditus fuisset patriarcha, & in tanta reuerentia
Saram habuisset,ægre tulisset hæc verba,& ex dictorum asperitate dolorem concepisset. Verum eximius ille ad
D sexus fragilitatem spectans, omnem dedit ei potestatem. Iudicet deus inter me & te. Cogita quantam rem ege-
rim, vt te consolarer, volens te vel in senectute patrem fieri, & ancillam meam in locum meum adduxi, tu au-
tem videns illam tam ingratam, non vltus es, non rependisti mihi vices beneuolentiæ, quam in te declaraui.
Iudicet deus inter me & te. Ille (inquit) qui abscondita omnium cordium nouit, ipse erit iudex inter nos. Et
quomodo ego quidem victis omnibus affectionibus, tuam consolationem meæ prætuli, & in lectum meum an-
cillam meam induxi. Ipse autem nihil horum quæ à me facta sunt, in mentem accipiens, permittis illi, vt con-
tra meam insurgat lenitatem, nec audaciam reprimis, neque ingratam castigas. CAIETANVS. Iuxta
Hebræum habetur, Et vilipensa sum in oculis eius. Ex quo apparet quod Sarai ponderauerit despectionem,
non qualencunque,sed in oculis Agar, ad hoc enim adiecit in oculis eius, vt externam despectionem explicaret
à qualitate ipsius.Iudicet dominus inter me & te.Legendum est,Iudicabit. Querula vxor deum tanquam supre-
mum tribunal appellat,deum arbitrum causæ inter se & virum fore minatur. Et muliebri passione turbata, obli-
E uiscitur solitum honorem exhibere marito,nominando prius se quàm maritum. AVCTOR CATENAE.
Despectui me habet,Hebraicè additur בְּעֵינֶיהָ beeneha,in oculis suis.Deinde sequens dictio יִשְׁפֹּט ispot, tertia est
persona numeri singularis futuri indicatiui,per quam Hebræi tertiam præsentis imperatiui supplere solent.Vnde
recte hic interpres transtulit iudicet,& ita est in Chaldaica,& apud Septuaginta,dicit igitur Sara Abræ. Iudex sit
dominus inter me & te,qui mihi ingratus,superbam vides & sustines, non saltem mones, nimium amas, mihi
præfers,æquanimiter suffers insolentem.Eiusmodi solent querulari vxores,& molestare maritos. CHRYSO-
STOMVS. Quid igitur Adamas ille,fortis ille athleta,qui vndequaque coronas sibi plectebat? monstrans e-
tiam in hoc suam virtutem, vide quid dicat ei, *Ecce ancilla tua in manu tua est,utere ea ut libet.* Ingens patriarchæ
virtutis studium, mira æquanimitatis excellentia. Non solum enim non ægre tulit ea quæ Sara dixerat, sed &
opidò mansuete respondit,& (inquit) suspicaris me auctorem esse contumeliarum,quibus affecta es, & putas me
F oblectari in his quæ ancilla aduersus te ausa fuit, quoniam semel communicauit mihi in lecto, disce quod &
primum, nisi hoc suscepissem, vt tibi gratificarer, nunquam admisissem ancillam in lectum meum, veruntà-
men vt re ipsa certior fias, ecce in manibus tuis est, vtere ea vt tibi placuerit. Num quis potestatem tuam mi-
nuit? Num dominium tuum à te ablatum? Nam licet cum ea congressus fuerim, salua tamen adhuc est pote-
stas tua, ipsa sub manibus tuis est, puni, castiga, increpa vt vis, & tibi placuerit, sic facito cum ea, tantum ne
succenseas,tantum ne mihi imputes,quæ illa temere egit.Neque enim meis affectionibus incitatus, rem cum ea
habui,vt illi ita afficiar,quo contra æquitatem ei patrociner.Scio quem tibi debeam honorem. Non ignoro fa-
miliarium ingratitudinem. Nulla mihi eius rei cura vel ratio. Vnum tantum est cui studeo, vt tu merore ca-
reas & turbatione, ac in omni sis honore.Hoc est verum contubernium. Ita vir quando non magna diligentia
ad mulieris spectat verba,sed imbecillitati sexus veniæ nonnihil concedit,hoc vnum satagat,vt è medio tollatur
tristitia, & pax atq; concordia constringãtur arctius.Audiãt viri,& imitentur iusti lenitatem,& tãtum honorem
& reuerentiam mulieribus tribuant, vt & imbecilli vasculo parcant,& concordiæ vinculum crescat. Illæ enim

 veræ.

Universidad de Deusto Biblioteca

veræ ſunt diuitiæ, illæ maximæ ſunt facultates, ſi vir cum muliere non diſcordet, ſed coniuncti ſint vt corpus v- G
Gene.2. num. Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Tales & ſi in paupertate ſint, & ſi in vilitate, omnium ſunt beatiſ-
ſimi, veram percipiunt voluptatem, & in continua conſiſtunt tranquillitate. Sicut contra, qui hac non fruun-
tur, ſed zelotypia laborant, & bonum pacis amittunt, etiam ſi magnis affluant diuitiis, etiam ſi ſumptuoſas ha-
beant menſas, etiam ſi clari fuerint ac nobiles, miſerrimi omnium ſunt, turbelas & fluctus ſibi quotidie excogi-
tant, & viciſſim ſuſpicantur, nullámque voluptatem habere poſſunt, interno bello omnia confundente, mul-
támque eis amaritudinem inuehente. Verum hic nihil tale, ſed patriarcha indignationem matris familias ſua
placauit lenitate, & data ei contra ancillam poteſtate, domum pace repleuit. Ecce ancilla (inquit) tua in manibus
tuis, vtere ea vt lubet. AMBROSIVS. Maluit itaque Abram vir moderatus & prudens, vxorẽ tenere quàm
Cap.25. famulam. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. O virum viriliter vten-
tem fœminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter. Demonſtrauit hic Abram, non
ſe amatorem ſeruum, ſed liberum fuiſſe genitorem, & in Agar Saræ coniugi pudicitiam cuſtodiſſe, nec volupta- H
tem ſuam, ſed voluntatem illius impleuiſſe, accepiſſe, nec petiiſſe, acceſſiſſe, non hæſiſſe, ſeminaſſe, non amaſſe.
CAIETANVS. Moderatius locutus eſt Abram iuxta Hebræum, Fac ei quod bonum in oculis tuis. Non ad li
bitum, ſed arbitrium remiſit, & hoc non mali ſed boni, ſecundũ propriam tamen Sarai cenſuram. AVCTOR
CATENAE. Vtere ea vt libet. Hebraica lectio eſt עשי לה הטוב בעיניך aſi la hatob beenáich, fac ei quod bonum
in oculis tuis. Eſt autem Hebraica locutio, non enim habent Hebręi verbum placet, ſed eius loco vtuntur, bonum
eſt in oculis meis. Carent quoq; verbo habendi, pro quo vtuntur eſt mihi, eſt tibi. Eſt autem maxime naturalis lo-
cutio, dicere pro eo quod eſt placet, bonum eſt in oculis meis. Proprium enim τοῦ ἀγαθοῦ, eſt τὸ ἐφετὸν, eámque ob
rem omnia ipſum appetũt. Duplex quidem eſt boni natura, eſt propagans omnia, & eadem bonitas facit, vt ipſum
om̃nia appetant, quanquam id ſolum in primum ac vere bonum competat, id eſt deum. Omni autem bono pro-
prium eſt, vt exoptabile ſit. Dicunt quoque in oculis, quia hi quaſi internuntij ſint, iudiciúmque ferant de pulchri-
tudine, quanuis ea etiam per alios ſenſus percipi poſſit, ſed omnium excellentiſſima eſt, quam oculis haurimus, li I
cet ſit etiam earum rerum pulchritudo, quæ intelligentia cõprehenduntur, quæ eſt omnium eminentiſſima, quæ
oculis animi percipitur. Sed ad rem redeamus. Septuaginta hoc loco habent χρῶ αὐτῇ ὡς ἄν σοι ἀρεστὸν ᾖ, Vtere ea
vt tibi placitum eſt. Chaldaica, Fac ei ſicut placuerit in oculis tuis, quæ omnia ad eundem ſenſum tendũt. Abram
ergo non ægrefert vel impatienter verba vxoris duriora, boni conſulit iracundiam & dolorem, veneratur proba
tæ honeſtatis ſanctam conſortem. Ad fragilitatem aſpicit ſexus, patitur ſe admoneri, non æquè dura infert, non
excuſat, non iraſcitur, manſuete reſpondet, maritis in exemplum, nihil inopinatum audit vel patitur. Sic non de-
bent mariti attendere verbis iratarum, ſexui danda venia, paci potius conſulant, & placare ſtudeant lenitate. Di-
cit ergo Abram, Ecce ancilla tua, tua eſt, non mihi imputa alienam culpam. Seruus ſi eſſet, ego regerem, caſtiga-
rem. Ancillam tuam tu tracta pro meritis, fori tui eſt, non mei. *Affligente igitur eam Sarai fugam iniit.* AMBRO-
SIVS. Accepit ergo poteſtatem irata vxor, & immoderatius vltione permiſſa vſa eſt. Quod ſi Sara moderatio
nem non tenuit, quæ tenebit? Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. Duo ſunt quæ comprehendit ſcriptura, vt K
& dominę grauem indignationem exprimeret, & ancillę tumorem ac ſuperbiam. Quod afflixit eam Sara, ad ira-
cundiam affligentis refertur. Quod Agar fugit, contumeliam ſeruili patientia non ferebat, quæ ſibi herilis contu-
bernij vendicabat faſtigium, indignata eſt iniuriam, quæ induerat inſolentiam. CHRYSOSTOMVS. Poſt
quam autem puniuit eam, ob ſeueritatem dominæ fugam iniit ancilla. Qualis ſcilicet ſeruorum mos eſt, quando
non permittitur eis more ſuo vti, & impediuntur eorum conatus, ſtatim dominorum ruptis frenis fugam capeſ-
ſunt. CAIETANVS. Qualitas autem afflictionis Agar tacetur, quia tamen grauida erat, excluditur, quod
afflictio fuerit verbere. AVCTOR CATENAE. Affligente igitur eam Sarai fugam iniit. Vindicauit ſe Sa
ra de illa fœmineo more, forte etiam moderate (diſcreta enim erat per omnia vxor iuſti) auctoritate ſua vſa eſt,
non permiſit agere ſuo more, oſtendit ſe dominam illius. Agar autem fœminea viciſſim impatientia ſubeſſe no-
luit, periclitari elegit potius & aufugere, quàm humiliari & obedire. Cum igitur iuſtus vtriuſque mulieris fragili-
tates & affectiones prudenter fert & modeſte, deus omnibus in commune proſpicit, & dirigit actus, boni conſu- L
lit fragilitates ſuorum. CHRYSOSTOMVS. Cæterum vide & hic, quomodo ancillæ ſuperna prouiden-
tia non deeſt, quo iuſtus in maiori ſit honore. Nam quia iuſti ſemen intra ſe gerebat, ideo & angeli aſpectum vi-
dere meruit. *Cunque* (inquit) *inueniſſet illam angelus domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine quæ eſt in uia Sur in deſerto, dixit*
ad eam. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et inuenit eam an-
gelus domini ſuper fontem aquæ in deſerto, ad fontem in via Sur. Conſequenter Aegyptia ancilla in via Sur quę
per eremum ducit ad Aegyptum, ire feſtinabat. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Sur autem ſitum eſt
inter Cades & Barad, & extenditur hoc deſertum vſque ad mare rubrum, quod ad Aegypti confinia peruenit. Por
ro Cades ſolitudo eſt ſuper vrbem petram. Sed & ſcriptura deſertum Cades contra faciem Aegypti extendi me-
morat, ad quod primum venere Hebręi rubro mari tranſuadato. CHRYSOSTOMVS. Domini miſericor
diam conſidera, quomodo nullum deſpicit, etiam ſi ſeruus ſit vel ancilla, ſuam erga illum declarat prouidẽtiam.
Non ad dignitatum videt eminentiam, ſed ad animæ affectionem. Hic autem non propter ancillæ dignitatem aſ M
ſiſtit, ſed ob honorem iuſti. Nam digna erat quæ nõ negligeretur ob dignitatem ſeminis iuſti, quod in ea cõceptũ.
CAIETANVS. Nũcius primi eſſendi principij deſcribitur, vt etiã per angelos ipſe curã etiã mulierculæ exerce
re ſignificetur, ſingulas ſingulorũ actiões cõſpiciẽs. Quæ eſt (inquit) in via Sur. Repetẽdũ eſt, ſuper fontẽ in via Sur.
Deſcribitur ſiquidem fons priꝰ à loco cõmuni, dicẽdo in deſerto, deinde à loco ſpeciali, à ſitu in deſerto, dicẽdo ꝙ
nõ in quacũq; parte deſerti, ſed in illa quæ eſt in via Sur, verſus Aegyptũ Aegyptia ibat. AVCTOR CAT. Cũq;
inueniſſet eam angelus domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine. Hebraicè hic additur על העין al haáin, id eſt, Su-
per ſeu iuxta fontem, al enim vtrunq; ſignificat. Ita & Chaldaica, inquiens, Et inuenit eam angelus domini iuxta
fontem aquarum in ſolitudine, iuxta fontem quæ eſt in via Agara. Septuaginta non tot habent hic verba, dicunt
enim, εὗρε δὲ αὐτὴν ἄγγελος κυρίου ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος. Inuenit autẽ eam angelus domini ſuper fontẽ aquæ. Non

A igitur caſu, ſed dei prouidentia, peruenit errabunda ancilla ad fontem intra ſolitudinem quæ eſt inter Palæſti-
nam & Aegyptum. Ibi angelus domini præſto fit, nimirum cuſtos à domino inſtitutus familiæ ipſius Abræ.
Deus ordinat fontem, viam, nuncium, conſolatorem, ductorem, omnium ſuorum facta curat, ſi ei nos ac no-
ſtra crediderimus. Via Sur de qua hic dicitur, poſtea Agara vulgo dicta eſt, Syris, & ipſa Chaldaica æditione te-
ſte. *Agar ancilla Sarai unde uenis? & quo uadis?* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & angeli dicta eam
in memoriam ſuæ dignitatis inducunt. Nam vt attentiorem reddat, ſtatim appellationem nominis eius in me-
dium affert, & dicit, Agar. Solemus enim diligentius auſcultare, quando noſtris nominibus vocamur. Dein-
de dicit, ancilla Saræ, quo recordari eam facit dominæ ſuæ, vt ſciat, quod licet particeps fuerit herilis lecti, atta-
men dominam agnoſcere debet Saram. Vnde (inquit) nunc in ſolitudinem hanc adueniſti, & quo contendis?
Atque ob hoc in hac ſolitudine comparet angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus præterire. Solitudo enim
B erat, & nullus alius aderat, & idcirco vt ſciat non eſſe vulgarem aliquem, qui ſibi colloquitur, ea propter vt in
eremo apparuit, rogauit ex ea. CAIETANVS. Proprio igitur nomine, & propria conditione ſeruitutis
propriæ dominæ, vocat illam angelus, in ſpecie humana apparens, tum vt Agar quæ putabat illum hominem,
non horreat reſpondere ad interrogata, homini cognoſcenti illam, vtpote nomen & domum & conditionem
eius explananti, tum vt noſſent lectores hiſtoriæ, quod ratione ac meritis Sarai miſit deus angelum ſuum ad re
ducendum Agar. AVCTOR CATENAE. Agar ancilla Sarai, & cætera. Angelus familiariter ipſam A-
gar appellat proprio nomine, & conditionis admonet. Vnde veniat, & quo pergat, non ignorando quærit, ſed
vt reſponſionem eliciat. AMBROSIVS. Denique interroganti angelus quo iret. *Reſpondit, A facie Sarai*
dominæ meæ ego fugio. Et hoc tumoris immodici, vt prius nomen diceret, poſtea dominam ſignificaret. Illud ad
iniuriam præmiſſum, hoc ad expreſſionem perſonæ additum. CHRYSOSTOMVS. Vides quomodo non
negat dominam, ſed confitetur vere omnia? Non eſt (inquit) homo vt poſſim decipere. Primum dixit nomen
C meum, & dominæ meæ meminit, congruum eſt, vt & ego vera dicam. A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.
Vide quomodo citra odium dominæ meminit. Non dixit, male me afflixit, non dixit, grauia mihi fecit, non
poſſum ferre moleſtiam eius, & ideo fugam inij, nihil aſperum locuta eſt, ſed ſolum ſe ipſam vt fugitiuam ac-
cuſauit. AVCTOR CATENAE. Conſidera quod Agar non reſpondit ad omnia, nam quo iret, non re-
ferat, territa nimirum ad occurſum viri in ſolitudine. Forte quoque confiteri erubuit, à domo ſancti viri pro-
bataque dominæ, ad Aegyptios rurſus redire Idololatras. Erroris autem confeſſio, veniam, conſolationem &
gratiam promeretur. AMBROSIVS. Non autem placuit angelo ancillæ inſolentia. *Dixit ergo ei angelus*
domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius. Vtique non latuiſſet angelum, ſi vi ſuppliciorum
victa fugiſſet, & magis reprehendiſſet verberantis ſæuitiam, quàm fugientis diſceſſionem. Sed vt oſtenderet
quia tanquam ſuperba fugiebat, ne ſubiecta eſſet dominæ, addidit, & humiliare ſub manu ipſius. Optamus vt
D hoc vitium nullus incidat, ſed ſi quis inciderit, diſcat ancillam ſuam humiliare vxori ſuæ, ne dum vult ancillam
vindicare, vxorem excludat. CHRYSOSTOMVS. Ad hoc quidem, quod dicit, A facie Sarai dominæ
meæ ego fugio, inquit, Reuertere ad dominam tuam, & ne ſis ingrata erga illam, quæ de te tam bene merita eſt.
Deinde quia ex faſtu & ſuperbia mentis, dominam ſuam in iram excitauerat (inquit) Et humiliare ſub manu e-
ius, ſubiecta eſto ei, hoc enim tibi proderit. Agnoſce ſeruitutem, ne ignores dominium, nihil ſublime ſapito,
ne plus de te quàm oportet ſenti. Humiliare ſub manu eius, magnam præ te fer obedientiam. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur, Afflige te ſub manu eius. Ex eo quod eadem dictio habetur hic, & ſuperius, dicendo, af-
flixit eam, inſinuatur quod vtrobique eſt ſermo de afflictione humiliationis ſeu ſubiectionis. AVCTOR CA
TENAE. Ad conſolationem (inquit) tuam redi ad dominam, poſt hac ſubiecta illi fias, obſequioſa, patiens ad
tempus, olim futura glorioſa mater in populis, ſi te prius humiliaueris.
RVPERTVS. Spiritualiter autem (vt iam cœpimus) quaſi Saræ reclamantis vocibus conuincebatur Myſticè.
lex carnalis veluti Agar, quod nequaquam ab illa impune deſpiceretur, vel quod fruſtra ſe liberam arbitrare- 1.Reg.3.
E tur, verbi gratia, cum aduerſus Heli propter filios eius loquitur deus. Idcirco iuraui domui Heli, vt non expie-
tur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum. Amplius autem tumores ancillæ reprimit,
cum dicit veræ & ſanctæ legis ſpiritus per os Dauid, Deus deorum dominus locutus eſt, nunquid manducabo Pſal.49.
carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Immola deo ſacrificium laudis. Et multa his ſimilia in pro-
phetis. INTERLINEARIS. Quod autem dicit Abram, Ecce ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt lu-
bet, perinde eſt ac ſi dicat, ceſſet vmbra, dominetur veritas. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit, quia de-
ſtruente gratia regnum & ſacerdotium, non vult ſubiici ſuperbia Iudæorum. Inuenit autem eam angelus do-
mini iuxta fontem aquæ in ſolitudine, quæ eſt in via Sur in deſerto. Hoc eſt ſermo diuinus, literæ legis inhæ-
rentem, ſed cerimoniis ſuis priuatam. ORDINARIA. Populus enim ille de operibus carnis ſuæ infla-
tus, veniente Chriſto cum gratiam refutaret, & in ſeruitute incredulus perduraret, præualente gratia ſic af-
F flictus & attritus eſt, vt regnum & ſacerdotium perderet. Vnde in ſolitudinem redactus, ſedulo ſcrutando &
meditando, fontem legis ſitiens, nihil inuenit, niſi vt monente lege per Moyſen tanquam per angelum lata,
ad gratiam redeat, & ſe ſubiiciat. RVPERTVS. Quicquid etiam lex ſancta iubet, dicendo, Non
concupiſces, non mœchaberis, & cætera. Quicquid (inquam) in tabulis duabus digito dei ſcriptum eſt, hoc
ſeruili carnalium Iſraëlitarum multitudini volenti mœchari, & amanti concupiſcentias ſuas, pœna eſt. Et ſi
ſe timore pœnæ cohibeat, hoc ipſum afflictio eſt, quia timor pœnam habet. Idcirco populus carnalis, huiuſmo-
di non ferens imperia, multotiens confugit ad gentium Idola, quorum ſub cultura concupiſcere, fornicari, &
mœchari licitum eſſe putabat. Igitur totiens ancilla fugam iniit affligente domina, & errauit in deſerto Sur,
quod eſt in via Aegypti, quotiens carnalis multitudo ſpiritualia non ferens ſanctæ legis imperia, confu-
git ad gentes à deo deſertas, vt more illarum, à freno & chamo iuſtitiæ libera, ſuas ſequeretur concupiſcentias.
Et bene ancilla Aegyptia per viam fugiebat Aegypti, hoc etiam modo manifeſte ſignificans eundem ſeruilem
populum quia multotiens dixit, cõſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Sur autem interpretatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

murus. Quo nomine & vana spes eiusdem populi bene exprimitur, qui commiscendo se inter gentes, euasis- G
se manum domini,& à lege eius tutum se esse arbitrabatur.Itemque totiens angelus domini reuocauit ancillam,
Iud.6.13. dicens,Agar ancilla Sarai vnde venis? aut quo vadis? reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu il-
lius,quotiens in tribulatione clamantes, deus audiuit, & saluatores eis suscitauit, nonnunquam angelum suum
mittens,vti quando Gedeonem conuenit, vel quando Samson prænunciauit. RABANVS. Legitamen in
quodam tractatu,per Sarai vxorem Abram, Ecclesiam primitiuam interpretatam, ancillam autem Aegyptiam,
ecclesiam ex gentibus,quæ postquam conceperit verbum fidei,despexerit sterilitatem synagogæ. Quod autem an
Roma.11. gelus admonuerit Agar redire ad dominam suam Sarai,& humiliari sub manibus ipsius,significare Apostolicam
Eodem. doctrinam admonuisse gentes,ne superbirent contra Iudaicam plebem.Vnde dicit Apostolus,Noli gloriari ad-
uersus ramos.Quod si tu gloriaris,non radicem portas,sed radix te.Et item,si deus (inquit) naturalibus ramis nó
pepercit,ne forte nec tibi parcat.Sed hæc lectoris iudicio relinquimus.

H

3 ET *rursum, Multiplicans (inquit) multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce,ait, concepisti, & paries filium, uocabisque nomen eius Ismael, eo quod audierit dominus afflictionem tuam.Hic erit ferus homo,manus eius contra omnes,& manus omnium contra eum, & è regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula.*

CHRYSOSTOMVS. Satis eius animam demulserant angeli dicta, satis eius spiritum compresserant,
3 satis frenauerant eius furorem, multam in cogitationibus serenitatem fecerant. Cæterum ne putaret temere &
absque causa id curæ in eam impensum, sed discat quod propter semen iusti tantam beneuolentiam assecuta sit,
simul etiam quod sese sub manu dominæ humiliando non erit absque magno præmio,vide quomodo eam con-
solatur angelus,& mentem eius erigit,& consolationem dat quæ abunde sufficiat,cum ita subiungit. *Et rursum,* I
Multiplicans (inquit) *multiplicabo semen tuum,& non numerabitur præ multitudine.* Ac si dicat,ne mœsta sis, neque suc-
cumbas,ne turberis animo,sed præ te fer omnem obedientiam,nam tantum fore semen tuum tibi prædico,quod
neque numero subiaceat. INTERLINEARIS. Dicens autem angelus,Multiplicans multiplicabo,& cæ-
tera,palam est ipsum hoc in persona dei fuisse locutum. CAIETANVS. Et rursum.Iuxta Hebræum habe-
tur,Et dixit ei angelus domini.Ex hoc quod Moyses distincte narrat hæc alia verba angeli, insinuat quod Agar
audita monitione vt reuerteretur & humiliaret se,tacita secum cogitabat, nesciens quis esset qui eam monebat,
quemadmodum beata Virgo salutata ab angelo cogitabat qualis esset illa salutatio. Et meditante Agar, ange-
lus siluit,& postea subiunxit,Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. In
his verbis cœpit angelus manifestare seipsum, dicendo in prima persona, multiplicando multiplicabo semen
tuum,hoc enim dei officium est, & in persona dei angelus hoc dixit. Adiunxit autem tristibus læta, dixerat con
traria voluntati Agar, reuertere & humiliare, adiungit concupita, multiplicabo semen tuum. Et est sensus, re- K
uertente te ac humiliante te (vt dixi) faciam ego tibi tam ingens bonum tantæ multiplicationis seminis tui, vt
ex hoc allecta bono,pareret monenti. AVCTOR CATENAE. Multiplicans multiplicabo,& cætera. Ista
promissio tam magnifica non fit à domino,sed ab angelo, non ad Abram,sed ad Agar, non in terra promissio-
nis,vel in domo Abræ,sed in deserto Sur,vbi postea Agareni, nunc Saraceni habitabant. Non enim promissio-
nis filij futuri erant,licet semen Abræ.Non enim omnes qui semen sunt Abræ,etiam filij dicuntur. In maximam
quidem multitudinem creuerunt Ismaëlitæ, Sed benedictionis hæredes non fuerunt, quæ debebatur Israëlitis,
vnde nascitur Christus. *Ac deinceps,Ecce (ait) concepisti,& paries filium,& uocabis nomen eius Ismael, eo quod audierit do*
minus afflictionem tuam. CHRYSOSTOMVS. Ideo (inquit) & partum tibi prædico, & nomen iam impo-
no puero qui nascetur, vt certior magis sis, viam repedes, & emendes quod deliquisti, eo quod audiuerit deus
afflictionem tuam. Hinc discamus quantum sit in afflictionibus lucrum, quanta calamitatis vtilitas. Postquam L
enim secessit Agar, & dolor auctus est, multisque circundata est afflictionum molestiis, in solitudine, in vasti-
tate & angustiis versans, post tantam prosperitatem, & in parem cum domina sua dignitatem euecta,ideo acce-
leratum nacta est subsidium. Hæc enim tibi erunt(inquit)quæ promisi, & paries filium, & semen tuum innume-
rabile erit,quia probauit dominus humilitatem tuam.Ne igitur grauatim feramus,si molestiis prementibus hu-
miliemur.Nihil enim ita nostræ naturæ conducit,vt mentem subducere,& humiliare superbum spiritum, & in-
flationem mentis deprimere.Tunc enim nos magis audit dominus,quando cum dolore animæ,& corde contri-
to ipsum inuocamus,maiorem in precibus sedulitatem adhibentes, quia audiuit dominus afflictionem Agar.
HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et vocabis nomen eius Ismaël,eo quod
audiuit dominus afflictionem tuam. Ismaël enim, exauditio dei interpretatur. CAIETANVS. Ac dein-
ceps.Iuxta Hebræum habetur,Et dixit ei angelus domini.Et hæc altera discretio insinuat,quod Agar læto audito
nuntio,iam disposita ad parendum,iam suspicans diuinum angelum,meditabatur quisnam esset promittens sibi M
talia,& angelo interim silente, deus operabatur intus disponendo mentem ac voluntatem Agar inter meditan-
dum,vsque adeo vt meruerit tertium sermonem angeli.Ecce concepisti,& cætera.Monuerat primo,deinde pro-
miserat.Manifestat modo occulta ventris,tum quo ad hoc quod erat prægnans,cum vterus non appareret grauí-
dæ in principio conceptæ prolis.Quod fuisse tunc,coniectura est,ex eo quod Agar vt vidit se concepisse,despexit
dominam,& illa statim conquesta afflixit eam,& propterea fugit,ac inuenta est ab angelo.Tum quo ad sexũ pro-
lis,prænunciando masculum.Simúlque prædicit futura. Tum quo ad nomen filij, reddendo rationem nominis.
Nec prætereas,quod nulli homini ante Ismaël deus nomẽ dedit.Ipse siquidem primus inter homines sortitus est
nomen à deo.Et cum hac tam noua ac non parua gratia, nescitur bonus ne an malus fuerit, vt ex diuina gratia
gratis data nullus glorietur,nullus laudetur,nullus speretur bonus.Eo quod exaudiuit dominus afflictionem tu-
am. Ismaël nomen est compositum ex auditione & el, quod appropriatur deo. Et propterea ratio nominis
optime

A optime quadrat.Triplex autem afflictio Agar hic legitur.Prima inflicta à Sarai, secunda assumpta ab ipsa Agar
fugiendo,tertia quam postea voluntarie exhibuit,ad mandatum angeli veniam petendo à domina sua.Nulla ha-
rum excludenda est à verbo angeli,quia nulla excluditur ab exauditione diuina. Prima enim etiam si iustissima
fuerit,quatenus tamen pœnalis erat,clamabat ad dei misericordiam, & multo magis reliquæ. Et tempore nati-
uitatis Ismaël, iam omnis afflictio diuinum meruerat auditum,ad illud enim tempus refertur veritas, præteriti
audiuit. AVCTOR CATENAE. Solatur igitur angelus emendatam, & obruit promissionibus tantope-
re afflictam.Audierat enim dominus afflictionem illius, non tam eam quam à Sara perpessa fuerat, quàm eam
qua in deserto periclitata,& qua humiliata nunc dominæ obedire consentit.Vocant autem hodie Hebræi in com
mentariis suis Ismaëlitas,eos quos nos Saracenos vocamus,qui scilicet sunt Aphri,Aegyptij,Arabes,& cæteri hu
iusmodi.Præter Ismaël autem,sunt & duo alij,quibus in veteri testamento ante eorum natiuitatem nomen im-
B positum est,scilicet Isaac,& Iosias.De Isaac patet capitulo sequenti.De Iosia tertio Regum decimo tertio.In no-
uo quoque testamento sunt alij duo, videlicet Christus dominus, & Ioannes baptista, vt constat Lucæ primo.
Veruntamen & nomen Cyri regis Persarum diu ante eius conceptum per Esaiam prædictum fuit, iuxta illud
Esaiæ quadragesimo quinto, Hæc dicit dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram,& cætera. Sed
in his verbis nomen Cyri potius prophetatum videtur, quàm vocatum aut institutum. CHRYSOSTO-
MVS. Postea prædicit angelus Agar pueri qui nasciturus erat studium. *Hic erit* (inquit) *ferus homo, manus eius*
contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Prædicit ei
quod virilis & fortis erit, quod bellator, quod agriculturæ vacabit. HIERONYMVS. Alia litera, Hic e-
rit rusticus homo, manus eius super omnes, & manus omnium super eum, & contra faciem omnium fratrum
suorum habitabit. Pro rustico, scriptum est in Hebræo פֶּרֶא phere, quod interpretatur onager. Significat au-
tem semen eius habitaturum in eremo,id est Saracenos vagos incertisque sedibus, qui vniuersas gentes, quibus
desertum ex latere iungitur, incursant, & impugnantur ab omnibus. CAIETANVS. Hic erit ferus ho-
C mo. Iuxta Hebræum habetur, Et ipse erit onager homo. Sub metaphora onagri describitur Ismaël, ad signifi-
candum quod fugiet hominum frequentiam. Onager siquidem (vt Physici tradunt) fugit frequentiam homi-
num præ cæteris animalibus. Manus eius in omnes, & manus omnium contra eum. Non solum segregatus ab
aliis, sed fortis ac hostis omnium futurus prædicitur. Et quadrat secundum primo, dissimilitudo siquidem ra-
tio est inimicitiæ, sicut similitudo amoris. Et è regione vniuersorum fratrum suorum figet tentoria. Iuxta He-
bræum habetur, & super facies omnium fratrum suorum hospitabitur. Quanuis syluestris homo & contra o-
mnes, non tamen ad penetralia deserti fugiet, sed prope omnes fratres suos (tum qui nascentur ex Abram, tum
qui nati sunt, Loth scilicet & filios eius) morabitur seu hospitabitur. Habitator enim fuit deserti Pharan, vt pa-
tet infra capitulo vicesimoprimo, habitare autem in deserto, hospitari est, quia similitudo hospitantis est, & cæ
tera. AVCTOR CATENAE. Hic erit ferus homo, Hebraicè vt dictum est, פֶּרֶא phere scribitur, quod
D proprie onagrum significat, ac si dicat, erit syluestris sicut onager. Vel diligens solitudines, & inhians feris ca-
piendis. Aut liber, & nemini subiici aut cedere volens, etiam fratribus. Hoc Septuaginta ἄγριοικος, id est Agre-
stis, dixerunt, meritóque eo nomine appellantur Ismaëlitæ, mera omnis barbariæ colluuies. Chaldaica, Et ipse
erit onager in hominibus. Quod verò sequitur, Manus eius contra omnes, & cætera. Eadem Chaldaica diuer-
sum valde quid habet, nempe, Ipse indigebit omnibus, & etiam omnes filij hominum indigebunt eo. Quod
quare sit dictum, intellectu difficile est. Septuaginta cum Latino interprete conueniunt. Demum quod dici-
tur, Et è regione siue contra, seu in facie vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula, est in Hebræo ver-
bum שָׁכַן sachan, quod habitare significat. Vnde Septuaginta, κατοικήσει, & Chaldaica morabitur, habent. A-
lij עַל al pro cum exponunt, vt cum fratribus, filiis Cethuræ pacifice habitarit, licet manus eius contra omnes
alios fuerit. Ismaël igitur qui ab audiendo dominum nomen habet, Iod litera adiecta propriis nominibus, ad
morem linguæ, futurus dicitur homo ferus vel agrestis. Ad literam enim exteriorum dominia non fert gens il-
E la, nec se patitur obrui seruitute. Erat denique Ismaël syluas ac venationes amans, durus homo ac robustus, à
quo & Arabes inuastatores ab antiquo, omnium adiacentium nationum,& sese de omnibus defendentium. Sed
& vsque in præsens legem suam gladio protegunt,& vniuersos eidẽ aduersantes acerrime impugnant. CHRY
SOSTOMVS. Vidisti propter patriarchæ honorem quanta sint & ancillæ facta? Quicquid enim illi impen-
sum est,ad honorem patriarchæ pertinet. Mysticè.
RABANVS. Et hoc de illo quem tunc Agar in vtero gestabat, palam secundum literam intelligi est.
Cæterum secundum spiritum, Hæ duæ mulieres sunt duo testamenta, Agar vetus, quod in synagoga Iudaicum
populum seruituti nutriebat obnoxium: Sara nouum,quod populum Christianum in libertatem fidei generauit.
Multiplicati sunt ergo Iudæi ancillæ filij, vt non numerarentur præ multitudine, qui & suprà arenæ comparan-
tur. Ipse ergo populus ferocitate sua æmulus, & omnibus bonis contrarius, maxime cum Christianum popu-
lum toto orbe inuidia stimulante persequitur, & longe latéque dispersus, circumuagando & negociando incer-
F tis sedibus semper existens, omnibus est onerosus. RVPERTVS. Porro ille iam dictus carnalis popu-
lus, qui fide Abrahæ vacuus, de carne Abrahæ gloriatur, quàm ferus sit, feritate qua non tam leoni nobili,
quàm stulto sit onagro comparabilis, totus orbis audiuit, quia vere manus eius contra omnes, & manus o-
mnium contra eum, maxime ex quo dictum est, vel certe impletum quod fuerat dictum, eiice ancillam & fi-
lium eius. Ex tunc enim maxime vniuersas gentes odit, & multo amplius ex tunc vesanit propter filium libe- Galat.4.
ræ, primogenitum scilicet Christum, qui gentilem populum eadem libertate qua liber ipse, liberauit. Vnde A-
postolus ait, Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiri-
tum, ita & nunc. Quandiu potuit, & quantum potuit, persecutus est, iam verò non valens, adhuc tamen blas-
phemare audet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 VOcauit autem Agar nomen domini qui loquebatur ad eam, Tu deus qui uidisti me. Dixit enim, profectò C
hic uidi posteriora uidentis me. Propterea appellauit puteum illum puteum uiuentis & uidentis me. Ipse
est inter Cades & Barad.

4 CHRYSOSTOMVS. Vbi supradicta consuluit angelus, & fœlicia annunciauit, recessit. Cæterum vide
iterum ancillæ gratitudinem. *Vocauit autem* (inquit) *Agar nomen domini qui loquebatur ad eam. Tu deus qui uidisti me.*
HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Post multas dei ad Abraham allocutiones, cum ad-
uersum Agar Sara commoueretur, conceptui ancillæ domina sterilis inuidens, cumque discessisset à conspectu ei-
us, ita de ea scriptura loquitur: Et dixit angelus domini ad Agar: Redi ad dominã tuam, & humilia te sub mani-
bus eius. Et dixit ei angelus domini: Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non dinumerabitur à multitudi-
ne, Et rursum: Et vocauit nomen domini, qui loquebatur secum, tu deus qui aspexisti me. Angelus dei loquitur. H
Duplex autem in angelo dei significatio est, ipse qui est, & ille cuius est. Et loquitur non res secundum nomen of
ficij sui. Ait enim: Multiplicans multiplico semen tuum, & non dinumerabitur à multitudine. Ministerium ange-
li potestas multiplicandarum gentium excedit, sed quid tandem de eo qui dei angelus, quæ soli deo propria sunt
loquebatur, scriptura testata est? Et vocauit nomen domini qui loquebatur secum, tu deus qui aspexisti me. Pri-
mum angelus dei, secundo dominus. Vocauit enim nomen domini, qui loquebatur secum, dehinc tertio deus:
Tu enim es deus qui aspexisti me. Qui angelus dei dictus est, idem dominus & deus est. Est autem secundum
prophetam filius dei, magni consilij angelus: vt personarum distinctio absoluta esset: angelus dei est nuncu-
patus. Qui enim est deus ex deo, ipse est & angelus dei. Vt verò honor debitus redderetur, & dominus & deus
est prædicatus, & hic quidem primum angelus dei, deinde idem postea & dominus & deus. RVPERTVS.
Vel quia dominus in angelo loquebatur, idcirco dictum est, vocauit nomen domini qui loquebatur. INTER I
LINEARIS. Tu deus qui vidisti me, id est propitius fuisti. RABANVS. Rectè autem nomen eius ita
vocatur, quia gratuitus consulit miseris, & humiles consolatur in tribulatione eorum. Vnde psalmista ait, Tu la-
Psal.9. borem & dolorem consideras, & tibi derelictus est pauper. CAIETANVS. Aduerte prudens lector, quod
quem hactenus Moyses appellauit angelum domini, modo appellat dominum ipso nomine quatuor literarum
incommunicabili, quia hactenus de ipso nuncio, modo de ipso deo cuius personam nuncius agebat, loquitur, co-
actus transferre sermonem de nuncio in deum, ab intelligentia ac deuotione Agar, non erga angelum sed deum.
Tu deus qui vidisti me. Iuxta Hebræum habetur, Tu el videns mei. Vt superius dictum fuit, el nomen est dei, à
fortitudine sumptum. Deum sub ratione fortis venerata est Agar, eo quod & ipsam roborauerat ad redeundum,
ac manendum domi cum Sarai & Abram, & filium fortem prænunciauerat. A beneficio autem quod dignatus sit
ipsam viscere prouidendo illi, peculiare nomen deo apposuit, videns mei, ipsa siquidem nominatio, est beneficij K
agnitio, ac gratiarum actio. AVCTOR CATENAE. Vocauit autem Agar, & cætera. Chaldaica æditio
paululum hic variat ab Hebræa, Græca & Latina litera, in verbis, licet non in sensu. Habet enim, Et orauit in no-
mine domini qui locutus est cum ea, dicens, Tu es deus videns omnia. Igitur Agar beneficij grata, dominum in-
uocat & orat, qui eam viderat in tam vasta solitudine, & in tanta afflictione consolatus fuerat. *Dixit enim, pro-
fecto hic uidi posteriora uidentis me.* RABANVS. Quod hic dicitur, bene congruit illi dictioni, qua dominus ad
Moysen locutus est, cum maiestatem suam sibi ostendi rogauerat. Non poteris (inquit) videre faciem meam, &
viuere. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Et ait dominus, Ecce locus penes me est, stabis supra pe-
tram, statim vt transiet maiestas mea, ponam te in specula petræ, & tegam manu mea super te, donec transeam,
& auferam manum meam, & tunc videbis posteriora mea. Nam facies mea non apparebit tibi. Non ergo im-
merito nemo potest faciem, id est ipsam manifestationem sapientiæ dei videre, & viuere. Ipsa est enim specie-
es, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat diligere deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota men L
te, ad quam contemplandam, etiam proximum quantum potest per ipsam dilectionem qua eum diligit sicut
seipsum, diligendo ædificat. Posteriora verò domini, incarnationem eius quam in fine temporum sumpsit ex
virgine, possumus intelligere, quam nunc per fidem & dilectionem in præsenti desiderando contemplamur, in
futura autem vita contemplatione fruemur æterna. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE.
In figura igitur prophetiæ hæc dicta sunt, & maximi sacramenti. Qui enim prius erat angelus, & in forma ho-
minis ancillæ loquebatur, postmodum etiam deus dictus est. Quis autem alius, deus, angelus, & homo, quàm
Ioan.1. magni ille consilij angelus, de quo scriptum est, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Angelus,
quia diuina nobis annunciauit, deus, quia dei filius, homo, quia in tempore factus est ex muliere, factus sub
lege. RVPERTVS. Sed & aliter. Quare non vidit Agar faciem, sed posteriora videntis? quia vi-
delicet non in facie, sed in posterioribus desiderabat gaudere videntis. Per posteriora nanque domini, terrena
vel transitoria, per faciem recte intelliguntur cœlestia, vel æterna. Et profecto nulla cœlestia promissa, verbi gra- M
tia qualia de libera dicta sunt, & dabo tibi ex ea filium cui benedicturus sum, & statuam pactum meum ad eum,
& his similia. Nulla (inquam) talia audierat, quæ se exauditam esse sciebat, vnde & filio suo nomen Ismaël,
quod interpretatur auditio dei, impositura erat. Terrenum est omne quod audierat, scilicet multiplicabo semen
tuum, & non numerabitur præ multitudine, & hic erit ferus homo, & cætera. Recte ergo ancilla, videntis non fa-
ciem, sed posteriora vidit. CAIETANVS. Dixit enim. Rationem reddit Moyses qua Agar cognouit illum
qui locutus cum ea fuerat, esse deum. Reddit autem rationem ex verbis Agar subiunctis. Profecto hic vidi poste-
riora videntis me. Iuxta Hebræum habetur, Si etiam hic vidi post videre meum? Vt autem sensum verborum ra-
tionemque redditam percipias, scito quod angelus inter loquendum cum Agar, finitis suprascriptis verbis statim
euanuit ab oculis Agar. Ita quod nec mansit ibi, nec recessit inde ambulando aut volando, sed statim euanuit,
ita quod cum coram esset, subito non est visus amplius. Et hoc repentinum non videre eum post sermonem, ex-
plicat Agar cum emphasi dicendo, Si etiam hic vidi, ad manifestandum negatam ibi statim visionem, dicit,

Si etiam

A Si etiam hic vidi? Nam interrogatiue sumitur si, iuxta consuetum modũ emphatice loquẽdi, Si feci hoc? vt plus-
quam negando asseramus nos non fecisse illud. Hoc enim modo Agar dicit, si etiam hic vidi? significando quod
nec etiam ibidem viderit illum, post videre meum, hoc est, postquam vidi eum alloquentem me. Et hoc statim
euanescere à visu Agar, fuit ratio quod Agar cognouerit illum esse deum. Et propterea Moyses hæc verba Agar
affert pro ratione qua nominauerit illum, tu el videns mei. Ita quod narrando verba Agar, narrat factum (scilicet
quod statim euanuit) significatum per verba Agar. Perpende hinc prudens lector quanti refert exponere textum
interpretatum sensu interpretis, vel interpretatum vt iacet in Hebraico, quanuis interpres nesciat sensum.
AVCTOR CA. Dixit enim, Profecto hic vidi posteriora videntis me. Locus iste obscurus est, & varie à do-
ctoribus exponitur, qui vt clarius intelligatur, ipsa Hebraica sunt ponenda רַגַּם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי hagam halõ
raithi ahare roi. Pro quo sciendum, dictionem ahare, & post, & posteriora significare posse. Dictio autem halom,
B non profecto vel vtiq;, vt in nostra æditione est, sed hic, hoc est, in hoc loco recte vertitur. Sic ergo reddi potest
cus, Nonne etiam hic vidi posteriora videntis me? Vel post videntem me? Et de primo quidem modo satis supra
dictum, licet non desint qui asserant sensisse ancillam, non vidisse deum facie ad faciem, sed posteriora eius, hoc
est, illius effectus, licet ab eius plena repræsentatione valde distantes, cuiusmodi erat & ipse apparens angelus. Se-
cundo vero modo tripliciter intelligitur. Vel vt dicat, Vnde hæc mihi gratia, vt me miseram in hoc deserto visi-
tarit dominus, & mihi apparuerit? Si in domo Abræ contigisset, & in obsequio dominæ meæ Sarai, non mirarer.
Nunc autem desolatam & mœrore confectam, in hac tam horribili eremo me dominus consolatur tot promis-
sionibus, & tam magnificis. Et secundum hanc expositionem, post videntem me, sic reddi debet, postquam ego
vidi, vel sum videns deum, mei curam habentem. Secundo modo exponitur, Nunquid hic vidi, postquam fui
videns? hoc est, cum loqueretur mecum, non cognoui illum esse angelum dei, sed vt lapsus est subito ab oculis
meis, iam cognoui quod fuit angelus domini. Vidi igitur aliud postquam euanuit ab oculis meis, quàm cum lo-
C queretur mecum. Cui expositioni videtur etiam fauere Chaldaica æditio, habens hoc in loco, Ecce ego cœpi vi-
dere postquam apparuit mihi. Tertio modo ita exponitur, An non hic vidi angelum domini, postquam deus vi-
dit afflictionem meam? A qua non videntur dissentire Septuaginta interpretes, dicentes, καὶ γὰρ ὧδε εἶδον
ἐφθέντα μοι, Etenim coram vidi eum qui apparuit mihi. *Propterea appellauit puteũ illum puteum uiuentis & uidentis me.*
CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo & hæc voluit perpetuam memoriam infigere loco per vocabuli im
positionem? Vidisti & ancillam crescentibus afflictionibus aliquanto castigatioribus moribus fieri, & magnam
gratitudinem declarare erga eam, propter quam tanta ei collata beneficia? CAIETANVS. Propterea
vocauit puteum. Non sat fuit Agar agere gratias deo, sed grata amplius in memoriam tanti beneficij, puteum il-
lum nuncupauit ab eodem beneficio. Puteum viuentis & videntis me. Iuxta Hebræum habetur, Puteum ad vi-
uentem videntem mei. Deum quem prius à fortitudine nominauerat el (hoc est fortis) modo à vita nominat vi-
uentem, vtpote fortitudinem & vitam omnium fortium ac viuẽtium. Prepositio vero ad, testificationẽ insinuat,
D tanquam dixerit, puteus ad testificandum seu ad recordandum deum viuum, quod viderit me, corporali specie
visitando. AVCTOR CATENAE. Propterea appellauit puteum illum, puteum viuentis & viden-
tis me. Sic & Hebraice לַחַי רֹאִי lahai roi, Viui seu viuentis, videntis me. Chaldaica, puteum super quem appa-
ruit angelus vitæ, de visione autem non meminit. Sic & Septuaginta silent, viui, imo ne ipsa quidem Hebraica
syncerè vertunt, ἕνεκα τούτου ἐκάλεσε τὸ φρέαρ, φρέαρ οὗ ἐγώ πιον εἶδον, Propterea appellauit puteum, puteum vbi corã
vidi. Puteo igitur nomen imposuit, vt posteris gratia liberatoris non obliuione excideret. Huiusmodi adnomi-
nationibus locorum sancti olim, domini beneficia memoriæ successorum consecrauerunt ad fidei propagationẽ.
Ipse est inter Cades & Barad. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Barad, inter Cades &
Barad hodiéque Agar puteus demonstratur. Cades vero, ciuitas quam cœpit Iesus, rege ipsius interfecto. Est au-
tem in sorte tribus Iudæ. Mystice.
RVPERTVS. Sic spiritualiter & synagoga illius populi qui secundum carnem natus est, nequaquam facie
E domini, sed posteriora vidit, quia videlicet interiora sanctæ legis, vbi fulget facies, id est notitia dei, vbi splendi-
da est facies Moysi, nullatenus ferre valuit, sed solam exteriorem literam intuitus est, vtpote animalis, & nõ per-
cipiens ea quæ sunt spiritus dei. Sed & nunc quoque postquam eiecta est ancilla & filius eius, futurum est vt Iu-
dæorum synagoga videat posteriora videntis, quia præsentem gratiam dei, quam videre noluit præteritã, quan- Roma.11.
doque videbit. Cum enim plenitudo gentium sub introierit, tunc omnis Israël saluus erit. INTERLINEA-
RIS. Puteus vero viuentis & videntis, profunditatem dominicæ incarnationis in æternum manentis, & alti-
tudinem consilij conseruantis significat. HIERONYMVS. Vel veteris legis & nouæ scripturam, quam con
ditor noster vita viuentium, spes morientium, intuitu piæ miserationis mortalibus dedit, vt edocti, & à vitiis
correcti, dei visione perpetuo digni esse mereantur. RVPERTVS. Sed & sicut inuenit angelus ancillam
in deserto Sur, id est intra murum (Sur enim murus interpretatur) sic & inuenienda prædicitur synagoga. Intra Psalm. 17.
murum inquam, quem ædificauit incredula contra deum, de quo psalmista, Et in deo meo (inquit) transgrediar
F murum. Inuenietur inquam, inter Cades & Barad, id est inter viuificantem spiritum & occidentem literam clau
dicans & errans. Cades enim sancta, Barad interpretatur grando. Et reuera lex domini secundum viuificantem
spiritum sancta, secundum occidentem literam grando est.

5 DEperitque Agar Abræ filium, qui uocauit nomen eius Ismael. Octoginta & sex annorum erat Abram 5
quando peperit Agar Ismaelem.

Deperitq; Agar Abræ filium, qui uocauit nomen eius Ismael. CHRYSOSTOMVS. Hic discimus quantum bo- 5
num sit mansuetudo, quantum lucri habeat & quanti fructus ex afflictionibus proueniant. Nam mansuetudine
patriarcha placauit Saram indignabundam, & famulæ potestatem ei dedit, domúmque pace repleuit, afflictionis

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem fructus in ancilla videre licet. Quia postquam â domina afflicta fugit, & multum ærumnosa fuit, dolen- G
teq; anima dominum inuocauit, statim supernam visitationem assequuta est. Vt enim discat, quod per humilia-
tionem & afflictionem tantam beneuolentiam inuenerit, dicit ei angelus, Verum geris, & paries filium, & vo-
cabis nomen eius Ismaël, quoniam audiuit dominus afflictionem tuam. Itaque dilecte cum sciamus quod si so-
brij & prudentes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropiare facient, & tunc poterimus eius gratiam
nobis conciliare, quando dolẽte anima & feruidis lachrymis ipsum accesserimus, ne doleamus in afflictionibus,
sed lucrum ex eis facientes, omnia quæ nobis eueniunt, placido feramus animo, & discamus humani esse & man
sueti erga omnes quidem, maxime autem mulierum nostrarum curam agamus, vt siue iuste siue iniuste nos ar-
guant, ne ita ad viuũ & accurate excutiamus causas, sed vnius rei nobis cura sit, vt tristitię causa è medio tollatur,
crescatq; ac roboretur pax domestica, vt & illa erga virum suum habeat conuersionem, & vir ab extremis ac fo-
rensibus negociis & turbationibus ad eam, quasi ad portum confugiat, & omnigenam inueniat consolationem.
In adiutorium enim data est, vt contentus eius consolatione, quæ occurrunt, aggredi queat alacrius. Nam si fue- H
rit ornata virtutibus & mansueta, non solum viro suo præbebit consolationem, sed & aliis omnibus multum sit
vtilis, omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere non sinit illas externas malitias, neque difficultates quæ quo-
tidie domi nascuntur, sed quasi gubernator optimus, omnem eius tempestatem in serenitatem sua sapientia con
uertit, intelligentiaq; sua magnam confert consolationem. Enimuero qui sic coniuncti fuerint, à nulla rerum dif
ficultate male habebunt. Quando enim concordia & pax & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, o-
mnia simul affluunt bona, & nullis insidiis expositi sunt, magno & inexpugnabili quodam muro circundati, sua
iuxta dei præceptum concordia. Hoc, ferro fortiores eos reddet, hoc omnibus diuitiis & abundantia magis locu-
pletabit, hoc supernam gloriam eis conferet, hoc & dei beniuolentiam eis vbertim conciliabit. Proinde oro, ne
quid illo præferendum existimemus, sed omnia faciamus & agamus, ita vt tranquillitas & pax sit cohabitãtibus.
Tunc enim & filij qui nascuntur, virtutem sequentur, quos imitabuntur & serui, & vndequaque domus virtute
florebit, eritq; multiplex rerum prosperitas. Quando enim diuina præferimus, facile alia omnia prospere nobis I
succedent, & nihil difficile putabimus, suppeditante nobis omnia largiter diuina gratia. Vt igitur etiam ipsi abs-
que tristitia, & temporis istius vitam transigamus, & maiorem domini beneuolentiam nobis conciliemus, con-
cordiam & pacem in domum nostram introducere conemur, amplexantésque virtutem, cura nobis sit, vt hone-
ste enutriantur pueri, curæ nobis sint mores famulorum, vt pro omnibus, largis acceptis remunerationibus, me-
reamur & promissa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi. RABANVS. Qui vocauit
nomen eius Ismaël. Ad nomen alluſit, Ismaël enim interpretatur auditio dei, sicut angelus supra ad Agar
dixit, Vocabis nomen eius Ismaël, eo quod audierit dominus afflictionem tuam. AVCTOR CATE-
NAE. Peperitque Agar Abræ filium, qui vocauit nomen eius Ismaël. In Hebræo repetitio quædam est, videli-
cet, וַיִּקְרָא אַבְרָם שֵׁם בְּנוֹ אֲשֶׁר יָלְדָה הָגָר יִשְׁמָעֵאל Vaikra Abram sem beno aser ialda Hagar Ismaël, Et vocauit
Abram nomen filij sui quem peperit Agar, Ismaël. Ita est in Chaldaica, ita in Septuaginta. Non autem inanis est
repetitio generationis. Gestiebat enim Moyses pro humana consuetudine, iactando insigne, & incredibile fere K
beneficium dei, de nato filio seni, vt significetur multo magis gauisurum, si de libera Sara filium sit habiturus. Et
vt Saracenos ac Arabes fratres Ismaëlis doceat ac commendet, quo charitate magis iungantur. CHRYSO-
STOMVS. Postquam autem natus est Ismaël, vult nos docere scriptura, tempus & numerum annorum pa-
triarchæ. Vnde assignauit, dicens, *Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit Agar Ismaelem.* Videamus
autem & hoc loco, id quod & ex sequentibus discemus, eminentiam iusti, & ineffabilem atque eximiam miseri-
cordiam domini. Sciemus autem vtraque euidenter, si iterum tempora vitæ iusti addiscere poterimus, & quomo
do bonus deus quæ ad se attinent, omni tempore dispensat, probans suum famulum, & piam eius mentem dete-
gens. Ipse enim clare præsciebat famuli sui gratitudinem, & animæ eius pulchritudinem sciebat, margaritámque
euidenter agnoscebat. Sed quia voluit omnibus tunc præsentibus eum manifestare, vt & posterioribus seculis ad
imitationem & zelum, eos qui æmulari volunt, prouocaret, idcirco paulatim mentem iusti tam opulentam no-
bis detegit, vt discamus & nos diuinis promissionibus non diffidere, neque dilationem grauatim ferre, sed ma- L
iorem spem in inuisibilibus quàm visibilibus ponere, quæ dominus omnium promiserit, & sciamus, quod non sit
possibile, vt vnquam excidant promissa dei, sed & si longo tempore eueniant aliqua diuinis promissis diuersa, ne
propterea mens turbetur, sed cognoscamus eius qui promisit inuictam virtutem & sapientiam, & quandocunq;
voluerit, opere quæ probantur complere poterit, omnia ei cedent & obtemperabunt. Nam quia dominus est na-
turæ & opifex, potens etiam est dare ea quæ supra naturam sunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatem respicien-
tes, curiosius quæ à deo fiunt inquiramus, neque ad naturæ ordinem intendentes, mente claudicemus, sed sicut
grati famuli, immensam domini nostri potentiam non ignorantes, credamus eius promissionibus, & humanis
viribus superiores facti, promissa assequamur omnino, & cum eius fruimur beneuolentia, pro nostro virili deum
quoque veneremur. Maximus enim hic est noster honos, quem offerre possumus, vt virtute sua fidamus, etiam si
præ oculis videamus diuersa. Et quid admiraris apud deum honorem maximum esse, cum apud nos maximum
honorem sibi impensum putent homines, quando aliquid vile & modicum promittunt, nosq; de promissis non M
fluctuamus, sed promittentibus bene fidimus? Quod si hoc in hominibus qui tam crebro fallere solent, vel ob in-
firmitatem præstare nihil valent, quanto magis dei promissis credere debemus, etiam si interim multum tempo-
ris interfluat? Quando igitur obediuit Abram mandato dei, & migrans à Charris, in Chananæam contendit, an-
norum erat septuagintaquinque. Et statim vt venit in Chananæam, dominus promisit ei & semini eius daturum
omnem terram, & in tanto numero multiplicaturum, vt innumerabile fiat sicut stellæ & arena. Et post promis-
sionem hanc multa interim acciderunt iusto, nempe descensus in Aegyptum propter famem, rapina Saræ, & sta-
tim diuina consolatio. Iterum post reditum ab Aegypto, aliæ molestiæ à rege Gerarorum, & statim subsidium.
Atque hæc omnia videns iustus, post promissionem quæ ei euenerat, non turbabatur animo, neque curiosius dis-
quirebat, Quare accepta promissione tali, in tantas talesq; tentationes quotidie incidat, & tanto tempore maneat
absque

A absque prole. Noluit enim vtpote pius, humanis rationibus ea quæ à deo fiebant concredere, & amabat, magnaq;
voluptate susciebat quæcunque à deo fuerant arbitrata. Et post decimum annum accipit Ismaëlem ex ancilla,
& in illo putat quod reliquum erat promissionis adimplẽdum. Erat enim patriarcha quando natus est ei Ismaël,
annorum octoginta sex, & iterum tredecim annis exercetur à misericorde deo in patientia, donec eius promissio
impleatur. Nam quemadmodum vidisti aurum in conflatoria fornacula purgari, ita temporis accessione, iusti
virtus clarior fit & illustrior. AVCTOR CATENAE. Octoginta & sex annorum erat Abram quando
peperit Agar Ismaëlem. Anno videlicet vndecimo postquam de Charran exiuit, tunc enim fuerat septuaginta- Mystică.
quinque annorum.

INTERLINEARIS. Quia autem & filij carnis reputantur in semen, peperit (dicitur) Agar Abræ fi- RVPERTVS.
lium. Et quia nondum peruenerat ad numerum cœlestium ciuium, recepit carnalem filium.
B Dum enim nascitur Ismaël, octoginta & sex annorum pater est, dum nascitur Isaac, ille centenarius est. Porro o-
ctoginta & sex annorum quantitas, duobus disponitur terminis. Est enim in deceno limite octonarius, in singu-
lari senarius. E contra, centum annorum quantitas simpla est, id est vno limite contenta, & est tertia vnitas, ea-
dẽmque tetragona. Nam decies decem dilatantur in centum. Ergo quod ait apostolus, sed qui de ancilla, secundũ
carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem, diuersa quoque hæc in vtraque generatione pulchre
significat quantitas annorum. Nam ex conueniente naturaliter viri & fœminæ carne vel sanguine, natus est Is-
mael, quia videlicet natura fert, vt de viro, quanuis sene, iuuencula concipiat, qualis erat Agar. E contra vt anus,
qualis erat Sarai, de viro sene concipiat, natura ferre non solet. Proinde dum nascitur Ismael, pulchre numerus
paternæ ætatis compositus est. Senarius perfectus numerus in singulari limite, ipse quodammodo est Abram,
perfectorum vir operum, sed parui & frigidi sanguinis. Octonarius autem, qui & à philosophis fœmina dicitur,
ipse in deceno limite quodammodo est Agar, infirmior quidem, quia fœmina, sed fœcundior viro, quia iuuen-
C cula. Senarium numerum ideo perfectum dicunt, quia suis constat ex partibus, scilicet media, quæ sunt tria, &
tertia, quæ sunt duo, & sexta, quæ est vnum. Nanque tria, duo, vnum, senarium perficiunt. Octonarium ideo fœ-
minam dicunt, quia pariter par, id est vsque ad extremas vnitates solubilis est. Soluitur enim in duos quaterna-
rios, quaternarij vero medietas, in duos binarios, & binarius in duas insecabiles vnitates. Itaque fœmina dicitur,
sicut è contrario numerus impar, verbi gratia. Septenarius, quia insolubilis est, nec enim in duas partes æquas di
uidi potest, mas appellatur. Sub his ergo numeris recte naturalis secũdum carnem generatio Ismaëlis inuenitur.
E contra, dum nascitur Isaac, cuius generationem vnica dei gratia operata est, paternæ ætatis numerus plenus &
integer, vnus & simplex, id est solo limite centeno sub vnitate contentus est. Vnitas nanque apud eosdẽ philoso-
phos, neque mas neque fœmina dicitur, & proinde recte sub centena vnitate paternorum annorum Isaac na-
scitur, cuius generationem neque viri neque fœminæ natura, sed sola diuinæ promissionis veritas operatur.

D

IN CAPVT GENESEOS DECIMVM SEPTIMVM ARGVMENTVM.

Abram nominatur Abraham. Promittitur ei quintò terra Chanaan. Circuncisio. Sarai nominatur Sara. Promittitur Abrahæ Isaac. Orat Abraham pro Ismaele. Circunciditur cum tota domo.

CAPVT XVII.

E POstquam uero nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit illi dominus, dixitque Lect. prima.
ad eum. Ego deus omnipotens, Ambula coram me, & esto perfectus. Ponamque fœdus meum
inter me & te, & multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem.

AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. I
Cap. 26.
Postquam natus est Ismaël, in quo putari posset impletum quod Abræ promissum fuerat, cũ
sibi vernaculum suum adoptare voluisset, dicente deo, Non erit hæres tuus hic, sed qui exiet de te, ille erit hæres
tuus, Hoc promissum ne in ancillę filio iustus putaret impletum, *Postquam* (inquit) *nonaginta & nouem annorum esse*
cœperat, apparuit illi dominus. CHRYSOSTOMVS. Et quare nam tanto tempore distulit vt nõ solum
iusti patientiam & virtutem discamus, sed & immensam suam potentiam videamus. Cum enim nihil spei & ex-
pectationis esset in natura, quæ ad procreandam prolem inutilis erat, & membra præ senectute languida & frigi-
da essent, tunc tandem iusti virtutem detexit, & suam potentiam indicauit, promissionem implẽdo. Cum autem
F audieris apparuit, nihil humile suspiceris, neque putes oculis carnalibus videri diuinam illam & incorruptibilem
substantiam, sed pie omnia intellige. Apparuit (inquit) ei deus, hoc est, visitatione sua illum dignatus est, & di-
gnum duxit eum cuius curam ageret, vsus magna sermonis attemperatione. CAIETANVS. Qualis fu-
erit hæc visio, non est omnino clarum ex descriptione ista. Nam potest intelligi vel in specie visibili vel imagi-
nationis, ex subiuncta tamen bis adoratione Abram, prosternendo se super terram, insinuatur quod fuerit visio
corporeis oculis. Sensuum enim externorum vsus ad prostrationem, testatur non fuisse Abram abstractum à sen
sibus. Ad idem quoque confert, quod in calce huius apparitionis scribitur ascendisse deum supra Abram descri-
bendo abscessum dei. Sonant siquidem hæc corporales actiones. Iuxta autem Hebræum habetur. Et fuit Abram
filius nonaginta annorum, & nouem annorum. Ita quod interpres apposuit, cœperat. AVCTOR CATE-
NAE. Post profectum Abræ in fide centum annis, iam alio seculo victuro, omnia renouantur, promissiones no
uæ, nomen nouum, pactum nouum, obedientia noua, sacramẽtum nouum, noua vxor, nouus filius, noua religio, noua

Universidad de Deusto
Biblioteca

noua familia. Fides enim non senescit, sed semper fit seipsa per tentationes constãtior, ad opera bona promptior G
atque vegetior. Nonagintanouem annis probauit, probatum mundo exemplum dedit fidei & longanimitatis.
Vnde discamus promissionibus diuinis non diffidere, promissa dei non posse excidere, qui sua sapientia, virtute
ac beneuolentia nobis semper est præsentissimus. Dominus naturæ, supra naturam & contra, quæ promiserat da-
re potest. Maximus honor quem deo impendere possumus & offerre is est, vt veritati & virtuti suæ fidamus, etiã
si præ oculis videamus diuersa. Visus est deus ab Abram. Non carnalibus oculis deum vidit, sed visitationem il-
lius sensit, repromissioni credidit, beneficio gratias reddidit. Irenæus & alij patres primi post apostolos ecclesiæ
doctores, senserunt, verbum dei patris suo tempore incarnandum, hoc est, Christum dominum patribus apparuis
se, nunc quidem hac, nunc ista forma, crebro tamen in forma humana, donec ipsam dignatus est, non formã tan
tum, sed ipsam etiã substantiã ac naturã induere, & in ea forma frater noster ac redẽptor promissa patris cõplere.
Dixitq; ad eum, Ego dominus omnipotens, Ambula coram me, & esto perfectus. HIERONYMVS MARCELLAE. H
Ex decem dei nominibus, quæ sunt apud Hebræos, primum & decimum hoc in loco positũ est. Primum enim est
אל el, Quod Septuaginta θεὸμ, id est deum, Aquila ἔτυμολογίαν eius exprimens, ἰσχυρὸν, id est fortem interpre-
tatur. Decimum autem est שדי Saddai, quod Aquila interpretatur ἱκανὸν, quod nos robustum & sufficientem
ad omnia perpetranda accipere possumus. Hoc autem & in Ezechiel interpretatum ponitur. CHRYSO-
STOMVS. Secundum aliam literam, Ego sum deus tuus, esto probatus coram me, & esto irreprehensibilis.
Ego sum (inquit) deus tuus, quasi diceret, Ego sum, qui vsque in præsens res tuas variis modis dispenso. Ego sum
qui te è domo tua euocaui, & huc duxi, qui omni tempore propugnator tuus sum, & qui te inimicis præualere fe
ci. Ego sum, & non dixit simpliciter, ego sum deus, sed ego sum deus tuus. Vide miram bonitatẽ, quomodo hoc
etiam additamento amorem suum erga iustum declarauit. Nam qui totius mundi est dominus, & vniuersi opi-
fex, creator cœli & terræ, dicit, Ego sum deus tuus. Magna grauitas dignitatis quæ iusto tribuitur. Sic & prophetis I
Exo.3. loqui mos est. Nam sicut ipse nunc, cum est dominus communis omnium, à seruo vt peculiaris vocari voluit, &
Psalm. 62. inuenimus eum post hæc dicentem, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, ita & prophetæ dicere con-
sueuerunt, Deus deus meus, non concludentes eius dominium, sed amorem immensum declarantes. Non igitur
mirum si homines hoc faciant, cum & ipse idem faciat. Cæterum ne miremur dilecti, sed audiamus prophetam
Eccli. 16. dicentem, Melior est vnus faciens voluntatem domini, quàm decem mille peccatores. Et iterum audiamus Pau-
Heb. 11. lum dicentẽ, Obambulauerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus non erat dignus
hic mundus. Sic propheta quidem pronunciat, vnum bonum impiis decem milibus meliorem. Beatus vero Pau-
lus doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit, quibus non erat dignus hic mun-
dus. Ita cum dixisset totum mundum, mundo opposuit eos, qui hic vexantur, & affliguntur, vt discas quanta vir-
tutis magnitudo. Atq; ob hoc dominus deus inquit ad patriarcham, Ego sum deus tuus, sis probatus coram me,
& esto irreprehensibilis. INTERLINEARIS. Ego sum dominus omnipotens, qui possum humiliare &
exaltare, ambula coram me, & esto perfectus, hoc est, secundum placitum meum incede, & non timore, sed amo- K
re seruias. RVPERTVS. Hac illius ætate, quid dominus loquitur? Ego (inquit) dominus omnipotens,
ambula coram me, & esto perfectus. Non iam hoc est proficiendi præceptum, sed perfectionis datum. Idcirco re-
Exod. 1. cte præmittit, Ego dominus omnipotens, quia videlicet vt ambulet coram domino Abram, vel alius quis, & per-
fectus sit, hoc omnipotentiæ domini, hoc omnipotentis dei opus est. Omne enim datum optimum, & omne do-
num perfectum desursum est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Ego el victor. Iam dictum est
quod el nomen est dei, sumptum à fortitudine. Tria itaque diuina nomina hic concurrunt, fons essendi (prono-
men enim ego demonstrat tetragrammaton qui apparuit) fortis victor, tum vt non audiamus somnia philoso-
phorum illorum qui diuersis principiis attribuerunt esse fortitudinem & potentiam vincentem, sed vnum atque
eundem omnes credamus deum, in quo & à quo est omne esse, omnis fortitudo, omnis potentia, tum ad signifi-
candum quod ad infra scripta concurret deus vt fons essendi, vt fortis, vt victor, superans omnes rerum naturas,
omnia contraria, omnes vires voluntatum, & cætera. Et apte dicit, Ego fortis victor, ad differentiam cuiusq; for- L
titudinis creatæ. Angeli enim & homines fortes, sunt fortes sic, vt non possint omnia efficere, imo multa ob-
sistentia patiuntur, deus autem fortis est sic, quod habet potentiam vincentem omnia, nullaq; indispositio rece-
teriæ vt hinc manifestaretur, quod deus sic futurus erat fortis ad debellandũ hostes Abram & seminis eius, quod
potentia vincente omnia vsurus esset, vt rei probauit euentus in exitu de Aegypto, & in ingressu in terram pro-
missionis. Ambula coram me, & esto perfectus. Iuxta Hebræum habetur, Ambula ante me, & sis perfectus. Quæ
dicta sunt, possunt ad literam referri ad moralem vitam ipsius Abræ. Et est sensus, profice in studio ac actionibus
tuis, tanquam ambulans ante oculos meos. Nullum enim maius frenum, nulla efficacior ratio componendi ge-
stus, motus, verba, actionésque hominis apparet, quàm ambulare ante faciem principis. Et fructus huiusmodi
profectus apte subditur, & esto perfectus, huiusmodi enim ambulatio hominem ducit ad perfectionem, vnde
scriptum est, Beatus vir qui in sensu cogitabit circunspectionẽ dei. AVCTOR CATENAE. Ego deus om- M
nipotens. Hebraicè est אני אל שדי Ani el Saddai. Et dicunt nomen Saddai à sufficientia deduci, vel quia deus sit
sufficientia nostra, vel quia sibi sufficiat. Ipse enim solus qui nullius eget, sufficit creaturæ rationali & sibi, & om-
nis sufficientia nostra ex eo est, in quo credentes, omnia possunt, sperant, accipiunt, in se vero agnoscũt quàm ni-
hil sint vel possint. At cur Septuaginta tacent omnipotens, cum expresse habeatur in Hebraico & Chaldaica? Ne-
que est ἐγὼ εἰμὶ ὁ θεός σου, Ego sum deus tuus, redũdat enim tuus. Quod vero sequitur התהלך לפני ithallech le-
phanai, Ambula coram me, illi ἐυαρέσει γώπιόν μου, Complace coram me, dixerunt. Et recte quidem, illustrarunt
enim quod erat inuolutum propter locutionem Hebraicam, neque enim aliud est coram deo ambulare, quàm
pro viribus ei se gratum atque amicum ostendere, sicut & retro de Noë dictum est, quem locum Septuaginta eo-
dem modo reddiderunt. Chaldaica fere in idem tendit, habet enim, Seruias coram me. Ambula igitur (ait domi-
nus iusto) coram me, ad nutum scilicet meum viuas, iuxta præceptum meum, sicut filius obsequere per omnia pa
tri, &

A tri, & esto perfectus, fidelis, simplex, non duplici mecum corde pergas. Nihil supra me ames, cor tuum exigo. Id
quod Septuaginta, καὶ γίνου ἄμεμπτος, id est, Et esto irreprehẽsibilis, dixerunt. Perfectio igitur hæc prout viato-
ribus potest competere, potissime in actu diuinę charitatis sita est, vt scilicet deus toto corde synceriter diligatur,
omni inordinata affectione erga res creatas excluſa, quatenus homo nec seipsum, nec aliud quodcunque nisi in
deo, & secundum deum diligat. CHRYSOSTOMVS. Hoc si feceris, non contemnam tuæ virtutis sudo-
res, sed *Ponam fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te uehementer nimis.* Vel ponam testamentum meum inter me
& te, & multiplicabo te valde. Non tantum faciam te in multitudine magna crescere, sed valde, manifestans au-
gmentationem plurimam. Quod supra dicebat, cum diceret arenam & stellas, id hic per aduerbium, valde, signi-
ficauit. CAIETANVS. Subiungitur hic adimpletio fœderis iam initi antequam Abram desponsasset
Agar, dicendo, ponamq; fœdus meum, & cætera. Est enim sensus, & dabo executioni fœdus quod est inter me &
te, & non est sensus, quod faciam tecum nouũ fœdus, sufficit enim illud scriptũ superius decimoquinto capitulo.
B AVCTOR CATENAE. Ponamq; fœdus meum, & cætera. Pactum (inquit) inter nos erit, vt sim tibi deus
benefactor, curator, pater, amicus: & tu mihi obediẽs filius: multiplicabo te carne & spiritu, gratia & gloria, sicut
stellas cœli & arenam maris. Impleta autem est multiplicatio hæc secundum carnem, in Iudæis qui descenderũt
ex Abram per Isaac, & Idumæis qui ex Abram nati sunt per Esau, & Saracenis qui ex eodem sunt orti per Ismaẽ-
lem, imo & aliæ plures gentes descenderunt ex Abram, vt infra habetur. CHRYSOSTOMVS. At gratus
& religiosus famulus, videns tantam dei erga se misericordiam & obsequium atque curam, obstupefactus, ani-
móque versans & naturam suam, & bonitatem immensamque misericordiam dei. *Cecidit pronus in faciem.*
Qua figura suam indicauit gratitudinem. Non solum enim tunc non fuit factus arrogantior, neque superbiebat
propter fauorem dei quem experiebatur, sed & multo magis humiliabatur. Et cecidit (inquit) Abram in faciem
suam. Ita enim gratæ animæ, quanto maiori fruuntur. Fiducia, tanto maiorem deo reuerentiam exhibent.
C AVCTOR CATENAE. Stupet enim puluis & cinis tantam dei gratiam, nec potest superbire vere fi-
delis, nihil deo rependere valemus, præter infirmitatis nostræ & suæ clementiæ confessionem. Ceremoniæ etiam
patriarchæ quia ex fide & intimo corde procedebant, sanctæ erant. *Mystice.*
RVPERTVS. Nonagesimus nonus Abram, tertius decimus Ismaëlis annus est. Ergo centesimus eius-
dem, qua ætate patris Isaac natus est, quartus decimus Ismaëlis annus est. O igitur magna & mira diuinę ordina-
tionis pulchritudo. Cum iam pater Abram æuo frigidus est, & è contra filius ancillæ, calidæ Ismaël adolescentiæ
fines ingreditur, tunc fidei fructus Isaac de libera nascitur, quia videlicet futurum erat, vt iam senescente popu-
lo dei, vigente in paucissimis fide, & vbique abundante seruili iniquitate, repromissius Abræ Christus nasceretur.
Ego (inquit dominus omnipotens) ambula coram me, & esto perfectus. Quare hoc hactenus non dixit, cũ multo-
tiens apparuerit, & locutus illi fuerit? Quare? nisi quia & hoc ad mysterium pertinuit? Sicut enim natiuitas Isaac
typus fuit incarnationis Christi, per quam sanctorum populus expectatam perfectionem obtinuit, sic tunc demũ
D hoc debuit dici, Ambula coram me, & esto perfectus, quando eiusdem Isaac, dono omnipotentis domini, gene-
ratio parabatur. Vnde & perfectionis vinculum continuo subiunxit. Ponámque fœdus meum inter me & te, &
multiplicabo te vehementer nimis. Quod enim fœdus tunc promisit, nisi sacramentum incarnationis & pas-
sionis Christi, quod nunc in reconciliationis humanæ contulit fœdere? Nam quod superius dictum est, in illo
die pepigit dominus fœdus cum Abram, iuramentum fuit, quod iurauit ei, dicens, Semini tuo dabo terram hãc.
Hoc autem quod hic promittit, signanter dicendo, inter me & te, mediatoris dei & hominum promissio, & ad-
uentus eius est. Et quia per positionem huius fœderis amplianda erat propagatio generis Abræ spiritualis, conti-
nuo subiunxit, Et multiplicabo te vehementer nimis. Non contentus fuit dixisse vehementer, sed addidit nimis,
quia videlicet eiusmodi multiplicatio promittitur, cuius neque quantitatem comprehendere, neque dignitatem
æstimare quisquam hominum possit, quæ in spiritu, potius quàm in carne Abræ sit. Ad hæc audienda idoneus
cecidit Abram pronus in faciem, subauditur gratias agens.
E

DIxitque ei deus, Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. Nec ultra 2
uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abrahам, quia patrem multarum gentium constitui
te. Faciámque te crescere uehementissime, & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. Et
statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiter-
no, ut sim deus tuus & seminis tui post te. Daboque tibi & semini tuo post te terram peregrinationis tuæ, o-
mnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroque deus eorum.

CHRYSOSTOMVS. Quia post tantam fiduciam iustus seipsum & naturæ suæ imbecillitatem 2
F videns, neque oculis nutare ausus fuit, sed deorsum aspiciens, suam declarauit reuerentiam, vide iterum boni
dei ineffabilem liberalitatem, *Dixitq;* (inquit) *ei deus, Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisq; pater multarũ gentiũ.*
HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Ecce testa-
mentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium. Notandum quod vbicunque in Græco testamentum
legimus, ibi in Hebræo sermone sit fœdus, siue pactum, id est בְּרִית berith. RVPERTVS. Hoc vtiq; quod
supradixit, multiplicabo te vehementer nimis, plane multiplicatio vehemens & nimia est, esse patrem multarum
gentium, patrem esse omnium credentium, siue qui ex circuncisione, siue qui ex præputio sunt. Nam in Christo
est hoc pactum, de quo nunc ait, & pactum meum tecum. Nec enim qualecunque, sed singulariter magnum est
pactum, de quo nunc ait, & pactum meum tecum, quod enunciaturus præmisit, Ego sum. Hoc (inquam) pactum
in Christo est, mediatore dei & hominum, per quem solum Abram pater factus est multarum gẽtium (imo quod
dictu quoque sanctissimum & dignissimum est) pater omnium dei filiorum. Omnes enim quotquot filij dei di-
cuntur

cuntur & sunt, non nisi per Christum talem gratiam acceperunt, per quem redempti, & deo renati sunt. At ille, G
scilicet Christus, secundum veritatem carnis assumptæ, semen Abræ est, igitur omnium quorum deus pater est,
omnium (inquam) illorum & Abram pater est. Bene ergo supra cecidit in faciem Abrã, adorans & gratias agens,
cum tanti huius muneris acciperet largitatem. CAIETANVS. Ponam pactum meum, id est executionem
pacti mei faciam, & eris in patrem multitudinis gentium. Relege enim caput quintumdecimum, & inuenies du
as partes fœderis, alteram, Semen tuum erit sicut stellæ cœli, alteram, Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Ae-
gypti, & cætera. Vtranque prosequuturus hic deus, incipit à prima, prius enim oportet esse semen Abræ ex pacto,
& deinde dari illi terram. Ecce autem occultum à seculis (vt Paulus dicit) mysterium, quod promittitur Abram
paternitas multitudinis gentium, quæ per vniuersum mundum sparsæ sunt, & non tantum paternitas filiorum
Isaac, aut Iacob, aut omnium filiorum secundum carnem ipsius Abram. Et hic verus literalis sensus est, sed
latuit donec spiritus sanctus docuit apostolos Christi. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est
hoc in loco אני הנה בריתי אתך והיית לאב המון גוים Ani hinne berithi itach vehaiitha leab hamon goim, Ego H
ecce pactum meũ tecum, & eris in patrem multitudinis gentiũ. Sic & Septuaginta. Chaldaica vero etiam sic, &
verbum præteriti temporis addidit, videlicet, Ecce ego pepigi pactum meum tecum, & eris in patrem multarum
gentium. Ecce igitur (inquit dominus) ego sum, solus vult haberi, credi, coli, & amari deus, honorem illum alteri
non cedit, zelotes est. Vt solus noster dominus est, sic totos nos exigit esse suos. Pactum meum tecum, ego tuus,
vt tu sis meus, ego tibi dominus ero, tu te mihi seruum præstabis. Eris pater multitudinis gentium. Iudæi גוים
goim nominant omnes præter se. Horum igitur omnium Abram pater datur, qui & recumbent in regno dei cũ
Abram, Isaac, & Iacob, ipsi vero iuxta carnem tantum filij Abram, eiicientur foras. Quasi dicat deus, sicut ego
summa ipsa veritas infallibilis & incommutabilis sum, ita pactum hoc meum tecum, ratum fixumq; manebit
semper. Locus est hic fortis contra Iudæos. CHRYSOSTOMVS. Hinc etiam deus multiplicationis
eiusdem insigne, ac egregiam promissionem in eius nomine quasi in columna quadam indelebili inscripsit. Vn- I
de & sequitur. *Nec ultra uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.*
HIERONYMVS. Dicunt Hebræi quod ex nomine suo deus quod apud illos tetragrammaton est, ה he lite-
ram Abrahæ & Saræ addiderit. Dicebatur enim primum אברם Abram, quod interpretatur pater excelsus, & post-
ea vocatus est אברהם Abraham, quod transfertur pater multarum, nam quod sequitur gentium, non habetur in
nomine, sed subauditur. Nec mirandum, quare cum apud Gręcos & nos, a litera videatur addita, nos ה literã He-
bræam additam dixerimus. Idioma enim linguæ illius est, per ה he quidem scribere, sed per a legere, sicut è con-
trario, a literam sæpe per e pronunciant. CHRYSOSTOMVS. Considera dilecte, quomodo prædicit &
nunc manifeste omnia, & vt maioribus eum argumentis certum reddat, & literam addit nomini eius, & inquit,
Eris pater multitudinis gentium. Non sicut prius nomen eius transitum indicabat, iuxta Hebræorum linguam,
quia parentes eius nomen hoc indiderant, eo quod à patria sua in Chananæam transiturus erat. Iam forte dixerit
quispiam, cum parentes eius infideles fuerint, vnde illa scientia, vt quod multo tempore postea futurum, nomine K
complecterentur? Sed est etiam hoc omnipotentis sapientiæ dei argumentum, quæ sæpenumero per infideles eius
modi res dispensat, & multa similia inueniemus etiam in aliis facta. Statim enim occurrit nobis & Noë vocabu-
lum, neque enim absque causa & in vanum etiam huic nomen indiderunt parentes, sed præsignarunt subse-
quuturum diluuium. Enimuero & pater huius non ideo puero nomen indidit, quod ipse iustus esset, audi scriptu-
ram dicentem, Noë solus inuentus est iustus, perfectus in generatione ista. Neque obticuisset scriptura, neque di-
xisset, Noë solus iustus erat, si & Lamech pater eius virtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaque puero no-
men (inquit) Et vocabitur nomen eius Noë, hic faciet nos quiescere ab operibus nostris, & à molestiis manuum
nostrarum, & à terra quam maledixit dominus deus. Vnde illi esset præscientia eorum quæ post tot secula erant
euentura? dicit enim, Vocabitur Noë, hic nos quiescere faciet. Nomen autem Noë lingua Hebræorum, quies di-
citur. Itaque quia ingruente diluuio hic solus mundum seruaturus, & posterioris seculi futurus auctor erat, idcir-
co (inquit) hic faciet nos requiescere, requiem diluuium vocans. Nam omnem terram fatigatam, & valde dete-
riorem factam inhabitantium malitia, superueniens diluuij aquarum inundantia, quæ finem malitiæ malorum L
istorum hominum faciebat, & terram repurgauit, quam fecerat immundam inhabitantium malitia, & illos puni-
endo quiescere fecit. Vidisti quomodo & per incredulos multa sæpe præsignari facit? Eodem modo & patriarchę
nomen parentes indiderant, statim ab initio declarantes, quod peregrinus erat futurus, & transiturus flumen in
terram alienam. Inquit igitur, quoniam nomen à parentibus tibi inditum, illud præsignauit, accipe & eius elemẽ
ti additionem, vt scias quod hoc tibi declarat, te multarũ gentium fore patrem. Et vide euidentiam verborum.
Non dixit omnium gentium, sed multarum gentium, quia erant & aliæ gentes expellendæ, vt semen iusti hære-
ditatem acciperet, ideo dicit, Patrem multarum gentium constitui te. INTERLINEARIS. Quia in semi-
ne tuo, id est in Christo omnes gentes crediture. Mutato affectu, mutatur nomen. CAIETANVS. Ab
hoc loco scribendum & proferendum est Abraham. Et aiunt nomẽ Abraham componi ex patre & multitudine,
quod quadrare patet rationi nominis subiunctæ in litera, quia patrem multarum gentium constitui te. Iuxta He- M
bræum habetur, quia patrem multitudinis gentium dedi te. Prius deus dixerat, eris in patrem multitudinis gẽtiũ,
modo dicit, dedi te patrem, & cætera, vt sciatur quod non ex natura erit in patrem, sed ex dei dono datus est pa-
ter. Ratio itaque noui nominis, non paternitas ex natura, sed paternitas ex dono dei redditur: quo fit, vt ab hac
ratione excludatur genus Ismaëlitarum, & reliquorum filiorum Abrahæ ex cõcubina. Fuit itaq; Abrahã carnalis
pater in principio & in medio, sed in consummatione fuit, & est spiritualis. Generatio siquidẽ Isaac & deinceps
vsq; ad Messiam, carnalis fuit, generatio autem per fidem Messiæ qua multitudo gentium filia est Abrahæ, est spi-
ritualis. Vnde sicut de Salomone deus dicet, Ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrẽ, ita supra dictum est
ad Abraham, eris in patrem multitudinis gentium. AVCTOR CA. Quia patrem multarum gentiũ, &c.
Hæc est etymologia nominis eius. Pristinum enim nomen erat Abram. Hamon autem multitudinẽ sonat, quod
si cum Abram componatur, vltima syllaba dempta, fiet Abramham, sed quia esset cacophonia, m, nominis Abrã
demitur

A demitur, fitq; Abraham ex Abra & ham. Ante ergo promissionem Isaac, nomen illius erat Abram, pater excel-
sus, postea autem paternitatis illius celsitudo ornatur interpositione ה literæ, quæ inter sacratiores literas, quibus
nomina dei scribuntur, principalis est, & bis scripta in nomine illo ineffabili, quæ & semel ascripta nomini Abra
hæ, & secundo adscripta Saræ, indicat prærogatiuam quandam maximam datam vtrisque, generandi deum
aliquando de semine suo in Christo nasciturо de beatissima dei genitrice Maria, quæ vera fuit filia Abra-
hæ & Saræ. Vel ostendant Iudæi sacratiorem causam mutatorum nominum per duplex he. Quin & quar-
tus locus literæ in nomine Abraham, significare poterit quartum millenarium, in quo natus deus de semine A-
brahæ secundum Hebræorum supputationem. Mem vero clausum he sequens, interminabile Christi regnum, &
gloriam Abrahæ notare potest, sicut & Esaiæ nono. Hæc nobis non spernẽda videtur ratio adaucti nominis. Vel
dicas non omnis multitudinis Abraham patrem futurum & nominandum, sed illius tantũ quæ deum agnoscit,
B credit & colit. *Faciamq; te crescere uehementissime.* CHRYSOSTOMVS. Dilecti ne perfunctorie trãs-
eamus quæ dicuntur. Nam si cogitauerimus patriarchæ ætatem, quod ille in extrema senecta audiit, stupescemus
iusti virtutem, & misericordis dei eximiam potentiam quia ex homine propemodum mortuo, & membris inua-
lidis, qui & quotidie mortem præ oculis imaginabatur, in tantum auctum iri significauit semen, vt & in multas
gentes fiat, & ex eo reges egrediantur. Vidisti quomodo crescant promissiones? Faciam te crescere (inquit) vehe-
mentissime. Superlatiuum huius aduerbij nõ frustra adiecit, sed vt significet iusto miram multitudinem dandã.
CAIETANVS. In confinio duorum modorum multiplicandi Abraham, repetit deus multiplicationem.
Hactenus de multiplicatione finali locutus est, subiuncturus multiplicationem carnalem, mediam ad illam spi-
ritualem, & propterea verba hæc in confinio ad vtranque multiplicationem referuntur. AVCTOR CA-
TENAE. Ego (inquit) faciam te crescere, ego te multiplicabo valde valde, non tuapte virtute multiplicaberis.
Ideoq; in nonagesimum nonum sterilitatis te distuli annum, vt experireris impotentiam tuam, nam sine me sem
C per sterilis futurus eras cum coniuge tua Sarai. Fructus itaque tuus mihi imputandus est, non tibi. *Et ponam te in*
gentibus, regesq; ex te egredientur. INTERLINEARIS. In gentibus ponam te, quia benedicentur in te
omnes gentes. Regesq; ex te egredientur, vt Dauid, Ezechias, & alij, bene se & subditos regentes. RVPER-
TVS. Necnon & illi reges qui apud deum pro fidei merito noti sunt, de quibus ipse in euangelio, Dico enim Lucæ.10.
vobis, quod multi reges & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Potest tamen non absurde v-
niuersaliter tam de iniquis quàm de iustis regibus accipi. Nam & de Ismaël loquẽs, Duodecim (inquit) duces ge-
nerabit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et dabo te in gentes. Carnalis generis multiplicatio exe-
cutioni mandanda promittitur, datus est enim Abraham per Isaac in gentes (hoc est nationes multas) iuxta mul-
titudinem filiorum Iacob. Duodecim siquidem gentes ex illo prodierunt, Regesq; ex te egredientur. Impletum
esse hoc testatur historia librorum Regum. Non solum multitudinem, sed dignitatem summam generis promit-
D tit deus. AVCTOR CATE. Et ponam te in gentibus, vel in gentes. Prodierunt siquidem ex ipso Ismaë-
litæ, Idumæi & Israëlitæ, Iudæi & christiani. Regesq; ex te egredientur, vel prodibunt. Ismaël duodecim duces ha
buit, Esau vndecim, Iacob duodecim. Et Christum regem regum & dominum. Deniq; vera fides negociosa est,
non sterilis, auget domini familiam in spiritualibus dei virtute, ipse enim agricola est, & purgat, vt fructum plu-
rimum afferat. Omnes itaq; prædictæ gentes te patrem agnoscent, & toto orbe dispersi electi mei, sese tuos iacta-
bunt filios iuxta fidem vel carnem. *Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus*
tuis fœdere sempiterno, ut sim deus tuus & seminis tui post te. CHRYSOSTOMVS. Non solum enim erga te hanc
meam declarabo prouidentiam & curam, sed & erga semen tuum, & post tuam mortem. Vide quomodo refocil
lat animam iusti, promittẽs ei, quod & seminis eius multam curam sit habiturus. Et quæ virtus pacti? vt sim deus
tuus (inquit) & seminis tui post te. Hoc enim erit sibi summa & caput bonorũ. Non dixit simpliciter, vt sim deus,
sed sim deus tuus, nec id tantum, sed & seminis tui post te. INTERLINEARIS. Pactum hoc, pactum est
circuncisionis, quod se statuturum sempiterno fœdere promittit deus, quia aliquid sempiternum significabat. Vt
E sim deus tuus & seminis tui post te, id est voluntate, qui sum potestate RVPERTVS. Quia iam dictum est
Abraham typum tenere antiqui populi sanctorũ, distinctio quam nunc fecit deus, dicendo, inter me & te, & se-
men tuum post te, itemq;, vt sim deus tuus, & seminis tui fœdere sempiterno, sic recte accipiẽda est, vt in nomine
Abraham omnes electos qui ex carne simul & fide eius sunt, in nomine seminis eius, quod post ipsum, omnes ele
ctos ex gentibus intelligamus, qui non quidem caro & sanguis Abrahæ, sed per fidem seminis eius, quod est Chri
stus, semen sunt Abrahæ, semẽ (inquam) posterius, quanto naturalibus ramis qui fracti sunt, posterior est oleaster
qui inseritur. CAIETANVS. Pedetentim deus mandaturus circuncisionem, illam introducit. Primo nãq; Romá.11.
rationem illius proposuit, ad antecedendum ipsum deum, modo relatiue ad initum olim pactum, dicit quod re-
diget illud semel initum fœdus in fœdus semper viuidum cum ipso Abraham & semine eius, intendẽs quod olim
initum fœdus, ne tanq̃ præteritum abolesceret, faciet surgere in fœdus sempiternum, hoc est, semper viuidum.
F Circuncisio siquidem iugis in successione, reddidit fœdus semper viuidũ, vtpote coæuum cuiq; generationi. Nec
sufficit deo hoc explicare, sed adiungit quorsum, videlicet ad esse tibi & semini tuo in Elohim. Ecce finis suscita-
tionis antiqui fœderis in semper viuum per circuncisionem, ad hoc scilicet, vt ego deus sim tibi & semini tuo in
iudicem. Vere circuncisio est professio, quod circuncisus diuino subiicitur iudicio, diuinæ est debitor seruandæ
iustitiæ. Vnde & Paulus docet, quod circuncidens se, debitorẽ se constituit vniuersæ legis faciendæ. AVCTOR
CATENAE. Et statuam pactum meum. Recte Septuaginta pactum ac fœdus hoc, διαθήκην, hoc est dispositio-
nem & testamentum dixerunt, quia in eo testibus adhibitis pepigit deus fœdus cum Abraham, eúmque hæredem
terræ Chananæorum instituit, deinde terræ cœlestis. Toties autem inculcat pactum gratiæ & beneficentiæ, vt fir-
miter credatur sua bonitas, vult enim sibi dominus valde credi, nemo deo nimium fidere potest, sicut nec vene-
rari nec amare. Deo vero qui fidit, non contemnit illius præcepta, vel odit, sed deuote obsequitur. *Daboq; tibi &* Vbi supra.
semini tuo post te terram peregrinationis tuæ omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam. AVGVSTINVS.
Si quem mouet quod dictum est, dabo tibi terram Chanaan in possessionẽ æternã, quomodo accipiatur impletũ,
siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue adhuc expectetur implendũ,cum possessio quæcunq; terrena,æterna cuilibet genti esse non possit, sciat æternum à nostris interpretari quod Græci appellãt ἀιώνιον,quod à seculo deriuatum est,ἀιὼν quippe,Græcè seculum nuncupatur. Sed non sunt ausi Latini hoc dicere seculare, ne longe in aliud mitterent sensum.Secularia quippe dicuntur multa,quæ in hoc seculo sic aguntur,vt breui etiam tempore transeant, ἀιώνιον autem quod dicitur, aut non habet finem,aut vsque in huius seculi tenditur finem. IDEM DE QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæstio est,quomodo dixerit æternam,cum Israëlitis temporaliter data sit terra illa, vtrum secundum hoc seculum dicta sit æterna, vt ab eo quod est ἀιὼν Græcè, quod seculum significat,dictum sit ἀιώνιον, tanquam si Latinè dici posset seculare. An ex hoc aliquid secundum spiritalem promissionem hic intelligere cogamur,vt æternum dictum sit ideo,quia hinc æternum aliquid significat.An potius locutionis est scripturarum, vt æternum appellent,cuius rei finis non constituitur, aut non ita fit, vt deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam vel potestatem facientis,sicut ait Horatius,Seruiet æternum,qui paruo nescíet vti.Non enim potest in æternum seruire,cuius ipsa vita qua seruit,æterna esse non potest. Quod testimonium non adhiberem, nisi locutionis esset.Verborum quippe illi sunt nobis auctores,non rerum vel sententiarum.Si autem defenduntur scripturę secundum locutiones proprias,quę idiomata vocantur,quanto magis secundum eas,quas cum aliis linguis communes habent? IDEM IN LOCVTIONIBVS. Et quod ait,Et semini tuo post te, ibi voluit intelligi quod dixerat tibi. RVPERTVS. Vel sub nomine terræ Chanaan, recte intelligitur illa terra viuentium,quæ euomuit maledictum illum Chanaan,qui vere ex antiquo maledictus est, id est diabolum,quam videlicet terram omnem,per fidem prædictum Abrahæ semen possidebit in æternum.Alioquin si solam hic accipias terram quam tunc Chananæi homines inhabitabant, quomodo stabit quod dictum est, Dabo tibi in possessionẽ sempiternã?Nec solũ hoc loco,sed pene in omnibus huiusmodi sermonibus dei,illa intelligenda terra est,quæ reuera fluit lac & mel,quam respicit dominus deus noster à principio anni vsq; ad finem eius, id est semper. CAIETANVS. Altera pars fœderis fuit promissio terræ Chanaan, & propterea se executurum etiam hoc explicat, & ad eundem finem, videlicet ad hoc vt sit semini Abrahæ in iudicem, id est ad hoc vt ambulent in iustitiis meis, in lege mea, ad hoc vt colant me deum dicentem illis ius.Et cum dixisset terram peregrinationum tuarum,restrinxit appositiue omnem terram Chanaan, ad differentiam terræ Aegypti, in qua etiam peregrinus fuerat.Et pluraliter dicit peregrinationum tuarum,quia pluries peregrinus ibi fuerat.Quod autem dicit in possessionem æternam,superius expositum est, quo sensu dicatur, videlicet perseuerante semine Abrahæ in vero cultu,in vera iustitia dei,hic enim finis,hæc ratio fœderis bis hic explanatur. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est,terram peregrinationis tuæ,Hebraicè est מְגוּרֶיךָ megurécha. Est autem Megure, peregrinatio vel peregrinationes, siue habitatio vel habitacula, prout alias dictum est. Hinc est quod Chaldaica habet,Terram habitationis tuæ,Septuaginta τὴν γῆν ἣν παῴκησας, Terrã quam habitas. Sed idem est sensus. Multã igitur(ait)curam tui seminis geram,etiam postquam obieris,& in sempiternum hanc illis terrã traditurus,in qua tu nunc peregrinaris,in hæreditatem.Semen autem Abrahæ secundum carnem domino gratum,in Christo cessauit,qui fidei filios ex omnibus gentibus deligendos,& spirituale semen,verum & æternum,per spiritum genera-
randum instituit,& in finem temporum vsque conseruabit,& semper augebit, hæredes quidem fidei Abrahæ facti,cohæredes autem Christi,in fide dei veri,& promissionum cœlestium. *Eroq; deus eorum.* CHRYSOSTOMVS. Quid est ero deus eorum?hoc est,multum me eorum curam habere ostendam,& meum subsidium illis præstabo.Propter tuam(inquit) virtutem,& posteri tui erunt mihi commendatiores.

Mysticè.

RVPERTVS. Sed & hoc ad rationem promissionis valenter accedit, quod in patris huius nomine,cuius est secundum carnem filius dominus Christus Iesus filius dei,iam vna præfulget litera nominis domini. Cur

Exo.23. enim vel vnam non haberet literam nominis domini,pater eius, in quo est totũ nomen domini?Sic enim Moy si dictum est de eo,Et est nomen meum in illo.Non dixit super illum,quod commune est omnium, quorum hic

Apoca.3. pater est ex multis gentibus credentium,iuxta illud quod & in Apocalypsi dicitur de vnoquoque credentium,Et scribam super eum nomen dei mei,& nomen ciuitatis nouæ Hierusalem,& nomen meum nouum,sed est nomẽ meum in illo,quod proprium est vnici filij, qui cum sit deus & dominus per omnia,tam nomine quàm re, deo & domino patri consimilis & coæqualis est.

3 *DIxitque iterum deus ad Abraham,Et tu ergo custodies,pactum meum,& semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex uobis omne masculinũ, & circumcidetis carnem præputij uestri, ut sit in signum fœderis inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis omne masculinum in generationibus uestris, tam uernaculus quàm empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe uestra, eritque pactum meum in carne uestra in fœdus æternum.Masculus cuius præputij caro circũcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.*

3 *Dixitq; iterum deus ad Abraham.* CAIETANVS. Non describitur,quod alia vice deus locutus fuerit Abrahæ, sed quod interposito silentio, vel (vt rectius loquar) interposita pausa prosequutus est deus sermonem. *Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Græca exemplaria, Tu autem testamentum meum conseruabis,& semen tuum post te in progenies suas. Conseruabis pro conserua, promissiuum pro imperatiuo modo posuit. CHRYSOSTOMVS. Nihil aliud (inquit) à vobis requiro, quàm obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæcunque pollicitus sum, opere complebo. RVPERTVS. Tanquam diceret, Meæ fuerit gratiæ spontaneum cum homine pactum inire, hominis sit tantam non negligere gratiam, & pactum dei sui non facere irritum. Nam ego quidem non

A non prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita, veruntamen quisquis Psalm.88.
irritum fecerit,ego vltor existam.Tu ergo quoniam homo es,& homo non nisi operoso studio veritatem tenere
potest,quę naturaliter in deo est,tu(inquam)solicitudine adhibita custodi pactum meum,& post te semen tuum.
CAIETANVS. Et tu ergo,& cætera.Ecce altera pars è regione monstrata contrahens fœdus. Hactenus cum
deus demonstrasset se tanquam alteram partem pascíscentem,dicendo ego,prosequutus est quę ex parte eius adimplenda sunt,modo prosequuturus quæ ex parte Abrahæ & seminis eius adimplenda sunt,demonstrat alteram
partem pascíscentem, dicendo:& tu.Oportet siquidem fieri hic punctum.Et est sensus,& ex parte tua. Explicando autem comprehensos sub hac parte, & tu, subiungit custodies pactum meum tu & semen tuum post te in
generationibus suis. AVCTOR CATENAE. Et semen tuum post te. Deficit pronomen tu. Est enim in
Hebræo אַתָּה וְזַרְעֲךָ Ata vezaracha, Tu & semen tuum, Vel tu & filij tui,vt est in Chaldaica. RVPERTVS.
B Deinde declarare volens quod sit pactum hoc,ait, *Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos & semen tuum*
post te. Hoc loco & superiori,pactum,pro signo pacti æquiuoce oportet accipi.Nam paulo inferius sequitur, vt Roman 4.
sit signum fœderis inter me & vos. Quod Paulus quoque apostolus confirmans,ait,Et signum accepit circunci-
sionis,signaculum iustitiæ fidei,quæ est in præputio,vt sit pater omnium credentium per præputium. Itaque cum
& hic scriptura exponens quomodo circuncisionem appellauerit pactum,dicat,vt sit signum fœderis,& Apostolus eandem circuncisionem appellet signum, vel signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, manifestum est
circuncisionem carnis,non ipsum fœdus,sed signum fœderis,non ipsam iustitiam, sed signaculum fuisse iustitiæ
fidei. CAIETANVS. Nec enim nouum fœdus hic producit deus, sed nouum signum antiqui fœderis.
Circuncisio siquidem non nouum est fœdus,sed est nouum signum olim percussi fœderis,quia tamen est signum
seruans semper viuidum initum fœdus, ideo nomen fœderis sortita est, & quandoque appellatur pactum diu-
num,quandoque signum pacti diuini. AVCTOR CATENAE. Subsequenter pacti huius multas ponit
C conditiones, quarum prima est sexus, vnde ait. *Circuncidetur ex uobis omne masculinum.* CAIETANVS. In
pronomine vobis,aduerte prudens lector, quod etiam ipsa verba legis huius monstrant, quod lex circuncisionis
non ligauit mundum, sicut ligat lex baptismi, sed ligauit duntaxat Abraham & semen eius, & illos ad quos ra-
tione Abrahæ & seminis eius,extẽsa paulo inferius est,natos domus & seruos.Propter quod semper repetitur hu-
iusmodi pronomen, vt patet in litera. AVCTOR CATENAE. Sic ergo (inquit) se habet fœdus, quan-
tum attinet ad promissa mea, quæ statuam infallibiliter sicut & per memetipsum iuraui, & non mentiar, tuum
verò & posteriorum tuorum erit, vt circuncidatur ex vobis omne masculinum, in symbolum & rememorati-
uum signum obseruantiæ omnium legum mearum,quas vobis sum suo tempore laturus,vt scilicet alium præter
me deum ignoretis,me solum colatis & reuereamini,& per fidem & vitæ innocentiã ambuletis coram me, vt si-
tis meus peculiaris populus, & ego ero vester deus. Cur autem masculis tantum non etiam mulieribus sit circun-
D cisio imperata, cum tamen & ipsæ originali peccato infectæ sint, & à muliere originale peccatum habuerit or-
tum,& ipsa circuncisio in remedium originalis peccati tradita sit.Ratio est.Quia principium in generatione est
à patre,materiam autem mater ministrat: vnde peccatum originale non contrahitur à matre,sed à patre. Vnde
circũcisio quæ specialiter ordinatur contra peccatum originale, solis maribus competebat.Insuper quod circun-
cisio instituta est vt signum fidei Abrahæ, qui se credidit patrem futurum Christi sibi repromissi,ideo conuenien
ter solos comprehendebat masculos.Sanctus Thomas tertia parte, quæstione septuagesima, articulo secundo ad
quartum. Fœminæ verò alio remedio ab originali purgabantur,videlicet fide parentum & oblatione hostiarum,
quemadmodum ante circuncisionem viri sancti mundabantur, vnde in Actorum libro legitur, Fide purificans
corda eorum. Præterea quanuis prima illa transgressio incœperit à fœmina,vir tamen fuit causa transfusionis o-
riginalis peccati. Nam si ipse non peccasset, originale peccatum non fuisset transfusum,idcirco secundum Apo-
stolum,Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Potest & illa ratio afferri, quia circuncisio signum
fuit distinguens Israël à gentibus, inquantum habebant veram fidem & cultum vnius dei,& datum fuit signum
E hoc tempore legis naturæ,ideo debuit dari in sexu per se intento à natura, qui est sexus masculinus, secundum
enim philosophũ, fœmina est mas occasionatus.Adde quod fides illa & cultus deriuabantur tunc tẽporis ad alios
per generationem carnalem, inquantum patres docebant filios de huiusmodi. In masculo autem est principium
actiuum generationis, & ideo solis masculis data fuit circuncisio pro signo distinctionis fidelium ab infidelibus.
Deinde ponitur alia circuncisionis conditio, quæ est determinatio membri, cum dicitur, *Et circuncidetis carnem*
præputij uestri. RVPERTVS. Hic iam quæritur,cur tali in loco,tali in parte corporis, signaculum iustitiæ fi-
dei, pater noster Abraham acceperit? Si enim signaculum pro signo iustitiæ datum est circuncisionis cauterium,
cur non potius in ea parte vel membro corporis datum est, quod nudum esset, vt semper pateret? Huic ineptæ
obiectiunculæ vt multum pueriliter respondeam,aio, quia si in naso aut in labio, vel certe in auricula, siue in o-
culo signum circuncisionis deus posuisset, damnosa vtique macula faciem hominis deturpasset. Veruntamen
pro re magis serio respondendum est. Signum fœderis secundum Moysen, & signaculum iustitiæ fidei secun-
F dum Apostolum,circuncisionem esse, iam supradiximus, quod diffiteri,nec Iudæus,nec Hebionita possit hæreti-
cus.Constat verò quod fœdus ipsum, vel fides quæ Abrahæ ad iustitiam reputata est,in promissione seminis extitit, in quo benedicerentur omnes gentes. Hoc nempe est, quod credidit Abraham,& reputatum est illi ad iusti-
tiam.Qua ergo in parte corporis, huiusce fidei signaculum magis congrue daretur, quàm in ea, per quam semen
ipsum naturaliter trahitur? Illic vtique congruentius signaculum posuit sponsor, & promissi sui debitor deus,
vt & ipse promissionis, & homo expectationis suæ semper commoneretur. Debitorem nanque se fortiter tene-
ri voluit, qui promissi seminis signum in ipso seminis effusorio credenti posuit homini. Simúlque & illud scien-
dum, quia sicut Noë fidei suæ rectè in nubibus positum est signum, dicente deo, Cumque obduxero nubibus cœ-
lum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum, videlicet quia prædicenti Gene.9.
deo crediderat, quod diluuium aquarũ de nubibus vlterius inundaturum non erat. Sic rectè nihilominus Abra-
hæ quia crediderat dicenti deo quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, in loco seminis, id est, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

genitali corporis parte, signum eiusdem fidei positum est. STRABVS ET INTERLINEARIS. G
Vel in eo membro circuncisio præcepta est, quo libido solet dominari, & corruptionis esse propagatio, quo circuncisus castitatem sibi seruandam, & impudicitiam recidendam cognosceret. AMBROSIVS. Nonne ergo euidenter circuncisio carnis, præceptum est castimoniæ, vt aliquis resecet libidinem carnis, & indomitas luxu ac lasciuia refrenet cupiditates? Etenim circuncisionis vocabulo id præscribitur, vt omnis impuritatis fœtor abstergatur, & incentiuum libidinis auferatur. ALCVINVS. Vel quia in hoc membro Adam culpam inobedientiæ prius cognouit, decuit vt iste in hoc membro signum obedientiæ secundo acciperet, vt ita ostenderetur obedientes quandoque generare filios ad vitam, vnde olim præuaricatores genera uit ad mortem. CAIETANVS. Aut quare deus hoc signum elegerit, & in tali membro, sola dei libertas ratio sufficiens est. Accommodationes tamen multæ afferri possunt, præcipua tamen ratio est, quod Messias ex genere Abraham producendus erat. Nisi enim huius mysterij ratio habita fuisset, quilibet character, seu quæuis nota in quacunque corporis parte suffecisset ad distinguendum, & distinctum seruandum Abraham & genus eius ab aliis nationibus mundi. AVCTOR CATENAE. Est quidem præputium virilis membri pars extrema, quæ in circuncisione præcipitur amputari. Siquis autem gentilium quærat, cur tam fœdum signaculum in verendis membris & locis deo placuerit, idque cum tanto cruciatu infantuli, quasi resectio sit superflui opificij creatoris, & difficile ad persuadendum proselytis, respondebitur illis, infidelibus scilicet qua ratione idipsum placuit olim gentilium multorum sacerdotibus, studiosis astrorum, vatibus ac aruspicibus apud Arabes, Aethiopes & Phœnices. Fideli verò perquirenti circuncisionis causam, respondebitur, Quia sic deo placuit Christi sanguinem & sanguinem militat semper. Crux semper portanda docetur, libidines carnis amputandæ toto corpore. Primitiuum naturæ fructum immundum ostendit, ne turpe aliquid perpetretur, ore, labiis, pedibus, manibus & verendis à fideli. CHRYSOSTOMVS. Tertiò vt doceat & illos & omnes nos quare circunH
cisionem iniunxit, videlicet vt esset assignatus & sibi segregatus populus (inquit) *Vt sit in signum fœderis inter me & te.* Vide sapientiam domini, quomodo cum sciret prauas eorum mentes futuras, signum circuncisionis I
quasi frenum quoddam imposuit, vt ne gentibus commiscerentur. Nam quia sciebat eorum lasciuiam, & quod licet infinities eis insusurraretur, vt se ab illicito contineant, non parerent. Ideo dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circuncisionis signum, quasi vinculum quoddam, deditque eis terminos & regulas, vltra quas transire eis non liceat, & in nullo cum gentibus se commiscerent, sed sua gente contenti essent, vt patriarchæ semen impermixtum maneret, vt sic & promissa in eis compleri possent. Et quemadmodum vir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantem, mandata illi dat, ne vnquam extra vestibula prodeat, neque cum præteruntibus conueniat, ita & misericors dominus circuncisionis signum carni eorum indidit, quasi pedibus vinculum quoddam, vt domesticum habentes signum, non vltra doctrina aliorum opus habeant. THEODORETVS. Circuncisionem itaque deus instituit, vt Abraham & posteri eius inter infideles tanK
quam peregrini commorantes, pietatem semper colerent, signum fidei ac iustitiæ à deo sibi datum, assidue ob oculos habentes. Quodque id verum sit, hinc facile colligi potest, quod Hebræis quadraginta annos in deserto commorantibus, nihil de circuncisione à deo illis mandatum est, quia superuacaneum erat in deserto commorantibus, atque ab omnium gentium consuetudine remotis. At postquam in promissionis terram peruenerunt, deus Iesu Naue iussit vt filios Hebræorum circuncideret. Inter gentes enim commoraturi erant, idcoque signo indigebant, quo ab aliis gentibus secernerentur. Neque verò est cur Iudæi de circuncisione glorientur, cum & Ismaël semiseruus, & vernaculi, & emptitij, & filij Cethuræ circuncisi fuerint, quin etiam Aegyptij circuncisionem ab Hebræis susceperint. DAMASCENVS. Sic igitur circuncisio est signum determinans seu distinguens Israël à gentibus, cum quibus conuersabantur. INTERLINEARIS. Et ideo ait, Vt sit in signum fœderis inter me & vos. In testimonium scilicet, quod ego vester deus, & vos populus meus à gentibus diuisus. ALCVINVS. Ideo etiam Abrahæ circuncisio commendata est, vt sub lege esset. Sicut
L
Adam ne de ligno manducaret, vt probaretur si hoc compleretur, an non. Credidit enim Abraham filium se habiturum in quo benedicerentur omnes gentes, & in cuius nepotibus castitatis & sobrietatis exemplar maneret. Vnde ibi signum fidei accepit, vnde Isaac filius dei non carnis, nasciturus erat, non truncata corporis parte deformior, sed fidei signo gloriosior. Igitur pro deo aliquid perdere, lucrum est, non damnum. Si Adam pactum dei custodisset, Abraham hoc pactum non suscepisset. CAIETANVS. Vt sit signum fœderis, & cætera. Ad vniuersum mandatum circuncisionis refertur hæc clausula, quæ in Hebræo legitur non causaliter, sed copulatiue, Et erit signum fœderis inter me & inter vos. Et dicendo signum fœderis, commemorat proculdubio fœdus initum inter deum & Abraham in capitulo quintodecimo. Nec dissentit Paulus scribens ad Romanos, Abraham accepisse circuncisionem, signum iustitiæ fidei, quoniam sententia eadem redit, paria siquidem sunt, signum diuini fœderis susceptum, proculdubio per fidem qua tunc credidit Abraham deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & signum iustitiæ fidei, de dicta enim fide & iustitia loquitur Paulus. AVCTOR CATE-
NAE. Non omittendum, quod vbicunque apud nos est, & erit in signum vel pactum fœderis inter me & vos, M
in Chaldaica haberi æditione inter verbum meum & vos. Quod semel pro semper adnotasse suffecerit. Est & alia circuncisionis causa, inquantum signum extitit, quia videlicet expresse significauit ablutionem originalis peccati. Primò, quantum ad membrum generationis, per quod originale transfunditur. Secundò, quantum ad pœnam, quæ erat in circuncisione contra delectationem concupiscentiæ, in qua præcipue viget vis fomitis. Tertiò, quantum ad sanguinis effusionem, in qua Christi passio designabatur, per quam satisfaciendum erat pro originali. Habuit præter hæc circuncisio etiam mysticam significationem. Primò moralem, quoniam erat signum (vt iam dictum) castitatis seruandæ, & impudicitiæ recidendæ. Deinde allegoricam, quoniam significauit purgationem per Christum futuram. Tertiò quasi anagogicam, inquantum depositionem corruptibilitatis carnis & sanguinis in resurrectione futuram significabat. CHRYSOSTOMVS. Postea etiam de tempore imperat,
quo con-

A quo conueniat hoc fieri. *Infans* (enim inquit) *octo dierum circuncidetur in uobis.* RVPERTVS. Præter illud quod circuncisionis signum pro testimonio erat genti illi, quia fidem haberet venturi seminis Abrahæ, id est, Christi, in eo quoque mysterium est, quod non quocunque, sed octauo die circuncidetur (inquit) Infans in vobis. Octauus nanque dies infantis, octauam significat ætatem mundi, qua circuncidetur infans, id est, expo- Matth.22.
liabitur orbis. Omni corruptione mortalitatis, & nouus erit mundus vniuersali resurrectione regeneratus. Illi enim qui digni habebuntur seculo illo, & ex mortuis resurrectione, non nubent neque nubentur, neque enim vltra mori poterunt, æquales enim erunt angelis, & filij erunt dei, cum sint filij resurrectionis. Bene ergo infans octo dierum circuncidi iubetur, quia videlicet quod circuncisio signat, octaua ætate mundi perficietur. CAIETANVS. Hic tempus circuncidendi quoad nascituros decernitur. Ratio octaui diei creditur, quia ante octauum diem nimis tener infans valde læderetur dolore circuncisionis, post octauam autem diem versus
B duritiem tendens, plus doloris sentiret. AVCTOR CATENAE. Dies igitur octaua non poterat præueniri, nec oportebat, illis enim qui moriebantur ante diem octauum, valuit contra originale peccatum reme- Vbi supra.
dium illud quod fuit in lege naturæ. *Omne masculinum in generationibus uestris.* AVGVSTINVS. Omne masculinum, pro omnis masculus, quasi posset circuncidi nisi masculus. CAIETANVS. Iungitur hæc clausula cum præcedenti qua dixerat, Infans octo dierum circuncidetur. AVCTOR CATENAE. Et compræhendit omne masculum nascituram ex semine Abrahæ. *Tam uernaculus quàm empticius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe uestra.* RVPERTVS. Subaudi circuncidetur, si in vestram voluerit transire colo- Exod.12.
niam. Sic enim cum dixisset in Exodo, Hæc est religio Phase, aduena & mercenarius non edent ex eo, & cætera, continuò subsecutus ait, Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phasedomino, circuncidetur prius omne masculinum eius, eritque sicut indigena terræ. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur sensus clarior, Natus domus, & emptus argento, ex omni filio alieni qui non ex semine
C tuo ipse. Ita quod tria genera filiorum masculorum comprehenduntur. Primum est filiorum eius, de quibus dixit, Infans octo dierum circuncidetur in vobis, & omne masculinum in generationibus vestris, quod proprie significat pronomen vos. Secundum est masculorum qui nati sunt & nascentur ex familia Abrahæ, & filiorum eius, videlicet ex procuratoribus, ex pastoribus, ministris, & huiusmodi. Tertium est seruorum, quos nominat emptos argento. Quod autem subiungitur, ex omni filio alieni qui non ex semine tuo ipse, refertur ad vtrunque genus, videlicet natos filios domus, & emptos argento, ad explanandum quod vult circuncidi non solùm semen Abrahæ, sed domesticos omnes eorum. AVCTOR CATENAE. Hebraica lectio hoc in loco huiusmodi est: יְלִיד בַּיִת וּמִקְנַת כֶּסֶף מִכֹּל בֶּן נֵכָר אֲשֶׁר לֹא מִזַּרְעֶךָ הוּא: Ielid báith vmiknath cesęph micol ben nechar aser lo mizaracha hu, Et natus domi, & emptus siue possessus argento, ab omni alienigena qui non de semine tuo ipse. Septuaginta, ὁ οἰκογενὴς τῆς οἰκίας σου, καὶ ὁ ἀργυρώνητος ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου, ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σπέρματός σου, Vernaculus domus tuæ, & emptitius ex omni filio alieno qui non est de semine tuo.
D Chaldaica, Tam natus domi tuæ, quàm emptus argento ab omnibus filiis populorum qui non sunt de filiis tuis. Et vt vides, tam Hebraicè quàm Chaldaicè & Græcè, pecunia argentum appellatur. Licet autem hæc litera continere videatur, vt tam vernaculus quàm emptus ab omni extraneo seruus circuncidatur. Placuit tamen maioribus latius eam intelligere, videlicet quod non tam hi, quàm etiam omnes alienigenæ ex gentibus, qui ad Iudæorum legem transire voluerint, circuncidi debeant. Plerique enim tunc erant, qui ad Iudaismum conuertebantur, qui & Proselyti dicebantur. Colligitur ergo hoc loco, obligari ad circuncisionem solos Israëlitas masculos, vel domi natos ex seruis, vel emptitios seruos, alienigenas autem alios cultores dei, ad circuncisionem huiusmodi non obligari, nisi cum Iudæis pascha celebrare voluissent. *Eritque pactum meum in carne uestra* Roma. 4.
in fœdus æternum. AMBROSIVS. Cum Apostolus dixerit Paulus, quia Abraham signum accepit circuncisionis, vtique signum, non ipsa res, sed alterius rei est, hoc est, non veritas, sed indicium veritatis. Denique ipse exposuit, & expressit dicens, Signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. Vnde non incon-
E grue intelligimus, quia circuncisio corporalis, signum circuncisionis est spiritalis. Ergo signum mansit, donec Ioannis.14.
veniret veritas. Aduenit dominus Iesus, qui ait, Ego sum via, veritas, & vita. Qui non partem exiguam corporis in signo, sed totum circuncidit hominem in veritate signum destruxit, veritatem induxit, quia postea quam venit quod perfectum est, quod ex parte erat euacuatum est, & ideo cessauit circuncisio partis, vbi repulsit circuncisio vniuersitatis. Iam enim non ex parte, sed totus homo saluatur, in corpore scilicet & anima. Lucæ.9.
Scriptum est enim, Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc est perfectio circuncisionis, quia per corporis oblationem redimitur anima, de qua ipse dominus ait, Quoniam qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Superest nunc illa quæstionis portio, vtrum debuerit pars præmitti, cum esset ventura perfectio? Qui locus est facilis ad diluendum vel ad discernendum, si consideremus quibus pars mandata sit, quibus seruata perfectio. Pars enim mandata est secundum legem populo Iudæorum, illi dura ceruice, illi infirmo, illi qui deum suum non cognouit. Cum ergo partem non potue-
F rit sustinere, quomodo perfectionem seruare potuisset? Vt si puerulum literis imbuas, à singulis literarum elementis inchoandum est tibi, vt à singulis apicibus ad syllabas, à syllabis eum per ordinem ad nomina oration ênque deducas. Nec potest mare quisquam nauigare intrepidus, nisi qui ante in fluminibus nauigauerit. Denique si quid aut conficiendi itineris, aut leuandi oneris puero velis prouectioque mandare, nunquid æquanda onera sunt, aut conferendus labor? Ita igitur noueris his perfectionem circuncisionis esse seruatam, qui à Christo instituti, validioribus idonei viderentur, vt & fideles probarentur, quorum multitudo innumera crucem suam tolleret, quæ pro Christo animam deuoueret, & increduli non possent resistere, qui in totius corporis immolatione quæri salutem putarent, qui exiguum circuncisionis suæ sanguinem salutarem arbitrarentur. CHRYSOSTOMVS. Habes ergo causam cessationis circuncisionis. Cuius enim rei gratia circuncisio instituta est? nam tunc quidem, vt ne impiis gentibus se Iudæi commiscerent, hoc in mandatis acceperunt, nunc autem propter beneficium veritatis, quæ omnes gentes ad lucem adduxit, quæ circun-

cisionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cisionis vtilitas? Nunquid ad animæ libertatem confert carnis depositio? Non audierunt manifestè deum di- G
centem, Et erit in signum pacti, quasi demonstrantem, quod ob multam insipientiam tali signo indiguerit. Ita
enim & in humanis rebus nonnunquam fieri solet. Quando non habemus aliquibus fidem, curamus vt ab ipsis
signum pignoris loco accipiamus. Similiter & omnium dominus, sciens mentium inconstantiam, hoc ab eis
signum petere voluit, non vt maneat signum hoc, sed vt quando signata finem accipiunt, & signi vsus aufe-
ratur. Nam sicut qui signum repetunt, & pignus accipere volunt, cum negotium perfectum fuerit, tunc &
signum tollunt, ita etiam hic, cum signaretur populus patriarchæ,, signum hoc apud Iudæos introduci oporte-
bat, quo ad gentes illæ propter quas signum accipiebant, esse cessarent, & cum ad veritatis lucem accesserint,
eorum est, non tam propriæ ingratitudinis iudicium circunferre, sed liberum esse, & ad pristinam generosita-
tem redire. Verum ingrati & insensati Iudæi, quanuis iam illuxerit veritas, adhuc in vmbra sedent, & quanuis
sol iustitiæ infulserit, qui lucis suæ radios vndique emisit, adhuc candelari luci sunt addicti, & quanuis sit tem-
Roma.4. pus vt solido pascantur cibo, ipsi adhuc lacte nutriuntur. Neque beatum Paulum audire volunt clamantem & H
dicentem de patriarcha, Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei in præputio. Vide quomo-
do vtraque nos docuit, & quod acceperit signi loco circuncisionem, & quod cum præputiatus erat, iustitiam à
Act.22. fide declarauerit, quippe ne impudenter Iudæus dicat, Nonne circuncisio ei iustitiam conciliauit? Idcirco bea-
tus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprime institutus, inquit, Ne putetis impudentes Iudæi, quod
circuncisio nobis aliquid ad iustitiam conferat, nam cum tempore præputij fidem præ se ferret, audiit, Credidit
autem Abraham deo, & reputatum est ei in iustitiam. Cum igitur esset iam iustus ob suam in deum fidem, in
signum circuncisionem accepit. RVPERTVS. Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.
Hoc dicto Iudæi carnis circuncisionem defendere contendunt, quia videlicet dictum est in fœdus æternum,
tanquam hoc idem sit ac si diceretur, exercendæ circuncisionis ritum seruabitis in æternum. Sed iam supradi-
ctum est, non fœdus esse circuncisionem, sed fœderis esse signum. Et cuius fœderis? Nempe expectandi semi-
nis ex stirpe Abrahæ, in quo omnes gentes benedicerentur. Quisquis enim circunciditur, semen quod Abra- I
hæ promissum est, & si non conscientia, signo tamen illo venturum se expectare profitetur. Circuncidetis (in-
quit scriptura) carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. Cum ergo semen illud iam vene-
rit, iam natus sit Christus, iam illo dato in benedictionem cunctis gentibus, veritas dei impleta sit, quisquis ad-
huc circunciditur, venisse negat eum, quem tali signo venturum se expectare pronunciat, & perinde illum qui
Galat.5. iam venit, vtique Christum esse denegat. Rectè itaque & veraciter Apostolus, Si circuncidamini (inquit) Chri-
stus vobis nihil proderit. Cum ergo dicitur, erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum, non est in-
telligendum, quod æterna futura sit circuncisio, quomodo enim circuncidendi ritus æternus esse poterit, cum
sine dubio nascendi vel generandi successio finem habitura sit? sed sensu supradicto, ad eum qui vera caro de
Ephes.2. carne illorum est, respicit Christum, dei hominúmque mediatorem, in quo veraciter pactum vel fœdus est in
Coloss.1. æternum, quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, in quo omnes inimicitiæ dissolutæ, & cœlestia cum K
terrestribus in æternum purificata sunt. INTERLINEARIS. Vel in fœdus dixit æternum, quia illos in æ-
ternitatem ducet. CAIETANVS. Eritque pactum, & cætera. Desiderant hic multæ dictiones, nam in
Hebræo habetur, Circuncidendo circuncidetur natus domus tuæ, & emptus argento tuo, & erit pactum meum
in carne vestra in pactum perpetuum. Extendit consequenter pronomen vos, ad adultos tunc domesticos A-
brahæ, præcipiendo quod vtrunque genus, scilicet tum nati domus, tum serui empti circuncidatur. Quod au-
tem dicit, & erit pactũ meum in carne vestra in pactũ perpetuũ, iam expositum est. Est enim sensus, & erit pactũ
meum olim tecum initum in pactum perpetuum, in pactũ semper viuum in carne vestra circuncisa. Hoc enim
præmiserat & promiserat dicendo, & surgere faciam pactum meum, & cætera. Illud enim sic adimpleri mo-
do manifestat. AVCTOR CATENAE. Veritas quidem est, quod multa verba interponuntur in He-
bræo, quæ non sunt versa ab interprete, videlicet הִמּוֹל יִמּוֹל יְלִיד בֵּיתְךָ וּמִקְנַת כַּסְפֶּךָ Himmol immol ielid béth-
cha vmiknath casphécha, Circuncidendo vel circuncisione circuncidetur natus domi tuæ, & emptus argento
tuo. Sic & Chaldaica. Quæ quia supra dicta fuerant, noluit ea interpres repetere. Is enim mos est linguæ He- L
braicæ, vt eadem frequenter in ea inculcentur, vt supra capite quinto, Noë erat vir iustus, Et Noë inuenit gra-
tiam coram domino, Et genuit Noë tres filios, quæ in pauciora verba coarctasset Græcus & Latinus sermo, sed
hæc Hebraica (vt dictum est) phrasis est, quæ prudenter omissa est ab interprete. De dictione etiam עוֹלָם olam,
alias diximus. Fœdus etiam sempiternum, vel perpetuum, aut æternum, dicitur non semper duraturum, sed
prolixo tempore, donec scilicet veniret semen promissum, in quo omnes gentes erant benedicendæ, aut do-
nec terram promissionis possiderent, non in Aegypto vel eremo, sicut nec alia cerimonialia obligabant extra
promissionis terram, quam sua culpa irrecuperabiliter Iudæi perdiderunt. Sed restat dubium, cur deus circun-
cisionem instituerit tempore Abrahæ ante legem scriptam, per Moysen datam? Respondetur, quod lex proprie
communitatem concernit, non vnam personam duntaxat. Idcirco non nisi populo fideli adunato dari debuit.
Hinc oportuit populum fidelem prius congregari ab aliisque distingui, quam lex dei sibi daretur. Hæc autem M
congregatio & distinctio, per aliquod signum fieri debuit, & deo iubente per circuncisionis signaculum facta
est, ideo ante legislationem circuncisio data est. Conuenienter quoque hoc factum est tempore Abrahæ, quan-
do genus humanum ex infectione originalis peccati vsque ad profundissimum corruit vitiorum, puta ad idolo-
latriam, & vitia contra naturam. Sicque tunc maxime indigebat remedio, & cognitione futuræ purgationis per
Christum, manifestámque de semine nascituro fieri promissionem, in quo omnes gentes benedicerentur, & à
vitiis mundarentur. Tunc etiam decuit signa dari castitatis contra corruptissimam concupiscentiam carnis.
Ideoque Abrahæ primo data est circuncisio in signum paternitatis, tanquam ei ex quo nasciturus erat Christus
vitiorum destructor, atque in signum fidei ac distinctionis ab infidelibus, & in signum munditiæ obseruandæ.
CHRYSOSTOMVS. Et notandum, quod prius quidem nomini Abrahæ litera additur, deinde autem cir-
cuncisio imperatur, quo ostendit deus, quod ob multam virtutem iustum iam peculiariter possederit, & propter
illum

A illum etiam eos qui illi nascituri erant. Et quemadmodum si quis seruum possidet, nomen eius & figuram sæ-
pe immutat, omniáque facit, vt sciatur suus esse, & dominium suum innotescat, ita nimirum & omnium do-
minus, quasi posthac separare eos volens ab aliis hominibus, adiecta quidem litera declarauit, quod multorum
populorum esset pater, circuncisione autem, quod electus eius populus futurus esset, & ab aliis gentibus seque-
stratum semen ex eo nasciturum. Mox transgredientium circuncisionis præceptum pœna decernitur, & dici-
tur, *Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactũ meum irritũ fecit.* RV-
PERTVS. Tanquam diceret, Masculus qui supradictum fœderis mei signum non susceperit, id est, non cir
cuncidit carnem præputij sui, ille fidem seminis tui negauit. Porrò sine fide seminis tui quod est Christus, sal-
uari impossibile est. Delebitur igitur anima illa de populo suo, id est, non connumerabitur inter populos, quo-
rum te patrẽ constitui. Quare? videlicet, quia pactum meũ irritum fecit, id est, quia in Adam præuaricatus est,
cuius tunc erat in lumbis, & nunc exortus, præuaricationem illius, quàm tuam fidem sequi, & imitationem
B peccati, quàm expectationem seminis tui suscipere maluit. Vnde enim inter deum & homines inimicitiæ, nisi
quia primus homo pactum dei in paradiso præuaricatus est? Ergo qui non accipit eius testimonium, per quem
solum illæ inimicitiæ soluuntur, qui (inquam) non signatus est ante aduentum eius signaculo, quale tunc po-
situm fuit, & qui non signatur post aduentum eius signaculo ipsius, quale nunc positum est, merito perit pro
eadem culpa primæ præuaricationis. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Cap.17.
Si quem ergo moueat quomodo intelligi oporteat quod hic dictum est, cum nulla culpa sit paruuli, cuius dixit
animam perituram, nec ipse dissipauerit testamentum dei, sed maiores qui eum circuncidere non curarunt,
dicemus quia etiam paruuli non secundum suæ vitæ proprietatem, sed secundum communem generis huma-
ni originem, omnes in vno illo testamentum dei dissipauerunt, in quo omnes peccauerunt. Multa quippe ap-
pellantur testamenta dei, exceptis illis duobus magnis vetere & nouo, quod licet vnicuique legendo cognosce-
re. Testamentum autem primum quod factum est ad hominem primum, profectò illud est, Qua die ederitis,
C morte moriemini. Vnde scriptum est in libro qui Ecclesiasticus appellatur, Omnis caro sicut vestis veterascet.
Testamentum enim est à seculo, morte mori eos, qui transgrediuntur præcepta dei. Hoc etiam pacto quod le-
gitur in psalmo verum est, Præuaricatores æstimaui omnes peccatores terræ, nam omnes legis alicuius præua-
ricatæ sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti. Quamobrem si etiam paruuli (quod vera fides habet) na-
scuntur, non proprie, sed originaliter peccatores, vnde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam con-
fitemur, profectò eo modo quo sunt peccatores, etiam præuaricatores legis illius, quæ in paradiso data est, a-
gnoscuntur. Sic intelligenda sunt hæc diuina verba, tanquam dictum sit, Qui non fuerit regeneratus, interi-
bit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipauit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse
peccauit. Si enim dixisset, quia hoc testamentum meum dissipauit, non nisi de ista circuncisione intelligi co-
geret. Nunc verò quoniam non expressit cuiusmodi testamentum paruulus dissipauerit, liberum est intellige-
D re de illo testamento dictum, cuius dissipatio pertinere possit ad paruulum. Si autem quisquam hoc non nisi de
ista circuncisione dictum esse contendit, quia in ea testamentum dei qui non est circuncisus dissipauerit paruulus,
quærat loquutionis aliquem modum, quo non absurde possit intelligi, ideo dissipasse testamentum, quia licet
non ab illo, tamen in illo est dissipatum. Verum sic quoque animaduertendum est, nulla in se negligentia sua
iuste interire incircuncisi animam paruuli, nisi originalis obligatione peccati. INTERLINEARIS. Vel
delebitur anima illa de populo suo, id est, nõ cõputabitur inter sanctos, nec de cœtu sanctorum, de quib9 dicitur,
Tu autẽ ibis ad populũ tuũ. DIODORVS. Sed Syra & Hebræa æditio habet, Omnis qui non circuncide-
rit, pro quo alij, Omnis qui non circũcidetur. Ex quo colligitur, non infantibus, sed illorũ parentibus diuini man
dati transgressoribus, à deo pœnas infligi. CAIETANVS. Aduerte quod hęc litera dupliciter legitur, quidã
nãq; legunt circuncisionem passiue, vt habet vulgata æditio. Alij verò legunt circuncisionem actiue, qui non cir-
cuncidet carnẽ præputij sui. Vtra harũ lectio vera seu verior sit, scito quod inter has duas hęc apparet prima fron
te differentia, quod iuxta primã obnoxij sunt pœnæ omnes masculi incircuncisi tam infantes quàm adulti, iux-
E ta secundam verò soli adulti. Sed re vera nulla est in sensu differentia, si iuxta Hebræum verba pensentur, siue
actiue, siue passiue lecta, nam sic habetur, Clausus masculus cuius caro præputij circuncisa non erit, vel, qui car-
nem præputij sui non circuncidet, destruetur anima ipsa de populis suis, pactum meum fregit. Quadrat in pri-
mis rationi, vt non puniatur nisi qui culpam commisit, ac per hoc soli adulti puniantur, quoniam infantes nul-
lam possunt culpam committere. Quadrat etiam literæ clausus masculus. Appellant enim Hebræi incircunci-
sum clausum, & pelliculam circuncisionis appellant clausuram, eo quod claudat glandem. Superflue siquidem
in hac lege diceretur clausus, nisi ad restringendum legem ad adultos, quilibet enim masculus nascitur clau-
sus, sed non quilibet adultus ex semine Abrahæ, adultus futurus erat clausus, imò communiter circuncisus.
Siquis autem adultus circuncisus sit, hic directè comprehenditur sub hac lege, dicente, clausus masculus qui
non circuncidet carnem præputij sui, vel cuius caro præputij circuncisa non fuerit, proculdubio voluntarie.
F Quadrat & rationi subiunctæ, videlicet pactum meum fregit, constat siquidem quod actio ista quæ est frange-
re pactum meum, non habet locum in infantibus, sed tantum in adultis, in quorum potestate est seruare, vel
violare circuncisionis fœdus diuinum. Apposita autem pœna, ad præsentem vitam spectare videtur, nam apud
Hebræos anima pro vita vsurpatur. Et iuxta Hebræum pluraliter legitur de populis suis, ad significandum quod
huiusmodi pœna mortis corporalis non promulgabatur pro tunc, sed pro futuro tempore, quo semen Abrahæ
in multos populos diuisum foret, quod tunc fuit, quando post egressum ex Aegypto filij Israël ingressi sunt
terram promissionis, & per diuersas ciuitates sparsi, constituerunt plures populos, partes tamen vnius tota-
lis populi Israël. Ad illud itaque tempus refertur hæc pœna, destruetur anima ipsa de populis suis. Præcepit si-
quidem deus tempore Abrahæ, vt cum aduenerit tempus quo semen suum erit in terra Chanaan obtinens ci-
uitates, non patiantur adultum aliquem incircuncisum, sed siquis non vult circuncidi, exterminetur vita e-
ius. AVCTOR CATENAE. Masculus cuius præputij, & cætera. Hebraica hoc in loco sunt huius-

modi

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi וְעָרַל זָכָר אֲשֶׁר לֹא יִמּוֹל אֶת בְּשַׂר עָרְלָתוֹ Vearel zachar aſer lo immol eth beſar arlatho, Et præputiatus maſculus qui non circunciderit carnem præputij ſui. Alij, & præputiati maſculi cuius non circuncisa fuerit caro præputij eius, legunt. Cui ſenſui fauent & Septuaginta, habentes, καὶ ἀπερίτμητος ἄρσην, ὃς οὐ περιτμηθήσεται τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται, καὶ ἀφανισθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, Et incircuncisus maſculus qui non circuncidet carnem præputij ſui in die octaua, exterminabitur, & delebitur anima illa de genere ſuo. Chaldaica verò priori fauet lectioni, videlicet, Et maſculus habens præputium, qui non circunciderit carnem præputij ſui, peribit homo ille de populo ſuo. Verbum autem Charath, exterminare vel perire ſignificat. Exterminatio autem ſecundum Hebræos eſt, qua quis moritur ante legitimum tempus. Alij putant intelligendum per exterminationem, nominis & poſteritatis deletionem. Anima verò hic pro corpore animato ponitur. Igitur exterminari animam, vel eius qui non circunciderit, vel illius qui non fuerit circunciſus, eſt ferre iudicium infidelitatis contemptúſque diuini. Imputabuntur illi omnia peccata reliqua velut incredulo. Non erit particeps promiſſionum dei, ius non habebit poſſidendi terram promiſſam patribus. Secundum Iudæos morietur ante quinquageſimum annum ætatis ſuæ, vel non relinquet poſt ſe ſemen. RVPERTVS. Quærat nunc aliquis, Cur ergo ſancti patres ante aduentum Chriſti non introibant in regnum dei, ſi per fidem Chriſti in circunciſione fuerant iuſtificati & ipſi? Ad quod é diuerſo reſpondemus. Cur ſacramentis ſanctæ eccleſiæ, verbi gratia, corporis & ſanguinis domini communioni non admittuntur catechumeni noſtri? Nonne corde credunt, & ore confitentur fidem Chriſti? Videlicet inquis, quia nondum ſacro fonte ſunt regenerati. Ita plane veteres ſancti, idcirco ab illa cœlesti gloria non debebant in communionem gloriæ, & viſionis recipi diuinæ claritatis, nec fas erat vt inter candorem innocentiæ vel claritatis angelicæ, reciperentur qualeſcunque humani generis iuſtitiæ, quæ omnes (teſtante Eſaia) ſic erant, ſicut pannus menſtruatæ, niſi prius lotæ eſſent ſanguinis & aquæ de Chriſti latere profluentis inundatione.

Eſaiæ.64.

Myſticè. Homil.3. ORIGENES SVPER GENESIM. Sed requirere volo, ſi omnipotens deus qui cœli ac terræ dominatum tenet, volens teſtamentum ponere cum viro ſancto, in hoc ſummam tanti negotij collocabat, vt præputium carnis eius, ac futuræ ex eo ſobolis circunderetur. Hoccine (inquam) erat, quod cœli ac terræ dominus, ei quem è cunctis mortalibus ſolum delegerat, æterni teſtamenti munere conferebat. Hæc enim ſunt ſola, in quibus magiſtri & doctores ſynagogæ ſanctorum gloriam ponunt. Eccleſia verò Chriſti, quæ per prophetam dixerat, Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus, quomodo honoret amicos ſponſi ſui, & quantam eis gloriam conferat, cum geſta eorum reuoluit, veniant (ſi videtur) & audiant. Nos ergo imbuti per apoſtolum Paulum, dicimus, quia ſicut multa alia in figura & in imagine futuræ veritatis fiebant, ita & circunciſio illa carnalis, circunciſionis ſpiritalis formam gerebat. De qua & dignum erat, & decebat deum maieſtatis præcepta mortalibus dare. Audite ergo quomodo Paulus doctor gentium, in fide & veritate, de circunciſionis myſterio, Chriſti eccleſiam docet. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt (inquit) neque quæ manifeſte eſt in carne circunciſio, ſed qui in occulto Iudæus circunciſione cordis, in ſpiritu non litera. Vos ergo populus dei, & populus in acquiſitionem electus ad enarrandas virtutes domini, ſuſcipite dignam circunciſionem verbi dei in auribus veſtris, & in labiis, & in corde, & in præputio carnis veſtræ, & in omnibus omnino membris veſtris. Circunciſæ nanque ſint aures veſtræ ſecundum verbum dei, vt vocem non recipiant obtrectantis, vt maledici & blaſphemi verba non audiant, & falſis criminationibus, mendatio, irritationi non pateant. Oppilentur & clauſæ ſint, ne iudicium ſanguinis audiant, aut impudicis canticis, & theatralibus ſonis pateant. Nihil obſcœnum recipiant, ſed ab omni ſcæna corruptionis auerſæ ſint. Hæc eſt circunciſio, qua eccleſia Chriſti aures ſuorum circuncidit infantium. Iſtæ credo ſunt aures, quas in auditoribus ſuis requirebat dominus, dicens: Qui habet aures audiendi audiat. Nemo enim poteſt incircunciſus auribus & immundus, munda verba ſapientiæ & veritatis audire. Veniamus (ſi vultis) & ad labiorum circunciſionem. Ego puto quod incircunciſus ſit labiis, qui nondum ceſſauit à ſtultiloquio, à ſcurrilitate, qui bonis derogat, qui criminatur proximos, qui inſtigat lites, qui calumnias mouet, qui fratres inter ſe falſa loquendo conuertit, qui vana, inepta, ſecularia, impudica, iniurioſa, proterua, blaſphema, & cætera quæ indigna ſunt chriſtiano ore, proloquitur. Si quis verò ab his omnibus continet os ſuum, & diſponit ſermones ſuos in iudicio, verboſitatem reprimit, linguam temperat, verba moderatur, iſte meritò circunciſus labiis dicitur. Sed & qui iniquitatem in excelſo loquuntur, & extendunt in cœlum linguam ſuam, ſicut hæretici faciunt, incircunciſi & immundi labiis dicendi ſunt. Circunciſus verò, & mundus eſt, qui ſemper verbum dei loquitur, & ſanam doctrinam euangelicis & apoſtolicis munitam regulis profert. Hoc ergo modo, & circunciſio labiorum datur in eccleſia dei. Nunc verò ſecundum pollicitationem noſtram, qualiter etiam carnis circunciſio ſuſcipi debeat, videamus. Membrum hoc, in quo præputium videtur eſſe, officiis naturalibus coitus, & generationi deſeruire nemo eſt qui dubitet. Si quis igitur erga huiuſcemodi motus non importunus exiſtat, nec ſtatutos legibus terminos ſuperet, nec aliam fœminam quàm coniugem legitimam nouerit, & in ea quoque ipſa poſteritatis tantummodo cauſa certis & legitimis temporibus agat, iſte circunciſus præputio carnis ſuæ dicendus eſt. Qui verò in omnem laſciuiam proruit, & per diuerſos & illicitos paſſim pendet amplexus, atque in omnẽ libidinis gurgitem fertur infrenis, iſte incircunciſus eſt præputio carnis ſuæ. Verum eccleſia Chriſti, gratia eius qui pro ſe crucifixus eſt, roborata, non ſolùm ab illicitis nefandiſque cubilibus, verumetiam à conceſſis & licitis temperat, & tanquam iam virgo ſponſa Chriſti, caſtis & pudicis virginibus floret, in quibus vera circunciſio carnis præputij facta eſt, & vere teſtamentum dei, & teſtamentum æternum in eorum circunciſa carne ſeruatur. Supereſt nobis etiam deſignare circunciſionem cordis. Si quis eſt qui obſcœnis deſideriis, & fœdis cupiditatibus æſtuat & (vt breuiter dicam) qui mœchatur in corde, hic incircunciſus eſt corde. Sed & qui hæreticos ſenſus mente continet, & blaſphemas aſſertiones contra ſcientiam Chriſti diſponit in corde, hic incircunciſus eſt corde. Qui verò puram fidem in conſcientiæ ſyncritate cuſtodit, iſte circunciſus eſt corde.

A corde. De quo dici poteſt, Beati mundo corde, quia ipſi deum videbunt. Ego verò audeo ex ſimili etiam hæc propheticis vocibus addere. Quia ſicut oportet auribus, & labiis, & corde, & carnis præputio, ſecundum ea quæ ſupra diximus, circuncidi: ita fortaſſe & manus noſtræ indigent circunciſione, & pedes, & viſus, & odoratus, & tactus. Vt enim perfectus ſit homo dei in omnibus, cuncta circuncidenda ſunt membra. Manus quidem à rapinis, à furtis, à cædibus, & ad ſola dei opera pandendæ. Circuncidendi ſunt pedes, ne veloces ſint ad effundendum ſanguinem, & ne intrent in concilium malignantium, ſed vt tantum pro mandatis dei circumeant. Circuncidantur & oculi, ne concupiſcant aliena, ne videant ad concupiſcendam mulierem. Qui enim erga fœminarum formas laſciuo & curioſo oberrat aſpectu, iſte incircunciſus eſt oculis. Sed & ſiquis eſt, qui ſiue bibat ſiue manducet (ſicut Apoſtolus præcipit) ad gloriam dei manducat, & bibit, iſte circunciſus eſt guſtu. Cuius autem deus venter eſt, & ſuauitatibus gulæ deſeruit, huius incircunciſum dixerim guſtum. Si quis Chriſti odorem bonum capit, & in operibus miſericordiæ o- B dorem ſuauitatis requirit, huius circunciſa eſt odoratio. Qui verò primis vnguentis delibutus incedit, iſte incircunciſus odoratu dicendus eſt. Sed & ſingula quæque membrorum, ſi in officiis mandatorum dei deſeruiant, circunciſa dicenda ſunt. Si verò vltra præſcriptas ſibi diuinitus luxuriant leges, incircunciſa reputanda ſunt. Et hoc puto eſſe quod Apoſtolus ait, Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Cum enim iniquitati ſeruirent membra veſtra, non erant circunciſa, nec erat in eis teſtamentum dei. Cum verò cœperint ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, promiſſio quæ ad Abraham facta eſt, impletur in eis. Tunc enim lex dei & teſtamentum eius, ſignatur in eis. Et hoc eſt vere ſignum fidei, quod inter deum & hominem æterni fœderis continet pactum. Iſta eſt circunciſio, quæ petrinis machæris per Ieſum populo dei data eſt. Quæ eſt autem machæra petrina, & qui gladius quo circunciſus eſt populus dei? Audi Apoſtolum dicentem, Viuus eſt dei ſermo, & efficax, & acutior omni gladio vtrinque acuto, pertingens vſque C ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & eſt diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Iſte ergo eſt gladius, quo circuncidi debemus, de quo dicit Ieſus dominus, Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Non tibi videtur dignior hæc eſſe circunciſio, in qua teſtamentum dei debeat collocari? Confer (ſi placet) hæc noſtra cum Iudaicis fabulis, & narrationibus fœtidis, & vide ſi in illis, an in his quæ in Chriſti eccleſia prædicantur, circunciſio diuinitus obſeruetur. Si non etiam ipſe ſentis & intelligis hanc eccleſiæ circunciſionem, honeſtam, ſanctam, deo dignam, illam turpem, fœdam, deformem, ipſo etiam habitu & aſpectu κακέφατον proferentem. Et erit (inquit deus ad Abraham) circunciſio & teſtamentum meum ſuper carnem tuam. Si ergo talis fuerit vita noſtra, ita omnibus membris quadrata & compoſita, vt vniuerſi motus noſtri ſecundum dei leges agantur, vere teſtamentum dei erit ſuper carnem noſtram. Hæc quidem breuiter à nobis de veteri teſtamento tranſcurſa ſint, ad con- D futandos eos, qui in carnis circunciſione confidunt, ſimul & ad eccleſiam domini ædificandam. Sed venio etiam ad nouum teſtamentum, in quo eſt plenitudo omnium, & inde volo oſtendere, quomodo & nos poſſimus nouum teſtamentum domini noſtri Ieſu Chriſti habere ſuper carnem noſtram. Non enim ſufficit ſolo nomine & verbo hæc dici, ſed rebus oportet impleri. Ioannes quippe Apoſtolus dicit, Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum in carne veniſſe, à deo eſt. Quid ergo? ſi peccans quis, & non rectè agens confiteatur Ieſum in carne veniſſe, in ſpiritu dei videbitur confiteri? Non eſt hoc teſtamentum dei habere in carne, ſed in voce. Dicitur ergo ad eum ſtatim. Erras homo, regnum dei, non in ſermone eſt, ſed in virtute. Quomodo ergo erit teſtamentum Chriſti ſuper carnem meam, requiro? Si mortificauero membra mea quæ ſunt ſuper terram, teſtamentum Chriſti habeo ſuper carnem meam. Si ſemper mortem Chriſti in corpore meo circunferam, teſtamentum Chriſti eſt in corpore meo. Quia ſi compatimur, & conregnabimus. Si complantatus fuero ſimilitudini mortis eius, teſtamentum eius oſtendo eſſe E ſuper carnem meam. Quid enim prodeſt, ſi in illa tantum carne quam de Maria ſuſcepit, dicam veniſſe Chriſtum, & non oſtendam etiam in hac mea carne, quod venerit? Oſtendo autem ita demum, ſi quemadmodum prius exhibui membra mea ſeruire iniquitati ad iniquitatem, nunc ea conuertam, & exhibeam ſeruire iuſtitiæ ad ſanctificationem. Teſtamentum dei oſtendo eſſe in carne mea, ſi potuero dicere ſecundum Paulum, Quia Chriſto concrucifixus ſum, Viuo autem iam non ego, viuit verò Chriſtus in me. Et ſi potuero dicere, vt ipſe dicebat, Ego autem ſtigmata domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Vere autem ille oſtendebat teſtamentum dei eſſe ſuper carnem ſuam, qui dicebat, Quis nos ſeparabit à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu? tribulatio? an anguſtia? an periculum? an gladius? Si enim voce tantummodo confiteamur dominum Ieſum, & non oſtendamus teſtamentum eius eſſe ſuper carnem noſtram, ſecundum hæc, quæ ſupra expoſuimus, videbimur etiam nos ſimile aliquid facere Iudæis, qui ſolo circunciſionis ſigno, deum ſe confiteri putant, factis autem negant. Nobis autem præ- F ſtet dominus corde credere, ore confiteri, operibus comprobare, teſtamentum dei eſſe ſuper carnem noſtram, vt videntes homines opera noſtra bona, magnificent patrem noſtrum, qui eſt in cœlis, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

DIxit quoque deus ad Abraham, Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai, ſed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo dicens, Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad deum, Vtinam Iſmael uiuat coram te. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 CHRYSOSTOMVS. Age videamus post circuncisionis præceptum, quid misericors deus patriarchæ loquatur & proponat. *Dixit* (inquit) *deus ad Abraham, Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai, sed Saram.* G

Vbi supra. HIERONYMVS. Errant qui putant primum Sara per vnum R scriptum fuisse, & postea ei alterum R additum. Et quia R apud Græcos centenarius numerus est, multas super nomine eius ineptias suspicantur, cum vtique vtcunque volunt ei vocabulum commutatum, non Græcam sed Hebræam debeant dare rationem, cum ipsum nomen Hebraicum sit. Nemo autem in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli sumit ex altera. Sarai igitur primum vocata est, per ש sin ר res י iod. Sublato ergo iod, id est, i elemento, addita est ה he litera, quæ per a legitur, & vocata est שָׂרָה Sara. Causa autem ita nominis immutati hæc est, quod antea dicebatur princeps mea, vnius tantum domus materfamilias, postea verò dicitur absolute princeps, id est, ἄρχουσα. Sequitur enim, Dabo tibi ex ea filium, & benedicam ei, & erit in gentes, & reges populorum erunt ex eo. Signantérque non vt in Græco legimus, Dixit dominus ad Abraham, Sarai vxor tua, non vocabitur nomen eius Sarai, in Hebræo habetur, Non vocabis nomen eius Sarai, id est, non dices ei, princeps mea es, omnium quippe gentium futura iam princeps est. Quidam pessime suspicantur, ante eam lepram fuisse vocitatam, & postea principem, cum lepra צָרַעַת Zaraath dicatur, quæ in nostra quidem lingua videtur aliquam habere similitudinem, in Hebræo autem penitus est diuersa. Scribitur enim per צ Sade, & ר res, & ע ain, & ת thau, quod multum à superioribus tribus literis, id est, ש sin, ר res, & ה he, quibus Sara scribitur, discrepare manifestum est. H

Cap. 18. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Ex illo deinceps illi coniuges non vocantur in scripturis sicut antea vocabantur, Abram & Sarai, sed sicut nos eos ab initio vocauimus, quoniam sic iam vocantur ab omnibus, Abraham & Sara. Cur autem mutatum sit nomen Abrahæ, reddita est ratio, quia patrem (inquit) multarum gentium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est Abraham, Abram verò quod ante vocabatur, interpretatur pater excelsus. De nomine autem mutato Saræ, non est reddita ratio, sed sicut aiunt qui scripserunt interpretationes nominum Hebræorum, quæ his literis sacris continentur, Sarai interpretatur princeps mea, Sara autem virtus. Vnde scriptum est in epistola ad Hebræos, Fide & ipsa Sara virtutem accepit ad emissionem seminis. I

CAIETANVS. Aiunt alij inter Sarai & Sara hoc interesse, quod Sarai princeps mea, Sara princeps interpretatur. Extollitur itaque principatus, tollendo pronomen. AVCTOR CATENAE. Sonat Sarai, princeps mei, à Sar princeps, à quo fit fœmininum Sara principissa, nomen generale, quod ipsa mater constitueretur & princeps multitudinis gentium. Dicat igitur dominus deus Abrahæ. Eandem literam diuinam vxoris tuæ vocabulo inferendam volo sicut & tuo. De illa enim redemptor Messias generabitur sicut & de te. Tu hactenus Sarai nominasti tuam dominam, posthac Sara generalis fidelium mater nominabitur & habebitur. *Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, Eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.* CHRYSOSTOMVS. Et idcirco (inquit) prius literam adieci, vt scias quod omnino fient, quæ tibi dicta sunt. Ne igitur ad infirmitatem naturæ spectaueris, sed potius ad virtutis meæ magnitudinem, fidem habe iis quæ à me dicta. Benedicam enim eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illi, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedunt humanam naturam hæc promissa. Et simile fuit quasi aliquis polliceretur ex lapidibus hominem se facturum. Nihil enim à lapidibus differebant, quantum ad generationem attinet. Et patriarcha præ senectute prope actione carebat, & ad filiorum procreationem omnino inutilis erat. Et Sara ad hoc quod natura sterilis erat, laborabat & ætatis, & senectutis vitio. K

AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur quomodo dictum sit ad Abraham de filio eius, Et reges gentium ex illo erunt, vtrum quia non prouenit secundum regna terrena, secundum ecclesiam accipi debeat, an propter Esau ad literam contigit? INTERLINEARIS. Et ex illa dabo tibi filium, non autem ex Agar, cui benedicturus sum, quia in eius semine benedicentur omnes gentes. Eritque in nationes, quia Christus dominabitur in gentibus. Et reges populorum orientur ex eo, videlicet Dauid & alij, vel motus suos bene regentes. L

RVPERTVS. Dabóque tibi (inquit) ex ea filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, subauditur per ipsum semen tuum, in quo & tu eris (vt iam dixi) pater multarum gentium. Christum enim prænunciat in Isaac, qui est vtique in nationes, quia per fidem eius & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Proinde cum dicit, cui benedicturus sum, nihilominus subaudiendum est, ita vt benedictio eius redundet in omnes gentes, sicut iam prædixi tibi, quia in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Ex eo reges populorum orientur (inquit) subauditur, per fidem. Nam secundum carnem ex Isaac, populorum quidem, scilicet Israël, & Edom reges orti sunt. Sed hoc maius & laudabilius est, magisque ad promissiones magnifici oris domini pertinet quod ex semine Abrahæ secundum Isaac per fidem Christi renati sunt gentium reges, vel quamplurimi ecclesiarum idonei rectores. CAIETANVS. Et benedicam ei. Fœminini generis est ei, refertur enim ad Saram, significando benedictionem fœcunditatis. Et ex illa dabo tibi filium. Hactenus intellexerat Abraham promissiones sibi factas implendas in Ismaële filio suo, & ad hanc opinionem tollendam dicit illi deus, quod dabo etiam tibi filium ex Sara. Cui benedicturus sum. Iuxta Hebræum habetur, & benedicam eam. Refertur siquidem etiam hæc altera benedictio ad Saram, significando benedictionem multiplicationis futuræ per illius filium. Vnde & ad ipsam Saram referuntur duo subiuncta, videlicet, Et erit in gentes, reges populorum ex ea erunt, vt intelligat Abraham promissiones sibi factas implendas per Saram & non per Agar. M

AVCTOR CATENAE. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium. Nota primùm, locum in quo præteritum ponitur pro futuro. Hebraicè enim est נָתַתִּי nathathi, id est, dedi, sed dabo significat, prout Septuaginta & Chaldaica verterunt. Nondum enim dederat dominus Abrahæ filium, sed daturus erat. Secundò, quod benedictio

A benedictio de qua secundo loco habetur, quódque sequitur, Eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo, non referuntur ad filium, sed ipsam Saram, sic enim habent Hebraica, וּבֵרַכְתִּיהָ וְהָיְתָה לְגוֹיִם, מַלְכֵי עַמִּים מִמֶּנָּה יִהְיוּ׃ vbera chtiha vehâita legoim, malche ammim mimena ihiu, Et benedicam illam, & erit (eadem Sara) in gentes, reges populorum ex ipsa erunt. Chaldaica quoque hoc modo legit, Et benedicam ei (nempe Saræ) & erit in gentes, & reges qui dominabuntur populis, ex ea erunt. Idem autem est apud Septuaginta, καὶ εὐλογήσω αὐτὸ· καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἔσονται. Et benedicam ei (videlicet filio) & reges gentium ex illo erunt. Forte enim videntes duplicem benedictionem, & primam esse Saræ, secundam ad filium retulerunt, & deinceps quæ sequuntur, sed repetitio Hebraica est. Ait ergo deus, Tametsi ex ancilla tibi filium donauerim, quem & Sara adoptauit, tamen insuper ex eadem tibi amatissima coniuge, tibi filium dabo, proprio suo corpore generandum. Eidem Saræ benedicam sicut & tibi, ipsa sua prole multiplicabitur sicut tu. Ex ea gentes & reges prodibunt sicut ex te. CHRYSOSTO-

B MVS. Cæterum iustus hæc audiens, & putans olim dei promissionem impletam in Ismaële, quando dixit, Tibi & semini tuo dabo terram hanc, non existimabat autem, quod hoc tribueretur ei qui è Sara nasciturus erat, sed cogitabat secum quod promissiones impletæ essent. Nunc autem audiens dominum deum dicentem, Benedicam Saram, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & iterum, Ex illo reges gentium egredientur. Cum nesciret quid diceret, neque enim discredere potuit tam religiosus, ad suam respiciens ætatem, & Saræ sterilitatem vsque ad illam ætatem, consilij anceps & obstupescens promissionem dei. *Cecidit* (inquit) *Abraham in faciem suam, & risit.* Videns excellentem pro- C missionem, & magnitudinem eius qui promiserat cogitans, cecidit in faciem suam & risit. AMBROSIVS. Quod autem promisso ex ea filio risit Abraham, non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. Denique procidit in faciem, qui adorauit & credidit. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Risus Abrahæ, exultatio est gratulantis, non irrisio diffitentis. RVPERTVS. O virum æterno risu vere dignum, & sempiternæ iocunditati bene præparatum, qui ita cecidit in faciem, vt rideret, ita risit, vt in faciem caderet, illius vtique adorans omnipotentiam, cuius in promissione audierat singularem gratiam. CAIETANVS. Ex hoc autem actu ridēdi, iuncto actui prostrationis propriæ super faciem suam insinuatur quod Abraham non erat in ecstasi, sed in vsu sensuum & membrorum externorum, iam enim bis in hoc colloquio prostrauit se, & hac secunda vice adiunxit risum. AVCTOR CATENAE. Et risit, verbum צָחַק zahak, quod ridere significat, clarius Chaldaica hoc in loco expressit, habens, Et gauisus est. Ridere enim mentis, est gaudium cordis. Præstupore igitur tantæ gratiæ dei, & pro insperato beneficio, in faciem procidit Abraham & risit fœlicitatis suæ admirationem. Si enim non præ cordis exultatione, sed ex incredulitate vel derisione hic risisset patriarcha, fuisset vtique increpatus à deo, sicut fuit Sara, vt sequenti habetur capitulo. *In corde suo dicens,* Ibidem. D *putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* AVGVSTINVS. Verba hæc non sunt dubitantis, sed admirantis. INTERLINEARIS. Applaudendo enim, non disceptando ilprotulit. Vnde Paulus, Nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. RVPERTVS. Putasne (inquit) centenario nascetur filius, subauditur talis futurus? & nascetur de Sara nonagenaria, quæ cum per ætatem debuit parere, sterilis erat? Hoc enim subaudiendum est, præsertim cum post obitum Saræ, & cum iam vxorem duxisset Isaac, iamque adultus, non dubitauit idem Abraham ducere vxorem nomine Cethuram, nec frustra quippe de qua suscepit filiorum copiam. Ergo putasne, quod in corde suo dixit, non dubitando, sed suam ipse fœlicitatem ineffabiliter admirando. *Dixitque ad dominum, utinam Ismael uiuat coram te.* CHRYSOSTOMVS. Quum voluptate perfunde- E retur patriarcha, & in animo cogitaret, quomodo iuxta humanum morem hoc fiat aliquando, & num centenario nascatur filius, & num sterilis & nonagenaria repente possit idonea fieri ad partum, & cum hæc animo cogitasset, non audebat tale quiddam lingua effari, sed monstrata sua gratitudine, orauit pro Ismaële, quasi diceret, Domine satis me consolatus es, & dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Ismaële, in lætitiam vertisti. Nato enim illo, neque in mentem postea accepi vel cogitaui aliquando, quod è Sara sit mihi futurus filius, sed neque ipsa hoc expectauit, eo quod Agar mihi tradidit, omnem sibi spem denegans. Hic igitur qui à te datus est, viuat oro te, & abunde satis recreati erimus, & senectutem nostram illius vita solabitur. AMBROSIVS. Vtinam Ismaël viuat coram te. Non est incredulus in promissis, nec auarus in votis. Hoc est, non dubito quod facias, vt & centum annorum seni dones filium, & naturæ auctor, naturæ metas relaxes. Beatus cui ista donantur, sed tamen etiam hic Ismaël quem habeo de vernacula, viuat in conspectu tuo, abundat mihi gratia. Denique dominus & probauit eius affectum, & petitionem non abnuit, & sua promissa firmauit. RVPERTVS. Quod verò ore proprio ad dominum dixit, Vti- F nam Ismaël viuat coram te, plane reuerentis & pudorati animi est, confitentis illud quod promittebatur, longe abundantius esse, quàm petere ipse auderet. INTERLINEARIS. Vel vtinam Ismaël viuat coram te, optabat vt filij carnis reputarentur in semine. Mysticè.

AMBROSIVS. Sara ante circuncisionem viri in vnius literæ adiectione non mediocri remuneratione benedicitur, vt principatum virtutis & gratiæ haberet, de qua nationes & reges gentium spondet deus futuros, vt in ipsa typus non synagogæ, sed ecclesiæ constitueretur. RVPERTVS. Causa ergo immutati nominis, eadem huic quæ & Abrahæ est. Illa nanque Hierusalem quæ sursum est, quæ libera, quæ mater omnium nostrum antequam nasceretur verus Isaac, id est, risus, scilicet dominus noster Iesus Christus, risus noster & gaudium nostrum, vnius princeps erat populi Iudæorum. Nam nos gentes (vt ait Apostolus) eramus illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. At nunc iam non sumus hospites & aduenæ, sed sumus ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo Galat. 4. Ephes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Itaque sicut iam non Abram, id est, pater excelsus, sed Abraham, G
id est, pater multarũ gentium, sic iam non dicitur Sarai, id est, princeps mea, quæ dictio solius esset populi Iudæorum, sed Sara, id est, princeps, vt subaudiatur multarum gentium. Nam sicut Abraham pater, sic per eandem fidem Sara nostra mater est. Sanctorum autem omnium cum sint vnum corpus & vnus spiritus, mysticé hæc vox est. Putasne (inquit) centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Hactenus cum floreret rerum
Gene. 49. status, temporibus regum nobilium nonvenit Christus. Nunc senium quoddam generis Abraham, Ablatum est enim sceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius. Putasne ergo nunc veniet qui mittendus est? Putas videbo? Putas durabo? Putas hic me inueniet illa natiuitas? Eorum nanque huiusmodi suspiria, Simeonis
Lucæ. 2. expectatio satis indicat, qui in desiderio cordis sui responsum acceperat à spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini.

H

5 ET ait deus ad Abraham, Sara uxor tua pariet tibi filium, uocabisque nomen eius Isaac. Et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismael quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum ualde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Pactum uerò meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.

5 CHRYSOSTOMVS. Quia omnipotens dominus satis piam iusti mentem tanto tempore probauerat, & Saræ fidem, quia viderat vtrunque nihil sibi de suis promittentem viribus, Abraham quidem propter senectutem, Saram autem propter sterilitatem & annos, dicit, Nunc quia omnino cunctis hoc esse videbitur I
impossibile, idcirco & ego tam diu distuli, vt ostendam quod longe vltra naturam sit donum quod concedo, quo & vos, aliique omnes his factis discant, quod naturæ sim dominus, & ad quodcunque libuerit ea vtar, & ipsa obedit, & cedit meis præceptis. Qui enim eam ex nihilo produxi, multo magis cum iam sit & claudicet, erigere possum. Vt igitur melius confidere possis, audi & expergiscere, & repulsis omnibus cogitationibus mentis tuæ, accipito ex his quæ tibi afferuntur, certum argumentum. Et ait (inquit) *deus ad Abraham, Sara uxor tua,* quam putabas tum propter sterilitatem, tum propter ætatem parere non posse, ipsa *pariet tibi filium,* Et vt nihil hæsites, ecce tibi & nomen eius qui nascetur prænostrabo. *Vocabis* (nanque) *nomen eius*
Vbi supra. *Isaac.* HIERONYMVS. Diuersa opinio, sed vna est etymologia, quare appellatus sit Isaac. Interpretatur enim Isaac risus. Alij dicunt, quod Sara risit, ideo eum risum vocatum esse, quod falsum est. Alij verò quod riserit Abraham, quod & nos probamus. Postquam enim ad risum Abrahæ, vocatus est filius eius Isaac, tunc legimus risisse & Saram. Sciendum tamen, quod quatuor in veteri testamento absque vllo velamine, no- K
minibus suis antequam nascerentur, vocati sunt, Ismaël, Isaac, Salomon, & Iosias. Lege scripturas. RVPERTVS. Imperiosa hæc sermonis dei repetitio est, notam fidem hominis excitantis, vt aures audiendi habeat, nec humilitate nimia dissimulet audita gaudia. Sara (inquit) vxor tua pariet tibi filium, & quia tu risisti, Isaac vocabitur nomen eius, quia reuera ridebit in nouissimo generositas tua. Quo nomine rectè seminis Abrahæ, quod est Christus, fœlix natiuitas significatur, qui vniuersitati sanctorum quorum ex carne vera caro,
Ioã. 16. & verus homo ipse est, sempiterni risus, & interminabilis gaudij causa est. De quo idem ait, Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Quod gaudium, vel quem risum, omnium perpulchre vnus illorum prægustauit, clausus adhuc in vtero, dicente matre eius ad Mariam,
Lucæ. 1. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Christum igitur Isaac & nomine signat & munere, quia & senibus parentibus datus, & à risu nomen sortitus est. L
CAIETANVS. Vocabisque nomen eius Isaac. Nomen filij prædicit, tum ne minor Ismaële videretur (cuius ab angelo prænunciatum est nomen) sed maior, ex hoc quod nomen Ismaëlis prænunciatum est cum gestaretur in vtero materno, Isaac verò nomen prænunciatur antequam concipiatur, tum vt ex ipsa prænunciatione nominis euidentius manifestaretur sensus diuinorum verborum. AVCTOR CATENAE. Et ait deus ad Abraham, Sara vxor tua, Hebraicè est אַבְל שָׂרָה אִשְׁתֶּךָ Abal Sara istecha, Vere Sara vxor tua, & cætera. Sic enim interpretantur dictionem abal. Chaldaica, In veritate Sara vxor tua. Septuaginta, ἰδοῦ ecce, Alij, sed & Sara. Nedum (inquit) viuet Ismaël, verum & Sara pariet tibi filium. Obscurius itaque semper hactenus promiserat deus semen benedictum, nunc clare filium de vxore benedicta, & nomen iucundum filij denunciat, & sempiternam gratiam pollicetur, ac fructum fidei filio & posteris. Vnde & sequitur. Et *constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum.* CHRYSOSTOMVS. Hic enim est, quem primum & ab initio tibi promisi, & in hoc promissiones meæ implebuntur. Proinde & omnia tibi prædico, M
non solùm quod nascetur, sed & quomodo eum vocabis, & quod ei constituam testamentum meum. Et ad hæc, quod & semini eius post eum. INTERLINEARIS. Et constituam pactum meum, & cætera. Nam in Isaac vocabitur tibi semen, non in filio carnis, quia filij promissionis, filij dei vocabuntur. RVPERTVS. Pactum autem dei, hoc loco non vult circumcisionem intelligi, quæ potius vt supradictum est, signum est pacti. Nam & Ismaël circumcisus fuit, vt mox videbimus. Sed pactum quod proprie est ad Isaac, redemptio vel reconciliatio generis humani est, quam in Isaac per Christum fieri statutum est ab eo qui repromisit, statutum (inquam) quia fidelis est, & propositum eius infirmari non potest. CAIETANVS. Manifestat deus fœdus quod pepigerat cum Abraham adimplendum esse in Isaac semine, vt & hinc intelligat. Abraham filium futurum ex Sara, filium fore electum, in cuius semine viuidum semper perseueraret diuinum fœdus. Propter quod repetit eadem verba circa Isaac, quæ dixerat circa ipsum Abraham.

AVCT. CAT.

A AVCTOR CATENAE. Et constituam pactum meum illi, & cætera, promissiones (inquit) meæ in illo complebuntur, fœdus meum illi seruabitur & semini suo, vt deus illius sim, & ipse meus filius, terram habitaturus sit in perpetuum. CHRYSOSTOMVS. Insuper dominus omnino accumulare volens beneficia, & excedere amplius quàm petiuerat iustus, quoniam mentem eius erexerat, & per ea quæ promisit, ferè iuuenem ex sene fecerat, & eum qui mortuus erat, vt ita dicam, verbis fœcundarat, beneficiis eum largissimis pro-
sequens, inquit, & hæc quidem, quæ scilicet promisi, opere complebo, *Super Ismael quoque exaudiui te,* quodam modo, non enim solum viuet coram me, sed, *Ecce benedicam ei.* INTERLINEARIS. In temporalibus scilicet, non autem æterna promissione, *Et augebo, & multiplicabo eum ualde.* HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Vera huius loci lectio est, Et benedixi eum, & multiplicabo eum. Benedictio ex præterito est, iam enim ad Agar sermo fuerat, amplificatio verò in futurum. Nunc enim primum ad Abraham de
B Ismaël deus loquitur, ad Agar verò angelus dei locutus est. Deus igitur est qui & angelus dei est, quia & qui angelus dei est, deus est ex deo natus. Dei autem angelus ob id dictus, quia magni consilij est angelus. Deus verò idem postea demonstratus est, ne qui deus est, esse angelus crederetur. AVCTOR CATENAE. Et profectò ita est, nam Hebraicè est, בָּרַכְתִּי Berachthi, id est, benedixi. Ita etiam habet Chaldaica, Ecce benedixi ei, & crescere eum faciam, & multiplicabo eum valde nimis. Soli Septuaginta à quibus hausit interpres, habent ἐυλογήσω αὐτὸν, Benedicam ei. CAIETANVS. Quoniam manifestauerat tam fœdus quàm promissiones in semine ex filio Saræ adimplendas, ne Ismaël totaliter abiectus videretur, respondet, quod etiam pro Ismaële, exaudiui te. Et ita multiplicabo, quod *duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gen-*
tem magnam. CHRYSOSTOMVS. Quandoquidem enim (inquit) semen tuum est, sic augebo eum, & multiplicabo valde, vt duodecim gentes ex eo procedant. RVPERTVS. Vtrum autem Ismaël sit saluus, quia præsertim dixit hic deus, super Ismaël quoque exaudiui te, ecce benedicam ei, & cætera, alterius nobis
Malach. 1. C scripturæ auctoritate certum non est. Nusquam enim tale quid de Isaac & Ismaële scriptura patenter edicit, quale est illud, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Multi tamen sanctorum tenent, quod ad populum electorum pertineat. AVCTOR CATENAE. Duodecim duces generabit. Hebraicè est נְשִׂיאִם nesiim duces, seu principes, vt habet Chaldaica. Septuaginta autẽ verterunt ἔθνη, hoc est, gentes, quod nescitur cur ita fecerint. Claritas enim Ismaël in eo erat futura, vt reges aut duces procrearet, gentes autem non ita. Ideo peculiariter inter alia eius insignia numeratur & illud. Largiter igitur compensat deus constantissimam fidem iusti plusquam potuerit sperare, vel audeat petere, pollicetur. Quicquid Ismaëli faustum precari potes, copiose largiar, & ero ei propitius, illique benedicam, beneficiis amplissimis afficiam, gratus mihi erit. Fructifica-
re faciam, multiplicabo illum supra modum, duodecim ducatus ex illo ponam, fortissimam gentem & ma-
Vbi supra. cap. 26. ximam. *Pactum uero meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.* AVGVSTINVS.
D Hic apertiora promissa sunt de vocatione gentium in Isaac, id est, in filio promissionis, quo significatur gratia, non natura, quia de sene & anu sterili promittitur filius. Quanuis enim & naturalem procreationis excursum deus operetur, vbi tamen euidens dei opus est, vitiata & cessante natura, ibi euidentius intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationem sicut Ismaël, sed per regenerationem futurum erat, ideo nunc imperata est circumcisio, quando de Sara promittitur filius. Et quod omnes non solum filios, verum etiam seruos, vernaculos & emptitios circumcidi iubet deus, ad omnem istam gratiam pertinere testatur. Quid enim aliud circumcisio significat, quàm vetustate exuta naturam renouatam? Et quid aliud quàm Christum octauus dies, qui hebdomada completa, hoc est, post sabbatum resurrexit? Parentum mutantur & nomina, omnia resonant nouitatem, & in testamento veteri obumbratur nouum. Quid est enim quod dicitur testamentum vetus, ni-
si occultatio noui? Et quid est aliud quod dicitur nouum, nisi veteris reuelatio? Pactum ergo meum (inquit) dominus, statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. CAIETANVS. Quan-
uis effecero (inquit) Ismaëlem tam magnum, fœdus tamen meum non cum ipso, sed cum Isaac firmabitur, vt
E longe maior prænuncietur Isaac quàm Ismaël. Determinat etiam certum tempus natiuitatis Isaac, vt omni ex parte intelligeret Abraham, sic ad literam futurum esse. AVCTOR CATENAE. Pactum verò meum, & cætera. Testamentum meum, & vniuersalis salutis & gloriæ meæ maiestatem, tibi & semini tuo per Christum, non Ismaëli repromitto, sed per Isaac, quem Sara tua tibi generabit anno sequente. Sic igitur fideles & electi acceptam dei gratiam per dominum Iesum Christum agnoscant, & grati admirentur, ac gratam habeant. Reliquorum populorum sortem, & circa illos dei munificentiam domino commendent. Dominus est omnium, quod bonum de omnibus ipsi videbitur, id fiet. Ad nos duntaxat pertinet curare, ne tantam gra-
tiam profusa domini nostri misericordia nobis collatam, in vacuum accepisse inueniamur. CHRYSO-
Matth. 19. Marci. 10. STOMVS. Vide obsecro hic dilecte quomodo iustus in vno temporis momento mercedes omnis temporis accipit, & impletum est illud quod Christus discipulis suis dixit, Quisquis reliquerit vel patrem, vel ma-
F trem, vel domum, vel fratres propter nomen meum, & hic centuplum accipiet, & illic vitam æternam in hæreditatem possidebit. Considera enim quoniam iustus ille prompte præcepto domini obaudiuit, & relicta domo paterna, prætulit alienam natali, quomodo paulatim multam præ se ferens patientiam, in fastigium virtutis progressus, ita illustris & spectabilis factus est, vt ex eo nati, astris cœli adæquentur. Fortasse si quis velit bene intueri, non solum centuplum accepit hic iustus, sed decies millies millecupla. Quod si hic tanta consequutus est, quis sermo narrare posset, quibus post hæc fruiturus sit ille? Imò etiam hoc, quantum nobis possibile, sermo ostendere poterit. Quando enim audis, quod omnes iusti ab illo tempore vsque nunc, & vsque ad consummationem eius, opus orationis faciunt, vt in sinus patriarchæ occurrant, quem alium hoc maiorem honorem commendare quis poterit? Vidisti quanta res sit patientia, quanta virtus, quantum sit esse religiosum, & magnam præ se ferre gratitudinem in beneficiis dei? Quia enim quando oportebat, sua attulit, magna gratitudine omnia ferens, tam iucunda quàm iniucunda, propterea miseri-
cors deus caput bonorum, & id quod iustus maximè concupiscebat, largitus est. Cõsidera enim quomodo viginti

quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor annis probauit iusti virtutem. Quando enim exiuit à Charris, & obediuit præcepto domini, septuaginta quinque annorum erat, nunc autem postquam hæc audiuit, nonaginta & nouem annos excesserat. Hæc audientes, discamus promptam exhibere obedientiam, & nunquam in laboribus virtutum vel dormitare vel torpescere, sed sciamus quod dominus noster benignus est & munificus, & pro paruis laboribus magna reddit præmia, non solum in futurum immortalia bona reponens, sed & in præsenti vita, nostræ naturæ infirmitatem cõsolans. Quandoquidem semper aduersis temperantur prospera. G

Mysticè. RABANVS ET INTERLINEARIS. Spiritualiter autem, pactum domini cum Isaac est, populo scilicet fideli & credenti, quem mater ecclesia per fidem & baptismum generauit, & fœdus sempiternum, quia æternæ vitæ possessio ei soli promittitur, qui cum capite suo Christo regnum cœli semper possidebit. Ismaël autem populum Iudæorum significat, qui multiplicatus est valde. Et duodecim duces generauit, cum multitudo carnalium Iudæorum ex duodecim patriarchis genita, in duodecim tribus est diuisa. Vel duodecim duces, duodecim apostoli sunt, qui de Iudaica plebe fuerunt. Annus autem alter quo Sara genuit Isaac, tempora sunt regenerationis, & gratiæ noui testamenti, quibus fusus est sanguis Christi, & genus humanum ad vitam restauratum. H

6 *Vmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes uernaculos domus suæ, uniuersosque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus uiris domus suæ, & circuncidit carnem præputij eorum statim in ipso die, sicut præceperat ei deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij sui, & Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ. Eadem die circuncisus est Abraham & Ismael filius eius, & omnes uiri domus illius tam uernaculi quàm emptitij, & alienigenæ pariter circuncisi sunt.* I

6 *Cumque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ab Abraham.* INTERLINEARIS. Qui in assumpta forma visibili cum eo loquutus est, inuisibilem se præbuit. GLOSSA GRAECA. Ascendit deus ab Abraham. Ergo (vt ita dicam) descenderat, & humilem se, circuncisionis legem statuens præbuerat. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ascendit deus desuper Abraham. Ecce finis huius apparitionis, insinuans quoque quod in vigilia facta, & manifestè explicans, quod in specie sensibili vel imaginabili fuerit. Ascensus enim supra Abraham, speciem motus significat altero istorum modorum. AVCTOR CATENAE. Dictionem מֵעַל meal, alij ab, alij desuper interpretati sunt. Septuaginta ab, Chaldaica desuper, inquiens, Ascendit gloria domini desuper Abraham. *Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes* K *uernaculos domus suæ, uniuersosque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus uiris domus suæ.* Redde singula singulis, vt videlicet in omnibus illis quibus præcepta fuerat, sic per ordinem executioni demandata intelligatur circuncisio. CHRYSOSTOMVS. Postquam enim dominus promissionem ei fecit, & compleuit sermonem suum, statim iustus quæ imperata fuerunt perfecit, & signum hoc quod à deo erat datum, indidit Ismaëli, circuncisionem dico, & omnibus vernaculis & emptitiis, sicut locutus est ei deus. *Et circuncidit* (inquit) *carnem præputij eorum statim in ipso die, sicut præceperat ei deus.* Vide iusti obedientiam, & quomodo fecit quod à deo imperatum est, non quærens causam, sicut multi insipientes faciunt, & de his quæ à deo fiunt, curiosè quærunt, & dicunt, Quare hoc, & quare illud? & quæ hinc vel quæ illinc vtilitas enascitur? sed sicut famulus diligens dominum, quæcunque præceperit, implere studens, nihil vlterius percontans. INTERLINEARIS. Obedientia enim implenda est sine mora. CAIETANVS. Narratur itaque prompta executio facta eodem die quo habuerat visionem. Et hinc colligitur, quod nocturna seu matutina L fuerit hæc visio prænarrata. AVCTOR CATENAE. Crastinum non expectat iustus, statim illo ipso die obedientiam complet, se & filium vnà cum omnibus qui nati erant ex familia eius, aut qui aliunde pecunia empti, in familiam eius erant asciti, circuncidit, suo exemplo omnes docens, nihil tam arduum ac dolorosum, quod domino iubente non alacriter & sedulo amplectendum sit. *Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij sui, & Ismael filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ,* CHRYSOSTOMVS. Ne putes absque causa scripturam proponere nobis numerum annorum. Nam vt ex hoc discas iusti magnam obedientiam, quod cum iam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorem propter præceptum dei, & propterea facit illam enumerationem, & non ipse solum, sed & Ismaël, & omnes vernaculi circunciduntur. Neque hoc fortuitum fuerit. Non enim idem est carnem sanam, & male habentem secare. Nam licet medici quoque membra infirma aliquando incidunt, at non est similis dolor. Emortuum enim M membrum (vt ita dicam) ferme, & vitali operatione destitutum, tunc incidunt. Hic autem senex & decrepitus (centum enim annorum erat) cruciatum suauiter tulit, simul & præceptum dei implere volens, & filium & vernaculos omnes promptiores reddens, vt ne cederent, sed magna alacritate dei præceptum implerent. Vidisti quanta res sit vir præstans virtute, quomodo ministros omnes docet, vt sua vestigia sequantur. Nam & propter hoc ferè ex illo die præceptum fuit à deo, vt immatura ætate hoc ferrent pueri, quo absque sensu incisionem carnis ferrent. Verum considera dei misericordiam, & ineffabilem eius erga nos benecentiam. Illa enim circuncisio dolorem habet & laborem. Et nulla alia ex circuncisione fuit vtilitas, quàm hæc sola, quod ex hoc signo essent cognoscibiles, & ab aliis gentibus sequestrarentur. Nostra autem circuncisio vel baptismatis (inquam) gratia, medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert, & spiritus sancti gratia nos implet, & nullum definitum habet tempus, sicut illic, sed licet & in prima, & in media, & in vltima

ætate

A ætate hanc non manu factam circuncisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam gesta sunt. Quippe cum deus grauem vidit nostram infirmitatem, & quod ægrotaremus incurabiliter, summaque indigeremus medicina, ac indicibili misericordia dispensans nostram salutem, largitus est nobis per lauacrum regenerationis innouationem, vt deposito homine vetere, hoc est, operibus malis, & induti nouum, in viam virtutis eamus. Verum iterum oro, ne deteriores simus ingratis, & insensatis, deteriores Iudæis dico. Illi enim suscipientes circuncisionis signaculum, bene se muniunt, & cauent, ne vltra cum gentibus se misceant, quantum ad communionem pertinet, quantum autem ad impietatem, sæpe illos ingrati etiam excedunt. Atqui nos cum semel suscipimus baptismi circuncisionem, ita secure nostra corrigamus. Non dixerim quod non liceat nobis uersari inter gentes, sed licet cum illis versemur, nostram tamen custodiamus virtutem sic eos ad nostram traB hentes religionem, vt propter bonorum operum administrationem, doctrinæ eis auctores simus. Ea enim de causa communis omniũ dominus permisit simul versari bonos & malos, pios & impios, vt boni lucrifaciãt malos, & qui in malitia adhuc sunt detenti, manuducantur ad pietatem. Nihil enim adeo gratum est deo, vt salus animarum. Proinde obsecro, ne simus negligentes, neque nobis, neque aliis. Quantum ad nos attinet, ita instituamus vitam, vt visum est, & probatur deo, quantum autem ad proximum, sic luceamus virtutibus, vt etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos vident, satis doceantur. Nam sicut si virtute præditi sumus, maxima & ipsi lucramur, & infidelibus visui sumus, ita si negligentes fuerimus, & ipsi magnam feremus pœnam, & aliis argumentum scandali sumus. Et sicut virtutem amplexati, duplicem mercedem à deo accipiunt, tum quod ipsi virtutem exercuerint, tum quod alios ad virtutis communionem traxerint, ita, & in peccatis non solum punimur, quod ipsi peccauimus, sed & quod aliis scandalo fuimus. Verum absit vt aliquis nostrum talis fiat, sed omnes nos ad ædificandum eos qui nos vident, vitam instituamus, vt possimus magna fiducia C stare apud tribunal Christi, & ineffabilia illa bona consequi. AVCTOR CATENAE. Iam igitur nonaginta nouem annorum, sanus, ex obedientia fidei suauiter sibi cruciatum infert, filiõque Ismaëli tredecim annorum adolescentulo, ne solum de Isaac nascituri, ad sortem domini pertinere viderentur, nihil enim dei præcepto præponendum censuit iustus. Ex hoc loco Saraceni qui per Ismaëlem descenderunt, quoniam pater eorum tredecim erat annorum quando circuncisus est, circuncidunt pueros suos in tertiodecimo anno vitæ ipsorum. Ex quo constat, quod nec diuinum in hoc seruant præceptum, quoniam deus iussit, vt infans octo diebus circuncideretur. *Eadem die circuncisus est Abraham & Ismael filius eius, & omnes uiri domus illius, tam uernaculi quàm emptitij, & alienigenæ pariter circuncisi sunt.* CAIETANVS. Narratur quod non successiuis diebus, sed vno eodemque die Abraham, & Ismaël, & vniuersa familia masculini sexus circuncisi sunt. Legendum enim est, & emptus argento à filio alienigenæ. Non enim significantur alienigenæ alij quàm emptitij. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraica litera huiusmodi וּמִקְנַת כֶּסֶף מֵאֵת בֶּן נֵכָר Vmiknath cesseph meeth ben nechar, Et D empti argento à filio alienigenæ. Septuaginta etiam in hunc sensum, καὶ οἱ ἀργυρώνητοι ἐξ ἀλλογενῶν ἐδούλῳ, Et emptitij ex alienigenis gentibus. Chaldaica quoque, tam vernaculi, quàm emptitij de filiis populorum. Sed de hoc supra dictum est. Mysticè.

INTERLINEARIS. Quod autem tulerit Abraham Ismaël filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, & vniuersos quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circuncidit carnem præputij eorum, præfigurauit quia ad omnem professionem spiritualis pertinet circuncisio, circuncidendi enim sunt omnes sensus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij sui. Innouatus hoc numero insinuatur pertingere ad societatem ciuium supernorum. Et Ismaël filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ. Non pertingens scilicet ad expletionem legis & Euangelij, quæ quaternarij numero figuratur. AVCTOR CATENAE. Iam constat ex dictis, tres esse circuncisiones. Vnam tantum in carne, spiritualem: aliam in vita præsenti, per depositionem iniquitatum: tertiam quæ erit in corpoE re & spiritu, in resurrectione futura, per depositionem omnimodam totius corruptionis & pronitatis in malum. Prima iam euanuit, vtpote vmbra & figura, adueniente veritate, tertia adhuc expectatur, secunda dei adiutorio in nostra modo sita est potestate. Sed & circuncisio Abrahæ cum vniuersa familia sua, id nobis præfigurabat, quod pro nobis Christus redemptor noster circuncidendus erat in tempore suo, & dolores nostros ipse laturus, lauacrum regenerationis & gratiæ quo mundaremur, & domino placeremus, per vitæ nouitatem iniuncturus, deposito vetere homine, verum & per omnem vitam crucem nobis baiulandam esse, præcepturus.

IN CAPVT

IN CAPVT GENESEOS DECIMVMOCTAVVM ARGVMENTVM. G

Abraham hospitio suscipit angelos. Promittitur ei Isaac. Ridet Sara. Prædicitur Abrahæ interitus Sodomorum. Orat pro Sodomis.

CAPVT XVIII.

Lectio pria.

APparuit autem ei dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum. Quos cum uidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra, & dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum H *tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes uestri, & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor uestrum, postea transibitis. Idcirco enim declinastis ad seruum uestrum.*

I AMBROSIVS. Vidimus in superioribus Abrahæ deuotionem ac fidem, prudentiam, iustitiam, charitatem, parsimoniam, obedientiam, nunc etiam hospitalitatem videamus. Est enim non mediocris ea virtus. Vnde Apostolus principaliter eam in episcopo esse oportere geminæ scriptionis docuit auctoritate, vt præsto sit aduenientibus, & occurrat obuiam, & itinera exploret, & adsit non quærentibus, & rapiat prætergredientes. Ait ergo scriptura. *Apparuit autem ei dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei.* I CHRYSOSTOMVS. Singula verba diligenter excutiamus, & requirendo thesaurum, omnes in eo latentes diuitias discamus. Apparuit (inquit) ei dominus. Quare sic exorsus est? Specta domini misericordiam, & considera famuli gratitudinem. Postquam enim superius apparuit ei, & post cætera etiam circuncisionis mandatum præcepit, eximius autem ille, semper quæ à deo præcepta erant, diligenter perficere, reiecta omni mora curauit, & circuncisus est ipse, implens mandatum domini, & Ismaëlem circuncidit, & vernaculos omnes, & in summa miram declarauit obedientiam, iterum ei apparet. Talis enim dominus est dominus noster, vt si quando viderit nos in prioribus gratos, accumulet beneficia, & nunquam à sua beneficentia desistat, remunerans obedientium gratitudinem. Propter hoc ergo, quia obediuit, iterum apparuit ei. Qua autem de causa dixit beatus Moyses, quod apparuit ei deus sedenti in ostio tabernaculi sui. Considera oro hic virtutem iusti, Tantopere curabat hospitalitatem, vt nollet horum venationem cuiquam familiarium committere, sed trecentos decem & octo habens vernaculos, homo senex, & nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat) apud K ianuam sedebat. Et hic quidem hoc opus faciebat, & neque senectus illi obstaculo erat, neque suæ quietis lecto recumbebat, sed ad ostium sedebat. Alij autem sæpe non solùm tantum studium non faciunt, sed & plane diuersum, & horum congressus fugiunt & euitant, vt ne inuiti cogantur excipere. Verum non iustus ille sic agebat, sed sedebat ad ianuam, in ipso feruore diei. Hoc valde auget hospitalitatem & virtutem iusti. In ipso (inquit) feruore diei hoc faciebat. Meritò quidem, quoniam sciebat, quod quibus est itineris necessitas, eo tempore maxime indigent cura. Proinde tempus hoc vt idoneum elegit, & sedens, eos qui præteribant venabatur, pro sua quiete ducens ministrare viatoribus, & eos qui calore æstuabant sub tectum introducere studebat, non curiosè explorans eos qui præteribant, neque requirens an noti vel ignoti essent. Neque enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suam communicare benignitatem. Et quia hospitalitatis sagenam expanderat, meruit & vniuersitatis dominum cum angelis suis suscipere. Eapropter & Pau-
Hebr.13. lus dicebat, Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio receptis, pa- L
Matth.25. triarcham nempe insinuans. Atque ob hoc Christus dicebat, Qui susceperit vnum ex his minimis meis in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, & hospitio excepturi, nunquam quæramus quis & vnde. Nam si patriarcha in rogando fuisset curiosus, fortè peccasset. Sed sciebat (inquis) aduenientium dignitatem. Vnde hoc tibi liquidum? Quomodo si ita est, admiratus fuisset? Neque enim sic admirabile erat, si suscipiendo hospites curiosius explorasset qui essent, sicut nunc cum ignorans qui nam aduenerint, tanta alacritate & honore accedit, verbis suis quasi seruus domino eis vincula iniicit, & supplicat eis, vt ne renuant, neque maximo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret, quod propter hoc, & abundantiam magna voluptate perciperet. AM-
Serm.66. BROSIVS. Ante ostium sedebat Abraham, & sedebat meridie. Quando alij requiescebant, iste hospitum explorabat aduentus. Meritò illi deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Lucum arboris incolebat Abraham, sub qua constructum erat qualecunque suffugium, angustum quidem homini, sed sufficiens ma- M iestati. Dignum tamen deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuisset maiestas diuina pransura. RVPERTVS. Apparuit ei dominus in conualle Mambre, & cætera. Incertum reliquit quanto interuallo post illa quæ supra narrata sunt, hoc factum sit, sed certum tamen est, quod breuissimum tempus interfuerit. Nam & in præcedenti visione, cum dixisset deus, pactum verò meum statuam ad Isaac, addidit continuò, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero, & in hac iterum dicit, reuertens veniam ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. Potest tamen intelligi, quod ait in ipso feruore diei, idem esse ac si diceretur, in feruore ipsius diei, subauditur cuius præcedente nocte apparuerat, & de circuncisione mandatum dederat illi. In ipso (inquit) feruore diei. Satius exprimi non potuit qualitas vel proprietas eius quæ nunc apparuit visionis. Idem enim est, ac si dictum fuisset, Non iam in visu noctis, non in aliqua spirituali solummodo visione, sed in lumine huius solis, in aspectu oculorum vel sensu communi. Nam reuera ad commu-

A ad communes pertinent sensus cuncta hæc quæ in hac visione narrantur. CAIETANVS. Apparuit autem ei dominus. Nomen dei tetragrammaton est hic scriptum, sub quo nomine solitus est deus apparere Abrahæ. Et hæc est septima visio diuina quam habuit Abraham. Et est prima certa corporalis apparitio ei facta. De nullis quidem præcedentium apparitionum certum est an fuerit corporalis. Et est hæc apparitio corporalis inter diuinas apparitiones in specie corporea sensibili exterioribus sensibus tertia. Prima nanque fuit in paradiso terrestri, quando primi parentes audierunt vocem dei ambulantis. Secunda fuit, quando Agar fugiebat à facie dominæ suæ. Tertia est hæc, In conualle Mambre. Iuxta Hebræum habetur, in quercubus Mamre. Quercetum describitur illius viri qui vocabatur Mamre. Conduxerat siquidem Abraham à Mamre quercetum illud, ibique habitabat sedenti in ostio tabernaculi sui. Non solum certus locus communis, sed locus specialissimus (videlicet ostium papilionis) cum certo situ (videlicet sessionis) describitur, In ipso feruore diei. Iuxta Hebræum habetur, sicut calefacere diem. Ita quod diem intelligas personam agentem grammatice. Et est sensus, quod
B Abraham sedebat in ostio papilionis sui illa ratione qua consueuimus sedere in ostiis, cum diurnus calor nos afficit. AVCTOR CATENAE. In ipso feruore diei, Hebraicè est, כְּחֹם הַיּוֹם cehom haiom, Cum incalesceret dies, Vel incaluisset, vt habet Chaldaica, à verbo חָמַם hamam, quod calefacere siue incalescere significat. Alij בְּהֹם behom legunt, Et in feruore diei vertunt, vt fecit Interpres. Est enim חֹם hom, calor, æstus, feruor. Septuaginta, μεσημβρίας, In meridie, dixerunt. Quomodocunque autem dicatur, idem significatur diei tempus. Post igitur insignem fidei fructum obedientiam in circuncisione, nunc charitatis fructus per hospitalitatis gratiam describitur, quibus rebus deus digne colitur & placatur. In querceto vallis illustris & perspicuæ habitans cum tota ac ampla familia sua Abraham, expectat peregrinos, vt eis gratis benefaciat, ad ostium sedens tempore meridianæ refectionis, cum maxime indigent viatores recreatione & refrigerio. Tam
C deo, istis sacrificiis placatur deus. CHRYSOSTOMVS. Sed audiamus scriptorem ipsum vt videas in deo gratum officium suscipiendorum hospitum, nulli famulorum committit, ne forsan minus sedulo, honorifice & amice illos suscipi contingeret. Hæc studia seruorum dei sunt, sic compensantur dona temporalia extrema senecta iuuenilem alacritatem, & senem quasi iuuenem exultantem, & putantem se inuenisse thesaurum quendam hospitum aduentum. *Cumque eleuasset* (inquit) *oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum.* AMBROSIVS. Vide primo fidei mysterium. Deus illi apparuit, & tres respexit. Cui deus refulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit, nec sine spiritu sancto filium confitetur. AVGVSTINVS SEXTO- Cap.29.
DECIMO DE CIVITATE DEI. Hos autem dubitandum non est angelos fuisse, quanuis quidam existiment vnum in eis fuisse dominũ Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem diuinæ potestatis, & inuisibilis, incorporalis incommutabilisque naturæ, sine vlla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est? Veruntamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse Chri-
D stum, quia cum tres vidisset, ad dominum singulariter est locutus, sic enim scriptum est, Et ecce tres viri stabant super eum, & videns procurrit obuiam illis ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit, Domine si inueni gratiam ante te, & cætera, cur non etiam illud aduertunt, duo ex illis venisse, vt Sodomitæ delerentur, cum adhuc Abraham ad vnum loqueretur, dominum appellans, & intercedens, ne simul iustum cum impio in Sodomis perderet? Illos autem duos sic susceptit Loth, vt etiam ipse in colloquio suo cum illis singulariter dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset, Ecce domini declinate in domum pueri vestri, & cætera quæ ibi dicuntur, postea tamen ita legitur, Et tenuerunt angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manus duarum filiarum eius, in eo quod dominus parceret illi. Et factum est mox vt eduxerunt illum foras, & dixerunt, Saluam fac animam tuam, ne respexeris retro, nec steteris in tota regione, in monte saluum te fac, ne quando comprehendaris. Dixit autem Loth ad illos, Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiam ante te, & quæ sequuntur. Deinde post hæc verba singulariter illi respondet dominus, cum in
E duobus angelis esset, dicens: Ecce misertus sum faciem tuam, & cætera. Vnde multo est credibilius, quod & Abraham in tribus, & Loth in duobus viris dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur. Neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt, vt tanquam mortalibus, & humana refectione indigentibus ministrarent, sed erat profectò aliquid, quo ita excellebant, licet tanquam homines, vt in eis esse dominum, sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitalitatem illis exhibebant, dubitare non possent, atque ideo & ipsos aliquando pluraliter, & dominos, aliquando singulariter, vt in eis dominum appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur, non solùm in hoc Geneseos libro, vbi hæc gesta narrantur, verumetiam in epistola ad Hebræos, vbi cum hospitalitas laudaretur, per hanc (inquit) etiam quidam nescientes, hospitio receperunt angelos. CYRILLVS. Tres angelos vidit Abraham in figuram trinitatis, duos autem Loth, vt ostenderetur ordo filij ad spiritum sanctum. EVSEBIVS. Abraham deum excepit hospitio sub angelorum numero, & habitu virorum. Tres enim angeli, tres deitatis personas significant. CAIETANVS. Cumque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Iuxta He-
F braum habetur, Stantes supra ipsum. Tum ex eleuatione oculorum Abrahæ, tum ex situ, supra ipsum, describitur quod hi tres viri erant in loco eminenti respectiue ad locum in quo erat Abraham. Nec isti tres viri alij sunt à deo, sed cum Moyses incœpisset narrare apparitionem dei, interposita descriptione loci, temporis, positionisque Abrahæ, prosequitur modum apparitionis diuinæ, manifestando & quod apparuit in specie trium virorum, non qualitercunque, sed stantium in loco eminenti respectiue ad Abraham, & quod is eleuando oculos suos, vidit illos. AVCTOR CATENAE. Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Hebraicè est dictio עָלָיו alaf, quæ verti etiam potest super eum, sicut verterunt Septuaginta, ἐπάνω αὐτοῦ. Indicantq; eos ex eminenti loco sese ostendisse. Eadem dictio etiam prope, seu iuxta, vt habet Chaldaica, verti potest. Videt igitur patriarcha tres viros consistentes in via, quasi cunctabundos, si diuertere velint, vel pertransire hospitium. *Quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGENES. Considera protinus impigrum & alacrem in officiis Abraham. Ipse currit obuiam, & cum accurrisset adorauit. CHRYSOSTOMVS. Currit & volat senex. Vidit enim prædam quam venabatur, & nulla infirmitatis suæ ratione habita, ad venationem cucurrit, & non vocauit famulos, neque imperauit puero, nihilq; rusticitatis & desidiæ præ se tulit, quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negotiatio, per memetipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur tantum lucrum. Et hæc faciebat senex, homines obscuros & viatores suscipere se existimans. Discamus & nos, ac imitemur iusti virtutem. Nam si hoc fecerimus, verisimile est & nos aliquando eiusmodi præda potiri, imò semper assequemur, si attendamus. Ob illam enim causam misericors dominus vt ne ad talem benignitatem segnes simus, neque curiosius eos qui aduenium scrutemur, inquit, Qui acceperit vnum ex minimis in nomine meo, me accipit. Ne igitur ad vilitatem venientis spectes, neque vilem ex his quæ vides putes, sed cogita quod per ipsum, dominum tuum suscipias. Quando enim propter eius nomen ministerium tuum in illum declaraueris, mercedem accipies, quasi illum susceperis. Esto sit deses & negligentioris vitæ, qui tua fruitur benignitate, non sit tibi eius rei cura, plena enim tibi & perfecta merces dabitur in domini honorem hoc facienti, & imitanti patriarchæ virtutem. Quos cum vidisset, inquit, cucurrit in occursum eorum. Bene & hoc verbum cucurrit, quadrat, vt discas, quod quasi ignoti affuerunt, & qui non sua sponte ad tabernaculum venerunt, propterea ne subterfugeret eum spirituale lucrum, qui senuerat, incanuerat, & centenarius erat, cucurrit, & cursu promptitudinem declarat. Fortassis autem videbantur sibi iuuenes, neque existimauit sufficere vt verbis duntaxat adhortaretur, adorauit (inquit) in terra, quasi supplicans, & efficacem exhortationem afferens, vt ne putetur perfunctorie adhortari. Et idcirco diuina scriptura monstrans nobis iusti virtutem (inquit) adorauit, & gestibus, & verbis magnum feruorem, egregiamque animi humilitatem, summam hospitalitatem declarabat. AMBROSIVS. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi. Non ociosus sedet, qui longe aspicit, nec aspexisse contentus, cucurrit obuiam. Festinauit occurrere, quia non satis est rectè facere, nisi etiam matures quod facias. Festinanter enim manducare Pascha lex iubet. Vberior enim fructus habet celerata deuotio. Discе ergo quàm impiger esse debeas, vt possis præuenire hospitem, ne quis præueniat, & te boni muneris defraudet. Copia bona est hospitalitas, habet mercedem suam, primum humanæ gratiæ, deinde quod maius est, remunerationis diuinæ. Omnes in hoc incolatu hospites sumus. Ad temmpus enim habitandi habemus hospitium. Emigremus propere, caueamus, ne si nos duri aut negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, etiam nobis post vitæ istius cursum sanctorũ hospitia denegentur. Vnde in Euangelio Saluator dicit, Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua. Deinde etiam in hoc corpore sitis, plerunque oboritur peregrinandi necessitas. Quod ergo aliis negaueris, id in te ipse decernis, & quod aliis detuleris, eo te facies dignum videri. Si omnes eam sententiam non suscipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinantibus? Relictis igitur humanis habitaculis, captabimus secessus ferarum, cubilia bestiarum. Sed pauperiem prætendis. Non opes à te hospes requirit, sed gratiam, non ornatum conuiuium, sed cibum obuium. Melior est (inquit) hospitalitas cum oleribus ad amicitiam & gratiam, quàm si vitulos occidas ad præsepia cum inimicitiis. Hæc est grata hominibus, & accepta deo. Vnde dominus Iesus in Euangelio, eum quicunque dederit hospiti potum aquæ frigidæ, cœlestium asserit præmiorum non exortem futurum. Denique Iacob oues adaquauit Rachel, & gratiam reperit, vxorem acquisiuit. Deinde qui scis an deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinantibus defert hospitium, deum atque angelos eius hospitio suscepit, quanuis & cum hospitem suscipis, suscipias deum. Sic scriptum in Euangelio legis, dicente domino Iesu, Hospes eram, & collegistis me, quod enim vni horum minimorũ fecistis, mihi fecistis. Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Heliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret. Helisæus quoque defuncti pignoris resuscitatione donata, reddidit hospitij pensionem. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Cum ergo illic positus, curiosis oculis cœlum intentaret Patriarcha, ecce subito in trium virorum persona, maiestas incorporea descendit. Accurrit, properat, manus supplices tendit, & transeuntium genua osculatur. Videtis Abraham, tribus occurrit, & vnum adorat. Trina vnitas, & vna trinitas. In eo ergo quod tres vidit, trinitatis mysterium intellexit. Quod autem quasi vnum adorauit, in tribus personis vnum deum esse cognouit. CAIETANVS. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terra. Coniectura est, quod via publica erat in illo loco eminenti, in quo visi sunt hi tres viri. Veritus enim Abraham ne viri illi via incederent publica, & sic apud ipsum non hospitarentur, cucurrit ad eos, & magna veneratione honorauit illos signo prostrationis in terram. Credimus huiusmodi honorem tunc temporis solitum fuisse exhiberi magnatibus. AVCTOR CATENAE. Et adorauit in terra. Non est apud Hebræos illa differentia, vt alia adorari dicantur secundum latriam, alia secundum hyperduliam, alia secundum duliam, secundum nomina, secundum rem verò eas adorationes exprimi oportet. Nam in sacris literis שְׁחָה Sahah, quo verbo vtimur hic, reuerentiam illam significat, quam corpore exhibemus, cum scilicet incuruamus nos, & humiliamur quomodocunque id fiat. Quod si quis accurate considerare voluerit quæ in contextu huius literæ habentur, & quæ ab auctoribus tum Græcis tum Latinis, tam doctis quàm sanctis dicuntur, facile intelliget, sanctam catholicam ecclesiam columnam & firmamentum veritatis, prudentissime ex hoc loco diuinarum personarum trinitatem collegisse vulgataq; in ore omnium verba illa protulisse, tres vidit & vnum adorauit. De sanctissima siquidem trinitate non ita clare enunciat vetus testamentum, ne Iudæi alioqui in idololatriam propensi, facilius hinc errandi occasionem sumerent. Quod etiam Septuaginta in transferendo vehementer cauisse videntur. Tres igitur viri isti, tres angeli fuerunt, quorum duo postea Sodoma accesserunt, alter quidem vt eam vrbem euerteret, alter vt tueretur Loth, de tertio nihil scribitur. In quibus ipse verus trinus & vnus deus, sancto patriarchæ Abrahæ sese ostendere dignatus est. Maligni autem & deprauatissimi Iudæi non solum hic, sed aliis quamplurimis in locis interpretationes absurdissimas excogitarunt, vt Christianę veritati tenebras offunderent. Ait ergo sancta scriptura, quod vt viros vidit senex centenarius, minime desidiosus, cucurrit ne quis alius charitatis officium præriperet, & vt animi

Matth.18.

Lucæ.19.

Prouerb.15. Matth.10.

Matth.25.

Ser.68.70.

A alacritatem monstraret ad hospites, non pueros mittit, non expectat donec rogetur, non se abscondit, non scisitatur causas itineris, non merita discutit personarum, incuruatur reuerentiæ causa, & adorat. Vero autem similе, quod prius homines esse crediderit patriarcha, postea diuina inspiratione angelos esse cognouerit, in quibus vere trinitatis mysterium sibi ostensum senserit. AMBROSIVS Non sola tamen facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis, & affectus quæritur. Vtrunq; te Abraham docet. Cucurrit obuiam, rogauit prior, dicens, *Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum.* Tres videt, & vnum deum appellat, ipsius soliius se seruum fatetur. HIERONYMVS MARCELLAE. Septimum hic nomen dei ponitur אֲדֹנָי Adonai, quem nos dominum generaliter appellauimus. HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Abraham conspectis tribus vnum adorat, & dominum confitetur. Scriptura astitisse viros tres edidit, sed patriarcha non ignorat qui & adorandus sit & confitendus. Indiscreta assistentium species est, sed ille dominum suum fidei oculis, & visu mentis agnouit. IDEM QVINTO DE TRINITATE.

B Non perimunt naturæ veritatem cœlestis misericordiæ sacramenta, sed nec sanctorum fidem species quæ ad fidei visionem coaptantur eludunt. Sacramenta enim legis mysterium dispensationis euangelicæ præfigurant, vt patriarcha videat & credat, quod apostolus contempletur & prædicet. Nanque cum lex vmbra sit futurorum, veritatem corporis vmbræ species expressit. Et deus in homine & videtur, & creditur, & adoratur, qui secundum plenitudinem temporis esset in homine gignendus. Namque ad visum species præfiguratæ veritatis assumitur. Visus est autem tum tantum deus in homine, non natus est: mox etiam hoc est quod est visus, & natus est. Ad veritatem vero nascendi familiaritas proficit assumptæ ad contemplandum formæ. Illic homo per deum secũdum naturæ nostræ infirmitatem videndus assumitur, hic pro naturæ nostræ infirmitate nascitur quod erat visum. Accipit vmbra corpus, & species veritatem, & visio naturam. Non tamen deus à se demutatur, cum in homine nobis aut conspicitur, aut nascitur, familiari inter se proprietate & natiuitatis & visus, vt quod natum est,

C visum sit, & quod visum est nasceretur. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur autem cum tres viri essent qui ei apparuerant, quomodo singulariter dominum appellat, dicens, Domine si inueni gratiam ante te. An intelligebat vnum ex eis dominum & alios angelos. An potius in angelis dominum sentiens, domino potius quàm angelis loqui elegit, quia vno ex tribus cum ipso Abraham remanente, duo mittuntur in Sodomam, & illis sic loquitur Loth tanquam domino. CHRYSOSTOMVS. Domine si inueni gratiã coram te, ne prætereas seruum tuum. Quis pro dignitate tanta dauerit iustum hunc, vel quo pacto eum quis innumeris etiam labiis prædicet? Dicere enim domine, est captantium beneuolentiam: dicere autem, si inueni gratiam in oculis tuis, hoc est, admirabile. Beneficium (inquit) das, nõ accipis. Vere enim eiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit quàm dat, qui illam prompte & alacriter exercet. At ne quis eleuans iusti virtutem, existimet quod conscius quales fuerint præsentes, hæc locutus sit. Neque enim magnum quiddam tale fuisset, si sciens dixisset, sed admirabile est & rarum, quod quasi homines alloquens,

D talia verba loquitur. Ne admireris autem, quod cum tres exceperit, ad vnum se conuertit iustus, dicens, domine. Fortassis enim vnus gloriosior cæteris apparebat, ad quem exhortationem suam conuertit. INTERLINEARIS. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, id est in beneplacito tuo. Ne transeas seruum tuum. Ne transitorie fruar visione tua. CAIETANVS. Vidit siquidem Abraham inter illos tres vnum præcipuum, & propterea ad vnum illum dirigit sermonem, dicens, Adonai si inueni gratiam, & cætera. Quanuis Adonai sit pluralis numeri, significans domini mei, hic tamen vsurpari pro singulari manifestat pronomen tuis. Et quoniam nusquam eos viderat, ac sensus hospitalitatis amore, rogat citando imprimis nouitatem beneficij, si nunc inueni gratiam in oculis tuis, non nunc transibis super seruum tuum, hoc est, non nunc ante prandium transibis hac via super habitaculum serui tui. AVCTOR CATENAE. Dictionem מֵעַל meal, verterunt alij à, & dixerunt, Ne trãseas obsecro à seruo tuo, Et ita habet Chaldaica. Septuaginta prout est in nostra æditione. Sed hoc sensum non mutat. Adonai (inquit) si inueni gratiam in oculis tuis, ne obsecro pertranseas seruum tuum. Non po-

E tuit ardentius inuitare, armatis precibus euincere quærit, quasi magni beneficij loco habiturus, si ad se declinare dignentur. Non-dixit, si lassi estis, si pecuniam numerabitis, si emere vultis, sed si mihi non inuidentis, si non infensi, si gratiam vestram promereri possum, non recusetis officium meum atque obsequium. AMBROSIVS. Deinde conuersus ad duos, quos ministros arbitrabatur etiam ipsis deferre gestit obsequium, iam non iure debito seruitutis astrictus, sed blando sedulitatis nomine vsuque famulatus. *Sed afferam* (inquit) *pauxillum aquæ, & lauentur pedes uestri, & requiescite sub arbore.* CHRYSOSTOMVS. Vides cum progreditur, communem eum facere sermonem? Vides quomodo ignorans qui sint, quasi hominibus loquens transeuntibus, ita communi exhortatione vtitur seruum se vocans? Afferam (inquit) pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & refrigerabimini sub arbore. Quia fatigati estis, & multum tulistis æstum, ideo oro, ne prætereatis seruum vestrum. Num magnum quiddam est, quod

F ego exhibeo? Aquam vobis solum præstare possum, qua loti pedes vestros, sub arbore fatigationem deponatis. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Seruat semper in bonis tenorem sui pern

Universidad de Deusto
Biblioteca

stus. RVPERTVS. Quidnam est in quo hæc acta vel dicta cœlestium hospitum in communi schemate, siue G
omnimodo gestu differant hominum, apud amicos suos hospitantium? Ille hospitalis pater familias, currens in
occursum quasi hominum, præ lassitudine tecto & refectione indigentium. Afferam (inquit) pauxillum aquæ, vt
lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. CAIETANVS. Preces porrexit vni, officia vero ho-
spitalitatis offert omnibus, & propterea non dicit, pedes tui, sed pedes vestri, & in omnibus adiunctis officiis
pluraliter loquitur. AVCTOR CATENAE. Sed afferam pauxillum aquæ, & cætera. Promittit of-
ficium sedulum, nudis pedibus ablutionem offert, quo quiescant ac recumbant ad cibum suauius. Refrigerium
sub arbore suadet, ad flatum auræ gratissimum calentibus ex itinere. Lauari autem pedes hospitibus, antiquorum
mos fuit, vnde & in euangelio ait dominus, Aquam pedibus meis non dedisti. Tempore vero calido sub arbo-
rum ramis requiescere, delectabile: ideoq; hæc duo coniungit, lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore.
CHRYSOSTOMVS. Deinde prædicit & mensæ suæ tenuitatem, imò lauticias. *Ponamq; buccellam pa-* H
nis, & confortetur cor uestrum, postea transibitis. Ne putetis (inquit) me splendida vobis apposituru, vel condimen-
torum diuersitatem, vel assatorum varietatem, panem comedetis, & sic transibitis. Vidisti quomodo variis vti-
tur modis, precibus vincere prætereuntes, & gestibus & verbis & operibus attrahere eos volens? Primum enim
inquit, adorauit, deinde dominos vocat. Postea dicit quæ illis exhibiturus sit, extenuans res, & nihil esse vocans.
Aquam enim tepidam (inquit) habeo ad lauandos pedes, & panem, & tectum ab arbore. Ne meum paruifeceritis
tabernaculum, ne despexeritis senectutem, ne renuatis ad exhortationem meam. Scio quantum fertis laborem,
coniecto quantus sit caloris æstus, & propterea paululum vos refrigerare volo. Qualem pater filios suos tenere di
ligens, filiis exhibet benignitatem talem ille ignotis & peregrinis, & nunquam sibi cognitis. AVGVSTINVS
IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur si angelos intelligebat Abraham, quomo
do potuerit ad hanc humanitatem inuitare, quoniam refectio mortali carni necessaria est, non immortalitati
angelorum. ORDINARIA. Sed hospitalitatis officia etiam angelis exhiberi possunt, cum ex elemen- I
tis corpoream formam assumunt. Quod Abraham intelligens, deitatem in vnitate adorabat, & dispensationi
angelicæ in forma visibili ministrabat. GREGORIVS VIGESIMOOCTAVO MORA-
Cap.4. LIVM. Nec enim potuisset Abraham angelos videre, habitaculo terreno susceipere, & non solum susceipere,
sed eorum vsibus etiam cibos adhibere, nisi corpus ex aëre assumpsisset. Non enim exterioribus nostris obtutibus
apparerent, non cibos caperent, nisi solidum aliquid ex cœlesti elemento gestarent. Nec mirum quod modo an-
geli, modo dominus vocantur, quia angelorum vocabulo exprimuntur, qui exterius ministrabant, & appellatio-
ministrantium. RVPERTVS. Ponámque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, & postea transi-
bitis. Quid humanius homini diceres, quem præ labore itineris, & inanitate ventris pene dehiscere, debilis vel
concisus anhelitus proderet? Item quid pronius responderent fessi viatores, de bono & comi hospite lætantes.
CAIETANVS. Ponámque buccellam panis, & cætera. Ex vltimis his verbis iunctis præcedentibus, non nunc K
transibis, & subsecuto facto recessus sumpto cibo, insinuatur quod non de cœna, sed de prandio est sermo.
AVCTOR CATENAE. Quod in nostra æditione, Hebraica & Chaldaica est, Et confortetur, siue confor-
tate cor vestrum, Septuaginta, καὶ φάγεσθε, id est comedite dixerunt. Et post verba illa, Postea transibitis, illi ad-
diderunt, εἰς τὴν ὁδὸν ὑμῶν, In viam vestram, quæ ex alio loco hic interiecta sunt. Non ergo promittit iustus
splendidas dapes, non pretiosa condimenta, buccellam panis pollicetur ad robur virium, paucula spondet, ma-
gna autem præstat. Sic omnis dignus ac liberalis hospes, attenuet verbis officij impensas, etiam si pretiosa produ
cat. Gratus vero & sapiens peregrinus magnificiat omnia, etiam si exiliora susceperit. Suauiter ac instanter su-
scipiendi sunt hospites, qua humanitate non minus oblectari solent quàm dapibus. *Idcirco enim declinastis ad ser-*
uum uestrum. INTERLINEARIS. Vt hæc scilicet officia vobis impenderem. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur, Quia propter hoc transiuistis supra seruum vestrum. Alteram citat rationem ad hoc vt
prandeant apud ipsum, ex propinquitate viæ qua transibant, vtpote imminentis supra habitaculum ipsius Abra- L
hæ, tanquam ipsa propinquitas inuiter, & ratio sic diuertendi ad hospitium Abrahæ. AVCTOR CATENAE.
Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Sensum magis quam verbum expressit interpres, Hebraicè enim
est עֲבַרְכֶם עַל abartem al abdechem, transistis ad, seu iuxta seruum vestrum, & ita est in Chaldaica. Se-
ptuaginta autem, vt in nostra æditione. Hoc igitur ex pia quadam fiducia vt inuitantium benigne mos est, di-
xit patriarcha quo ad diuertendum eos magis alliceret, nec enim illa præcipua fuit ratio, quod illuc vene-
rint viri. Et perinde est, ac si diceret, Charissimi viri, nonne deus propter hoc vos huc declinare fecit, vt
mecum reficiamini pauxillum, & quiescatis à labore viæ vestræ? non ergo debetis transire seruum vestrum
absque eo vt apud eum diuertatis. Vide vero quanta & patriarchæ humilitas, semel atque iterum seruum se
vocat.

RVPERTVS. Et hæc quidem secundum literam. Spiritaliter autem. Notandum primo in hac lectio-
Mystice. ne, verba secundum numeros variari, id est nunc alia singulariter, nunc alia pluraliter dici. Cuius varietatis hæc M
ratio est. Vbi dicuntur vel aguntur ea quæ ad deum pertinent, omnia dicuntur singulariter, vbi inter hospites pe
ne sola sonant humana, dicuntur omnia pluraliter. Nam vt manifestius fiat quod dicitur, Vbi adorat Abraham,
non pluraliter dicit, domini mei, si inueni gratiam in oculis vestris, ne transeatis seruum vestrum, sed singulari-
ter, Domine (inquit) si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, quia videlicet vnus in tribus perso
nis dominus vel deus est, qui singulariter & solus adorandus est. Vbi autem offert quod non dei, sed hospitum
est, loquitur pluraliter, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, & confor-
tetur cor vestrum, & postea transibitis. Item vbi iucundi, & bene refecti de Sara interrogant, scriptum est plura-
liter, dixerunt, Vbi est Sara vxor tua? Vbi autem continuo promittitur quod dare vel facere solius dei est,
singulariter sic scriptum est, Reuertens veniam ad te, & habebit Sara filium. Apparuit autem domi-
nus ei

A nus ei (inquit) in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Hic annus ætatis Abra-
hæ centesimus, ad illam secundum diuinitatis consilium, respicit plenitudinem temporis, de qua dicit Apostolus, At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub Gala.4.
lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Proinde totus illi festiuus atque solennis ex diuinis
est reuelationibus, maxime quia quam hactenus vidisse non legitur, figuram sanctæ trinitatis hoc tempore vi-
dere meruit. ISIDORVS. Abraham vero triplicem figuram gerit in semetipso. Primam saluatoris, qui
relicta cognatione venit in mundum. Alteram dei patris, quia vnicum filium immolauit. Tertiam quæ hoc
in loco apparet, sanctorum qui aduentum Christi cum gaudio susceperunt. AVGVSTINVS IN Vbi supra.
SERMONIBVS. Ad ilicem autem Mambre facta est iusto apparitio, quod Latina lingua interpreta-
tur visio, siue perspicacia. Vides qualis sit locus, in quo dominus potest habere conuiuium? Delectauit enim
B eum visio & perspicacia Abrahæ. Erat enim mundus corde, vt posset deum videre. In tali ergo loco, & in
tali corde, potest dominus habere conuiuium. INTERLINEARIS. Vel in conualle Mambre,
id est in humilitate, quia apparet deus humilibus. GLOSSA GRAECA. Sed quid hoc est quod pri-
ores dei apparitiones ad Abraham de cœlo fiunt, nouissima vero in tabernaculo? Nisi vt figuret deum verbum
in nouissimis diebus cum hominibus in humani cordis tabernaculo versaturū? INTERLINEARIS.
Ostium autem tabernaculi, fides est, per quam intratur in ecclesiam quæ est tabernaculum, quoniam in ea deo
militatur. In feruore autem diei apparuit deus, hoc est, in affectu boni desiderij. EVCHERIVS. Vel
tabernaculum illud Abrahæ, typum habuit terrenæ Hierusalem, vbi pro tempore, prophetæ & apostoli ha-
bitauerunt, vbi & primum dominus adueniens à credentibus exceptus, ab incredulis in ligno suspensus est.
In tribus autem viris qui venerunt ad illum, domini Christi prænunciabatur aduentus, cum quo duo angeli
comitabantur, quos plerique Moysen & Heliam accipiunt, vnum priscæ legis latorem, qui per eandem legem
C aduentum domini indicauit, alium qui in fine mundi venturus est, denunciaturus secundum aduentum Chri-
sti, atque eius euangelium Iudæis prædicaturus. Vnde & in monte dum dominus fuisset transfiguratus, hi duo,
Moyses & Helias cum eo ab Apostolis visi sunt. Quod vero Abraham tres videns, vnum adorauit, domi-
num scilicet saluatorem ostendens, cuius iam aduentum est præstolatus, iuxta quod in euangelio dominus ait, Ioan.8.
Abraham pater vester, exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Tunc enim futurum aspexit
mysterium sacramenti, vnde & pedes eorum lauit, vt in extremo mundi lauacri purificationem demonstraret
futuram. Pedes enim nouissima significant. ORIGENES. Vel quia sciebat dominica sacramenta
non nisi in lauandis pedibus consummari. Sed ne illius quidem præcepti eum pondus latebat, quo dicitur à
saluatore, si quis non susceperit vos, etiam puluerem qui adhæsit pedibus vestris, excutite in testimonium illis.
Amen dico vobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Volebat ergo præ-
D uenire & lauare pedes, ne quid forte puluueris resideret, quod ad testimonium incredulitatis excussum, pos-
set in die iudicij reseruari? Propterea ergo dicit sapiens Abraham, Accipiatur aqua, & lauentur pedes vestri.
Conferamus (si videtur) hanc visionem cum illa quæ facta est ad Loth. Tres viri veniunt ad Abraham, & stant
super eum, ad Loth duo veniunt, & sedent in platea. Vide si non dispensatione spiritussancti pro meritis res
geruntur. Etenim Loth inferior longe erat ab Abraham. Nisi enim inferior fuisset, non esset separatus ab Abra-
ham, nec dixisset ei, si tu ad dexteram, ego ad sinistram, si tu ad sinistram, ego ad dexteram. Et nisi fuisset in-
ferior, non ei Sodomorum terra, & habitatio placuisset. Veniunt ergo ad Abraham tres viri meridie, ad Loth
duo vespere veniunt. Non enim capiebat Loth meridianæ lucis magnitudinem. Abraham autem capax fuit
plenum fulgorem lucis excipere. Obserua autem, quod Abraham cum duobus angelis etiam dominus affuit, ad
Loth vero duo tantummodo angeli pergunt, & quid dicunt? Misit nos dominus conterere ciuitatem, & per-
dere eam. Ille ergo suscepit eos qui perditum darent, non suscepit eum qui saluaret. Abraham vero suscepit,
& eum qui saluat, & eos qui perdunt. GLOSSA GRAECA. Vel Abraham tres angelos vidit in si-
E guram sanctissimæ trinitatis (vt iam dictum est) Loth vero duos tantum in iudicio Sodomæ, quia in humani
generis iudicio, spiritussanctus vna cum filio, cui totum iudicium dedit pater, præsens aderit, spiritus enim Homi.13.
sanctus naturaliter filio semper adest & inest. GREGORIVS IN HOMILIIS. Tunc quip-
pe diem domini Abraham vidit, cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio recepit, quibus profecto
susceptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia & si in personis numerus trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis Cap.51.
est. IDEM NONO MORALIVM. Et bene cum Abraham tribus angelis occurrisse memoratur,
venientibus extra ostium tabernaculi obuiauit, quia videlicet vir ac dominus domus spiritualis, noster scilicet
intellectus, debet in cognitione trinitatis clausira carnis excedere, & quasi habitationis infimæ ianuam exire.
RVPERTVS. Et apte profecto vbi nasciturus Isaac, non iam solum vt antè promittitur, sed & datur, tri-
nitatis mysterium in forma trium angelorum se homini manifestare dignatur, quia videlicet vbi Christus na-
F scitur ex semine Abrahæ, eiusdem Christi filij dei incarnationem præsentia suæ maiestatis tota trinitas in
hospitio virginei ventris operatur, & exinde nomen eiusdem trinitatis, nomen patris & filij & spiritussancti,
toto mundo publica prædicatione declaratur. Nam pater est qui virginem imprægnat, filius qui natura induitur
humana, spiritussanctus cuius operatione concipit Virgo, quæ virum non nouerat. AVGVSTINVS. Ibidem.
Sed & venerunt (inquit) tres viri ad Abraham, & iuxta alia exemplaria steterunt super eum. Hoc ipsum vide-
te, quare sit quod super eum veniunt, non contra eum: Subiecerat se voluntati dei, & ideo super eum stare
dicitur deus, Astiterunt (inquit) super eum, non contra eum ad repellendum, sed super eum ad protegendum.

QVi dixerunt, *Fac ut locutus es. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, Ac-* 2
celera, tria sata similæ commisce, & fac subcineritios panes. Ipse uero ad armentum cucurrit,
& tulit inde uitulum tenerrimum & optimum, dedítque puero, qui festinauit & coxit illum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tulit quoque butyrum & lac, & uitulum quem coxerat, & posuit coram eis. Ipse uero stabat iuxta eos sub arbore. G

2 CHRYSOSTOMVS. Quia magna alacritate processit Abraham ac constantia, assequutus est venationem, & prædam intra retia concludere potuit. Vnde sequitur. *Qui dixerunt, Fac ut locutus es.* Senis ad hæc verba excitatus est iuuenilis vigor. In manibus(inquit) habeo thesaurum, diuitias hinc sumam, senectutis obliuiscar. INTERLINEARIS. Ne igitur charitatis viderentur angeli vitare officia, charitatem acceptant benigne inuitantis iusti. CAIETANVS. Quia autem omnibus obtulerat hospitalitatis officia responsio data describitur communi voto illorum trium. AVCTOR CATENAE. Fac vt dixisti. Nihil enim suauius peregrino, quam alacritas & beneuolentia hospitis. CHRYSOSTOMVS. Vide autem senem exultantem in opere, & quasi præ gaudio saltantem perinde atque in manibus multa bona H afferret, ita se oblectantem. *Festinauit*(inquit) *Abraham in tabernaculum ad Saram.* Sicut quando ad venationem contendebat, significauit eius alacritatem, dicens, Cucurrit in occursum eorum, ita & nunc, quia adduxit viros, & id quod optabat perfecit, neque sic ab alacritate desistit, sed magis feruentem declarat amorem, neque quia securus fuit, ideo fit negligentior. Id quod nobis frequenter euenit, qui principio valde studiosi sumus, quando autem in negotium ventum est, non par studium afferimus. Verum iustus non sic, sed quid? Iterum festinat, & anhelat, & currit senio confectus in tabernaculum ad Saram. *Dixitq; ei, Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcineritios panes.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Et dixit ei, Festina, tres mensuras farinæ similæ commisce. Quia tres mensuræ absolute hic dictæ videntur, & est incerta mensura, propterea addidi, quod in Hebræo tria sata similæ habeat, id est tres amphoras, vt idem mysterium, & hic & in euangelio, vbi mulier tria sata farinæ fermentare I dicitur, agnoscamus. ORIGENES. Festina & consperge tres mensuras similaginis, & fac subcineritios. Hoc Græcè ἐγκρυφίας dicitur quod occultos vel absconditos indicat panes. AMBROSIVS. Bonus maritus exortem religiosi muneris esse non patitur vxorem, nec auare sibi totum munus vsurpat. Recte igitur & pietatis & verecundiæ causa seruatur. Quod pietatis est, vult esse commune, quod pudoris est, integrum manet Saræ. Ante tabernaculum vir hospitum explorat aduentum, intra tabernaculum Sara tuetur fœminæ verecundiam, & opera muliebria tuto exercet pudore. Foris maritus inuitat, intus Sara conuiuium adornat. Nec solum ipse festinat Abraham, sed etiam festinandum dicit vxori, sociam deuotionis ostendens, nec fide disparem. CHRYSOSTOMVS. Magnam(inquit) negociationem assequuti sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera, & commisce tria sata similæ. Quoniam sciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ suæ sociam, etiam retribuendarum mercedum esse participem. Quare enim(dic mihi) nulli famulorum hoc præcepit, sed mulieri tam prouectæ ætatis? Nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mandato Sara, sed parem alacritatem etiam ipsa affert. Audiant viri, audiant mulieres. Viri quidem, vt sic suos contubernales eruditant, quod si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur, sed per seipsos faciant omnia. Mulieres autem, vt accelerent iuuare viros in tam bonis operibus, & non erubescant, aliquos excipiendo hospites propter Christum, illis congruum præbere ministerium, & per seipsas afferre, sed imitentur Saram vetulam, in tanta senecta laborem libenter suscipientem, & filiorum opera perficientem. Nunc enim omnes plane contraria via incedunt, & multa mulierum est mollities, & omne studium in cultu vestium, in auratis & collaribus & externo ornatu, animæ vero nulla est cura. Neque Paulus eas humiliat, dicens, Non in coronis tortis, vel auro, vel
1. Timo. 2. margaritis, vel sumptuosa veste. Vide animam hanc in cœlo vagantem, quomodo non putauit indignum se & vile, etiam de iis per sermonem, & de sertis admonere. Merito, omne enim ei studium erat in bene colenda anima. Quia igitur sciebat quod hæc maxime animæ perniciem generent, propterea non refugit quæ conueniebant ad docendum sic ægrotantes, sed inquit, si vis ornari, vero te ornatu cole, quo decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animæ cultus est, hic à nullis externis commendatur, hunc nullus deprædari poterit, hic perpetuo L manet indireptus. A cultu autem externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam, quæ intrinsecus nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem. Quid quod facile diripitur ille cultus, & famulorum malignitate, & latronum insidiis, & sycophantarum calumniis? Et infinita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. At qui Sara talis non erat, sed verum possidebat ornatum, ideo & digna fuit patriarcha, & sicut ille festinauit, & in tabernaculum cucurrit, ita & ipsa magno studio fecit quæ imperata erant, & miscuit tres mensuras similæ. Nam quia tres erant qui aduenerant, tres mensuras iussit misceri, vt citius panes pararentur. CAIETANVS. Accelera, & tria sata similæ commisce. Species mensuræ significatur nomine sati. Quod autem dicitur similę, aiunt significare subtiliorem partem farinæ. Et est sensus, quod tres mensuras floris farinæ misceret. Et fac subcineritios panes, id est placentas, panes videlicet rotundos, extensos, altitudinis minimæ, quos vulgari Italico appellamus pizze. Citius M enim panis sub hac forma coquitur. AVCTOR CATENAE. Accelera, tria sata similæ cõmisce. Hebraicè est שְׁלֹשׁ סְאִים Selos seim, tres mensuras. Licet incerta sit magnitudo. Sic etiam Septuaginta, τρία μέτρα, tres mensuras. Habes ergo quid hoc loco tria sata significent. Deficit etiam dictio quę Hebraicè est קֶמַח kémah, id est farinæ, vult enim dicere, Accelera, tria sata farinæ similæ commisce, & fac subcineritios panes, vel placentas, vt est in Chaldaica. Septuaginta ἀσώσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως, Accelera & commisce tres mensuras similæ, &c. Non minore igitur affectu suscipit & tractat viros, quàm inuitauerat, omnia festinãter & sedulo adornat. Ad Saram currit, non ad aliquam ancillarum, annosam anum, venerãdam matronam, studio pietatis æquè vigentẽ, iam nonagenariam appellat, festinare iubet, purissimã farinam in massam subigere, placentas ac tortas citius parabiles & delicatas cõponere. Quæ simili statim alacritate perurget omnia, nihil in ea domo per otium geritur. Iubẽte enim marito, obsequit vxor, domina satagẽte, famulæ nõ pigrescũt. CHRYSO. Et vt hoc præcepit iustus.

Ipse

A *Ipse ad armentum cucurrit, & tulit inde uitulum tenerrimum & optimum, deditq; puero.* ORIGENES. Sed qualem vitulum? Forte qui potuit primus occurrere? Non ita, sed vitulum bonum & tenerum. Et licet per cuncta festinet, scit tamen quæ præcipua & magna sunt, domino vel angelis offerenda. Accepit ergo, vel elegit de grege vitulum bonum & tenerum, & tradidit puero. CHRYSOSTOMVS. O senis iuuentutem, ô animæ constantiam: currit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eo transire, per omnia monstrans his qui aduenerant, quanta voluptate perfusus sit, & quanti faciat eorum præsentiam, & quod hunc pro thesauro haberet honorem. Et accepit(inquit) vitulũ delicatum & bonum. Ipse per semetipsum vituli electionem facit, & optimum qui aderat accepit, puerõque dedit, & illum detinuit, non remorando, sed multum studij declarando. AVCTOR CATENAE. Interim igitur ad armentariam currit Abraham, non mittit famulos, magna voluptate deo se seruire credens. Arripit non casu incidentem, sed tenerum & electum vitulum. Puero dat ad coquendum, qui æquè festinare didicerat. Vnde & subditur. *Qui festinauit & coxit illum.* CHRYSOSTOMVS. B Animaduerte, quomodo omnia cum velocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iucunditate facit. CAIETANVS. Qui festinauit & coxit illum. Iuxta Hebræum habetur, Et festinauit ad faciendum ipsum. Hebræi omnes actiones opportunas ad præparandum aliquid ad esum, verbo faciendi significant. Vnde & inferius vbi subiungitur, Quem coxerat, in Hebræo habetur, Quem fecit. AVCTOR CATENAE. Considera(obsecro) impigrum & alacrem senem. Occurrit obuiam, repedat domum, & dixit vxori, Festina. Vide in omnibus quanta sit suscipientis alacritas, festinatur in omnibus, omnia perurgentur, nihil otiose agitur, Abraham currit, vxor accelerat, puer festinat, nullus piger est in domo sapientis, & ad pietatis opera tam seriose incumbentis. CHRYSOSTOMVS. Et neque hic senex quiescit, sed iterum in ministrorum ordinem transit. *Tulit quoque butyrum & lac, & uitulum quem coxerat, & posuit coram eis.* Sic per semetipsum oia facit & apponit. AVCTOR CA. Et vitulũ quẽ coxerat. Ita & Chaldaica. Explicati? Forte quàm Septuaginta, qui Hebraica vt se habent vertũt, ὃ ἐποίησε, Quem fecerat, sic enim est & Hebraicè. Ne- C que certe aliud erat, quàm quod vertit interpres & Chaldaica, licet per alia verba, & aliud loquendi genus. Pergit subinde ministrando, non quiescit senex, lac & butyrum proponit, prima sanctorum patrum salsamenta, post- ea paratum vitulum per seipsum exhibet. Discimus hic antiquorum frugalitatem, panes azymos, tortas, lac, butyrum, & vitulinam carnem, lautitias illis fuisse summas & optimas. CHRYSOSTOMVS. Verum neque dignum semetipsum sensuit, qui consideret eis, sed illis comedentibus, adstabat ipse sub arbore, D Vnde & sequitur, *Ipse uero stabat iuxta eos sub arbore.* O magnitudinem hospitalitatis, ô humilitatis excellentiam, ô mentem oppidò piam. Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur, tunc præ gaudio alacritatẽque multa, imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisse. Sæpe enim consueuit alacritas animæ, si quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Adstitit igitur patriarcha quasi famulus, summum honorem suum existimans, quod præsentibus ministraret, & solaretur itineris eorũ laborem. Vidisti quanta iusti hospitalitas? Neque enim hoc solum considera, quod panes proposuit, butyrum, lac, & vitulum, sed illud cogita, cum quanto honore, & quanta modestia declarata sit hospitalitas. Non sicut multi faciunt, qui suscipiunt, & despiciunt susceptos, eo quod ministerium illis exhibeant. Hoc autem perinde est, ac si quis diuitias congreget & circunferat, & cum collegerit, omnia simul è manibus labi sinat. Quisquis enim cum arrogantia operatur quidpiam, sic facit quasi plus præberet quàm acciperet, nescit quid faciat, proinde & mercedem quæ hic, disperdit. Verum iustus ille sciens quid operaretur, per omnia quæ faciebat, ostendit alacritatem mentis. AMBROSIVS. Aduerte hic, humilitatis officium commendare humilitatem. Abraham stabat, & tu primam accubitionis partem occupas? CAIETANVS. Ipse vero stabat iuxta eos. Secundum Hebræum habetur, Et ipse stans supra eos sub arbore, hoc est, superintendens eis. Assistebat siquidem coram eis, tum humanitatis, tum officij gratia. AVCTOR CATENAE. Eadem dictio est עַל al, de qua supra, quæ & iuxta, vel supra eos verti potest. Chaldaica & Septuaginta nostræ æditioni concordant. Quod autem apud nos prin- E cipium est clausulæ sequentis, videlicet, Cumq; comedissent, Hebraicè est finis huius literæ וַיֹּאכֵלוּ vaiochelu, & comederunt, quod & passim accidit in versione scripturæ veteris testamenti. Non igitur assedit senior tam venerabilis hospes, sed assistebat, imò ministrabat(inquit Chaldaica æditio) comedentibus, summum honorem existimans, si quàm honorificentissime peregrinos tractasset. Et comederunt. Otiosa quæstio, quomodo tam deus quam angeli edere potuerunt. Qui enim apparet, agit, loquitur, per omnia pro sapientia sua attemperare se solet verbis & factis, amicis fidelibus suis. Sed vt & piæ quærentium curiositati aliquatenus mos geratur, dicimus, nec deo nec angelis(esto quod ad tempus aëria assumant corpora) competere propriè atque vniuoce cum hominibus & cæteris animantibus comedere, cum vim vegetatiuam ac nutritiuam non habeant, nec cibus & potus quem sumunt, in eorum substantiam extet vertibilis, sed eatenus manducare & bibere dicuntur, quod cibum ac potum insumant atque intro traiiciant. De quo idem sentiendum, quod de humore à calore solis attracto, qui consumitur quidem ab eo, nec tamen in eum conuertitur. Sciendum etiam, angelos quia non vniuntur cor- F poribus quæ assumunt, vt formæ, sed solummodo vt motores, nec in se sensitiuas potentias habent, idcirco non videre per oculos, nec audire per aures corporum assumptorum, nec per ea sentire aliquid, minúsque corpora illa viuere. Mystice.

ORIGENES. Sed iam sublimiorem gradum conscendamus. Totum quod hic agit Abraham, mysticum, totum sacramentis repletum est. AMBROSIVS. Sara siquidem vnius similaginis tres mensuras, faciens, ty- Galat. 4. pum ecclesiæ habet, cui dicitur, Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis. Hæc enim quæ intimo fidem spiritu fouet, eiusdem diuinitatis asserens trinitatem, pari quadam mensura ac reuerentia, patrem, filiumq;, & sanctum adorans spiritum, & maiestatis vnitate concelebrans, personarumq; proprietate distinguens, hac deuotionem tuam fidei assertione cõspergit. Mulier similaginem offert, hoc est interiora spiritalis frumenti, vel grani illius de quo dictum est, quod nisi in terram ceciderit, nullũ fructũ affert. Vnde & prima vidit domini- Ioan. 12. cę resurrectionis mysteriũ, & festinauit non passim omnibus, sed solis Petro & Ioãni intimare sacrę salutis nũtiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi supra. AVGVSTINVS. In illis ergo tribus mensuris similaginis, propter vnitatem substantiæ, non incongrue G pater & filius & spiritus sanctus intelligitur. Quod tamen & alio modo potest accipi, vt Saram intelligamus ecclesiam, tres mensuras similaginis, fidem, spem, & charitatem. In his enim tribus virtutibus vniuersæ fructus continetur ecclesiæ. Qui hæc tria in se meruerit habere, securus potest ad conuiuium cordis sui totam trinitatem excipere. INTERLINEARIS ET RABANVS. Idem igitur est dicere Saræ, Accelera, & tria sata similæ commisce, quod ecclesiæ, ex Asia, Aphrica, & Europa, hoc est, de omnibus mundi partibus congregare, & fac subcinericios panes, id est omne genus hominum qui diuinæ trinitati credentes aqua baptismatis conspersi sunt, in vnum panem corporis Christi redige. In pane enim vnitas credentium significatur, quia ex multis granis panis conficitur. Azymi autem sunt panes, quia sine fermento malitiæ, & languore nequitiæ, ac feruore peruersæ doctrinæ, oportet esse credentium vnitatem. Subcineritij vero sunt, vt per pœnitentiam delictorum spiritus sancti vapore decocti, esca deo acceptabilis efficiantur. AMBROSIVS. Vel subcineritia, hoc est, absconditа fieri iubentur, eo quod latere debeat omne mysterium, & quasi operiri fi- H dei silentio, ne prophanis temere diuulgentur auribus. Hoc pascitur diuina maiestas, hunc epulatur affectum, qui parcus loquendi sit, nec sacra in medium ferat. ORIGENES. Deinde apponitur vitulus, ecce aliud sacramentum. Vitulus ipse non est durus, sed bonus & tener. Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quàm est ille, qui humiliauit se pro nobis vsque ad mortem, & animam suam posuit pro amicis suis? Vitulus ille saginatus, quem pro recepto pœnitente filio iugulat pater. Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret pro huius mundi vita. AMBROSIVS. Vitulus igitur tenerrimus & optimus, sacramentum est dominicæ passionis, quod festinato impiger studio, non lento otio remissus accipere debet, traderéque puero, qui innocentiam teneræ seruet ætatis, dolum nesciat, referire non nouerit, incorrupti corporis castimoniam cu-
Matt 18. Psalm. 112. stodiat. De quo puero ait dominus Iesus, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Huic puero & similibus eius, sanctus Dauid diuinæ laudationis dispensat officium, dicens, Laudate pueri dominum. RABANVS ET INTERLINEARIS. Vel datur vitulus puero I ad faciendum, id est ordini prophetarum committitur annunciandus dominus. Vitulus itaque tener & saginatus, domini nostri Iesu Christi est corpus. Hic est vitulus, qui propter salutem credentium ad arborem crucis est immolatus. AMBROSIVS. Tener, quia non dura ceruice sed molli iugum legis agnouit, crucis patibulum non recusauit. Et merito tener, de cuius capite & pedibus & intestinis nihil relictum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantium cibo cessit. AVCTOR CATENAE. Optimus autem, INTERLINEARIS. Vel optimus, quia excellens in humano genere. AVCTOR CATENAE. Ex armento vero accipitur vitulus, quia de egregia sanctorum patriarcharum stirpe, de nobilissima Iudæorum regum progenie, Christus dominus secundum carnem pro nobis nasci voluit. INTERLINEARIS. Festinauit autem & coxit puer vitulum, quia prophetæ sancti studiosè prædixerunt Christum dominum passione consumandum. EVCHERIVS. Sed & butyrum & lac cum carne vituli apponitur. Lac quippe K prisсæ legis habuisse figuram Apostolus annunciat, dicens, Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, nec adhuc quidem potestis. Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi lac de vberibus duarum tabularum expressum, hoc est, testamentum fidei. Necdum enim poterant propter infantiam sensus euangelicæ doctrinæ solidam & robustam escam accipere. Butyrum autem tenerrimum & pinguissimum, euangelicum est testimonium, quod veluti oleum fidelibus in signum datur. Sed proinde vitulum cum lacte & Butyro Abraham ad edendum apposuit, quia nec corpus domini quod est vitulus, sine lacte legis, nec lac legis sine butyro, hoc est, sine euangelij testimonio esse potest. ORIGENES. Sed videamus iam, quid etiam in consequentibus dicitur. Ipse autem (inquit) Abraham adstabat eis sub arbore. Ad huiusсemodi narrationes, circunсisas aures requirimus. Neque enim summam solicitudinem spirituisancto fuisse credendum est, vt scriberet in libris legis vbi staret Abraham. Quid enim me iuuat qui veni legere, quid spiritus sanctus humanum doceat genus, si audiero quod Abraham stabat sub arbore? Sed videamus quæ sit hæc arbor, sub qua stabat Abraham, & L conuiuium domino atque angelis exhibebat. EVCHERIVS, ET INTERLINEARIS. Arbor igitur hæc sanctissimæ crucis lignum est, cuius sacramentum tunc intuebatur patriarcha. Et sub arbore angeli sedebant, quia & ipsi crucis erant prædicatores. Sub hac ergo arbore & his sacramentis alunтur ministri Christi. RVPERTVS ET AVCTOR CATENAE. Nec alterum hic prætereundum mysterium. Quid enim hospitalitas tam benigne viris exhibita, quid habiti sermones ad inuicem nil à communi hominum confabulatione discrepantes, quid demum charitate plena comestio, & potus nobis præsagiunt? Num leuia sunt hæc aut ludicra? Non vtique, sed dei & hominis vere filij dei, & vere filij hominis vera & sancta sunt præconia. Quid enim tunc parabatur, nisi vt Isaac nasceretur, in typũ eius, qui cum fecerit terram in sempiterno tempore, & impleuerit eam pecudibus (etenim ea quæ sunt omnia per eum facta sunt) posthæc in terra videndus, & cum hominibus erat conuersaturus? At ille non vtcunque videndus, non M vtcunque cum hominibus erat conuersaturus, sed in veritate humanæ substantiæ, vere de fœmina conceptus & natus, verus homo, vera caro factus, erat in nobis habitaturus. In nobis(inquam) per omnia, vtpote de suis inuisibilibus ad nostra visibilia profectus. An non vere fuit hospes dei filius, propter nos homo factus, de quo per prophetam dicitur. Quare quasi vir colonus futurus es super terram, & tanquam hospes diuertens ad manendum? Recte igitur & pulchre dum illud præsignatur, iam cœlestia terrenis coniunguntur, ita vt in nullo cœlestes spiritus dissimiles se exhibeant hominibus, in colloquio in conuictu, in omni modo tam dictorum quàm factorum, gestu vel habitu.

Cumq;

A Vmque comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est Sara uxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. 3
Cui dixit, Reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occulte dicens, Postquam consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abrahã, Quare risit Sara uxor tua? dicẽs, Num uere paritura sum anus? Nunquid deo quicquam est difficile? Iuxta conditum reuertar ad te hoc eodem tempore, uita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara, dicens, Non risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est (inquit) ita, sed risisti.

B CHRYSOSTOMVS. Postquam largiter & magna hilaritate seminauit iustus hospitalitatem, statim & 3
manipulos vberrimos messuit. Nam vbi ea quæ ex se erant impleuit, & nihil intermisit, & finem acceperunt quæ ad hospitalitatem pertinebant, declaratáque fuit iusti virtus, vt postea discas quantorum & qualium bonorum causa fuerit iusto hospitalitas, manifestat se qui affuit, & paulatim iustum suæ magnitudinem potentiæ docet, dicit ergo. *Cunque comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est Sara uxor tua?* GLOSSA GRAECA. Comederunt angeli diuina virtute, quod appositum erat consumentes, quemadmodum historia Geдeonis, & Manue patris Sampson, & Tobiæ intelligi potest. EVCHERIVS. Certo enim & omnibus modis, inuiolabili munere immortalitatis indutt, non necessitate, sed potestate comederunt, hoc est, non quia indigebant, sed quia volebant, & vt hominibus quadam humanitate congruerent. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus aufertur. Cum igitur comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est
C Sara vxor tua? CHRYSOSTOMVS. Statim autem per interrogationem indicauit ei quod non esset ex vulgaribus aliquis, quandoquidem & mulieris illius nomen sciuit. AMBROSIVS. Sed nunquid ignorabat dominus, qui in posterioribus Sodomorum futura excidia denunciat, vbi Sara esset? Non equidem. Sed docere nos voluit, quantus pudor esse debeat fœminarum, ne procaci occursu hospitum in se oculos inflectant, verum salua verecundia ministerium suum exerceant. AVCTOR CATENAE. Vero simile est per vnum tantum angelorum qui postea & Iehouah dicitur, factam interrogationem hanc, sed omnibus ascriptam, sicut societati vniuersæ solet attribui, quod conuenit parti eius. *Ille respondit, Ecce in tabernaculo est.* INTERLINEARIS. Ac si aperte dicat, non est mulieris in publicum prodire. AMBROSIVS. Abraham quoque auribus tuis ingerens, in tabernaculo Saram degere, indicat quid ab vxore exigas. AVCTOR CATENAE. Vides ex hoc loco quomodo vxor non accedit hospites, nec vocatur, in tabernaculo viri curat domestica, cibos & familiam: curiose tamen auscultat, mulierum
D more curiosior. AMBROSIVS. Et quia prouectior ætate iam Sara iuuenilem custodiebat verecundiam, ideo dominus spopondit ei filium. *Cui dixit, Reuertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, & habebit filium Sara uxor tua.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Reuertens veniam ad te in tempore hoc, & in hora hac, & habebit filium Sara. Pro hora, vitam legimus in Hebræo, vt sit ordo vel sensus. Reuertar ad te in tempore vitæ, quasi dixerit, si vixero, si fuerit vita comitata, hæc autem ἀνθρωποπαθῶς quomodo & cætera. CHRYSOSTOMVS. Quia pollicebatur ei quæ supra naturam, propter hoc & replicando nomen Saræ, significauit, quod super hominem esset, qui in tabernaculum eius diuerterat. Ecce autem hospitalitatis fructus, ecce alacritatis illius miræ merces, ecce laborum Sanræ retributiones. INTERLINEARIS. Prius ergo refecti vt homines, in vnitate deitatis, cuius beneficio erant implenda, futura prædicunt. CAIETANVS. Completo igitur prandio cœperunt angeli manifestare seipsos duplici actione. Et vide mutationem. Nam prius Moyses pluraliter loquitur, dixerunt ad eum, vbi
E est Sara vxor tua? modo vnum tantum describit loquentem, dicendo cui dixit, reuertens, & cætera, ad significandum mysterium quod deus de illis loquebatur. Et nihilominus credimus quod ille qui apparebat inter eos præcipuus, verba proferebat. Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite. Iuxta Hebræum habetur, Reuertẽs reuertar ad te sicut tempus vitæ. Duo dicit, reuersionem videlicet suam, & similitudinem adhibet. Et ad significandum certitudinem reditus, affertur similitudo. Et est sensus, Erit reditus meus certus, quemadmodum tempus vitæ redibit. Non dicit vitæ vestræ, nec dicit vitæ meæ, sed dicit absolute, sicut tempus vitæ. Promiserat siquidem deus post diluuium rediturum semper tempus vitæ, & propterea angelus certificat reditum suum ex similitudine ad certitudinem reditus temporis vitæ. Et habebit filium Sara vxor tua. Hæc denunciatio est primum medium quo deus cœpit manifestare se. AVCTOR CATENAE. Cui dixit, Reuertens veniam, & cætera. Hebraica litera est huiusmodi וְיאמֶר שׁוֹב אָשׁוּב אֵלֶיךָ כָּעֵת חַיָּה Vaiòmer sob asub elécha caeth haia, Et di-
F xit, Reuertens reuertar ad te iuxta tempus vitæ, vel viuentis. Quod exponunt aliqui iuxta tempus, id est in alтero tempore isto, & vos eritis viui, & habebit Sara filium. Quæ sententia non abest ab interpretatione Latina, licet ea sit perobscura. Quid enim est vita comite? num hoc ad ipsum qui loqueretur, an ad ipsam Saram & patriarcham refertur? quod certe non explicatur, quanquam & Hebraica non erant clara. Chaldaica quoque hoc modo locum intellexit, inquiens, Reuertens reuertar ad te in tempore isto quo vos eritis viui, & ecce filius erit Saræ vxori tuæ. Alij, Redire redibo ad te sicut hora viua, verterunt, id est tali hora reuertar qualis hæc, eritque Sara viua. Septuaginta hoc in loco maiores addiderunt tenebras, habentes, ἥξω πρός σε κατὰ καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας, Veniam ad te secundum tempus hoc in horas. Quod si dixissent, εἰς ὥραν τάυτην, In horam hanc, sublata fuisset omnis ambiguitas. Hoc idem quarto Regum inuenitur sub eadem sententia, In tempore hoc, secundum tempus vitæ. Quem locum eodem modo vertit interpres. Præmium itaque hospitalitatis fit consequenter, promissio sanctæ prolis. Dum(inquit) vita comite sequenti anno ad te rediero, Sara filium habebit. Modo loquendi hominibus vsitato loquitur, si vel Sara ipsa annum vixe-

 rit, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit, vel ego viuens post annum rediero, inuenietur Sara enixo filio gratulabunda mater, quæ nunc est natura & G
ætate sterilis. Vel (quod magis placet) affirmatiue intelligit, videlicet anno futuro hoc ipso tempore quo & vos
& ego deo dante viui erimus, reuertar huc, & Sara pulchræ prolis, donati à deo filij erit noua mater. Hoc autem
modo locutus est, vt & nos instruat, talem in loquendo obseruare modestiam, qui semper in vitæ & futurorum
incertitudine sumus, & ne incaute nos hoc aut illud facturos in posterũ afferamus, sed sub conditione, deo vide-
licet volente, & si vixerimus, & prout Iacobus Apostolus in sua docet canonica, Vt dicatis, si dominus voluerit,
& si vixerimus, faciemus hoc, aut illud. Tum vt etiam esse & viuere supernorum ciuium, innuat incessanter de-
pendere à deo quanuis certi sint se nunquam amissuros quod habent. *Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi.*
ORIGENES. Discant mulieres exemplis patriarcharum, discant (inquam) mulieres sequi viros suos. Neque
enim sine causa scriptum est quod Sara stabat post Abraham, post ostium tabernaculi, sed vt ostenderetur, quia
vir si præcedit ad dominum, sequi mulier debet. Quod dico sequi debere mulierem, in eo dico, si astare virum
suum videat deo. INTERLINEARIS. Nondum itaque (vt vides) Sara loquentis verbis fidem adhibuit. H
CAIETANVS. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Non habentur tot in Hebræo, sed & Sara au-
diens in porta papilionis. Ita quod nihil scribitur de risu, nec dicitur post ostium, sed in porta. Et aiunt proprie
portæ nomine vti, vt hinc intelligamus quod cum dixissent angeli vbi Sara vxor tua, accersita fuerit Sara, & ve-
nerit ad portam tabernaculi, & stans in porta, audierit verba angeli dicentis ad Abraham quod reuerteretur ad
eum & inueniret Saram habentem filium. Desunt autem post hæc quatuor dictiones. Et ipsa post eum. Describi-
tur in hac clausula situs quo dispositum erat tabernaculum respectiue ad angelos sedentes in mensa, dicẽdo quod
ipsa porta tabernaculi erat post eum angelum sedentem ad mensam, hoc est, quod porta tabernaculi erat post
tergum sedentis ad mensam. Et descripsit Moyses huiusmodi situm ad narrandum quod angelus non videbat Sa
ram, nec Sara videbat facies angelorum. Et hoc oportuit scribere ad manifestandum quod non corporeis oculis
angeli viderunt Saram ridere. AVCTOR CATENAE. Hebraicum huiusmodi est hoc in loco
וְשָׂרָה שֹׁמַעַת פֶּתַח הָאֹהֶל וְהוּא אַחֲרָיו Vesara Somáath pethah haóhel vehu aharaf. Et Sara audiebat in ostio ta- I
bernaculi, & ipsum post eum. Quod Chaldaica illustrius reddens, inquit, Et ostium erat à tergo eius, nempe ange
li loquentis. Hoc autem fere nostri omnes neglexerunt. Habet vero hunc sensum. Stabat Sara iuxta ostium, quod
erat angelo loquenti ad tergum. Septuaginta vero, *σάῤῥα δὲ ἤκουσε πρὸς τῇ θύρᾳ μῆς σκηνῆς ὄπισθεν αὐτοῦ*, Sara
autem audiuit ad ostium tabernaculi, existens post eum. In quibus omnibus de risu Saræ mentio nulla, sed paulo
inferius illud habetur. CHRYSOSTOMVS. Et vt respondeat diuina scriptura pro Sara, ait,
Erant autem ambo senes, prouectæ ætatis, Et neque hoc contenta, adiicit, *Et desierant Saræ fieri muliebria.* Arefactus erat,
inquit, fons, excæcatus oculus, officina erat inutilis facta, ad quæ respiciés Sara, cogitabat apud semetipsam & se-
nectutem patriarchæ. ORIGENES. Quantum ad ætatem corporis pertinet, multi ante ipsos numerosio-
Cap. 28. ribus annis duxerant vitam, nemo tamen præsbyter appellatus est. Vnde videtur nomen hoc sanctis non longę-
uitatis ratione, sed maturitatis ascribi. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. K
Ambo igitur senes erant, sed illa etiam sterilis, & cruore menstruo iam destituta, propter quod iam parere non
posset, etiam si sterilis non fuisset. Porro si fœmina ita sit prouectioris ætatis, vt ei solita mulierum adhuc fluant,
de iuuene parere potest, de seniore non potest. Quaduis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere. Si-
cut Abraham post mortem Saræ de Cethura potuit, quia viuidam eius inuenit ætatem. Hoc ergo est, quod mi-
rum commendat Apostolus, & ad hoc dicit Abrahæ iam fuisse corpus emortuum, quoniam non ex omni fœmi-
na, sed ex ea, cui esset adhuc aliquot pariendi tempus extremum generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad ali-
quid enim emortuum corpus eius intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus viui,
sed cadauer est mortui. Quãuis etiam sic solui soleat ista quæstio, quod de Cethura postea genuit Abraham, quia
donum gignendi, quod à domino accepit, etiam post obitum mansit vxoris. Sed propterea mihi videtur illa,
quam secuti sumus, huius quæstionis solutio præferenda, quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri de
nulla potest fœmina gignere, non tunc quidem, quando adhuc tam diu viuebant, vt centum anni nondum face-
rent hominem decrepitæ senectutis. AMBROSIVS. Non otiose igitur additum, Defecerant Saræ fieri mu L
liebra, ne putares fœmineæ adhuc possibilitatis fuisse vt pareret. INTERLINEARIS. Nam his
deficientibus mulier parere desinit, vt commendetur miraculum, si sterilis pariat. AVCTOR CATENAE.
Et desierant Saræ fieri muliebria. In Hebræo ita habetur חַדַל לִהְיוֹת לְשָׂרָה אֹרַח כַּנָּשִׁים hadal lihioth lesara órah
canasim. Est autem órah, decursus, via, vel consuetudo. Sic ergo redditur locus, Desierat fieri Saræ consuetudo
vt mulierum. Vel via, seu consuetudo secundum mulieres, aut sicut mulieribus. Alij vertunt, Et Saræ cessaue-
rat esse decursus secundum mulieres. Chaldaica, Et desierat esse Saræ consuetudo mulierum. Quæ omnia v-
num dicunt, & forte etiam ad aliud quàm menstrua possunt spectare, videlicet tempus conceptionis, quod Sara
iam ætate sua transierat. Interpres autem Septuaginta sequitur, *τὰ γυναικεῖα*, id est Muliebria, habentes.
Quæ risit occulte dicens, Postquam consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo. AMBROSIVS.
Vbi supra. Quod riserit Sara, indicium futuri magis quàm incredulitatis arbitror. Risit enim, licet adhuc nesciens
quid rideret, quod publicam esset in Isaac paritura lætitiam. HIERONYMVS. Alia litera. Risit M
autem Sara in semetipsa, dicens, Necdum mihi factum est vsque nunc, & dominus meus senex est. Ali-
ter multo legitur in Hebræo, Et risit Sara in semetipsa, dicens, Postquam attrita sum, facta est mihi vo-
luptas? Simul nota, quod vbi nos posuimus, voluptatem, Eden scriptum est in Hebræo. Symmachus
hunc locum ita transtulit, Postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia. INTERLI-
NEARIS. Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Ac si dicat,
non decet. Naturalem consequitur Sara rationem. CAIETANVS. Risus igitur fuit exterior, di-
tiam ætatis suæ & Abrahæ, ad applicandum se actibus venereis. AVCTOR CATENAE. Quæ risit, occulte
cere autem fuit internum. Et sensus est, quod risit ad ducendum in iocum verba illius viri propter indecen-
dicens. Hebraicè est בְּקִרְבָּהּ bekirba, Intra se, Sic & Chaldaica, Septuaginta etiam, *ἐν ἑαυτῇ*, In seipsa, sed
idem

A idem est sensus. Quodque sequitur, postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? ita
legitur in Hebræo אַחֲרֵי בְלֹתִי הָיְתָה לִּי עֶדְנָה וְאדֹנִי זָקֵן Ahare belothi haitha liedna, vadoni zaken. Postquam con-
senui, erit mihi voluptas, seu iuuentus (vt posuit Chaldaica) Et dominus meus senex est. Quod idem est cum no
stra æditione, verborum transpositione excepta. Septuaginta diuersum quid penitus protulerunt hoc in loco, vi-
delicet, *ὄντως μέν μοι γέγονεν ἕως τοῦ νῦν, ὁ δὲ κύριός μου πέπεσβύτηκε*, Nondum quidem mihi fuit vsque nunc, at do-
minus meus senex. Et licet forte idem sentire possint quod Hebraica, verba tamen hoc non sonant. Quia igitur
filij productio sine grandi miraculo fieri non poterat, quod ambo longæua ætate erant, & Saræ muliebria per æta
tem defierant, ideo secum ridebat sancta mulier se vetulam voluptati operam dare cum vetulo. Notent autem
hic mulieres Saræ prudentiam & mansuetudinem. Maritum ex humilitate dominum suum appellat, quod & bea
tissimus apostolorum princeps in prima sua commemorans canonica, proponit mulieribus imitandum. Mulie-
res (inquiens) viris suis subiectæ sint, sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans. *Dixit autem dominus*
B *ad Abrahã, Quare risit Sara uxor tua, dicẽs, Num uere paritura sum anus? Nũquid deo est quicquam difficile?* CHRYSOSTO-
MVS. Dum Sara iuxta tabernaculum rideret, & impotentiam concipiendi secum ipsa tacite consideraret, is
qui scit arcana mentis, demonstrare volens & virtutis suæ excellentiam, & quod nullum occultum se latuit, dixit
Abrahæ, Cur risit Sara vxor tua, dicens, nunquid paritura sum anus? Hæc enim illa apud semetipsam cogitabat,
Nunquid (inquit) deo est quicquam difficile? Ecce quomodo manifeste seipsum detegit. Non scitis (inquit) quod
naturæ dominus existens, omnia possum quando voluero, & emortuam vuluam, fœcundam, & partui idoneam
facere? Num impossibile (inquit) apud deum verbum? Nonne omnia facio & transformo? num vitæ & mortis po
testatem habeo? num impossibile est aliquid apud deum? Nõne prius hoc pollicitus sum? Num à me dictum pro-
diit aliquod, & opere non perficitur? AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENE-
SIM. Arguitur Sara quia risit, & non Abraham, cum tamen superius similiter riserit & ipse, quia illius risus ad-
C mirationis & lætitiæ fuit, huius dubitationis, quod & ab illo solo diiudicari potuit, qui corda hominum nouit.
INTERLINEARIS. Quare risit vxor tua, & cætera. Quasi dicat, Quare plus acquieuit naturæ, quàm diuinæ
potentiæ? CAIETANVS. Dixit autem dominus ad Abraham. Tetragrammaton est hic scriptum, ad ma-
nifestandum quod illemet in principio huius capituli visus Abrahæ, est qui loquitur modo. Nam & ibidem hoc
idem nomen scriptum est. Et hinc habetur, non duas visiones (vt aliqui Hebræi dicuntur fingere) sed vnam tan-
tum esse. Quare risit Sara vxor tua, dicens. Iuxta Hebræum habetur, Quare hoc risit Sara ad dicere, num vere pa-
ritura sum anus? Riserat Abraham in præcedente visione audiendo idem nuncium, & non fuit reprehensus, risit
Sara & est reprehensa. Ratio disparitatis est, quia ille risit sine culpa, ista autem culpabiliter risit. Vnde dominus
non dicit quare risit Sara, sed dicit quare hoc risit Sara? hoc est, quare hoc verbum meum in iocum deduxit ri-
dendo, & conferendo ad suam senilem ætatem? Nunquid deo quicquam est difficile? Iuxta Hebræum habetur, Si
D absconderit à Iehouah verbum? Hoc est secundum medium quo vir ille loquens magis manifestat se esse ange-
lum dei. Annunciauerat primum filium Saræ anus & sterilis, declarauerat post se cognoscere occulta, tum verba
quæ intra semetipsam dixerat Sara, tum eiusdem risum quem corporeis sensibus non perceperat. Et propterea ma
nifestat, quod diuinitus hæc nouit, dicendo interrogatiue, si summo deo occultabitur verbum aliquod? quasi di-
cat, manifestum esse quod nullum factum, nullum dictum latet summum deum, vt hinc intelligere inciperet A-
braham, quod ipse loquens diuinitus cognoscebat occulta. AVCTOR CATENAE. Dixit autem domi-
nus ad Abraham. Vide quomodo qui in principio appellabantur viri & hucusque vt homines locuti sunt, hic di-
catur dominus is qui ex eis cum Abraham loquitur, & dominus ipsa dei propria nuncupatione, vt discamus in
viris illis tribus dominum deum verum apparuisse. Quod verò sequitur, Nunquid deo quicquam est difficile? In
Hebræo est הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר Haippale meadonai dabar. Significat autem Pala verbum, mirificare, mirabiliter a-
gere, occultum, seu absconditum, aut difficile esse. Variis ergo modis redditur locus. Primo vt fecit interpres, &
optime quidem, ac claro sensu. Septuaginta, *μὴ ἀδυνατήσει παρὰ κυρίῳ ῥῆμα*, Nunquid impossibile erit apud domi
E num verbum? Chaldaica, Nunquid occultabitur à facie domini verbum? Alij, Nunquid mirificabitur à domino
res vlla? hoc est, nunquid tam mirabile & excellens est aliquid, quod à deo non possit fieri? Non igitur fert deus
incredulitatem nostram, vult verbis suis credi, reclamantibus tam humano sensu, quàm naturæ viribus. Nihil
deo inordinatum, quod vult, volũtatis suæ nulla est regula alia à se, quicquid vult, bonum est, cuius ratio imper-
uestigabilis. Sara autem ridendo & dubitando, peccauit, & tamen angelus non statim eam increpauit, sed primo
eius maritum scisitatus est, cur ipsa risisset, vt profecto innuat, virum caput esse mulieris, ad quem vxorem diri-
gere, & in moribus informare, ac delinquentem corripere, pertineat, ita vt culpa coniugis in ipsum pœnitus re-
dundet, nisi in prædictis iuste se habeat circa illam. CHRYSOSTOMVS. Cum igitur possim ego omnia,
cum difficilia quæque, facilia valde apud me existant, non debuit Sara dubitare de veritate promissionis meæ. Au
di igitur denuo. *Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, uita comite, & habebit Sara filium.* Postquam reuer-
F tero (inquit) tempore illo, tunc sciet re ipsa Sara, quod neque senectus ei obstaculo fuerit, neque sterilitas, sed ver-
bum meum non poterit irritari, & partus eam docebit, eorum quæ à me dicta sunt, potentiam. CAIETA-
NVS. Iuxta condictum, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Ad tempus reuertar ad te sicut tempus vitæ, & Sa-
ræ filius. Reprehensioni Saræ, & manifestationi occultorum adiungit confutationem incredulitatis Saræ, confir-
mans repetendo prænunciatum Saræ filium in reuersione sua tempore eodem sequentis anni. AVCTOR CA
TENAE. Hebraica litera est huiusmodi, לְמוֹעֵד אָשׁוּב אֵלֶיךָ כָּעֵת חַיָּה Lamoed asub elecha caeth haia. Est autem
Moed tempus statutum vel constitutum, à iaad verbo quod conuenire, statuere, seu constituere significat. Sic ita-
que vertendum, Ad condictum, siue iuxta statutum tempus, reuertar ad te secundum tempus vitæ. Vel, velut ho-
ra viua, id est, ambobus vobis viuentibus adhuc. Septuaginta, *εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας ἀναστρέφω πρὸς σε*, In tẽ-
pus hoc in horas reuertar ad te. Chaldaica, In tempore reuertar ad te sicut nunc, quo eritis viui, & Saræ erit fi-
lius. Sed cum sint eadem verba quæ supra, dic vt ibi. Suo igitur (inquit) tempore de quo supra tibi mentionem
feci, quando erit vxori tuæ natus filius, miraculose conceptus, reuertar, vt vestro sancto gaudio interfim, præsen-
tia mea

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia mea honorabo semen tuum, de quo sim in temporis plenitudine carnem ipse quoque sumpturus. CHRYSOSTOMVS. Cæterum vt illa audiuit, quod neque illa quæ cogitabat, essent à præsente occulta. *Negauit, dicens, Non risi, timore perterrita.* Timor enim concusserat eius mentem. Et propterea scriptura tribuens hoc infirmi tati suæ totum, addidit, timore perterrita. AVGVSTINVS. Negauit Sara, dicens, Non risi, timuit enim. Quomodo intelligebant deum esse, qui loquebatur, cum etiam negare ausa sit Sara quod riserit, tanquam hoc ille posset ignorare, nisi forte Sara homines eos putabat, Abraham verò deum intelligebat, sed etiam ipse illa humanitatis officia præbendo, de quibus supra dixi, quæ necessaria nisi infirmæ carni esse non possent, mirum nisi homines prius esse arbitratus est. Sed fortassis in aliquibus deum loqui intellexit, quibusdam diuinæ maiestatis existentibus & apparentibus signis, sicut in hominibus deum sæpe apparuisse scriptura testatur. Sed rursus quæritur, si ita est, vnde angelos fuisse postea cognouerunt, nisi forte cum eis videntibus in cœlum issent. AMBROSIVS. Vel ideo negauit se risisse, quia ignorauit, ideo risit, quia prophetauit. AVCTOR CATENAE. Negauit Sara, & cætera. Non leuis fuit, sed admodum seriosa terribilisque correptio domini ad Saram, pro qua & vehementer territa, præ angustia fœminarum more mentitur. Mulier enim erat, & filia Euæ, sed excusatur etiã ab ipsa scriptura, quia timore erat perterrita. Condonabile verò fuit peccatum, quia non contemptu dei, sed fragilitate & ignorantia commissum. *Dominus autem, Non est* (inquit) *ita, sed risisti.* CHRYSOSTOMVS. Ne putes (inquit) licet in animo hæc tractaueris, & quod in occulto riseris, quod possit abscondi à præsentis virtute & scientia. Itaque negare factum noli, ne addas ad peccatum. INTERLINEARIS. Non est (inquit) ita, sed risisti. Adhuc fœmineam incredulitatem increpat. AVCTOR CATENAE. Hebraicè non constat an dominus hoc dixerit, vel Abraham, sic enim scriptum est: ויאמר לא כי צחקת Vaiómer lo chi zahakte, Et dixit, Nequaquam, sed risisti, Sic & Chaldaica, & Septuaginta. Siue igitur à domino dictum referatur, siue ab Abraham, discimus hinc mulierum fragilitates non durius vindicandas, sed tamen non esse omnino dissimulandas, admonendæ, docendæ, arguendæ sunt, sed non irritandæ. Deus amicis suis semper adest, dirigit, solatur, errores boni consulit, fert, conuertitque in bonum. Sed quæritur, cur deus Saram pro sua dubitatione, risu, & diffidentia non puniuit, quemadmodum Zachariam? Dicunt quidam, quod fœmineæ leuitati pepercit, vel quia in dubitatione non extitit pertinax, sed correpta resipuit, confestimque credidit. Alij, quoniam oppidò fuit excusabilis, nesciuit enim esse angelum dei, qui promittebat, neque claram habuit de eius persona notitiam, quod vtique non ignorauit Zacharias. CHRYSOSTOMVS. Hunc iustum imitemur omnes, & magnam geramus hospitalitatis curam, non vt momentaneam & corruptibilem retributionem solum accipiamus, sed vt reponamus nobis etiam immortalium bonorum fruitionem. Nam si hoc facimus, suscipiemus & nos hic Christum, & suscipiet etiam ipse nos in mansionibus illis, quæ ab æterno præparatæ sunt diligentibus se, & audiemus ab eo, Venite benedicti patris mei in hæreditatem, accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi. Cuius gratia, & propter quid? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & potastis me. Peregrinus fui, & collegistis me. In carcere fui, & inuisistis me. Quid minus molestum quàm hæc? Non enim præcepit nobis curiosè scrutari, & inquirere, quibus nam deberemus curam exhibere. Tu quod tuum est, inquit, declara, licet abiectus & vilis sit & apparet, quem fortues. Quæ enim in illos facta sunt, ego vt mihi ipsi facta agnosco, Propterea addidit, Quatenus fecistis vni fratrum meorum minimorum, mihi fecistis. Igitur cum tanta ex hospitalitate sint lucra, non contemnamus, sed quotidie huius bonæ negociationis merces inferre studeamus, scientes quod dominus noster alacritatem magnam, non ciborum pondus requirat, non mensam sumptuosam, sed mentem hilarem, non tantum ministerium munus. Sæpe enim sermonis obsequium magis recreat accipientem, quàm donum ipsum. Proinde scientes hæc, ne simus difficiles erga eos, qui nos accedunt. Quod si poterimus eorum inopiam subleuare, hoc faciamus cum gaudio, lætitiáque magna, non vt præbentes aliquid, sed vt ab eis accipientes. Quod si non possumus, ne simus asperi in eos, sed vel verbis eorum curam agamus, & in mansuetudine respondeamus eis. Quare enim dure compellas eum? num cogit? num vim facit? orat, supplicat, obsecrat. Qui autem hæc facit, contumelia dignus non est. Quid dicet? Orat & supplicat, innumera bona apprecatur, & hæc omnia facit pro vno obolo, & neque illum erogamus. Et quam assequemur veniam? quam habebimus defensionem? Ipsi quidem quotidie lautam mensam apponentes, & sæpe plus quàm vsus requirit insumentes, illis neque paruum quid communicamus, idque cum innumera bona per hos nos habituros expectamus, ô magnam desidiam. Quantum hic damni facimus? Quantum lucri é manibus nostris excidere permittimus? Materiam nostræ salutis à deo nobis datam amandamus, neque in mentem accipimus, neque consideramus, neque paruitatem eorum quæ damus, neque immensitatem eorum quæ accipimus, sed omnia arculis includentes, & aurum quidem à rubigine absumi permittimus, imo furum manibus proponimus, vestes quoque varias à tineis arrodi sinimus, nolumus autem vt ea, quæ absque vsu iacent, bene dispensentur, & vt iterum nobis custodiantur, ac per ea etiam ineffabilia bona mereamur assequi.

ORIGENES, RABANVS, ET INTERLINEARIS. Spiritualiter autem dicamus, ideo latere Saram, quia in ecclesia mulieri non permittitur docere. Sed & virum in nobis esse rationabilem sensum, & mulierem quæ ei velut viro sociata est, carnem nostram. Sequatur ergo caro semper rationabilem sensum, nec in id vnquam desidiæ veniatur, vt carni in luxuria & voluptatibus fluitanti, in ditionem redactus obsequatur rationabilis sensus. Stabat ergo Sara post Abraham. GREGORIVS NONO MORALIVM. Discretione namque magni moderaminis carnis cura frenanda est, vt seruiat, & minime principetur, ne quasi domina animum vincat, sed subacta mentis dominio, quasi ancilla famuletur, vt iussa adsit, atque ad nutum cordis repulsa dissiliat, vt vix à tergo sanctæ cogitationis appareat, & nunquam contra faciem recta cogitantis obsistat. In cuius rei typum Abraham extra ostium tribus angelis occurrisse memoratur, Sara verò post ostium remansisse. Cura igitur carnis, vt fœmina foris non appareat, & videri iactanter erubescat, vt quasi post tergum viri sub discretione spiritus, solis necessariis intenta, nequaquam sciat procaciter detegi, sed verecunde moderari. Cui tamen sæpe cum dicitur vt de se minime præsumat, sed totam se in diuinæ spei fiduciam transferat, despicit, & cessante studio, adesse

A dio, adesse sibi vitæ subsidia posse diffidit. Vnde Sara promissiones dei audiens, ridet, sed ridens corripitur, correpta autem protinus fœcundatur, & quæ in iuuentute vigens fœcundari non potuit, annis fracta senilibus, vtero marcescente concepit, quia cum cura carnis sui confidentiam habere desistit, contra spem ex diuina promissione accipit, quod habituram se ex humana ratione dubitauit. Vnde & bene Isaac, id est risus dicitur qui generatur, quia cum supernæ spei fiduciam concipit, quid mens nostra aliud quàm gaudium parit? IIDEM QVI SVPRA. Sed & mysticum aliquid altius sentire in hoc possumus loco, si videamus quomodo in Exodo præcedebat deus in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, & synagoga domini sequebatur post ipsum. Sic ergo intelligimus, & Saram sequutam esse, vel stetisse post Abraham. An & alio modo Sara latens post ostium synagogam significat, quia videlicet in vmbra sacramentorum se abscondens, Christum venisse non credit? Dum autem promittit dominus Saræ sterili filium, dicens, Circa hoc tempus veniam, non de temporibus, sed
B qualitatem sui aduentus significat, quando scilicet per filium repromissum fidelis populus erat nasciturus. Ita est enim Sara sterilis, cui per prophetam dominus dicit, Lætare sterilis, quæ non paris, & cætera. Dixit etiam, Reuertar ad te hoc eodem tempore, anni scilicet futuri, quia præterito tempore vmbræ, succedet qui signabatur in vmbra. Risus autem Saræ prophetia est, cuius risus duplicem habet significationem, siue quod risus esset futurus incredulis Christus, siue quod omnes inimicos suos in iudicio suo esset risurus.

4 *SVm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitque dominus, Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim*
C *quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciant iudicium & iustitiam, vt adducat dominus propter Abraham omnia quæ loquutus est ad eum. Dixit itaque dominus, Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam.*

4 CHRYSOSTOMVS. Didicimus ex extrema lectione charissimi eximiam iusti hospitalitatem, age & ea quæ sequuntur tractantes, hodie discamus benignitatem & compassionem patriarchæ. Possedit enim iustus ille virtutes omnes. Neque enim tantum bene affectus erat in proximos, neque hospitalis tantum & compatiens, sed & alias virtutes omnes vbertim declarauit. Nam siue patientiam discere optes, inuenies eum in summum illius verticem progressum, siue humilitatem requiris, videbis & in hac nulli cedentem, sed omnes transcendentem, etiam si fides declaranda sit, & in ea præ omnibus aliis probatus est. Est enim anima eius, imago quædam animaD ta, varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis post hac relicta est excusatio, cum vnus homo cunctas in se virtutes possideat, nos ita immunes earum sumus, vt ne vnam quidem perficere iuuet? Quod enim non ex eo quod non possumus, sed quod non volumus, à bonis omnibus sumus alieni, manifeste indicat, quod multi vicinorum nostrorum inueniuntur virtutibus conspicui. Et istuc ipsum, quod patriarcha, qui ante gratiæ tempus, & ante legem fuit, à seipso, & à scientia quæ naturæ insita, vt à dei misericordia præuentus est, in tantum peruenit virtutis fastigium, sufficit vt omnes nostras excusationes refutet. Verum vt amplior fiat nostra æmulatio, & magis ad imitandum hunc iustum prouocemur, age iterum ex historia iusti illius sequentia aggrediamur. Igitur post largam illam hospitalitatem, quam fecerat patriarcha, non qualitate ferculorum, neque quantitate, sed promptitudine & liberalitate mentis eximiam, statim hospitalitatis mercedem obtinuit, & didicit, quisnam præsens ille esset, & quanta eius virtus. *Cum ergo surrexissent* (inquit) *inde uiri, direxerunt oculos suos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos.* De angelis dixit. Nam hic quidem in tabernaculo Abrahæ, & angeli, &
E eorum dominus per idem tempus visi sunt. Abituri autem illinc erant ad subuertenda Sodoma, comitatur eos patriarcha & deducit. Vide domini misericordiam, quanta obsequela vsus est. Simul & iusto honorem impendit, & virtutem in anima latentem detegere voluit. AMBROSIVS. Sicut visitatio domini timentibus exhibetur, ita etiam impiis pœna peccati reponitur. Abraham deducebat hospites, ad humanitatis gratiam addebat obsequia, Sodomitæ pro pietatis officiis, impuritatis augebant flagitia. RVPERTVS. Homines enim Sodomitæ pessimi erant, & peccatores nimis coram domino. Notum, imò notatum, & infame est toti mundo eorum peccatum, scilicet saturitas panis, & otium, in quo male nimis semetipsis abusi sunt, commutantes naturalem vsum in eum qui est contra naturam, masculi in masculos turpitudinem operantes, & ita mercedem quam oportuit er Roma.1. roris sui in semetipsis recipientes, quia videlicet hoc peccatum teterrimum, & peccatorum præcedentium pœna est. Proinde ex tunc, & vsque in seculum, publicanis quoque & ethnicis, ne dicam omnino castis naribus, nimium fœtet memoria eorum. INTERLINEARIS. Cum ergo surrexissent viri inde, direxerunt oculos con
F tra Sodomam. Quia cum Abraham tractauerant de futura misericordia, iam contra Sodomam iudicium intentatur. Et Abraham simul gradiebatur deducens eos, euentum futurum ignorans, sed dominus sicut vult pios scire præmia iustorum, sic non ignorare supplicia impiorum. AVCTOR CATENAE. Et Abraham simul gradiebatur, deducens eos. Pro deducens eos, Hebraicè est לשלחם Leshalleham. Est autem salah verbum proprie dimittere. Vnde aptius redditur, vt dimitteret eos. Septuaginta, συμπροπέμπων αὐτοῖς, legunt, id est comitans eos, sic & Chaldaica, vt comitaretur eos. Sed idem sensus est qui in Latina æditione. Refectione itaque (vt videbatur) completa, surgunt viri, dum interim Abraham steterat, tacuerat, seruierat, ac versis vultibus Sodomam aggressuri videbantur. Abraham autem hospites deducebat, iter indicabat, comitabatur, ne via errarent, non curiose inquirebat qua pergerent, vel quid acturi. ORIGENES. Quid ergo post tantum ac tale conuiuium, quod Abraham domino & angelis sub arbore visionis exhibuit? Proficiscuntur hospites, Abraham autem deducebat (inquit) eos, & ambulabat cum eis. *Dixitque dominus, Num cælare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in gentem magnam & robustißimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? AMBROSIVS. Alia litera inquit, G Non cælo Abrahæ puero meo quæ ego facio. Senilis vtique ætatis Abraham superius scriptura significauit, quia nonaginta & nouem processisset annos, quomodo nunc puerum dicit? Sed cum immemorem senectutis, explo-
ratorem indefessum, cursu impigrum, standi patientissimum, deducendi studiosissimum expresserit, nonne con-
uenire nomen pueri videtur? officiis merito puer dicitur, qui senile nesciebat fastidium, pueritiæ innocentiam &
obsequium deferebat. Datur itaque iusto benedictionis gratia, & posteritatis hæreditas. Offensa autem peccato-
rum exponitur. CHRYSOSTOMVS. Num cælabo ab Abraham puero meo quæ ego faciam? Mirum in
modum deus obsequitur iusto, & plurimo eum honore dignatur. Nam quasi homo homini loquens, & quasi a-
micus amico monstrat nobis, quanto honore dignos ducit virtute præditos. Et vt ne putes honorem tantum iu-
sto concessum solius diuinæ esse bonitatis, videbis quomodo paulopost diuina scriptura docet nos, quod & ipse
ipsi honoris sui fuerit auctor, obediendo mandatis diuinis magna sedulitate. Sed nec postquam dixit, Non cæ H
labo ab Abraham puero meo quæ ego facio, statim dicit futurum, consectaneum enim erat quod adderet, & dice
ret se incensurum Sodomam. Verum dignum est, vt neque illud prætereamus, neque enim syllabam, neque api-
cem in diuina scriptura præterire oportet. Quãtæ enim dignitatis esse putas, quod dicit Abraham puerum suum?
quantæ affectionis? quanti amoris? Hoc enim potissimum monstrat eximiam dignitatem & honorem in iustum.
Deinde id quod dicebam, cum dixit, Non cælabo, non statim affert, & dicit quod futurum. Sed quid? Vt disca-
mus, quod non absque causa, neque temere deus tantum erga illum declarans studium, inquit, Abraham autem
futurus est in gentem magnam ac populosam, & in ipso benedicentur omnes gentes terræ. Papæ, quanta miseri-
cordis domini magnitudo? Quoniam postea inducturus erat excidium Sodomorum, nunc prius Patriarcham a-
nimat, & confidentem facit, simul pollicens ei benedictionem maximam & quod in magnam multitudinem fu-
turus sit, docens eum quod mercedem hanc piæ suæ mentis accipiat. RABANVS. Bene quoque dominus
Abrahæ secretorum suorum pandit arcana, de quo certus erat, quod voluntatis suæ & præceptorum suorum fide- I
thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. RVPERTVS. Num cælare potero Abraham, & cætera. Mira exor-
dientis dignatio, qua deus hominis & excitare attentionem, & captare quodammodo curat beneuolentiam, quip
pe qui ab eiusdem auditoris sui quibusdam laudibus suum sic inchoat sermonem. Num cælare potero Abraham
quæ gesturus sum? Subauditur enim tantis repugnantibus causis? Primo quia futurus est in gentem magnam, Fu
turus, inquam, magis secundum fidem, quàm secundum carnem, in gentem magnam ac robustissimam, videli-
Matth.11. Cap.29. cet cuius mirando fortitudinem recte dicam, quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Vel in his verbis, Abraham erit in ma-
gnam gentem & multam, & benedicentur in eo omnes gentes terræ. Duo illa breuissime plenissimeque promissa
sunt, gens Israël secundum carnem, & omnes gentes secundum fidem. CAIETANVS. Gentem igitur ro-
bustissimam intellige secundum robur diuinum, vt euentus manifestauit in præliis post exitum de Aegypto. Gen K
tes verò benedicendas in Abraham, pronunciatur futurum ad literam ratione Messiæ. AVCTOR CATE-
NAE. Nunquid celare potero, & cætera. In Hebræo est הַמְכַסֶּה אֲנִי מֵאַבְרָהָם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה Hamchase ani me Abraham, aser ani ose. Nunquid cęlo ego ab Abraham quæ ego facio? Quasi dicat, non certe, quia noui eum fide-
lem mihi. Chaldaica verò, Nunquid cælabo, sic & Septuaginta, addúntque, ἀπὸ ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου, ab Abra-
ham seruo meo. Pro eo etiam quod apud nos est, ac robustissimam, in Hebræo est וְעָצוּם Veazum, id est robustam.
Quod Septuaginta μέγα καὶ πολὺ dixerunt, hoc est, Magnam & multam. Forte non ita conuenienter, nam non-
ne idem est hic magnam ac multam? Chaldaica, In gentem magnam ac robustam. Sic igitur deus fidelibus suis
Amos.3. secreta sua reuelare consueuit, cui credunt, obediunt, & iustitiam faciunt. Locus hic loco alteri prophetæ conso-
nat, vbi loquitur deus, Quia non faciet dominus deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos
prophetas. *Scio enim* (inquit) *quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant uiam domini, & faciant iudi-
cium & iustitiam, vt adducat dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum.* CHRYSOSTOMVS. Cogita L
quanta est patriarchæ virtus, quomodo deus dicit, Scio enim quod constituet filiis suis post se, & custodient vias
domini. Magna hæc est virtutis iusti augmentatio. Non enim tantum mercedem accipit, quia ipse bene egit, sed
& quia præcipit natis suis, largas retributiones accipit. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorum quæ
postea fiunt auctor est. Et vide domini bonitatem, non solum pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat.
Scio enim (inquit) quod præcepturus sit suis. Quoniam dicere vult, prænoui iusti mentem, idcirco remuneratio-
nibus præuenio. Scit enim deus abdita cordis nostri, & quando videt volentes quæ oportet, ac sanam præseferen
tes mentem (quod & ipsum muneris eius est) manum porrigit, & ante labores remunerat, alacriorem hac ratione
efficiens, id quod in iustis omnibus inuenies. Nam cum sciat imbecillitatem humanæ naturæ, vt non in ardnis,
& difficilibus nihil se posse putet, inter laborandum ita suum auxilium, & remunerationes præbet, vt & labor al-
leuietur, & feruor crescat. Noui enim (inquit) quod constituet filiis suis, & custodient vias domini dei. Non so-
lum de ipso prædicit, quod constituet, sed & de filiis eius, quod custodient vias domini dei, Isaac & Iacob insinu- M
ans. Vias domini, hoc est, mandata, & præcepta. Vt faciant (inquit) iudicium & iustitiam, nihil præferendo iusti-
tiæ, & viuendo citra omnem iniustitiam. Hæc enim maxima virtus est, ac propterea euenient omnia quæ locutus
est ei dominus. Opinor autem, quod & aliud quiddam significet cum dicit, Abraham futurus est in gentem ma-
gnam & populosam, pro eo, Tu quidem qui virtutem amplexaris, & meis obtemperas præceptis, obedientiam-
que præ te fers in gentem magnam & populosam eris. Impij autẽ illi Sodomorum regionem inhabitantes, dispe-
ribunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eam operantibus, ita & malitia interitus. AVGVSTINVS
IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Ecce vbi promittit dominus Abrahæ non solum pręmia, sed etiam obedientiam iustitiæ filiorum eius, vt circa eos etiam præmia promissa compleantur. INTER-
LINEARIS. Scio enim quod præceptorus sit filiis suis, & domui suæ post se. Quasi ideo notifico ei iudicia
mea, vt sequacibus suis nota faciant iustitiam & iudicium, hoc est, præcepta mea, & recedant à malo.
RVPERTVS.

A RVPERTVS. Omnia autem quæ hic dicuntur bono prius exemplo per semetipsum, postea scripto & doctri-
na legis, per posteros suos egit ille iustus. Quantæ putas laudationes vel testificationes sunt homini dicta hæc ex
ore dei? Non ergo Abraham apud deum parui æstimatur cui tales & tantas ob causas consilium suum cælare se
non posse testatur deus. Et hæc quidem illi digni secundum suam personam dicta sunt, qui genti suæ magnæ, ac
robustissimæ, hodie quæ præcipit, vt custodiant iudicium & iustitiam, scientes peccatoribus districtam exemplo
Sodomorum timendam esse dei sententiam. CAIETANVS. Scio enim. Iuxta Hebræum habetur in præ-
terito, Noui ipsum. Tertia adiungitur ratio reuelandi se Abrahæ. Prima fuit paternitatis relatiue ad gentem ma-
gnam & robustam, Secunda paternitatis relatiue ad Messiam, Tertia est doctrina præceptiua viæ domini. Qui
præcepturus sit filiis suis & domui suæ post se, vt custodiant viam domini. Tetragrammaton est, ad significan-
dum quod leges diuini cultus sunt ab ipso summo essendi principio. Et faciant iustitiam & iudicium. Iuxta He-
B bræum non habetur coniunctio copulatiua, sed legitur, ad faciendam iustitiam & iudicium. Ita quod expositiue
adiungitur viæ domini facere iustitiam actionem voluntariam, & iudicium actionem partis intellectiuæ, ad in-
struendum nos quod via dei non est sine istis. Et hæc sunt quæ ab ipso summo deo, non ab humanis adinuentio-
nibus mandantur. Vt adducat dominus propter Abraham. Iuxta Hebræum non habetur propter, sed super, ita
quod legendum esset, Vt venire faciat deus super Abraham, quod locutus est super ipsum. Percipe prudens lector
media quæ vult executioni mandari à semine Abrahæ. Manifestauit siquidem quod oportet eos ambulare in via
dei, faciendo iustitiam & iudicium. Hinc enim factum est, vt recedentibus Iudæis à via dei, deus expulerit eos de
terra promissionis. AVCTOR CATENAE. Scio enim Hebraicè est in præterito יְדַעְתִּיו chi iedaetif,
Quoniam noui eum. Sed hoc nihil est. Quod autem dicitur, Vt adducat dominus propter Abraham omnia quæ
locutus est ad eum, Hebraicè est, עַל al, id est super, Vt dicat, vt adducat dominus super Abraham quod locutus
est super eum, nempe vt adduceret, sicut supplet Chaldaica. Vult dicere, vt impleat promissiones quas pollicitus
C est Abrahæ, propter merita ipsius. Verum sciendum quod merita Abrahæ non promeruerunt de condigno om-
nium dei promissionum impletionem, videlicet filij dei incarnationem, & mundi redemptionem per ipsum, sed
de quodam condecenti & congruo, quoniam fuit vir iustus valde, & dei familiaris amicus. Sicut autem amicis,
præsertim familiaribus & prædignis, secreta à dominis reuelari solent, sic viri perfecti & amici dei, per donum sa
pientiæ consummatæ quasi eius consiliarij ac secretarij efficiuntur, ita vt deus incerta & occulta sapientiæ suæ eis
manifestet, talisque extitit Abraham. Est autem iustitiam facere, deum credere, amare, colere, ex ipso in totum
pendere, bona omnia operari. Iudicium verò facere, est proximo impendere, quod sibi quis vult fieri. Quæ sub
aliis verbis alibi regius domini propheta, etiam ipse succinctissime expressit, dicendo, Declina à malo, & fac bo-
num. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem benedictionibus & laudibus fiduciam ac animos dedit iu-
sto, incipit quod acturus erat argumentum. *Dixit itaque dominus, Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est,*
D *& peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Terribilia verba, Clamor (inquit) Sodomorum & Gomorræorum mul-
tiplicatus est apud me, & peccata eorum magna valde. Vide quomodo mala coaceruentur. Nam quod clamor
Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, & illud opinor significare, quod cum indicibili iniquitate illa, etiam
omni virtute priuati sint, multáque iniustitias quas commiserunt demonstrauit, & insurrexerunt potentiores cõ
tra inualidiores, ditioresque contra pauperes. Proinde non solum (inquit) magnus erat planctus clamoris, sed &
peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed magna atque valde magna. Insolitum enim iniquitatis modum excogi
tauerunt, & alienas & illicitas coëundi leges inuenerunt. Atque tanta erat malitiæ procliuitas, vt omnes omni
malo replerentur, & nullam postea correctionem admitterent, totique aboleri digni essent, neque enim incurabi-
les illi, morborum medicos ferebant. Clamor ergo Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, & pecca-
tum eorum aggrauatum est nimis. AMBROSIVS. Magna domini patientia, vt non statim peccatorem
punirit, sed diu differat expectans correctionem, nec commoueatur ad vlciscendum, nisi peccator mensuram ex- Matth.23.
cedat. Vnde & dominus Iesus in euangelio ad Iudæos ait, Implete mensuram patrum vestrorum. AVGVSTI-
E NVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta alia exemplaria. Clamor Sodomorum & Gomorræ impletus est, & Cap.7.
delicta eorum magna valde. Clamorem scriptura solet ponere pro tanta impudentia & libertate iniquitatis, vt
nec verecundia, nec timore abscondatur. GREGORIVS QVINTO MORALIVM. Clamor Sodo- Par.3. cap.
morum & cætera. Vides quomodo omnis iniquitas apud secreta dei iudicia habet voces suas? Peccatum nanque 32.
cum voce, est culpa in actione, peccatum cum clamore, est culpa cum libertate & iactantia. IDEM IN PA- Esaiæ 3.
STORALI. Cum enim prauus quisque impudenter innotescit, quo liberius omne facinus perpetrat, eo etiam
licitum putat, & quod licitum suspicatur, in hoc proculdubio multiplicius mergitur. Vnde scriptum est, Pecca-
tum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Peccatum enim suum absconderet Sodoma, si adhuc
sub timore peccaret. Sed funditus frena timoris amiserat, quæ ad culpam nec tenebras requirebat. Vnde & rur- Psal.beatl
sum bene scriptũ est, Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est. IDEM IN SEPTEM PSAL- quorum.
MOS POENITENTIALES. Ex qua etiam sententia patet, quod peccatum clamor sit. INTERLI-
F NEARIS. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, euidentia scilicet publicati flagitij, quæ
accusatione non eget. Et peccatum eorum aggrauatum est nimis, scilicet consuetudine, quasi superpositio lapide.
CAIETANVS. Dixitque dominus. Tetragrammaton est, ad insinuandum quod ipsum summum princi-
pium essendi est etiam principium destruendi Sodomam & Gomorram, contra philosophos tradẽtes quod sum-
mus deus est quidem principium essendi, sed non est principium non essendi. Clamor Sodomorum & Gomorræ
multiplicatus est. Humano more loquitur deus ad instruendum homines, vt non præcipites iudicent & puniant.
Sed cum clamor infamiæ multiplicatæ peruenit ad eos, descendant inquirendo, donec clara luce videant an sit
verum quod infamia detulit. Si enim deus ipse qui omnia nouit certissime, ad similitudinem inquirentis se exhi-
buit, multo magis homo quantuncunque alias certus, debet iudiciario ordine certificari ante sententiam. AV-
CTOR CATENAE. Clamor Sodomorum, & cætera. Deest in hac litera duplicata dictio quæ est apud He-
braeos, videlicet כִּי chi, quoniam. Et est ratio subsequentis particulæ, Descendam & videbo. Vt hæc sit litera vera,
Clamor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clamor Sodomæ & Gomorræ quia multus, & peccatum eorum quia aggrauatum est valde, vel vt habet Chaldaica, Quia forte est nimis. Septuaginta, καὶ ἐι ἁμαρτία αὐτῶν μεγάλη σφόδρα, Et peccata eorum magna vehementer. Quod idem est. Clamor igitur erat, non iustorum contra impios clamantium, cum nemo iustus esset inter illos, sed publica criminum libertas, consensus communis in malum, nemine accusante, reprehendente, corrigente, dolente. Otium denique, saturitas, crudelitas, pauperum occisio, nouæ libidines, publicus abusus contra naturam. Hæc crimina cum reliquis omnibus, & contemptus dei, & prædicatorum verbi eius, qualis erat Loth, clamor dei erant, idque non solum in Sodoma, sed & in aliis vrbibus. Hæc erant peccata grauia valde, quæ terra ipsa ferre diutius non posset. Licet autem omne graue peccatum ad cœlum clamet, tria tamen præcipue peccatorum genera in scriptura reperiuntur, quæ ad deum clamare dicuntur. Primum, innocentis occisio, prout dixit dominus ad Cain, Vox sanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra. Secundum, peccatum contra naturam, de quo hic est sermo. Tertium, defraudatio mercedis pauperum laborantium, de quo habetur Iacobi quinto, Merces operariorum qui messuerunt regiones vestras quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Quia igitur horum clamor multus, & peccata eorum magna nimis. *Descendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint, an non est ita, ut sciam.* HILARIVS NONO DE TRINITATE. In omnibus quæ ignorasse deus loquitur, ignorantiam quidem profitetur, sed ignoratione tamen non detinetur, dum ad id quod nescit, non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi. Loquitur ad Abraham deus dicens: Clamor Sodomorum & Gomorræ impletus est, & peccata eorum magna valde. Descendam ergo & videbo, si secundum clamorem eorum consummantur: quod si non, vt sciam. Habemus ergo nescientem deum, quod tamen non nesciat: nam cum peccata magna valde sciat esse, & rursum descendit vt videat an consummati sint, & si nondum consummati sunt vt sciat, intelligimus eum non ea tunc scire, quia prius nesciat, sed tunc scire, quia tempus ad agendum sit. Nescire ergo deum, non est ignorantiæ diminutio, sed temporis plenitudo. Expectatur enim ad hoc vt sciat, Et cum non possimus id de eo intelligere quod nesciat, cum tamen adhuc expectet vt sciat, necesse est, vt id quod sciens nescit, & nesciens scit, nihil aliud quàm vel loquendi dispensatio sit, vel agendi. ORIGENES QVARTO CONTRA CELSVM. Deum cum prophetarum voces descendentem fatentur, dicentémque, Nonne cœlum ac terram ego impleo, tropologice illud accipimus. E sua nanque descendit hic magnitudine atque fastigio, cum hominum facta, & improborum præsertim, dispensat & moderatur. Et quemadmodum vsu venit, vt pueris minutioribus condescendere præceptores dicamus, & adolescentibus item philosophos, & alios quosdam prouectiores nuperrime ad philosophiam inductis, cum alioquin non corporaliter hi condescendant, sic etiam sicubi sacris in literis dicitur, Descendit deus, siue ascendit, correspondere id noscitur vulgatæ consuetudini, quæ id nomen vsurpet. CHRYSOSTOMVS. Docet hæc scriptura omne hominum genus, quod licet magna valde & confessa sint peccata, non antea tamen pronunciandam sententiam, quàm manifestæ demonstrationes fiant. Quid ergo sibi vult, quod sermonem suum ita attemperat, Descendam (inquit) & videbo? Nunquid de loco in locum transit vniuersorum dominus? Absit. Non hoc dicit, sed vt dixi, per verbum crassius docere nos vult quod opus sit magna diligentia, & non auditu solo peccatores condemnandi sint, neque sententiæ ferendæ, nisi comprobatio præcedat. Audiamus hæc omnes, non enim solum ij, qui pro tribunali sedent, obseruare hanc legem debent, sed & nullus vnquam ob nudam accusationem proximum condemnet. Idcirco enim & post hæc beatus Moyses spiritusancto afflatus admonet, dicens, Auditum vanum ne accipias. Et beatus Paulus scribens, clamabat, Tu autem cur iudicas fratrem tuum? Et Christus quoque præcipiens discipulis suis, Nolite (inquit) iudicare, vt ne iudicemini. Cur enim (inquit) ante tempus inuadis iudicis ius? Cur præuenis diem illum terribilem? Vis iudex esse? cognosce temetipsum, & tua delicta. Nullus est qui vetet, sic enim & peccata tua emendabis, & nihil ex facto incommodaberis. Quod si relictis rebus tuis sedes ad iudicandum alios, maiores tibiipsi colligere peccatorum sarcinas non sentis. Idcirco obsecro fugiamus omnino, ne condemnemus alios. Nam etsi iudiciariæ potestatis non sis particeps, attamen iudicasti mente, & peccato fecisti te obnoxium, præsertim quod nulla demonstratione audita, sed sola suspicione, & tenui accusatione condemnas. Quapropter beatus Dauid clamabat, dicens, Detrahentem clam proximo suo, hunc prosequebar. Vidisti virtutis eminentiam? Non solum non recipit quæ dicuntur, sed & abigit volentem fratri suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maxime omnium seruemus, ne condemnemus fratres nostros, neque detrahere cupientes accedamus, imò iuxta prophetam abigamus, & omnino auersemur. Hoc enim opinor & prophetam Moysen insinuare, cum dicit, Auditum vanum ne acceperis. Et hac de causa etiam nunc dominus tam crasso verbo vsus est in vtilitatem animarum nostrarum, dicit enim, descendam, & videbo. Cur enim? Num nesciebat? Ignorabat ne peccatorum magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Verum quasi satisfactionem quandam affert iis, qui posthac impudenter accusare volunt, & monstrando Sodomitarum peruicaciam & virtutis penuriam, tanta vsus est longanimitate. Fortassis autem non propter hoc solum, sed & vt iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentem, & bene in alios affectam. AMBROSIVS. Descendam, & videbo, & cætera. Non ignorabat deus peccata Sodomorum, sed propter te instruendum verba huiusmodi loquebatur, vt tu propius scruteris eorum commissa, in quos vindicandum arbitraris. Descendam (inquit) vt videam, hoc est, etiam tu descende cura, descende indaginis studio, ne quid sit quod fallat, aut lateat absentem, vt oculis facinus deprehendas. Eminus positi multa nescire possunt. Quem clamorem autem ait, nisi forte quia ei quem nihil latet, clamant omnia, clamare videntur singulorum crimina? Denique ad Cain dicitur, Sanguis fratris tui ad me clamat, hoc est, non latet, sed clamat parricidium tuum. Itaque velut excitatur deus flagitiorum nostrorum clamoribus, vt aliquando vindicet, qui libenter ignoscit. ORIGENES ET AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Videamus quid in his scripturæ verbis intelligi dignum sit. Quando ad Abraham responsa redduntur, non dicitur descendere deus, sed supra ipsum adstare, nunc autem quia peccatorum causa agitur, descendere dicitur deus. Vide ne ascensionem & descensionem localem intelligas. Indignum est hoc de incorporea & vbique tota sentire substantia. Sed descendere dicitur deus, quando curam humanæ

Genc.4.
Exod.23.
Ro.2.&.14.
Matth.7.
Psal.100.
Genc.4.

A humanæ fragilitatis habere dignatur. Sed videamus quid est (iuxta aliam literam) Descendi vt viderem, vtrum sermo qui ad me peruenit, opere completus est, an non est ita, vt sciam. Solent enim nos hinc impugnare pagani, & maxime immundissimi Manichæi, dicentes, Ecce nesciebat deus legis quid ageretur in Sodomis. Nos enim sano intellectu respondemus & dicimus, quod aliter deus nosse dicitur iustos, aliter peccatores. Denique de iustis quid dicitur? Nouit dominus qui sunt eius. De peccatoribus quid dicitur? Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quia non noui vos. Et iterum, Paulus apostolus, si quis est domini, intelligit quæ dico, qui autem ignorat, ignorabitur. Quid est ergo, Nescio, Non noui vos? non vos agnosco in regula mea, non in vobis recognosco imaginem meam. Cognoscit in vobis iustitia mea quod puniat, & non cognoscit misericordia quod coronet, ac sic quorum actus indigni deo sunt, indigni etiam notitia dei dicuntur. Descendi ergo vt videam, non vt quid agunt sciam, sed vt ipsos scientia mea dignos efficiam, si quos ipsorum inueniam iustos, si quos inueniam pœnitentes, si quos tales, quos debeam scire. Denique quia nullus qui pœniteret, nullus qui conuerteretur, inuentus est præter Loth, ipse solus cognoscitur, ipse solus de incendio liberatur. Nos verò fratres demus operam, & tales cum dei adiutorio esse laboremus, vt digni habeamur notitia dei, vt nos & agnoscere dignetur, & scire. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta verò alia exemplaria, Descendens ergo, videbo si secundum clamorem ipsorum venientem ad me consumantur, si autem non, vt sciam, verba hæc si non dubitantis, quid duorum potius euenturum sit, sed irascentis & minantis accipiamus, nulla quæstio est. More quippe humano deus in scripturis ad homines loquitur, & eius iram nouerunt sine perturbatione intelligere, qui nouerunt. Solemus autem etiam sic minaciter loqui, videamus, si non tibi facio, aut videamus, si non illi facio, & si non potuero tibi facere, vel sciam, id est hoc ipsum experibor, vtrum non possim, quod comminando, non ignorando dicitur. Irati apparet affectus, sed perturbatio non cadit in deum. Mos autem humanæ locutionis, & vsitatus est, vt humanæ infirmitati congruat, cui deus coaptat locutionem suam. GREGORIVS DECIMO NONO MORALIVM. Descendam, & videbo, & cætera. Omnipotens dominus & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quàm probare? Et ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit, atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est, Tu autem domine cum tranquillitate iudicas, ille de quo scriptum est rursum, Dominus patiens est redditor, in tanto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam præter misit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit. Ecce malum quasi cum difficultate credidit cum audiuit, & tamen sine tarditate percussit, cum verum agnoscendo reperit, vt nobis videlicet daret exemplum, quod maiora crimina & tarde credenda sunt cum audiuntur, & citius punienda sunt, cum veraciter agnoscuntur. IDEM IN REGESTO. Ex sacri eloquij testimonio tenemus, vt maiora mala cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed probata citius vlcisci. Nam ipse qui omnia creauit, & cuncta quæ condidit intuetur deus, malorum grauium vltione commotus ait, Clamor Sodomæ & Gomorræ ascendit ad me, descendam vt videam, vtrum clamorem quem audiui, opere compleuerint, & vlciscar, an non est ita, vt sciam: Quo enim descenderet deus, vt quæ essent facta cognosceret? Aut quid non is qui vbique est sciret? Sed vt nostræ ignorantiæ exemplum discretionis daret, quatenus deberemus mala grauia audita non credere, ipse se dicit ad cognoscendum descendere, de quo omnibus liquet, quia & non descendens omnia sciret. RVPERTVS. Quantum ergo ad præsentem locum historiæ pertinet, temerarium hominum prohibetur iudicium, ne facile audita credant, vel inexperta iudicent, cum deus omnium multiplicatus est, descendam, potest, qui antequam fiant omnia nouit, dicere dignatus sit, Clamor Sodomorum multiplicatus est, descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. INTERLINEARIS. Vt igitur à præcipitatione iudicij compescaret, mala Sodomæ prius voluit probare, quàm iudicare. CAIETANVS. Quia clamor multus, & quia peccatum aggrauatum, descendam, & videbo, Deinde subiungitur euentus tam secundum partem affirmatiuam, dicendo si quemadmodum clamor qui venit ad me fecerunt, subaudi, consumptio, id est destruam eos, quàm secundum partem negatiuam, dicendo, & si non, scilicet fecerunt, scilicet clamorem qui venit ad me, sciam. Vt dictum est humano more loquitur deus. Hic enim debet esse fructus inquisitionis, hæc inquisitoris intentio, vt si non inuenerit ita esse, sufficiat ei scire, & non velit honoris gratia, ad monstrandum quod non frustra inquisierit, ad quasi tuendam auctoritatem vexare subditos. AVCTOR CATENAE. Quoniã varia est huius loci lectio, ideo placet ipsa Hebraica ponere אֶרְדָה נָּא וְאֶרְאֶה הַכְּצַעֲקָתָהּ הַבָּאָה אֵלַי עָשׂוּ כָלָה וְאִם לֹא אֵדָעָה Erada na veere, hacezaakatha habaa elai asu cala, veim lo edaa. Descendam nunc, & videbo, vtrum sicut clamor, vel secundum clamorem, qui venit ad me, fecerint consummationem, seu consummatio, & si non, sciam vel propitiabor. Quod autem dicitur, consummationem, vel consummatio, aut finis, dicunt aliqui hunc subesse sensum, vtrum secundum clamorem qui venit ad me, fecerint, & permanserint in sua pertinacia, consummationem faciam in eis, vel consummatio erit eis. Et si non fecerint, non consummabuntur. Quem sensum & Chaldaica complectitur, more suo loca difficilia illustrans, ita inquiens. Apparebo nunc, & diiudicabo, vtrum sicut clamor qui euenit coram me, fecerint, consummabo eos, si non egerint pœnitentiam. Si autem egerint pœnitentiam, non vlciscar. Septuaginta καὶ καταβὰς ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με, συντελοῦντα, Et descendens igitur videbo, si secundum clamorem eorum qui venit ad me, perficiunt, & cætera, vt in Latina æditione, quæ & ipsa ab Hebraica nequaquam discordat. Literam autem hanc, vt tibi plana sit, sic ordina. Descendam & videbo, vt sciam, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita. Descendã autem dicit dominus, etiam iuxta literam, quia licet vallis esset illustris, altior tamen situ erat, quàm vallis Pentapoleos illa. Magna denique crimina vt non sunt cito credenda, sic non sunt tarde punienda, sed prius perquirẽda diligenter. Anthropopathos hic omnia dicuntur ac aguntur. RVPERTVS. Promissio vel aduentus filij dei, sicut electis in multitudine misericordiæ, sic reprobis in abundantia est iræ & vindictæ. Ira enim (inquit Apostolus) & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo

2. Tim. 2. Matth. 7. 1. Cor. 14.
Cap. 28.
Sap. 12. Eccli. 5.
Li. 6. cap. 178.
Mystic. Roma. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudæo primum & Græco.Bene ergo is cuius in euangelio suo simul ira reuelanda erat & gratia,iam in præsigna- G
tione aduentus sui,dum præfiguratur in Isaac,vtriusque rei narranda toto orbi præmittit exempla.Penes ipsa pio-
rum tabernacula,castis indulget delitiis,& ridentibus pene arridens , atque congaudens , materiam multiplicat,
causamque confirmat risus æterni , ac deinde Sodomam diuertens , terribilem super impios & peccatores pessi-
mos pluit iram,in exemplum ignis æterni.Illic mansuetudinem,hic filij sui deus veritatem præostendens & iu-
stitiam.Plane igitur Sodomitæ peccatores pessimi,typum gesserunt falsorum Hierosolymitarum,eorum qui do-
Esa 1. minum nostrum dei filium crucifixerunt,testante Esaia cum de illis prophetica voce dicit , Audite verbum do-
mini principes Sodomorum,percipite auribus legem dei mei populus Gomorræ.Delectatus itaque dominus hos
pitio patris Abrahæ,dirigit oculos contra Sodomam,deducente se Abraham , vim pene passurus à peccatoribus,
quia videlicet doctrinis & miraculis exhilaratus apud discipulorum beneuolentiam , in quibus secundum fidem
Apoca.11. erat Abraham, eisdem apostolis deducentibus,Hierosolymam illam,quæ spiritualiter Sodoma vocatur , ascen-
dit crucifigendus à pontificibus Pharisæis,senioribus quoque & scribis populi.Cum ergo passurus dominus dire- H
xit oculos suos contra Sodomam illam,id est Hierosolymam, non celauit Abrahæ, id est apostolis suis carne &
fide filiis Abrahæ,quæ gesturus erat ipse,sciens quod futuri essent in gentem magnam ac robustissimam , videli-
cet illam , quam ex tunc diffusam per totum orbem videmus ecclesiam , terribilem vt castrorum aciem ordina-
tam,& quod per ministerium illorum benedicendæ essent in semine Abrahæ omnes nationes terræ,& quod præ-
cepturi essent filiis , id est auditoribus suis , vt custodirent iustitiam & iudicium , futuram credentes resurrectio-
nem,& iudicium vniuersale viuorum & mortuorum.Porro quia Sodomorum,id est Hierosolymorum clamor,
Matth.21. crebro ascenderat ad dominum,euangelica testante parabola , quia mali,& male perdendi agricolæ, seruos do-
mini vineæ semel,& iterum,ac tertio ad se missos eiecerunt,imò & contumeliis affectos occiderunt . Nouissime
ergo missus filius vnicus,æstimante patre,ac dicente,verebuntur filium meum,recte dixit, Clamor Sodomorum
multiplicatus est,descendam,& videbo,& cætera.Descendit enim,& vidit, vtrum clamorem qui ascenderat, o-
pere compleuissent,vidit (inquam) id est expertus est quàm pessimi essent , didicit in semetipso quàm crudeliter, I
quàm odiose sanctos Prophetas & iustos homines occidissent. ORIGENES. Quod autem descenderit do-
minus,specialius de domino,ac saluatore nostro sentiendum est , qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem
deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens . Descendit ergo . Neque enim alius ascendit in cœlum,
nisi qui descendit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo.Descendit ergo dominus, non solum curare , sed etiam
portare quæ nostra sunt.Formam nanque serui accepit,& cum ipse inuisibilis sit naturæ,vt pote æqualis patri,ha-
bitum tamen visibilem suscepit,& repertus est habitu vt homo,sed & cum descendit,aliis deorsum est, aliis verò
ascendit , & sursum est . Nam & electis Apostolis ascendit in montem excelsum , & ibi transformatus est coram
ipsis.Illis ergo,quos de mysteriis regni cœlorũ docet,sursum est.Turbis autem & pharisæis,quibus exprobrat pec-
cata,deorsum est,& ibi est cum ipsis,vbi fœnum est.Transformari autem deorsum non poterat,sed sursum ascen
dit cum iis,qui sequi se poterant,& ibi transformatur.
K

5 CONuerteruntque se inde , & abierunt Sodomam . Abraham uerò adhuc stabat coram domino , & ap-
propinquans ait. Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate , peribunt
simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos , si fuerint in eo? Absit à te ut rem hanc fa-
cias, & occidas iustum cum impio , fiatque iustus sicut impius . Non est hoc tuum , qui iudicas omnem terram,
nequaquam facies iudicium hoc . Dixitque dominus ad eum, si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ci
uitatis, dimittam omni loco propter eos . Respondit Abraham , dicens , Quia semel cœpi , loquar ad dominum
meum, cum sim puluis & cinis . Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint? delebis propter quadra-
gintaquinque uniuersam urbem? Et ait , Non delebo , si inuenero ibi quadraginta quinque . Rursumque locutus
est ad eum, Si autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta. L
Ne quæso (inquit) indigneris domine , si loquar . Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Non faciam,
si inuenero ibi triginta . Quia semel (ait) cœpi, loquar ad dominum meum . Quid si ibi inuenti fuerint uiginti?
Ait, Non interficiam propter uiginti . Obsecro (inquit) ne irascaris domine , si loquar adhuc semel . Quid si
inuenti fuerint ibi decem? Dixit, Non delebo propter decem. Abiit dominus postquam cessauit loqui ad Abra-
ham, & ille reuersus est in locum suum.

5 Conuerteruntque se inde, & abierunt Sodomam. INTERLINEARIS. Iuxta aliam literam, Conuerterunt-
que se inde angeli.Quia dominus in angelis loquitur,nunc in eius persona,nunc in angelorum stilus alteratur. M
CAIETANVS. Tres illi angeli in specie virorum verterunt se à situ quo stantes allocuti fuerunt Abraham
versis vultibus ad ipsum sequentem eos,& vultus ac iter direxerunt versus Sodomam,tanquam ituri illuc. AV
CTOR CATENAE. Vel dominus per duos angelos ad videndum vitia Sodomorum , & ad cognoscenda
hominum mala descendit.Tertius verò conceptum Isaac pronunciauit , & qui Abrahæ in persona dei loqueba-
tur,adhuc ibidem cum eo remansit,vnde sequitur, Abraham uerò adhuc stabat coram domino, & appropinquans ait.
CAIETANVS. Significatur quod quanuis viri illi verterent se versus Sodomam eundo,attamen Abraham
tanquam occupando viam,posuit se adhuc ante facies eorum.Et quoniam vnum præcipuum venerabatur, ad il-
lum appropinquauit,& direxit sermonem. AVCTOR CATENAE. Non prætereundum , quod apud nos
legitur,Abraham verò adhuc stabat coram domino,in Chaldaica haberi,Stabat in oratione coram domino, vt
modum standi clarius exprimeret . Armat igitur se patriarcha ad nouum virtutis genus , intercessionem.

RVPERTVS.

A RVPERTVS. Hoc plane ex ipsa orationis qualitate clarum est, quia vere Abraham coram domino stabat,&
domino appropinquans erat, quia videlicet in oratione non suam, sed dei gloriam intẽdebat, non (inquam) su-
am, sed dei voluntatem fieri postulabat. Dixit enim, Nunquid perdes iustum cum impio? CHRYSOSTOMVS.
O quanta iusti fiducia , imò ô quanta animi compassio . Quodammodo compassionis ebrietate grauatus , nescit
quid dicat . Et monstrans diuina scriptura , quod magno timore ac tremore preces faciat , Appropinquans (in-
quit) domino, ait, Nunquid perdes iustum cum impio ? Quid facis ô beate patriarcha ? Quid opus habet tua ex-
hortatione dominus, vt ne hoc faciat ? Verum ne hoc cogitemus, non enim quasi domino hoc facturo dicit,sed
quia manifeste propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum aliis
& hunc seruare, & cum hoc etiam alios eripere. CAIETANVS. Iam ex tot reuelatis cognouerat Abraham
virum loquentem sibi, non esse hominem sed angelum dei missum ad puniendum Sodomam, & propterea al-
loquitur ipsum tanquam deum. AVCTOR CATENAE. Accessit autem iustus ad familiarius orandum,
B dicens , Num per iram tuam perdere vis iustum sine peccatis grauioribus viuentem cum impio contemptore ?
Num permittes impios perperam de tua iustitia iudicare, qui te crudeliorem dicent esse quàm pium atque beni-
gnum ? Sciendum tamen quod deus nunquam æterna pœna iustum damnat cum impio , sed in hac vita quan-
doque iustos occidi cum impiis permittit . Vnde per Ezechielem ad Hierusalem ait, Occidam in te iustum & im Eze.21.
pium . Quod facit ad maiorem iustorum mercedem, & vt in hac vita pro suis culpis purgentur, eorúmque pa-
tientia exerceatur, & fides probetur . Interdum verò eripit iustos, ne cum impiis trucidentur, sicut & Loth cum
filiabus præseruauit , ne incendio obuolueretur cum cæteris Sodomitis . Occulta enim & incomprehensibilia,
imò & multiplicia sunt omnipotentis dei iudicia . Qui cum essentialiter bonus , iustus, sanctus, ac sapiens sit, Sap.13.
quicquid facit, bonum ac decens est, quia vt in libro Sapientiæ scribitur , Virtus eius iustitiæ initium est , qui e-
tiam ait , An non licet mihi quod volo facere ? Hæc autem Abraham fortasse non considerans nec animaduer-
C tens, misericordiæ tantum erga proximum & charitatis viscera indutus , pro tota pentapoli incipit patrocinari,
& per paucorum iustitiam, impetrare vult misericordiam multorum, & ait, Si fuerint quinquaginta iusti in ciuita-
te, peribunt simul? RABANVS. Quinquagenarius numerus à quo vsque ad decem descendit,pœnitentiam
significat , quinquagesimus enim remissionis annus est . Vnde & psalmus quinquagesimus pœnitentialis est . Si
ergo conuerterentur, saluarentur . Sed cum deus aspicit delinquentes nolle ad pœnitentiam conuerti , illico ar-
dorem immoderatæ luxuriæ igne gehennæ compescit . CAIETANVS. Quanuis multarum ciuitatum cla
mor narratus fuerit, ad vnam tamen ciuitatem vniuersum negocium deducitur , vt si in illa quinquaginta iusti
inuenti fuerint, detur venia omnibus, quoniam illa erat caput aliarum. AVCTOR CATENAE. Peri-
bunt simul ? Hebraicè est הַאַף תִּסְפֶּה haaph tispe , Nunquid consumes vel perdes ? Aut peribunt ? Hæc enim o-
mnia significat verbum Sapha . Chaldaica, Nunquid in furore consumes ? Septuaginta, ἀπολέσεις αὐτούς, perdes
eos ? Et non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo ? CAIETANVS. Multiplicat sermones
D interrogatorios per modum admirantis.Ex ciuitate vt vides,digreditur ad locum , vt propter quinquaginta iu-
stos venia detur vniuerso loco monstratæ planiciei . Absit à te ut hanc rem facias , & occidas iustum cum impio , fiátque
iustus sicut impius. Iuxta Hebræum habetur . Veta tibi facere sicut verbum istud, ad faciendum mori iustum cum
impio . Sententia est clara , & modus loquendi correctus valde , arbitrio diuino attribuens elongationem talis
operis, quale est perdere iustum cum impio . Fiatque iustus sicut impius . Iuxta Hebræum habetur , & erit sicut
iustus sicut impius . Ad obuiandum responsioni quæ potuisset dari (videlicet quod multitudo tam magna im-
piorum fert secum etiam paucorum iustorum inter eos corporalem mortem) adiungit hoc absurdum, dicendo,
& erit, hoc est, & sequetur ex perditione iusti cum impio hoc absurdum, videlicet sicut iustus sicut impius. Mu-
tilum est prouerbium , significans iustum sicut impium , & impium sicut iustum , significans parem esse iusti &
impij conditionem, quod est manifeste absurdum. AVCTOR CATENAE. Absit à te, quod Hebraicè
est חָלִלָה לְּךָ halila lecha , quæ dictio proprie significat rem pollutam & prophanam , & pro absit ponitur , tan-
E quam id de quo dicitur sit huiusmodi . Septuaginta, μηδαμῶς, dixerunt, id est nequaquam . Chaldaica locum
aliquantisper diuersum legit , sub eodem tamen sensu , Vera sunt iudicia tua , ne facias sicut rem hanc , vt con-
sumas iustum cum impio, vt sit iustus sicut impius . Tale est igitur , ac si dicat, si nec iustis parcis, & propter im-
pios etiam illos occidis, absurdum hoc valde sequetur , quod iustus non distabit ab impio , assimilabitur enim il-
li in plaga à tua iustitia, & sic par erit apud te vtriusque conditio . Non est hoc tuum , qui iudicas omnem terram ne-
quaquam facies hoc iudicium. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & in hac oratione suam religiosam &
piam mentem declarat , & iudicem omnis terræ deum confitetur , precatúrque ne pereat iustus cum impio.
INTERLINEARIS. Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram , & cætera, videlicet vt innocens pe-
reat . Hæc autem orando dicit , non inuehendo . CAIETANVS. Non est hoc tuum. Iuxta Hebræum
reperitur , Veta tibi . Et refertur ad facere hoc absurdum , ipsa nanque repetitio vim supplicationis auget . Qui
iudicas omnem terram , nequaquam facias iudicium hoc . Iuxta Hebræum habetur , Si iudex totius terræ non
F faciet iudicium ? Vtuntur (vt dictum est) Hebræi coniunctione si pro aduerbio interrogandi , & ad exaggeran-
dam affirmationem dicit , num iudex totius terræ non faciet iudicium , discernendo inter iustum & impium ?
ex hoc enim absurdissimo obtinere nititur , vt propter quinquaginta iustos venia detur reliquis. AVCTOR
CATENAE. Totus hic locus aliter est in Hebræo חָלִלָה לְּךָ הֲשֹׁפֵט כָּל הָאָרֶץ לֹא יַעֲשֶׂה מִשְׁפָּט halila lach ha-
sophet col haárez lo iaase mispat , Absit tibi , nunquid iudex vniuersæ terræ non faciet iudicium ? Et est sen-
sus , Nunquid qui iudicat vniuersam terram,ille non faciet iudicium , scilicet æquitatis & discretionis condem-
nans iustos cum impiis? Septuaginta, μηδαμῶς ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν, Nequaquam, qui iudicas
omnem terram , non facies iudicium ? Chaldaica , Vera sunt iudicia tua . Nunquid iudex vniuersæ terræ non
vtique faciet iudicium ? Inquisitionis formam hæc verba magis habere videntur quàm orationis . Zelum enim
pro dei iustitia prætendit sanctus vir , ne impius iudicetur qui iudex est omnium , & curam gerit prouidentia

F sua,rerum

Universidad de Deusto Biblioteca

sua, rerum omnium irreprehensibiliter, ideo innocentes non obruendos eadem pœna cum nocentibus nititur G
obtinere. RVPERTVS. Consulebat domino fidelis famulus, quatenus sic ageret & sic iudicaret, vt de
suis ipse iudiciis digne laudaretur. Proinde mitis & misericors dominus monitorem hominem non asperna-
tus, & quodammodo arguentem non dedignatus, eius petitioni annuit, & dicit, Facio id quod dixisti, & ac-
cipio tuam petitionem. *Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos.*
CHRYSOSTOMVS. Dabo hoc (inquit) quinquaginta iustis si inuenti fuerint, & alios saluabo, & peti-
tionem tuam implebo. CAIETANVS. Si inuenero Sodomis, & cætera. Hic clare apparet quod ad
vnicam tantum ciuitatem redacta est inquisitio iustorum. Nec fiat vis in verbis interpretis, videlicet in medio
ciuitatis, quoniam iuxta Hebræum sonat intra ciuitatem. Omisit tamen interpres coniunctionem copulatiuam
sequentis clausulæ, prosequendo. Dimittam omni loco propter eos. Nam iuxta Hebræum habetur, Et dimit-
tam omni loco propter eos. Ita quod duas actiones pollicetur deus, inquirere si in ciuitate Sedon sint quinqua- H
ginta iusti, & veniam dare propter eos vniuersæ regioni. AVCTOR CATENAE. Misericordiam
dei docemur hic, qui tantæ ciuitati, imò omnibus quinque vrbibus, in quibus communi consensu tam horri-
biliter peccabatur, parcere voluisset, si quinquaginta innocentes, à tantis flagitiis immunes, reperiri in illis po-
tuissent, imò tandem vel decem tantum. Vide ergo quid boni agant sancti in hoc mundo, & quis prouentus
ex eis cæteris, quàm sint honorandi, si internoscerentur, quantum vindictæ propendet illis, qui sanctos tam
pretiosos in oculis dei, persequi & contristari præsumpserint. Vide quoque longanimitatem dei tolerantis tam
multos cui seruiunt tam pauci. Horribilem etiam hominum peruicaciam, qui tantam dei patientiam & beni-
gnitatem aspernantur, nec resipiscunt & emendantur. Acceptationem quoque fidei Abrahæ, quem orantem
pro impiis tam benigne exaudiuit dominus. Vere enim fideles penes deum quasi omnia possunt, quibus deus
nihil fere negare posse videtur, sicut & ipsi contra deum nihil precantur. CHRYSOSTOMVS. Ve-
rum videamus iustum illum, quomodo arrepta fiducia, & agnita misericordia dei, iterum aliam petitionem I
Cap.23. affert. *Quia semel* (inquit) *cœpi, loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis.* GREGORIVS TERTIO
MORALIVM. Aperte cernimus in quo se apud se loco posuerit, qui puluerem se ac cinerem, etiam dum
cum deo loqueretur æstimabat. Si igitur ita se despicit, qui vsque ad honorem diuinæ collocutionis ascendit,
Solicita intentione pensandum est, qua pœna illi feriendi sunt, qui ad summum non proficiunt, & tamen de
Cap.33. minimis extolluntur. IDEM DECIMO OCTAVO MORALIVM. Sancti omnes quando in dei
visione proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nus-
quam quippe legitur, quod Abraham cinerem & puluerem se esse professus est, nisi cum habere dei meruit col-
locutionem. Ait enim, loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis? Esse enim se aliquem fortasse cre-
deret, si veracem essentiam quæ super ipsum est, minime sensisset. At verò vbi ad immutabilem contemplan-
dum super se raptus est, impletus tantæ contemplationis potentia, dum videret illum, nil se esse nisi puluerem
Psal.101. vidit. Hinc est etiam quod propheta repletus eadem sapientia exclamat, Memento domine quod puluis sumus. K
Qui rursus eiusdem incommutabilitatem essentiæ contemplatus, ait, Omnes sicut vestimentum veterascent, &
sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Vt ergo in par-
ticipatione illius essentiæ aliquid simus, cognoscamus nosmetipsos, quia prope nihilum sumus. IDEM VI-
Cap.27. GESIMOQVARTO MORALIVM. In peccato quisque positus, mortalitatis suæ obliuiscitur, & terram
se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur. Post conuersionis vero suæ gratiam, cum humilitatis
spiritu tangitur, quid esse se aliud quam cinerem recordatur? Iam in cinerem Dauid reuersus fuerat, cum dice-
bat. Memento domine quod puluis sumus. Abraham in cinerem reuersus fuerat, dicens. Loquar ad dominum
meum cum sim puluis & cinis? Et si viuentem carnem necdum in terra mors soluerat, hoc tamen apud se erant,
Psal.103. quod se futuros absque dubitatione præuidebant. Hinc alias dicitur, Auferes spiritum eorum, & deficient & in
puluerem suum reuertentur. Qui autem eorum spiritus, nisi spiritus superbiæ nominatur? Tollatur ergo spiri-
tus eorum, vt deficiant, id est subducto superbiæ spiritu, nihil se esse cognoscant, & reuertantur in puluerem, L
id est humilientur ex infirma conditione. Propter hunc puluerem (ad cuius memoriam qua semetipsos consi-
derant reuocantur) per sapientiam dicitur, Iusti fulgebunt, & sicut scintillæ in arundineto discurrent. Sancti
enim viri dum peccatoribus permiscentur, eos exemplorum suorum igne succendunt, atque per omne quod
nitent, in cinerem redeunt, quia pietatis flamma consumpti, dum infirmitatem conditionis suæ conspiciunt,
nihil aliud quàm fauillam se esse cognoscunt, vt à superbiæ suæ duritia resoluti, per pœnitentiam dicant id quod
Cap.4. supra protulimus. Memento domine quia puluis sumus. IDEM IN PRIMO EGVM. Conspersio
ergo pulueris ad æstimationem pertinet humilitatis. Hoc itaque puluere caput conspersum portabat Abraham,
quando domino loquens dicebat, Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. Consperso item capi-
Psal.102. te loquebatur propheta, cum supplicaret, dicens, Memento domine quia puluis sumus. CAIETANVS.
Quia semel cœpi, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Ecce nunc volui ad loquendum ad Adonai, & ego puluis M
& cinis. Fatetur non ex ratione, sed ex voluntate se fuisse motum ad loquendum deo, petendo propter quinqua-
ginta iustos. Et rationem voluntatis, hoc est, audaciæ & præsumptionis, manifestat confitendo, & ego puluis &
cinis. Nulla siquidem ratio habet, vt puluis & cinis petat à deo iudicium. Ex parte itaque sui fatetur Abraham
quod non ratio, sed voluntas tantum sibi audaciæ & præsumptionis tribuit. Et verum dixit, quoniam affe-
ctus ad salutem iustorum, atque commiseratio tantæ multitudinis perituræ, mouerat & mouebat eum. Est au-
tem homo materialiter puluis, eò quod resoluitur in puluerem, & cinis, eò quod tandem resoluitur in cinerem.
AVCTOR CATENAE. Et hic quoque locus est qui variis modis à peritis legitur, cum in Hebraico
huiusmodi legatur הִנֵּה נָא הוֹאַלְתִּי לְדַבֵּר אֶל אֲדֹנָי וְאָנֹכִי עָפָר וָאֵפֶר Hinne na hoalti ledabber el adonai, veanochi
aphar vaepher. Et tota vis est in verbo iaal, cuius hic præteritum est hoálthi, quod inter alia, velle, incipere, &
complacere significat. Sic ergo reddi potest locus, Ecce nunc cœpi loqui ad dominum meum, & ego, vel cum
ego puluis & cinis. Verterunt alij, Ecce complacuit mihi, seu volui loqui, & cætera. Septuaginta vt apud
nos posuerunt.

A nos posuerunt. Chaldaica, Multum locutus sum coram domino, cum sim ego puluis & cinis. Verum om-
nia hæc sensum non mutant. Cum timore igitur filiali, hoc est, certa fiducia orandus est deus, & humiliter ac in-
stanter. Alleganda humilitas nostræ conditionis, quam licet non ignoret deus, vult tamen eam agnoscere ac
fateri, sicut & orare monuit, cum velit præstare ex gratia. Delectat dominum, & fidelem decet, oratio pro pro-
ximorum salute interposita. Verecundiam seruare docemur in postulationibus, beneficos non grauare. Patitur
dominus humano more secum loquentes, dum sibi tamen omnium maxime, & de maximis confidamus, & de
bonitate illius præsumamus in humilitate spiritus nostri. CHRYSOSTOMVS. Quia ergo (inquit) semel
cœpi, loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. Ne putes (inquit) domine, ignorare meipsum, &
transgredi me mensuram, & tanta vti fiducia. Scio enim quod terra sum & cinis, sed sicut hoc scio, & manife-
ste scio, ita neque illud ignoro, quod copiosa est tuæ misericordiæ magnitudo, & quod diues es in bonitate, &
quod vis omnes homines saluos facere. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos perderes, nisi tanta Psal.32.
B esset peccatorum nostrorum grauitas? Idcirco iterum oro & precor. *Quid si minus quinquaginta iustis quinque fue-* Roma.10.
rint? delebis propter quadragintaquinque uniuersam urbem? INTERLINEARIS. Postquam sublimitatem pro- 1.Tim.2.
missionis temperauerat subiectione humilitatis, de præcedenti pœnitentium numero quinque eximit, hoc est,
qui quinque corporis sensibus dediti sunt, & remissione indigni. CAIETANVS. Iuxta Hebræum locus
aptior ad suadendum assumitur, dicendo, Si facies destrui propter quinque totam ciuitatem? Argumentatur si-
quidem à tam paruo numero deficiente, tanquam absonum sit propter defectum quinque delere tantam multi-
tudinem. AVCTOR CATENAE. Hebraicè enim ita legitur הֲתַשְׁחִית בַּחֲמִשָּׁה Hathashith bahamissa,
Nunquid delebis vel perdes propter quinque vniuersam vrbem? Chaldaica, Forte deficient de quinquaginta
iustis quinque, nunquid disperdes propter quinque omnem ciuitatem? Vult dicere si deficiant quinque à præ-
dicto numero, nunquid propter hoc destrues totam ciuitatem? Quasi dicat, absit. *Et ait, Non delebo si inuene-*
ro ibi quadragintaquinque. CHRYSOSTOMVS. Quis pro dignitate dominum omnium laudarit ob tan-
C tam longanimitatem & obsequelam, vel iustum beatum prædicaret, cui tanta est fiducia? *Rursumque locutus*
est ad eum. Si autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, non percutiam propter quadraginta. INTERLI-
NEARIS. Ad hunc numerum descendit, propter legis & euangelij præcepta seruantes, quater enim de-
cem, quadraginta fiunt. CAIETANVS. Superfluit quid facies? Proponit duntaxat interrogatiue, Si
quadraginta ibi inuenti fuerint iusti? Hactenus enim vsus fuerat rationibus tanquam ad persuadendum, mo-
do non audet rationem aliquam adiungere. AVCTOR CATENAE. Quod verò dicitur, Non percu-
tiam propter quadraginta, in Hebræo est לֹא אֶעֱשֶׂה lo eese, non faciam, supple consummationem. Et ita le-
git Chaldaica. Septuaginta οὐ μὴ ἀπολέσω, Non perdam. Sensum itaque assequutus Interpres, dixit, Non per-
cutiam. CHRYSOSTOMVS. Exin quasi reueritus indicibilem dei longanimitatem iustus, & ti-
mens ne forte videatur transcendere modum precando, dicit. *Ne quæso indigneris domine, si loquar. Quid si ibi*
inuenti fuerint triginta? Quia paratum inuenit ad misericordiam dominum, non quinque iustos detraxit, sed
D decem, & sic affert patrocinium. Si inuenti fuerint illic triginta. INTERLINEARIS. Quasi legem
cum fide Trinitatis seruantes, ter enim decem triginta fiunt. AVGVSTINVS IN LOCVTIONI-
BVS. Alia litera habet, Nunquid domine si loquar? Et subauditur, irasceris, aut aliquid huiusmodi.
Respondit, Non faciam, si inuenero ibi triginta. CHRYSOSTOMVS. Animaduerte quanta iusti constantia,
quasi ipse foret obnoxius sententiæ, ita eripere studet à pœna Sodomitis inferenda. *Quia semel (ait) cœpi, loquar*
ad dominum meum. Quid si ibi inuenti fuerint uiginti? HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS. Secun-
dò Abraham sic est locutus ad dominum, quod in Græco non videtur manifeste sonare, est enim, μήτι κύριε
ἐὰν λαλήσω. In Hebræo igitur plenius scribitur, Ne quæso irascaris domine, si locutus fuero. Quia videba-
tur dominum interrogans artare responso, temperat præfatione quod quærit. INTERLINEARIS.
Propter autem seruantes mandata cum dilectione dei & proximi, propter denarium & binarium, descendit ad
E viginti. CAIETANVS. Quia semel cœpi, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Ecce nunc multipli-
caui ad loquendum ad Adonai. Ad excusandum multiplicationem precum, præoccupat quod reprehendi ve-
retur. AVCTOR CATENAE. Eadem verba sunt in Hebraica litera quæ supra, ideo dic vt ibi. Se-
ptuaginta ἐπειδὴ ἔχω λαλῆσαι, Postquam habeo loqui, Chaldaica, Ecce nunc multum locutus sum coram do-
mino. Obseruantiæ autem simul & fiduciæ supplicantis, huiusmodi pronomen meum congruit. *Dixit, Non*
interficiam propter uiginti. CHRYSOSTOMVS. Omnem sermonem transcendit, & omnem cogitationem
domini bonitas. Quis enim nostrum, qui in medio infinitorum malorum versamur, vellet ferendo senten-
tiam contra proximos tanta vti misericordia & obsequela? AVCTOR CATENAE. Certat hic, certat
profecto clementia dei cum humana malitia, & præsumptione nostra, nec se duriorem patitur inueniri, quàm
exigat nostra necessitas, & sperare nos docet supra mensuram. Quis ergo humiliter accedere eum verebitur?
CHRYSOSTOMVS. Veruntamen iustus ille videns diuitias misericordiæ dei, non subsistit, sed iterum
F dicit. *Obsecro ne irascaris domine, si loquar adhuc semel.* Nam quia ineffabilis erat longanimitas, propter hoc re-
ueritus ne & indignationem aduersus se moueret eius qui rogabatur, dicit, Obsecro ne irascaris domine, Ac si
dicat, Num temerarium quiddam facio? Num impudentiam præ me fero? Num opus ago condemnatione di-
gnum, si loquar adhuc semel? pro magna & inenarrabili misericordia tua, adhuc vnam orationem accipito à
me. *Quid si inuenti fuerint ibi decem?* INTERLINEARIS. Ad decem descendit iustus, propter decalogi
præcepta seruantes. *Dixit, Non delebo propter decem.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. Quæri solet, vtrum quod de Sodomis dixit deus, non se perdere locum. Si inueni-
rentur illic vel decem iusti, speciali quadam sententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendum sit gene-
raliter, parcere deum loco in quocunque vel decem iusti fuerint. In qua quæstione non est quidem necesse, vt
hoc de omni loco accipere compellamur. Veruntamen de Sodomis potuit & sic dici, quia sciebat deus ibi non
esse vel decem, & ideo sic respondebatur Abrahæ, vt significaretur, nec tot ibi posse inueniri ad exaggeratio-

 nem iniqui-

Universidad de Deusto Biblioteca

nem iniquitatis illorum. Non enim neceſſe erat deo tam ſceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet iu- G
ſtos, cum poſſet iuſtis inde liberatis reddere impiis digna ſupplicia. Sed vt dixi, ad oſtendendam malignita-
tem multitudinis illius dixit, Si decem ibi inuenero, parcam vniuerſæ ciuitati, tanquam ſi diceret, Certe poſ-
ſum nec pios cum impiis perdere, nec tamen propterea impiis parcere, quia liberatis & ſeparatis inde piis, poſ-
ſum impiis digna rependere, & tamen ſi ibi inueniantur parco, hoc eſt, quia nec tot ibi poſſent inueniri. Ta-
Hiere.5. le aliquid eſt apud Hieremiam, vbi ait, Circumite vias Hieruſalem, & videte & quærite in plateis eius, & co-
gnoſcite ſi inuenietis hominem facientem iuſtitiam, & quærentem fidem, & propitius ero peccatis eorum, id
eſt inuenite vel vnum, & parco cæteris, ad exaggerandum & demonſtrandum quod nec vnus ibi poſſet inueni-
ri. AMBROSIVS. Diſcimus autem ex hoc loco, Quantus murus ſit patriæ vir iuſtus, quemadmodum
non debeamus inuidere ſanctis, nec temere derogare. Illorum etenim nos fides ſeruat, illorum iuſtitia ab ex-
cidio defendit. Sodoma quoque ſi habuiſſet viros decem iuſtos, potuit non perire. CHRYSOSTOMVS.
Vidiſtis dominum ad noſtram infirmitatem ſe humiliantem? Vidiſtis & iuſti erga alios affectionem? Didici- H
ſtis quanta virtus ſit eorum, qui virtutem exercent? Si enim inuenti fuerint, inquit, decem iuſti, propter illos
omnibus remiſſionem concedo peccatorum. Non bene dicebam, quod hæc omnia facta ſunt, vt nulla relin-
quatur impudenter loquentibus contradicendi occaſio? Sunt enim multi inſanientium, qui infreni lingua, &
reprehendere & dicere volunt, Quare incenſa ſunt Sodoma? Si tuliſſet eos dominus longanimiter, forte pœni-
tuiſſent. Propter hoc oſtendit tibi malitiæ nimietatem, & quod in tanta multitudine tanta raritas fuit virtutis,
quod alio quodam diluuio indigeret, & quale prius in mundo fuit. Sed promiſſio dei eſt, vt non vltra tale in-
ferat ſupplicium, propterea alium pœnæ modum excogitat, ſimul & illos in pœnam ducens, & poſteris omni-
bus perpetuam præbens doctrinam. Quoniam enim naturæ leges irritarant, & alienos & illicitos excogitarant
coitus, idcirco inſolitum ſupplicij modum induxit propter illorum iniquitatem, & ventre terræ inutili facto, &
relicto poſteris monumento perpetuo, vt ne eadem attentantes, in eaſdem incidant pœnas, & liceat volenti ad
loca illa pergere, videre ipſam terram (vt ita dicam) clamantem & oſtendentem ſupplicij veſtigia, & firmata I
quaſi heri vel hodie facta, tam manifeſta oſtenditur indignatio, vt per illa, per quæ alij pœnam dederunt,
nos caſtigemur. Sed forte dixerit aliquis, Quid ergo, quod illi ſic puniti ſunt? nonne ſunt & nunc multi, qui
eadem committunt quæ illi, attamen non puniuntur? Etiam, ſed hoc potiſſimum maiorem pœnam eis con-
ciliat, qui talia perpetrant. Quando enim non caſtigamur ex his quæ illis acciderunt, & non eſt nobis lucro
longanimitas dei, cogita quomodo illum inextinguibilem ignem nobiſmetipſis ſuccendimus, & acerbum ver-
mem paramus. Aliter quoque. Quia propter gratiam dei ſunt & nunc multi virtute præditi, qui placare poſ-
ſunt dominum, ſicut tunc patriarcha. Tametſi nos, cum noſmetipſos attendimus, & noſtram videmus de-
ſidiam, putamus miram virtutis raritatem, attamen propter illorum virtutem, longanimitatem deus in ali-
os ſeruat. Et vt ſcias, quod talium fiducia nobis longanimitatem dei conciliet, audi ex hac ipſa hiſtoria, dicit
enim patriarchæ, Quod ſi decem iuſtos inuenero, non perdam ciuitatem. Et quid dico decem iuſtos? nullus
inuentus illic ab iniquitate alienus niſi ſolus Loth iuſtus, & eius duæ filiæ. Vxor enim propter illos forte pœ- K
nam ciuitatis effugit, poſtea tamen pœnam dedit propter ſuam malitiam. Nunc autem propter ineffabilem do-
mini miſericordiam, quia pietas incrementum ſumpſit, multi etiam in mediis ciuitatibus ignorati, poſſunt
placare deum, & alij in montibus & ſpeluncis. Aliorúmque virtus, multorum tegere valet malitiam. Multa
enim domini bonitas eſt, & ſæpe ſolet etiam propter paucos multis dare ſalutem. Et quid dico propter paucos
iuſtos? Sæpe quando non inuentus eſt in præſenti vita iuſtus, propter defunctorum virtutem, viuentium mi-
4.Reg.19. & 20. ſeretur, & curam habet, vnde clamat, dicens, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid pue-
rum meum, quaſi diceret, licet ipſi indigni ſint, & nullam ſalutis habeant occaſionem, verum quia ſolitus
ſum miſericorditer agere, & ad miſerandum promptus ſum, propter meipſum faciam, & propter puerum
meum Dauid, qui ante hos annos è vita migrauit, hic auctor erit ſalutis his, qui ſua ſeſe perdiderunt deſidia.
Vidiſti miſericordiam domini, quomodo eos qui virtute pollent, toti multitudini opponit & rependit? Qua-
Heb.11. propter & Paulus dicebat, Obambulauerunt in ouillis capriniſque pellibus, deſtituti, preſſi, afflicti, quibus L
indignus erat mundus. Ille dicit, omnis mundus, & totus orbis non eſt conferendus his, qui in afflictioni-
bus & preſſuris, & nuditate agunt & obambulant, & in ſpeluncis verſantur propter deum. Igitur dilecte quan-
do videris virum vili externo habitu veſtitum, virtute verò intrinſecus amictum, ne vilipenderis quod appa-
ret, ſed animi diuitias diſce, & internam gloriam, & videbis vndequáque fulgentem virtutem. Talis erat
beatus Helias, qui melotem tantum habuit, & purpura veſtitus Achab, illius melote indigebat. Vidiſti A-
chab ino[...]iam, Heliæ autem diuitias? Vide & quanta poteſtate diſtent. Melote huius cœlum aperuit, pluuia-
[...] deſcenſum ſiſtit. Et lingua prophetæ frenum fuit cœlo, & annis tribus & ſex menſibus pluuia non fuit.
Purpura autem amictus & Diademate, circumibat quærens prophetam, & nihil lucri ex ſua poteſtate habe-
[...]14. bat. GREGORIVS IN PRIMO REGVM. Quid mirum ſi ad abſolutionem peccatoris pro-
pria merita ſuffragantur, quando in ſacri eloquij auctoritate diſcimus, quia alij pro aliis liberati ſunt. Alio- M
rum quidem bono opere alij adiuuantur, ſicut ad peccantem regem Salomonem à domino dicitur, Quia non
cuſtodiſti præcepta mea, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Veruntamen in die-
bus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, ſed de manu filij tui ſcindam illud. Hinc eſt quod non
ſolum patrum opera filiis proſunt, ſed etiam ciues pro ciuibus liberandos agnouimus. Euertendæ quidem
Sodomæ ſe promiſit dominus parcere, ſi in ea tantum decem iuſtos inueniret. Hieruſalem quoque reſpici
miſericorditer dicitur, quia aliquanta bona opera in ea inuenta ſunt. Hinc eſt quod Heli vita propria iuſtus,
ſed auctoritate paſtorali remiſſus, à viro dei audiuit, Pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem
ætatem peruenerit, Veruntamen non auferam penitus ex te virum ab altari meo, vt ſacra ſcriptura hic a-
perte monſtraret, & pro diſſolutione percuſſum, & pro præterita conuerſatione reſpectum. Sed percuti fortaſ-
ſe ex parte potuit, quia qualemcunque vitæ immunditiam habuit. RVPERTVS. Ecce ergo quod ſingu-
lis deus

A lis deus Abrahæ conceſſit propoſitionibus, dimittam (inquiens) omni loco propter quinquaginta, non delebo ſi
inuenero ibi quadragintaquinque, non percutiam propter quadraginta, non faciam, ſi inuenero ibi triginta, non
interficiam propter viginti, non delebo propter decem. Fortis enim erat vera fortitudine homo, qui fortiſſimum
dominum tenebat. Fortis (inquam) & fortiter ſeipſum confringens patriarcha, qui dicebat, loquar ad dominum
meum, cum ſim puluis & cinis. Et ne quæſo indigneris domine, ſi adhuc loquar, & quia ſemel cœpi, loquar ad
dominum meum, & obſecro ne iraſcaris domine, ſi adhuc loquar ſemel. Hæc enim fortitudo vera eſt, ſcilicet
ſpiritus humilitatis, & mens ſubdita iuſtitiæ dei. AVCTOR CATENAE. Obſecro (inquit) ne iraſcaris
domine, & cætera. Expertus Abraham diuitias bonitatis dei, audet amplius inſiſtere domino plena fiducia, non
ad curioſitatem propriam, ſed vt ineffabilis miſericordia dei innoteſceret omnibus hominibus, vt ab omnibus
diligeretur & coleretur, quem ipſe tantopere amabat, & ſenſerat piiſſimum. Non delebo (inquit) propter de-
B cem. Ecce copioſam domini benignitatem, ecce miſerationes eius ſuper omnia opera eius, non delebo (inquit)
ſi inuenti fuerint decem, & propter illos omnibus remiſſionem concedo. *Abiit dominus poſtquam ceſſauit loqui ad
Abraham, & ille reuerſus eſt in locum ſuum.* CHRYSOSTOMVS. Quia promiſerat patriarcha ſemel tantum
adhuc ſe loquuturum. RVPERTVS. Vel certe quia quod extra laudem iuſti iudicij dei, homo ſapiens à
deo ſuo petere nec vult nec debet. Adeo non ſuam quæſiuit voluntatem, vt quantancunque haberet curam pro
nepote ſuo Loth, nullam tamen os eius de illo fecerit mentionem. CAIETANVS. Abiit dominus, & cæ-
tera. Nomen eſt tetragrammaton. In vniuerſo ſiquidem hoc colloquio Moyſes nominauit angelum loquen-
tem nomine tetragrammaton, Abraham autem nominauit eundem Adonai. Ille à ſupremo nomine dei, iſte
à dominio ipſius Abrahæ, Sonat enim pro ſingulari domine mi. Significantius autem narratur, quod cum deus
finiſſet vltimam reſponſionem, non delebo propter decem, receſſit, non expectans vlteriores preces. Et ille re-
uerſus eſt in locum ſuum. AVCTOR CATENAE. Abiit dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abra-
C ham. Et ita eſt in Hebræo. Chaldaica verò idem dicit ſub aliis verbis, videlicet: Et eleuata eſt gloria domini,
cum ceſſaſſet loqui cum Abraham. Quia ergo Abraham iam promiſerat ſe ceſſaturum, & quia imperſcrutabilis
eſt menſura pietatis diuinæ, vtque malitia Sodomorum pateſceret, & dei ſeueritas calumniæ non pateret, vt ſci-
remus omnia iudicia dei iuſta eſſe, atque humilietur omne hominum genus, ſi ſiſtatur iudicio dei, ideo priuſ-
quam perueniat ad numerum ſeueritatis, ſubſiſtit in gradibus clementiæ. Cauſas alias perquirere propter quas
vltra decem non deſcenderit, ſuperuacaneum ſit. Aliquando deus non parcit propter multos bonos, ſicut Sa-
mariæ non pepercit, licet ſupereſſent ſeptem milia virorum, qui non curuauerant genua ſua ante Baal, tertio Re-
gum decimooctauo. Aliquando multis non parcit propter vnum, vt ſecundo Regum vltimo, propter peccatum
Dauid interierunt Septuaginta milia virorum peſte. Dominus eſt, bonus eſt & iuſtus, ſapiens & clemens. No-
ſtrum non eſt ſcrutari conſilium maieſtatis ſuæ, ſed in ipſum ſperare, amare, credere, confiteri, orare, & be-
D ne operari.

EVCHERIVS. Myſticè autem, quod vſque ad decem iuſtos non perire Sodomam dominus dicit, & hoc Myſticè.
innuit, quia ſi in quolibet per decem præceptorum cuſtodiam Chriſti nomen inueniatur, iſte non perit. Denarij
enim numeri figura, Crucem Chriſti demonſtrat, quia X litera qua denarius exprimitur, in figura Crucis forma-
tur. RVPERTVS. Sed & ſpiritalem patriarchæ fortitudinem Eſaias propheta qui in primordiis libri ſui
dixerat, Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei noſtri populus Gomorræ,
deplorans in hominibus defeciſſe, dicit circa finem eiuſdem libri flebili conqueſtione, Non eſt qui inuocet no- Eſaiæ.64.
men tuum, non eſt qui conſurgat & teneat te. Videbat vtique in ſpiritu verſum dominum ad Sodomam illam,
nec eſſe quenquam qui teneret illum propter abundantem malitiam. Nam quid gemeret ſubſecutus aperuit, De-
ſerta facta eſt Hieruſalem, deſolata domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi laudauerũt te patres no-
ſtri, facta eſt in exuſtione ignis. Hoc enim irrecuperabiliter ſub Tito & Veſpaſiano factum eſt.

E

IN CAPVT GENESEOS DECIMVMNONVM ARGVMENTVM.

Loth hoſpitio ſuſcipit angelos. Sodomorum libido, & eorum ſubuerſio. Loth liberatur à deo. Segor ciuitas.
Vxor Loth mutatur in ſtatuam Salis. Ebrietas Loth, & ipſius inceſtus crimen cum filiabus.

CAPVT XIX.

F *VEneruntque duo angeli Sodomam ueſpere, ſedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum ui-* Lectio I
*diſſet eos, ſurrexit & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram, & dixit, Obſecro
domini, declinate in domum pueri ueſtri, & manete ibi. Lauate pedes ueſtros, & mane
proficiſcemini in uiam ueſtram. Qui dixerunt, minime, ſed in platea manebimus. Com-
pulit illos oppidò ut diuerterent ad eum. Ingreſſiſque domum eius, fecit conuiuium, co-
xit azyma, & comederunt.*

CHRYSOSTOMVS. Quemadmodum floridum quoddam pratum varios & omnigenos flores oſten- I
tat, ita & diuina ſcriptura iuſtorum virtutes nobis demonſtrat, non vt ſicut in illorum florum fragrantia paruo
tempore fruamur, ſed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tantum accipimus flores, & protinus

 marceſcentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

marcescentes suam gratiam amittunt, hic autem non sic, sed quando auribus iustorum virtutes accipimus, & G
eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus si volumus, eorum suaueolentia frui poterimus. Itaque quia
tanta sanctorum in diuina scriptura fragrantia est, nunc Loth bonum odorem inquiramus, vt sciamus liquido,
quod iustum hunc in tantum virtutis apicem euexit patriarchæ consuetudo, quæ effecit, vt vestigia eius sequere-
tur, & peculiariter hospitalitatem exerceret. Verum vt manifestior sit sermo noster, operæprecium fuerit scri-
pturæ verba audire. *Venerunt inquit, duo angeli Sodomam uespere, sedente Loth in foribus ciuitatis.* Quare sic inci-
pit, & dicit, Venerunt duo angeli Sodomam vespere? Quoniam postquam diuersati sunt apud patriarcham, &
inde surgentes abierunt, misericórsque dominus & curator pro sua bonitate in humana figura visus mansit a-
pud Abraham loquens cum eo, volens omnes nos docere & excellentem suam longanimitatem, & patriarchæ
charitatem. Angeli autem contendebant tunc versus Sodomam. Seruans igitur scriptura suum ordinem, dicit
iterum, Venerunt autem duo angeli Sodomam vesperi, facientes quod imperatum erat. Et vide diligentiam
& obseruationem diuinæ scripturæ, quomodo & tempus nobis declararit quando venerint eò, dicit enim vespe- H
re. Et quare tempus significauit? & quare ad vesperam eò venerunt? Vt ostenderetur nobis magna Loth hos-
pitalitas. Sicut enim patriarcha sedens tempore meridiei, obseruabat aduentantes, & venationem suam exerce-
bat, & occurrebat, & magno gaudio viatores suscipiebat, ita simili modo & iustus ille, quoniam sciebat peruer-
sitatem eorum qui in Sodomis habitabant, neque vesperi discedebat, sed manebat, ne forte thesaurum amitte-
ret quendam ex hospitalitate, vt fructum decerpere posset. Iusti huius virtutem tempus hoc potissimum indi-
cat, quia & ingruente vespera permansit, & non destitit. Nam quia sciebat lucrum quod inde nascebatur, ideo
propter hoc diuitias assequi cupiens, valde sedulus erat, & neque die impleto discedebat. Ita enim se habet ani-
ma feruida & vigilans, vt nullis impedimentis præpediatur, quo minus suam declaret virtutem. Quin & isthæc
ipsa, quæ prohibent maxime, magis efferuescere faciunt, & maiorem cupiditatis flammam accendunt. Vere ad-
mirari licet vehementer iusti huius virtutem, quod conuersans in medio tam impiorum, non solum non fuit
inde negligentior factus, sed & maiorem virtutem præsetulit, & cum omnes (vt ita dicam) in præceps ruerent, I
ipse solus in tanta multitudine rectam ambulauit viam. Vbi igitur sunt qui dicunt, quod non sit possibile in
media ciuitate versantem, seruare virtutem, sed opus esse secessu, & montana quadam conuersatione, & non
posse domui suæ præfectum, & habentem mulierem, & filios curantem ac famulos, virtute præditum esse? Vi-
deant iustum illum cum muliere, & pueris & famulis, & in ciuitate degentem, & inter tam malos ac impios
conuersantem, & quasi scintillam quandam in medio lucentem, & non solum non extingui, sed & quotidie lu-
cem clariorem emittere. Et hæc dico, non prohibens secessum ab vrbibus, neque interdico montium & solitu-
dinum conuersationem, sed monstro, volenti sobrie agere & vigilare, nihil inde obstaculi esse. Sicut igitur ne-
gligenti ac supino nihil prodest solitudo, neque enim locus nos virtute facit præditos, sed mens & mores, ita &
tute præstantes in mediis ciuitatibus esse, vt quasi fermentum facti aliis, multos ad sui imitationem trahant. K
AMBROSIVS. Quid sibi autem vult, quod ipsi qui ad Abraham simul cum domino venerant, Sodo-
mam petierunt viri, nisi vt aceruaretur crimen eorum, si quos iustus honorauerat, his maiore sacrilegio impij
vim conarentur inferre? Nam quod viros secundum aliam literam dixit, euidens est ratio, quia spem præfere-
bant virorum. Sodomam venerunt vesperi, meridie ad Abraham, quia iusto refulget angelorum præsentia,
impiis tenebras affert. Sedebat Loth ad portam. Emendauerant Loth sanctum aduersa captiuitatis, & solicitio-
rem fecerant. Itaque processu ætatis didicerat imitari parentem. Ad portam itaque sedebat, vt exciperet aduen-
Cap.2. entes. GREGORIVS IN SECVNDO MORALIVM. Venerúntque duo angeli Sodomam ves-
pere. Intueri libet quomodo sacra eloquia in exordiis narrationum qualitates exprimant terminósque causa-
rum. Aliquando nanque à positione loci, aliquando à positione corporis, aliquando à qualitate aëris, aliquan-
Deut 1. do à qualitate temporis signant quid de ventura actione subiiciant. A positione quippe locorum diuina scriptu-
ra exprimit subsequentium merita, finésque causarum, sicut de Israël dicit, quia verba dei in monte audire non L
potuit, sed præcepta in campestribus accepit, subsequentem nimirum infirmitatem populi iudicans, qui ascende
Act.7. re ad summa non valuit, sed semetipsum in infimis neglecte viuendo laxauit. A positione corporis futura de-
nunciat, sicut in actibus apostolorum Stephanus Iesum qui à dextris virtutis dei sedet stantem se vidisse manife-
stat. Stare quippe adiuuantis est. Et recte stare cernitur, qui in bello certaminis opitulatur. A qualitate aëris res
Ioan.10. subsequens demonstratur, sicut euangelista cum prædicante domino, nullos tunc ex Iudæis credituros diceret,
Matth.24. præmisit, dicens, Hyems autem erat. Scriptum nanque est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas
multorum. Idcirco ergo hyemis curauit tempus exprimere, vt inesse auditorum cordibus malitiæ frigus indica-
. Hinc est quod de negaturo Petro præmittitur, Quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se. Iam nan
que intus à charitatis calore torpuerat, & ad amorem præsentis vitæ, quasi ad persecutorum prunas infirmitate
æstuante recalebat. A qualitate quoque temporis finis exprimitur actionis, sicut non rediturus ad veniam, ad
Ioan.13. traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur, cum egrediente illo ab euangelista dicitur, Erat autem nox. M
Luc.12. Hinc enim & iniquo diuiti dicitur? Hac nocte repetent animam tuam abs te. Anima quippe quæ ad tenebras du-
citur, non in die repeti, sed in nocte memoratur. Hinc est quod Salomon qui sapientiam non perseueraturus ac-
2.Reg.3. cepit, in somnis hanc nocte accepisse describitur. Hinc est quod angeli ad Abraham meridie veniunt, puniturí
autem Sodomam ad eam vesperi venisse memorantur. RVPERTVS. Bene verò & duo angeli venerunt,
vt in testimonio duorum iustum staret iudicium. Hoc enim ad illud respicit, quod supra dixerat dominus, des-
cendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere impleuerint, an non est ita, vt sciam. Sicut illa
idcirco dicta sunt, vt de inexperta culpa temerariam nemo ponat sententiam, sic duo venerunt Sodomam,
vt minus quàm duobus testibus, nullam damnatio terminet accusati causam. Vespere (inquit) venerunt. Ip-
sum tempus vel hora visitationis tristissimæ, peccatorum causæ congruit. Abraham meridie visitatus est, Ap-
paruit enim illi deus supra, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Visitatur iustus & mane,

iuxta

A iuxta illud, Mane astabo tibi & videbo. Et alibi, In matutinis meditabor in te. Sed & quod sedenti Loth in fori- Psal.5. Psal.6.
bus Sodomæ apparent angeli, illi congruit, quod animo non sedebat in sceleribus ciuitatis. Vnde Petrus apostolus 2.Pet 2.
lus, Aspectu enim (inquit) & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis ope
ribus cruciabant. Venerunt itaque duo angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. GLOSSA
GRAECA. Ad Abraham ergo tres angeli, & meridie veniunt, ad Loth duo tantum, & sub vesperam. Bona e-
nim luci similia sunt, mala verò vespere ac tenebris, occidente malis atque impiis sole iustitiæ. Illud etiam notan-
dum est, vbi beneficia dei explicantur, deum adesse, vbi verò supplicia exercentur, Angelos mitti, vt sciamus deo
B benigne facere, iucundum & placitum proprie esse, vlcísci verò, deo ingratum esse. CAIETANVS. Hacte-
nus tres viri nominati sunt à Moyse, quorum ille qui loquebatur nominatus est pluries tetragrammaton, modo
non tres, sed duos duntaxat supputat, non viros sed angelos, ad significandum quod ille qui gerebat personam
dei, postquam recessit ab Abraham, non apparuit amplius, sed alij duo angelico fungentes officio remanserunt e-
untes Sodomam. Venerunt autem Sodomam sero eiusdem diei, quo pransi fuerant apud Abraham, vt etiam ex-
trema diei pars congrueret occasui ciuitatis. AVCTOR CATENAE. Angeli dicuntur administratorij
spiritus, domini dei iudicium perficientes, qui modo mittuntur ad damnatos Sodomitas, completa enim iam e-
rant eorum crimina. Vrgebat iudicium dei, concordabant in malo omnes, contra naturam & rationem, à maxi-
mo vsque ad minimum. Loth autem in porta sedebat Sodomæ, quia hospitalitatem didicerat in domo patriar-
chæ, noctu suscepturus, quos aluerat Abraham meridie. *Qui cum uidisset eos, surrexit & iuit obuiam eis, adorauitque*
pronus in terram. CHRYSOSTOMVS. Audiant hi qui aduenas orantes & supplicantes, & sedulo se co-
ram eis humiliantes, multa inhumanitate auersantur & repellunt. Vide enim quomodo iustus ille non expecta-
uit donec ad se venirent, sed sicut patriarcha, ignorans qui essent hospites, & suspicans viatores quosdam esse,
processit eis obuiam, vt eos in domum suam reciperet, & quasi præ gaudio saltabat, quia assecutus erat quæsitam
C prædam, & non aberrarat ab eo quod cupiebat. Adorauitque pronus in terram, gratias egit deo, quod dignatus
cum prætereuntium aduentu. Animaduerte illius animæ virtutem, magnum dei beneficium arbitrabatur inci-
disse in hos viros, vt suscepturus illis suum perficeret desiderium. Iam ne dixeris quod angeli fuerint, sed hoc potius
tecum expende, quod iustus ille nondum hoc sciebat, sed quasi homines ignotos & prætereuntes suscipiens, ita
afficiebatur. AMBROSIVS. Surrexit obuiam eis. Perfectior Abraham cucurrit obuiam, iste exurrexit, &
adorauit in faciem super terram. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENE- Heb.13.
SIM. Quod autem occurrit Loth angelis, & adorauit in faciem, videtur intellexisse quod angeli essent. Sed
rursus cum eos ad refectionem corporis inuitat, quæ mortalibus necessaria est, videtur putasse quod homines es-
sent. Ergo quæstio similiter soluitur, vt soluta est de tribus qui venerunt ad Abraham, vt aliquibus signis appare-
ret eos diuinitus missos, qui tamen homines crederentur. Nam & hoc in epistola quæ est ad Hebræos, cum de
hospitalitatis bono scriptura loqueretur, ait, Per hanc enim quidam nescientes, hospitio angelos receperunt. Homilia.1
D GREGORIVS IN HOMILIIS. Postquam cœli rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem no-
stram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordiæ
postponunt, & quos prius infirmos, abiectósque despexerant, iam socios venerantur. Hinc est enim quod Loth Apoc.22.
& Iosue angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur, Ioannes verò in Apocalypsi sua adorare angelum vo-
luit, sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit, dicens, Vide ne feceris, conseruus enim
tuus sum & fratrum tuorum. Quid est quod ante redemptoris aduentum angeli ab hominibus adorantur, & ta-
cent, postmodum verò adorari refugiunt, nisi quod naturam nostram quam prius despexerant, postquam hanc
super se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt? Nec iam sub se velut infirmam contemne-
re ausi sunt, quam super se videlicet in cœli rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium, qui
super se adorant hominem deum. AVCTOR CATENAE. Statim vt angelos vidit Loth, surrexit &
obuiam processit, præueniteque eos, ne inciderent in malignum hospitem, quales omnes esse nouerat. Colligebat
autem hospites non pro mercede, sed charitatis gratia, sine delectu recipiebat omnes. Adorare autem prono ad
E terram vultu, non illicitum erat tunc homines spectabiles, quales hi esse videbantur. Honore interim hic inui-
cem præuenire docemur, benigni, propensíque esse in peregrinis suscipiendis. Hospitalitatis enim gratia per
scripturam, non solum veteris, sed & noui testamenti plurimum commendatur, non solum in Abraham &
Loth, sed & in Sunamitide, quæ tanta diligentia & humanitate suscepit Helisæum, quarto Regum quarto, hos-
pitalitatisque mercedem dignam assecuta est, filio mortuo resuscitato. Sicut & Christus fidelissimæ Marthæ hos-
pitis suæ fratrem Lazarum vitæ restituit iam quatriduanum mortuum. Et in iudicio extremo præmium hospita-
litati summum exhibebit electis Matthæi vigesimoquinto. Et apostolos suos hospites futuros sine pecunia mi-
sit Paulus monens, ne fideles hospitalitatis obliuiscantur, per quam placuerint sancti deo, angelis quoque rece-
ptis hospitio. Et Petrus in prima Catholica quarto, Hospitales sine murmuratione. Contra verò, violatores hos-
pitalitatis Gabaonitas, & nunc hic Sodomitas, tam horrendo iudicio consumit & damnat, impiis in exemplum.
F *Et dixit, obsecro domini, declinate in domum pueri uestri, & manete ibi. Lauate pedes uestros, & mane proficiscemini in uiam ue-*
stram. HILARIVS QVARTO DE TRINITATE. Hic pluralem retinuit significationem simplex
visio angelorum, supra singularem honorem patriarchæ fides confitetur. Hic diuinæ scripturæ historia duos de
tribus angelos fuisse significat, illic dominum & deum prædicat. Ait enim: Et dixit dominus ad Abraham: Quare
risit Sara, dicens: Ego vere paritura sum, ego autem quæ iam senui? Nunquid impossibile est à domino verbum?
in tempore hoc reuertar ad te in futurum, & erit Saræ filius. Tenet ergo scriptura ordinem veritatis, nec plura-
lem significationem in eo qui & deus & dominus agnoscebatur admiscens, neque angelis duobus honorem,
qui deo tantum fuerat delatus, impertiens. Loth quidem dominos dicit, sed scriptura angelos nuncupat. Illic
hominis officium est, istic confessio veritatis. CHRYSOSTOMVS. Sufficiunt hæc verba ad detegen-
dam virtutem, quæ in pectore iusti latebat. Et quid mirum, si quis obstupescat eximiam humilitatem, & prom-
ptitudinem quam in hospitalitate declarabat? Obsecro (inquit) domini, diuertite in domum pueri vestri. Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo illos dominos vocat, & seipsum seruum eorum nuncupat. Audiamus hæc verba, & discamus. Glorioſus, nobilis, tam abundans, tantus paterfamilias, viatores, hoſpites, ignotos, vt apparebant viles, & nihil ad G
ſe attinentes, dominos nominat, & (inquit) Diuertite in domum pueri veſtri, & manete ibi. Veſpera enim (ait) ingruit, morem mihi gerite, & laſſitudinem diei ſolemini. Nunquid magnum vobis promitto? Lauate pedes veſtros longo itinere fatigatos, & facto diluculo pergetis in viam veſtram. Hanc gratiam donate mihi, & petitionem meam ne fruſtremini. ORDINARIA. Lauate pedes veſtros. Hoc hoſpitibus ſolet fieri, vt affectus terreno puluere ſordidati, & accidia & puſillanimitate tanquam puluerulentis ſqualloribus emundentur. Vnde in monaſteriis pro venientibus oratio celebratur. CAIETANVS. Declinate in domum pueri veſtri. Iuxta Hebræum ſerui veſtri. Vide quanta obſeruantia feſtinus inuitauit Loth peregrinos viros, neſciebat enim eos eſſe angelos. Et manete ibi, & lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viam veſtram. Iuxta Hebræum habetur, Et manete hac nocte, & lauate pedes veſtros, & mane ſurgetis, & proficiſcemini in viam veſtram. Offert non ſolum hoſpitium, ſed & ſingulas commoditates, pernoctandi, ſurgendi hora H
matutina, & eundi. AVCTOR CATENAE. Declinate in domum pueri veſtri. Hebraicè eſt עַבְרְכֶם abdechem, Serui veſtri, & ita ne quid erroris afferret ambiguitas, dicendum erat. Sic enim habet & Chaldaica. Quanquam etiam eodem modo verterunt & Septuaginta, εἰς τὸ οἶκον τοῦ παιδὸς ὑμῶν, In domum pueri veſtri. Tam Græcè enim quàm Hebraicè, puer ſeruum ſignificat. Et manete ibi, Vel pernoctate, aut ſi mauis, frujmini hoſpitio, dormite, hæc enim omnia ſignificat radix לוּן lun. Et mane proficiſcemini. Hebraicè eſt וְהַשְׁכַּמְתֶּם וְהָלַכְתֶּם Vehiſcamtem vahalachtem, & mane ſurgentes proficiſcemini. Verbum enim שָׁכַם Sacham eſt, quod mane ſurgere ſignificat, quod & Septuaginta expreſſerunt, καὶ ὀρθρίσαντες, ἀπελεύσεσθε, Et manicantes proficiſcemini. Chaldaica, Et mane ſurgentes, ibitis in viam veſtram. Dominos igitur appellat, inſtanter orat, ſe ſeruum ſpondet, ſuadet declinare de platea, cum reliquis non manere, ad ſe fidum patronum diuertere. Admonet curæ corporis, lotionis pedum, pro more nudis incedentium pedibus. Et mane ſurgetis ad I
abitionem. Non quod tæderet hoſpitum, ſed quod nollet eos videri, & periclitari propter conciues. Leges hic hoſpitalitatis dicendæ, rogandi ſunt inſtanter, humiliter, amicè, occurrendum eis, lauandi pedes, neceſſaria adminiſtranda, iuxta temporis, loci & perſonarum exigentiam. Peregrinus viciſſim non imperet, non tardet, benefaciat vbi poteſt, modeſtiam in aliena domo ſeruet. *Qui dixerunt minime, ſed in platea manebimus.* IN-
Colla.17. cap.25. TERLINEARIS. Futurum exterminium ſignificant Sodomorum, dum ſe immunes & abhorrere illorum flagitia monſtrant. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Cum intraturos ſe domum Loth Sodomis angeli denegaſſent: dicentes ad eum, Non intrabimus: ſed in platea manebimus: continuo eius precibus compelluntur ſtatutum mutare ſermonem, Sicut ſcriptura ſubiungit, Et coëgit eos Loth: & diuerterunt ad eum. Qui vtique ſi diuerſuros ſe ad eum eſſe nouerant, inuitatis petitionem ſimulatoria excuſatione renuerunt: ſin autem veraciter excuſabant, euidenter immutaſſe ſententiam comprobantur. Quæ vtique non ob aliam credimus cauſam ſpiritumſanctum ſacris voluminibus indidiſſe: niſi vt iſto erudiamur exemplo, in definitionibus noſtris non pertinaciter permanere, ſed eas arbitrio noſtro debere ſubiicere, & ita iudicium noſtrum K
ab omni legis vinculo liberum conſeruare: vt promptum ſit ad ſequendum quocunque vocauerit ſalubre conſilium: nec differat aut recuſet ad id quod vtilius diſcretio ſalutaris inuenerit: abſque vlla cunctatione tranſire.
RVPERTVS. Quod primo dixerunt, minime, ſed in platea manebimus, & deinde Loth compellente, licet tanquam inuiti, diuerterunt tamen ad illum, non mutabilitatis eſt, tanquam ſit apud dominum vel ſanctos eius angelos, eſt, & non, ſed pro cauſis diuerſis, diuerſe dictum & actum eſt: Diuerſa nanque imò & contraria cauſa Loth erat cauſæ Sodomorum. Quod ergo dicunt, minime, ſed in platea manebimus, deteſtatio eſt ciuitatis, in qua cœleſtibus vel ſanctis nullatenus communicanda erant amici iura hoſpitij. Quod autem poſtea compulſi, & quaſi inuiti cum auerſione totius ciuitatis diuerterunt ad illum, ſeparata & propria eſt gratia iuſtitiæ eius meritis. CAIETANVS. Minime, ſed in platea manebimus. Non ſunt mentiti, ſed verum dixerunt ſecundum præſentem inuitationem, quemadmodum & Petrus dixit Ieſu ſecundum præſentem notiam, Non lauabis mihi pedes in æternum. Intendebant ſiquidem angeli non acquieſcere illi inuitationi, cum L
qua veritate ſtat, quod intendebant poſtea aſſenſum præbere compulſioni. AVCTOR CATENAE. Reſpondent angeli, non ſe ingreſſuros. Vt hoſpitis deuotio pateſieret magis, ciuilem verecundiam prætendebant, propenſiores ad beneficium exhibendum, quàm accipiendum. Non vt oneroſi hoſpites, qui vel non rogati ſe ingerunt, vel facile vocati acquieſcunt, tardèque hoſpitium deſerunt, cum humaniorem ſenſerint qui recepit. *Compulit illos oppidò ut diuerterent ad eum.* AMBROSIVS. Commendatur hic iuſti ſanctitas, & angelorum gratia. Illi nolebant aduentum ſuum hoſpiti grauiorem videri, ille quidem inter quos habitare ſciebat, tamen domum ſuam offerebat periculis, quibus auferret hoſpites. Certe quo tardius acquieſcebant, diutius tentando, plenius comprobabant. CHRYSOSTOMVS. Poſt tantam exhortationem quam fecerat, cum vidit eos renuere, non fuit negligens, neque ab inſtituto ſuo deſtitit, neque fecit, vti nos interdum facimus. Et ſi quando aliquem admonere dignamur, & poſtea videmus parumper detrectantem & renuentem, M
ſtatim deſiſtimus, id quod contingit, quia citra deſiderium & feruorem hoc agimus, & maxime quod putamus ſufficere defenſionem, ſi dicere poſſumus feciſſe nos officium noſtrum. Amiſiſti in venatione prædam, Aberraſti à theſauro, & tam paruifacis? Tunc magnificeriſſes, ſi non abieciſſes è manibus theſaurum, ſi non præteriſſes in venatione prædam, ſi non parua duntaxat libatione, & verbotenus tantum hoſpitalitatem indicaſſes. At non iuſtus ille ſic, ſed quid? Videbat obluctantes ſuis precibus, & in platea manere volentes. Hoc autem faciebant angeli, virtutem iuſti manifeſtare volentes, & nos docere quanta illius fuerit hoſpitalitas. Poſtea autem non
Matth.11. iam verbis contentus eſt exhortari, ſed & vim facit. Propterea & Chriſtus dicebat, Violenti rapiunt regnum cœlorum. Vbi enim ſpirituale affulſerit lucrum, tempeſtiua fuerit violentia, & laudabilis coactio. Et
Homi.23. compulit eos. Mihi autem videtur & inuitos eos trahere. GREGORIVS IN HOMILIIS. Ex hoc nimirum exemplo, & altero duorum domini diſcipulorum pergentium in caſtellum colligitur,

A gitur, quia peregrini ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt, ſed etiam trahendi. EVCHERIVS. Angeli quaſi coacti domum Loth ingrediuntur, vt charitas ipſius tentata & probata remuneretur, & vt oſtenderetur quãtum eſſet hoſpitalitatis bonum. Hoſpitalem domum angeli ingreſſi ſunt ad liberandum, clauſas vero domos hoſpitibus, ignis in eis ingreſſus eſt ad perdendos peccatores, & idcirco hoſpites non ſunt euitandi, ſed vltro inuitandi. AVCTOR CATENAE. Renuentibus igitur iuſtus diligenter inſtat, non ſtatim deſiſtit, quaſi inuitos trahit diu multúmque rogatos. CHRYSOSTOMVS. Vbi ergo viderunt iuſtum ita feruentem, & nolentem deſiſtere, niſi voti compos fiat, diuerterunt (inquit) ad eum, *Ingreſſiſq; domum eius, fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt.* Vidiſti & hic non in ſumptuoſa menſa hoſpitalitatem, ſed potius in liberalitate mentis? Nam ſtatim vt eos induxit in domum ſuam, nullum hoſpitalitatis officium prætermiſit. Et ipſe quidem in miniſterio occupatus erat, & cibos apposuit, & omnem honorem impendit hoſpitibus, homines eos & viatores quoſdam eſſe putans. INTERLINEARIS. Quia enim humana forma indutos videbat, & im-
B munis ipſe à fermento nequitiæ Sodomorum exiſtebat, parauit eis conuiuium, & coxit azyma. AVCTOR CATENAE. Frugalius autem quàm Abraham angelis Loth conuiuium inſtruit. Azyma coxit, ne differretur refectio, cito parabilem eſcam. Quæ optima habebat iuſtus propoſuerat, & illi comedebant quæ apud hoſpitem erant, & quæ apponebantur, non iactabant lautiores cibos Abrahæ, non plura petebant, non confundebant ſe opponebat pro ignotis.
AMBROSIVS. Secundum vero ſpiritalem intelligentiam, poteſt referri etiam ad tempus dominicæ paſ- Myſticè.
ſionis quod veſperi venerunt ad eum angeli, qui à Sodomitanis contagionibus, & totius vrbis excidio erat liberandus. Veſper erat, antequam Chriſtus veniret, quia totus erat mundus in tenebris. Veſper erat omnibus, quos immanium delictorum ſqualor tenebroſus vrgebat. Venit dominus Ieſus, redemit ſanguine ſuo mũdum, lucem
C attulit. Venerunt autem angeli duo Sodomis ad veſperam. Vbi gratia largienda eſt, Chriſtus adeſt, vbi exercenda ſeueritas, ſoli aſſunt miniſtri, deeſt Ieſus. RVPERTVS. Vel bene non tres, vti ad Abraham, ſed duo tantum angeli venerunt Sodomam. Etenim non quidem cordibus impiorum reuelatur trinitatis myſterium, veruntamen & dei filius inter peccatores ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus impiis conuerſatus eſt, Baruch.3.
& ſpiritusſanctus viſibili ſpecie apud eoſdem apparuit, ſuper ipſum quidem dominum in ſpecie columbæ, ſuper diſcipulos autem in ſpecie ignis. Bene ergo non tres, ſed duo in ciuitatem impiorum venerunt angeli, quia tem- Matth. 3.
pore viſitationis ſic duæ perſonæ filij & ſpiritusſancti hominibus innotuerunt, vt peccatores & impij omnes in- Act. 2.
excuſabiles ſint. Quod autem minime ſe velle diuertere in domum Loth reſponderunt angeli, ſed in platea manere velle, imago fuit, & futuræ rei veritati bene concrepat. Crucifigendus nanque dominus in illa ciuitate, quæ (vt dictum eſt) ſpiritualiter Sodoma dicitur, ita nulli vnquam adulatus eſt, vt in vrbe maxima vllum hoſpiteum, vllam inueniret manſionem, ſed in agro paruulo apud Lazarum ſororeſq; eius hoſpitatus ſit. Veruntamen illa ve- Matth. 21.
D ſpera qua tradẽdus erat, diuertit ad quendam, & manducauit paſcha cum diſcipulis ſuis. Cui cœnæ cõcinit quod ſequitur, Ingreſſis autem fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt. Azyma nanque cum agno paſchali dominus noſter in illa nocte in ciuitate comedit. Loth ſiquidem paucorum typum tenet eorum, qui ſceleri Iudæorum non conſenſerunt, qui quamlibet pij fuerint, tantum à fide apoſtolorum minus habuerunt, quantum iuſtitia Loth à perfectione Abrahæ.

PRius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis uallauerunt domum illius, à puero uſque ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocauerunt́que Loth, & dixerunt ei, Vbi ſunt uiri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Loth, poſt tergum ac cludens oſtiũ, ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt uirum, educam eas ad uos, & E abutimini eis ſicut uobis placuerit, dummodo uiris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, Ingreſſus es (inquiunt) ut aduena, numquid ut iudices? Te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimq́ue faciebant Loth uehementiſſime. 2

Prius autem quàm irent cubitum, uiri ciuitatis uallauerunt domum illius, à puero uſque ad ſenem, omnis populus ſimul. 2
CHRYSOSTOMVS. Ne perfunctorie tranſeamus quæ dicta ſunt, & non ſolum videamus inſaniam nulla venia dignandam, ſed & cogitemus quomodo iuſtus in medio tam truculentarum beſtiarum habitans, ita excellenti virtute fulſerit, quomodo ferre potuerit iniquitatem eorum, quomodo non fugit eorum ciuitatem, quomodo eis loqui potuit. Quomodo? Ego dicam. Vniuerſi dominus præuidens mirã illorum malitiam, diſpenſauit vt iuſtus eo loci domicilium haberet, vt ſicut optimus medicus morbos eorum emendaret. Verum videns
F ſe cura ſua nihil proficere, & illos non emendari, non propterea à cura deſtitit. Habet enim hunc morem medicus, quanuis videat morbos eſſe grauiores, quàm vt arte curari poſſint, non omittit tamen officium ſuum, ſed omnem artem ſuam profert, an forte poſſit ægrum vel longo tempore reparare, quod ſi nihil amplius proficit, habet excuſationem maiorem, eo quod nihil prætermittit quod ad ſe pertinet. Id ſane & hic factum eſt. Iuſtus enim qui verſabatur in medio talium, etiam ſic manſit iuſtus, vitámque optimam egit. Illi autem propterea omni venia ſunt deſtituti, quod non ſolum à malitia non ceſſarunt, ſed & magis auxerunt peccata. Vide enim, Valuerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. Summa malitiæ conſpiratio, vehemens male agendi ſtudium, inenarrabilis peruerſitatis magnitudo, conatus nulla venia dignus. A puero (inquit) vſque ad ſenem. Non ſolum (inquit) iuuentus hæc mala inquirebat, ſed & pueri, & proiectæ ætatis homines, & omnis populus ſimul. Neque erubeſcebant tam turpe, támque impudens flagitium, neque infallibilem oculum cogitabant, neque iuſtum reuerebantur, neque hoſpitibus parcebãt, ſed abſque rubore, & nudo (vt dicunt) capite, libidinis ſuæ verba

verba dicentes,accesserunt. AMBROSIVS. Præstruitur autem hoc in loco & iudicij diuini æquitas,ne for G
te quis diceret,Quid peccauerunt pueri,vt omnes excidio inuoluerentur? Ita nullus illic iustus, nullus innocens
fuit? Audi scripturam testificantem, quia circundederunt domum à puero vsque ad senem, totus populus simul.
Nulla ætas erat culpæ immunis,ideo nullus immunis exitij fuit. Et qui possibilitatem perpetrandi criminis non
habuit, habuit affectum. Effœtæ vires senum,sed mens plena libidinis. INTERLINEARIS. Prius autem
quàm irent cubitum,viri ciuitatis,& cętera. Quia tranquillitatem castitatis semper inquietare molitur circunstre
pens sartago libidinis,filij noctis,operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis. CAIETANVS. Pri-
usquam autem irent cubitum,viri ciuitatis,desunt duæ dictiones. Legendum est,viri ciuitatis, viri Sedom. Non
sat fuit Moysi dicere viri ciuitatis,sed apposuit viri Sedom,explicando ciuitatis nomen, vt cognosceretur diui-
na inquisitio executioni mandata in ciuitate promissa Abrahæ. Vallauerunt domum. Dictio Hebræa proprie si-
gnificat gyrare. A puero vsque ad senem, omnis populus simul. Dictio interpretata simul, sonat ab extremo,
vel potius ab angulo. Sed sensus in idem redit,significat enim,quod ex nulla ciuitatis parte defuit concursus ad H
gyrandum circa domum Loth. Quod autem dicitur à puero,intellige annos discretionis habēte. Scripsit autem
hæc Moyses ad manifestandum, quod ipse aduentus angelorum publicus ad domum Loth, fuit inquisitio facta
Sodomis promissa Abrahæ,an Sodomis essent decem viri iusti. Cócursus enim iste non hyperbolicè describitur,
sed ad indicandum inquisitionem diuinam. Lege antescriptum colloquium inter deum & Abraham,& inuenies
de masculino tantum genere fuisse sermonem,dum à quinquaginta vsque ad decem iustos descēsum est, & pro-
pterea virorum duntaxat hic fit mentio dicendo à puero vsque ad senem,& cætera. Ex triplici vniuersitate viros
omnes ciuitatis illius comprehendendo, tum ex omni ætate,à puero vsque ad senem, tum ex omni conditione,
omnis populus,tum ex omni loco,ab angulo seu extremo. Hebræo more omnia extrema,omnes angulos ciuita-
tis,numero singulari comprehendens. AVCTOR CATENAE. Prius autem, & cætera. Tam He-
braica quàm Chaldaica & Septuaginta æditiones,literam hanc legunt hoc modo, Prius autem quàm irent cu-
bitum, viri ciuitatis,viri Sodomæ,vallauerunt domum à puero vsque ad senem,omnis populus simul. Recte igi I
tur transtulit interpres, excepta repetitione illa quam consulto præteriisse videtur. Stupenda igitur turpitudo,
& intolerabile nefas hic declaratur. Omnes(inquit)pariter impij à magno ad paruum,sine verecūdia, & quia iam
publica facta fuerat consuetudo,inuoluerat omnes,nemo immunis erat, etiam ad hospites hinniebant,cum illis
tamen iustus habitabat ex dei ordinatione, vt illos verbo & exemplo corrigeret, iustumq; dei iudiciū declararet.
Vocauerunt q; Loth,& dixerunt ei. Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc,ut cognoscamus eos. CHRYSO-
STOMVS. Propter autem hunc eorum illicitum conatum,& impiam peruersitatem,opinor etiam iustum
vsque ad vesperam sedisse in foribus ciuitatis, ita vt ne sineret viatores ignaros incidere in illorum laqueos. Et
iustus quidem cum hospitalitate & tantam præ se tulit continentiam,vt omnes prætereuntes susciperet,nullusq;
eum lateret,etiam eos tunc non angelos,sed homines esse putans. Impij autem illi præter hoc quod nihil tale age
bant,quod iustus ille,tantam etiam perpetrarunt malitiam, vt ad obtegenda alia ipsorum scelera sufficere possit.
Propter hoc autem in platea volebant angeli morari, vt darent iusto occasionem declarādi hospitalitatem erga K
se, & monstrarent ei reipsa, quàm digne suppliciis in illos animaduertatur, qui tam stupendam impietatem a-
gebant. AVCTOR CATENAE. Vt cognoscamus eos. Honestissime sacra scriptura loquitur,
Propterea lingua sancta nuncupatur. Hanc honestatem detexerunt Septuaginta, *καὶ συγγενώμεθα αὐτοῖς*, & coca-
mus cum illis. CHRYSOSTOMVS. Sed videamus amplius magnitudinem iusti. *Egressus ad eos
Loth,post tergum accludens ostium, ait, Nolite quæso fratres mei,nolite malum hoc facere.* Vide quomodo timuit iustus,&
tremuit pro hospitum salute. Neque enim tantum ianuam post tergum suum occlusit,sed scīēs eorum insaniam
& audaciam,& suspicans eorum temeritatem, dixit ad eos, Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere.
O iusti longanimitatem,ô excellentem modestiam. Hæc vera virtus est,ita mansuete alloqui illos. Nullus enim
ægrum volens curare,& insaniētem castigare,cum furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte, quod eos qui
re. Nolite quęso fratres mei,nolite malum hoc facere,nihil tale cogitetis,ne ponatis tam graue scelus in mentem L
vestram,ne naturam ipsam traducatis,ne illicitos excogitetis coitus,sed si volueritis insaniæ vestræ furorem de-
mulcere. Ego quid præbebo,quo flagitium vestrum leuius fiat. AVCTOR CATENAE. Post tergum ac-
cludens ostium. Sic habetur & Hebraicè. At Septuaginta è contrario, *προσέωξεν ὀπίσω αὐτου*, Aperuit fores post se
סגר sagar enim,claudere,non aperire significat. Compulerat viros iustus ad hospitium subeundum, ideo fidem
hospitalitatis diligentius præstat,periculo suo deffendit,conciuium furiam modestè amoliri conatur. Vnus con-
tra tot viros impios, sicut Abraham contra tot reges, pro ostio stans, sola fide armatus, corpus suum &
vitam opponit periculo pro hospitibus, & victoriam reportat, domino fideles suos minime deserente.
*Habeo duas filias quæ necdum cognouerunt uirum,educam eas ad uos,& abutimini eis sicut uobis placuerit,dummodo uiris istis nihil
mali faciatis,quia ingressi sunt sub umbra culminis mei.* CHRYSOSTOMVS. Adhuc(inquit) inexpertæ sunt
nuptialis congressus, intactæ sunt, luculentæ sunt,& adhuc in flore ætatis,eas omnibus expositas do, & vtimini M
eis sicut vobis placet,vt accipiatis eas(inquit)& expleatis vestram in eis libidinem,& impleantur malæ vestræ cō
cupiscentiæ,tantum in viros illos ne feceritis iniustitiam, cuius gratia intrauerunt sub tecta tignorum meorum.
Quoniam(inquit) coegi eos, & induxi sub tectum meum, vt ne mihi ascribatur iniquitas quæ eis contigerit, &
ego eis auctor sim contumeliæ, idcirco pro eis duas meas filias do, vt illi à manibus vestris liberentur. AM-
BROSIVS. Offerebat igitur sanctus Loth filiarum pudorem. Nam & si illa quoque flagitiosa impuritas e-
rat,tamen minus erat secundum naturam coire,quàm aduersum naturam delinquere. Præferebat domus suæ ve-
recundiæ hospitalem gratiam,etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. Denique illic quoque inoffensa hospi-
talitas est, vbi nec germanitas satis tuta est. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. Quoniam prostituere volebat filias suas hac compassione, vt viri hospites eius
nihil à Sodomitis tale paterentur. Vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum vel quorumlibet peccatorum,
vt nos

A vt nos faciamus mali aliquid ne alius grauius malum faciat,an potius perturbationi Loth,non consilio tribuen-
dum quia hoc dixerit,merito quæritur. Et nimirum periculosissime hæc compensatio admittitur. Si autem per-
turbationi humanæ tribuitur, & menti tanto mālo permotæ, nullo modo imitanda. CAIETANVS.
Magna hic oritur quæstio, an Loth peccauerit offerendo filias suas ad euitandam iniuriam inferendam hospiti-
bus? Et est ratio ambiguitatis, quia hinc apparet peccatum esse repensare flagitium flagitio, iuxta doctrinam Pau
li, Non sunt facienda mala, vt veniant bona, & multo minus vt euitentur alia mala. Inde autem auctoritas Pe-
tri est apostoli, asserentis & repetentis, Loth iustum oppressum, & liberatum à deo à nefandorum iniuria, capi-
tulo secundo secundæ suæ epistolæ. Solutio est, quod Loth, non obtulit filias animo repēlandi flagitium flagitio,
sed placandi hyperbolica summissione furentem populum, arbitrabatur enim & rationabiliter (vt rei probauit
euentus) quod populus non acceptaret huiusmodi oblationem, sed quod placatus tanta submissione ipsius Loth,
desisteret à cœpto,& eo rationabilius,quod filiæ eius sponsæ erant ciuium Sodomæ. Quemadmodum vir placa-
B turus lacessitum iniuria,pugionem nudum offert,dicendo,interfice me,non quidem animo vt interficiatur, sed
vt tanta condescensione placetur læsus. Et propterea non declinauit Loth à iustitia in huiusmodi oblatione.
וַעֲשׂוּ לָהֶן כַּטּוֹב בְּעֵינֵיכֶם
AVCTOR CATE. Et abutimini eis sicut vobis placuerit. Honestius est in Hebræo
Vaasu lahem catob beenechem, Et facite illis sicut bonum in oculis vestris, vel sicut placuerit in oculis vestris,
vt habet Chaldaica & Hebraismus est. Sed idem est sensus cum veteri æditione,cum qua & Septuaginta con-
cordant. Quod autem sequitur, Quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Ratio est ex protectione eorum su-
scepta,eo ipso quod eos hospitio recepit, vt ipsius Loth intuitu desisterent. Et Hebraicè est dictio קְרָתִי korathi,
quæ tigni seu culminis,aut tegminis mei verti potest. Descendit enim à קָרָה kara quod contignare, seu tegere,
id est contignationem domorum construere significat. Et est sensus, Ingressi sunt sub vmbra culminis mei, vt
scilicet tuti essent,& nihil mali illis fieret. Chaldaica sub vmbra tegminis mei legit. Septuaginta *ὑπὸ τὴν σκέπην*
C *τῶν δοκῶν μου*, sub tegmine trabium mearum. Quæ omnia ad eundem sensum tendunt. An igitur iuste egerit san
ctus vir filias prostituendo,non est nostrum diffinire,scriptura non reprehendit,nec nos reprehendere audemus.
Vt tamen omne studium interponendum pro impediendis maximis criminibus discimus,sic non omnia in ex-
emplum trahenda patrum gesta,deo autem fidentes nusquam deseruntur,etiam in maximis tentationibus. Inte-
rim tamen atrocitas criminis indicatur,cuius comparatione subito credidit virgines potius stuprandas, quod ta
men magnum crimen esse nemo ignoraret. Communiter tamen dici consueuit, Loth in hac filiarum oblatione
valde peccasse,stupris illarum consentiendo. Excusari tamen, quia ex mentis perturbatione ita corruit, & quia
hoc pia intētione dixit,vt impios illos à grauissimis reuocaret scelerib⁹,& hospites suos ab intolerabilibus igno-
miniis liberaret,de iure enim naturæ est,illæsos hospites conseruare nec obstare quod Loth iustus dicatur, com-
parationem enim illius populi, non autem simpliciter, sic appellatum esse dicunt. CHRYSOSTOMVS.
Quanta autem iusti huius virtus: Omnem virtutem hospitalitatis superauit. Quid enim quis iusti huius benigni-
D tate sat dignum attulerit,qui neq; filiabus parcere voluit, vt seruaret hospitibus honorem, & liberaret eos à per-
uersitate Sodomitarum? Et ille quidem filias suas prostituit, vt hospites viatores, omnino ignotos eriperet ab
impiorum contumelia,nos autem videntes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis profundum,& quasi dicerē,
in fauces diaboli cadere,neque sermone eos dignamur,neque consulere, neque verbis admonere,& eripere à ma
litia,& ad virtutem manuducere. Qualem igitur habebimus defensionem,cum iustus neque filiabus parcit,vt ho
spitum seruet curam,nos autem ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur,& sæpe tam frigida & absur-
da plena verba proferimus? Quid enim mihi cum eo commune? Mihi non est curæ, nihil mihi negotij cum
eo. Quid dicis homo? Nihil tibi commune cum eo: Frater tuus est,eiusdem tecum naturæ,sub eodem estis domi-
no,sæpe etiam eiusdem particeps mensæ,spiritualis illius (inquam)& terribilis, & dicis, Nihil commune habeo
cum eo,& immisericorditer præteris,& non porrigis iacenti manum? Et Iudæis quidem lex imperabat,ne inimi- Exo. 23.
corum lapsa iumenta negligerent,tu autem fratrem tuum à diabolo sæpe saucium & iacentem,non super terrā, Deute. 25.
E sed super peccati barathrum videns,tua exhortatione non reuellis,non admonitionem tuam adhibes, non alios
in auxilium vocas,vt à fauce bestiæ membrum tuum eruere valeas, & ad suam reducere nobilitatem, vt & ipse si
quando ceciderit(quod absit)in laqueos mali dæmonis illius,possis habere aliquos qui te iuuent,& liberent à ma-
nibus diaboli? Sic & Paulus excitare volens Galatas,vt suis prouideant membris(inquit)cōsiderans temetipsum, Galat. 6.
ne & tu tenteris,quasi diceret,Si absq; compassione & misericordia fratrem præteris,forte & to, si ceciderit, alius
similiter præteribit. Si igitur vis non despici,sicubi labaris, ne ipse despexeris alium,sed magnam præfer beni-
gnitatem,& thesaurum crede maximum, si serues fratrem. Nihil enim huic vnquam par fieri poterit,de virtute
sermo est. Nam si solū mente cogitaueris,quod ille quē despicis & præteris,à domino tāto in honore habitus est, 1. Cor. 8.
vt propter ipsum non refugerit,& sanguinem effundere,sicut & Paulus dicit,Et perit infirmus in tua scientia fra
ter,propter quē Christ⁹ mortuus est,quomodo nō prę pudore sub terra te absc̄odis? Si igit propter illum Christus
F sanguinē effudit,quid magnū facis,si tuā in eū declares beneuolentiā, & exhortatione verborum iacētem erigas,
& animam mersam, forte & summersam refers ex profundo malitiæ, & facis vt videat veritatis lucem, ac non
recurrat ad vitiorum caligines? Imitemur igitur obsecro iustum illum, & si periclitandum etiam fuerit pro
salute proximi,non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis fuerit salutis occasio, multāmque concilia-
bit fiduciam. Considera enim obsecro,quomodo iustus ille toti populo qui ita in malitiam conspirauerat, se op-
posuerit,& magnam clementiam,indicibilemq; fortitudinem præ se tulerit,quanuis neque sic corrigere potuerit
indomitam illorum insaniam. Quippe post verba illa,& tam eximiam mansuetudinem,cū verbis suis quasi ma-
nibus prostituisset filias,quid dicunt ad eum? *Recede illuc.* O grauem ebrietatem,ô immodicam desipientiam.
In hunc modum se habet efferata & mala bestia concupiscētia,quando rationem vicerit, nihil quod oportet vi-
dere sinit,sed quasi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. Recede illuc dicunt. AVCTOR CATE-
NAE. Et perinde est ac si dicerent,desere stationem pro ostio,ne prohibeas nos. *Et rursus ingressus es* (inquiūt)
ut aduena,nunquid ut iudices? Te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo
iustus

Universidad de Deusto Biblioteca

iustus mansuete cum eis loquitur, illi autem quanta ferocitate respondent?Enimuero quasi à diabolo exagitati, G
& eo ducatum præbente,ita contra iustum insurgunt,& dicunt,Venisti vt aduena esses,num & iudicandi aucto-
ritatem vsurpas?Aduenam te(inquiunt)suscepimus,num & iudicem nostri te facis? O excellens ingratitudo, o-
portebat erubescere, oportebat reuereri consilium iusti. Verum sicut insani etiam medicum impedire conantur,
ita & illi,Te(aiunt)magis affligemus quàm hos. Si non vis(inquiunt)silere ac quiescere, disces quod patrocinio
tuo nihil aliud efficies,præter quàm quod illi quidem periculum effugient,tu autem in ipsum incides. AVGV-
STINVS. Tantum excæcauit eos prauissima consuetudo, vt magis reprehenderetur ab eis reprehensor flagi-
tiositatis,quàm factor. INTERLINEARIS. Ingressus es vt aduena,nunquid vt iudices?Quasi dicant, pe
regrina iuditia non recipimus. CAIETANVS. Non sat fuit reiicere preces, sed aggrediuntur ipsum
contumelia præsumptionis. Improperant autem quod solus receptus est ad beneficium habitandi in ciuitate, &
quod vsurpauit officium iudicis.Inuertunt enim supplicationem Loth in reprehensionem. AVCTOR CA- H
TENAE. Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Eadem sententia est in Hebræo, aliis tamen verbis ex-
pressa, videlicet הָאֶחָד בָּא לָגוּר וַיִּשְׁפֹּט שָׁפוֹט Haehad ba lagur vaispot saphot, Vnus ingressus est, vel venit ad pe
regrinandum, & iudicabit seu iudicat iudicium?Sic & Chaldaica, Aut si mauis Hebraico modo proferre, Et iu-
dicando iudicabit.Septuaginta, εἰσῆλθες παροικεῖν, μὴ καὶ κρίσιν κρίνειν, Ingressus es habitare, nunquid & iudici-
um iudicare? Variis certe modis eadem sententia exprimitur. Perseuerabat igitur Loth obsidere ostium, pru-
denter & fortiter contra illorum flagitium militando verbis & factis,vt fratres adhortabatur desistere cœptis.Il-
li quos iam iudicium domini vrgebat,vt implerent mensuram criminum suorum, mendaci procacia & furiosa
insania fraternam adhortationem interpretabantur iudicium superbum & præsumptionem, falsa improperan-
do & violentiam intentando.Vnde & sequitur. *Vimq; faciebant Loth uehementissime.* RVPERTVS. O iniqua
libertas,& libera iniquitas,quàm molesto clamore cœlum pulsauerat. CHRYSOSTOMVS. Vide iu
stum illum quantam fortitudinem declarat, dum tantæ multitudini opponere se attentat. INTERLINEA- I
RIS. Vimq; faciebant Loth vehementissime. Nam quos temptatione libido superare non potest,grauioribus
stimulis vrget. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et fecerunt vim in virum Loth valde.Exag-
gerando,violentiam in personam accumulat. AVCTOR CATENAE. Emendari non sustinet proiectus
à domino.Impius enim cum in profundum malorum venerit,contemnit. Iam nunc clamor Sodomorum qua-
lis fuerit innotescit, simul etiam æquum dei iudicium, & excusatio omnis tollitur furiosis, & libidine ex-
cæcatis.Interim extrema iustus patitur, fide exercetur, tuncq; dei auxilium incipit,cum desperatur de humano,
cum cernitur quàm nihil possit virtus humana, tunc inclarescit diuina.

Mysticè. RVPERTVS. Spiritaliter autem & priusquam irent cubitum, ecce turba,& qui vocabatur Iudas venit
cum gladiis & fustibus ad comprehendendum dominum Iesum.Igitur iuxta prophetam Esaiam, vere principes
Sodomorum,& vere populus Gomorræ.Illi ludibrio veluti viros ignotos contra naturam,isti dominum deum, K
Ioannis.9. de quo dicebant,hunc autem nescimus vnde sit,mendacio,id est mendacij accusatione maculare voluerunt cô-
tra omnem creaturam.Ecce quàm prope vidit, quàm moleste hic & illic expertus est deus verum, & vere operi-
bus completum fuisse illum,qui ad ipsum ascenderat,clamorem Sodomorum. Sed & cum impediret turba quæ
venerat ad diem festum conatus eorum,timebant enim plebem,conduxerunt sibi traditorem,& vim vehemen-
tissimam,scilicet militarem manum Romanam,& cum fustibus & gladiis irruentes, exierunt, turbam aduenti-
Ioan.7. tiam,quæ de regione ascenderat,vtpote ante pascha,indignam auditu iudicantes,& dicentes,quia turba hæc quæ
non nouit legem,maledicti sunt. AVCTOR CATENAE. Sed & Sodomitæ illi, ille populus Gomorræ,
cum impediret quoque Pilatus conatus eorum,& diceret,Nullam inuenio causam in homine isto ex his in qui-
bus eum accusatis, responderunt, Si non esset hic malefactor,non tibi tradidissemus eum. Et ille rursus diceret,
Nihil dignum morte actum est ei,corripiam ergo illum & dimittam, illi vim vehementissimam intulerunt,cla-
mantes,Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit,contradicit Cæsari. L

3 *IAmque prope erat ut effringerent fores, & ecce miserunt manum uiri, & introduxerunt ad se Loth,*
clauseruntque ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate à minimo usque ad maximum, ita ut
ostium inuenire non possent. Dixerunt autem ad Loth, Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios
aut filias. Omnes qui tui sunt, educ de urbe hac, delebimus enim locum istum, eo quod increuerit clamor eorum
coram domino, qui misit nos ut perdamus illos.

3 CHRYSOSTOMVS. Quia exiens clauserat Loth post se ianuam,non ferentes impij scelesti illi admoni-
tionem iusti,ipsum vi premebant,& ianuam conterere moliebantur.Vnde ait, *Iamq; prope erat ut effringerent fo-* M
res. Sed quia operibus satis demonstrata fuit iusti virtus,& cura eorum qui hospites putabantur,& conspiratio
totius populi in malum,tunc & ij qui aderant, manifestarunt se. Et quia viderant iustum omne suum officium
implesse, suam declarantes potentiam, suppetias tulerunt iusto, cui vis fiebat ab illorum insania. Dicit ergo,
Et ecce miserunt manum uiri, & introduxerunt ad se Loth, clauseruntq; ostium, & eos qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo
usque ad maximum,ita ut ostium inuenire non possent. Etiam iustus ille statim hospitalitatis accipit mercedes, & impij
illi digna plectuntur pœna.Dicit enim, Miserunt manum viri, & cætera. Quoniam enim mentis Sodomitarum
oculus excæcatus erat,propter hoc & visu priuati sunt,vt discant quod nihil sibi prosint corporales oculi,si oculi
mentis fuerint excæcati.Et quia conspirauerant in malitia, & à malo conatu neque senes neque iuuenes abstine-
bant,ideo omnes excæcati sunt,& non solum excæcati sunt,sed & viribus corporis destituti sunt, quãdoquidem
potiorem hominis partem animam corruperant,& qui prius ianuam conterere nitebantur, & multum minaban
tur iusto, statim steterunt luxatis membris, & ante oculos sitam ianuam non videntes. AMBROSIVS.
Hic

A Hic quidem mirabilis angelorum declaratur potestas,vt obfusa impuris cęcitate,non reperirentur domus ostia,
quæ illi aperire cupiebant.Sed etiã illud ostenditur, quia cæca est omnis libido,& ante se non videt. Simul quod
hospitum manibus reuocatus est sanctus Loth in domum, demonstratur immemor periculi, memor fidei, non
eripuisse se periculo, sed obtulisse. AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS SVPER GENE-
SIM. Viros vero qui erant ad ostium domus,percusserunt cæcitate.Græci habent ἀορασίᾳ, quod magis signifi-
cat si dici potest, auidentia, quæ faciat non videri,non omnia,sed quod non est opus.Nam merito mouet quo-
modo potuerunt deficere quærendo ostium, si tali erant cæcitate percussi, vt omnino nihil viderent.Hoc enim
modo sua calamitate turbati,vlterius ostium non requirerent.Hac ἀορασίᾳ & illi percussi sunt qui quærebant Hę-
liseum.Hanc & illi habuerunt,qui dominum post resurrectionem cum illo ambulantes in via,non cognouerũt,
quanuis non sit ibi hoc verbum positum,sed res ipsa intelligatur. IDEM VIGESIMOSECVNDO DE Cap.19
B CIVITATE DEI. Cum aliquid videtur ab alio,à quo alia quæ adsunt non videtur, Græcè ἀορασία dicitur,
quod nostri interpretes Latinè dicere non valentes, in libro Geneseos cæcitatem interpretati sunt, vbi de Sodo-
mitis conscribitur. INTERLINEARIS. Sed & illud in hoc facto nobis insinuatur,quia cum castitas pe-
ne vsque ad lapsum impetitur,sæpe bonorum adiutorio intra conscientiæ claustra inuiolata seruatur,quia aditus
cordis contra prauos motus ratione munitur. CAIETANVS. Et ecce miserunt viri manum, & introdu-
xerunt ad se Loth.Desunt duæ dictiones,in domum,explicatur enim locus,ad quem traxerunt Loth, clauserũtq;
ostium, & cætera.Iuxta Hebræum plus habetur,& lassati sunt ad inueniendum portam. Significatur enim quod
multum laborauerint vt inuenirent portam domus Loth, & tandem fatigati non inueniendo recesserunt, erat
enim cæcitas illa,non cæcitas simpliciter,sed quo ad hoc,hoc est,priuans illos visione discretiua partium & acci-
dentium illius domus. AVCTOR CATENAE. Ita vt ostium inuenire non possent. Hebraicè est
וַיִּלְאוּ לִמְצֹא הַפָּתַח Vailu limzo hapáthah,Et laborauerunt,siue fatigati,vel fessi sunt, ad inueniendum ostium.
Sic Chaldaica & Septuaginta,quorum etiam verbum, παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν,prætererierunt quærentes o-
C stium,reddi potest.Angeli ergo velut homines agebant,poterant omnes occidisse, sed reseruabãtur alteri pœnæ.
Non autem aufertur visio,sed eius rei aspectus intercipitur,quam videre iuuabat,vel cupiebant. Sicut Helisæum
quærentes non videbant,& oculi discipulorum tenebantur ne dominum agnoscerent, sic omnia Sodomitæ vi-
debant præter ostium domus,ideo multo labore ianuam inquirebant.Cæcitas mentis & corporis, sequela est im
moderatæ libidinis,obtusitas & insania,contemptus dei,iactura animæ,famæ,& rerum omnium.Omnes pariter
pessimi, digni dei iudicio, malo consentiebant, permittebant, iuuabant, laudabant, neminem verebantur.
CHRYSOSTOMVS. Tunc quasi respirauit iustus, videns quales hospites essent, & quàm magnæ vir-
tutis.Qui etiam *dixerunt ad eum, Habes hic quempiam tuorum generum,aut filios aut filias?Omnes qui tui sunt,educ de urbe hac,*
delebimus enim locum istum. Vide quomodo iusti hospitalitatem remunerant, & quomodo propter eius merita lar
giri volunt ei suorum omnium salutem. INTERLINEARIS. Interrogatio autem hæc angelorum,
D non ex ignorantia processit, sed vt ostenderent, familiares Loth merito eius posse saluari, si voluissent cum eo à
malis longe fieri. AVCTOR CATE. Dixerunt autem ad Loth. Deest viri,est enim in Hebręo הָאֲנָשִׁים
haanasim.Et quos supra in principio angelos appellauit,hic viros nuncupat. Aggrediuntur autem opus domini,
volentes tamen parcere affinibus Loth,ob eius probitatem.Loquuntur humano more veluti ignorantes,cum o-
mnia scirent. CHRYSOSTOMVS. Deinde & causam afferunt euersionis vrbium,iustum omnia diligen
ter docentes. *Eo quod increuerit clamor eorum coram domino,qui misit nos ut perdamus illos.* Hoc fuit quod dictum est
patriarchæ Abrahæ, Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est ante me.Grãdis peruersitatis eo-
rum est magnitudo,& idcirco quia incurabilis morbus, & vulnus hoc nullam curam recipit,misit nos dominus
vt extereremus eos. Et hoc est quod dicebat Dauid, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam Psalm.103.
ignis.Quia(inquiunt)aduenimus vt regio vndique deleatur, propter malitiam enim inhabitantium, etiam terra
pœnam accipit,tu & tui egredimini hinc. EVCHERIVS. Quia enim clamor peccantium in cœlum ascen-
disse dicitur, idcirco de cœlo puniendi erant. CASSIANVS DE INSTITVTIS MONACHO- Lib.5.cap.6
E RVM. Quibuslibet escis refectus venter seminaria luxuriæ parit, nec præualet mens discretionum guberna-
cula moderari ciborum pondere præfocata.Non enim sola crapula vini mentem inebriare consueuit, verum-
etiam cunctarũm escarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit,omniq; integritatis ac puritatis cõ-
templatione dispoliat. Sodomitis causa subuersionis atque luxuriæ non vini crapula, sed saturitas extitit panis.
Audi dominum per prophetam Hierusalem increpantẽ,Quid enim peccauit soror tua Sodoma,nisi quia panem Ezech.16.
suum in saturitate & abundantia comedebat? Et quia per saturitatem panis inextinguibili carnis fuerant ardore
succensi,iudicio dei cœlitus sunt igne sulphureo concremati.Quod si illos sola nimietas panis ad tam pręruptum
flagitiorum præcipitium,vitio satietatis impegit:quid censendum est de his qui vegetato corpore perceptionem
carnium ac vini immoderata vbertate præsumunt,non quantum expetit imbecillitas,sed quantum animi libido
suggerit,vsurpantes? CAIETANVS. Qui misit nos vt perdamus illos. Hinc ostenditur quod deus cu-
F ram habet singularium hominum & actionum humanarum, & non solum dat esse,sed etiam tollit esse hominũ
quorundam propter peccata eorum. AVCTOR CATENAE. Ea ergo causa se missos indicant, vt
sine dilatione disperdant locum & gentem,imo omnem regionem quatuor ciuitatum simili malitia laborantiũ,
in quibus nemo immunis esset à crimine.Magnus clamor coram domino, omniũ consensus sine cessatione pec-
cantium,ideo ministri iustitiæ dei mittuntur disperdere secundum corpus, submergere, obuoluere, occidere.
Si damnati sint omnes secundum animam, deus scit, nostrum est tantum timere, & cauere à similibus flagitiis.
Tale autem quid & ad impios Iudæos loquutus est Hieremias,Non poterat vos dominus vltra sustinere propter Hiere.44.
malitiam studiorum vestrorum.Et hæc quidem secundum literam.
GREGORIVS SEXTO MORALIVM. Secũdum spiritum autem, iniquorum hominum Mysticè. Cap.16.
mentes, cum quædam à proximis bene gesta conspiciunt, in extremo liuoris sui eculeo torquentur,& grauem
malitiæ suæ pœnam sustinent,cum bona in aliis tabescentes vident, de quibus dicitur per Iob, per diem incurrẽt Iob.5.
tenebras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenebras.Quia mens eorũ cũ de aliena melioratione affligitur,de radio lucis obſcuratur,quia ſępe in proximis dũ G
bona aperta conſiderant, ſi qua mala latent inueſtigant, & ſolicitis inquiſitionibus laborant, ſi quid forte quod
accuſare poſſint inueniant.Sana quidem membra conſpiciunt,ſed clauſis cordis oculis vulnus palpantes quęrũt.
Vnde & bene ſubditur,Et quaſi in nocte,ſic palpabũt in meridie. Dies boni operis in proximo exterius lucet, ſed
quaſi in nocte palpant,quia liuoris ſui intus tenebras tolerant. Peruenire ad aliqua quæ reprehendant ſatagunt,
detractionis aditum quærunt, ſed quia hunc inuenire non valent, cæci exterius circumeunt. Quod bene expri-
mitur cum Loth protegentibus angelis,in domo eius Sodomitę oſtium non inuenerunt,ſicut ſcriptũ eſt. Vimq;
faciebãt Loth vehementiſſime, & iam proximum erat vt frangerent fores, & miſerunt manum viri,& introdu-
xerunt ad ſe Loth,clauſeruntq; oſtium,& eos qui erant foris percuſſerũt cæcitate à minimo vſque ad maximum,
ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. Quid eſt quod malis aduerſantibus intra domum Loth reducitur & munitur,
niſi quod iuſtus quiſq; dum prauorum inſidias ſuſtinet, ad mentem reuertitur,& imperterritus manet?Sodomi- H
tæ autem viri in domo Loth oſtium inuenire nequeunt, quia corruptores mentium,contra vitam iuſti nullum
accuſationis aditum deprehendunt.Percuſſi enim cæcitate quaſi domum circumeunt,quia inuidentes,facta di-
ctaq; perſcrutantur.Sed quia eis de vita iuſti fortis vndique ac laudabilis actio obuiat, errantes nihil aliud quàm
parietem palpant. RVPERTVS. Sed & ſecundum altiorem intelligentiam, Et contra illos alios prin-
Eſa 6. cipes Sodomorum,contra illum alium populum Gomorræ,poſterius prophetatum eſt,Excæca cor populi huius,
& aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis,& auribus ſuis audiat,& corde ſuo intelligat,
& conuertatur,vt ſanem eum.Recte igitur ſicut illi poſtmodum igne ſulphureo cœlitus conſumendi,prius cęci-
tate percuſſi ſunt,ita vt non poſſent inuenire ante ſe iacens oſtium, ſic & iſti æternis ignibus cruciandi,& olim &
nunc mente excæcaci ſunt,vt inuenire non poſſint illum qui dicit,Ego ſum oſtiũ. AVCTOR CATENAE.
Ioã.10. Mira profecto cæcitas,& vere in meridie tenebrarum palpatio,quem patres eorum longe antè venturum præui-
2.Petri 2. derunt,venientem ac pręſentem non cernere,ſed tanquam peccatorem impiis manibus duriſſimo crucis patibu- I
lo affigere. RVPERTVS. Porro quia nouit dominus pios de tentatione eripere, impios autem æternis
ignibus cruciandos reſeruare, introducto ad ſe Loth,& eis qui foris erant cæcitate percuſſis, dixerunt, habes hic
tuorum quempiam,generum,aut filios,aut filias?Omnes qui tui ſunt,educ de vrbe hac. Delebimus enim locum
iſtum.Sic plane dominus aliquos de gente Iudæa,qui non conſenſerunt ſceleri eorum,vel qui pœnitentiam ege-
runt intromiſit ad ſe manu miſericordiæ & gratiæ ſuæ,& illis æterna (vt dictum eſt) cæcitate percuſſis, præcepit
iſtis,vt non remanerent in ciuitate eorum, id eſt vt non communicarent religioni vel carnalibus illorum ſacri-
Eſaiæ.1. ficiis,quę ex tunc odit ipſe,Propheta Eſaia teſtante,Qui cum exclamaſſet illud quod ſupradictum eſt, Audite ver
bum domini principes Sodomorum,percipite auribus legem dei noſtri populus Gomorræ,continuo quid audi-
re deberent adiunxit.Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum ait dominus?Plenus ſum. Et poſt pauca,
Neomeniam & ſabbatum,& ſolennitates cæteras non feram.Iniqui ſunt cœtus veſtri,Calendas veſtras,& ſolen-
nitates veſtras odiuit anima mea.Facta ſunt mihi moleſta,& cætera.Igitur omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac, K
quia videlicet poſtquam manus ſuas impleuerunt ſanguine domini Ieſu, ſicut ſubinde idem propheta, Manus
enim veſtræ(inquit) plenæ ſanguine ſunt,fugienda eſt omnino his qui ſaluari cupiunt, illa ſynagoga perfida, illa
malignantium eccleſia.

4 *EGreſſus eſt itaque Loth,& locutus eſt ad generos ſuos,qui accepturi erant filias eius, & dixit,Surgi-
te,& egredimini de loco iſto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et uiſus eſt eis quaſi ludens loqui.
Cumque eſſet mane,cogebant eum angeli,dicentes,Surge,tolle uxorem tuam & duas filias quas habes,
ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſsimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum uxoris,
ac duarum filiarum eius,eo quod parceret dominus illi.Eduxeruntque eum,& poſuerunt extra ciuitatem. Ibique* L
*locuti ſunt ad eum,dicentes,Salua animam tuam.Noli reſpicere poſt tergum,nec ſtes in omni circa regione,ſed in
monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas.*

4 CHRYSOSTOMVS. Vt audiuit iuſtus,& didicit cauſam euerſionis ciuitatis,propter quam affue-
runt viri quidem vt apparebant,angeli autem reuera,& miniſtri dei omnium. *Egreſſus eſt, & locutus eſt ad gene-
ros ſuos,qui accepturi erant filias ſuas.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS.
Iuxta Septuaginta,Et locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperant filias eius. Quia poſtea duæ filiæ Loth virgines
fuiſſe dicuntur, de quibus & ipſe dudum ad Sodomæos dixerat,Ecce duæ filiæ meæ,quæ non cognouerunt virũ.
Et nunc ſcriptura commemorat eum habuiſſe generos,Nonnulli arbitrantur illas quæ viros habuerunt,in Sodo
mis remanſiſſe,& eas exiſſe cum patre,quæ virgines fuerunt.Quod cum ſcriptura non dicat,Hebræa veritas ex-
ponenda eſt,in qua ſcribitur,Egreſſus eſt Loth,& locutus eſt ad ſponſos,qui accepturi erant filias eius. Necdum M
igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ. CHRYSOSTOMVS. Ne ergo putes diuerſa eſſe
hæc illis,quæ ſuperius à iuſto ſunt dicta.Mos enim ille veteribus erat,ante multum tempus ſponſalia facere, ſæpe
item & cohabitare deſponſatis,& ſimul cum parentibus conuerſari, id quod & nunc ſæpe fieri ſolet. Quia igitur
iam deſponſatio erat facta,ideo vocat eos generos. Et dixit qui acceperant filias ſuas, propoſito videlicet ac com
promiſſione. AMBROSIVS. Munitur pietatis locus,quod manifeſtata ſibi per angelos totius regio-
nis euerſione,& generos habere Loth ſanctus inducitur,& monere eos vt fugerent ſimul,ne deſerendo eos, nec
admonendo,minus pius videretur circa filiarum maritos,vel erroris earum cauſa ipſi aſſignaretur, quæ deſtitu-
tæ virili conſortio,concubitum inebriati expetiſſent parentis.Non ergo indefenſum ſinit ſcriptura virum ſanctũ
relinqui,cum in ea & tradidiſſe maritis filias,& monuiſſe generos inducitur. CAIETANVS. Ne vacil-
les hic propter diuerſos interpretes, ſcito quod nec præteritum nec futurum tempus deſcribitur in Hebræo, ſed
nomen

A nomen verbale,tanquam diceretur,Acceptores filiarum eius. *Et dixit,Surgite, & egredimini de loco iſto,quia delebit
dominus ciuitatem hanc.* CHRYSOSTOMVS. Sed quid illi, quos prauæ conſuetudinis amor ligaue-
rat,quid ad hæc monita reſponderunt? *Et uiſus eſt*(inquit) *eis quaſi ludens loqui.* Vide quomodo è malo hoc fer-
mento erant & illi. Et propterea volens deus ſtatim liberare iuſtum ab illorum affinitate,non permiſit eis com-
miſceri filiabus iuſti,ſed cum impiis etiam illos perdidit,vt egreſſus iuſtus cum filiabus,effugeret eorum cogna-
tionem.Itaque cum audirent à iuſto terribiles illas minas, quaſi ſubſannabant,& putabant deliramenta eſſe quæ
dicebantur, veruntamen iuſtus quod ſuum erat faciebat. Et quia ſemel illis, filias deſponſauerat, voluit eripere
eos à plaga,at illi noluerunt,ſed in moribus ſuis manſerunt,& reipſa didicerunt, quod magno ſuo damno conſi-
lium iuſti reiecerunt. CAIETANVS. Attende & perpende prudens lector, quod deus humano more
per angelos ſuos inquiſitionem promiſſam Abrahæ an Sodomis eſſent decem viri iuſti, primum executus eſt,
B proponendo publice angelos ſuos,in ſpecie iuuenum peregrinorum, & inuenit vniuerſum populum furentem.
Deinde ne quiſpiam diceret quod multi viri probi erant in ciuitate, qui ſi moniti fuiſſent, reſipuiſſent, miſit per
angelos ſuos Loth iuſtum ad monendum eos quos veriſimile erat propter hoc quod Loth iuſtus elegerat eos in
generos, eſſe viros probos, vt etiam hinc eluceſceret inquiſitionem omni ex parte perfectam fuiſſe.
AVCTOR CATENAE. Credidit verbis dei Loth, & obediuit,voluitq; alios ſecum ſaluari,ſed iudi-
cati à deo,indurati & perfidi,emendari nolebant,ideo ridebant dei verbũ,infidelitatẽ criminibus aliis addendo.
*Cumq; eſſet mane,cogebant eum angeli,dicentes,Surge,tolle uxorem tuam & duas filias quas habes,ne & tu pariter pereas in ſcele-
re ciuitatis.* CHRYSOSTOMVS. Ne differ,inquiunt.Iam in illis pernicies infligenda eſt, teipſum igi-
tur & vxorem & filias ſerua. Illi enim qui noluerunt admonitioni tuæ parere, non longe poſt participes erunt
communis interitus. Ne igitur differ, vt ne & ipſe internecionis iſtorum impiorum particeps fias. INTER-
LINEARIS. Quod autem mane hoc factum dicit, id indicat,quod lucis diuinæ opus eſt à malis recedere.
C CAIETANVS. Cumq; eſſet mane. Iuxta Hebræum aurora deſcribitur.Cogebant eum angeli, vel ſoli-
citauerunt angeli Loth, videbant enim Loth minus promptum ad exeundum. Dicentes,Surge,& tolle vxorem
tuam & duas filias quas habes.Iuxta Hebræum habetur,inuentas, vel quæ inueniuntur.Ad differentiam al orum
pertinentium ad Loth,quocunque affinitatis vel conſanguinitatis vinculo,qui non erant domi,tanquam & iſtæ
filiæ relictæ, fuiſſent, niſi inuentæ fuiſſent cum Loth. AVCTOR CATENAE. Cumque eſſet
mane. Hebraicè eſt וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה Vchmo haſahar ala, Et cum aſcendiſſet aurora. Septuaginta,ὡς δὲ ὄρθρος
ἐγένετο, Vt autem diluculum factum eſt. Chaldaica vtrunque poſuit, Et cum aſcendiſſet aurora, & eſſet mane,
coegerunt angeli Loth, Quod Septuaginta, ἐσπούδαζον, id eſt vrgebant, dixerunt. Quod vero ſequitur,& du-
as filias quas habes, Hebraicè eſt הַנִּמְצָאֹת hanimzaoth, quod aliqui inuentas, vel quæ inueniuntur,vel quæ in-
uentæ ſunt, alij præſentes verterunt. Dicũntque vocare Hebræos inuentum, id quod coram verſatur. Hincque
D grammaticos ſimiliter ſecundam vocare perſonam. Septuaginta ἃς ἔχεις, Quas habes, dixerunt. At Chaldai-
ca doctiſſima, & difficilium enodatrix locorum æditio, ita habet hic, Surge,& tolle vxorem tuam & duas filias
tuas quæ inuentæ ſunt fideles tecum. Ex qua quidem lectura vides quo ſenſu inuentæ ſunt,dictum eſt. Diſce igi-
tur feſtinandum à contubernio peſſimorum, cum ſpes emendationis nulla ſupereſt. Tardauerat vindicta
dei, periodus expectanda iam aderat, quam præteriri impoſſibile erat. Præueniendum illis erat dei iudicium
compunctione,& pœnitentia non differenda.Securis ad radicem ponitur,quotiens verbum domini prædicatur.
*Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum uxoris,ac duarum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi,eduxerũt-
que eum, & poſuerunt extra ciuitatem.* CHRYSOSTOMVS. Secundum aliam literam, & turbati ſunt,
inquit. Hæc vt audierunt Loth & vxor & filiæ, turbati ſunt (inquit) hoc eſt, attoniti fuerunt, & in nimium pa-
uorem inciderunt, & propter minas anxij fuere.Et ideo angeli curam agentes iuſti,apprehenderunt(inquit)ma-
num eius. Iam non vt de viris loquitur de eis ſcriptura diuina, Sed quia plagam inflicturi erant, angelos eos no-
minat, & dicit, Apprehenderunt manum eius,& manus filiarum eius,eo quod parceret ei dominus.Animabant
E eos manuum contactu, & roborauerunt eorum alacritatem,vt ne timor eorum diſſolueret robur, propterea ad-
iecit,eo quod parceret ei dominus.Quia enim dominus iudicauit eum ſalute dignum,idcirco & angeli volentes
eorum alacritatem roborare, manum eorum apprehendunt, & educunt foras. AMBROSIVS. Moraba-
tur adhuc Loth,vt perſuaderet generis ſuis, & pene non eſt profectus vt euaderet, niſi vrgentibus angelis,& te-
nentibus manus eius,egredi coactus eſſet.Non ergo profectus,ſed eductus eſt. GLOSSA GRAECA. At-
tẽde,vbi malorum multitudo modum exceſſerit, vrbes minime propter iuſtos ſeruari,eis quæ à deo ignoſci, ſed
iuſtos à pœnis miſericorditer ſeparari. INTERLINEARIS. Diſſimulante illo,apprehenderunt manum
eius,& cætera. Hic datur nobis exemplum,quod qui aliquo affectu carnali malorum conſortium exire diſſimu-
lant,crebra bonorum admonitione cogendi ſunt,ne bonos mores corrumpant exempla malorum. RVPER-
TVS. Diſſimulante(inquit)illo, videlicet quia quanuis comparatione Sodomorum iuſtus eſſet, adhuc tamen
à perfecta iuſtitia minus habens,& minoris fidei quàm Abraham,amœnitate Sodomorum tenebatur, & irriguis
F pene paradiſiacis aruis, & idcirco quaſi non ſatis intelligeret quod dicebatur,cum percelleretur nuncio inſtantis
periculi, dormitantes oculos, & amore diuitiarum preſſos, auertebat à lumine præſenti. Sic perſæpe is qui iam
cœleſtia nouit, cui per euangelium Chriſti reuelata eſt ira dei, iámque de ſpiritualibus inſtrui meruit, adhuc ta-
men pernicioſo irretitur amore mundi, & à concupiſcentia ſua illectus, diſſimulat auditas, & bene ſibi cognitas
futuri iudicij minas, & æterni ignis pœnas ſulphureas, eo intentus,vt concupiſcentiæ ſuæ effectu quoquo modo
perfruatur. Quo ita diſſimulante, ſi apprehenderit manum eius deus, parcens illi,& eduxerit eum ante affectum
peccati, & poſuerit extra ciuitatem, id eſt extra tentationis incluſionem,tunc demum ad ſe reuertitur,& copio-
ſam domini miſericordiam recognoſcit. CAIETANVS. Diſſimulante illo.Iuxta Hebræum habetur, Et
tardauit.In quo manifeſte apparet tepor Loth, eo quod parceret dominus illi. Ratio violentæ ſalutis redditur,
non iuſtitia mulierum, nec iuſtitia Loth, ſed miſericordia ſummi dei peculiaris erga Loth, ita quod ratione ip-
ſius ſeruabat vxorem & filias. AVCTOR CATENAE. Diſſimulante autem illo Hebraicè eſt וַיִּתְמַהְמַהּ
Vaithmahma.

Vaithmahma. Verbum Mahma, tardare, moram facere, negligere, & turbari significat. Vnde & tardabat aliqui G
transtulerunt, Alij negligebat. Chaldaica, Et cum moram feciſſet. Septuaginta vero in alium ſenſum verbum acceperunt, καὶ ἐταράχθησαν, Et perturbati ſunt. Qua ſignificatione accipitur etiam Iudicum tertio, Dum illi turbarentur, effugit. Eo quod parceret dominus illi. Hebraicè eſt בְּחֶמְלַת יְהוָה עָלָיו Behen lath adonai alaf, In miſeratione domini ſuper eum. Quod nihil aliud eſt, quàm quod vertit interpres. Et quod ait Chaldaica, Eo quod miſereretur dominus illius. Hamal enim miſereri, parcere, & indulgere ſignificat. Vnde hemla miſeratio ſiue miſericordia. Cunctabatur itaque, & moras nectebat Loth. Proprio arbitrio, & amicorum amore non exiſſet, ſed miſerante domino, per angelos ipſe & ſui educuntur à peccatis & pœnis. Indulgentia non ſolum peccatorum eſt quæ fecimus, ſed eorum quoque quæ per gratiam dei præuenti, omittimus, & quorum occaſionem non incidimus. Eduxerunt ergo eum, & manere fecerunt extra vrbem tumultibus plenam. Non enim eſt pax impijs.

Homil.5. ORIGENES. Miſſi igitur angeli ad ſubuerſionem Sodomorum, cum iniunctum cuperent maturare negocium, curam prius gerunt hoſpitis Loth, vt eum de imminenti ignis excidio, contemplatione hoſpitalitatis exi- H
merent. Audite hæc qui peregrinis clauditis domos, Audite hæc qui hoſpitem velut hoſtem vitatis. Loth in Sodomis habitabat. Alia eius bene geſta non legimus. Hoſpitalitas in eo ſola ex vſu veniens memoratur, euadit ignes, euadit incendia, ob hoc ſolum, quod domum ſuam patefecit hoſpitibus, Hoſpitalem domum angeli ingreſſi ſunt, Clauſas hoſpitibus domos ignis ingreſſus eſt. Quid ergo ad hoſpitem ſuum pro hoſpitalitatis officiis dicant angeli, videamus. *Ibi(inquit)loquuti ſunt ad eum, Salua animam tuam. Noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam(inquiunt)liberamus te ab impiis illis, ne vltra circunſpicias poſt tergum, ne velis videre quæ illis eueniant, ſed feſtina, & longe fias, vt effugere queas pœnam eis infligendam. CAIETANVS. Ibi loquuti ſunt ad eum. Iuxta Hebræum habetur, & dixit. Moyſes enim ab hoc loco deſcribit vnum angelum loquentem. Quod autem ſequitur, noli reſpicere poſt tergum. Celeritas præcipitur, non quaſi ſuperſtitio. Nec ſtes in omni circa regione. Loco huius clarius in He- I
bræo habetur, In omni planicie, ſed in monte ſaluum te fac. AVCTOR CATENAE. Chaldaica æditio cum Hebraica concordans, ita habet hoc in loco, Et factum eſt cum eduxiſſent eos foras, ait, Miſerere animæ tuæ, non reſpicias poſt tergum tuum, neque ſtes in omni planicie, ſed in monte ſaluum te fac, ne forte pereas. Licet ergo duo eſſent angeli, tamen vnus educto Loth foras, cum eo loquens refertur. Angelorum itaque beneficio eiucuntur Loth & ſui, iubentur ſeipſos ſaluare, vitæ periculo ſe non ingerere, priſtini ſui ſtatus obliuiſci, conſortia malorum animo & corpore deſerere. Puſilli de fide non ſunt idonei ad ſe ſaluandos, erudiuntur igitur aduerſitatibus mentis & corporis, vt in fide proficiant. Ne forte pereas. Indicat vbique ſcriptura verbis ſuis liberi arbitrij mutabilitatem, curandum tamen nobis vt ſemper agamus & conemur quæ dominus præcipit, & actuum noſtrorum ſummam domino committamus.

Myſticè. AMBROSIVS. Spiritaliter autem, cum mandatum accepit Loth ne reſpiceret retro, nec reſiſteret in tota regione illa, ſed in montem aſcenderet, hoc cum illi dicitur omnibus dicitur. Si vis ergo & tu euadere, ne reſpicias retro, ſed antè aſpice vbi Chriſtus eſt, qui dicat tibi, Vade retro, ſicut Petro dicit, Vade retro me, vt Chriſtū K
ſequereturCol. 2. Chriſtum videret, Retro Sodoma eſt plena flagitij, retro Gomorra vitiis ſcatens, criminum regio. Ne tetigeritis(inquit Apoſtolus)ne attaminaueritis, ne guſtaueritis, quæ ſunt omnia ad corruptelam. Fuge ergo Sodomam, relinque ocyus, deſere elementa huius mundi, ne te imminentia inuoluant pericula, non reſiſtas fugiés, nec in tota vitiorum regione remoreris. Qui non reſpexit, euaſit, quæ reſpexit, euadere non potuit. AVGVST.

Cap.30. XVI. DE CIVITATE DEI. Ad quid enim pertinet quod prohibiti ſunt qui liberabantur ab angelis retro reſpicere, niſi quia non eſt animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regenerationis exuimur, ſi vltimum iudicium euadere cogitamus? Denique vxor Loth, vbi reſpexit, remanſit, & in ſalem conuerſa, homi-
nibus fidelibus quoddam præſtitit condimentum, quo ſapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplum. INTERLINEARIS ET ORDINARIA. Noli igitur reſpicere poſt tergum inquit, quia nemo mittens ma- L
num ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Nec ſtes in omni circa regione, id eſt ſicut Sodomitica,
ſic & cætera fuge vitia. Sed in monte ſaluum te fac. Mons altitudinem virtutum ſignificat, ad quam angelus hor-

Par.3.ca.28 tatur, ſecundum illud, Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, &c. GREGORIVS IN PANORALI. Vel altitudo montium, eſt munditia continentium. Vel certe quaſi in monte ſunt, qui etiam carnali copulæ inhærent, ſed tamen extra ſuſcipiendæ prolis admixtionem debitam, nulla carnis voluptate ſoluuntur. In monte quippe ſtare quid eſt, niſi fructus propaginis in carne non quærere? In monte ſtare eſt, carni carnaliter non adhærere. Ardentem ergo Sodomam fugere, eſt illicita carnis incēdia declinare. ISIDORVS. Sed Loth etiam frater Abraham, iuſtus & hoſpitalis in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat ſimilitudo futuri iudicij, meruit ſaluus euadere, typum figurauit corporis Chriſti, quod in omnib⁹ ſanctis & nūc inter impios gemit quorū factis non conſentit, & à quorum permixtione liberabitur in fine ſeculi illis damnatis ſupplicio ignis æterni.

5 DIxitque Loth ad eos, *Quæſo domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum ut ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar. Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea. Nunquid non modica eſt, & uiuet anima mea? Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, ut non ſubuertam urbem pro qua locutus es. Feſtina, & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam, donec egrediaris illuc. Idcirco uocatum eſt nomen urbis illius Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Loth ingreſſus eſt Segor. Igitur dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à domino de cœlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, uniuerſos habitatores urbium, & cuncta terræ uirentia. Reſpiciensque uxor eius poſt ſe, uerſa eſt in ſtatuam ſalis.* M

CHRYSOSTOMVS.

A CHRYSOSTOMVS. Exin iuſtus timens ne forte non poſſet deſignatum locum aſſequi, & in montem per- 5
uenire. *Dixit ad eos, Quæſo domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum ut ſaluares animā meā, nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehēdat me malū & moriar.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Hac perturbatione timoris non credebat ipſi domino, quem in angelis cognoſcebat, qua etiam illud de filiabus ſuis proſtituendis dixerat vt antè intelligamus nō pro auctoritate habendum, quod dixit de turpitudine filiarum, non enim & hoc pro auctoritate habendum eſt, deo nō eſſe credendum. CAIETANVS. Cerne diuerſitatem. Primùm deſcribitur Loth allocutū eos in numero plurali, deinde loquendo deſcribitur dirigens ſermonem ad vnum, dicendo, Seruus tuus, non ſeruus veſter, & in oculis tuis, non in oculis veſtris, & cætera, ad inſinuandum quod vtrunq; venerabatur, ſermonē tamen dirigebat ad eū, qui maior videbatur, credebat enim illos eſſe angelos dei, ſed alterum maiorem. AVCTOR CATE. Vel quia in duobus angelis dominum deum agnoſcebat, ſingulariter deum affatur, quem in ſuis miniſtris venera-
B tur. Fidelis autem ſatis, & in operibus pietatis exercitatus iuſtus, prudentiæ tamen ſuæ niti contendit, & vult proſpicere ſibi, trepidatq; ad verbum dei. Vincit enim timor mali, fidem promiſſionum dei. Non vult in monte proximus habitare ipſi Abrahæ, forte ne comparatione iuſtitiæ illius ipſe iniuſtus magis videatur. *Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea. Nunquid non modica eſt, & uiuet anima mea?* CHRYSOSTOMVS. Quia enim (inquit) ſemel iudicaſtis ſalutem mihi dandam, aſcendere autem in montis verticem, vires meas tran-
ſcendit, ampliorem miſericordiam mihi exhibete, & laborem meum alleuiate. Ne quando igitur apprehendar à pœna quæ inſligitur illis, & particeps fiam interitus iſtorum, ciuitatem hanc vicinam & paruam ſegregate mihi. Nam licet vilis ſit & parua, attamen illic ſeruatus, ſecure poſtea agere potero. CAIETANVS. Sciens Loth longum eſſe iter ad montem, & quod in monte nō erat habitaculum, timebat incurrere ægritudinem aliquā, vel propter fatigationē in itinere quia ſenex erat, vel in monte, & conſequenter mori, hac per hoc non effugiſſet mor-
C tem eundo in montē, & propterea petiit vt ſeruari poſſet in propinqua ciuitate in qua erant dom⁹, vbi poſſet incolumis morari. Et ad hoc vt exaudiretur, allegauit ex parte ciuitatis, tum propinquitatē, tum paruitatem. AVCTOR CAT. Ecce eſt ciuitas, &c. Conſcius fragilitatis ſuæ, timensq; pariter inuolui, petit ſeceſſum ad mi-
nus oppidum, vbi non tam impie viuitur communiter, veluti in vrbibus magnis. *Dixitq; ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, ut non ſubuertam urbem pro qua loquutus es.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et dixit ei, Ecce admiratus ſum faciem tuam. In Hebræo habet. Ecce ſuſcepi faciem tuam, id eſt, acquieſco precibus tuis. Quod Symmachus ſecundum ſenſum interpretans, ait, ὁρᾷς ὅτι ἐθυσωπήθην τὸ πρόσωπόν
σου. CHRYSOSTOMVS. Accepi tuas preces (inquit) & faciam hoc, & petitionem tuam tibi exhibebo, pro-
pterq; te etiam ciuitati parcam. AVCTOR CATENAE. Hebraicum idioma clare vertit interpres, ſuſce-
pi preces tuas. Eſt enim lectio Hebraica נָשָׂאתִי פָנֶיךָ Naſathi phanecha, Suſcepi faciem tuam. Chaldaica intactam
D retinet phraſin illam, inquiens, Ecce ſuſcepi faciem tuam etiam pro hac re. Septuaginta verò longe aliter verterūt, ἰδοὺ ἐθαυμασά σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐπὶ τῷ ῥήματι τούτῳ, Ecce admiratus ſum tuam faciem & in verbo hoc. Propen-
ſior itaq; dominus eſt ad ignoſcendum & exaudiendum, quàm nos ſimus ad orandum. Gratificabor (inquit) tibi, & oppidulū iſtud ſeruabo propter te. Tātum valet iuſtorum oratio apud deum, tāta hoſpitalitatis eſt gratia. Pro-
nior eſt deus ad indulgendum, quàm ad ſubuertendum. *Feſtina, & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.* CHRYSOSTOMVS. Accelera igitur, & occupa locum, & ſaluare. Neq; enim faciam ali-
quid donec illuc venias, Non potero (inquit) facere rem, vſquequo tu ingrediaris illuc, quia curam ago tuæ ſalu-
tis. Expecto igitur donec illuc abeas, & tunc eis infligam pœnam. CAIETANVS. Quia non potero facere quicquam, donec peruenias illuc. Intellige ſecundum ordinem mihi definitum à deo. AVCTOR CATE. Quia non potero facere quicquam. Hebraicè eſt לַעֲשׂוֹת דָּבָר laaſoth dabar, Facere verbum. Optime autem tranſtu-
lit interpres & Chaldaica in quicquam. Nam verbum, rem quoque Hebræis ſignificat, vt alias annotauimus. Ideo
& Septuaginta, οὐ γὰρ δυνήσομαι ποιῆσαι πρᾶγμα, Nō rem potero facere rem. Perſpice autem hic & loquendi mo-
E dum, non potero (inquit) facere quicquam. Magna enim dei affectio ex his verbis erga iuſtos oſtenditur, eximia etiam bonorum merita penes ipſum, vt ſe impediri dicat ab infligenda vindicta propter eorum virtutes. Dicebat alibi ad quendā iuſtorum idem dominus, Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos. Dicit autem ſe non poſſe, quod non vult. Fidelium nanq; votis reluctari non placet dei clementiæ, nihil enim deo indignum orant, ſed vt ſanctificetur nomen ſuum. Accelera ergo ait, noli ſegniter curare ſalutem tuam, ſaluare in vrbe quam tuis pre-
cibus dono. *Idcirco uocatum eſt nomen urbis illius Segor.* RVPERTVS. Quod interpretatur paruula, ſubauditur quia dixerat Loth, Nunquid non modica eſt, & viuet anima mea? Nam antea vocabatur Bale. CAIETANVS. Legendum eſt Soar pro Segor, & interpretatur paruum ſeu modicum. AVCTOR CATENAE. Verbum etiam קָרָא kara, tam Chaldaica quàm Septuaginta, Vocauit, dixerunt, vt ſit ſenſus, quod Loth nomen ciuitatis vo-
cauerit Segor. De qua ſatis in ſuperioribus dictū eſt. *Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Loth ingreſſus eſt Segor.* CHRY-
F SOSTOMVS. Circa ſolis ortum (inquit) venit in ciuitatem, & ſtatim cum ipſe eſſet intra ciuitatem, illi pœnam accipiebant. CAIETANVS. Non ſolum ad deſcribendum horam, ſed etiam ad deſcribendum ſere-
nitatem aëris narratur exitus ſolis ſuper terram. AVCTOR CATENAE. Crepuſculo igitur matutino, & antelucanis horis exierant à Sodomis, & ad ortum ſolis peruenerunt ad Segor, fugiendo incendia Sodomæ. *Igitur dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à domino de cœlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnē circa regionem, uniuerſos habitatores urbium, & cuncta terræ uirentia.* HILARIVS QVINTO DE TRINITATE. Rogo, quis eſt deus hic Sodomæ & Gomorræ euerſor? Pluit enim dominus à domino. Nunquid non verus domi-
nus à vero domino? aut nunquid aliud quàm dominus à domino? Vel quid præter ſignificationem perſonæ in do-
mino ac domino coaptabis? Et memento, quod quem ſolum verum deum noſti, hunc eundem ſolum iuſtum iudi-
cem ſis profeſſus. Et intellige, quod dominus qui pluit à domino, non occidens iuſtum cum impio, omnem iudi-
cans terrā, & deus & iudex eſt iuſtus, & pluit à domino. Et inter hæc, quem ſolum iuſtum iudicem dixeris quæro.
A domino enim dominus pluit, & hunc iuſtum iudicem non negabis, qui pluit à domino. Abraham enim dixit,

G pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater gentium non vtique infidelium. Nullo modo facies hoc verbum vt occidas iustum cum impio, & erit iu- G
stus tanquam impius. Nullo modo qui iudicas terram, facies hoc iudicium. Hunc ergo deum iustum iudi-
cem necesse est & verum deum esse. Tuo te impie teneo mendacio. Nondum ex euangeliis deum iudicem
profero, lex mihi iudicem deum loquuta est. Adime filio quod iudex est, vt auferas quod deus verus est.
Eum enim solum verum deum, quem solum iudicem iustum professus es: & quem iustum iudicem doces,
hunc non potes secundum te verum deum negare. Qui iudex est, dominus est, potens ad omne verbum
est, benedictionum æternarum sponsor est, piorum impiorúmque iudex est. Abrahæ deus est, ab eo adora-
Cap.30. tus est. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Liberato de
Sodomis Loth, & veniente igneo imbre de cœlo, tota illa regio impiæ ciuitatis in cinerem versa est, vbi stupra in
masculos in tantam consuetudinem conualuerant, quantam leges solent aliorum factorum præbere licentiam.
Cap.10. GREGORIVS DECIMOQVARTO MORALIVN. Sulphur quid aliud quàm fomentum ignis est?
Quod tamen sic ignem nutrit, vt fœtorem grauissimum exhalet. Cum ergo dominus carnis Sodomitarum scele- H
ra punire decreuisset, in ipsa qualitate vltionis notauit maculam criminis. Ignem enim & sulphur pluisse domi-
num narrat scriptura. Sulphur quippe fœtorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis
fœtore asserant, dignum fuit, vt simul igne & sulphure perirent, quatenus ex iusta pœna discerent, ex iniusto desi-
Libr.4.c.36 derio quid fecissent. IDEM IN DIALOGO. In libro Geneseos, attestante didicimus scriptura, quia su-
per Sodomitas dominus ignem & sulphur pluit, vt eos & ignis incenderet, & fœtor sulphuris necaret. Quia enim
amore illicito corruptibilis carnis exarserant, simul incendio & fœtore perierunt, quatenus in pœna sua cogno-
scerent, quia æternæ morti fœtoris sui se delectatione tradidissent. CHRYSOSTOMVS. Dilecte ne tenea-
ris admiratione, proprietas enim scripturæ est, & indifferenter sic sæpe ponit verba, id quod & nunc videre licet.
Pluit enim (inquit) dominus sulphur & ignem à domino de cœlo, vt dicat, quod dominus pœnam induxerat, & nó
solum ciuitates subuertit, & omnem circa regionem, & omnes inhabitantes, sed & quę exoriuntur de terra abole-
uit. Quia enim homines qui tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt, idcirco in- I
quit, & inutiles fructus terræ facio, vt & illis abolitis, perpetuum sit monumentum sequentibus generationibus, o-
mnes docens quanta fuerit inhabitantium malitia. Vidisti quanta res sit virtus, & quanta res malitia, & quomodo
iustus saluatus sit, alij autem dignam suam malitiæ pœnam receperint? Et sicut iustus per suam virtutem & filias
saluauerit, & ciuitatis illius subuersionem prohibuerit, ita & illi propter immodicam suam malitiam, non solùm
ipsi perierint & corrupti sint, sed & effecerint terram inutilem in futurum? INTERLINEARIS. Quia igi-
tur putore & ardore luxuriæ computruerant, & clamor peccati eorum ascenderat in cœlum, ideo diuino iudicio
sulphure & igne perierunt, & vt terra in æternum areseret, & non sicut post diluuium viresceret. Omnem etiam
combussit dominus circa regionem, quæ similia faciebat, & cuncta terræ virentia, quibus pessimi illi delectati
fuerant. ALCVINVS. Pluit etiam dominus super vniuersos habitatores terræ, & infantes quoque cum pa
rentibus cremati sunt, vt posset aduerti impiissimum facinus Sodomitarum, ne de eorum origine aliquod rema-
neret vestigium. Et prouisum est illis, ne diu viuentes sequerentur exempla patrum, & vt leuius punirentur. Pa- K
rentes quoque tam pro se, quàm pro eis rei sunt. Mors enim filiorum, crimen est parentum. Ideo futuri sunt accu-
De conuer. ad cleri.c.19 satores eorum. Est etiam qualecunque beneficium, non reum esse, qui gloriosus non est. Prodest enim pauperem
non esse, qui rex esse non potest. BERNARDVS. Ecce ergo quomodo ciuitates illæ spurcitiæ Sodomiticæ
matres, diuino prædamnatæ iudicio, & incendio sunt deletæ. Ecce quomodo gehennalis flamma moram non su-
stinens, execrabilem illam præuenit tollere nationem, quod ipsius specialiter essent peccata manifesta, præceden-
tia ad iudicium. Ecce quomodo & ipsam vtpote conscium tantæ confusionis tellurem, absumpsit ignis, sulphur &
spiritus procellarum. Ecce quomodo in lacum horribilem solum omne redactum est. RVPERTVS. Quia
clamor Sodomorum ascenderat ad dominum, ipse autem, Descendam (inquit) & videbo, vtrum clamorem qui
venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Horrendam nimis per semetipsum iniuriam sic esse com
perit, igitur vt dignum erat, pluit dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem, id est, ignem sulphu
reum, vel sulphur igneum. Quare non qualemcunque ignem, sed ignem pluit sulphureum? Videlicet quia carnes L
eorum non qualiscunque luxuriæ, sed eius libidinis igne arserant, quæ est contra naturam. Quia ergo talem carnis
fœtorem miserant ad cœlum, rectè de cœlo fœtorem igneum, vel ignem fœtidum receperunt. EVCHERIVS
ET STRABVS. Quæri potest, quare diebus Noë peccatores aqua diluuij exterminauerit, qui similiter deum
offenderant concupiscentia carnis, Sodomitæ autem grauiori supplicio, ignis scilicet & sulphuris diluuio pe-
rierint? nisi quia illud libidinis cum fœminis peccatum, & si mensuram excederet, naturale tamen erat, ideo quasi
leuiori elemento damnatum est, hoc vero cum viris libidinis peccatum, quia contra naturam erat, acrioris ele-
menti vindicatum est incendio, & ideo etiam illic terra aquis abluta reuiresit, hic flammis cremata æterna ste-
rilitate aresit. CAIETANVS. Igitur dominus pluit super Sodomam, & cætera. Quanuis serenitas esset orien
te sole, deus tamen non habens potestatem suam alligatum dispositionibus elementorum, fecit pluuiam. Duas au
tem ciuitates tantum nominat Moyses, cum tamen vt patet Deuteronomij vicesimo nono super quatuor sit hu- M
iusmodi pluuia facta, videlicet Sodomam, Gomorram, Adamam, & Seboim, quia illæ duæ principales erant. Di-
cit autem à domino de cœlis dominum pluisse, vt non solùm significetur quod ipse deus etiam est auctor tollen-
di esse viuentium, sed etiam quod præter naturalem rerum cursum, miraculum operatus est puniendo iniquos.
Ad differentiam enim naturalium causarum naturali ordine concurrentium ad generandum sulphur & ignem,
apponitur à domino. Ideo siquidem non sat fuit dixisse quod dominus pluit sulphur & ignem, sed repetitum est à
domino. Et adiungitur, de cœlo, ad differentiam conflagrationis naturalis, qua pars aliqua terræ solet ardere ac-
censa terra ex inferioribus. Hæc enim combustio, hæc flamma, ex superioribus, é cœlis, hoc est, ex superno aëre ve-
nit. Et euertit ciuitates has, & omnem circa regionem. Iuxta Hebræum habetur, & totam planitiem. Ignis enim
vis omnia euertit, mouendo & consumendo ab imis. Nec intelligas per hanc planitiem, locum qui appellatur la-
cus Asphalti, seu mare mortuum, quoniam planities ista adhuc cernitur exusta, & non mersa sub aquis. Nescio vn

de insita

A de insita fuerit verbis aliquorum huius planitiei submersio, quia scriptura, submersionis aut aquarum non me-
minit, & Iosephus in quinto libro de bello Iudaico describit lacum Asphalti propinquum terræ Sodomiticæ.
AVCTOR CATENAE. Et cuncta terræ virentia. Hebraicè est, וְצֶמַח הָאֲדָמָה vezémah haadama, Et ger-
men terræ. Et Septuaginta, καὶ τὰ ἀνατέλλοντα ἐπὶ τῆς γῆς, & germinantia super terram. Sed hoc idem cum viren-
tia. Ardor igitur & fœtor debebatur Sodomitico crimini, sulphur & ignis iram domini grauissimam portende-
bant. Dominus autem pluit contra naturam, vt qualitate pœnarum innotesceret criminis magnitudo. Gomorra
etiam iungitur vindictæque participabat in crimine. Alias quoque vrbes subuertit, quæ contraxerant ex vicinita-
te eundem morbum, qui contagiosus est. Denique locum hunc arbitratur etiam Cyrillus esse ex his, ex quibus col
ligitur trinitas in veteri testamento. Est enim יְהוָה מֵאֵת יְהוָה Adonai meeth adonai, Dominus à domino, ac si di-
cat, filius à patre. Vtrunque enim est tetragrammaton, quod de solo vero deo dicitur, vt vtriusque vna diuinitas,
B æqualis gloria, coæterna maiestas ostendatur. Tale est & illud, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis,
Et sedes tua deus in seculum, propterea vnxit te deus tuus. Est enim sermo de patre ad filium. Interrogant hic a-
liqui, an habitatores Pentapolis temporaria illa, & valde acerba pœna, æternam ebaserint damnationem, cum di- Naum.1.
cat dominus per prophetam Naum, Non vindicabit dominus bis in idipsum? Et respondetur communiter,
quod temporalis pœna quantumlibet magna, nullum iniquum à culpa purgat, nullum ab inferno præseruat, nisi
ille vere pœniteat. Idcirco qui in sua à sulphureo illo igne incensione vere non pœnituerunt, de temporali incen
dio ad ignem corruerunt inferni, quorum propter nimiam temporis breuitatem, maximam fuisse partem cre-
dendũ est, Sodoma enim (vt legitur in propheta) subuersa est in momento. Nec obstat quod de duplici vindicta
dicitur, nam cum illi voluissent sine fine peccare, si sine fine vixissent, vna est duntaxat dicenda pœna, quæ hic in-
cipit, postmodum in futuro seculo sine fine perficienda. Respiciensq; (inquit) *uxor eius post se, uersa est in statuam salis.*
CHRYSOSTOMVS. Nam quoniam audiuit angelos præcipientes iusto, vt ne se conuerterent retrorsum,
C sed cum magna festinantia secederent, neglexitq; verba, & præcepta non custodiuit, propterea suæ negligentiæ
dedit pœnam. RVPERTVS. Sensus literæ hic est, Respiciens vxor Loth, quia præuaricata est mandatum
dicentis, Salua animam tuam, noli respicere post tergum, & cætera, pœna tali punita est, vt obrigesceret, & ver-
teretur in statuam salis. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. Nempe vt sicut sal ci-
borum est condimentum, sic pœna mulieris illius animarum fidelium esset condimentum, vt dei præcepta custo-
diant, iuxta illud, Lauabit iustus manus in sanguine peccatoris, nam pœna impij, eruditio iusti. CAIETA-
NVS. Hanc salis statuam Iosephus dicit post tot secula se vidisse, vt & hinc testimonium manifestum diuini
miraculi haberetur, nec naturali cursui attribueretur consumptio ciuitatum & planitiei. AVCTOR CA-
TENAE. Videtur commiseratione quadam permota vxor Loth retro spectasse ad vrbem, quod prohibita fue-
rat, cum dominus criminis illius commiserationem interdicens, tanta illud pœna deleuerit. Vnde & Christus il-
lius memoriam facti mundo commendat, vt in ea saliatur & præseruetur. Iterum denique videmus male cessisse
D Loth electionem suam, qui iussus montem conscendere, elegit ciuitatulam, ideo vxorem perdidit, ibi diu subsiste
re non potuit, insuper spurco filiarum incestu pessimos populos propagauit. Sic ruunt qui contra dei verbum pro-
prio suo sensu bona etiam intentione sese regere præsumunt, nec simpliciter domino obedire volunt. Mysticè.
ORIGENES. Erat quidem hospitalis Loth, qui etiam (sicut scriptura ei testimonium tulit) ab interitu la-
tuit, angelis hospitio receptis. Sed non erat ita perfectus, vt statim de Sodomis exiens, montem posset ascendere.
Perfectorum nanque est dicere, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Iste ergo neque ta-
lis erat qui inter Sodomitas perire deberet, neque tantus erat, qui cum Abraham in excelsioribus posset habitare.
Si enim fuisset talis, nunquam ad eum diceret Abraham, Si tu ad dextram, ego ad sinistram, aut si tu ad sinistram,
Ego ad dextram, nec habitacula ei Sodomitica placuissent. Erat ergo medius quidam inter perfectos & perditos.
Et sciens non conuenire viribus suis vt ascenderet in montem, religiose & humiliter excusat, dicens: Non pos-
sum in monte saluus fieri, ne forte apprehendat me malum, & moriar. INTERLINEARIS. Necdum e-
E nim se perfectioni virtutum idoneum sentiebat, & ideo spiritalem timebat mortem, si ea cœpisset, quæ ferre non Cap.2.
posset. GREGORIVS IN PRIMO REGVM. Cum Loth exiret de Sodomis, ab ascensu montis
abstinuit, & in Segor paruulam ciuitatem declinauit, nedum paruulus adhuc ad altiora nititur, virilem ætatem
impingens moriatur. Sodomam quippe eximus, cum ardentis concupiscentiæ incendia declinamus. Qui statim
ad sublimia non ascendimus, quia superioris ministerij summa non tangimus, dum infirmitatem propriam me-
tiendo consideramus, ne si infirmæ ætatis nostræ modum contemnimus, qui paruuli viximus, in virili ætate mo-
riamur. RVPERTVS. Hoc plane illud est, quod videmus plerosq; nimium conscios infirmitatis suæ, modi- Esaiæ.40.
ca fide non audere altius propositum arripere, ne forte deficiant sub onere, meliusq; fuerit eis contentos esse me- Psalm.26.
diocritate, non audientes scripturam dicentem, Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem. Item viriliter
age, & confortetur cor tuum. Mons enim, de quo rectè dicitur, sed in monte saluum te fac, illa perfectio est, de Matth.19.
F qua dominus noster in euangelio dicit adolescenti diuiti, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &
da pauperibus, & veni, sequere me. Hæc perfectio vitæ, mons iustitiæ est. Proinde quod dicit, noli post tergum re- Lucæ.9.
spicere, & non stes in omni circa regione, iuxta sensum hunc, præceptum necessarium est, quia videlicet nemo
mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Quod verò addidit, sed in mõte saluum
te fac, familiare consilium est, quemadmodum de seruanda virginitate, de qua Apostolus, Præceptum (inquit) do 1.Cor.7.
mini non habeo, consilium autem do, quia videlicet eiusdem propositi est, nihil possidere, & sine vxore esse. Itaq;
& permissio domini dicentis ad Loth, Ecce etiam in hoc susceptí preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua lo
quutus es, festina, & saluare ibi, par est ei sententiæ, quam apostolus pro remedio, vel per indulgentiam suggerit
eis, qui non possunt in prædicto monte saluari, Quod si se non continent (inquit) nubant. Melius est enim nubere,
quàm vri. Item vir debitum vxori reddat, & vxor viro. Hæc enim mediocritas vt saluetur, precum patrociniis in-
diget, nec enim eorum est, qui iudicaturi sunt, sed eorum, qui iudicio quidem astabunt, sed saluabuntur miseri-
cordia superexaltante iudicium. Vnde cum dixisset dominus, Ecce in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbem pro qua loquutus es. Deinde subiunctum est, Idcirco vocatum est nomen vrbis Segor. Etenim parua vita G
secularium est, pro qua opus est, vt suscipiat dominus intercessorum preces, spiritualium verò magna, cuius laus
ex deo est, & tanquam mons istis præminet, eisq; subuenire potest. ISIDORVS. Sodoma igitur interpreta-
tur cæcitas, & exprimit mundana desideria. Altitudo montium, speculatio perfectorum. Sed quia multi illecebras
mundi fugiunt, tamen in actione positi, contemplationis apicem subire nequeunt. Exiuit Loth de Sodomis, sed
ad montana non peruenit. Vnde Loth ait, Est ciuitas hæc iuxta, & cætera. Iuxta dicitur, & tamen ad salutem tuta,
quia actiua vita nec à mundi curis ex toto discreta, nec à gaudio æternæ salutis est aliena. Ad quam (inquit) pos-
Par.3.ca.28. sum fugere, quia qui ad contemplatiuam ascendere non sufficiunt, ad actiuam vitam confugiunt, in qua saluen-
tur. GREGORIVS IN PASTORALI. Sed & aliter. Certe & quasi in monte sunt, qui & iam carnali
copulæ inhærent, sed tamen extra suscipiendæ prolis admixtionem debitam, nulla carnis voluptate soluuntur.
Sed quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt, nec tamen in coniugio positi vsus solummodo debiti iu-
ra conseruant, Exiit quidem Loth Sodomam, sed tamen mox ad montana non peruenit, quia iam damnabilis vi H
ta relinquitur, sed adhuc cellitudo coniugalis continentiæ subtiliter non tenetur. Est verò in medium Segor ciui-
tas, quæ fagientem saluet infirmum, quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges, & lapsus sce
lerum fugiunt, & tamen venia saluantur. Quasi paruam quippe ciuitatem inueniunt in qua ab ignibus defendan
tur, quia coniugalis hæc vita non quidem in virtutibus mira est, sed tamen à suppliciis secura. Vnde idem Loth
ad angelum dicit, Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea. Nunquid non modica est,
& viuet anima mea in ea? Iuxta ergo dicitur, & tamen ad salutē tuta perhibetur, quia cōiugalis vita nec à mundo
longe diuisa est, nec tamen à gaudio salutis aliena. Sed tunc in hac actione vitam suam coniuges quasi in parua
ciuitate custodiunt, quando pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Vnde recte per angelū ad eundem Loth
dicitur, Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua loquutus es. Quia videlicet cum
1.Corint.7. deprecatio funditur deo, nequaquam talis coniugij vita damnatur. De qua deprecatione quoq; Paulus admonet, I
dicens, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. RVPERTVS. Cæte-
rum quod sole exorto venerit Sodomorum perditio, & Loth ingressus fuerit Segor, similitudo fuit futuri, quan-
do apparente ad iudicium sole iustitiæ Christo, consumabitur in ictu oculi peccatorum perditio, illos quibus par-
cere dignum erit, fugientes ab ira suscipiet miseratio. Et qua tale quoq; incendium, æterni illius ignis fuit exem-
plum quo reprobi cruciabuntur Bene dicitur, Pluit dominus à domino, quia videlicet iudicium illud facere
Ioannis.5. accepit filius dominus, à patre domino, sicut ipse ait, Pater non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.
ORIGENES. Sed redeamus ad Loth, qui cum vxore & filiabus interitum fugiens Sodomorum, accepto ab
angelis mandato, ne retrorsum respiceret, tendebat in Segor. Sed vxor eius immemor fit præcepti, retrorsum re-
spicit, impositam legem rumpit, efficitur in statuam salis. Putamus ne tantum sceleris in hoc esse cōmisso, vt quia
post se respexit mulier, interitum quem diuino beneficio effugere videbatur, incurreret? Quid enim tantum crimi
nis habuit, si solicita mulieris mens, retrorsum vnde nimium flammarum crepitu terrebatur, aspexit? Sed quia lex K
spiritalis est, & quæ contingebant antiquis, in figuram illis contingebant, videamus ne forte Loth, qui non respe
xit post se, rationabilis sit sensus, & animus virilis, vxor autē hic carnis imaginem teneat. Caro est enim quæ re-
spicit semper ad vitia, quæ cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit, & voluptates requirit. Inde de-
nique & dominus dicebat, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & retro respiciens, aptus est regno dei. Et
addit, Mementote vxoris Loth. Quod autem fit staticulum salis, insipientiæ eius iudicium videtur expositum.
Sal enim prudentiæ loco ponitur, quæ ei defuit. RVPERTVS. Moraliter igitur quotiens stultus ad stulti-
tiam suam sicut canis ad vomitum reuertitur, in quocunque ordine vel proposito fuerit, & pristina vitia iteraue-
rit, vel ad ea quæ propter deum reliquerat mente fuerit reuersus, exemplo vxoris Loth, in statuam salis conuerti-
tur, id est, sine sensu quidem & sibimet inutilis efficitur, sed aliis prodest, dum finem eius attendentes, corrigun-
Matth.24. tur, quemadmodum petram salis lingentibus animalibus palatum sapidum redditur, & edendi auiditas reparatur.
Lucæ.17. Proinde dominus in euangelio cum dixisset, In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tol L
lere illa, & qui in agro, similiter non redeat retro, continuo subiunxit, Mementote vxoris Loth, vt nos scilicet tan
quam sale condiret, ne negligentes essemus, sed prudenter caueremus. Bene ergo non in statuam qualemcunque,
sed in statuam versa est salis, vt exemplum fieret & condimentum, vnde alij salirentur, id est, cuius meminisse
proficeret ad sapientiam secundum euangelium Christi. Porrò & iuxta manifestam prædictæ allegoriæ clarita-
tem, iam dudum à temporibus apostolorum factum est, vt secundum moralitatem, hodieq; fieri non dubium est,
illud quod hoc vxoris Loth exemplū prædocet. Aspexit enim retro pars eorum, qui de Sodomorū sacrilegiis, id
est, sanguineis Iudæorum ceremoniis exierunt, iterum super euangelium Christi circuncisionem adducere volen
tes, & obseruationes Iudaicas cum fide Christi necessarias esse dicentes, quos ita post tergū respicientes, Aposto-
Philip.3. lus detestans ait, Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis circuncisus octaua die, ex genere Israël, de tri-
bu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiam M
dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerant lucra, hæc arbitratus sum
propter Christum detrimenta. Veruntamen & existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam
Iesu Christi domini mei, propter quam omnia detrimētum feci, & arbitror vt stercora. Et post pauca, Fratres ego
me nō arbitror comprehendisse, vnum autem quę quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quę sunt priora exten
dens me ipsum, Ad destinatum persequor, ab brauium supernæ vocationis.

6 ABraham autem consurgens mane ubi steterat prius cum domino, intuitus est Sodomam & Gomor-
ram, & uniuersam terram regionis illius, uiditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis
fumum. Cum enim subuerteret deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit
Loth de subuersione urbium in quibus habitauerat.

CHRYSOSTOMVS.

A CHRYSOSTOMVS. Charitatem & compassionem patriarchæ, & dei erga illum benevolentiam rursus no
bis diuina scriptura proponit. Nam vbi orto sole iustus Loth in Segor seruatus est, qui autem in Sodomis erant
pœnam luerunt, patriarcha simul & illorum interitum miserans, quem propter suum peccatum sustinuerunt, &
de iusto valde solicitus, mane veniens, spectabat quæ ibi fierent. *Abraham autem* (inquit) *consurgens mane ubi ſteterat prius cum domino, intuitus eſt Sodomam & Gomorram, & uniuerſam terram regionis illius, uiditq; aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum.* In eo (inquit) loco in quo collocutus est cum domino, & pro Sodomitis rogauit, vidit ter-
ribilis illius pœnæ vestigia, & de iusto discere aliquid volebat. Is enim sanctorum mos est, vt plurimum afflictis
afficiantur, & compatiantur. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et ec-
ce ascendebat flamma de terra quasi vapor fornacis, pro quo legimus in Hebræo, Ecce ascēdebat קימור kittor, quasi
ἀναπνεύματος fornacis, quod nos vaporem, vel fumum, siue fauillam possumus dicere. INTERLINEARIS.
Nempe vt per reliquias combustionis, imprimeretur nobis memoria subuersionis, ad exemplum correctionis.
B CAIETANVS. Perpende quam celer fuerit subsecutus effectus ardentis terræ expluto igne cum sulphure. Ma
ne siquidem aduenientes Abraham ad locum illum vnde prospicere posset regionē Sodomiticam, non vidit ignem
aut sulphur descendere per modum pluuiæ, sed fumum ascendere de terra tanquam ex fornace ardente. Hinc e-
nim insinuatur, quod pluuia ignis & sulphuris exiguo valde tempore durauit, in magna tamen copia fuit, vtpote
extensa per totam illam planitiem, & sufficiens nō solum ad comburendum omnia, sed ad impediendum fugam
habitantium, nam omnes habitatores consumptos esse scriptura testatur. Fuit igitur huiusmodi pluuia repentina,
occupans vniuersam planitiem, vehementissima & exiguo tempore. AVCTOR CATENAE. Viditque
ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Hebraicè est bis dictio קימור kitor posita, quæ & fumum si-
gnificat, & vaporem. Chaldaica vtrobique fumum posuit, Et ecce ascendit fumus de terra, sicut fumus fornacis.
Septuaginta (vt dictum est) καὶ ἰδοὺ φλὸξ ἐκ τοῦ γάφ,ωος ἀτμὶς καμίνου, Et ecce flamma de terra, sicut vapor forna-
C cis. Sed idem est sensus in omnibus. Credebat igitur Abraham verbis domini, & videre iudiciū eius voluit, ex lo-
co vbi interceſſerat apud dominum pro quinque vrbibus, si ibidem decem homines iusti reperti fuissent in illa
autem elegantissima planitie vbi vidit patriarcha fumum de terra quasi fornacis fumum, quatuor vrbes erant a-
mœnissimæ, vbi nunc videtur mare mortuum, & lacus Asphaltidis, de quo apud Plinium. CHRYSOSTO-
MVS. Et vt doceat nos diuina scriptura, quod statim ipsi huius scientiam concesserit spiritus gratia, & iustum
cura quam pro Loth gerebat, liberarit (inquit) *Cum enim ſubuerteret dominus ciuitates regionis illius recordatus eſt Abra-
hæ, & liberauit Loth, de ſubuerſione urbium in quibus habitauerat.* Quid est recordatus est deus Abrahæ hoc est, petitio-
nis quam fecit, dicens, Ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur dixerit aliquis propter orationem patriar-
chæ iustus seruatus est, & non tantum propter suam iustitiam? Ita certe propter orationem patriarchę. Quando e-
nim quod ex nobis est simul afferimus, & accessit intercessio sanctorum, plurium nobis confert. Quod si ipsi ne-
gligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostræ salutis, nihil amplius nobis prodest, non quod infirmi
D sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nosipsos perdimus. Et vt discas, quod quando negligentes sumus.
etiam si iusti sint qui pro nobis orant, etiam si prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi enim suam virtutem &
per hoc demonstrant, nobis autem nulla erit vtilitas propter mores nostros. Audi deum omnium ad eum qui de
Hiere.7. vtero matris sanctificatus est, Hieremiam prophetam dicentem, Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te.
Vide domini misericordiam, prædicit prophetæ, vt ne cum post orationem non exaudiatur, tribuat hoc suis de-
meritis, & ideo iam prędicit ei populi malitiam, & prohibet ne precetur, vt & ipse scire queat immodicam Iudę-
rum peruersitatem. Et illi sciant quod nihil eis prodest propheta, nisi & ipsi quæ sua sunt proferre velint. Id scien-
tes confugiamus ad sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant, sed non illorum precibus tantum con
fidamus, sed & ipsi nostra (vt oportet) dispensemus recte, & ad meliora semper conuertamur, peccatorum macu-
las purgantes, & iustitiam in omnibus sectantes. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Et recordatus est deus Abraham, & liberauit Loth de medio euersionis. Commendat scriptura
E meritis magis Abrahæ liberatum esse Loth, vt intelligamus iustum Loth dictum secundum quendam modum,
maxime quod vnum verum deum colebat, & propter comparationem scelerum Sodomorum, inter quos viuens,
ad vitam similem non potuit inclinari. AVCTOR CATENAE. Cum enim subuerteret, & cætera. Vide
quàm erudite & succincte locum transtulit interpres, euitata Hebraici idiomatis repetitione, & sententiæ integri
tate seruata. Sic enim est Hebraicè, Græcè & Chaldaicè. Et factum est cum disperderet dominus ciuitates cam-
stres, recordatus est dominus Abrahæ, & misit Loth de medio subuersionis, quando subuertit ciuitates, in quibus
habitabat Loth. Epilogus igitur est, docens ob gratiam Abrahæ Loth liberatum, & Segor propter Loth, vt videa-
tur quàm pretiosi sint in conspectu dei veri fideles, & quid possint domino propitio.

F 7 ASceditque Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim mane-
re in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitque maior ad minorem, Pa-
ter noster senex est, & nullus uirorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem uni-
uersæ terræ, ueni, inebriemus eum uino, dormiamusque cum eo, ut seruare possimus ex patre nostro semen.
Dederunt itaque patri suo bibere uinum nocte illa, & ingressa est maior, dormiuitque cum patre. At ille non
sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dor-
miui heri cum patre meo, demus ei bibere uinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut saluemus semen de
patre nostro. Dederunt que etiam & illa nocte patri suo bibere uinum. Ingressaque minor filia, dormiuit cum
eo, & nec tunc quidem sensit quando concubuerit, uel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ
Loth de patre suo. Peperitque maior filium, & uocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum usque

Universidad de Deusto
Biblioteca

in præsentem diem. Minor quoque peperit filium & uocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei, ipse est G *pater Ammonitarum usque hodie.*

7 CHRYSOSTOMVS. Iustus inualescente adhuc timore quem conceperat à plaga Sodomis introducta, procul abit, & in monte habitat cum filiabus suis, ac in solitudine & vastitate extrema postea fuit, cum filiabus suis in monte habitans. Dicit ergo. *Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Mirum vbi ipse mons est in quem sponte ascendit, quo admonente domino ascendere noluit, aut enim nullus est alius, aut non apparet. AVCTOR CATENAE. Iterum locum mutat Loth ob fidei imbecillitatem, nam ratio mutationis protinus subiungitur.

Vbi supra. *Timuerat enim manere in Segor. Et mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo.* HIERONYMVS. Quæritur quare cum primum fugę montis Segor prætulerit, & eam in habitaculum suum voluerit liberari, nunc de Segor rursum ad montem migret? Respondebimus veram esse illam Hebræorum coniecturam de Segor, quod frequenter H terrę motu subruta, Bale primũ, & postea Salissa appellata sit. Timueritq; Loth, dicens, si cum cęteræ adhuc vrbes starent, ista sæpe subuersa est, quanto magis nunc in communi ruina non poterit liberari? Et hanc occasionem

Ibidem. infidelitatis, etiam in filias coitus dedisse principium. Qui enim cæteras viderat subrui ciuitates, & hanc stare, sęq; dei auxilio erutum, vtique de eo quod sibi concessum audierat, ambigere non debuit. AVGVSTINVS. Infirmitati eius dominus & timori concesserat ciuitatem quam Loth ipse delegerat, & in ea promiserat ei securitatem, quod propter illum parceret ciuitati, tamen ibi etiam esse timuit, fides ita eius non magni roboris fuit. CAIETANVS. Quantum temporis moratus fuerit in Segor, non est scriptum. Ratio autem timoris fuit metus, ne flamma accensæ planitiei extenderetur in Segor, & humana quidem ratione rationabilis fuit timor, propter propinquitatem ad terram ardentem, manifesta tamen diffidentia Loth de verbis angelicis hic apparet, promiserant enim seruare ciuitatem illam. AVCTOR CATENAE. An forte pro eo timuit, quia & illius ciuitatis vitia non disparia à Sodomorum vitiis inuenit, ac pro certo & ipsam subuertendam à domino credidit. I *Dixitque maior ad minorem, Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem uniuersæ terræ. Veni, inebriemus eum uino, dormiamusq; cum eo, ut seruare possimus ex patre nostro semen.* ORIGENES. Iam refertur illa famosissima fabula, in qua scribitur filias Loth arte furatas concubitum patris. In quo nescio si quis potest excusare ita Loth, vt eum immunem faciat à peccato. Neque rursum ita eum accusandum puto, vt ita grauis incesti fieri debeat reus. Non enim inuenio eum insidiatum esse, aut violenter eripuisse pudicitiam filiarum, sed magis insidias passum, & arte circunscriptum. Sed neque rursum circunuentus fuisset à puellis, nisi inebriari potuisset. Vnde videtur mihi in parte culpabilis, in parte excusabilis inueniri. Excusari nanque potest, quod à concupiscentiæ, & voluntatis crimine liber est, & quia neque ipse voluisse arguitur, neque volentibus consensisse. Subiacet verò culpæ, quod decipi potuit, quod vino nimis indulsit, & hoc non semel, sed iterum fecit. Nam & ipsa scriptura mihi videtur pro eo quodammodo satisfacere, cum dicit, Nesciebat enim cum dormiret cum eis, & cum surgeret. De filiabus hoc non dicitur, quæ studio & arte decipiunt patrem. Ille tamen K intantum sopitus est vino, vt nesciret dormisse se cum filia priore neque cum iuniore. Audite ebrietas quid agat, audite quantum facinoris conciliet temulentia. Audite, & cauete vos ô quibus istud malum non in crimine, sed in vsu est, ebrietas decipit, quem Sodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non vsit. Erat ergo Loth arte, non voluntate deceptus. Ideo medius quidam est inter peccatores & iustos. Quippe qui ex Abrahæ quidem cognatione descenderit, in Sodomis tamen habitauerit. Nam & hoc, & quod euadit ex Sodomis (sicut scriptura indicat) magis ad honorem Abrahæ, quàm ad meritum pertinet Loth. Sic enim ait, Et factum est, inquit, cum exterminaret deus ciuitates Sodomorum, recordatus est dominus Abrahæ, & eiecit Loth de terra illa. Sed & filiarum eius propositum puto diligentius considerandum, ne forte etiam ipsæ non tantum quantum putantur, accipere criminis mereantur. Refert enim scriptura, quod dixerunt inuicem sibi, pater noster senex est, & nemo est super terram, qui intret ad nos sicut conuenit omni terræ. Veni, & potemus patrem nostrum vino, & dormiamus cum eo, & suscitemus de patre nostro semen. Quantum ad ea quæ de his dicit scriptura, videtur etiam pro ipsis quodammodo satisfacere. Apparet nanque filias Loth, didicisse quædam de consummatione mundi, quæ immineret per ignem, sed tanquam puellæ non integre perfectęque didicerant, nescierunt quod Sodomiticis regionibus igne vastatis, multum adhuc spatij integrum resideret in mundo. Audierunt in fine seculi, terram & omnia elementa ignis ardore decoquenda. Videbant ignem, videbant sulphureas flammas, videbant cuncta vastari. Matrem quoque suam videbant non esse saluatam, suspicatæ sunt tale aliquid factum, quale in temporibus audierant Noë, & ob reparandam mortalium posteritatem, solas se esse cum parente seruatas. Recuperandi igitur humani generis desiderium sumunt, atque instaurandi seculi ex se dandum opinantur exordium. Et quanuis graue eis crimen videretur furari concubitum patris, grauior eis tamen videbatur impietas, si humanæ (vt putabant) posteritatis spem, seruata castitate delerent. Propter hoc ergo consilium ineunt, minore (vt ego arbitror) culpa, spe tamen argumentóque maiore patris mœstitiam vel rigorem vino molliunt, M & soluunt. Singulis ingressæ noctibus, singulæ suscipiunt ab ignorante conceptum. Vltra non repetunt, non requirunt. Vbi hic libidinis culpa? vbi incesti crimen arguitur? Quomodo dabitur vitio, quod non iteratur in facto? Vereor proloqui quod sentio, vereor inquam, ne castior fuerit harum incestus, quàm pudicitia multarum. Discutiant se, & requirant fœminæ in coniugiis positæ, si ob hoc solum adeant viros, vt suscipiant liberos, si post conceptum desistunt. Istæ enim, quæ argui videntur incestus, vt adeptæ sunt conceptum, vltra non accedunt ad concubitum viri. Nonnullæ verò mulieres (neque enim vniuersas pariter notamus) sed sunt quædam, quæ sicut animalia absque vlla discretione indesinenter libidini seruiunt, quas ego nec mutis pecoribus comparauerim. Pecora enim & ipsa sciunt, cum conceperint, vltra non indulgere maribus copiam sui. Notat tales & scriptura diuina, cum dicit, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et iterum, Equi admissarij facti sunt. Sed vos ô populus dei, qui Christum amatis in incorruptione, intelligite Apostoli sermonem, quo ait, Siue manducatis,

A ducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Quod enim post manducare & bibere dicit, siue aliud quid facitis, inuerecunda coniugij negotia, verecundo sermone signauit, ostendens etiã ipsa ad dei gloriã geri, si posteritatis solius contemplatione procurentur. CHRYSOSTOMVS. Dixit igitur maior ad minorẽ, pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, & quæ sequuntur. Cum reuerentia & timore multo audiamus ea quæ in diuinis scripturis continentur, non enim temere & absque causa scripta sunt, sed omnia vtiliter & nobis proficua, etiam si nos quædam ignoremus. Non enim omnia possumus euidenter scire; sed si & causas attentauerimus reddere pro nostro captu, habent tamen adhuc latentem quendam thesaurum à multis absconditum, nec inuestigabilem. Considera igitur quomodo scriptura omnia manifeste narrarit, & nobis scopum ac finem ostenderit filiarum iusti, & nunc quidem pro illis, nunc vero pro iusto dignam fatisfactionem afferens, vt nullus ad factum respiciens, vel iustum condemnet, vel iusti filias, quasi congressus ille pro-

B pter incontinentiam fuerit. Quomodo igitur pro filiabus respondet? Dixit (inquit) maior natu ad iuniorem, pater noster senex est, & nullus est super terram, qui ingrediatur ad nos iuxta morem vniuersæ terræ. Vide scopum diligenter, & omni eas liberabis crimine. Putauerunt generalem totius orbis factum interitum, nullúmque amplius superstitem, deinde & patris viderunt senectutem. Vt igitur (inquit) non aboleatur genus, & pereat noplius superstitem, deinde & patris viderunt senectutem. Vt igitur (inquit) non aboleatur genus, & pereat nomen. Hæc enim erat priscorum maxima cura, quomodo genus suum filiorum successione dilatarent proinde dicit, Ne & nostri generis tota fiat abolitio, præsertim iam senio patre confecto, & nullus inueniatur vir qui nobis iungatur, vt possimus extendere & relinquere seminis nostri propagationem. Veni (inquit) vt ne hoc fiat, potemus patrem nostrum vino. Quasi dicere vult, nunquam ferret vel auribus hoc pater, vino decipiamus eum. Cap. 51. IRENAEVS LIBRO TERTIO ADVERSVS HAERESES. Illæ quidem filię secundum simplicitatem & innocentiam putantes vniuersos homines periisse, quemadmodum & Sodomitæ, & in vniuersam terram iracundiam dei superuenisse, dicebant hæc. Quapropter & ipsæ excusabiles sunt, arbitrantes se solas reli-

C ctas cum patre suo ad conseruationem generis humani, & propter hoc circunueniebant patrem. CAIETANVS. Quod meminerit paternæ senectutis maior filia in promptu ratio est, videlicet vt accelerarent concubitum cum patre. Quod autem crediderint omnes viros mortuos esse, muliebris temeritatis fuit, nam videbant montem in quo morabantur, exemptum ab incendio, & ex illo monte videre poterant alios montes distantes similiter non ardentes, & patrem suum poterant interrogare si incendium hoc cõmune toti erat mundo, quemadmodum olim diluuium, & (quod magis vrget) ciuitatem Segor inuenerant habitatam. Verum quod pater timuit futurum, leuissima mulierum mens iudicauit euenisse, incendium Segor, præcipites locutæ sunt & fecerunt. Veni, inebriemus eum vino. Quanuis in Hebræo non legatur inebriemus, sed faciamus bibere, quia tamen intentio earum ad inebriandum patrem tendebat, ideo tolerabilis est vulgata æditio, finem actionis explicans. AVCTOR CATENAE. Proles semper fuit in desiderio castissimis antiquis mulieribus & sanctis, vt hæ duæ filiæ nec patri pepercerint, sed semen de eo susceperint, ex quo prodiit Ruth, vnde & Dauidis

D progenies, & Christus ipse dominus, diuinæ prouidentiæ exemplar celeberrimum. Vinum autem causa malorum iam secundo scribitur, nunc inter patrem & filias, prius inter patrem & filios, quando tamen moderatè non fuit sumptum. *Dederunt itaque patri suo bibere uinum nocte illa.* CAIETANVS. Si quæris vnde habebant vinum, cum ex propria domo exirent tanquã expulsæ, tractæ per manus ab angelis: respondetur quod ex ciuitate Segor acceperunt illud, antequã ascenderent in monte. *Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre. At ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.* HIERONYMVS. Illud quod pro excusatione dicitur filiarum Loth, eo quod putauerint defecisse humanum genus, & ideo cum patre concubuerint, non excusat patrem. Denique Hebræi quod hic dicitur, Et nesciuit cum dormisset cum ea, & cum surrexisset ab eo, appungunt desuper, quasi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem. RVPERTVS. Notandum tamen, quod non dictum sit, non sensit quando coïuit, sed non sensit dictum est, quando accubuit filia, nec quando surrexit. CAIETANVS. Honestis vocabulis totum factum Moyses describit ab extre-

E mis actionibus videlicet iacere, & surgere de paterno lecto. Est enim sensus, quod Loth nesciuit penitus vniuersam rem gestam, à primo actu (videlicet quod filia iacuerit secum) vsque ad vltimum actum, videlicet quod filia recesserit à suo lecto. Nec enim est à ratione alienum, vt vir ebrius opus venereum cum virgine perficiat, non cognoscendo quid facit, cum vniuersum opus hoc manifeste perfici possit impedito rationis vsu. AVCTOR CATENAE. Posse inter dormiendum quenquam generationi vacare, Iudæi negant, & obelo hunc locum notant, teste etiam Hieronymo. Verum magis scripturæ sanctæ standum, quæ longe incredibiliora facta recensetisto, quàm eorum est adinuentionibus. Docet etiam hic spiritus sanctus, periculosam habitationem virì cum mulieribus extra matrimonium. Si enim non licuit tutum habitare patrem cum filiabus, & patrem tam sanctum & iustum, quid fiet de miseris peccatoribus & mulieribus quibuscunque? CHRYSOSTOMVS.

F Vidisti quomodo diuina scriptura & pro iusto rationem dederit semel atque iterum? Et prius quidem, quod filiæ vino ei imposuerint, declarauit, & quod non aliter potuerint persuadere patri, quàm sic faciendo. Nunc autem opinor & superna dispensatione esse factum, ita fuisse eum aggrauatum vino, vt omnino ignoraret, ne scilicet fieret criminum reus. Ea enim peccata nos condemnant, quæ scientes & voluntarie facimus. Vide quomodo testimonium præbet iusto, quod omnino factum nescierit. Verum iterum quæstio surgit de ebrietate. Oportet enim omnia inuestigare, vt nulla rudibus & impudentibus calumniandi relinquatur occasio. Quid igitur & de hac dicemus? Non ex ebrietate vel incontinentia hæc facta sunt, sed tristitia. Nullus igitur audeat, aut iustum, aut iusti filias condemnare. Quomodo enim non esset extremæ dementiæ & desipientiæ, vt eos quos diuina scriptura ab omni liberat crimine, imò pro quibus tantam apologiam componit, nos innumeris peccatis pleni condemnemus, & non audiamus Paulum dicentem, Deus qui iustificat, quis est qui condemnat? Et vt di- Roman 8. scas, quod hoc non in vanum & simpliciter factum sit, sed tristitiæ nimietas accedente vino nullum ei reliquerit sensum, audi quid dicat, *Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere uinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut saluemus semen de patre nostro.* Vides quomodo recta sententia hoc faciebant?

Nam quia potui (inquit) ego quod quærebam implere, necessarium & te idem facere, forte enim votorum no- G
strorum compotes erimus, & non in æternum genus nostrum peribit. AVCTOR CATENAE. Minor à
maiore inducitur, ne sola infamiam sustinere cogatur. *Dederuntq; etiam & illa nocte patri suo bibere uinum, ingressaq; minor filia, dormiuit cum eo, & nec tunc quidem sensit quando concubuerit uel quando illa surrexit.* CHRYSOSTOMVS.
Gene.2. Considera quod totum factum fuerit diuina dispensatione, sicut & protoplasto euenit. Nam sicut illic ex dormien
tis latere portio sumpta est, eo nō sentiente, sed qui finxerat latus illud, inde vxorē Adæ produxit, ita simili modo
& nunc. Nam cum lateris ablatio excessu mentis à deo immisso absq; illius sensu fuit, multo magis & quod nunc
est factum. Nam id quod dixit illic diuina scriptura, quod immisit extasim in Adam, & dormiuit, hoc & hic si-
gnificauit, dicendo, Et nec tunc quidem sensit quando vel accubuerit, vel surrexerit. ORDINARIA. Sic
Homil.9. no fallaciæ imbuant, & à statu rectitudinis quasi ignorantes deiiciant. GREGORIVS SVPER EZE- H
CHIELEM. Sæpe cum de vita proximorum querimur, mutare locum conamur, secretum vitæ remotioris
Gene.3. eligere, videlicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus, Idem enim Loth de quo loquimur, in So-
domis sanctus extitit, in monte peccauit. Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus
testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia quæ loquimur ex terra. Nam si locus saluare po-
Psalm.30. tuisset, Satan de cœlo non caderet, Vnde Psalmista, Vbique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quæsi-
uit locum quò fugeret, sed sine deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit, pro-
pter quem locum quæsiuit, dicens, Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias.
Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo. Peperitque maior filium, & uocauit nomen eius Moab, Ipse est pater Moabitarum usque in præsentem diem, Minor quoque peperit filium, & uocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei, Ipse est pater Ammonitarum usque hodie. HIERONYMVS. Moab interpretatur ex patre, & totum nomen etymologiam habet.
Ammon verò, cuius quasi causa nominis redditur, filius generis mei, siue (vt melius est in Hebræo) filius popu- I
li mei, sic deriuatur, vt ex parte sensus nominis, ex patre ipse sit sermo. עם Ammi enim, à quo dicti sunt Ammo-
nitæ, vocatur populus meus. CHRYSOSTOMVS. Vides quod non fuerit incontinentiæ opus? Nomina
enim statim natis indiderunt, quibus factum significabant, & in filiorum nominibus quasi in columna quadam
memoriam facti inscribebant, & iam præsagientes quod gentes ex eis futuræ essent, & in multitudinem se pro-
pagaturum natorum genus. Nam ille quidem (inquit) pater erit Moabitarum, iste Ammonitarum. Verum tunc
1.Cor.7. quidem, quoniam origo & initia erant, propter generis successionem memoriam suam volebant conseruare, tan
tum eius rei studium iusti filiabus. Nunc autem quia per gratiam dei religio maiora sumpsit incrementa, & iux-
ta beatum Paulum, Præterit figura mundi huius, bona opera agendo, memoriam nostri relinquamus, vt cum
hinc migrauerimus, vitæ nostræ diligens & accurata conuersatio, sit monumentum & doctrina omnibus qui
nos spectant. AMBROSIVS. Excusantur igitur filiæ sancti Loth, quia putauerunt non vicinæ regionis, sed
totius orbis fuisse illud excidium, & se solas cum patre superstites omnibus populis remansisse. Et ideo ne genus K
deficeret humanum, paternum petiisse concubitum, vt semen generationis humanæ de patre suo resuscitarent.
Non ergo libidinis vitium fuit, sed generationis remedium, quod non puto criminis duci loco. Nam & Eua à
viro sumpta, supra cuius costam ædificata est mulier, os de ossibus eius, & caro de carne eius, tamen propter se-
riem successionis humanæ viro mixta est. Subducitur tamen huic admisso conscientia viri iusti. Inebriatus enim
vino, quid gereret nesciebat. Vnde non mirum, si puellas decepit opinio, quæ putarent totius populos orbis pe-
riisse. Non eadē esset Loth sancti excusatio, qui audierat ab angelis, locum illum non totum mundum esse peritu-
rum. Discimus sane vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam quæ sobrij cauemus,
per ebrietatem ignorantes committimus. Parum est quod ea inflammat libidinem, accendit cupiditates corpo-
ris, ipsam quoque mentem subruit, & animum capit, sensum extorquet. Nesciunt quid loquantur, qui nimio vi-
no indulgent, iacent sepulti. Ideoq; si qua per vinum deliquerint, apud sapientes iudices venia quidem facta do-
nantur, sed leuitatis notantur auctores. Quanta ipsa deformitas, vt soluantur vires, incessus vacillet? Multi se for L
tes putant, num fortiores quàm Loth? num continentiores quàm Noë? Non vtique vitia patriarcharum scri-
ptura exposuit, quos victos vino legimus, sed vt tu discereres quid caueres. Ille nudus iacuit, iste filiarum errori pa
tuit. Et Noë iustus deceptus est, quia vini vis adhuc ignorabatur, sed in illo instructus es, ne tu ignorares. Loth
filiabus se credidit, & per senectutem madidam vino solutus, commisit incestum ignorans, tu sic bibe, ne capia-
ris. Instruant patriarchæ, non solum docentes, sed etiam errantes. Ideo iteratum est exemplum ebrietatis, vt con-
firmetur magisterium cautionis. AVGVSTINVS VIGESIMOSECVNDO CONTRA FAV-
STVN MANICHAEVM. Nos nec factum Loth nec filiarum eius, ideo iustificamus, quia significauit ali-
quid, quod futuram quorundam peruersitatem prænunciaret. Aliud enim illæ, vt hoc facerent intenderunt, a-
liud deus, qui hoc fieri permisit, vt etiam inde aliquid demonstraret, manente recto iudicio super peccatum ho-
minum tunc præsentium, & vigilante prouidentia sua pro significatione futurorum. Proinde illud factum, cum
in sancta scriptura narratur, prophetia est, cum verò in illorum vita, qui hoc commiserunt consideratur, flagi- M
tium est. Nec rursus tanta reprehensione atq; accusatione res digna est, quantam in eam Faustus inimicus & cæ-
cus euomuit. Consulitur enim æterna lex, illum ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari vetans, & non
ita de hoc facto iudicat, ac si ille in filias nefaria libidine exarserit, vt earum incestato corpore frueretur, aut eas
haberet vxores, sed nec de illis fœminis, ac si in sui patris carnem execrabili amore flagrassent. Ratio quippe iu-
stitiæ non tantum quid factum sit, verumetiam quare factum sit intuetur, vt ex causis suis facta pendentia, libra-
mento æquitatis examinet. Cum igitur illæ ad conseruationem generis prolem quærerent, qui vtique in eis hu-
manus erat & naturalis affectus, nec se crederent inuenire posse alios viros, velut exusto illa conflagratione orbe
terrarum, neque enim discernere poterant quousque ignis ille sæuierit, miscere se patri voluerunt. Et potius qui-
dem nunquam esse matres, quàm sic vti patre debuerunt. Veruntamen multum interest, quod ea causa vsæ
sunt, quàm si concupiscentia tam funestæ voluptatis vterentur. Ab illo autem opere ita patrem abhorrere sentie-
bant, vt

A bant, vt id se impleturas esse non crederent, nisi eius ignorantiam procurarent. Nanque vt scriptum est, Inebria-
uerunt eum, & se nescienti miscuerunt, quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed
quantum illa meretur ebrietas. Nam & hanc lex æterna condemnat, cibum quia & potum ad ordinem natura-
lem, non nisi gratia conseruandæ salutis admittit. Quanuis ergo inter ebriosum & ebrium plurimum interſit, nam
nec ebriosus semper est ebrius, nec quisquis aliquando ebrius, consequenter ebriosus est, tamen in homine iusto
huius ipsius, & si non ebriositatis, at certe ebrietatis causa quærenda est. Quid enim tandem cogebat, vt filiabus
suis crebra vina miscentibus, aut fortasse nec mixta crebro porrigentibus, consentiret aut crederet? An ad hoc fi-
lias nimiam tristitiam fingentes, ita voluit consolari, vt illius destitutionis, & materni luctus dolor de cogitatione
mentis ebrię fugaretur, etiam ipsas tantundē bibere existimans, & aliqua fraude agentes ne biberent? Sed etiam ta
lem tristibus suis adhibere consolationem, quomodo virum iustum decuerit, non videmus. An aliqua Sodomita-
B rum arte pessima, etiam paucis poculis patrem sic inebriare potuerunt, vt illud peccatum cum ignorante vel poti*
de ignorante committerent? Sed mirum si hoc scriptura diuina tacuisset, vel seruum suum deus sine aliquo volun
tatis eius vitio perpeti sineret. Nos tamen scripturas sanctas, non hominum peccata defendimus. Non sic autē de
huius facti purgatione satagimus, quasi hoc deus noster aut fieri iusserit, aut factum approbauerit, aut ita iusti ho-
mines in libris appellentur, vt si voluerint peccare, non possint. Deus ergo, qui nouit & de hominum opere ma-
lo facere opera bona, gentes quas voluit, ex illo semine propagauit, non scripturas suas sanctas propter hominum
peccata damnauit. Prodidit quippe ista, non fecit, & cauenda admonuit, non imitanda proposuit. THEODO-
RETVS. His qui per ignorantiam peccant, homines quoq; ignoscere solent. Nemo igitur iure, ac merito Loth
succensere potest. Quod enim fiebat ignorauit. Ebrietas aliqua ex parte reprehendi potest, quę tamen veniam faci-
le mereatur. Tristis enim cum esset, vtpote ab omni solatio nudus ac desertus, adde etiam amissæ coniugis deside-
rium ac mœstitiam, potionem à filiabus suis sibi oblatam non recusauit, existimans illam sibi in doloris remediū
C dari. Illæ verò prorsus innocentes fuerunt, quæ quatuor vrbes igne succensas, Segor quoq; diuinitus submersam
considerantes, humanum genus penitus interiisse existimarunt. Non libidine succensæ, sed seruandi humani ge-
neris desiderio inflammatæ, hac sibi ratione consulendum esse arbitratę sunt. Quia tamen non rectè, ac secundum
legem patrem suum cognouerunt, inde genus impietatis maxime infamis propagatum est, Moabitæ enim idolo
Chamos seruierunt, Ammonitæ vero idolo Melchora. Quos etiam diuina lex vsq; ad decimam generationem in
ecclesiam ingredi vetuit. BERNARDVS. Nil igitur deinceps incestius, obscœniúsue, quàm illas filias Loth De præcep-
& dispensa-
tione.
paternum vsurpasse concubitum, & tamen quis non videat quantum euacuauerit aut attenuauerit turpis nefan-
diq; reatum flagitij, pietas intentionis, & intentio pietatis? STRABVS. Loth vt nos arbitramur, inexcusabi-
lis est, primò quia angelo nō credidit. Deinde quia inebriatus est, & fuit peccatū causa peccati. CAIETANVS.
Si de peccato quæris, liquet quod filiæ Loth sunt inexcusabiles, absq; paterna consultatione audentes committere
D incestum talem. Loth verò peccauit, non secundum incestum sibi ignotum, & omnino inopinatum, sed secundū
ebrietatem, testante scriptura, quod non mixtura aliqua deceptus, sed vino potus non sensit. Inuerecunda au-
tem satis fuit puella prima, publicans incestum in nomine filij, ex hoc etiā insinuans, quàm audax fuerit, prius con
sulendo sibi & sorori incestum paternum. Et vocauit nomen eius Ammon. Corruptum est nomen, legendum es-
set ben ammi. Quod autem subditur, id est, filius populi mei, non est in Hebræo, sed adiectitium est. Aiunt ben
ammi componi ex tribus dictionibus, filius, populus, & meus, & propterea interpretando dictionem Hebraicam
adiectum fuisse, id est, filius populi mei. Et in hoc apparet verecundia ac sensus huius puellæ relatiue ad sororem,
nam in nomine filij nō publicauit incestum, & manifestauit se non genuisse ex populo damnato à deo, sed ex vi-
ro proprij populi, erat enim proprius eius populus Chaldaicus, seu transfluuialis.
Mystice. INTERLINEARIS. Sed iam mysticum sensum prosequamur. Sicut Loth in Sodomis iustus in monte
peccauit, sic quidam seculares inter malos statum rectitudinis tenent, cum verò ad altitudinem vitæ ascendunt,
negligentiores facti grauiter peccant. IRENAEVS. Quod autem sine libidine ex vno eodemq; patre filiæ
E duæ liberos susceperint, diuina dispensatione factum est, qua duæ cōgregationes, Iudæorum scilicet & Gentium,
ab vno patre deo significarentur. AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM. Vel Loth futuræ legis vi-
detur gestasse personam, quam quidam ex illa procreati, & sub lege positi, male intelligendo, quodammodo ine- 1.ad Tim.1.
briantes, atque non legitime vtendo, infidelitatis opera pariunt. Bona est enim lex (ait Apostolus) si quis ea legi-
time vtatur. INTERLINEARIS. Moab qui genitus interpretatur ex patre, Iudæos significat, nam istis le- Ioan.8.
ge abutentibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis. Alius autem genitus, qui interpretatur filius populi mei, hære- 1.Ioan.2.
ticos, de quibus dicitur, A nobis exierunt, sed non erant ex nobis. ORIGENES. Sed & tu obseruare debes,
ne forte etiam cum effugeris flammas seculi, & incendia carnis euaseris, etiam cum pusillam & nō pusillam ciui-
tatem Sēgor, qui est medius quidam, & ciuitatis profectus superaueris, & ad scientiæ altitudinem, velut ad quæ-
dam cacumina montis ascenderis, vide ne tibi insidientur duæ filiæ istæ, quæ à te non discedunt, sed sequuntur te,
F etiam cum ascendis in montem, id est, in vana gloria, & maior soror eius superbia. Vide ne te istæ filiæ sopitum ac
dormientem, dum tibi nec sentire, nec intelligere videris, complexibus suis instringant. Quæ idcirco filiæ dicun-
tur, quia non nobis extrinsecus superueniunt, sed de nobis, & de actuum nostrorum velut quadam integritate pro-
cedunt. Vigila ergo quantum potes, & obserua, ne de his generes filios, quia qui de his nati fuerint non introibūt
in ecclesiam domini. Tu autem si vis generare, in spiritu genera, quoniam qui in spiritu seminat, de spiritu metet
vitam æternam, si vis amplecti, amplectere sapientiam, & dic sapientiam sororem tuam esse, vt & sapientia dicat
de te, Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, hic meus & frater & soror & mater est. Quæ sapientia Ie
sus Christus dominus noster est cui est gloria & imperium in secula seculorum Amen.

IN CAPVT GENESEOS VICESIMVM ARGVMENTVM. G

Abraham peregrinanti rapitur uxor, & ei redditur cum donis. Deus protector Abrahæ.

CAPVT XX.

Lectio pria.

PRofectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara uxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam.

1 CHRYSOSTOMVS. Quia propterea iustorum omnium virtutes, spiritus sancti gratia & dispensatione scripturis sunt traditæ, vt nos continuam habentes doctrinam, & H ad æmulationem & imitationem iustorum vitam nostram instituamus, idcirco audiamus adhuc diuinam scripturam quid & nunc de patriarcha narrare vult. *Profectus (inquit) inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in Geraris.* Profectus (inquit) inde. Vnde mouit? à loco vbi tabernaculum fixerat, vbi & vniuersi conditorem cum angelis suscipere ei concessum erat. Illinc (inquit) vt mouit, profectus est versus austrum, peregrinatusq; est in Geraris. Vide iustorum conuersationem, quàm correpta illis fuerit, & minime superuacua suppellex, quomodo facile transmigrabant, vitámque suam instituebant, sicut peregrini & aduenæ, & nunc hic, nunc istic tabernacula erigebant, quasi in peregrinatione agentes, non sicut nos facimus, habitantes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splendidas, & vestibula, & deambulacra, & villas possidemus, & balnea facimus, aliáque plurima. Sed vide quomodo iustus substantiam suam in vernaculis tantum & pecoribus possidens, & nunquam in eodem loco stans, & aliquando quidem in Bethel figit taber- I nacula, interim autem apud quercum Mambre. Interdum in Aegyptum descendit, nunc autem in Geraris tabernaculum figit, & omnia facile sustinet, & gratitudinem erga suum dominum per omnia manifeste declarat, & post tantas promissiones quæ ei à deo factæ erant, videns se in tantis versari difficultatibus, & in diuersas ac multiiugas tentationes incidere, quasi adamas immotus permansit, piamq; suam mentem ostendens, nullis obstaculis fiebat negligentior. Vide enim & nunc qualis tentatio eum in Geraris inuadit, & admirare fortitudinem & virtutem iusti, quomodo quod omnibus intolerabile, & quod neque auribus suscipere quis vellet, hoc ipse sustinuit, non ægreferens, neque exigens à domino, vt vlcisceretur ea quæ fiebant, sicut plerique homines faciunt, hique innumeris peccatorum sarcinis pressi. Nam cum difficultates quasdam insiderint, statim obmurmurant, & curiosius inquirunt, & dicunt, Quare hoc & hoc euenit? & quare hoc permissum est? At iustus ille non sic, vnde & amplior ei superna gratia concessa est. Hoc enim vere grati serui fuerit, vt nunquam obmurmuret, & curiosior sit in his quæ à domino fiunt, sed in silentio & gratitudine suscipiat omnia. Et animaduerte, quomodo etiam per il- K las ipsas quæ sequuntur tentationes, iusti virtus magis emicuit, deo clarum illum semper ostendente. Nam sicut quando in Aegyptum descẽdit, vt ignotus & peregrinus, subito magno cum honore inde rediit, ita & nunc, cum peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidẽ initiis quod suum erat fecit, postea verò tãto dei subsidio munitus est, vt & rex & omnes qui in ea regione habitabãt, omni studio ministrare iusto studerẽt. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Gerara ex cuius nomine nunc Geraritica vocatur regio, trans Daroma procul ab Eleuteropoli viginti milibus & quinque ad meridiem. Erat autem olim terminus chananæorum ad australẽ plagam, & ciuitas metropolis Palęstinæ. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est, inter duas solitudines, quarum vna Aegypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris peruenit, Altera verò Cades, vsq; ad Saracenorum eremum extenditur. CAIETANVS. Recessus iste Abrahæ fuit de quercubus Mamre, & statim seu paulopost incendium, vt patet ex eo quod postea Sara concepit, quę tamen peperit infra annum ab aduentu angelorum ante incendium Sodomæ. Gerar autem nomen est ciuitatis Palæstinæ prouinciæ. AVCTOR L CATENAE. Quod in Hebræo codice & nostra æditione ac Septuaginta est, Habitauit inter Cades & Sur, in Chaldaica est, Inter Recam & Agara. Forte eadem loca diuersis nuncupabantur nominibus, vt passim est videre in tota scriptura. De Cades verò & Sur, in superioribus dictum est. Omissis autem de causis recessus Abrahæ Iudæorum fabulis, id videtur verius, quod vno loco fidelis consistere non debuit, sed fidei & morum exempla passim circunferre, vbique periclitari, dei gloriam factis ac verbis prædicare. Sic pij prædicatores euangelij, vno loco pulsi, alio diuertunt in gloriam dei. Terra autem austri, desertum est, quod vir totus à deo pendens & fidelis, nec æstimat, nec sentit, cui deus sufficientia est. Omne solum forti patria. Peregrinatur semper in terra, nihil possidens, fide diues & meritis. *Dixitq; de Sara uxore sua, soror mea est.* CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro & hic quomodo à violentissimis affectionibus anima iusti impugnetur, & timor eum incessat. Et quãuis prior timor, ne mulierem amittat grauis fuerit, timor tamen mortis illum expulit. Vt enim hunc effugeret, sustinuit suis oculis, vt so- M cia vitæ suæ in regis manus incideret, quàm sit autem hoc toleratu difficile, sciunt qui vxores habent. Vnde & Sa- Prouerb. 6. piens quidam dicebat, Plenus zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij, nullo pretio mutabit inimicitias. Verum graue hoc, & omnibus intolerabile, vide quomodo propter mortis metum iustus ille tulit. Hoc sane & in corporalibus affectionibus contingere solet, si quando morbi simul infestant corpus nostrum, vnius incrementũ tegit aliud, & totos nos ille grauior dolor sibi vindicat, ita vt minorem dolorẽ non sentiamus. Eodem modo iustus quoque ille nunc videns vrgere dolorem mortis, omnia acerba toleranda censebat. Cæterum hæc audiens quis, ne condemnet iustum ob pusillanimitatem, quod mortem timuerit, sed potius admiretur conditorem vniuersi, qui tantæ erga nos est misericordiæ, quod mortem iustis illis & sanctis tunc terribilem, eandem nunc ita contemptibilem fecerit Christus, vt quam formidabant illi virtute clari, & tanta erga deum fiducia freti, nunc derideant & iuuenes, & teneræ virgines. Nihil enim mors est vltra quàm somnus, & peregrinatio, & transmigratio à deterioribus ad meliora. Mors enim domini immortalitatem nobis donauit, & vt descendit in infernũ,

eripuit,

A eripuit, dissoluit eius neruos, & robur destruxit, & quod ante terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, adeo vt & multi exiliant & festinent, cum hinc migrandum. Proinde & Paulus clamat, dicens: Cupio dissol- Philip. 1. ui, & esse cum Christo multo melius. Verum hęc quidẽ nunc post Christi aduentum, postquã confractę sunt portæ inferni æreæ, postquam sol iustitiæ vbiq; terrarum affulcit. Tunc autẽ terribilem adhuc habebat faciem, cõcutiebatq; iustorum illorũ virorum mentem, ideo & omnia alia ferebant leuiter, etiam quæ intolerabilia esse videbantur. Hinc est quod & iustus ille, timens eorũ qui in Geraris habitabant insidias, domiciliũ ibi habuerit, non vt vxorem, sed vt sororẽ secum habens. Et sicut cum in Aegyptum eum descendere permisit deus, volens & rudes illos & insensatos discere iusti virtutẽ, ita & hic differt dominus, vt iusti patientia in omnibus eluceat, fiatq; dei in ipsum benignitas manifesta omnibus. AVGVSTINVS IN QVAEST. SVPER GENE. Quæri solet, quomodo Abraham pro Saræ pulchritudine adhuc in illa ætate periclitari timebat. Sed magis formæ illius vis admiranda est, quæ adhuc in tanta ætate adamari poterat, quàm quæstio difficilis putanda. ISIDORVS. Ta- B cuit itaq; vxorem, & dixit sororem, ne ipse occideretur, & illa captiua ab alienigenis possideretur, certus de deo quod eam violari non permitteret, sicut nec primum à Pharaone. INTERLINEARIS. Vides quod cum habet homo quid faciat non debet tentare deum? Et quanuis Abraham humana ratione vsus fuerit, totum tamẽ se deo commisit. AVCTOR CATENAE. Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Abundant hoc in loco apud Septuaginta omnia infra scripta verba, quæ nec in Hebræo nec in Chaldaica habentur, videlicet, Timuit enim dicere quia vxor mea est, ne forte interficerent illum viri ciuitatis propter illam. *Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam.* AMBROSIVS. Cur quæso tentatur Saræ pudicitia, nisi vt fœminarum exigatur omnium? CHRYSOSTOMVS. Cogita hic obsecro tempestatem cogitationum quam tulit iustus videns vxorẽ suam abduci, & se nihil posse iuuare eam. Silenter enim ferebat omnia, sciens quod se non esset despecturus dominus, sed acceleratum adhibiturus subsidium. Admirabilis quoq; & Saræ charitas est, quę periculo mortis iustum eripere voluit. Poterat enim ipsa detegendo factum, contumeliam effugere, sed pertulit omnia fortiter, vt viro salutem C pararet. Et impletum est illud dictum, Erunt duo in carnem vnam. Ita mutuæ salutis curam vicissim agebant, & Gene. 2. tantam declarabant concordiam, quasi vnum essent corpus, & vna anima. Audiant hæc viri, audiant & mulieres, & istæ quidem, vt eandem erga suos viros charitatem declarent, & nihil aliud illorum præferant saluti. Viri autem erga vxores habeant beneuolentiam, & quasi vnam animã & vnum corpus possiderent, omnia faciant. Hoc enim verum est coniugium, quando tanta inter eos est concordia, quando vinculo charitatis ita sunt concatenati. Sicut enim corpus nunquam à semetipso dissidet, neque anima aduersus seipsam, ita virum & mulierem non conuenit dissidere. Tunc enim bona infinita sibi coaceruare poterunt. Vbi enim concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis lætitia, nullum bellum, nulla rixa, nusquam inimicitiæ & contentio, sed hęc omnia è medio tolluntur per concordiam, bonorum omnium radicẽ, quæ omnia illa simul abolet. AVCTOR CATENAE. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. Saram rex adducit, vt vxorem ducat, super aliam D quam iam habebat. Erat rex, & quis resisteret ei? Cuius eminentiæ hominibus, si deum non timeant, plura quandoque licent quàm deceant. Sed mirum & profectò valde mirum, quod fœmina nonagenaria, & cui iam desierant muliebria, esset tam concupiscibilis, pulchra & vegeta, vt & Abrahã timuerit occidi propter illam, & rex alienigena voluerit eam habere in vxorem. Sed hoc vel propter eius sanctitatem fuit, quam respiciens deus, pulchritudinem illius & carnis teneritudinem ita conseruauit, sicut habetur de Moyse Deuteronomij vltimo, quod cum esset centum & viginti annorum, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt, & de Calech dicitur Iosue quartodecimo, cum esset octogintaquinque annorum, erat ita fortis ad bellandum & gradiendum, sicut cum fuerat quadragintaquinque annorum. Vel ex naturali complexione & bono regimine Saræ, iucundaq; ac pacifica conuersatione cum viro suo, permansit in ea tandiu viuidus vigor & egregia corporis species.

RVPERTVS. Iamiam nascituro Isaac, cum promissus & ex nomine prænuntiatus esset, peregrinatur pa- Mysticè. triarcha iam vice altera, ita vt tollatur ab eo Sara, dicente illo, Soror mea est, & non audente confiteri, quod es- E set vxor sua. Quid hoc præsignat, nisi quia futurum erat vt prope nascituro Christo, cum iam per prophetas ex nomine prænunciatus esset, dicentes verbi gratia, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, iterũ peregrinaretur semen Abrahæ in terra nõ sua, scilicet in captiuitate Babylonica? Tunc enim post peregrinationem Aegyptiam, seruituti subiecti sunt septuaginta annis, & Saram pene tulit alienigenã. Nam præter Danielem, & tres eius socios, nemo ausus ibi confiteri sanctæ legis dei coniugalia fœdera fuerat, sæuiente Nabuchodonosor, & fornace succensa. Porrò Gerara interpretatur incolatus, siue aduenæ propinquantes. Abimelech pater meus rex, siue patris mei regnum, quibus nominibus rectè intelliguntur aduenæ, id est, gentiles, incolæ futuri regni dei, de quibus diceret semen Abrahæ, scilicet Christus, patris mei regnum, siue pater meus rex, subauditur est eorum. AVCTOR CATENAE. Sed & illud notandum sensu alio, quod sancti in Gerara quæ etiam prouocatio & inquietatio dicitur, quandiu sunt in hoc mundo, peregrinantur. Sed semper euadit, qui deo fidit & bona agit. Toties autem Abraham tentatur, quoties austrum petit, & toties liberatus & glorifi- F catus rediit fœlicior. Sic filiis suis ab austro aduersitates crebro accidunt, vt merito, sanctorum tẽtationes austro signentur, quanquam & ab Aquilone pandatur malum.

VEnit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tu- 2
listi, habet enim uirum. Abimelech uerò non tetigerat eam. Et ait, Domine, num gentem ignorantem &
iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, soror mea est, & ipsa ait, Frater meus est? In simplicitate,
cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc. Dixitque ad eum deus, & ego scio quod simplici corde fe-
ceris, & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uiro suo uxo-
rem, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu & o-
mnia quæ tua sunt.

Venit

Universidad de Deusto Biblioteca

2 *Venit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim uirum. Abi-* G
melech uero non tetigerat eam. ORIGENES. Euidentiam habet id quod dicitur, non tetigerat eam, quasi deco
rum homini sit, etiam mulierem non tangere, quod sine concubitu fieri etiam potest. CHRYSOSTOMVS.
Vide dei misericordiam, quomodo quia vidit iustum propter metum mortis, Saræ ablationem fortiter ferre, &
regem eam vt sororem iusti abducere, suam postea declarat prouidentiam, iustum quoque illustriorem reddit, &
Saram ab iniuria, regem verò à peccato liberat. Venit enim (inquit) deus ad Abimelech per somnium nocte, cir-
citer ipsum (ait) somnij tempus, eripere eum volens ab iniquitate dedit menti eius scientiam, & occulta manife-
stauit, multumq; metum auxit interminando mortem. Dicit enim, En morieris propter mulierem quam tulisti,
habet enim virum. Abimelech autem non tetigerat eam. Hæc omnia facta sunt, vt dei promissio facta patriarchæ
impleretur. Enimuero quia pauloante promiserat, Isaac esse nascendum, & prope aderat tempus, vt ne officeret
promissioni dei, tantum timorem in Abimelech immisit, vt perculsus animo Saram attingere non auderet. Pro-
pter hoc enim adiecit diuina scriptura, Abimelech autem non tetigerat eam. AMBROSIVS. Aduertimus H
hic adulterium diuino iudicio morte puniri. Habent quidem omnes viri mulierisq; concubitus, nulla legitimi
matrimonij sorte celebrati, suam culpam. Discamus etiam quotquot baptismatis gratiam suscepimus, velut qui-
dam fidei candidati, continentiæ disciplinam sobriam. Nulli licet scire mulierem præter vxorem. Ideo coniugij
i.Corin.7. tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Iunctus es vxori, noli quærere solu-
tionem, quia non licet tibi vxore viuente, vxorem ducere, nam & aliam quærere cum habeas tuam, crimen est a-
dulterij, hoc grauius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Tolerabilior est si lateat culpa,
quàm si culpæ vsurpetur auctoritas. Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne quod
non habet potestatem coniugij, tamen locus iste docet grauius crimen esse, vbi celebrati coniugij iura temeran-
Ybi supra. tur, & vxorius pudor soluitur. AVGVSTINVS. En morieris propter mulierem quam tulisti. Notandū est
hoc, quomodo dicat deus tanquam prædicens omnino futurum, quod admonendo dicit, vt à peccato abstinendo
caueat CAIETANVS. Refert Iosephus, & ex calce huius capituli habetur, quod Abimelech accepta Sara, I
ægritudinē incurrit, qua impeditus est à coniugio Saræ. AVCTOR CAT. Hebraica litera est לֹא קָרַב אֵלֶיהָ
lo karab eléha, Non cohæserat ei. Chaldaica, Et Abimelech non accessit ad eam. Septuaginta vt in nostra, videli-
cet, οὐχ ἥψατο αὐτῆς, Non tetigit eam. Et vere verbum Hebraicum karab, non tangere, sed accedere, appropinquare
& appropiare significat. Sed interpres honesto modo non fuisse cognitam ab Abimelech Saram indicare volens,
verbo tangendi vsus est. Id enim in virtute significat etiam Hebraicè, verbum hoc loco positum. Abrâham igitur
iam expertus dei prouidentiam circa se & Saram, non se regi opposuit, certus id cessurum in dei gloriā, quia pro-
pheta erat futura præuidens, vt de adulterio & infamia nihil timeret. Pendent sancti toti ex deo, tuti in omnibus
periculis huius mundi. Bonitate autē sua deus non destituit etiam infidelem regem, cuius peccata tolerat, erudit
verbo & facto, à quibus se patitur agnosci, quamlibet gentiles dicantur, & timeri quantum vult. Per somnia autē
alloquitur naturæ mysterio vtens, cum scilicet sensus vacant, vt tunc sint capatiores visionū. In omni gente deus
semper habet sibi dilectos. Denique deo debemus etiam peccata à quibus nos impedit, nō solum ea quæ remittit. K
CHRYSOSTOMVS. Sed & de facinore Abimelech se defendit. *Et ait, Domine, num gentem ignorantem & iu-*
stam interficies? Nunquid sciens (inquit) mulierem eius esse, hoc feci? nunquid iniuria peregrinum afficere volens?
nunquid vt vxorem eius auferens? Vt sororem eam accepturus eram, ratus hoc nomine & hunc & illam honora-
ri. Gentem igitur ignorantem & iustam quasi ream perdes? THEODORETVS. Abimelech rex cum esset
iustus, Saram iustam sibi copulare optauit, maximæ sibi gloriæ futurum existimans, si ex tali fœmina liberos susce
pisset. INTERLINEARIS. Non ergo putat se adulterium committere, volens sororem Abrahæ in coniu
gem ducere. AVCTOR CATE. Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies? Ex Septuaginta
sumpta est dictio, ignorantē. Deficit enim in Hebręo, & tantummodo legitur: הֲגוֹי גַּם צַדִּיק תַּהֲרֹג Hagoi gam zad-
dik taarog, Num gentē etiam iustam interficies? Sic & Chaldaica. Quod sit licet ita, optime tamen versum est, eo
quod nihil aliud innuat iste locus. Non autē proprium nomen dei, quatuor scilicet literarum, sed adonai commu L
ne protulit, licet enim deum crederet, non tamen vera fide & syncero affectu, non humiliter alloquitur, sed quasi
seipsum excusando iustificans, dei iudiciū reprehendere conabatur, hypocritarum more, cum iustus in principio
accusator sit sui. CHRYSOSTOMVS. Deinde manifestans quod dicebat, inquit. *Nonne ipse dixit mihi, soror*
mea est & ipsa ait, frater meus est? Vide quomodo habuerint concordiam & conspirationē. Et ipse (inquit) hoc mi-
hi dixit, & ipsa adstipulata est dictis eius. AVCTOR CATENAE. Attenuat peccatum suum, tanquā car-
nali desiderio factum, & quod nō cum iniuria proximi nec violenter abstulerat, sed consensu tacentis fratris. Sic
leuia ducunt reges delicta sua. CHRYSOSTOMVS. Ego autē putans verum esse quod dicebatur. *In sim-*
plicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Non vt iniquum facturus, sed vt legitimū & licitum, irrepre-
hensibileq; hoc feci. INTERLINEARIS. Ac si dicat, coniugij fidem conseruare volens, non concubinam
quærens. CAIETANVS. Purum itaq; cor, mundaq; opera se habuisse in hac re testatur. AVCTOR CAT.
In simplicitate, vel integritate, seu perfectione cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc, id est, non co- M
gitaui quidem malum agere, tantum abest vt etiam opere peccatum commiserim. Denique bonam intentionem
prætendit quasi parum sit, sine spe prolis, pro sola libidine, superinducere vxori nouam & anum. CHRYSO-
STOMVS. Quid igitur misericors dominus? *Dixitq; ad eum* (inquit) *Deus & ego scio quod simplici corde feceris, &*
ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam. Vide quantam obsequelam exhibet omnium dominus,
suam bonitatem per omnia declarans. Et ego scio quod simplici corde feceris. Scio (inquit) quod ipsi hunc actum
instruxerint, & quod deceptus eorum dictis hoc feceris, ob hoc vt ne propter deceptionem hanc pecces, cohibui
ne tu tangeres eam, & peccares in me. Magna verbi est attemperatio, maxima domini est misericordia. In me (in-
quit) redditurum erat peccatum. Nam sicut in hominibus, quando quis aliquem in multo honore apud dominū
suum iniuria quadā afficit, sibi iniuriam factam putat dominus, & dicit, Mihi iniuriā fecisti per ea, quibus à te ser-
uus iniuria affectus, ea enim quæ in illum committuntur, in me transeunt. Eodē modo & bonus dominus, Custo
diui te

A diui te (inquit) ne peccares in me. Mei (inquit) famuli sunt, & adeo mihi commendati, quod vt mea habeam quę-
cunque illis fiunt, siue bona sint, siue non bona, propterea non dimisi te vt tangeres eam. Quoniam magnā eorum
curam gero, sciens quod per ignorantiam, hanc eis contumeliam facturus eras, custodiui te vt ne peccares in me.
Ne simpliciter vt vulgarium quempiam attende hunc virum, sed disce, quod est ex his, quorum ego maximam cu
ram gero, & quod peculiariter mei sunt. AVGVSTINVS. Et ideo custodiui te ne peccares in me, & cæte-
ra. Hoc fuit quando eum admonuit vxorem Abrahæ esse, quam putabat sororem. Notandum est autem, in deum
peccari, cum talia committuntur, quæ putant homines, vel non esse peccata, vel leuia haberi, tanq̄ in carne com-
missa. AMBROSIVS. Cognoscimus etiam velut præsulem custodémque coniugij esse deum, qui non pa-
tiatur alienum thorum pollui. Et si qui fecerit, peccare eum in deum, cuius legem violet, gratiam soluat. Et ideo
quia in deum peccat, sacramenti cœlestis amittit consortium. INTERLINEARIS. Sic itaque peccantes
in proximum, in deum peccamus. CAIETANVS. Dixitque ad eum deus. In Hebræo additur in somnio.
B Vt vniuersum hoc colloquium manifestaretur fuisse dormiendo, repetit somnium. AVCTOR CATENAE.
Non auersatur deus etiam alienigenas & infideles, quos nos putamus. Hic benigne alloquitur deus Abime-
lech, vt sciamus non omnes fuisse idololatras. Nondum nomen Saturni, Herculis, Iouis, & aliorum huiusmo-
di monstrorum, in orbe fuit. Non est verisimile peiores fuisse filios & nepotes Noë, quàm fuerint hi qui diluuio
perierunt, quibus idololatria non impingitur. Cor nostrum, & intimum cogitationum nostrarum deus intue-
tur & iudicat, & quo animo omnia fiant. Ignorantiæ quidem & fragilitatis peccata venialia ducit, & vt pater in-
dulget, minatur tamen hic mortem corporis regi, & temporaliter iudicat, nisi monitus resipiscat. Ne peccares (di
xit) in me. Iniuriam proximo irrogatam, deus sibi fert acceptam. Domino peccat, qui amicum dei persequitur,
vel probro afficit. Sibi iniuriam vindicandam seruat. *Nunc igitur redde uxorem uiro suo, & orabit pro te, quia prophe-*
ta est, & uiues. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo virtutem iusti detegit, Prophetam ipsum vocat, quasi
C præparans regem, vt precatorem eum faciat pro se. Orabit enim pro te, & viues. Ille etenim (inquit) veritus ne
occideretur à te, hanc comœdiam instruxit, & quasi operatus est in contumeliam Saræ, scias autem quod illius
preces vitam tibi præbebunt. INTERLINEARIS. Quia igitur soluitur commissum, cum restituitur a-
missum, redde vxorem viro suo, & orabit pro te, vt dimittatur tibi illicita iniuria, quia propheta est, id est, futuro-
rum præsagus. GLOSSA GRAECA. Abraham propheta fuisse declaratur, quia & in Aegyptum descen
dens, ait, Scio quod pulchra sis tu, & cætera. Et ad pueros suos ait, Ego & puer illuc vsque præparantes, reuertemur
ad vos. Tum etiam quia solus, vel certè cum paucissimis, cognitionem veri dei habuit. Testatur etiam dominus,
eum prophetiæ spiritu diem saluatoris venturi vidisse. CAIETANVS. Non solum ex parte Saræ (quia ma-
ritum habet) sed etiam ex parte Abrahæ, quia propheta est, mandat restitui eam, vt ex sanctitate etiam Abrahæ,
trahatur ad restituendum. Hic habes, quod Abraham est primus propheta nominatus in scriptura. Tertio ex be-
neficio vitæ obtinendo ad preces Abrahæ apud deum, dum dicit, & orabit pro te, & viues, prouocat Abimelech
D ad restituendam Saram. Ac si apertius dixisset, Et in hoc cognosces quod propterea æger es, quod Abraham o-
rabit pro te, & sanaberis. AVCTOR CATENAE. Nunc igitur redde, & cætera. Lege hunc locum sicut est
in Hebræo, Chaldaica & Septuaginta, videlicet, Et nunc redde vxorem viro, quia propheta est, & orabit pro te,
& viues. Resipiscere igitur necessarium est agnoscēti errorem, & restitutio ablati, pars pœnitentiæ est. Quod scri-
bitur, Quia propheta est, referendum est ad vxoris redditionem, non ad orationem, quasi dicat, resumet eam pla-
catus tibi, nec tibi offendetur. Propheta enim est, & certo nouit eam te non tetigisse, & animo simplici te egisse,
mundámq; & sanctam, vt fuerat antea, sibi vxorem remittere. Sed & pro te orabit. Non dicit dominus, Tu eum
roga, vt pro te orare dignetur, sed volo pro te precetur, vel necesse est vt suis mihi precibus commenderis, & ob
eius orationem viuas. Sed quia propheta est, & se scit causam huic malo dedisse verbis suis, ideo pro te nunc so-
licitus est, si tamen pœnitentiam agens restitues illico, quam abstulisti viro vxorem. CHRYSOSTOMVS.
Deinde vt ne concupiscentia flagrans, & pulchritudine Saræ victus, minus faciat mandatum, immittit ei timo-
E rem, & maiorem pœnam minatur se inducturum. *Si autem nolueris reddere* (inquit) *scito quod morte morieris tu & o-*
mnia quæ tua sunt. Quia peccatum (inquit) incorrectum, apud me non remanet inultum, non solum tu inobedien
tiæ pœnam lues, sed & omnia tua propter te mors perdet. Ob hoc autem per tempus noctis hæc omnia deus ei lo-
quitur, vt inquiete accepta admonitione, magno timore imperata faciat. AMBROSIVS. Fortasse te mo-
ueat, qua ratione Pharao quæstionibus ab omnipotente deo grauiter afflictus sit, cum & ipse ignorauerit vxorem
esse Abrahę Saram, quam vxorem audierat, Abimelech autem nullam pœnam exceperit. Verum cum Aegypti re-
gem noueris ducem fuisse vitiorum, qui quo plus habuerit licentiæ, eo plus flagitij commiserit, Abimelech autem
& fidelis æstimatus sit deo, vt meruerit audire, Et ego cognoui quod simplici corde fecisti hoc, rex non afflictionis
vt Aegyptius, sed monitionis duntaxat dignus extitit. Nec dubium cæteris operibus eius indignationem domini
esse reuocatam, qui vere interioris arbiter est conscientiæ, & animi ac mentis interpres. Denique non vt Pharao
ille conuentus à Moyse, recusauit & spreuit mandatum dei, nec obsequium distulit, sed statim vocauit Abraham,
F vxorem suam ei reddidit, precio seipse multauit, quod vidisset alienam, dotem pudoris exoluit. Hinc quoq; potest
colligi Abimelech regem clementiora meruisse, quod Abraham pro eo rogauit & impetrauit. CAIETANVS.
Si autē nolueris reddere, & cætera. Adiungit quarto pœnā mortis ipsius & suorū, si non restituerit. AVCTOR
CATENAE. Et sic omnem excusationem excludit. Collocutio autem omnis hæc in somno facta est, sicut &
tertio Regum legitur, deus Salomoni apparuisse, & facta collocutio inter eos. Deinde subiungitur ibi, Et intelle- 3.Regum.3.
xit Salomon quod somnium esset. Fuit autem collocutio hæc intus in anima, spiritualis & imaginaria, ad aures
cordis, non corporis, ad quam homo in somnis est aptior, quia tunc exteriores sensus quiescunt, propter quod in
Iob scribitur, Per somnium in visione nocturna, quando sopor irruit super homines, aperit deus aures virorum, & Iob.33.
instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit.
RVPERTVS. Venit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi, En morieris pro- Mysticè.
pter mulierem quam tulisti, habet enim virum. Abimelech autem non tetigerat eam. Et ait, Domine, num
gentem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentem ignorantem & iustam interficies? & cætera Aliter hunc, atque aliter Pharaonem, deus corripuit propter G
Abraham. Pharaonem nanque flagellauit plagis maximis, & domum eius. Huius autem satisfactione sulce-
pta, dicentis, Nonne ipse dixit mihi, soror mea est, & hæc dixit mihi, frater meus est? In simplicitate mea,
& munditia manuum mearum feci hoc. Et ego scio (inquit) quia per ignorantiam fecisti, & idcirco non per-
misi te vt tangeres eam, siquidem vt Abrahæ semen ab Aegyptia seruitute liberaretur, & Aegyptum plagis ma-
ximis flagellauit deus. Vt autem à Babylonica captiuitate solueretur, non plagis cæsus, sed diuino nutu Cy-
1. Esd. 1. rus rex Persarum præuentus est, vt transduceret vocem in vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens,
Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædi-
ficarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? sit deus illius
cum ipso. Ascendat Hierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domum domini dei Israël, ipse est deus qui est
in Hierusalem. Illud in Sara mirandum fuit, quod in illa ætate, cum esset anus, adhuc videbatur appetibi- H
lis. Significat autem pulchritudinem diuinæ religionis, quæ illo quoque tempore quando captiui ducti sunt Iu-
dæi, videbatur inter gentium errores imitabilis, & æmulabantur eam, quanuis non castę gentes, quæ erant in cir-
1. Mach. 3. cuitu eorum. Vnde scriptum est in libro Machabæorum primo, Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis,
& cinere in capite suo, & destituerunt vestimenta sua, & expanderunt librum legis, de quibus scrutabantur gentes
similitudinem simulachrorum suorum, videlicet vt more diuinæ legis exhiberent simulachris suis ritum, vel or-
dinem sacrificiorum. AVCTOR CATENAE. Sed dicamus & aliter. Hebebat Sara virum sed latebat,
Habet ecclesia Christum, qui in seculo non videtur, sed in cœlo regnat. Abimelech voluit Saram violare, nec po-
tuit, & principes mundi voluerunt ecclesiam subuertere, nec valuerunt. Abimelech diuina correptus monitione
facinus emendat, & multi terrenorum principum qui forte ex ignorantia peccabant, quemadmodum fatetur e-
tiam Paulus, Misericordiam (inquiens) consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, diuinitus cõmoniti,
conuersi sunt, quos & deus præseruauit ne grauius peccarent in eam. I

3 *STatimq; de nocte consurgens Abimelech, uocauit omnes seruos suos, & locutus est uniuersa uerba*
hæc in auribus eorum. Timueruntq; omnes uiri ualde. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, &
dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me & super regnum meũ
peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. Rursusque exposulans ait, Quid uidisti, ut hoc fa-
ceres? Respondit Abraham, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me
propter uxorem meam. Alias autem uero soror mea est, filia patris mei & non filia matris meæ, & duxi eam
in uxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc misericordiam facies me-
cum, in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim. K

3 *Statimq; de nocte consurgens Abimelech, uocauit omnes seruos suos, & locutus est uniuersa uerba hæc in auribus eorum.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo rex fit præco virtutis iusti, & eum omnibus manifestum facit. Narrauit omnia sibi à deo manifestata, vt omnes sciant & dei erga illum benignitatem, & quãtum sit deo curæ illius propter eius mores & virtutem. INTERLINEARIS. De nocte autem surrexit, & vocauit rex omnes seruos suos, ne temere peregrinæ mulieris videretur repudiare matrimonium. CAIETANVS. Statimq; de nocte consurgens Abimelech. In Hebræo non nox, sed diluculum significatur. AVCTOR CATENAE. Est enim וַיַּשְׁכֵּם בַּבֹּקֶר vaiaścem babóker, & surrexit diluculo mane. Sacham enim mane surgere, & boker mane significat. Chaldaica, Et surrexit Abimelech mane. Septuaginta, Ὠρθρισεν δὲ Ἀβιμέλεχ τὸ πρωΐ, Diluculo surrexit Abimelech. Succurrebat igitur regi fides vehementer periclitanti, qua & seruatus est. Et quia fidelis erat rex & regnum, ideo L
dominus volebat agnitionem sui nominis & timorem latius propagari & inculcari, Apostolum mittendo, cuius
verbis & factis proficeret honor dei & reuerentia, sicut sinit deus mala fieri, vt bona promoueantur, & amico-
rum suorum periculis vtitur ad suam gloriam. *Timueruntq; omnes uiri ualde.* CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo non frustra & absque causa toties transmigrat iustus? Nam si in tabernaculo suo primo mansisset, vn-
de potuissent Geraritæ scire quantam iustus apud deum haberet fiduciam? Timuerunt autem omnes homines valde. Magnus in eos timor immissus, de rerum summa faciebat anxios. AVCTOR CATENAE. Didi-
cerat quoque rex & serui aulici ac populus Geraræ timorem dei, & seueritatem in punitione Sodomorum, & gratiam erga familiã Abrahę, ideo toti regno suo pauebant. CHRYSOSTOMVS. Postea sequitur. *Vocauit autem Abimelech etiam Abraham.* Considera in quanta gloria iustus postea apud regem agit, qui pauloante ab omnibus habebatur contemptibilis, quasi erro & peregrinus. Igitur cum omnes conuenissent, vocatur statim Patriarcha, qui nihil horum sciebat, & discebat postea à rege ipso, quæ propter se à deo illi facta erant. *Dixit* enim M
ei, Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me & super regnum meum peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. Quare in tantum (inquit) voluisti me incidere peccatum? Quid cogitasti, quod hoc fecisti? Vide quomodo per verba sua indicat minas, quæ à deo sibi sunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, Quod si non reddideris, morieris tu & omnia tua, hoc ipsum interpretatur Abimelech, & dicit, Quid peccaui in te quod induxisti super me, & super regnum meum peccatum magnum? Non satis erat si ego punirer? omne regnum meum simul perdendum erat ex deceptione, quam fecisti. INTERLINEARIS. Quicquid hoc facto commisit rex, in eum reflectit, qui veritatem suppressit, parum enim distat, vtrum facinus committas, an admittas. CAIETANVS. Parui refert quod in Hebræo habetur in numero singulari, tum quia peccaui, tum quia subiungitur fecisti nobis, pro fecisti mecũ. AVCTOR CATE. Quod etiam apud nos est, Quę nõ debuisti facere, fecisti nobis, in Hebræo est מַעֲשִׂים אֲשֶׁר לֹא יֵעָשׂוּ עָשִׂיתָ עִמָּדִי Maasin aser lo ieasu asitha immadi, Opera quæ non solent fieri, operat°es in me. Chaldaica, Opera quę nõ erãt digna fieri, fecisti mecũ. Propterea & Septuaginta,

ἔργα

A ἔργα οὐκ ἔστιν ἃ πεποίηκας μοι, Opus quod nullus fecit, fecisti mihi. Est autem idem quod & interpres vertit. Nihil itaque sancto rex improperat, verbis mansuetioribus expostulat, peccati sui magnitudinem agnoscit, & reueretur. Non tamen scribitur Abimelech rogasse Abraham vt pro se dominũ deprecaretur, sua autem sponte sanctus postea orauit pro eo ad dominũ. Opera quæ non fiunt, fecisti mecũ. Vere mirabile, rarum & periculosum opus, Abrahã fecisse ei videbatur, vxorem scilicet suam quodãmodo prostituisse, rem bono viro insuetam, regiq; ac regno imposuisse, atq; ita prudenter iram domini prouocasse in immeritos. *Rursusq; expostulans, ait, Quid uidisti, ut hoc faceres?* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et dixit Abimelech ad Abraham, Quid vidisti, vt hoc faceres? Conjectari possumus, quod Abraham reprehensus istis querulis rationibus, tacebat & rex subiunxit, nosse volens causam qua motus fuit Abraham ad simulandum quod Sara esset soror eius. AVCTOR CATENAE. Rursusq; expostulans, ait, In Hebræo est וַיֹּאמֶר אֲבִימֶלֶךְ אֶל אַבְרָהָם Vaiómer Abimelech el Abraham, B Et ait Abimelech ad Abraham. Sed hoc parum est. Quid vidisti, vt hoc faceres? Si (inquit) videns es & Propheta, quid tibi dominus reuelauit, vt hæc faceres quæ nostrorũ nullus admittere voluisset, vt vxorem dimitteret quacunque tandem ratione. CHRYSOSTOMVS. Considera autem hic iusti prudentiam, quomodo satisfactionis loco in agnitionem dei regem seruosq; eius inducit. *Respondit* (enim inquit) *Abraham, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me propter uxorem meam.* Vide quomodo per pauca illa verba docet, quod oportet eum qui deum in mente habet, nihil iniquum agere, sed timere iudicem illum, qui falli nequit, & ob pœnam quæ alibi infligetur, omnis iustitiæ facere rationem. GLOSSA GRAECA. Nec enim immerito timebat iustus occidi tanta nanq; talisq; erat Saræ illius iustitia prædita pulchritudo. Gratia enim diuina quæ illi supra naturæ ordinem fœcũditatem præbuit, pulchritudinem illius veluti Aquilæ iuuentutem renouauit. CAIETANVS. Respondit Abraham, Cogitaui mecum dicens, & cætera. Iuxta Hebræum est, Et dixit Abraham, quod dixi solum non timor elohim in loco isto. Directe respondet quæsito, non se vidisse aliquid, sed solum dixisse inter se & suos, non esse timorem diuini iudicij in loco isto. Intellige hoc dictum ab Abraham, non asseren- C do, sed dubitando, & si idololatræ erant, præsumendo. AVCTOR CATENAE. Cogitaui mecum dicens, כִּי אָמַרְתִּי רַק אֵין יִרְאַת אֱלֹהִים בַּמָּקוֹם הַזֶּה chi amárti rak en irath elohim bama Forsitã, & cætera, Hebraica litera est, Quia dixi, vere chom haze. Dictionem rak, aliqui, vere vel quippe, alij forsitan verterunt. Vnde sic redditur locus, Quia dixi, vere non timor dei in loco isto. Chaldaica, Quia dixi, forte non est timor dei in loco isto, sic & Septuaginta. Et profecto æquius videtur verti, forsitan, quàm vere, vt hoc dubitando dixerit patriarcha, non affirmando. Nec obstat si dicatur, Si erat propheta, sciebat vtique an esset in Geraris timor dei necne, quia respondetur, spiritum prophetarum non semper subditũ esse prophetis, iuxta illud prophetæ alterius, Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, & nunc dominus cælauit à me. Mirifice autem commendandi hic Septuaginta, qui timorem dei verterunt θεοσέβειαν pietatem, deiq; venerationem & cultum, declarantes nihil esse aliud, deum in sacris literis timere, quàm apud gentes eum venerari, pieq; colere, vt eorum occurrerent calumniis, qui Hebręos putarent superstiD tiosos, quod hi timere deum dicantur, eo quod superstitio sit vanus deorum metus, eumq; reformidare, qui minime sit noxius. Itaque, φοβεῖσθαι θεὸν, nihil est aliud quàm θεοσεβεῖν. Est autem etiam Hierocle Pythagoræo teste, omnium virtutum princeps pietas, quæ in diuinam causam respicit semper. Timere igitur mortem solebant tam prophetæ quàm patriarchæ sancti, sed tunc cum nondum in ligno mortua mors fuerat, sic domino permittente tentari suos. Dij dixit אֱלֹהִים more gentium, & suo sensu fideli, tum quia deus opera sua administrat per angelos, qui non raro elohim nominantur, tum quia apparuit deus Abrahæ comitatus angelis, tum quia principum maiestas pluraliter enunciari solet, CHRYSOSTOMVS. Postea volens pro se defensionem afferre, ne putarent eum etiam sic mentitum esse, ait, *Alias autem uere soror mea est, filia patris mei & non filia matris meæ, & duxi eam in uxorem.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Etenim vere soror mea est de patre, sed non ex matre. Id est, fratris eius est Aran filia, non sororis. Sed quia in Hebręo habet, vere soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & magis sonat quod soror Abrahæ fuerit, in excusationem eius dicimus, necdum illo tempore tales nuptias lege prohibitas. EVCHERIVS. Quod profectò E quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente. AVGVSTINVS VICESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM. Sed nos aliter dicimus. Cum Abraham eo tempore viueret in rebus humanis, quo quidem iam fratres ex vtroque aut ex altero vel altera parente natos, nec ti coniugio nõ licebat, filios autem fratrum, alioſq; longinquiore gradu generis consanguineos, nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo iungebat, quid mirum si sororem suam, id est, ex patris sui sanguine procreatam habebat vxorem? Nam hoc ipse redenti sibi eam regi dixit de patre esse sororem non de matre, vbi certe vt sororem mentiretur nullo iam timore cogebatur, quando ille vxorem eius esse didicerat, & eam diuinitus territus cum honore reddebat. Fratres autem siue sorores generali nomine consanguineos vel consanguineas solere apud veteres appellari, scriptura testatur. Nam & Tobias dicit deo cum oraret ante- Tob. 6.
quam misceretur vxori, Et nunc domine, tu scis quoniam non luxuriæ causa accipio sororem meam, cum esset
F illa non ex concubitu eiusdem patris, nec ex eodem matris vtero, sed ex eadem stirpe cognationis exorta. Et Loth frater Abrahæ dicitur, cum patruus eius esset Abraham ex qua vi vocabuli etiam fratres domini vocantur in euangelio, non vtique quos Maria virgo pepererat, sed ex eius consanguinitate omnes propinqui. CHRYSOSTOMVS. Quia eundem (inquit) patrem vocat, quem & ego, ideo & sororem ipsam vocaui. Ne igitur condemnetis me. Nam & si metus mortis in hanc me necessitatem coëgerit, & quod timui, ne forte propter eam me occideretis, ipsam autem in vita cõseruaretis, attamen neq; sic est mendacium, quod à me dictum. Vide quàm diligenter agit iustus vt monstret quod neque in hoc sit mentitus. CAIETANVS. Refert Iosephus, Saram fuisse filiam Aran fratris longe maioris Abrahæ, erat enim soror carnalis Loth. Sed contra textum Moysi scribere quandoque Iosephum liquet conferentibus historiam Moysi cum illius antiquitatibus, & propterea non est mirum, si in re hac finxerit. Nam secundum proprietatem verborum aliud significatur, scilicet quod Sara erat soror carnalis Abrahæ, non tamen vterina. Si dixisset, duntaxat, soror mea est, irem in communem sensum,

sed adiun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed adiungendo,filia patris mei,non autem filia matris meæ,aperte significat,quod filia est patris sui,non aui sui, G
non fratris sui.Et hic est sensus literalis,licitum enim erat tunc connubium cum sorore non vterina. Quod licitum quia horruit Iosephus,finxit recitata. Si nomine patris intellexisset auum, non adiunxisset negatiuam ,non filia matris meæ.Et rursus,sicut matris nomine vtitur proprie,ita & patris.Et demum,si his verbis,vere soror mea est,filia patris mei,& non filia matris meæ,non significatur soror carnalis,non vterina,quibus quæso verbis signi ficanda est soror carnalis non vterina?Finge si potes. AVCTOR CATENAE. Credendum igitur dicunt recentiores textui claro simpliciter dicenti,quod fuerit vere soror Abrahæ ex parte patris non matris,quam ante legem vxorem habere potuit,quin & in lege Thamar filia Dauid,dixit posse obtineri à Dauid, vt fratris sui Amnonis vxor fieret.Quod nisi dixerimus, multas difficultates inextricabiles incidemus,in quibus tam Iudæi quàm nostri laborant plurimum, & multa confingere coguntur non admodum verisimilia. CHRYSOSTOMVS. Et vt omnia (inquit) diligenter à me sciatis,audite & consilium quod inter nos iniuimus. *Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei,dixi ad eam,hanc misericordiam facies mecum,in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.* Considera obsecro hic magnam iusti sapientiam,quomodo in serie narrationis docet eos quod à principio H
fuerint peculiariter addicti deo,& quod deus se à domo sua euocarit,& in eum locum duxerit,vt sciat rex, quod non profugus,non leuis,non inopia actus patriam paternamq; domum reliquerit, & vagetur errando, sed manum deus ex domo patris mei,dicebam ei,Hanc misericordiam facies in me,in omni loco in quem veniemus,dic frater meus est.Quia enim superius dixerat, Dixi mecum,Fortasis non est timor dei in hoc loco.Et videbatur eos nimium carpere, volens mitigare asperitatem verbi, hic dicit, Ne putetis me hoc solum vestri gratia fecisse, statim enim quando eduxit me dominus de domo patris mei,dicebam ad eam,Hanc misericordiam facies mecũ,in omni loco in quem venturi sumus.De omnibus(inquit) qui terram hanc habitabant, mandatum ei dedi,& quod etiam sic extra mendacium sit hypocrisis. Mortis enim timor ad hoc nos compulit . Hæc vt dixit iustus, & iram I
gnam iusti mansuetudinem,magna liberalitate remunerauit patriarcham. AVCTOR CATENAE. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei. Hebraica litera est וַיְהִי כַּאֲשֶׁר תִּעְּוּ אֹתִי אֱלֹהִים מִבֵּית אָבִי Vaihi caaser ithau othi elohim mibeth abi.Vbi sciendum,verbum thaa, errare seu aberrare,vel declinare potius, quàm educere significare. Dictionem verò elohim,& si semper fere inueniatur in plurali, rarissime tamen vt hic, additur illi verbum plurale. Verti ergo potest locus,Et fuit quando,seu cum declinare,seu errare fecerũt me dij de domo patris mei . Et his locus ex his est , ex quibus apte possit intelligi nomine elohim sanctissimam trinitatem significari,dicant quicquid velint praui Hebræi.Septuaginta & interpres per singulare loquuntur,certe aliquid veriti. Chaldaica hoc in loco diuersum quid profert quo ad verba,licet non quo ad sensum, Et factum est cum aberrassent populi post opera manuum suarum, me applicauit dominus ad timorem suum ex domo patris mei. Iterum ergo pluraliter deus nominatur,etiam iuncto verbo multitudinis,idq; ab Abraham fidelium patriarcha, qui K
nihil minus tulisset,quàm posteros errare in deorum pluralitate,nisi pluralitas,aliqua in diuinis negari non posset, non deitatis vel deorum , sed sanctissimarum personarum,quam Christus dominus saluator noster explicauit, patris,& filij, & spiritus sancti, qui vnus deus est,cuius tamen ab extra (vt dicunt) opera indiuisa sunt.Quod verò sequitur, Hanc misericordiam facies mecum,in Hebræo est dictio חֶסֶד hásed, quæ proprie misericordia est. Retro autem Septuaginta munditiam ac puritatem,nomine iustitiæ nuncupabãt,hic autem misericordiam, iustitiam vocant,quod ad veritatem percipiendam nescimus an admodum idoneum sit.Vertunt itaque, τὴν τὴν δικαιοσύνην ποιήσεις ἐις ἐμὲ, Hanc iusticiam facies in me . Nisi forte eo pacto defendi possint, quod iustitiæ duæ partes sint,quarum vna continet,ne noceamus,altera,vt benefici liberalesq; simus,tamq; iniustus sit qui nulli vquam profuit,quàm qui læsit. AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM. Quod autem iustum & fidelem virum, matrimonij sui infamissimum nundinatorem appellans,auaritiæ ac ventris causa duobus regibus Abimelech & Pharaoni,diuersis temporibus Saram coniugem suam,sororem mentitum,quia erat pulcherrima, L
in concubitum asserit venditasse , non ore veridico à turpitudine separat honestatem , sed ore maledico totum vertit in crimen . Hoc enim Abrahæ factum lenocinio simile videtur, sed non valentibus ex illius æternæ legis lumine à peccatis rectè facta discernere, quibus & constantia pertinacia videri potest,& virtus fiduciæ, vtium putatur audaciæ, & quæcunque similiter obiiciuntur , quasi non rectè agentibus , à non rectè cernentibus. Neque enim Abraham flagitio consensit vxoris,eiusq; vendidit adulterium, sed sicut illa famulam suam non libidini mariti permisit,sed officio generandi vltro intulit,nequaquam turbato ordine naturali , vbi eius potestas erat,iubens potius obedienti,quàm cedens concupiscenti, sic & ipse coniugem castam, & casto corde sibi cohærentem,de cuius animo,vbi pudicitiæ virtus habitabat,nullo modo dubitabat,tacuit vxorem, dixit sororem, ne se occiso, ab alienigenis atque impiis captiua possideretur,certus de deo suo,quod nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eum fides ac spes fefellit, nam Pharao territus monstris,multisq; propter eam malis afflictus, M
vbi eius vxorem diuinitus didicit,illæsam cum honore restituit. Abimelech autem somnio commonitus atque edoctus,similiter fecit.Nonnulli quidem,non calumniosi & maledici, sicut Faustus, sed eisdem libris honorem debitum deferentes,quos iste vel non intelligendo reprehendit,vel reprehendendo non intelligit,cum hoc Abrahæ factum considerarent,visum est eis quod à firmitate fidei subdefecerit atq; titubauerit, & timore mortis,sicut dominum Petrus,ita ille negauerit vxorem . Quod si ita necesse esset intelligi, peccatum hominis agnoscerem, nec ideo cuncta eius merita deleta atque obliterata censerem,sicut nec illius apostoli,quanquam culpa non sit æqualis,negare vxorem,& negare saluatorem.Nunc verò cum habeam quod intelligam,ne hoc intelligam, nulla causa cogor temeritate labi ad reprehendendum , quem nemo conuincit timore lapsum fuisse ad mentiendum, neque enim vtrum eius vxor esset interrogatus,non esse respondit,sed cum ab eo quæreretur, quid ei esset illa mulier,indicauit sororem,non negauit vxorem.Tacuit aliquid veri,non dixit aliquid falsi.Dicet aliquis,cur non potius ita de deo suo præsumpsit Abraham,vt fateri non timeret vxorem?Nunquid enim deus ab illo mortem non

poterat

A poterat repellere quam timebat,eumq; cum coniuge sua ab omni pernicie in illa peregrinatione tutari,vt nec vxor eius , quanuis esset pulcherrima , appeteretur ab aliquo , nec propter illam ipse necaretur ? Poterat sane hoc efficere deus , quis ita sit demens , vt hoc neget ? Sed si interrogatus Abraham , illam fœminam indicasset vxorem , duas res tuendas committeret deo , & suam vitam & coniugis pudicitiam . Pertinet autem ad sanam doctrinam , vt quando habet quod faciat homo , non tentet dominum deum suum . Neque enim & ipse saluator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait , Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate , fugite in aliam . Cuius rei prior exemplum præbuit , Nam cum potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam poneret , nisi cum vellet , in Aegyptum tamen infans portantibus parentibus fugit , & ad diem festum non euidenter , sed latenter ascendit, cum alias palam loqueretur Iudæis irascentibus , & inimicissimo animo audientibus , nec tamen valentibus in eum mittere manus , quia nondum venerat hora eius , non cuius horæ necessitate cogeretur mori,sed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Qui ergo palam docendo & arguendo , &
B tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo, dei demonstrabat potestatem , idem tamen fugiendo & latendo , hominis instruebat infirmitatem, vt deum tentare non audeat , quando habet quod faciat, vt quod cauere oportet, euadat. Neque enim & apostolus Paulus desperauerat adiutorium protectionémque diuinum, fidémque perdiderat,quando per murum in sporta submissus est,vt inimicorum manus effugeret.Non ernam, go in deum non credendo sic fugit,sed deum tentaret,si fugere noluisset, cum sic fugere potuisset. Proinde cum inter ignotos propter excellentissimam pulchritudinem Saræ : & eius pudicitia & mariti vita esset in dubio, nec vtrunque tueri posset Abraham,veruntamen vnũ horum posset,id est vitam,ne deum suum tentaret, fecit quod potuit,quod autem non potuit,illi commisit.Qui ergo se hominem occultare non valuit , maritum se occultauit,ne occideretur,vxorem deo credidit , ne pollueretur.

AVGVSTINVS VIGESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM. Iam vero in hac re gesta, *Mystice.* *Vbi supra.*
C quæ in diuinis libris posita, fideliterq; narrata est, quem non delectet etiam factum propheticum perscrutari, & sacramenti ostium pia fide studioq; pulsare, vt aperiat dominus & ostendat quis tunc in illo figurabatur viro, & cuius sit vxor , quæ in hac peregrinatione atque inter alienigenas pollui macularíque non sinitur,vt sit viro suo sine macula & ruga . In gloria quippe Christi recte viuit ecclesia, vt pulchritudo eius honori sit viro eius , sicut Abraham propter Saræ pulchritudinem inter alienigenas honorabatur, eiq; ipsi, cui dicitur in Canticis cantico- *Canti.1.*
rum,O pulchra inter mulieres,ipsius pulchritudinis merito reges obtulit munera,sicut Saræ obtulit rex Abimelech,plus in ea admirans formæ decus,quod amare potuit,& violare non potuit.Est enim & sancta ecclesia domino Iesu Christo in occulto vxor.Occulte quippe atque intus in abscondito secreto spirituali,anima humana inhæret verbo dei,vt sint duo in carne vna,quod magnum coniugij sacramentum in Christo & in ecclesia commendat Apostolus. Proinde regnum terrenum seculi huius , cuius figuram gerebant reges qui Saram polluere
D permissi non sunt , non expertum est, nec inuenit ecclesiam coniugem Christi,id est quam fideliter illi tanquam præcipuo viro suo cohæreret subdita, nisi cum violare tentauit . Diuino enim testimonio per fidem martyrum cessit, correctúmque in posterioribus regibus honorauit munere , quam corruptioni suæ subdere in prioribus non valuit. Nam quod tunc in eodem rege prius & posterius figuratum est,hoc in isto regno prioribus & posterioribus regibus adimpletur.Cum autem dicitur de patre esse sororem Christi ecclesiam,non de matre,non terrenæ generationis,quæ euacuabitur,sed gratiæ cœlestis,quæ in æternum manebit,cognatio commendatur, secũdum quam quam gratiam genus mortale non erimus,accepta potestate,vt filij dei vocemur & simus.Neque enim hãc gratiam de synagoga matre Christi secundum carnem, sed de deo patre percepimus . Hanc vero cognationem terrenam quæ ad mortem temporaliter generat, vocans in aliam vitam vbi nullus moritur,negare nos Christus docuit,non fateri,cum discipulis ait,Ne vobis dicatis patrem in terra,vnus est enim pater vester qui in cœlis est. *Matth.23.*
Cuius rei præbuit exemplum,quando & ipse dixit,Quæ mihi mater?aut qui fratres? Et extendens manum super
E discipulos ait,Hi sunt fratres mei. Et ne quisquam in hoc vocabulo terrenam cognationem cogitaret , adiunxit, Quicunque fecerit voluntatem patris mei, ipse mihi frater & mater & soror est.Tanquam diceret,de deo patre hanc cognationem appello,non de synagoga matre,ad æternam quippe vitam nunc voco,vbi immortaliter natus sum, non ad temporalem vt vocarem, mortalis effectus sum.Quod ergo ecclesia cuius vxor sit,occultatur a- lienigenis,cuius autem soror non tacetur,hæc interim causa facile occurrit,quia occultum & difficile ad intelligendum est,quomodo anima humana verbo dei copuletur siue misceatur,siue quid melius & aptius dici potest, cum sit illud deus,ista creatura.Secundum hoc enim sponsus & sponsa vel vir & vxor,Christus & ecclesia dicuntur.Quod vero cognatione coniuncti sunt Christus & omnes sancti,gratia diuina,non consanguinitate terrena, hoc est,de patre,non de matre,& effabilius dicitur,& capacius auditur. Nam & inter se, omnes sancti per eãdem gratiam fratres sunt.Sponsus autem cæterorum societate nullus illorum est . Proinde Christum, quanquam excellentissimæ iustitiæ,atque sapientiæ,tamen hominem,multo facilius & procliuius alienigenę crediderunt,non *Hiere.17.*
F quidem falso , quod homo esset, sed quomodo etiam deus esset, ignorauerunt. Hinc & Hieremias,Et homo est (inquit) & quis cognoscet eum?Et homo est, quia proditur,quod frater est,& quis cognoscet eum?quia occultatur,quod sponsus est. INTERLINEARIS. Sed & quod dixit patriarcha,Et interficient me propter vxorem meam, Iudæi impleuerunt,qui Christum occiderunt propter ecclesiam, quæ est soror Christi,de patre cœlesti,non de matre terrestri.

VLit igitur Abimelech oues & boues & seruos & ancillas, & dedit Abraham. Reddiditque illi Saram 4
uxorem suam,& ait,Terra coram uobis est,ubicunque tibi placuerit,habita.Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo , hoc erit tibi in uelamen oculorum ad omnes qui tecum sunt , & quocunque perrexeris,memento te deprehensam.Orante autem Abraham,sanauit deus Abimelech, & uxorem ancillasque

H eius ,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius,& pepcrerunt. Concluſerat enim deus omnem uuluam domus Abimelech propter Saram uxorẽ Abrahæ. G

2 *Tulit igitur Abimelech oues & boues & ſeruos & ancillas, & dedit Abraham. Reddiditq; illi Saram uxorem ſuam.*

CHRYSOSTOMVS. Vidiſti omnipotentem & variam dei ſapientiam? Qui in mortis periculo conſtitutus erat, & omnia faciebat vt mortem poſſet effugere, non ſolum mortem effugit, ſed & magnam obtinuit fiduciam,& repente glorioſus factus eſt.In hunc enim modum agere ſolet deus,non ſolum à triſtibus liberat eos,qui fortiter ſe gerunt in periculis in quæ incidunt,ſed & tantam in aduerſis præbet lætitiam,vt in eorum obliuionem omnino veniant, & in multa ſint bonorum affluentia. AVCTOR CATENAE. Tulit igitur Abimelech. Abundat hic apud Septuaginta, χίλια δίδραχμα, mille didrachmas, non enim ſunt in Hebraica litera hoc in loco, ſed paulo inferius. Diſcimus hic ergo præſentiſſimum eſſe dominum curatorem ſuorum fidelium, vt nec reges ipſi offendere queant, quem deus tuebitur. Etenim qui prius auferebat aliena, nunc propria largitur, pœnitet commiſſi, & reddit vxorem. CHRYSOSTOMVS. Et vide inſuper regis erga iuſtum illum officium. Non ſolum enim tantis muneribus illum appræmiat, vxorẽmque ei reſtituit, ſed etiam poteſtatem ei dat, vt in terra ſua habitet. *Et ait, Terra coram uobis eſt, ubicunque tibi placuerit, habita.* Nam quia didicit, quod propter illum & propter illius preces, vita ſibi danda erat, ideo ita in vagum, erronem, & antea nulli cognitum, quaſi in benefactorem & tutorem aliquem officioſius fuit. AVCTOR CATENAE. Sic reges maxime ab iniuria cauere debent, ad quod eliguntur à deo. Et præficiuntur populo, non vt dominentur, opprimant, deglubant, ſed ab huiuſmodi liberent & vindicent oppreſſos. *Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in uelamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocunque perrexeris, memento te deprehenſam.* CHRYSOSTOMVS. Alia litera habet, Ea quæ dedi fratri tuo, tua erunt, in honorem vultus tui, & omnia vere dic. Quid eſt in honorem vultus tui, & omnia vere dic? Pro his quæ per ignorantiam attentaui, te quæ es vxor iuſti, in domum meam introducendo, pro hoc ſolum, quia contumeliæ tibi auctor fui, mille dedi didrachmas, reſarcturus ea quæ à me in te ſunt admiſſa. Verum omnia alia vere dic. Omnes (inquit) à te diſcant, quod I nihil factum eſt à me iniquum, quia intacta exiuiſti de domo mea. Doce (inquit) virum tuum quod innocens ſum à peccato, diſcat à te, quod à me nihil factum ſit. Quare hæc dicit? Vt cum iuſtus ab ea didicerit, multisque fuerit rationibus edoctus, pro eo preces domino offerat. Nam poſtquam ille dixit, Omnia vere dic, hoc eſt, doce virum tuum ea quæ facta ſunt, ſtatim iuſti orationem ſubdidit ſcriptura. RABANVS. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt. Quaſi iocando loquitur, quia illa dixit fratrem ſuum eſſe, qui maritus erat. Deinde addens, Et quocunque perrexeris, memento te deprehenſam, hortatur vt in poſterum hoc meminerit, ne deinceps ſimile improperium deprehenſa incurrat. RVPERTVS. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Alluſit ad appellationem eius, dicens, Dedi fratri tuo. Ac deinceps deprehenſæ fatigans pudorem. Hoc (inquit) erit tibi in velamentum oculorum ad omnes qui tecum ſunt, tanquam diceret, Quoniam vere frater tuus eſt, filius patris tui, & non matris tuæ, veraciter dicere poteris ad omnes, frater meus eſt, & K hoc nomine velabitur & cælabitur, quod ille tuus vir,& quod tu vxor eius ſis. Hæc vbi iocoſe dixit, ſtatim ſerio ſubdidit. Quocunque autem perrexeris,memento,quod fruſtra tali nomine oculos tuos velaueris,dicendo quod frater tuus ſit, nec enim potuiſti aut poteris latere,quod vxor eius ſis,deo pro te corripiente reges,ſicut me corripuit, tuorúmque amouit oculorum velamentum, dicendo, habet enim virum. CAIETANVS. Res dono datas æſtimauit rex mille argenteis, & iocando ſemiironia dixit fratri tuo. Hoc erit tibi, & cætera. Longe aliter iuxta Habræum habetur, Ecce ipſe tibi velamen oculorum omnibus qui tecum, & omnibus, & fuit caſtigata. De Abraham dicit, Ecce ipſe tibi maritus, & quatenus maritus, velamen oculorum ad concupiſcendum te in vxorem, non ſolum relatiue ad omnes qui tecum conuerſantur, ſed abſolutè ad omnes. Monitoria verba ſunt, vt in poſterum dicat Abraham maritum ſuum, quia hoc titulo velabit oculos omnium ad concupiſcendum ipſam.Et propterea Moyſes ſubiungit qualia fuerint hæc verba regis ad Saram, manifeſtando,& fuit caſtigata, hoc eſt, reprehenſa, vt in poſterum non diceret Abraham fratrem ſuum, ſed maritum. L AVCTOR CATENAE. *Si* vulgatam mauis ſequi lectionem, loci huius iſte ſit ſenſus.Hoc erit tibi in velamen oculorum, id eſt modus iſte loquendi quo virum tuum fratrem tuum vocaſti, qui eſt quoddam veritatis velamen, tibi ſit inter illos qui tecum ſunt, qui cognoſcunt ipſum virum tuum eſſe, quia locutione huiuſmodi non decipientur, credentes te ſolutam eſſe à viro. Sed quocunque ieris inter extraneos, memento te deprehenſam vxorem eſſe Abrahæ, vnde inter extraneos non vtaris tali loquendi modo. Et de locutionis forma taxat eam, ſicut etiam increpauerat Abraham paulo ſuperius. Verum quia Hebraica litera, vbi nos habemus, Et quocunque perrexeris,memento te deprehenſam, aliter ſe habet, éſtque huiuſmodi: וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת Veeth col venochâhath, Et difficultas maxima eſt in his verbis, quæ aliter & aliter ab aliis redduntur, ideo ſingulorum ſententiæ referendæ ſunt. Nam nochâath volunt aliqui participium eſſe paſſiuum fœmininum radice נָכָה iachah, quod corripere, arguere, & reprehendere ſignificat. M Alij participium præſens actiuum, alij futurum paſſiuum. Sic itaque vertunt nonnulli, & ad omnes (ſupple erit velamentum, nedum ad eos qui tecum ſunt) Et corripiaris, ſiue eſto increpata, vel reprehenſa. Vnde in litera noſtra fortaſſe debet legi (vt in aliis quoque Latinis codicibus legimus) memento te eſſe reprehenſam. Quæ tota periodos addita eſt ab interprete explicandæ rei gratia, quid vna illa dictione nochâhath ſignificetur, nec malum eſt quandoque aliquid addere, vt res fiat apertior, quod & Chaldaica facit hoc in loco, & alibi pluries. Alij dixerunt, Et admoneberis, ſeu caſtigaberis, vel documento tibi erit. Sed idem fere eſt. Dicúntque hunc verborum eſſe ſenſum. Hoc argentum erit tibi operimentum, prætenſio, vel prætextus excuſationis tuæ, ad omnes qui tecum ſunt,& ad quos peruenies, & cum quibus conuerſaberis. Poteſt etiam Hebraica phraſis eſſe, quaſi dicat dedi viro tuo paruum munus pro emendis tibi & his quæ tecum ſunt velis ad operiendum oculos, quoniam forte mulieres in illis partibus velatæ frontem incedere conſueuerant

A ſueuerant,ſicut & modo Alexandriæ,& in Charris Saracenæ faciunt, & hoc ne rex videretur liberalitatem ſuam iactare. Quemadmodum etiam quandoque Portugaliæ reginæ donantur quindecim aureorum milia pro calceis. Verum tu eſto correpta & caſtigata,ne poſthac in ſimilia incurras. Alij verba huiuſmodi reddiderunt,Et ad omnem arguentem,vt videlicet pecunia non ſit tantum in velamen ad eos qui tecum ſunt,ſed & ad omnem qui te præſumpſerit arguere,& tuum honorem commaculare.Nemo(inquam)te reprehendere poterit,quam rex tanto munere dignam æſtimauit,tantoq; fauore affecit & beneficiis. Legunt alij, Ecce eſt tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt,Et ſic cum omnibus reprehenſa eſt.Quæ poſtrema verba aſſerunt eſſe Moyſi,nõ regis, vt dicat, Argentum & munus illud quod tibi dedi, erit omnibus qui tecum fuerint in operimentum oculorum, nam operient oculos ſuos ne te aſpiciant,dicentes, Rex Abimelech per hãc pecuniam redemit animam ſuam,eo quod miſiſſet manum in vxorẽ prophetæ. Ipſa autem Sara propter verba quæ dixerat, Frater meus eſt, cum eſſet B vir eius,ab omnibus fuit reprehẽſa,ne videlicet ita diceret,in Aegypto enim etiam ſic dixerat, & fortaſſe in aliis locis.Nec ab his diſſentiunt qui & alio modo reddiderunt, videlicet, In omnibus vel cum omnibus, hoc eſt,eſto quod rex mille argenteos dederit,& verba illa dixerit,eruditus ſe,id eſt cautior facta eſt,ne poſtea diceret virum eſſe fratrem.Chaldaica vt ſolet,difficilem locum pluribus verbis illuſtrat(inquiens)Ecce dedi mille ſiclos argenti fratri tuo.Ecce illud eſt tibi velamen honoris,pro eo quod miſerim tollere te,& viderim te,& omnia quæ tecũ ſunt,& ſuper omnia quæ dixiſti, eſtoq; reprehenſa.Hæc illa Septuaginta paulo diuerſius, ταῦτά σοι ἔσαι εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου,καὶ πάσαις ταῖς μετὰ σοῦ, καὶ πάντα ἀλήθευσον, Hæc tibi erunt in precium faciei tuæ, & omnibus quæ tecum,& omnia vere loquere.Ad fœminas autem tantum referunt.Et omnibus quæ tecum.Hebraicum autem dominus in fide poſtulantibus, quæ & dominus ſine precibus faceret, ſed vult nos exerceri affectibus mutuæ charitatis. Mulierum autem infirmitas fuit clauſura ventris, & pariendi impoſſibilitas. Apparet inſuper vnicam regem habuiſſe vxorem reginam, etiam ſi forte pro more concubinas habuerit non paucas.Ancillæ autẽ, ſeruorum vxores dicuntur, quæ denuo ſuſceperunt beneficio Abrahæ orantis generandi facultatem,regis & ſerC viri multum laborauerunt,& neſcimus an adhuc illum aſſequuti fuerimus. Lector laborem noſtrum qualemcun queboni conſule. *Orante autem Abraham,ſanauit deus Abimelech,& uxorem ancillasq; eius,& pepererunt. Concluſerat enim deus omnem uuluam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ.* AMBROSIVS. Hoc æquè ad œconomiam pertinet,vt Saræ partus dei donatus promiſſione, etiam hoc fulciretur teſtimonio, cum aduertas dei offenſione & fœcundas ſterileſcere,& rurſum domini voluntate ſteriles fœcundari,iuxta quod ſcriptum eſt,Nonne ſterilem & parientem ego feci,dicit dominus? CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo dominus volẽs iuſtum per omnia reddere illuſtriorem,precibus patriarchæ ſalutem regis & omnium quæ in domo illius donat.Propterea quanuis alienus eſſet à peccato rex, plagam hanc induxit dominus, vt precibus iuſti annuens, eam ſoluat,& iuſtum clariorem & illuſtriorem efficiat. Nam ſemper omnia ita facit & tractat, & ſingula diſpenſat dominus, vt qui ſibi ſeruiunt, quaſi luminaria reluceant,& eorum virtutem vbique manifeſtum faciat. CAIETA- D NVS. Orante autem Abraham, & cætera. Vt adimpleretur ſermo diuinus, orauit Abraham deum vt innocentes abſolueret à vinculis ægritudinis, & iuſtus iudex exaudiuit eum,& pepererunt.Iuxta Hebræum habetur, & genuerunt. Aiunt dictionem Hebraicam ſonare actionem generatiuam communem viro & mulieri, & ſi ita eſt,non ſolum ad vxorem & ancillas, ſed etiam ad ipſum Abimelech referri poteſt, & genuerunt, hoc eſt, & libere applicarunt ſe ad actus generandi. Et hinc habetur communis ægritudo Abimelech & mulieribus, videlicet impedita facultas coeundi.Concluſerat enim dominus omnem vuluam domus Abimelech. Iuxta Hebræum habetur, Quia ſtringendo ſtrinxit Iehouah per omnem vuluam domui Abimelech. A fœminino ſexu deſcribitur plaga communis vtrique ſexui,non enim dicitur quod ſtrinxit omnem vuluam,ſed ſtrinxit per omnem vulua, ad inſinuandum impeditum vſum vuluæ per hoc quod deus ſtrinxerat, hoc eſt,facultatem ademerat aperiendi meatus ſeminandi ad generandum hominem. Et attribuitur hoc flagellum non elohim, ſed iehouah, ad ſignificandum quod non punitio, ſed prouiſio fuit proficiſcens ab ipſo fonte eſſendi. Propter Saram. Deeſt vna dictio.Legendum eſt,Propter rem Saræ vxoris Abrahæ. AVCTOR CATENAE. Et pepererunt. E pro verbo יָלַד ialad,quod parere ſeu gignere ſignificat in Hebræo,Chaldaica hic poſuit,Et refrigerati ſunt. Deinde quod ſequitur,Concluſerat enim dominus,& cætera in Hebræo ita legitur כִּי עָצֹר עָצַר יְהוָה בְּעַד כָּל רֶחֶם Chi azor azar adonai bead col réhem, Quoniam concludens concluſerat dominus de foris omnem vuluam, & cætera, ſic & Septuaginta. Chaldaica, Omnem aperturam vuluæ, ſed idem eſt.Incertum autem quod languore rex ægrotauerit, quicquid Iudæi commiſcantur, certus Abraham erat de verbis regis quia illibatam reddidiſſet, & non ſine ſua culpa videbat ægrotantem regem & familiam, ideo orat, & velociter exauditur,nihil enim F uorum petulantia à domino iam antea punitæ.

INTERLINEARIS ET ORDINARIA. Sed & ſecundum ſpiritalem ſenſum, Pœnitens Abimelech dona offert Abrahæ, & principes terræ conuerſi, pulchritudinem eccleſiæ diligentes, omnia quæ habuerunt Chriſti ſeruitio obtulerunt. Terra etiam vbi placuerit datur Abrahæ inhabitanda. Quia qui aliquando terrore principum credere diſtulerant, eiſdem iubentibus ad eccleſiam ſe contulerunt, & per omnes mundi partes gloriam Chriſti & eccleſiæ dilatauerunt. AMBROSIVS. Sed & illud ad ſynagogæ & eccleſiæ myſterium dictum accipitur, quod orante Abraham ſanata eſt alienigenæ domus ſterilitas, quia & ſynagoga partus habere deſiuit, quæ ſucceſſionis fraudata eſt poſteritate, & congregatio nationum, quæ ſterilis erat,cum deum ignoraret,partus cœpit habere æternos.Vnde lectum eſt,Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam plures filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. RVPERTVS. Orante autem Abraham factum eſt hoc, videlicet ipſo dei filio, Abrahæ ſemine Chriſto interpellante. Ipſe enim (vt ait Apoſtolus)interpellat pro nobis.Sed & notandum quod domus Abimelech,id eſt gentium,

Myſticè.

Eſa. 66.

Gal. 4.

Roma. 8.

quorum hodie deus pater est, Ecclesia est, in qua domo alia est vxor, scilicet quæcunque anima vnitur domino G
deo, alia ancilla, quæ timore vel pro causa temporali inseruit fidei, vel doctrinæ verbo. Omnes tamen pariunt, si-
Homi. 6. ue per amorem deo vniantur, siue per timorem, vel temporalem causam fidei verbo inseruiant, quia quocunque
modo Christus annuntietur, auditores credendo, filij dei fiunt. ORIGENES. Ecclesia igitur dei sic intel-
ligat partus, sic generationes accipiat, sic patrum gesta decora & honesta interpretatione sustollat. Sic verba spi-
ritus sancti non ineptis & Iudaicis fabulis decoloret, sed plena honestatis, & plena virtutis atque vtilitatis assi-
gnet. Alioquin quæ nobis ædificatio erit legentibus, Abraham tantum patriarcham, non solum mentitum videri
Abimelech regi, sed & pudicitiam coniugis prodidisse? Quid nos ædificat tanti patriarchæ vxor, si putetur con-
taminationibus exposita per continentiam maritalem? Hæc Iudæi putent, & si qui cum eis sunt literæ amici, non
spiritus. Nos autem spiritalibus spiritalia comparantes, & actu & intellectu spirituales efficiamur in Christo Iesu
domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum Amen. H

IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMPRIMVM ARGVMENTVM.

Nascitur Isaac, eiicitur Agar cum Ismaele, quam consolatur angelus. Fœdus Abimelech cum Abraham. Bersabee.

CAPVT XXI.

1 VIsitauit autem dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei deus, cum centum esset annorum. Hac quippe ætate patris natus est Isaac. Dixitque Sara, Risum fecit mihi deus, & quicunque audierit, corridebit mihi. Rursumque ait, Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam se-
ni? Creuit igitur puer, & ablactatus est, Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. 1

Lectio pri. CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro, postquam iustum ita liberauit dominus à molestiis, quomodo ite- K
rum corona bonorum illi traditur, nempe quod nunc eueniunt, quæ olim à deo promissa sunt. Inquit ergo scri-
ptura, *Visitauit autem dominus Saram, sicut promiserat & impleuit quæ locutus est.* Quid est, Visitauit, sicut locutus est?
Quemadmodum (inquit) promisit, quãdo hospitio exceptus est cum angelis apud quercum Mambre. Nam quod
dixit, Quia in tempore hoc veniam, & erit Saræ filius, hoc nunc opere impletum est. Et quæ natura denegabat,
ea videbant euenisse, non iuxta humanum & solitum morem, sed per diuinam gratiam. CAIETANVS.
Visitauit autem dominus Saram, & cætera. Vtrunque opus (visitationis internæ, donando ei vim generatiuam, &
facti externi, donando ei filiũ) attribuitur fonti essendi, vt à supremo principio manifestetur proficisci etiam hæc
infima beneficia specialissima, non qualitercunque, sed tanquam à visitante, curamq; habente horum singulariũ.
AVCTOR CATENAE. Visitauit ergo dominus Saram, curauit adimplere circa illam quæ promiserat.
Consolatus est illam insigni beneficio. Desiderij illius æstum refrigerauit, infra tempus quod indixerat, sanctæ L
Sermo. 68. *tempore quo prædixerat ei deus.* AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Defece-
rant Saræ venire muliebria, quia iam lassa defecerant membra. Totum corpus sulcatur in rugas, fit perarata fron-
te, & exhausta senectute. Deficiente sanguine in venis, tristis senectus delassatur, sed diuino iudicio ætatis feruor
accenditur. Meliorem facit diuina promissio matrem, quam ætas non fecerat generare. Accepit genitrix nomen,
quod ei sterilitas temporis subtraxerat. Longe deficientibus membris Isaac concipitur, subito inanes ac marce-
scentes venæ rediuiuo sanguine ferbuerunt, & emortua seni viscera, calefacto sanguine vaporata, vsque ad par-
tum inquilinis sunt caloribus animata. Iuuenilis ætas incaluit, & calefacto sanguine vaporauit. Fit anus fœta, fit
senex grauida, crescit venter per dies singulos, & conualescente partu, tumescentis vteri capax sinus extenditur.
Fit sarcina, & desideratus affectus ex visceribus lassis, onus nimium exoptata posteritas. Portabat vterum grauem
talis mater, quæ inanis ambulare vix posset. Sed quia credulitatis fuerant quæ acceperat, defecta viscera fides va- M
lidior animabat. Marcidæ mammæ, quas in vacuos folles subducti succi detrimenta lassauerant, lacte ei fontis
vbertate tenduntur. Fit mater in pectore, fit mater in partu, fit (inquam) mater, quæ auia fuerat per ætatem. Dedit
Sermo. 73. fides vetustis nouos visceribus ignes, sic Isaac credulitate nascitur, vt eorũ fides in progenie enarretur in secula.
IDEM. In vtroque senes creandæ prolis desperatio retinebat, vtpote post tempus quod natura fraudauerat,
ætas in sene patre, sterilitas in anicula matre. Iam enim Sara actus suæ vuluæ perdiderat, & senem patrem vis ge-
nerandi lassauerat, quia fructum sterilis non habebat. Ecce subito frigens vulua materna, non instinctu libidinis,
sed fomite virtutis incaluit, rediuiuo successit flore iuuentutis. Et nouissimis annis fœta & fessa mulier, quæ non
Hierem. 1. nouerat in iuuentute concipere, discit in senectute lactare. Discite coniugati vacare effectum seminis, vbi non
fuerit munus auctoris, ipso dicente, priusquam te formarem in vtero noui te. RVPERTVS. Hoc igi-
tur ad laudem & gloriam veritatis factum est dei, quod concepit & peperit Sara filium, fidei precium,
gaudium

A gaudium parentum, domus splendorem, generis decus, posteritatis spem. Idcirco recte præmissum est, Vi-
sitauit dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quę locutus est. Visitatio nanque dei, larga gratiæ eius dona-
tio est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et concepit & peperit Sara Abrahæ filium senectutibus
eius. Et est pronomen eius masculini generis, ita quod senectus, nõ Saræ, sed Abrahæ refertur. Et est constructio
appositiua. Sara peperit Abrahæ, senectuti Abrahæ. Plurali autem numero significant Hebræi senectutem, propter
multitudinem ætatis senilis, variatur enim ætas senilis per primum senium, per senectutem, per decrepitam æta-
tem. Tempore quo prædixerat ei deus. Non Saram, sed Abraham demonstrat pronomen ei. Et nomine Elohim
appellatur deus, ea ratione, quia adimplere promissum tempore promisso, species est iustitiæ. AVCTOR
CATENAE. Concepitq; & peperit filium in senectute sua. Hebraicè est בֶּן לְזִקֻנָיו ben lizkunaf, Filium sene-
ctutis eius, scilicet Abrahæ, vt patet ex pronomine Hebraico, & ipsa vocis cadentia, quæ masculina est. Et vera
B phrasis Hebraica est, qua viris suis dicuntur in his literis mulieres filios parere, eorúmque senectæ aut iuuentæ.
Septuaginta ambiguum dimiserunt, ad quem senectutem istam referant, ἔτεκε σάῤῥα τῷ ἀβραὰμ υἱὸν ἐις ὰ γήρας,
Peperit Sara Abrahæ filium in senectutem. Chaldaica sicut in nostra. Concepit igitur & peperit Sara ipsi Abra-
hæ filium senectutis, sicut dixerat eidem dominus. Exaggerationes asseuerationum sunt, quibus incredibilis rei
gestæ fides firmatur, ne quis abdubitet centenario de nonagenaria filium gigni figmentum esse. Veracem deniq;
& fidelem dominum testatur, qui promissa statuat, fallere nesciat, neque falli. *Vocauitq; Abraham nomen filij sui*
quem genuit ei Sara, Isaac. CHRYSOSTOMVS. Non autem absque causa assignauit, quem genuit ei Sa-
ra. Non enim simpliciter dixit, vocauit nomen filij sui, sed adiecit, quem peperit ei Sara, infœcunda scilicet illa
& vetula. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Natus est Cap. 31.
Abrahæ secundum promissionem dei de Sara filius, eumq; nominauit Isaac, quod interpretatur risus. Riserat
enim & pater, quando ei promissus est, admirans in gaudio. Riserat & mater, quando per illos tres viros ite-
C rum promissus est, dubitans in gaudio, quanuis exprobrante angelo, quod risus ille etiam si gaudij fuit, tamen
plenæ fidei non fuit. Post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit, nam
quod risus ille non ad irridendum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium pertinebat, nato Isaac, & eo
nomine vocato, Sara monstrauit. Ait quippe, risum mihi fecit deus, quicunque enim audierit, congaudebit
mihi. AVCTOR CATENAE. Vitauit hic more solito repetitiones Hebraicas interpres, & breui-
tati consuluit. Desunt enim duæ dictiones quæ sunt in Hebræo הַגּוֹלֵד לוֹ Hanólad lo, Qui natus est ei, & Septua-
ginta, τῷ γεγομμένῳ αὐτῷ, Qui fuit illi. Ita vt dicatur, Vocauitq; Abraham nomen filij sui qui natus est ei, quem
peperit ei Sara, Isaac. Sic & Chaldaica. Et forte non tam phrasis hoc in loco, quàm exaggeratio asseueratio-
nem est. Isaac itaque nominatur à patre natus puer (sic enim dominus præmonuerat) pro ipsius Abrahæ risu
qui intercesserat, eo quod gaudium ingens parentibus ingerebat. Verius autem, quia salus & gaudium anima-
rum, toti mundo promittebatur in Christo, vero Abrahæ semine. *Et circuncidit eum octaua die, sicut præceperat ei*
D *deus, cum centum esset annorum.* CHRYSOSTOMVS. Sic enim præceptum acceperat, vt die octauo
circunciderentur, qui posthac nascerentur. AVCTOR CATENAE. Verba hæc, cum centum esset
annorum, iuxta Hebræum, de sequenti clausula sunt. Ordina autem sic literam, circuncidit eum octaua die,
cum centum esset annorum, sicut præceperat ei deus. Nam quando circuncisionis præceptum accepit patriarcha,
videlicet infans octo dierum circuncidetur in vobis, nonaginta fuit annorum, sed cum illud in Isaac adim-
pleuit, iam erat centenarius. Obedientia igitur hic ex fide promissionum notatur. Voluit dominus vacare fi-
lios gratiæ omni immunditia superfluæ libidinis, distingui ab infidelibus, memores esse futuri seminis promissi
humano generi, in quo benediceretur. Circunciditur octauo die, in quo infantuli teneritudo non obstaret my-
sterio, Ecclesiæ membrum futurus fide parentum, non propria inserendus in ecclesiam domini, cuius signum
erat circuncisio. CHRYSOSTOMVS. Porro vt vlterius discamus ineffabilem misericordiam dei,
quod quæ apud homines impossibilia sunt, apud eum sint possibilia, idcirco nobis tempus assignauit iterum di-
uina scriptura, & post partum docet nos, quod Abraham centum erat annorum. *Hac quippe ætate patris natus est*
E *Isaac.* AMBROSIVS. Et tu si perfectus fueris, habebis posteritatem lætitiæ, exultationis hæreditatem.
AVCTOR CATENAE. Tota hæc litera valde confusa recitatur, quæ tamen in Hebræo clarissima
est (inquiens) וְאַבְרָהָם בֶּן מְאַת שָׁנָה בְּהִוָּלֶד לוֹ אֶת יִצְחָק בְּנוֹ Ve Abraham ben meath sana behiuáled lo eth iz
hak beno, Et Abraham erat filius centum annorum, quando natus est ei Isaac filius suus. Sic & Chaldaica,
Sic & Septuaginta. Centum autem annorum senex Abraham generat, ne difficile quiddam etiam in aliis dei
promissionibus credamus, cui nihil impossibile, qui nostra omnia paterne curat, quantumlibet diu differat bene-
ficium. *Dixitque Sara, Risum fecit mihi deus, & quicunque audierit, corridebit mihi.* CHRYSOSTOMVS.
Quid est risum fecit mihi deus, & quicunque audierit, corridebit mihi? Lætitiæ occasio mihi partus est. Et
quid mirum, si mihi gaudium? Omnes enim qui audient, habebo congratulantes, non quia peperi, sed
quia sic peperi. Tam admirabilis rarúsque partus omnes in admirationem adducet, & maiorem omni-
F bus voluptatem afferet, cum sciuerint quod ego quæ nihil à mortuis differebam, quantum ad generationem,
subito mater facta sum, & è vulua exiccata puellum peperi. Et lactare possum, & fontes lactis emittere, quæ
nullam spem pariendi habebam. Omnes ergo auditores participes gaudij mei faciam. Magnum enim do-
num mihi à deo concessum est, & quod humanam transcendit infirmitatem. CAIETANVS.
A risu significat gaudium tam magnum, vt etiam extra prodeat. Risus enim signum est lætitiæ. Et
vtitur ridendi vocabulo, ad reddendum rationem nominis Isaac, quod à ridendo dictum est, eo quod
magna parentum lætitia esset, post tantum temporis, in tali ætate, cum tot miraculis natus filius. Deus
enim hoc nomen prænunciauit, antequam Sara risisset præsentibus angelis. AVCTOR CA-
TENAE. Risum fecit mihi dominus, & cætera. Chaldaica enodare volens quid significent verba
hæc (inquit) Gaudium mihi fecit deus, omnis qui audierit congratulabitur mihi. Sic itaque risum pro gaudio
nominat Sara, quæ pro filio in tanta ætate nato non poterat non vehementer gaudere, hærede suscepto de

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprio corpore, non posthac contemnenda ab ancilla. Omnis qui audierit, ridebit mihi, omnes sancti omnium seculorum gaudebunt Saram habere sanctam prolem, de quo sanctus sanctorum generandus sit. CHRYSOSTOMVS. Deinde admirans, & attonita de facto subdidit, *Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?* Nam propter hoc & lactis fontes ei concessi sunt, vt partum magis credibilem facerent, & ne quis suppositicium esse putaret puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabãt præter humanam expectationem hoc euenisse. Ideo dicit, Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni: Quoniam (inquit) super naturam est hoc factum, propterea quis credet? quis mente concipiet? quæ mens comprehendere poterit, quæ ratio sufficit, vt inueniat facti huius euidentiam? Quod lactat puerum Sara, quod peperi filium in senectute mea, quod ego quæ senui, parere potui, & in hac ætate filium alere possum. Exo. 17. Numeri. 20. Non sic admirabile fuit, quod ex petra in deserto scaturierint fontes aquarum, quando illam Moyses virga percussit, sicut de vulua iam emortua puerum nasci, & lactis fontes scaturire. Quis igitur hoc nouum & admirabile & præter expectationem concessum referenti viro meo crederet, quod peperi ei filium in senectute mea, cui præter sterilitatem sufficiebat senectæ tempus, ne mihi prolem pollicerer, quodq; & ipsa puerum alo, & lacte meo enutrio? Veruntamen impedimenta hæc omnia è medio tulit dominus, & pueri partum, & lactifluos fontes mihi concessit. Hæc considerantes, & nos eandem quam iusti illi patientiam habeamus, & nunquam desides simus, sed spe bona recreemur, scientes quod neque rerum difficultas, neque aliud quid humanum obstaculum nobis esse poterit, si quando gratia dei suam declarare voluerit liberalitatem. Quotiens enim ille annuit, omnia sibi cedunt & obtemperant, & difficilia facilia sunt, & impossibilia possibilia, tantum firmam in ipso fidem conseruemus, & ad magnitudinem potentiæ suæ spectantes, humanis omnibus superiores fiamus. Nam qui futura bona, & ineffabilia illa promittit, his qui cum virtute vitam hic peregerint, quanto magis & ea quæ hic opus est prębebit, & maxime si nos illa desiderantes, præsentia despiciamus? Tunc enim eis maxime & vbertim fruemur, quando ea contempserimus. AMBROSIVS. Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Moralis locus. Prouocantur fœminæ meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hæc enim matris gratia, hic honos, quo se propriis commendent viris. Denique eos plus amare filios solent, quos ipsæ matres lactauerint vberibus suis. INTERLINEARIS. Quis auditurus crederet, & cætera. Verba sunt de collato sibi beneficio exultantis, & dei gratiam commendantis. CAIETANVS. Longe aliter habetur iuxta Hebræum. Et dixit, quia locutus est Abrahæ fecit lactare filios Saram, quod genui filium senectutibus eius. Verba Saræ sunt agnoscentis tria dei beneficia. Primum est promissionis diuinæ factæ Abrahæ de Isaac secundum est, quod idem qui allocutus est Abraham, effecit vt ipsa Sara abundaret tantum lacte, vt lactaret non solum filium sed filios, hoc est, multos infantes. Exuberans siquidem lac Saræ exigebat, vt etiam alteri infanti lac præberet. Tertium beneficium est, quod ipsa peperit filium senectuti Abrahæ. Nec mireris præposterum ordinem inter partum & abundantiam lactis. Familiaris siquidem Hebræis videtur huiusmodi trãspositio. AVCTOR CATENAE. Rursũmque ait, Quis auditurus, & cætera. Hebraica hoc in loco sunt huiusmodi: וְהֹאמַר מִי מִלֵּל לְאַבְרָהָם הֵינִיקָה בָנִים שָׂרָה כִּי יָלְדָה בֵן לְזִקְנָיו Vatómer mi millel le Abraham henika banim Sara, chi ialádti ben liz kunaf, Et dixit, quis dixisset Abrahæ, lactare fecit filios Saram? quoniam peperi filium senectuti eius, vel in senectute eius. Quasi sic velit dicere Sara, Certissime ab omnibus semper deo credendum est, implet enim promissa, filium dedit, quem toties dudum promiserat. Et ne quis suppositicium accuset, ecce fecit me vetulam nonagenariam lactare non solum filium hunc meum, sed & aliarum si vellem. In quem sensum tendit & Chaldaica, habens, Fidelis est qui dixit Abrahæ, & impleuit quod lactaret filios Sara, quia peperi filium in senectute sua. Vel numerus pro numero ponitur iuxta consuetudinem loquentium, non solum Hebræorum, sed & aliorum. Septuaginta, τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραάμ, Quis annunciabit Abrahæ. Videntur ergo in alium sensum accipere quam vertit interpres, de eo enim intelligit Sara, qui nuncium Abrahæ allaturus esset, nimirum de re prodigiosa. Quódque sequitur, quem peperit ei iam seni, iidem senium non ad Abraham, sicut veritas habet Hebraica, sed ipsam Saram referunt, ὅτι ἔτεκον υἱὸν τῷ γήρει μου, Quia peperi filium in senectute mea. *Creuit igitur puer, & ablactatus est, Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* AVGVSTINVS ET AMBROSIVS. Non mediocre istud, nec vsitatum. Nec die quo natus est ei filius, quia quod ortum est, occidit, nec die quo circuncisus est, quia hoc non est huius temporis, sed in die ablactationis eius epulum facit, in quo intelligitur profectus mentis. Non enim quia à nutricis lacte subductus est puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratiæ cibo, & virtutis alimento, non adhuc vt Corinthij lacte potandus, sed epulis solidioribus mandatorum cœlestium mentis suæ lacertos firmans. GLOSSA GRAECA. Attende si in tota diuina scriptura inuenire possis de homine non iusto dictum, Et creuit, vel multiplicatus est. Itémque quod de Isaac dictum est, & ablactatus est. Quod quia de Ismaële scriptum non est, ideo cum adhuc viginti annorum esset, puer dici meruit. CAIETANVS. Laudabilis autem consuetudo, vt initium comedendi primogeniti celebraretur communi lætitia magni conuiuij. AVCTOR CATENAE. Post biennium autem vel triennium ablactat puerum Abraham, & conuiuium instruxit, non die natalitio. Sancta quoque Machabæorum mater legitur triennio lactasse filios. Solenni autem hoc conuiuio edocemur, quod deo præcipue placet fidelium à carnalibus oblectamentis abstractio, propter quod loquitur Esaias capite vigesimo octauo, Quem docebit dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere.

Mysticè. *Homil. 7.* ORIGENES. Moyses nobis legitur. Deprecemur dominum, ne secundum verbum Apostoli, etiam apud nos cum legitur Moyses, velamen sit positum super cor nostrum. Lectum est, quod visitauit dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Concepitq; & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deus. Vocauit autem Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac. EVCHERIVS, INTERLINEARIS, RABANVS, RVPERTVS, ET AVCTOR CATENAE.

Prosequa-

A Prosequamur ergo mysterium nouum & maximum quòd hic latet. Tunc visitauit deus Saram, generosam principem illam Iudæorum synagogam, quando verus Isaac, verum gaudium nostrum, Christus filius dei, de illa secundum carnem natus est. Tunc (inquam) visitauit illam dominus deus sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Vnde in Cantico euangelij Zacharias dicit, Benedictus dominus deus Israël, quia visitauit & fecit redẽptionem plebis suæ. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Et Apostolus, Quotquot enim (inquit) promissiones dei sunt, in illo est. Ideo per ipsum, Amen deo ad gloriam nostram. Et hunc peperit Sara illa, tempore quo prædixit ei deus. Prædixerat enim per quendam dicens, Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, & ita factum est. Vix enim ablatum est sceptrum de Iuda, regnante Herode alienigena, & natus est ille de virgine Maria. Quod autem natu

B ræ sic affectæ fructus posteritatis nõ debebatur, significat quod natura generis humani peccato vitiata, ac per hoc iure damnata, nihil veræ fœlicitatis in posterum merebatur. Recte ergo significat Isaac per repromissionem natus, dominum Iesum, qui nos filios effecit gratiæ, ciues ciuitatis liberę, socios pacis æternæ. Vocatus est autẽ puer Isaac, qui risus interpretatur, & dominus Iesus quoq; risus est & gaudium omnium electorum, quoniam ipse est desideratus cunctis gentibus, ideoque nato illo gauisi sunt angeli & pastores, quibus dictum est, Ecce euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Circuncisio autem Isaac die octaua facta, nascituri & ipsa de eius semine saluatoris prophetia fuit, eo quod nos in præsenti per baptismum ab omni peccato mundaret, & in futuro per resurrectionem ab omni mortis corruptione liberaret. Octonarius siquidem resurrectionis gloriæ cõuenit. Dominus enim octauo die, id est post septimam sabbati resurrexit, & nos post sex ætates huius seculi, & septimam sabbati, id est quietem animarum, quæ interim nunc in alia vita geritur, quasi octauo tempore purissimi, hoc est, ab omnibus carnalis cõ

C cupiscentiæ & corruptionis vitiis in quibus luxuria maxime regnat, expoliati resurgemus. Porro ætas Abrahæ cẽtenaria quando ei natus est filius, ad nouissima tempora, imò ad illam secundum diuinitatis consilium, respicit plenitudinem temporis, de qua dixit Apostolus, At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factũ ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Nam vbi significandum fuerat dei donum, quod ingratis hominibus gratis gratia largiretur, sic oportuit filium dari, quẽadmodum naturæ nõ debebatur excursu. Negat enim natura iam filios tali commixtione maris & fœminæ, qualis esse poterat Abrahæ & Saræ in illa iam ætate, etiam mulieris accedente sterilitate, quæ nec tunc parere potuit, quando non ætas fœcunditati, sed ætati fœcunditas defuit. Sed & quæ sequuntur à Sara dicta, Contraria vel repugnantia sibi videntur. Quicunque audierit, corridebit mihi, & quis auditurus crederet Abraham? Etenim qui audiens corridet, vtique auditui credit, in quo & gaudet. Et è contra, Qui audiens non credit, profecto auditui non corridet, nec congaudet. Dixit enim Sara vtrunque, Quicunque audierit, corridebit mihi, & quis auditurus crederet Abrahã. Igitur prophetice dicta hæc esse intelligi oportet de ortu Isaac futuri, cuius hic forma est, & esse

D paria prophetiæ Simeonis dicẽtis, cũ illum in vlnis gestaret, Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Nam qui audit, & non credit, iuxta quod propheta dicit, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? ei in ruinam. Et qui audiens conridet, ei in resurrectionem positus est. Itaque sicut subdiuisa dictio est, ita, Dixitq; Sara, Risum fecit mihi deus, quicunque audierit corridebit mihi, Rursũmque ait, Quis auditurus crederet Abraham? Ita de diuisione bonorum & malorum, fidelium & infideliũ intelligendum est. Dicat itaque illa quæ per Saram intelligitur mater omnium nostrum, Hierusalem libera, quæ sursum est, dicat (inquam) nato sibi vero Isaac risum fecit mihi deus, quicunque audierit, conridebit mihi. Ecce enim vere illi totus orbis conridet, quia filius eius vnicus magnum & verum gaudium toti mundo attulit. O piũ desiderium, pia spes, & longa suspiria populi sanctorum, curui & anheli, vtpote longo iam senio prouecti. Quomodo in gaudium subleuatus, & in risum est dilatatus? Quomodo abstersa est omnis lachryma ab oculis eius? Quomodo risit mater illa Hierusalem, vbi talis illi natus est filius? Nam quantam tunc habuerint materiã ridendi testatur Esaias, cum dicit, Excutere de puluere, sede Hierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Sion, quia

E hæc dicit dominus deus, Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Sed dicat etiam beatissima Virgo illa, templum domini, sacrarium spiritussancti, quæ saluatorem secutorum & regem angelorum lactauit, dicat cum Sara, Risum fecit mihi dominus, quia matrem me vnigeniti sui inuiolatam esse voluit. Et quicunque audierit, corridebit mihi. Vere enim vniuersi fideles in hoc sanctissimæ illi virgini congratulãtur de semetipsa dicenti, Quia respexit dominus humilitatẽ ancillę suæ, ex hoc beatã me dicẽt omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potẽs est, & sanctum nomen eius. Et in cuius persona sancta canit ecclesia, Congratulamini mihi omnes qui diligitis dominum, quia cum essem paruula, placui altissimo, & de meis visceribus genui deum & hominem. Quod etiam Virgo hæc sanctissima filium lactauerit, tam super naturam fuit, quod pene quibusdam incredibile visum est. Dicat igitur & ipsa mater & virgo, Quis auditurus credederet Mariam puerum lactantem vbere de cœlo pleno? Quis (inquam) sine dei lumine, sine sancti afflatione spiritus

F mente concipiat, quod domus pudici pectoris repente templum fiat dei, & intacta virum nesciens, verbo concipiat filiũ? Quæ ratio inuenire sufficiens est tanti operis excellentiã? Quomodo qui creator est, fuit in vtero creaturæ, Qui immensus est, capiatur. Diuites cõstitues, pauper efficiatur, incorporeus, carne vestiatur, sermo crassescat, videaẽ inuisibilis, palpeẽ impalpabilis, cõprehẽdatur incõprehẽsibilis? Quẽ cœli & terra benedicũt, in præsæpe collocetur, infãtilib⁹ inuoluatur pãnis, paruoq; lacte pascatur? Numeretur in seculo, qui est ante secula? Quis igit̃ auditurus crederet Abrahã, quod Sara lactaret filium quẽ peperit ei iam seni? Creuit autem (inquit) puer, & ablactatus est, Fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis suæ. ORIGENES. Quid? putamus quia propositum sit spiritui sancto historias scribere, & narrare quod à lacte depulsus sit puer, & conuiuium factum sit, quomodo luserit, aliaq; puerilia egerit? An per hoc putandum est, quod diuinum aliquid nos edocere velit, & dignum quod humanum genus dei vocibus discat. RVPERTVS, Est igitur hic quoque certi pulchritudo mysterij, quæ lactentes adhuc paruulos ad solidum cibum prouocare possit. Est enim quoddam lac & quædam infantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

fantia,quam verus Isaac, scilicet Christus cito excessit, quam & supergredi oporteat quemq; idoneum imitatorē Christi, nempe quia paulatim de carnalibus legis cærimoniis intermittens sermonem, ferebat pueros ad perfectionem. Illic profecto grande conuiuium est,cum destitutis lacteis,id est infantilibus ritibus, verbi gratia, brutorum animalium sacrificiis, transducit suos ad verum & vnicum sacrificium corporis & sanguinis sui. Nā hoc Esa.25. est grande conuiuium,de quo propheta dicit,Et faciet dominus exercituum, omnibus populis in monte hoc cōuiuium pinguium,conuiuium vindemiæ,& conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et quia per hoc conuiuium peccata soluuntur,continuo subsecutus,Et præcipitabit(inquit) in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos,& telam quam orditus est super vniuersas nationes, & præcipitabit mortem in sempiternum.Et quia conuiuium istud veri Isaac, id est veri risus & veræ lætitiæ est, post modicum adiiciens, Et dicent (inquit) in die illa, Ecce deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos. Iste dominus, sustinuimus eum,& exultabimus & lætabimus in salutari eius.Sic igitur si simplicem sequaris literam,leuia sunt hæc:si autem interiorem sentias spiritum, mira profecto,& valde mira. H

2 *Vmque uidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludētem cum Isaac filio suo,dixit ad Abraham,Eiice ancillam hanc & filium eius,non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.Durè accepit hoc Abraham pro filio suo.Cui dixit deus,Non tibi uideatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi uocem eius,quia in Isaac uocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & utrem aquæ, imposuit scapulæ eius,traditiq́ue puerum,& dimisit eam.*

2 AMBROSIVS. Prosperitatem cito sequitur inuidia. Pepererat Sara,ablactauerat filium,& statim dominata est seditio. *Cumq; uidisset* (inquit) *Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo.* ORIGENES. Quid læserat,aut quid nocuerat,si ludebat? Quasi non hoc in ætate illa etiam gratum esse debuerit, quod luserit filius ancillæ cum filio liberæ? Tum deinde & Apostolum miror, qui ludum hunc persequutionem pronunciauit,dicens,Sed sicut tunc is qui secundum carnem,persequebatur eum qui secundum spiritum,ita & nunc,cum vtique nulla persecutio Ismaëlis aduersus Isaac mota referat,nisi hic solus ludus infantiæ. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et vidit Sara filium Agar Aegyptiæ, quem peperit Abrahæ, ludentem.Quod sequitur,cū Isaac filio suo, non habetur in Hebræo. Dupliciter itaq; hoc ab Hebræis exponitur, siue quod idola ludo fecerit,siue quod aduersus Isaac,quasi maioris ætatis,ioco sibi & ludo primogenita vendicaret.Quod quidem Sara audiens, non tulit, & hoc ex ipsius approbatur sermone dicentis,Eiice ancillam hanc, cum filio suo.Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. ACACIVS. Vidit ludentem,hoc est, K pugnantem & persequentem. Vt in libris Regum, Surgant pueri, & ludant, hoc est,manus inter se conserant. Quod etiam beatus Apostolus in epistola ad Galatas secutus est,qui locum hunc notum ac celeberrimum sua fecit expositione. INTERLINEARIS. Vel lubricum & lasciuum esse docebat Isaac, sicut ipse erat. CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro,Saram iterum non ferentem Ismaëlis licentiam,neque patienter sustinere volentem ancillæ filium cum suo Isaac conuersantem.Sicut igitur prius superbum spiritum Agar humiliare volens,vehementi indignatione fugam inire eam fecit,ita & nunc vult ab initio reprimere Ismaëlis temeritatē, & non ferre vt videat puerū suum,& ex ipso dei dono,cum ancillæ Aegyptiacæ filio simul versari. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et vidit Sara filium Agar Aegyptiæ quem genuit Abrahæ,facientem irridere. Non nominatur in textu Hebraico Isaac,sed interpres addidit,nec narratur Ismaël ludens cum Isaac,sed faciens irridere,hoc est,efficiens vt pueri coætanei Isaac ludentes cum eo, irrisionem aliquam facerent ipsi Isaac. Et hæc L actio congruit ætati Ismaëlis,qui ad minus erat decem & octo annorum vel circiter,nam quatuordecim annorū erat quando natus est Isaac, & transierat triennium lactationis Isaac, & nescitur quantum temporis fluxit inter ablactationem Isaac & hanc actionem qua Ismaël prouocabat alios puellos ad irridendum Isaac.Congruit quoque hic sensus verbis Pauli Apostoli ad Galatas, appellantis hanc actionem persecutionem : nonnulla siquidem species persecutionis est,innuere puellis vt illudant Isaac. AVCTOR CATENAE. Cumq; vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ.Desunt hic tres dictiones quæ sunt apud Hebraicam literam,& rursus abundant quatuor in Latina.Sic enim legitur Hebraicè. אֲשֶׁר יָלְדָה לְאַבְרָהָם מְצַחֵק Aser ialda leAbraham mezahek.Venit autem dictio mezahek,à zahak,quod ridere,iocari,illudere,siue irridere significat.Quo factum,vt variis modis locutus sit redditus ac intellectus.Verti enim potest,Quem peperit Abrahæ ludentem,& ita habet Chaldaica. Alij ridentem,alij illudentem,seu deridentem dixerunt.Septuaginta à quibus hausit interpres, παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ ἀυτῆς, ludentem cum Isaac filio suo,posuerunt,cum tamen hoc non sit in Hebræis codicibus. Impatienter igi M tur fert Sara ludentem Ismaëlem.Vel quod irriserit grande conuiuium patris in ablactatione paruuli Isaac,significando forte sibi tanquam primogenito hæreditatem deberi,quod Sara non volebat,vel quod turpe aliquid per ludum Ismaël designasset coram Isaac, vel quod materno affectu tam odiebat ancillæ filium quàm suum fœmineo sensu amaret impatientius.Hoc igitur videns Sara,& non æquo animo ferre valens, *Dixit ad Abraham, Eiice ancillam hanc & filium eius,non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* CHRYSOSTOMVS. Quoniā & se in extrema ætate esse videbat,& patriarcham quoq; decrepitum(erant enim ambo pleni dierum) suspicans ne forte repente morerentur,illumq; quod ex patriarchæ concubitu natus esset,attentaturum vt se in hæreditatē intrudat,particepsq; fiat & æqualis Isaac,idcirco dicit,Eiice ancillam hanc,& filium eius. Discat(inquit) iā quod nihil cómune habebit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Neq; enim congruū,vt filius Aegyptię & ancillę,cū filio meo & dominæ simul versetur. AVCTOR CA. Eiice ancillam hanc,&c. Quasi dicat, ancilla hæc cum suo filio immemor

A immemor suæ conditionis,irridet filium meum & me,quasi hæreditatem tuam sibi vendicare meditentur, non hoc mihi promisit dominus.Eiice potius eam superbam & præsumptuosam cum filio irrisore,non tuo, sed illius. Quæritur autem quæ fuit hæreditas.Abrahæ quam Sara voluit ad Isaac,non ad Ismaëlem pertinere,cum deus nō dederit Abrahæ hæreditatem in terra promissionis,nec passum quidem pedis:Respondetur quod hæreditatis nomine præcipua & maior Abrahæ opulētia intelligi potest,quam vt infra habetur reliquit Isaac filio suo. CHRYSOSTOMVS. Cæterum Sara non immerito rem hanc egit,sed oppido decenter,atq; ita decenter,vt & deus collaudarit eius dicta.Patriarcha verò bene affectus erga Ismaëlem,molestè accipiebat quæ à Sara dicebantur. *Durè* enim inquit *accepit hoc Abraham pro filio suo.* Neque enim de Agar tantum curabat, sed erga puerum ita afficiebatur,vtpote adhuc adolescentem. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur Sara dicente, Eiice ancillam & filium eius, nō enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo
B Isaac,quare contristatus sit Abraham,cum fuerit prophetia,quam vtique magis debuit nosse ipse quàm Sara.Sed intelligendum est,vel ex reuelatione hoc dixisse Saram,quia prius illi fuerat reuelatum, illum verò quem de hoc postea dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse commotum, vel ambos prius nescisse quid nam illud esset,& per Saram nescientem hoc prophetice dictum esse,cum illa mota esset muliebri animo propter ancillæ superbiam. CAIETANVS. Iniquum igitur atque crudele videbatur Abrahæ,eiicere filium proprium ac primogenitum,nulla exigente culpa filij. AVCTOR CATENAE. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Et si displicuit iusto insolentia lusus, vel irrisio Ismaëlis, aut hæreditatis ambitio,consensus quoque Agar matris contra Saram, displicuit tamen magis seueritas Saræ contra Ismaëlem, iam sedecim & vltra annos natum, sine dubio charissimum, ipse enim natura clemens probare non poterat sententiam tam duram Saræ contra Ismaëlem & Agar. CHRYSOSTOMVS. Sed considera obsecro,hic misericordis dei miram ad nostram parui-
C tatem humiliationem.Nam quia vidit & Saram pati aliquid humanum,& ægreferre parem filiorum honorem, idque merito, Abraham autem non ferre æquo animo eiectionem Ismaëlis & ancillæ (nam licet non obluctare tur Saræ ob singularem mansuetudinem) attamen durum ei videbatur, hoc est, graue, molestum & onerosum, tunc suam solitam seruans misericordiam, & concordiæ illorum copulam constringens, dicit ad Abraham, *Non tibi uideatur asperum super puero & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi uocem eius, quia in Isaac uocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam crescere in gentem magnam, quia semen tuum est.* Ne accipias (inquit) grauiter quod ab ea dictum est de eiectione pueri & ancillæ,sed quæcunque dixerit tibi facito libenter,nec velis contristari eam quæ tanto tempore tantum amorem erga te declarauit,quæ non solum semel,sed & secundo, vt te à morte eripe ret,seipsam pro tua salute exposuit,& auctor tuæ istius gloriæ fuit.Primum quidem te fecit cum tantis diuitiis ab Aegypto redire,postea verò iterum in causa fuit,vt ita te veneraretur ac obseruaret Abimelech.Ne igitur diuersa ab his quæ locuta est consulas, enimuerò non aliter eueniet, in Isaac enim vocabitur tibi semen, & ipse erit tuus
D hæres. Filium autem illum ancillæ crescere faciam, & in gentem magnam faciam eum, quoniam semen tuum est.Fac igitur quæ illa tibi dixerit.Obedi voci eius. AMBROSIVS. Durum hoc visum Abrahæ, vt eiiceret filium suum, licet eum quem susceperat ex vernacula.Et tu noli te miscere ancillæ,ne susčipias ex illa filium, & vxor tua non patiatur cohæredem illum filio suo fieri.Vides enim hinc solui matrimonij gratiam. Certe si inciuxor tua non patiatur cohæredem illum filio suo fieri.Vides enim hinc solui matrimonij gratiam. Certe si incidisti, & habes filium, eiice illam & filium eius. Melius est enim vt ancilla, quàm vxor recedat, & filius ancillæ, quàm legitimus eiiciatur. Quod si dubitaueris,si contempseris vxoris tuæ sententiam, & durum tibi visum fuerit, dicit tibi deus quod dixit & Abrahæ.Quod illi enim dixit,tibi dicit,& omnibus dicit. Non tibi videatur asperum super puero & super ancilla tua.Omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocem eius,quia in Isaac vocabitur tibi semen. Nusquam alibi dixit, Audi vocem vxoris tuæ,nisi hic,id est fecisti iniuriam vxori tuæ, & non mitigasti affectum eius,susčepisti ex ancilla filium, & non honorasti vxoris filium. Nunquid potest in ancillæ filio semen
E tuum vocari?Non vtique, in legitimo enim filio vera successio est. Sed vereris,quia filius tuus est, ne forte eiectus intereat atque occidat.Non ei deerit mea gratia.Omnes alit deus noster, suffulcit vniuersos, & iustos & iniustos.Denique & pluit super iustos & iniustos.Sicut fecit Abraham,facito & tu,Eiice ancillam,vt secura vxor & inoffensa maneat domi.Eiice & ancillæ filium,vt non habeat hæreditatis consortium,qui non habet originis pri uilegium. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI, ET DE QVAESTIO Cap.32. NIBVS SVPER GENESIM. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Quomodo ergo dictum est,In Isaac vocabitur tibi semen,cum & Ismaëlem deus semen eius vocauerit? Sed hoc proprie pertinet ad Isaac,qui non filius carnis,sed filius promissionis fuit,vbi promissio de omnibus gentibus fit. Quod exponens Apostolus quid sit, In Isaac vocabitur tibi semen,id est (inquit) non qui filij carnis, hi filij dei, sed filij repromissionis deputantur in semen.Ac per hoc filij promissionis vt sint semen Abrahæ, in Isaac vocantur,hoc est,in Christo vocante gratia congregantur. INTERLINEARIS. Non tibi videatur asperum super puero & super ancilla tua.Omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocem eius,iuxta illud quod dicitur per Apostolum, Si cui de minoribus reuelatum quid fuerit, prior taceat. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,
F Non erit malum in oculis tuis super puero & super ancilla tua,directè tollit deus rationem cuiuscunque mali ab eiectione filij & ancillæ matris eius.Quo autem modo deus loquutus fuerit Abrahæ, scriptura non dicit, & ideo incertus nobis remanet modus.Omnia quæ dixerit tibi Sara,& cætera.Nulla alia ratio redditur diuini huius iudicij,nisi quia,in Isaac vocabitur tibi semen. Non dicit,erit, sed vocabitur tibi semen, quoniam etiam Ismaël semen erat Abraham,vt ipsemet deus subiungit,dicendo Abrahæ de Ismaële,quia semen tuum est, vtèrque itaque erat semen Abrahæ, sed singulare censuit deus fore in Isaac, quod appellatio seminis Abrahæ fieret per Isaac, & non per vtrunque,& propter hanc causam iussit eiici Ismaëlem de domo Abrahæ. Si enim mansisset Ismaël domi, cum esset primogenitus, propagatio nominis Abrahæ in semine pertinuisset directius & prius ad Ismaëlem quàm ad Isaac,eiectio autem Ismaëlis effecit,vt Isaac solus esset successor in domo Abrahæ,& in ipso propagaretur nomen seminis Abrahæ. Et si hanc causam profundius considereueris, quia per Isaac nasciturus erat Messias semen Abrahæ,in quo benedicendæ erant omnes gentes,profecto magnipendes causam hanc. Sed & filium ancillæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cillæ faciam in gentem magnam. Superfluit magnam. Quia semen tuum est. AVCTOR CATENAE. G
Quod apud nos est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen, & ita est in Hebræo, & Septuaginta, Chaldaica clarius aperit, dicens: Quoniam in Isaac vocabuntur tibi filij. Iterum ergo cõsolatur dominus pro suo more fidelem suum grauiter tentatum. Siue filios quis habeat, siue orbetur, non caret molestia. Ne, tibi, inquit, displiceat quod vxor iubet, à me fiunt hæc omnia, sic iubeo, sic fidem tuam exerceri volo. Omnia quæ dixerit, & cætera. Iubet patriarcham obsequi vxori, acquiescere eius consilio, non spernere monentem, imò morosam non auersari, sed votis obsequi. Vox (inquit) ipsius, præceptum meum est & beneplacitum, vult ipsa Isaac hæredem tuum, & in eo tibi semen nominabitur, benedictum illud & sacrosanctum, in quo benedicentur omnes gentes per gratiam adoptatæ. Roboratur in omnibus his fides, & commendatur prouidentia dei, cui innitendum. Sed & filium ancillæ faciam in gentem, quia semen tuum est. Licet nolim Ismaëlem primogenitorum honore frui, quia tamen filius tuus est, licet fide fragilior, & ad minora dona destinatus, qui soleo prout nolo dispensare bona mea, nulli faciendo iniuriam, quia bonus ego, benedicam tamen ei, & multiplicabo in immensum, dona accipiet, non vacuus dimittetur, prodibunt ex illo gentes & regna, quia semen tuum est. CHRYSOSTOMVS. Cogita hic obsecro quanta subH
to concordia & pax in contubernium eorum concesserit, bonitate diuina vinculum eorum constringente, ait enim, *Surrexit itaque Abraham mane.* CAIETANVS. Ex quo elicitur, quod nocte præcedente facta fuerit huiusmodi diuina collocutio. *Et tollens panem & utrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam.*
CHRYSOSTOMVS. Vide hic iterum religiosam iusti mentem, nam quando audiuit Saram dicentem, Eiice ancillam & filium eius, durum ei videbatur, eo quod bene afficiebatur erga Ismaëlem, & ideo dissimulauit ad tempus verba Saræ, verum vbi dominus præcepit, statim facit quod imperatum est, & genuini amoris oblitus, quasi diceret, Vbi quid præcipit dominus, faciesiant omnes affectiones, quia naturæ dominus est qui præcipit.
HIERONYMVS. Iuxta aliam literam. Et sumpsit panem & vtrem aquæ, & dedit Agar, ponens super humerum eius, & paruulum, & dimisit eam. Quando Isaac natus est, tredecim annorum erat Ismaël. Et post ablactationem eius, iste cum matre expellitur domo. Inter Hebræos autem varia opinio est, asserentibus aliis, quinto anI
no ablactationis tempus statutum, aliis duodecimum annum vendicantibus. Nos igitur vt breuiorem eligamus ætatem, post decem & octo annos, Ismaël supputauimus eiectum esse cum matre, & non conuenire iam adolescenti matris sedis se ceruicibus. Verum est igitur illud Hebræorum linguæ idioma, quod omnis filius ad comparationem parentum, infans vocetur & paruulus. Nec miremur barbaram linguam habere proprietates suas, cum hodieque Romæ omnes filij vocentur infantes. Posuit ergo Abraham panes & vtrem aquæ super humerum Agar, & hoc facto dedit puerum matri, hoc est, in manus eius tradidit, commendauit, & ita emisit è domo. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Facile ergo soluitur quæstio, si non subaudiamus, imposuit, sed dedit. Dedit enim Abraham sicut scriptum est, matri eius panes & vtrem, quæ illa imposuit in humeros suos. Cum autem adiunctum, & dictum esset, puerum, subaudiamus dedit, qui panes & vtrem dederat, non in humeros imposuit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et accepit panem & vtrem aquarum, & dedit ad Agar, posuit super humerum eius, & puerum, & misit ipsam. Ita iacet textus ad verbum. Et ambiguam habet constructionem. Vel posuit super humerum eius & puerum, hoc est, & posuit super humerum eius puerum. Vel appositiue ad dedit ad Agar, vt sit sensus, dedit ad Agar, sic quod posuit super humerum eius.
AVCTOR CATENAE. Locum hunc difficilem reddidere Septuaginta, habentes, καὶ ἐπέθηκε τὸ παιδίον ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς, Et imposuit puerum super humeros eius, cum in Hebræo hoc dicatur tantum de lagena, seu vtre aquæ, & quod sequitur, וְאֵת הַיֶּלֶד Veeth haieled, Et puerum, referatur ad verbum superius positum וַיִּתֵּן vaiten, & dedit, non quod puerum imposuerit super humeros, sed vtrem tantum, & puerum manu tradiderit matris, vt optime vertit interpres. Chaldaica, hic habet prout est in Hebræo, videlicet: Et tulit panem & lagenam aquæ, & dedit ipsi Agar, ponens super humerum eius, & puerum, & dimisit eam. Quamq; & si diceretur quod puerum posuerit super humeros Agar, possemus dicere phrasin esse Hebraicam, quod puerum in totum commiserit curæ Agar, sicut cum & apud Italos dicitur, dimitto hoc negocium super humeros tuos, id est fidei & tutelæ tuæ L
committo. Mane igitur surgit ad tam arduum obedientiæ opus fidelis, tota nocte tentatus contra carnem & sanguinem, grauissimum illi erat, tantis miseriis exponere filium primogenitum. Sed credidit non posse male cedere, quod iussisset dominus. Dudum Agar simili periculo liberatam sciebat. Et quem in matris vtero tunc protexerat, nunc quoque cum matre iuuenem eripiendum ex mortis faucibus non dubitabat. Domini est enim orbis terræ. Docemur ergo omnia postponere voluntati dei, verbo dei contra sensum & experientiam fortiter adhærere, omnem fiduciam in eum proiicere. Quanto autem Abraham ancillæ in exilium destinandæ pauciora dedit, tanto fidei ardorem maiorem expressit. Nec tantauit dominum, sed fidem maximam in eo habuit, quod qui iusserat opus, euentum etiam esset moderaturus. Similem & ipsa Agar fidem exercuit, sine murmure & querelis, dei verbum cum tanto sui & filij periculo suscepit, ideo dimitti à domino non potuit, cui se totam commisit, non immemor promissionum dei factarum de puero, qui & ipse iam sedecim annorum & vltra, à patre in dominum credere & sperare didicerat. Fides enim Abrahæ totam illam familiam sanctam repleuerat. M
Mysticè. RVPERTVS ET INTERLINEARIS. Sed iam locus est, vt spiritualis intelligentiæ vela pandamus. Ludum istum de quo loquitur hic scriptura, vt omnes nouimus, Apostolus persequutionem nuncupat, cuius similitudinem tunc temporis carnales Iudæi & carnalis circuncisio, spiritualem Iudaismum & spiritualem circuncisionem impugnabant. Igitur ablactato Isaac, ludentem cum illo Ismaëlem Sara non tulit, quia videlicet transacta dispensatione ministerij quo pro hominibus functus est filius dei, cum illuderet populus carnalis permanens in vetustate literæ, nouis & spiritualibus filiis, scilicet Christi discipulis, non tulit hoc sanctus nouæ gratiæ spiritus, & dixit, Eiice ancillam hanc, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Quam-
Gal.5. liter verò eiiciatur ancilla & filius eius, subinde Apostolus idem aperuit, Ecce ego (inquit Paulus) dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Amplius autem in eo ancilla & filius eius eiicitur, ne ludat cum Isaac, quod Hierusalem illa quæ seruiebat cum filiis suis, id est impia & perfida Iudæorum synagoga, & famosissimum

A simum illud templum dei destruitur, & populus ille captiuus in omnes gentes ducitur, & sic totus ordo seruilium ceremoniarum dissipatur, quod factum est sub Vespasiano & Tito principibus Romanorum, videlicet ne nouæ legis ecclesiæ, vetus synagoga insultaret, si in statu pristino perseueraret, quæ nunc etiam sic eiecta, superbire, & primogenita sibi vel filio suo ascribere audet. Illam vtique eiectionem idcirco passus est ille filius ancillæ, quia lusit, quia filium liberæ Christum regem, totius libertatis principem derisit: flagellauit, crucifixit, & occidit, & deinde domesticos eius, libertos eius, male pertinaci ludo persequutus est. Quod autem durum visum fuerit Abrahæ pro filio suo, non vacat mysterio. Per Abraham enim sanctos intelligimus patres, Abrahæ non solum per carnem, sed etiam per fidem hæredes, quales Petrus, Paulus, & cæteri apostoli tunc temporis fuere, quando hæc ancilla cum filio suo eiecta est. Nam reuera hi durè acceperunt imperium dicentis: Eiice ancillam hanc & filium
eius. Dicit enim vnus ex his Paulus apostolus. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhi Roma.9.
B bente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. Veruntamen quoquo modo id accipiat hic Abraham, ancillam hanc cum filio suo eiici oportebat, Dixit enim illi dominus, Non tibi videatur asperum super filio & ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Nunquid iuxta literam legitimum est, quod vir voci vxoris suæ, & non potius vxor viri sui voci obaudiat? Ergo iuxta mysticum potius sensum, Abraham omnia quæcunque dicit Sara, vocem eius audiat, id est prædicatorum vel apostolorum chorus, omnia quæcunque dicit sancta & prophetica scriptura de Iudæis & gentibus, vocem eius audiat. Quod
& facit, dum illius lusoris, id est Iudaici populi importunitate fatigatus, dicit: Vobis quidem oportebat primum Act.13.
prædicari verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad
C gentes. Sic enim præcepit nobis dominus, Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum ter- Esa.49.
ræ. Igitur ad vocem Saræ ancilla cum filio eiicitur, cum ex auctoritate scripturæ populus carnalis pro perfidia sua foris relinquitur. Quia in Isaac (inquit) vocabitur tibi semen. Et si plures fuerint concubinarum & carnis filij, in Isaac qui non secundum carnem, sed per repromissionem natus est, vocabitur tibi semen. Ex illo nanque nascetur, qui vocabitur semen tuum, illud videlicet semen, in quo sicut promisi tibi, benedicentur, & semen tuum vocabuntur omnes gentes. Omnes enim sicut Isaac qui nascuntur tibi, non secundum carnem, sed secundum fidem, sicut Isaac non secundum carnem natus est, sed secundum repromissionem. Sic enim & Apostolus exponit, qui
cum dixisset, Non enim omnes qui ex Israël, hi sunt Israëlitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij, statim
hoc testimonium intulit, sed in Isaac vocabitur tibi semen. Et hoc ipsum aperiens, subiunxit, id est non qui filij Roma.9.
carnis, hi filij dei dicuntur, sed qui filij promissionis, æstimantur in semine. Sed & filium ancillæ (inquit) faciam
D in gentem magnam, quia semen tuum est. Semen tuum (inquit) est, non tamen dixit, in illo vocabitur tibi semen, nec enim tale semen est, quod vocetur id, quod notum ex nomine apud deum habeatur. Veruntamen & hic filius ancillæ, qui prædicto modo eiectus est, futurus est in gentem magnam, quia populus Iudæorum ante aduentum Christi, & numero & temporali fœlicitate diu floruit. Vel futurus est in gentem magnam, quæ digne vocetur & nominetur Abrahæ semen, scilicet cum plenitudo gentium subintrauerit, & omnis Israël saluus erit. Post- Roma.11.
quam autem lusit filius ancillæ cum filio liberæ, mane surgens Abraham emisit ancillam & filium eius, quia postquam illusit Christo Iudaici populi seruilis nequitia, matutina resurrectione celebrata, de domo & hæreditate patris Abrahæ, proiecta cum suis alumnis est synagoga. Quomodo verò emisit ancillam illam? Panem & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Ergo ne sic auarus fuit dies ille regum victor, trecentorum decem & octo vernaculorum dominus, vt præter panem & vtrem aquæ nihil filio donaret, quem tristis eiiciebat, nec saltem vnum illi asellum commodaret, sed ea scapulæ matris imponeret? An adhuc & ipse
puer, imò iuuenculus, quem annorum non minus, quàm octodecim iam esse vel fuisse, non dubium est, cum vtre
E aquæ, matris quoque ceruicibus insedit, quia sic dictum est paulo infra cum consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter arborem vnam, & abiit? Igitur in his quæ tam ridicula videntur, litera seruit spiritui, & ea sub vili textu sermonis futura præcinit, quæ nunc præsentia totus aspicit orbis. Eiecta nãque ancilla, panem non qualemcunque, sed panem hordeaceum, & vtrem non vini, sed aquæ in scapula portat, sub onere curua, quia videlicet synagoga hæreditate patris Abrahæ perdita, panes propositionis in veteri sacerdotio præferens, qui & veterascerent, & carnalia sacramenta obseruans, necnon insipidam literæ intelligentiam sub mortua pelle clausam, id est in carne veteris hominis præuaricationis sententia damnata baiulans, ac seruilia implens mandata, sub onere importabili anhelat. Nam importabile esse onus occidentis literæ, Petrus quoque apostolus testatur, cum dicit: Quid tentatis ceruicibus discipulorum imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Bene ergo non vini, sed aquæ vtrem, neque saltem asello, sed scapulæ eius imposuit Abraham. ISIDORVS.
Sic igitur Sara illa quæ antea voluit de ancilla suscipere filium, nunc cum matre iubet expelli domo, quod non
F fecit zelo accensa, sed mysterio prophetiæ compulsa. Agar quippe, secundum quod ait Apostolus in seruitutem genuit populum carnalem, Sara verò libera populum genuit, qui non est secundum carnem, sed in libertate vocatus est, qua libertate liberauit eum Christus. Hoc igitur mysterio figurabatur, priorem populum in seruitutem peccatorum generatum, in domo Saræ, id est in ecclesia non manere in æternum, neque esse cohæredem vel consortem cultoribus Christi, nec cum filio nobili, id est fideli populo regnum cœlestis gloriæ possessurum. De quo
infra latius dicetur. ORIGENES. Vel aliter. Quia secundum Apostoli dictum in omnibus caro aduersatur Homi.7.
spiritui, siue populus ille carnalis aduersatur huic populo spirituali, siue etiam inter nos ipsos, si quis adhuc carnalis est, spiritualibus aduersatur. Nam & tu si secundum carnem viuis, & secundum carnem conuersaris, filius es Agar, & propterea aduersaris his qui secundum spiritum viuunt. Sicut etiam in nobis ipsis si requirimus, inuenimus concupiscere carnem aduersus spiritum, & spiritum aduersus carnem, & hæc sibi inuicem aduersari. Et inuenimus legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ, & captiuos nos ducentem in legem peccati.

Vides

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vides quantæ sunt pugnæ carnales aduersus spiritum: Est adhuc & alia pugna his pene omnibus violentior, quod G
ij qui legem secundum carnem intelligunt, aduersantur his qui secundum spiritum sentiunt, & persequuntur eos.
Quare? quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Stultitia est enim illi, & non potest intelligere,
quia spiritaliter diiudicatur. Et tu ergo si habes in te fructum spiritus dei, quod est gaudium, charitas, pax, patien-
tia, Isaac esse potes, non secundum carnem natus, sed secundum repromissionem, & esse filius liberæ, si tamen po-
tes & tu secundum Paulum dicere, In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim
militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia à deo ad destructionem cogitationum, destruentes omnem altitu-
dinem extollentem se aduersum scientiam dei. Si potes talis esse, vt digne tibi aptetur etiam illa Apostoli senten-
tia, quæ dicit: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Et tu ergo si talis
es, non es secundum carnem natus, sed secundum spiritum per repromissionem, & eris hæres repromissionum se-
cundum quod dictum est, Hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Non eris cohæres eius qui secundum
carnem natus est, sed cohæres Christi. Quia & si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non no H
uimus. Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara. Si ergo caro cuius perso-
nam gerit Ismaël, qui secundum carnem nascitur, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo decep-
tionibus agat, & delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, huiusmodi ludus carnis cum spiritu, Saram ma-
xime quæ est virtus, offendit, & huiusmodi blandimenta acerbissimam persecutionem iudicat Paulus. Et tu ergo
ô auditor horum, non illam solam persecutionem putes, quando furore gentilium, ad immolandum idolis coge-
ris, si forte te voluptas carnis illiciat, si tibi libidinis alludat illecebra, hæc si virtutis es filius, tanquam persecutio-
nem maximam fuge. Idcirco enim & Apostolus dicit, Fugite fornicationem. Sed si iniustitia blandiatur, vt per-
sonam potentis accipiens, & gratia eius flexus, non rectum iudicium feras, intelligere debes quia sub specie ludi
blandam persecutionem ab iniustitia pateris. Verum & per singulas malitiæ species, etiam si molles & delicatæ
sint, & ludo similes, has persecutionem spiritus dicito, quia in his omnibus virtus offenditur. Duo sunt ergo filij
Abraham, vnus de ancilla, & vnus de libera, vterque tamen filius Abraham, licet non vterque de libera. Propte- I
rea & is qui de ancilla nascitur, hæres quidem non fit cum filio liberæ, accepit tamen dona, & non dimittitur va-
cuus. Accepit & ipse benedictionem, sed filius liberæ accepit repromissionem. Fiat & ille in gentem magnam, sed
iste in populum adoptionis. Spiritaliter ergo omnes quidem qui per fidem veniunt ad agnitionem dei, possunt
filij Abrahæ dici. Sed in his sunt aliqui pro charitate adhærentes deo, alij pro metu & timore futuri iudicij. Vnde
& apostolus Ioannes dicit: Qui timet, non est perfectus in charitate. Perfecta autem dilectio foras mittit timo-
rem. Iste ergo, qui in charitate perfectus est, & de Abraham nascitur, & filius liberæ est. Qui verò non perfecta
charitate, sed futuræ pœnæ metu, & suppliciorum timore mandata custodit, est quidem & ipse filius Abrahæ, ac-
cipit & ipse dona, id est operis sui mercedem, quia etiam qui calicem aquæ frigidæ dederit tantum in nomine dis
cipuli, non peribit merces eius. Tamen inferior illo est, qui non seruili timore, sed in charitatis libertate perfectus
est. Tale aliquid etiam Apostolus ostendit, cum dicit: Quandiu quidem hæres paruulus est, nihil differt à seruo,
cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Paruulus ergo K
est, qui lacte alitur, & expers est sermonis iustitiæ, nec potest cibum solidum accipere sapientiæ diuinæ, & scientiæ
legis, qui non potest spiritalia spiritalibus comparare, qui nondum potest dicere, Cum autem factus sum vir, eua-
cuaui quæ erant paruuli. Iste ergo nihil differt à seruo. Si verò relinquens initiorum Christi sermonem, ad perfe-
ctionem feratur, & quæ sursum sunt quærat, vbi Christus est in dextera dei sedens, non quæ super terram, & con-
templetur non ea quæ videntur, sed quæ non videntur, neque in diuinis scripturis sequatur occidentem literam,
sed viuificantem spiritum, ex illis erit sine dubio, qui non accipiunt spiritum seruitutis iterum in timore, sed spi-
ritum adoptionis, in quo clament Abba pater.

3 QVæ cum abiisset, errabat in solitudine Bersabee. Cunque consumpta esset aqua in utre, abiecit pue-
rum subter unam arborem quæ ibi erat, & abiit. Sedítque è regione procul quantum potest arcus ia-
cere. Dixit enim, Non uidebo morientem puerum. Et sedens contra, leuauit uocem suam, & fleuit. L
Exaudiuit autem deus uocem pueri. Vocauitque angelus dei Agar de cœlo, dicens, Quid agis Agar? Noli ti-
mere. Exaudiuit enim deus uocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in
gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius deus. Quæ uidens puteum aquæ abiit, & impleuit utrem,
deditque puero bibere, & fuit cum eo. Qui creuit, & moratus est in solitudine, factusque est iuuenis sagitta-
rius. Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.

3 CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro iterum propter gratiam quam habebat iustus apud deum, quomo-
do hæc quoque superna cura digna habetur. Inquit ergo, *Quæ cum abiisset, errabat in solitudine Bersabee.* INTER M
LINEARIS. Hoc per anticipationem dictum est, nam paulopost dicturus est, quare Bersabee loco nomen
impositum. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos vna dictio est, Bersabee, in Hebræo duæ sunt, vide-
licet בְּאֵר שָׁבַע Beer sabaa. Septuaginta etymologiam vertunt, non ipsum nomen, scilicet τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου, pu-
teum iuramenti, sic enim interpretatur Bersabee, vt postea videbimus. Non mirum igitur si errauit mulier, hoc
mirabilius, quod famuli solatium non accepit à patre tam diuite. Sed permittebantur dispensationi diuinæ, cuius
nunc geruntur omnia, cui credebant se & sua omnia semper & vbique. *Cunque consumpta esset aqua in utre, abiecit*
puerum subter unam arborem quæ ibi erat, & abiit. CHRYSOSTOMVS. Disrumpebantur quippe eius viscera, &
dolebat multum ob immodicam erga puerum affectionem. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. Solet quæri, quomodo cum puer esset annorum amplius quindecim, proiecerit eum
mater sub arborem, quasi eum quem portabat deiecerit, ita enim videtur sonare quod dicitur, maxime quia se-
quitur,

A quitur, fleuit puer. Sed intelligendum est, abiectum esse non à portante, sed vt sit ab animo, & cura, tanquam mo-
riturum. Neque enim quod scriptum est, Proiectus sum à facie oculorum tuorum, portabatur qui hoc dixit. Et
est in quotidiano loquendi vsu, cum proiicitur aliquis ab aliquo cum quo erat, ne ab illo videatur, aut cum illo
maneat. Intelligendum est autem quod scriptura tacuit, ita discessisse matrem à filio, vt puer ignoraret, quò ma-
ter abierit, & eam in syluestribus stirpibus latuisse, ne filium siti deficientem videret. AVCTOR CATE-
NAE. Parum refert quod Hebraicè legitur, Et consumptæ sunt aquæ de lagena, cum idem sit sensus. Quod au-
tem sequitur, subter vnam arborem quæ ibi erat, abundant hæc tria verba, quæ ibi erat, estque in Hebræo תַּחַת
אַחַד הָאֲיָרִים Tahath ahad hasihim, subter vnam arborum, vel sub vna de arboribus, Est enim plurale, dictio si-
him. Chaldaica vt apud nos. Septuaginta verò ponunt hic speciem, ὑποκάτω μιᾶς τῶν πλατῶν, Subter vnam abietem,
quod suspectum est. Nam שִׂיחַ siah, quo nomine vtitur hic auctor, non significare abietem, ipsi quoque testes es-
se possunt. Septuaginta, qui hanc eandem vocem capitulo Geneseos tertio, non eodem modo verterunt, sed χλο-
B ερὸν ἀγρῶν, id est, Agri viriditatem, aut χόρτον, id est fœnum, & interpres ibidem vertit virgultum. Dei igitur vo-
luntate consumptæ sunt aquæ, & vsu, vt locus esset desperationi, in qua diuinum imploraretur auxilium, tunc ma
ximè propinquum, cum deest humanum. Puerum viribus & siti exhaustum, & morti proximum dimittebat, &
de vita desperans, mori videre non poterat mater. Proiicere hoc loco, reponere est, sicut Ioseph in lacum, & Moy
ses in aquas proiecti leguntur. *Sedítque è regione procul quantum potest arcus iacere. Dixit enim, non uidebo morientem pue-*
rum. Et sedens contra, leuauit uocem suam & fleuit. Exaudiuit autem deus uocem pueri. HIERONYMVS. Alia litera
habet, Et sedit contra eum. Exclamauit puer, & fleuit, & audiuit deus vocem pueri de loco vbi erat. Nullum mo-
ueat, in Hebræo enim post hoc quod scriptum est, Non videbo mortem paruuli mei, ita legitur quod ipsa Agar
sederit contra puerum, & leuauerit vocem suam, & fleuerit, & exaudierit deus vocem paruuli. Flente enim ma-
tre, & mortem filij miserabiliter præstolante, deus exaudiuit puerum, de quo pollicitus fuerat Abrahæ, dicens, sed Gene. 17.
& filium ancillæ tuæ in gentem magnam faciam. Alioquin & ipsa mater non suam mortem, sed filij deplorabat.
C Pepercit igitur ei deus, pro quo fuerat & fletus. AVGVSTINVS. Quid autem mirum si etiam illa ætate
matre diutius non visa, & tanquam perdita, eo loco vbi solus remanserat, puer fleuerit? CHRYSOSTO-
MVS. Miserator igitur & misericors deus, patris & matris erga nos curam sua transcendens pietate, misertus
est & pueri, & calamitatum Agar. Permisit eam tantum sentire quid sit solitudo, & statim suum concessit præsi-
dium. CAIETANVS. Exaudiuit autem dominus vocem pueri. Hinc habetur, quod non sola mater que-
rula voce fleuit, sed etiam puer sub arbore iacens, imò quod puer vocem suam direxerit ad deum, mater autem
ad mortem filij imminentem. Non enim dicitur quod exaudiuit deus vocem matris, sed vocem pueri. AV-
CTOR CATENAE. Abiit mœsta mater semiuiuo relicto filio, quem domino committebat. Corde, fide, la-
chrymis orabat dominum, fortissima prece inclamauit. Exaudiuit autem dominus vocem pueri, cum non puer
fleuisse vel clamasse, sed mater scribatur. Sed clamabat ætas innocens, fides Abrahæ, promissio dei, lachrymæ ma-
D tris. Oculi domini vbique intuentur necessitates fidelium. *Vocauitque angelus dei Agar de cœlo, dicens, Quid agis A-*
gar? Noli timere exaudiuit enim deus uocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem ma-
gnam faciam eum. CHRYSOSTOMVS. O misericordiam domini, non quia ancilla erat, obseruauit eam, sed
quia patriarchæ promiserat, & illius semen erat Ismaël, tantam quoque curam erga eam declarare dignatur. Quid
est Agar? Ne timeas, exaudiuit enim deus vocem pueri. Surge, & accipe illum, & apprehende manum eius. In
gentem enim magnam faciam eum. Ne mœreas (inquit) eo quod è domo iecta sis. Tantam enim curam ego
pueri agam, vt & in gentem magnam fiat. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAI-
CIS. Surge, tolle puerum, & tene manum eius. Ex hoc manifestum est, eum qui tenetur, non oneri matri fuis- Vbi supra.
se, sed comitem. Quod autem manu parentis tenetur, solicitus monstratur affectus. AVGVSTINVS. Hoc
ergo non vt eum de terra velut iacentem tolleret dictum est, sed vt ei coniungeretur, & eum manu teneret dein-
ceps comitem, sicut erat, quod plerunque faciunt simul ambulantes cuiuslibet ætatis. CAIETANVS. Non
E est autem perspicuum an angelus apparuerit in specie visibili (non in terra, sed in aëre) an absque specie visibili
formata fuerit vox in aëre tanquam à supernis loquentis. Primum tamen magis quadrat tot discretis clausulis
subiunctorum verborum. Quid agis Agar? Iuxta Hebræum habetur. Quid tibi Agar? Non quærit quid agat, sed
nomine proprio vocans eam, non interrogat quid illi euenerit, sed arguendo illius diffidentiam, dicit quid tibi?
Debebat enim non desperare, sed confidere in diuina promissione quam ab angelo dei audierat, dum gestaret Is-
maëlem in vtero. Vnde statim subiungit, Noli timere, pro non timebis, proculdubio mortem pueri. Et ratio sub-
iungitur, Quia exaudiuit Elohim vocem pueri de loco in quo est ibi. Ecce ratio redarguti timoris, quia deus fide
lis in promissis audiuit vocem pueri, sub iustitia enim comprehenditur fides qua fiunt dicta. Surge tolle puerum
& tene manum illius. Iuxta Hebræum habetur, Et fac inualescere manum tuam in eo, quia in gentem magnam
ponam eum. Mandat angelus non solum vt tollat puerum, sed vt operam det ad hoc vt puer validus fiat, quia
princeps magnæ gentis futurus est. AVCTOR CATENAE. Exaudiuit itaque deus matrem & filium,
F succurrit, consolatus est, idque per ministerium angelicum futura plurima promittendo, sed temporalia tantum,
quia Agar iam ablegata erat à familia Abrahæ, cum filio secundum carnem. Non quod Agar & Ismaël vt pie cre-
ditur, saluati non fuerint, sed non figura erant perfectæ fidelium, licet vere fideles fuisse credi possit, typúsque fue-
runt gentium creaturarum. Tollere igitur iubetur puerum, hoc est, præ sitis ardore vehementer languidum &
exhaustum, attollere, subleuare, refocillare, confortare, ductitare, & materna solicitudine anxiam, refrigerij pro-
missi locum quærere. Et quo consolaretur magis, ipsa quoque exanimis fere mater, dudum promissa dei rursum
nunc audit, & credit de futuris beneficiis, præsentia cernens. *Aperuitque oculos eius deus, quæ uidens puteum aquæ, a-*
biit, & impleuit utrem, deditque puero bibere, & fuit cum eo. CHRYSOSTOMVS. Non quia antea non viderit
Agar, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernam visitationem. Propterea cum vellet suam prouiden-
tiam declarare, inquit, Aperuit oculos eius, id est, indicauit ignoranti, & mentem eius excitauit, viámque ei osten
dit, vt videret locum, in quo fontes aquarum scaturiebant. ISIDORVS. Quod autem eum qui loquitur
ad Agar,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Agar,prius angelum,postea deum scriptura pronunciat,filium dei fuisse credendum est;qui per legem & prophetas semper locutus est,qui per obedientiam paternæ voluntatis angelus vocatur,secundum naturam vero patris,deus,quia vere & ipse deus, sicut & pater. CAIETANVS. Demonstratio verò putei, appellatur hic apertio oculorum,quia impedimentum videndi puteum non erat ex parte putei latentis, sed ex parte ipsius Agar. Quale autem fuerit impedimentum,non est scriptum,ex eo tamen quod subiungitur,& iuit, & impleuit vtrem, distantia nonnulla significatur. Et fuit cum eo.Iuxta Hebræum, Et fuit deus cum eo. Hinc apparet nugas esse quod Ismaël exercuerit latrocinia.Si enim deus erat cum puero,longe erat à latrociniis. AVCTOR CATENAE. Profecto ita est,nam in Hebræo legitur וַיְהִי אֱלֹהִים אֶת הַנָּעַר Vaihi elohim eth hanaar,Et fuit deus cum puero.Ita est Græcè,Chaldaicè quoque.Et fuit verbum dei in adiutorium pueri.Non fuerat igitur Agar cæca, vt dominus aperuerit oculos eius,sed inops consilij in tantis anxietatibus.Dei autem nutu,aliquantisper puteum videre non potuit,donec dominus voluit.Ignorabimus etiam præsentissima, si ea deus nobis negare voluerit. Omnia autem nostra curare,& fidelibus adesse deus ostenditur.Et fuit (inquit) deus cum puero.Tantum de Ismaële relatum est,quod luserit vel riserit,ideóque hæreditate pulsus est,non ob risum,sed dei beneplacitum, qui cui vult miseretur, & cui vult bona largitur vel negat.Gratiam tamen Ismaëli non negauit, Fuit enim (inquit scriptura) deus cum puero. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo in inuis deus viam præbuit, & perplexæ menti, nullámque salutis spem habenti, suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curam agens?Sic quandocunque voluerit deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullámque spem salutis habeamus,nullo alio opus habebimus,diuina gratia nobis omnia suppeditante. Nam si eius gratiam nacti fuerimus, nullus nobis prævalebit, sed nos potentiores omnibus erimus. Nam vide quid de Ismaële dicatur.

Qui *creuit* (inquit) *& moratus est in solitudine,& factus est iuuenis sagittarius. Habitauitque in deserto Pharan.* Sic quando amicum & benevolum habemus deum,etiam si in deserto fuerimus,multo fortiores viuemus,quàm ij qui in ciuitatibus versantur.Maxima enim securitas,& inexpugnabilis murus est gratia dei.Et vt discas,quomodo qui in solitudinibus agit,securior sit & potentior his qui in mediis ciuitatibus versantur,ingenti hominum præsidio fre- 1.Reg.18.
ti, vide quomodo Dauid de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu superna munitus fuerit. Saül autem cum esset in mediis ciuitatibus,& tantum secum duceret exercitum, & satellites habens, & armigeros,& quotidie timebat,& tremebat inimicorum insidias.Et ille quidem solus erat,nullúmque alium secum habebat,non indigebat humano præsidio,hic verò coronatus,& purpura indutus,illius auxilio indigebat,& regi opus erat pastoris opera, & diademate redimito, priuati adiumentum necessarium erat. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Pharan,nunc oppidum trans Arabiam, iunctum Saracenis, qui in solitudine vagi errant. Per hoc iter fecerunt filij Israël,cum de monte Sina castra mouissent.Est ergo (vt diximus) trans Arabiam contra Australem plagam, & distat ab Aula contra Orientem, itinere trium dierum. In deserto autem Pharan scriptura commemorat habitasse Ismaëlem, Vnde & Ismaëlitæ, qui nunc Saraceni. Legimus quoque Chodorlaomor regem percussisse eos, qui erant in deserto Pharan. CAIETANVS. Factúsque est iuuenis sagittarius.Iuxta Hebræum,& fuit sagittator arcus.Vacabat enim venationi animalium in deserto habitantium. AVCTOR CATENAE. Hebraicè legitur וַיְהִי רֹבֶה קַשָּׁת Vaihi robe kassath, Et factus est iaculator arcus. Sic Chaldaica & Septuaginta, ἐγένετο δὲ τοξότης, Factus est autem sagittarius. Et perinde est ac si dixisset, magister arcus,hoc est,habens peritiam multiplicem eiiciendi sagittas. Hinc magistrum & doctorem vocant Hebræi Rabi, ob multam scilicet quam habet, vel habere debet eruditionem. Est enim רַב rab,multus.Chaldæi verò & Syri vocant magistrum Ribbon & Ribboni,pro quo in euangeliis scribitur Rabboni.Alij,& fuit insignis sagittarius,verterunt,& id quidem etiam recte.Creuit igitur Ismaël,& habitauit in deserto Arabiæ, quæ & Pharan, seculi negotiis intentus,& ferarum persequutor in syluis.Semen enim promissionis alius futurus erat, non ipse sequitur, *Et accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.* CAIETANVS. Naturali amore vnusquisque afficitur nationi suæ, & propterea Agar Aegyptia mulierem Aegyptiam in nurum asciuit. AVCTOR CATENAE. Vxorem mater filio dedit,non suo accepit arbitrio,exemplum obedientiæ bonis filiis.Quam denique aliam dare vxorem poterat mater filio, quam de sua gente & stirpe? Erat enim Aegyptia Agar, & non nisi dimater cum filio.

Mysticè. EVCHERIVS, ISIDORVS, ET INTERLINEARIS. Errat Agar ancilla in solitudine cum filio suo,quando sic futurum erat,vt eiecta,& à deo deserta synagoga cum populo suo, necnon de terra sua expulsa,carnali magis scientia onerata quàm refecta incedens,sine sacerdotio & sine sacrificio in toto orbe terræ erat peregrinatura,& viam quæ Christus est,penitus ignoratura.Consumpta aqua in vtre,filius illius siti deperit,cum iam transacto carnalis obseruantiæ tempore,isdem populus nullam habet spiritualem purificationem.Abiicit puerum subter arborem infœlix mater, quando filios suos in perfidiæ peccato morientes, subter arborem dominicæ crucis proiecit,perseuerante sententia super illos,quam edixit mater ipsa crudelissima,quando clamans protulit, Sanguis eius super nos,& super filios nostros. Sedet è regione procul quantum potest arcus iacere, dum adhuc ore impio sententias acuit,quas procul à veritate fidei iacit.Dicit,non videbo morientem puerum, quando mori credit,quos veræ fidei subiici videt.Sedet contra,leuat vocem suam, & flet,cum studiose adhuc contra christianam obloquitur fidem,pro viribus impugnans eam,& dolet de amisso regno & sacerdotio. Quod autem exclamat puer plorans,& exaudiuit eum dominus,& sic demonstrante angelo, aspicit fontem Agar,hoc pro illis dicitur,qui ex Iudæis ad Christum conuertuntur,ac flentes retroactos errores exaudiuntur,referatisque auribus cor- Roma.11.
dis,vident fontem aquæ viuæ,id est Christum dei filium,qui dicit,Si quis sitit,veniat ad me,& bibat.Vnde & Is-
maël exauditio dei interpretatur. RVPERTVS. Vel hoc nondum factum,sed futurum est, cum plenitudo 2.Cor.3.
gentium subintroierit. Tunc enim vocabit angelus magni consilij synagogam, dicens: Quid agis Agar? id est aduersa vel conuersa,noli timere,& cætera,& aperiet oculos eius amoto velamine, quod nunc positum est super cor eorum,& verò intellectu videbit puteum scripturarum,puteum aquarum viuentium,dabitque filio suo potum,id est

tum,id est verum scripturarum auditoribus suis propinabit intellectum,ac sacramentorum diuinorum profunditatem, fiétque id quod de eo dicitur per psalmistam, In reliquiis tuis præparabis vultum eorum. EVCHERIVS. Angelus etiam iste similitudo potest esse Heliæ, per quem populus iste est crediturus, sicut per Malachiam dicitur,Ecce ego mittam vobis Heliam,qui conuertat corda patrum in filios. Verum quod statim vocauit angelus domini Agar,dicens:Surge,tolle puerum,quia in gentem magnam faciam eum,hoc significabat, sue quod copiosus Iudæorum populus esset regnaturus in seculo, siue quia cœlestis regni gloriam consecuturi essent qui ex eis credidissent in Christo. INTERLINEARIS. Postea ad priorem statum reuocatur allegoria,dum sequitur in litera,quod creuit Ismaël,& moratus est in solitudine,habitauitque in deserto Pharan, & factus est iuuenis sagittarius.Creuit enim populus ille non in merito,sed in multitudine, mansitque in infidelitate,acuens sententias ad impugnandam fidem. ORIGENES. Sed dicamus & nos aliquid. Eiicit ancillam Abraham & filium eius,sed tamen dat ei vtrem aquæ.Non enim habebat mater eius puteum aquæ viuæ,nec poterat puer haurire de puteo aquam. Isaac habebat puteos, pro quibus & certamina patitur aduersus Philistinos. Ismaël autem de vtre bibit aquam,sed hic vter quasi vter deficit,& ideo perit, & non inuenit potum. Tu autem qui secundum Isaac repromissionis es filius,bibe aquas de tuis fontibus, & de puteis tuis, aquæ non effluant foras,sed intus in tuis plateis currant tuæ aquæ. Illæ verò qui secundum carnem natus est, de vtre aquam bibit, & aqua ipsa deficit ei,& in multis deficit.Vter,legis est litera,de qua ille carnalis populus bibit, & inde intellectum capit,quæ litera frequenter ei deficit,& explicare se non potest. In multis enim defectum patitur historialis intelligentia.Ecclesia autem de euangelicis & apostolicis fontibus bibit,qui nunquam deficiunt, sed in plateis suis percurrunt,quia in latitudine spiritalis interpretationis abundant semper & fluunt.Bibit & de puteis, cum profundiora quæque haurit,& scrutatur ex lege.Pro hoc arbitror mysterio, quod etiam dominus & saluator noster dicebat ad Samaritanam,vbi velut si cum ipsa Agar loqueretur,aiebat:Omnis qui biberit de aqua quam ego dabo ei,non sitiet in æternum.Et illa dicit ad saluatorem, Da mihi domine hanc aquam, & non sitiam, neque veniam huc haurire. Post hæc dominus ad eam, Qui credit (inquit) in me, siet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.Errabat ergo Agar per desertum cum puero,& puer plorabat, & proiecit eum Agar,dicens: ne videam mortem filij mei.Post hæc cum iam quasi moriturus fuisset abiectus,& fleuisset, adest ei angelus domini, & aperuit oculos Agar,& vidit puteum aquæ viuæ.Hæc ad historiam referri quemadmodum possunt? Vbi enim inuenimus quod Agar clausos habuerit oculos,& aperti sunt postmodum? Nonne luce clarior est in his intelligentia spiritalis & mystica,quod abiectus est is qui secundum carnem est populus,& tandiu iacet in fame & siti?Non enim famem panis perferens,neque sitim aquę,sed sitim verbi dei,donec aperiantur oculi synagogę.Hoc est quod Apostolus dicit esse mysterium, Quia cæcitas contigit ex parte in Israël, donec plenitudo gentium introiret, & tunc omnis Israël saluus fieret.Ista est ergo cæcitas in Agar,quæ secundum carnem genuit, quæ tandiu in ea permanet,donec velamen literæ auferatur per euangelium dei,& videat aquam viuam.Nunc enim iacent Iudæi circa ipsum puteum,sed oculi eorum clausi sunt & non possunt bibere de puteo legis & prophetarum.Sed & nos careamus,quia frequenter & nos circa puteũ iacemus aquæ viuæ,id est circa scripturas diuinas, & erramus in ipsis. Tenemus libros,& legimus,sed spiritalem sensum non attingimus.Et ideo opus est lachrymis & orationibus indesinentibus postulare,vt dominus aperiat oculos nostros, quia & illi cæci qui sedebant in Hierico, nisi clamassent ad dominum, non fuissent aperti oculi eorum. Et quid dico vt aperiantur oculi nostri? quia iam aperti sunt. Iesus enim venit aperire oculos cæcorum. Aperti ergo sunt oculi nostri, & de litera legis velamen ablatum est. Sed vereor ne nos ipsi eos somno iterum profundiore claudamus,dum non vigilamus in intellectu spiritali, neque soliciti sumus,vt somnum discutiamus ab oculis nostris,& contemplemur quæ spiritalia sunt,vti ne cum populo carnali circa ipsam aquam positi,erremus,quin potius vigilemus,& cum propheta dicamus, si dedero somnum oculis meis,& palpebris meis dormitationem,aut requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino,tabernaculum deo Iacob.

EOdem tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham. Deus tecum est in 4
uniuersis quæ agis. Iura ergo per deum, ne noceas mihi & posteris meis, stirpique meæ, sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua uersatus es aduena. Dixitque Abraham ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem ui abstulerant serui illius. Respondítque Abimelech, Nesciui quis fecerit hanc rem. Sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. Tu lit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech, percusseruntque ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech, Quid sibi uolunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille, Septem (inquit) agnas accipies de manu mea, ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco uocatus est locus ille Bersabee, quia ibi uterque iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti.

AVCTOR CATENAE. Rex Abimelech dignus habebatur deo,qui proficeret in timore dei,& cõtuber- 4
nium Abrahæ illi non parum profecerat.Denique fama virtutis Abrahæ,& dei beneficentia circa eum, omnibus nota fiebant magis ac magis.Nota erat victoria de regibus,benedictio Melchisedech,oratio pro Sodomitis, conceptus & generatio Saræ,& reliqua.Cui ergo deus amicus est,quis inimicus nocebit?Quin & in manu dei cor regis.Reuerebatur à magnis,à nemine lædebatur,eius societatem ambiebant magni & boni,à quo & fidei rudimenta,virtutum exempla discebant ac timorem dei. *Eodem igitur tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in uniuersis quæ agis. Iura ergo per dominum,ne noceas mihi & posteris meis, stirpique meæ, sed iuxta misericordiam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſericordiam quam feci tibi facies mihi, & terræ in qua uerſatus es aduena. Neſcitur vnde ſumpſerint Septuaginta verba G
quæ hic addiderunt, poſt dixit Abimelech, videlicet καὶ ὄχοζὰδ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ, Et Hochozad pronubus eius,
nam de hoc in Hebraica litera nullum penitus verbum. Quod etiam hic dicitur: Ne noceas mihi & poſteris meis,
ſtirpique meæ, Hebraicè legitur אִם תַּשְׁקֹר לִי וּלְנִינִי וּלְנֶכְדִּי Im tiſkor li vlnini vlnechdi. Pro quo ſciendum, ver-
bum. שָׁקַר Sakar, mentiri, falſificare, aut falſum loqui ſignificare: נִין Nin autem, filium, progeniem, ſtirpem, po-
ſteros. נֶכֶד Nèched vero, nepotem, id eſt filium filij. Vnde iuxta Hebraicam veritatem ita reddi locus poteſt. Si
mentitus fueris, vel falſificabis mihi, & filio meo, & nepoti meo. Et ponitur ſi pro non, Hebraica phraſi. At inter-
pres ſenſum magis quàm verba ſecutus eſt, poſteris meis ſtirpique meæ tranſferens, ac cum Septuaginta ſenſit,
qui & ipſi, μὴ ἀδικήσαι με, Ne noceas mihi, dixerunt, quod vehementer approbatur, cum non alia fuerit Abime
lech intentio. Sed valde mirum quod dicitur & filio filij mei, à Septuaginta reddi, μὴ ἐν τῷ ὀνόματί μου, Neque no-
men meum, nam conforme nihil cum Hebræo. Chaldaica habet, Ne noceas mihi, & filio meo, & filio filij mei.
Magna igitur religione iurabant veteres per omniſcientem, omnipotentem, mala punientem, fidem remuneran H
tem, quem credebant omnia creaſſe & gubernare, vltorem infidelitatis & mendacij. Videbat Abimelech Abra-
ham virum dei habere promiſſiones pro ſe & poſteris, ideo gratiam illius ſibi conciliare conabatur pro ſe & ſuis
poſteris, pro concordia gentium vtrarúnque. Quapropter & ſpiritus dei hæc conſcribi voluit, ad fouendam ami-
citiam inter Iſraëlitas & Philiſtæos. Sed humanam interim rationem diſcimus contemptricem legis diuinæ. Vix
enim cum aliqua gente bella Iudæorum plura legimus, quàm cum Palæſtinis, ob vicinam ſcilicet ſeſe æmulanti-
bus. *Dixitque Abraham, ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem ui abſtulerant ſerui illius.* AVGV-
STINVS IN QVAESTIONIBVS. Quæri poteſt quando cum iſto Abimelech pactum fecit Abraham,
vt appellatus ſit puteus quem fodit, puteus iurationis, quomodo congruat veritati? Agar enim de Abrahæ do-
mo expulſa cum filio, iuxta puteum, ſicut dictum eſt, iurationis errabat, qui in valle poſtea dicitur factus ab Abra
ham, ibi enim Abimelech & Abraham iurauerunt, quod nondum vtique factum fuerat cum de domo Abrahæ
Agar cum filio fuiſſet expulſa. Quomodo ergo errabat iuxta puteum iurationis? An factum iam fuiſſe intelli- I
gendum eſt, & per recapitulationem poſtea commemoratum quod egit Abraham cum Abimelech, ſed forte
quia longe poſtea librum ſcripſit, ex nomine putei iurationis appellauit regionem in qua cum filio mater errabat,
tanquam diceret, errabat in illa regione, vbi puteus iurationis factus eſt, quanuis puteus poſtea ſit factus, ſed lon-
ge ante ætatem ſcriptoris? Sic autem appellabatur puteus cum liber ſcriberetur, nomen tenens antiquum quod
impoſuerat Abraham. Si autem ipſe eſt puteus quem apertis oculis vidit Agar, nihil reſtat niſi vt per recapitula-
tionem quæſtio diſſoluatur. Nec mouere debet quomodo puteum quem foderat Abraham neſciebat Agar, ſi an-
te eſt ille foſſus quàm illa expulſa. Valde enim fieri potuit, vt pecorum ſuorum cauſa, longe à domo in qua cum
ſuis habitabat, puteum foderet, quem illa neſciret. RVPERTVS. Antequam ergo iuret, cauſam omnem ſi-
multatis determinat Abraham, ne qua præteriti motus ſcintilla ſubſideat, & pro puteo aquæ vir tantus regem in-
crepat, quia videlicet res non indigna erat, præſertim in illis terris, vbi naturaliter magna viuæ aquæ penuria eſt. K
AVCTOR CATENAE. Sponte igitur admittit iuſtus amicitiam regis, & iurat per dominum, non per deos
multos. Abrahæ autem hic longanimitas declaratur, qui cultor pacis, rerum ſuarum iacturam tarde querebatur,
etiam ad amicum ſibi regem. Habita autē occaſione digna, opportune proponit ſuam cauſam, & obtinuit (bona
vtriuſque gratia) ius ſuum de puteis. *Reſpondit Abimelech, Neſciui quis fecerit hanc rem. Sed & tu non indicaſti mihi, & ego non audiui præter hodie.* INTERLINEARIS. Quaſi dicat, nullius crimen maculat neſcientem. RV-
PERTVS. Plena & ſufficiens excuſatio, tribus partibus perfecta eſt. Nam in omni quæſtione cum de facto a-
gitur parum eſt ad conſcientiæ puritatem neſcire à quo factum eſt, cum ſcieris an factum, vel quid factum ſit,
præſertim ſi tacendo conſenſiſſe videaris. Cunctis ergo culpæ partibus rationabiliter ſe exuit Abimelech, cum ad
ſummum dicit: & ego non audiui præter hodie. AVCTOR CATENAE. Ignorantia igitur ſe rex excuſat,
more loquendi Hebraico, melior profecto multis regibus, quibus quandoque omnia licent quæ libent, qui qua-
cúnque ratione & etiam cum aliorum iniuria, vendicant ſibi terras alienas, cum propria adminiſtrare pro digni- L
tate non poſſint vel negligant. Sed hæc contra malos duntaxat dicta ſint. *Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech.* INTERLINEARIS. Munera videlicet, tanquam principi terræ, iuxta illud Apoſtoli, Red-
dite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. AVCTOR CATENAE. Abraham er
go regi munera largitur, & gratiam ambit pro pace ſua ac ſuorum. Hebræus enim erat, & donec vixit, peregrinus
in terra Palæſtinorū. Licet ergo opportune gratiam venari magnorum, & redimere odium. *Pereuſſerúntque ame-
bo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech, Quid ſibi uolunt ſeptem agnæ iſtæ quas ſtare fe-
ciſti ſeorſum? At ille ſeptem (inquit) agnas accipies de manu mea, ut ſint in teſtimonium mihi, quoniam ego fodi puteum iſtum.*
Priſcorum ceremoniis pactum iniit cum rege Abraham hoc in loco. *Idcirco uocatus eſt locus ille Berſabee, quia ibi
uterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HE-
BRAICIS. Vbi hic legitur puteus iuramenti, in Hebræo habetur בְּאֵר שָׁבַע Berſabaa duplex autem cauſa eſt,
cur ita appellatus ſit locus ille, ſiue quia ſeptem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit. Septem enim dicun M
tur ſabee, ſiue quod ibi iurauerint, quia & iuramentum ſabee ſimiliter appellatur. Quod ſi ante hanc cauſam ſu-
pra hoc nomen legimus, ſciamus per prolepſim dictum eſſe, ſicut & Bethel & Galgala, quæ vtique vſque ad tem-
pus quo ita appellatæ ſunt, aliter vocabantur. Notandum autem ex prioribus & ex præſenti loco, quod Iſaac non
ſit natus ad quercum Mambre, ſiue in aulone Mambre, vt in Hebræo habetur, ſed in Geraris vbi & Berſabee vſq;
hodie oppidum eſt. Quæ prouincia ante non grande tempus, ex diuiſione præſidum Palæſtinæ, ſalutaris eſt di-
cta. Huius rei ſcriptura teſtis eſt, quæ ait: Et habitauit Abraham in terra Palæſtinorum. IDEM DE LOCIS
HEBRAICIS. Berſabee in tribu Iuda ſiue Simeonis, eſt vſque hodie vicus grandis in viceſimo à Chebron
miliario, vergens ad auſtrum, in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt. A quo loco termini Iudææ
terræ incipientes, tendebantur vſque ad Dan, quæ iuxta Paneadē cernitur. Interpretatur verò Berſabee, puteus iu-
ramenti, eo quod ibi Abraham & Iſaac fœdus cum Abimelech ſociauerunt iurantes. Nec mouere debet quem-
piam, ſi

A piam, ſi interdum ciuitates Iudæ eaſdem in tribu Simeonis, vel Beniamin reperiat. Tribus enim Iuda bellicoſiſſi-
mis viris pollens, & crebro aduerſarios ſuperans, in omnibus tribubus tenuit principatum, & idcirco etiam aliarū
tribuum ſortes in eius interdum funiculo nuncupantur, alioqui in medio tribus Iudæ habitaſſe Simeonē ſcriptu-
ra manifeſtiſſime docet. CAIETANVS. Quod ergo nos dicimus Berſabee, Hebraicè eſt Beerſabaa. AV-
CTOR CATE. Et dictio שָׁבַע Sábaa, eiſdem literis, & ſeptem ſignificat, & iuramētum. Sacer enim numerus
eſt ſeptenarius Hebręis. Septem ergo ad ſufficientiam & ad iuramentum ſignificandū trāſumitur, ſicut & alias ſæ-
pe verbum vnum, germane ſignificat vnum, & tranſfertur ad multa. Poteſt ergo reddi, vel puteus ſeptem, ſcilicet
agnarum, vel vt ſcriptura hic habet, puteus iuramenti. Quod verò in noſtra æditione eſt, & inierunt fœdus pro pu
teo iuramenti, Hebraice. eſt בִּבְאֵר שָׁבַע Biber ſabaa, Chaldaicè verò, & inierūt pactum in Berſabee. Septuaginta,
Ὤμοσαν διαθήκην ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκισμοῦ, Et poſuerunt fœdus ſuper puteum iuramenti. Sed hæc parua ſunt. Myſticè.

B RVPERTVS. Primum quidem & hoc ipſum quod natus eſt Iſaac in Geraris, vt ab hoc exordiamur, myſte
rio nō vacat, Chriſtus enim qui ſalutem mūdo attulit, natus eſt ſub ſeruitio Romani Imperij, nam & populus dei
erat tunc ſub principibus alienigenis, & tributis ſeruiens. Natus eſt ergo Iſaac in Geraris, quæ metropolis erat Pa-
læſtinorum, hoc eſt, ruentium, & Romam ſignificat, quæ mater futura erat & regina pereuntiū. Bene igitur Abra
ham, ex quo illi Iſaac ex nomine repromiſſus eſt, vſq; ad natiuitatem vel ablactationē eius, ſub Abimelech in Ge-
raris peregrinatus eſt, quia videlicet à temporibus prophetarum per quos Chriſtus prænunciatus eſt, vſq; ad nati-
uitatem ipſius, regnum temporale Iudæorum ſub iugo gentium pene continuo detritum eſt. Verum poſtquam
Iſaac ablactatus, & filius ancillæ eiectus eſt, Abimelech & Phicol princeps exercitus eius veniunt ad Abraham, cō
fitentes quod deus cum illo ſit in vniuerſis quæ agit, & rogantes eum, atq; dicentes, Iura per dominum, vt non no Act.13.
ceas nobis, & cæt. Poſtquam enim ſynagoga, cui primum oportebat loqui verbum dei, repulit illud, & indignā ſe
iudicauit æternæ vitæ. Apoſtoli conuerſi ſunt, imò & gentilium nonnulli vltro ad eos venerūt, quodammodo di-
C centes, Deus vobiſcū eſt in vniuerſis quæ agitis. Iurate ergo nobis per deum, vt non noceatis nobis, & poſteris no
ſtris, ſtirpiq; noſtræ. Nam quando gentes confeſſionem fidei ſanctis apoſtolis obtulerunt, & ab illis patribus con
ſilium quæſierunt, quomodo & in præſenti peccatorum remiſſionem acciperent, & in poſterū vltimum iudicium
euaderent, ſimilia his, & pene eadem dixerunt. Et per Abimelech quidem, quod interpretatur pater meus rex, vel
patris mei regnum, multitudo intelligitur gentium, quas fecit Chriſtus eſſe patris ſui regnū, per Phicol vero prin-
cipem militiæ, quod interpretatur os omnium, principes bellicarum virium, id eſt duces, reges, vel imperatores
cæteræq; poteſtates, qui & ipſi fidem Chriſti conſecuti ſunt, & os omnium ad confitendum verum deum, licentia
vel auctoritate ſua latius aperuerunt. Porro myſticè puteus aquæ quem vi abſtulerunt ſerui Abimelech, ſacra ſcri-
ptura eſt, quam philoſophi gentium vi abſtulerāt, id eſt non rectō ſenſu, ſine prædicatore, & ſine dei ſpiritu legen
tes, diripuerant. Verbi gratia, Plato cum in Timæo formationem mundi de principio huius libri Geneſeos fura-
tes, diripuerant. Verbi gratia, Plato cum in Timæo formationem mundi de principio huius libri Geneſeos fura-
D tus, ſubdole, atq; peruerſe alia pro aliis dixit. Pro huiuſmodi vtiq; puteo increpauit Abraham Abimelech, exempli
cauſa, quando Paulus apoſtolus ſtans in medio Areopagi, ait, Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos Act.17.
video. Præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inueni aram in qua ſcriptū erat, Ignoto deo. Quod ergo igno
rantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Et poſt pauca, In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus, ſicut & quidā
veſtrorum poëtarum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus. Oues autem quas dedit Abraham Abimelech, agnicu
los pariunt, & dulci lacte teneros fœtus alunt. Boues autem nunc in area triturant, nunc vertendo terram operan
tur, & panem educunt ad cor hominis confirmandum. Scimus enim quia patres apoſtoli ſingulis populis vel ci- 1.Cor.9.
uitatibus magiſtros & rectores maiores pariter & minores ordinauerunt, qui & tāquam oues lacte, id eſt inchoa- Deut.25.
tionis ſermone, paruulos auditores imbuerent, & tāquam boues de qualibus Apoſtolo teſte lex dicit, Non alliga-
bis os boui trituranti, ſolido pane cibarent eos, qui pro conſuetudine exercitatos ſenſus habentes, feruntur ad per- Epheſ.2.
fectionem. Hoc modo Abraham & Abimelech, id eſt patres qui ex Iudæis erant, & gentes, fœdus percuſſerunt, &
in vnam domum ſociati ſunt, mediante angulari lapide Chriſto Ieſu, qui fecit vtraq; vnum, vt duos condat in ſe-
E metipſo, in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem, interfi-
ciens inimicitias in ſemetipſo. Porro ſeptē agnæ quæ in percuſſione fœderis ſeorſum conſtituuntur, ſeptiformem
ſignificant ſpiritus ſancti gratiam, cuius nobis in baptiſmo quo in Chriſto fœderamur, dona diſtribuūtur. Quæ vi- 1.Cor.12.
delicet agnæ ſeorſum conſtituuntur, quia profectò non in poteſtate hominis ſunt dona ſpiritus ſancti. Etenim ba
ptiſmum quidem aquæ in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, omnes æqualiter per officium eccleſiaſticum ex-
hibemus, ipſius autem ſpiritus ſancti dona, non qualia vel quanta volumus, damus aut accipimus, ſed ipſe ſpiritus
ſanctus operatur omnia, diuidēs ſingulis prout vult. Quicquid autem loquitur aut operatur per nos hic ſeptifor-
mis ſpiritus, teſtimonium verum eſt, quod pater Abraham foderit puteum iſtum, id eſt quod ſecundum ſemen
ſuum quod eſt Chriſtus, condiderit atq; compleuerit omnem veritatem ſcripturarum.

F *SVrrexit autem Abimelech & Phicol princeps exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram Palæſtinorum. ς
Abraham uero plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen domini dei æterni, & fuit colonus
terræ Philiſtinorum diebus multis.*

Surrexit autem Abimelech & Phicol princeps exercitus eius, & reuerſi ſunt in terrā Palæſtinorum. CAIETANVS. Hoc ς
eſt, in ciuitatem. Non enim exierant terminos Palæſtinæ, vt patet ex eo quod ſubiungitur, Abrahā in Berſabee ha
bitantem, fuiſſe multo tempore colonum Palæſtinæ. *Abraham autem plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen
domini dei æterni.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæri poteſt quo-
modo ad puteum iuramenti nemus plantauerat Abraham, ſi in terra illa quemadmodum Stephanus dicit, nō ac-
ceperat in hæreditatem, nec paſſum pedis: ſed ea intelligenda eſt hæreditas, quam deus munere ſuo erat daturus,
non empta pretio. Intelligitur autem ſpacium circa puteum, ad illud emptionis pactum pertinere, in quo fuerant
agnæ ſeptem datæ, quando Abimelech & Abraham ſibi etiam iurauerunt. CAIETANVS. Abraham verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

plãtauit nemus. Iuxta Hebræum habetur, Et plantauit arborem in Beersabaa. Rationabile autem est quod plãta- G
uerit arbores fructiferas potius quàm nemus, si ad plantationẽ spectetur. Et inuocauit ibi nomen domini dei æter
ni. Iuxta Hebræum habetur, Et vocauit ibi in nomine iehouah, el æterni. Si aduerbium ibi locum plantatarum ar-
borum demonstrat, rationabilius est vt nemus quoddam tanquam templum effecerit, velut locum sacrum ad in-
uocandum nomen dei, vt esset oratorium tam sibi quàm aliis colentibus verum deum. Quod quanuis prohibitũ
fuerit tempore legis scriptę, ante legem tamẽ scriptam licitum erat. Nominatur autem deus à tribus, videlicet ab
esse, à fortitudine, & ab æternitate, ad comprehendendum omnia quæ dei sunt, essentiam, vires & durationẽ sine
principio & fine. AVCTOR CAT. Abrahã verò plantauit nemus in Berſabee. Hebraicè est וַיִּטַּע אֶשֶׁל בִּבְאֵר שָׁבַע Vaittaa esel biber sabaa, Et plantauit arborem in Berſabee. Nulli dubium quin Abraham. Et est Esel nomen
generale ad omnem arborem. Septuaginta ἐφύτευσεν ἄλσος ἔχοφαν, Plantauit Abraham agrum. Et forte bene, ne
videatur more gentilium nemus plantasse, ibiq; deum adorasse. Quanquam dicant Hebræi multas ibi plantasse ar
bores circa puteum, quo monumentum essent rei ibidem gestæ. Chaldaica habet, Et plantauit plantationẽ in Ber H
sabee. Dictio autẽ quæ æterni redditur, est עוֹלָם olam, quæ iuxta docti patris Hieronymi regulã, quando cum vau
scribitur vt hic, æternitatem demonstrat. Plantauit igitur Abraham in Berſabee nemus vel arbores, de quo Targũ
Hieroſolymitanum hoc loco dicit, Abraham, inquit, hortum plenum optimis fructibus plantauit, & peregrinos
ſuſcepit hoſpitio, quibus gratis neceſſaria omnia ſuppeditabat, nihil aliud exigens pro pretio, quàm vt ſcilicet or-
bis conditorem agnoſcerent, venerarentur, & timerent rectorem cœli & terræ, cuius ſolius donum eſſet quicquid
comediſſent vel bibiſſent. Sicque in vera religione inſtitutos, & ad vitæ melioris inſtituta conuerſos, dimittebat.
Hæc ille Ionathas Syrus interpres. Vt nos quoq; diſcamus liberalitatem ad peregrinos, & ſtudium promouendæ
glorię dei, & agnitionis ſui nominis ad ignorantes, vt omne noſtrum ſtudium, peculium, eloquium, domino deo
noſtro ſeruiat. *Et fuit colonus terræ Philiſtinorum diebus multis.* INTERLINEARIS. Ecce quomodo ciuis pa
triæ cœleſtis, inquilinus eſt mundi. AVCTOR CATE. גּוּר Gur verbum, quia peregrinari, habitare, ſeu in I
colam eſſe ſignificat, hinc eſt quod aliqui, Et peregrinatus eſt Abraham, veluti Chaldaica, aliqui, habitauit, vt Se-
ptuaginta, παροῴκησεν, nonnulli, Et fuit colonus, vt Latinus interpres, verterunt. Sed hæc omnia vnum ſunt, nam
incolatus ſiue habitatio patriarchæ, non aliter fuit quàm peregrini more.

Myſticè. RVPERTVS ET INTERLINEARIS. Quod autem plantauerat nemus Abraham in Berſabee,
hoc etiam ad Chriſti myſterium pertinet, qui iuxta fontem baptiſmi eccleſiam ſuam fundauit, in qua ſanctiſſimæ
Trinitatis nomen inuocatur. Nam Abrahæ fides à Iudæis tranſlata, & in gentibus plantata, grande ex diuerſis ho-
minibus tanquam de diuerſis lignis nemus effecit, ad inuocandum ibi nomen domini, quale & per prophetam
Eſa. 41. Eſaiam deus ipſe deſertæ gentilitati promittens, hoc modo diuerſa diuerſorum merita diſtinxit, Dabo in ſolitu-
dine cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ. Ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul, vt
videant, & ſciant, & recogitent pariter, quia manus domini fecit hoc. In nemore huiuſmodi, vſque hodie inuo-
catur ſecundum fidem Abrahæ nomen dei æterni. Et ita relicta terra populi ſui Iudaici, colonus eſt Abraham ter
ræ Philiſtinorum, quod interpretatur potione cadentium, quales prius fuimus nos, nunc autem fixæ & pulchræ K
2. Cor. 6. ſumus plantationes domini, iuxta Apoſtolum, qui cum præterita vitia noſtra tetigiſſet, Et hæc quidem (inquit)
fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiri-
tu dei noſtri.

IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMSECVNDVM ARGVMENTVM.

Tentatur fides Abrahæ. Immolat filium ſuum Iſaac. Promittitur ei Chriſtus ſaluator omnium. Bathuel. Rebecca.

L

CAPVT XXII.

Lectio pri. *QVæ poſtquam geſta ſunt, tentauit deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham Abraham. At ille reſpondit, adſum. Ait illi, Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & uade in terram uiſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium quem monſtrauero tibi.*

I RVPERTVS. Theſaurum fidei & timoris domini, quem in exemplum bonum
nobis filiis ſuis hic pater multarum gentium theſaurizauit, examinator cordium deus oc- M
Hebr. 11. cultum eſſe noluit, ſed hactenus longa peregrinatiõe, & diuturna ſeminis ſui expectatione ſatis ſpectatum, adhuc
vno tentationis incendio, validiſſime conflagrare curauit. Ex hac nanque fortiſſima tentatione, fides eius ſplen-
didiſſima rutilat, Apoſtolo teſte, cum dicit: Fide Abraham obtulit Iſaac, cum tentaretur, & vnigenitum offere-
Pſal. 10. bat, qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans quia & à mor
tuis ſuſcitare potens eſt deus. Item, Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi, qui ex amore deſcendit,
ex iſto clarius ſplenduit, ipſo teſtante domino, cum poſt modum dixit, Nunc cognoui quod timeas dominum, &
nõ peperciſti vnigenito filio tuo propter me. Recte igitur ſcriptor hiſtoriæ hic prefatus eſt, *Quæ poſtquam geſta ſunt, tentauit deus Abraham.* CHRYSOSTOMVS. Quid volunt ſubito verba hæc, Quæ poſtquam geſta ſunt, ten-
tauit deus Abraham? Conſidera obſecro diuinam ſcripturam, quomodo iam vult detegere nobis iuſti virtutem,
& quia narraturus eſt quomodo Abraham à deo tentatus ſit, prius vult vt diſcamus tẽpus, quo hęc patriarchæ prę-
cepta ſunt,

A cepta ſunt, & quando iuſſus eſt offerre Iſaac, vt ſcias magnam patriarchę obedientiam, & quomodo nihil prę ferẽ-
dum ſit his, quæ deo placuerint. Quid igitur eſt, Quæ poſtquam geſta ſunt? nempe poſtquam natus eſt Iſaac, poſt-
quam ancillæ filius è domo eiectus, poſtquam præ oculis videbat ſucceſſurũ hæredem, magnamq; inde voluptatẽ
percipiens, impauidè & ſecurè ageret patriarcha. Poſt tot promiſſiones, & hanc quoq; quę recẽs facta, & cuius me-
moria adhuc in auribus illius ſonabat, cum iam adoleſceret Iſaac, & in ipſo ætatis flore eſſet, creſceretq; patris erga
illum dilectio, poſt verba promiſſionis, & poſtquã dixit, In illo vocabitur tibi ſemẽ, & ille erit ſucceſſor tuus. Poſt-
quam ergo hęc geſta ſunt, tentauit deus Abraham. Quid eſt, tentauit? Non quod ipſe ignoraret, tẽtatione illũ pro-
bauit, ſed vt & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vſq; ad præſens, iſtuc ipſum patriarchæ deſiderium, & obedi
entiam in præceptis dominicis præ ſe ferre diſcant. AMBROSIVS. Aliter deus tentat, aliter diabolus. Diabo
lus tentat vt ſubruat, deus tẽtat vt coronet. Deniq; probatos ſibi tentat. Vnde & Dauid dicit, Proba me deus, & tẽ-
ta me. Et ſanctum Abrahã probauit ante, & ſic tẽtauit, ne ſi ante tẽtaret quàm probaſſet, grauaret. Probauit enim,
B cum exire de Charra iuſſit, & obedientem reperit. Probauit, cum fidei titulo fretus, liberauit nepotẽ, cum de prę da
nihil attigit, cum promiſit ſeni filium, & cum eſſet centum annorum, quanuis Saræ genitalia cõſideraret emortua
tamẽ credidit, nec fide hæſitauit, qui poſſet hæſitare ratione ſterilitatis aut ſenectutis, probauit cum hoſpitij ſeduli-
tate. Probatũ igitur quaſi fortiorẽ, tentandũ putauit maioribus, & quibuſdã imperiis durioribus. Et hic quidẽ exẽ-
plo docemur, quia veris probatur quis, tẽtatur autẽ cõpoſitis & fictis. Nõ enim volebat deus immolari à patre filiũ
nec impleri hoc munus volebat, qui ouẽ pro filio immolandã obtulit, ſed tẽtabat affectũ patris, ſi dei præcepta prę-
ferret filio, ne paternæ pietatis contẽplatione vim deuotiõis inflecteret. AVGVSTINVS IN QVAESTIO
NIBVS SVPER GENESIM. Quæri ſolet, quomodo hoc verũ ſit, cum dicat in epiſtola ſua Iacobus q̃ deus Iaco. 1.
neminem tentet, niſi quia locutione ſcripturarũ ſolet dici, tẽtat, pro eo quod eſt probat. Tẽtatio verò illa de qua Ia
cobus dicit, nõ intelligitur niſi qua quiſq; peccato implicatur. Vnde Apoſtolus dicit: Ne forte tẽtauerit vos is qui
C tentat. Nam & alibi ſcriptũ eſt, Tẽtat vos dominus deus veſter, vt ſciat ſi diligitis eum, etiã hoc genere locutionis Deut. 13.
vt ſciat, dictũ eſt, ac ſi diceretur, vt ſcire vos faciat, quoniã vires dilectionis ſuæ hominẽ latẽt, niſi diuino experi- Ser. 72.
mento etiã eidẽ innoteſcat. IDEM IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Ergo nouerit charitas veſtra,
tentationẽ dei nõ id agere vt ipſe aliquid cognoſcat quod ante neſciebat, ſed vt illo tentãte, id eſt interrogante, q̃
eſt in homine occultũ, prodatur. Nõ enim ſibi homo ita not᷑ eſt vt creatori. Nec ſic æger ſibi notus eſt vt medico.
Pſal. 18. Aegrotat homo, ipſe patitur, medic᷑ nõ patitur, & ab illo qui nõ patitur, expectat audire quod patitur. Ideo in pſal
mo clamat homo, Ab occultis meis mũda me, quia ſunt in homine occulta ipſi homini in quo ſunt, & nõ proce-
dunt, neq; aperiuntur, neq; inueniũtur niſi in tẽtationibus. Si deus ceſſat tẽtare, magiſter ceſſat docere. Sed deus tẽ
tat vt doceat, diabolus tentat vt decipiat. Cui tamẽ niſi ille qui tẽtatur dederit locũ, inanis & irridẽdus repellitur.
Quid ergo dicimus fratres? Et ſi ſciebat ſe Abrahã, nos nõ noueramus Abrahã. Aut ſibi, aut certe nobis prodẽdus
erat. Sibi, vt ſciret vnde gratias ageret: Nobis, vt ſciremus vel quid à domino deprecaretur, vel quid in homine
D imitaremur. Quid igitur nos docet Abrahã? Vt breuiter dicam, vt deo nõ prę ponamus quod dat deus. Ergo nec il
lud quod tibi pro magno prę ſtat deus, præponas illi qui præſtitit. Et cum voluerit tibi ſubtrahere, nõ tibi vile ſcat,
quia gratis amãdus eſt deus. Quod enim dulcius à deo præmiũ, quã ipſe deus? RVPERTVS. Tentauit deus A-
brahã. Videlicet nõ vt ipſe ſciret, quem nulla cogitatio latet, ſed ne ignoraremus nos futuri filij, qualis ille fuerit
pater, cuius nobis fides ad imitandũ propoſita eſt. Sic negociatori quęrenti quæq; pretioſa, venditor ſedulus, quic-
quid libet examinat, nõ vt ipſe qui vendit cognoſcat, cum prius ea optime nouerit, ſed ne emptor dubitet dare o-
mnia ſua & cõparare illa. DIODORVS. Narraturus ergo Moyſes deum iuſſiſſe Abrahã vt filiũ ſuum immo-
laret, ne id vere deum iuſſiſſe crederes, quaſi humano ſanguine oblectaretur, præmiſit dicẽs: Et tentauit deus Abra
ham. Et infra, Nunc cognoui quod timeas deum, & cæt. hoc eſt, omnibus manifeſtũ feciſti. CAIETANVS.
Quæ poſtquam geſta ſunt. Nõ ſignificatur tẽpus poſt habitationẽ Abrahæ multo tempore in Palæſtina, quoniã in
calce huius capituli manifeſte dicitur, quod Abrahã Iſaac & famuli ierunt ad Berſabee, ſed ſignificatur tẽpus poſt
E iectã Agar cum Iſmaële, & poſt initum fœdus Abrahæ cum Abimelech, poſtq; plãtatum nemus, & diuinum cul
tum ibidem exhibitũ. Tentauit deus Abrahã. Hoc eſt, ad ſimilitudinem tentãtis ſe habuit. Tentare enim non con
uenit deo proprie (quia eſt actio neſciẽtis) ſed metaphoricè. Sicut iraſci & pœnitere. Et nominatur deus Elohim, ad
inſinuãdum quod non crudeliter, non iniuſte, ſed ſecundum diuini iudicij rationẽ non alligatã humanæ pietatis
regulis, tentationem hanc exercuit Abrahæ. AVCTOR CATE. Tota fideliũ vita tentatio eſt, quę nõ niſi à do-
mino infertur piiſſimo patre, qui & vires vincẽdi adminiſtrat fidelibus & electis. Vix Abrahã euaſit anxietatẽ de
relegato in exilium primogenito filio, quando ecce tentatur omniũ maxime de Iſaac gaudio ſuo, filio promiſſio-
nis. Non autẽ tentauit vt ſciret, ſed vt fidei ſacrificiũ cõmendaret, obedientiam doceret, & deſtinati præmij occa-
ſio haberetur, prę mitteretur q; figura diuini ſacrificij, quo proprio filio ſuo deus nõ pepercit, ſed pro nobis omni-
bus tradidit illum. Eſt enim hoc ſacrificiũ Abrahæ, totius legis veteris memorabiliſſimũ opus, & nouæ legis exem
F plar clarum certiſſimumq;, ſcopus fidei, eruditio & regula certa fidelium, credendi ac ſperãdi in deum, & obedien
di. *Et dixit ad eum, Abraham Abraham.* ORIGENES. Adhibete adhuc aures, qui acceſſiſtis ad dominum, qui Homi. 2.
fideles eſſe vos creditis, & conſiderate diligentius quemadmodũ fideliũ fides probatur ex his quæ recitata ſunt no
bis. Et factum eſt (inquit) poſt hæc verba, tentauit deus Abraham, & dixit ei, Abrahã. Obſerua ſingula quæ ſcripta
ſunt. In ſingulis enim ſi quis ſcit in altum fodere, inueniet theſaurum. Et fortaſſis etiã vbi non exiſtimatur, latent
myſteriorum precioſa monilia. Abrã vocabatur vir iſte prius, & nuſquam legimus q̃ hoc nomine vocauerit eum
deus, aut dixerit ei, Abrã Abrã. Nõ enim à deo vocari poterat nomine delẽdo, ſed vocat eũ hoc nomine q̃ ipſe do
nauit, & nõ ſolum vocat eum hoc nomine, ſed & ingeminat. AMBROSIVS. Et repetitione quidem nominis
mentẽ excitat, vt eſſet paratior. CHRYSOSTOMVS. Quid vult verbi duplicatio? Magnæ beneuolẽtiæ erga
patriarchã argumentum eſt, & mõſtrabat ei vocatione ipſa quod magnũ aliquid oſtẽſurus eſſet. Vt igitur attẽtio-
rem redderet, vocationem geminabat, & dixit, Abraham Abraham. CAIETANVS. Verum iuxta Hebræum
ſemel tantum vocatur, Abraham. Et quidem quod nocturna fuerit hæc vocatio, manifeſtãt ſequentia. Verum an

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit dormiendo vel vigilando,non omnino perſpicuũ eſt.Et eſt hæc nona viſio diuina Abrahæ. AVCTOR CATE. In littera quidem Hebraica & Chaldaica ſemel appellatur Abraham,ſed bis apud Septua.Semel autem hoc loco dicitur Abraham ad terrorem,quaſi durum aliquid loquuturus ſit dominus,qui ſic acclamat. *At ille reſpondit, Adſum.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Ecce ego.Apparuit ſiquidem deus in ſpecie vocãtis ô Abraham,& reſpondit Abraham,Ecce ego,promptiſſimum ſe exhibendo deo. AVCTOR CAT. Dictionem Hebraicam הִנֵּנִי Hinneni,Ecce ego,ſolus interpres Latinus mutauit in adſum.Chaldaica autem & Septu. nõ immutarunt.Per vtramq; autem animus promptus ad audiendum & parendum,ac ſi dicat præſto ſum iuſta perficere,ſignificatur.Sic & de Samuel legimus,qui deo vocãte & dicẽte,Samuel Samuel,ſurrexit de ſomno, & cucurrit ad Heli. *Ait illi, Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atq; ibi offeres eum in holocauſtũ ſuper unum montium quem monſtrauero tibi.* ORIGENES. Alia litera habet,Accipe filium tuum chariſſimũ quem diligis Iſaac,& vade in terram excelſam,& ibi offeres eum in vno ex montibus quem oſtendero tibi.Nomen quidem cur ei donauerit deus,& vocauerit eum Abraham,ipſe interpretatus eſt,quia patrem(inquit)multarum gentium poſui te.Hãc repromiſſionem dedit ei deus cum haberet filium Iſmaël,ſed pollicitus eſt ei,quia in filio, qui naſceretur ex Sara,complebitur iſta promiſſio. Accẽderat ergo animum ipſius in amore filij,non ſolum poſteritatis gratia,ſed & promiſſionum ſpe.Sed hunc in quo ei poſitæ ſunt promiſſiones magnæ iſtæ & mirabiles, hunc, inquam,filium quo vocatum eſt nomen eius Abraham,holocauſtum domino iubetur offerre in vno ex mõtibus. Quid tu ad hæc,ô Abraham:Quæ & quales cogitationes mouentur in corde tuo? Prolata eſt vox à deo, quæ diſcutiat,& probet fidẽ tuam.Quid ad hæc dicis?Quid cogitas?Quid retractas ? Putas ne reuoluis in corde tuo,quia ſi in Iſaac data eſt mihi repromiſſio,hunc autem offero holocauſtum,ſupereſt vt non ſperetur illa promiſſio?Aut magis illa cogitas,& dicis,quia impoſſibile eſt mentiri eũ,qui repromiſit,quicquid illud fuerit,promiſſio permanebit. Verum ego quia minimus ſum,tanti patriarchæ cogitationes non valeo perſcrutari,nec ſcire poſſum, vox dei,quæ ad tentandum eum proceſſerat,quas ei cogitationes mouerit,quid animi attulerit, cum iuberetur vnicũ iugulare.Sed quoniam ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt,Paulus apoſtolus,qui per ſpiritũ(credo) didicerat quid animi,quid conſilij Abraham geſſerit,indicauit,dicens,Fide Abraham non hæſitauit , cum vnicum offerret,in quo acceperat repromiſſiones,cogitans quia & à mortuis eum ſuſcitare potens eſt deus. Prodidit ergo nobis cogitationes viri fidelis Apoſtolus,quod fides reſurrectionis iam tum haberi cœperit in Iſaac.Abraham ergo reſurrecturum ſperabat Iſaac,& credidit futurũ,quod adhuc non erat factum.Quomodo ergo filij ſunt Abraham,qui factum non credunt in Chriſto,quod ille futurum credidit in Iſaac?Imò (vt apertius loquar) ſciebat ſe Abraham futuræ veritatis imaginem præformare,ſciebat de ſemine ſuo naſciturum Chriſtum,qui & offerẽdus eſſet totius mundi verior hoſtia,& reſurrecturus à mortuis.Sed nunc interim tentabat(inquit)deus Abraham,& dicit ad eum.Accipe filium tuum chariſſimum quem diligis,non enim ſuffecerat dixiſſe filiũ,ſed adiicitur & chariſſimum.Eſto & hoc,quid adhuc additur?& quem diligis.Sed vide tentationis pondus.Charis & dulcibus appellationibus iterum ac ſæpe repetitis,paterni ſuſcitantur affectus,vt amoris euigilante memoria,ad immolandum filium paterna dextera retardaretur,& vt aduerſus fidem animi,tota carnis militia repugnaret,additur tentationis tempore.Accipe(inquit)ergo filium tuum chariſſimum quem diligis Iſaac.Eſto domine,quia cõmemoras de filio patrem,addis & chariſſimum quem præcipis iugulari.Sufficiat hoc ad ſupplicium patris. Addis rurſum, & quem diligis:Sint & in hoc pareti triplicata ſupplicia.Quid opus eſt adhuc vt commemores & Iſaac:Nunquid neſciebat Abraham,quia filius ſuus ille chariſſimus,ille quem diligebat,Iſaac vocaretur ? ſed cur hoc additur in tẽpore? vt recordaretur Abraham quia dixeras ad eum,quod in Iſaac vocabitur tibi ſemen,& quod in Iſaac erunt tibi repromiſſiones.Fit & commemoratio nominis,vt & promiſſionum quæ ſub hoc nomine factæ ſunt,deſperatio ſubeat.Sed hæc omnia quia tentabat deus Abraham.Quid poſt hęc? vade(inquit)in terram excelſam,in vnũ ex mõtibus quem tibi oſtendero,& ibi eum offeres holocauſtum.Intuemini per ſingula quomodo fiunt tẽtationis augmenta.Vade in terram excelſam.Nunquid non potuerat duci prius Abraham cum puero ad illam terram excelſam,& imponi prius in montem quemcunq; delegerat dominus,& ibi ad eum dici,vt offerret filium? ſed prius ei dicitur,quia offerre debeat filium ſuum,& tunc iubetur ire in terram excelſam,& aſcendere in mõtem . Quo hoc ſpectat? vt dum ambulat,dum iter agit,per totam viam cogitationibus diſcerpatur, vt hinc perurgente præcepto, hinc vero vnici affectu obluctante crucietur.Propterea ergo etiã via iniungitur,etiã mõtis aſcenſio,vt in his omnibus ſpatium certaminis accipiat affectus & fides,amor dei & amor carnis,preſentium gratia & expectatio futurorum.Mittitur ergo in terram excelſam,& non ſufficit patriarchæ tantum opus domino peracturo,terra excelſa,ſed & montem iubetur aſcẽdere,ſcilicet vt fide elatus,terrena derelinquat,& ad ſuperna conſcẽdat. CHRYSOSTOMVS. Accipe filium tuum dilectum,quem dilexiſti Iſaac,& vade in terram excelſam,& offer eum in holocauſtum ſuper vnum montium quem tibi dixero.Magnum præcepti pondus,& res humanam tranſcendens naturam.Tolle filium tuum quem dilexiſti Iſaac.Vide quomodo per verba iſta maius incendium ſuccendit, & fornacem amoris quo iuſtus in Iſaac affectus erat,violentius excitat.Accipe filium tuum dilectum, quem dilexiſti Iſaac.Vnumquodque verbum per ſe ſufficeret ad ſauciandam animam iuſti . Non ſimpliciter dixit,Iſaac , ſed addidit filium tuum,quem præter omnem expectationem genuiſti,& in ipſa ſenectute habere potuiſti , dilectum & deſiderabilẽ tuum,quem tam immodice diligis,Iſaac,quem ſucceſſurum tibi expectas,ex quo & ſemẽ tuũ multiplicandũ promiſi,& in tãtum multiplicandũ,vt ſtellarũ multitudini & arenæ quæ eſt iuxta littus maris adæquetur.Illũ ipſum accipe,& vade in terrã excelſam,& offeres eum in holocauſtũ ſuper vnũ mõtium quem tibi dicã. AMBROSIVS. Non ſinit otioſum eſſe affectũ patris,à principio eum ſtimulat,& pũgit pietatis aculeis,& filij nomẽ addit,ad nomẽ neceſſitudinis & vim amoris.Nõ ſatis putauit dixiſſe filiũ,adiũxit amãtiſſimũ, quẽ dilexiſti Iſaac.Quid eſt quod ait:Quẽ dilexiſti,& nõ dixit,quẽ diligis?Poſſumus quidẽ vti ad defenſionẽ ſcripturæ cõſuetudine diuinæ,quia præterita plerunq; ponit pro futuris vel preſentibus,vt in euãgelio habes,Hic eſt filius meus dilectiſſimus,in quo cõplacui,cũ vtiq; ſemper in filio placeat pater.Et in pſal.habes,Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,cum ſemper ſedeat.Poſſumus tamẽ & amãtiſſimum ad preſens accipere,& quem dilexiſti, ad id vt non recenti

Pſal.109.

A non recẽti quodã impulſu amoris,ſed inolito diu & probato amore ſignificaret dilectũ.Quod enim ad tẽpus augetur,ad tẽpus reſoluitur,quod autẽ diu,aut ſemper placuit,cito aboleri nõ poteſt.Poteſt & illud nõ abſurdũ videri,quia morituros plus diligimus.Hoc eſt,quẽ ante dilexiſti,quaſi iam nõ diligat immolandũ.Nec ocioſe addidit nomẽ ſanctι Iſaac,hoc eſt,eũ quẽ ſuſcepiſti de vxore vnicũ,ſuſcepiſti in ſenectute,ſuſcepiſti tanquã fidei tuæ præmiũ,remunerationẽ operum tuorũ.Suſcepiſti ex promiſſione dei,non cõiugis fœcũditate,ex qua alιũ ſperare non poſſis,offeres mihi holocauſtũ,ſed prius vade in terrã excelſam.Interponitur ſpatium,ne præcipitari ſubito videatur affectus,vt illa dilatione obrepat pietatis gratia deſideriũ patris.Adiecit,in vno montiũ,quẽ tibi dixero.Et hic ſimiliter,vt dum aſcẽderet ſenex,infringeretur impetus,laſſaretur dextera,deficeret intẽtio,dum quęreret montẽ iungitur,Appellauitq; nomẽ loci illius,dominus videt.Vnde vſq; hodie dicitur,in mõte dominus videbit.Cõſtat

B ergo quod ob cauſam prędictã iubilãs,atq; ineffabiliter gratulabũdus Abrahã,illũ ſuæ lætitiæ locum,viſionis nomine ſignauit,in quo viſum ſe eſſe à domino veraciter cõfiteri potuit.Itaq; ſicut cætera multa,ſic & hoc per anticipationẽ paulo ante dictũ eſt,vade in terrã,cũ additamẽto nominis huius.i.viſionis. AVCTOR CAT. Terra igitur iſta viſionis,Iudęa eſt,illa præſertim pars,quę inter mõtana ſita eſt,ſic forte dicta quoniã ipſa à lõge,& de ea à lõge videri poterat.Vel per anticipationẽ etiã alio modo dicitur terra viſionis,futura enim erat terra illa prophetarũ habitatio,quibus copioſiſſimæ factę ſunt cœleſtes viſiones & reuelatiões.An nõ terra viſionis dicẽda illa, in qua filius dei verus homo erat habitaturus palpabilis & viſibilis,iuxta illud Baruch,poſt hęc in terra viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt? CAIETANVS. Tolle filiũ tuum.Deficit vna dictio,nam iuxta Hebræum habetur,tolle nũc filiũ tuum.Præcipit vt ſine mora ſtatim tollat filium ſuum.Et hinc incipit manifeſtatio nocturni tẽporis,nam ſubiũgitur quod Abrahã diluculo executus eſt diuinã iuſſionẽ, ex his enim duobus collatis, manifeſte apparet nocturnũ tẽpus vnigenitũ.Iuxta Hebræũ habetur,vnicũ tuum.Habebat Abrahã duos filios ſecũdũ

C vnicus,tãto charior & dilectus. IDEM. Notiſſima pietas patris noſtri Abrahę reddita eſt nobis in memoriam per recentẽ lectionem,& eſt quidẽ ita mirabile,vt nullum cor arbitrandũ ſit tam obliuioſum,vt inde aliquãdo elabi poſſit.Verumtamen neſcio quomodo quotienſcunq; legitur:quaſi tunc fiat,ita afficit mẽtes audientiũ.Magna fides,magna pietas,nõ ſolũ in deum ſed etiam in ipſum vnicũ filium,cui nihil mali credidit ipſe pater : quicquid de illo iuſſerat qui creauit.Pater enim filij ſui poterat Abraham ſecundum operationẽ carnis,nõ autem creator & cõditor ſecundũ operationem maieſtatis?Et quidẽ ſicut dicit Apoſtolus,Nõ ſecundũ carnem natus eſt Iſaac Abraham, ſed ex promiſſione:non quia cum carne non erat operatus, ſed quia de ſumma eum deſperatione ſuſceperat. Et niſi adeſſet promittẽs deus,nihil iam ſenex de viſceribus aniculæ cõiugis ſperare audebat poſteritatis.Sed credidit naſciturũ,& non plangit moriturum.Eius dextera eligitur ad ſacrificiũ,vt moreretur,cuius cor erectum eſt ad fidẽ vt naſceretur.Non trepidauit Abrahã credere quãdo promittebatur:non trepidauit offerre quando exige

D batur,nec fuit religio credẽtis contraria deuotioni obtemperãtis. GREGORIVS VIGESIMOOCTAVO MORALIVM. Præcipiendo autẽ dura,nos interrogat deus.Sicut Abrahã terram ſuam iubetur egredi,& pergere quo neſciebat:in montẽ vnicum filium ducerę,& quem ad conſolationẽ ſenex acceperat,immolare.Cui nimirum ad interrogationẽ bene reſpondẽti,id eſt ad iuſſionẽ obediẽti,dicitur:Nũc cognoui quia times deũ.Vel ſicut ſcriptũ eſt,Tẽtat vos dominus deꝰ veſter,vt ſciat ſi diligitis eũ.Tẽtare quippe dei,eſt magnis nos iuſſionibꝰ interrogare.Scire quoq; eius eſt,noſtrã obedientiã noſſe nos facere. RVPERTVS. Veruntamẽ quid opus eſt ab Hebręis nominis huius.i.terræ vel montis viſionis, etymologiã dubitabilẽ quęrere,aut vt opinabilẽ inueſtigare,cum ex preſenti loco ſcripturæ,manifeſte cõſtet,propter preſentiã ſiue reſpectũ gratiæ dei,Abrahã locũ illũ appellaſſe nomine eodẽ? Nã quia dei tẽtantis oculos ſuper ſe apertos atq; defixos præcordialiter ſenſit,clamãte angelo domini,cum arripuiſſet gladiũ,Abrahã,non extẽdas manũ tuã ſuper puerũ,& nũc cognoui quia times deũ. Deinde ſubiungitur,Appellauitq; nomẽ loci illius,dominus videt.Vnde vſq; hodie dicitur,in mõte dominus videbit.Cõſtat

E ergo quod ob cauſam prędictã iubilãs,atq; ineffabiliter gratulabũdus Abrahã,illũ ſuæ lætitiæ locum,viſionis nomine ſignauit,in quo viſum ſe eſſe à domino veraciter cõfiteri potuit.Itaq; ſicut cætera multa,ſic & hoc per anticipationẽ paulo ante dictũ eſt,vade in terrã,cũ additamẽto nominis huius.i.viſionis. AVCTOR CAT. Terra igitur iſta viſionis,Iudęa eſt,illa præſertim pars,quę inter mõtana ſita eſt,ſic forte dicta quoniã ipſa à lõge,& de ea à lõge videri poterat.Vel per anticipationẽ etiã alio modo dicitur terra viſionis,futura enim erat terra illa prophetarũ habitatio,quibus copioſiſſimæ factę ſunt cœleſtes viſiones & reuelatiões.An nõ terra viſionis dicẽda illa, in qua filius dei verus homo erat habitaturus palpabilis & viſibilis,iuxta illud Baruch,poſt hęc in terra viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt? CAIETANVS. Tolle filiũ tuum.Deficit vna dictio,nam iuxta Hebræum habetur,tolle nũc filiũ tuum.Præcipit vt ſine mora ſtatim tollat filium ſuum.Et hinc incipit manifeſtatio nocturni tẽporis,nam ſubiũgitur quod Abrahã diluculo executus eſt diuinã iuſſionẽ, ex his enim duobus collatis, manifeſte apparet nocturnũ tẽpus vnigenitũ.Iuxta Hebræũ habetur,vnicũ tuum.Habebat Abrahã duos filios ſecũdũ

F rem,ſed vnicũ duntaxat ſecundũ electionẽ diuinã eiecto Iſmaële,& propterea dicitur vnicũ tuum:quem diligis. Iuxta Hebræũ habetur,quẽ dilexiſti Iſaac.Collige cõditiones tres præter nomẽ propriũ Iſaac.Primã à natura, filiũ tuum:ſecundã,ab electione diuina,vnicũ tuum:tertiã à vehemẽtia amoris ſi tamen,quẽ dilexiſti.Ac ſi apertius diceret,nõ obſtãtibus his omnibus fac quod præcipio.Et vade in terrã viſionis.Iuxta Hebræũ habetur, Et vade tibi ad terrã Moria.Lege ſecũdi li.Paralipom.capite tertio ædificatũ eſſe tẽplum domini à Salomone in mõte Moria: & perſpicies vnũ atq; eundẽ eſſe locũ in quo oblatꝰ eſt Iſaac,in quo ſacrificauit Dauid in illa magna peſte,& in quo fundatũ eſt tẽplum domini,nõ caſu,ſed ex reuelatiõe diuina facta Dauidi.Et dicitur,vade tibi,hoc eſt,ad bonum tuum:vt cõſideret Abrahã deo dicẽti quod iubet ei hoc ad propriũ bonũ.Atq; offer eum ibi in holocauſtũ,hoc eſt, totum cõburendũ,vt ſoli cineres remaneãt. AVCTOR CAT. Tolle filiũ tuũ,&c.Vera ergo litera Heb.eſt hoc in loco huiuſmodi קַח נָא אֶת בִּנְךָ אֶת יְחִידְךָ אֲשֶׁר אָהַבְתָּ אֶת יִצְחָק וְלֶךְ לְךָ אֶל אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה kah na eth bincha eth ihideha aſer ahábta eth Izhak, velech lecha el erez hamoriia, Tolle nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexiſti Iſaac,

Deut.13.

Universidad de Deusto Biblioteca

& vade tibi ad terrã Moria.Septuaginta,λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν,ὃν ἠγάπησας τὸν ἰσαάκ,καὶ πορεύθητι εἰς τὴν γῆν G
ὑψηλὴν,Accipe filium tuum dilectũ,quem dilexiſti Iſaac,& vade in terrã excelſam. Chaldaica,Tolle nunc filium
tuũ,vnicũ tuum,quem diligis Iſaac,& vade in terrã diuini cultus.De loco iſto Moria inter omnes conuenit,quod
ſit locus in quo Salomonicum templũ poſtea fuit extructum.De rationeverò nominis plurimum diſſentiũt.Qui-
dam nanq; prçter id quod Chaldaica & Septua.habent,putant idem eſſe Moria,quod pauor & timor,quod tẽpo-
re Abraham futurum eſſet,vt illic deus coleretur & in timore haberetur.Quidam æſtimant montem illum ſic di-
ctum,à myrrha,& inde terram myrrheam,de quo etiã dicitur Cant.IIII. Ibo ad montẽ myrrhæ,& ad collẽ thu
ris.Creuerunt enim in monte illo(vt aſſerunt iſti)myrrha,aloe & cinamomum . Et profectò rectè myrrhæ, id eſt
amaritudinis locus dicitur.Quid enim acerbius vel Abrahæ vel Chriſto per Iſaac ſignato contingere potuiſſet, q̃
paſſionis & mortis horror & dolor eo monte exhibitus?Noſtri(vt iam dictum)verterũt,terram viſionis, quod ibi
ſe Abrahæ oſtenderit deus,perinde quaſi radix eius eſſet רָאָה raa,verum vau ſeu holem,aliquantulum eorum ſen
tentiæ refragatur.Quaſi igitur diceret deus ad Abraham,conſueuiſti hucuſq; ſacrificare mihi oues,boues, hircos, H
capras,& cæt.huiuſmodi bruta animalia,facile id quiſpiam vel infidelis,alienus & inimicus obtuliſſet,filiũ tuum
nunc exigo,quem centenarius genuiſti,quem dono dedi tibi non ſperanti:vnicum Saræ matri ſuæ,pro quo alium
eieciſti,quo ipſa nimium ſuperbit & conſolatur.Filium(inquam)tuum non alicuius de familia,nõ ancillæ, quem
tibi promiſeram,in quo tibi benedictio,& poſteritatis innumerabilis multitudo debetur. Vnicũ tuum,iam enim
alterũ amiſiſti,cum matre exulẽ Iſmaẽlẽ abieciſti,iam vtriſq; carebis,vt fruſtra centũ annis credidiſſe te ſentias,&
gratiã meam perdidiſſe videaris.Quẽ amas.Augetur per gradus tẽtationis acerbitas,medullas cordis peruadit a-
mor vnici pignoris,& recordatio dulciſſimi affectus.Additur propriũ,& patri dulciſſimũ nomẽ,Iſaac, gaudiũ ri-
ſusq; parentũ,& orbis vniuerſi iucũditas,cuius ſemine Chriſtus generãdus erat,& quo nomine ſemẽ vocandũ ſibi
promiſſum erat.Et vade tibi ad terrã Moria.Adiectio tibi,idioma linguę eſt,nõnihil tamẽ ſerij ac feſtinãtię addit
ad opus grãde perficiendũ.Et offeres eum ibi in holocauſtũ,integre concremãdum.Voluit enim deus ſibi filiũ to-
tum offerri à patre,vt etiã affectu paterno exureretur,& quaſi cum filio propriã animam iuberetur offerre deo.Su I
per vnum montiũ quem dixero tibi.Nondũ dicebat,quia nondũ mons videri poterat,donec poſt triduanum iter
appropinquaret. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur iuſtus?non turbatus eſt animo,non cõfuſus eſt mente,
non cõſilio deſtitutus eſt,in tam graui præcepto nõ cogitabat,nõ ratiocinabatur ſecum,Cur hoc?Qui mihi prçter
omnem expectationẽ beneficium exhibuit,qui per miſericordiã ſuam emortuã Saræ vuluã generationi idoneam
fecit,nunc poſtquã ablactatus eſt & creuit,& in flore ætatis eſt,occidere,& in holocauſtũ offerri prçcipit, qui pau
loantea dixit,In ipſo vocabitur tibi ſemẽ,nũc diuerſa prçcipit.Et quomodo implebũtur,quæ ab eo præcepta? Quo
pacto enim fieri poteſt,vt radice execta rami pullulẽt,vel ſucciſa arbore fructus proueniãt,vel fonte arefacto flu
uij reddãtur?Iuxta hominis rationẽ talia fieri nõ eſt poſſibile,deo autẽ volente fieri poſſunt omnia.Cæterum horũ
nihil cogitauit ſecum iuſtus ille,ſed ſicut gratus famulus,omni ratione humana vnam tantum rem curabat,vt im
perata opere impleret,& quaſi factus ab humana natura alienus,& poſtponendum ducens diuinis prçceptis om-
nem affectionem & dilectionem,ad implenda bona feſtinauit,ſequitur ergo.

2 *IGitur Abraham de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum,ducens ſecum duos iuuenes,& Iſaac filiũ ſuũ.* K
Cunq; concidiſſet ligna in holocauſtum,abiit ad locum quem præceperat ei deus.Die autem tertio eleua-
tis oculis,uidit locum procul.Dixitq́ue ad pueros ſuos,expectate hic cum aſino , ego & puer illucuſque
properantes poſtquam adorauerimus,reuertemur ad uos.Tulit quoque ligna holocauſti,& impoſuit ſuper Iſaac
filium ſuum,ipſe uero portabat in manibus ignem & gladium.

2 GREGORIVS DECIMO MORALIVM. Bene lex dei multiplex dicitur,quia nimirum cùm vna ea-
Cap.7. demq; ſit charitas,ſi mentem plene cœperit,hanc ad innumera opera multiformiter accendit.Cuius diuerſitatem
Gene.4. breuiter exprimimus,ſi in electis ſingulis bona illius perſtringendo numeramus.Hęc nanq; primum per Abel &
Gene.5. electa deo munera obtulit,& fratris gladium non reluctando tolerauit.Hęc Enoch & inter homines ſpiritualiter
Gene.7. viuere docuit:& ad ſublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abſtraxit.Hęc Noë deſpectis omnibus,ſo- L
lum deo placabilem oſtendit:atq; in arcæ fabricam ſtudio longi laboris exercuit:& mundo ſuperſtitem pia opera
Gene.9. exercendo ſeruauit.Hęc per Sem & Iapheth humiliter verenda patris erubuit:& ſuperiecto dorſis pallio quę non
Gene.22. videbat,abſcondit.Hęc Abrahæ dextram quia ad mortem filij obediendo extulit:hunc prolis innumeræ gentium
patrem fecit.Hęc Iſaac mentem quam ſemper ad munditiam tenuit,caligantibus ætate oculis, ad videnda longe
Gene.37. poſt ventura dilatauit.Hęc Iacob compulit & amiſſum bonum filium medullitus gemere,& prauorum filiorum
Gene.42. prçſentiam ſub æquanimitate tolerare.Hęc Ioſeph docuit à fratribus venundatum,libertate animi infracta ſerui-
Exo.32. tium perpeti:& eiſdem poſt fratribus mente non elata principari.Hęc Moyſen delinquenti populo & vſq; ad peti
tionem mortis in precibus ſtrauit:& vſq; ad interfectionem populi per zeli ſtudium erexit:vt & pro pereunte ple
Nume.25. be ſeſe morti obiiceret:& contra peccantem protinus vice domini iraſcẽtis ſæuiret.Hęc Phinees brachium in vl-
Ioſ.9. tionem peccãtium erexit:vt arrepto gladio coëuntes tranſfigeret:& iram domini iratus placaret.Hęc Ioſue explo
ratorem docuit:vt & prius contra falſiloquos ciues veritatem verbo defenderet,& hanc poſtmodum gladio con M
1.Reg.3. tra hoſtes allegaret.Hęc Samüel & in principatu humilẽ prębuit,& integrũ in deiectione ſeruauit:quę cum perſe
quentem ſe plebem diligeret,ipſe ſibi teſtimoniũ extitit:quia culmen ex quo deiectus eſt,non amauit.Hęc Dauid
1.Reg.24. ante iniquum regem & humilitate cõmouit ad fugã,& pietate repleuit ad veniã,qui perſecutorem ſuum & timẽ
2.Reg.12. do fugit vt dominum:& tamen cum poteſtatem feriendi reperit,non agnouit inimicũ.Hęc Nathan & cõtra pec-
cãtem regem in auctoritatem liberæ increpationis ſuſtulit:& cum regis culpa deeſſet,in petitione humiliter ſtra-
Eſa.20. uit.Hec per Eſaiã nuditatẽ carnis in prędicatione nõ erubuit:& ſubducto carnali velamine ſuperna myſteria pe-
4.Reg.2. netrauit.Hęc Heliã,quia feruoris zelo viuere ſpiritualiter docuit:ad vitã quoq; & corporaliter abſtraxit.Hęc He-
Ibidem. liſeũ:quia magiſtrũ ſimpliciter diligere inſtituit,magiſtri ſpiritu dupliciter impleuit.Per hãc Hieremias ne in Ae
Hiere.42. gyptũ populus deſcẽderet,reſtitit,ſed tamẽ & inobediẽtes diligẽs:quo deſcẽdi prohibuit,& ipſe deſcẽdit.Hęc Eze

A chielẽ,quia pri⁹ à terrenis deſideriis ſuſtulit:poſt per cincinnũ capitis in aëre librauit.Hęc in Danielẽ:quia à regiis Ezech.8.
dapib⁹ gulã cõpeſcuit:ei & eſurietiũ ora leonũ clauſit. Hæc trib⁹ pueris:quia in trãquillitate poſitis incẽdia vitio- Danie.14.
rum ſubdidit:tribulationis tempore & flammas in fornace temperauit.Hęc in Petro &minis terrentium principũ Danie.3.
fortiter reſtitit:& in circũciſione ſubmouenda,minorũ verba humiliter audiuit.Hæc in Paulo & manus perſequẽ Act.15.
tium humiliter pertulit:& tamen in circunciſionis negocio longe ſe imparis prioris ſenſum audenter increpauit.
Multiplex ergo iſta lex dei eſt,quæ ſingulis rerum articulis non permutata congruit:& cauſis ſe variantibus nõ va
riata coniungit. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Propter hanc igitur excellentem erga deum Ser.5.de Abraham.
charitatem,non contriſtat frontem deuotiſſimus Abraham,nec dolor patri lachrymas perſuaſit,ſed exultat& gau
det,nec timuit ne paricidium ei imputaretur,ſed magis vt deuotione pareret,lætabatur hoc iuſſiſſe deum. De fi-
lio hoſtia parabatur feſtina,denique implere ſacrificium ne mora faciat peccatum,neceſſariis ſacramentis proti-
nus præparatur.Vnde ait, *Igitur Abraham de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum,ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filiũ*
B *ſuum.Cunque concidiſſet ligna in holocauſtum,abiit ad locũ quem præceperat ei deus.* ORIGENES. Alia litera habet, ſur
rexit Abraham mane.Quod addidit mane,oſtendere fortaſſe voluit,quia initium lucis ſplenderet in corde eius.
Strauit aſinam ſuam,ligna præparauit,aſſumpſit filium.Non deliberat,non detractat,non communicat cum vl-
lo homine conſilium,ſed ſtatim occupat iter. AVGVSTINVS. Paret illico imperiis , præceptis obtempe- Vbi ſupra.
rat,pergit percuſſor paratus,imò filius cum patre proficiſcitur moriturus,atque vtinam tantummodo moriturus,
non inſuper & patris gladio obiturus.Deuotus pater eo voto ſuſcepit parricidium,quo ſuſceperat filium , nec re-
fert vtrum impendat aut perdat,dum quoquomodo quod acceperat,reddat.O domine piiſſime , quem ſcis patri
dilectum,quid imperas victimandum?Nunc nuper ſenem ſterilem fœcundaſti,& tam cito quod donaueras repe
tiſti?Vbi eſt quod ſenibus præſtitiſti?Ergo iratus potes lædere,ſicut propitius imperas orbitatem?Abſit à nobis iſta
incredulitas.Deus pro nobis filium ſuum iuſſit occidi,non noſtros mactari.Ideo iubetur filium occidere,vt mani
C feſtetur mũdo,qui iam notus fuerat deo.Nam quomodo innocentis deſiderat ſanguinem, qui reum damnat pro
ſanguine?Demonſtrare cunctis hominibus deuotionem voluit,qui parricidium vt fieret imperauit. AMBRO
SIVS. Exurgens autem Abraham,non ſolum ſequenti die,ſed etiam diluculo,vt attuliſſe nox moras ſtudio fe
ſtinantis patris videretur,ſtrauit aſinam ſuam,& ſumpſit ſecum duos pueros,& Iſaac filium ſuum,& concidit li-
gna ad holocauſtum.Docemur hic,parata omnia ad ſacrificium dei ferre,diſcimus etiam apparatum ſacrificij,&
miniſterij munus ipſi nobis vendicare,non delegare aliis.Senex Abraham , & diues pecoribus , atque abundans
ſeruitiorum,non quæſiuit comitatus ſui agmina,ipſe quoque ligna concidit,& obſequia maiora viribus ſuis non
intermiſit. RVPERTVS. Quia timorem domini ſibi ante oculos propoſuerat iuſtus,idcirco mox audito iu
bentis imperio,non ſequentem expectauit diem,vel ſaltem ortum ſurgentis auroræ, ſed vicino obedientię pede,
tarditatem pati neſciens in faciendo , & feruens mentis promptitudine ad obtemperandum , de nocte ſurrexit,
ſtrauit aſinum, ſumpſit ſecum duos ſeruos,& Iſaac filium ſuum,& concidit ligna ad holocauſtum. AVCTOR
D CATENAE. Igitur Abraham de nocte conſurgens . Exprimere voluit interpres diluculum . Nam & verbum
שָׁכַם Sacham,mane ſurgere,& dictio בֹּקֶר bóker,mane,ſeu diluculum ſignificat.Ac ſi diceret,ſurrexit mane ma
ne.Noctu ergo mandatum ſuſcipit,& ſine mora deo credens,ad obedientiam promptus accingitur : non dubitat
de verbo domini,non cauſam quærit diuini præcepti,non allegat naturæ legem contrariam,non rogat pro filio,
non plangit necem vnici,non murmurat,non refert Saræ,non tardat,ſed contra ſpem in ſpem credit,ſperans ex
eo ſemen benedictionis,etiam ex reſuſcitando à mortuis,quod deo facile credebat.De propria familia paucos ac
cepit,ſecretum agere volens,& à nemine impediri.Concidit ligna,ne quid impediret obedientiam in incerto lo-
co lignorum defectus, *Die autem tertio eleuatis oculis,uidit locum procul.* ORIGENES. Omitto nunc quid ſa-
cramenti contineat dies tertia,ſapientiam & conſilium tentantis intueor.Sic in proximo non erat mons aliquis,
cum totum ageretur in montibus,ſed per triduum iter protenditur,& per totum triduum recurſantibus viris,pa
terna viſcera cruciantur,vt omni hoc ſpatio tam prolixo intueretur filium pater,cibum cum eo ſumeret , tot no-
E ctibus penderet in amplexibus patris, inhæreret pectori,cubitaret in gremio.Vide in quantum tentatio cumula-
tur. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Notandum,quod de Geraris vſ-
que ad montem Moria,id eſt ſedem templi,iter dierum trium ſit,& conſequenter illuc die tertio perueniſſe dica
tur.Male igitur quidam Abraham putant illo tempore ad quercum habitaſſe Mambre,cum inde vſque ad mon
tem Moria vix vnius diei iter plenum ſit. CHRYSOSTOMVS. Vide miſericordem dominum,quomodo
& interuallo loci,iuſti probauit virtutem.Cogita autem quod probabile fuerit,triduo illo ſuſtinuiſſe iuſtum.Re-
putabat enim ſecum ſibi præceptum eſſe,quod ſuis manibus tam dilectum filium occidere debeat, & nec rem illi
communicare & detegere audeat.Et obſtupeſce pium religioſumq; & prudentem animũ.Quia enim ſciebat ma-
gnitudinem præcepti,prorſus hoc ſignificauit neque pueris neque ipſi Iſaac,ſed ſolus ſecum agonem illum decer-
tabat,& quaſi adamas manebat inuictus,robur cogitationum tantum declarans,& non multa cauſatus obtempe-
rabat magno cum deſiderio nutui diuino.Die ergo tertio eleuatis oculis,vidit locum procul. AMBROSIVS
F Solicite explorat,qui properat implere.Quanuis ſenilem ſtudio celeraret gradum,tamen hoc ſerum putans, pro-
cedebat oculis,vigebant ſingulorum officia membrorum,licet ſenilia membra nõ poſſent vigere. Solet hebeſce-
re viſus ſenum,vt etiam propinqua non facile conſpiciant,Hic non ſolum vidit locum , ſed etiam longe poſitus
aſpexit.Salutaris hic trium dierum numerus,& conueniens ſacrificaturis.Denique & in poſterioribus Moyſes di-
cit ad Pharaonem regem Aegypti,viam trium dierum ibimus,& immolabimus deo noſtro,ſicut dixit nobis. Et Exod.3.
rectè tertio die celebratur Trinitatis ſacrificium. *Dixitque ad pueros ſuos,Expectate hic cum aſino, ego & puer illucuſq;*
properantes poſtquam adorauerimus,reuertemur aduos. CHRYSOSTOMVS. Vide & hic iuſti magnam pruden-
tiam,& pueris vult eſſe occultum,per omnia declarans quod cum ferueti alacritate & intento deſiderio imple-
re vellet,quod deo probabatur.Nam quia ſciebat , quod nouum & inauditum eſſet , neque ab vllo vnquam tale
quiddam factum erat antea,facit vt lateat pueros.Ego enim & puer ambulabimus vſque illuc,& cum adoraueri-
mus,reuertemur ad vos.Dicebat autem hæc pueris,forte vt imponeret eis,& faceret vt ibi manentes,non ſeque-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur. ORIGENES. Sed dic mihi Abraham, verum dicis ad pueros, quod adores & redeas cum infante, G
an fallis: Si verum dicis, ergo non facies eum holocaustum. Si fallis, tantum patriarcham non decet fallere. Quid
enim animi in te indicat sermo hic? Verum (inquit) dico, & holocaustum offero puerum, idcirco enim ligna me-
cum porto, & cum ipso redeo ad vos. Credo enim, & fides mea hæc est, quod & à mortuis suscitare eum potes est
deus. AMBROSIVS. Quod autem ait, Ego & puer pertransibimus viam, demostrat, quod non deficeret in
tanto apparatu pater, non cederet filius, aut qua pertransirent pietatis remedio tãti facinoris austeritatem. Captio-
se autem loquebatur cum seruulis, ne cognito negocio aut impediret aliquis aut gemitu obstreperet aut fletu. Ve-
rum quod addidit, ad vos reuertemur, prophetauit iustus quod ignorabat, ipse enim solus disponebat redire im-
molato filio, sed domin⁹ per os eius locutus est quod parabat. AVGVSTINVS DECIMO SEXTO DE
Cap.32. CIVITATE DEI. Promissionem ergo dei pater pius fideliter tenens, quia per hunc oportebat impleri, quę
deus iubebat occidi, non hæsitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari poterat non sperans. Sic intelle-
ctum est & in epistola ad Hebræos, & sic expositum, Fide (inquit) præcessit Abraham, in Isaac tentatus, & vnicum H
obtulit, qui promissiones susceperat, ad quem dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen, cogitans quia & ex mortuis
excitare potest deus. Proinde addidit, Pro hoc etiam eum & in similitudinem adduxit. Cuius similitudinem, nisi
illius de quo dicit idem Apostolus, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum?
ALCVINVS. Vere indubitanti animo mactare filium volebat. Laudandus est & in constantia offerendi, & in
fide resuscitandi. Sciebat enim certissime deum falli non posse, & licet puer occideretur, promissionem tamen dei
saluam permanere. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum.* AMBROSIVS. Consecratur
sacris hostia ministeriis, & cõmendatur futura. Quæ pietatis hostia, pij ante ministerij vectura est. *Ipse uerò por-
tabat in manibus ignem & gladium.* CHRYSOSTOMVS. O animæ fortitudinem, ô spiritus soliditatem. Qualibus
oculis spectabat puerum ligna afferentem, super quæ non multo post illum impositurus erat? Quomodo ma-
nus ferre potuit ignem & gladium? Et manus quidem ferebat ignem qui sensibilis erat, intus autem ascendebat I
ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuadebat vt vinceret amor in deum, faciebátque cogitare, quod is
qui iam dederat supra humanam naturam factum esse patrem, iterum posset & nunc quæ humanam transgredi-
untur rationem operari.

Mysticè. Ser. 72 & 71. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Ante omnia fratres hoc in nomine domi
ni & admonemus quantum possumus, & præcipimus, vt quando auditis exponi sacramentum scripturæ narran-
tis quæ gesta sunt, prius illud quod lectum est credatis sic gestum, quomodo lectum est, ne subtracto fundamẽto
rei gestæ, quasi in aere quæratis ædificare. Abraham pater noster homo erat illis temporibus fidelis, credens deo, iu
stificatus ex fide, sicut scriptura dicit & vetus & noua. Suscepit filium de Sara vxore iam in senectute vtrisq; con
stitutis ex magna desperatione, sed secundum hominem. Quid autem de deo desperandum, cui difficile nihil est?
Cui ergo cuncta facillimum fuit facere de nihilo, mirandum est quia dedit senibus filium? Tales ergo illos viros
vel illos homines habebat deus, & illo tempore tales fecerat præcones filio venturo, vt non solum in his quæ di- K
cebãt, sed etiam in his quæ faciebant, vel in his quæ accidebant, Christus quęratur, Christus inueniatur. Quicquid
igitur scriptura dicit de Abraham, & factum est, & prophetia est, sicut apostolus quodam loco dicit. IDEM, O-
RIGENES, AMBROSIVS, CHRYSOSTOMVS, EVCHERIVS, ISIDORVS, ORDINARIA, IN-
TERLINEARIS, RVPERTVS, ET AVCTOR CATENAE. Vt ergo sapiamus medullitus & in A-
braham cuius præceptum, & in Isaac cuius obedientia præfigurata sit, altius intueri libet, quid potissimum deus
intenderit in opere famosæ huius tentationis. Abraham quando filium suum vnicum perduxit ad immolandum,
personam gessit omnipotentis patris, qui propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filium suum misit in
similitudinem carnis peccati, eumq; crucis fecit subire tormentum. Vnigenitus illic, & vnigenitus hic, dilectus il
lic, dilectus & hic, Hic est enim (ait summus pater) filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. A patre ergo
ille in holocaustum offertur, & hunc pater exposuit, sed quid est quod eum senex suscipit Abraham, cum deus nõ
senescat? Verum ipsa prænunciatio de Christo iam quodãmodo senuerat quando natus est. Inchoata est enim ab L
Adam, vbi dictum est, Erunt duo in carne vna, sacramẽtum illud magnum in Christo & ecclesia, & completa est
sexta ætate seculi, quæ senecta significatur Abrahæ, quia ipsum sacramentum dei iam longæuum erat. Et senectus
Saræ in plebe dei, hoc est, in multitudine prophetarum, hoc idem significat, quia in fine temporum ex ipsa plebe
sanctarum animarum natus est Christus. Sterilitas autem ei⁹ intimat, quod in hoc seculo spe salui facti sumus, &
in Christo tanquam in Isaac omnes nati sumus, quem partum ecclesia in fine temporum mirabili dei gratia, non
naturali fœcunditate procreauit. Sicut autem pręcipiebatur Isaac in terra visionis & monte sublimi immolari, sic
cum sacrificij, Et dominus Iesus feria quarta à proditore traditus, & quinta comprehensus, tertia die id est parasce
ue crucifixus est. Vel triduum illud quo venerunt ad locum immolationis, tres mundi ætates significat, vnam an-
te legem ab Abraham vsq; ad Moysen, aliam sub lege à Moyse vsq; ad Ioannem, tertiam sub gratia inde iam à do
mino, & quicquid restat vsq; in finem seculi, in qua tertia ætate quasi post triduum, sacramentum sacrificij Christi M
completum est. Vidit autem locum procul Abraham, quia dominus deus longe extitit à malitia Iudæorum. Aliud
siquidem intenderunt scelesti illi homicidę, aliud benignissimus deus operatus est. Duo serui dimissi, & non per-
ducti ad locum sacrificij, quod solus Christus pro salute mundi passus est nobis indicant, quodque passionis suæ
tempore omnes recesserint ab eo, iuxta illud psalmi, Sustinui qui simul cõtristaretur, & non fuit, & qui cõsolare-
tur, & non inueni. Vel serui duo, Iudæos figurabant, qui cum seruiliter viuerent, & carnaliter saperent, humilita-
tem Christi eiusque passionem non intelligebant, & ideo ad locum sacrificij non peruenerunt. Cur autem duo ser
ui, nisi quia ipse Iudæorum populus in duas partes diuidendus erat? quod factum est Salomone peccante, quando
diuisus est idem populus sub Roboan loco regni, non errore impietatis, quibus etiam per prophetam dicitur: A-
uersatrix Israël, & præuaricatrix Iuda. Asinus verò ille stratus, insensata est stultitia Iudæorum, quæ quidem o-
mnia sacramenta portabat, sed quod ferebat nesciebat. Iam quod dictum est eis, expectate hic cum asino, post-
quam

A quam adorauerimus reuertemur ad vos, Apostolum audi dicentem, Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec
plenitudo gentium intraret, & tunc omnis Israël saluus fiet. Quid est ergo, Expectate hic cum asino, nisi cæcitas
ex parte facta est? hoc est, seruate carnales vestras ceremonias, & permanete in infidelitate, donec mundi
fiat conuersio. Et quid est, postquam adorauerimus reuertemur ad vos? nisi cum plenitudo gentiũ subintrauerit,
tunc omnis Israël saluus erit, hoc est, vbi sacramentum dominicæ crucis per omnes gentes fuerit prædicatum &
creditum, tunc & vos in fine mundi conuertemini, etiam iuxta illud, Reliquiæ saluæ fient. Vel expectare hic do-
nec reuertamur ad vos dictum est, quia profecto in illa passionis hora voces omnium scripturarum conticuerũt,
ita vt nullus ei perhiberet testimonium, nec ipse saltem sua voce per qualiscunque repugnaret scripturæ testimo-
nia, scilicet ne crucis differretur vtilitas. Ligna Isaac sibi vexit, Christus sibi patibulum crucis portauit, sic enim
ait euangelista Ioãnes, Quia exiuit foras Iesus, baiulans sibi crucem. Sed & illud aduerte, quia portare ligna ad ho
locaustum, sacerdotis officium est. Fit ergo Isaac & hostia & sacerdos, quia & Christus dominus, talis in pleni-
B tudine temporis erat futurus, vt egregie ad Hebræos ostendit Apostolus. Abraham comitabatur filium, pater
Christum. Nec Isaac solus, nec Iesus solus. Denique ait, solum me relinquetis, & non sum solus, quia pater mecũ
est. Abraham portabat in manibus ignem & gladium. Gladius non solum mortem, sed & potestatem indicat im
perialem. Gladium ergo pater ipse portabat, quia videlicet in manu fuit non Iudæorum, sed dei patris, dominicæ
mortis potestas, vbi, quando, vel quo mortis genere deberet interimi. Vnde dixit ad Pilatum, Non haberes pote-
statem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Per ignem vero spiritus sanctus recte intelligitur, per
quem semetipsum dei filius obtulit, testante Apostolo, Sãguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum ob-
tulit deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis. Sicut ergo filius per spiritum sanctum seipsum
obtulit, sic & pater per eundem charitatis spiritum, proprium filium suũ pro nobis omnibus tradidit, Sic enim di
lexit deus mundum (ait dominus) vt filium suum vnigenitum daret.

C

*Vmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respõdit, Quid uis fili? Ecce (inquit) 3
ignis & ligna, ubi est uictima holocausti? Dixit autem Abraham, Deus prouidebit sibi uictimam holo-
causti fili mi. Pergebant ergo pariter, & uenerunt ad locum quem ostenderat ei deus, in quo ædificauit
altare, & desuper ligna composuit. Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem li-
gnorum. Extenditque manum & arripuit gladium ut immolaret filium suum.*

D CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro, ante sensibilem ignem incendium quod paulatim exardescebat, 3
& iusti mentem concremabat. *Cumq; duo* (inquit) *pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit, Quid uis
fili?* ORIGENES. Et hæc pro tempore à filio prolata, tentationis vox est. Quomodo enim putas immolan
dus filius per hanc vocem viscera paterna concussit? Et quanuis Abraham rigidior esset pro fide, reddit tamen
etiam ipse affectionis vocem, quod respondit, Quid vis fili? AMBROSIVS. Pulsatur pietatis vocabu-
lis patris affectus, & fluctibus quibusdam hinc atque inde tunditur. Filius vocat patrem, pater dicit fili, vt ipso ver
borum sono se recognoscat pater, quàm impossibile est vt ferire possit, cuius se vulneri subiicere optaret. Hæc no-
mina, vitæ solent operari gratiam, non ministerium necis, & hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem
solent. CHRYSOSTOMVS. Cum ergo pergerent simul, dixit Isaac patri, Pater mi. Sufficiebat hoc
verbum ad lancinanda iusti huius viscera. Ille autem respondit, Quid est fili? Patrem vocas, paulopost futurum
orbum, & ego filium appello, qui non multo post altare ascensurus es, meis occidendus manibus. CAIETA-
NVS. Quid vis fili? Iuxta Hebræum habetur, Ecce ego fili mi. Promptitudo Abrahæ erga filium Hebræa phrasi
significatur, dicendo, Ecce ego, teneritudo autem, dicendo fili mi. Addidit Isaac, dicens, *Ecce ignis & ligna, ubi*
E *est uictima holocausti?* AMBROSIVS. Et hic prophetat sermone, non scientia. Ouis enim à domino ad sacri-
ficium parabatur. CHRYSOSTOMVS. Tu (inquit) affers ignem, & ego ligna, vbi est hostia immo-
landa? vbi est ouis ad incensum? CAIETANVS. Iuxta Hebræum loco victimæ, habetur pecus. In-
tellige tamen pecus masculini generis animal, vt comprehendit arietem & agnum, propter quod aliqui transtu-
lerunt agnum. AVCTOR CATENAE. Et sic habet Chaldaica. Septuaginta vero, ὁ πρόβατον, id est
ouis. Hebraicè autem est שֶׂה, quod est agnus vel pecus. Sumitur tamen quandoque pro ariete, vt infra eodem
paulo post. Nihil minus mentem incidebat Isaac, quàm se vnicum filium à patre occidendum iussu dei, ex cuius
gratia contra naturam centenario genitus, & hæres dictus erat. CHRYSOSTOMVS. Considera ob-
secro hic, quomodo probatur iustus, quomodo tulit auribus, quomodo potuit respondere puero, quomodo non
est confusus mente, quomodo futura occultauit à puero, sed inquit generoso spiritu, & forti anima, *Deus pro-
F uidebit sibi uictimam holocausti fili mi.* ORIGENES. Mouet me Abrahæ satis diligens & cauta responsio. Nescio
quid videbat in spiritu, quia non de præsenti, sed de futuro dicit, Deus prouidebit ipse sibi ouem. Futura respon-
dit filio de præsentibus requirenti. Ipse nanque sibi dominus ouem prouidebat in Christo, quia & sapientia ipsa
sibi domum ædificauit, & ipse se humiliauit vsque ad mortem, & omnia quæcunque legeris de Christo, non ne-
cessitate, sed sponte facta reperies. CHRYSOSTOMVS. Vide etiam hic, ignarus insinuat iterum quod
futurum. Videbatur enim per responsum decepturus Isaac, sed illum quidem verbis interim solatur, ipse autem
maiorem grauioremque dolorem pertulit, verba in anima versans, & cogitans pueri elegantiam externam, in-
ternamque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, ætatis florem. AMBROSIVS. Non solum autem hoc
prophetauit, quod statim accidit, quia deus prouidit sibi pro Isaac hostiam, & reddit patri filium. Verum illud
magis, quod non hæc hostia diuinæ esset dispositionis, sed alia esset hostia, quam deus sibi pararet, vt mundaret
orbem terrarum, illa esset omnibus acceptior, per quam multi patres offerrent filios suos, & separari ab hoc secu-
lo à filiis non timerent. Quotidie offerunt patres filios suos, vt moriantur in Christo, & consepeliantur in domi-
no.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no. Quanti patres occisis martyrio filiis, lætiores ab eorum tumulo reuerterunt? Deus ergo prouidebit sibi victimam fili mi. Et vide quomodo inflexibilis à studio deuotionis ministet vocare filium. Frequenter non timet, ita erat intentionis soliditate fundatus, & hoc se meliorem patrē putabat, hoc sibi in perenne mansurum iudicabat filium, si eum immolaret deo. AVCTOR CATENAE. Forte melius locum hunc vertit Latinus interpres quàm Septuaginta habētes, ὁ θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον, Deus videbit sibi pecudem seu ouem. Licet eodem modo sit etiam Hebraicè יְהוָה יִרְאֶה לוֹ Elohim ire lo, Deus videbit sibi. Attamen non eodem modo significaret Græcè, ideo vertendum fuerat vt fecit interpres, qui tamen in eo aliquid variat, quod victimam in genere vertit, id quod erat Hebraicè species הַשֶּׂה hase, id est pecus. Chaldaica sub aliis verbis eandem protulit sententiam, Coram deo reuelabitur sibi agnus in holocaustum fili mi. Simulabat igitur se nescire Abraham, animum pueri suspendit, non ignorabat obedientiam filij, ad quam non secus ac pater pronus erat, fideq; edoctus. Sic vere ere dentes, diuinæ prouidentiæ committunt omnia, non inquirunt quid sit quod præcipitur, & qua ratione, abunde eis sufficit, quia sic dominus voluit, sic mandauit. *Pergebant ergo pariter, & uenerunt ad locum quem ostenderat ei deus.* CHRYSOSTOMVS. Venerunt (inquit) ad montem excelsum, quem scilicet ei dominus indicarat. *In quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit.* AMBROSIVS. Quanta molimina immolaturi, ne raptus subito ad immolandum æstimaretur. CHRYSOSTOMVS. Iterum obstupesco iusti fortitudinē, quomodo potuerit extruere altare, quomodo voluerit, quomodo nō defecerit præ angustia, sed & altare ædificauerit & imposuerit ligna. ORIGENES. Moyses cū veniſſet ad locum quē ostēdit ei deus, non permittitur ascendere, sed antè ei dicitur, Solue corrigiam calciamenti de pedibus tuis. Abrahæ nihil horum dicitur, & Isaac, sed ascendunt, nec calciamenta deponunt. In quo illa fortassis est ratio, quod Moyses quanuis esset magnus, tamen de Aegypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus eius annexa. Abraham vero & Isaac nihil horum habent, sed veniunt ad locum, ædificant altare, & ponunt ligna super illud. AVCTOR CATENAE. Suggestum scilicet, quo sacrificium mactaretur, ligneum, forma quæ commoda esset combustioni perficiendæ. *Cumq; alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.* ORIGENES. Multi estis patres in ecclesia dei, qui hæc audistis. Putas alius vestrum ex ipsa historiæ narratione tantum constantiæ, tantum animi robur acquirit, vt cum forte amittitur filius morte communi, & omnibus debita, etiam si sit vnicus, etiam si sit dilectus, adducat sibi in exemplum Abraham, & magnanimitatem eius ante oculos ponat. Et quidem à te non exigitur istud animi magnitudinis, vt ipse alliges filium, ipse constringas, ipse gladium pares, ipse vnicum iugules. Hæc omnia à te mysteria non quæruntur, proposito saltem & mente constans esto, fide fixus, lætus offer filiū deo. Esto sacerdos animæ filij tui, sacerdotē autem immolātem deo non decet fiere. Vis videre quia exigitur hoc à te? In euangelio dominus dicit, Si filij Abraham essetis, opera vtique Abrahæ faceretis. Ecce istud est opus Abrahæ. Facite opera quæ fecit Abraham, sed non cum tristitia. Hilarem enim datorem diligit deus. Quod & si vos tam prompti fueritis, à deo dicetur vobis, Ascende in terram excelsam, & in montem quem ostendero tibi, & ibi offer mihi filium tuum. Non in profundis terræ, nec in cōualle fletus, sed in altis & excelsis montibus offer filium tuū. Ostende quia fides in dominum fortior est, quàm carnis affectus. Amabat enim (inquit) Abraham Isaac filium suum, sed amori carnis prætulit amorem dei, & inuentus est non in visceribus carnis, sed in visceribus Christi, id est in visceribus verbi dei, & veritatis & sapientiæ. AMBROSIVS. Nectit igitur filio manibus suis vincula pater, ne refugiendo filius, & vi ignis exustus, peccatum incurreret. ZENO VERONENSIS EPISCOPVS. Ascenditur autem in montem, omni mysterio sacrificioque dispositio, ductus filius gaudens, gaudente patre patris dextera feriendus. Qui antequam veniret in mōtem, cum de patre quæreret, vbi esset victima quam disponeret immolare, securus de fide generis sui pater, filio de quo non dubitabat patefecit, quia se dominus postulasset, & quid ipse domino promisisset ostendit. Lætatus est puer patre fidele ipse quoque fide gaudio vnici pignoris alligat manus quas ille vinciendas libentius offerret: pedes quoque constringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret. Securus enim pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in mortem. O fratres, secura deuotio. O pater spiritum captans, corpus vero mortémque contemnens. O qui seruum domini ita se esse meminerat, vt patrem se esse nesciret. Quid est pater? Ecce sub oculis iacet filius vinculis astrictus, vbi sunt lachrymæ: vbi dolor qui in humanis sensibus versari consueuit? In tantis filij casibus lætatur & gaudet, & se dominum promeruisse triumphat. CHRYSOSTOMVS. Ne simpliciter obsecro prætereamus quæ dicta sunt, sed cōsideremus quomodo non auolarit à corpore anima, quomodo potuerit filio suis manibus vincula pater innectere, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vnigenitum. RVPERTVS. Mira certe patientia subiectum, & pro voluntate patris sustinentem intentatæ mortis tormentum. CAIETANVS. Cerne stupendam obedientiam, mansuetudinem, ac fidem Isaac non resistentis patri, cum facile potuisset euadere, & credentis diuino præcepto per patrem tunc illi patefacto. Vnde ratio ligandi non fuit timor ne Isaac fugeret, aut ne exiliret ab altari, vt aries aut vitulus cum mactatur, nisi sit ligatus, sed ne inuoluntarij (vtpote naturales) motus membrorum in actu iugulationis insurgentes, ordinatum compositumq; situm victimæ exturbaret, in nonnullam indecentiam diuini sacrificij. Cum ergo alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. AVCTOR CATENAE. Hic primum videmus sponte patri Isaac obedisse, hæredem inæstimabilis fidei & deuotionis ad deum, poterat enim se defendisse, aufugisse, rogasse deum, vt auferretur hoc mortis iudicium, sed simpliciter se ligari permisit, dei voluntati se subdidit. *Extenditq; manum & arripuit gladium, ut immolaret filium suum.* CHRYSOSTOMVS. O religiosam animam, ô fortem mentem, ô ingens desiderium, ô rationem vincentem humanam naturam. Arripuit (inquit) gladium, vt immolaret filium. Vtrum admirer & obstupescam iustius, fortem ne spiritum patriarchæ, an pueri obedientiam, quod neque reluctatus est, neque factum ægrè tulit, sed cessit & obtemperauit his quæ à patre facta sunt? Et sicut agnus, cum silentio super altare accubuit, expectans patris dexteram. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. O mira patriarchæ tentatio, quæ eum aut sacrilegum fecerat, si contemneret deum, aut crudelem, si occideret filium, nisi quadam singulari

Esa. 53.
Sermo de patientia.

A gulari ac vere diuina patientia inter religionem pietatémque negocium temperaret, in spe non denegans deo, quod contra spem acceperat à deo. Ideo Isaac sibi dulcissimum filium, deo victimam dulciorem cōtemnit vt seruet, destinat iugulare, ne iugulet, securus illo se nō posse displicere facinore, quod deo gerebatur auctore. O nouū spectaculum, ac vere deo dignum, in quo diffinire difficile est, vtrum sit patientior, sacerdos an victima. Nō percussoris, non percutiendi claudicat color, non membra tremore vibrantur, non demissi, non torui sunt oculi. Nemo rogat, nemo trepidat, nemo se excusat, nemo turbatur, ne vere sit parricidium. Ille erexit gladium, iste cernicem. Vno voto, vna deuotione, ne quid prophanum sit, diligenter ac patienter geritur, quod ab altero celebratur. Ille lignum quo inuratur sibi portat, iste aram struit. Sub tanto non dicam humanitatis, sed ipsius naturæ metu læti sunt. Soli cedit affectus pietati, pietas religioni fauet, vtrisque religio. Medius stupet gladius nullo impedimento suspensus, mactationi terribili gloriam se præstitisse, non crimen. Quid hoc est? Ecce immanitas in fidem,
B & scelus transit in sacramentum, parricida incruentus redit, & qui immolatus est, viuit. Ambo igitur gloriæ claritatis exemplum, ambo dei cultus admirabile seculis testimonium. Fœlix orbis fuerat fratres, si omnes sic fierent parricidæ. IDEM DE SANCTO ABRAHAM. Cesset hic charissimi impietatis abominanda suspicio. Abraham dominum filio, sacerdotem prætulit patri. Nec pium se credidit, nisi probasset fidelem. Denique charissimi, intrepidus ad ministerium immolationis armatur, libratur ad ictum vulneris securus animus, sed securior manus, elatus in immolandum gladius rimatur, nec puerum mors vicina contristat, ne trepidatio fidem prodat infirmam. Sub hac denique immolantis immolatiq; constantia, absolui meruit, dum humanum ex se deponit timorem, & quantum ad fidem pertinet, pater promissa compleuit, dominus parricidium probata voluntate prohibuit. GREGORIVS VIGESIMOSEPTIMO MORALIVM. Quid igitur fratres Abraham obedientius, qui ad vnam vocem dominicam cognatos ac patriam deserit, & pro adipiscenda terrena hæreditate ipsum ferire non trepidat, quem senex iam, & pene moriturus acceperat hæredem? Quid Isaac patientius,
C qui ligna portat, de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur, & non loquitur, aræ superponitur, & non reluctatur? Quid ergo isto viro dici patientius potest, qui quasi ad solatium ducitur ac requirit, ad feriendum ligatur, & conticescit, & oblaturus holocaustum interrogat, offerendus in holocaustum tacet? Mystice. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. Sed prosequamur cœptum spiritalis intelligentiæ ordinem. Interrogat Isaac patrem de victima holocausti, quia quantum ad innocentiam suam ignorare videtur dominus Iesus cur patiatur, vnde in persona eius dicitur, Congregata sunt super me flagella, & ignoraui. Porro altare quod ędificauit Abraham, mons est in quo passus est dominus, vel charitatis sublimitas, in qua & ex qua tanta pro nobis ferre dignatus est. Ligna autem desuper composita, crux est saluatoris, super quam positus est, nam & illa duobus lignis composita fuit. Isaac ligatis pedibus, à patre superponitur altari, & dominus in ligno suspensus cruci affigitur. Nec mirum si deo patri ascribatur, quod crudeles perfidissimiq; Iudæi animo
D ti Christum suum, impleuit sic, vt filij mors fieret mundi redemptio. RVPERTVS. Ergo ne & deus pater suum colligauit filium? Colligauit plane, verum non imbecillitatis vinculo, sed magnæ charitatis imperio, ne seipsum defenderet, ne oblatum calicem passionis mori dedignatus abigeret. Nam hoc est quod in psalmo canit ipse, Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Quid igitur est quod Isaac ad immolandum ducitur, & ligna portat, aræ superimponitur & viuit, nisi quod redemptor noster ad passionem ductus, lignum sibi crucis ipse portauit, & sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate?

Psalm. 72. Homil. 6.

ET ecce angelus domini de cœlo clamauit, dicens, Abraham Abraham. Qui respondit, Adsum. Dixitque ei, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nūc cognoui quod timeas deū, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, uiditque post tergum
E *arietem inter uepres, hærentem cornibus. Quem assumens obtulit in holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius, Dominus uidet. Vnde usque hodie dicitur, in monte dominus uidebit.*

CHRYSOSTOMVS. Vbi illa pia mens, sua omnia consummauit, & nihil intermisit, monstrans bonus dominus, quod non occidere puerum, sed potius iusti virtutem detegere volens, hæc imperauerit, nunc & suam declarat misericordiam. *Et ecce (inquit) angelus domini de cœlo clamauit, dicens, Abraham Abraham.* Nam quia videbat iustum iam accinctum & paratum ad immolationem, & volentem implere mandatum domini, idcirco vocat eum de cœlo, & dicit Abraham Abraham. Bene & hic geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, &
F quasi per vocem detineatur iusti dextera, iam tendens ad pueri cædem. AMBROSIVS. Tenuit ergo quodammodo manum eius diuina vox, & ictum vibrantis occupauit dexteræ. Nec semel tantum vocauit, sed geminatione vsus est, vt superetur impetus iusti, ne aut non plene audiret, aut fortuitā vocem putaret. Sic reuocauit, quemadmodum imperauit. Repetiuit vocem tanquā veritus ne præueniretur studio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare nō posset. CAIETANVS. Et hæc decima visio diuina Abrahæ quemadmodum fuit sensibilis quo ad vocem, ita sensibilis credenda est quo ad sensum visus. Ita quod angelus in specie visibili apparuit, non in terra, sed in aëre, tanquam à supernis descendens vocando Abraham. AVCTOR CATENAE. Consequenter ergo maxima tentatione deuicta magnanimiter, adeptaq; victoria carnis, docuit deus nō se tam pueri occisionem statuisse, quàm fidei exemplar posteris Abrahæ, & adeo toti mundo, vt discerent, fides & obedientia ad verbum dei, quantum deo placeant. Clamauit autem angelus de cœlo, ne à satana virtutis inimico & fidei prohibitus crederetur, quod vt sanctissimum fidei opus dæmon postea eatenus hominibus cōmendauit, vt in valle Gebinhom contra dei verbum filiorum sacrificia Iudæis persuaserit: vt videamus quàm periculosum sit &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit & impium,hominum facta etiam sanctissimorum,non fidem,& sine verbo dei velle sectari. Hoc loco autem G
repetitio nominis Abraham Abraham,bonum nuntium & fauorem dei significat,& vt iam paratum ad domini
voluntatem impetu vocis diuinæ patris dexteram ad filij necem extentam cohiberet, fide voluntateq; contentus.
Qui respondit, Adsum. Hebraicè est eadem vox quæ supra הִנֵּנִי Hinnéni. Ecce ego. Et promptitudinis est verbū.
Dixitq; ei, Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. AMBROSIVS. Hoc est dicere: affe-
ctum tuum inquisiui,non factum exegi. Tentaui mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter
me.Non aufero quod donaui ipse,nec hæredē inuideo,quem largitus sum non habēti. CHRYSOSTOMVS.
Ne iniicias(inquit)manum in puerum,neque facias illi quicquā.Non enim hoc præcepi,vt opus perficiatur, neq;
volo vt occidatur puer tuus, sed vt obedientia tua manifesta fiat omnibus. Contentus sum voluntate tua, & ex
Vbi supra. hac te corono,& prædico. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Videte fratres
Abraham patientia fortem,deuotione constantem,non cum aliqua fera luctantem,sed cum natura pugnantem.
Deuotio dicebat,Percute.Pietas clamabat,Parce.Illa reuocabat,ista prouocabat.Filius tunc moriturus iacebat,e- H
rigit dexteram feriturus,& locum quo libens percutiebat aucupat.Parce(inquit)Abraham.Qui iusserat vt feriret,
modo vociferatur vt parceret.Sciebat enim probatum patrem,& in deuotione feruentem, gladium temperare,
& filium non perimere,sed nec cremare. Parce(inquit) deuote pater,parricida sine crimine parce . Tuum sacrifi-
cium quod paraueras,intendi.Ego quod iusseram vt obtulisses,accepi.In voto probaui,quod in facto renui . Ac-
ceptaui votum,nec repuli sacrificium. Laudo fidem,nec reprobo pietatem,nec tibi patior inferri orbitatem.Per-
fecta sunt oia,& salua sunt vniuersa.Vincitur innocēs hostia, ne offerētis deuotio putaret se minus aliquid exhi-
bere, si impatientia doloris victima calcitraret. Ecce spiritali præsagio meum præueniſti consiliū.Quod enim pa
raui pro toto mundo , tu iam deliberasti in filio tuo . Quod in vnigenito meo disposui , tu in tuo vnico perfe-
cisti. *Nunc cognoui quod timeas deum, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me.* ORIGENES. In hoc ser-
mone solet obiici nobis,quod deus nunc se cognouisse dicat quia Abraham timeat deum, quasi qui antè ignora-
uerit sciebat deus & non eum latebat , quippe qui nouit omnia antequam fiant , sed propter te hæc scripta sunt, I
quia & tu credidisti quidem deo , sed nisi opera fidei expleueris , nisi in omnibus præceptis etiam difficilioribus
parueris,nisi sacrificium obtuleris,& ostenderis,quia nec patrem,nec matrem,nec filios præferas deo non agno-
sceris quia timeas deum,nec dicetur de te,quia nunc cognoui quia times tu deum . Quis autem vestrum putas,
audiet aliquando vocem angeli dicentis,nunc cognoui quia times tu deum,quia nō pepercisti filio tuo, vel filiæ
tuæ,vel vxori,aut non pepercisti pecuniæ,vel honoribus seculi,& ambitionibus mundi,sed omnia contempsisti,
& omnia duxisti stercora,vt Christū lucrifaceres,vendidisti omnia,& dedisti pauperibus,& secutus es verbū dei?
Quis vestrū(putas) audiet ab angelis huiusce modi vocē? Iterū Abrahā audit hāc vocē,& dicitur ad eū,Quia non
pepercisti filio tuo dilecto propter me. AMBRO. Nec otiose hic quoque dilectissimū filium secundum aliam
æditionem dixit,vt illud quod supradixit,quē dilexisti,ita dictū ostēderet,ne æstimares quod iā diligere desisset.
HILARIVS IN PSALMVM PRIMVM. Cognoscit deus non ignorationis scientia, sed dignatione
noscendi . Neque enim hæc in deo passionum humanarum demutatio est , vt aliquid aut cognoscat aut nesciat. K
Beatus apostolus Paulus qua ratione à deo cognosceremur exposuit,dicens: Si quis est in vobis propheta aut spi-
ritalis cognoscat quæ scribo vobis,quia domini sunt:si quis autem non cognoscit, non cognoscetur.Eos ergo co
gnosci à deo ostendit,qui quæ dei sunt cognouerint, tunc cognoscendi cum cognouerint , dignationem scilicet
cognitionis per meritum religionis cognitæ consequentes , vt quod cognoscitur,non ignorantis profectum in-
telligatur esse, sed cogniti. Absolute autem dominus ostendit in Adam atque Abraham peccatores se ignorare,
cognoscere autem fideles.Nanque Adæ post peccatum dictum est:Vbi es Adam?Non quod deus quem adhuc in
paradiso habebat,in paradiso esse nesciret,sed quod dū vbi sit interrogatur, indignus cognitione dei per id quod
peccauit,ostenditur. Abraham antè diu ignoratus, scilicet ad quem septuagenarium dei iam fuit sermo , cum se
gnoui quia times dominum deum tuum , & non pepercisti dilecto filio tuo propter me. Non ignorabat vtiq; A- L
brahæ fidem,quam ei de generando Isaac credenti & ad iustitiam deputauerat.Sed qui magnum timoris sui de-
derat(filium offerendo)documentum,nunc cognoscitur,nunc probatur,nunc dignus est qui non ignoretur.Scit
itaque deus & agnoscit & nescit , cum Adam peccator nescitur, & Abraham fidelis cognoscitur, dignus scilicet
qui à deo nihil vtique ignorante noscatur. CHRYSOSTOMVS. Nunc cognoui quod timeas deū,
& non pepercisti filio tuo dilecto propter me.Vides quomodo humiliter se nostræ infirmitati hoc verbo attem-
perat?Quid igitur?Ignorabat ne ante hoc iusti virtutem, & nunc cognouit omnium dominus?Non hoc(inquit)
dicens nunc,ipse cognoui.Sed quid dicere vult? Nunc(inquit)omnibus declarasti,quomodo syncero timore deū
colas.Nam ego sciui famulum meum.Quæ autem à te nunc facta sunt,in doctrinam sunt tam præsentibus quàm
futuris.Innotuisti enim nunc omnibus quod timeas deum,& mandata eius opere cures implere,quia non peper
cisti filio tuo dilecto propter me.Illi qui tam dilectus,quem teneriter,tamq; germane amas,nō pepercisti propter
me,propter mandatum meum,propterea quia ego tibi præcepi, prætulisti iussionem meam filio tuo , proinde & M
filium tuum accipe.Propter hoc enim præcepi tibi, vt semen tuum extenderetur, redimitus ergo obedientiæ tuæ
corona, abi. Ego enim voluntatem coronare soleo, & propter mentem præmia præsto.Opere impleri congruit,
quę à te dicta sunt,& pueris tuis,& Isaac,illis enim promisisti,cum adorauerimus,redibimus.Ecce hoc nunc erit.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Vox angeli de cœlo ad Abra-
ham,Ne iniicias manum in puerum,neque facias ei quicquam,Modo enim cognoui quoniam times deū tu.Etiā
ista quæstio simili locutione soluitur,hoc est enim,nunc cognoui quoniam times deum tu, quod significat,te fe-
ci cognoscere . In consequentibus autem hoc genus locutionis euidenter apparet, vbi dicitur,Et vocauit nomen
Abraham loci illius,Dominus vidit,vt dicatur hodie,in mōte dominus apparuit,vidit pro eo quod est apparuit,
hoc est,vidit,pro eo quod est videre fecit.Significans per efficientem id quod efficitur,sicut frigus pigrum, quod
pigros facit.Et non pepercisti filio tuo dilecto propter me,Nunquid Abraham propter angelum non pepercit fi-
lio suo,

A lio suo,aut propter deum? Aut ergo angeli nomine dominus Christus significatus est, qui sine dubio deus est,&
manifeste à propheta dictus,Magni consilij angelus. Aut quod deus erat in angelo,& ex persona dei angelus lo-
quebatur,sicut in prophetis etiam solet.Nam in consequentibus hoc magis videtur apparere,vbi legitur, Et vo-
quebatur,sicut in prophetis etiam solet.Nam in consequentibus hoc magis videtur apparere,vbi legitur, Et vo-
cauit angelus domini Abraham iterum de cœlo,dicens,Per memetipsum iuraui dicit dominus.Non facile enim
inuenitur dominus Christus patrem dominum dicere tanquam suum dominum , illo præsertim tempore ante-
quam sumeret carnem.Nam secundum id quod formam serui accepit,non incongruenter hoc dici videtur.Nam *Psalm. 2.*
secundum huius rei futuræ prophetiam,illud est in psalmo,Dominus dixit ad me,filius meus es tu. Nam neq; in
ipso euangelio facile inuenimus à Christo deum patrem dominum appellatum, quod eius dominus esset, quan- *Ioan. 20.*
uis deum inueniamus in illo loco,vbi ait,vado ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum ve-
stru.Quod autem scriptū est,Dixit dominus domino meo, ad ipsum qui loquebatur, refertur,id est,Dixit do-
minus meus domino meo,pater scilicet filio.Et pluit dominus à domino.Qui scribebat,dixit,vt dominus eius à
B domino eius,id est dominus noster à domino nostro pluisse intelligatur,filius à patre. GREGORIVS VI- *Cap. 6.*
GESIMOPRIMO MORALIVM. Nunc cognoui quod timeas dominum.Scire dei dicitur, scire nos fa
cere:vsitato nostræ locutionis modo,qui lætum diem dicimus,ex quo contingit vt lætemur.Hinc est enim quod
ad Abraham dominus dicit : Nunc cognoui quod timeas deum. Neque enim creator temporum quicquam co-
gnouit ex tempore, sed cognoscere eius est, ex cuiuslibet causæ emergentis articulo nobis cognitionem præbere.
CAIETANVS. Aut quemadmodum metaphoricè tentauit deus Abraham, ita metaphorice dicit , nunc
cognoui,hoc est,ad similitudinem me habui nūc cognoscentis experientia facti tui, quod times deum. Est enim
sermo de notitia experimentali,quæ non nisi metaphorice conuenit deo. Experimētalis enim notitia directe re-
spondet tentationi.Nam tentatio suapte natura ordinatur ad cognoscendum ab experientia. AVCTOR CA-
C TENAE. Et non pepercisti filio tuo,& cætera.Hebraicè est: וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת בִּנְךָ אֶת יְחִידְךָ מִמֶּנִּי Velo hasachta
eth bincha eth ihideha miménni,Et non prohibuisti filium tuum,vnicum tuum,propter me,vel à me.Sed eadem
sententia est.Chaldaica autem & Septuaginta cum Latina interpretatione conueniunt. Nunc igitur(ait)cogno-
ui quod non ignorabam antea : Sed tamen mundum totum & Abrahæ posteros secundum carnem & spiritum
scire volo,quod timeas deum,vera obedientia ex fide colendo,non parcendo vnico filio tuo,cui prætulisti amo-
rem mei,ob quem & filium quoque tuum recipies,& me pariter tibi patrem senties semper:pro qua quoque obe-
dientia vicissim tibi tradam filium meum,& non parcam: vt enim te melior sum , sic tibi amoris signum maius
præstabo . Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum tradiderit, & cætera.Et proprio filio non pepercit,sed
pro nobis omnibus tradidit illum.Sic magnifica liberalitate deus certat cum homine. *Leuauit Abraham oculos suos, uiditq; post tergum arietem inter uepres, hærentem cornibus. Quem assumens, obtulit holocaustum pro filio.* HIERONY-
MVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et eleuauit Abraham oculos suos,& ecce aries post
tergum eius tenebatur in virgulto Sabech cornibus suis.Ridiculam rem in hoc loco Emisenus Eusebius est locu-
D tus:Sabech(inquiens)dicitur hircus,qui rectis cornibus & ad carpendas arboris frondes sublimis attollitur.Rur-
sus Aquila συγχνῶ interpretatus est:quem nos vepretum possumus dicere,vel spinetum, & vt verbi vim interpre-
temur , condensa & inter se implexa virgulta . Vnde & Symmachus in eandem ductus opinionem,Et apparuit,
ait, aries post hoc,retentus in rete cornibus suis.Verum quibusdam in hoc duntaxat loco melius videntur inter-
pretati esse Septuaginta & Theodotio,qui ipsum nomen Sabech posuerunt, dicentes:in virgulto Sabech corni-
bus suis. Etenim συγχνεων , siue rete quod Aquila posuit & Symmachus,per ש sin literam scribi,hic vero ס samech
literam positam.Ex quo manifestum esse non interpretationem stirpium condensorum, & in modum retis inter
se virgulta contexta,verbum Sabech,sed nomen sonare virgulti, quod ita Hebraicè dicitur. Ego vero diligenter
inquirens συγκεῶ per ס literam scribi crebro reperi. CHRYSOSTOMVS. Vide religiosam mentem . Ecce
id quod prius dixerat puero patriarcha,hoc ei præparatum à deo.Et assumens(inquit) obtulit illum holocaustum
E pro filio.Vidisti dei misericordiam?Et sacrificium consummatū est, & iustus religiosam suam mentem declara- *De sancto Abraham sermo. 5.*
uit , & à voluntate coronam reportauit , & Isaac accepto , rediit cum innumeris coronis. ZENO VERO-
NENSIS EPISCOPVS. Ecce & meritum principale , diuinam indulgentiam meruisse sub casibus. Nam
retro respiciens Abraham, inuenit victimam quam innocens immolaret,eo ferro mactauit arietem,quo filium
percutere iam parabat . A filio ad agnum transtulit dexteram,semper lætatus & gaudens,nec mutatus est vultus
eius,cum esset victima commutata.Cum tanta lætitia arietem obtulit,cum quanta obtulerat & filium. Vbi enim
fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus deus doluit,quia aliam victimam procurauit.Nam Abraham cū
filio sic probatus adeo est,vt non postulans,misericordiam mereretur. THEODORETVS. In arbore non
habet Syra editio,sed solum Sabech.Id autem nomen arboris alicuius esse arbitror. GENNADIVS. Sabech
quidam dimissionem interpretati sunt.Alij erectus . Potest & arboris esse nomen. ALCVINVS. Aries qui
pro Isaac immolatus est, non putatiuus , sed verus est.Ideo magis putatur angelum eum aliunde attulisse, quàm
ibi de terra post sex dierum opera procreasse. AVCTOR CATENAE. Viditq; post tergum arietem
F inter vepres,hærētem cornibus.Hebraica litera est וַיַּרְא וְהִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו Vaiar vehinne ail ahar
neehaz basebach bekarnaf, Et vidit, & ecce aries postquam appensus est in perplexu , seu implicatione,cornibus
suis,id scilicet quod vertit interpres.Sed Chaldaica clarius, postquam apprehēsus est in arbore cornibus suis. Est
enim verbum סָבַךְ sabach,irretire,perplexum esse,complecti. A quo postea sebach descendit id est vepres,seu ra-
mus condensus, vel irretitus,aut arbustum , quia hæc omnia inuicem perplexa sunt & constipata.Et quandoque
etiam ponitur pro sylua vel saltu.At Septuaginta quasi plantæ propriū nomen esset,verterunt εἰς κατεχόμενον ἐν
φυτοῖς σαβέκ,Aries vnus interceptus seu detētus in plāta sabech. *Appellauitq; nomen loci illius, dominus uidet. Vnde usque hodie dicitur, in monte dominus uidebit.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Alia litera,& vo-
cauit Abraham nomen loci illius,Dominus videt:vt dicant hodie,in monte dominus videt. Pro eo quod hic ha-
bet,videt,in Hebræo scriptum est, videbit. Hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbium: vt si quando in an-
gustia constituti sunt,& domini optant auxilio subleuari,dicāt,in monte dominus videbit,hoc est,sicut Abrahæ
misertus

Universidad de Deusto Biblioteca

misertus est,miserebitur & nostri.Vnde & in signum dati arietis solent etiam nunc cornu clangere. AVGV- G
Cap.32. STINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Ariete illo immolato pro Isaac filio suo, vocauit(vt legitur)Abraham nomen loci illius, Dominus vidit, vt dicant hodie,in monte dominus apparuit, sicut dictum est,nunc sciui,pro eo quod est,nunc sciri feci,ita hic dominus vidit, pro eo quod est, dominus apparuit, hoc est,videri se fecit. CHRYSOSTOMVS. Vide iusti religiosam mentem, quomodo vndequaque ex his quę acciderant,locis appellationes imponit. Visitationem enim à deo factam, volens quasi in colūna ærea insculpere loco per appellationem,vocauit nomen loci, dominus vidit. CAIETANVS. Appellauitq; nomen loci illius dominus videt.Iuxta Hebræū habetur,videbit.Et quod sequitur,Vnde vsq; hodie dicitur,in monte dominus videbit,habetur,in monte à domino videbitur. A nomine loci, prouidentiam respectu singularium actionum ac rerum omnium in his inferioribus summi dei,profitetur non defuturam.Apte autem & vulgatum montis nomen,per verbum passiuum videbitur,respondet nomini imposito ab Abraham per verbum actiuum, vt patet. Et nominatur deus primū essendi principiū,vt illius prouidētia vsq; ad minima,testimoniū etiam ex hoc H
noie haberet. AVCTOR CA. Appellauitq; nomē loci illius dominus videt.Hebraicè est יְהֹוָה יִרְאֶה adonai ire,Dominusvidebit.At Septuaginta habēt,κύριος εἶδεν,dominus vidit.Deinde quod sequitur, Vnde vsq; hodie dicitur,in monte dominus videbit,ibi est יֵרָאֶה ierae , hoc est,videbitur.Est itaque sensus, quod Abraham vocauit locum,Dominus videbit,seu prouidebit,non à vocabulo montis Moria,sicut aliqui putauerunt,sed à responso quod dederat Isaac interroganti vbi esset pecus holocausti,& diceret, Dominus prouidebit.Postea vero paululum immutarunt sententiam,ex verbo actiuo facientes passiuum,vt textus habet. At Septuaginta aliquāto secus, ἵνα εἴπωσι σήμερον, ἐν τῷ ὄρει κύριος ὤφθη, Vt dicant hodie,in monte dominus visus est, per passiuum non actiuū, etiam ipsi protulerunt, licet quod erat futurum, præteritum fecerint,quod forsan neque male,nam futurum forte pro præterito eo loco est , vt moris Hebræis est. Chaldaica locum huiusmodi ab aliis diuersum penitus habet, videlicet,Et orauit atque immolauit Abraham in loco illo.Et dixit coram domino,Hic erunt seruientes generationes.Propterea dicebatur in die hac,in monte isto Abraham coram domino immolauit. I

Mysticè. INTERLINEARIS ET CHRYSOSTOMVS. Hucusque vmbra,postea rerum veritas magna excellentia monstratur.Prophetia siquidem hic ponitur,pronuncians cuncta quæ de Christo ventura. Nam quod dixit angelus,Non extendas manum tuam super puerum,neque facias illi quicquam, ideo dixit,quia caro Christi potuit crucifigi , diuinitas non potuit tangi. ORIGENES. Aries autem cornibus hærens in virgulto Sabech,formam nihilominus Christi gerere videtur.Sed quomodo Christo vterque cōueniat, & Isaac qui non est iugulatus,& aries qui iugulatus est, operæprecium est noscere. Christus verbū dei est, sed verbum caro factum est.Vnum igitur in Christo de superioribus est , alterum ex humana natura, & virginali vtero susceptum.Patitur ergo Christus,sed in carne,& pertulit mortem, sed caro, cuius hic aries forma est,sicut & Ioannes dicebat,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi, verbum vero in incorruptione permansit,quod est secundum spiritum Christus , cuius imago est Isaac . Ideo ipse & hostia est, & pontifex secundum spiritum . Nam qui offert hostiam patri secundum carnem, ipse in altari crucis offertur.Quia sicut dictum est de eo , Ecce agnus K
dei , ecce qui tollit peccatum mundi, ita de eo dictum est, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech . Tenetur ergo cornibus aries in virgulto Sabech. AMBROSIVS. Et respiciens Abraham, vidit,& ecce aries vnus hærens in virgulto.Qua ratione arietem?Quasi præstantem vtique cætero gregi.Qua ratione suspensum?Vt aduerteres hostiam illam non esse terrenam. Qua causa cornibus suspensum? nisi quod car-
Esa.9. nem suam virtute superiore à terris leuaret?iuxta quod scriptum est,Cuius principatus super humeros eius.Quis
Psalm.148. vtique significatur,nisi ille de quo scriptum est,Exaltauit cornu populi sui?Cornu nostrum Christus est, qui præ-
Psalm.44. stitit omnibus sicut legimus,Speciosus forma præ filiis hominum.Solus eleuatus & exaltatus à terris , quemadmodum ipse nos docet,cum loquitur, Ego non sum de hoc mundo,ego de supernis sum. Hunc vidit Abraham
Ioan.8. in isto sacrificio , huius passionem aspexit . Et ideo ipse dominus ait de eo,Abraham diem meum vidit,& gauisus est. AVGVSTINVS DVODECIMO CONTRA FAVSTVM. Quis igitur alius in Isaac sig- L
num sibi portabat ad victimam,nisi qui crucem sibi ad passionem ipse portabat ? Quis alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat,nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur. IDEM IN SERMO-
Sermo.71. NIBVS. Quod igitur aries occisus est,& Isaac non est occisus,ideo factum est,quia Isaac figura, & veritas nō erat, in ipso designatum est,quod postea in Christo completum est . Videte deum cum hominibus magna pietate certantem. Abraham mortalem filium non moriturum obtulit deo,& deus immortalem filium pro hominibus tradidit morti . Potest tamen & de beato Isaac, & de illo ariete etiam sic intelligi,vt in beato Isaac significata sit diuinitas,in ariete humanitas Christi,& quia in passione non diuinitas crucifixa creditur,ideo non Isaac, sed aries immolatur. Dei enim filius vel vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Audite aliud sacramentum fratres charissimi.Hieronymus presbyter scripsit,ab antiquis & senioribus Iudæis se certissime cognouisse, quod ibi immolatus sit Isaac,vbi postea Christus crucifixus est. Deniq; ab eo loco vnde beatus Abrahā iussus est proficisci,tertio die ad locum vbi Christus crucifixus est peruenitur.Etiam hoc antiquorū relatione re- M
fertur,quod & Adam primus homo in ipso loco vbi crux fixa est,fuerit aliquando sepultus, & ideo Caluariæ locum dictum esse,quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultū.Et vere fratres non incongrue creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat ægrotus.Et dignum erat,vt vbi occiderat humana superbia , ibi se inclinaret diuina misericordia.Et sanguis ille preciosus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris dum dignatur stil-
Vbi supra. lando contingere,redemisse credatur. IDEM DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Illo etiam ariete qui cornibus in frutice tenebatur,quo immolato impletum est significatiuo sanguine sacrificium,Iesus Christus significabatur,antequam immolaretur spinis Iudaicis coronatus. EVCHERIVS. Vel quid est quod in vepribus hærebat aries ille?Crux cornua habet,si enim duo ligna compingantur in se, speciē crucis reddunt.Vnde scriptum est,Cornua in manibus eius sunt. Cornibus ergo hærens aries,crucifixum dominum significat.Vepres autem spinæ sunt.Spinæ iniquos & peccatores significant,qui suspenderunt dominum in cruce. Inter

A ter spinas itaque peccatorum Iudæorum suspensus est dominus,sicut per Hieremiam idem dicit,Spinis peccatorum suorum circundedit me populus hic. RVPERTVS. Omnia prædicta sustinens Isaac,soli tandem ictui gladij subducitur,& aries pro illo immolatur , quia videlicet risus ille cœlorum , in quem desiderant angeli prospicere,secundum naturam qua deus est,mori non potuit,sed ea immortaliter atque impassibiliter permanente, secundum naturam hominis quam assumpsit,inter vepres, id est inter scelera Iudæorum , clauis hærens ad cornua crucis,vere passus, vere mortuus , & vere sepultus est. EVSEBIVS. Vbi autem Isaac immolandus erat,ibi templum ædificatū est,& dominus verus Isaac pro salute mundi immolatus. MELITO EPISCOPVS. Dominus noster vt aries vinctus est, & immolatus vt Isaac , crucem humeris portauit. INTERLINEARIS. Nec vacat mysterio, quod aries post tergum visus est, quia longe post veritas huius vmbræ declaranda erat,videlicet quando dominus tanquam ouis ad occisionem ductus,inter duo brachia crucis suspensus est. CHRYSOSTOMVS. Ergo Aries hic rationalis pro toto mundo oblatus est , totum orbem
B terrarum purificauit , homines ab errore liberauit,& ad veritatem adduxit, terram cœlum fecit,non elementorum immutata natura, sed conuersatione cœlesti hominibus super terram degentibus allata . Propter hunc omnis dæmonum cultus solutus est, propter hunc non adorantur lapides & ligna ab hominibus , & ante insensata, insigniti ratione non procedunt,sed omnis abiit error,& veritatis lux orbem illustrauit . Vidisti veritatis excellentiam?vidisti quid vmbra,quid veritas? AMBROSIVS. Peracto autem sacrificio,vocauit Abraham nomen loci illius,Dominus videt,vt dicant hodie,Dominus in monte apparuit,hoc est,quod apparuerit Abrahæ , reuelans futuram sui passionem corporis, qua mundum redemit, demonstrans etiam genus passionis , cum suspensum ostendit arietem in virgulto,& virgultum illud,patibulum crucis.Et in hoc ligno præstantissimus du-
ctor gregis exaltatus,omnia traxit ad se,vt ab omnibus cognosceretur.Vnde & ipse ait, Cum exaltaueritis filium Ioan.8.
hominis , tunc cognoscetis quia ego sum . EVCHERIVS ET AVCTOR CATENAE. Vel nomen loci illius,Dominus videt dicitur,pro eo quod est dominus videri se fecit, vtique per incarnationē.
C Et in monte dominus videbit,propter mysterium ibi peractum dominicæ passionis.Erat enim aliquando semet ipsum visurus in monte illo dominus & saluator noster , sputis illitum, opprobriis saturatum,clauis confixum, lancea perforatum,sanguine rubricatum,& in medio duorum latronum in patibulo suspensum. Quam bene ergo dicitur in monte dominus videbit,seu mauis dicere, dominus videbitur?

VOcauit autem angelus domini Abraham secundò de cœlo,dicens,Per memetipsum iuraui dicit dominus, 5
quia fecisti hanc rem,& non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi , & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli,& uelut arenam quæ est in littore maris.Possidebit semē tuum portas inimicorum suorum,& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ . Reuersus est Abraham ad pue-
D *ros suos,abieruntque Bersabee simul,& habitauit ibi.*

ORIGENES. Quantum legentes progredimur, tantum nobis sacramentorum cumulus augetur. Et vt si 5 Homi.9.
quis exiguo vectus nauigio ingrediatur mare, donec terræ vicinus est, minus metuit, cum vero paulatim in altū fuerit progressus,& vndis intumescentibus vel in excelsum attolli cœperit,vel eisdem dehiscentibus in ima deduci,ibi vero mentem pauor ingens & formido percutit,quod exiguam ratem tam immensis fluctibus credidit,ita etiam nos pati videmur,qui exigui meritis,& ingenio tenues,inire tam vastum mysteriorum pelagus audemus. Sed si orantibus vobis, dominus dignetur spiritus sui sancti auram nobis prosperam dare , secundo verbi cursu portum salutis intrabimus.Videamus ergo nunc quæ sunt,quæ nobis recitata sunt. *Vocauit autem*(inquit) *angelus domini Abraham secundo de cœlo, dicens.* CHRYSOSTOMVS. Sufficiebat quidem iusto pro præmio quod viuus rediret Isaac,& quod meritus erat illam eximiam laudem , nempe quod dixit , Nunc cognoui quod timeas
E deum.Veruntamen is,qui donis certare cupit,& beneficiis semper vincit mentem nostram,coaceruat etiam nūc iusti voluntatis remunerationes,vnde (inquit) Vocauit autem angelus domini secundo Abraham de cœlo, dicens. INTERLINEARIS. Angelus nempe ille,vel magni consilij,hoc est,dominus Iesus Christus, vel angelus ipse qui in persona dei loquebatur. *Per memetipsum iuraui dicit dominus.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo in sermone se demittit dominus, per memetipsum(inquit)iuraui, vt confidas omnino euentura tibi,quæ à me dicta sunt.Quandoquidem enim homines promissis iuramenta adhibent,vt stabiliorem accipiant promissionem hi,quibus promittitur,ea propter & dominus humana vsus cōsuetudine(inquit) Per memetipsum iuraui. CAIETANVS. Metaphorico sermone iurauit deus in semetipso,hoc est,ad similitudinem iurantis immobiliter deliberauit,& in semetipso iurauit, quia superiorem non habet in quo iuret, ad firmius affirmandum.Annunciat itaque angelus,deum non solum decreuisse,sed omnimoda immobilitate definisse,quod adhuc non fuerat Abrahæ reuelatum , hoc enim iuramentum nouiter annunciatum est Abrahæ ex merito tanti facti.
F *Quia fecisti rem hanc.* Disposuerat deus ab æterno se facturum ea quæ subiunguntur,sed quia disposuerat se facturum illa intercedente hoc merito Abrahæ,tanquam causa secunda,ideo dicit,quia fecisti rē hanc. AVCTOR CATENAE. Vide obsecro phrasim Hebraicam hoc in loco כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ chi iáan aser asitha.Sunt enim tres dictiones vna post aliam positæ,idem significantes, & perinde est ac si diceret,quia fecisti quas omnes interpretes in vnam verterunt dicentes, Quia fecisti rem hanc. An forte exaggerando magnificum & nobile hoc factum Abrahæ,hoc modo locutus est dominus? Quia(inquit) implesti præceptum meum,& tuam obediētiam per omnia declarasti.Et quod præceptum impletū?Ecce, *Et non pepercisti unigenito filio tuo.* CHRYSOSTOMVS. Considera obsecro misericordiam domini, Non pepercisti (dicit) vnigenito filio tuo propter me,& sane viuum illum reducit.At nondum finem vides, sed voluntatem & mentem disce, qua faciebat mandata citra ratiocinationem curiosam.Quantum enim ad voluntatem attinet,cruentauerat dexteram patriarcha , & per cutem pueri immiserat gladium,perfectumq; obtulerat sacrificium , idcirco & dominus quasi sacrificio reipsa consummato, laudat

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudat iustum & dicit,Non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Tu quidem non pepercisti propter meum G
mandatum,ego autem peperci propter tuam obedientiam. CAIETANVS. Et non pepercisti filio tuo. Iuxta Hebræum habetur,Et non prohibuisti filium tuum,vnicum tuum.Expone vt supra. Propter hanc ergo tuam obedientiam remunerans te, *Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & uelut arenam quæ est in littore maris.* ORIGENES. Solicitum hæc & intentum auditorem requirunt.Nouum est enim quod dicit, & vocauit(inquit)angelus domini Abraham secundo de cœlo.Quod tamen addidit,non est nouum.Nam benedicens benedicam te,& antè iam dictum est,& multiplicans multiplicabo te,antè promissum est: & erit semen tuum sicut stellæ cœli,& sicut arena maris,& prius fuerat pronunciatum. Quid ergo est nunc amplius quod secundo clamatur è cœlo? Quid noui veteribus vel promissionibus additur? Quid plus præmij datur in eo quod dicit, propterea quod fecisti verbum hoc,id est propterea quod filium obtulisti,propterea quod non pepercisti vnico filio tuo?nihil additum video,eadem repetuntur,quæ prius fuerant repromissa. Ergo superfluum videbitur eadem sæ H
pius retractare,& minus necessarium?In sacramentis enim siunt cuncta quæ siunt. Abraham si tantum secúdum carnem vixisset,& vnius populi quem secundum carnem genuit, pater fuisset, vna suffecerat repromissio. Nunc vero vt ostenderet eum primo patrem futurum eorum qui secundum carnem circuncisi sunt, circuncisionis suæ tempore datur ei repromissio, quæ ad populum circuncisionis pertinere deberet. Secundo quia pater esset futurus etiam eorum qui ex fide sunt,& qui per passionem Christi veniunt ad hæreditatẽ,tempore nihilominus passionis Isaac,promissio renouatur, quæ pertinere debeat ad eum populũ, qui passione Christi ac resurrectione saluatur.Et eadem quidem repeti videntur,sed longe diuersa sunt. Illa enim quæ prius dicta sunt, & ad priorem populum pertinent,in terris dicta sunt.Sic enim dicit scriptura, Et eduxit eum foras, de tabernaculo scilicet, & dixit ei,Respice stellas cœli,si dinumerari possunt à multitudine.Et addidit,sic erit semen tuum.Vbi autem secundo repetitur repromissio,designat quia locutus est ei de cœlo,& datur promissio de terra, prima, secunda de cœlo.Nonne aperte hic illud designare videtur , quod Apostolus dicit , Primus homo de terra terrenus . Secundus I
homo de cœlo cœlestis? Ista ergo promissio,quæ ad fidelem populum pertinet,de cœlo est,illa de terra.In illa ser-
Hebr. 6. mo tantummodo fuit, hic interponitur iusiurandum, quod interpretatur ad Hebræos scribens sanctus Apostolus,hoc modo dicens, Volens (inquit) deus ostendere pollicitationes hæredibus per immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum.Et iterum,Homines(inquit)per maiorem suum iurant, deus autem quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem,per memetipsum iuro dicit dominus.Non quod deum iurisiurandi necessitas
Psalm.109. vrgeret(Quis enim ab eo exigeret sacramentum)sed sicut interpretatus est apostolus Paulus,quo per hoc immobilitalem consilij sui cultoribus designaret . Sic & alibi per prophetam dicitur, Iurauit dominus , nec pœnitebit eum,tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Tunc deinde in prima repromissione non habet positam causam cur data sit repromissio,tantum quod eduxit eum foras,& ostendit (inquit) ei stellas cœli, & dixit, sic erit semen tuum . Nunc vero addit causam propter quam iuramento confirmat promissionem firmam futuram.Dicit enim, Quia fecisti verbum hoc,& non pepercisti filio tuo.Ostendit ergo quia propter oblationem K
vel passionem filij,promissio firma sit, euidenter designans , quia propter passionem Christi populo ex gentibus, qui ex fide est Abrahæ,maneat firma promissio. Et nunquid in hoc solo secunda firmiora sunt primis? In multis huiusmodi adumbrata inuenies sacramenta.Primas tabulas legis in litera,confregit Moyses,& abiecit, secũdam legem in spiritu suscepit,& sunt firmiora secunda quàm prima.Rursus idem ipse cum omnem legem in quatuor libris comprehendisset,Deuteronomium scribit,quod secunda lex dicitur . Ismaël primus est , secundus Isaac, & similis in secundo prælationis forma seruatur.Hoc & in Esau & in Iacob, in Effrem & Manasse , & in mille aliis similiter inuenies adumbratum.Veruntamen hunc locum,& Apostolus interpretatur dicens,Quia Abrahę promisit deus & semini eius,non dixit & seminibus quasi in multis,sed tanquam in vno, & semini tuo,qui est Christus.De Christo ergo dicitur,multiplicans multiplicabo semen tuum, & erunt sicut stellę cœli in multitudine,& sicut arena,quæ est ad oram maris. Quis iam expositione indiget, vt sciat semen Christi quomodo multiplicetur, qui videt à finibus terræ vsque ad fines terræ propagatam prædicationem euangelij , & nullum pene esse iam L
locum , qui non semen verbi susceperit? Hoc nanque & in initiis mundi præfigurabatur , cum diceretur Adæ, Crescite & multiplicamini, quod & ipsum dicit Apostolus, in Christo dici & in ecclesia . Quod autem dixit , sicut stellæ cœli in multitudine,& adiecit, sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis , fortasse quidem dicat aliquis,cœlestis numeri figuram, christianorum populo, arenæ maris Iudaico conuenire. Ego tamen hoc magis puto, quod vtrunque exemplum vtrique populo possit aptari. Nam & in illo populo fuerunt multi iusti & prophetæ , quibus stellarum cœli merito comparatur exemplum, & in nostro populo sunt multi qui terrena sapiunt, & quorum stultitia grauior est arena maris . In quibus præcipuè hæreticorum turbas arbitror deputandas . Sed ne nos quidem securi sumus . Donec enim quis nostrum non deponit imaginem terreni, & induit imaginem cœlestis, terrenis comparatur exemplis . Vnde & Apostolus ex his (vt opinor) motus, in cœlestibus & terrestribus corporibus resurrectionis format imaginem , dicens , Alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium , vt stella ab stella differt in claritate , ita erit & resurrectio mortuorum . Sed & dominus M
cum dicit, Vt luceat lux nostra coram hominibus , vt videntes homines opera vestra bona , glorificent patrem vestrum , qui in cœlis est , hoc idem commonet eum qui nouit audire. Quod autem Christus semen Abraham,& filius Abrahæ sit,si vis euidentius scripturæ verbis discere , audi quomodo in euangelio scriptum est,
Matth. 1. Liber(inquit)generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. CHRYSOSTOMVS. Vide cumulatam benedictionem . Semen (inquit) quod ex fœmore tuo egressum est , in tantam multitudinem propa-
Cap. 9. Cor. 3. gabitur , vt stellis & arenæ adæquetur . GREGORIVS IN PRIMO REGVM. Quia scriptum est quod vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem , quod nimirum non solum de æterna retributione accipitur , sed etiam de præsenti , omnipotens deus pro merito operis, electis suis tribuit augmenta virtutis . Nam & Abrahæ filio non parcenti , dicitur , Per memetipsum iurauí , quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio propter me, Benedicam tibi , & multiplicabo semen tuum . Plerumque enim

A enim qui fideliter laborant in faciendis iis quæ sciunt, per diuinam gratiam maiora quæ agant , cognoscere merentur. CAIETANVS. Et benedictio quidem refertur ad ipsum Abraham, multiplicatio autem ad semen eius.Comprehendit autem benedictio largitionem rerum spiritualium & corporalium. AVCTOR CATENAE. Potest etiam Hebraismus hoc in loco,Quoniam benedictione benedicam te,& multiplicando multiplicabo te,largam & supereffluentem domini super Abraham & super semen eius benedictionem & multiplicationem descensuram significare. *Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum.* ORIGENES. Sed & hoc verius & excellentius in Christo domino completur. Quomodo autem hæreditate cœpit Christus ciuitates aduersariorum?Per hoc sine dubio , quod in omnem terram exiit sonus Apostolorum , & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde & ad iracundiam excitati sunt angeli illi, qui singulas quasque nationes sub potestate retinebant . Cum enim diuideret excelsus gentes secundum numerum angelorum dei,tunc pars eius facta est Iacob & funiculus hæ
B reditatis eius Israël . Christus enim ad quem dixerat pater , Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ,depellens ipsos potestate & dominatione, quam habebant in nationibus,prouocauit eos ad iracundiam. Et ideo dicit, Quia astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum,& aduersus Christum eius. Et ideo aduersantur etiam nobis,atque agones contra nos, & certamina concitant.Hinc & Apostolus Christi,Luctamen est(inquit)nobis non aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principatus & potestates,& mundi huius rectores . Propterea ergo vigilandum nobis est, & solicite agendum, quia aduersarius noster sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui nisi restiterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatem reuocabit . Quod si nobis eueniat, ingratum faciemus opus eius, qui cruci suæ affixit
Psalm.2. principatus & potestates,cum fiducia triumphans eos in semetipsum, & qui venit captiuos dimittere in remissionem. Quin potius fidem Christi sequentes,qui triumphauit eos,disrumpamus vincula eorum,quibus nos deuinxerunt potestati suæ.Vincula verò quibus nos constringunt,passiones & vitia nostra sunt,quibus tandiu innectiGalat.5. mur,donec carnem nostram crucifigamus cum vitiis & concupiscentis,& ita demum disrumpamus vincula eo-
C rum,& proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Igitur occupauit semen Abrahæ ciuitates aduersariorum, id est, semen verbi,quod est prędicatio euangelij,& fides Christi.Sed dico,Nunquid iniquitate vsus est dominus,vt eripere gentes de potestate aduersariorũ,& ad fidem suam,deditionemq; reuocaret?Nequaquam.Erat enim aliquãdo pars domini Israël,sed quia peccatis recesserant à deo suo,propter peccata sua dixit eis deus , Ecce peccatis vestris distracti estis,& propter peccata vestra dispersi estis sub vniuerso cœlo. Sed iterum dicit ad eos, si fuerit dispersio vestra ab extremo cœli vsque ab extremum eius,inde congregabo vos,dicit dominus.Quia ergo principes huius mundi inuaserant partem domini,necesse habuit pastor bonus relictis in supernis nonaginta & nouem, descendere ad terras,& vnam ouem quæ perierat quærere,inuentamq; eam & humeris reuectam,ad ipsum supernæ perfectionis ouile reuocare , sed quid mihi prodest si semen Abrahæ qui est Christus , hæreditate possideat ciuitates
D aduersariorum,& meam ciuitatem non possideat? Si in mea ciuitate,hoc est, in anima mea, quæ est ciuitas regis magni,neque leges eius,neq; instituta seruentur? Quid mihi prodest, quod vniuersum mundum subiecit, & aduersariorum ciuitates possidet,si non & in me aduersarios suos vincat, si non destruat legem quæ est in membris meis,repugnans legi mentis meæ, & captiuum me ducit in lege peccati? Sic ergo vnusquisque nostrum satis agat,vt & in sua anima & in suo corpore vincat Christus aduersarios suos,& subiiciens eos ac triumphans etiam, suæ animæ possideat ciuitatem.Hoc enim modo de parte eius efficimur,de parte meliore,quæ est sicut stellæ cœli in claritate, vt & nos benedictionem Abrahæ capere possimus per Christum dominum nostrum. INTERLINEARIS. Possidebit ergo semen tuum portas inimicorum suorũ,quando scilicet descendit Christus inferum?Per hoc sine dubio , quod in omnem terram exiit sonus Apostolorum , & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde & ad iracundiam excitati sunt angeli illi, qui singulas quasque nationes sub potestate retinebant . Cum enim diuideret excelsus gentes secundum numerum angelorum dei,tunc pars eius facta est Iacob & funiculus hæreditatis eius Israël . Christus enim ad quem dixerat pater , Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ,depellens ipsos potestate & dominatione, quam habebant in nationibus,prouocauit eos ad iracundiam. Et ideo dicit, Quia astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum,& aduersus Christum eius. Et ideo aduersantur etiam nobis,atque agones contra nos, & certamina concitant.Hinc & Apostolus Christi,Luctamen est(inquit)nobis non aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principatus & potestates,& mundi huius rectores . Propterea ergo vigilandum nobis est, & solicite agendum, quia aduersarius noster sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui nisi restiterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatem reuocabit . Quod si nobis eueniat, ingratum faciemus opus eius, qui cruci suæ affixit principatus & potestates,cum fiducia triumphans eos in semetipsum, & qui venit captiuos dimittere in remissionem. Quin potius fidem Christi sequentes,qui triumphauit eos,disrumpamus vincula eorum,quibus nos deuinxerunt potestati suæ.Vincula verò quibus nos constringunt,passiones & vitia nostra sunt,quibus tandiu innectimur,donec carnem nostram crucifigamus cum vitiis & concupiscentis,& ita demum disrumpamus vincula eorum,& proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Igitur occupauit semen Abrahæ ciuitates aduersariorum, id est, semen verbi,quod est prędicatio euangelij,& fides Christi.Sed dico,Nunquid iniquitate vsus est dominus,vt eripere gentes de potestate aduersariorũ,& ad fidem suam,deditionemq; reuocaret?Nequaquam.Erat enim aliquãdo pars domini Israël,sed quia peccatis recesserant à deo suo,propter peccata sua dixit eis deus , Ecce peccatis vestris distracti estis,& propter peccata vestra dispersi estis sub vniuerso cœlo. Sed iterum dicit ad eos, si fuerit dispersio vestra ab extremo cœli vsque ab extremum eius,inde congregabo vos,dicit dominus.Quia ergo principes huius mundi inuaserant partem domini,necesse habuit pastor bonus relictis in supernis nonaginta & nouem, descendere ad terras,& vnam ouem quæ perierat quærere,inuentamq; eam & humeris reuectam,ad ipsum supernæ perfectionis ouile reuocare , sed quid mihi prodest si semen Abrahæ qui est Christus , hæreditate possideat ciuitates

Universidad de Deusto Biblioteca

missio. Sæpe enim promiserat, sed nunquam iurauerat. Quid autem est dei veri veracisq; iuratio, nisi promissi G
confirmatio, & infidelium quædam increpatio? ISIDORVS. Et benedicentur in semine tuo, & cætera.
Psalm.21. Quando autem hoc factum est, nisi quando dicit ille aries, Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumera-
uerunt omnia ossa mea? Hoc enim quando peractum est illud in psalmis sacrificium, tunc in ipso psalmo dictum
est, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in cõspectu eius omnes
patriæ gentium, quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. INTERLINEARIS. Et in
semine tuo benedicentur omnes gentes, id est, in Christo, prædestinati de omnibus gentibus. CAIETANVS.
Hoc igitur quod dicitur, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, adimpletum est per Messiam, quoniam
in eo benedicuntur vniuersæ nationes terræ successiue. Aduerte quod illud idem promissum Abrahæ in prima vi-
sione scripta capitulo duodecimo, modo repetitur, clarius tamen, quia quod ibi implicite dicitur, & benedicẽtur
in te, hic explicatur, dicendo in semine tuo. Neq; enim ibi promissum est, quod in ipso Abhraham secundum se-
ipsum benedicendæ essent omnes familiæ gentium, sed quod vt hic aperitur, in ipso secundũ eius semen qui Mes- H
sias est, benedicendæ essent omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. AVCTOR CATENAE. Et bene-
dicentur in semine tuo omnes gentes. Verbum Hebraicum הִתְבָּרְכוּ hitbarchu, hoc loco ponitur in illa coniuga-
tione, quæ reciprocam habet significationem, & sic proprie fuerat reddendum, Benedicent se in semine tuo om-
nes gentes terræ, hoc est, in solo illo semine beatificandos se verissime dicent. Chaldaica habet, Et benedicentur
propter filios tuos omnes populi terræ, pro eo quod obedisti verbo meo. Sed hoc idem est cum Latina & Gręca li-
tera. Redundabit (inquit) benedictio seminis Abrahæ in omnes gentes, omnisq; altitudo mundi huius humiliabi-
tur semini Abrahæ, prævalebitq; verbum dei, sapientiæ, potentiæ, malitiæq; vniuersæ huius mundi. Quia obedisti
voci meæ. Nota, quod non est ita intelligendum, quod obedientia Abrahæ promeruerit de condigno, vt in semi-
ne suo, videlicet Christo, omnes gentes benedictionem consequerentur, imò hoc Christus proprie meruit, cuius
meriti, meritum obedientiæ Abrahæ figura fuit, sed de cõgruo obedientia Abrahæ aliquo modo cooperata est ad I
hoc, vt causa meritoria dispositiua. CHRYSOSTOMVS. Vide ergo quomodo plurima nobis bona conci-
liat, quod obedimus deo, & præceptis eius obtẽperamus. Ideo sicut patriarcha ille, ne curiosius inquiramus, quare
talia ab eo imperata sint, sed vt grati serui impleamus mandata, rationemq; eorum relinquamus domino. Si hic do
cuerimus nosmetipsos, poterimus & eandem obediẽtiam declarare, quam iustus ille, easdemq; consequi coronas.
Roma.2. Quomodo autem obediemus? Si mandata eius opere adimpleuerimus. Non enim auditores (inquit Apostolus) le
gis iustificantur, sed factores. Quę enim vtilitas, si quotidie audiamus, & opera negligamus? Ideo oro, vt ad agenda
opera festinemus. Neq; enim aliter saluari nos possibile est, vt & peccata nostra abluamus, & misericordiam dei
consequamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi. *Reuersus est Abraham ad pueros suos, abierúntque*
Bersabee simul, & habitauit ibi. CAIETANVS. Hinc apparet, quod tempore istius sacrificij Abraham adhuc ha
bitabat in Palæstina. AVCTOR CATENAE. Nihil iactat iustus de tanto opere vel promissis, simpliciter
arbitratur se id egisse quod obligabatur, & domino debebat tanquàm seruus inutilis parcissimus verbis vbiq;, sed
sapientissimus consiliis & factis, rediit ad Bersabee, ad puteũ iuramenti, ad australem & extremam partẽ promis- K
sæ terræ in Geraris, in Palæstina salutari, de qua alias multa dicta sunt.
Mysticè. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. Reuersus Abraham ad pueros suos, & habitans
in Bersabee cum illis, fidem de gentibus ad Iudæos in fine mundi reuersuram demonstrat, quo tempore tam Iu-
dæorum quàm Gentium populus concorditer viuent in ecclesia, fietq; secundum domini vaticinium, vnum o-
uile & vnus pastor.

6 *His itaque gestis nunciatum est Abraham quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus*
primogenitum, & Buz fratrem eius, & Chamuel patrem Syrorum, & Cased, & Azau, Pheldas quoq;
& Iedlaoh, & Bathuel de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham. Con L
cubina uerò illius nomine Roma, peperit Tabee, & Gabam, & Thaas, & Maacha.

6 *His itaque gestis nunciatum est Abraham, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo.* RVPETRVS. Hoc
nunciatum est Abrahæ, subauditur nolenti accipere filio suo Isaac vxorem de filiabus Chananęorum, inter quos
habitabat, & solicito vnde sibi nurus esset speranda, digna filio suo. Nam hęc solicitudo vel occasio est idonea, cur
hoc loco illi nunciatum esse sancta narret scriptura. AVCTOR CATE. Iam suprà visum, quomodo Tha-
re tres habuerit filios, scilicet Abraham, Nachor, & Aran. Aranq; ipse (vt tenetur communiter) duas genuerit fi-
lias & vnum filium, videlicet Saram, Melcham, & Loth. Abraham autem duxit Saram filiam fratris sui Aran in
coniugem, & Nachor similiter Melcham, vnde vxores Abraham & Nachor fuerunt sorores. Melcha ergo peperit
Nachor viro suo, *Hus primogenitũ, & Buz fratrem eius, & Chamuel patrem Syrorum, & Cased.* HIERONYMVS DE
QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Primogenitus Nachor fratris Abraham de Melcha vxore eius filia M
Aran, natus est Hus, de cuius stirpe, descendit Iob, sicut scriptum est in exordio voluminis eius, Vir erat in terra
Hus, nomine Iob. Male ergo quidam æstimant Iob de genere esse Esau. Siquidem illud quod in quibusdam codi-
cibus in fine ipsius libri habetur, quod de Syro sermone translatus est, & quartus sit ab Esau, & reliqua quæ ibi con
tinentur, in Hebræis voluminibus non habentur. Secundus natus est de Melcha Buz, quem Septuaginta Bauz
transferre voluerũt. Et ex huius genere est Balaam ille diuinus, vt Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicitur Eliu, pri-
mum vir sanctus & prophetes dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israël maledicere cu-
Nume.22. pit, diuini vocabulo nuncupatus, diciturq; in eodem libro, Et iratus est Eliu filius Barachiel Buzites, de huius vi-
delicet Buzi radice descendens. Chamuel verò pater est Damasci. Ipsa enim vocatur Aran, quæ hic pro Syria scri-
pta est, & ipso nomine legitur in Esaia. Chased quoq; quart⁹ est, à quo Chasdim, id est, Chaldęi postea vocati sunt.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod autem in his qui nun-

A ciauerunt Abrahæ natos esse filios Melchæ, nominatur & Camuel pater Syrorum, non vtique qui nunciauerunt,
annunciare patrem Syrorum potuerunt, ex origine quippe illius Syrorum genus longe postea propagatum est.
Sed dictum est à persona scribentis, qui post omnia illa tempora hæc scribendo narrauit, quemadmodum supra
diximus de puteo iurationis. CAIETANVS. Et Camuel patrem Syrorum. Iuxta Hebræum habetur, pa-
trem Aram. Nec est certum an de Aram Syriæ ciuitate, quæ vocatur Aram Soba, an de Aram inter Euphratem &
Tigrim ciuitate sit sermo. Primus tamen intellectus apparet verus, eo quod inferius in capite vigesimoquarto
Aram Mesopotamiæ nuncupatur ciuitas Nachor, ac per hoc non fuit illius ciuitatis pater filius Nachor. AV-
CTOR CATENAE. Vt alias admonuimus, non est vis facienda in scriptura & prolatione Hebraicorum
nominum, nam aliter & aliter in Hebræo, Chaldæo, Græco & Latino sermone, scribuntur & proferuntur. Et in-
ter ipsos Latinos tanta plerunque diuersitas est, vt fastidium pene generet. Quod autem hic dicitur Camuel pa-
trem Syrorum, non expresse in Hebræo ponuntur Syri, sed אֲבִי אֲרָם abi Aram, patrem Aram. Licet Hebræis non
B aliud sonet Aram, quàm Syriam quæ est prope Iudæam, cuius Metropolis Damascus, quæ cum Assyria non eadẽ
est. Nam Assyria Hebraicè appellatur אַשּׁוּר Assur, à primo incola, Syria verò Aram. Licet apud Gręcos ac Latinos,
Syria interdum pro Assyria sumatur vt apud Tullium, qui Sardanapalum Syrię regẽ dicit fuisse, cum certe Assy-
riæ fuerit. Sequitur quoque hoc loco interpres Septuaginta, qui & ipsi πατέρα σύρων, patrem Syrorum verterunt.
Et Azau, Pheldas quoque & Iedlaph, & Bathuel, de quo nata est Rebecca. INTERLINEARIS. Pro qua rememo-
rata est hæc genealogia, quoniam Isaac filius Abrahæ hanc ducturus erat vxorem. CAIETANVS. Propter
hanc enim Moyses inseruit vniuersam hanc generationem. Alij nanque impertinentes sunt materiæ libri, solaq;
Rebecca vxor Isaac ad propositum spectat. *Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham.* AVCTOR CA-
TENAE. Sic igitur cognatio fratris Nachor narratur Abrahæ (& describitur ad intelligentiam sequentium, &
ad consolationem Abrahæ) octo scilicet filiorum, qui & neptem haberet Rebeccam, filio Abrahæ desponsandam
nutu dei. *Concubina uerò illius nomine Roma, peperit Thabee, & Gabam & Thaas, & Maacha.* AVCTOR CATE-
C NAE. Ne quid superstitiose comminisceremur, non Roma legitur in Hebræo, sed רְאוּמָה Reuma, quæ etiam
apud Septuaginta ῥεμὰν dicitur. Concubinæ olim erant non illegitimæ & fornicariæ, sed vxores minime princi-
pales, quarum filiis non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non sacerdotium, nec primogenitura. Munera
tantum recipiebant, & mutua se charitate complectebantur, & sese iuuabant. Plures enim filios habere sancti pa-
tres illi summopere cupiebant, donec veniret benedictum semen cui repositum erat, tales autem qui subessent pri
mogenito, à quo nutriebantur, in commune laborantes pro totius familiæ salute & gratia. INTERLINEA-
RIS. Nec mirum si non hæc omnia mysticos sensus gerunt, quia nec omnes rami arboris fructum ferunt.
AVGVSTINVS VIGESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM. Sicut enim in citharis & hu
iuscemodi organis musicis, non quidem omnia quæ tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantũ chordæ, cæ-
tera tamen in toto citharæ corpore ideo fabricata sunt, vt esset vbi vincirẽtur, vnde & quo tenderentur illæ, quas
D ad cantilenæ suauitatem modulaturus & percussurus est artifex, ita in his propheticis narrationibus quæ de rebus
gestis hominum prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorum, aut si nihil tale
significant, ad hoc interponuntur, vt sit vnde illa significantia tanquam sonantia connectantur.

IN CAPVT GENESEOS VICESIMVMTERTIVM ARGVMENTVM.

Sara mortua sepelitur in agro quem emit Abraham à filiis Heth.

CAPVT XXIII.

E

Vixit autem Sara centum uiginti septem annis, & mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Lectio pri.
Hebron, in terra Chanaan. Venitque Abraham ut plangeret & fleret eam. Cumque sur-
rexisset ab officio funeris locutus est ad filios Heth, dicens: Aduena sum & peregrinus
apud uos, date mihi ius sepulchri uobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Responderuntq;
filij Heth, dicentes: Audi nos domine, Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris no-
stris sepeli mortuum tuum, nullusque te probibere poterit quin in monumento eius sepe-
lias mortuum tuum.

F

CHRYSOSTOMVS. Vidimus in præcedentibus patriarchæ fortitudinem, vidimus animam adamante I
solidiorem, quam ille habuit ob magnam in deum charitatẽ. Sacerdos pueri factus est, & proposito quidem cruen
tauit dextram, sacrificiúmque obtulit, per ineffabilem autem misericordiam dei, saluo & sano filio suo recepto,
rediit, & propter voluntatem prædicatur, coronáque fulgida redimitur, & summum agonem certauit, & per
omnia pietatem mentis suæ declarauit. Videamus autem & modo iustum illum quantam vxoris etiam mor-
tuæ habuerit curam. Nam postquam à sacrificio illo nouo & admirabili rediit, excepit eum Saræ luctus.
AMBROSIVS. Locus ergo qui sequitur, habet mortem vxoris, fletum mariti, sepulturæ officium, quibus
maritalis affectus probatur, dicit ergo, *Vixit autem Sara centum uiginti septem annis, & mortua est in ciuitate Arbee,*
quæ est Hebron, in terra Chanaan. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia
litera sic habet, Et mortua est Sara in ciuitate Arboc, quæ est in valle, hæc est Hebron, in terra Chanaan. Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod hic positum est, quæ est in valle, in authenticis codicibus non habetur. Nomen quoque Ciuitatis Arboc G
paulatim à scribentibus legentibúsque corruptum est. Neque enim putandum Septuaginta interpretes nomen
ciuitatis Hebrææ, barbare atque corrupte & aliter quàm in suo dicitur transtulisse. Arboc enim nihil omnino si-
gnificat, sed dicitur Arbeæ, hoc est, quatuor, quia ibi Abraham & Isaac & Iacob conditus est, & ipse princeps
humani generis Adam, vt in Iesu libro apertius demonstrabitur. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO
DE CIVITATE DEI. Si mortua est Sara centesimo & vigesimoseptimo anno vitæ suæ, tunc erat
Abraham centum & triginta septem annorum. Decem quippe annis eam præcedebat ætate, sicut ipse quando
sibi ex illa promissus est filius ait, si mihi annorum centum nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? IN-
TERLINEARIS. Centenarius & viginti septem numeri, solidi sunt & quadrati, quibus signatur inte-
gritas vitæ sanctorum ante huius vitæ exitum. CAIETANVS. Hinc apparet, quod Abraham mi-
grauerat de Bersabeæ in hanc ciuitatem Arbee corrupto vocabulo, nam Hebraicé appellatur Arbah. Vbi sci-
to, quod Arbah est nomen æquiuocum, nam & significat quatuor, & est nomen proprium Gigantis cuiusdam H
excellentis. Et hæc ciuitas cognominata est ab illo gigante, vt testatur scriptura Iosue decimo quarto in textu
Hebraico. Nam vbi vulgata æditio habet nomen Ebron, ante vocabatur Cariatharbe, Adam maximus ibi
inter Enachim situs est, Hebraica litera habet, & nomen Chebron antea fuit Ciriath arbah (hoc est, ciuitas
Arbah) homo magnus in Enachim ipse. Et est sermo appositiuus. Vide quanti refert exponere textum origina-
lem, vel exponere interpretes. AVCTOR CATENAE. In ciuitate Arbee. Hebraice est קִרְיַת אַרְבַּע
Bekiriath arbaa. Sonat arbaa quatuor, kiriath ciuitas. Et quidem sic locum illum vocatum putant à qua-
tuor Gigantibus qui ibi habitauerunt. Alij à quatuor coniugibus illic sepultis, nempe, Adam & Eua, Abra-
ham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia. Tertij Arbaa fuisse nomen viri dicunt ex Enachim prognati, qui
eam extruxerit vrbem, à qua & ipsa nomen acceperit. Quarti vocatam dicunt vrbem ob quatuor muros,
vel à quadratis lapidibus, aut quia in quatuor partes diuisa more capitalium vrbium. Hæc alio nomine di-
cta est Hebron, prima sedes Israelitici regni sub Dauid. Vixit igitur religiosa mater Isaac, triginta sex an- I
nis post genitum filium vnicum, quem nonagenaria peperit. Nec alterius fœminæ tanta ætas legitur in Ca-
none. Voluit eam deus aliquandiu cum filio gaudere, quem tanto desiderio tot annis verbis dei credula spe-
rauerat. *Venitque Abraham ut plangeret & fleret eam.* GLOSSA GRAECA. Affectio animi Abraham
explicatur, non tamen scriptum est illum planxisse, sed vt plangeret. AVCTOR CATENAE. Vel
quia singulariter & syncere illam dilexerat, æquum erat vt etiam eam moderate defleret. Homo enim & ip-
se erat, & nihil humani à se alienum putabat. Exequias ergo pro more egit, flendo ac plangendo, indicium
amoris ac doloris, non gentiliter, sed per modestiam, & consolabiliter. Viuendum nobis esse docemur hoc
in loco, vt pro officiis & beneficiis à multis desideremur, nec intermoriatur charitatis fructus ad posteros.
Intellige autem de celebri & aperto planctu, quem in eius fecit exequiis. *Cunque surrexisset ab officio funeris, locu-*
tus est ad filios Heth. AMBROSIVS. Docemur vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis K
est officij, deferamus. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENE-
SIM. Iuxta alia exemplaria legimus, Et surrexit Abraham à mortuo suo. Non dixit à mortua sua. Et ite-
rum de eadem, Et sepeliam (inquit) mortuum meum, quod non in neutro quasi corpus mortuum, sed mascu-
lino genere dictum græca scriptura demonstrat. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et surre-
xit Abraham desuper facies mortui sui. Insinuatur quod Abraham exercuit officium luctus iacens seu se-
dens in loco superiori respectiue ad faciem cadaueris, tanquam continue spectans faciem vxoris, & quod ex
illo loco surrexerit. Et locutus est ad filios Heth. AVCTOR CATENAE. In loco autem publi-
ci conuentus, in porta ciuitatis, sub testimonio pertranseuntium, & non dolo electorum testium, causam
suam, & contractus ratificationem agere & confirmari volebat. *Dicens, Aduena & peregrinus sum apud uos, da-*
te mihi ius sepulchri uobiscum, ut sepeliam mortuum meum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Date mihi pos-
sessionem sepulchri inter vos. Non petit licentiam sepeliendi inter eos, sed possessionem, hoc est, proprietatem, L
vt sepulchrum sit suum in territorio eorum. Et sepeliam mortuum meum. Desunt tres dictiones, A facie-
bus meis. Quanuis Hebraica phrasi scribatur de, & subauditur præsentia, deinde subditur in datiuo faciebus
meis, & sensus idem est. AVCTOR CATENAE. Quod vertit interpres hoc in loco ius sepulchri,
Hebraice est אֲחֻזַּת ahuzath, quod rectius possessionem seu apprehensionem sepulchri redditur. Vnde Chaldaï-
ca possessionem, & septuaginta κτῆσιν, quod idem est, habent. Nec enim sepulturæ ius vendere aut emere licet,
sicut nec ius primogenituræ aut ius patronatus, cum inter sacra & spiritualia computentur, aut eis annexa sint.
Agrum ergo petebat iustus à filiis Heth, in quo postea ius proprij condendi sepulchri habere volebat, vt in con-
sequentibus magis apparet, non autem ius ipsum sepulturæ emere voluit. Date ergo (inquit) mihi possessionem
sepulchri, vt sepeliam mortuum meum ante me. Sicut cohabitatorem sustinetis, ita mortuum non abiiciatis,
iam præmisi vxorem, ipse propemodum subsequuturus. Rationabilis & modesta oratio, virum populo Hethæo
commendabat. CHRYSOSTOMVS. Sed mirari satis non possum, quomodo vir tanto superno præ- M
sidio fruens, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus, proprium sepulchrum non possederit, si-
cut nunc multi faciunt, agros & villas, infinitámque aliam substantiam possidere studentes. Habebat enim suf-
ficientes diuitias mentis, & de aliis non erat anxius. Audiant qui repente & in vno temporis momento omnia
corradunt, & vbique (vt ita dicam) suæ auaritiæ concupiscentiam extendunt imitentúrque patriarcham qui nul-
libi habuit locum, quo Saræ collocaret reliquias, & tunc primum quando ab ipsa necessitate compulsus est, emit
agrum ac speluncam à filiis Heth. Nam quod spectabilis erat apud Chananæos, audi quæ sequuntur. *Respondе-*
runtque filij Heth, dicentes. Audi nos domine, Princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullúsque
te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Alia litera, Rex à deo es tu in nobis, in electis se-
pulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullus enim nostrum prohibebit te à sepulchro suo. Ecce quod dice-
bam & nunc repeto, qui tam clarus & spectabilis, & tantam apud deum habens fiduciam, & apud omnes qui ibi
agebant in tanto

A agebant in tanto honore erat, vt & à filiis Heth rex nominaretur, neque gradum pedis possidebat. Propterea & Hebr.11.
beatus Paulus prædicans virtutem iusti, scribens dicebat, Per fidem peregrinus fuit Abraham in terra promis-
sionis veluti aliena, cum in tabernaculis habitasset cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis. Deinde do-
cens nos quomodo fide peregrinus fuerit, Subdidit, Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius
opifex & conditor est deus, spe, inquit, futurorum despiciebat præsentia, & expectatione maiorum bono-
rum minus curabat ea, quæ in præsenti vita sunt, atque hæc ante legem & ante gratiam. Qualem igitur ha-
bemus nos excusationem, dic oro, qui post tot annuntiationes, & promissiones ineffabilium bonorum, in-
hiamus præsentibus, & emimus agros, & vbique clari esse studemus, colligimúsque hæc omnia per auaritiam
& rapinam? Et id quod beatus propheta cum lamento dicebat, Væ his qui coniungunt domum domui, vt quid Esa.5.
à proximo auferant, hoc nos operibus implemus. An non quotidie fieri videmus, spoliari orphanos, prædæ
patere viduas, infirmos à fortioribus opprimi? Verum iustus ille nequaquam sic, sed & sepulcrum emere cum B
voluit, quoniam vidit eos à quibus petit, dare volentes, non prius accepit, quàm iustum dependisset pretium.
Hæc itaque mente versantes dilecti, nos qui sub gratia, eum qui ante legem imitemur, & ne multa possidendi
cupiditate accensi, maiorem & grauiorem augmentemus ignem inextinguibilem, & flammam intolerabilem.
Audiemus enim si in huiusmodi & auaritiis manserimus, ea quæ dicta sunt diuiti illi: Stulte, ista nocte animam Luc.12.
tuam auferent, quæ autem præparasti, cuius erunt? Quare (dic mihi) tantopere studes, vt colligas ea, quæ non
multo post hinc abripiendus, hic relinques, & ex eis non solum nihil vtilitatis percipere valens, sed onus pec-
catorum in humeris propriis ferens, & inutili pœnitudine ductus, nam ea quæ à te collecta sunt, in hostium de-
uenient manus, tu autem pro his rationem & pœnam dabis? Quantæ igitur est dementiæ, aliis laborare, & te
propterea pœnam dare? Esto autem hactenus ita negligenter nos gesserimus, nunc saltem quod decet, cõsulte-
mus, & non tantum operam demus, vt nobis opes affluant, sed vt & iustitiæ magnam rationem & curam gera-
C mus. Neque enim res nostræ intra hanc vitam totæ conclusæ sunt, neque semper in aliena hac regione erimus,
sed non multo post in propriam remeabimus patriam. Omnia igitur faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nam
quæ vtilitas in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autem, & in patria necessariis carere? Ita-
que oro, festinemus dum adhuc tempus est, vt illuc transferamus etiam quæ in hac aliena habemus. Enimue-
ro licet multum interse distent, facilis tamen est transuectio. Et securi illuc transferimus, & in thesauro inde-
ro licet multum interse distent, facilis tamen est transuectio. Et securi illuc transferimus, & in thesauro inde-
prædabili reponimus, quæcunque per pauperum manus præmittimus, eorum enim manus in cœlestia prompta-
aria sibi data reponunt. Quoniam igitur tanta & facilitas & securitas: quare moramur, & non omni studio hoc
facimus, vt ibi ea inueniamus, vbi eis maxime opus erit? propterea Patriarcha ille quasi alienam inhabitat Cha-
nanæam, quia illam expectabat ciuitatem, cuius opifex & conditor est deus. Si igitur voluerimus iustum hunc
imitari, & nos in illa occurremus, & in sinus patriarchæ veniemus. Operum enim communio, & fruitionis
D communionem præstat. GLOSSA GRAECA. Rex à deo es tu in nobis. Abraham seipsum incolam vo-
cat, illi vero regem ipsum appellant. Qui enim humiliauerit se, exaltabitur. HIERONYMVS IN
QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro rege principem habet in Hebræo, siue ducem, נָשִׂיא Nesi
quippe, non rex, sed dux dicitur. CAIETANVS. Princeps dei es apud nos. Fulgebat in Abraham tanta
iustitia diuina, vt vices summi iudicis dei gerere videretur ibidem. AVCTOR CATENAE. Blanda in-
terrogatio suauem quoque responsionem meretur, facile suscipitur postulatio sensata. Aduenæ se humiliter inqui-
linis deuoueant & adaptent, nihil per præsumptionem tentent, ne odium incidant. Princeps dei, aiunt, nobis-
cum es, gratum te deo experimur. Effert & velut manibus te portat virtute & facultatibus, maiorum nostro-
rum sepulchris vtere, in resurrectione mortuorum, quam omnes gentes sensatiores semper credebant absque
dubio aliquando futuram, consortes habere cupiebant amicos dei. Ea ratione & penes martyrum memorias,
& sacras sanctorum ædes, Christianos sepulturas eligere, pia consuetudo inualuit.

RVPERTVS. Porrò mors Saræ finem legis & prophetarum significat, de quibus dominus, lex (inquit) Mystice.
E & prophetæ vsque ad Ioannem. Et Apostolus, finis (inquit) legis Christus, quia videlicet illo dato, prophetiæ Matth.11. Roma.10.
siue promissiones quas per Saram superius intelligi diximus, conticuerunt. Vnde notandum, quia deus vlte-
rius Abrahæ apparuisse non legitur. Nec vere damnosus est iste finis legis & prophetarum, sicut nec mala mors
Saræ, (mors quippe iustorum pretiosa, & optabilis requies est) sed ille finis perfectio est vel consummatio, quem Io.19.
significans ipse qui finis est (vt iam diximus) cum accepisset acetum, dixit, consummatum est.

SVrrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios uidelicet Heth, dixitque ad eos, Si placet a- 2
F nimæ uestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, ut
det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eam mihi
coram uobis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Respondítque Ephron
ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens, Nequaquam ita fiet domi-
ne mi, sed tu magis occulta quod loquor. Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis po-
puli mei, sepeli mortuum tuum.

Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ filios uidelicet Heth, dixitque ad eos. AVGVSTINVS IN 2
QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur quomodo scriptum sit, Dominum Luc.4.
deum tuum adorabis, & illi soli seruies, cum Abraham sic honorauerit populum quendam gentium, vt
etiam adoraret? Sed animaduertendum est in eodem præcepto non dictum, dominum deum tuum solum
adorabis, sicut dictum est, & illi soli seruies, quod est græce λατρεύσεις, talis enim seruitus non nisi deo debe-

 tur. Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Vnde damnantur idololatræ, id est, eiusmodi seruitutem exhibentes idolis, quæ debetur deo. Nec mo- G
ueat quod alio loco in quadam scriptura prohibet angelus hominem adorare se, & admonet vt dominus
potius adoretur. Talis enim apparuerat angelus, vt pro deo posset adorari, & ideo fuerat corrigendus a-
dorator. CAIETANVS. Immo non adoratio, sed honoratio scribitur, quia iuxta Hebræum habe-
tur, & inclinatus est populo terræ filiis Heth. AVCTOR CATENAE. Verbum שָׁחָה saha, hic
positum, curuare, incuruare, inclinare, humiliare, adorare significat. Vnde aliqui Incuruauit se, alij com-
muniter verterunt, Adorauit. Sic & Chaldaica, & Septuaginta. Et forte non genuum, sed ceruicis ac pe-
ctoris profunda fuit inclinatio. Reuerentiam itaque ac gratitudinem populo exhibuit patriarcha, fructus
fidei charitas est. *Si placet animæ uestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron fi-
lium Seor, ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat eam mihi coram uo-
bis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth.* CAIETANVS. Si placet ani-
mæ vestræ vt sepeliam mortuum meum. Deficit quoque hic, A faciebus meis. Scribitur autem Ephron H
habitasse in medio filiorum Heth, ad insinuandum, tum quod ille erat in ciuitate præsens, tum quod spe-
lunca illa erat commoditati Ephron. AVCTOR CATENAE. Si placet animæ vestræ, Hebraicè
est אִם יֵשׁ אֶת נַפְשְׁכֶם Im ies eth naphsechem, si est in anima vestra. Et Hebraismus est, pro si placet vobis.
Chaldaica, si est voluntas animæ vestræ. Septuaginta, εἰ ἔχετε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, Si habetis in anima vestra, Et
idem est. Deinde quod sequitur apud nos, Det mihi speluncam duplicem, in Hebræo habetur מְעָרַת
הַמַּכְפֵּלָה mearath hamachpela, Quod & spelunca duplex, & duplicitatis verti potest. Sicut & supra in ele-
ctis sepulchris, aliqui verterunt, in electione sepulchrorum. Est enim proprietas huius linguæ, vt plerun-
que vsurpet denominationem pro re denominata, vt templum sanctitatis, pro templum sanctum, sepul-
chrum electionis, pro sepulchrum electum. Ob quam vero causam vocata fuerit spelunca duplex, aut qua-
lis fuerit illa spelunca, non constat) Quidam autem dicunt sic eam vocatam, propterea quia spelunca fue-
rit intra speluncam. Sed & quod subditur, pecunia digna tradat eam mihi, Hebraice est בְּכֶסֶף מָלֵא bechéseph I
male, pecunia plena seu completa, id est, satisfaciente & sufficiente. Interpres autem Septuaginta sequu-
tus est, habentes, ἀργυρίου ἀξίου, pecunia digna, sic est & in Chaldaica. Demum quod est, Habitabat autem
Ephron, & cætera, Aptius verbum יֹשֵׁב Iasab. Septuaginta verterunt, ἐκάθητο, sedebat, & Chaldaica, stabat,
vt dicatur, Ephron autem stabat, seu sedebat in medio filiorum Heth. Vt sit sensus, quod loquente Abra-
ham ad filios Heth verba hæc, aderat inter illos & ipse Ephron, de quo etiam statim subditur. Et respondit E-
phron ad Abraham, & cætera. Rogate ergo (inquit Abraham) Ephron, vt tradat mihi speluncam illam du-
plicem, vt in ea iusto titulo mortuum meum sepeliam. Noluit enim coniugem suam cum infidelibus sepe-
lire. Nec emere speluncam pro sepulchro fuit illicitum, non enim forte erat adhuc ad mortuorum sepultu-
ram deputata, ideóque licite emebatur, sicut nunc licite fundus aliquis pro construenda ecclesia emitur, aut
cœmiterio consecrando. *Respónditque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis il-
lius, dicens, Nequaquam ita fiet domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor. Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est,
præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum.* GREGORIVS IN REGESTO. Questa K
Libr. 7. epist. 55. nobis est Nereida clarissima fœmina, quod ab ea centum solidos pro filiæ suæ sepultura fraternitas vestra
non erubescat exigere, atque ei super doloris gemitum maiorem dispendij studeat inferre molestiam. Quod
(si ita se veritas habet) quia graue nimis est, & procul nimis est à sacerdotis officio, precium de terra con-
cessa putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium, ab hac se patratione fraternitas ve-
stra contineat, & molesta ei de cætero non existat, Maxime quia & hortulanum quendam de quo seipsam
asserit filiam suscepisse, ecclesiæ vestræ non in parua quantitate munificum memorat extitisse. Hoc autem
vitium & nos postquam deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetui-
mus, & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus, memores quia dum Abraham à fi-
liis Emor, hoc est, Ephron, filio Seor, sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet
præmium accipere renuit, ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantæ considerationis
paganus vir fuit, tanto magis nos qui sacerdotes dicimur: hoc facere non debemus. Vnde ne hoc auari- L
tiæ vitium: ne vel in alienis denuo tentari præsumatur: admoneo. Sed si quando aliquem in ecclesia vestra
sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximi vel hæredes, pro luminaribus sponte quid offerre vo-
luerint, accipi non vetamus. Peti vero, aut aliquid exigi omnino prohibemus. Quod valde irreligiosum
est: ne aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari:
si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium. AVCTOR CATENAE.
Emptio ac legitima possessio speluncæ pro sepultura publice agebatur, ne posteris relinqueretur contentio-
nis occasio. A patribus prospiciendum posteris, vt rebus partis sine contentione vti possint post obitum, cum
gratia eorum cum quibus conuersantur. Magnus autem vir ille Ephron, dominum Abraham appellabat,
amicus enim dei, & clarus virtutibus erat, notus miraculo partus nonagenariæ, & Abimelech nobilem illum ef-
fecerat. Totum agrum offert & gratis, rogat vt accipiat, non patitur se orari.

M

3 *ADorauit Abraham coram populo terræ, & locutus est ad Ephron circumstante plebe eius, Quæso
ut audias me. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in agro.
Respondítque Ephron, Domine mi, audi me. Terra quam postulas, quadringentos siclos argenti
ualet. Istud est pretium inter me & te, sed quantum est hoc? Sepeli mortuum tuum. Quod cum audis-
set Abraham, appendit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos
argenti probatæ monetæ publicæ.*

A *Adorauit Abraham coram populo terræ.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et inclinauit se Abraham. 3
Et hic quoque non adoratio, sed honoratio significatur. AVCTOR CATENAE. Cum sit hic idem
verbum שָׁחָה saha, quod supra, dic vt ibidem. Qui timet deum, nihil negligit, diffluit charitate & mode-
stia, promptior ad reddendum beneficium, quàm ad postulandum, non patitur se vinci beneficentia. *Et locutus
est ad Ephron circunstante plebe eius. Quæso ut audias me, Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in
agro.* CHRYSOSTOMVS. Vide iustum, quomodo operibus suis doceat optimæ vitæ mores, & non
prius vult accipere agrum, quàm iustum dinumeret pretium. Nam licet tu (inquit) ita beneuolus erga me
sis, at ego non patiar, nisi prius debitum pretium dependerim, & sic accipiam agrum. GLOSSA GRAE-
CA. Viri qui Abraham temporibus vitam agebant, contractus conuentáque per pecuniam inibant, quem-
admodum etiam nunc Persæ atque Armeni. AVCTOR CATENAE. Quæso vt audias me. He-
braicè legitur אַךְ אִם אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי Ach im ata lu semaeni, Verum si tu forte, vel vtinam audias me. Hebra-
B ismus est, pro quæso audi me, vt vertit interpres. Caldaica locum hunc sic explicat, si tu vtique facis me-
cum misericordiam acquiesce mihi, & cætera. Septuaginta nescio quid penitus habent diuersum, videlicet,
ἐπειδὴ πρὸς ἐμοῦ εἶ, ἄκουσόν μου, Quoniam apud me es, audi me. Firmam itaque cupiebat Abraham iurisdi-
ctionem, nolebat illic alios sepeliri, maluit itaque emere, quàm gratis accipere. Comitas hoc loco docetur,
& gratificandi promptitudo, omnibus benefacere etiam peregrinis, nolle petere quod grauatim præstetur,
quàm minime beneficiis accipiendis quenquam grauare. Sic enim augetur charitas, pax, & quies, veræ di-
uitiæ, & glorificatur deus in seruis ac cultoribus suis. *Respondítque Ephron, Domine mi, audi me. Terra quam postulas,
quadringentos siclos argenti ualet. Istud est pretium inter me & te. Sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum.* CAIETANVS.
Tanquam diceret, parui momenti est terra huiusmodi inter te & inter me. Insinuatur enim quod erant ambo di-
uites. AVCTOR CATENAE. Terra quam postulas, & cætera. Locus hic clarior est in Hebręo, quàm sit
per interpretem redditus, vel per Septuaginta. Sic enim ibi legitur אֶרֶץ אַרְבַּע מֵאֹת שֶׁקֶל כֶּסֶף בֵּינִי וּבֵינְךָ מַה הִוא
C Erez arbaa meoth sekel céseph beni vbéncha ma hi, Terra quadringentorum siclorum argenti inter me &
te, quæ est? Vel quid illa? sic & Chaldaica. Ac si dicat, Modicum quid est, vt pro ea soluas mihi pre-
tium, mortuum tuum gratis sepeli. Septuaginta aliter verterunt, nec forte ita ad veritatem, librorum di-
uersitate vt certe credimus, compulsi. Habent enim, ἀκήκοα γὰρ τετρακοσίων διδράχμων ἀργυρίου, ἀλλὰ τί ἂν εἴη
τοῦτο ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ, Audiui enim quadringentarum didrachmarum argenti, sed quid vtique esset hoc
inter me & te. Siclus autem Hæbræum pondus significat, & appensionem. Olim enim aurum & argentum
dabatur in pondere, cuius magnitudinem exactam perquirat qui possit. Nobis certum est, secundum tem-
pora & loca & arbitrium hominum passim & crebro mutari. Licet in Exodo de siclo sanctuarij scribatur, quod
viginti obolos habuerit. Non ergo recte intuendo, taxat hic pretium terræ Ephron, sed adhuc in oblata perse-
uerans liberalitate, rogat patriarcham, vt modici valoris terram gratanter dono accipere non dedignetur.
D *Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos argenti
siclos probatæ monetæ publicæ.* AMBROSIVS. Festinauit iustus pro loco sepulchri pretium soluere, cum
gratis daretur, vt non in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum. Sæpe
enim cum alienationibus possessionum venales fiunt quæ in hisdem locis sepulturæ sunt. Hoc autem ideo Abra-
ham fecit, quia nondum erant huiusmodi dei templa, in quibus fidelium in domino reliquiæ conderentur.
HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Alia litera, Et audiuit Abraham Ephron, & ap-
pendit Abraham Ephran argentum, quod locutus est in auribus filiorum Heth. In Hebræo sicut hic posuimus
primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephran. Postquam enim pretio victus est vt sepulchrum
venderet argento, licet cogente Abraham, vau litera quæ apud Hebræos pro o legitur, ablata de eius nomine
est, & pro Ephron appellatus est Ephran, significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæque vir-
tutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur qui sepulchra venditant, & non coguntur vt
E accipiant pretium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eo-
rum, cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inuitus acceperit. AVCTOR CATENAE. Pro-
batæ monetæ publicæ. Sensum verum verborum, non ipsa verba transtulit interpres. Est enim Hebraicè.
אַרְבַּע מֵאוֹת שֶׁקֶל כֶּסֶף עֹבֵר לַסֹּחֵר Arbaa meoth sekel céseph obir lassoher, Quadringentos siclos argenti vel pe-
cuniæ transeuntis negotiatori vel mercatori. Aut quadringentos siclos argenteos transeuntes ad, vel per mer-
catorem. Hoc est, monetæ probatæ & iustæ, mercatoribus in vsu existentis. Sicut & Septuaginta, ἀργυρίου
δοκίμου ἐμπόροις, Argenti probati mercatoribus. Chaldaica etiam in hunc eundem sensum legit, Quadringen-
tos siclos argenti, quod recipiebatur pro mercimoniis in vnaquaque prouincia. Eadem igitur omnes sentiunt.
Publico itaque ciuium testimonio agri valorem compensauit Abraham, in perpetuam proprietatis memoriam.
Dicat quis, si non licuit Ephron memorias vendere mortuorum, quomodo licuit iusto eas emere? nec enim
quod illicite venditur, licite potest comparari. Respondetur quod & si Ephron intenderet memorias vendere
mortuorum, iusque sepeliendi, Abraham tamen non hoc intendebat, sed tantum agrum emere, in quo
F postea mortuum suum inferret, ibique deinceps deponeret perpetuo suorum omnium reliquias. Quod & si
quid tale emerit, vexationem suam potius intelligitur redemisse, nam tota terra illa fuerat à deo sibi promissa
in hæreditatem, verùm quod tunc ab Ephron & aliis possideretur, non iustitiæ erat sed vexationis. Appendit ergo
Abraham pecuniam quam Ephron postulauerat. Sed & illud planius (iuxta aliquorum sententiam) responde-
ri potest, tam emptionem quàm venditionem iustas & licitas extitisse. Non enim quod sciatur, in agro illo vel
spelunca erant adhuc cumulata defunctorum cadauera, vt dici possint modo aliquo mortuorum memorias di-
straxisse, sed agrum duntaxat, quem postea Abraham in cœmeterium suum & vxoris erexerit. Quod perinde licet
ac si quis fundum emat, vt in eo postea Ecclesiam construat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in possessionem, uidentibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron, in terra Chanaan. Et confirmatus est ager & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth. G

4 Confirmatúsque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in possessionem, uidentibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Tunc ergo secundum narrationem Stephani, in terra illa est collocatus, quoniam cœpit ibi esse possessor, post mortem scilicet patris sui. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur. Et surrexit ager Ephron. Vtitur Moyses metaphora surgendi, significando agrum eleuatum in meliorem conditionem, per hoc quod emptus est ab Abraham. In quo erat spelunca duplex respiciens Mambre. Crediderim ego appellatam speluncam duplicem, eo quod altera anterior, altera posterior interstitio naturali fuerit, vnicum habens ingressum. Et clare patet, quod Mambre non est nomen viri in hac litera, sed est nomen loci in quo olim habitauerat Abraham. Etsi verum dicunt descriptores terræ sanctæ, distantia mediæ leucæ est inter hæc duo loca. Abrahæ in possessionem. Hebraicæ est, per emptionem. Prius enim describitur appensio argenti currentis inter mercatores, deinde proprietas agri acquisita Abrahæ per emptionem. AVCTOR CATENAE. Vt ab hoc incipiamus, Est in Hebræo hoc in loco dictio מקנה mikna, quæ & emptionem & possessionem reddi potest, cum à verbo קנה kana descendat, quod & vendere & possidere significat. Vnde Chaldaica emptionem hic habet, Septuaginta, κτῆσιν, possessionem. Quod autem supra dicitur, Confirmatúsque est ager, & ita habetur in Chaldaica, Hebraicè est ויקם Vaiákam, quod tam stetit vel surrexit, quàm confirmatus est, verti potest. Verbum enim קום kum, quando est secundæ vel tertiæ coniugationis, confirmare, statuere, vel erigere etiam significat. Septuaginta, καὶ ἔστη ὁ ἀγρός, Et stetit ager, habent. Sed hæc omnia vnum sunt. Duplex igitur spelunca sepulchri locus erat, publico contractu emptus & confirmatus, quem & spiritus sanctus notum esse voluit filiis Israel, & memoriale fidei & promissionum, vtque tanto chariorem haberent patriam olim possidendam. *Atque ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron, in terra Chanaan.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Mamre, hæc est Chebron iuxta quam sepultus est Abraham cum Isaac & Iacob, de qua & supradiximus. Mamre autem & vnus vocabatur amicorum Abraham. AVCTOR CATENAE. Ante sepulturam Saræ planxit semel & fleuit patriarcha, post sepulturam autem nequaquam fleuisse legitur, vt fideles suos per hoc sancta scriptura doceat, mortuos moderate deflendos, & tunc tantum, cum in promptu adest funus. Quicquid postmodum (præter orationes, eleemosynas & oblationes pro eorum animabus) agitur, videndum num ex infidelitate procedat, admonente nos Apostolo ne super mortuis contristemur sicut & cæteri qui spem non habent. *Et confirmatus est ager & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.* RVPERTVS. Quod tertio dicitur ager & antrum, idem est quod secundo dictum fuerat, ager & spelunca duplex, siue spelunca agri duplicis. Itaque tribus testibus siue testimoniis confirmatio facta. Non enim solummodo in personis, sed etiam dictis aut factis iteratis, testium numerus solet computari testante Paulo, cum dicit Corinthiis, Ecce hoc tertio paratus sum venire ad vos, continuo subiungit. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Quid enim hac tali coëmptione factum est, nisi quod ius legitimum semini Abrahæ collocatum est, vt non solummodo iudicio dei, qui iuste peccatores de terra illa exterminare haberet, sed etiam iudicio hominum, terram eandem repetere iure deberet, quam pater ipsorum quadringentis siclis argenti, & probatæ monetæ publicæ coëmisset? Quid enim si non totam terram illam pater Abraham comparauit? Pars totum iustiori causæ vendicare debuit, præsertim vbi quod iure exigeretur pro parte, non concederent aduersarij. Vnde & apud auctorem Romanorum nobilem, quidam decertans, sic inter cætera declamat, omnia dat, qui iusta negat. CAIETANVS. Et confirmatus est ager. Iuxta Hebræum habetur, & surrexit ager, & cætera. Eadem vtitur metaphora describendo agri possessionem ab Abraham, qua vsus fuerat illius proprietatem emendo. AVCTOR CATENAE. Eadem est dictio ויקם Vaiákam, quæ & paulo supra. Recurre igitur illuc, & dic vt ibi, ne idem bis repetatur.

Cap.32.

2.Cor.12.

Mysticè. RVPERTVS. Sed iam nec hoc in loco sensum mysticum præterire libet. Confirmatus est (inquit) ager quondam Ephronis, & cætera, idem est ac si diceretur, Confirmatus est in fide Abrahæ & seminis eius, per passionem Christi cuius typum Isaac paulo ante immolatus fuerat, confirmatus (inquam) est in hæreditatem illi totus mundus, atque in eo Sara, id est, sancta legalis atque prophetica scriptura, venerando sepulchro quieuit, mortua quidem non credentibus Iudæis, sed impleta atque consummata gentibus per creditum aduentum Christi filij dei. Ager nanque Ephronis cum spelunca duplici, Ephronis (inquam) quod interpretatur puluis inutilis, peccatores significat, tam & anterioris quàm & posterioris populi, qui prius erant sicut puluis quem Psal.103. proiicit ventus à facie terræ, sed confirmati sunt rore spiritus sancti, iuxta psalmum dicentem, Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hic ager respicit Mambre, quod interpretatur diuisio, siue prespicuum, intellexit nanque quanta futura sit diuisio bonorum & malorum illo die, quem respicit, quem solicite attendit, qui dies erit extremi iudicij. Ita iam in spelunca duplici huius agri, id est, in conscientia vtriusque populi, Sara, id est, testamentum dei, confirmatum in Christo requiescit. Arbores per huius agri circuitum, eminentiores homines sunt, qui verbo & exemplo minoribus fructificare, id est, proficere possunt. Videntibus (inquit) filiis Heth, id est, formidantibus omnibus verbum quod factum est, vel iudicium quod futurum est. Heth nanque formido, vel stupor interpretatur. Talis igitur ager, vt in illo sepeliretur Sara, pretio prius

A tio prius comparari & confirmari debuit Abrahæ, in possessionem monumenti, quia videlicet oportebat nos pretio magno emi, nec esse seruos peccati, vt tunc demum reconderentur apud nos eloquia dei, & promissiones patrum, consummatæ in morte Christi, quam præcedens obitum Saræ immolatio Isaac præsignauit. Nam ad summum, quia sicut iam dictum est, primus homo, pater orbis terrarum, Adam illic situs est, recte per Agri illius coëmptionem, totius orbis intelligimus acquisitionem. EVCHERIVS. Sed & aliter. Sara in sepulchro duplici sepelitur, quia anima quæ seculo moritur vt deo viuat, gemina vitæ requie susciCap.25. pitur, id est, actione boni operis, & contemplatione diuinitatis. GREGORIVS SEXTO MORALIVN. Actiua nanque vita sepulchrum est, quia à prauis nos operibus mortuos tegit. Sed contemplatiua perfectius sepelit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit. Quisquis igitur iam in se conB tumelias carnis edomuit: superest vt mentem per studia sanctæ operationis exerceat, & quisquis iam mentem per sancta opera dilatat, superest vt hanc vsque ad secreta intimæ contemplationis studia extendat. Neque enim perfectus prædicator est, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit: vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Hinc est enim quod Abraham coniugem mortuam in sepulchro duplici sepelit: quia nimirum perfectus quisque prædicator extinctam à præsentis vitæ desiderijs animam suam, sub bonæ operationis tegmine & contemplationis absconditi: vt à carnali concupiscentia sub actiua contemplatiuáque vita quasi insensibilis lateat: quæ prius mundi desideria sentiens, mortaliter viuebat.

C IN CAPVT GENESEOS VICESIMVMQVARTVM ARGVMENTVM.

Abraham mittit seruum ad quærendam uxorem filio suo. Fidelis seruus Rebeccam pulchram accipit Isaac in uxorem.

CAPVT XXIIII.

D Erat autem Abraham senex, dierúmque multorum, & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum seniorem domus suæ qui præerat omnibus quæ habebat. Pone manum tuam subter femur meum, ut adiurem te per dominum deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Lectio pri.

CHRYSOSTOMVS. Videamus post Saræ mortem quantam iustus curam agit pueri, Isaac dico. I Audiamus igitur diuinam scripturam nobis narrantem. *Erat autem* (inquit) *Abraham senex, dierúmque multorum, & dominus in cunctis benedixerat ei.* Quare hæc nobis assignauit scriptura? quia iustus diligenter curaturus erat, vt sponsa Isaac adduceretur, ideo nobis eius ætatem assignauit. Quando enim (inquit) ad extremam senectutem peruenit, volens Isaac à Chananæorum cognatione liberum esse, ita ne inde vxorem duceret, famulo E prudentiori negotium hoc commendare voluit. RVPERTVS. Mihi autem non hoc vulgari more propter ætatis prolixitatem dictum esse videtur, Erat senex, dierúmque multorum. Quippe cum de illis qui ante eum fuerunt, alij triplos, alij quadruplos, imo & nonnulli septuplos, ætatis eius dies habentes, nihil tale dictum sit. Ergo senex, dierúmque multorum, id est, perfectæ fidei, multorúmque operum bonorum. Et dominus in cunctis benedixerat ei, id est, bona cuncta quæ omnibus gentibus facturus erat, in semine eius deus prædixerat, & cum iuramento firmauerat ei. CAIETANVS. Erat autem Abraham senex, dierúmque multorum. Vere Abraham senex venerat in dies, vtpote centum quadraginta annorum. Et dominus in cunctis benedixerat ei. Nomen est tetragrammaton, congruens diuinæ largitati, tam affluenti erga Abraham in omnibus. AVCTOR CATENAE. Abraham agebat centesimum trigesimumseptimum annum, cum Sara moreretur, quæ fuerat decennio illo iunior. Isaac autem trigintaseptem annorum, aptus matrimonio iam erat. Venerat ergo in dies Abraham, exactæ iam ætatis videbatur, & proximus morti, cui iam F iunior compar obierat, prouidere incipit domui suæ, & pretiosissimis diuitiis ordinandis incumbere, vnico filio prouisurus vxorem dignam, quod parentum negotium est non proprie filiorum, quorum est obedire. Verumtamen post hæc gesta, vixit Abraham adhuc triginta & octo annos, mortuus tandem ætatis anno centesimo septuagesimo quinto. Largam igitur spiritualium & temporalium bonorum affluentiam, in cunctis benedictionem dei vocat hic scriptura. Longum sit autem, si in quantis dominus Abraham benedixerit, recensere voluerimus. Tali vero præfatione digna subsequitur narratio. *Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat.* AMBROSIVS. Aduerte nunc virtutem boni patris familias, & considera primum, quod munus & cui mandet, vt & tu ita instituas seruulos, vt liberis tuis paternum affectum deferant, officia exequantur. Inuentus est de seruulis, senior tamen, qui ad vxorem prouidendam domino iuniori eligeretur, & constrictus vt iuraret, & mitteret manum sub fœmur domini sui. AVCTOR CATENAE.

Desumit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Desumit igitur iustus ex fidelibus seruis optimum, ad tractandum præcipuum opus matrimonij conciliandi, G
qui & hero suo virtutibus similior, & fide spectatior erat. Is negotiorum Abrahæ moderator fuit, quo senior
ipse minus grauaretur, & à vere piis exercitiis minus impediretur. Ait ergo. *Pone manum tuam subter fœmur meum, ut adiurem te per deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito. Sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac.* AMBROSIVS. An constrinxit seruum
iustus vt non de semine Chananæorum vxorem accerseret domino suo, quorum generis auctor patrem non ho-
norauerat, & ideo maledictionis hæreditatem transmisit in suos, vt cognoscamus fidem, & quandam hæredi-
Psal.17. tatem de auctoris prosapia in his requirendam, quos nobis volumus adiungere? Cum sancto enim sanctus eris,
& cum peruerso peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, vbi vna caro & vnus spiritus est? Quo-
modo autem potest congruere charitas, si discrepet fides? Et ideo caue Christiane gentili aut Iudæo fi-
liam tuam tradere. Caue (inquam) gentilem aut Iudæam atque alienigenam, hoc est, hæreticam, & omnem
alienam à fide tua vxorem accersas tibi. Prima coniugij fides, castitatis gratia est. Si idola colat, quorum H
prædicantur adulteria, si Christum neget, qui præceptor & remunerator est pudicitiæ, quomodo potest dilige-
re pudicitiam? Si catechumena sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad ora-
tionem nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus deus. Accedit aliud insigne castimo-
Proue.19. niæ, si credas à tuo deo tibi quod sortitus es coniugium, datum. Vnde & Salomon ait, A deo præparabitur vi-
ro vxor. Non possunt hoc dispares fide credere, vt ab eo quem non colunt, putent sibi connubij impartiri
tam gratiam. Ratio docet, sed amplius exempla commouent. Species illecebra mulieris decepit etiam for-
tiores maritos, & à religione fecit discedere. Et idcirco tu vel amori consule, vel errorem caue. Primum
ergo in coniugio religio quæritur. Ideo Abraham proximam quæsiuit dare vxorem filio suo. Et tu proxi-
Luc.10. mam quære. Quis est proximus? Qui fecit (inquit) misericordiam. In euangelio hoc dixit dominus Iesus.
Et tu proximam seminis Abrahæ require, & propinquam proximi tui. Semen Abrahæ Christus ipse est
proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam. CHRYSOSTOMVS. Pone manum I
tuam subter fœmur meum. Et quare sic dicit? Mos ille veterum fuit, vel quia hinc principium natiuita-
tis Isaac, de cuius coniugio nunc agebatur fuit. Et vt discas, quod hoc facere consueuerit, vide quia ipse
imperat, vt manum ille eo ponat. Vt adiurem te per deum cœli & terræ. Vide quomodo & famulum do-
cet, vt sciat vniuersorum conditorem. Nam qui dixit, deum cœli & deum terræ, omnem creaturam com-
prehendit. Et quod iuramentum? Vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaan, inter quos ha-
bito, sed ad terram cognationémque meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. Vidi-
sti mandatum patriarchæ quod famulo dedit? At ne perfunctorié prætereas dicta, sed cogita mentem &
propositum iusti, & quo spectarit, & attende quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non
diuitias, non seruos, & iugera agri tot & tot, non externæ venustatis formam, sed animæ pulchritudi-
nem, & morum nobilitatem. Nam quoniam videbat malitiam eorum qui in Chananæa habitabant, sciens
quantum bonum sit sortiri coniugem iisdem moribus viuentem, præcipit seruo, & iuramentum adhibet, vt K
ex sua cognatione vxorem adducat Isaac, & neque interuallum locorum, neque aliæ difficultates segnem
eum in his reddant, sed sciens rei necessitatem omni cura mittit seruum. Cæterum patriarcha habens res-
pectum virtutum animæ, & abhorrens à vicinorum malitia, ita quidem se gerit, at nunc omnes tale quid-
dam ne cogitarent quidem. Nam & si malis innumeris plena sit, hoc solum inquirunt, quantum abun-
det pecuniis, cætera omnia posteriore loco habent, nescientes, quod cum mens peruersa sit, licet indici-
biles affluant diuitiæ, facilius in extremam venient inopiam, & nihil proderunt opes, cum non sit ibi
mens, quæ bene illas dispensare queat. RVPERTVS. Fidei autem simul & casti laus est con-
iugij res gesta hæc, quia videlicet nec senex Abraham nurum de Chananæis quæsiuit, vnde aliquod sup-
peditare posset solatium suæ peregrinationi. Nec iuuenis Isaac vxorem ambiuit, quam concupisset ocu-
lis, sed eam quam nunquam viderat, secundum voluntatem præstolatus est patris. Non enim in Abra- L
ham magno caret merito fidei, neque in Isaac vero testimonio castitatis, quod & ille peregrinationem
suam propter deum in quo confidebat, sic amplexatus est, vt eorum qui deo non placebant, propinqui-
tatem nullam sibi aut posteris suis admitteret. Et hic ita iuuentutis petulantiam supergressus est, vt il-
lam expectaret coniugem, quam deus daret, non quam concupiscentibus oculis, ipse cum dote magna
a. 2. quæ- stione. 90. ad primum in corp. quæstio. rapuisset. THOMAS. Sed quæritur an liceat aliquem adiurare? Et videtur dicendum quod non,
quia nec etiam licet iurare. Vnde & Origenes affirmat, Non oportet vt vir volens secundum euange-
lium viuere, adiuret aliquem, si enim iurare non licet quantum ad euangelicum Christi mandatum, no-
tum est quia nec adiurare. Ad hoc respondetur, quod ille qui iurat iuramento promissorio, per reue-
rentiam diuini nominis quod ad confirmationem suæ promissionis adducit, se ipsum immobiliter obli-
gat ad soluendum quod promittit, quod est seipsum ordinare ad aliquid agendum. Sicut autem homo
seipsum ordinare potest ad aliquid agendum, ita & alios, superiores quidem, deprecando, inferiores autem,
imperando. Cum ergo vtraque ordinatio per aliquod diuinum confirmatur, est adiuratio. In hoc tamen M
differunt, quod homo est suorum actuum dominus, non autem est dominus eorum, quæ ab alio sunt agen-
da. Et ideo sibi ipsi potest necessitatem imponere per diuini nominis inuocationem, non autem hanc ne-
cessitatem potest aliis imponere nisi subditis, quos potest ex debito præstiti iuramenti compellere. Si ergo ali-
quis per inuocationem diuini nominis, vel cuiuscunque rei sacræ, alicui non sibi subdito, adiurando necessi-
tatem agendi aliquid imponere intendat, sicut imponit sibi ipsi iurando, talis adiuratio illicita est, quia vsur-
pat potestatem in alium quam non habet. Et sic illicita fuit adiuratio principis sacerdotum, qua dominum
Iesum ausus fuit adiurare. Sic etiam intelligitur dictum Origenis prædictum super Matthæum. Si autem per
aliquam necessitatem superior inferiorem sibi subditum tali genere adiurationis constringere velit, tunc erit
licita adiu-

A licita adiuratio. Et hoc modo patriarcha recte seruum suum Eliezer hoc in loco adiurauit. GLOSSA GRAECA. Pone manum tuam subter fœmur meum. Quia in semine suo & benedictionem & bono-
rum promissionem acceperat, ibi seruum manum suam ponere iubet, vbi fidei signum à deo acceperat, at-
que etiam vt ibi manus ponens, & diuinæ promissionis, & circuncisionis non oblitus, alienigenarum matri-
monio dominicam nobilitatem non inquinaret, vt pote quos diuinæ maledictioni obnoxios esse non igno-
raret. Manum præterea sub fœmore ponere iussit, præuidens spiritu prophetiæ, è fœmore suo vniuersorum
dominum aliquando carnem sumpturum. CAIETANVS. Pone manum tuam, & cætera. Erat mo-
dus iurandi valde congruus materiæ de qua tractabatur, videlicet generationi per coniugium filij. Et quan-
tuis modus iurandi esset ponere manum sub fœmore Abrahæ, cui iurabatur, non tamen iuramentum fie-
bat in creatura, sed in creatore. Non autem ad Vr Chaldæorum, neque ad aliquam aliam ciuitatem in spe-
cie, sed in Mesopotamiam (hoc est, terram inter Euphratem & Tigrim) mittit, appellando illam terram
B suam, quia vere inde erat oriundus. Nulla itaque certa ciuitas, sed certa regio significatur, dicendo ad ter-
ram meam. Et per hoc excluſit consanguineos tam genitos ex Loth, quàm ex Ismaele, vtrique enim erant
in terra Chanaan seu Syriæ & non in terra vltra Euphratem, vnde erat oriundus Abraham. Et ne ex qua-
cunque progenie Mesopotamiæ, sed ex propria gente, hoc est, ex propria consanguinitate, vxorem acci-
peret Isaac, adiunxit, & cognationem meam, seu vt aliis videtur, ad natiuitatem meam, hoc est, ad gen-
tem de qua natus sum ego, quæ vocatur consanguinitas seu cognatio. Et hinc colligitur quod seruus iste fue-
rat cum Abraham in Mesopotamia, & sciebat, imo viderat omnem cognationem Abrahæ, & locum seu
loca habitationis eorum trans flumen Euphratis. AVCTOR CATENAE. Pone manum tuam sub-
ter fœmur meum, & cætera. Abraham per fidem certus erat de futura prosteritate promissa, agit tamen
quod ad complendas dei promissiones pertinebat. Non vult enim dominus otiosos, cessantes ac sterten-
tes circa ea quæ futura prædicit, sed vt fideles serui semper prosequamur quæ domini sunt, actuum nostro-
C rum exitus eidem commendantes. Iurabant autem veteres illi manu sub fœmore (atque vt nonnulli volunt)
sub genitali parte posita, quod inde posteritas esset futura: atque ideo veluti res sacra haberetur, vel quod
illic esset signum fœderis, nempe circuncisio. Dicúntque morem huiusmodi fuisse, vt eo pacto iurarent,
posita scilicet manu sub fœmur eius qui dominus ac superior esset, perinde ac diceret dominus, si tu sub
potestate mea es, pone manum tuam sub fœmur, aut sub coxam meam, ac dominus ipse sedere solebat
posita coxa super manum iurantis, qui quasi diceret, ecce manus mea sub coxa tua, fateor me tibi de-
bere & promptus sum vt tuis obsequar mandatis, eóque more hodie quoque quasdam regiones vti asse-
uerant, scilicet Indiam. Et adiurabo te (inquit) per dominum deum cœli & terræ, vt videlicet contra dei
beneplacitum nihil geras humano sensu, sed domino credens, fideliter agas, nihil negligendo. Iuramen-
tum locum habet inter sanctos, pro dei gloria & veritate, non ex contemptu, infidelitate, otiose, falso,
D adeóque non ex malo. Filiam Chananitidem accipi prohibet, sciebat Chananæos exterminandos à domi-
no, videbat perfidas, carnales, & filio suo indignas. Delegit autem filio coniugem, filiam filij fratris sui,
idque diuino oraculo comprobatur, vt religiosum, sanctum, deo placens, & sanctis patribus tunc tempo-
ris familiare.

AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Omnia fratres quæ in testamento veteri recitantur, si tantum secundum literam voluerimus accipere, aut paruum, aut nullum lu- Mysticè. Ser.75.
crum animæ consequemur. Quid enim nobis prodest qui ad ecclesiam ad audiendum dei verbum fide-
liter conuenimus, si nobis dicatur, quod Abraham misit puerum suum, vt de regione longinqua adduce-
ret vxorem filio suo, cum & in istis regionibus hoc frequenter videamus fieri. Nos vero fratres sequen- 1.Cor.10.
tes beatum apostolum Paulum, credamus quia omnia quæ scripta sunt, Iudæis in figuram contingebant,
nobis autem in veritate completa sunt. Beatus Abraham qui puerum dirigebat vt acciperet vxorem filio
suo, typum habebat dei patris, sicut & quando eum in holocausto obtulit, dei patris imaginem figurauit.
E Puer autem eius, verbum propheticum designabat. Misit ergo Abraham puerum suum in regionem lon-
ginquam vt inde acciperet vxorem filio suo, quia miserat deus pater propheticum verbum per vniuersam
terram, vt quæreret catholicam ecclesiam sponsam vnigenito suo. Dixit autem Abraham ad puerum su-
um, Mitte manum tuam sub fœmur meum, & iura per deum cœli & terræ. Quid est hoc fratres? Sic
dixit beatus Abraham, Mitte manum tuam sub fœmur meum, tanquam diceret, Mitte manum tuam ad
altare, aut diceret, mitte manum tuam ad arcam testamenti, aut extende manum ad templum dei, &
iura mihi. Fœmur tangebat, & per deum cœli & terræ iurabat. Non enim errabat beatus Abraham, quan-
do hoc fieri imperabat. Sed quia prophetico spiritu repletus, nouerat de semine suo Christum cœli & ter-
ræ dominum nasciturum. Ideo quando seruus suus fœmur illius contingebat, non per carnalia membra,
sed per deum viuum & verum iuramenta præstabat, quia Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Ia-
F cob genuit Iudam, de cuius semine Christus dominus natus est. AMBROSIVS. Per fœmur si- Galat 3.
quidem generationem intelligimus, generatio autem Abrahæ Christus est. Vnde Apostolus ait, Abrahæ
dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed sicut in vno, & se-
mini tuo quod est Christus, ostendens per ipsum nobis sanctum sacramentum, per ipsum nobis tutum au-
xilium fore. GREGORIVS. Manum igitur sub fœmore iubet ponere, quia per membrum illud
descensura fuit caro illius, qui filius Abrahæ esset ex humanitate, & dominus eius ex diuinitate. Qua-
si dicat, tange filium meum, & iura per deum meum, vnde non super fœmur, sed sub fœmore ma-
num ponere iussit, quia inde fuerat ille descensurus, qui homo quidem, sed super omnes homines veni-
ret, nulla siquidem caro super illam carnem est, quam in redemptionem nostram sibi patris vnigenitus vni-
uit. RVPERTVS. Notandum autem, quod non ipsum Isaac quem deo iussus obtulerat, adiuret pater,
neque ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque ipsum ad quærendam sibi vxorem mittat, vt quæcunque sibi placuerit, illam accipiat, quia videlicet G
nec futurum erat, vt ipse Christus postquam passus est, per semetipsum ecclesiam sibi de hoc mundo col-
ligeret corporali præsentia. RVPERTVS. Assimilatur ergo etiam in hoc Isaac filio dei, qui nul- Io.5.
lam propria voluntate, id est, humano iudicio, animam assumit siue reiicit, iuxta quod ipse ait. Non ve- Luc.19.
ni facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei. Nam si ad naturalem spectes carnis affectum, Io.6.
eadem teneritudine suam fouere debuisset patriam, qua videns ciuitatem Hierosolymam, veris lachrymis fleuit
super illam. Sed descendi (inquit) de cœlo non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me.

2 *RESpondit seruus, Si noluerit mulier uenire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum*
ad locum de quo tu egressus es? Dixitque Abraham, Caue nequando reducas filium meum illuc. Domi- H
nus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, &
iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde uxorem
filio meo. Sin autem noluerit mulier sequi te, non teneberis iuramento. Filium tantum meum ne reducas illuc.

2 CHRYSOSTOMVS. Verum patriarcha seruo satis magnum mandatum dedit, & iuramento eum astrin-
xit. Videamus autem nunc serui probitatem, quomodo imitatus sit pietatem domini. Nam postquam vidit
tanto serio iustum sibi præcipere, *Respondit, Si noluerit mulier uenire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo fi-*
lium tuum ad locum de quo tu egressus es? Vt ne (inquit) si difficultas aliqua incidat, transgrediar mandata tua, ro-
go, quid oportebit me obseruare, & num placet tibi, vt illuc abeat Isaac, & accepta sponsa redeat, si non vo-
luerit vt mandasti, venire mecum? AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Si noluerit mulier venire mecum. Mulierem fœminam appellare proprium est Hebraicę linguæ. I
AVCTOR CATENAE. Seruus domini pietatem imitatus, rationabiliter agenda præmeditatur, ne frustra conficiat tantum iter, vacuus reditur. Cunctatur, non de sua voluntate, sed quod fieri poterat præmonendo, si nolet per omnia consentire sponsa filij futura, an ducat illuc Isaac? CHRYSOSTOMVS. Quid igitur iu-
stus? Denegat hoc, & dicit. *Caue ne quando reducas filium meum illuc. Dominus cœli & terræ qui tulit me de domo patris*
mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet angelum
suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Non erit (inquit) hoc tibi opus. Qui enim hoc mihi annunciauit,
& promisit semen meum ita multiplicandum, etiam hoc prospere faciet succedere. Ne igitur abducas illuc fi-
lium meum, dominus deus est cœli & terræ. Vide quomodo superius iurans iustus, seruum de omnium con-
ditore docet, & nunc precaturus iterum eadem verba dicit, Dominus cœli & terræ, per omnia docens, vt ser-
uus profecturus in illo fiduciam habeat, & de bono rei exitu bene speret. Docet enim eum quantam olim ab ini- K
tio benuolentiam dei inuenerit, & quod ille qui à domo paterna euocauerat, & vsque ad hoc tempus ita gu-
bernarit, iamque in tam prouecta senecta Isaac dederit, prospera etiam quæ adhuc restant faciet. Dominus (in-
quit) cœli & terræ, qui assumpsit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, &
iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc. Ille qui tantam erga me declarauit benignitatem & cu-
ram, ipse mittet angelum suum ante te, & inde accipiet filio meo vxorem. Bene animatus (inquit) abi, certus e-
nim sum, quod qui tantis me beneficiis hactenus prosequutus est, prioribus etiam illud addet, & mittet ange-
lum suum ante te. Ipse (inquit) præcedet te, & viam præparabit in omnibus, vxorémque tibi notam faciet, vt
accepta ea huc reddeas. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Alia litera. Attende
te tibi, ne reuoces filium meum illuc. His verbis solet comminatio declarari. AVCTOR CATENAE.
Obnititur omnibus modis sanctus vir, ne filius in Chaldæam sic ducatur, vt inde non sit rediturus, præsentiens
iam per spiritum, semen suum non nisi deo irato in Chaldæam transmigraturum, ideo seruo prolixe explicat L
dei, præceptum, promissiones, beneficia, quibus corroboretur illius fides. Vt qui sibi tantis fauoribus hacte-
nus astitisset, commissum quoque negotium tam arduum fœliciter dirigeret, filio suo dignam vxorem è Syria
transmittendo. Sanctis, dei beneficia recenter adsunt, & in numerato illa habent semper grati. *Sin autem no-*
luerit mulier sequi te, non teneberis iuramento. Filium tantum meum ne reducas illuc. CHRYSOSTOMVS. Quod si
contingat (inquit) quod absit, vt reluctetur vxor huc venire, alienus eris à maledictione iuramenti. Nul-
lum enim mihi dubium est, quin dominus secunda tibi faciat omnia. Declarat itaque, quomodo virtu-
te diuina bene fidat, & prohibet seruum, ne filium illuc inducat. AMBROSIVS. Quo profi-
ciat hoc, considera diligentius. Non licet tibi accipere alienigenam vxorem. Sane si Christianam se fa-
ciat, & laudem habebis ex ea. Ne te quoque si recusauerit Christiana fieri, studium nuptiarum à fide de-
flectat, instruit lectio. Abraham enim sequentem deduci admonuit, residentem non expeti, nec eò filium
pergere. Sane domini sui, qui se ab incolatu terræ in qua habitabat abduxerat, non defuturam misericor- M
diam, vt præiret studio petitoris, & puellæ inclinaret animum. Quasi propheta hoc dixit in causa filij, &
quasi moralis doctor docuit te sperare de domino, quod iuuare dignetur incrementum fidei quærentem.
RVPERTVS. Sin autem noluerit mulier sequi te, non teneberis iuramento. Vehemens hæc re-
petitio, serio virum fortem locutum esse innuit. AVCTOR CATENAE. Parui vero refert
quod in Hebræo legitur וְנִקֹּיתָ מִשְּׁבֻעָתִי זֹאת Venikitha misebuathi zoth, & mundus, seu innocens eris à iu-
ramento meo hoc. Sic & septuaginta. Chaldaica, eris innocens à maledictione mea hac. Hæc enim om-
nia vnum dicunt. Satisfacit ergo Patriarcha fideli seruo, commendando quid vel obmittere vel promo-
uere debeat, alioqui non ignarus futurorum, tantum ne filium suum aliquando ducat in Mesopotamiam,
vt ibi maneat.

RVPERTVS.

A RVPERTVS. Quemadmodum Abraham seruum excusatum habuit si mulier secum venire nol- Mystice.
let, sic apostolorum chorus culpam non habet de pereuntibus incredulis, qui eorum prædicationi crede-
re ac parere spreuerunt. Eadem enim conditione libertas & conscientiæ munditia iudicatur euangelico
viro, cui dicitur, si noluerint suscipere te, & sermones tuos audire, puluerem pedum tuorum excute Matth.10.
in eos.

3 *ROsuit ergo seruus manum sub fœmore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulitque*
decem camelos de grege domini sui & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perre-
xit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Cúmque camelos feciſset accumbere extra oppidum iuxta pu-
B *teum aquæ uespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, orauit dominum, dicens, Domi-*
ne deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham.
Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam.
Igitur puella cui dixero, inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit, bibe, quin & camelis tuis da-
bo potum, ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum do-
mino meo Abraham.

3 *Posuit ergo seruus manum sub fœmore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc.* CHRYSOSTOMVS. 3
Cum diligenter mandasset seruo, curaque eum liberasset, verebatur enim ne mandato non impleto periurij reus
fieret, iurauit ille quod filiũ suum illuc non abduceret. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HE-
C BRAICIS. Et posuit seruus manum suam sub fœmore Abrahæ domini sui, & iurauit ei super verbo hoc. Tra-
dunt Hebræi quod in sanctificatione eius, hoc est, in circuncisione iurauerit. Nos autem dicimus, iurasse eum in
semine Abrahæ, hoc est, in Christo, qui ex illo nasciturus erat. AVGVSTINVS IN LOCVTIONI-
BVS. Et iurauit ei de verbo hoc. Ergo locutio est qua supra dixerat Abraham, ac si dixisset, iura mihi. Non au-
tem solemus sic loqui, sed obseruandum est, vtrum sint in scripturis aliæ similes locutiones. Nam quod dixit
Abraham, si noluerit mulier venire tecum, purus eris à iuramento hoc, manifestauit ita se dixisse, adiuro te, tan-
quam diceret, iura mihi. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo ab initio seruus indicauit suam erga do-
minum beneuolentiam? Vide nunc quomodo ex Patriarchæ doctrina melior euaserit, & imitatus fuerit domini
pietatem atque religionem. Dicit ergo, *Tulitq; decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans*
D *secum.* RVPERTVS. Sapienter pro re & tempore seruus ille senior sic abiit, scilicet cum decem camelis, ex
omnibus bonis domini sui portans secum. Præsentibus nanque honoribus debebat instrui puella, vt non paruas
viri aut soceri sui sciret sperarétque diuitias. AVCTOR CATENAE. Cum Hebraice גָּמָל gamal dicatur
camelus, nec dubium quin nomen hoc ex sacra lingua manarit in alias linguas, vnde factum vt magis per.c.
quam per.g. scriberetur non seruata sua origine? Quod autem in æditione nostra est, Ex omnibus bonis eius
portans secum, Hebraicæ est וְכָל טוּב אֲדֹנָיו בְּיָדוֹ Ve col tub adonaiu biiado, & omne bonum domini sui in ma-
nu sua. Vel etiam, de omni bono domini sui in manu eius. Quod putant aliqui intelligendum de tota pos-
sessione Abraham, quæ in scheda erat signata, atque Isaac yeluti certo hæredi assignata. Alij de multiplici mu-
nere id intelligendum putant. Vnde & Chaldaica hic habet, Et omnia optima domini sui portans in manu
sua. Septuaginta, καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ κυρίου αὐτοῦ μετ' ἐαυτοῦ. Et de omnibus bonis domini sui
cum ipso. Fidelis igitur seruus & prudens, acceptis animalibus & seruis ad eorum curam necessariis, & quic-
quid pretiosum ac magnificum domi habebat herus, quibus sponsa & ancillæ, simul atque parentes dona-
E ri & honorari, & ad amicitiam allici, & pertrahi possent, perrexit quo iustus eum mittebat. *Profectúsque* Cap.13.
perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVI-
TATE DEI. Isto & aliis sacræ huius historiæ testimoniis ostenditur, etiam Nachor fratrem Abrahæ
exisse de regione Chaldæorum, sedésque constituisse in Mesopotamia, vbi cum patre suo habitauerat Abra-
ham. Cur ergo eum scriptura non commemorauit, quando ex gente Chaldæa cum suis profectus est Thara,
& habitauit in Mesopotamia? Vbi non solum Abraham filius eius, verum etiam Sara nurus, & Loth nepos
eius commemorantur, quod eos duxerit secum? Cur putamus? nisi forte quod à paterna & fraterna pieta-
te desciuerat, & superstitioni adhæserat Chaldæorum, & postea inde siue pœnitendo, siue persecutionem
passus, quod suspectus haberetur, & ipse emigrauit? RVPERTVS. Genitalis Abrahæ terra Chal-
dæorum fuit, sed persecutione vrgente (vt superius dictum est) egressus fuerat Thare cum suis, vt irent in
terram Chanaan, resederant autem in Aram, hoc est, Syria, quam ex Meso, quod est media, & potamo, id
F est, fluuio, appellant Mesopotamiam. Duobus enim fluminibus Tigri & Euphrate ambitur. Seruus ergo
iussus proficisci ad terram & cognationem domini, pergit Mesopotamiam, quia videlicet terram illam
pro sua, cognatio eius inhabitabat, & in ea coaluerat, in qua & Thare mortuus est. Ad vrbem, inquit,
Nachor. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et surrexit, & iuit ad Aram fluuiorum. Appel-
latur Aram fluuiorum, ciuitas quædam in Mesopotamia, hoc est, in terra inter duo flumina Euphraten &
Tigrim, ad differentiam alterius Aram, quæ est in Syria, cuius in calce capituli vicesimi secundi mentio fa-
cta est. Vnde appositiue adiungitur, Ad ciuitatem Nachor. Hactenus non scripserat Moyses vbi habitauerit
Nachor, nam nec supputauit ipsum inter eũtes cum Thare patre de Vr in Charan, nec scripsit ipsum remãsisse in
Vr. Sed seruus iste sciens cuncta gesta, iuit recto itinere ad Aram trans Euphraten, sciens Nachor habitasse ibi, &
propterea dicitur ad ciuitatẽ Nachor, non tanquã domini (quantum scitur) sed tanquã habitatoris. AVCTOR
CATENAE. Profectúsq; perrexit in Mesopotamiam. Ita est & apud Septuaginta. Hebraicè vero legitur. וַיֵּלֶךְ
אֶל אֲרַם נַהֲרָיִם Vaiélech el Aram naharaim, & perrexit in Aram siue Syriam fluuiorũ. Et Mesopotamia significat
quæ est inter

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ est inter duo flumina prædicta. Vnde & Chaldaica hic legit, Et abiit in Syriam, quæ est iuxta Euphratem G
*Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ uespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hau-
riendam aquam, orauit dominum, dicens: Domine deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam
cum domino meo Abraham.* CHRYSOSTOMVS. Vide serui sapientiam, orbis dominũ, à patriarcha nominat.
Domine enim (inquit) deus domini mei Abraham, qui tanta in illum beneficia collocasti. Et quid miraris, si
seruus eum vocat deum Abraham? ipse omnium deus, monstrans quomodo iustorum virtutem magnifaciat,
Exodi.3. inquit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Domine deus domini mei Abraham, occurre
mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham, quasi diceret, fac vt impleantur quæ ille vult,
& iuxta eius sententiam prospera fac omnia. Fac misericordiam cum domino meo Abraham. Quid est fac mi-
sericordiam? voti compotem eum fac. AVCTOR CATENAE. Occurre obsecro. In Hebræo non est
occurre, sed הַקְרֵה hakre, id est, Fac occurrere in Hiphil. Et sensus est, dispone seu præpara, id scilicet quod
peto. Septuaginta, εὐόδωσον ἐναντίον ἐμοῦ σήμερον, prosperum fac coram me hodie. Chaldaica, Occurre, vt apud H
nos. Accumbere igitur in poplites fecit seruus Abrahæ camelos, vt requiescerent post labores itineris, & ipse ad
fontem domino supplicaret pro fœlici successu operis cui incumbebat peregrinus. Ab oratione autem paranym-
phus auspicatur coniugium, domino confitetur laudem pro beneficiis impensis suo domino. Amorem testatur
heri sui, apud quem studia sanctitatis didicerat, benignitatem, hospitalitatem, beneficentiam, & in deum fidu-
ciam. *Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella
cui dixero, inclina hydriam tuam ut bibam, & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis potum tribuam, ipsa est quam præparasti
seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo Abraham.* CHRYSOSTOMVS.
Vide serui prudentiam. Nam quia sciuit patriarchæ hospitalitatem, & quia virginem inde ducendam congrue-
bat iisdem esse præditam moribus, quibus iustus, nullam aliam coniecturam inquirit, sed characterem virgina-
lis animi ab hospitalitate colligere vult, & inquit, si quando ego aquam ab ea petiuero, dicens, Inclina mihi hy-
driam, & non solum faciet quod petiui, sed & candorem ac liberalitatem mentis suæ declarabit, & dicet, Etiam I
camelos tuos aquabo. Morum suorum mititatem satis ex aquæ præbitione ostendendo, illa (inquit) sic explora-
ta, & hoc indicio deprehensa, domini mei moribus conueniens, digna erit quæ filio eius sit vxor. AVGV-
STINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quærendum quid differant auguratio-
nes illicitæ ab ista petitione signi qua petiuit seruus Abrahæ, vt ei deus ostenderet, quæ nam esset sponsa futura
filio eius. Aliud est enim mirum aliquid petere quod ipso miraculo signum sit non augurium, aliud hæc obser-
uare quæ ita fiunt, vt mira non sint, sed à coniectoribus superstitiosa vanitate interpretentur. Sed hoc ipsum e-
tiam quod mirum aliquid postulatur, quo significetur quod quisque vult nosse, vtrum audiendum sit, non par-
Deuter.6. ua quæstio est. Eo nanque pertinet, quod dicuntur qui hoc non recte faciunt, tentare dominum. Nam ipse domi-
Matth.4. nus cum à diabolo tentaretur, testimonium de scripturis adhibuit, Non tentabis dominum deum tuum. Sug-
gerebatur enim tanquam homini, vt signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est, quàm multum apud deum
posset, quod vitiose fit cum fit. Ab hoc autem discernitur quod Gedeon fecit, pugnę imminente periculo. Con- K
Esaiæ 7. sultatio quippe illa magis quàm tentatio dei fuit. Vnde & Achaz apud Esaiam timet signum petere, ne deum
tentare videatur, cum hoc dominus admoneat per prophetam, credo existimans, quod ab ipso propheta explo-
raretur vtrum præcepti memor esset quo tentare deum prohibemur. RVPERTVS. Veraciter seniorem
hunc supra nominauit scriptura. Nam quod seniore dignum fuit, nec ipse petendæ puellæ iudicium suis com-
misit oculis, qui solam faciem, non etiam mores aut virtutem peruidere possent, sed secundum herilem fidem
credens quod domini sui curam haberet deus, totam in illo posuit electionis spem. CAIETANVS. Re-
spondet autem tota hæc oratio promissioni Abrahæ, deus mittet angelum suum faciebus tuis. AVCTOR
CATENAE. Argutabatur igitur secum prudens seruus, si quæ virgo prodiret ad fontem, pro more patriæ
cum animalibus ad officia propensior, maiori alacritate obsequentior, ad hospitalitatis gratiam promptior, illa
esset de cognatione Abrahæ, præparata à domino filio domini sui. In fide ergo orabat, Fœliciter mihi ô deus oc-
curre hodie, votorum suorum compotem fac herum meum, sim ego illi amico tuo nuncius fortunatus, fiatq; L
quod ominari possum, te inspirante, quod te volente ab æterno nobis insperato contingit. Nisi enim me mea
fallat cogitatio quam tu immittis, certe me nunc adstante fonti, egredientur pro more virgines, quarum vnam
delectam à te vxorem ipsi Isaac, opportunis votis internoscam, si fuerit insignita hospitalitatis obsequiis, cum
decoro gratiosa. Quotienscunque autem signum petitur à deo, non ex fidei debilitate, sed ex magna quam quis
de deo habet confidentia, nec ad diuinam potestatem aut veritatem dicti eius explorandam, sed vt quid sit cir-
ca aliquod factum deo placitum instruatur, præsertim cum necessitas, seu pia aliqua subest vtilitas, & adest di-
uinus instinctus ad hoc mouens, humili etiam oratione præcedente, nec per diuinationis aut augurationis mo-
dum, tunc signum petere licet, nec ad dei tentationem pertinet. Vnde non peccauit Abraham qui signum petiit
à domino Genesis quintodecimo, dicens: Vnde scire possum quod possessurus sim terram hanc? Sic & apo-
stoli petiuerunt à domino, vt in nomine domini Iesu Christi fierent signa, vt habetur Actuum quarto, ad hoc sci- M
licet vt manifestaretur infidelibus virtus Christi. Sic quia dominus signum regi Achaz, non solum pro ipso,
sed pro totius etiam populi instructione dare volebat, reprehenditur rex Esaiæ septimo, quasi impeditor com-
munis boni & salutis, quod signum petere nolebat. Nec petendo tentasset deum, tum quia ex mandato dei po-
tuisset, tum quia hoc ad communem pertinebat vtilitatem. Sic Eliezer hic diuino præcedente instinctu, hu-
mili præuia oratione, quia res toti mundo valde vtilis, pérque necessaria parabatur, inueniri scilicet mulierem,
per quam filius dei in terris olim pro hominum reparatione homo fieret, rectè & iustè admodum signum pe-
tiit. Quod si quis cessantibus prædictis, & (vt iam dictum) ex fidei infirmitate signum petat, dubitans videli-
cet de virtute diuina, illicitè petit, & deum tentat, ac peccatum committit. Sic peccauit Zacharias dicens Lu-
cæ primo, Vnde hoc sciam? & ob incredulitatem huiusmodi linguæ silentio mulctatus fuit. Sic & Iudæi pec-
cauerunt signum de cœlo petentes à domino, quoniam non credebant eum filium dei, quibus & à veritate con-

A grue responsum est, Generatio mala & adultera signum petit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophe-
tæ, Matthæi sextodecimo.
RVPERTVS. Nunc fratres charissimi quantum possumus, breuiter quid ista significent videamus. Hic Mysticè.
quoque seruus, qui per illum intelligitur, scilicet apostolorum vel prædicatorum chorus, posuit manum suam
sub fœmore Abraham, profitendo scilicet incarnationis Christi fidem, & iurauit super sermone hoc. Iurauit (in-
quam) id est, graui se necessitate astrinxit, dispensandi mysterium istud. Vnde & dicit idem Apostolus, Nam si
euangelizauero, non est mihi gratia, necessitas enim mihi incumbit. Væ mihi est, si non euangelizauero. Si enim 1.Cor.9.
volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Ergo vere iurauit, quia nisi e-
uangelizauerit væ illi, eo quod periurij reus sit. Pergens autem seruus de bonis omnibus domini sui secum detu-
lit, quia prædicator euangelicus cum magnis missus est muneribus, illis videlicet, de quibus dictum est, Ascen- Ephe.4.
dens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,
B quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores. Ita vnicuique seruorum
fidelium data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Ex his bonis domini sui Iesu Christi, siue pa-
tris eius dei, portauerunt secum, vt ex præsentium gloriosa testificatione miraculorum, cognosceret ipsa quæ pe-
tebatur Christo sponsa, quod vere magnus, diuésque & potens sit ille in cœlo & in terra. GREGORIVS.
Vel de omnibus bonis domini sui secum attulit, quia in his quæ de domino loquuntur apostoli & doctores, in
semetipsis virtutum diuitias ostendunt, vt tanto citius ad sequendum deum pertrahant, quanto auditoribus suis
in semetipsis monstrant quę narrant. RVPERTVS. Porrò quid sibi volunt decem cameli, quos tulit de gre-
ge domini sui? Ea nimirum quæ grauiora sunt legis, qualia derelinquentes illi mentæ & aneti decimatores, rectè Matth.23.
tali eulogio denotati sunt, vt diceretur de illis, culicem liquantes, & camelum diglutientes. Idcirco rectè decem
sunt cameli, quia videlicet decem præceptis quæ in tabulis scripta sunt digito dei, continetur omnis vera iustitia
C legis, quam solam seruari oportet in euangelio Christi, reiectis omnibus iustitiis carnis, quas Apostolus detri- Philip.3.
mentum facit pro Christo, & arbitratur vt stercora. GREGORIVS. Puer idem iuxta fontem stetit, atque
ex præfixa sententia quæ puella eligenda esset, proposuit, quia prædicatores sancti sacri fluenta eloquij conside-
rant, atque ex ipsis colligunt, quæ vel quibus prædicationis suæ verba committant, & ex quibus auditoribus fi-
duciam certitudinis assumant. AVCTOR CATENAE. Sicut autem seruus Abrahæ ad fontem domi-
num inuocauit, vt iter suum dirigeret, ac filio domini sui de vxore prouideret, sic sancti apostoli & coadiuto-
res eorum, omnem spem suam in deo ponentes, eius auxilium & directionem iugiter inuocabant, sine cuius o-
pe & gratia se nihil posse penitus fatebantur. INTERLINEARIS. Prius enim orare debet prædicator, vt
sermo dei fructificet, & crescat in auditoribus, & deinde prædicationis verba diffundere. AMBROSIVS.
Vbi autem inuenitur ecclesia, nisi in Mesopotamia? Inde quæritur, ibi accersitur, ibi duobus stipatur fluminibus,
lauacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. Etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiam baptismatis acceperis, non
D tibi acquiritur ecclesiæ fides, & quædam coniugalis copula. Muniunt eum Tigris, hoc est, prudentia, & Euphrates,
hoc est, iustitia, & illuminatio fructuosa, à barbaris separans gentibus.

NEcdum intra se uerba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ uxo- 4
*ris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua, puella decora nimis, uirgoque pul-
cherrima, & incognita uiro. Descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac re-
uertebatur. Occurritque ei seruus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quæ
respondit, Bibe domine mi. Celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cum-
que ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hy-*
E *driam in canalibus, recurrit ad puteum, ut hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. Ille au-
tem contemplabatur eam tacitus, scire uolens utrum prosperum iter suum fecisset dominus, an non.*

Necdum intra se uerba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ uxoris Nachor, fratris Abra- 4
ham, habens hydriam in scapula sua, puella decora nimis, uirgoq; pulcherrima, & incognita uiro. AVGVSTINVS
IN LOCVTIONIBVS. Alia litera. Virgo autem erat speciosa valde, virgo erat, vir non cognouerat
eam. Ista repetitio commendationem virginitatis insinuat. Sed cur additum sit, vir non cognouerat eam, ni-
si locutionis sit, mirum si possit accipi, ita vt virgo nomen sit ætatis, non integritatis. Græci autem non ha-
bent, cognouerat, sed cognouit, quod videtur inconsequens. RVPERTVS. Notanda literæ diligentia,
quod cum dictum esset virgo pulcherrima, additum est, & incognita viro. Incognita viro, id est, abscondi-
ta, quod in Hebræo dicitur Aalma. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et puella bona aspectu
F valde, virgo, & vir non cognouit eam. Nisi ad ampliorem expressionem adiunctum sit, vir non cognouit ip-
sam, suspicor virginis nomine habitum innuptarum virginum significari. Itaque quod describitur ab ætate,
puella, à formositate, bona aspectu valde, ab habitu, virgo, ab integritate carnis, & vir non cognouit eam.
AVCTOR CATENAE. Necdum intra se. Hoc quanquam in Hebraico non habeatur, additum est tamen
à Septuaginta & ab interprete explicandæ rei gratia. Si quidem & ipsi legunt, αὐτὸν λαλοῦντα ἐν τῇ διανοίᾳ, Ipsum
loquentem in mente. Præsentissimum itaque deum vbique videmus sperantibus in illum tota fidutia, & quæ
seruus volente deo optare cœperat, eodem domino prouidente ac perficiente, completa sunt, non fortuna, non
augurio, sed ad certitudinem fidei firmandam de futuris maioribus bonis, semini Abrahæ promissis. Erat au-
tem Rebecca filia Bathuelis, filij Nachor, fratris Abraham. Laban autem erat frater Rebeccæ. Et ipsa quidem
elegantissima virgo erat, & optima, casta, obsequiosa, sedula, sanctè educata, & prudens. *Descenderat au-
tem ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur. Occurritque ei seruus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bendum præbe de hydria tua. GLOSSA GRAECA. Aquam modo fontis, modo putei vocat, quod etiam alí- G
bi frequenter vsurpatum inuenies, vel maxime in historia mulieris Samaritanæ. AVCTOR CATENAE.
Prouidentia dei circa amicos suos omnia gerebantur. Eliezer seruos secum habebat, qui potum afferre potuissent,
& prior ad fontem consederat, sed gaudio & fide plenus, de manu virginis bibere eligebat, & officia vtrinque de-
mereri. *Quæ respondit, Bibe domine mi. Celeritérque deposuit hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset,*
adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensq; hydriam in canalibus, accurrit ad puteum, ut hauriret
aquam, & hausta omnibus camelis dedit. CHRYSOSTOMVS. Animaduerte obsecro, quantum fuerit, quod
virgo tenera aquam non solum annuerit eius petitioni, & deposuerit ab humeris hydriam, & ad satietatem præ-
buerit petenti, viro peregrino, & prorsum ignoto, & non solum illi dederit, sed & camelos omnes aquauerit, &
per ea quæ fiebant, monstrauerit animæ suæ ingenuitatem. An nescimus, quod multi etiam viri denegant sæpe
petentibus talia? Et quid dico de aqua quæ præbetur? Interdum cum faces tenent, & ab accedentibus orantur, vt
paulisper expectent, quo lumen accendant, id facere renuunt, tametsi nihil inde minuatur ignis, & multi sint qui H
accendere possint. Hic autem & mulier & puella & hydriam super humeros ferens, non solum non grauatim tu-
lit, quod ab ea peteretur, sed & plusquam petitum erat concessit, & potum dedit vt petebat, & ex seipsa etiam ca-
melos potare festinat. Annuerat enim misericors deus patriarchæ precibus, angelóque sibi misso omnia illa di-
sposuit fieri, sicut seruus petierat. Bibe ergo (inquit) domine mi, celeritérque deposuit hydriam super vlnam
suam, & dedit ei potum. Cogita obsecro, quanta etiam ea ætate fuerit continentię diligentia, & modestiæ eminen
tia, hospitalitatisq; frequentia, quia neque vt aliena aufugit, neque prætextu verecundiæ viri petitioni renuit, sed
cum multa mititate respondit, bibe domine mi. Neque id sibi satis fuit, sed & addidit, Quin & camelis tuis hau-
riam aquam, donec cuncti bibant. Effundensq; hydriam in canalibus, accurrit ad puteum vt hauriret aquam, &
haustam omnibus camelis dedit. Vide locupletissimam puellæ promptitudinem, Effundens (inquit) hydriam in
canalibus, accurrit ad puteum. Quo monstratur puellæ indicibilis alacritas. Quibus non opibus hæc sunt pretio-
siora? Quibus non thesauris hæc sunt præferenda? Hæc, summa dos, hæc, innumera bona, hæc, thesaurus qui non I
consumitur. AVCTOR CATENAE. Donec cuncti bibant. Hebraicé est: עַד אִם כִּלּוּ לִשְׁתֹּת ad im cillu
listoth, Donec cessauerint bibere. Hebraismus est, pro donec satis biberint. Virgo igitur animi liberalitatem, &
mentis candorem declarabat, & pro insigni morum comitate, multo plura hospiti sponte exhibet, quam fuerat ro
gata, ingenuam educationem ostentans, dignam coniugio humanissimi iuuenis. CHRYSOSTOMVS. Vi
dens ergo prudens seruus efficacem dei prouidentiam. *Contemplabatur eam tacitus, scire uolens utrum prosperum iter*
suum fecisset dominus, an non. Quid est contemplabatur eam tacitus? Verba puellæ diligenter considerabat, aspectum,
incessum, habitum, aliaq; omnia, & expectabat vt sciret, an prosperum fecisset dominus iter suum, an non. Nam
quæ iam facta erant, insignem plurimamq; virginis indicabant virtutem. AVCTOR CATENAE. Ipse au
tem contemplabatur eam. Verbum Hebraicum מְשֻׁתָּאֶה mistae, alij vt interpres, alij admiratus est, alij stupefactus,
verterunt. Chaldaica admirabatur, habet, Septuaginta, κατεμάνθανεν considerabat. Et quidem radix verbi est שָׁאָה
saa, quæ proprie significat deuastare, & desolare, & inde postea ponitur pro admirari, seu cum admiratione con- K
templari. Deuastabatur itaq;, & attonitus erat vir ille intra se, & supra quàm dici posset admirabatur, & diligenter
considerabat, cum videret puellam tam elegantem, alacrem, & obsequentem, ac omnia quæ ipse prius à domino
postulauerat, votis suis ad amussim respondere, iam expertus non frustra se & suum dominum credidisse omnia
sua deo.

Mysticè. Vbi supra. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Sed prosequamur & spiritaliter. Vbi inuenitur sponsa illa,
quæ Christo socianda erat? Vbi, nisi ad aquam? Verum est charissimi. Nisi ecclesia ad aquam baptismatis venisset,
Christo sociata non esset. Rebecca ergo Abrahæ puerum inuenit ad puteum. Et ecclesia inuenit Christum ad ba-
ptismi sacramentum. AMBROSIVS. Virgo autem speciosa valde, cuius decorem nulla corrupit ætas. Spe-
ciosa valde, quia speciosus & ille præ filiis hominum, qui eam acquisiuit sibi, quam vir non cognouit, nulli enim
viro erat copulæ ius, sed soli Christo debita. Hydriam habens super humerum, qua lauat actus hominum. Et quia
ex congregatione gentilium constat, qua suos lauit, ideo legis iuxta Hebræum, quia descendit ad fontem, & im- L
Ioannis 4. pleuit hydriam, & ascendit. Samaritana illa venit ad fontem, sicut in Euangelio scriptum est, sed non descendit,
puteus ei videbatur altus, nec impleuit hydriam. Denique ait, Hydriam non habeo. Non enim habebat vnde a-
ctus suos lauaret. Hæc sola descendit, hæc sola cognouit fontem verum, hoc est, non aquæ fontem, sed vitæ æter-
Psalm. 35. næ, sicut dixit Dauid, Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ideoque habuit quod
daret sitientibus, quia credidit. Nam quæ non credebat, ait fonti huic volenti sibi potum dare, vnde habes mihi
dare aquam viuam? Hæc autem habuit, vnde non solum puerum, sed etiam camelos adaquaret, quæ non soluta
iustos rigare consueuit, sed etiam iniustos replere. GREGORIVS. Potum vero petiit seruus, quia prædica-
tor omnis animam sui auditoris sitit. Sed & Rebecca potum præbuit, quia sancta electorum ecclesia, prædicato-
rum suorum desiderio ex virtutis suæ fide satisfecit, Quia enim deum quem audiuit confessa est, prædicatori suo
aquam refectionis obtulit, eiusq; animum refrigerauit. Et notandum, quod hydriam ab humeris in vlnas posuit, M
quia illa est placita confessio, quæ à bono opere procedit. Vel certe aquam præbuit, quæ in hoc quod credidit, va-
cua non remansit. Mox enim prædicare studuit quod audiuit, & docendo, multos ex se prædicatores protulit. A-
qua quippe in hydria, est scientia prædicationis in mensura, quia sancta ecclesia studet non plus sapere quàm o-
portet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et hydria aquæ in vlna, est doctrina prædicationis in opere. Quæ non so-
lum eius comitibus, sed potum etiam camelis præbuit, quia verbum vitæ non solum prudentibus, sed etiam stul-
tis prædicat, iuxta Pauli vocem dicentis, Sapientibus & insipientibus debitor sum. Vel certe aqua etiam iumentis
datur, quando quomodo cura carnis sit habenda disponitur, vt ex voluntate impendi non debeat, & tamen in ne-
cessitatibus non negetur, sicut scriptum est, Carnis curam ne feceritis in desideriis. Qui enim hanc in desideriis
fieri prohibet, proculdubio in necessitate concedit, iuxta hoc quod rursum dicitur, Nemo carnem suam odio ha-
bet, sed nutrit & fouet eam. ORIGENES. Sed & nos quoque videamus hoc quod nobis modo recitatum
est. Rebecca

A est. Rebecca quotidie veniebat ad puteos, quotidie hauriebat aquam. Et quia quotidie vacabat ad puteos,
idcirco inueniri potuit à puero Abraham, & in matrimonium sociari Isaac. Hæc fabulas putatis esse, & hi-
storias narrare in scripturis spiritum sanctum? Animarum est ista eruditio, & spiritalis doctrina quæ te in-
stituit & docet, quotidie venire ad puteos scripturarum, ad aquas spiritus sancti, & haurire semper, ac
plenum vas domum referre, sicut faciebat & sancta Rebecca. Quæ non aliter iungi potuisset tanto patri-
archæ Isaac, qui ex repromissione natus est, nisi hauriendo aquas, & in tantum hauriendo, vt non solum
potare posset eos, qui domini sunt, sed & puerum Abrahæ, & non tantum puerum, sed & eo vsque a-
bundaret aquis, quas hauriebat de puteis, vt & camelos posset adaquare, vsquequo cessarent (inquit)
bibentes. Mysteria sunt cuncta quæ scripta sunt. Vult te Christus sibi desponsare, ad te enim loquitur
per prophetam, dicens, Desponsabo te mihi in æternum, & desponsabo te mihi in fide & misericordia,
& cognosces dominum. Quia ergo vult te sibi desponsare, præmittit ad te istum puerum. Puer iste sermo
B propheticus est, quem nisi prius susceperis, nubere Christo non poteris. Scito tamen, quia nemo inex-
ercitatus & imperitus sermonem propheticum suscipit, sed qui scit haurire aquam de profundo putei, &
qui in tantum scit haurire, vt etiam his sufficiat, qui irrationabiles & peruersi videntur, quorum figuram
tenent cameli, vt & ipse possit dicere, quia sapientibus & insipientibus debitor sum. Denique sic dixerat
in corde suo puer iste, Ex his (inquit) virginibus quæ veniunt ad aquam, quæcunque dixerit mihi, Bi-
be tu, & camelos tuos adaquabo, ipsa erit sponsa domini mei. Sic ergo Rebecca, quæ interpretatur pa-
tientia, vt vidit puerum, & inspexit propheticum verbum, deponit de humero hydriam. Deponit enim
elatam humanæ facundiæ arrogantiam, & ad tam humilem, ac tam simplicem se inclinans propheticum
sermonem, dicit, Bibe tu, & camelos tuos adaquabo. Sed dicis fortasse, si puer prophetici sermonis te-
net figuram, quomodo potatur à Rebecca, quam ipse magis potare deberet? Vide ergo ne forte sicut &
C dominus Iesus, cum ipse sit panis vitæ, & ipse pascat animas esurientes, ipse rursum esurire se fatetur
cum dicit, Esuriui, & dedisti mihi manducare, & iterum cum ipse sit aqua viua, & potum det omni-
bus sitientibus, rursum ipse dicit ad Samaritanam, Da mihi bibere, sic & propheticus sermo cum ipse
potum det sitientibus, nihilominus ipse ab his potari dicitur, cum studiosorum exercitia & vigilantiam su-
scipit. Ista ergo talis anima quæ agit cuncta patienter, quæ tam prompta est, & tanta eruditione sub-
nixa, quæ de profundis haurire scientiæ fluenta consueuit, ipsa potest copulari nuptiis Christi. Ni-
si ergo quotidie venias ad puteos, nisi quotidie haurias aquas, non solum alios potare non poteris, sed
& ipse quoque sitim verbi dei patieris. Audi & dominum dicentem in euangeliis, Qui sitit, veniat &
bibat. Veruntamen mouet me, quid est quod dicitur, Virgo erat, & vir non cognouerat eam. Quasi ve-
ro aliqua sit virgo, quam vir contigerit? Et quid tibi videtur additamentum in virgine, vt dicatur, quia
vir non cognouerat eam? Est enim aliqua virgo, quam contigerit vir? Sæpe iam dixi, quod in his non
D historiæ narrantur, sed mysteria contexuntur. Tale enim in hoc aliquid indicari puto. Sicut Christus ani-
mæ vir dicitur, cui nubit anima cum venit ad fidem, ita huic contrarius vir ille est, cui nubit anima,
cum declinat ad perfidiam. Ipse ille qui & inimicus homo dicitur, cum lolium superserit tritico. Non er-
go sufficit animæ vt casta sit corpore, opus est vt & vir hic pessimus non cognouerit eam. Potest enim
fieri vt habeat quis in corpore virginitatem, & cognoscens istum virum pessimum diabolum, atque ab
eo concupiscentiæ iacula in corde suscipiens, animæ perdiderit castitatem. Quia ergo Rebecca virgo erat,
sancta corpore & spiritu, idcirco eius duplicat laudem, & dicit, Virgo erat, & vir non cognouerat eam.

E Postquam autem biberunt cameli, protulit uir inaures aureas appendentes siclos duos, & ar- ς
millas totidem, pondo siclorum decem. Dixitque ad eam, Cuius es filia? indica mihi, est in do-
mo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit, Filia sum Bathuelis filij Nachor, quem pe-
perit ei Melcha. Et addidit, dicens, Palearum quoque & fœni plurimum est apud nos, & locus spatio-
sus est ad manendum. Inclinauit se homo, & adorauit dominum, dicens, Benedictus dominus deus domi-
ni mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & ueritatem suam à domino meo, & recto itinere me
perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris suæ om-
nia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad homi-
nem ubi erat fons. Cumque uidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cunc-
ta uerba referentis, hæc locutus est mihi homo, uenit ad uirum qui stabat iuxta camelos, & prope
F fontem aquæ, dixitque ad eum, Ingredere benedicte domini, cur foris stas? Præparaui domum & lo-
cum camelis tuis. Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditque paleas & fœnum,
& aquam ad lauandos pedes camelorum, & uirorum qui uenerant cum eo. Et appositus est in conspectu
eius panis.

Postquam autem biberunt cameli, protulit uir inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem, pondo siclorum ς Vbi supra.
decem. HIERONYMVS. Alia litera. Et tulit vir inaurem aureum, didrachmum pondus eius. בֶּקַע Bekaa, quod in hoc loco pro didrachmo scribitur, semiuncia est. שֶׁקֶל Sekel vero, qui Latino sermone si-
clus corrupte appellatur, vnciæ pondus habet. CAIETANVS. Protulit vir inaures aureas appen-
dentes duos siclos. Iuxta Hebræum habetur, Circulum aureum, becah pondus eius. Quantum autem pon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus significet becah , non inueni . Et armillas totidem , pondo siclorum decem . Iuxta Hebræum habetur, & G
duas armillas super manus eius , decem aurei pondus earum. Hæc est veritas Hebraici textus. AVCTOR CATENAE. Protulit vir inaures aureas , & cætera . Tota hæc litera ita est in Hebræo , וַיִּקַּח הָאִישׁ נֶזֶם זָהָב בֶּקַע מִשְׁקָלוֹ וּשְׁנֵי צְמִידִים עַל יָדֶיהָ עֲשָׂרָה זְהַב מִשְׁקָלָם Vaikah hais nezem zahab bèkaa mis'kalo, vsne zemidim al iadèa asara zahab mis'kalam , Et protulit vir inaurem auream , semissis , vel dimidium sicli pondus eius , vel appendentem dimidium ponderis (Non ergo duos siclos , sed dimidium vnius) & duas armillas super manus eius , decem aurei pondus earum . Non ergo decem siclorum pondere . Septuaginta vero primo loco , ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς , pondere vnius drachmæ , posuerunt , cum magna sit inter siclum & drachmam differentia, & vt dicitur commnniter , Siclum quatuor drachmæ faciant . Verum si ἀνὰ exponatur distributiue , vt sit sensus quod quælibet inauris erat ponderis vnius drachmæ , non discrepabunt Septuaginta ab Hebræo dicente inaurem fuisse ponderis semissis vel dimidij sicli . Nam & Lucæ nono sic exponitur, μὴτε ἀνὰ δύο χιτῶνας , id est , Neque binas tunicas , id est singuli duas habeatis . Secundo loco recte verterunt, Δέκα χρυσοῦν ὁλκὴ αὐτῶν , Decem aureorum pondus earum. Chaldaica , Tulit vir inaurem auream appendentem siclum vnum , & duas armillas super manum eius , appendentes decem siclos auri . Sunt igitur inaures ornamentum vultus vel aurium , suspensum per vittam in fronte , sicut armillæ manuum vel brachiorum. *Dixitque ad eam , Cuius es filia ? indica mihi , est in domo patris tui locus ad manendum ? Quæ respondit , Filia sum Bathuelis filij Nachor , quem peperit ei Melcha.* CAIETANVS. Aduerte , quod (vt testatur istemet seruus in hoc eodem capitulo) prius interrogauit eam cuius es filia , illàque respondit , filia Bathuelis filij Nachor , quem peperit ei Melcha , & postea ornauit eam inauribus & armillis tanquam consanguineam domini sui , sed Moyses narrat prius rem gestam , & postea rationem rei gestæ. CHRYSOSTOMVS. Considera & hic puellæ responsum . Nam sicut cum aquam peteret Eliezer , non solum eam dedit , sed & camelos illius potauit , ita & hic rogante seruo num esset locus ad I
manendum , & cuius esset filia , inquit , Filia sum Bathuelis filij Nachor quem peperit ei Melcha . Dicit & patrem & auum , vt illis cognitis fiat alacrior . Vide prudentiam puellæ , de patre rogatur , & non solum hoc indicat , sed & patrem patris . Et cum rogasset seruus solum an esset locus diuertendi , illa non solum respondit , *Et locus spatiosus ad manendum , sed addidit , dicens , Palearum quoque & fœni plurimum est apud nos.* AVCTOR CATENAE. Virgo palam videtur nonnihil tunc cogitasse de Abraham , tam sufficienter & commode respondens , quasi iam diuinaret nuncium esse Abrahæ , cum fratrem haberet auum. CHRYSOSTOMVS. Hæc vt audiuit seruus, admiratus est miram & largam puellæ hospitalitatem . Et vt didicit , quod non ad ignotos quosdam venisset , sed in domum Nachor, qui frater erat patriarchæ . *Inclinauit se homo , & adorauit dominum , dicens , Benedictus dominus deus domini mei Abraham , qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo , & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.* Exhilaratus seruus in his quæ cognouerat , & quæ ei puella dixerat , adorauit dominum , & gratias illi egit , eo quod in patriarcham , & in se tantam declarasset prouidentiam , & quod omnia tam prospere & K
facile successissent . Et dixit , Benedictus dominus deus domini mei Abraham , qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo . Postquam enim vidit puellæ beneuolentiam , & ab ea omnia manifeste didicit , tunc & ipse puellæ significat quis sit , & per gratiarum actionem in deum , manifestum ei facit , quod non ex aliena domo veniat , sed frater Nachor sit , qui huc eum miserat. CAIETANVS. Et recto itinere me perduxit . Iuxta Hebræum habetur , Ego in via , duxit me dominus , & cætera . Subiungit seruus materiam beneficij diuini collati Abrahæ , dicendo , Ego in via , supple constitutus sum , & in ipsa via ducem habui summum essendi principium , sic quod direxit , & duxit me in domum consanguineorum domini mei Abrahæ. AVCTOR CATENAE. Ita quidem scriptum est in Hebræo אָנֹכִי בְּדֶרֶךְ Anochi badèrech , Ego in via . Chaldaica . Et recta via duxit me dominus , sicut est in nostra æditione . Septuaginta ἐμέ τε εὐώδωσε κύριος , Meque prospere duxit dominus . Sed & verbum קָנַד kadad , quod inclinauit vertit interpres , Chaldaica clarius posuit , Et flexit vir genua sua . Septuaginta, Nescio quid diuersum habent, εὐδοκήσας ὁ ἄνθρωπ προσεκύνησε τῷ κυρίῳ, Et complacens homo adorauit dominum. Fidei igitur seruor, & cordis deuotio cum animi gratitudine, erumpebant in ceremonias. Humiliauit se, tantis dei beneficiis se fatetur indignum . CHRYSOSTOMVS. Hæc vbi didicit *Puella cucurrit* (inquit) *& nunciauit in domum matris suæ omnia quæ audierat.* Vide quomodo in singulis declaret nobis hospitalitatis alacritatem , cursu , verbis , mansuetudine . Cum voluptate ergo cucurrit , & significauit in domo matris omnia ea quæ audierat à seruo. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Nunciauit autem in domo matris suæ , dicit , quasi non esset ipsa & patris domus . Locutio itaque est. AVCTOR CATENAE. Parui vero refert quod in Hebræo est , כַּדְבָּרִים הָאֵלֶּה Caddebarim haélle , Secundum verba hæc. Sed idem quod in nostra litera est , videlicet nunciauit omnia quæ audierat . Diuino igitur impulsu & consilio ipsius , omnium quæ à spectabili viro audiebat , credula , alacriter ad matrem currit , illiúsque M
familiæ cuncta euulgat . Cur autem in domo matris , non autem patris dicit , cum adhuc ille viueret , vt paulo infra hoc eodem capitulo patebit ? Forte quia mulieres tabernacula separata in domibus maritorum habebant , in quibus cum filiabus & ancillis opera fœminis competentia , exercebant , sicuti & nostro tempore videmus , & puella potius ad illa , quàm ad paterna tabernacula cucurrit , ceu quæ magis cum matre quàm cum patre conuersabatur , & familiarius illi ac fratri loqui poterat. *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban qui festinus egressus est ad hominem ubi erat fons.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & hic festinatione desiderium suum monstret. AVCTOR CATENAE. Stabat autem seruus ad fontem , vt tanquam amicus inuitari magis , & introduci à viro aliquo , posset , quàm ignotus ad puellæ vocem sese cum tot camelis ingereret . Modestiam docet facto , ne quis se cui oneri esse paruipendat.

Cumq;

A *Cúmque uidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ , & audisset cuncta uerba referentis , hæc locutus est mi-*
bi homo , uenit ad uirum qui stabat iuxta camelos , & prope fontem aquæ. CAIETANVS. Contextus debuisset fieri, Cum enim vidisset. Nam ratio festinationis Laban describitur, tum visus armillarum & circuli, tũ auditus relatorum à Rebecca verborum . Prius enim Moyses describit rem gestam, & deinde rationem rei gestæ. AVCTOR CATENAE. Laban igitur prior festinus exiisse scribitur , deinde vidisse iocalia, & audisse verba sororis , stabulum prouidisse ac parasse . Sic quoque ornamenta prius dedisse scribitur seruus , & postea inquisisse quæ esset , cum id in posterioribus alio narretur ordine , ne exactam gestorum narrationem, & ad viuum digestum ordinem , curiosius in scripturis inquirenda credas. *Dixitque ad eum , Ingredere benedicte domini , cur foris stas ? præparaui domum & locum camelis tuis.* CHRYSOSTOMVS. Vide & hunc benedicentem deum in aduentu peregrini , & antequam hospitalitatem impleuit opere , multis eum exhortatus est. Veni (inquit) ingredere . Prius enim præparaui & locum & domum camelis. CAIETANVS. Ingre-
B dere benedicte domini . Nomen est tetragrammaton . Summum enim deum dantem omnibus esse, etiam Laban didicerat, & tanquam deum communem benefactorem omniũ, beneficum illi quoq; nominat. AVCTOR CATENAE. Patet igitur non fuisse hos homines eatenus idololatras , vt dominum deum verum non coluerint . Verum in hoc tantum reprehensibiles , quod à sculptilibus non abhorrebant , quæ domino erant abominabilia. Videmus etiam omnes istos homines sanctos , instructos ad hospitalitatis gratiam fuisse . Et interim discamus & nos , cum pro foribus iacentem hospitem & peregrinum, pauperem præsertim consipicimus, cum alacritate ei dicere, Ingredere benedicte domini , cur foris stas? *Et introduxit eum in hospitium, ac destrauit camelos, deditque paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum , & uirorum qui uenerant cum eo.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo hi qui adhuc in errore tenebantur, magnam hospitalitatis curam agebant. CAIETANVS. Ac destrauit camelos . Iuxta Hebræum habetur , Absoluit camelos. Proculdubio à vinculis clitellarum . Et aquam ad lauandos pedes camelorum . Hebraicè est , pedes eius, hoc est, illius serui Abrahæ.
C AVCTOR CATENAE. Vere ita est , nam verbum פָּתַח pathah, hoc in loco soluere seu dissoluere significat , licet Septuaginta etiam ipsi, ἀπέσωξε, id est destrauit , dixerint , hoc est , ephippia deposuit , & onera desuper posita . Quod certe nil aliud est quàm eos soluisse. Et רַגְלָיו raglaf, pedes eius , nempe hominis Abrahæ , non autem camelorum reddi debet . Sic & Septuaginta & Chaldaica . Sed & quod in nostra æditione legitur , Et introduxit eum , rectius verbum וַיָּבֹא vaiabo, hoc in loco , Et ingressus est, seu intrauit, vt Chaldaica & Septuaginta habent , vertitur , vt quæ hic aguntur intra domum , non ad Laban referantur , sed ad seruum Abrahæ , qui omne opus in hospitio prosequi cogebatur . Licet alias idem verbum introducere etiam significet , vt introduc viros ad me. *Et appositus est in conspectu eius panis.* Licet panis nomine (vt alias dictum) Gene. 43.
in scriptura omnis cibus significetur , Iuxta illud quarti Regum sexto , Appone eis panem & aquam, & ibidem subditur, Appositáque est eis ciborum magna præparatio. Nihilominus cum Hebraice hic scriptum sit וַיָּשֶׂם לְפָנָיו
D לֶאֱכֹל Vaiusam lephanaf leechol , rectius vertitur , Et appositum est coram eo vt comederet , vel sicut habet Chaldaica, Et posuerunt coram eo cibum. Nam quod dixit panem Latinus interpres, à Septuaginta desumptum est. Sed idem in sensu est, nam panis (vt diximus) pro cibo ponitur. Mystice. Vbi supra.

AVGVSTINVS. Protulit puer inaures aureas , & dextralia aurea , & dedit ea Rebeccæ . In illis inauribus aureis significabantur verba diuina , in illis armillis aureis , opera sancta , quia in manibus opera designantur . Videamus quomodo dederit hæc Christus ecclesiæ . Puer ergo obtulit inaures aureas ad ornandam faciem Rebeccæ , & Christus verba diuina margaritis omnibus preciosiora , dedit ecclesiæ . Et armillas posuit in manibus Rebeccæ , & Christus dedit opera sancta in manus ecclesiæ . Considerate fratres charissimi , & gaudete , & deo gratias agite , quia quod in illis figuratum est , in nobis Christo donante impletum est . Et quomodo Rebecca , nec inaures habere potuit , nec armillas in manibus , nisi Isaac per seruum suum transmitteret , ita & Ecclesia nec verba diuina in auribus , nec opera sancta habere potuisset in ma-
E nibus , nisi hæc illi Christus per suam gratiam , & per suos apostolos contulisset. AMBROSIVS, Fortasse audientes hæc virgines nostræ quæ ad gratiam Christi tendunt , & ipsæ prouocabuntur vt habeant inaures & armillas , & dicant , Quomodo prohibes hoc episcope , vt habeamus quod Rebecca accepit pro munere , & hortaris vt similes simus Rebeccæ ? Sed non has inaures Rebecca habebat , & armillas, quæ lites in ecclesia serere solent , quæ labuntur frequenter , alias inaures habebat , quas vtinam omnes habeamus , alias etiam armillas . Inaures Rebeccæ , pij auditus per obedientiam insignia , & armillæ Rebeccæ, ornamenta factorum sunt . RVPERTVS. Has illi bonus appendit seruus , quando veritati diuinæ scripturæ quilibet minister Christi , & dispensator ministeriorum dei , testimonia necessaria suppeditat incarnati , & pro omni mundo immolati veri Isaac , id est filij dei . Quia vero in duobus præceptis vniuersa lex pendet & prophetæ , vt scilicet deus & proximus diligatur , bene inaures duorum , quia vero in decem
F præceptis operari conuenit , armillæ pondo decem fuere siclorum. AMBROSIVS. Has inaures habebat Rebecca , quæ non grauarent aurem , sed demulcerent , has armillas , quæ brachium non materiali auro onerarent , sed spiritali actu leuarent . Ideo fratri & parentibus in hoc placuit ornatu . Et tu sume inaures , quas tibi Abraham reliquit , sume quas transmittit armillas . Audi verba domini dei tui , sicut ipse audiebat , exequere iussa , sicut ipse properauit implere . GREGORIVS. Rebecca autem esse in domo patris sui locum ad manendum perhibuit , quia à priori iam populo naturæ legem sancta ecclesia se nouisse monstrauit , & prædicationis verba in amplo charitatis gremio suscepit . Doctori enim spaciosus ad manendum locus est , in auditorum corde latitudo veritatis . Vnde & quibusdam dicitur , Capite nos , neminem læsimus , neminem corrupimus , non angustamini in nobis , angustamini autem in visceribus vestris . Ac si aperte eis diceretur , Ad suscipiendam doctrinam spaciosum locum mentis facite , sed ad cogitanda carnalia angusti remanete . Quod palearum ac fœni plurimum habere indicauit , significat , quia sancta ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba vitæ audiens, terrena stipendia prædicatoribus reddidit, quæ Paulus quasi pro nihilo accipere se dixit, Si nos (inquit) spiritualia vobis seminauimus, magnum est si à vobis carnalia metamus? Frater autem Rebeccæ erat Laban. Qui concitus egressus, inaures & armillas sororis accipiens, intus puerum vocauit, quia sunt carnales quique fidelibus coniuncti, qui dum spiritualium dona conspiciunt, in admiratione positi, & si non vsque ad opera, tamen in animam vsque ad suscipiendam fidem verbum prædicationis admittunt. Quia enim bonos sæpe miraculis fulgere considerant, ea quæ de æternitate audiunt, non recusant, quanuis sanctam electorum ecclesiam moribus non sequentes, in carnali operatione remaneant. ORIGENES. Vide autem prudentiam pueri, non vult assumere sponsam domino suo Isaac, nisi quam inuenerit decoram & pulchram facie, virginem, & non solum virginem, sed quam non contigerit vir, & nisi quam repererit aquas haurientem. Non vult aliam despondere domino suo, non ei dat ornamenta nisi talis sit, non dat inaures, non dat brachialia. Manet incomposita, inerudita, incompta. Putamus quia pater Rebeccæ vir diues, non habebat brachialia & inaures, quas imponeret filiæ suæ? Tanta eius aut negligentia erat, aut auaritia, vt filiæ ornamenta non daret? Sed Rebecca non vult de auro Bathuelis ornari. Non sunt ei condigna ornamenta hominis barbari, & imperiti. De domo Abrahæ requirit monilia, quia patientia de domo sapientis ornatur. Non potuerunt ergo aures Rebeccæ recipere decorem suum, nisi veniret puer Abrahæ, & ipse eas ornaret. Nec manus eius ornamenta suscipiunt, nisi quæ miserit Isaac. Vult enim aurea in auribus suscipere verba, & aureos actus in manibus habere. Sed hæc prius accipere non potuit, nec mereri, nisi venisset ad puteos haurire aquas. Tu qui non vis venire ad aquas, qui non vis in auribus tuis aurea prophetarum verba suscipere, quomodo poteris ornatus esse in doctrina? ornatus in actibus, ornatus in moribus?

6 VI ait, Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei, Loquere. At ille, Seruus (inquit) Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo ualde, magnificatúsque est, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque ei omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicens, Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum in quorum terra habito, sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo. Ego uero respondi domino meo. Quid si noluerit uenire mecum mulier? Dominus (ait) in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget uiam tuam, accipiésque uxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cum ueneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi, Domine deus domini mei Abraham, si direxisti uiam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquæ, & uirgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua, & dixerit mihi, & tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier quam præparauit dominus filio domini mei. Cumque hæc tacitus mecum uoluerem, apparuit Rebecca ueniens cum hydria quam portabat in scapula, descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauíque eam, & dixi, cuius es filia? Quæ respondit, Filia Bathuelis sum filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures od ornandum faciem eius, & armillas posui in manibus eius. Pronusque adorauì dominum, benedicens domino deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam & ueritatem cum domino meo, indicate mihi. Sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut uadam ad dexteram, siue ad sinistram.

6 CHRYSOSTOMVS. Attende hic obsecro, magnam famuli huius prudentiam. Quare? Ait enim. *Non comedam, donec loquar sermones meos.* Vos quidem (inquit) officium vestrum in me declarastis, ego autem nequaquam antea quietis meæ rationem habebo, donec causam vos docuero, propter quam in hanc viam sim missus, & quare à Chananæa huc venerim, & quomodo in domum vestram huc ductus sim, vt cum omnia didiceritis, tunc & vos vestram erga dominum meum beneuolentiam declarare possitis. AMBROSIVS. Pulcherrimus locus ad instruendum eos quibus aliquid iniungitur, quod non prius manducauit puer Abrahæ appositum sibi panem, quam mandatum domini exequeretur. AVCTOR CATENAE. Discant igitur omnes serui, vt diligenter, mature, ac fideliter curent mandata dominorum. Tam prolixo confecto itinere, Eliezer cum peruenisset sero, maluit esurire, & sitire, quàm differre negotium. Non enim deserendum est negotium, tunc cum prouidente deo, succesſus cernitur, & sentitur dei beneplacitum, ne neglecta opportunitas à domino concessa, subtrahatur cessantibus nobis, cum velle & adniti cœperimus. CHRYSOSTOMVS. Et incepit narrare, & dixit, *Seruus Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo ualde magnificatúsque est, & dedit ei oues & boues, argentum*

tum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque ei omnia quæ habuerat. Vide quomodo cum diligentia omnia eis narrat. Illius sum (inquit) Abrahæ seruus, quem scitis. Discite itaque quantam ab omnium domino misericordiam consecutus sit, ita vt valde sit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiam, inquiens, oues & boues, argentum & aurum seruos & ancillas, camelos & asinos acquisiuit. Audite diuites, qui tot & tot quotidie emitis prædia, & balnea, ac deambulacra, & splendidas domos ædificatis. Videtis in quibus diuitiæ iusti fuerint constitutæ: Nusquam ager, nusquam domus, & superuacanea sumptuositas, sed oues & boues, cameli & asini, serui & ancillæ. Et vt discas, seruorum multitudo vnde ei contigerit, addidit alio loco, Vernaculi omnes erant. Hic igitur (inquit) dominus meus qui in tanta substantia fuit, & multam superne gratiam inuenit, quando iam senuit Sara, filium peperit ei, hunc habens vnigenitum, eum hæredem omnium suorum constituit quæcunque habuit. Prouer. 25. RVPERTVS. Bene ergo & veraciter sapientia dicit, Sicut frigus niuis in die messis, sic legatus fidelis ei qui misit illum, animam eius refrigerabit. Quo enim potuit modo, legatus fidelis melius eniti ad refrigerium animæ eius qui illum misit? Supplicem præmisit orationem ad deum domini sui, muneribus beneuolentiam puellæ amplius animare studuit, opportunitatem dicendi egregie sustinuit, & cum gratus esset hospitibus, siluit adhuc, donec in conspectu suo panis poneretur, & tunc demum inter maxima fœdera hospitij, id est in præsentia panis appositi, sermonem ingressus est, à veris incipiens laudibus dei, & Abraham domini sui. CAIETANVS. Ex hoc loco apparet, quod Abraham postquam eiecit Ismaëlem, donauit omnia, adhuc viuente Sara filio suo Isaac. Et retulit hæc seruus, ne crederent parentes Rebeccæ, quod diuitiæ Abrahæ hæreditandæ essent à multis filiis. AVCTOR CATENAE. Seruus Abraham sum, & cætera. Abraham non solum cognatis, sed omnibus terræ regibus celebri fama notus erat, ideo absolute dicit, Seruus Abrahæ sum. Fidelis certe, quia omnia bona domini sui deo accepta refert, cuius amicum prædicat plenum diuitiis, sed incertis & mobilibus, non enim agros, vineas, domos, oppida, census habebat. Vnicum filium senectutis, & dilectissimum, omnium hæredem bonorum commemorat, ne auari consanguinei causentur de danda filia sponso non satis diuiti. CHRYSOSTOMVS. Dein postquam narrauit domini gloriam, & Isaac partum, dicit insuper & mandata quæ acceperat, vt in Mesopotamiam proficisceretur. *Et adiurauit* (inquit) *me dominus meus, dicens, non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum in quorum terra habito, sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo.* AVCTOR CATENAE. Hactenus igitur domini fortunas seruus enarrauerat, nunc institutum de amicitia firmanda magis proponit, cum non aliam vult filio vxorem quam filiam illorum, cum non crediderit aliquatenus negandam, maxime cum clare dei voluntas & ordinatio idipsum exposcant. CHRYSOSTOMVS. Et ipse quidem (inquit) hæc mihi mandauit, *Ego uero diffisi cultatem negocij mecum perpendens respondi domino meo, Quid si noluerit uenire mecum mulier? Dominus (ait) in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget uiam tuam, accipiésq; uxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea cum ueneris ad proximos meos & non dederint tibi.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Notandum quod in narratione huiusmodi mandati sibi facti, sententi a eadem reperitur, verba vero non omnia, vel ipsa, vel ita dicta sunt. Quod admonendum putauimus propter stultos & indoctos homines, qui euangelistas hinc calumniantur, quod in aliquibus verbis non omnino conueniunt, quanuis rebus atque sententiis omnino non discrepent. Certe enim istum librum vnus homo scripsit, qui ea quæ supradixit cum mandaret Abraham, vel relecta sic ponere potuit, si ad rem pertinere iudicaret, cum veritas narrationis non exigat, nisi vt rerum sententiarúmque sit veritas, quibus voluntas (propter quam intimandam verba fiunt) satis apparet. Quod autem habent Latini codices narrante seruo Abrahæ quæ sibi mandauerat dominus eius, Tunc innocens eris à iuramento meo, vel iuratione mea, Græci habent à maledicto meo, ὅρκῳ enim dicitur iuratio, κατάρα maledictum, vnde &, κατάρατος, maledictus, vel ἐπικατάρατος, dicitur. Proinde oritur quæstio, quomodo ista iuratio maledictum posset intelligi, nisi quia maledictus est qui contra iurationem fecerit. CAIETANVS. Reputauit interpres superfluam esse repetitionem, quæ in textu Hebraico legitur, Tunc eris mundus à iuramento meo, quando venies ad cognationem meam, & si non dabunt tibi, & eris mundus à iuramento meo. Duo sub iureiurando comprehendebantur. Alterum, vt iret ad cognationem Abrahæ quæ morabatur inter Tigrim & Euphraten. Et ad implendum hoc, per multas forte vagandum erat ciuitates, in quas sparsa erat cognatio Abrahæ, & propterea quantum ad iter complendum, mentio fit iuramenti. Alterum, quod diligentia sua vteretur apud singulos consanguineos Abrahæ, donec inueniret vxorem filio suo Isaac, & propterea iterum fit mentio iuramenti. AVCTOR CATENAE. Dominus in cuius conspectu ambulo. Verbum Hebraicum יִתְהַלָּכְתִּי Hithallacti, cuius radix Ialach est, quod ambulo vertit interpres, & recte Chaldaica declarare volens quid significet, posuit dominus in cuius conspectu ego seruio. Et Septuaginta, ᾧ εὐηρέστησα ἐνώπιον αὐτοῦ, Cui placui coram eo, Et Græcismus est, non enim poterat ei placere nisi ante ipsum. Innocens eris à maledictione mea & cætera. Erudite more suo summauit hic interpres verba Hebraica, & repetitionem effugit, quæ ita sunt vt in Chaldaica, videlicet tunc eris innocens à maledictione mea, quando ieris ad cognationem meam, & si non dederint tibi, eris innocens à maledictione mea. Sic & Sepuaginta, nisi quod in replicatione, loco maledictionis posuerunt, ἀπὸ τοῦ ὅρκισμοῦ σου, A iuramento tuo, cum in Hebræo eadem vtrobique sit dictio אָלָה ala, quæ & iuramentum significat & maledictionem. Matrimonia itaque, dei tantum dispensatione geruntur, & angelorum ministerio, non humano consilio apud sanctos, vt sciant conditionem suam omnem pendere à domino, cuius nutu coniuges facti, pacifice, amanter, & fideliter cohabitent, & in omnibus dei circa se dispensationem agnoscant. Et accipies (dixit) vxorẽ quasi dicendo, nemo impediet, nemo detrectare poterit quod imperauit dominus. Tunc aũt innocens eris à maledictione mea, & solutus à iuramento tuo, si ieris ad meos, & noluerint tradere tibi sponsã. Terrere vult prudẽs seruus hoc verbo, ne se parẽtes virginis reos statuãt spretę volũtatis diuinæ, vt si

Universidad de Deusto
Biblioteca

næ, vt si nolint vti amicitiæ legibus, saltem maledictionis imprecatæ & imminentis pœnam euadant. G
CHRYSOSTOMVS. Prosequitur autem seruus, dominus quidem hæc mihi mandauit, & talibus precibus factis, viatico me instructum huc misit. Ego autem fretus illius precibus, *veni hodie ad fontem aquæ.* AVCTOR CATENAE. Non quod die vno à domo Abrahæ vsque ad puteum illum peruenerit, sed quod hodie viam suam continuando, vsque ad terminum illum perduxerit. *Et dixi, Domine deus domini mei Abraham, si direxisti uiam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquæ, & uirgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua, & dixerit mihi, & tu bibe & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier quam præparauit dominus filio domini mei.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. In Hebræo scriptum est. Ecce ego stans iuxta fontem aquæ, & erit adolescentula quæ egredietur ad hauriendum, & dixero ei, da mihi bibere paululum aquæ de hydria tua, & cætera. Pro
Esaiæ. 7. adolescentula quoque quæ Græco sermone, νεανίς, dicitur, ibi legimus עַלְמָה Alma, quod quidem & in Esaia habetur. Nam in eo loco vbi in nostris codicibus scriptum est, Ecce virgo concipiet, & pariet, Aquila transtulit, Ecce H
adolescentula concipiet, & pariet. In Hebræo legitur, Ecce alma concipiet & pariet. Notandum ergo, quod verbũ alma, nunquam nisi de virgine scribitur, & habet etymologiam, ἀπὸ κρυφῆς, id est abscondita. Scriptum siquidem est in Iob & sapientia. Vnde inuenietur? Et quis locus intellectus? Et absconditur ab oculis omnis viuentis. Vbi nunc diximus absondetur, in Hebræo propter declinationem verbi aliter figuratam נַעֲלָמָה naalma dicitur. Huic quid simile, licet masculino genere declinetur, & in Regnorũ libris scriptum est, ex persona Helisæi loquentis ad Giezi, Et dominus absondit à me. Ergo alma, quod interpretatur abscondita, id est virgo, nimia diligentia custodita, maioris mihi videtur laudis esse, quàm virgo. Virgo quippe iuxta Apostolum potest esse corpore, & non spiritu. Abscondita vero quæ virgo est, ἀπείρανδρια virginitatis habet, vt & virgo sit & abscondita, & quæ abscondita est, iuxta idioma linguæ Hebrææ, consequenter & virgo est. Quæ autem virgo, non statim sequitur vt abscondita sit. Hoc idem verbum, & in Exodo, de Maria sorore Moysi virgine legimus. I
Ostendant igitur Iudæi in scripturis alicubi positum alma, vbi adolescentulam tantum, & non virginem sonet, & concedimus eis, illud quod in Esaia apud nos dicitur. Ecce virgo concipiet, & pariet, non absconditam virginem, sed adolescentulam significare iam nuptam. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Ipsa est mulier quam præparauit dominus filio domini mei. His verbis satis euidenter expressum est, etiam mulieres appellatas locutione Hebraica quæ virgines essent. AVCTOR CATENAE. Ostendit itaque irrefragabili voluntate dei ordinatum videri, & Abrahæ precibus obtentum, vt omnia sibi prospere cesserint, ne quis audeat dei resistere ordinationi. Quidquid enim seruus Abrahæ optaret, orando inspirauit, & subito postulata concessit. CHRYSOSTOMVS. Hæc ego quidem (inquit) apud memetipsum deum rogaui, nondum autem finem acceperant quæ à me dicta sunt, & confestim adimpletum est. Nam priusquam ego dicendi finem facerem, hoc est, *Cum hæc tacitus mecum uoluerem, apparuit Rebecca ueniens*
cum hydria quam portabat in scapula, descenditq; ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ K
festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. CAIETANVS. Cumque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca. Clarius signum diuinæ prouidentiæ iuxta Hebræum manifestatur, Ego adhuc non finieram loqui in corde meo, & ecce Rebecca egrediens, & cætera. AVCTOR CATENAE. Non autem eo ordine singula hoc loco prosequitur, quo fuerant descripta prius, vt discamus sensum, & quæ ad rem pertinent potius expendere quàm verba, seruarique in sacris literis communem loquendi figuram. CHRYSOSTOMVS. Et cum viderem iam euidentem fieri prouidentiam. *Interrogaui eam, & dixi, cuius es filia? Quæ respondit, Filia sum Bathuelis filij Nachor, quem peperit ei Melcha.* CAIETANVS. Ideo enim iste refert orationem suam innixam promissioni Abrahæ, & huiusmodi occursum euentus, vt diuinæ prouidentiæ opus agnosceretur. CHRYSOSTOMVS. Et vt didici è quibus esset nata, dixi quod non ad alienos venissem, sed in domum Nachor fratris domini mei. Vnde sumpta spe bona, *Suspendi inaures ad ornandam faciem eius, & armillas* L
posui in manibus eius, CAIETANVS. In Hebræo non habetur præpositio in, sed præpositio supra, ne intelligeremus ornamenta manuum, sed ornamenta membrorum super manus. Et hæc quoque sunt ornamenta brachiorum, quemadmodum anuli sunt ornamenta digitorum. AVCTOR CATENAE. Dictio עַל al, etiam in significat, vt ibi, Viues in gladio. Vnde recte transtulit in manibus interpres. Potuerunt enim esse & manus ornamenta, quæ vulgo manilia appellamus. Quidquid autem circa caput ornamenti apponitur, ad faciei decorem pertinet, ideo dicit inaures ad ornandum Rebeccæ faciem dedisse. *Pronúsque adoraui dominum, benedicens domino deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Benedicens domino deo domini mei Abraham. Honorificentiæ locutio est, & familiarissima scripturis, sicut deus Heliæ. AVCTOR CATENAE. Qui perduxit me recto itinere, Hebraica verba בְּדֶרֶךְ אֱמֶת bederech emeth, possunt etiam reddi in via veritatis, & ita est in Septuaginta, seu per viam veritatis, vel in viam rectam, vt M
est in Chaldaica. Hac autem via peruenit Eliezer, quia fideliter agentem deus non deseruit. Affuit in principio, medio, & fine, non errare permisit in opere, differrique noluit quod moliebatur. Simúlque nota, quod hoc loco Rebecca scribitur filia fratris Abrahæ, & paulo ante supra filia dicitur Bathuelis filij Nachor fratris Abrahæ, vt modum loquendi veterum discamus, quo proximo cognati, fratres appellantur. CHRYSOSTOMVS. Verum hæc ita (inquit) à domino dispensata sunt, & ad preces domini mei ita euenerunt. *Quamobrem si facitis misericordiam & ueritatem cum domino meo indicate mihi.* AVGVSTI-
Vbi supra. NVS. Duo illa quæ assiduè ponuntur in aliis sanctis scripturis, & maxime in psalmis, Misericordia & veritas, hinc iam apparere cœperunt. CHRYSOSTOMVS. Iam ergo (inquit) significate mihi, vt scire possim quid me oporteat facere. CAIETANVS. Appellat autem misericordiam, quia non tenebantur,

A tenebantur, appellat veritatem, quia erat verificatio tot signorum diuinæ voluntatis. AVCTOR CATENAE. Si facitis, & cætera, hoc est, si vultis Rebeccam tradere vxorem filio Abrahæ, significate mihi. *Sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut uadam ad dexteram, siue ad sinistram.* AMBROSIVS. Simplicitas quidem toto hoc in loco moralis exprimitur, quod nullus fuerit vel in coniugij petitione ambitioni locus, sed dominus præsul coniugij, petitionem impleuerit. AVGVSTINVS Per dexteram scilicet prosperitatem, per sinistram aduersitatẽ significauit, id est dexteram si concesserint: sinistram, si non concesserint. Nam vtique ea via rediturus fuerat qua venerat, locutionem scripturarum etiam cætera earum lõca indicabunt, quia dextera nominatur in omnibus bonis, sinistra in malis, siue fœlicitas & infœlicitas, siue iustitia & iniustitia, & aliquando dextera in æternis, sinistra in temporalibus. CAIETANVS. Iurauerat seruus ire per terram illam inter Tigrim & Euphraten ad vniuersos cognatos Abrahæ, quousque inueniret vxorem Isaac, & Nachor frater Abrahæ genuerat duodecim filios, Vbi supra.
B vt patet superius in calce capituli vigesimisecundi, quorum vnus erat Bathuel pater Rebeccæ, propterea dicit, vertam me ad dexteram, vel ad sinistram. AVCTOR CATENAE. Hoc est, alibi quæram puellam quæ fiat vxor filij Abrahæ. Si (inquit) honesto illius desiderio acquiescere placet, pro amicitia quam de vobis sibi pollicetur, acquiescite, sin minus, negate, vt sciam quid facto sit opus.

GREGORIVS. Spiritaliter vero Laban paleas, fœnum, aquam, & panem obtulit, fidelis autem seruus Mystice.
ille nisi causam prius coniugij obtineret, accepturum se esse recusauit, quia sunt plerique, qui doctores suos ex temporalibus stipendiis continere parati sunt, sed prædicatores sancti recipere nolunt temporalia, nisi prius obtineant æterna. Si enim in animabus fructum non inueniunt, sumere stipendia corporibus contemnunt, nec Matth. 10.
pedes aqua lauant, quia laborem sui desiderij nulla consolatione releuant. RVPERTVS. Prius enim est secundum imperium mittentis, vt in quancunque domum intrauerint, primum dicant, pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, cum requieuerit super illam pax euangelica, tunc demum in eadem (inquit) domo manete, Lucæ. 10.
C edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Qui autem non susceperint vos, etiam puluerem de pedibus vestris extergite in eos. CYRILLVS. Sicut autem seruus Abraham, diuitias domini sui enarrat, & filium illi vnigenitum à deo datum, ita & apostoli cum gentes in fide erudirent, narrabant dei patris diuitias gloriæ & gratiæ, quodq; vnicum filium omnium hæredem constituisset dominum Iesum Christũ. INTERLINEARIS. Seruus (inquit) Abraham sum. Commendatio mittentis, vt propter mittentem missus audiatur, sicut & illud, Paulus seruus Iesu Christi, & Iacobus Iesu Christi seruus. Quid est autem, & dominus benedixit domino meo valde magnificatusq; est, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos, Et peperit Sara vxor domini mei filium in senectute sua, deditq; ei omnia quæ habuerat, nisi fidei Christi subiecit omnipotens pater cuiusq; generis homines, simplices videlicet, prudentes, eloquentes, sapientes, seruiliter pro tempore
D ralibus seruientes, & in tribulatione patientes? Qui quidem Christus in vltima ætate mundi, gratia & bona voluntate eius factus est ei filius ex semine Abrahæ secundum carnem, cui omnia quæ habuit dedit pater ipse, secundum illud eiusdem filij, Pater omnia quæ tua sunt, dedisti mihi. Sed & quod miraculum seruus narrat, eo pertinet, vt qui non credunt verbo, miraculis credant.

RESponderuntque Laban & Bathuel, à domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius 7
quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit uxor filij domini tui, sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram dominum. Prolatisque uasis argenteis & aureis, ac uestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere. Fratribus quoque eius & matri dona obtulit. Initóque conuiuio uescentes pariter & bibentes, manserunt ibi.

E CHRYSOSTOMVS. Postea quoniam deus erat, qui omnia propter preces patriarchæ secundabat. 7
Responderunt Laban & Bathuel, pater scilicet virginis & frater. CAIETANVS. Cum nullus alius Bathuel in scriptura manifestetur nisi pater Rebeccæ, non est opus vertere in dubium quis sit iste Bathuel. Quod autem nominetur prius filius quàm pater, promptitudinis filij signum est. Promptior enim iuuenis animus præueniens patris responsionem, suggerendo diuinum esse hoc opus, insinuatur. AVCTOR CATENAE. Vel forte patre sene, maior filius Laban familiam vniuersam regebat, & ideo prius nominatur. *A domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.* CHRYSOSTOMVS. Ex narratione tua satis intelligimus, totum hoc diuina dispensatione fieri. Ne igitur putes nos velle aduersari his, quæ deo probantur. CAIETANVS. Et hinc apparet, quod Bathuel & sui colebant summum deum profitendo non solum quod dat esse omnibus (nomen enim est hic tetragrammaton) sed etiam quod curam habet horum singularium singulariter. AVCTOR CATENAE. Non possumus extra placitũ eius quic-
F quam aliud loqui tecum. Sensum Hebraicorum verborum optime expressit interpres, quæ huiusmodi sunt לֹא נוּכַל דַּבֵּר אֵלֶיךָ רַע אוֹ טוֹב Lo nuchal dabber elécha raa o tob, Non possumus loqui tecum malum aut bonum, Ita & Chaldaica. Et Hebraissimus est, pro, ordinatio hæc est diuina, cui non possumus nec debemus reluctari. Septuaginta quoq; παρὰ κυρίου ἐξῆλθε τὸ πρᾶγμα τοῦτο, οὐ δυνησόμεθά σοι ἀντιπεῖν κακὸν ἢ καλόν, A domino egressa est res hæc, non poterimus tibi contradicere malum aut bonum. Tantæ igitur fuerunt religionis, vt euẽtus istius ordinem diuinæ prouidentiæ, non casui aut fortunæ adscripserint, & domini voluntatem agnitam infringere timuerint. *En Rebecca coram te est, tolle eam & proficiscere & sit uxor filij domini tui, sicut locutus est dominus.*
CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo solebant olim filiis suis vxores ducere. Quomodo magis animæ generositatem, quàm opum abundantiam inquirebant, nusquam instrumenta, nusquam pacta, & alia ridicula quę nũc apud nos fiunt, & verba illa quæ in literis continentur, Si absque liberis (inquit) moritur, si hoc & hoc contingat. Verum apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erant, virginis mores, nusquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cymbala & choreæ. Et hoc scies,quando ad sponsum virginem videris introduci. Sicut (inquit) locutus est dominus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS. Quæritur autem quando locutus sit dominus, nisi quia vel prophetam esse Abraham nouerant, & prophetice à domino dictum, quod per illum dictum fuerat agnoscebant, aut signum illud quod sibi datum seruus eius narrauit, loquutionem domini appellauerunt. Hoc enim magis de Rebecca expressum est. Nam quod Abraham dixerat, non de Rebecca dixerat, sed de aliqua fœmina ex tribu vel cognatione sua, & hoc ad vtrunque,vt immunis esset à iuramento seruus si non impetrasset, quod vtique non dicitur, cum aliquid prophetatur. Certam enim decet esse prophetiam. *Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram dominum.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo in omnibus quæ fiebant, vniuersorum domino gratias offert. Ipse enim erat, qui antea præparabat omnia, & iuxta verbum Patriarchæ præmittebat angelum suum ante illum, qui omnia fœliciter ordinabat. AMBROSIVS. Disce hinc, quod etiam senioris ætatis seruuli, pueri à sancta scriptura dicantur. Vnde & quidam Poeta hoc sequendum putauit, siue in eorum vsum, qui sibi docti & sapientes videntur, ipse hoc reperit, siue de nostris ipse transtulit, siue translatum inuenit, Pascite vt ante boues pueri, submittite tauros. Vnde & pueros dicimus quando seruulos significamus, non ætatem exprimentes, sed conditionem. AVCTOR CATENAE. Seruus igitur Abraham, ad omnia edoctus, dominum deum laudat, adorat, benedicit. Cuius etiam sapientiam & pietatem cognosce, qui vt & alios adorare doceret, in eorum conspectu in terra genua sua flexit. CHRYSOSTOMVS. Denique certior factus seruus de negotio bene perfecto, *Prolatis uasis argenteis & aureis, ac uestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere.* Nunc enim cum fiducia ministrat ei omnia hæc, quasi iam verbis desponsatæ Isaac. CYRILLVS. Quia in omni tempore prius deo laudes & gratiarum actiones referendæ sunt, seruus Abraham prius deo gratias egit, postmodum dona amicis dedit. CAIETANVS. Hebraica consuetudine quæcunque instrumenta appellantur vasa, & propterea hic ornamenta vasa nuncupantur. AVCTOR CATENAE. Abundant autem in nostra litera duæ vltimæ dictiones, pro munere, Sed eas posuit interpres, quia necessario subintelligebantur. CHRYSOSTOMVS. Honorat autem donis & fratres & matrem puellæ. *Fratribus quoque* (inquit) *eius & matri dona obtulit.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et poma dedit fratri eius,& matri eius. Teste Iosepho, seruus iste tulit secum fructus terræ quibus Mesopotamia carebat,& propterea pretiosa appellantur hæc poma. AVCTOR CATENAE. Dictio מִגְדָּנֹת Migdanoth proprie significat fructus seu poma, scilicet optima & electa. Et inde postmodum ponitur pro optimo seu electo cuiuscunque rei. Significat ergo hoc in loco res pretiosas, puta iocalia aurea, lapides pretiosos, & huiusmodi. Septuaginta etiam & Chaldaica mutandem refici se passus est. Vnde & sequitur, *Initoque conuiuio, uescentes pariter & bibentes, manserunt ibi.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, & comederunt & biberunt ipse & viri qui cum eo, & pernoctarunt. Clare enim explicatur, quod sequenti die petiit vt recederet. AVCTOR CATENAE. Hebraica hoc in loco sunt huiusmodi וַיֹּאכְלוּ וַיִּשְׁתּוּ הוּא וְהָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר עִמּוֹ וַיָּלִינוּ Vaiochlu vaistu hu vehaanasim aser immo vaialinu,Et comederunt & biberunt ipse & viri qui cum eo, & pernoctauerunt,vel & dormierũt, vt habet Chaldaica. Sic & Septuaginta.

Virgil. in Bucolicis.

Mysticè.

INTERLINEARIS Quod autem responderunt Laban & Bathuel, A domino egressus est sermo, Non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum, & cætera. Id nobis innuit quod cognita dei dispositione, Ecclesia de gentibus ad fidem Christi venire permittitur, ita vt qui non vult iritari, non præsumat aduersari. GREGORIVS. Vbi autem coniugij causam puer obtinuit, vasa aurea atque argentea, ac vestes protulit quas Rebeccæ dedit, quia doctores sancti ecclesiæ tot ornamenta præbent, quot virtutum dona docuerint. Quæ enim prius inaures atque armillas acceperat, iam nunc vasa aurea & argentea ac vestes accepit, quia sancta ecclesia quæ antè per fidem, operationem & obedientiam percepit, excrescens postmodum, etiam ad spiritualia dona conualescit, vt prophetiæ spiritu repleta, & virtutum gratia, ampliatis iam muneribus crescat. Puer vero matri eius ac fratribus dona obtulit, quia gentilitas ex quo ecclesia ad fidem venit, post conuersionem eius in gloria temporali conualuit, sicut & nunc cernimus, quia vbique Christiani afflictionem sentiunt, & gentiles quoque in terrena virtute gloriantur. Sed & fratres eius dona percipiunt, quia ij qui eam fidem verbotenus tenent, sed tamen professionem suam moribus non sequentes, carnaliter viuunt, benigne à fidelibus honorari solent, pro eo quod esse fideles merentur. Mater ergo & fratres dona percipiunt, à sorte tamen hæreditatis alieni, quia siue infideles, siue carnales qui intra fidei professionem tenentur,ad hæreditatis æternæ sortem non veniunt, sed tamen supernæ largitatis gloriam temporaliter consequuntur. AMBROSIVS. Vel sponsata ecclesia accepit vasa aurea & argentea, in quibus esset
2. Cor. 4. thesaurus fidei,sunt etenim vasa in honorem,sunt & in contumeliam. Quæ sint ea vasa,audi. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Vasa fictilia, corpora nostra sunt, fides nostra, thesaurus est. Et fortasse iam etiam ipsa corpora nostra quæ thesaurum habent, aurea sunt, quia sunt plena prudentiæ, & argentea vasa sunt, quæ videntur mandati cœlestis alloquiis refulgere. Honorantur autem & parentes muneribus. INTERLINEARIS. An forsan vasa aurea & argentea,& vestes donatæ Rebeccæ,sensus sunt scripturæ,cum eloquentia & morum honestate, quæ ecclesiæ per os sanctorum apostolicorum virorum in prædicationibus condonantur?

8 SVrgens autem mane,*locutus est puer,Dimitte me,ut uadam ad dominum meum. Respondentque frater eius & mater*, Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite(ait)*me retinere,quia dominus direxit uiam meam. Dimittite me,ut pergam ad dominum meum.* Et dixerunt, *Vocemus puellam, & quæramus ipsius uoluntatem. Cumque uocata uenisset,sciscitati sunt,uis ire cum homine istoc*

A *isto? Quæ ait,uadam. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius, seruumque Abraham & comites eius,imprecantes prospera sorori suæ,atque dicentes,Soror nostra es, crescas in mille milia,& possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt uirum, qui festinus reuertebatur ad dominum suum.*

CHRYSOSTOMVS. Quoniam omnia seruo tam fœliciter successerant, & nihil erat quod restaret, & 8
puellæ propinquis bene placebat tradere illam filio Abrahæ, idcirco *Surgens mane locutus est puer, Dimitte me,ut uadam ad dominum meum. Responderunt frater eius & mater.* CAIETANVS. Præuenitur semper Bathuel pater à Laban filio,vt pote iuuene prono ad respondendum,tanquam porrigendo tum patri tum matri quid respondendũ
sit,& propterea nominatur priusquam mater,quæ accessit pariter ad responsionem filij tacente patre. *Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur.* AVCTOR CATENAE. Ex naturali hoc dictum liquet
B amore ne tam cito & quodammodo inopinatè à Rebecca separarentur,quam bene coniiciebant se postea aut raro,aut nunquam visuros. Ille autem dixit ad eos, *Nolite me retinere,quia dominus direxit uiam meã. Dimittite me,ut pergam ad dominum meum.* CHRYSOSTOMVS. Ne me ergo detineatis, etenim dominus prosperum fecit iter meum,nec vltra differatis,cum deus tantã facilitatem mihi in omnibus dederit. Dimittite me,vt pergam ad dominum meum. CAIETANVS. Suadere nititur ex parte diuinæ voluntatis,vt conformẽt velle suum summinum meum. CAIETANVS. Suadere nititur ex parte diuinæ voluntatis,vt conformẽt velle suum summinum meum. AVCTOR CATENAE. Ac si dicat,qui viam meam retardaret,diuinæ voluntati cõ
mi dei prouidentiæ. AVCTOR CATENAE. Ac si dicat,qui viam meam retardaret,diuinæ voluntati cõ
trairet. Serui hoc loco docentur non nectere morarum causas,citius redire expletis negotiis. Cunque in opere san
trairet. Serui hoc loco docentur non nectere morarum causas,citius redire expletis negotiis. Cunque in opere san
cto dei experimur auxilium,non cessandum esse. *Et dixerunt, Vocemus puellam, & quæramus eius uoluntatem. Cunque*
C *uocata uenisset, sciscitati sunt, uis ire cum homine isto? Quæ ait,uadam.* AMBROSIVS. Consulitur puella, non de
desponsata viro de profectionis consulitur die. Nec immerito dilationem non attulit, iure enim properare debuit ad maritum,cum tot & tanta diuinæ prouidentiæ huiusmodi in re signa conspiceret. Vnde illud Euripide-
on,quod mirantur plerique vnde translatum sit,manifestum est. Ait enim in persona mulieris quæ tamen mari-
tum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias. Sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit.
Hoc enim non est meum. Ergo quod ipsi philosophi mirati sunt,seruate virgines. Mulier etiam,si qua amisso cito
marito adolescentula laqueum infirmitatis suæ timet incidere, si vult,nubat, tantum in domino, vt electionem
mariti parentibus deferat,ne appetentiæ procacioris æstimetur auctor,si ipsa de nuptiis suis electionem sibi ven-
dicet. Expetita enim magis debet videri à viro,quàm ipsa virum expetisse. Verecundiam præmittat antequam nu
bat, quo ipsum coniugium plus commendet verecundia. Sed illæ verba imitantur, opera imitari nequeunt.
INTERLINEARIS. Quia fides est voluntatis,non necessitatis,& secundum leges sponsalia consensu con-
D trahentium fieri oportet,ideo de voluntate puellæ ad coniugium contrahendum perquirunt. AVCTOR CATENAE. Vocemus puellam,& quæramus ipsius voluntatem. Hebraicè est וְנִשְׁאֲלָה אֶת פִּיהָ Venisala eth piha, Interrogemus os eius. Sic & Septuaginta. Et Hebraismus est,pro audiamus verbum eius,vel scisciteмur consen
sum eius,& id demum quod Latinus vertit interpres. Chaldaica, Et audiamus quid ipsa dicat. Discant parentes
ex hoc loco,non cogere puellas,nec maritis inuitas tradere. Filiæ item monentur hoc casu obsequi parentum fi-
dei & prudentiæ. Hic autem primum legitur consensus mulieris in matrimonium requisitus,& deinceps pro iu-
re habitum,vt semper requiratur. Nec obstat si dicas,quod non de sponsalibus aut coniugij consensu requisita fue
rit Rebecca,sed de profectione cum homine,nam & ipsa respondit, vadam, quia ex consequenti de consensu in-
terrogata est,etenim profectio illa ad matrimonium ordinabatur. Vocata autem puella & interrogata,statim res-
pondit,Vadam. Concordabant enim admodum studia humanitatis vtrinque,hoc est,in seruo fideli,& honestis-
sima puella. Dei prouidentiam plena fidutia suscipiebat Rebecca. Domum viri sancti, & filium æquè sanctum,
E sponsum cupiebat. Virgines si nolunt se continere,non erubescant nuptias,sed vt honestum statum religiose am-
plectantur,à parentibus inuitatæ,non tamen procaciter ambiant,ne voluptatis & impatientis veneris labe noten
tur. *Dimiserunt ergo eam & nutricem illius, seruumque Abraham & comites eius.* HIERONYMVS. Honestum
quippe erat,vt ad nuptias absque parentibus virgo proficiscens,nutricis solatio foueretur. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur,Dimiserũntque Rebeccã sororem eorum. Cum solus Laban nominatus hactenus fuerit
frater Rebeccæ, insinuat pronomen eorum conuenisse consanguineos ad mittendam Rebeccam sororem eo-
rum,vt moris est. AVCTOR CATENAE. Dictionem autem מֵנִקְתָּהּ Mẽnikta, Nutricem suam, Septua-
ginta, καὶ τὰς ὑπαρχόντας αὐτῇς, & substantiam eius,hoc est,dotem interpretati sunt,sine qua non est verisimile ab-
scessisse eam. Attamen & in Hebræo & in Chaldaica, nutrix legitur. Et benedixerunt (inquit) Rebeccæ *impre-
cantes prospera sorori suæ,atque dicentes,Soror nostra es, crescas in mille milia,& possideat semen tuum portas inimicorum suorum.*
F CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & illi ignorantes virgini quæ futura sunt,dixerunt, deo mentem eo-
rum ad hoc dirigente & incitante. Vtráque enim ei prædicta sunt,tum quod in mille myriades fieret, tum quod
semen eius hæreditate possessurum esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentem dei prouidentiam re-
lucere,quomodo per infideles futura, vt prædicantur, dispensat omnium dominus. AVGVSTINVS IN
QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod Rebeccæ dixerunt fratres eius proficiscenti, Soror
nostra es,esto in milia milium,& hæreditate obtineat semen tuum ciuitates aduersariorum tuorum, non prophe
tæ fuerant,aut vanitate tam magna optauerunt,sed eos quod promiserat deus Abrahæ, latere non potuit. IN-
TERLINEARIS. Hoc autem istis carnaliter orantibus,spiritualiter impletum est,Christo super omnes gen
tes dominante. CAIETANVS. Benedictio hæc imprecatiua,ex auditis à seruo Abrahæ referente promis-
siones diuinas factas semini Abrahæ,profecta est. AVCTOR CATENAE. Et possideat semen tuum por-
tas inimicorum suorum. Dictionem שַׁעַר Sáar,significantem portam, Septuaginta clarius interpretati sunt, vi-
delicet, καὶ κληρονομησάτω τὸ σπέρμα σου τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων, Et hæreditet semen tuum ciuitates aduersario-
rum. Imprecati

rum. Imprecati ſunt itaque omnia fauſta patrio more, vt creſceret in populum magnum ac liberum, prophetiámque videntur protuliſſe de ſeminis illius, & de populi ex ipſa generandi egregiis victoriis, de tot regibus & vrbibus. *Igitur Rebecca & puellæ illius aſcenſis camelis ſecutæ ſunt uirum, qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum.* CHRYSOSTOMVS. Vide qualem ſponſam ducat patriarcha, aquantem, & hydriam ſuper humeros ferentem, & nunc iterum aſcendentem ſuper camelos. Nuſquam mulæ argento fulgentibus ceruicibus, neque famulorum turba, neque magna mollities, quæ nunc fieri ſolent, ſed tantum erat priſcarum mulierum robur, vt & in camelos ſuos aſcenderent, & ſic iter facerent. Et profectæ ſunt (inquit) cum homine. AVCTOR CATENAE. Qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum. Nihil horum eſt in Hebræo, ſed וַיִּקַּח הָעֶבֶד אֶת רִבְקָה וַיֵּלַךְ Vaikah haébed eth ribka vailach, Et tulit ſeruus Rebeccam, & abiit. Ita habet Chaldaica, ita & Septuaginta. Vides autem quo modo nullus hic fletus deſcribitur, nulláque turbatio? Verbo dei credebant omnes, & adhærebant alacriter. Verũ diuina prouidentia hæc omnia diſponebat. G

Myſticè. INTERLINEARIS. Sed & ſpiritaliter, Surgens mane ſeruus locutus eſt, Dimittite me, vt vadam ad dominum meum, quia ſtudioſus prædicator non vult diu inter carnales manere, quia animas à gentilitate conuerſas, ad ſocietatem ſpiritualium nititur velociſſime perducere. RVPERTVS. Sed quid eſt hoc? Iam antè reſponderant Laban & Bathuel, dicentes: A domino egreſſus eſt ſermo, & non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. Nunc autem hæſitantes frater & mater dicunt, vocemus puellam. Hoc profectò iudicij vel experimenti apoſtolici ſignum eſt. Primitiuæ nanque eccleſiæ, quæ ex Iudæis fuit ſub apoſtolis, typum tenet hæc domus Rebeccæ. (Acto.11.) Murmurauerunt autem quidam dicentes Petro apoſtolo, Quare introiſti ad viros præputium habentes? Et dicebant, Quia niſi circuncidamini ſecundum legem Moyſi, non poteſtis ſalui fieri. Tunc profectò id agere volebant, vt non Rebecca ad Iſaac proficiſceretur, ſed Iſaac propter Rebeccam reuerteretur, quod pater Abraham abhorruerat, dicens: Caue ne filium meum reducas illuc. Vocata ergo puella cum interrogaretur, Vis ire cum homine iſto? cito ac breuiter reſpondit: vadam. Conſulta nanque ſacra ſcriptura, vtrum gratiam dei vellet cum Chriſto ad gentes dirigi, cito (vt in Actibus apoſtolorum legimus) reſpondit hæc verba. Poſt hæc reuertar, & ædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit dominus faciens hæc. (Amos.9.) H I

Vbi ſupra. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Aliter. Quod interrogata puella à parentibus, vtrum vellet ire cum puero: Reſpondit: Vadam, Aperte hoc in eccleſia videmus impleri. Ibi interrogatur voluntas Rebeccæ, hic requiritur voluntas eccleſiæ. Rebeccæ dicitur: Vis ire cum homine iſto? Et reſpondet, Vado. Eccleſiæ dicitur, Credis in Chriſtum? Et reſpõdet: Credo. Rebecca non duceretur ad Iſaac, niſi diceret, volo: nec eccleſia Chriſto iungeretur, niſi diceret, credo. Accepit ergo puer Rebeccam, & exhibuit Iſaac. Ab infidelitate eduxit ſermo apoſtolicus eccleſiam, & ſponſam aſſignauit viro Chriſto. AMBROSIVS. Ineſſe quoque in eo præclarum eccleſiæ myſterium liquet, eo quod nemo auſus ſit eam ante Chriſtum vocare. Soli enim Chriſto hæc erat vocandarum nationum repoſita prærogatiua. Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior domino, quia populus Iudæorum qui erat ad cœnam vocatus, dignus non fuit venire, congregatio autem gentium ſimul vt accerſiri ſe vidit, occurrit. GREGORIVS. Rebecca autem proficiſcens cum puellis ſuis, ſignificat, quia ſancta eccleſia habet ſecum minoris meriti animas ſodales ſuas. Nam etſi in quibuſdam per ſenſum mentis in toto contemplationem non habet, tamen tales animæ quaſi puellæ Rebeccæ ſunt, quia moribus illam ſequuntur. Sed tamen ad contemplationis thorum non aſcendunt. Nam & ſimiliter puer Abrahæ quoſdam habuit in comitatu, quia cum ſanctis prophetis fuerunt quidam qui bene viuerent, & prophetię ſpiritum non haberent, & cum beatis apoſtolis atq; doctoribus fuere pleriq;, qui vitam moribus tenerent, ſed prædicationis verba non promerent. Feſtinus autem puer ad domum redit, quia prædicatores ſancti cum prædicando vitam audientium obtinent, illi mox gratias reddũt, de cuius hoc munere perceperunt, & ſibi in ea operatione nihil tribuunt, ſed auctori. K

9 *EO autem tempore deambulabat Iſaac per uiam quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt uiuentis & uidentis. Habitabat enim in terra auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die. Cunque eleuaſſet oculos, uidit camelos uenientes procul. Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & ait ad puerum. Quis eſt ille homo qui uenit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens cito pallium ſuum, operuit ſe. Seruus autem cuncta quæ geſſerat narrauit domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam uxorem, & in tantum dilexit eam: ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.* L

Eo autem tempore deambulabat Iſaac per uiam quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt uiuentis & uidentis. CYRILLVS.
9 Congruum atque conueniens iter viro ſancto Iſaac, qui vt ab aliis ſecederet, in ſolitudine ambulabat. Et quia deũ contemplabatur, deambulabat per viam quæ ducit ad puteum viuentis & videntis. CAIETANVS. Iſte puteus ille eſt, cuius mentio facta eſt capitulo ſextodecimo, vbi Agar fugiens vidit angelum dei, & exinde dicatus fuit deo viuo, & omnia conſpicienti. AVCTOR CATENAE. Hebraica hoc in loco ſunt huiuſmodi וְיִצְחָק בָּא מִבּוֹא בְּאֵר לַחַי רֹאִי Vezhak ba mibo beer lahai roi, Et Iſaac veniebat à veniendo, vel ab itinere (vt mibo ſit nomen verbale cum præpoſitione ab) de puteo viuentis videntis me. Chaldaica, Iſaac autem veniebat de puteo ſuper quo angelus vitæ apparuit. Septuaginta, ἰσαὰκ δὲ ἐπορεύετο διὰ τῆς ἐρήμου κατὰ τὸ φρέαρ τῆς ὁράσεως, Iſaac autem ambulabat per deſertum iuxta puteum viſionis. Ob loci igitur religionem, vbi bis Agar ab angelo conſolata legitur, frequentabat illum Iſaac, in deſerto ſcilicet Sur, inter Barad & Cades. *Habitabat enim in terra auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die.* (Vbi ſupra.) HIERONYMVS. Alia litera. Et ipſe habitabat in terra auſtri, & egreſſus eſt Iſaac exerceri in campo ad veſperam. Terra auſtri Geraram ſignificat, vnde à patre ad M

A tre ad immolandum quondam fuerat abductus. Quod autem ait: Et egreſſus eſt Iſaac, vt exerceretur in campo, quod Græcè dicitur, ἀδολεσχῆσαι, in Hebræo legitur, Et egreſſus eſt Iſaac, vt loqueretur in agro declinante iam veſpera. Significat autem ſecundum illud, quod dominus ſolus orabat in monte, etiam Iſaac qui in typo domini fuit, ad orationem quaſi virum iuſtum domo egreſſum, & vel nona hora, vel ante ſolis occaſum, ſpirituales deo victimas obtuliſſe. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod ſcriptum eſt, Exiit Iſaac exerceri in campo meridie. Qui verbum de hac re Græcum neſciunt, exercitationem corporis putant. Scriptum eſt autem Græcè, ἀδολεσχῆσαι, ἀδολεσχεῖν vero ad animi exercitationem pertinet, & ſæpe vitio deputatur. More autem ſcripturarum plerunque in bono ponitur. Pro iſto verbo quidam interpretes noſtri exercitationem, quidam garrulitatem quaſi verboſitatem, quæ in bonum quantum ad Latinum eloquium pertinet, vix aut nunquam inuenitur, ſed vt dixi, in ſcripturis plerúnque in bono dicitur. Et videtur mihi ſignificare
B animi affectum ſtudioſiſſime aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis, niſi aliud ſentiunt qui hæc verba Græca melius intelligunt. RVPERTVS. Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinato iam die. Studium boni viri prædicatur, meditantis in teſtamento dei Abraham patris ſui, & ob hoc ſolitudinem amantis. Qualem ſcriptura commendat, cum dicit: Bonum erit homini, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. (Thren.3.) CAIETANVS. Habitabat enim in terra auſtrali. Inſinuatur quod in plaga calida habitabat, & propterea egreſſus eſſet ad plagam non verſus meridiem, ſed forte ſeptentrionalem, refrigerationis gratia. Et egreſſus (inquit) fuerat ad meditandum, pro, ad loquendum in agro, inclinata iam die. Non ſolum cauſa refrigerationis, ſed cauſa officij veniſſe deſcribitur, vt videlicet alloqueretur agricolas, diſponerétque de exercendo agro. AVCTOR CATENAE. Et egreſſus fuerat ad meditandum, & cętera. Hebraica litera huiuſmodi eſt וַיֵּצֵא יִצְחָק לָשׂוּחַ בַּשָּׂדֶה לִפְנוֹת עָרֶב Vaieze Izhak laſuah baſade liphnoth áreb. Verbum ſuah proprie ſignificat ſubmiſſa voce loqui, labiotenus murmurare, vt orantes vel meditantes, aut apud nos
C de re aliqua mirantes, facimus. Alij etiam pro exercere accipiunt. Sic igitur verti locus poteſt, Et egreſſus eſt Iſaac ad meditandum, vel orandum, aut exercitandum in agro, dum declinaret veſpera, vel cum aſpiceret veſpera, hoc eſt, cum adueſperaſceret, cum ſolis occaſus immineret. Hebræi fere omnes, hic exponunt orare. Sic & Chaldaica difficultatum omnium enodatrix, nempe, Et egreſſus eſt Iſaac ad orandũ in agro in tempore veſpertino. Septuaginta vt iam dictum, ἀδολεσχῆσαι ἐν τῷ πεδίῳ πρὸς δείλην, Exerceri in agro ad veſperam: ſiue crepuſculum veſpertinum habent. Cum hæc igitur omnia pariter exprimat verbum ſuah, dicemus exercitaſſe Iſaac ſpiritum ſuum, & in deum eleuaſſe mentem, quæ eſt ſanctorum oratio. Ad quod ſtellarum contemplatio, & dei opus excelſum non modicè potuit illum excitaſſe. Sic etiam ſancti viri aſſurgunt ex creaturis per fidem in amorem conditoris. Placuit quibuſdam Hebræorum exponere, arbuſta ſeu fruteta, inter quæ Iſaac ſeſe deduxerit ad deambulandum, eo quod verbum hoc à virgulto deductum ſit, ſed is ſenſus maxime extraneus omnibus videtur. *Cunque eleuaſſet oculos, uidit camelos uenientes procul.*
D AVCTOR CATE. Abundat procul. Eſt enim in Hebræo וְהִנֵּה גְמַלִּים בָּאִים Vehinne gemallim baim, Et ecce cameli venientes, vel vt eſt in Chaldaica, Et ecce cameli veniebant. *Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, Et ait ad puerum, Quis eſt ille homo qui uenit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens cito pallium ſuum, operuit ſe.* HIERONYMVS. Alia litera, Et tulit theriſtrum, (Vbi ſupra.) & operuit ſe. Theriſtrum pallium dicitur, genus etiam nunc arabici veſtimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur. CHRYSOSTOMVS. Vide puellæ generoſitatem, poſtquam vidit Iſaac, quærebat quis eſſet. Et vbi didicit quod ipſe eſſet ſponſus, velauit ſe theriſtro, & deſcendit pedes. AMBROSIVS. Non ergo otioſum fuit, quod viſo Iſaac Rebecca deſcendit de camelo, & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere, inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia puellæ ſe obnuberent. Diſcite ergo virgines quemadmodum ſeruetis verecundiam, ne intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iam deſponſata, deſignatum maritum aperto capite non putauerit videndum. RVPERTVS. Nemini dubium eſt, quod hanc puellam non caro aut ſanguis, ſed deus ipſe viro fideli præparauerit, & ſecundum ſpem fidelis Abrahæ, qua dixe-
E rat, dominus deus cœli & terrę, ipſe mittet angelum ſuum coram te, vt accipias inde vxorem filio meo, ſic factum eſt. Profectò hæc non præ amore feruidæ adoleſcentiæ feſtinans ad amplexus viriles, ſupra interrogata, vis ire cum homine iſto, tam citò reſpondit, vadam. Nam illas quæ eiuſmodi ſunt, propheta ſic denotat, dicens, Pro eo (Eſaiæ.3.) quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit. Hæc autem conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, tollénſque cito pallium, operuit ſe. Nunquid ergo cum diceret, vadam, concupiſci aut concupiſcere iuueniliter ardebat, quæ tanta feſtinatione pulchritudinem ſuam operiebat viſo Iſaac? non vtique, ſed ſuperno potius nutu præuenta, peregrinari cum fide Abraham & Iſaac, & futuram inquirere, quàm præſentem habere ciuitatem malebat. CAIETANVS. Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo. Iuxta Hebræum, promptitudo ac celeritas quædam ſignificatur, tan
F quam iactantis ſe, ſeu cadentis de camelo. Aduerte etiam ſeriem rei geſtæ. Prius enim interrogauit Rebecca quis eſt ille homo, & audita reſponſione quod eſſet Iſaac, deſcendit de camelo, & pallio cooperuit ſe, ſed Moyſes etiam hic prius deſcribit rem geſtam, & deinde rationem rei geſtæ. AVCTOR CA. Deſcendit de camelo. Verbũ Hebraicum וַתִּפֹּל Vatippol, cuius radix naphal, alij & iactauit ſe, alij lapſa eſt, alij procidit de camelo, verterũt. Septuaginta, κατεπήδησεν, Deſiliit à camelo, Chaldaica vero, Et inclinauit ſe ſuper camelũ legũt. Huius igitur exẽplo ſcriptura mulieribus cõmendat humilitatẽ, verecundiã, gratioſumq; timorẽ, vt & quæ tuta ſint pertimeſcãt virgines, & opertæ ſint ad conſpectũ virorum, maxime autem in hominum frequentia, & extra domum, vel in itinere. *Seruus autem cuncta quæ geſſerat narrauit domino ſuo Iſaac.* RVPER. Vere prudens & fidelis ſeruus quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, pro magno fidei ſuæ teſtimonio narrauit cuncta quæ geſſerat ad laudem & gloriam dei, qui propter eundem Iſaac viam ipſius direxerat, dignus magna recipere pręmia libertatis. CAIETANVS. Mirum eſt autem quod nulla mentio fit Abrahæ in hoc aduentu Rebeccæ, & cum debuiſſet ſubiungi, quod ſeruus retulit omnia Abrahæ qui miſerat illum, ſubiunctũ eſt, quod retulit omnia Iſaac, ſuperfluit enim domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino suo, nulla mentione facta Abrahæ. AVCTOR CATENAE. Sed nos humiliantes nosmet- G
ipsos sanctæ scripturæ maiestati, secretum hoc diuinæ sapientiæ reseruemus, de his quæ supra vires nostras sunt, subtilius non indagantes, iuxta illud sapientis, Altiora te ne quæsieris. Prosequamur reliqua. *Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam uxorem.* CHRYSOSTOMVS. Hic considera oro, quomodo nusquam superflua illa & inutilia, nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala & tibiæ & choreæ & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscœnitate plena, sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis mititas. Hanc imitentur mulieres, hunc æmulentur viri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim (dic obsecro) statim ab initio sordibus impleri sinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa? Nescis quomodo adolescentia per se in malum propensa? Cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? Oportebat omnia hæc depellere, & verecundiam principio docere puellam, & sacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringere, vt amor sponsi augeatur, & puellæ continentia crescat, & omnia quæ fiunt, eo spectent, vt virtutis opera ingrediantur in domum illam tollantúrque è medio o- H
mnes diaboli insidiæ, & ipsi gratia dei vniti, iucunde vitam perficiant. CAIETANVS. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ, & cætera. Hinc quoque apparet, quod Abraham omnia dederat Isaac, ita quod etiam aulam Saræ reliquerat, nec vtebatur ea, sed seruauerat ipsam pro vxore Isaac. AVCTOR CATENAE. Locum hunc paulo diuersius à nostra & Græca æditione legit Chaldaica, videlicet, Et introduxit eam Isaac in tabernaculum, & vidit, & ecce opera eius recta erant, sicut opera Saræ matris suæ. Et accepit Rebeccam, & fuit ei in vxorem. Mulieres igitur separatim à viris habitabant cum filiabus suis honestatis gratia, & maritorum consortia temperatissime requirebant. Suscepit à domino deo & patre sibi missam vxorem sanctus patriarcha, tanquam pretiosum thesaurum, quam solam cognouit, per omne tempus vnice dilectissimam, & consolatus est se, Vnde & subditur, *Et in tantum dilexit eam, ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.* CAIETANVS. Interpres expositoris officium assumpsit, nam iuxta Hebræum habetur, Et amauit ipsam, & consolationem accepit I
Isaac post matrem suam. A cuius morte iam fluxerat triennium. AVCTOR CATENAE. Et vere ita se habet Hebraica litera, ita & Septuaginta. Chaldaica vero etiam in hunc sensum, Et dilexit eam, & consolatus est Isaac postquam mortua est mater eius. Est enim נחם naham verbum, quod consolari, seu consolationem accipere significat. Sed interpres sensum transtulit. Doluerat siquidem Isaac obitum matris diebus multis, donec quadraginta annos natus, Rebeccam susciperet, propter quam & æquanimius tulit dolorem diu seruatum. Relinquet enim homo patrem & matrem, & adhærebit vxori, maxime si eos deus coniunxerit, non libido, auaritia, procacitas, & superbia. Verum & iuxta communem æditionem perpendere licet, quàm ardenter sanctus vir matrem dilexerit, quam iam cum per tres annos defleuisset, necdum dolorem quem ex eius morte conceperat, sponsam charissimam accipiendo, ac valde diligendo, prorsus extinxit, sed temperauit. Temperauit itaque per istius amorem, dolorem mortis illius. Nam anima quanto circa plura occupatur atque distenditur, tanto minus vni est intenta. Rursus quoque cordis affectio quo erga plura diuiditur, eo minus in vno defigitur. Vnumquodque enim oppositorum expellit reliquum. Ideo quanto plus Isaac erga propriam coniugem affici ac delectari, tanto plus matris in- K
teritum, & dolorem inde conceptum obliuisci cœpit.

Mysticè. GREGORIVS. Et hæc quidem secundum nudam literam. Verum dicamus modo secundum profundiorem sensum. Eo autem tempore (inquit) Isaac deambulabat per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis & videntis. Quis est viuens & videns, nisi omnipotens deus, de quo scriptum est, Viuo ego in æternum dicit dominus? De quo rursum dicitur, omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Puteus verò viuentis & videntis, est sacræ scripturæ profunditas, quam nobis ad irrigationem mentis præbuit omnipotens deus. Quæ est via quæ ducit ad puteum viuentis & videntis, nisi humilitas passionis vnigeniti, per quam nobis apertum est hoc, quod prius latenter scripturæ sacræ fluenta loquebantur? Nisi enim vnigenitus dei filius incarnatus, tentatus, apprehensus, colaphis cæsus, sputis illitus, crucifixus, ac mortuus fuisset, nobis huius putei, id est scripturæ sacræ profunditas non pateret. Quid ergo fidelibus humilitas passionis eius facta est, nisi clauis apertionis, per quam mysteriorum L
dei puteum inuenimus, vt aquam scientiæ de profundo biberemus? Incarnationem quippe, passionem, mortem, resurrectionem, atque ascensionem illius, sacri eloquij paginæ testantur. Quæ quia facta cognouimus, iam nunc intelligimus audita. Hæc autem legi poterant, sed quia necdum euenerant, intelligi non valebant. Vnde & per Ioannem dicitur, Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere signacula eius. Ipse enim librum aperuit, & signacula eius soluit, qui nascendo, moriendo, resurgendo, atque ad cœlos ascendendo, scripturæ sacræ nobis arcana patefecit. Et notandum quod non dicitur, ambulabat per viam quæ ducit ad puteum, sed deambulabat. Deambulat quippe qui viam per quam ambulat, eundo & redeundo conculcat. In humilitate passionis dominus deambulauit, quando à Iudæis modo verborum contumelias, modo contra se falsum testimonium, modo alapas, modo sputa, modo spineam coronam, modo crucem tolerando sustinuit. Deambulasse igitur in humilitate passionis est, tot aduersitates & probra diuersis modis iterando pertulisse. Isaac autem veniēte Rebecca in terra australi habitabat, quia vnigenitus dominus ac redemptor noster, veniente ad se ecclesia, in illorum M
mentibus mansit, quos ex Iudæa æditos, non torporis frigus, sed feruor charitatis tenuit. Ex illo quippe populo Anna prophetissa, ex illo Simeon extitit, qui in vlnas dominum accepit. INTERLINEARIS. Vel ideo in terra australi habitasse dicitur Isaac, quia nimia charitate sua qua dilexit nos deus, incarnatus est. GREGORIVS. Egressus autem fuerat ad meditandum in agro. Quia ager mundus accipiatur, ipse dominus per se exponit dicens, Ager autem est mundus. Qui in hoc egressus est, eo quod visibilis apparere dignatus est, sicut scriptum est, Existi in salutem populi tui, vt saluos facias christos tuos. Solent exercendi iuuenes in armorum vsu, meditari. Isaac ergo ad meditandum in agro exiit, quia redemptor noster se sequentibus formam humilitatis præbens, per exercitium passionis suæ, longanimitatis in se & patientiæ exempla monstrauit. Meditatio armorum, est frequentatio passionum. Qui enim verbera manuum, lanceam, & crucem pertulit, passionem suam vsque ad mortem in se frequentare permisit. Passiones verò arma dicimus, quia per ipsas ab aduersario occulto liberamur. Qui etiam ad

A etiam ad meditandum in agro inclinata iam die exiit, quia passionum exercitia iuxta finem mundi susceperit, sicut per psalmistam de crucifixionis suæ passione loquitur, dicens: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. AVGVSTINVS. Videte ergo fratres. Puer Isaac Rebeccam ad puteum inuenit. Verum est. Nec Vbi supra.
Christus ecclesiam, nec ecclesia Christum inuenit, nisi ad baptismi sacramentum. Exierat ergo beatus Isaac ad vesperum in agrum ad meditandum, quia Christus venturus erat in mundum. Isaac ad vesperum diei, Christus in fine mundi. Isaac ergo ad meditandum in agrum processit, quia Christus in mundum pugnaturus contra diabolum venit, vt eum vinceret iuste, dum ab eo occideretur iniuste, vt moriendo mortem destrueret, & resurgendo vitam credentibus condonaret. Et quomodo Isaac corporaliter Rebecca, sic Christo spiritaliter iungeretur. Ecclesia, accipiens in præsenti pretiosam arram sanguinem sponsi sui, acceptura dotem postmodum regni sui. Quam rem Petrus apostolus euidenter annunciat, dicens: Non enim redempti estis auro & argento, sed pretio- 1. Pet. 1.
so sanguine tanquam agni inmaculati. INTERLINEARIS. Cunque eleuasset oculos, vidit camelos ve- B
nientes procul. Ac si dicat, cum intenderet in mundi salutem redemptor noster, gentiles tortis moribus de longe ad fidem venientes conspexit. AMBROSIVS. Denique vt scias non sine mysterio esse, cum veheretur Rebecca camelo, venit ad sponsum, eo quod populus nationum beluina quadam horridus meritorum deformitate, Cap. 14.
qui formæ suæ nullum haberet decorem, fidem esset atque obedientiam Christi recepturus. GREGORIVS PRIMO MORALIVM. Qui enim ex semetipsis sibi inuenerunt deos quos colerent, quasi à semetipsis eis
in dorso onus excreuerat, quod portarent. Rebecca ergo ad Isaac veniens dorso cameli deducitur, quia ad Christum ex gentilitate ecclesia prosperans, in tortis vitiosisque vitæ veteris conuersationibus inuenitur. Quę vt Isaac
vidit, de camelo descendit, quia sancta ecclesia quanto redemptorem suum subtilius agnoscit, tanto carnalis vitæ studia humilius deserit, atque in semetipsa tortitudini vitiosæ contradicit. Isaac ergo viso descendit, quia domino cognito vitia sua gentilitas deseruit, & ab elationis celsitudine ima humilitatis petiit. Quid est autem, quod in camelo sedens Rebecca conspexit Isaac, nisi quod redemptorem suum ecclesia ex gentibus veniens, dum adhuc C
vitiis esset innixa, & necdum spiritualibus, sed animalibus motibus inhæreret, agnouit? Nec mouere debet, quod puer quoque cum camelis venerat, in quibus diuitias domini sui ferebat, quia ipsi quoque prædicatores sancti, quamuis iam ad superiora intelligenda atque præferenda intellectu & vita emicent, adhuc tamen in semetipsis contradictionem carnis sentiunt. Nam vident aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, se secum ducentem in lege peccati, & diuitias in camelis portant, quia ne magnitudo reuelationum extollat eos, datur eis stimulus carnis suæ. Habent enim thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex ipsis. Qui enim per carnem cœlestia loquuntur, & tamen adhuc in carne contradictionem de vitio sentiunt, quid aliud quàm super tortuosa camelorum dorsa insident? Rebecca verò viso Isaac, quis ille homo sit requisito puero cognoscit, quia quotidie sancta ecclesia adhuc per prophetarum atque Apostolorum dicta, quid de redemptore suo credere debeat intelligit. Quæ sese mox pallio operuit, quia quanto subtilius saluatoris sui mysteria penetrat, D
tanto altius de anteacta vita confunditur, & quia peruerse egerit verecundatur. Pallio quoque se operire curauit, quia viso domino infirmitatis suæ actiones erubuit, & illa quæ prius in camelo libere gestabatur, descēdens postmodum verecundia tegitur. Vnde eidem ecclesiæ à priore electione conuersæ, per apostolicam vocem dicitur, Quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Pallio quoque se operire curauit, dum con
fessionis tegumento peccata sua cooperuit & abstulit, vt sponso cœlesti præsentaretur purgata, iuxta illud psalmi- 2. Cor. 4.
stæ, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. RVPERTVS. Seruus verò qui nō 2. Cor. 11.
sibi sed domino suo quæsiuit & inuenit vxorem (vt sæpe dictum est) ipsi sunt qui veraciter dicunt, Non prædicamus nosmetipsos vobis, sed dominum Iesum Christum, nos autem seruos vestros per Iesum. Item non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum dei, & his similia. AVCTOR CATENAE. Ex quorum numero
vnus idem ipse Paulus existens, dicebat, Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, In gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo, qui omnia creauit vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis
E sapientia dei secundum præfinitionem seculorum, quàm fecit in Christo Iesu domino nostro. RVPERTVS. Hoc autem nimirum ad commendationem boni serui satis est, scilicet filio dei gratulabunda confessione assiste- 1. Ioan 2.
re, & narrare, id est confiteri quod sedulo eius officio factum est. Nam omnis qui confitetur filium, & patrem habet, sicut è contrario, omnis qui negat filium, nec patrem habet. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ, & accepit vxorem, & in tantum dilexit, vt dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret. Quid magni erat secundum corticem literæ, quod iuuenis in tantum dilexerit adolescentulam coniugem, vt dolorem qui ex morte Lucæ. 19.
matris acciderat, temperaret? Ergo medulla sensus spiritualis carere non debet, quia re vera Christus dominus secundum humanum affectum doluit super matre sua synagoga, quippe qui & ciuitatem videns, fleuit super eam, sed adeptus nouam reginam, de qua sibi noua gens nascitura esset, recte dolorem temperauit, & delectabiliter cō-
solatus est. Igitur Isaac in tabernaculum matris Rebeccam introduxit, atque vxorem accepit, quia loco synagogæ
F dominus ex qua per carnem natus, sanctam ecclesiam habet & diligit, eamque sibi amore & contemplatione conIunxit, vt quæ prius proxima ex cognatione, id est cognata ex prædestinatione fuerat, postmodum iam coniuncta in amore, continuo vxor fiat. Hancque intantum dilexit, vt dolorem qui ex morte matris accesserat, temperaret, quia ex lucro sanctæ ecclesiæ redemptor noster eam quæ ex perditione synagogæ accedere potuit, tristitiam detersit. Dum enim Rebecca coniungitur, dolor de matris morte amputatur. Quia dum sancta ecclesia ex gentilitate veniens, vsque ad thronum contemplationis perducitur, Iudæa pro nihilo habetur. Qui si interpretari ipsa eorum nomina curabimus, Isaac risus, Rebecca autem patientia dicitur. Risus verò ex lætitia est, patientia autem de tribulatione. Quanuis ergo sancta ecclesia iam in cœlestis sit gaudij contemplatione suspensa, habet tamen adhuc quod triste de mortalis carnis pondere toleret. Isaac autem & Rebecca iunguntur, id est risus & patientia permiscetur, quia fit in sancta ecclesia hoc, quod scriptum est, Spe gaudentes, in tribulatione patientes, vt hanc & prospera de contemplatione lætificent, & adhuc aduersa de tribulatione perturbent. AVGVSTINVS. Accepit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepit itaque Isaac Rebeccam,& intromisit eam in tabernaculum matris suæ. Accepit Christus ecclesiam,& eam G
in loco constituit synagogæ.Per infidelitatem enim synagoga à deo separata & mortua est, & per fidem ecclesia
Christo coniuncta & viuificata est.Mors enim Saræ, infidelitatem significat synagogæ. Moritur ergo Sara, & in
loco eius Rebecca ducitur, synagoga repudiatur,vt introducatur ecclesia.Accepit autem Isaac Rebeccam, & in
tantum dilexit,vt tristitiam quæ de matris morte acciderat,temperaret.Accepit Christus ecclesiam, & in tantum
dilexit,vt dolorem qui de perditione matris synagogæ acciderat,amore ecclesiæ mitigaret. Nam sicut infidelitas
synagogæ Christo tristitiam fecit,ita illi fides ecclesiæ lætitiam generauit. Et quomodo per malitiam synagogæ
vnam gentem Iudæorum,nec ipsam tamen totam perdidit,ita totum mundum per fidem ecclesiæ dominus ac-
quisiuit. INTERLINEARIS. Sic igitur patriarcharum coniugia,Christum & ecclesiam iungi significant.
AVGVSTINVS. Et quia de nobis fratres charissimi spōsam spiritalem Christus dominus præparauit, quam
etiam (sicut dixi) sanguine pretioso redemit,ita ipso adiuuante vnusquisque beneficia in se munere diuino colla- H
ta,non solum custodiat,sed etiam augere contendat,vt nihil in eum aut per luxuriam sordidum, aut per super-
biam tumidum,aut per iracundiam combustum,aut per auaritiam obscurum, aut per inuidiam vipereo veneno
percussum appareat, quia iustum est vt sponsus ille speciosus præ filiis hominum nihil in nobis de supradictis
peccatis inueniat,quod oculos suæ maiestatis offendat. ORIGENES. Vt omittamus plurima:neque enim
commentandi nunc tempus est, sed ædificandi ecclesiam dei, & pigriores ac desides auditores exemplis sancto-
rum & mysticis explanationibus prouocandi,secuta puerum Rebecca,venit ad Isaac,secuta enim sermonem pro-
pheticum ecclesia,venit ad Christum. Et vbi eum inuenit? Ad puteum (inquit) iuramenti deambulantem. Nus-
quam receditur à puteis,nusquam desistitur ab aquis.Rebecca inuenitur ad puteum. Rursum Rebecca ad puteum
inuenit Isaac,ibi primos eius contemplatur aspectus, ibi desilit de camelis, ibi à puero sibi demonstratum vidit
Isaac.Hæc putas sola referri de puteis?Et Iacob ad puteum venit,& ibi inuenit Rachel,bona oculis,& decora as-
pectu.Sed & Moyses ad puteum inuenit Sefforam filiam Raguel. Nondum moueris, vt hæc intelligas spiritali-
ter dici? Aut putas semper casu contingere,vt patriarchæ ad puteos veniant,& ad aquas coniugia sortiantur? Qui I
hæc ita putat,animalis homo est,& non percipit quæ sunt spiritus dei,sed qui vult maneat in his,maneat animal.
Ego Paulum apostolum sequens, dico esse allegorica, & sanctorum nuptias, coniunctionem dico esse animæ
cum verbo dei. Qui enim iungit se domino, vnus est spiritus cum eo. Hanc autem coniunctionem animæ cum
verbo,certum est non aliter fieri posse,nisi per institutionem diuinorum librorum,qui figuraliter putei appellan
tur.Ad quos si quis veniat, & hauriat ex his aquas,id est meditando in his sensum, intellectum percipiat altio-
rem, inueniat nuptias deo dignas.Coniungitur enim anima eius cum deo.Desilit etiam de camelis, id est disce-
dit à vitiis,abiiciet irrationabiles sensus,& coniungetur Isaac.Dignum nanque est,vt Isaac transeat de virtute ad
virtutem.Qui virtutis filius est Saræ,nunc coniungitur & sociatur patientiæ,quæ est Rebecca. Et hoc est transire
de virtute ad virtutem,& ex fide ad fidem.Sed & ad euangelia veniamus.Ipse dominus cum ex itinere fatigatus
fuisset, videamus vbi requiem quærit.Venit (inquit) ad puteum,& sedebat super eum. Vides vbique sibi concor-
dare mysteria, vides noui & veteris testamenti consonantes formas? Ibi ad puteos, & ad aquas venitur, vt in- K
ueniatur sponsa, & ecclesia Christo in lauacro aquæ coniungitur. Vides quantus nos sacramentorum cumulus
perurget? quanta sunt quæ occurrunt?explicare non possumus. Saltem hæc incitare te debent ad audiendum, ad
conueniendum,vt etiam si nos aliqua pro breuitate transcurrimus, tu cum relegis & requiris, etiam ipse discu-
tias, & inuenias certe,vel in horum inquisitione permaneas,vt te verbum dei inueniens ad aquam assumat, & cō
iungat sibi, vt efficiaris cum eo vnus spiritus in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in se-
cula seculorum. Amen.

IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMQVINTVM ARGVMENTVM. L

Abraham ducit Cethuram in uxorem. Moritur Abraham. Genealogia Ismaelis & mors. Nascitur Iacob & Esau. Esau uendit primogenita.

CAPVT XXV.

Lectio pri.

*ABraham uero aliam duxit uxorem nomine Cethuram, quæ peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboch, & Sue. Iecsan quoque genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, & Lathusim, & Laomim. At uerò ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Enoch, & Abida, & Heldaa. Omnes hi filij Cethuræ. De- M
ditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac, filiis autem concubinarum largitus est
munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse uiueret, ad plagam orien-
talem.*

I AVCTOR CATENAE. Præsenti capitulo nouæ nuptiæ describuntur veteris patriarchæ,& propagatio filiorum ex coniuge superinducta, fœlix quoque iusti consummatio, & generationes filiorum ipsius. Dicit ergo scriptura. *Abraham uerò aliam duxit uxorem nomine Cethuram.* Hoc quidam hæretici deriserunt,dicentes vetus testamentum non esse à vero deo, quibus visum est plenum fuisse lasciuiæ, quod in tanta senectute nouam duxerit Abraham vxorem. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Sed absit vt incontinentiam

Cap.34.

A incontinentiam suspicemur,præsertim in illa iam ætate, & in illa fidei sanctitate.An adhuc procreandi filij quę-
rebantur,cum iam deo promittente tāta multiplicatio filiorum ex Isaac per stellas cœli & arenam terræ fide pro-
batissima teneretur? Sed quid si & hoc prouisum est contra hæreticos futuros secundarum aduersarios nuptia-
rum,vt in ipso patre multarum gentium, post obitum coniugis iterum coniugari demonstraretur non esse pec-
catum? INTERLINEARIS. Vel hoc fecit Abraham non solum pro multiplicanda sobole, sed mystica
significatione. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Cethura autem He-
bræo sermone copulata interpretatur aut coniuncta.Quam ob causam suspicantur Hebræi mutato nomine ean-
dem esse Agar, quæ Sara mortua, de concubina transierit in vxorem. Et videtur decrepiti iam Abrahæ excusari
ætas,ne senex post mortem vxoris suæ vetulæ,nouis arguatur nuptiis lasciuisse.Nos verò quod incertum est reli-
quimus. RVPERTVS. Sed quia paulopost legimus, filiis autem concubinarum largitus est munera, & hic
aliam duxit vxorem,& supra, quod Agar quoque erat vxor, quæ quanuis ab eo separata esset ad tempus habita-
B tione,non tamen vinculo coniugali, liquet Cethuram non fuisse Agar. CAIETANVS. Abraham autem
aliam duxit vxorem nomine Cethuram.Iuxta Hebræum habetur,Et addidit Abraham,& accepit vxorē,& nomē
eius Cethura.Vbi aduerte multipliciter insinuari quod hæc mulier non fuit Agar,vt multi Iudæorū crediderunt.
Nam & modus loquēdi (dicendo & addidit & accepit vxorem)nouitatē nuptiarū insinuat,& quod magis vrget,
explicatur non cognomen,sed nomē mulieris Cethura.Et in hoc eodē capitulo nominatur Agar suo nomine,A-
gar,Et quod amplius est,clare subiungitur Abrahā habuisse non vnā tātum,sed multas concubinas.Tempus autē
quādo Abrahā accepit Cethurā,non est certum anviuēte adhuc Sara post eiectā Agar cū Isinaële,an mortua Sa-
ra. Scripturæ siquidē narratio,si rei gestæ ordini respōdet,insinuat quod hoc fuit post mortē Saræ.Mirum tamen
est quod tam senex (agens videlicet centesimum quadragesimum annum vel circa) habénsque filios adultos
cum promissionibus diuinis,quod vterque futurus esset princeps gentis magnæ, & quod in semine Isaac benedi-
C cendæ erant omnes gentes terræ, acceperit puellam ad generandum filios, in quibus non erat vocandum ei se-
men,quia à deo dictum fuerat,In Isaac vocabitur tibi semen. Augētque admirationem quod horrens Abraham
dare Isaac filio suo vxorem ex terra Chanaan, acceperit in vxorem mulierem cuius natio ignota est nobis. Nec
vlla fit mentio alicuius diuinæ consultationis, imò nec minimæ rationis huius noui coniugij. Et omnibus colla-
tis,suspicor Abraham præfecisse domui suæ Isaac tanquam hæredem vniuersalem,& quod ipse seorsum manserit
cum Cethura, & propterea in aduentu Rebeccæ nullam fieri Abrahæ mentionem, nec deinceps, nisi narrando
mortem & sepulturam,& exonerationem Isaac. AVCTOR CATENAE. Post fœcunditatis ergo donum
à domino acceptum,licuit Abrahæ sancto,cui infinita à deo proles promissa erat,vxorem suscipere, quæ hic vna
cum Agar concubina nominatur ob Saram quæ principalis erat,& mater facta hæredis.Cethura autem si eadem
quæ Agar esset,iam vetula fuisset,quin & Ismaël cum filiis & nepotibus hic quoque recensiti essent. *Quæ peperit
ei Zamran, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboch, & Sue.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SV
D PER GENESIM. Cur autem in hac filios fecerit,supradictum est,quanquam nonnulli donum quod acce-
pit Abraham velut reuiuiscentis corporis ad filios procreandos,diu permansisse asserant,ita vt posset & alios pro-
creare. Sed multo est absolutius de adolescentula potuisse seniorem,quod senior de seniore non posset, nisi deus
illic miraculum præstitisset,maxime propter Saræ,non solum ætatem,verum etiam sterilitatem. HIERONY Vbi supra.
MVS. De Cethura autem nati filij Abraham,iuxta historicos Hebræorum, occuparunt τεωγλοδύτιν & Arabi-
am,quæ nunc vocatur ευδαίμων, vsque ad maris rubri terminos.Dicitur autem vnus ex posteris Abrahæ,qui ap-
pellabatur Apher,duxisse aduersus Libyam exercitum,& ibi victis hostibus consedisse,eiusque posteros ex nomi-
ne atiui Aphricam nuncupasse.Huius rei testis est Alexander,qui cognominatur Polyhistor, & Cleodemus co-
gnomento Malchus,Græco sermone barbaram historiam retexentes. *Iecsan quoque genuit Saba & Dadan. Filij Da-
dan fuerunt Assurim, & Lathusim, & Laomim.* Assurim in negociatores transferri putant, Lathusim in æris ferrique
E metalla cudentes,Laomim vero,in φυλάρχους, id est principes multarum tribuum atque populorum. Alij ab hoc
Assurim vocatos esse Syros contendunt,& à plerisque filiis Abrahæ ex Cethura,occupatas Indiæ regiones. AV-
CTOR CATENAE. Filij Dadan fuerunt Assurim,& cætera.Valde diuersum quod habet hoc loco Chaldai
ca æditio,videlicet:Filij autem Dadan fuerunt in castris & in tabernaculis & in insulis. *At uero ex Madian ortus
est Epha, & Epher, & Enoch, & Abida, & Heldaa. Omnes hi filij Cethuræ.* Nomina filiorum huius mulieris hic tam di-
ligenter annotata,olim gentium nomina extabant,sed pro rerum mutationibus nomina quoque mutata sunt, vt
hæc prisca exoleuerint pro magna parte. *Deditque Abraham cuncta quæ possederat filio suo Isaac. Filiis autem concubina-
rum largitus est munera.* CAIETANVS. Hic clare vides multas concubinas Abrahæ,& per repetitionem com
memorari quod Abraham dedit omne quod sibi erat Isaac,nam seruus eius donationem hanc factam esse prius,
narrauerat in domo Bathuelis patris Rebeccæ. AVCTOR CATENAE. Isaac igitur primogenitus Abra
hæ hæres decretus à domino,honorem,sacerdotium,& regnum inter alios concubinarum filios retinuit. Prouī-
dit autem filiis de concordia & pace, pro simultate inter tot filios tollenda, significans filios fidei in orbe multi-
F plicandos,sed Isaac præ aliis hæreditaria benedictione domini,& genealogia Messiæ cohonestandum. In ipso e-
nim,non autem in aliis vocandum illi erat semen.Agar autem & Cethura fuerunt Abrahæ legitimæ vxores,quæ
tamen hic concubinæ à simul cubando dictæ,quoniam in scripturis veteris testamenti vxor interdum concubina
vocatur,vt patet in Iudicum libro de vxore Leuitæ. *Et separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse uiueret, ad plagam* Iudic.19.
orientalem. CAIETANVS. Executio narratur fulta ratione.Ideo dona dedit Abraham filiis concubinarum
Agar & Cethuræ,& emisit eos à cura sua,vt exoneraret Isaac filium suum ab onere prouidendi illis. Incumbebat
enim Isaac hæredi vniuersali,cura prouidendi fratribus suis ab hæreditate exclusis. Et quia hæc executio fuit vl-
tima res gesta ab Abraham prudentissime, ideo adiungitur quod hoc fecit dum adhuc ipse viueret. Ad pla-
gam orientalem. Iuxta Hebræum habetur,ad Orientem,ad terram Orientis. Ne intelligeretur quod ad plagam
seu aspectum Orientalem duntaxat,& non ad ipsam terram Orientis miserit filios concubinarum, explicauit
vtrunque.

AVGVSTINVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mystice. Vbi supra. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI, ET ISIDORVS. Profectò si Agar & Ismaël doctore Apostolo significauerunt carnales veteris testamenti, cur non etiam Cethura, & filij eius significent carnales, hoc est, hæreticos, qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Ambæ quippe & vxores Abrahæ, & concubinæ sunt appellatæ. Sara verò nunquam dicta est concubina, sed vxor tantum. Vnde dicitur, Vna est columba mea, vna est formosa mea, & cætera. Neque enim video cur etiam Cethura post vxoris mortem ducta, nisi propter hoc mysterium dicta sit concubina. ORDINARIA. Post assumptionem namque ecclesiæ, adhæserunt Christo multæ animæ hæretica prauitate deceptæ, quæ non catholicos sed schismaticos genuerunt, qui vnitatem ecclesiæ diuiserunt, quos significant filij Cethuræ. AVCTOR CATENAE. Quemadmodum enim Osee propheta iubente deo fornicariam accepit vxorem, ad præsignandum, quod terra seu plebs Israëlitica fornicans fornicaretur à domino, id est per idololatriam à deo vero recederet (prophetæ siquidem verbis aliquando, aliquando factis prophetabant) sic & Abraham qui testante deo fuit propheta, in senio suo duxit vxorem, ad præfigurandum re ipsa, quod ex Christo & ecclesia militante generarentur in fonte baptismatis alii, qui, qui tamen vere ad ipsam ecclesiam non pertinerent. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Munera vero quæ acceperunt filij concubinarum, videntur mihi significare quædam dona dei, vel in sacramentis, vel in quibúsque signis, etiam carnali populo Iudæorum, & hæreticis data, velut filiis concubinarum, cum hæreditatis munus, quod est charitas & vita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est, ad filios promissionis. INTERLINEARIS. Separauit autem patriarcha filios concubinarum à filio suo Isaac, quia præcipitur nobis ab apostolo, Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuitare. Et merito quidem separauit eos ad Orientalem plagam, cum illi aduersentur, de quo dicitur per prophetam:

Hom. 11. Oriens est nomen eius. ORIGENES. Sed & aliter. Semper nobis sanctus Paulus apostolus occasiones præbet intelligentiæ spiritalis, & pauca (licet tamen necessaria) studiosis ostendit indicia, quibus quod lex spiritalis sit, in omnibus agnoscatur. Ipse igitur de Abraham & Sara disputans, quodam loco ait, Non (inquit) infirmatus fide consideravit suum corpus emortuum, cum fere centum annorum esset, & emortuam vuluam Saræ. Hunc ergo quem ille dicit emortui corporis in centenario annorum numero fuisse & Isaac magis virtute fidei, quàm corporis fœcunditate genuisse, Scriptura nunc refert accepisse vxorem Cethuram nomine, & filios ex ea plurimos genuisse, cum fere centum triginta & septem videretur annorum. Nam Sara vxor eius, decem ab eo annis iunior scribitur, quæ centesimo vicesimo & septimo anno defuncta, indicat Abraham super centum & triginta septem annorum fuisse, cum Cethuram accepit vxorem. Quid ergo? putamus quod in tanto patriarcha per idem tempus incitamenta carnis viguerint? Et qui olim à naturalibus motibus emortuus dicitur, nunc à libidine rediuiuus putabitur? An (vt sæpe iam diximus) Patriarcharum coniugia mysticum aliquid indicant & sacratum? sicut & ille qui dicebat de sapientia, Hanc ego cogitaui vxorem adducere mihi. Fortassis ergo iam tunc & Abraham simile aliquid cogitauit, & quanuis esset sapiens, hoc ipso tamen sciebat quod sapientiæ nullus est finis, nec discendi terminum senectus imponit. Qui enim consueuit eo modo sortiri matrimonium, quo de ipso superius indicauimus, id est qui virtutem habere in coniugio solet, quando potest ab huiusmodi cessare coniugio? Saræ nanque dormitio, virtutis est intelligenda consummatio. Qui verò consummatæ & perfectæ virtutis est, semper necesse est vt in aliqua eruditione versetur. Quam eruditionem coniugem eius sermo diuinus appellat. Secundum hoc puto quod & in lege cœlebs & sterilis maledicto subiacet. Dicit enim, Maledictus qui non reliquerit semen in Israël. Quod si hæc de carnali semine dici putentur, omnes ecclesiæ virgines sub maledicto positæ videbuntur. Et quid de ecclesiæ virginibus dico? ipse Ioannes, quo maior inter natos mulierum nemo fuit, & alij sanctorum plurimi, semen secundum carnem non reliquerunt, quippe qui nec iniisse quidem matrimonia referuntur, sed & certum est illos spiritale semen, & spiritales filios reliquisse, & habuisse vnumquêmque coniugem sapientiam, sicut Paulus per euangelium filios generabat. Accepit ergo senex mortui iam corporis Abraham Cethuram vxorem. Ego puto secundum hanc quam supra exposuimus rationem, quod melius tunc vxor accipitur, quando emortuum corpus est, quando mortificata sunt membra. Maior enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas in- L est, quando mortificatio Christi circunfertur in corpore nostro mortali. Denique Cethura quam nunc senex Abraham sortitur in matrimonium, Θυμίαμα interpretatur, quod est incensum, aut bonus odor. Et ipse enim dicebat sicut Paulus dixit, Quia Christi bonus odor sumus. Quomodo autem quis Christi bonus odor efficitur, videamus. Peccatum res est fœtida. Denique peccatores porcis comparantur, qui in peccatis velut in stercore fœtido volutantur. Et Dauid ex persona peccatoris pœnitentis dicit, Computruerunt & exesæ sunt cicatrices meæ. Si quis ergo vestrum est, in quo odor peccati iam nullus est, sed odor iustitiæ, suauitas misericordiæ, si quis sine intermissione orando offert domino semper incensum & dicit, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, hic Cethuram ducit vxorem. Sic ergo senum nuptias interpretari dignius puto, sic pulchre inita patriarcharum in vltima iam & defecta ætate coniugia, sic necessarias filiorum procreationes existimo numerandas. Ad tales enim nuptias, & huiusmodi sobolem, non ita iuuenes vt senes apti sunt. Quanto enim quis carne plus fessus est, tanto erit animi virtute robustior, & sapientiæ complexibus aptior. M Sic & ille in scripturis vir iustus Elchana duas simul refertur habuisse vxores, quarum vna Fenenna, alia Anna dicebatur, id est conuersio & gratia. Et primo quidem dicitur de Fenenna filios suscepisse, id est de conuersione, & postmodum de Anna, quæ est gratia. Profectus etenim sanctorum scriptura figuraliter per coniugia designat. Vnde & tu potes (si vis) huiusmodi nuptiarum maritus existere, vt (verbi causa) si hospitalitatem libenter exerces, hanc tibi coniugem videberis assumpsisse. Huic si addideris pauperum curam, secundam videberis sortitus vxorem. Quod si & patientiam tibi iungas, & mansuetudinem, cæteráſque virtutes, tot videberis accepisse vxores, quot virtutibus gaudes. Inde ergo est quod nonnullos patriarcharum simul plures habuisse coniuges, alios defunctis prioribus accepisse alias, Scriptura commemorat, vt illud figuraliter indicetur, quod quidam plures simul possunt exercere virtutes, alij non prius quę sequuntur incipere, quàm priora perduxerint ad perfectum. Inde denique Salomon plures simul habuisse refertur vxores, cui dixerat dominus, Sapiens ante te non fuit talis, & post te

A post te non erit. Quia ergo dederat ei dominus multitudinem prudentiæ, sicut arena est maris, vt iudicaret populum suum in sapientia, ideo plures simul poterat exercere virtutes. Sane propter hoc quod ex lege dei edocemur, si etiam ex his eruditionibus, quæ extrinsecus videntur esse in seculo, aliquas contingimus, verbi causa, vt est eruditio literarum, vel artis grammaticæ, vt est geometrica doctrina, vel ratio numerorum, vel etiam dialectica disciplina, & hæc omnia extrinsecus quæsita, ad nostra instituta perducimus, atque in assertionem nostræ legis adscisimus, tunc videbimur vel alienigenas in matrimonium sumpsisse, vel etiam concubinas. Et si de huiusmodi coniugiis disputando, contradicentes redarguendo, conuertere aliquos poterimus ad fidem, & si suis eos rationibus & artibus superantes, ad veram philosophiam Christi, & veram societatem Christi, pietatem dei suscipere suaserimus, tunc ex dialectica, vel rhetorica videbimur quasi ex alienigena quadam vel concubina filios genuisse. Igitur ad tales nuptias, vel ad huiuscemodi filios procreandos, per senectam nullus excluditur, imò potius hæc casta progenies maturæ ætati plus conuenit. Sicut & nunc Abraham B grandæuus (vt scriptura dicit) senex & plenus dierum, Cethuram ducit vxorem. Sed ne hoc quidem latere nos debet, ex his quæ per historiam referuntur, quæ & quales sint generationes, quæ ex ipsa propagantur. Si enim horum meminerimus, facilius de diuersis gentibus, quæ in scripturis dicuntur, poterimus agnoscere. Verbi causa, vt cum dicitur quia Moyses accepit vxorem filiam Iethro sacerdotis Madian, qui Madian inuenitur filius fuisse Cethuræ & Abraham. Agnoscimus ergo quia vxor Moysi ex semine Abraham sit, & non fuerit alienigena. Sed & cum scribitur regina Cedar, sciendum nihilominus est, quod & Cedar ex ipso genere Cethuræ descendat & Abraham, sed & in generationibus Ismaël similia inuenies. Quas si diligenter intuearis, plurimas in his quæ cæteros latent, historias deprehendas.

C *VIxerunt autem dies uitæ Abrahæ centum septuagintaquinque anni, & deficiens mortuus est in se-* 2
nectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum, congregatúsque est ad populum suum. Et se-
pelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor
Hethæi, è regione Mambre, quam emerat à filiis Heth. Ibi sepultus est ipse, & Sara uxor eius. Et post
obitum illius benedixit deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine uiuentis & uidentis.

Fuerunt autem dies uitæ Abrahæ centum septuagintaquinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque 2
ætatis, & plenus dierum, congregatúsque est ad populum suum. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CI- Vbi supra.
VITATE DEI. Si mortuus est Abraham cum esset annorum centum septuagintaquinque, annorum septuagintaquinque Isaac filium dereliquit, quem centenarius genuit. HIERONYMVS DE QVAESTIO
D NIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et mortuus est Abraham in senectute bona, senex & plenus, & collectus est ad populum suum. Male in Septuaginta interpretibus additum est, & deficiens Abraham mortuus est, quia non conuenit Abrahæ deficere & imminui. Illud quoque quod nos posuimus, in senectute bona, senex & plenus, in Græcis codicibus ponitur, plenus dierum. Quod cum sensum videatur exponere, eo quod luce & operibus diei plenus occubuerit, tamen magis ad anagogen facit, si simpliciter ponatur plenus. AMBROSIVS. Plenitudinem enim vita iustorum habet, inanes vero sunt dies malorum. RVPERTVS. Porro quod dictum est, congregatúsque est ad populum suum, per similitudinem est intelligendum, quia videlicet quemadmodum de agris congregatur matura messis in horreum, sic de publico vitæ huius, congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quiescentium. INTERLINEARIS. Vel ad populum suum, id est ad angelos, quorum conciuis erat. GLOSSA GRAECA. Ecce Moyses vitam venturi seculi nouit, nemo enim iis qui non sunt, apponi potest. CAIETANVS. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuagin
E taquinque anni, & deficiens mortuus est. Iuxta Hebræum habetur, Et finitus est, & mortuus est Abraham. Non sola mors, sed peruentio ad finem (hoc est, terminos vitæ naturalis) describitur. In senectute bona. Minus dicitur, Nam postrema ætas decrepitorum in Hebræo significatur. Et hæc vltima ætas narratur bona, vtpote absque ægritudinibus & molestiis semper vtilis. Prouectæque ætatis, & plenus dierum. Iuxta Hebræum habetur, Senex & satur. Qualitatem vltimæ ætatis non solum à bonitate commendat, sed etiam à satietate. Est enim sensus, quod non solum habuit senectutem incolumem & vtilem vsque ad finem, sed etiam quod obiit senex saciatus omnibus bonis, vt nihil ei desiderandum superesset. Emphasis autem est repetitio ætatis senilis. Congregatúsque est ad populum suum. Iuxta Hebræum habetur, & congregatus fuit ad populos suos. Aduerte prudens lector tria narrari de Abraham, primum, quod finitus est, mortuus est, & cætera. Et hoc directe resipicit ipsum Abraham, hominem constantem ex anima & corpore. Nam ipse homo finitus est, mortuus est, & cætera. Tertium, quod sepelierunt eum filij sui, & cætera. Et hoc directe refertur ad Abraham secundum cor-
F pus duntaxat. Nam non ipsum hominem compositum ex anima & corpore, sed cadauer tantum eius sepelierunt filij. Secundum ergo (videlicet & congregatus est ad populos suos) directe conuenit Abrahæ secundum animam. Nam neque ipse homo compositus ex anima & corpore, congregatus est ad populos suos, sed desiit omnibus populis huius mundi, nec cadauer eius aggregatum est populis suis, cum sola Sara ex gente eius fuerit vsque ad tempus illud in illa spelunca sepulta. De Abraham itaque secundum animam oportet intelligere & verificare scripturam hanc, & coadunatus fuit ad populos suos. Et hæc ideo perpende, vt obmutescere facias impudentium hominum temeritatem, qui audent dicere, nec vnum verbum in libris Moysi haberi de vita hominum post mortem, patet hic clare immortalitas animæ non solius Abrahæ, sed multorum populorum quibus adiunctus est Abraham. Et dixit in numero plurali populos, ad significandum quod ex quibuscúnque mundi nationibus mortui iusti simul in alia vita conueniebant, & vndecúnque essent, conueniebant cum quocúnque

M iusto mortuo

Universidad de Deusto Biblioteca

iusto mortuo adueniente, tanquam populus proprius illius. Quare ad literam significatur quod Abraham con- G
gregatus est ad societatem iustorum omnium qui mortui fuerant. AVCTOR CATENAE. Et plenus die
rum. Hebraicè est וְשָׂבֵעַ Vesabeaa, Et satur, proprie enim satietatem significat hæc dictio, eo quod saturata fuit a-
nima eius in diebus suis, nec optabat vt dies eius innouarentur. Potest etiam plenum significare, vt tam Septua-
ginta, quam Chaldaica & Latina æditiones verterunt. Anni autem tam Abrahæ quàm aliorum patriarcharum
bene notati prosunt concordandis scripturæ locis. Vixit igitur Abraham centum septuaginta quinque annis, &
deficiens mortuus est. Deficere rectè dicitur, viribus naturæ destitui, sicut de beato Martino legitur, cum ta-
men spiritus fastigia virtutum apprehendisset. Mortuus est autem resolutione quidem corporis, sed cum san-
ctis viuit deo iuxta spiritum, eo quod viuorum deus est, non mortuorum. Senectus bona, dicitur vita vene-
rabilis, & plena virtutum, sine miseriis vitiorum naturalium, quibus aliquos post octogesimum annum subia-
cere videmus. Senex verò dicitur, non spatio dierum & temporis, cum iunior obierit omnibus auis suis, sed
quia sensu, fide, sanctimonia vitæ profecerat in immensum. Saturus scilicet vitæ præsentis, vt iam dissolui cu- H
pierit & esse cum domino. Apponi ad populum suum, est consociari. Non in maiorum sepultura iuxta corpus,
sed perduci iuxta animam ad consortium animarum patrum illius, quæ erant in pœnis tenebrarum vsque ad de-
scensum filij dei ad inferos, qui locus exinde sinus est Abrahæ vocatus, & post saluatoris domini resurrectio-
nem transferendus ad paradisum fœlicitatis perpetuæ. *Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ*
sita in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mambre, quam emerat à filiis Heth. CAIETANVS. Nihil dicitur de
filiis Cethuræ, aut quia isti duo præcipui erant, aut quia alij absentes erant. AVCTOR CATENAE. Se-
pultura maiorum, pietatis filiorum indicium est & gratitudinis, virtutum suarum memoriale & monumen-
tum, quas sedulo sectentur, & non obliuiscantur doctrinarum, seque morituros sæpe recordentur, statuen-
dósque iudicio pro factis, expectare corporum resuscitationem, & pro his quæ gesserunt in corpore merce-
dem. *Ibi sepultus est ipse, & Sara uxor eius.* Sepultura huiusmodi in Mambre testimonium erat complenda-
rum promissionum de illius terræ possessione, vnde dei magnalia futura quasi in vmbilico terræ, quaquauer- I
sum, in dei gloriam diuulganda essent. *Et post obitum illius benedixit deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum*
nomine uiuentis & uidentis. Quod in Hebræo est, puteum viuentis videntis me, Septuaginta, φρέαρ τῆς ὁράσεως,
hoc est, puteum visionis, Chaldaica, puteum super quo apparuit angelus vitæ, dixerunt. Sed idem est. Benedici-
tur autem Isaac etiam post obitum patris, non solum diuitiis, honore, & gloria, sed multo magis fidei ac virtu-
tum omnium charismatibus.

Mysticè. ORIGENES. De morte Abraham quid nobis amplius dicendum est, quam sermo domini in euangeliis
continet, dicens: De resurrectione autem mortuorum non legistis, quomodo dicit in rubo, Deus Abraham, &
deus Isaac, & deus Iacob? Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. Omnes enim illi viuunt. Optemus
ergo & nos huiusmodi mortem, sicut & Apostolus dicit: vt moriamur peccato, viuamus autem deo. Talis nan-
que Abrahæ mors intelligenda est, quæ in tantum dilatauerat sinus eius, vt omnes sancti qui de quatuor ter-
ræ partibus veniunt, in sinum Abrahæ portentur ab angelis. Sed videamus iam quomodo post mortem eius be- K
nedixerit dominus Isaac filium eius, & quæ est ista benedictio. Benedixit (inquit) dominus Isaac, & habitauit
ad puteum visionis. Intelligentibus grandis est ista benedictio. Vtinam & dominus mihi daret hanc benedi-
ctionem, vt habitare merear ad puteum visionis. Quis potest scire & intelligere quæ est visio, quam vidit Esa-
ias filius Amos? Quis potest scire quæ est visio Naum? Quis potest intelligere quid contineat illa visio quam vi-
dit Iacob in Bethel, cum abiret in Mesopotamiam, vbi dixit: Hæc est domus dei, & porta cœli? Et si quis po-
test singulas quásque visiones, vel quæ in lege sunt, vel quæ in prophetis, scire & intelligere, ille habitat ad pu-
teum visionis. Sed & hoc diligentius perspice, quod ita magnam benedictionem accipere à domino meruit
Isaac, vt habitaret ad puteum visionis. Nos verò quando satis mereri poterimus, si forte transitum habere pos-
simus per puteum visionis? Ille tamen permanere meruit in visione & habitare, nos quidem parum illuminati
per dei misericordiam, sentire, vel suspicari de vnaquaque visione vix possumus. Si tamen potuero vnum ali-
quem intellectum sentire de visionibus dei, vnam diem videbor fecisse ad puteum visionis. Si verò non solum L
secundum literam, sed aliquid etiam secundum spiritum attingere, biduum videbor fecisse apud puteum visio-
nis. Quod & si moralem locum contigero, fecerim triduum, vel certe etiam si non potuero omnia intellige-
re, assidue tamen in scripturis diuinis & in lege dei meditor die ac nocte, & omnino nunquam desino, inqui-
rendo, discutiendo, tractando, & certe (quod maximum est) orando deum, & ab ipso poscendo intellectum,
qui docet hominem scientiam, videbor etiam ego habitare ad puteum visionis. Et tu ergo si semper perscrute-
ris propheticas visiones, si semper inquiras, semper discere cupias, hæc mediteris, in iis permaneas, percipis & tu
benedictionem à domino, & habitas apud puteum visionis. Et tibi enim apparebit dominus Iesus in via, & a-
periet tibi scripturas, ita vt dicas, nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum aperiret nobis scripturas? Ap-
paret autem his, qui de ipso cogitant, & in ipso meditantur, atque in lege eius die ac nocte versantur. AV-
CTOR CATENAE. Sic itaque iuxta fontem patres habitant, vbi deus viuit & saluat, videt & videtur, sa-
cræ scilicet scripturæ, cuius sapientiæ aquas sancti possident, reficiuntur dei eloquiis, per quæ viuunt, vident & M
videntur. INTERLINEARIS. Spiritaliter etiam sepelierunt Abraham Isaac & Ismaël filij sui in spe-
lunca duplici, quæ sita est in agro, & cætera, hoc est, populi de circuncisione & præputio credentes, tam in a-
ctione quàm in contemplatione, quibus vacare non potuerunt doctores ecclesiæ, nisi illa vacatio empta fuisset
promissione æternitatis, & prædicatione veritatis à principibus terrenis. Ibi sepultus est ipse, & Sara vxor sua,
Christus videlicet memoriæ commendatus, & ecclesia primitiua. Et post obitum illius benedixit deus Isaac fi-
lio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis & videntis. Quia post passionem Christi multiplicauit deus
christianum populum, qui morabatur in discutiendis profunditatibus scripturarum.

A *HAe sunt generationes Ismael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Aegyptia famula Saræ, & hæc* 3
nomina filiorum eius in uocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, de-
inde Cedar, & Adbehel, & Mabsam, Masma quoque, & Duma, & Massa, Adad, & Thema,
& Ietur, & Naphis, & Cedma. Isti sunt filij Ismael, & hæc nomina per castella & oppida eorum,
duodecim principes tribuum suarum. Et facti sunt anni uitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiénsque
mortuus est, & appositus est ad populum suum. Habitauit autem ab Euila usque Sur, quæ respicit Aegyptum
introeuntibus Assyrios. Coram cunctis fratribus suis obiit.

B *Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Aegyptia famula Saræ, & hæc nomina filiorum eius in uo-* 3
cabulis & generationibus suis. AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Quid sibi vult quod scriptum est, Hæc sunt nomina filiorum Ismaël secundum nomina
generationum eorum? Non enim satis elucet cur additum sit secundum nomina generationum eorum, cum
ij soli nominentur, quos ille genuit, non etiam qui ab ipsis geniti sunt. Nisi forte quia nationes ex illis propa-
gatæ, eorum nominibus appellantur, & hoc significatum sit cum dictum est, secundum nomina generatio-
num eorum, quanuis hoc modo illæ nationes sint potius secundum nomina istorum, non ista nomina secun-
dum illas nationes, quia illæ posterius extiterunt. Vnde notanda locutio est, quia & postea de illis dicitur, duo-
decim principes secundum gentes eorum. IDEM IN LOCVTIONIBVS. Tale est igitur ac si di-
xisset, secundum quæ nomina generationes eorum appellatæ sunt. *Primogenitus Ismaelis, Nabaioth, deinde Cedar,*
& Adbehel, & Mabsam, Masma quoque, & Duma, & Massa, Adad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma. HIE-
C RONYMVS. Duodecim filij nascuntur Ismaëli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth, à quo omnis regio Vbi supra.
ab Euphrate vsque ad mare rubrum, Nabathena vsque hodie dicitur, quæ pars Arabiæ est. Nam & familiæ eo-
rum, oppidáque & pagi, ac munita castella & tribus eorum hac appellatione celebrantur. Ab vno quoque ex
his, Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad austrum. Et Cedma ad orientalem plagam dicitur.
Isti sunt filij Ismael, & hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum. GLOSSA GRAE
CA. Ismaëlitæ iidem qui & Agareni ab Agar, & Saraceni à Sara. CAIETANVS. Iuxta Hebræum
habetur, Et hæc nomina eorum in curiis suis, & in palatiis suis. Excellentia status filiorum Ismaëlis significa-
tur, quod quilibet eorum habebat proprium palatium, propriam curiam, relatiue ad gentem propriam, vtpo-
te princeps. AVCTOR CATENAE. Per castella & oppida eorum, Hebraicè est, בְּחַצְרֵיהֶם וּבְטִירֹתָם
Behazrehem vbtirotham. Significat autem hazerim siue hazeroth, atria, sed ponitur etiam pro villa vel oppi-
do, tam in singulari quàm in plurali. Tiroth autem, habitationem vel palatium, & dicunt esse proprie castra
D & magna ædificia. Potest ergo verti locus, In villis seu oppidis suis & in palatiis seu castris suis. Chaldaica, In
villis suis habet, & in ciuitatibus suis. Septuaginta, ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν αὐτῶν, καὶ ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν, In
mansionibus eorum, & in tabernaculis eorum. Sed hæc omnia idem significant. Ismaëlis igitur filij fuerunt
populi magni & nobiles, quorum cum Israële cognatio amicitiam fouere debuerat, & eiusdem parentis fidem
& opera, certatim sectari pariter æquum erat amborum sobolem. Vel hinc autem apparet non fuisse eandem A-
gar & Cethuram, cum illius duodecim filij nominentur, huius verò quatuordecim filij ac nepotes. *Et facti*
sunt anni uitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiénsque mortuus est, & appositus est ad populum suum. CAIETA-
NVS. Hæc expone vt supra de obitu Abrahæ, intelligendo tamen per populum suum, animas defuncto-
rum vndecúnque similes in bonitate vel malitia Ismaëli secundum animam. Significatur enim quod secun-
dum animam congregatus est ad sibi similes defunctorum animas, ex quocunque populo fuerint. AVCTOR
CATENAE. Circa Ismaëlis mortem, eadem dicuntur quæ supra de Abraham dicta, sed omittitur, In se-
E nectute bona, Senex & plenus dierum, quia iunior patre & fratre decessit, & priorum comparatione, pauci an-
ni habentur centum triginta septem. Appositus autem dicitur ad patres suos, hoc est, eadem cum patribus pa-
ce quiescens, statu & loco, quem deus ordinauerat tunc pro animabus amicorum, & toto illi corde adhæren-
tium. Nam sunt qui eum ad sanctorum patrum populum qui in lymbo existebant omnino perrexisse asserant,
De quo tamen nos nihil certi asserere audemus. Hæc autem succinctius de Ismaële scribuntur & posteris pri-
mo, vt generatio Isaac per singula describenda aptius cohæreret. *Habitauit autem ab Euila usque Sur, quæ respicit*
Aegyptum introeuntibus Assyrios. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS, ET EVCHE-
RIVS. Duplex est Euila. Altera regio Indiæ, ad orientem vergens, quam circuit fluuius Phison, exiens de
paradiso, quem nostri mutato nomine Gangem appellant, sic dicta ab Euila nepote Noë, quem Iosephus re-
fert, cum fratribus suis à flumine Cephene & regione Indiæ, vsque ad eum locum qui appellatur Ierie, posse-
disse. Altera autem est solitudo contra faciem Aegypti tendentibus per iter Assyriorum, & hanc Ismaël & po-
F steritas eius incoluit, vsque ad solitudinem quæ est inter Cades & Barad, dictam Sur, extendentem desertum
suum vsque ad mare rubrum & Aegypti confinia. CAIETANVS. Habitauit autem. Iuxta Hebræum
habetur, Et habitauerunt ab Hauila vsque Sur. Non ad Ismaëlem tantum, sed ad Ismaëlem & filios refertur.
Quæ respicit Aegyptum, & cætera, vt situs regionis cosmographis clarius innotescat. AVCTOR CA-
TENAE. Hebraica litera est וַיִּשְׁכְּנוּ מֵחֲוִילָה Vaiscinu mehauila, Et habitauerunt ab Hauila, vt non de vno
Ismaële dicatur, sed omnibus filiis eius, qui ea loca passim incoluerunt, quæ & hodie nominibus filiorum
Ismaël vocantur, scilicet Nabaioth, qui & Nabathæi, & Cedar, quæ est Arabia, atque itidem alij. Possede-
runt autem omnem eam regionem, quæ à sinu Persico incipit, vbi sunt ostia Tigris & Euphratis fluminis,
vsque in Assyriam, hodiéque regio vocatur Cabana, si tamen ea est, non enim penitus asserimus. Sur autem
alio nomine, Syriaco scilicet, nominatur Agara, ab Agar matre Ismaëlis. Vnde & Chaldaica hic legit, Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitauerunt ab Euila vsque Agara, quæ est è regione Aegypti, pertingens vsque ad Assyriam. In hac autem G
solitudine quæ (vt dictum est) vsque ad mare Rubrum & Aegypti confinia extenditur, est mons Sinai & Oreb.
Septuaginta, etiam per singulare extulerunt, κατῴκησε δὲ ἄπῳ ἐβιλάθ, Habitauit autem ab Euilat. *Coram cun*
ctis fratribus suis obiit. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Quod in extre-
mo huius capituli iuxta Septuaginta legimus, contra faciem omnium fratrum suorum habitabat, verius est
illud, quod nos posuimus, Coram omnibus fratribus suis occubuit, id est, in manibus omnium filiorum suo-
rum mortuus est, superstitibus liberis, & nullo prius morte perempto. Fratres autem pro filiis appellari, Iacob
Gene.35. quoque ad Laban demonstrat, dicens: Quod est peccatum meum, quia persecutus es post me, & quia scruta-
tus es omnia vasa mea? Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ? Ponatur coram fratribus meis & fratribus
tuis, & diiudicent inter nos. Nec enim possumus credere, vt scriptura commemoret, quod Iacob exceptis li-
beris secum fratres aliquos habuerit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Super facies omnium fra H
trum suorum cecidit. Dixerat angelus ad Agar de Ismaële, & super facies omnium fratrum suorum habitabit
seu morabitur, & propterea narrat Moyses hoc adimpletum, dicendo quod cecidit, hoc est, quod habitan-
do super facies omnium fratrum suorum, cecidit à vita. Situs regionis habitatæ ab eo postquam descriptus est
terminus terrarum, describitur etiam relatiue ad habitata loca à fratribus Ismaëlis filiis Cethuræ, videlicet
quod erat super facies eorum. Eminentia siquidem habitatæ ab Ismaële regionis significatur. AVCTOR
CATENAE. Hebraica sunt huiusmodi עַל פְּנֵי כָל אֶחָיו נָפָל Al pene col chaf naphal, Coram facie seu in
conspectu omnium fratrum suorum cecidit, seu corruit. Simplex sensus videtur, iunior omnibus fratribus
suis obiit, hoc est, paucioribus annis vixit. Vel circunastantibus omnibus suis filiis, nepotibus, & amicis,
naturali morte deficiens obiit. Hebræorum aliqui exponunt, coram cunctis fratribus suis cecidit, scilicet ei
possessio, hoc est, in conspectum fratrum suorum obuenit sors eius. Sed tam Septuaginta quàm Chaldaica le-
gunt, E regione, seu ante faciem omnium fratrum suorum habitauit, cum tamen nusquam talis huius verbi I
significatio reperiatur. Verum in Chaldaica litera non est verbum naphal, sed שְׁרָא Sera, quod manere siue ha-
bitare significat.

Mysticè. ORDINARIA. Notandum quod hi populi ante filios Isaac computantur, qui cum sint de semi-
ne Abrahæ, non tamen computantur in semine, quia prius est quod animale, & deinde quod spirituale. Vn-
de post computationem carnalium ponitur genealogia Isaac, de qua facta est promissio, & electorum propa-
ganda successio. Duodecim autem principes tribuum suarum. Duodenarius sicut sacratus est in apostolis & in
apostolicis viris, sic execrabilis est in reprobis contra fidem Trinitatis & euangelium, per quatuor mundi par-
tes dilatatis.

4 *HAc quoque sunt generationes Isaac filij Abrahæ. Abraham genuit Isaac, Qui cum quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem La-* K
ban. Deprecatúsque est Isaac dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis. Qui exaudiuit
eum, & dedit conceptum Rebeccæ, sed collidebantur in utero eius paruuli. Quæ ait, Si sic mihi futu-
rum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque Rebecca ut consuleret dominum. Qui respondens,
ait, Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur, populusque populum superà-
bit, & maior seruiet minori.

4 CHRYSOSTOMVS. Postquam nobis diligenter narrauit diuina scriptura ea, quæ ad sanctum patriar-
cham Abraham attinent, & docuit postremum illius certamen in immolatione filij, quod & si non opere, vo- L
luntate tamen perfecit, deinde fœlicem illius consummationem, nunc exponit nobis quæ ad Isaac occisum &
non occisum pertinent, factum enim ænigmati simile est. Sicut ergo vidimus patriarchæ virtutem in omnibus
relucentem, age & quæ de Isaac dicta sunt, hodie in medium afferentes, videamus quomodo & ipse piam & re-
ligiosam mentem in omnibus præ se tulerit. Dignum autem est vt ipsa scripturæ verba audiamus. *Hæ quoque*
(inquit) *sunt generationes Isaac filij Abrahæ. Abraham genuit Isaac.* INTERLINEARIS. Hoc repetitur, vt
sequentia commodius annectantur. AVCTOR CATENAE. Aliud igitur fidei, omniúmque virtu-
tum exemplar scriptura prosequitur, Isaac scilicet, Abrahæ tanti patris legitimi filij & hæredis. *Qui cum quadrà-*
ginta (inquit) *esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.* CHRYSO-
STOMVS. Considera obsecro dilecte, diuinæ scripturæ diligentiam, quomodo nihil superuacue ponat. Quare
enim tempus nobis Isaac posuit, & dicit: Erat Isaac quadraginta annorum, quando accepit Rebeccam? Non
absque causa, neque temere, sed quia nobis Rebeccæ sterilitatem narraturus erat, & quod ex precatione iusti pro-
creatio prolis concessa sit. Vult autem docere nos magnitudinem patientiæ Isaac, & clare indicare quanto tem- M
pore liberis caruerit, vt & nos æmulantes iustum, assidui simus in diuinis precibus, si quando aliquid à deo pe-
tierimus. Si enim iustus ille ita virtute præditus, & tantam apud deum gratiam habens, tantam præ se tulit con-
stantiam & studium, continuo deum orando, ita vt solueretur Rebeccæ sterilitas, quid dicemus nos, qui tantis
peccatorum oneribus premimur, & neque tam variam virtutis iusti partem ostendimus, sed & si aliquid bene e-
gerimus, statim torpescimus, & resilimus, nisi statim exaudiamur. Propterea oro, vt ex his quæ iusto illi euene-
runt eruditi, nunquam cessemus orare deum, vt ignoscat nobis peccata, feruénsque & æstuans desiderium osten-
damus, & non ægreferamus neque segniores fiamus, si non statim audiamur. Fortassis enim dominus conti-
nuam nostram sedulitatem blanda arte inducens, ita differt, vt mercedem patientiæ quoque afferamus, & quia
ipse tempus scit, quando nobis vtile quod quærimus. Neque enim nos ita scimus, quid nobis vtile, vt ipse eui-
denter nouit, qui etiam abscondita mentis nostræ cognoscit. Proinde par est vt nihil curiosius quæramus vel
incusemus

A incusemus in his quæ à deo fiunt, sed grati simus, & admiremur iustorum virtutes. CAIETANVS. Qui
cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem La-
ban. Iuxta Hebræum habetur, Filiam Bathuelis Aramæi de Padan Aram. Non erat Syrus Bathuel, sed natione
Mesopotamius, patria autem Aramæus. Et quoniam duæ erant ciuitates nomine Aram, altera Syriæ, cogno-
minata Soba, ad illius differentiam scilicet Aram Soba, appellatur hæc Aram Padan. AVCTOR, CATE-
NAE. Filiam Bathuelis Syri, & cætera. Hebraicè est בַּת בְּתוּאֵל הָאֲרַמִּי מִפַּדַּן אֲרָם צְרוֹת לָבָן הָאֲרַמִּי לוֹ לְאִשָּׁה
Bath Bethuel haarammi mipaddan aram, ahoth Laban haarammi lo leissa, Filiam Bathuelis Aramæi de Padan
Aram, sororem Laban Aramæi sibi in vxorem. Et quia Syria diuidebatur in duas prouincias, scilicet in Syri-
am Soba, & in Syriam Nechorim, quæ ad istam copulabatur, quando dicitur de Padan Aram, id est Syriæ, per-
inde est ac si diceretur de Mesopotamia, quæ Syriæ Soba confinis est, & Syrorum lingua ita dicitur, hoc est, pla-
na vel campestris Syria. Vnde rectissime vertit interpres, Filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia. Septuagin-
B ta, θυγατέρα βαθουὴλ τοῦ σύρου, Filiam Bathuelis Syri, Chaldaica, Filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia Sy-
riæ, sororem Laban Syri in vxorem. Quadragenarius itaque tandem nupsit Isaac, vt discamus quàm caste vi-
xerint, quàm naturæ robur diu expectauerint, non interim scortationibus incumbendo, sicut nec comessatio-
nibus & ebrietatibus, quæ spumant in libidinem necessario, sed domini voluntatem, de vxore illis destinanda
expectabant. Docemur autem, non festinanter, non temere, nec de ignotis familiis vxorem ducendam, sed in-
tegra ætate, præuia dei inuocatione, de fidelibus parentibus in timore dei educatam diligenter. CHRYSO-
STOMVS. Postquam ergo dixit nobis diuina scriptura, quot annorum fuerit Isaac, dicit & de Rebecca vxo-
rem eius. *Deprecatúsque est Isaac dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis.* Vide obsecro iusti religiosam men-
tem. Quoniam enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ conditorem confugit, & vincula naturæ precibus
solueret festinauit, Deprecatus est (inquit) dominum pro vxore sua, quia sterilis erat. Vnum hoc in primis ope-
C rilis fuit? Non possum carpere eorum vitam, & dicere quod sterilitatem illam peccata fuerint operata. Et vt
discas rem miram, quia non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater iusti Sara, neque mater eius sola, sed & vxor
Iacob Rachel. Quid sibi vult ille sterilium chorus? Omnes iusti, omnes virtute præditi, omnes à deo testimo- Exo.3.
nium habentes. Nam de ipsis dicebat, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Beatus etiam Pau- Heb.11.
lus, Ideo non confunditur (inquit) deus, vt inuocetur eorum deus. Multæ ipsorum laudes in nouo, multæ in
veteri testamento, vndique clari & nobiles, & omnes steriles habuerunt vxores, multóque tempore carue-
runt liberis. Quando igitur videris virum & mulierem virtuti deditos, carereque pueris, quando videris pios
& religionis studiosos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinæ dispensationis sermones
nobis sunt arcani. Et pro omnibus gratias agere oportet, & solos illos miseros dicere, qui in peccato viuunt,
non eos quibus filij desunt. Quippe sæpenumero multa deus dispensat, quorum nos causam nescimus. Ea
D propter vndequáque sapientiam eius admirari oportet, ac glorificari ineffabilem misericordiam. Sed hæc qui-
dem ad vtilitatem nostram dicta sunt, ita vt multam gratitudinem exhibeamus, neque de dispensatione diui-
na curiosè rogemus. Dicamus tamen & causam propter quam mulieres illæ steriles fuere, vt videlicet cum vi-
deris Virginem, dominum nostrum parientem, ne sis incredulus. Exerce enim tuos sensus (inquit) in vulua
sterilium, vt cum didiceris ligatam & emortuam vuluam, diuina virtute ad procreationem aperiri, inde co-
piosis argumentis acceptis, non admireris, audiens quod Virgo pepererit, imò admirare & obstupesce, & ne
sis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Iudæus, quomodo peperit virgo? dic tu ei, Quomodo pepe-
rit sterilis & vetula? Duo impedimenta tunc erant, & ætas intempestiua, & natura vitiata, in Virgine autem
vnum impedimentum fuit, quod non est particeps concubitus. Sterilitas igitur viam parat virginitati, vt sci-
licet credatur eius partus, & manuduxit nos ad fidem promissionis. Denique vt scias, quod propter hoc steri-
les prius fuerunt, vt credatur virginitatis partus, audi verba Gabrielis, quæ ad Virginem dixit. Postquam e- Luc.1.
E nim venit, & dixit: Concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, obstupefacta est & ad-
mirata, ac dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quid igitur angelus? Spiritussanctus
superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ne quæras (inquit) naturæ modum & ordinem, quando
super naturam sunt quæ fiunt. Ne spectes coniugij dolores, quando maior quàm in nuptiis natiuitatis modus
erit. Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita di-
gna, vt huic ministerio seruires. Spiritus gratiæ est, ne iuxta nuptiarum leges intelligas. Verum quoniam ma-
iora sunt verba hæc, quàm vt illa caperet, vult & aliam ei præbere demonstrationem. Tu autem obsecro at-
tende, quomodo sterilis istam manuducat ad fidem partus. Quoniam prior demonstratio maior erat co-
gitatione Virginis, audi, quomodo & humiliorem sermonem affert, per sensibilia ipsam manuducens, Et
ecce (inquit) Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi
quæ vocatur sterilis. Vides quod sterilis propter Virginem? Quoniam cuius gratia alioqui retulisset par-
F tum cognatæ, cuius item gratia & dicebat, quæ vocatur sterilis? Plane per omnia manuducebat eam ad
credendum annunciationi, propterea & tempus dixit, & naturæ sterilitatem, propterea & tempus distu-
lit conceptionis. Non enim statim à principio ei annunciatum est, sed præterito tempore semestri, vt
vteri sarcina conceptionem doceat. Et vide quanta Gabriel vtitur solertia. Non enim in memoriam ei
reducit vel Saram vel Rebeccam, vel Rachel. Quare & quam ob causam? Et hæ fuerunt steriles & ve-
tulæ, & magnum miraculum fuit, sed quia erant antiquæ narrationes, adducit eam ad hoc, quod nuper
contigerat, vt mentem eius prouocaret. RVPERTVS. Deprecatus est Isaac dominum pro v-
xore sua, eo quod esset sterilis. Quia donum dei erat & non ex hominibus, vt in semine Abrahæ om-
nes gentes benedicerentur, decebat sic ad dandum extendi manum dei, vt ad cognoscendum non dor-
mitaret ingratitudo hominis. Quid autem in re huiusmodi melius eruditet fidem, vel obstrueret os

 omnium, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium, quàm vel sterilitas fœminarum? Bene igitur præparauit quidem Rebeccam prouidentia dei, nec fal- G
sus est seruus Abrahæ, dicendo, ipsa est quam præparasti domine filio domini mei, veruntamen talem præpa-
rauit, in qua non posset omnis caro, sed sola fides coram deo gloriari. Sterilem nanque vterum prouidit.
Hom.12. ORIGENES. Plurimæ igitur sanctarum mulierum in scripturis steriles fuisse referuntur, sicut ipsa Sara,
ecce & nunc Rebecca. Sed & Rachel dilecta Israël sterilis fuit. Anna quoque mater Samuelis, sterilis scribi-
tur. Sed & in euangeliis Elisabeth sterilis fuisse memoratur. In omnibus autem istis vnus hic titulus designa-
tur, quod post sterilitatem sanctum omnes ædiderint partum. AVCTOR CATENAE. Steriles e-
tiam esse sanctorum matres vult dominus, vt gratiæ & promissionum filij habeantur, & naturæ fragilitas ad
opus bonum, sine gratia comprobetur. Sitque locus fidei & precibus, vult enim precibus obtineri quod ab æ-
terno ordinauerat præstare. Filij sancti non nisi precibus & fide à domino impetrantur. CHRYSOSTO-
MVS. Sed necessarium est vt ad institutum sermonem redeamus, & significemus iusti virtutem, quomo-
do precibus sterilitatem Rebeccæ soluit, & vincula naturæ superauit. Deprecatus est (inquit) deum pro Re- H
becca vxore sua, quando sterilis erat. *Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ.* Non quia mox ita sub-
ditur, & scriptum est, putes è vestigio & protinus assecutum esse quod optabat & quærebat. Nam viginti an-
nis mansit orans & deprecans deum, & tunc tandem assequutus est quod desiderabat. Et vnde sciemus hoc? Si
diligenter ingredimur ad ea, quæ in diuina scriptura continentur. Non enim tempus à nobis absconditum
est, sed signauit quidem, latenter tamen, ita vt prouocet desiderium nostrum, & ad dignam inquisitionem
incitet. Nam sicut docuit nos annorum numerum quot habuerit, quando Rebeccam duxit, ita & hoc nobis
manifestum fecit. Erat enim (inquit) annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.
Didicisti diligenter tempus? Deinde postquam dixit: Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod
sterilis esset, vt discamus annorum numerum, assignauit nobis quot annorum fuerit Isaac, quando nati sunt
ei filij de Rebecca. Sexagenarius (inquit) erat Isaac, quando nati sunt paruuli. Si igitur quadraginta annorum I
erat, quando duxit Rebeccam, sexaginta autem quando peperit vxor, manifestum quod annis viginti perse-
uerauit orans deum, & vterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecit. Vidisti orationis vim, quod
& naturam superet? Hunc omnes imitemur, & ita in precibus simus assidui, & anima sobrij, & humilia-
ta mente, audiamúsque Paulum admonentem & dicentem, Leuantes sanctas manus absque ira & disceptа-
1.Tim.2. tionibus, & studeamus semper liberari à perturbatione, vt mens sit in tranquillo, maxime autem precum
tempore, quando multa nobis opus est à deo misericordia. Nam si nos viderit operari secundum leges quas
ipse dedit, statim nobis donorum suorum largitatem liberaliter concedet. GREGORIVS LIBRO
PRIMO DIALOGI. Notandum vero, quod obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fue-
runt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque
cœlestis regni prædestinatio, ita est ab omnipotente deo dispositа, vt ad hanc electi ex labore perueniant, qua-
tenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante secula donare disposuerat. Abrahæ K
Gene.21. nanque dominus ait, In Isaac vocabitur tibi semen, cui etiam dixerat, Patrem multarum gentium constitui
Gene.17. te. Et rursum, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in lit-
Gene.22. tore maris. Ex qua re aperte constat, quod omnipotens deus semen Abrahæ per Isaac multiplicari prædesti-
nauerat, & tamen scriptum est, Deprecatus est dominum Isaac pro vxore sua, eo quod esset sterilis, qui exau-
diuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit, cur
sterilem accepit? Sed nimirum constat, quia prædestinatio precibus impletur quando is in quo deus multi-
plicare semen Abrahæ prædestinauerat, oratione obtinuit, vt filios habere potuisset. INTERLINEA-
RIS. Quanuis igitur in Isaac promissa esset successio, tamen implenda erat precibus dei præfinitio.
AVCTOR CATENAE. Quod contra insipiens illud facit hominum genus, qui dicunt, Non neces-
se habemus operari bona. Si enim ad regnum cœlorum prædestinati sumus, absque vllis operibus eo perueniemus. Stat nanque dei sententia quæ irritari non potest. Errant profecto qui huiusmodi oblatrant. Nam ita L
prædestinatus est quilibet ad regnum cœlorum, vt bonis tamen mediantibus actibus, magnisque hic exantla-
tis laboribus, dei præfinitio impleatur, dicente domino Iesu, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et con-
tendite intrare per angustam portam, quia pauci sunt qui ingrediuntur per eam. Arcta est enim via, & angu-
sta porta, quæ ducit ad vitam. Itemque regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Dicat ergo,
Qui exaudiuit eum, pro vxore sua sterili deprecantem, & dedit illi conceptum. *Sed collidebantur* (ait) *in utero
eius paruuli.* ORIGENES. Vel exultabant pueri in vtero eius. Filij sterilis antequam nascantur, exul-
tant, & quæ desperauerat sobolem, gentes & populos gestat in vtero. HIERONYMVS IN QVAE-
STIONIBVS HEBRAICIS. Et mouebantur filij eius in ea. Pro motione, Septuaginta interpretes
posuerunt, ἔσκιρτων, id est ludebant, siue calcitrabant, quod Aquila transtulit, confringebantur filij in vtero
eius. Symmachus vero, Διέσωλεον, id est in similitudinem nauis in superficie ferebantur. RVPERTVS. Sed
collidebantur in vtero eius paruuli, Quod est dicere, Conceptus quidem materia erat gaudij, sed gaudium con- M
ceptionis conturbabat dolor materni vteri. Collidebantur nanq; paruuli in illo, non in contentione, vel scientia
certandi, siue affectatione vincendi, sed eodem dei nutu permoti, quo non solum irrationabilia pecora, verume-
tiam inanimata elementa præsagio futurorũ permoueri solent, aut permutari, qualia iam sæpe facta, & adhuc ma-
Lucæ.21. iora futura sunt, testante domino cum dicit, Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ
confusione maris & fluctuum. CAIETANVS. Non omnino certus est modus commotionis infantum in
vtero Rebeccæ, an esset motus tanquam currentium contra se inuicem, an esset motus per modum pugnantium,
an esset motus per modum eorum quæ in se inuicem colliduntur. Certum autem est, quod motus ille matri
erat molestissimus. AVCTOR CATENAE. Sed collidebantur in vtero eius paruuli. Verbum רוץ ruz
quandoque conterere, confringere, & collidere significat, sicque accipitur hoc in loco. Vult dicere, quod filij in
vtero

A vtero matris se inuicem impellebant & propulsabant. CHRYSOSTOMVS. Operæprecium autem vt dis-
camus Rebeccæ religiosam mentem, vt non solum lucrum nobis à virtute iusti accedat, sed ex historia quæ de
Rebecca nunciatur, ad æmulationem prouocare possimus legentes. Postquam enim deus exaudiuit orationem
iusti, & vterum gessit Rebecca, colludebántque (inquit) pueri in ea, & magno eam dolore affecerunt. *Ait, si
sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* Vel si sic mihi futurum, cur mihi hoc? Neque enim vnus erat nas-
cendus, sed duos simul in vtero pueros gestabat, & ex angustia multum cruciatum sentiebat. INTERLI-
NEARIS. Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Quasi quid facient nati, qui sic luctantur
innati? CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Si sic, cur istud ego? Nullum verbum in Hebræo ha-
betur, sed ambæ locutiones mutilæ. Et est sensus, si sic pati oportet, cur istud beneficium imprægnationis ego ha-
beo? In malum siquidem versum esse beneficium conqueritur. AVCTOR CATENAE. Si sic mihi, &
B cætera. Claram reddidit truncatam locutionem interpres, quæ est in Hebræo אִם כֵּן לָמָּה זֶּה אָנֹכִי Im chen lam-
ma ze anóchi, Si sic, cur istud ego? Ac si dicat infœlix nimium mulier ego sum, malo meo pro filiis suscipien-
dis dominum deum rogaui. Vel si sic, vt quid ego? Si sic mihi futurum erat, vt quid viuo in mundo, & non
potius morior? Chaldaica etiam Latinæ æditioni consonat, inquiens, Si sic mihi futurum erat, ad quid ego
concepi? Septuaginta perplexe aliquantulum Εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο, Si sic mihi futurum est
fieri, quare mihi hoc? Sed idem vbique sensus. *Perrexitque Rebecca ut consuleret dominum.* ORIGENES.
Videamus quid est quod dicitur, Abiit Rebecca interrogare dominum. Abiit, Quo abiit? Ex eo loco in quo
non erat dominus, abiit ad eum locum in quo erat dominus? Hoc enim videtur indicare cum dicitur, abiit in-
terrogare dominum. Nonne vbique est deus? Nonne ipse dixit: Cœlum & terram ego repleo, dicit dominus?
Quo ergo abiit Rebecca? Ego puto quod non de loco ad locum abierit, sed de vita ad vitam, de actu ad actum,
de bonis ad meliora transierit, de vtilibus ad vtiliora perrexerit, de sanctis ad sanctiora properauerit. Absurdum
C nanque est, si ita putemus imperitam fuisse Rebeccam & indoctam, quæ in domo sapientis Abrahæ sub viro e-
ruditissimo Isaac fuerat instituta, vt intra aliquem locum dominum putauerit esse conclusum, & illuc iret inter-
rogare eum, quid paruulorum intra vterum exultatio designaret. Vis autem videre quia ex more venit hoc san-
ctis, vt cum aliquid à deo ostendi sibi viderint, vel abire vel transire se dicant? Moyses cum vidisset rubum ar-
dere, & non exuri, admiratus visu, dixit: Transeam & videbo visum hoc. Non vtique & ipse significabat se
aliquod terræ spatium transiturum, non montes conscendere, nec digredi prærupta conuallium, prope ipsum
erat visio, in ore, & in oculis eius. Sed dicit transeam, vt ostendat se commonitum visione cœlesti, ad supe-
riorem vitam debere conscendere, ab his, in quibus erat, ad meliora transire. Sic ergo & nunc refertur de Re-
becca, quia abiit interrogare dominum. Quæ (vt diximus) abiisse non passibus pedum, sed mentis profectibus
existimanda est. Et tu ergo si cœperis intueri, non ea quæ videntur, sed quæ non videntur, id est non carnalia
D sed spiritualia, non præsentia sed futura, abiisse diceris interrogare dominum. Si eruas te de conuersatione ve-
teri, & à consortio eorum cum quibus turpiter & notabiliter vixeras, honestis verò te ac religiosis actibus so-
cies, cum requisitus fueris, inter sodales turpitudinis, & in cateruis noxiorum nequaquam fueris repertus, di-
cetur & de te, Quia abiit interrogare dominum. Sic igitur sancti non de loco ad locum, sed de vita ad vitam,
de institutis primis abeunt ad instituta potiora. AMBROSIVS. Perrexitque Rebecca consulere domi-
num, eo quod nihil sponte præsumeret, sed in omnibus summum deum præsulem posceret suorum consilio-
rum, plena pacis atque pietatis. CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro mulieris pietatem & religionem.
Non enim fecit sicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere consueuerunt. Non ad humanum con-
fugit subsidium, non ad eos qui talia suis coniecturis, suæque rationis obseruationibus iudicare volunt, neque
se exposuit deceptioni curiosorum, aut ariolorum vanitati, & eorum qui polliceri audent quæ supra huma-
nam sunt naturam, sed abiit (inquit) vt consuleret dominum. Vide mulieris sagacitatem, quoniam vidit
quod is qui vuluam eius reserarat, is naturæ esset dominus, & in fœcundum ventrem repente ita fœcundum
E effecisset, & videbat vteri sarcinam magna quædam promittentem. Perrexit (inquit) vt consuleret dominum.
Quid est, Perrexit, vt consuleret dominum? Cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad sacerdotem dei mi-
nistrum, per quem latentium scientiam volebat discere, & enarrans omnia quæ sibi contigerant, didicit dili-
genter omnia, misericorde deo per sacerdotis linguam detegente ei omnia manifeste, & alacriorem eam
reddente. Et vide quanta & tunc erat sacerdotum dignitas. Nusquam enim dicit quod sacerdos ei respon-
derit, sed postquam dixit: Perrexit vt consuleret dominum, & dixit dominus ei, nempe per sacerdotem.
Etenim & alio loco angelum vocat sacerdotem diuina scriptura, monstrans, quod illa loquatur quæ inspirat
ac suggerit spiritus gratia. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER Malach.2.
GENESIM. Quod de Rebecca scriptum est quia venit interrogare dominum, cum gestirent puer-
peria in vtero eius, quæritur quò ierit. Non enim erant tunc prophetæ aut sacerdotes secundum ordinem ta-
F bernaculi, vel templi domini. Quò ergo ierit merito mouet, nisi forte ad locum vbi aram constituerat A-
braham. Sed illic quomodo responsa darentur, omnino tacet scriptura, vtrum per aliquem sacerdotum,
quod incredibile est, si erat, non fuisse nominatum, & nullam omnino sacerdotum aliquorum factam es-
se mentionem. An forte ibi cum orando allegassent desideria sua, dormiebant in loco, vt per somnium
monerentur? An adhuc viuebat Melchisedech, cuius tanta fuit excellentia, vt à nonnullis dubitetur, v-
trum homo, an angelus fuerit? An erant aliqui tales etiam illo tempore homines dei, in quibus posset deus
interrogari? Quicquid horum est, & si quid aliud quod me forte ne commemorarem præterierit, menti-
ri tamen scriptura non potest, quæ dixit: Rebeccam iisse ad interrogandum dominum, eique dominum resi-
pondisse. EVSEBIVS ET GENNADIVS. Quo perrexit Rebecca vt consuleret domi-
num, nisi ad sacerdotem eius Melchisedech? THEODORETVS. Quidam tradunt Rebeccam ad
Melchisedech profectam fuisse, vt pote sacerdotem dei altissimi, & eximiæ pietatis virum. Sed quia patriar-

Universidad de Deusto Biblioteca

charum mos fuit aras deo constituere iis in locis vbi habitabant, consentaneum est Rebeccam apud altare deum G precibus consuluisse. DIODORVS. Perrexit, hoc est, secessit ab aliis, vt mentem suam colligeret, vt facilius dei auxilium sibi compararet. Qui verò ad Melchisedech illam perrexisse tradunt, hi magis coniectura quàm veritate nituntur. AVCTOR CATENAE. Potuit & hoc fieri deuota oratione, & dominus per angelum non raro respondebat patribus. *Qui respondens, ait, Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur, populúsque populum superabit, & maior seruiet minori.* AVGVSTINVS. Historica proprietate responsum hoc inuenitur completum (Vbi supra.), quando populus Israël, hoc est, Iacob minor filius, superauit Idumæos, hoc est, gentem quam propagauit Esaü, eosque fecerunt tributarios per Dauid, quod diu fuerunt vsque ad regem scilicet Ioram (Reg.8. 2.Para.18.), sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugum Israëlitarum à ceruice sua deposuerunt, secundum prophetiam quoque ipsius Isaac, quando minorem pro maiore benedixit. Hoc enim dixit eidem maiori, cum & ipsum postea benediceret. CHRYSOSTOMVS. Vide ergo quia vaticinium prædicit ei omnia futura. Salientes enim pueri in vtero, & incompositis gestibus se mouentes, iam omnia liquido prædicebant. Et nunc didicit mulier, H quod non duos solum pareret pueros, sed quod illi in gentes propagandi sint. CAIETANVS. Verba hæc sonant reuelationem factam fuisse ipsi Rebeccæ. Et deus alloquitur Rebeccam, declarando illi mysterium esse, motum illum infantum in vtero, ad insinuandam fidem, quod ipse prouidentiam habet istorum singularium etiam secundum singularissimos motus. Quo autem loquēdi genere reuelauerit deus Rebeccæ, non est scriptum. Duæ gentes in vtero tuo sunt. Ecce mysterium, duæ gentes non in seipsis, sed in suis patribus. AVCTOR CATENAE. Duæ gentes sunt in vtero tuo, & cætera. Rectissime locum Latinus interpres vertit. Sic etiam est apud Septuaginta. Chaldaica etiam in eundem sensum, sed verba aliquantulum sunt diuersa, videlicet, Duo populi sunt in visceribus tuis, & duo regna de vtero tuo diuidentur, & regnum regno fortius, & maior seruiet minori. Iudæi autem putant se & Romanos signari per Iacob & Esaü, denique Idumæi tributa pendebant Salomoni & Dauid. Maior tempore plebs Iudaica, seruiet minori tempore populo christiano. Sancti etiam in hoc mundo opprimuntur ab impiis.

I

Mysticè. ORIGENES. Per singulas quasque lectiones cum legitur Moyses, orandus est nobis pater verbi, vt impleat etiam in nobis illud quod in psalmo scriptum est, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Nisi enim ipse aperiat oculos nostros, quomodo videre poterimus tanta hæc, quæ in patriarchis sacramenta formantur? Quæ nunc in puteis, nunc in nuptiis, nunc in parturitionibus, nunc etiam in sterilitatibus figurantur. RVPERTVS. Refert nanque præsens lectio quod cum Isaac quadraginta esset annorum, accepit Rebeccam vxorem. Sara nonagenaria peperit Isaac, eadémque vixit centum viginti septem annis, & mortua est. Isaac autem cum quadraginta esset annorum Rebeccam duxit vxorem. Ergo tribus annis ante nuptias Rebeccæ Sara defuncta est. Sic proculdubio ante passionem Christi, qua prædicationis euangelicæ gratiam ille copulauit, tribus annis à diebus vel baptismo Ioannis, mortua est lex & prophetia, non sibi, sed Iudæis, testante ipso cum dicit, Lex & prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt (Matth.11.). Nam ex quo præsentem, & testimonio Ioannis declaratum Christum filium dei viui blasphemare cœperunt, reliquit omnis sanctitas, omnisque iustitia iniquos cœtus eorum, K eo quod essent concilium vanitatis, & ecclesia malignantium, præter paucos, qui fidem retinentes Abrahæ, tabernaculum Saræ esse meruerunt. De quibus in psalmo dicitur (Psal.17.), In circuitu eius tabernaculum eius. In hoc tabernaculum introduxit Isaac Rebeccam, & accepit vxorem, id est apertis illorum sensibus, immisit Christus spiritualem scripturarum intellectum, & nouam sibi instituit ecclesiam. Deprecatus est autem Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis. Ne putes casu id actum. Sed & considerandum adhuc, quod non solus Isaac, nec solus Abraham, sed tres ordine continuo principes populorum & columnæ patrum, Abraham, Isaac, & Iacob, steriles coniuges sortiti sunt. Abraham Saram, Isaac Rebeccam, Iacob Rachelem, pro qua seruiuit, quam & pene vocat solam vxorem suam. Vnde quia fœtus illarum scilicet Isaac, Iacob, & Ioseph, non filij carnis, sed filij sunt promissionis, recte in illis, eius seminis Abrahæ quod est Christus, in quo tota promissionis summa consistit, figura maxime præfulgere comprobatur, quia videlicet in typum illius, & Isaac immolatus est, & Iacob seruiuit, L & Ioseph venditus atque appellatus post carcerem saluator mundi, liberauit Aegyptum à periculo famis. INTERLINEARIS. Sed & Rebeccæ sterilitas, quia diu filios non fecit ecclesia, nobis indicat. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE (Ser.78.). Cum autem multo tempore sterilis Rebecca permaneret, beato Isaac orante, & domino donante, concepit, sed collidebantur paruuli in vtero eius. Quorum molestiam non sustinens, dixit: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? & reliqua quæ sequuntur. Hæc omnia fratres charissimi (sicut dicit Apostolus) in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos (1.Cor.10.). Quod beatus Isaac typum habuerit domini saluatoris, pene nulli habetur incognitum. Isaac ergo Christum dominum, beata autem Rebecca ecclesiam figurauit. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritualiter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebantur, sic in vtero ecclesiæ duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut soli mali, aut soli boni essent, vnus populus esset. Quia verò in ecclesia & boni inueniuntur & mali, tanquam in ventre spiritalis Rebeccæ duo populi colliduntur, humiles M scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni enim lucrari volunt malos, mali verò extinguere cupiunt bonos. Bonorum desiderium est, vt qui mali sunt corrigantur, malorum studium est, vt qui boni sunt consumantur. Vnum est genus piorum, aliud impiorum. Genus piorum ad cœlum erigitur per humilitatem, genus impiorum ad infernum demergitur per elationem. Omnes enim qui in ecclesia catholica terrena sapiunt, terram diligunt, terram concupiscunt, & omnem spem suam in terram constituunt, ad Esaü pertinent. Quicunque ideo deo seruire optat, vt honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, & ipse ad Esaü, id est ad terrenam fœlicitatem pertinere cognoscitur. In Esaü enim carnales intelliguntur, in Iacob vero spirituales. Sed quomodo populus maior seruit minori? Quo (inquis) ordine? Illo vtique, quo mali seruiunt bonis, non vtique obsequendo, sed persequendo. Quomodo ergo mali

seruiunt

A seruiunt bonis? Quomodo persequutores martyribus. Quomodo limæ vel mallei auro. Quomodo molæ seruiūt tritico. Quomodo panibus coquendis fornalia, vt illi coquantur, illi consumantur. Quomodo (inquam) mali seruiunt bonis? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, aurum probatur. Non ergo glorientur nec se extollant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint, quia cum illos persequuntur in corpore, se occidere probantur in mēte. Vt ad virum bonum perueniat hominis mali aduersitas, iam illius animam putrefacit iniquitas. Qui ergo malo animo virum bonum iracundiæ furore succensus, conatur incendere, vtrum ille possit exuri adhuc dubium est. Quia autem iste iam ardeat, dubium non est, quia forte ille vir bonus spiritali succo & sancti spiritus refrigerio plenus, apposito persequutionis igne non ardet, ille vero qui eū conatur exurere, sine dubio non potest non ardere. De vno ergo semine Isaac, & Esau nascitur & Iacob, sicut de vno baptismo domini saluatoris, & de ecclesiæ vtero procreatur populus christianus, qui tamen morum diuersitate sicut Esau & Iacob in duas partes diuiditur, cum ex fructibus operum vna pars cognoscitur carnalis, alia B spiritalis. Ideo autem dixit, Maior seruiet minori, quia semper maior est numerus malorum, quàm bonorum. Et sicut illi duo paruuli in vtero Rebeccæ, ita & isti populi in ventre ecclesiæ vsque in diem iudicij colliduntur. Dū (sicut iam supradiximus) humilibus aduersantur superbi, dum castos adulteri persequuntur, dum (quorum infinitus est numerus) ebriosi sobrios insectantur, dum benignis inuidi æmulantur, dum eleemosynarios raptores, dum pacificos extinguere cupiunt iracundi, dum eos qui cœlestia sapiunt, ad terram retrahere luxuriosi conantur. Vnde rogo fratres, vt quicunque in his malis se sentit obnoxium, dum tempus est, cum dei adiutorio studeat transferri ad dextram, & relictis vitiorum sordibus, ad virtutum ornamenta redire festinet, vnde in die iudicij ab auditu malo liberari, & illam vocem desiderabilem mereatur audire, Euge serue bone, intra in gaudium domini (Matth.25) tui. GLOSSA GRAECA. Vel duæ gentes & duo populi, eximij scilicet atque electi, quibus dogmata diuinæ doctrinæ traderentur, christiani sunt atque Iudæi. Sed Iudæorum populus maior, qui de antiquitate se iactat, virtute tamen longe minor est christiano. Insipiens enim (vt quidam ait) prudenti deseruit.

C RVPERTVS. Dei ergo sapientia, siue legis prophetarúmque doctrina, virgo illa abscondita, virgo pulcherrima, quæ sterilis fuerat, quæ nihil ad perfectum adduxerat, quandiu virum Christum non habuerat, geminos concepit, id est amota occidente litera, per spiritum viuificantem, omnem animam hominis ambiuit, Iudæi primum, & Græci. Geminos (inquam) concepit, id est Iudæos pariter & Gentiles, nihil inter hos & illos discernēs, ad vitam vocauit. Hæc est Rebecca illa, quæ interpretatur patientia. Nam de hoc euangelicæ gratiæ vtero, & Apostolus dicit, Quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit (Roma.2.). De his verissime dictum est, populus populum superabit, & maior seruiet minori. Populus nanque qui de gentibus venit, Iudaico populo secundum vocationis ordinem recte minor dicitur, qui hospes testamentorum erat, & promissionis, & sine deo in hoc mundo (Ephe.2.). Nam ille maior est, cuius (vt ait Apostolus) adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & (Roma.9.) promissa, cuius patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. AVCTOR CATENAE. Populus ergo populum superauit, & maior seruiuit minori, quando reprobatis D Iudæis, assumptæ sunt gentes in ecclesiæ gremium, illisq; per totum mundum dispersis, atque in infidelitatis obcæcatione remanentibus, misero ac duro christianorum seruitio constringuntur. RVPERTVS. Quod etiam pulchre Apostolus per similitudinem ostendit oliuæ & oleastri, inquiens, Fracti sunt naturales rami, & tu cum esses oleaster, contra naturam insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es (Roma.11). Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide sta. Ergo maior incredulitate fractum, minor in fide stans, superauit, & maior seruit minori, dum oleaster naturalis oliuæ ramus, in societatem cedit radicis oliuæ & pinguedinis. AVGVSTINVS. Sed & quod dictum est, populus populum superabit, & maior seruiet minori, quia secundū (Vbi supra.) literam in Esau vel Iacob non videmus impletum (Non enim corporaliter beato Iacob Esau seruisse commemorat scriptura) alio quoque modo spiritualiter debemus intelligere. Nisi enim fieret, non hoc sancta scriptura commemoraret. Quomodo ergo populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in christianis vel in Iu- E dæis agnoscit. Maior enim & senior populus Iudæorum, iuniori, id est populo christiano seruire probatur, dum per totum mundum libros diuinæ legis ad instructionem omnium gentium portare cognoscitur. Ideo enim per omnem terram Iudæi dispersi sunt, vt cum aliquem paganum ad fidem Christi volumus inuitare, & ab omnibus prophetis ipsum Christum esse annunciatum testamur, & ille resistens dixerit, à nobis potius quàm à spiritu sancto libros diuinæ legis esse conscriptos, nos habemus vnde eum redarguere certa ratione possumus, dicentes ei, Si de meis libris tibi dubitatio nascitur, ecce Iudæorum libros vtique inimicorum nostrorum, quos certum est si ego conscribere vellem, mutare non potui, ipsos relege, & cum in ipsis hoc quod in meis libris inueneris, noli esse incredulus sed fidelis. Hoc ordine maior populus minori seruire cognoscitur, dum etiam per illorum libros ad credendum in Christo gentium populus inuitatur. ORIGENES. Ego autem puto, quod & de singulis nobis hoc dici possit, quia duæ gentes & duo populi intra nos sunt. Nam & virtutum populus, & vitiorum nihilominus intra nos est. De corde enim nostro procedunt cogitationes malæ, adulteria, furta, falsa F testimonia, doli, contentiones, hæreses, inuidiæ, comessationes & his similia. Vides quantus malorum populus intra nos est? Si vero mereamur illam vocem dicere sanctorum, A timore tuo domine concepimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram, tunc & alius intra nos populus inuenitur, in spiritu generatus. Fructus enim spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, patientia, bonitas, mansuetudo, continentia, castitas, & his similia. Vides & alium populū, qui & ipse inter nos est, sed iste minor est, ille maior? Semper enim plures sunt mali, quàm boni, & vitia numerosiora virtutibus. Sed si tales simus, qualis Rebecca, & mereamur de Isaac, id est verbo dei habere conceptum, etiam in nobis populus populum superabit, & maior seruiet minori, seruiet enim caro spiritui, & vitia virtutibus cedent.

Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui primus egressus est, 5
ruffus erat, & totus in morem pellis hispidus. Vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediēs,

plantam

Universidad de Deusto
Biblioteca

plantam fratris tenebat manu, Et idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei par G
uuli. Quibus adultis factus est Esau uir gnarus uenandi, & homo agricola. Iacob autem uir simplex habitabat in
tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod de uenationibus illius uesceretur, & Rebecca diligebat Iacob.

5 *Iam tempus pariendi aduenerat.* ORIGENES. Alia litera, Et impleti sunt dies eius vt pareret. Qui sermo nunquam fere nisi de sanctis mulieribus scribitur, sicut de hac Rebecca, & Elizabeth matre Ioannis, & Maria matre domini nostri Iesu Christi. Vnde eximium aliquid præter cæteros homines huiusmodi partus ostendit, & impletio dierum, ortum perfectæ sobolis indicat. AVCTOR CATENAE. Et profecto hæc vera est Hebraica litera וַיִּמָּלְאוּ יְמֵי לָלֶדֶת Vaimleu iaméda lalédeth, Et impleti sunt dies eius vt pareret. Sic & Septuaginta & Chaldaica. *Et ecce gemini in utero eius reperti sunt.* Quod duo infantuli in eius ventre fuerint, eorum patuit egressu, quod tamen antè matri ex infantum collisione ac diuina reuelatione innotuerat. *Qui primus e-* H
gressus est, ruffus erat, & totus in morem pellis hispidus. Vocatusq; est nomen eius Esau. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et egressus est primus rubeus totus, sicut pellis pilosus. Vbi nos pilosum posuimus, in Hebræo habet שָׂעִר Sear. Vnde & Esau, sicut & alibi legimus, Seir, id est pilosus est dictus. CAIETANVS. Duæ qualitates infantis primi narrantur. Altera pilorum, non in parte corporis, sed in vniuerso corpore, altera coloris pilorum, quod erant pili ruffi. Aiunt autem dictum Esau, eo quod natus sit quasi perfectus, pilositas enim perfectæ ætatis signum erat, quatenus erat effectus adulti hominis. AVCTOR CATENAE. Vel Esau fortis interpretatur, sed quoniam ruffus erat, vocatus est etiam Edom, id est sanguineus. *Protinus ale-*
ter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. CHRYSOSTOMVS. Quasi iam & ab initio monstret deus quod prædicebatur, Maior seruiet minori, dicit enim tenebat manu calcaneum Esau, id quod erat signum defatigantis eum qui fortis videbatur. Et quia omnia antea oraculo promissa erant, ideo & I
Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum vocauit, quod scilicet supplantationem interpretari potes. Sicut & Esau post patris benedictiones, eiulans dicebat, Recte vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me iam secundo, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionem meam. Vide quantus erat priscorum intellectus, vt & mulieres natis nomina non temere nec fortuitu imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorum prædictionem. Et raro inuenies aliquos eodem nomine appellantes filios, vel forte nusquam, sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat, rarum quoddam & nouum imponebat. Ita & Lamech filium vocauit Noë, dicens, Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari, non sicut nunc faciunt simpliciter, & vt forte euenit, à parentibus agnominare solent, sed omnino illuc spectabant, vt perpetuam memoriam filiis inderent. DIODORVS. Iacob Esau fratris sui calcaneum tenens, ex vtero matris egressus est. Quo facto ostendit deus, Iacob in certamine pietatis, Esau fratrem suum præstätiorem
fore. RVPERTVS. Vtriusq; schema vel habitus prodidit, quis & in vtero princeps fuisset duelli, & post K
vterum intentator esset futurus inimicitiarum vel odij, quis ve & in vtero superasset, & post vterum victoriæ palmam iuste repetiturus esset. Nam sicut ille ruffus & hispidus prior egressus est, sic & in vtero prior cum fratre collisus est, & post vterum fratri quieto mortem machinaturus erat, & sicut iste lenis erat, ab vtero protinus sequens, plantam fratris detinuit, sic erat cum lenitate & modestia, nulla vi siue iniustitia primogenita fratri ablaturus, sicut subsequenter ipsa declarabat scriptura. GREGORIVS IN HOMILIIS. Sed inter hæc
Homi. sciendum est quod Priscillianistæ hæretici nasci vnumquemq; hominem sub constitutionibus stellarum putant, & hoc in adiutorium sui erroris assumunt, quod noua stella exiit cum dominus in carne apparuit. Cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit, stellam putant. Sed si euangelij verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur, Vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer, dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit. Sed à fidelium cordibus absit, vt aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, L
sed stellæ propter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministeriis subesse homo perhibetur. Certe cum Iacob de vtero egrediens, prioris fratris plantam teneret manu, prior perfecte nequaquam egredi potuit, nisi & subsequens inchoasset, & tamen cum vno tempore eodémque momento vtrunque mater fuderit, non vna vtriusque vitæ qualitas fuit. Sed ad hoc solent mathematici respondere, quia virtus constellationis in ictu puncti est. Quibus è diuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permutatur, necesse iam erit, vt tot dicant fata, quod sunt membra nascentium. Fateri etiam mathematici solent, quod quisquis signo aquarij nascitur, in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores vero (vt fertur) Getulia non habet. Quis ergo dicat quia nemo illic in stella aquarij nascitur, vbi piscator omnino non habetur? Rursum quos nasci signo libræ asserunt, trapezitas futuros dicunt, & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorant. Fateantur ergo necesse est, aut hoc in eis signum deesse, aut effectum fatale nullo modo habere. M
In persarum quoque, Francorũq; terra reges ex genere prodeunt, quibus profecto nascentibus, quis æstimet quanti eisdem momentis horarum ac temporum ex seruili conditione nascuntur? & tamen regum filij vno eodémque sydere cum seruis nati, ad regnum proficiunt, cum serui qui secum fuerant geniti, in seruitute moriantur. Hęc de stella breuiter diximus, ne mathematicorum stultitiam indiscussam præteriisse videamur. CAIETANVS. A calcaneo alij aiunt nomen Iacob deductum. Vsus autem corrupit hoc nomen subtrahẽdo mediam syllabam, nam apud Hebræos trisyllabum est, Ia, a, cob, vsus vero profert Iacob. AVCTOR CATENAE. Huius igitur nominis ratio in scriptura explicatur, tenebat enim plantam fratris, cũ in partu ipsum anteuerteret. *Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.* CAIETANVS. Hinc clare patet quod Abraham tunc viuebat, quando hi nati sunt, vtpote centum sexaginta annorum, & quod vixit post natiuitatem nepotum annis quindecim. Hinc etiam manifestum fit, quod argumenta ab ordine narrandi ad ordinem rerum gestarum, carẽt solido fundamento, nam prius narrata est mors Abrahæ, & narrata est benedictio diuina super Isaac post mortẽ
Abrahæ,

A Abrahæ, & modo narratur natiuitas Esau & Iacob, quæ fuit ante mortem Abrahę anno decimoquinto ad minus. Et hanc regulam habeto prudens lector semper ante oculos, ne super infirmum fundamentum ædifices. AVCTOR CATENAE. Quæritur autem, cur Isaac infra tot annos infœcunditatis suæ vxoris aliam non acceperit, quemadmodum Abraham duxit Agar? Ad hoc respondent Iudæi, quod non licuit Isaac plures habere coniuges, ex quo sponte accessit vt deo in holocaustum immolaretur, quia ex tunc domino extitit cõsecratus. Alij dicunt, quod Isaac specialiter commendatur de continentia coniugali, & castitatis amore non duxit secundam. Et sicut Helias ac Hieremias continentia virginali, euangelicæ castitatis typum gesserunt, sic Isaac continentiam præsignauit quæ est in lege euangelica, coniugalem, in qua vnus vnius est compar. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Iste patriarcha nec vxorem habuit aliam, nec ali Cap. 36.
quam concubinam, sed posteritate duorum geminorum ex vno concubitu procreatorum, contentus fuit. Nec
B ideo tamen istum patri eius præferre debemus, quia iste nullam fœminam præter vnam coniugem nouerat. Erat enim proculdubio paternæ fidei & obedientiæ merita potiora, in tantum vt propter illum dicat deus huic se facere bona, quæ fecit. Benedicentur (inquit) in semine tuo omnes gentes terræ, pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus vocem meam, & custodiuit præcepta mea, & mandata mea, & iustificationes meas, & legitima mea. Et alio rursus oraculo, Ego sum (inquit) deus Abraham patris tui, noli timere, tecum enim sum, & benedixi te, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum. Vt intelligamus quàm caste Abraham fecerit, quod hominibus impudicis, & nequitiæ suæ de scripturis sanctis patrocinia requirentibus, videtur fecisse libidine. Deinde vt etiam hoc nouerimus, non ex bonis singulis inter se homines comparare, sed in vnoquoque considerare vniuersa. Fieri enim potest, vt habeat aliquid in vita & moribus quispiam quo superet alium, idq; sit longe
mus præstabilius, quàm est illud, vnde ab alio superatur. *Quibus adultis factus est Esau uir gnarus uenandi, & homo agricola.*
C *Iacob autem uir simplex habitabat in tabernaculis.* CHRYSOSTOMVS. Considera diuinam scripturã quomodo propter ea quæ postea futura, iam prædicit, & ab initio monstrat nobis vtriusque studium, & quod ille quidem venationi deditus, hic vero rusticus erat homo futurus. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Quibus adultis, iuxta Septuaginta, Creuerunt autem iuuenes. Est talis locutio & apud auctores seculares, sicuti est, Et scuta latentia condunt, id est condendo latentia faciunt, sic & hic creuerunt iuuenes cum infantes essent, intelligitur crescendo facti sunt iuuenes. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod Græcè dicitur ἄκακος, hoc Latini simplicem interpretati sunt. Proprie autem non fictus dicitur, vnde aliqui Latini interpretes sine dolo interpretati sunt, dicentes, Erat Iacob sine dolo, habitans in domo. Vt magna sit quæstio, quomodo per dolum acceperit benedictionem, qui erat sine dolo. Sed ad figurandum magnũ aliquid hæc scriptura præmisit. Hinc enim maxime cogimur ad intelligenda isto loco spiritualia, quia sine dolo erat, qui
D dolum fecit. RVPERTVS. Ecce iam in studiis horum tanta diuersitas, quanta Cain & Abel studia fuere dissimilia. Nam & Iacob æque vt Abel, simplex, & (vt sequentia docebunt) pastor fuit ouium. Esau autem sicut Cain, homo agricola, & quod sequentia declarabunt, inuidendo fratri, licet non actu, voluntate tamen fuit fratricida. Dixit enim, Venient dies luctus patris mei, vt occidam Iacob fratrem meum. Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. CAIETANVS. Dictionem interpretatam simplex, multi interpretantur perfectus. Certum aiunt esse, quod Hebraica dictio à plenitudine deducitur, & ad perfectionem, seu plenitudinem animi referunt. Esau vacabat agriculturæ & venationi, Iacob vacabat domesticis officiis, & cultui proprij animi. AVCTOR CATENAE. Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Dictio תָּם tam, à verbo תָּמַם
thamam venit, quod est consummare, complere, perficere, simplicem, consummatum, perfectum, integrum, immaculatum, & innocentem significat, vnde variis modis hoc in loco ab interpretibus versa est. Totum locum hunc sic legit Chaldaica. Et creuerunt pueri, & fuit Esau vir venator, vir egrediens in agrum. Iacob autem erat vir perfectus, minister domus doctrinæ. Septuaginta, Ἰακὼβ δὲ ἦν ἄνθρωπος ἄκακος, οἰκῶν οἰκίαν, Iacob autem
E fuit homo simplex, habitans domum. Vides igitur, quomodo duo vterini fratres eodem tempore, vel minuto horæ concepti & geniti, diuersis prædditi sint moribus, studiis & naturis, corpora etiam habeant diuersa, vt cœlorum influxus, & fatum nihil esse discamus, sed arbitrio ac nutu dei omnia gubernari? Verum nota quod simplicitas vera, annexam habet serpentis prudentiam, sicut vera prudentia coniunctam habet columbæ simplicitatẽ. Prudentia (inquam) ad cognoscendum bonum, illudq; peragendum, simplicitas ad sciendum malum, idq; declinandũ. Sic & sanctus Iob simplex fuit, vir iustus ac timens deum, & recedens à malo. *Isaac amabat Esau, eo quod de uena-*
tionibus eius uesceretur, & Rebecca diligebat Iacob. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo pueros di-
F stribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiam, eo quod simplicem videbat, & domi versantem, pater autem diligebat Esau, tum quod primogenitus, naturalem dilectionem sequens, esset, tum quod venatione eius vescebatur. CYRILLVS. Rebecca filium suum Iacob vnice diligebat, tum propter assiduã cum eo consuetudinem, quia domi commorabatur, tum propter diuinas promissiones ei factas. Isaac vero Esau præcipue diligebat, vt hinc discamus, viros illos quanuis pios, homines tamen fuisse, & Iacob non ex parentum charitate, sed proposito suo bonum fuisse. RVPERTVS. Sed notandum quia differt vtriusq; dilectionis enunciatio. Absolute nanque scriptura dicit, Rebecca diligebat Iacob, coniũcte vero, Isaac (inquit) amabat Esau, subnectit enim causam, eo quod de venationibus eius vesceretur. Ergo idem est ac si hoc solum diceretur, Isaac de venationibus Esau libenter vescebatur. Nec hoc dicto consequitur, quod moribus quoque eius delectaretur, sicut de Iacob necessario conceditur, quem absolute Rebecca dilexisse narratur. AVCTOR CATENAE. Eo quod de venationibus illius vesceretur, Sic habet Chaldaica & Septuaginta. Declaraturq; quod Hebraicè dictum est כִּי צַיִד בְּפִיו chi zaid bephif, eo quod venatio in ore eius. Ac si dicat, Isaac quotidie carnem ferinam habebat, qua libenter vescebatur, & quam Esau venabatur, portans ad os patris. Potest nanque vir bonus & sobrius, moderate cibis vti delicatis, sicut & pulchra vxore.
Myſticè. EVCHERIVS, INTERLINEARIS, ET RVPERTVS. Verum cum omnia quæ antè scripta sunt, vt nos doceremur scripta sint, & figuræ nostræ fuerint, & in vmbra illis contigerint, Scripta sint
autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem propter nos, in quos finis seculorum obuenit, locum hunc quem Paulus timendum esse homini, & cum G
reuerentia tractandum, magnumq; intelligi vult in eo gratiæ documentum, iam spiritaliter & ex profundiori sen
su enodemus. Cur ille qui prior egressus est, ruffus, & totus in morem pellis hispidus, nisi quia populus Iudæorũ
qui de primatu contendebat, & cui primum dei verbum prædicari oportebat, sanguinum vir, & asperis moribus
intractabilis, prophetarum & Christi fuit cruore pollutus, peccati & nequitiæ squalore circundatus, & literam
legis sequens occidentem, solis exterioribus affectus? Et hic quidem non bene, sed male egressus est, iuxta quod
Psalm.57. in psalmo scriptum, Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti sunt falsa. Sequens vero gen-
tium populus, egressus quidem est, de credulitate cordis, ad confessionem oris, corde enim credit ad iustitiam,
ore autem confitetur ad salutem. Qui etiam maioris plantam tenuit, quia mysticè maior minorem superaturus
erat. Planta enim, siue calcaneus Esau, nouissimum præsignabat Israëlitici populi tempus, in quo dominus noster
aduenire dignatus est, vt eis conferret salutem. Sed in typo Niniuitarum gentium populus vt Iacob Esau, Israë-
lem incredulum condemnauit. Vnde & Iacob, à luctando, vel supplantando nomẽ accepit. Sexagenarius autem H
erat Isaac, quando nati sunt paruuli, sexta enim ætate mundi populum Iudæorum propter superbiam & incre-
dulitatem videmus esse abiectum, & gentium populum ad Christi fidem reuocatum. Qui quidem Isaac, deum,
qui vtrunque populum, illum per legem, istum per fidem sibi filios fecit, præfigurauit. Esau factus est vir gnarus
venandi, & homo agricola, vt de Nemroth legitur, quia carnalis Iudæorum populus, proprium delinquens deũ,
externarum gentium diis cultum sacrilegum exhibuit, & terrenis cupiditatibus, ac desideriis deditus fuit, ac pro
illis si quando inseruiuit, deo seruiuit. Cui non est dictum vt esset pauper spiritu, mitis, pacificus, misericors, &
persequutionem patiens, vt copiosam mercedem haberet in cœlis. Sed si custodieritis mandata mea, dabo vobis
pluuias temporibus suis, & cætera quæ pertinent ad carnis delitias. Fuit etiam venator quia per effusionem san-
guinis arietum, vitulorum & hircorum, deum placabat. Quod vero Iacob vir simplex in tabernaculis habitabat,
sanctam demonstrat de gentium populo congregandam ecclesiam, quæ sine macula aut ruga futura, in omni-
um scholis virtutum erat habitatura, & spiritalibus tantum bonis inhæsura. Per tabernacula etiam, diuersas per I
orbem ecclesias vnam sanctam catholicam repræsentantes, seu diuersos in ecclesia ordines intelligimus. Isaac
amabat Esau, eo quod de venationibus illius vescebatur, Et deus pater Iudaicum populum, ex præsenti iustitia
carnalium obseruationum quam vni deo exhibebat, amore prosequebatur. Rebecca autem Iacob beneuolentia
amplectebatur, quia quod minor populus saluus factus sit, non ex operibus eius, sed ex sola est dei gratia, iuxta il-
lud Apostoli, Gentes autem super misericordia honorare deum. Et, Apparuit gratia dei omnibus hominibus eru-
diens nos, vt abnegantes impietatem & seculares desideria, sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Rursumq;,
Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. GREGORIVS
Cap.7. QVINTO MORALIVM. Verum dicamus & aliter. Prauæ mentes temporalium rerum tumultus intra
semetipsas versare non cessant, etiam cum vacant. In cogitatione enim seruant depicta quæ amant, & quanuis ni
hil exterius faciant, apud semetipsas tamen sub pondere inquietæ quietis elaborant. Quibus si earundem rerum
administratio præbeatur, semetipsas funditus deserũt, & fugitiua hęc tẽporalia per intentionis cursum continuis K
cogitationum passibus sequuntur. Piæ autem mentes hæc & cum desunt, nõ quærunt, & grauiter etiam cum ad-
sunt ferunt, quia per exteriorum curam à se exire pertimescunt. Quod bene illa duorum fratrum vita signatur,
de quibus scriptum est, factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, Iacob autem vir simplex habitabat
in tabernaculis. Vel sicut in alia translatione dicitur, habitabat domi. Quid enim per venationem Esau, nisi eorũ
vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi, carnem sequuntur? Qui etiam agricola esse describitur, quia
amatores huius seculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt. Iacob vero vir
simplex in tabernaculis, vel in domo habitare perhibetur, quia nimirum omnes qui in curis exterioribus spargi
refugiunt, simplices in cogitatione, atque in conscientiæ suæ habitatione consistunt. In tabernaculis enim, aut in
domo habitare, est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exterius per desideria dissipare, ne dum ad
multa foris inhiant, à semetipsis alienati cogitationibus recedant. L

6 COxit autem Iacob pulmentum, ad quem cum uenisset Esau de agro lassus, ait, Da mihi de coctione hac
ruffa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam uocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob, Vende
mihi primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura er-
go mihi. Iurauit ei Esau, & uendidit primogenita, & sic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit,
paruipendens quod primogenita uendidisset.

6 RVPERTVS. Quia iunior prioris plantam tenuerat iam victor in oculis dei, qui occultæ pugnæ solus
spectator & iudex fuerat, protinus narrandum fuit, qualiter illum supplantauerit, vt notum sit, non illum qui sup
plantarit, victorem iniuste, sed eum qui sic supplantari potuit, victum iudicari iuste in conspectu eius qui dixit, M
populus populum superabit, & maior seruiet minori, Dicit igitur. *Coxit autem Iacob pulmentum.* AVCTOR
CATENAE. de legumine quod vocatur lenticula. *Ad quem cum uenisset Esau lassus de agro, ait, Da mihi de coc-*
Vbi supra. *tione hac ruffa, quoniam oppido lassus sum. Quam ob causam uocatum est nomen eius Edom.* HIERONYMVS. Ru-
brum vel fuluum lingua Hebræa dicitur Edom. Ab eo igitur quod rubeo cibo vendidit primogenita sua fului,
id est Edom sortitus est nomen. AVCTOR CATENAE. Da mihi de coctione hac ruffa. He-
braicè est הַלְעִיטֵנִי נָא מִן הָאָדֹם הָאָדֹם הַזֶּה Haliténi na min haadom haadom haze. Verbum laat, comedere &
deuorare significat. Et hic est verbum tertiæ coniugationis, & sic verti potest, Fac me comedere vel deuorare de
ruffo ruffo isto. Et de coctione lentium intelligendum est, quæ vel natura, vel pigmentatione ruffæ erãt. Ille vero
nescіens qualis esset cibus, à colore ruffum ipsum appellabat. Et hinc ipse vocatus est Edom, quod rubedinem si-
gnificat.

A gnificat. Vehementis autem concupiscentiæ est, conduplicare ruffum, sed & verbum laat, ferinum quoddam co-
medere significat grosso bolo, ac (vt diximus) deuorare. Septuaginta & Chaldaica sicut Latina habent æditio. Ci-
bis autem vilioribus vescuntur sancti, sed tamen peccatum non deest, si libidine nimia prouocentur. Hic Esau
primogenita amisit, quia despicabilem cibum auidius sumpsit. Non enim tam refert quid ederit, quàm quo mo-
do. Iacob igitur primogenituræ dignitate donandus à deo, & benedictionis in sancto semine, inscius istius me-
dij, hoc est, venationis fratris sui & cibi, domino disponente, peruenit ad id quod deus prædestinauerat.
Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua. CHRYSOSTOMVS. Apud veteres summus honor erat pri-
mogenituræ, & quod ita sit, hoc argumento collige. Cum deus Israëlitarum gentem ex Aegypto liberare, & iu-
xta promissionem patriarchæ factam, à tyrannide Pharaonis asserere vellet, obluctante & detinere volente tunc
Aegyptio, post varias plagas etiam hanc postremam eis intulit, quasi faciens vt Aegyptij suis manibus extruderẽt
B Israëlitarum genus. Nam simul omnia Aegyptiorum primogenita occidi fecit. Vidissesq; in singulis domibus e- Exo. 12.
iulatus & lachrymas. Neque sic putabant finiri plagam, sed expectabant, ne mors in via vadens super omnes ve-
niret. Itaque quia in Aegypto vna omnium primogenitorum mors fuit, Israëlitæ autem diuina freti gratia, illæsi
permanserunt, monstrabatq; etiam per hoc omnium deus suam erga illos beneuolentiam, & imperabat postea,
vt propter interfectionem primogenitorum Aegypti, primogeniti Iudæorum pueri sibi offerrentur. Hinc & tri-
bus Leui in sanctum ministerium segregata est, & ex illo non solum primogenita hominum oblata sunt deo, sed
& brutorum, & in vniuersum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus & brutis, & immundis animalibus
pretium dependi. Quanuis autem legislatio hæc de primogenitis posterior fuerit, attamen iam supra & olim vi-
debantur aliquod habere priuilegium, qui vuluam matris primum adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam
à natura habebat Esau, propter intemperantiam suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod à natu-
ra habebat, hic autem & quod non habebat à natura, accepit. EVCHERIVS. Tradunt Hebræi omnes pri-
C mogenitos functos officio sacerdotali, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur, & habuisse vestimentum sa-
cerdotale, quo induti victimas deo offerebant, & hæc esse primogenita, hoc est vestimenta Esau, quæ vendidit Ia
cob fratri suo. AVCTOR CA. Vende mihi primogenita tua. Hebraicè legitur מְכֹרָה כַּיּוֹם אֶת בְּכֹרָתֶךָ לִי
Michra chaiom eth bechoráthcha li, Vende iuxta hunc diem, vel hoc tempore, primogenita tua mihi. Sic autem
intelligendum est, iam & in præsenti tempore, absque vlla dilatione vende mihi illa. Quod clarius Septuaginta
& Chaldaica expresserunt, dicentes, Vende mihi hodie primogenita tua. Porro primogenitura de qua hic agitur,
secundum aliquos fuit successio in dignitate patris & principatu atque honore eius, & quod auctoritatem habe-
ret in minores, sic quod fratres minores consurgerent à conspectu eius, & ministrarent illi, sicut filij patri. Alij pu
tant quod primogenitus accipiebat ex omnibus bonis paternis duas portiones, quodq; in solennitatibus & con-
D uiuiis solitus erat benedicere iunioribus, necnon deo sacrificia offerre. Ex quibus omnibus cõstat, primogenitu-
ram spiritualia aliqua incluisse, præsertim sacerdotium & auctoritatem benedicendi. Quomodo ergo petiit Ia-
cob primogenita sibi vendi, cum hoc esse simoniacum videatur? Ad hoc patet responsio. Primogenitura iure &
præordinatione diuina erat ipsius Iacob, quod ex matris reuelatione creditur cognouisse, vnde suam intelligitur
vexationem redemisse, reuocando prudenter ad se, quod sibi ex gratia dei competebat, licet reuera ab altero occu
paretur. Dicunt nonnulli, quod sicut ius patronatus partim est spirituale, partim temporale, propter quod per se
uendi non potest, sed cum fundo vendito potest transferri, ita primogenituræ ius, cum reditibus ad se pertinen-
tibus transferri poterat per venditionem. *Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita?* CHRYSO-
STOMVS. Hoc est, quid mihi hisce opus, cum mors iam me inuadat, nisi accepero cibum? CAIETA-
NVS. Verba sunt turbati vehementi concupiscentia illius cibi, simul & lassitudine. AVCTOR CA-
TENAE. Ac si dicat, da mihi pulmentum, & accipe primogenita. *Ait Iacob, Iura ergo mihi.* CHRYSO-
STOMVS. Quod stabilis fiat mihi ista concessio. AVCTOR CATENAE. Deest vna dictio,
que Hebraicè est כַּיּוֹם Chaiom, iuxta hunc diem, vel hoc tempore, vel hodie, vt habet Chaldaica & Septuagin-
E ta. Vt dicatur Iura mihi hodie. *Iurauit ei Esau, & uendidit primogenita.* CHRYSOSTOMVS. Hoc est,
cibi gratia vendidit dignitatem natura sibi datam. Ecce nunc hic inuersus est ordo, & primogenituræ dignitas
transiit ad eum, qui virtute animi præfulgebat. AVGVSTINVS XVI. DE CIVITATE DEI. Cap. 37.
Sic igitur primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto & placito inter illos, eo quod lenticulam
quem cibum minor parauerat, maior immoderatius concupiuit, eoq; precio primogenita sua fratri iuratione in-
terposita vendidit. Vnde discimus in vescendo, non cibi genere, sed auiditate immodesta quemquam culpandũ.
RVPERTVS. Ergo iuste Iacob supplantatori omne concilium cœli & terræ palmam victoriæ concedit.
Nec enim fratrem suum fraude circunuenit, simplex nanque erat, sed cum simplicitate columbæ prudentiam ha
bens serpentis, quale habuit pretium, sapienter poscenti guloso apposuit, & quod habebat ille, manifesto nomine,
sine dolo, sine vi (quæ iusta & legitima venditio est) vicissim flagitauit. *Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit,*
F *& bibit, & abiit, paruipendens quod primogenita uendidisset* CHRYSOSTOMVS. Quasi diceret, Ingratus erat, ac Hebr.12.
indignus ea quam sibi natura dederat dignitate. Hoc autem totum factum est, vt illius demonstraretur ingrati-
tudo, & dei oraculũ adimpleretur. RVPERTVS. Ideo ad Hebræos Apostolus, Ne quis (inquit) fornicator,
aut prophanus sicut Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. Scitote enim quoniam & postea
cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est, non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachry-
mis inquisisset eam. Nam nequaquam valent lachrymæ illæ, quæ pro temporali gloria donum cœleste ambiunt,
sicut & lachrymæ Iudæorum quando pro ruina templi vel ciuitatis eiulauerunt, pro peccatis autem non plora-
uerunt. CAIETANVS. Et abiit, paruipendens, & cætera. Verba sunt Moysi, vel rationem redden-
tis facti, quod ideo Esau vendidit primogenituram, quia paruipendit eam, vel narrantis qualitatem animi Esau
post saciatam concupiscentiam, quod perseuerauit paruipendendo primogenituram, ad significandum quod nõ
resipuit. AVCTOR CATENAE. Paruipendens quod primogenita vendidisset, parui refert quod He-
braicè legitur: וַיִּבֶז עֵשָׂו אֶת הַבְּכֹרָה Vaibez Esau eth habechora, Et paruipendit, seu vilipendit Esau primogenita,
siue

Universidad de Deusto Biblioteca

siue primogenituram,Sic & Septuaginta & Chaldaica.Pulchre igitur scriptura exaggerat peccatũ Esau, qui pri- G
mogenita nihili faciebat,quæ vt sacrosancta Iacob plurimi pendebat.Præferebat ventrem honori,cibum virtu-
ti,sine gratiarum actione reficiebatur , meditabatur via facti retinendum , quod tunc vendiderat, ostendebat se
Cap. 17. indignum priuilegio tam sanctæ primogenituræ. GREGORIVS TRIGESIMO MORALIVM.
Sciendum autem quod nos quinque modis gulæ vitium tentat. Aliquando enim indigentiæ tempora præuenit,
aliquando tempus non præuenit,sed cibos lautiores quærit,aliquando quæ sumenda sunt, parari accuratius ap-
petit,aliquando qualitati ciborum & tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ re-
1.Reg.14. fectionis excedit,aliquando vero abiectum est quod desiderat,& tamen ipso desiderij æstu deterius peccat. Iona-
Nume.11. thas mortis sententiam meruit,quia in gustu mellis constitutum ædendi tempus antecessit. Populus ex Aegypto
eductus,in eremo occubuit,quia despecto manna carnes petiuit,quas lautiores putauit,dum nauseare animas su-
1.Reg.2. as super tam leuissimo cibo conquereretur. Filiorum Heli prima culpa est, quod ex voto eorum sacerdotis puer
non de more vellet coctas carnes de sacrificio accipere, sed crudas quærebat , quas accuratius exhiberet . Et cum H
Ezech.16. ad Hierusalem dicitur,Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ,superbia,& saturitas panis,& abundantia, osten-
ditur inde periisse,quia cum vitio superbiæ mensuram moderatæ refectionis excessit. Hic Esau primogenita ami
sit,quia magno æstu despicabilem cibum,id est lenticulam concupiuit quam dum vendendis etiam primogeni-
tis prætulit,quo in illam appetitu anhelaret indicauit,neque enim cibus,sed appetitus in vitio est. Vnde lautiores
cibos plerumq; sine culpa sumimus,& abiectiores cum reatu conscientiæ degustamus. Esau enim primatum pro
lenticula perdidit,Helias in eremo virtutem carnes comedendo seruauit. Hinc diabolus quia non cibum,sed cõ
Gene.3. cupiscentiam causam esse damnationis intellexit, primum hominem non carne sibi,sed pomo subdidit,& secun
Matth.4. dum pane tentauit. Hinc est quod plerunque Adæ culpa committitur,etiam cum abiecta & vilia sumuntur. Ea
ergo sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit , & non quæ edendi libido suggerit. CHRYSOSTOMVS.
Audientes igitur dilecti factum Esau, discamus nunquam negligere dona à deo nobis data, neque perdere ma- I
gna propter parua & vilia.Quare enim dic mihi, proposito regno cælorum,bonisq; illis ineffabilibus,ita in diui-
tiarum cupiditatem insanimus,& momentanea,& quæ sæpe non vsque ad vesperam permanent, perpetuis sem-
per duraturis præferimus ? Et quid hac amentia deterius fieret ? quando ex illis priuamur ob nimium in ea amo-
rem,& nunquam his frui pure possumus ? Quæ enim vtilitas magnarum facultatum ? An nescis , quod accessio
multarum pecuniarum nihil aliud nobis affert,quàm curarum incrementa,occupationes mentis,& vigiliam?Nõ
vides,quod hi omnium potissimum serui sunt,quibus plura affluunt,& quotidie vmbras ipsas timẽt? Inde enim
nascuntur insidiæ, inuidentia,odium graue,& innumera alia mala.Et sæpe vides eum qui habet decem milia ta-
lenta auri recondita, beatum vocare eum qui in officina operatur, & ex labore manuum cibum acquirit . Qualis
igitur voluptas,& quale lucrum, quando neque his fruimur,& propter hanc concupiscentiam etiam maioribus
priuamur?Quid autem dico maioribus,cum post mala quæ hic nos apprehẽdunt, & à bonis quæ alibi sunt exci-
dimus,& ad gehennam ipsam mittimur?Et nondum dico innumera peccata?quæ his colliguntur,dolos,calum-
nias,rapinas & fraudes,verum sermo meus de eo est, qui ab omnibus illis liber, id quod perquàm difficile & ra- K
rum.Qui autem opibus abundat,& ipse solus eis vtitur,& his qui opus habent non communicat, gehẽnæ ignem
expectabit.Quod nos docet manifeste parabola in euangelio posita,statuens alios à dextris, alios vero à sinistris,
Matth.25. declarans illis præparatum esse regnum cælorum ob curam egenis impensam.Dicit enim , Venite benedicti pa-
tris mei,possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi . Quare & qua de causa? Esuriui enim,& dedi-
stis mihi manducare,His vero ignem æternum , dicit enim , Discedite à me in ignem æternum , qui paratus est
diabolo & angelis eius.Magnum verbi pondus,omnium dominus conditor & suppeditator,dicit.Esuriui & non
dedistis mihi manducare. Cuius animam non mordebunt hæc verba,etiam si lapidea sit?Dominus tuus esuriens
obambulat,& tu es in delitiis? neque hoc solum, sed in delitiis ipsum despicis?tam etsi non multum sit quod à te
petit,nam panem solum,quo famem possit subleuare.Et ipse quidem frigore rigescens, tu autem sericis indutus,
nec spectares quidem,nullam compassionem præ te fers,sed im misericorditer præteris.Et qua venia sunt hæc di- L
gna? Ne igitur sit hoc studium nostrum, vt multas quibusuis artibus opes conquiramus,sed illud consideremus,
quomodo & hæc bene disponamus, & egenis consulamus,& ne ab illis excidamus, quæ semper manent, & quæ
nullam admittũt vicissitudinem ac mutationem . Quocirca diem mortis nostræ incertum esse voluit dominus,
Matth.13. vt nos præpararet continua sobrietate & vigilãtia,& ita magis ad virtutum studium nos prouocaret.Dicit enim,
Luc.21. Vigilate,quia nescitis diem,neque horam.At qui nos plane diuersum operamur, & dormimus somnum grauio-
rem quam sit naturalis ille . Nam qui naturali somno quiescit,nec bonum, nec malum operatur : nos autem aliũ
somnum dormimus,dormientes in virtutibus,vigilantes in vitiis,strenui in malis,desides in bonis, idq; facimus
videntes quotidie multos hinc ad iudicem abduci,magnas autem aliorum esse vicissitudines, & neque tanta re-
rum mutatio,ad virtutis amorem nos adducit,neque disponit, vt despiciamus præsentia, & desideremus futura,
præferamus somniis & vmbræ, veritatem. Non enim differunt præsentia ab vmbris & somniis. Proinde ne de-
cipiamus nosmetipsos,nec sectemur vmbras,sed vel tarde aliquando salutis nostræ curam habeamus,& opes in- M
digis euacuemus,vt pro illis remunerationem à misericordi deo accipere mereamur æternam.
Mysticè. RVPERTVS. Sed iam tempus est,vt altioris intelligentiæ vela pandamus.Iudæus qui deest gratiæ dei, in
quo est radix amaritudinis,ipse est Edom ille,qui propter vnam escam primogenita sua vendidit . Sed quænam
illa ruffa coctio fuit,quam hic talis Edom tanta auiditate petiuit,tanto dispendio comedit ? Aut quando hic Ia-
cob,id est supplantator,scilicet gentilis populus tale pulmentum coxit ? O mirum & magnum spectaculum hu-
ius edulij,huius ruffæ coctionis. Etenim sanguinea mors Christi,ruffa coctio fuit Iudæis. Vnde & propheticè di-
Psalm.16. ctũ est,Saturati sunt filiis,& dimiserunt reliquias suas paruulis suis.Nam contendentes satiari de pœnis innocen
Matt.27. tis,clamauerunt Pilato,dicentes,Sanguis eius super nos & super filios nostros. Hoc (inquam) clamauerunt con-
tra illud quod prophetauit gentilis,lauans manus suas, & dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius , vos
videritis,nesciens quid loqueretur,aut quid ageret,sicut nec Caiphas,quando prophetauit, & dixit , Quod expe-
diret

A ret vnum hominem mori pro populo. Manus quippe gentilium illam dominicæ mortis coctionem ruffam co- Ioan.11.
xerunt,insistente hoc Edom,vt saturaretur(sicut iam dictum est)& dimitteret reliquias suas paruulis suis, mun-
ditias autem manuum,populo gentilium concessit,quæ vera primogenita sunt. Ex tunc enim Romano imperio
cuius ille minister & vox fuit,quando dixit, Innocens ego sum à sanguine huius iusti,primogenita cesserunt, id
est principatus sacerdotij, & Petri primatus transiit illuc,translatus ab Edom,id est à sanguineis Iudæis. Ergo ne
(inquis)ille Isaac,id est risus,in quo quando videbimus,tunc vere beati erimus,hoc est,dominus Iesus, talẽ ama-
bat Esau,& de venationibus suis vescebatur,& illa Rebecca,sanctus & viuificans gratiæ spiritus, talem Iacob di-
ligebat,qui agni dei carnes in ara crucis coxerat?Ita plane,nec longa prolatione opus est. Nempe & Christus do-
minus adeo secundum humanum affectum venatorem illum dilexit,vt locum quoque venationis eius, id est ci
uitatem vel templum , vnde tot victimarum venationes acceperat, ruiturum prædicens,veras lachrymas fude-
B rit,& sanctus gratiæ spiritus,ita gentilem populum diligebat,vt quodammodo festinans ad illum, diceret, Ecce Esa.65.
ego,ecce ego ad gentem quæ non inuocabat nomen meum.Et multa his similia. EVCHERIVS ET IN-
TERLINEARIS. Esau etiam qui primogenita sua propter escam fratri suo iuniori venundauit,ac postmo-
dum paterna benedictione priuatus est, eundem Israëliticum populum significat , à deo (vt Exodi indicat liber)
primogenitum filium nuncupatum, qui propter præsentis seculi lucra, & animalem legis intellectum , quod est
lenticula,non solum primatus sui honorem amisit , verumetiam & regni cælestis præmium præparatum adipi-
sci non meruit,domino quodam modo id eidem exprobrante,cum dicit, Auferetur à vobis regnum dei,& dabi-
tur genti facienti fructum eius.Quod quidem & iam nunc studet à populo minore impetrare , eo quod tempo-
ralibus tantummodo deditus,post mortem nihil speret boni.Merito ergo de illo dicitur,paruipendens quod pri-
mogenita vendidisset,nam pro temporalibus(vt dictum est) non curat æterna.

C IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMSEXTVM ARGVMENTVM.

Isaac obiurgatur ab Abimelech quod dixisset Rebeccam esse sororem suam . Promittitur Christus. Iurgium pastorum propter puteos. Consolatur de Isaac.Abimelech init fœdus cum Isaac.Digamia Esau.

CAPVT XXVI.

ORta autem fame super terram post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, Lectio pri.
abiit Isaac ad Abimelech regẽ Palæstinorũ in Gerara. Apparuitque ei dominus,& ait,Ne
descendas in Aegyptum,sed quiesce in terra quam dixero tibi,& peregrinare in ea, ero-
que tecum,& benedicam tibi . Tibi enim & semini tuo dabo uniuersas regiones has, com-
plens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo , & multiplicabo semen tuum sicut
stellas cæli.Daboque posteris tuis uniuersas regiones has,& benedicentur in semine tuo o-
D *mnes gentes terræ,eo quod obedierit Abraham uoci meæ,& custodierit præcepta & man*
data mea,& cerimonias legesque seruauerit.
CHRYSOSTOMVS. Videamus nunc post primogenitorum permutationem , quid iterum nobis I
narret beatus Moyses de patre eorum.Nam sicut de patriarcha dictum est,ita de hoc legimus,quod fame ingruẽ-
te multam dei curam senserit propter promissionem patriarchæ factam,& propter virtutẽ propriam. Dicit ergo.
Orta autem fame super terram post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorũ in
Gerara. Vt ne putes de illa fame eum dicere, propterea subdidit , Post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus
Abraham.Alia similis nunc iterum fames venit super terram tempore Isaac , qualis erat tempore patris illius. Et
quia necessariorum raritas omnes in summam angustiam concludebat,è suis migrare,& ad illa loca transire an-
helabat,vbi rerum necessariarum copiam inueniret . Vnde cum iustus ille famem videret, Abiit(inquit)ad Abi-
E melech regem Palæstinorum in Gerara.Eo enim & Abraham post reditum suum ex Aegypto venerat. Verisimi
le autem,& hunc propterea illuc abiisse,quod inde in Aegyptum contendere vellet, & quod hoc ita sit, mox au-
diemus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur,hoc quan
do sit factum,vtrum posteaquam Esau vendidit primogenita sua cibo lenticulæ, post illam quippe narrationem
hoc narrari incipit,an vt fieri solet,per recapitulationem narrator ad ea reuersus sit , cũ progressus de filiis eius ad
eum locum peruenisset,qui de lenticula commemoratur. Mouet autem, quia ipse inuenitur Abimelech,qui etiã
Saram concupiuerat.Ipsis enim paranymphus,& princeps militiæ,qui ibi commemorati sunt, etiam hic comme
morantur,vtrum vel viuere potuerint.Quando enim factus est amicus Abrahæ,nondum natus erat Isaac, sed iã
promissus.Ponamus antequàm nasceretur Isaac illud fuisse factum. Deinde Isaac suscepit filios cum esset annorũ
sexaginta, illi autem iuuenes erant, quando vendidit Esau primogenita sua . Ponamus etiam ipsos circa viginti
F annos fuisse,fiunt anni ætatis Isaac vsque ad illud factum filiorum eius,circiter octoginta.Adolescẽtem accipia-
mus fuisse Abimelech,quando matrem ipsius concupiuit,& Abrahæ amicus est factus.Potuit ergo iam esse quasi
centenarius, si post illud factum filiorum suorum perrexit in eam terram famis necessitate Isaac. Non ergo ex
hoc cogit vlla necessitas per recapitulationem putare narratam profectionem Isaac in Gerara.Sed quia ibi diutur
no tempore fuisse Isaac scribitur,& puteos fodisse,& de his contendisse,& ditatum fuisse pecunia,mirum nisi re-
capitulando ista commemorantur,quæ ideo fuerant prætermissa,vt primum de filiis eius vsq; ad illũ locum de lẽ
ticula,narratio perueniret. GLOSSA GRAECA. Vel Abimelech iste diuersus est ab illo,de quo in historia
Abraham traditum est.Reges enim Palæstinorum vno eodemq; nomine Abimelech appellabantur,quẽadmodũ
Aegypti reges,Pharaonis nomine insigniti erant. AVCTOR CA. Post eam sterilitatem,&c.Idem signifi-
cant Hebraica מִלְּבַד הָרָעָב הָרִאשׁוֹן Milebad háraab hárison, præter famẽ priorem,sicut & Chaldaica & Septua-
ginta,χωρὶς τοῦ λιμοῦ τοῦ προτέρου,Excepta,vel absq; fame priore. Isaac igitur de nouo instituitur à deo hæres promissio-
num,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nũ,fidei,tentationumq; & profectuum.Cum esset Abraham septuagintaquinq; annorũ fames prima erat, hæc aũt G
dudum illo mortuo,iam Isaac existente ætatis prouectioris,vt cogeretur mutare locũ, & exemplo patris in Palæstinam secedere australiorem.Abimelech autem non personę nomẽ est,sed regiæ dignitatis nomenclatura apud Palæstinos,quasi pater sit & rex,sic enim esse debent,qui populis præficiuntur.Sic Pharaones dicti sunt reges Aegypti,& Cæsares Romanorum imperatores Augusti.Gerara autem regni metropolis fuit. *Apparuitq; ei deus, & ait,Ne descendas in Aegyptum,sed quiesce in terra quam dixero tibi,& peregrinare in ea.* CHRYSO. Nolo te(inquit)lõgam illam viam proficisci,sed hic manere volo.Neq; permitto, vt angustiam experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo,& quæ illi promissa sunt in te euenient,& tu illius promissionũ,quæ illi factæ sunt,impletionem accipies. Ne descẽdas in Aegyptum,habita autem in terra quam tibi dixero,& peregrinus esto in terra hac. THEODORETVS. Deus Isaac in Aegyptum proficisci prohibet, vt propriam sapientiam & curã vbiq; declararet.Nã & patriarchã Abraham in Aegyptũ descendere permisit, non quia illũ alere non posset, sed vt viri illius pietatẽ Aegyptiis notã faceret, vtq; illos ad tã eximiã virtutis æmulationẽ prouocaret. Isaac vero filiũ eius domi H
manere voluit,cui etiã abunde omnia suppeditauit,cæteris magna inopia laborãtibus. INTERLINEA. Ne descendas in Aegyptũ, nã vę qui illuc descendũt propter auxiliũ. Sed quiesce in terra quã dixero tibi,& peregrinare ibi.Quasi in loco isto peregrinus esto,quẽ in successoribus possessurus esvt dominus. RVPERT. Ordo præposterus,nec enim habitanti in Gerara, quæ metropolis erat Palæstinorum apparens deus diceret,Semini tuo dabo omnes regiones has.Ergo prepostere prius dictũ est,quia abiit ad Abimelech regẽ Palæstinorũ in Gerara.Et deinde quod apparente & iubente sibi domino deo,potius illuc, quàm alias diuerteret.Et hoc nõ frustra præpostetum esse postmodũ liquebit. CAIETA. Hæc est prima visio diuina facta Isaac,quę an fuerit in vigilia,an dormiendo,scriptũ non est.Verũ ex eo quod nulla mentio fit somni, intelligi potest spiritualis visio more prophetarũ in vigilia.Ordo præposterus,& mos scribendi familiaris Moysi hic quoque apparet,prius scribendo rem gestã, & deinde rei gestæ rationẽ.Prius enim scripsit quod Isaac iuit in Gerara ad Abimelech, & deinde scribit mãdatũ diuinũ quod nõ eat in Aegyptũ,sed in Gerara.Cõstat nãq; visionẽ hãc fuisse anteq̃ iret ad Abimelech.Ne descen I
das in Aegyptũ,in quã descẽdit Abrahã pater tuus tẽpore alteri⁹ famis.Sed quiesce,pro appropinqua,in terra quã dixero tibi.Lõgo inhibito itinere,iter ad propinquũ locũ mandat,propinquũ aũt nõ incertũ,sed mõstrãdũ illi. Et hinc insinuat,quod vel alia intercessit reuelatio certi loci,videlicet Gerarę, vel quod potius credẽdũ, ex certo accepto signo cognouit locũ certũ quẽ dixerat deus,sicut Abrahã tertio die eleuatis oculis cognouit mõtẽ,super quẽ immolaturus erat Isaac. AVCTOR CA. Ne descẽdas in Aegyptũ, &c. Prohibet dominus excedere iustũ ẽ terra promissionis,ne fidei feruor decrescat,quã & iuramenti renouatiõe instaurat atq; fouet.Nõ patit de⁹ descẽdere sanctos,sed vult semper illos ad superiora pficere. Aegyptũ tenebrosam, & rerũ diuitẽ terrã, phibet ingredi sanctos.Sẽper peregrinãtur sancti,sed ad domini mãdatũ,nõ quo volunt & libet. CHRYSO. Deinde vt ne putet iust⁹,quod hoc imperet, quasi volẽs eũ famis angustiã experiri,& nõ pmittere ei trãsitũ in Aegyptũ(inquit) *Eroq; tecũ, & benedicã tibi.* Ne sis anxius,neq; curã habe,ego enim ero tecũ.Igitur cũ suppeditatorẽ bonorũ omniũ habeas,ne sis solicitus,ego enim dominus omniũ ero tecũ.Et præterea benedicã te,hoc est,glorioſum te faciã, & K
benedictionẽ meã præbebo.Quid hoc iusto beatius,qui talẽ promissionẽ à deo accepit?Quia ero tecũ,& benedicã te.Hoc te declarabit omnibus fœlicioré,hoc te affluẽtẽ rebus omnib⁹ faciet,hæc est summa gloria,hæc est vera securitas,hęc est summa & caput bonorũ,quia ego tecũ sum. AVCTOR CA. Declarat more suo Chaldaica, quid dicat dominus,cum ait,& ero tecũ,inquiẽs,Et erit verbũ meũ in adiutoriũ tibi. Curabo(inquit)omnia tua, seruabo & pascã,sicut & patrẽ tuũ non deserui.Sic adest dominus omnibus illi confidentibus. CHRYSOST. Quomodo aũt benedicã? *Tibi enim & semini tuo dabo uniuersas regiones has.* Tu haberis, quod in hac regione versaris,quasi hospes & vagus,scias aũt quod tibi,& semini tuo dabitur omnis terra hæc. AVCTOR CA. Vel tibi &,id est semini tuo, nã nec Isaac sicut nec pater eius,habuit passum pedis in terra pmissionis, sed in posteris suis illã possederũt.Sẽper aũt in futurũ promittit deus,fide suspẽdit,ac exercet,de multiplicando suo semine,& rerum suppetẽtia,quas prouidet fidelibus suis.Totã quidẽ,quã promisit, successiue terrã dedit, quã nõ lõgo tẽpore pacis L
cẽ inhabitarũt,ppter inobediẽtiã,donec plenitudinis tẽpore apparẽte omnis terra fideliũ hæreditas fieret,& à deo doctorũ. *Cõplẽs(inquit)iuramẽtũ quod spopõdi Abrahã patri tuo.* CHRYSO. Vide quomodo sermonem suũ deus iterũ attẽperat nostræ infirmitati.Nõ dixit simpliciter,pacta quę feci cũ patre tuo,neq; promissiões quas promisi, sed quid?Iuramẽtũ quod spopõdi Abrahæ patri tuo,ipsũ cõplebo,teneor em̃ vt opere perficiã quod iuraui.Vides dei misericordiã?nõ ad propriã dignitatẽ vidẽs loquit̃,sed ad nostrã cõdescẽdẽs infirmitatẽ.Nã quia homines fere sẽper,illa opere perficere studẽt,nõ quæ simpliciter pmisert alicui,sed quæ cũ iuramẽto pmiserũt,simili modo & de⁹ multas dat iusto cõiecturas, quod oĩno fient quæ à se dicta sũt,quasi dicat,scis ea quæ à me iuramẽto firmata sũt opere implẽda.Quid igit̃?De⁹ iurauit,inquit. Et per quẽ iurare poterat? Vides qd̃ hoc erat suę humiliatiõis, firmationẽ iuramẽti vocauit iuramentũ.Cõplẽs(inqt)iuramẽtũ quod spopõdi Abrahã patri tuo.Deinde docet eũ, quę sũt illa quæ pmisit,& de quibus ei iurauit. *Et multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli.* Hoc & patriarchæ in principio dicebat deus, Tãtũ erit semẽ tuũ,vt & stellis & arenæ adæquetur. AVCTOR CA. Semẽ Isaac, filij sunt M
fidei Abrahæ,opere,spiritu,nõ tãtũ carne.Clarificabo vt stellas toto orbe.Eorũ de⁹,fides,virtus,ac cultus celebrabuntur vbiq;. *Daboq; posteris tuis uniuersas regiões has,& benedicẽtur in semine tuo oẽs gẽtes terræ.* INTERLINEA. Idest in Christo de semine tuo secũdũ humanã naturã nascituro. CAIETA. Eadẽ verba repetũtur in Hebrẽo, quę supradicta.Et dabo semini tuo oẽs terras istas.Primũ enim cõmemoratur hoc tanq̃ pmissum Abrahę,ac tanq̃ benemereti Isaac,meritũ enim eius significatur præponẽdo tibi.Iterũ aũt dicit,tanq̃ oĩno exequuturus, & datur⁹ vniuersas terras illas semini Isaac, vt hinc discernat̃ manifeste inter semẽ Isaac & semẽ Ismaëlis,& aliorũ filiorũ Abrahæ.Et benedicẽtur in semine tuo oẽs gẽtes terræ.Ecce pmissio Messiæ olim facta Abrahæ repetitur ad Isaac, nõ tamẽ sine cõmemoratiõe meriti Abrahæ cui⁹ obediẽtia manifeste affertur p ratiõe. AVCTOR CA. Repetitio igit̃ de terræ pmissiõe,ad assertionẽ pertinet,& fidei certitudinẽ ædificãdũ.Semẽ vero illud nõ nisi Christus dominus est,qui solus est benedictio,iustitia, sanctitas,redẽptio,& hęreditas æterna sctõrũ oĩm,& salus vera.

Eo

A *Eo quod obedierit Abraham uoci meæ,& custodierit præcepta & mandata mea,& cerimonias legesq; seruauerit.* CHRYSOSTOMVS. Vide dei sapientiam,quomodo erigit mentem iusti,& alacriorem reddit,vt & patris imitator fiat, efficit.Nam si ille (inquit) quia meæ obediuit voci,tanta pollicitatione dignus habitus est, & propter illius virtutem in te qui ex eo natus es,sum impleturus,si & ipse illius imitator fueris,& eadem qua ille via incesseris,cogita quantam apud me beneuolentiã habiturus sis, & quãta mea cura te dignaturus sim.Nam si cui ob alterius virtutem benefacturum est,si & ipse virtute præditus fuerit,multo maiore dignus habebitur cura.Quid autem est, eo quod obediuerit voci meæ,& custodierit præcepta mea & mandata,& cerimonias legesq; seruauerit? Dicebam ei (inquit) egredere de terra tua,& de cognatione tua,& veni in terram quam monstrauero tibi,relinque quæ in manibus,& incerta sequere.Et non fluctuabatur secum,neque negligens erat,sed cum omni alacritate iussionem implebat,& obediebat voci meæ.Iterum quæ supra naturam sunt ei promisi, & cum iam ætas eum à spe deiiceret, &
B vltra neque ipse neque mater tua procreandæ proli idonei essent, cum audiret à me, quod semen eius in tantum propagandum,vt omnem terram esset impleturum, neque tunc turbatus fuit ratione, sed credidit. Ideo & in iustitiam ei reputatũ est,quia virtuti meæ credendo,& in promissionibus meis spem habendo, humana infirmitate superior fuit.Et postquam tu natus es, cum mater tua succenseret Ismaeli ex ancilla nato, & vellet eum abigere à domo cum Agar,ita vt nihil commune illi tecum esset,licet & illi patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur,audiens tamen à me,vt faceret quod visum esset Saræ oblitus naturalis dilectionis,eiecit ancillã cum puero,& semper obediuit voci meæ,ac custodiuit præcepta mea.Rursum cum iussissem eum, vt mihi in sacrificiũ offerret filium in senectute sibi concessum,& tam dilectum,nihil causatus est, neque curiosius de præcepto inquisiuit,neque turbatus est mente,neque rem communicauit matri tuæ,neque pueris, neque tibi ipsi à se sacrificãdo, sed forti mente,& contenta alacritate festinauit, vt mandatum meum impleret, proinde voluntatem eius coronaui,opus autem vt perficeretur non admisi. AVCTOR CATENAE. Denique cum legem circuncisionis
C ei mandassem,in signum fœderis perpetui inter me & vos,tulit Ismael fratrem tuum annorum tredecim,& omnes vernaculos domus suæ,vniuersos; quos emerat,& cunctos mares ex omnibus viris domus suæ,& circuncidit carnem præputij eorum,statim in ipso die,sicut præceperam ei.Nec id tantum in suis ob eximiam in me reuerentiam,& amorem fecit,sed cum nonaginta & nouem esset annorũ, & in senectute magna, nihil veritus huius modi in ætate corporis dolores, etiam carnem præputij sui circuncidit. CHRYSOSTOMVS. Ea propter quia in omnibus declarauit magnam obedientiam,& mandatorum custodiam,ceremoniarumq; ac legum mearum curam,propterea te ex illo natũ, promissionum,quæ illi factæ sunt,facio hæredem.Imitare igitur illius obedientiam,& his quę à me dicta sunt,crede,vt multo pluribus remunerari dignus habeare,& pro patris tui virtute, & pro tua obedientia,& ne descendas in Aegyptum, sed mane in Geraris. Vidisti misericordiam? quomodo per
D mentionem virtutis patris,huius mẽtem roborarit? CAIETANVS. Eo quod obedierit Abrahã voci meæ, & cætera.Iuxta Hebræum plura leguntur.Et custodiuit custodiam meam,præcepta mea,statuta mea,& doctrinas meas.Ab obseruatione quatuor diuinarum rerum commẽdatur Abraham.Prima res est,custodia diuina, hoc est, circunspectio atque vigilantia diuinæ curæ circa ea quę ei sunt placita.Huic vsqueadeo studuit Abraham morem gerere,vt non pepercerit charissimo filio suo Isaac.Secunda res comprehendit omnia præcepta moralia.Tertia vero omnia statuta cerimoniarum,quarum circuncisio erat præcipua.Quarta demum documenta omnia fidei spei ac charitatis comprehendit reuelata. AVCTOR CATENAE. Eo quod obedierit Abrahã voci meæ. Hebraicè est verbum שָׁמַע Samaa,quod proprie audire significat,sed vtuntur Hebræi verbo audire pro obedire,vnde recte interpres transtulit,obedierit.Et custodierit præcepta & mandata mea,& cerimonias, legesq; seruauerit. Hebraica litera est וַיִּשְׁמֹר מִשְׁמַרְתִּי מִצְוֹתַי חֻקּוֹתַי וְתוֹרֹתָי vaismor mismarti mizuothai hukothai vethorothai, Et custodierit custodiam meam,præcepta mea,statuta mea,& leges meas.Nam ceremonias, quæ à Cerete oppido dictæ sunt,teste Valerio,scimus ritum significare quem in sacrificando,nominéque diuino colendo obseruamus,at
E חֻקּוֹת hukath,latius patet,multaq; alia diuina instituta amplectitur,vt est illud,ne forniceris,quod ad cultum non pertinet,& tamen hoc etiam institutum fuit. Sub his autem omnibus vocibus hic positis,& cultus quidam quem ratione dictante deo præstare tenemur,vt adorare vnum deum, inuocare illum in nostris necessitatibus, necnon leges quas deus filiis hominum iam præscripserat, & traditiones ac doctrinas quas patribus reuelauerat, comprehenduntur,vt erant obseruantia sabbati & circuncisionis,esus sanguinis,& multa huiusmodi.Nam de qua custodia dei ad Abraham custodita intellexerit,aperit Chaldaica,inquiẽs,Et custodiuit custodiam verbi mei,præcepta mea,pacta mea,& leges meas.Septuaginta καὶ ἐφύλαξε πάντα τὰ προσάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου,καὶ τὰ δικαιώματά μου,καὶ πάντα τὰ νόμιμά μου.Et custodiuit omnia præcepta mea,& mãdata mea,& iustificationes meas,& om
nia legitima mea.Sed omnia hæc idem sunt cum nostra æditione. Alij præcepta & mandata dicunt esse moralia, naturæ humanæ inserta,quibus instruimur deum colere,& proximis exhibere,quæ nobis vellemus fieri, Hebræis
F מִצְוֹת mizuoth dicta.Ceremonias autẽ & iusta,in signis exterioribus consistere,à deo pro tempore approbatis, do nec figura futurorum gerebatur,& lex pędagogus esset in Christum,quas & חֻקּוֹת hukoth nominant. Leges vero doctrinas & traditiones diuinitus illis sacris literis traditas,vnde & tota lex Mosaica תּוֹרַת thoroth dicitur, id est doctrina & institutio.Vnum tamen sæpe pro alio poni solere.Tam autem credere quàm obedire Abraham, donum dei fuit gratuitum,qui dat posse,velle & facere,remunerat tamen,& præmia pollicetur, & præstat dona sua coronando, bonitatem suam declarando,quam à fidelibus vult agnosci,credi,amari,& coli,& in his sanctificari. Is autem Abraham obseruauit omnia quæ eidem obseruanda deus commendauerat, quæ ei placere cognouerat. Aduertas tamen (quod & supra iam admonuimus) Abrahæ obedientiam,non de condigno, sed de congruo,ad-
impletionem sanctæ illius promissionis, Christi scilicet incarnationem, & per eum omnium gentium benedictionem promeruisse.

RVPERTVS. Iam quia patet lectionis superficies, mysteriorum series continuanda est. Orta (inquit) fa- *Mystice.*
me post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahæ, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Postquam modo supradicto, Edom ille,id est, Iudaicus populus primogenita sua vendidit, orta est fames

N Isaac &

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.32. Psal.67. Act.10. Act.13. Abac.3. Act.16.

Isaac & domui eius, id est Christo & apostolis eius, illa videlicet fames, de qua Propheta in psalmo loquitur, Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi vero dispergentur ad manducandum. Non enim inueniebant canes, egregij scilicet apostoli, de quibus & alibi idem propheta dicit, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, non (inquam) inueniebant copiã escarum apud inimicos Christi Iudæos, ex quibus & ipsi secundum carnem erant, quoniam verbum dei à se repulerant, paucos quippe ex illis manducare, id est conuertere, & sibimet incorporare poterant. Vnde Petro esurienti, quia de Iudaismo parum comederat, ostensum atq; præceptum, vt gentes apprehenderet & manducaret. Vidit nanq; vas quoddam velut linteum quattuor initiis summitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli, dictumq; est ad eum, Surge Petre, macta, & manduca. Item, Quæ deus purificauit, tu ne cõmune dixeris. Ex tunc, qui hactenus famem patiebantur, dispersi sunt ad manducandũ, & murmurantes eo quod saturati nõ fuissent, & dicentes, Vobis quidem primũ loqui verbum dei oportebat, sed quoniã repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Abiit igitur Isaac in Gerara, scilicet Christus ad regem Abimelech. Abiit (inquam) in istis equis suis, super quos ascenderat, id est prędicatoribus suis, quos mittebat, de quibus & alibi scriptum est, Qui ascẽdis super equos tuos, & quadrigæ tuę saluatio. Et peregrinari cœpit in Gerara, id est in gẽtibus quas antè nescie bat. Gerara nanq; metropolis erat Palæstinorum quod interpretatur ruentium, significatq; Romam vel Romanũ imperium, quondã caput pereuntium. INTERLINEARIS. Recte etiam in Gerara, quę interpretatur paries, vel maceria, iccirco enim dominus in sanctis apostolis ad gentes se contulit, vt parietẽ inimicitiarũ inter veros confitentes Iudæos, & conuersos gentiles diuidentem, destrueret. RVPERTVS. Abimelech autem qui pater meus rex, vel patris mei regnum dicitur, bene multitudinem significat gentium, nõ quod sic pridem essent, sed quia ex tunc sic factũ est, vt eas recte Christus tali nomine appellaret. Apparuitq; ei dominus, & ait, Ne descẽdas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroq; tecum, & benedicã tibi, & cætera. Etenim postquam ad gentes conuersi sunt Christi apostoli, non quò volebant ipsi proficiscebãtur, sed quò vocabat eos spiritus sanctus. Verbi gratia, in Actibus apostolorum scriptum est, quia vetiti sunt à spiritu sancto loqui verbum in Asia, & tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Cum autem descendissent Troadem, visio per noctem Paulo ostensa est, vir Macedo quidã erat stans, & deprecans eum, dicens, Transiens in Macedoniam, adiua nos. Et profecti sunt in Macedoniã, certi facti quia vocasset eos deus euangelizare eis. Igitur in Aegyptum descendere vetitus Isaac, habitauit in Gerara. INTERLINEARIS. Quod autem sequitur, Tibi enim, & semini tuo dabo vniuersas regiones has, completum est in ipsa gentilitate post Christi ascensionem.

II Manſit itaq; *Isaac in Geraris.* CHRYSOSTOMVS. Vide autẽ quomodo ferme in eadem pericula incidit ille, in quæ & pater eius. Nam cum domiciliũ haberet in Gerara, & *interrogaretur à uiris loci illius ſuper uxore ſua, Reſpõdit, Soror mea eſt, Timuerat enim confiteri quod ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter eius pulchritudinẽ.* AVGVSTINVS VICESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM. Quod Isaac Rebeccam, quæ vxor erat, sororem dixerit, non fuit mendaciũ, genus enim Rebeccæ nõ tacitum est, & eam per notissimã propinquitatem sororẽ eius fuisse manifestum est. Propinqua enim erat ei & paterno & materno sanguine. Vt autẽ taceret vxorem, quid mirum, aut quid prauũ, si imitatus est patrem, cum eadẽ iustitia defendatur, qua pater eius de simili obiecto inculpatus inuentus est? Quę igitur pro Abrahã quod ad hanc rem pertinet, eadẽ etiam pro Isaac filio eius valent, quæ recensere non est difficile. AVCTOR CATENAE. Verisimile est, Saram ac Rebeccã fuisse non solũ probatis moribus gratiosas, sed etiã insolita forma & pulchritudine prę cunctis Palæstinorũ mulieribus. Erant enim è Mesopotamia & alienigenę, alterius coloris & aspectus, quàm Philistææ, quę ob Arabię vicinitã turpiores erant. Castitatis deniq; gratia, viuatioré formã, ac perseuerantioré accõmodabat. Similiter metuebat Isaac, vt Abraham pater, remedio eodẽ vtebatur, & periculo occurrebat, donec dominus prouideret, cui credidit, à quo deseri, acceptis tot promissionibus, nõ potuit. *Cunq; pertranſiſſent dies plurimi, & ibidẽ moraretur, proſpiciẽs Abimelech rex Palæſtinorum per feneſtrã, uidit eum iocantem cum Rebecca uxore ſua.* AVGVSTINVS. Rex alienigena Rebeccam viri sui coniugẽ tunc esse cognouit, quando eum cum illa ludentẽ vidit, quod non cognouisset, nisi cũ coniuge illa sic luderet, quomodo cum ea quæ coniunx nõ esset, ludere nõ deceret. Quod cum sancti cõiugati faciunt, non inaniter faciunt, sed prudenter. Descendũt enim quodãmodo ad fœminei sexus infirmitatẽ, vt aliquid blãda hilaritate vel dicant vel faciant, nõ eneruantes, sed temperantes virilẽ rigorem quod tamen ei quæ vxor non est, qui dixerit aut fecerit turpis est. CAIETANVS. Actus igitur coniugalis significatur, prout testantur subiecta verba Abimelech. AVCTOR CATENAE. Vidit eum iocantẽ, & cętera. Verbũ Hebraicum צָחַק zahak, ridere, & ludere, seu iocari significat. Idem autẽ verbũ est hic, quod supra, cum Sara rideret, audiens se paritura filium. Vnde factũ, vt aliqui etiã ridẽtem hoc loco verterint. Ludebat autẽ Isaac cum vxore, hoc est, ridebat, & collætabatur liberius, & familiariter colludebat. Non enim loco patentiore coniugali actui (vt nos arbitramur) operã dediſſent, quèadmodum aliqui dixerunt, præsertim Iudæi, qui fere semper indigniora cõminiscuntur, & turpiora scribunt, cũ velint haberi castissimi & religiosissimi, vt pigeat adducere ipsorũ fabulas, & stultitiã. *Et accerſito eo, ait, perſpicuum eſt quod uxor tua ſit. Cur mentitus es ſororẽ tuam eſſe?* CAIETANVS. Iuxta Hebræũ non habetur, mẽtitus es, sed dixisti. Honestius

A Honestius enim locutus est. AVCTOR CATENAE. Prout sororis nomen sumpserat Abimelech, falsum erat Rebeccã ipsius Isaac sororem esse, prout autem sumpserat Isaac, videlicet pro cognata, verum erat. Dicit ergo Abimelech in sensu suo, Cur dixisti sororem tuã esse? Regis autẽ notatur hic probitas, qui nõ iudicabat incestum. Et integra fama illorũ, & honesta maturitas, nõ sinebat turpiora in suspicionem assumi. Regebat vtrosq; dei prouidentia, vt & Isaac honoraretur, & rex ædificaretur in amore dei. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem ex coniecturis deprehensus est iustus, nõ vltra negat, sed fatetur, & causam manifestã affert, quare sororem vocandã censuerit. *Reſpondit enim, timui, ne morerer propter eam.* Mortis timor me hoc agere coëgit. Forte autem edoctus erat, quod & pater talem actum instruxerat, & se saluarat, cuius viam & ipse sequutus est. Sed rex adhuc habẽs reverentem memoriam eorum, quæ tempore patriarchæ rapta Sara tulerat, increpabat eum, reumq; arguens, dicebat,

Quare impoſuiſti nobis? Alia litera. Cur hoc feciſti nobis? Hanc deceptionem & olim sustinuimus à patre, & nunc

B nisi in tempore prospexissemus, eadem laturi eramus. CAIETANVS. Et hic quoq; honestius increpat Abimelech. INTERLINEARIS & AVCTOR CATENAE. Vel quare imposuisti nobis, id est, decepisti? Vnde impostores dicuntur, & hi præcipuè, qui pretiosis metalla miscent viliora. *Potuit* (liquidem) *coire quiſpiam de populo cum uxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum.* CHRYSOSTOMVS. Etenim & tunc per ignorantiã peccaturi eramus, & nunc quoq; per ignorantiam, ferme in causa fuisses, vt in peccatũ incideremus. AVCTOR CATENAE. Potuit coire quispiam de populo cum vxore tua. Sensus idem est sub aliis verbis in Hebræo, videlicet כִּמְעַט שָׁכַב אַחַד הָעָם אֶת אִשְׁתֶּךָ Cimat sachab ahad haam eth istẽcha, Quasi parum, id est pene, coisset vnus de populo cum vxore tua. Chaldaica, Parum affuit, quin dormisset vnus de populo cum vxore tua. Etenim verbũ שָׁכַב & dormire & concumbere significat. Sed sacrosanctæ huiusmodi literæ, semper honestioribus verbis turpia exprimere consueuerunt. Septuaginta paulum variant, habentes, μικροῦ τις ἐκοιμήθη ἐκ τοῦ γένους μοῦ μετὰ τῆς γυναικός σου, Fere quis dormiuisset ex genere meo cum vxore tua. Et induxisses super nos peccatum grande. Superfluit grande. Est enim in Hebræo tantum, אָשַׁם asam, id est, peccatum. Sic habet & Chaldaica, quod potius ad sententiam, quàm ad proprietatem reddiderunt. Septuaginta ἄγνοιαν, ignorantiã, eo videlicet modo, quo omne peccatũ

C inscitia est. Timorem itaq; dei habuisse regem & subditos satis elaret, nimirũ fide & exemplo Abrahæ institutos. Ignorantiæ quoq; peccatum coram deo imputari, & iudicari lege docemur, vt inde intelligamus quàm deo displiceat quod per contemptum cõmittitur, & deliberate contra deum & proximũ. Docet & hęc litera, fidelibus nunquam deesse pericula vitæ, famæ & rerum, quibus aliquando ad peccandũ incitentur, sed & fidutia in deũ, omnia tuta reddit amicis eius, assistit à dextris & sinistris ne temporum ac tentationũ impulsibus, ignorantię & infirmitatis peccata incurrant. Dicitur autem adulteriũ peccatum grande secundum cõmunem æditionem, quia ex peccatis quæ in personã proximi cõmittuntur, post homicidium primum tenet locum. *Præcepitq; omni populo, dicens, qui tetigerit hominis huius uxorem morte morietur.* CHRYSOSTOMVS. Alia litera. omnis qui tetigerit hominem

D hunc & vxorem eius mortis reus erit. Vide dei prouidentiã, & ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei, Ne descendas in Aegyptum, & habita in terra ista, & ero tecum, ille erat, qui hæc omnia dispensabat, & iustum in tanta constituebat securitate. Considera enim regem procurantẽ vt impauide ibi agat, liberq; sit ab omni cura. Mortẽ enim (inquit) interminatus est omnibus quicunq; tetigerint, aut eum, aut vxorẽ eius. Quia enim hic erat timor, qui cõcusserat eius mẽtem, propterea & illum auferri fecit misericors dominus, vt postea omnino secure ageret. Et vide quomodo variæ viæ sint sapientiæ dei, & quomõ omnia iuxta voluntatem suã faciat, & in inuiis viã inueniat, per illa ipsa quæ maxime aduersa videntur, salutem seruorum suorũ conseruans. Hinc enim est, quod rex ille tantam habet curam iusti, quasi prædicans eum omnibus ciuitatis suæ inhabitatoribus, & declarans quàm gloriosus sit, & summo honore dignus, quem & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonosor postquã pueros in fornacẽ iniecerat, Daniel.3. & re ipsa comprobauerat captiuorum adolescentum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbiq; lingua sua fecit illustres. Hæc enim potissimum magna dei virtus est, quando facit, vt per inimicos celebrentur serui dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam, quoniã vidit quod per supernũ auxilium puerorũ virtus ignis actionem vinceret, repente mutatus, clamauit, dicens, Serui dei excelsi. Vide non solũ illos excelsos prædicat, sed & do

E minum vniuersorum. Egredimini. Quid factũ est? nonne tu eos tormento tradidisti? nonne tu in tantum fornacẽ flagrare præcepisti? Profecto (inquit) sed nũc video res admirabiles, & nouas. Elementũ enim hoc suæ operationis oblitum, quasi vinculis quibusdã ligatum, tantam exhibuit obedientiã, vt neq; contingerentur eorũ capilli. Vnde videre possumus, quod factum supra humanã naturã est, & ineffabilis quædã ac diuina vis, quæ hęc operatur, tantam puerorum habet curã. Vidisti dei misericordiã, quomodo nunquã derelinquat seruos suos? permittit in fornacem iniici, sed eos volens clariores facere, & suã virtutem demonstrare. Vnde & barbari demulsit mentẽ. Neq; enim tam admirabile erat, si à principio prohibuisset eos in caminũ iniici, sicuti nunc admirabilius & rarius factũ est, cũ in medio ignis existentes, nihil insuaue ferre permittit. Nam quãdo vult, etiã eos qui in mediis sunt periculis & pœnis, potentiores facit, & eos qui patiuntur, his qui illos affligũt. Hoc & in apostolis factũ est. Nam qui eos

F vrgebant, & adducebant in mediũ, & quasi dentibus fremebant inter se dicentes. Quid faciemus viris istis? In manibus illos habebant, & dubitabant secum quid cum eis facerent. Tanta tamq; valida res est virtus, tamq; imbecillis malitia, vt illa quidẽ licet patiatur, vincat, hæc vero, & si quid faciat, nihil proficit, quàm quod suã prodit infirmitatem. Id scientes, magnã virtutis habeamus rationem, & vitia fugiamus, ita enim & supernã gratiã nobis conciliabimus, & futura consequemur bona. AVCTOR CATE. Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Plus est in Hebræo, videlicet תְּנֵגַע בְּאִישׁ הַזֶּה וּבְאִשְׁתּוֹ מוֹת יוּמָת Hanogéa bais haze vbisto moth iumath. Qui tetigerit virum istũ & vxorem eius, morte morietur. Vel θανάτῳ θανατοῦσθαι, id est mortis reus erit, vt habent Septuaginta. Chaldaica autem. Qui nocuerit huic viro & vxori suæ, morte morietur. Clarius enim expressit, quid significare voluerit per verbum tangere. Sic itaque prouidet vtriq; Abimelech, & vitæ Isaac, & pudicitiæ Rebeccæ. Vides in omni natione fuisse semper & esse deum timentes & pios?

Myſticè. AVCTOR CATENAE. Verum secundum spiritualem sensum, hic primũ quæritur, cur tempore famis, Abraham & Iacob permissi sint intrare Aegyptum, Isaac autem prohibitus, & in Gerara manere iussus? Cui quæ-

 stioni ita

Universidad de Deusto Biblioteca

stioni ita satisfacimus, si dicamus, per Abraham multarum gentium patrem prelatos, per Iacob laboribus deditũ, G
actiuæ vitę studiosos, per Isaac continentẽ, & multo tempore in thalamo quiescentem, contemplatiuos homines
designari. Abraham ergo & Iacob Aegyptum ingredi sunt permissi, Isaac autem minime, ad significandum quod
prælati, atque actiui seculi homines per mundum bene operando discurrere possunt, contemplatiuæ autem vitæ
dediti, in abscondito vultus dei persistere, nec secularium conuersationi misceri debent. EVCHERIVS INTERLINEARIS, ET ISIDORVS. Interrogatus vero Isaac à viris loci illi⁹ super vxore sua, dixit, soror
mea est. Timuerat enim profiteri quod sibi esset sociata coniugio, reputans ne interficeret eum propter pulchritudinem illius. Sic plane à tẽpore Christi vsq; ad magni Constantini tẽpora persecutione vrgente, fideles timebant
palam euangelicã celebrare gratiam, nã & in ecclesia primitiua multi discipuli erant occulti propter metũ Iudęorum, & in latibulis se cõtinentes, agebant tamẽ vt poterãt religionem Christianã, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in mõtibus & in speluncis, & in cauernis terræ. Sed & illuc vsq; perscrutatus est illos, qui eis di- H
gnus nõ erat mundus. Cunq; pertransissent dies plurimi, & ibidẽ moraretur Isaac, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantẽ cum Rebecca vxore sua, & accersito eo, ait, Perspicuum est quod vxor
tua sit. Baptizantes nanq; clam in cryptis, & cœmeteriis martyres, & cętera celebrantes, vt poterãt fidei sacramẽta,
quæ pro ioco erant sapientibus mundi, quorũ sapientiam deus stultam fecit, persæpe deprehenderunt, & ad publicum auditoriũ pertraxerunt. Tandẽ & ipsi terreni principes videntes per miracula Christi maiestatẽ contempera
tam humanæ infirmitati, vt possint sociari & esse duo in carne vna, iugum Christi susceperunt, & eius quam pri⁹
impugnabant, euangelicæ fidei, vel Christianæ religionis defensores esse cœperunt, & iam in manifesto Christi &
ecclesiæ sacramentũ prædicari præmiserunt, ac diu fuisse absconditũ doluerunt. Vnde & protinus subditur, Præcepitq; populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorẽ morte morietur. Ac si aperte diceret, Data pace ecclesiæ,
decretum est à principibus, vt nullus integritatẽ fidei violaret. Nempe & primus Cõstantinus lege edixit, quid pa- I
teretur quisquis Christiano esset molestus, & deinceps tã gladiis regũ, q̃ verbo sacerdotũ Christiana religio defen-
Vbi supra. satur. AVGVSTINVS. Quid autẽ sibi velit in sacramẽto Christi & ecclesiæ, quod tãtus patriarcha cũ coniuge luserit, cõiugiumq; illud inde sit cognitũ videt profecto quisquis ne aliquid errãdo in ecclesiã peccet, secretũ
viri huius in scripturis sanctis diligẽter intuetur, inueniet dei filiũ maiestatem suã qua in forma dei illi ęqualis est,
paulisper abscõdisse in forma serui, vt eius capax esse humana infirmitas posset, eoq; modo cõiugi se congruenter
aptaret. Quid enim absurdũ, imò quid nõ conueniẽter futurorũ prænunciationi accõmodatũ, si propheta dei carnaliter aliquid lusit, vt eum caperet affectus vxoris, cum ipsum verbũ dei caro factum sit, vt habitaret in nobis?

3 *Seminauit autẽ Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplũ. Benedixitq; ei dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiẽs atq; succrescens, donec magnus uehemẽter effectus est. Habuitq; possessiones ouiũ & armentorũ & familiæ plurimũ. Ob hoc inuidẽtes ei Palæstini, omnes puteos quos foderãt serui patris illius Abrahã, illo tẽpore obstruxerunt, implentes humo, in tantũ ut ipse Abimelech diceret ad Isaac,* K
Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es ualde. Et ille descẽdens ut ueniret ad torrentẽ Geraræ, habitaretq; ibi, rursum fodit alios puteos quos foderant serui patris sui Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim, appellauitq; eos eisdem nominibus quibus antè pater uocauerat. Foderuntq; in torrente, & repererunt aquã uiuam. Sed & ibi iurgiũ fuit pastorũ Geraræ aduersus pastores Isaac, dicẽtiũ, Nostra est aqua. Quamobrẽ nomẽ putei ex eo quod acciderat, uocauit calumniã. Foderunt autẽ & aliũ, & pro illo quoque rixati sunt, appellauitq; eum inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque uocauit nomen eius latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram.

3 CHRYSOSTOMVS. Operæpretiũ est, repetita sermonis serie, iterũ videre quantũ & iustus Isaac superis gra- L
tus, & curæ fuerit. Nã qui ei prohibuerat descensum in Agyptũ, & dixerat, Habita in terra hac, & ero tecũ, ille in omnibus, tam clarũ eum fecit, vt nõ multopost inuidiosus foret apud regem Gerarorũ. Videntes enim eius substantiam quotidie augeri, ægretulerunt viri ibi habitantes eius cohabitationẽ, & transmigrare inde coëgerunt. Dignũ
est autẽ vt scripturæ verba audiamus, & per omnia videamus dei beneuolentiã, quam erga famulos suos declarat.
Seminauit autẽ (inquit) Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. HIERONYMVS IN QVAEST. HEBRAIC. Iuxta Septuaginta, Centuplicatũ hordeum. Licet enim in aliena terra seminauerit Isaac, tamen nõ puto quod tanta ei fertilitas hordei fuerit. Vnde melius puto illud esse quod habetur in Hebræo, & Aquila quoque
transtulit, & inuenit in anno illo centuplũ æstimatum, id est, ἑκατὸν εἰκασμένον. Licet enim eisdem literis & æstimatio scribatur & hordeũ, tamen æstimationes שְׁעָרִים searim leguntur, hordea vero שְׂעֹרִים seorim. Tacens autẽ scriptura genus frugum quod centuplicauerit, videtur mihi cunctarum in illo virtutũ ostendisse multiplicationem.
CHRYSOSTOMVS. Considera obsecro, dei sapientiã, quomodo ostendat iusto, quod ipse naturæ cõditor sit, M
& in rebus difficilibus facilia omnia facere queat, & qui ab initio terrã suo mandato fecerit idoneã ad proferendos fructus, idem nunc efficiat, vt centuplices reddat pro satis manipulos, & interim illum in tanta affluentia cõstituit, vt nullius indigeat, atq; alij per opera discant, quãta superna gratia iustus fruatur. Omnipotens enim & sapiens deus, re ipsa cõprobat, q̃ benefaciat suis, & facit vt hi etiã, qui adhuc in gẽtibus errore versantur, suã virtutẽ
& potentiã addiscãt. Hoc postea & in Aegypto fecit, illis enim pœnas irrogabat, Israelitas verò illæsos cõseruabat.
Discebant enim nõ solùm per indignationẽ dei, qua ipsi puniebãtur, omniũ opificis virtutẽ, sed & per misericordiam, quã in illos exhibebat. Et illi iterũ non ex sola misericordia & prouidentia quã experiebãtur, discebant immodicã dei bonitatem, sed etiã per eos, quib⁹ videbant tot plagas irrogari. Nã & in secundis & in aduersis rebus diuina monstratur virtus. Et elemẽta ipsa suo ministerio & obedientia cõseruis monstrabant, quã beneuole dominus erga illos afficiebatur. Et hoc vtique viderit aliquis in iusto cõtingere. Id enim quod alioqui natura terræ nõ
suscepit, hoc propter mãdatum vniuersorũ dei nunc profert, tanta vbertate, vt repente valde abundãs effectus sit
Isaac.

A Isaac. CAIETANVS. Et inuenit in ipso anno centuplum. Iuxta Hebræũ habetur, centũ æstimationes, vt nõ
tam certum, q̃ æstimatum centuplũ significetur. AVCTOR CATEN. Hebraicè scribitur מְאָה שְׁעָרִים Mea
searim, id est, centũ æstimationes. Chaldaica, Et inuenit in anno illo centuplum quã æstimauerat. Alij centũ mensuras, vel centũ modios verterunt. Dicuntq; in illo anno, qui scilicet fuit magnæ sterilitatis. Intrepidus igitur Isaac
ad verbũ domini in terra manserat famis tẽpore, domino fidens, cuius est terra & plenitudo eius, & seminauit etiã
in sterili terra, & cõtra expectationem omniũ & naturalẽ cursum, inuenit copiam messis insolitã, mercedem fidei,
& miraculũ vicinis pariter, & æmulationem. CHRYSOSTOMVS. Deinde quasi exponens cur tantũ collegerit ex satione sua iustus, subdit. *Benedixitq; ei dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescens, donec magnus uehemẽter effectus est.* HIERONYMVS. Fœlicitas multiplicati hordei, ignoro si quempiam possit facere
gloriosum. AVGVSTINVS IN QVAEST. SVPER GENE. Secundũ terrenam fœlicitatẽ dictum
sequentia docẽt. Exequitur enim narrator easdẽ eius diuitias, quibus magnus factus est, & hinc motus Abimelech
B timuit illũ ibi esse, ne potentia eius sibi esset infesta. Quanquã ergo spiritale aliquid ista significent, tamen secundũ
id quod ita cõtigerunt, ideo præmissum est, benedixit eũ dominus. Vt sana fide intelligamus, etiã ista temporalia
dona, nec dari posse, nec sperari debere, etiã cum ab infirmioribus appetuntur nisi ab vno deo, vt qui in minimis
fidelis est, etiam in magnis fidelis sit, & qui in mammona iniquo fidelis inuentus est, etiam verum accipere mereatur, sicut dominus in euãgelio loquitur. Talia etiam de Abraham dicta sunt, quod ei munera dei prouenerint. Lucæ. 16.
Vnde non parum ædificat sanam fidem pie intelligẽtibus ista narratio, etiam si de his rebus allegorica significatio nulla posset exculpi. CHRYSOSTOMVS. Nam quia tunc abundantia iustorum erat in fertilitate terræ, & in multitudine pecorum, propterea dicit, Benedixitque ei dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est. AVCTOR CATENAE. Non ergo cœlũ,
terra, fatum, sed dei gratia ditabat hominem, non tantum tunc, sed subinde magnificauit diuitiis, honore, fama,
virtute. Dei amicũ ostendit, exemplar fidei & operũ. Creuit ex gregibus animalium, & multa familia hominum,
C qui sub illi⁹ regimine & directione in timore domini erudiebãtur, vnde & sequitur. *Habuit quoq; possessiones ouiũ & armentorũ, & familiæ plurimum.* CHRYSOSTOMVS. Considera quantũ sit, pro his quæ seminabat, centuplum accipere. Quod si hoc tibi magnũ videtur, cõsidera immensam dei clementiã, quam processu temporis erga
nos declarauit. His enim qui bona in eũ fiducia virtutẽ exercent, non solũ centuplum promittit, sed & vitã æternam, & frui regno cœlorũ. Vidisti misericordiã domini? vidisti beneficentiæ augmentũ? vidisti quantũ nobis largitus est vnigeniti filij dei aduẽtus? & quomodo ineffabilẽ operum cõmutationem operatus est? Hæc igitur vnusquisq; apud se expendens, & videns diuersitatẽ, & quæ illis ante gratiæ tempus promitti solebant, & quæ nunc per
gratiæ tẽpus, glorificet etiã in hoc immensam eius misericordiã, & nemo temporũ mutationi totũ ascribat. At iustum est, vt ad seriẽ sermonis redeamus, & videamus quomodo Gerari videntes affluere iusto opes, in æmulationem prouocati, abigere eum inde conati sunt, *Ob hoc (inquit) inuidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderãt serui patris illius Abrahã illo tempore obstruxerunt, implentes humo, in tantũ ut ipse Abimelech diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniã poten-*
D *tior nobis factus es ualde.* Cõsidera quanta illorũ malitia, qui & aquas iusto inuident, & neq; rex qui in tanta potestate erat, inuidiã continere potuit, sed dicit, Recede à nobis, quia potentior nobis factus es valde. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iustũ? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriã intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cũ
ratione operatur. Oportebat eũ spectare & attendere, quem omniũ deus tanta gratia prosequebatur, & dei exemplo magis fouere, ei seruiendo, vt honore in illũ collocato, etiã ipsi diuinũ sibi fauorem cõciliarent. Illi aũt non solum hoc nõ faciunt, sed expellere tentant, ac dicunt, Abi à nobis, quia multo potentior factus es, quã nos sumus.
Ita agere solet inuidentia, nõ potest benigniter videre aliorũ fœlicitatem, sed fœlicitatẽ proximi, suã putat infœlicitatem, & tabescit bonis proximi, id quod & hic fuit. Rex enim sub cuius potestate tota ciuitas erat, & habens omnes sub manu sua, peregrino, vago, huc & illud migrãti, dicit, Recede à nobis, quia potẽtior nobis factus es valde.
Et verè potẽtior erat, supernum præsidiũ habens in omnibus, dexteraq; dei munitus. Quo igitur abigis iustũ? ignoras quod quocunq; eũ ire coëgeris, semper erit in his, quæ domini sui sunt? Nõ docuit te rerũ experientia, quod dei
E manus est, quæ illustrẽ facit, & cõseruat iustum? Quare igitur abigendo iustum, erga dominũ ingratitudinẽ declaras? & neq; magna viri mansuetudo tuã domare potuit inuidiã, sed victus, inuidiã opere comples, & iterũ migrare eum cogis qui in nullo te læsit? Nescis quod, licet in ipsissimã solitudinem eũ fugaris, habebit tamen potentẽ dominũ, qui se iuuare (sicut & illic factũ) & multo clariorẽ facere nouit? Nihil enim fortius, quàm frui superno pręsidio, sicut nihil infirmius quàm eo destitui. CAIETANVS. Omnes puteos quos foderant serui patris illius
Abrahã illo tempore. Iuxta Hebræũ habetur, In dieb⁹ Abrahæ patris eius. Tempus enim fossionis significatur, nõ
obstrusionis. AVCTOR CATE. Est enim Hebraicè בִּימֵי אַבְרָהָם אָבִיו Bime Abraham abif, In dieb⁹ Abraham patris sui. Vt dicatur, Et omnes puteos quos foderant serui patris sui in diebus Abrahã patris sui, obturauerũt
Philistiim. Sic est & in Chaldaica, Sed apud Septuaginta tam fossio q̃ obstrusio ad tempus Abrahę refertur. Diuitiæ pariunt odiũ, mali bonos persequũtur, fideliũ profectus impij nõ ferunt æquanimiter. Occultè vindicant liuo-
F rem suũ, qui corã non audent, perq; seruulos persequentur, qui per se erubescerent. Puteos vtiles obstruũt tam sibi
q̃ aliis, non curant cui noceant, tantũ vt inuidię zelo satisfiat. Creuitq; eatenus furor gentis, vt ne rex quidem obsistere ausit, sed exire cõpellat certo agnitum amicũ dei. Sic regum & populi fauor instabilis. Sancti in terra locũ fixum nõ possident, iniurias patienter ferunt. Mundus odit & persequitur amicos dei, fidei doctores vno loco consistere nõ oportet, fortiores infidelib⁹ vincunt tãdem. CHRYSOSTOMVS. Vidisti & regis Gerarorũ, & omnium qui ibi habitabant mentis malitiã? Vide & iusti magnã mansuetudinem, quomodo nõ superbiuit, neq; vi dens diuinã sibi gratiã assistere, cõtra regem, fretus cõmilitantis virtute, insurrexit, sed quasi vir omni patrocinio
carens, & nullum auxiliũ aliunde expectans, faciebat quod sibi præcipiebatur, & statim illinc discessit, & vlterius
progressus, repressit affectionũ flammam, simul & eximiã suam mansuetudinẽ declarans, & suã affectionem cõsolans. *Et ille (inquit) discedens ut ueniret ad torrentẽ Geraræ, habitaretq; ibi.* Id quod discipulis suis omnibus Christus Matth. 10.
aduenìens præcepit, dicens: Quando persequẽtur vos, fugite in aliũ locum, hoc ille iam operibus declarabat. Et si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Reg.19. cut Dauid Saulis magnã inuidiam reprimebat,secedens,& subducens se,& illius refrigerabat calorẽ,eodem sane G
modo & iustus ille apostolicũ illud implebat, Date locum iræ. Relicta ergo ciuitate exiit ad torrentem. HIE-
RONYMVS. Alia litera,Et abiit inde Isaac,& venit in vallem Gerarũ,& habitauit ibi.Pro valle,torrentem ha
bet in Hebræo.Neq; enim Isaac postquã magnificatus est, in valle habitare poterat. Habitauit autem in torrente,
Psalm.109. de quo scriptum est,De torrente in via bibit. De quo etiam Helias tempore famis bibit. Sed quia Helias non erat
3.Reg.17. perfectus vt Christus, ideo ei torrens ille aruit.Dominus verò noster,etiam in torrente traditus est,dedicans ge-
Matth.3.& nerationẽ nostram, & baptismi sacramentum. CHRYSOSTOMVS. Cæterũ vide quantam iterum man-
Marc.1. suetudinem præstitit.Neq; enim hic finis est molestiarũ:nam cum etiam illic esset,& fontes effodere vellet,rixa-
ri tentauerunt. *Rursum(enim inquit)fodit alios puteos,quos foderant serui patris sui Abraham,& quos illo mortuo olim ob-
struxerant Philistiim, Appellauitq; eos eisdem nominibus quibus antè pater uocauerat.* CAIETANVS. Rursumq; fodit.
Iuxta Hebræum habetur. Et reuersus est Isaac, & fodit. Non est certum an huiusmodi reuersio significet tantum
iteratam fossionẽ(& sit sensus,reuersus est ad fodiendum)an significet localem reuersionem à torrente ad loca pu H
teorum aliorum.Fodit(inquit) alios puteos.Superfluit alios. AVCTOR CATE. Est enim Hebraica litera
וַיַּחְפֹּר יִצְחָק אֶת בְּאֵרֹת הַמַּיִם Vaiásab Izhak vaiahpor eth beeroth hamáim,Et rediit Isaac,& fodit puteos aqua-
rum.Sic & Chaldaica. Septuaginta, ὑπέλιπ᾽ ἰσαὰκ ὤρυξε τὰ φρέατα ἃ ὤρυξαν, Et rursus Isaac fodit puteos aquarũ,
A quibus Latinus hausit interpres.Sanctorum itaq; opera sunt,puteos fodere,seminare agros,proximis consulere,
familias regere,nihil in thesauros reponere,multis prodesse,seruulos colere.Nomina fontibus patres imponebãt,
cisternas quoq; circa torrentes extruebant,vbi caperentur aquæ pro temporibus siccitatis. Sed & puteos hos serui
Isaac eo iubente purgabant humum iniectam eiiciendo,quos Philistæi ideo forsan impleuerant,ne quis ex posteris
Abrahæ se in illis ius habere diceret. *Foderunt{q; in torrente,& reperexunt aquam uiuam.* HIERONYMVS. Alia
litera.Et foderunt pueri Isaac in valle Gerarum,& inuenerunt ibi puteum aquæ viuæ.Et hic pro valle torrens scri
ptus est.Nunquam enim in valle inuenitur puteus aquæ viuæ. CAIETANVS. Nõ esse puteos istos eosdem
cum supradictis,ipsa nominũ diuersitas testatur,nam illi nominati sunt nominibus antiquis, isti autem nominati I
sunt nominib⁹ nouorũ euentuũ. AVCTOR CAT. Dictio נַחַל nahal hic posita,tã torrentẽ significat,q̃ vallẽ.
Vnde vtroque modo interpretes verterunt.Quidã enim in torrente,quidã in valle puteos fodisse dixerunt.Chal
daica habet in torrente.Septuaginta,in valle.Vocatus autẽ torrens aqua,quæ ex inũdatione imbriũ,vel resolutio-
ne niuiũ aut glaciei decurrit,nec iugiter fluit,ideoq; in torrẽte puteos effodere potuerũt:&repererunt aquã viuam,
hoc est,desubtus scaturientẽ & salientẽ,quæ instar rerum viuentiũ se mouere videtur.Dominus enim ne inaniter
conarentur serui Isaac,prouidit de aquis viuis, perpetuis, salubribus in torrente, seu (vt alij volunt) in valle iuxta
torrentẽ,apud quem viuebant cum pecoribus. *Sed & ibi iurgium fuit pastorũ Geraræ,dicentium,nostra est aqua.* CHRY-
SOSTOMVS. Et nihil hic contendit iustus,neq; obluctatur,sed etiã pastoribus cedit.Hæc enim vere mansue-
tudo est,nõ quando quis offensus mansuete fert,sed quando quis ab his etiã qui inferiores putantur,offenditur,ce
dit.Sic rectè cognoscitur mansuetudo eius qui inuaditur.Nam alias contradiceret quis, quod mãsuetudinem si- K
mulasset,quia non posset potentiæ offendentis resistere.Et vt discas,quod regi cesserit non propter potentiam e-
ius, sed suo more, vide quomodo idem apud pastores facit. Et sicut ille dicebat, Recede à nobis,& statim accep-
to mandato abscessit,ideo & nunc pastoribus lædere cupientibus,& puteũ sibi vendicantibus,recedit.Et vt perpe
tuò posteri scirent hanc iniustitiã, vocauit nomen fontis loci huius calumniã,ait enim, *Quamobrẽ nomen putei ex
eo quod accideratt,uocauit calumniam.* Enimuero quia manifestam admiserant iusto calumniã.Et erat postea quasi in
columna ærea.Posteris nomen loci,doctrina & mansuetudinis iusti,& maleuolentiæ illorum.Nomen loci facie-
bat,vt quisq; rogaret,quare nam sic diceretur,addisceret & huius virtutem,& multã illorum malitiam. CAIE-
TANVS. Dictionem interpretatã calumniam,alij litigium,alij contentionẽ interpretantur. Et dicit Iosephus
vtrunq; puteũ imperfectum fuisse relictũ propter huiusmodi lites. AVCTOR CAT. Quamobrem nomẽ pu
tei ex eo quod accideratt, vocauit calumniã.Hebraicè est:וַיִּקְרָא שֵׁם הַבְּאֵר עֵשֶׂק כִּי הִתְעַשְּׂקוּ עִמּוֹ vaikra sem habeer
ések,chi hithasseku immo.Pro quo sciendũ quod עֵשֶׂק Asak cum puncto sebolet, calumniari, calumniam facere, L
vim inferre,per violentiã,vel fraudem aliquid obtinere vel extorquere significat.עֲשַׂק Asak verò cũ puncto cebo
let iurgari.Quia ergo in Hebræo hoc modo scribitur,sic verti potest locus,Et vocauit nomen putei iurgium,quia
iurgati sunt cum eo,scilicet Abimelechitæ cum Isaac. Et ponitur verbum & nomen ab eo deriuatũ. Sed si scribe-
retur cum puncto sebolet,posset intelligi sicut est in litera nostra.Chaldaica,Et vocauit nomen putei litigium,eo
quod litigauerunt cum eo.Septuaginta vero hanc discordiã faciunt,ἀδικίαν,hoc est,iniustitiam, siue violẽtiam,
ἠδίκησαν γὰρ αὐτὸν inquiunt,Iniustitia enim affecerunt eum.Patienter igitur sustinuit iustus improbitatẽ seruorũ,
ad tentationes assuetus,non reddit calumnias,non regi cõqueritur, sed persistit in perpetua mentis serenitate,o-
mnia boni consulit,quæ aduersa occurrebant,certus omnia dei nutu geri,quanto magis homines aduersabantur,
tanto fidebat fortius. Viuida nobis virtutum exempla ij patres exhibent & honestatis,non tamen sine imperfe-
ctionibus, quibus homines in hac vita carere non possunt. CHRYSOSTOMVS. Animaduerte quomodo
etiam hic suam auget virtutem,per omnia suam declarans mansuetudinem,& illi excellentia malitiq;,etiam inui- M
ti iustum illustriorem reddere attentant. Neq; enim contenti sunt his quæ fecerant, sed iterum insidiantur, cum
alium fodissent fontem. *Foderunt autem(inquit)& alium,& pro illo quoq; rixati sunt,appellauitq; eum inimicitias.* HIE-
RONYMVS. Pro inimicitiis,quod Aquila & Symmachus transtulerunt aduersum atq; contrariũ,in Hebræo
habet,שִׂטְנָה sitna.Ex quo intelligimus Satanam contrarium interpretari. CHRYSOSTOMVS. Hic iterũ
animaduerte iusti prudentiam.Non omnino puteũ (vt videtur) abstulerunt, sed contendebant Allophyli,& visa
manifesta iniustitia,discessserunt.Propterea inimicitias eum appellauit, quod inimicitiarũ fuisset occasio. Cæterũ
quotidie (vt sic dicam) talia ferens ab his qui regionẽ incolebant,non grauatim tulit, non abiecto fuit animo,nõ
cogitauit secum,neq; dixit, Ecce ne fontis quidem,vt sim dominus,mihi datur,an non superna gratia destitutus
sum:an nõ dominus abiecta cura,mei oblitus est:Nihil taliũ vel dixit,vel cogitauit, sed omnia magna cum man
suetudine tolerauit.Et idcirco dignus fuit habitus,qui ampliori diuino auxilio adiuuaretur.Nã ea quæ euenerunt
(vt ita dicam)

A (vt ita dicam) exercitatio quædam fuere virtutis iusti. AVCTOR CATENAE. Et hic igitur elegit iustus
magis secedere,q̃ litigare, vincebat in bono malũ,im probitatem superabat patientia,cessione,fuga, nihil à sancto
labore absterritus,vbiq; sui similis. Quia autẽ bis patiẽtia vicit,ideo tertia vice liberatur,vnde & subditur, Pro-
*fectus inde fodit aliũ puteum,pro quo non contenderunt.Itaq; uocauit nomen eius latitudo,dicens: Nunc dilatauit nos dominus,& cre-
scere fecit super terram.* HIERONYMVS. Pro latitudine, in Hebræo habet רְחֹבוֹת Rehoboth, ad probandum
illud quod supradiximus: Ipse ædificauit Niniuẽ ciuitatem & rehoboth, id est, plateas eius. CHRYSOSTO-
MVS. Vide gratitudinẽ iusti.Nam cum priores fontes diripere tentarent,nõ ægre tulit, non obluctatus est, sed
in sola fontiũ appellatione malitię illorum indelebilem reliquit memoriã.Hic verò quia nulla fuerunt obstacula,
sed absq; omni pauore laboribus suis frui licuit,totũ tribuit deo. Vocauit enim (inquit) nomen putei latifundiũ,&
deinde interpretatus vocabulũ,dicit,Propter hoc latifundiũ voco,quia dilatauit dominus, & auxit nos super ter-
B ram.Vidisti piam mentẽ,quomodo non facta mentione tam atrocium difficultatũ,quæ obstiterant, bonorũ tan-
tum meminit,& pro illis gratiam deo offert, & dicit, Quia dilatauit dominus nobis, & auxit nos super terram?
Nihil enim tam gratum deo,vt anima grata,& gratias agẽs.Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos
prosequatur,siue ea sciamus,siue ignoremus,siue velimus,siue nolimus,nihil tamen aliud à nobis exigit,quàm ha
bere gratias pro his quæ nobis facta sunt, vt pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda prouocetur.
AVCTOR CATENAE. Nunc dilatauit nos dominus. Hebraicè est הִרְחִיב לָנוּ Hirhib lanu, Dilatauit nobis.
Sic & Septuaginta,ἐπλάτυνε ἡμῖν κύριος,Dilatauit nobis dominus.Chaldaica vt apud nos,& sub tempore futuro,
videlicet,dilatabit nos,& crescere faciet.Sed hæc parua sunt.Post itaque pacem redditam gratias agit domino be
neficium eius confitetur.Latitudinis nomen puteo indidit,& amplitudinem nuncupauit.
AMBROSIVS DE ISAAC ET ANIMA. Sed quis hęc legẽs,nõ terrena magis,q̃ spiritalia opera esse ar Mystice.
bitretur,quod vel Abrahã fodit puteos,vel Isaac,tanti videlicet patriarchę,vel etiã Iacob,sicut & in euangelio re-
C perimus, velut fontes quidã generis humani & specialiter deuotionis ac fidei? AVCTOR CAT. Quis se-
minantem Isaac videat,centuplũ colligentem,& non interius scripturã scrutetur,aliud de ipsa sentiat, q̃ de cæte-
ris omnibus seculariũ historicorum libris? Verum nõ ita diuina hæc superficietenus cõsideranda,sed intus & in-
cute,vt dicitur,indaganda. RVPERTVS. Serere igitur pacati & quieti tẽporis est. Vix enim,aut nunquam
tempore belli terra bene exculta seritur,ita præsertim,vt semen in messe centuplicetur. Igitur per sationem Isaac
cuius centupla inuentione locupletatus est homo,proficiens atq; succrescens,& magnus valde effectus est, illa re-
cte intelligitur magnificẽtia nominis Christi,qua in pace ecclesię dilatatum & multiplicatũ est semine verbi dei,
cum sacerdotali auctoritate cõcurrente potestate imperiali,scilicet vt liceret operariis euangelij exire ad seminan
dum,& nõ liceret aduersariis Christi latissimũ totius orbis erroribus suis vendicare agrum. AVCTOR CAT.
Habuit autẽ & in tempore illo Isaac possessiones ouium & armentorũ,& familiæ plurimum,quia ex omni genere
D hominum crediderunt in saluatorẽ mundi,& subiecti sunt ei,incipientes,proficiẽtes,& perfecti,rudes, simplices
ac perspicaces,indocti & literati,actiui & contemplatiui,diuersorumq; statuũ,graduum,dignitatum,ac ordinum
homines.Ob hæc inuidentes Isaac Palæstini,omnes puteos quos foderant serui patris illius Abrahã,illo tempore
obstruxerunt,implentes humo,in tantũ vt ipse Abimelech diceret ad Isaac,Recede à nobis,quoniã potentior no
bis factus es valde. RVPERTVS. Postquã magnificentia nominis Christi Romanum quoq; cœpit imperiũ,
& idola contempta sunt,inuidia suborta est hæreticorũ,per quos diabolus quia nõ poterat vi persecutionis extir-
pare euangelium,veritatẽ corrumpere conatus est scripturarũ. Bene ergo postquam magnus factus est vehemẽter
nimis,ob hoc (inquit) inuidentes Philistiim,quod interpretatur potione cadentes, omnes puteos quos foderãt ser
ui patris illius Abrahã,illo tempore obstruxerunt,implentes humo.Nam putei quos foderant serui patris Christi
dei,omnes scripturæ sanctæ sunt,quas cõdiderunt Moyses & prophetæ atq; apostoli,omnes serui dei.Hos puteos,
id est,has scripturas,quantũ in ipsis fuit,hæretici illo tempore obtuerunt,vt nõ facile inueniri posset, vbi nam
esset doctrina veritatis.In tantũ vt diceret ipse Abimelech,Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es val-
E de.Adeo nanq; aucta est inuidia hæreticorũ vis,vt regum quoque & imperatorũ corda obtineret,eorumq; gladiis
vtens,pene atrocius q̃ gentilium error in Christianos desæuiret.Porro quod dicit Abimelech,quia potentior no-
bis factus es valde,iuxta hunc eundẽ sensum constans est.Etenim terreno imperio potentius factum est in gentib⁹
cœleste imperiũ,in tantum vt feros principes & barbaras nationes quas imperatorũ gladius non attingeret,facer-
dotum lingua liget,& latius Romanæ ecclesiæ pontifices, quàm Romani imperij dominentur Cæsares. Quanuis
enim multis aucta victoriis Roma ius imperij sui terra mariq; protulerit,minus tamen est,quod illi bellicus labor
subdidit,quàm quod pax Christiana subiecit.Et ille discedens vt veniret ad torrentẽ Gerarę,habitauit ibi.Ab hę-
reticis discessit Christus,nihil enim cum deo,nihil cũ Christo,aut cum spiritu sancto illi operantur,sed totũ quic-
quid illorum est,diabolo relinquitur.Ipse autẽ Christus ad torrentem,id est,ad auctores scripturarũ proficiscitur,
ad eos qui de cœlo imbrem expectant,quẽ & suscipientes in magnum excrescunt torrentẽ.Rursum (inquit) fodit
F alios puteos,quos foderant serui patris illius Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim. Semper
enim quæcunq; hæresis exurgat,semper vtiq; & præsto Christus adest, & de suis aliquos præparat scientia & sermo-
ne ornatos munere suo,qui stare valeant aduersus loquaces hæreticos,& mera veritate scripturarũ sitientes pota-
re paruulos.Appellauitq; eos eisdem nominibus quib⁹ pater antè appellauerat,id est,eadẽ veritate,eodẽ spiritu ve
ritatis fecit eos intelligere scripturas,quo auctores illarum, quos pater ante aduentũ filij miserat,& quos ipsi filio
dederat,scripserunt eas.Foderuntq; in torrente,& repererunt aquã viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorum Ge-
rarę aduersus pastores Isaac,dicentiũ,nostra est aqua.Quos foderunt serui patris eius,illos replentes obturauerũt,
quos vero serui illius foderunt,non quidẽ obturauerunt,sed pro illis iurgati sunt,& cõtenderunt.Sic profectò hę-
retici sacras scripturas quæ maxima ex parte ante aduentũ Christi conscriptæ sunt, terrenis sensibus suis obturaue
runt,quæ autẽ ab aduẽtu,siue à passione,vel resurrectione filij,sacramẽta viuę aquæ,id est,charismata spiritus san-
cti data sunt,non quidẽ obstruxerũt,sed pro illis cõtenderunt,dicentes,nostra est aqua,quod est dicere,Nostra sa-
cramẽta,vera sunt sacramenta,nos quod damus,sanctum est,vitale & viuificũ est,apud nos solos ecclesia est.Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicentes, mentiũtur pastores, nõ enim in angulo vno terræ, vel in parte cuiusquã hæresiarchæ cõclusa, vel coangu G
stata, sed in omnes gẽtes diffusa credi debet ecclesia, iuxta quod filio promisit deꝰ pater, loquẽs in propheta, Postu
la à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Sunt autẽ putei tres, quos serui huius
Isaac foderũt. Tria nanq; sunt sancti spiritus charismata potiora, baptisma scilicet, impositio manuũ, & renouatio
cunctorũ in generali resurrectione mortuorũ. Iuxta quæ & Dauid in typũ Christi & ecclesiç, tertio rex inũctus est.
Et pro duobus quidẽ, pastores illi cõtendunt, pro tertio vero nõ contendunt, quia videlicet de baptismo, & de im-
positione manuũ rixantur nũc hæretici, sibiq; vendicãdo contẽdunt, vbi autẽ vniuersali regeneratione immutabũ
tur, rixari nõ poterunt, contendere nõ audebunt. Itaq; vocauit nomẽ eius latitudo, dicẽs, nunc dilatauit nos domi
nus, & fecit crescere super terrã. Denique inter inimicitias & calũnias dilatatur Christus, & ecclesia eius, & super
omnẽ terrã crescit magnificẽtia nominis eius. ORIGENES. Sed & aliter. Quid est quod Isaac hordeũ semi-
nauit, & non frumentũ, & benedicitur in eo, quod hordeũ seminat, & magnificatur quouisq; magnus fiat? Apparet H
ergo, quia nondũ magnus erat, sed posteaquã seminauit hordeũ, & collegit centuplũ, tunc factus est magnus val-
de. Hordeũ iumentorũ maxime cibus est, aut seruorũ rusticorũ. Est enim species asperior, & quæ velut acuminibꝰ
quibusdã, contingentẽ stimulare videatur. Isaac sermo dei est, qui sermo in lege hordeũ seminat, & in euangeliis
triticũ. Illum enim cibũ perfectioribus & spiritualibꝰ, hunc imperfectioribus & animalibus parat, quia scriptũ est,
Homines & iumẽta saluos facies domine. Isaac ergo sermo legis, hordeũ seminat, & tamẽ in ipso hordeo inuenit
centesimũ fructũ. Inuenis enim & in lege martyres, quorũ est cẽtesimus fructus. Sed & dominus noster Isaac euan
geliorum perfectiora quæq; apostolis, turbis autẽ communia plane loquebatur. Vis autẽ videre, quia etiã ipse hor-
dei cibos incipientibꝰ exhibet? Scriptũ est in euãgeliis, quia secũdo pauerit turbas, sed illos quos primũ pascit, id est
incipiẽtes, hordeaceis panibus pascit. Postea vero cũ iam profecissent in verbo & doctrina, triticeos eis exhibet pa
nes. Sed post hoc dominus (inquit) benedixit Isaac, & magnificatus est valde. Paruus erat Isaac in lege, sed procesſu
tẽporis fit magnus in prophetis. Nã cum in sola lege est, nondũ magnus est, quippe quæ ex velamine tecta est. Cre
scit ergo iam in prophetis. Cũ vero peruenerit vsq; ad hoc, vt & velamẽ abiiciat literæ, tunc erit magnus valde. Cũ I
cœperit litera legis velut palea hordei eius secerni, & apparuerit quod spiritalis est lex, tũc magnificabitur Isaac, &
fiet magnus valde. Vide enim quia & dominus in euãgeliis paucos panes frãgit, & quot milia reficit populorũ, &
quãti cophini supersunt reliquiarũ? Donec integri sunt panes, nemo saturatur, nemo reficitur, nec ipsi panes viden
tur augeri. Cõsidera ergo nũc, quomodo paucos panes frãgimus, de scripturis diuinis paucos sermões assumimus,
& quot milia hominũ saturãtur. Sed nisi fracti fuerint isti panes, nisi in partes cõminuti à discipulis, hoc est, nisi mi
nutatim litera fuerit discussa & fracta, sensus eius ad omnes nõ potest peruenire. Cũ autẽ pertractare cœperimꝰ, &
singula quęq; discutere, tũc turbæ quidẽ quantũ poterunt sumãt. Quod aũt non potuerint, colligendũ est, & reser-
uandũ, ne quid pereat. Seruamus ergo & nos, si quid turbæ capere nõ possunt, & colligimus in cophinis & sportis.
Habuit quoq; Isaac possessionẽ ouiũ & armentorũ, & familiæ plurimũ, & cœpit fodere puteos quos foderãt pueri
patris eius Abrahę, sed inuidẽtes ei Philistiim obstruxerũt eos humo. Solita ad puteos semper patriarcharũ inueni-
Homil.13. mus exercitia. Bene ergo in quodã loco sanctus Apostolus considerans mysteriorũ magnitudinem, dicit, Et ad hęc K
quis idoneus? Simili modo, imò longe dissimili, quanto longe illo inferiores sumus, etiã nos videntes tantam my
sterij altitudinẽ puteorum, dicimus, & ad hæc quis idoneus? Quis enim digne valeat explicare, vel puteorũ sacra-
menta tantorũ, vel eorũ quæ gesta pro puteis referuntur, nisi inuocemus patrẽ verbi viuentis, & ipse more nostro
verbum dare dignetur, vt sitientibus nobis possimus aliquantulũ aquæ viuæ haurire ex his tam copiosis & multi-
plicibus puteis? Sunt ergo putei, quos foderunt pueri Abrahã, sed hos Philistini repleuerunt terra. Hos ergo primũ
purgare aggreditur Isaac. Philistini aquas oderunt, terram diligunt. Isaac aquas diligit, puteos semper quęrit, vete-
res purgat, nouos aperit. Intuere nostrum Isaac, qui pro nobis oblatus est hostia, venientem in vallem Gerarum,
quam interpretamur machærã, siue sepem venientẽ in aquam, vt medium parietem seps soluat, & inimicitias in
carne sua, venientem tollere machærã, id est, peccatũ quod inter nos separat & deum, machærã quæ est media in-
ter nos & cœlestes virtutes, vt faciat vtraq; vnũ, & ouem quæ errauerat, humeris suis reportet ad montes, & resti-
tuat ad alias nonagintanouẽ, quæ non errauerunt. Hic ergo Isaac saluator noster cum venisset in istam vallẽ Gera- L
rarũ, primo omniũ illos puteos fodere vult quos foderãt pueri patris sui, legis scilicet, & ꝓphetarũ. Vult puteos in-
nouare, quos Philistini terra repleuerant. Qui sunt isti qui terra puteos replẽt? Illi sine dubio, qui in lege terrenã &
carnalẽ intelligentiã ponunt, & spiritalẽ ac mysticã claudunt, vt neq; ipsi bibant, neq; alios bibere permittãt. Audi
Isaac dominũ nostrum Iesum in euangeliis dicentẽ, Vę vobis scribę & pharisæi hypocritę, quoniã tulistis clauem
sciẽtię, & neq; ipsi introistis, neq; intrare volẽtes permisistis. Isti sunt ergo qui puteos, quos foderant pueri Abrahã,
terra repleuerunt, qui legẽ carnaliter docent, & aquam sancti spiritus maculant. Qui puteos ad hoc habent, non vt
aquã proferant, sed vt terrã ponant. Hos ergo puteos aggreditur fodere Isaac. Et videamꝰ quomodo eos fodit. Cũ
pueri Isaac qui sunt apostoli domini nostri, transirent (inquit) per segetes sabbato, vellebant spicas, & cõfringentes
manibus, mãducabant. Tunc ergo dicebant ei isti, qui terra repleuerãt puteos patris eius, Ecce discipuli tui faciunt
sabbatis quod nõ licet. Ille vt terrenũ eorum foderet intellectum, dicit ad eos, Non legistis quid fecit Dauid, cum
esuriret ipse, & qui cum ipso erant, quomodo intrauit ad Abiatar sacerdotẽ, & panes propositionis mãducauit ipse M
& pueri sui, quos nõ licebat manducare nisi solis sacerdotibus? Et his addidit, Si sciretis quid est, misericordiã vo
lo & non sacrificiũ, nunquam vtiq; condemnassetis innocentes. Sed illi ad hæc quid referunt? rixati sunt cum pue-
ris eius, & dicunt, Non est hic homo à deo, qui sabbatũ non custodit. Hoc ergo modo fodit puteos Isaac, quos fo-
derant pueri patris sui. Puer patris sui erat Moyses, qui foderat puteũ legis. Pueri patris sui erant, Dauid, Salomon,
& Prophetæ, & si qui illi sunt qui libros scripserunt veteris testamenti, quos terrena & sordida repleuerat intelli-
gentia Iudæorũ. Quam cum vellet purgare Isaac, vt ostenderet quia quæcunq; lex & prophetæ dixerant, de ipso di
xerant, rixati sunt cum eo Philistini. Sed discedit ab eis, nõ enim potest esse cum his, qui in puteis aquã habere no
luerunt, sed terrã, & dicit eis, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Fodit ergo Isaac & nouos puteos, imò
pueri Isaac fodiunt. Pueri sunt Isaac, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, Pueri eius, sunt Petrus, Iacobus, Iudas,
puer

A puer eius est & apostolus Paulus, qui omnes noui testamenti puteos fodiunt. AVCTOR CATENAE. Fo-
diunt autem & in torrente, hoc est, in corde Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absco
diti, quia ex fonte dominici pectoris hauserunt quicquid rite intellexerunt & conscripserunt. Idcirco in torrente
illo inuenerunt aquam viuam, hoc est, euangelicæ & apostolicæ legis doctrinam, gratiamq; cœlestem, atq; exube-
rantiam spiritus sancti. Vnde dicitur per Esaiam, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Itemq; omniũ
dominus ipse, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, nõ sitiet in æternum. ORIGENES. Sed & pro his alter-
cantur illi qui terrena sapiunt, nec noua condi patiuntur, nec vetera purgari, euangelicis puteis contradicunt, apo
stolicis aduersantur. Et quoniam in omnibus contradicunt, in omnibus litigant, dicitur ad eos, Quoniam indi-
gnos vos fecistis gratiæ dei, ex hoc iam ad gentes ibimus. Post hæc ergo fodit tertiũ puteũ Isaac, & appellauit no-
men loci illius latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terrã. Vere enim dilatatus est
Isaac, & auctum est nomen eius super vniuersam terram: eũ adimpleuit in nobis scientiã trinitatis. Tunc enim tan
B tum in Iudęa notus erat deus, & in Israël nomen eius nominabatur, nunc autẽ in omnem terrã exiuit sonus eorũ,
& in fines orbis terræ verba eorum. Exeuntes enim pueri Isaac, hoc est, apostoli domini saluatoris, per vniuersum
orbem terræ foderunt puteos, & aquam viuam omnibus ostenderunt, baptizantes omnes gentes in nomine pa-
tris & filij & spiritus sancti. Sed & vnusquisq; nostrum, qui verbum dei ministrat, puteum fodit, & aquam viuam
quærit, ex qua reficiat auditores. Si ergo incipiam & ego veterum dicta discutere, & sensum in eis quærere spirita
lem, si conatus fuero velamen legis amouere, & ostendere allegorica esse quæ scripta sunt, fodio quidẽ puteos, sed
statim mihi mouebunt calumnias amici literæ, & insidiabuntur mihi, inimicitias continuo & persequutiones para
bunt, veritatẽ negantes stare posse nisi super terram. Sed nos si Isaac pueri sumus, puteos aquæ viuæ diligamus &
fontes, à litigiosis & calumniatoribus recedamus, & relinquamus eos in terra quam diligunt. Nos vero nunquam
cessemus puteos aquæ viuæ fodiendo, & nunc quidem vetera, nunc etiam noua discutiendo, efficiamur similes il-
li euangelico scribæ, de quo dominus dixit, Quia profert de thesauro suo noua & vetera. Sed & si quis eorum me
C nunc audiat disputantem, qui seculares literas nouit, dicit fortasse, nostra sunt ista quæ dicis, & nostrę artis erudi-
tio est hæc ipsa quę disputas & doces, nostra eloquentia est. Et mouet mihi lites velut Philistinus quidam, dicens,
quia in meo solo fodisti puteum, & videbitur sibi merito vendicare, quæ propriæ terrę sunt. Verum ad hæc ego re-
spõdebo, quia habet omnis terra aquas, sed qui Philistinus est, & terrena sapit, nescit in omni terra inuenire aquas,
nescit in omni anima inuenire rationabilem sensum & imaginem dei, nescit fidem, pietatem, religionem posse in
omnibus inueniri. Quid tibi prodest habere eruditionem, & nescire ea vti? & habere sermonem, & nescire loqui?
Istud opus proprie puerorũ Isaac est, qui in omni terra fodiunt puteos aquæ viuæ, id est, omni animæ verbum dei
loquuntur, & inueniunt fructum. Denique vis videre, vnus puer Isaac quantos puteos in terra alienigenarũ fode-
rit? Vide Paulum qui ab Hierusalẽ in circuitu vsq; ad Illyricum repleuit euãgeliũ dei. Sed per singulos istos puteos
persequtiones passus est Philistinorum. Audi ipsum dicentem, Quanta mihi acciderunt Iconio, Listris, quanta in
D Epheso? Quoties cæsus & quoties lapidatus est? Quoties pugnauit ad bestias? sed permãsit vsq; quo exiret ad latitu-
dinẽ, id est, vsq; quo in totius orbis terræ latitudinẽ ecclesias collocaret. Ic ergo putei quos fodit Abrahã, id est, scri-
pturæ veteris testamenti, repleti sunt terra à Philistinis, siue malis doctoribus scribis & pharisæis, siue etiã aduer sa-
riis potestatibus, & obturatę sunt eorũ venæ, ne potũ præbeãt his, qui ex Abrahã sunt. Nõ enim populus ille bibere
potest de scripturis sed sitim patitur verbi dei, donec veniat Isaac, & aperiat eos, vt bibãt pueri sui. Gratias ergo fi-
lio Abrahę Christo, de quo scriptũ est, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã, qui venit, & aperuit
nobis puteos. Ipsos enim aperiebat illis qui dicebant, Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis, cũ aperiret nobis scri-
pturas? Aperuit ergo hos puteos, & vocauit eos, sicut vocauerat eos Abrahã pater eius. Nõ enim immutauit voca-
bula puteorũ. Est enim mirũ quod Moyses etiã apud nos Moyses appellatur, & propheta vnusquisq; suo nomine
nuncupatur. Non enim Christus in eis nomina, sed intelligẽtiam commutauit. Commutauit autem in eo, vt iam
vltra non attendamus iudaicis fabulis, & genealogis infinitis. Qui à veritate quidẽ auditum auertant, ad fabulas
autem conuertuntur. Aperuit ergo puteos, & docuit nos, vt non in aliquo loco quęramus deum, sed sciamus quia
E in omni terra offertur sacrificium nomini eius. Nunc enim illud est tempus, quando veri adoratores adorant pa-
trem, neq; in Hierosolymis, neq; in monte Garizim, sed in spiritu & veritate. Non ergo in loco neq; in terra habi-
tat deus, sed in corde habitat. Et si locum dei requiris, cor mundum est locus eius. In hoc nanq; loco habitaturum
se dicit, cum per prophetam ait, Habitabo in eis, & inambulabo, & ipsi erunt mihi populus, & ego ero illis deus, di
cit dominus. Vide ergo quia forte etiam in vniuscuiusq; nostrum anima est puteus aquę viuę, est quidam cœlestis
sensus, & imago dei latens, & hunc puteum Philistini, id est, potestates aduersæ repleuerunt terra. Quali terra? car
nalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, & propterea portauimus imaginem terreni. Tunc ergo cum portare-
mus imaginẽ terreni, Philistini repleuerunt terra puteos nostros. Sed nunc quoniam venit noster Isaac, susci pia-
mus eius aduentum, & fodiamus puteos nostros, & abiiciamus ab eis terram, purgemus eos ab omnibus sordibus,
& à cunctis cogitationibus luteis & terrenis, & inueniemus in eis aquã viuam, illam quam dicit dominus, qui cre
dit in me, flumina de ventre ei fluent aquæ viuæ. Vide quanta sit liberalitas domini, puteos repleuerunt Philisti-
F ni, & venas nobis aquarũ exiles & tenues inuiderunt, & pro his nobis fontes redduntur & flumina. Si ergo & vos
hodie hæc audientes fideliter percipiatis auditum, operatur & in vobis Isaac purgat corda vestra à terrenis sensi-
bus, & videntes hęc tanta mysteria in scripturis diuinis esse latentia, proficitis in intellectu, & proficitis in spiritua
libus sensibus, incipietis etiã ipsi esse doctores, & procedent ex vobis flumina aquæ viuæ. Adest enim verbũ dei, &
hæc nunc eius est operatio, vt de anima vniuscuiusq; nostrum remoueat terram, & aperiat fontem viuum. Intra
te enim est, & non extrinsecus venit, sicut & regnũ dei intra te est. Sed redeamus ad Isaac, & fodiamus cum ipso pu
teos aquæ viuæ, etiã si obsistant Philistini, etiam si rixentur, nos tamen perseueremus cũ ipso puteos fodiendo, vt
& nobis dicatur, Bibe aquã de tuis fontibus, & de tuis puteis, & in tantum fodiamus, vt superabundent aquæ pu-
tei in plateis nostris, vt non solũ nobis sufficiat scientia scripturarũ, sed & alios doceamus, & alios instruamus, vt
bibant homines, bibant & pecora. Audiant prudẽtes, audiant simplices quiq;, sapiẽtibus & insipientibus debitor est
doctor

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctor ecclesiæ,potare homines,potare debet & pecora quia & propheta dicit, Homines & iumenta saluos facies G
domine,illuminãte nos,& purgante corda nostra ipso domino Iesu Christo saluatore nostro. AMBROSIVS
DE ISAAC ET ANIMA. Quid est puteus aquæ viuæ, nisi profundæ altitudo doctrinæ. Vnde & Agar ad
puteum angelũ vidit,& Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit vxorẽ.Moyses quoq; secus puteũ futuri locauit me-
rita prima coniugij. A puteo igitur visionis aperire Isaac adorsus est puteos, & bono ordine, vt eius putei aqua,pri
mum rationabile animæ,oculumq; eius dilueret,& foueret quo visum eius faceret clariorẽ.Fodit etiã alios puteos
plures vnde & scriptũ est,Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorũ tuorum fontibus. Quanto plures fuerint,tanto
est vberior redundãtia gratiarũ.Fodit tamen puteum,quẽ foderat pater Abraham,de quo litem fecerunt pastores
Gerarim,hoc est,maceriæ.Vbi enim maceria,ibi diuisio inter repugnãtes,ibi iniustitia,& ideo vocauit calumniã,
id est,iniustitiã.Alium quoq; fodit,& orta dissensione vocauit eum inimicitias.In quibus videtur elucere doctri-
na moralis,eo quod sublato pariete maceriæ,solutæ sint in carne hominis inimicitiæ,& facta sint vtraq; vnum in
figura per Isaac,in veritate per Christũ,meritoq; postea pura aqua in eo puteo sit reperta, tanquã doctrina mora- H
lis, vtilis ad hauriendũ.Puteus quoq; latitudinis quid aliud significat, nisi de naturalibus disciplinã ? Qua causa &
latitudo dicitur,quia sine cõtentione sine lite iam quietus atq; securus est,qui mundana hæc & sensibilia fuerit su
pergressus.Vnde superatis iam aduersantibus,& alienigenis cogitationibus (quid enim tam alienũ quàm omnia
secularia,quæ perpetua esse nõ possunt?)potest sapiens dicere,Dilatauit dominus nobis,& auxit nos super terram,
quia terrena transcendit.Vltimus est puteus iuramẽti,in quo ei visus est deus,& ait,Noli timere,tecũ enim sum.
Et benedixit eũ.Hæc doctrina iam mystica est.Habes hæc in Salomone, quia prouerbia eius moralia, Ecclesiastes
naturalis,in quo quasi vanitates istius despicit mundi,mystica eius sunt Cantica canticorũ.Habes & in propheta,
Cap.22. Seminate vobis ad iustitiã,vindemiate ad fructũ vitæ,illuminate vobis lumẽ cognitionis. Hoc est enim lumẽ co
gnitionis,habere charitatis perfectionẽ. GREGORIVS XXXI. MORAL. Sed & alio sensu,Sancti viri
quãuis intentæ mentis oculo in supernis euigilent,quãuis cuncta quæ in ima præterfluũt pede rigidi contemptus I
calcent,ex corruptione tamen terrenæ carnis,cui adhuc alligati sunt,plerunq; cogitationũ puluerem in corde pa-
tiuntur.Cunq; foris aliis ad appetenda cœlestia persuadẽt,semetipsos semper intrinsecus subtili inquisitione discu
tiunt,ne qua immorãte in se diu infima cogitatione polluãtur.Vnde bene & Isaac apud alienã gentem puteos fo-
disse describitur.Quo videlicet exẽplo discimus, vt in hac peregrinationis ærumna positi, cogitationũ nostrarum
profunda penetremus.Et quousq; nobis vere intelligẽtiæ aqua respondeat,nequaquã nostræ inquisitionis manus
ad exhaurienda cordis terra torpescat.Quos tamẽ puteos Allophyli insidiantes replent,quia nimirũ immundi spi
ritus cũ nos studiose cor fodere cõspiciunt,congestas nobis tentationũ cogitationes ingerunt.Vnde semper mens
Ezech.8. euacuanda est,incessanterq; fodienda,ne si indiscussa relinquitur vsq; ad tumorẽ peruersorum operum,cogitatio-
num super nos terra cumuletur.Hinc ad Ezechielẽ dicitur,Fili hominis fode parietem,id est,cordis duritiam cre
bris perscrutationum ictibus rumpe.

4 ASCendit autem Isaac ex illo loco in Bersabee,ubi apparuit ei dominus in ipsa nocte,dicens,Ego sum deus K
Abraham patris tui.Noli timere,quia ego tecũ sum.Benedicam tibi,& multiplicabo semen tuũ propter
seruum meũ Abraham.Itaq; ædificauit ibi altare,& inuocato nomine domini extendit tabernaculũ,præ-
cepitq; seruis suis ut foderent puteum.

4 *Ascendit autẽ Isaac ex illo loco in Bersabee.* CAIETANVS. Hic est locus in quo habitauerat Abrahã,& fœdus
inierat cum Abimelech,vt scriptũ est superius capitulo XXI. AVCTOR CATE. Quod suũ erat vir sanctus
exequitur,& ad pacem assequendã arbitratur opportunũ secedere in Bersabee. CHRYSOSTOMVS. Quo-
niam autẽ condignum suæ virtutis specimen exhibuerat, & apud Geraros,& cũ eum rex expelleret,& cũ pastores
puteos auferrent, misericors dominus veluti cõfirmaturus eius alacritatẽ, iam ob insignem illã mansuetudinem
eum charũ habens,postquã venit illinc ad fontẽ iuramenti,iterũ superne illustrauit,vnde ait, *Vbi apparuit ei do-*
minus in ipsa nocte. CAIETANVS. Visionẽ istam(quæ secunda est apparitio ad Isaac) suspicor fuisse in somnis, L
ex eo quod dicitur,ipsa nocte. AVCTOR CAT. Quãuis nil obstet,si dicatur etiã in vigilia facta.Et appari
tio ipsa per angelũ facta est, vt de aliis omnib⁹ præcedẽtibus,ad viros sanctos factis tenetur.Et dixit ei, *Ego sum*
deus Abrahã patris tui. Ex his verbis(vt ait Saluator)resurrectio mortuorũ,& rationalis animæ immortalitas pro-
batur.Deus nanq; eorũ qui sunt,aut viuunt,deus est,non mortuorũ,ergo Abrahã corpore extincto, secundũ ani-
mam fuit & vixit. *Noli timere,quia ego tecum sum.Benedicam tibi,& multiplicabo semen tuũ propter seruum meum Abraham.*
CHRYSOSTOMVS. Cõsidera obsecro dei solicitudinẽ,vt illũ refocillet,ac fidentiorẽ faciat, apparet ei,& di
cit,Ego sum deus Abrahã patris tui,qui patrẽ tuũ glorificaui,& peregrinũ ac aduenã,illustriorẽ omnib⁹ incolis fe
ci.Ego sum ille qui hũc ita crescere feci,& in omnib⁹ curã eius gessi. Ego sum,ne igitur timeas,ne te perturbet &
mirũ videatur,quod ab Abimelech sis expulsus,quod à pastorib⁹ sis iniuria affect⁹. Multa talia & pater tuus pertu
lit,& inde glorioſior effect⁹ est.Ne igitur hoc te terreat,ego enim tecũ sum.Idcirco fieri hęc permitto,simul volẽs
ei declarare tuã virtutẽ,& manifestare mẽtis illorũ prauitatẽ,vt & propter hæc te coronẽ.Tecũ enim sum,ideo & M
inuict⁹ eris,& infestãtib⁹ potẽtior,& inuadẽtib⁹ fortior.Et tantã tui curã habebo,vt inuidiosus illis sis futur⁹.Ego
enim tecũ sum,& benedicã te,& multiplicabo semen tuũ propter Abrahã patrem tuũ.Cõsidera misericordiã dei.
Nã cum dixisset,Ego sum deus Abrahæ.Et domin⁹ orbis ac cõditor,vnius hominis deũ se dicens,nõ conclu
dit & abbreuiat cũ patriarchæ appellatione suũ dominiũ,sed magnã in illũ suã beneuolentiã monstrat.Ita(inquit)
eũ mihi feci propriũ vt apud me reputetur tãtus,quanti alij omnes.Ideo & multiplicabo semen tuũ propter Abra
ham patrẽ tuum.Multas(inquit)illi debeo retributiones ob suã in me obedientiã,igitur propter illũ multiplicabo
semen tuũ.Interim & iustũ ad æmulationem patris sui prouocauit,monstrando similem illi virtutẽ. AVCTOR
CAT. Fidẽ itaq; promissis ædificat domin⁹ & auget, familiariter,apparẽdo amico suo,exhortãdo ad fidẽ,deuo-
tionẽ & studia patris sui Abrahæ,renouãdo pactũ,promittendo benedictionẽ sancti seminis,auxiliũ cõtra hostes,

prolis

A prolis multitudinem,& rerum temporaliũ abundantiam.Propter Abraham dicit seruum meum.Quantę pietatis
est hoc,vt propter merita vnius,alteri misereatur & benedicat?Fecit tamen hoc deus præcipue ex propria sua bo-
nitate (non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit) fecit
& ad sui ipsius honorem & gloriam, fecit etiã aliquo modo propter ipsum Isaac , fuit enim & is magni apud deũ
meriti. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem tanta ei bona promisit, *Ædificauit* (inquit) *ibi altare, & in-*
uocato nomine domini extendit tabernaculum. Quid est autem, ædificauit ibi altare? Grãtiarum actiones (inquit) illic
domino obtulit,quod tantam pro se gesserat solicitudinem. CAIETANVS. Non solum autẽ ædificat alta-
re ad offerendum sacrificia, sed etiam nomen summi dei inuocat, qui dat esse omnibus,ad recognitionẽ beneficij
creationis & gubernationis,imitatus Abraham patrem qui ibidem summũ deum coluerat. AVCTOR CA-
TENAE. Gratitudinẽ defert bonus seruus domino sacrificio orationis & fidei, humilitatis & obedientiæ. Ta-
bernaculum autem tetendit,non semper ibi mansurus,sed more peregrinorũ ad mandatum domini abscessurus,
B nihil interim omittendo eorum quæ commode fieri poterant. Totus quidem pendebat à domino, tamen quod
suum erat,in omnibus non omittebat.Vide autem quomodo & iste tanquam peregrinus sicut & pater eius,in ten
toriis & papilionibus habitat,& ideo facile de loco ad locum migrat. Vide etiam ipsum in erectione tabernaculi
nomen domini inuocantem, vt iuxta Apostoli sententiam , quæcunq; agit in verbo, aut in opere,omnia in no-
mine domini nostri Iesu Christi faciat. *Præcepitq; seruis suis ut foderent puteos.* CAIETANVS. Iuxta He-
bræum habetur, Et foderunt ibi serui Isaac puteum. Nescitur an puteus iste sit illemet quem foderat olim Abra-
ham,& obstructus etiam ipse fuerat à Palæstinis.

ORIGENES SVPER GENESIM. Scriptum est in propheta ex persona domini, dicentis : Et in ma- Mystice.
nibus prophetarũ assimilatus sum.Qui sermo illud indicat,quod cum vnus sit dominus noster Iesus Christus per Homil.14.
subſtantiam suã,& nihil aliud,quàm filius dei sit,in scripturis tamẽ & formis scripturarũ varius ac diuersus osten
C ditur.Verbi gratia,sicut in superioribus exposuisse nos memini,quod ipse fuisset in typo Isaac, cũ offerretur ad ho-
locaustum,ipsius tamen & aries formã teneret.Ego amplius dico,quod in angelo qui locutus est ad Abraham, &
dixit ei,Ne iniicias manum tuã in puerum,ipse ostenditur quia iterũ dicit ad eum.Propterea quod fecisti verbum
hoc,benedicens benedicam te. Ouis vel agnus qui immolatur in pascha,ipse dicitur, & ouiũ pastor ipse signatur,
& pontifex qui offert sacrificiũ,nihilominus ipse describitur,Sponsus tanquã verbum dei ipse appellatur, & tan-
quam sapientia ipse rursus sponsa nominatur,sicut & propheta dicit ex persona ipsius, Tanquã sponso posuit mi-
hi mitram,& tanquam sponsam adornauit me ornamento,& multa alia quæ nunc interim persequi longum est.
Sicut ergo ipse dominus pro loco & tempore formã sui singulis quibusq; accommodat cauſis, ita etiã sancti qui
eius typum gerebant,pro locis & tẽporibus & cauſis,mysteriorũ figuras egisse credendi sunt,sicut & nunc fieri in
Isaac videmus,de quo recitatum est nobis,Ascendit(inquit)inde ad puteũ iuramenti,& apparuit ei dominus no-
cte illa,& dixit,Ego sum deus Abrahã patris tui,noli timere. Tecũ enim sum,& benedicam te,& multiplicabo se-
D men tuum propter Abrahã patrem tuum.Huius Isaac duas nobis figuras exposuit apostolus Paulus,vnam qua di
xit,quod Ismaël quidẽ filius Agar,populi secundũ carnem,Isaac vero populi qui ex fide est,formam tenet,& aliã,
qua ait,Non dixit ex seminibus,quasi in multis,sed semini tuo tanquã in vno,qui est Christus. Tenet ergo Isaac
populi figurã & Christi.Christum autẽ tanquam verbum dei non solũm in euangeliis loqui,sed & in lege certum
est & prophetis.Verũ in lege incipientes,& in euangeliis perfectos docet.Et Isaac ergo formã nunc verbi,quod in
lege vel prophetis est,tenet.Ascendit igitur Isaac ad puteũ iuramenti,& apparuit illi dominus.Ascensionem legis
& antè iam diximus ornatũ templi esse,& eorum quæ inibi diuina gerebantur obsequia.Potest & augmentũ pro-
phetarum legis ascensio nominari,& propterea forte ad puteũ iuramenti ascendisse dicitur, & ibi apparuisse ei do
minus.Nam per prophetas iurauit dominus,& nõ pœnitebit,quod ipse sit sacerdos in æternum secundũ ordinem
Melchisedech.Ad puteum ergo iuramenti visus est ei deus,futura in eo promissa confirmans.Et ædificauit ibi al-
tare Isaac,& inuocauit nomen domini,& fixit ibi tabernaculũ suum.Foderunt autem ibi pueri Isaac puteũ.Aedi-
E ficabat quidem Isaac etiã altare in lege,& figit tabernaculũ suum.In euangeliis vero non tabernaculum figit, sed
domum ædificat,& fundamentũ collocat.Audi enim dicentem sapientiã de ecclesia,Sapientia(inquit)ædificauit
sibi domum,& suppoſuit septem columnas.Audi de hoc & Paulum dicentem,Fundamentum enim nemo potest
ponere,præter id quod positum est,qui est Iesus Christus. Vbi ergo tabernaculũ est,etiam si figatur,sine dubio re-
soluendum est,vbi vero fundamenta sunt,& supra petram ædificatur domus,nunquã resoluitur domus illa. Fun
data enim est supra petrã.Fodit tamen & ibi puteum Isaac,nec vnquã cessat puteos fodiendo, donec oriatur fons
aquæ viuæ,& fluminis impetus lætificet ciuitatẽ dei. RVPERTVS. Sed & quod hic factum legitur, Futurũ
credimus in fine seculi,vt sopitis cunctis iurgiis tam Iudæorũ quàm hæreticorum ascendat, & altare suum ædifi-
cet Christus,vbi nunc non est, & fodiat puteum abundantiæ,siue satietatis reliquiis Israël, vt bibant viuam scri-
pturarum aquam, & inuocent pariter nomen domini dei viuentis, ipse enim reliquiæ (teste Esaia) in fine mundi
F saluabuntur,quando erit & illud quod à domino dictum est,Et fiet vnum ouile & vnus pastor.

AD quem locum cum uenissent de Geraris Abimelech & Ochozath amicus illius,& Phicol dux militum, 5
locutus est eis Isaac . Quid uenistis ad me hominem quem odistis & expulistis à uobis? Qui respon-
derunt, Vidimus tecum esse dominum,& idcirco nos diximus,sit iuramẽtum inter nos, & ineamus fœdus,
ut non facias nobis quicquã mali , sicut & nos nihil tuorum attigimus,nec fecimus quod te læderet,sed cum pace
dimisimus auctum benedictione domini.Fecit ergo eis conuiuium,& post cibum & potum surgẽtes mane,iurauerunt
sibi mutuo,dimisitq; eos Isaac pacifice in locum suum.Ecce autẽ uenerunt in ipso die serui Isaac annuncian-
tes ei de puteo quem foderant,atque dicentes,Inuenimus aquam.Vnde appellauit eum abundantiam,& nomen ur-
bi impositum est Bersabee usque in præsentem diem.

CHRYSOST.

Universidad de Deusto Biblioteca

ς CHRYSOSTOMVS. Qui dixerat iusto,ego tecũ sum,& benedicã te, & multiplicabo semen tuũ,ipse simul G
eum & illustrauit,& omnibus fecit spectabilẽ.Itaq; vide Abimelech illũ qui abigere eum conatus est,& dixit,Rece
de à nobis,nunc ad eum venientẽ,dicit enim, *Ad quem locũ cum uenisset de Geraris Abimelech & Ochozat amicus illius, & Phicol dux militũ, locutus est eis Isaac.Quid uenistis ad me hominẽ quẽ odistis & expulistis à uobis?* HIERONYMVS IN QVAEST. SVPER GENE. Alia litera,Et Abimelech iuit ad eũ de Geraris, & Ahuzath pronubus eius,& Phicol princeps militię eius.Pro Ahuzath pronubo,in Hebræo habet,Collegiũ amicorum eius,vt nõ tam hominem significet,q̃ amicorũ turbã,quæ cum rege venerat, in quib⁹ fuit & Phicol princeps exercitus eius. CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro quãta mansuetudo iusti.Videns eos à quib⁹ fugatus erat,& qui tanto eũ odio fue
rant prosequuti,nunc eũ supplices ad se venirẽt,non superbiuit cõtra eos,nõ elato fuit animo,sed memor eorum,
quæ sibi à domino fuerũt dicta,neq; virtute domini fretus,insurrexit cõtra regem, sed iterũ consuetam mansuetu
dinẽ præseferens,cũ magna lenitate verborũ dixit eis.Quid venistis ad me hominẽ quem odistis & expulistis à vo
bis?Quare (inquit)censuistis,vt vobis veniendũ sit ad me,abactum & odio habitum? AVCTOR CATE. Et H
Ochozath amicus eius. Sic quoq; est Hebraicè מְרֵעֵהוּ Mereéhu, Amicus eius,addita litera men dictioni rea, quæ
amicũ significat,siue sociũ.אַחֻזַּת Achuzath vero,viri nomen propriũ est. Sunt tamẽ multi Hebræi, qui hanc vocẽ
substãtiue accipi cõtendant,vt scilicet sit idem quod societas siue comitatus virorũ qui regẽ stipant.Cui sensui fa-
uet & Chaldaica,inquiens,Abimelech autẽ abiit ad eum de Geraris comitatus amicis suis.Cur autẽ factum quod
Septuaginta dixerint, καὶ Ὀχοζὰθ ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ,Et Ochozath pronub⁹ eius,nescimus.Nulla enim ratione dictio
Mereéhu,pronubus eius reddi potest. *Qui respõderunt,Vidimus tecũ esse dominũ, & idcirco nos diximus, sit iuramentũ inter nos,& ineamus fœdus,ut nõ facias nobis quicquã mali,sicut & nos nihil tuorũ attigimus,nec fecimus quod te læderet, sed cũ pace dimisimus auctũ benedictione domini.* AVGVSTINVS IN LOCVT. GENE. Iuxta alia exẽplaria legitur,
Videntes vidimus,quia est dominus tecũ,& disponemus tecũ testamentũ. Amant scripturæ pro pacto ponere te-
stamentũ,id est, διαθήκην, quod Latini habent,Et disponemus tecum testamentũ,ne facias nobiscũ malum,tanquã
diceretur,vt pacisearis nõ facere nobiscũ malum. IDEM IN QVAEST. SVPER GENE. Sed & alia I
litera habet,Fiat execratio inter nos & inter te,id est,iuratio quæ maledictis obstringit,quæ accidant ei qui peiera
uerit,secundũ quam considerandũ est,quod & seruus Abrahæ cõmemorauit,narrans eis à quibus accepit vxorem
domino suo Isaac. CHRYSOSTOMVS. Vide quantũ mansuetudinis robur,& quanta virtutis potentia.Nã
qui pridem abegerãt,nunc veniunt ad peregrinũ,ad virum ciuitate carentẽ,ad erronem,& non solũ satisfaciunt,
& excusant se de his quæ cõmiserant,sed & peccatorũ veniam petunt,& prædicant iustum, & indicant vnde suus
metus,& cõfitentur suam infirmitatẽ & iusti magnã testantur virtutẽ. Quid enim fortius eo, qui secũ habet deũ?
Vidimus(inquiunt)tecum esse dominũ.Vnde oro,vobis illa scientia?Profectò,dicunt,res ipsæ nos docuerunt.Vi-
dimus quod abactus abigentibus fortior factus es,& ex rerũ serie contẽplati sumus,quod superno auxilio niteris.
Hoc autẽ diuinæ dispensationis opus est,quod mens eorũ obstupuerit iustũ,& quod hoc cognouerint.Quoniam
igitur(inquiunt)dominus tecũ,sit iuramentũ inter nos.Vide quomodo impellente cõscientia semetipsos reprehen-
dere festinant,cũ nullus alius cogat,vel facta obiiciat. Nam nisi iniuriã fecisse tis, quare à iusto petitis vt cõpona- K
tur fœdus vobiscũ?Sed ita se habet iniustitia,quotidie conscientiã mordet,& silente eo qui offensus est,pœnam &
rationem exigi putant,qui iniustitiã sunt operati,& quotidie angũtur, & quasi sibimetipsis præscribunt peccatorũ
suorum exquirirationẽ,id quod & illis euenit.Sit (inquiunt)iuramentũ inter nos & te.Deinde dicunt,& quale iu
ramentũ fieri volunt.Et ineamus fœdus,vt nõ facias nobis quicquã mali,sicut & nos nihil tuorũ attigimus, nec fe
cimus quod te læderet.Vide quomodo pugnantia inter se præmentis angore & turbatione loquũtur,ne facias no
bis male. Quare sic timuistis iustũ,videntes quod tantã præseferat mansuetudinẽ erga eos qui lacesslebant?Sed in-
corruptus iudex mentẽ eorum excitauit, & animaduerterunt quod erga iustũ tam ingrati fuerint, propterea præ
timore & formidine nõ attendũt, quod diuersa & pugnãtia loquãtur.Ne facias(inquiunt)nobis malũ,sicut & nos
nihil tuorũ attigimus,nec fecimus quod te læderet.Quare igitur abegistis? Verũ iustus non petit rationẽ,neq; ex-
postulat,neq; arguit ea quæ ab illis dicta.Et sicut (inquiũt)nos nihil tuorũ attigimus,nec fecimus quod te læderet,
sed cũ pace dimisimus auctũ benedictione domini. Vides quomodo iniustam expulsionẽ lenire curẽt,dimissionẽ L
in pace nuncupãtes? Vides quomodo supernã pœnam timuerint? Sciuerũt enim quod licet ipse propter humani-
tem suã non vleiscereturiquæ fecerant,sed is,qui tantã eius curã agebat,repetiturus esset rationẽ eorum,quæ in iu
stum facta sunt,ea propter placant iustum,& cõponi cum eo studeant,simul & pro his quę facta erant rationẽ red-
dentes,& in futurũ securitatem sibi cõciliantes. AVCTOR CATENAE. Sit iuramentũ inter nos.Plura sunt
verba in Hebræo, quæ cõsulto vitauit interpres, videlicet תְּהִי נָא אָלָה בֵּינֹתֵינוּ בֵּינֵינוּ וּבֵינֶיךָ tehi na ala benothẽnu
benẽnu vbenẽcha.Sit nunc iuramentũ inter nos,inter nos,& inter te.Et Hebraismus est. Chaldaica paulo diuer-
sius,Cõfirmetur nunc iuramentũ quod erat inter patres nostros,& inter nos & te.Septuaginta, γενέσθω δὴ ἀναμέ-
σον σοῦ καὶ ἀναμέσον ἡμῶν,sit imprecatio inter te & inter nos.Quæ omnia cũ Latina æditione eundẽ habent sensum.
Deinde verba pacti aliquantulũ variant in Chaldaica æditione Hebraicæ literæ cõsimili, quæ sunt huiusmodi. Si
feceris nobiscum malum,sicut non nocuimus tibi, & sicut fecimus tecum tantummodo bonum, & dimisimus te M
in pace.Tu nunc benedictus es domini.A quibus & Septuaginta non dissentiunt.Sed hæc in sensu vnum sunt cũ
litera nostra. Abimelech igitur cum Abraham (si modo is est,& non potius eius successor) dudum pacem initam
ægre seruauerat,inciuiliter tractando Isaac,& ob populi gratiam expellendo, quem cum in dies crescere videret,
benedictum à domino,non nihil veritus deum & homines,posteris quoque suis prospiciens,iunctis sibi regni pri
moribus , renouare fœdus quærit , quod pro insigni modestia Isaac non abnuit . Amicitiam male seruatam , &
nunc denuo postulatam non negat , sed in tempore admonet iniuriæ perpessæ , & patientiæ suæ longanimita-
tem commemorat , vtriusque posteritati causam firmat seruandæ pacis , ne Palæstini ignorent , humanita-
te se victos ab Isaac , nec posteri Isaac intractabiliores esse velint patre eorum . Docetur interim vterque po-
pulus pacem & amicitiam,quapropter vtriusq; peccatum adauctum est,postea tanta discordia crebro concertan-
tium.

A tium.Hinc pacem,veritatem,patientiam,populi curam tam præsentes q̃ futuri,reges discant & longanimitatem.
Fecit ergo eis conuiuiũ, & post cibũ & potum surgẽtes mane,iurauerũt sibi mutuo,dimisitq; eos Isaac pacifice in locũ suũ. CHRYSOSTOMVS. Vide iusti benignitatẽ,quomodo cũ eis absq; vindicandi cupiditate loquitur, & non solũ obli-
uiscitur eorũ quę in se facta,sed magna hospitalitate illos excipit.Fecit enim eis conuiuiũ,& comederunt & bibe-
runt.Cõuiuio satis certa dat argumenta se nõ fore memorẽ eorum quæ in se cõmiserant.Et dimisit (inquit) eos pa
cificè in locũ suum.Significauit per hoc diuina scriptura,quod magno cũ timore aduenerant,periculũ expectan-
tes,& de salute sua omni (vt ita dicã) anxij, vt excusarent se ad iustũ contenderunt. Vidisti quomodo nil fortius
virtute?nihil potẽtius supernis auxiliis freto? Vidisti quomodo iustus ille,qui neq; à lege eruditus fuit,neq; ad ali-
quem virtute prædituꝰ respicere potuit, sed patris vestigia sequutus, & ductus à cõscientia humanæ naturæ insita,
tam bonis moribus prædita egit vitam?Quę enim ab eo facta sunt non solũ mansuetudinẽ indicabant iusti,sed &
B præcepta Christi suis illũ operibus implere ostendebant.Nã id quod Christus discipulis suis præcipiens,& admo-
nens dicebat,ne solos diligẽtes diligerent,sed & inimicis charitatẽ exhiberent, hoc ille nunc multo antea implet,
& tanta hospitalitate tractat eos,qui ita oderãt,omnemq; vindictæ cupiditatẽ animo suo excluſit.Qua igitur nos
venia digni erimus,qui post tantã doctrinam,& saluatoris præcepta, neq; ad huius iusti mensurã peruenire vale-
mus?Et quid dico ad eius mensurã?neq; prope astare possumus.Tanta enim nunc malitię abũdantia obduxit om-
nia,vt rarũ nunc sit,& diligẽtes diligere.Vnde igitur nobis salutis spes,si publicanis deteriores fuerimus?sicut di- Matth.5.
cit Christus, Si diligitis diligẽtes vos,quid amplius facitis?nõne & publicani hoc faciũt?Et Christus quidẽ volens
nos ad summũ venire fastigiũ,illis superiores vult esse,nos autẽ inferiores sum⁹.Et quid dico,publicanis?deterio-
res & latronibus,& sepulchrorũ direptoribus,& homicidis.Etenim & hi omnes diligũt eos qui erga se bene affecti
sunt,& sæpenumero etiã pro delictis periclitãtur.Quid igitur fuerit nobis miserabilius,qui tantã à domino mise-
ricordiã nacti sumus,& innumera mala faciẽtibus deteriores inuenimur?Obsecro igitur vt cogitemus & supplicij
C magnitudinẽ,& confusionis quæ alibi futura est grauitatẽ,& vel saltem nunc nostrã agnoscamus generositatẽ,&
obtẽperemus doctrinæ Christi,& non solũ diligentes diligamus germane,omni odio & rancore ab animabus no
stris eliminato,sed & eos qui hostiliter nos persequuntur diligere studeamus,vtpote eos qui nobis innumerorũ bonorum sunt au
erit.Et hac incedẽtes via,etiã magis illos diligere studeamus,vtpote eos qui nobis innumerorũ bonorum sunt au
ctores.Sic enim & peccatorũ nostrorum remissionẽ inuenire,& humiliata mente & cõtrita anima deo precari po
terimus.Quia cũ anima ab omni odio libera,mente tranquilla est,dominumq; sedulo inuocat,multã sibi supernã
gratiã conciliat.Verũ ad institutum sermonẽ redeamus.Postea dicit scriptura, *Ecce autẽ in ipso die uenerũt serui Isaac*
annunciãtes ei de puteo quẽ foderant,atq; dicẽtes,Inuenimus aquã. *Vnde appellauit eum abundantiã,& nomen urbi impositũ est Bersa-*
bee usq; in præsentẽ diem. Vide & hic ex his quæ facta sunt,loco nomen impositũ. Nam quia effosso fonte nihil in-
uenerunt in die illo quo iuramẽta inter se fecerunt, puteũ iuramenti vocauerunt nomen loci, vt factorũ duraret
memoria. HIERONYMVS. Nescio quomodo in Septuaginta interpretib⁹ habeatur,Et venerũt pueri Isaac,
D & nunciauerũt ei de puteo,quẽ foderunt, & dixerunt ei:nõ inuenimus aquã: & vocauit nomen eius iuramentũ.
Quæ enim etymologia est,propterea vocari iuramentũ,quod aquã non inuenissent?Ecõtrario in Hebræo,cui in-
terpretationi Aquila cõsentit & Symmachus,hoc significat,quod inuenerint aquã,& propterea appellatus sit pu- Gene.21.
teus ipse saturitas,& vocata ciuitas Beer Saba,hoc est,puteus saturitatis.Licet enim supra ex verbo iuramenti,siue
ex septenario ouiũ numero, quod Sabe dicitur,asseruimus Beer Saba appellatã, tamen nunc ex eo quod aqua in-
uenta est,Isaac ad nomẽ ciuitatis,quæ ita vocabatur alludẽs,declinauit paululũ literam,& pro stridulo Hebræorũ
sin,à quo Sabe incipitur,Græcũ sigma,id est,Hebræũ Samech posuit.Alioquin & iuxta allegoriæ legẽ, post tantos
puteos in fine virtutũ,nequaquam cõgruit,vt Isaac aquã minime repererit. CAIETANVS. Ecce autem in
ipso die venerũt serui Isaac,annunciãtes ei de puteo quẽ foderant,atq; dicentes,inuenimus aquã.Prius narrauerat
Moyses,quod serui Isaac foderunt puteũ, modo verò narrat inuentionẽ aquæ, ad significandũ quod fossio putei
huius prius inchoata,terminata est ad inuentionẽ aquæ illo die quo fœdus inierunt Isaac & Abimelech.Vnde ap-
E pellauit eum abundantiã.Iuxta Hebræũ habetur,Et vocauit ipsum iuramentũ.Hoc enim nomẽ quadrat tum He-
braicæ dictioni,tũ euentui qui illo die fuit, Propter quod significãtius Moyses explicauit, & fuit in die ipso, tum
supradictis,quod Isaac nominauit puteos restauratos eisdẽ nominibus,quibus nominati fuerant ab Abrahã patre
suo.Cõstat enim ex capitulo 21,quod Abrahã nominauit puteum iuramenti ibidẽ. Et nomen vrbi post ædificatæ,
quam hodie aiunt vocari Giblin, impositũ est Bersabee vsq; in præsentẽ diem. AVCTOR CATE. Vnde
appellauit eum abundantiã.Hebraicè est וַיִּקְרָא אֹתָהּ שִׁבְעָה vaikra otha Sibaa.Pro quo notandũ quod שִׁבְעָה Sébaa,
siue שִׁבְעָה Sibaa cũ puncto Sebolet, significat septem, & quãdo est generis masculini,tunc scribitur cũ he in fine,
& quãdo est generis fœminini,tunc scribitur sine he . Dictio etiã שִׁבְוּעָה Sebua, siue שִׁבְעָת Sebuath, à verbo שָׁבַע
Sabaa,quod est iurare descẽdens,iuramentũ significat.Sed quia eisdẽ literis radicalib⁹ scribuntur, accipitur Sibaa
pro Sebua,hoc est,septem pro iuramẽto. Dictio vero שָׁבַע Sábaa,siue שְׁבַע Sóbaa cũ puncto cebolet, à verbo שָׁבַע
Sabaa,quod est saturare,satiare,& replere desẽdit,& significat saturitatẽ,siue abundantiã. Verum quia in præsen
F ti loco שִׁבְעָה Sibaa scriptum est,ita reddi potest, Et vocauit eam scilicet aquã, iuramentum. Sic & Septuaginta,
καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ ὅρκον,Et vocauit eum iuramentũ.Chaldaica,integrã dimisit vocem,Et vocauit eũ Sebaa. Potuit
autẽ esse,quod interpres codicẽ habuerit,in quo שְׁבַע Sábaa cum puncto cebolet fuisset inscriptũ, & ideo abundan
tiam verterit.Quia igitur vno & eodẽ die iuramentũ Palæstini cum Isaac fecissent,de pace perpetuo colenda, &
puteũ aquam insperato dedisse renunciatũ est,ideo vrbi nomẽ imposuit Beersabee,vtrunq; vno cõplectens nomi-
ne,puteũ scilicet,& iuramentũ.Sic munerũ diuinorum memorias erigebant passim patres ad dei cultũ promouen
dum,& posteris cõmendandum fidem & deuotionẽ in deum patrũ suorum,ne facile relaberẽtur ad gentiũ idola. Mystice.
RVPERTVS. Abimelech & Ochozat amicus eius,& Phicol dux militum,pro fœdere ineundo ad Isaac ve
nientes,innuunt nobis,quod in extremis temporibus simul reges & principes,Iudæi pariter & gentiles,cum Chri
sto fœdus inibunt.Cum autem fœdus inierint,nouissimum faciet illis conuiuium Christus in regno patris eorũ,
vbi ipse dei filius transiens ministrabit illis,& vnumquenq; dimittet in locum suum,id est, retribuet vnicuiq; se-
cundum

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan.14. cundum opus & meritum proprium, locum vel mansionem condignam, multæ enim in domo patris sunt. Finis G quoq; omnium quæ de Isaac sunt, gratulatio est dicētium, Inuenimus aquā. Et recte. Nam ipso die quo cōplebuntur omnia, quę de Christo sunt, laus & gratiarū actio personabit, dicētium, quia per te Christi inuenimus fontem aquæ salientis in vitam æternam. AVCTOR CATENAE. De qua quidē sanctæ ciuitatis Hierusalē quę sursum est, quę libera est, quę mater nostra est, beata & dulcissima aqua dicitur in psalmo. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. ORIGENES. Verum dicamus & aliter. Iste Abimelech (vt video) non semper pacem cum Isaac habet, sed aliquando dissidet, aliquando pacem requirit. Si meministis quomodo in superioribus diximus de Abimelech, quod personā tenet studiosorum & sapientium seculi, qui per eruditionem philosophiæ multa etiam ex veritate comprehenderunt, intelligere potestis quomodo hic cum Isaac, qui verbum dei, quod in lege est, tenet figuram, neq; in dissensione semper potest esse, neq; semper in pace. Philosophia enim huius mundi, neq; in omnibus legi dei contraria est, neq; in omnibus cōsona. Multi enim philosophorū vnum esse deum, qui cuncta creauerit, scripserunt. In hoc consentiunt legi dei. Aliquanti etiam hoc addiderunt, quod deus cuncta per verbum suum H & fecerit & regat, & verbum dei sit, quo cuncta moderetur. In hoc non solum legi, sed & euangeliis consona scribunt. Moralis vero & physica quæ dicitur philosophia, pene omnia quæ nostra sunt, sentiunt. Dissident vero à nobis, cum deo dicunt materiā coæternam, dissident, cum deum negant curare mortalia, sed prouidētiam eius super lunaris globi spatia cohiberi. Dissident à nobis, cum vitas nascentium stellarum cursibus pendunt. Dissident, cum perpetuum dicunt hunc mundum, & nullo fine claudendū. Sed & alia plurima sunt, in quibus nobiscum vel dissident, vel concordant. Et ideo Abimelech secundū hanc figuram aliquādo in pace esse cum Isaac, aliquando dissidere describitur. Sed & hoc non puto quod otiose spiritui sancto qui hæc scripsit, curæ fuit comprehēdere, quod duo alij cum Abimelech venerunt, id est Ochozath gener eius, & Phicol dux exercitus eius. Interpretatur autem Ochozath, tenēs, & Phicol, os omnium, ipse autem Abimelech, pater meus rex. Qui tres imaginem totius philosophiæ tenent, quæ apud eos in tres partes diuiditur, logicam, physicam, & ethicam, id est, rationalem, naturalem, & moralem. Rationalis illa est, quæ deum patrem omniū cōfitetur, vt est Abimelech. Naturalis illa est, quæ fixa est I & tenet omnia, velut naturæ ipsius viribus nitens, quam profitetur Ochozath, qui dicitur, tenens. Moralis est, quæ in ore est omnium, & ad omnes pertinet, & per cōmunem similitudinem præceptorum in omnium ore versatur, quam designat iste Phicol, qui os omnium interpretatur. Hi ergo omnes qui in eiusmodi sunt eruditionib⁹ instituti, veniunt ad legem dei & dicunt, Videntes vidimus, quia est dominus tecum, & diximus, Sit iuramētum inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quidquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione domini. Possunt quidem & hi tres qui pacem requirunt à verbo dei, & præuenire cupiunt pacto societatem eius, figurā tenere Magorum, qui ex orientis partibus veniunt ad Christum, eruditi paternis libris & institutionibus maiorum, & dicunt quia videntes vidimus natum Regem, & vidimus quia deus cū ipso est, & venimus adorare eum. AVCTOR CATE. Quibus verus præbuit Isaac, id est, saluator noster cōuiuium, quando beatis oculis, fœlicibusq; eorū manibus tenera membra sua inspicienda & palpanda præbere dignatus est. Eosq; pacifice dimisit in locum suū, quando responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliā viam reuersi sunt in regionē suam. ORIGENES. Sed & siquis ille est, K qui huiusmodi eruditionibus institutus, videns quia deus erat in Christo mundū reconcilians sibi, & admiratus operum eius maiestatem, dicat, Videtes vidimus, quia est dominus tecum, & diximus, Sit iuramentum inter nos. Ascendens enim ad legem dei, necessario dicit, Iuraui & statui custodire mandata tua. Sed quid petunt? Ne facias nobis (inquiunt) mala, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione domini. Remissionem peccatorū per hæc deposcere mihi videntur, ne recipiāt mala, benedictionem postulant, nō retributionem. Deniq; vide quid sequitur, Et fecit illis (inquit) conuiuiū magnum Isaac & manducauerunt & biberunt. Certū est enim, quia qui ministrat verbū, sapientibus & insipientibus debitor est. Quia ergo hic conuiū sapientibus exhibet, Idcirco dicitur, quia non paruū, sed magnū conuiuium fecit. Et tu si nō sis adhuc paruulus, & lacte non indigeas, sed exercitatos deferas sensus, & eruditione plurima præmissa, ad intelligentiam verbi dei capacior venias, fit etiā tibi conuiuium magnū. Non tibi olera languidorū parabitur cibus, nec L lacte nutrieris, quo paruuli nutriūtur, sed faciet tibi minister verbi conuiuiū magnum. Loquetur tibi sapientiā quę inter perfectos profertur, sapientiā dei in ministerio absconditam proferet tibi, quam nemo principū huius seculi cognouit. Reuelabit tibi Christū secundū hoc, quod in eo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt. Faciet ergo tibi conuiuiū magnum, & ipse tecū epulabitur, si te non inueniat talem, vt dicat tibi, Quia non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in Christo lac vobis potū dei non escam. Corinthiis hoc dicit, quibus & addit, cū enim sint inter vos cōtentiones & dissensiones, nonne carnales estis, & secundū hominem ambulatis? Istis non fecit magnū conuiuiū Paulus, in tantū vt cum esset apud eos, & egeret, nulli oneri esset, nec panē gratis ab aliquo manducaret, sed sibi & omnibus qui secum erant nocte & die laborātes manus suæ ministrarent. Tantum ergo longe aberant Corinthij, quibus magnum conuiuium fieret, vt nec minimū quidem, vel exiguum apud eos prædicator verbi dei potuerit habere conuiuium. Qui vero sciunt audire perfectius, qui eruditos & exercitatos ad audiendum verbum dei deferunt sensus, istis fit magnum conuiuium, cum istis epulatur M Isaac, & non solum epulatur, sed & surgens cum iuramento eis pacem de futuris promittit. Oremus ergo & nos tali mente, tali fide accedere ad audiendum verbum dei, vt facere nobis dignetur conuiuium magnum. Sapientia enim iugulauit ostias suas, miscuit in cratere vinum suum, & misit seruos suos, qui omnes quotquot inuenerint, perducant ad conuiuium suum. Tantum est, vt & nos ingressi conuiuium sapientiæ, non rursum nobiscum inducamenta insipientiæ deferamus, non infidelitatis veste circundati, non peccatorū maculis fucati, sed in simplicitate & puritate cordis amplectamur verbum, & diuinæ sapientiæ famulemur, qui est Christus Iesus dominus noster.

6 *Esau uero quadragenarius duxit uxores duas, Iudith filiā Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci, quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.*

Esau uero

A *Esau uero quadragenarius duxit uxores duas.* CHRYSOSTOMVS. Vide quāta ex paucis verbis addisci possunt. 6 Quare enim nobis annorum numerū signauit? non absq; causa, sed vt discamus decrepitā ætatem Isaac, quia iam prouectus erat ætate. Nam si memores fuerimus eorū quę antea dicta sunt, & quod quādo accepit Rebeccā & ipse quadraginta annorū fuerit, quando autē nati sunt ei pueri, fuerit annorū sexaginta, scimus quod nunc centenarius sit, & in profundissima senectute. Quoniā posthac narraturus est, quō præ senio hebetatos oculos habeat, ideo numerum annorū Esau signat, vt inde tēpus Isaac scire possimus, propterea dicit, Esau quadragenarius duxit vxores duas. CAIETANVS. Has autem non mandato patris, sed ex se ipso, non tamen patre renitente, sed votis filij condescendēte, vxores accepisse verisimile est, in quorū signum vocauit postea eum vt benediceret illi. CHRYSOSTOMVS. Vt autem sciamus pueri temeritatē, quod vxores ducebat à gentibus à quibus nō oportebat, ait,

Iudith filia Beeri Hethæi, & Basemath filiā Elom eiusdē loci. Alia litera habet, Iudith filiā Beoth Chetthæi & Basemath

B filiam Elon Euæi. Declarat nobis quod vna fuerit ex genere Chettæorū, alia autem & genere Euæorū, quāuis sattem didicisse oportebat eum ex his, quę patriarchæ tanta diligentia fecerat, præcipiens seruo suo, vt de cognatione sua filio Isaac adduceretur vxor. Et quod mater ipsorū Rebecca nihil tale voluerit, quæ ex Charris venerat. Verū vt statim in initio suos mores indicet, prior illas duxit. Et vt sciamus quàm malè moratæ mulieres fuerint, dicit scriptura. *Quæ ambæ offenderant animū Isaac & Rebeccæ.* Et quid est hac malitia peius, quando illæ quæ omnē honorem impendere debebant, non solū hoc non faciunt, sed ad contentionē paratæ sunt? Hęc autē omnia non absq; causa historia nobis tradit, sed vt postea cum videris Rebeccā Iacob maiori beneuolētia prosequi, discas quod nō iniuria rem eam fecerit. RVPERTVS. Superius sermo continuandus est, vbi dictū est, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset. Et ecce quomodo in initio narrationis filiorum, degeneratio supplantati, & adhuc supplantandi Esau denotatur, qui magis ac magis declinando, minori fratri locum fecit, vt magis ac magis immi

C alienigenas, per concupiscentias suas animū Isaac & Rebeccæ offendit, quia benedictionē seminis Abrahæ contēpsit. Si enim in illa benedictione filios generare optasset, nequaquā duxisset vxorem de filiabus eorū, quos & pater improbasset, & auus Abrahā vitandos iudicasset, & super quibus matrem Rebeccā vitæ suæ tæderet. At ille & horū iudicium contempsit, & dei promissiones nō curauit, videlicet affinitate hominū habitatorum terræ laudabilem & inclytum se posse fieri, magis quàm ope vel gratia dei confidens. Vnde & nomina cognationis eximia præsens scriptura non omisit. Iudith (inquit) filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiā Elom eiusdē loci. Iudith laudans, Beeri putei mei, Basemath in nominibus, Elom roboreus, siue quercus interpretatur. Ipsis nominibus manifeste coargui videtur, quod laudari, & sine deo ditari, nominatus esse, & in terra roborari appetēs, peccatorū se affinitatibus immerserit, super quos merito irruat formido & pauor secundū nomen Hethęi, quod interpretatur formido, siue paruor. Qui ergo intus à gratia dei excidit, meritò foris quoq; reprobatus est, quod protinus sequēs narratio declara-

D bit. CAIETANVS. Quæ ambæ offenderunt animum Isaac & Rebeccæ. Dissimilitudo morū, & forte religionis ipsarum, amara erat spirituali animo tam Isaac quàm Rebeccæ. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est וַתִּהְיֶיךָ מֹרַת רוּחַ לְיִצְחָק וְלִרְבְקָה Vatihiēa mōrath ruach leizhac vlribka, Et fuerunt amaritudo spiritus, seu exacerbantes spiritum Isaac & Rebeccę. Septuaginta καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ., Et erant contendētes cum Isaac & Rebecca. Chaldaica, Et fuerunt rebelles & irritatrices contra mandatum Isaac & Rebeccæ. Quæ omnia idē dicunt cum æditione nostra. Esau igitur sine patris, matrisq; cōsilio duas vxores accepit, ideo infœliciter cessit, quæ & irritabant spiritum Isaac & Rebeccæ. Tales & Hebræorum filiæ erant, vt non gratis Abrahā suo filio vxorem de Syria campestri suscēperit, fortassis benedicti seminis maternitate se priuatas dolebant, si fideles erant.

IN CAPVT GENESEOS VICESIMVMSEPTIMVM ARGVMENTVM.

E *Iacob per astutiam matris præripit benedictionem Esau: Tristatur Isaac. Consolatur Esau. Esau in Iacob odium.*

CAPVT XXVII.

Lectio pri. SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & uidere non poterat, uocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei, fili mi. Qui respondit, Adsum. Cui pater, Vides (inquit) quod senuerim, & ignorē diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Cunque uenatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut uelle me nosti, & affer ut comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar.

F GREGORIVS QVARTO MORALIVM. Describitur hoc in loco Isaac, qui I Cap. 36. caligantibus carnis oculis, per ætatem quidem præsentia non vidit, sed per virtutem prophetici spiritus in futuris etiam seculis magna videndi luce radiauit. Ait ergo. *Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & uidere nō poterat.* AVCTOR CATENAE. Opus prouidentiæ diuinæ iuniorem filium præferendo maiori in benedictione per errorem humanum fieri debebat, ideo oculi Isaac caligine obducendi erant, quod præter Lamech nulli vetustissimorum etiam patrum legitur contigisse. Sic nihil præter ordinem dei fit, nec oculi defectus, nec venationis successus, nec lentis edulium, nec fœminæ mendacium, nec hædini velleris excoriatio. Licet autem tanta laboraret Isaac senectute, diu tamen adhuc vixit postea quæ hic facta leguntur, videlicet vsq; post reditum Iacob à Mesopotamia. *Vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei, Fili mi. Qui respondit, Ad sum. Cui pater, Vides (inquit) quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Septuaginta, Et vocauit filium

Universidad de Deusto Biblioteca

uit filium suum seniorem Esau.Hoc loco senioris nomen,nõ significat ætatem grauem,sed ex comparatione ma- G
iorem. AVCTOR CATENAE. Et ignorem diem mortis meæ.Sancti mortem ob oculos semper habent,
domini iudicium meditantur,posteritatis curam gerunt,& pro viribus præordinant.Diem autẽ mortis deus nos
scire noluit, vt eius iudicium semper expectemus , paueamus , illique vitam & mortem ac opera committamus.
Sume arma tua,pharetram & arcum,& egredere foras. Cunque uenatu aliquid apprehenderis,fac mihi inde pulmentum, sicut
uelle me nosti. Dictionem תְּלִיְךָ theliecha,Pharetram tuam interpretatam,quidam Chaldaicum sequentes inter-
pretem gladium tuum verterunt.Quodque sequitur,& egredere foras,Hebraice est וְצֵא הַשָּׂדֶה Veze hasade,egre-
dere in agrum,sic & Græce & Chaldaice.Quod autẽ dicitur,Fac mihi inde pulmentũ,Hebraicè est מַטְעַמִּים Ma-
tammim,& proprie significat quæ gustũ oblectent.Esau igitur externis solatiis incũbebat,& negociis homini non
inutilibus,ob feras & bestias hominibus sępe perniciosas.Id sancto patri nõ displicuit,malũ non fuit,benedictioni
tamẽ obfuit,domino sic ordinãte.Et fac mihi pulmentũ,siue gustamẽta,hoc est, delicatioris cibi ferculũ,& gustui
gratum. *Et affer ut comedam,& benedicat tibi anima mea antequam moriar.* CHRYSOSTOMVS. Hic obsecro dilecte H
animaduerte indicibilem dei sapientiam , & quomodo pater quidem geminam præseferens dilectionem , hæc
imperauit Esau.Deus autem sapiens & omnipotẽs dominus,per Rebeccam suam prædictionem impleri facit,do
cens nos,quantum valeant virtus,& morum suauitas.Ille enim & ob ætatem,& ob primogenituram, & ob patris
erga se affectionem,primatum se habere putans,simul destitutus omnibus inuentus est,quia quæ in se erant affer-
re noluit,hic autem quia & domestica erat virtute præditus,& virtutem supernam habuit subsidiariam,etiam in-
uito patre illius benedictionem arripit.Nihil enim fortius eo,qui dextra illa adiuuatur.Vide igitur diligenter om
nia,vt discas dispensationis excellentiam.Et quomodo hic quidem illa gratia fretus, magnum in omnibus auxi-
lium,& cooperationem adipiscitur,vt patris in eo impleatur benedictio,ille autẽ omnia amittit, perdens semet-
ipsum propter morum iniquitatem. THEODORETVS. Isaac benedictionem filio conferre volebat, quia
primogenitus erat. Primogeniti vero,& primi, & duplicem patrimonij partem sortiebantur. Auxit etiam patris
amorem filij obsequium,cuius venatione pascebatur.Obsequium vero nedum patrem,sed immanes etiam ac du- I
ros mitigare ac conciliare solet. PHILO HEBRAEVS. Isaac cum duos filios haberet , vnum bonum,al-
terum peccatorem,peccatorem tamen benedicere voluit,non quia illum bono præferret , sed quia nouerat bonũ
bonitate propria sibi ipsi satis auxilio fore,malum filium benedictione adiuuare volebat,sine qua non nisi infœli-
cissimus esse poterat. AVCTOR CATENAE. Et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Hoc est,vt
affectu pietatis precibus te meis domino commendem,primogenituræ prærogatiuis donem, præferam te fratri-
bus,futura prædicem.Volebat enim Isaac ante mortem suam,paternam propagare benedictionem, vt Esau pro-
missam possideret terram,& cum deo sicut & ipse & pater eius,fœdus haberet. Viderat Iacob apprehendentẽ cal-
caneum fratris,audierat natu minorem præferendum maiori, vendidisse Esau primogenita, agrestiorem mori-
bus, & forsan affectu irreligiosiorem,quibus nõ obstantibus benedicere eum,& alteri præferre parat.Sic actus no-
stros deus disponit,& errores nostros in suam gloriam ordinat. An forte non reuelauit Rebecca Isaac prophetiã,
quam à domino didicerat, quod maior minori seruiet ? Quod si sciuisset, forte non ausus esset tantus patriarcha K
diuinæ ordinationi contraire.
Mysticè. HIERONYMVS DAMASO PAPAE. Quoniam autem polliciti sumus & de hoc in figura quid si-
Quæstio.3. gnificet adiungere,Hippolyti martyris verba ponamus,à quo & Victorinus noster non plurimum discrepat,non
quod omnia plenius executus sit,sed quod possit occasionem præbere lectori ad intelligentiã latiorem. Isaac por-
tat imaginem dei patris,Esau populi prioris & diaboli.Senuisse Isaac,consummationem orbis ostendit.Oculis ca
ligasse,fidem perisse de mundo,& religionis lumen ante eum neglectum esse significat . Quod filius maior voca-
tur,acceptio legis est Iudæorum.Quod escas eius atq; capturam diligit pater,homines sunt ab errore saluati, quos
per doctrinam iustus quisque venatur. Sermo dei,benedictionis est repromissio, & spes regni futuri , in quo cum
Matth.15. Christo sancti sunt regnaturi , & verum sabbatum celebraturi . Nos autem dicimus non venisse dominum, ni-
si ad oues perditas domus Israel,nec voluisse accipere panem filiorum & dare canibus,& benedictionem primam L
Marc.7. Iudæorum populo detulisse , quibus sunt credita eloquia dei & repromissio & legislatio & confectio testamenti.
Roma.3. Verum quia illi credere noluerunt,ad Iacob minorem populũ benedictionem esse translatam.Neque tamen ma-
Roma.11. iorem filium penitus fuisse despectum , quia cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quoniam tantus patriar-
cha Isaac antequam moriatur,quærit à filio suo venationem & escam,qualem amat pro magno beneficio,& pro-
mittit benedictionem,nullo modo vacare arbitramur significatione prophetica , maxime quoniam festinat vxor
eius,vt illam benedictionem minor accipiat,quem ipsa diligebat,& cętera in eadem narratione multum mouent
ad maiora intelligenda vel requirenda. RVPERTVS. Dicamus igitur quod senuit verus Isaac , scilicet dei
filius,& caligauerũt oculi eius quando vetustate,& senio nostræ naturę indutus,morte quoq; corporea fuit obscu-
ratus.In ipsa caligine senectutis iussit primogenito suo Esau,sume (inquiens) arma tua,pharetram & arcum,cun-
que venatu aliquid apprehenderis,fac mihi inde pulmentum.Etenim tota vita,& in ipsa morte sua, priorem po- M
pulum ad pœnitentiam per semetipsum inuitabat, & per apostolos suos post gloriã suæ resurrectionis,vt creden-
Ioan.4. do illum sibi cibum offerret,de quo dicit,Meus cibus est,vt faciam voluntatẽ patris mei.At ille tardauit,& nunc-
usque vagatur foris.

II *QVod cum audisset Rebecca,& ille abiisset in agrum ut iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob,*
Audiui patrem tuum loquentẽ cum Esau fratre tuo,& dicẽtem ei,Affer mihi de uenatione tua, & fac ci
bos ut comedam,& benedicam tibi coram domino antequam moriar . Nunc ergo fili mi acquiesce consi-
liis meis,& pergens ad gregem,affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo , quibus libenter
uescitur,quas cum intuleris & comederit,benedicat tibi priusquam moriatur.Cui ille respondit,Nosti quod Esau
frater meus

A *frater meus homo pilosus sit,& ego lenis. Si attrectauerit me pater meus,& senserit, timeo ne putet me sibi uo-*
luisse illudere,& inducat super me maledictionem pro benedictione.Ad quẽ mater:In me sit(ait)ista maledictio
fili mi, tantum audi uocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos
sicut nouerat uelle patrem illius,& uestibus Esau ualde bonis,quas apud se habebat domi , induit eũ, pelliculasq;
hædorum circundedit manibus,& colli nuda protexit.Deditque pulmentum,& panes quos coxerat,tradidit.
Quod cũ audisset Rebecca,& ille abiisset in agrũ ut iussionem patris impleret,dixit filio suo Iacob. CHRYSOSTOMVS. 2
Alia litera,dixit(inquit)ad filium suum iuniorem. Quare adiecit iuniorem? Quia superius dixerat,Vocauit Esau
filium suum natu maiorem,vt discamus cui nũc loquatur Rebecca,inquit iuniorem,hoc est,Iacob. AVCTOR
CATENAE. Religiosa & prudens Rebecca Iacob magis amabat, cui audierat subiiciendum ipsum Esau, dei
B consilium didicerat,vnde promouere volebat quod necessario futurum erat dei ordinatione.Obedientia Esau,di
ligentia,opus,patris consilium, & ipse cœli influxus circa geniturã, omnia hæc Iacob promotionem impedire nõ
poterant,sed potius ipsius partes iuuabant,quem dominus dilexerat.Sed videamus quid dicat Rebecca. *Audiui*
patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo,& dicentem ei. Affer mihi de uenatione tua,& fac cibos ut comedã, & benedicam tibi co
ram domino antequam moriar. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. Hæc reuelat iuniori
filio prudens mater,nolens eidẽ auferri patris benedictionem,quia audierat anteq̃ pareret,maior seruiet minori.
Nũc ergo fili mi acquiesce consiliis meis,& pergens ad gregem,affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo,quibus
libenter uescitur,quas cum intuleris & comederit,benedicat tibi priusquam moriatur. CHRYSOSTOMVS. Vides
magnum matris in filium amorẽ,imò dispensationem dei?Ipse enim est, qui ei hoc consiliũ dedit & omnia bene
agere fecit. AVCTOR CATENAE. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis. Plus est in Hebræo
שְׁמַע בְּקֹלִי לַאֲשֶׁר אֲנִי מְצַוָּה אֹתָךְ Semaa bekoli,laaser ani mezaua othach, Audi vocem meã,seu obedi voci meę,
C in eo quod ego præcipio tibi.Monet enim vt obediat,non cõsilio,sed præcepto. Chaldaica.Et nunc fili mi acquie
sce verbo meo,quod ego præcipio tibi.Septuaginta,ἄκουσόν μου,καθὰ ἐγώ σοι ἐντέλλομαι, Audi me sicut ego tibi præ
cipio.Quod autem sequitur,vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur, Hebraicè est : כַּאֲשֶׁר אָהֵב
càaser aheb,Sicut dilexit, Sic & Chaldaica , sic & Septuaginta , ὡς φιλεῖ, sicut amat. Sed hoc idem cum æditione
nostra,quod tamen sæpius in hoc capite repetitur. Fœmina igitur instrumentum dei fit,etiam mentiendo, & per
dolum agendo,quod dominus ordinauerat. Sic hominum voluntates sua libertate vtuntur, vt domino contra-
uenire non possint.Nostri quidem respectu libere agimus,non compellimur,nec inuiti aut coacti agimus,domi-
nus tamen est,cui seruit,quod cogitamus,volumus & operamur,iubemur tamẽ bene agere,vere loqui, fraudem
detestari,dolum odisse,ab omni peccato abstinere. Sin minus, peccata nostra agnoscere,dolere & emendare iu-
bemur,& excusationis dignæ nihil allegare possumus,qui domini pręcepta scimus,& iustum iudicium non eua-
demus.Non autem parare volebat mater seni duos hædos, sed ex artubus delicatiores eligere, & parare pro offi-
D cio lautitias quasdam.Etiam sine vitio,senum stomacho cõsulitur subtilioribus eduliis.Discimus interim sedulo
filios obsequi solatio senum debere,& vxores maritis officiosius deseruire. CHRYSOSTOMVS. Vi-
disti matris optimum consilium?Vide etiam Iacob prudentiam, & quomodo respondens, suorũ morum indicat
mansuetudinẽ.Dixit enim matri suæ, *Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit,& ego lenis.* HIERONYMVS
IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Ecce Esau frater meus vir pilosus, & ego sum vir
læuis.Vbi nos pilosum legimus,in Hebræo scriptũ est שֵׂעִר Sair.Vnde postea montis regio, in qua versabatur est
dictus,diximus de hoc supra. *Si attrectauerit me pater meus,& senserit,timeo ne putet me sibi uoluisse illudere,& inducat su*
per me maledictionem pro benedictione. CHRYSOSTOMVS. Magna pueri gratitudo, & in patrem reuerentia.
Timeo(inquit)ne in diuersum eueniant studia mea,ne videar aduersari patris sententiæ,& pro benedictione ma
ledictionem mihi adducam. CAIETANVS. Hinc clare apparet bona Iacob intentio exequendi matris prę
ceptum,diuina reuelatione fultum,facta olim matri de ipso fratri præponendo.Ita quod nõ animo fallẽdi patrẽ,
E sed animo assequendi diuinum promissum, manifestat se rem hanc attẽtaturum, sed vereri ne in paternis oculis
mentis appareret illusor , quoniam & si animus abesset illudendi , factum tamen suapte natura erat fallax .
AVCTOR CATENAE. Timeo ne putet me sibi voluisse illudere. Hoc venustius reddidit interpres . Audi
enim Hebraica וְהָיִיתִי בְעֵינָיו כִּמְתַעְתֵּעַ Vehaiithi beenaf chimthaet èaa.Et ero in oculis eius tanquam deludẽs,vel
paruipendens,vel seductor,vel qui errare facit.Origo autem verbi est תָּעָה thaa,errare,decipere.Hinc piel dupli-
catis duabus primis literis תעתע fecit errare.Chaldaica.Et ero in oculis suis quasi illudens. Septuaginta ὡς κατα-
φρονῶν,sicut despiciens. Parui autem refert quod verbum sequens in Hebræo est primæ personæ, non autẽ tertiæ,
videlicet וְהֵבֵאתִי vehebethi,Et inducam super me maledictionẽ,& nõ benedictionẽ. Horret igitur pius filius im
ponere patri,& dominũ timet offendere mentiendo,prudenterq; expendit periculũ instituti materni,patrẽ reue-
retur,dubitatq; ne patiatur simile quoddam quod Cham filius Noë. Cupiebat quidẽ benedici,sed erat simplicior,
quàm vt dolo quopiã impetrare voluerit,mater aũt ex specie ad fallendũ ingeniosior erat,lenitas etiã cutis inge-
F niosiorẽ fuisse demonstrat Iacob quàm Esau. CHRYSOST. Quid igitur Rebecca,admirabilis illa & amãs
filij?Quia nõ ex sua tantũ sentẽtia faciebat, sed & diuino ministrabat oraculo,ideo omni studio conatur eximere
puero metũ,& addere animos,vt cõsiliũ perficiat,& nõ pmittit ei, quod possit deludere patrẽ & latere. Sed quid?
In me sit(ait)ista maledictio fili mi. Tantũ audi uocẽ meam,& affer quæ dixi. Et si fuerit aliquid tale (inquit)nihil tibi noce
bit.Ne igitur timeas,sed bene fidens obedi voci meæ, & fac quæ tibi consuluntur.Hæc vere materna dilectio est,
vt pro puero parata sit omnia ferre. AMBRO. DE IACOB ET VITA BEATA. Sed & Rebecca Libro.2.
non quasi filium filio,sed quasi iustum præferebat iniusto.Etenim apud matrẽ piã mysteriũ pignori prępondera-
bat,illũ nõ tã fratri præferebat,quàm offerebat domino,quẽ sciebat collatũ sibi munus posse seruare, in quo & al-
teri cõsulebat,quẽ diuinæ subducebat offensæ,ne grauiore implicaretur reatu,si acceptę gratiã benedictiõis amit-
teret.Accipe tamẽ bonũ certamẽ inter parẽtes.Mater deferebat affectũ,pater iudiciũ,mater circa iuniorẽ tenera pi
etate ppẽdat,pater circa seniorẽ naturæ honorificẽtiã seruet.Hic magis honoret,illa plus diligat.Dũ singuli singu

Universidad de Deusto
Biblioteca

los foueāt,nō in vnū vterq; cōspirēt,defraudent alterū.Fiat ęquitas inter diuersa certamina, & disparibus studiis G
par vtriq;,ac æqualis parētū amor & gratia cōferatur,cōpensēt alter quod alter imminuit.Sic pio affectu Isaac pa-
triarcha,& sancta Rebecca certabant,vt neutrū inferiorē facerēt,sed vtrūq; æqualē. Vicit tamē ille,qui præfereba
tur oraculo,vicit impigritia tarditatē, māsuetudo duritiā. Hæc diximus,ne parentes horū filiorū inexcusatos re-
linqueremus,quod iuniorē filium seniori prætulerint. Simul vt cauendū doceremus, ne quis eorū dū intēdit exē
plo,vnq̄ intra filios habeat iudiciū,vt alterum diligendum putet,alterū post habēdum. Hinc enim excitātur odia
fraterna,& de pecuniæ vilis incremēto, facinus parricidale cōponitur.Eadē foueat prolē mēsura pietatis.Esto ta-
men vt aliquid sibi amplius circa blandiorē aut similiorem rapiat affectus, par debet circa oēs esse forma iustitiæ.
Plus cōfertur dilecto, cui fratrum amor quęritur,plus aūt adimitur ei,qui prælatiōis iniustæ oneratur inuidia.Sic
minitabatur Esau quod fratrē suū occideret,nec fraterna eum germanitas,nec parētū reuerētia à parricidali furo
re reuocabat,& dolebat sibi benedictionē esse pręreptā.Sed nos ad institutum sermonē redeam°. ISIDORVS H
ABBAS. Hæc autē omnia faciebat mater, quia primogenito debebatur regnum & sacerdotium,& patriarcha-
lis dignitas.Ad hanc autē necessitatē Esau adductus erat,vt primogeniturā etiā volens vēdiderit,qua prorsus in-
dignus erat,cum omni virtute vacuus ac desertus esset, cui patriarchalis dignitas tāquā præmiū merito debetur.
CAIETANVS. In me sit ista maledictio,&c.Cōfidēns mater in diuina reuelatione, fideiussoris personā assu
mit,vt sic tutum reddat filium. AVCTOR CATENAE. In me sit ista maledictio fili mi.Idē est Hebraicē,
videlicet עָלַי קִלְלָתְךָ בְּנִי Alai killāthcha beni,super me maledictio tua fili mi.Sic & apud Septuaginta.At longe
diuersum habetur in Chaldaica æditione,videlicet,Mihi,dictū est per prophetiā quod nō venient maledictiones
super te, nisi benedictiones fili mi. Videtur igitur ex verbis matris ipsam domini voluntatē præsciisse, & firmiter
adhæsisse promissis,benedictionem manere minori,sicut & Isaac natu fuerat minor Ismaele.Cōfidebat ergo ma-
ter nullam subsecuturam maledictionem, ideo more vulgi dicebat, Veniat super me ista maledictio quā frustra
times,imò benedictio quam tibi promisit dominus. CHRYSO. His dictis puerum à timore liberauit. Qui I
Abiit & attulit,deditq; matri. Parauit illa cibos sicut nouerat uelle patrem illius, & uestibus Esau ualde bonis quas apud se habebat
domi,induit eum,pelliculasq; hædorū circundedit manibus, & colli nuda protexit.Deditq; pulmentū,& panes quos coxerat,tradidit.
Vide obsecro hic Rebeccæ cum magna dilectione coniunctam raram sapientiam.Nam quia superius dixit, quod
ille quidem hispidus esset, hic vero læuis, Vestibus (inquit) Esau induit eum,& pellibus circundedit eum,& cum
vndiq; eum ad deceptionem instruxisset,datis eduliis,& panibus in manus,effecit vt patri afferret. Considera hic
quomodo omnia superna gratia euenerint. Nam quādo quod à nobis est offerimus,largiter diuinam operationē
consequimur.Nam vt ne desides & supini simus,vult etiam nos aliquid conferre,quo sic sua declaret,& non to-
tum sit superni auxilij, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre. Neq; enim à nobis iterum exigit totum,sci-
ens infirmitatis nostræ excellentiam, & suam seruans misericordiam. Et volens occasionem aliquam offerre, vt
suam declaret liberalitatem,expectat,vt afferamus quæ à nobis sunt,id quod & nunc factum est.Nam quia Iacob
& Rebecca fecerant ea,quæ à se fieri oportebat,& ille quidem obediuit consilio matris,hęc autem omnia,quę ad K
se attinebant impleuit,tunc vltra bonus dominus perfici fecit magna facilitate quod omniū erat difficillimū, ne
fieret actus istius imposturæ manifestus Isaac. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRA.
Alia litera,Et sumpsit Rebecca vestimenta Esau filij sui maioris, quæ erant desiderabilia apud se domi. Et in hoc
loco tradunt Hebręi,primogenitos functos officio sacerdotum,&habuisse vestimētū sacerdotale,quo induti,deo
victimas offerebāt,antequā Aaron in sacerdotiū eligeretur. RVPERTVS. Tradunt etiā ipsa primogenita,
hæreditatē vel successionē fuisse sacerdotij,vel vestimenta illa sacerdotalia fuisse,de quibus hic scriptum est. Pri-
mogenitorū nanq; iure, aiunt illū fungi debuisse officio sacerdotali, & idcirco iā habuisse vestimētū sacerdotale.
CAIETANVS. Hinc quoq; apparet,quāta differentia erat inter Esau & Iacob.Ille nāq; primogenitus vestib°
vtebatur(vt in Hebręo dicitur)desideratis,quas interpres appellat valde bonas,iste autē vestibus,quę desiderabi-
les erāt(vtpote preciosę & rarę)carebat.Et insinuatur mos qui etiā hodie seruatur in locis vbi solus primogenitus
est hæres.Fratres enim & in vestitu,& in cæteris habētur fere vt famuli. AVCTOR CA. Et vestibus Esau L
valde bonis.Hebraicē est חֲמֻדֹת hamudoth,quod & cōcupiscibilibus,& preciosis verti pōt.Chaldaica,quę erāt mū
da.Septuaginta τὴν καλήν,id est pulchrā,dixerunt scilicet vestē.Et colli nuda protexit. Hebraicē est חֶלְקַת צַוָּארָיו
helkath zauaraf, id est, Mollitiem, seu lenitatem colli eius. Sic habet & Chaldaica.Sequitur autem interpres Se-
ptuaginta,qui & ipsi τὰ γυμνὰ τ̃ τραχήλου αὐτ̃,Nuda colli eius,dixerunt.Abiit igitur Iacob ad gregem,accepit hæ-
dos duos optimos,attulitq; matri obsequutus,bene sperans,& domino confidens.Siue autem vestes illæ preciosæ
sacerdotales fuerint, siue ornatus primogeniturę, & insignia maioritatis,ipsa certe materfamilias pro more illas
seruabat,quibus certe nuditatem Iacob velare quantum poterat satagebat,& instruere deceptionem . Arte vero,
hædorum pelles applicabat manibus & collo,vt seni imponeret cæcutienti,soloq; attactu contento. Deditq; pul-
mentum,&c.Omnia mater quàm citissime potuit parauit,panē adiecit,filioq; in manibus patri portāda tradidit.
Mysticè. HIERO. DAMASO. Mysticē autē,secundū Hippolytū martyrē Rebecca plena spiritu sancto, magis autē M
forma spiritus sancti,quę futura nouerat in Christo,in Iacob antè meditabatur,ait ad filiū suum minorē.Vade ad
gregem,& affer mihi duos hœdos optimos,pręfigurās carneum saluatoris aduentum,in quo eos vel maxime libe
raret,qui peccatis tenebantur obnoxij. Siquidē in omnibus scripturis hœdi pro peccatoribus accipiuntur . Quod
autē duos iubet afferre duorū populorū significat assumptio,quod teneros & bonos,dociles & innocētis animæ.
EVCHE. Siue carnes hædorum,ex quibus Isaac præparatus est cibus, peccantium intelligenda est conuersio,
ex duobus populis venientium,Iudæis videlicet & nationibus vniuersis. HIERONY. Vestes Esau, fides &
scripturæ sunt Hebræorū,quibus gentilium indutus est populus.Pelles quæ eius brachiis circundatæ sunt,peccata
vtriusq; sunt plebis,quæ Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. EVCHE. Quod ex eisdē
pellib° colli nuda ꝓtexit, significat, quia quorum suscepit personā, eorū & ꝓpria voce deplorauit infirmitates,&
pctā defleuit.Panes autē,apostolorū accipiēda est fides,& illorum qui in Pentecoste adueniente spiritu sancto cre
diderunt de Iudaico populo.In vino autem intelligēdus est martyrum cruor. Tali quippe cibo,ac potu delectari

A intelligitur deus. AMBROSIVS. Dum Esau venatu aspero prædam quærit agrestem, Iacob mitium cibos
morum,domesticam gratiam,teneræ mansuetudinis atque pietatis pio patri dulces epulas ministrauit. Plus pla-
cet in animis quicquid occurrerit,quàm quicquid affectatū putaueris deferendum.Accessit ad oues Iacob,& attu
lit innocentiæ partus,vel sacræ prophetiæ munera, quia patriarchæ cibum nullum credidit dulciorem esse quam Esa.53.
Christum,qui sicut ouis ad occisionem ductus est,& sicut agnus ad victimā.Hunc publico parenti,vel populo cu
ius typum gerebat,cibum vtilem iudicabat, quo futura erat remissio peccatorum.Ideo stolam accepit fratris sui,
quia senili præstabat sapientia.Ideo iunior frater seniorem fratrem exuit,quia fidei emicuit dignitate.Hanc stolā
ecclesię typo Rebecca protulit,& dedit filio iuniori,stolam veteris testamenti,stolam propheticā & sacerdotalē,
stolam illam regalem Dauidicam,stolam Salomonis,Ezechiæ & Iosię regum,& dedit populo christiano,qui vti
amictu sciret accepto,quoniam populus Iudæorum eā sine vsu habebat,& proprios nesciebat ornatus.Iacebat hęc
stola in vmbra abiecta atq; neglecta. Obscurabatur enim tenebrosa impietatis caligine,nec in angusto corde po-
B puli Iudaici latius poterat explicari. Induit eā christianus populus & refulsit, illuminauit eam suæ fidei claritate,
& piorum luce factorum. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Isaac maioris filij venatione ve- Homilia.6.
sci cupit,quia omnipotens deus Iudęorum bona operatione pasci voluit,sed illo tardante,minorem Rebecca sup
posuit,quia dum Iudaicus populus bona opera foris quærit,gentilem mater gratia introduxit,vt omnipotenti pa
tri cibum boni operis offerret, & benedictionem maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis ani-
malibus præbuit,quia gentilis populus de exterioribus sacrificiis deo placere nō quærēs,per vocē prophetiæ dicit,
In me sunt deus vota tua,quæ reddā laudationes tibi.Quid est quod idem Iacob manus ac brachia & collū hædi- Psalm.55.
nis pellibus texit,nisi quod hædus pro peccato offerri consueuit?Et gentilis populus carnis quidē in se peccata ma
ctauit,sed coopertū se peccatis carnalibus confiteri nō erubuit. Quid est quod vestimēti fratris maioris induitur,
nisi quod sacræ scripturæ pręceptis quæ maiori populo data fuerāt,in bona operatiōe vestitus est? Et eis minor in
domo vtitur,quę maior foras exiēs,intus reliquit,quia illa gētilis populus præcepta tenet in mente, quæ Iudaicus
C populus habere non potuit,dū solā in eis literā attendit. RVPER. Rebecca,id est mater gratia,cuius affect°
ab humano affectu patris Isaac in aliū filium declinauerat,iuniorē filiū,id est populū gentium subintrare suasit ad
pręoccupandū hæreditatē benedictionis,non vacuum,sed cū duobus hædis. Non enim apparebis(inquit lex) va- Exodi.23.
cuus in conspectu domini dei tui. Et quidem vnus sufficere poterat esui, etenim nec vnus homo sufficere posset
ad esum hædi,sed & hoc in figura contigit, quia videlicet eum qui accedit ad gratiā benedictionis Christi, pro-
fessionē habere oportet,noui pariter & veteris instrumenti,& talis cōfessio cibus est Christi filij dei.Vestes Esau,
quas domi habebat Rebecca valde bonas,pater familias in euāgelio noīb° suis exprimit,reuerso ad se filio, qui pe
rierat & inuētus est,qui mortu° fuerat & reuixit.Cito(inquit) proferte stolā primā,& induite eū,& date anulum Lucæ.15.
in manu eius,& calciamenta in pedibus eius.Quæ senior ille filius, id est prior populus pro culpa sua perdidit.

D *QVibus illatis dixit,Pater mi? At ille respōdit,Audio.Quis es tu fili mi?Dixitq; Iacob,Ego sum Esau pri* 3
mogenitus tuus,feci sicut præcepisti mihi.Surge,sede,& comede de uenatiōe mea, ut benedicat mihi aīa
tua.Rursumque Isaac ad filium suum,Quomodo(inquit)tam cito inuenire potuisti fili mi?Qui respōdit,
Voluntas dei fuit ut cito occurreret mihi quod uolebam. Dixitque Isaac,Accede huc ut tangam te fili mi, & pro-
bem utrum tu sis filius meus Esau,an non. Accessit ille ad patrem,& palpato eo,dixit Isaac, Vox quidem,uox Ia
cob est,sed manus,manus sunt Esau. Et non cognouit eum,quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant.
Quibus illatis dixit,Pater mi? At ille respondit,Audio. CAIETANVS. Iuxta Hebræū habetur, Ecce ego,sed par 3
ui refert. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem attulit edulia patri,dixit ad eum, *Quis es tu fili mi?*
Dixitq; Iacob,Ego sum Esau primogenitus tuus,feci sicut præcepisti mihi. Considera hic obsecro quanta cum anxietate ver
ba hæc locutus sit Iacob,qui principio dixerat matri,Timeo ne inducam super me maledictionem & non bene-
dictionem,nunc in quanto timore constituatur verisimile est, qui tantum actum simulat.Verum quia deus erat,
E qui cooperabatur his,quæ fiebant,omnia opere sunt impleta.Quid igitur dixerit quis,cooperatus ne est deus mē-
dacio?Dilecte ne indages tantum quod fit,sed attende etiam scopum,& quod non factum sit temporalis cōmo-
di,vel auaritiæ causa,sed quod patris benedictionem sibi comparare studeret. Alioqui si ita simpliciter quæ fiunt
exquisiturus es,vide ne & patriarcham puericidam, & Phinees homicidā dicas.Verū neq; Abrahā pueri homici-
da,sed & valde ei affectus,si quis alius,neq; Phinees homicida,sed zelotes.Vterq; enim quod deo probabatur, fa-
ciebat,atq; ille per obedientiam,multam à deo remunerationem promeruit, hic vero propter zelum prædicatur.
Dicit enim scriptura,stetit Phinees,& placauit,& cessauit quassatio. Si igitur homicidiū & puericidium placue- Psalm. 105
runt,quia iuxta dei sententiam fiebant,ne attendamus ad facta,sed ad scopum eorum quę fiebant,& ad voluntatē
eorum qui fecerunt,multo magis & hic expendendum fuerit.Ne igitur hoc considera,quod mentita fuerint,quę
dicebantur à Iacob,sed illud cogita,quod volens deus prædictionem impleri,omnia,vt sic fiant,dispēsauit. Et vt
F scias quod deus omnia facilia reddebat,etiam quæ difficilia,vide quomodo iustus non potuit subolere fraudem,
sed persuadetur dictis Iacob,& cum edulia ista comedisset,benedictionibus eum remunerauit.Et non prius à ve-
natione affuit Esau,quousq; omnia sunt impleta, vt per omnia sciamus, voluntate dei hæc gesta esse. AVGV-
STINVS XVI. DE CIVI. DEI. Iste dolus Iacob ne putaretur fraudulentus dolus,& nō in eo magnæ rei Cap. 37.
mysteriū quæreret,superius prædixit scriptura,Erat aūt Iacob homo simplex,habitans in tabernaculis.Quis est in
ista benedictione percipiēda dolus hominis sine dolo?Quis est dolus simplicis?Quæ fictio nō mētiētis?nisi ꝓfun-
dū mysteriū veritatis? GLOSSA GRAECA. Ego sum Esau primogenitus tu°.Esau seipsū Iacob appellat,qa
primogeniturā ab Esau lētis edulio emerat. CAIE. Si dixisset,Ego primogenitus tuus,& nō addidisset Esau,
excusaret,qa emerat primogeniturā,sed dicēdo Esau,īexcusabilis apparet à mēdacio officioso.Ad qd' etiā spectat,
feci sicut locut° es mihi,qd' tamē excusari pōt,locut° es mihi,vtpote primogenito. AVCTOR CA. Quis tu fi
li mi?Ignorabat qs esset pater cæcutiēs,nō poterat venisse tā cito Esau,& ei° vox nō audiebat, de Iacob nihil tale

Universidad de Deusto Biblioteca

in mētē venerat,ideo minus aduerterat cogitabūdus.Ego sum(inquit)Esau primogenitꝰ tuus, feci sicut pręcepisti G
mihi.Tria in prædictisverbis,vt videtur,cōtinētur mēdacia,nā nec erat Iacob Esau,nec quod Isaac pręceperat,di
cendo,sume pharetram & arcum,& cętera,fecerat,nec ei,sed Esau pater loquutus fuerat.Quibus diligenter atten
tis,& quia paulo infra attestatur Isaac,quod venerit Iacob fraudulenter, & abstulerit Esau benedictionē, forte di
cere possumus,nō ita necessarium patres veteris testamēti à mendacio,maxime officioso excusare. Certū nāq; est
apostolos eis multo perfectiores extitisse, qui tamen à peccato veniali non fuerūt immunes.Vnde dicit Ioannes
in prima canonica,Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nosmetipsos seducimus,& veritas in nobis nō est,
ideoq; multominus patres veteris testamenti,cum præsertim plures eorum peccasse mortaliter,& enormissime le
gantur,sicut Dauid in adulterio Bersabeæ, & homicidio Vriæ. Patriarchæ etiam ex odio & inuidia Ioseph fratrē
suum Ismaëlitis vendiderunt.Nec obstat,quod omnia hæc peccata & mendacia figuræ fuerint futurorū. Nā ma-
gnus dominus adeo omnipotēs & bonus,vt solus sciat ex malis quoq; bona elicere . Sic Iacob hoc in loco fraudē
& mendaciū cōmisisse dicere possumus,excusari tamen,si nō à toto,saltē à tanto,propter diuinā matri factā inspi H
rationē,eiusq; præceptum,licet venturi gesserit in semetipso personā. *Surge,sede,& comede de uenatione mea,ut bene-*
dicat mihi anima tua. GLOSSA GRAECA. Venationem paulo infra Isaac vocat, putans cibos illos ė vena-
tione sibi appositos. Iacob vero hic per metaphoram venationem appellauit, quia per cibos illos paternā benedi-
ctionem venari nitebatur.Vt benedicat mihi anima tua. AVCTOR CATE. Consuetus scripturæ loquen
di modus,animam ponere pro homine,ac si dicat,vt tu mihi benedicas, quæ tamē benedictio ex intimo paterni
cordis affectu erat processura. *Rursumq; Isaac ad filium suum,Quomodo*(inquit)*tā cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit,*
Voluntas dei fuit ut cito occurreret mihi quod uolebā. CHRYSOSTOMVS. Adhuc in angustiis stabat Iacob, au-
gebaturq; plurimum timor eius.Verum hæc omnia propterea facta sunt vt discamus rebus ipsis, quod nō simpli-
citer dominus suā declaret solicitudinē & prouidentiā, nisi viderit & nostrum accedere feruorem. Ne enim præ
tereas obiter hunc agonem,sed consideres,quod causæ totius atq; salutis erat periculū,& timebat & tremebat, ne
propter benedictionem,fieret omnis maledictionis reus. CAIETANVS. Voluntas dei fuit,vt cito mi I
hi occurreret quod volebā.Summo essendi principio,distributoriq; omnium, specialē curam habēti ipsius Isaac,
attribuit Iacob celeritatem facti. AVCTOR CA. Hebraica verba proprie ita sonāt מַה זֶּה מִהַרְתָּ לִמְצֹא בְּנִי
Ma ze mihárta limzo beni,Quid hoc,vel vnde hoc?Festinasti,vt inuenires fili mi. Chaldaica.Quid est hoc quod
tā cito inuenisti fili mi?Sic & Septuaginta,τί τοῦτο ὃ ταχὺ εὗρες ὦ τέκνον,Quid hoc qđ cito inuenisti fili mi? Quod
vero sequit̄,Volūtas dei fuit vt cito occurreret mihi quod volebā,ita legit̄ Hebraicè: כִּי הִקְרָה יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְפָנָי
Chi hikra adonai elohécha lephanai,Quia occurrere fecit dominus deus tuus corā me,vel ante me,vel ante faciē
meā.Chaldaica,Quoniam præparauit dominus deus tuus coram me.Variant aliquid & Septuaginta, ὃ παρέδωκε
κύριος ὁ θεός σου ἐναντίον ἐμοῦ,Quod tradidit dominus deus tuus coram me.Sed omnia hæc idem dicunt,videlicet
quod prouidentia dei euenit,vt tibi cito gratificari potuerim.Sic fatum,cœlorū influentia,ordo causarum natu-
ralium,& sors ipsa,nihil sunt aliud,quam dei voluntas & prouidentia,qua operatur omnia in omnibus. *Dixitq;* K
Isaac,Accede huc ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau,an non. Isaac pro indagāda veritate nihil ne-
gligit,non contentus auditu,tactum expetit certius signum,sed inaniter omnia,cōtra dei prouidentiam nil pro-
ficitur,etiam iusti viri bona intentio deluditur,in vsum promissionis diuinæ inuisibiliter cōplendæ, humano mē
dacio certitudo veritatis dei promouetur. *Accessit ille ad patrē, & palpato eo dixit Isaac,Vox quidē,uox Iacob est,sed ma*
nus,manus sunt Esau. CHRYSOSTOMVS. Etenim ob vocem placidiorem dubitabat iustus, sed
quia dispensatio implenda erat,non permisit deus vt dolus sentiretur. AVCTOR CATENAE.
Etenim cum vult dominus,facit non intelligere intelligentes, & sensus nostros sibi vsurpat,alioqui non potuis-
set patrem latuisse vox filij, licet autem caligassent oculi eius , & videre non posset , tamen clare audiebat , & ex
voce,qui loquebatur,videbatur Iacob, ex tactu autem Esau. Verum quia sensus tactus in hominibus certior est,
quàm auditus,homo enim in tactu excellit plurima animalia , in auditu autem excellitur à multis , ideo magis
secundum tactum iudicauit Isaac, quàm secundum auditum,sic etiam deo volente *Et non cognouit*(inquit) *eum,* L
quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo ostendit quod
vniuersum à dei gratia erat, quia efficiebat,vt nihil horum Isaac attenderet, & Iacob paterna benedictione frue-
retur. HIERONYMVS DAMASO. Non mirum quod vir iustus aliquid ignorauerit, & contra
voluntatem suam fecerit. Nullus enim homo, excepto eo , qui ob nostram salutem carnem est indutus huma-
1.Cor.13. nam,plenam habuit scientiam,& certissimam veritatem. Denique Paulus ex parte cognoscit,& ex parte prophe
Roma.8. tat,& nunc per speculum videt in ænigmate, & secundum quod oportet orare,nescire nos dicit,quia cum vene-
1.Cor.13. rit quod perfectum est,tunc quod ex parte est destruetur . Samuel propheta connumeratus Moysi in sacerdotio
1.Reg.16. dei,ad vngendum regem missus cum maximum filiorum Iesse vidisset Heliab,ait,Ecce coram domino Christus
eius.Et dixit dominus ad Samuel,Noli respicere faciem eius,neque staturam,quoniam reprobaui eum,quia non
quomodo videt deus, videt homo.Homo enim videt in facie , deus autem inspicit cor . Et per singulos septem M
4.Reg.2.4. ignorans, vsque ad Dauid nescisse describitur.Helisæus quoque, qui duplici glorificatus est spiritu,cuius ossa vi-
13. tam ex animo cadaueri reddiderunt,cum Sunamitis ad eum venisset in montem,& ad pedes eius flebiliter cor-
ruisset, Giezi prohibente ne faceret, ait , Dimitte eam , quia anima eius in amaritudine est , & dominus abscon-
dit à me, & non nunciauit mihi.Plura sunt quàm vt exemplis debeamus docere, sanctos viros & deo charos, ea
tantummodo scisse , quæ eis à domino reuelata sunt , ignorasse vero , quæ eis reuelata non fuerint , & ad sin-
gulas visiones Zachariam atque Danielem interrogare angelum , & suppliciter deprecari , vt exponat si-
bi quæ sint illa quæ viderant . Vnde non mirum est , & Isaac in suam maxime vtilitatem nescisse quid fa-
ceret , cum magis eo tempore erraret , quo filium sanguinariæ deditum voluptati , & eum qui postea
fratrem si posset occideret , prætermisso illo , qui innocenter habitaret domi , vellet efferre , & suam
magis , quàm dei facere voluntatem . Ego puto diuinæ dispensationis fuisse , vt oculis cæcaretur , &
cum ipse diceret , Vox quidem , vox Iacob est , manus autem , manus Esau , tamen non intelligeret minorem

A esse filium,qui ad benedictionem fratris præreptor astiterat. EX COLLATIONIBVS PATRVM. In Colla.17. cap.11.& 12.
omnibus causis non processus operis,sed voluntas operantis est intuenda.Nec quis quid egerit,sed quo voto ege-
rit inquirendum,ita vt nonnullos pro his factis de quibus bona postea orta sunt,reperiamus fuisse damnatos , &
econtrario quosdam per reprehensibiles actus ad summam peruenisse iustitiam.Et nec illi vtilis rerū exitus pro-
fuit,qui pessimo regressus proposito,non illam quæ subsecuta est vtilitatem, sed quiddam contrarium voluit ope
rari,nec huic nocuit reprehensibiliter inchoasse,qui non pro contemptu dei nec delinquendi proposito,sed neces
sarij & sancti finis intuitu,vituperabilis initij sustinuit necessitatem.Et vt hæc eadem sanctarum scripturarum di
lucidemus exemplis, quid salubrius, quid vtilius vniuerso orbi potuit procurari,quàm dominicæ passionis salu-
tare remedium?& tamen non solum non profuit,verumetiam intantū illi obfuit traditori,cuius ministerio pro-
batur impletum,vt absolutè pronuncietur de illo,Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Non enim secun Matth.26.
B dum hoc quod euenit,fructus illi est sui operis repensandus, sed secundum id quod facere voluit, vel quod effe-
cturum se esse credidit.Et rursus,Quid criminosius dolo atq; mendacio etiam in extraneum, ne dixerim in ger-
manum patrēue commisso?Et tamen non solum nullam damnationem aut reprehensionem Iacob patriarcha cō
traxit,verumetiā perpetua benedictionis hæreditate ditatus est. Nec immeritò,quia & iste benedictionē primo- Gene.27.
genitis destinatā non ex pręsentis lucri auaritia,sed ex fide sanctificationis perpetuæ cōcupiuit,& ille non huma-
næ salutis obtentu,sed philargyriæ crimine morti tradidit omnium redemptorē. Et idcirco vtriq; eorum fructus
operationis suæ secundum destinationem mentis ac propositum voluntatis ascriptus est,quia nec ille fraudē,nec
iste salutē statuit operari.Illud enim pro retributione mercedis iuste vnicuiq; repensatur,quod principaliter mēte
cōceperit, non quod exinde bene vel male contra votum operātis emerserit . Ideoq; iustissimus iudex excusabilē
imò laudabilē talis mendacij censuit pręsumptorem?quia sine eo ad benedictionē primitiuorum nō poterat perue
nire.Nec debuit in crimen vocari,quod desiderio benedictionis exortum est.Alioquin non modo iniquus in fra-
C trē patriarcha prædictus,sed etiā circumuentor in patrem & sacrilegus extitisset,si habens aliā viā qua ad benedi-
ctionis illius gratiā perueniret, hanc quæ fratri dānosa esset ac noxia,expetere maluisset.Videtis ergo apud deum
non processum operis,sed destinationem mentis inquiri præcipuè. GREGORIVS SVPER EZECHIE- Homil.1.
LEM. Sed inter hæc sciendum est, quod aliquando prophetiæ spiritus animum prophetantis ex futuro tangit,
atque ex præsenti non tangit, sicut aperte hæc historia testatur, cum Isaac Esau filium suum ad venandum misit,
cui minorem filium Rebecca ad benedicendum supposuit,qui hœdinis pellibus indutus,paterno palpatui corpus
paternum finxit. Cui ille minori filio tanquam maiori benedictionem dedit , quæq; ei essent longe futura, nun-
ciauit, sed quis esset,qui coram se assisteret,scire non potuit. Prophetiæ ergo spiritus ex futuro animum prophe-
tantis tetigit,atq; ex præsenti nō tetigit,quando caligantibus oculis pater & vētura prædicebat,& præsentem filiū
nesciebat. AVCTOR CATENAE. Quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant . Verba He-
D braica idem sonant כִּי הָיוּ יָדָיו כִּידֵי עֵשָׂו אָחִיו שְׂעִרֹת Chi haiu iadaf chide Esau achif seiroth,Quoniam erant ma
nus eius sicut manus Esau fratris sui pilosę.Ita & Chaldaica & Septuaginta.Sic itaque minorem filium ante se po
situm, dei ordinatione Isaac, nec visu nec tactu cognouit.
HIERONYMVS DAMASO. Sed spiritualem sensum prosequamur.Quod Isaac quærit ab Iacob,cur tā Mysticè.
cito venerit,admirabatur celerem credentium fidem. INTERLINEARIS. Quod respondit Iacob, Vo-
luntas dei fuit,vt cito occurreret mihi quod volebam,iam mundi conuersionem designabat. GREGORIVS Homil.6.
SVPER EZECHIELEM. Quid est autem,quod præsentem Isaac non videt, & tamen quæ ei in futuro ve
niebant, videt? nisi quod omnipotens deus cum per prophetas suos prædicaret gentilitati gratiam prærogandā,
eam & in præsenti per gratiam non videt,quia tunc in errore dereliquit, & tamen quia hanc quandoq; collectu-
rus erat,per benedictionis gratiam præuidit. IDEM IN HOMILIIS. Sed & aliter. In omnibꝰ signis, Homil.10.
quæ vel nascente domino,vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis est quanta fuerit in quorundā
Iudæorū corde duritia,quæ hunc nec per prophetiæ donū,nec per miracula cognouit.Omnia quippe elemēta au-
E ctorem suum venisse testata sunt.Vt enim de eis quiddā vsu humano loquar,deum hunc cœli esse cognouerunt,
quia protinus stellam miserunt.Mare cognouit,quia sub plantis eius se calcabile præbuit.Terra cognouit, quia eo
moriente contremuit.Sol cognouit,quia lucis suæ radios abscondit.Saxa & parietes cognouerunt,quia tempore
mortis eius scissa sunt.Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit . Et tamen hunc , quem deum
omnia insensibilia elementa senserunt , adhuc infidelium Iudæorum corda, deum esse minime cognoscunt , &
duriora saxis,scindi ad pœnitendum nolunt, eumq; confiteri abnegant, quem elementa (vt diximus) aut signis,
aut scissionibus deum clamant.Qui etiam ad damnationis suæ cumulum,eum quem natum despiciunt, nascitu-
rum longe antè præsciuerunt.Et non solum quia nasceretur,nouerant,sed etiam vbi nasceretur.Nam ab Herode
requisiti,locum natiuitatis eius exprimunt,quem scripturæ auctoritate didicerūt.Et testimonium proferūt,quod
Bethlehem honorari natiuitate noui ducis ostēditur, vt ipsa eorū gemina scientia & illis fieret ad testimoniū dā-
F natiōis,& nobis ad adiutoriū credulitatis.Quos profecto bene Isaac cū Iacob filiū suū benediceret,designauit,qui
& caligās oculis,& ꝓphetās,in præsenti filiū non vidit,cui tamē multa in posterū præuidit. Quia nimirū Iudaicꝰ
populus prophetiæ spiritu plenus, & cæcus, eum de quo multa in futurū prædixit,in præsenti positū non agnouit.

Benedicēs ergo illi,ait,Tu es filius meus Esau?Respōdit,Ego sū.At ille,Affer,inquit,mihi cibos de uena 4
tiōe tua fili mi,ut benedicat tibi anima mea.Quos cū oblatos comedisset,obtulit ei etiā uinū.Quo hausto,
dixit ad eū,Accede ad me,& da mihi osculū fili mi.Accessit & osculatus est eū. Statimq; ut sensit uesti
mētorū illius fragrātiā,benedicēs illi,ait,Ecce odor filij mei sicut odor agri,cui benedixit dominus.Det tibi deus
de rore cœli,& de pinguedine terræ abundantiā frumenti & uini, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus.
Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi,sit ille maledictus,
& qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

CHRYSOSTOMVS. Vide iterum quomodo ostendit diuina scriptura, quod dubitauerit iustus, G
dixit enim, *Benedicens ergo illi, ait, Tu es filius meus Esau?* Vt ex hoc quoque sciamus quod pater victus naturali
affectione, omnia fecerit. Deus autem futura præcognoscens, & ex morum virtutibus inter nos & seruos suos res
disponit. CAIETANVS. Tu es filius meus Esau? Non sat fuit Isaac palpasse, sed iterum interrogat, Tu es
filius meus Esau? nihil dicens de primogenitura, sciens quod Iacob emisset illam. Ex industria siquidem interro-
gationem restrinxit ad personam Esau. AVCTOR CATENAE. Benedicens ergo illi. Hebraicè
est וַיְבָרֲכֵהוּ Vaibara chéhu, & benedixit ei. Per anticipationem dicitur, quasi dicatur, Hoc pacto obtinuit Iacob
quod voluit, & euasit quod timuit. Benedixit igitur, id est benedicere proposuit, multa enim adhuc ante benedi-
ctionis actum (vt videre licet) interuenerunt. Ac deinde incipit describere ipsa antecedentia ad benedictionem.
Tu es (inquit) filius meus Esau? Adhuc pergit quærendo pater, sed contra consilium domini nulla sufficit diligen-
tia. *Respondit Iacob, Ego sum.* CAIETANVS. Respondendo ego sum, intelligas prout supra. Inexcusabilē
video esse Iacob ab officioso mendacio, licet enim eius bona fuerit intentio, locutio tamen mala moraliter. H
AVCTOR CATENAE. Breuissime respondet Iacob, Ego. Veritus enim est voce deprehendi, quod sine du
bio contigisset, nisi breuissime dixisset, & quod magis verum, dei prouidentia intercessisset. CHRYSOSTO-
MVS. Postquam autem dixit. Num tu es filius meus Esau? & dixit, Ego, *At ille, Affer* (inquit) *mihi cibos de uena-*
tione tua fili mi, ut benedicat tibi anima mea. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Appropinquare fac mihi.
Sedens senex in lecto, egebat vt mensa propinqua sibi fieret. AVCTOR CATENAE. Affer (inquit) mihi
cibos. Hebraicè est וְאֹכְלָה véochla, Et comedam, vt dicatur, Affer mihi, seu accede coram me, & comedam de
venatione filij mei, sic est & Chaldaice. Si quid parasti, infer, & præbe vt comedam de venatione, non addit, tua,
sed filij mei. Non enim illius erat, sed domini venatio, ac dispensatio. *Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiā uinū.*
CHRYSOSTOMVS. Vix tandem à cura soluitur Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; vinum, & bibit.
CAIETANVS. Quos cum oblatos comedisset. Iuxta Hebræum habetur, Et appropinquare fecit ei, & come-
dit. Fecit propinquam illi mensam & sic comedit. AVCTOR CATENAE. Hebraicè legitur. וַיַּגֶּשׁ לוֹ Vaia- I
ges lo. Significat autem verbum נָגַשׁ Nagas, accedere, appropinquare & offerre. Vnde potest commode verti, Et
obtulit ei, & comedit. Sic & Chaldaica. Septuaginta, καὶ προσήνεγκεν αὐτῷ, Et attulit ei. *Quo hausto, dixit, Da mihi*
osculum fili mi. Amoris symbolum expetebat pater à filio, osculum sanctum, quo merentur vicissim benedici, bo
nis ditari melioribus, in annis senescere, & filiorum gaudio potiri, qui parentes suos officiose, & amanter colue-
rint. *Accessit, & osculatus est eum, statimq; ut sensit uestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait.* CHRYSO-
STOMVS. Vide diuinæ scripturę obseruationem. Postquam interrogauit, Num tu es Esau? Et dixit, Ego.
Et iterum contrectauit eum, & subdubitabat, & ex voce pene simulationem attēdisset, iterum interrogauit, Nō-
ne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei cibos, & comedit. Tunc (inquit) osculatus est eum, &
benedixit eum. Nam vt ne quis opinetur, quod in personam Esau benedictionem fecerit, sed in illum à quo oscu
latus est, propterea commemorat diuina scriptura, quod osculatus est, & benedixit eum, à quo osculatus est. Odo-
ratus est enim vestimentorum eius odorem, & benedixit illi. AVCTOR CATENAE. Hebraica ita so- K
nant וַיָּרַח אֶת רֵיחַ בְּגָדָיו Vaiárah eth réah begadaf, Et odoratus est odorem vestimentorum suorum. Sic est &
Chaldaice, & apud Septuaginta. Benedictionis itaque occasionem accepit pius pater ex odore vestis, quam non
adulterinis odoribus curatam credimus, sed odorifera quadam materia intertextam pro regionū moribus. Quia
igitur vestimenta Iac[ob] mirum spirabant odorem, senex pater odore illo delectatus subdidit. *Ecce odor filij mei*
sicut odor agri, cui benedixit dominus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum, Vide odorem filij mei, sicut odorē agri.
Nec subiungitur pleni, sed quem benedixit dominus. Admirãtis est, vide odorem, tanquam initium benedictio-
nis, tanquam incitantem ipsum Isaac ad benedictionem. AVCTOR CATENAE. Hebraicè siquidem est
רְאֵה Ree, Vide, quo imperatiuo non raro vtuntur Hebræi pro aduerbio demonstrandi. Chaldaica & Septuagin-
ta legunt, Ecce. Quod autem in aliquibus exemplaribus additum est, pleni, de Septuaginta sumptū est. Fragrantiā
(inquit) Isaac sentio similem ei, quam solet exhalare fertilis ager, plenus odoriferis floribus, vel suaue olentibus L
fructibus, cui dominus benedixit, magnam vberemq; fœcunditatem præstando. *Det tibi deus de rore cœli, & de pin*
guedine terræ abundantiam frumenti & uini. CAIETANVS. In partes quinque secatur hęc benedictio. In prima
præsens odor filij assimilatur agro benedicto ab eo qui dat esse omnibus. In secunda prædicitur futura filij opulen
tia descripta ex quatuor, videlicet cœlo, terra, frumento, & musto, ad quæ omne diuitiarum genus reducitur.
Nam ad rorem cœlorum, reducuntur mel, manna, &. reliqua huiusmodi, ad pinguedines terræ, lac, butyrū & ani-
malia, quæ sunt vtilia homini, ad frumētum, triticum, hordeum, & reliqua huiusmodi, ad mustum denique om-
ne genus vini, non aliunde aduectū, sed in propriis natū, ideo enim musti nomine vsus est. AVCTOR CA.
Et de pinguedine terræ. Hebraicè est וּמִשְׁמַנֵּי Vmismanne, & pinguedines. Mem enim, hoc loco non est præposi-
tio, sed litera denominatiua, cum non dages sequatur, quod tamen perpetuo exigit men præpositio, nisi sequatur
gutturalis. Imprecatur aūt Isaac abundantiam in victualibus, non vt collecta reponantur, sed vt pie disponantur.
Vini potus ad vtilitatem conceditur, & terræ fœcunditas à deo datur, à quo solo petenda. Vsum rerū temporaliū, M
hæreditario quasi iure præbet filiis & amicis, impij vero, fures apud deum habentur donorum dei, ceu serui infi-
deles domino, rationem duram reddituri bonorū male assumptorū. Det ergo (inquit) dominus deus tibi qui edu-
lia attulisti, qui à me osculū accepisti, cuius vestimenta talem & tantum spirant odorē, copiosum frumentum, &
abundans vinum, quæ ex rore qui in cœlo generatur aëreo, & terræ pinguedine causantur. Ad horum quippe con
currunt productionem corpora cœlestia, motu, lumine, & influentia, per modum causæ efficientis, ros & pluuia,
per modū causæ disponentis, terra pinguis, per modū causę materialis. In quibus duobus perquę terrę fœcūditas desi
gnari solet, futura filij opulētia prędicit. Dator aūt dicitur deus, q sicut opū, honorū, aliorū bonorū distributor est,
ita & horū absq; dubio dispēsator. CHRY. Vide qūo necessariorū copiā adduxit. Deinde principatū gētiū præ-
dicens, & futuram eius religionē, & incremēta quæ inde nascūtur. *Et seruiāt* (inquit) *tibi populi, & adorēt te tribus.*
Alia litera, Seruiant tibi gentes, & adorent te principes. Non solum ei apprecatur gentes subdi, sed & principes.
CAIETANVS.

A CAIETANVS. Tertia est pars benedictionis relatiue ad populos & gentes. Duoq; prædicuntur bona, al-
terum dominij super populos, alterum honoris exhibendi à populis seu gentibus. Dictio enim interpretata ado-
rent, honorationem significat actu incuruandi se ipsum, vt multi interpretantur. AVCTOR CATE-
NAE. Seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Hebraicè est וְיִשְׁתַּחֲוֻ לְךָ לְאֻמִּים Veisthahauu lecha leummim,
Et incuruent se tibi gentes, vel nationes. Septuaginta, καὶ προσκυνήσουσί σοι ἄρχοντες, Et adorabunt te principes.
Chaldaica, Et subiiciantur tibi regna. Potentiam igitur ac superioritatem promittit, non tam temporalis domi-
nij, quàm honoris diuini super omnes gentes prærogatiuam. Soli enim & dicti sunt, & fuerunt peculium dei Israë
litæ veri filij ac hæredes, ex quibus Iesus Christus, dominus vniuersorum nasci debebat, quorum fides & sacra eru
ditio futura erat, tametsi vero temporaliter regnauerint, parum tamen fœliciter, & breui tempore. Filij enim dei
in spiritu potius dominantur, & hoc mundo vtuntur, tanquā non vtātur, non vt carnales Iudæi expectāt miserè.
Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. CHRYSOSTOMVS. Iuxta nostra exem
B plaria, Et sis dominus fratris tui. Et adorent te filij patris tui. Vide quomodo seruit iustus, etiam ignorans dei vo-
luntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, vt hic propter virtutem dignus recipiat benedictionem.
Filios autem consueuit vocare scriptura omnem generationem, sicut & hic, Filios patris tui, quasi diceret aliquis,
eos qui ex semine Isaac futuri. Non enim alios filios habuit Isaac, quàm hos duos solos. CAIETANVS.
Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Dictio interpretata dominus, non proprie
significat dominum, sed potius superiorem seu principem. Et eadem dictio interpretatur hic incuruentur, quæ
interpretata est adorēt. Quarta hæc est benedictionis pars relatiue ad fratres. Et directe ius primogeniti dat quo-
ad duo, alterum est principatus quoad dominium quoddam, alterum est honor exhibendus à fratribus. Vtrunq;
horum conspicimus fieri in terris in quibus soli primogeniti sunt hæredes. AVCTOR CATENAE.
Esto dominus fratrum tuorum. Dictio Hebraica גְּבִיר Gebir, dominum, dominatorem, vel superiorem signifi-
C cat. Chaldaica, Esto princeps fratribus tuis legit. Sic igitur (inquit) dominus esto fratrū tuorum, vt primogeniturę
honor tuus sit, inter fratres prælatus sis, rector & princeps, omnibusq; prodesse studeas. Adorent te filij matris tuę.
Filij enim fidei Israëliticæ quantumlibet iuxta mundum despecti sint, & subiecti tyrannis, liberi tamen sunt spi-
ritu, & aliis superiores, tandem etiam glorificandi à malis, qui eos aliquando habuerant in derisum. Dicere etiam
possumus quod cum Iacob nunquam populis imperauerit, nec à fratre Esau legatur adoratus, sed ipse potius sep-
ties pronus in terra fratrem adorauerit, & Esau ditior fuerit, & potentior Iacob, verba hæc secundum literam in
Iacob & Esau, non sunt impleta, sed in eorum posteris, nam ex Iacob tribus regalis & potentissimi reges præser-
tim Dauid & Salomon descenderunt, quibus seruierunt cæteri Israël filij & Idumæi. Maxime vero impleta sunt
in Christo, cui omnis populus tribus & linguæ iam seruierunt, sed de hoc latius infra. *Qui maledixerit tibi, sit ille*
maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. CHRYSOSTOMVS. Ecce & coronas benedi-
ctionis, ecce summam omnium bonorum, esse benedictum. Vidisti dei misericordiam? Qui timuerat ne maledi-
D ctionem acciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones à patre reportat, sed & illi ma
ledicuntur qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quando quis iuxta voluntatem domini sua dispensare
vult, tanto superno subsidio adiuuatur, vt hoc plane re ipsa experiatur. CAIETANVS. Iuxta Hebræū bre-
uissime habetur, Maledicentes te, maledictus, & benedicētes te, benedictus. In hac quinta benedictionis parte re-
latiue ad omnes, benedictio filij ad omnes extenditur, prædicendo maledictionis pœnam maledicis, & similiter
benedictionis præmium benedicentibus ipsum. Vtitur autem singulari numero tam in pœna quàm in præmio,
ad insinuandum quod quilibet maledicentium incurret maledictionem, & similiter quilibet benedicentium erit
benedictus. Et hæc quinque intellige data Iacob non in se ipso purè, nec in semine eius purè, sed vt ipse compre-
hendit, tum se, tum semen suum. Primum & secundum ac quintum communia sunt ipsi & semini eius, duo vero
media semini tantum eius conuenerunt. Nam ipse Iacob adorauit Esau, & non è conuerso, & Iacob nunquā fuit
dominus populorum & adoratus à gentibus, sed semen eius in regibus, præcipue Dauide & Salomone.
E AVCTOR CATENAE. Hebraica verba hoc in loco sunt אֹרְרֶיךָ אָרוּר וּמְבָרְכֶיךָ בָּרוּךְ Orrecha arur, vmbar-
chécha baruch, Maledicentes tibi, maledictus, & benedicentes tibi, benedictus. Chaldaica totum in plurali legit,
Maledicentes tibi, erunt maledicti, & benedicentes tibi, erunt benedicti. Septuaginta vero totum in singulari, ὁ
καταρώμενός σοι, ἐπικατάρατος, ὁ δὲ εὐλογῶν σε, εὐλογημένος, Qui maledixeric tibi, maledictus, at benedicens tibi,
benedictus. Dixerat Isaac de temporalibus, nunc autem spiritualia bona filio apprecatur. Tantis (inquit) virtutum
ac gratiarum donis à deo replearis tu, & posteritas tua, vt iusto zelo valeat ei maledici, qui tibi maledixerit, &
benedici, qui tibi benedixerit. Sed & qui malè precatus fuerit sanctis, super eum recidet dei maledictio, corū ma-
lefactoribus dominus malefaciet, licet id non semper appareat, sicut nec amici dei in hoc mūdo internoscuntur,
iuxta illud ad Heliam prophetam dictum à domino, Reliqui mihi septemmilia virorum, qui non curuauerunt
genua ante Baal. Summa autem beneficiorum est, à domino benedici, inter filios dei computari, fidei dono iusti-
F ficari. In hac autem benedictione Iacob, quatuor per ordinem continentur. Primum est abundantia victualium,
cum dicitur, Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terrę abundantiam frumenti & vini. Secundum est, ex-
cellentia potentiæ, cum additur, seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Tertium præeminentia primogenituræ,
cum subditur, Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ, Et ista sunt temporalia, prę-
sentisq; vitæ. Quartum est spirituale & circa futura, cum dicitur, Qui maledixerit tibi, & cætera, ex sensibilibus
enim atque terrenis, erigitur homo ad cœlestia ac diuina.

HIERONYMVS DAMASO. Verum hæc iuxta literam. Cæterum secundum viuificantem spi- Mysticè.
ritum, quod cibi delectabiles Isaac offeruntur, hostia placens deo, salus est peccatorum. Post esum sequitur bene-
dictio, & filij odore perfruitur, virtutem resurrectionis & regni, aperta voce pronuncians, quod etiam adorent
eum fratres sui, & seruiant ei credentes ex Israël. AVGVSTI. SEXTODECIMO DE CIVIT. DEI. Cap. 37.
Benedictio igitur Iacob, prædicatio Christi est in omnibus gētibus. Hoc fit, hoc agitur, lex & prophetia est in Isaac,
etiā per os Iudæorū Christus ab illa benedicitur, velut à nesciente, quia ipse nescitur. Odore nominis Christi, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ager mundus impletur. Eius est benedictio de rore cœli, hoc est, de verborũ pluuia diuinorum, & de vbertate terræ, hoc est, de congregatione populorum. Eius est multitudo frumenti & vini, hoc est, multitudo quam colligit frumentum & vinum in sacramento corporis, & sanguinis eius. Ei seruiunt gentes, ipsum adorant principes. Ipse est dominus fratris sui, quia populus eius dominatur Iudæis. Ipsum adorant filij patris eius, hoc est, filij Abrahę, secundum fidem, quia & ipse filius est Abrahæ secundum carnem. Ipsum qui maledixerit, maledictus erit, & qui benedixerit, benedictus, Christus (inquam) noster etiam ex ore Iudæorum quanuis errantium, sed tamen legem prophetasq; canentiũ, benedicitur, id est veraciter dicitur, & alius benedici putatur, qui abeis errãtibꝰ expectatur. RVPERTVS. Vestimenta Iacob prædicta, scilicet stola prima quam habemus in lauacro, & calciamenta pedũ, quæ sunt antiquorum exempla sanctorum, anulus quoq;, id est fidei signaculum, cæteræq; virtutes, siue orationes pœnitentium, magni & suauissimi odoris sunt. Talibus ergo delectatus benedictionis auctor, Ecce (inquit) odor filij mei, sicut odor agri, quem benedixit deus, subauditur sit. Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terrę abundantiam frumenti, vini, & olei secundum alia exemplaria. Siquidem agri est quem benedixit deus, accipere de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, & talium abundantia repleri, id profecto adeo est benedici. Est autem rationali creaturæ ros cœli, non aliud quàm gratia spiritus sancti, quæ peccata remittit, pinguedo autem terræ, vel abundantia frumenti & vini, adapertio sensus ad intelligenda quæ latent in scriptura mysteria regni dei. Illic enim latet granum frumenti, quod cadens in terra mortuum fuit, & multum fructum attulit, & vinum quod lætificat cor hominis, & oleum in quo facies hilarescit. Igitur cum dicit, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, & continuo subiungit, det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei, Prophetat simul & optat illud quod nunc factum est, & fit vsque in finem seculi, scilicet quod seminis Abrahæ per fidem velut vnus est ager latitudo totius mundi, gemino fœcundatus munere spiritus sancti, altero, quod est in remissionem peccatorum, quo vero cœli rore innouatur facies orbis, altero, quod est diuersarum distributio gratiarum eiusdem spiritus sancti, quo diteſcimus in omnibus iuxta Apostolum, vt in vlla gratia nihil nobis desit. His dictis quasi de toto corpore ad caput verba conuertit, Et seruiant (inquit) tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incurue̅tur ante te filij matris tuæ. Quis enim ille est, cui seruiant populi, & quem adorent tribus, nisi caput seminis Abrahæ, Isaac, & Iacob, scilicet Christus, qui non tantum homo, sed & deus & homo vnus est Iesus Christus? Ille est nempe fratrum suorũ dominus, ei coram illo omnes filij matris eius, id est omnes ciues supernæ Hierusalem, quæ est mater omnium nostrum, iure incuruantur, quia videlicet omnes fratres eius per adoptionẽ sunt filij dei, & omnes adoptati fratres eius, ille autem solus est naturalis filius, idem hominis & idem dei filius, ex altero quidem frater, ex altero autem fratrum suorum adorantium deus, seruientium dominus. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Maledicit Christo, qui blasphemat Christum, vt exempli gratia, venenatæ scribarum & pharisæorum linguæ, dicentium, Dæmonium habet, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, & his similia. E contrario benedicit Christo, qui confitetur & laudat Christum, qui corde & labiis dicit, Benedictus qui venit in nomine domini. Dicit autem Apostolus, quia nemo loquens in spiritu dei, dicit anathema Iesu. Et nemo dicit, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Igitur quia qui Christo maledicit, spiritu sancto caret, quod est verè maledictum esse, & qui benedicit illi, in spiritu sancto loquitur, quod est vere benedictũ esse, spiritus quippe sanctus vera & sola benedictio est dei, recte qui maledixerit (inquit) tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Iacob gentilis populi figuram tenet, cui in benedictione dicitur, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus deus. Sicut enim in euangelio veritas dicit, Ager est hic mũdus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus, per electos suos in vniuerso mundo virtutibus redolet, odor filij, odor est agri pleni. Aliter nãq; olet flos vuę, quia magna est virtus & opinio prædicatorum, qui inebriant mentes audientium. Aliter flos oliuæ, quia suaue est opus misericordiæ, quia more olei refouet & lucet. Aliter flos rosæ, quia mira est fragrantia quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis. Aliter flos violę, quia magna virtus humilium, qui ex desiderio vltima loca tenentes, per humilitatem se à terra in altũ non subleuant, & cœlestis regni purpuram in mente seruant. Aliter redolet spica cum ad maturitatem perducitur, quia bonorum operum perfectio, ad satietatem eorum qui iustitiam esuriunt, præparatur. Quia ergo gentilis populus in electis suis vbique per mundum sparsus est, & ex eis virtutibus quas agit, omnes qui intelligunt, odore bonæ opinionis replet, dicatur recte, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Sed quia easdem virtutes ex semetipso nõ habet, adiungat, cui benedixit dominus deus. Et quoniam electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit, per quosdam vero in actiuę vitæ solummodo opera pinguescit, recte additur, Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam. Ros enim desuper, & subtiliter cadit. Et totiens de rore cœli accipimus, quotiens per infusionem contemplationis intimę de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. In eo etiam quod osculum petiit Isaac à filio, reconciliationem mundi significat, quam desiderabat ecclesia, petens & dicens, Osculetur me osculo oris sui. Sed nec hoc caret mysterio, quod postquam Isaac cibum sumpsit, Iacob obtulit ei vinum, & deinde benedictionem accepit. Si enim per cibum actiuæ vitæ opera designantur, per vinum quod mentes alienat, contemplatiua accipitur, quæ ab amore seculi mentes electorum alienas facit. Post cibum ergo & potum Iacob benedicitur, quia illi benedictionem cœlestem à deo percipiunt, qui eum vsq; in finem bonis vtriusque vitæ operibus placare student. RVPERTVS. Sed quæritur, quomodo sacerdotiũ sic fraudulenter surreptum ratum esse debuerit, cum lex vsque hodie sit, vt quisquis inuocatus ad benedictionem ordinationum accesserit, easq; aliunde ascendendo rapuerit, benedictio non solum irrita iudicari, sed & in maledictionem illi iure debeat conuerti? Ad hæc facilis patet responsio, quia videlicet nequaquam damnabili modo benedictionem Iacob surripuit, imò quisquis hodie non eius promouetur exemplo, nos secundum euangeliũ loquentes, dicimus, quod non per ostium ingressus sit, sed aliunde ascenderit. Lex enim est, vt non pro munere quolibet

Ioan. 12. Psalm. 103. — 1. Cor. 1. — Matth. 12. Ioan. 12. 1. Cor. 12. — Vbi supra.

quolibet, manus, obsequij, aut linguæ, quempiam debeat quis ordinare, sed eum quem pro vitæ merito elegerit testimonium præsentis ecclesiæ. Quid ergo? Nonne Isaac iuxta anagogen personam gerit eorum, qui pro commodo, vel pro pastellatico fauorabiliter ordinare contendunt? Cum enim dicit: Sume arma tua, pharetram & arcum & egredere foras, cunque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, & deinde subiungit, & benedicat tibi anima mea antequam moriar: nonne manifeste commodum pro benedictione flagitat? Nec tamen in hoc, sancto viro derogatur, sed magis placet id, quod in illo prouisor futurorum ad ædificationem nostram spiritussanctus operatur: Igitur Isaac præsenti loco cuiusque summi pontificis, Rebecca ecclesiæ quæ sub eo est, personam gerit, duo filij, Iacob & Esaü, illos præsentant, qui in domo ecclesiæ contrariis moribus & diuerso fine ad sanctum propositum erudiendi proponuntur. Et quidem sacerdos summus commisse sibi ecclesiæ tanquam vir coniugi, vel tanquam caput corpori præest, veruntamen ordinandorum electio, non penes ipsum solum, sed penes ecclesiam est. Illo nempe in curis plurimis senescente, & interdum curarum exteriorum puluere oculis ebius caligantibus, ipsa filios suos clarius atque expeditius videt, nouit actus, intuetur propositum, considerat profectum, vel defectum singulorum. Cum ergo audierit quod pontifex cuiuspiam indigni delinitus obsequiis, eum promouere, ac meliori præferre voluerit, exemplo Rebeccæ debebit vti, quæ & viri sui placitum non reprehendit, & tamen egit consilio, ne pater maiorem venationibus eius delectatus, præferret meliori, memor quid sibi dictum fuisset à deo, quia maior seruiet minori. Itaque nequaquam ille damnabili furto surripuit sacerdotium, sed potius ordine seruato iustitiæ, dignus accessit voluntate dei, & eius electione, quæ fuerat conscia meriti. DIODORVS. Sed & illud quæritur, cur Abraham filio suo Isaac non benedixit, sicut Isaac Iacob? Non benedixit vtpote quem iam deo immolauerat, & tanquam thesaurum deo repositum sciret, ex cuius semine omnium gẽtium benedictio nascitura erat.

C *MIx Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, uenit Esau, coctosque de uenatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de uenatione filij tui, ut benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore uehementi, & ultra quam credi potest admirans, ait, Quis igitur ille est, qui dudum captam uenationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu uenires, benedixique ei, & erit benedictus.*

CHRYSOSTOMVS. Quis non admiretur & obstupescat dei ineffabilem dispensationem, quod non prius Esaü de venatione aduenit, quoúsque solueretur actus illius argumentum, & ille accepta benedictione à patre discessit? Hoc enim nos docere vult beatus Moyses, dicens. *Vixit Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, uenit Esau, coctósque de uenatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de uenatione filij tui, ut benedicat mihi anima tua.* Vide quomodo post illius exitum iste statim aduenit. Non hoc absque causa vel temere factum, sed vt ignorans afferret & ipse edulia, & à patre addisceret rem totam, vt acta erat. Nam si prius nouisset, & in fratrem incidisset, forsitan & ipsum interemisset, victus ira. Nam qui hoc postea deliberauit, multo magis in negocio medio attentasset. Sed manus dei erat, quæ puerum saluabat, & hunc quidem dignum benedictione effecit, illum autem & benedictione prinauit, & primogenitura. AVCTOR CATENAE. Quanquam videretur Esaü prospera vsus venatione, citóque reuersus, tamen longe citius dei negotia gerebantur, vt placuit, & vt voluntas domini certior agnosceretur, modici tantum temporis interuallo, alter fuit præuentus ab alio. Et hic quoque nihil omittitur de obedientia, reuerentia, sedulitate, negligentia nulla in venatione, coctione, appositione, inhortatione, postulatione, omnia syncere agit Esaü, solum anteuerterat iamdudum dei verbum, & fides promissionis, vt propositum dei impediri non potuerit. *Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro iterum iustum perturbari, & mente cruciari, dixit enim vt audiuit loquentem, & petentem vt comederet de eius venatione, illique benediceret, Quis es tu? Vide & ille quomodo superbit in causa. Non est enim contentus, quod dicat, ego sum Esaü, sed addidit, primogenitus. AVCTOR CATENAE. Vt autem vitio detur ipsi Esaü, quod se iactauit primogenitum, cum sernens primogenituram pro lente vendiderit, à patre tamen interim sciebat se primogenitum haberi, benedictioque illi promissa erat, si patri gessisset morem. *Expauit Isaac stupore uehementi, & ultra quàm credi potest admirans, ait.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod habent Latini codices, Expauit autem Isaac pauore magno valde, Græci habent, ἔξεστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, vbi tanta commutatio intelligitur, vt quædam alienatio sequeretur. Ipsa autem proprie dicitur ecstasis. Et quia in magnarum rerum reuelationibus fieri solet, in hac intelligendum est factam Isaac esse spiritalem admonitionem, vt confirmaret benedictionem suam filio minori, cui potius irascendum fuit, quod fefellerit patrem. Sic & de Adam cum dicitur quod ecstasis præcesserit. AVCTOR CATENAE. Expauit Isaac stupore vehementi. Verbum Hebraicum תָּרַד harad, expauescere, timere, & admirari significat. Ideo Chaldaica hoc in loco habet, Et admiratus est Isaac admiratione magna vsque nimis. Quod autem apud nos est, & vltra quam credi potest admirans, additum est ex sententia auctoris, vt euidentius faceret, quod quasi obscurum esset Hebraicè. Vehementer itaque obstupuit Isaac, cum subito ordinationem dei & voluntatem, simul cum voce filij certus agnouit, cui contradicere posthac non audebat, toties iam videns designatum honorem primogenituræ filio minori. Primum quidem colluctatione intra matris vterum, nondum natis ambobus decretum iam erat, & reuelatum matri, deinde ex apprehensione fratris ex planta, ex venditione quoque primogenituræ, & ea iuramento firmata, quibus nunc accesserat benedictionis beneficij impartitio. Merito igitur expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quàm credi potest admirans, ait, *Quis igitur ille est, qui dudum captam uenationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu uenires, benedixitque*

Universidad de Deusto Biblioteca

benedixitque ei, & erit benedictus? CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo in perplexitate constitutus iustus, & narrans factum, grauiter illius animum vulnerauit. Et benedixi (inquit) eum, & benedictus erit. Hoc autem faciebat iustus, sapientia dei illius linguam dirigente, vt cum ille omnia diligenter didicerit, scire posſit nihil ei prófere vel primogenituras, vel venationem. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Ecce quomodo benedictionem promissam repetente maiore filio, expauescit Isaac, & alium pro alio se benedixisse cognoscens, miratur, & quis nam ille sit percunctatur, nec tamen se deceptum esse conqueritur, imò confestim reuelato sibi intus in corde magno sacramento, deuitat indignationem, confirmat benedictionem. Quis ergo (inquit) ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires, benedixique ei, & erit benedictus? Quis non hic maledictionem potius expectaret irati, si hęc non superna inspiratione, sed terreno more gererentur? O res gestas, sed prophetice gestas, in terra, sed cœlitus, per homines, sed diuinitus. Si excutiantur singula tantis fœcunda mysteriis, multa implenda volumina, sed huic loco modus moderate imponendus. ALCVINVS. Dicat quis, si iusti viri voluntas bona est, quid est quod Isaac non Esaü quem voluit, sed Iacob quem noluit benedixit? Cui respondemus, Iusti hominis quantum ad conscientiam voluntas bona est, deus verò solus de futuris iudicat, Isaac humano more filium maiorem benedicendum putauit, sed deus qui occultorum est cognitor, minorem dignum benedictione ostendit, vt non hominis ostenderet esse benedictionem, sed dei. Ideo in Numeris ad Moysen & ad Aaron sacerdotem dicitur, Ponite nomen meum super filios Israël, & ego dominus benedicam eos, Sacerdotis est benedicere, dei effectum tribuere. Vt autem intellexit Isaac per spiritum prophetiæ benedictionem minori destinatam, ait, Benedixi ei, & erit benedictus. INTERLINEARIS. Immobiliter. CAIETANVS. Hinc clare apparet diuina reuelatio cum mutatione animi Isaac. Et oportuit declarare quod nescius benedixisset Iacob, vt cognosceret Esaü, quod nulla mutatione, nulla arte vsus fuerat benedicendo alteri. AVCTOR CATENAE. Quis igitur ille est? Hebraicè est מִי אֵפוֹא הוּא Mi epho hu, Quis vbi ille? Et ad vtrunque referendum quæstiuum, vt sit sensus, quis est ille, & vbi est ille, qui ante te hic fuit, & surripuit benedictionem, quam tibi dare destinaueram? Et quidem video, deum in hac re suo æterno & inscrutabili consilio longe aliud disposuisse, vt etiam si ego nollem ille sit benedictus. Licet igitur valde admiratus sit Isaac, & pauore vehementi obstupuerit, non tamen Iacob irascitur, non factum improbat, non reclamat, non retractat, non punit, sed domini voluntatem agnoscens, acquieſcit, rata habet omnia, quæ nunc scit domino placuisse, & mutari non posse. Satis antea circunspectus intenderat, vt nisi domini intercessisset beneplacitum, errare non potuerit. Nulla autem id contigit ipsius Esaü iniuria, cui talis à deo benedictio non debebatur, à cuius voluntate, non illius merito pendebat.

Vbi supra.

Mysticè.

AMBROSIVS. Celebrata benedictione, postea senior frater aduenit. Quo declaratur prius ecclesiæ regnum, quàm synagogæ in prædestinatione delatum, sed subintrasse synagogam, vt superabundaret peccatum, & cum superabundasset peccatum, superabundaret & gratia, simul clareret, impigrum militem regni cœlestis candidatum esse debere, vt præripiat benedictionem, & prærogatiuam suæ commendationis vsurpet. Vnde non est notatus à patre iunior filius, sed laudatus. EVCHERIVS. Nonne etiam in præfiguratione horum fratrum congrue valde & illud aptabitur, quod euangelica indicat lectio, in qua dicitur: Venit quidam princeps synagogæ ad Iesum, & ait illi, Filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manū tuam super illam, & viuet? Ad quam cum resuscitandam pergeret dominus, Ecce (ait) mulier quædam quæ fluxum sanguinis patiebatur, & typum gerebat ecclesiæ de gentibus congregandæ, accessit retro, quasi ignorante domino, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & statim sanata est, cui ait, dominus, Vade filia in pace, fides tua te saluam fecit. ORDINARIA. Sero ergo reuertitur Esaü ad patrem, quia prior populus in fine conuertetur, iuxta illud psalmi, Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. INTERLINEARIS, ET AVCTOR CATENAE. Ignorat autem Isaac Esaü, illúmque quis sit interrogat, quoniam manifestato & confirmato nouo testamento, iam ignoratur veteris vmbræ cultor. Admiratur & Isaac filium qui benedictionem surripuerit, dicens: Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi? & cætera, ac si dicat dominus, quantus & quàm prudens gentilis populus, qui nullo labore suo de meritis gloriatus est, & gratanter accepit omnia bona quæ mihi attulit, antequam tu synagoga conuertaris, atque benedixi eidem, ipsum in primogenitum acceptans, vt sit electus populus, gens sancta, regaléque sacerdotium.

Matth. 9. Lucæ. 8. Marc. 5.

6 VDitis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno, & consternatus, ait, Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit, Iuste uocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me en altera uice. Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem. Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres tuos seruituti illius subiugaui, frumento & uino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi ultra quid faciam? Cui Esau, Num unam (inquit) tantum benedictionem habes pater? mihi quoque obsecro ut benedicas. Cunque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies, tempusque uenuet cum excutias & solues iugum eius de ceruicibus tuis.

6 *Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno.* CHRYSOSTOMVS. Alia litera, Auditis sermonibus patris, Esaü clamauit voce valde magna & acerba. Indignationem significauit per verbum, & iram qua succensus, cum hæc didicisset. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et clamauit clamore magno & amaro vsque valde. Excellentia tristitiæ describitur ex magnitudine tum clamoris, tum amaritudinis. AVCTOR CATENAE.

A CATENAE. Hebraica litera est וַיִּצְעַק צְעָקָה גְדֹלָה וּמָרָה עַד מְאֹד vaizac zeaka gedola vmara ad meod, Et clamauit clamore magno & amaro vsque nimis. Sic habet & Chaldaica & Septuaginta. Veruntamen non ex vera cordis compunctione, neque ex charitate fuit dolor hic, sed ex priuato potius commodo procedens, & cupiditatis affectu, quo nimium erga temporalia tenebatur, & ipsorum tantum iacturam indolebat, idcirco teste Apostolo non inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis requisisset eam. Cupiénsque hæreditare benedictionem, reprobatus est, quia eam impetrare non potuit, de quo etiam per Malachiam testatur dominus, Esaü autem rat paterna benedictio, quàm ne frater Iacob sibi præferretur, atque in potioribus bonis esset, inuidus enim cum esset, exclamauit, benedic etiam mihi pater. INTERLINEARIS. Quasi dicat, vel præsenti, si æterna non potes benedictione. CAIETANVS. Iuxta Hebræum repetitur mihi. Benedic mihi, etiam mihi pater mi. Id

B exprimendum, ad commemorandum se tam dilectum à patre primogenitum, repetit se ipsum, vt vel sic prouocet patrem ad benedicendum etiam ipsum. Ex qua petitione apparet quod non inuidia, sed amore proprij boni pe tebat. AVCTOR CATENAE. Et consternatus ait. Abundat consternatus in Hebræo. Benedic etiam & mihi pater mi. Vera litera est בָּרְכֵנִי גַם אֲנִי אָבִי Baracheni gam ani abi, Benedic mihi, etiam ego pater mi, supple filius tuus sum. Quasi dicere voluerit, Promisisti pro venatione benedictionem, da ergo illam mihi, & ego filius tuus sum, cui illam indigne negas. Chaldaica & Septuaginta, vt est in Latina æditione habent. *Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* CHRYSOSTOMVS. Prior (inquit) frater tuus benedictionem omnem vbertim & copiosè eripuit. Et vt scias, quod superna gratia fuerit cooperata in hoc vt iustus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fatetur, dicens, Venit frater tuus fraudulenter, quasi excuset se apud puerum, & doceat, Ignorans illi benedictiones impendi, & paratus eram tibi eas largiri, sed ille venit cum dolo, & accepit benedictionem tuam. Hæ tibi præparatæ erant, sed ille præripuit, non hoc mea culpa factum est. CAIETA-

C NVS. Venit germanus tuus fraudulenter, & cætera. Hinc apparet reuelatio facta Isaac, & mendacium officiosum Iacob. AVCTOR CATENAE. Venit germanus tuus fraudulenter. Dictio רָמָה rama, inter cætera quandoque decipere significat, vnde descendit mirma, quæ dolum seu fraudem significat. Quare rectè transtulit interpres, fraudulenter, quod Septuaginta, μετὰ δόλου, cum dolo dixerunt. At Chaldaica, Venit frater tuus sapienter, legit, nisi & id quoque in malam partem accipiamus iuxta illud, Sed & serpens erat sapientior cunctis animãtibus terræ, quas fecerat dominus deus. Vt autem distinguere noueris, aduerte, quod triplex dicitur esse fraus, vna eruditionis, qua Ioseph cyphum suum poni præcepit in sacco fratris. Alia inspirationis, qua filij Israël mutuarunt ab Aegyptiis vasa aurea, & qua vsus est hoc loco Iacob. Tertia nociuæ deceptionis, qua propheta Bethel decepit virum dei de Iuda, vt secum comederet, & hæc vitiosa est, non aliæ duæ. Simulatio quoque quadruplex assignatur. Prima prouidentiæ & cautelæ, sicque Iosue cum suis simulauit fugam. Secunda doctrinæ, sicut Christus finxit se longius ire, quando iunctus est duobus discipulis in via. Tertia significationis, de qua est hic sermo. Quarta du-

D plicitatis & calliditatis, cuiusmodi transfigurat se quandoque angelus satanæ in angelum lucis, & hæc censetur culpabilis. *At ille subiunxit, Iuste uocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me en altera uice.* CHRYSOSTOMVS. Non in vanum (inquit) nomen hoc sortitus est, supplantationem enim interpretamur nomen eius, id quod hic in me declarauit, & primogenitis, & benedictione priuatis. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Ab eo igitur quod fratrem arte deceperit, illusit ad nomen, qui ideo ante Iacob vocatus est, quod in ortu plantam fratris apprehenderat. AVCTOR CATENAE. Supplantauit enim me en altera vice. Idem est in Hebræo וַיַּעְקְבֵנִי זֶה פַּעֲמַיִם vaiaekebéni ze phaamáim, Supplantauit me his duabus vicibus. Sic & Chaldaica, & Septuaginta, ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον, supplantauit enim me iam secundo. *Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam.* CAIETANVS. Interpres mutauit, nam in Hebræo eadem dictio habetur hic, quam interpres interpretatus est tulit, dicendo primogenita mea antè tulit. AV-

E CTOR CATENAE. Sed & dictio, secundo superfluit. De duobus autem conqueritur Esaü, & de vtróque fal sum dicit, nam & ipse voluntarie vendidit primogenita Iacob, nec is alienam surripuit benedictionem, sed diuina sibi debitam ordinatione, caute accepit. Verum est tamen, quod supplantauit fratrem suum, id est ei prævaluit in vtróque horum, præsertim cum scriptum sit in Osee de illo, In vtero supplantauit fratrem suum, hoc est, in vtero Osee. 12. aliquid sua fecit collisione, per quod futura tunc supplantatio præfigurabatur. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur ad patrem Esau? *Nunquid non reseruasti (ait) & mihi benedictionem?* AVCTOR CATENAE. Quasi dicat, Siccine omnia bona fratri imprecatus es, vt nihil mihi supersit, quo filium tuum benedicas mi pater, qui in te nihil peccaui? potes si vis adhuc & mihi benedictione aliquam impendere. *Respondit Isaac.* CHRYSOSTOMVS. Disce (inquit) quod omnes benedictiones in eum effudi, nam *Dominum tuum illum constitui, & omnes fra-*

F *tres tuos seruituti illius subiugaui, frumento & uino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi ultra quid faciam?* Vide quomodo sta tim à dominio exorditur. Nihil enim aliud ei quàm seruitutem significat & subiectionem, ac dicit: Cum eum fecerim dominum tuum, & omnes fratres eius seruos, rerumque necessariarum vbertatem ei auxerim, quid aliud vltra relictum est fili, quod tibi facere possim? CAIETANVS. Dominum tuum illum constitui. Eadem dictio est, quam superius diximus non proprie interpretati dominum, sed potius superiorem, seu principem. Et tibi post hæc, & cætera. Nec ex parte (inquit) rerum, nec ex parte locorum reseruatum est aliquid præsenti tempore faciendum. AVCTOR CATE. Sic etiam benedicti sunt filij dei à domino benedictione irreuocabili, vt domini sint huiusmodi & principum illius, omnis creatura eis seruiat, nulla re necessaria ad corporis & animæ sa-

Cui Esau, Num unã

lutem careant, pane verbi dei stabiliuntur, & vino exhilarante conscientiam à spiritu sancto. (inquit) *tantum benedictionem habes pater? mihi quoque obsecro ut benedicas.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam audiuit patrem dicentem, Et benedixi eum, & benedictus erit, tunc inquit, Benedic obsecro & me pater, num vel vna tibi benedictio est? Non potes & mihi vel vnam benedictionem impartiri, qui ita à te diligor, qui primogenitus, qui à te in venationem missus sum? Adobruit patrem verbis. CAIETANVS. Mihi quoque obsecro vt benedicas. Verba eadem repetuntur. Benedic mihi, etiam mihi pater mi. Affectu superius expresso. AV-

CTOR

Universidad de Deusto
Biblioteca

CTOR CATE. Vel etiam ego pater mi, videlicet filius tuus sum, cui debetur benedictio. *Cunque eiulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum.* CHRYSOSTOMVS. Vidit patrem consilio destitutum, & non posse neque velle reuocare quæ facta sunt, & clamori etiam adiecit ploratum ad maiorem compassionem. AVCTOR CATENAE. Cunque eiulatu magno fleret. Hebraicè est וַיִּצְעַק צְעָקָה גְּדוֹלָה וּמָרָה vaiisa Esau kolo vaiébche, Et leuauit Esau vocem suam & fleuit. Sic etiam apud omnes, sed in idem recidit cum Latina æditione. Motus Isaac, dixit ad eum. Hebraica sunt וַיַּעַן יִצְחָק אָבִיו וַיֹּאמֶר אֵלָיו vaiáan Izhak abiſ vaiómer elaf, Et respondit Isaac pater eius, & dixit ad eum. Nihil autem dicitur de commotione. Sed neque in Chaldaica, neque apud Septuaginta. Paulus autem ad Hebræos repetit, non reperisse Esau pœnitentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæsiuisset eam, benedictionem scilicet per naturam illi debitã. *In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam (inquit) & ipse benedictionem meam desideras, disce quod non est possibile, vt agam quæ diuinæ voluntati aduersa sunt, sed & tibi quidem apprecor, vt rore cœli, & pinguedine terræ fruaris. RVPERTVS. Hæc autem pinguedo terræ, & hic ros cœli, ab illo differt, qui supra in benedictione Iacob præscriptus est. Ille nanque talis est, quem consequitur seruitium populorum, & adoratio tribuum, incuruatio fratrum, & benedictio cunctorum, quicunque dei benedictione digni sunt. Hanc autem terrena tantummodo cõsequuntur, & ipsa est temporalis saturitas ventris. Et hæc illi extrema benedictio congruit, qui esuriem nesciebat gratiæ spiritualis, quippe qui propter vnam escam primogenita suauendidit. INTERLINEARIS. His igitur verbis, rerum omnium copia designatur. CAIETANVS. Sciendum autem, quod iuxta Hebræum non scribitur hic benedictio, sed sessio, seu habitatio tua in copia rerum, quæ ex cœlorum beneficio & terræ nascuntur. AVCTOR CATENAE. In pinguedine terræ, & cætera. Hebraica sunt תְּהִי מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יְהִוֶה מוֹשָׁבֶךָ Hinne mismanne haárez ihie mosabécha. Et est eadem dictio mismanne quæ supra. Vnde verterunt aliqui, Ecce vbertates terræ erit habitatio tua, Hoc est, in loco fertili habitabis, quem ros & influentia cœli fœcundabit. Alij, Ecce de pinguedinibus vel pinguedine terræ erit habitatio tua. Sicut & Septuaginta, ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοίκησίς σου, Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua. Chaldaica, Ecce de optimo terræ erit habitatio tua. Dicat ergo Isaac filio Esau, In bonis temporalibus non eris fratri tuo inferior, obueniet possidenda tibi gleba pinguis, & fertilis terra, pro pascendis animalibus pascuosa, cœlum & terra officium suum tibi non negabunt. *Viues in gladio.* GLOSSA GRAECA. Quemadmodum etiam nunc Arabes latrocinio & bello vitam degunt. CAIETANVS. Militiæ vacaturum genus eius prædicit. Et hoc adimpletum fuisse non est dubium. *Et fratri tuo seruies.* RVPERTVS. Post longa tempora hoc impletum fuit, quando posuit Dauid in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. GLOSSA GRAECA. Quidam fratrem Esau intelligunt Moabitas, illis enim seruiuit. *Tempúsque ueniet cum excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Signat, quod Idumæi seruituri sint Iudæis, & tempus esse venturum, quando de collo iugum seruitutis abiiciant, eorúmque imperio contradicant. Secundum autem Septuaginta interpretes, qui dixerunt, Erit autem cum deposueris, & solueris iugum de collo tuo, videtur pendere sententia, necesse completa. CAIETANVS. Iuxta Hebræum, Et erit quando dominaberis, & excuties iugum eius desuper collum tuum. Quarti regum octauo capitulo legitur, quod regnante super Iuda Ioram, recessit Idumæa ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Tunc itaque impleta est hæc prophetia. Non enim dicitur, quando dominaberis fratri tuo, sed absolute, quando dominaberis, quod habendo regem proprium liquidum est impleri. AVCTOR CATENAE. Tempúsque veniet cum excutias. Hebraica veritas habet וְהָיָה כַּאֲשֶׁר תָּרִיד vehaia caaser tarid, Et erit cum dominaberis vel præualebis. Tempus (inquit) erit, quando non inseruies, sed fracto seruitutis iugo, tu dominaberis, & regnabis. Huc torquent Iudæi sua omnia, dicêtes, christianos, id est Romanos, ab Esaü descendisse, & nunc dominari eos ipsi Iacob, hoc est, Iudæis, sicut & alia pleraque falsa comminiscuntur. Cum tamen alij prædictionem tantum esse autument eorum quæ circa Esaü & Iacob filios Isaac futura erant, quasi diceret patriarcha, Sine vitæ periculo ages quod egisti hactenus, non durius imperium feres, quàm fratris, minime bellacis, inuidi vel crudelis, idque non perpetuo, ipse enim tibi reconciliari volet, & tu illi beneficium non negabis. Chaldaica. Et erit quando transgredientur filij eius verba legis, auferes iugum eius de ceruicibus tuis. Vt sit sensus, Veniet tempus in quo non amplius seruies, id est posteritas tua, scilicet quando præuaricati fuerint Israëlitæ legem dei, & abiecerint à se iugum præceptorum eius, nam tunc & tu rumpes iugum eius, & cætera. CHRYSOSTOMVS. Cæterum nullus audiens hæc miretur, videns posthæc fratrem vagum factum ob illius metum, & in terram alienam contendentem. Neque initia attendens, existimet vaticinium excidere. Nam quando dominus aliquid pollicetur, & si diuersa his quæ pollicetur videamus in principio euenire, non turbemur. Neque enim possibile est, vt ad finem vsque aberrent. Hoc autem fit, vt dum iusti per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis dei manifestam nobis omnibus fieri efficiant. Et in vno quoque sanctorum hoc inuenies, si volueris historias singulas diligenter animaduertere, quod sane nunc quoque factum est. Ne ergo hoc attendas, quod nunc statim profugus fit, sed cogita gloriam, quæ posthac sequetur, quia temporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, vt ille magnam erga eum declararet reuerentiam, in tantámque venit gloriam post ærumnas, quas in terra aliena tulit, vt qui ex ipso nati, in immensam multitudinem propagẽtur, & eius nomine tota gens cognominetur, ac sit discreta.

Mystice. INTERLINEARIS, EVCHERIVS, ET AVCTOR CATENAE. Iam tempus est, vt mysteria, quæ hic clauduntur, pandamus. Auditis Esaü sermonibus patris, irrugiit vehementer, quia Iudæorum synagoga tam diu se à deo derelictam considerans, grauiter ingemiscit, & benedici precatur, pro aduentu Messiæ clamans ad dominum, non credens venisse qui iam venit. Porro deus per libros prophetarum, per angelorum inspirationes, per christianorum prædicationem, assidue loquitur synagogæ, quod populo gentium benedixit, cique omnem excellentiam contulit, quæ olim fuerat illi concessa. Primogenita etiam, & benedictio quæ Esaü dolet fuisse sibi sublata, sunt fides, spes, charitas, in quibus tristatur Iudaicus populus christianum sibi esse prælatum, quodque ei præeminet in altitudine temporalium. Et quemadmodum Isaac aliquid benedictionis largitus est Esaü eiulanti,

A iulanti, sic & deus desolatissimam synagogam rore cœli compluit & pinguedine terræ, id est fœcunditate rerum, & potentia regni, quæ in illo populo fuit. Vel certe in pinguedine terræ & rore cœli desuper, hoc est, in confessione dominicæ incarnationis, & fide deitatis illius, erit quandoque Israël benedicendus. Vel in rore cœli, & pinguedine terræ erit benedictio eius, id est in quadam scripturarum veteris testamenti cognitione & in ipsis eloquiis diuinis. Ipsi enim (vt ait Apostolus) credita sunt primum eloquia dei, & legis testamenta. Viues in gladio, quia sanguini deditus populus ille, crudeliter sanctos persequutus est, necémque nephandam primo in prophetis, deinde in Christo ipso, demum in seruis eius apostolis exercuit. Et fratri tuo seruies, scilicet populo christiano vel inuitus. Tempúsque veniet, cum excutias & dissoluas iugum eius à ceruicibus tuis. GREGORIVS. Quia à seruitute peccati Iudaicus populus in fine liberabitur, sicut scriptum est, Donec plenitudo gentium introierit, & sic omnis Israël saluus fiet. RVPERTVS. Circa finem igitur seculi, is qui nunc est Esau, seruiens in litera, non erit vt nunc est, habens velamen malitiæ libertatem, sed erit sicut sunt serui dei, quibus nunc seruit, codices B suos ad illorum vsum circunferens, erit (inquam) & ipse sicut serui dei, seruus quidem iustitiæ, liber autem peccati. EVCHERIVS. Dum ergo in fine seculi Iudæi per cognitionem fidei ad gratiam Christi conuertentur, deponent onus legis antiquæ, quando iam non seruus populi minoris vocabitur amplius populus ille, sed per fidem frater. AMBROSIVS. Frater tuus (inquit) veniens cum dolo, accepit benedictionem tuam (Bona enim vbi irreprehensibilis est rapina, irreprehensibilis autem rapina pietatis, quia à diebus Ioannis regnum cœlorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Vnde & fratrem Beniamin sanctus Ioseph piæ commento fraudis accerſuit & tenuit) & ipse tamen Esaü vt benediceretur, cogendo elicuit & impetrauit, sed eam benedictionem quæ cum superiore congrueret & cõueniret, vt seruiret fratri suo. Etenim qui imperare non poterat, & alterum regere, seruire debebat, vt à prudentiore regeretur. Neque enim fuit sancti patriarchæ, vt filium suum degeneri condi- Matth.11.
tione seruitutis adderet, sed vt bonus pater cum duos haberet filios, vnum intemperantem, prudentem & so- Eccli 20.
C brium alterum, vtrique consuleret. Intemperanti præfecit sobrium, & insipientem prudenti statuit obedire, quia insipiens non potest voluntarius virtutis esse discipulus, nec perseuerare in studio, quia stultus sicut Luna muta- Prou.11.
tur, meritóque ei libertatẽ proprij negauit arbitrij, ne velut nauis in fluctibus sine gubernatore fluitaret, sed subdidit eum fratri, secundum quod scriptum est, Seruit imprudens prudenti. Recte ergo eum subdidit, vt regentis imperio suum melioraret affectum. Ideo ait, super gladium tuum viues, & seruies fratri tuo. Domina enim est pietas crudelitatis, & mansuetudo duris motibus præstat. Seruit omnis, qui auctoritatem puræ non habet conscientiæ, seruit quicunque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel merore deiicitur. Seruilis est enim omnis passio, quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati, Ioan.8.
& quod peius est, multorum seruus est, qui subiectus est vitiis, multis se dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. At verò ille qui voluntatis suæ arbiter est, iudex consilij, interpres arbitrij, qui coërcet corporeæ appetentiam passionis, qui ea quæ agit, bene agit, bene autem agens, recte agit, & qui recte agit, inculpate & irreprehensi-
D biliter agit, habens suorum actuum potestatem, is profecto liber est. Nam qui omnia prudenter agit, & ita viuit vt Deut.15.
vult, is solus liber est. Non conditio fortuitum seruum facit, sed probrosa insipientia. Denique famulus prudens regit dominos stultos & probi serui dominis fœnerabunt. Quid fœnerabunt? Non vtique pecuniam, sed sapientiam. Sicut & lex dicit, Fœnerabis gentibus multis, tu autem mutuum non accipies. Fœnerabit Iudæus proselyto diuinæ legis oracula. Sed quia ipse legis mysteria videre non potuit, & quæ habebat nesciuit oracula, qui litera fœnerabat gentibus, nunc ab his spiritalis doctrinæ gratiam mutuatur, meritóque subiectus est seruituti, quoniam qui mutuatur, seruus est, quasi addictus fœnori creditoris, qui autem piæ doctrinæ fœnus impartit, is est princeps, sicut lex dicit, Princeps eris gentium multarum, tibi autem princeps ex ipsis non erit. Princeps enim est qui regit, qui & habet sapientiæ principatum, quem habuit populus Iudæorum. Sed quoniam quod docebat seruare non potuit, debet discere, quod docere nesciuit. Hoc est ergo quod dixit patriarcha Isaac, seruies fratri tuo. Erit autem cum deposueris, & solueris iugum illius à collo tuo, significans duos futuros populos, vnum an-
E cillæ filium, alterum liberæ, seruit autem litera, libera est gratia, eumque populum, qui literæ intendit, tandiu seruum fore, quandiu spiritalis doctrinæ sequatur interpretem. Tunc quoque illud futurum, quod Apostolus ait, Vt reliquiæ saluæ fiant secundum electionem gratiæ. Seruies ergo fratri tuo, sed tunc senties seruitutis profectum, Roma.9.
cum voluntarius potius quàm coactus obedire cœperis fratri. CYRILLVS. Iacob typum Christi gessit. Christus enim vere peccatum supplantauit, & quanuis fratribus suis, prophetis scilicet ac Moyse iunior sit, primogenitus tamen est in multis fratribus, ipse est enim benedictus à patre. RVPERTVS. Sed hic prætereũdum non est, cur vnam tantum benedictionem habuerit Isaac. Sic enim Esau eiulando dixit, Num vnam tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro vt benedicas. Dixerat nanque pater, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi vltra quid faciam? Quærendum ergo, cur vnam tantum benedictionem habuerit? cur eandem benedictio-
F nem iustus Iacob quam Esau hæreditate possidere debuerit? Ad hoc dicimus, non multa semina, sed vnum esse semen, quod est Christus, de quo promissum fuerat Abrahæ, quod in illo omnes gentes benedicerentur. Quam verò præter illud semen benedictionem haberet pater? Necessario igitur vnam tantum habuit. Erant autem duo fratres, & ex illis duo populi iam ex ventre matris diuidendi. Quomodo ergo illis diuisis communicaret vnum semen, quod est Christus? Ille quippe vnus est, & non in diuisione, sed in vnitate est. Oportebat igitur alterum alteri præferri, & prælatus est quem deus commendauit, non quem caro & sanguis commendare volebat iure primogeniti.

DErat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo, 7
Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hæc Rebeccæ. Quæ timens, & uocans Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te.

Nunc

Universidad de Deusto Biblioteca

Nunc ergo fili mi, audi uocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Aran, habitabisque G
cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum quæ
fecisti in eum, postea mittam, & adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio in uno die? Dixitque Re-
becca ad Isaac, Tædet me uitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ,
nolo uiuere.

7 CHRYSOSTOMVS. Nunc docens nos diuina scriptura, fratris indignationem, & quod homicidium spectarit, inquit, *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater.* Et vt sciamus, quod non fuerit simplex & subitanea ira, per verbum continui odij, significat nobis malitiæ eius excellentiam. Semper (inquit) oderat, hoc est, insidebat & perdurabat odium, ita vt & mentem in profundo latentem manifestaret per verba. *Dixit enim in corde suo, uenient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum.* Ecce quia Esaü valde inuide- H
bat, & se ad cædem præparabat. Ita enim se habet mala hæc affectio, non antè desistit, donec à se captum in præceps
deiiciat, & ad homicidij currat scelus. Radix enim homicidij inuidia, & fructus inuidiæ homicidium, & à princi-
pio fuit inter Abel & Cain. Ille enim nihil habens, vel paruum vel magnum, de quo accusaret fratrem, vbi vidit
illum domino probari propter oblationem munerum, se vero ob negligentiam suam reiici, ad cædem statim
prouocatus est, & nata inuidiæ radice in mente eius, statim & pernitiosum illum fructum attulit, & homicidium
commisit. Ita sane etiam Esaü, cum accepisset frater benedictionem à patre, ab ira & inuidia ad homicidium pro-
Ephesi. 4. fectus, meditabatur mortem fratris. Quid igitur iracundis & inuidis fuerit miserius, quando victi & capti ab af-
fectione, etiam homicidium meditantur? Propterea beatus Paulus radicem huius mali volens extirpare admo-
net, & scribens sic dicit, Omnis ira & indignatio & clamor auferatur à vobis cum omni malitia. Non solum (in-
quit) nolo vos succensere & indignari & irasci, sed neque cum clamore proximis loqui, clamorem hic dicens,
cide loquatur, sed affectionem cordis demonstrans, efficit vt clamose cum populo loquatur. Volens enim beatus I
ille, sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit: Omnis ira, hoc est, à qualicunque causa moueatur,
& omnis indignatio, & omnis clamor tollatur à vobis. Deinde radicem huius mali volens arefacere, & inutilem
reddere, dicit, cum omni malitia. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet, à fluctibus liber, & neque tempesta-
tem timet, neque naufragium, sed quasi in tranquillitate nauigans, vel in littore sedens, ita præsentem vitam tra-
hit, non solum ab omni turbatione liber, sed & immortalium & ineffabilium bonorum fructus sibi per omnia
concilians. HIERONYMVS DAMASO. Quia ergo iniquitas est inimica iustitiæ, Esaü in discordiam
concitatur, & necem fraudulenter excogitat, dicens in corde suo, Appropinquent dies passionis patris mei, vt in-
terficiam Iacob fratrem meum. DIODORVS. Quod autem scriptum est, Dixit Esaü in corde suo, signi-
ficat Esau mortem fratris non subita ira, sed perfecto mentis consensu exoptasse. INTERLINEARIS. Et
perinde est dixisse in corde suo, ac deo qui omnia videt. RVPERTVS. Qualis ergo illius fletus vel eiula- K
tus fuerit, lectio manifestat, cum dicit: Venient dies luctus patris mei, vt interficiam Iacob fratrem meum.
AVCTOR CATENAE. Vlcus igitur illud recens Esau ægre patiebatur, dei prouidentiam non digne æsti-
mauit, imputauit fratri quod à domino gerebatur, insolentiam propriam, & imprudentiam non agnouit, quæ in-
consulte vendiderat, iam repetere conabatur, non poterat ignorare præsagium matris, quibus non obstantibus,
graui odio ad tempus persequebatur fratrem, recente scilicet adhuc vulnere. Seueriore consilio vsus, comminisci-
tur mortem vnico fratri, obliuiscitur more iratorum, & impatientium omnium, quibus certo domini voluntа-
tem agnoscere potuisset. Iam patris quoque obitum crudeliter desiderat, quo se de fratre vindicet. Expletis die-
bus luctus, & ex rerum diuisione ansam præbendam sperat contra fratrem. Sic agunt maleuoli & ficte mansueti,
MVS. Verum admirabilis illa mater hoc sentiens, iterum maternum amorem erga filium declarat, & consi-
lium affert, vt iræ locum det, quo possit è fratris manibus eripi. *Nunciata* (inquit) *sunt hæc Rebeccæ.* AVGVSTI L
NVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quomodo annunciata, vel renunciata sunt
verba Esau Rebeccæ, quibus comminatus est occidere fratrem suum, cum scriptura dicat, hoc eum in sua cogita-
tione dixisse, nisi quia hinc nobis datur intelligere, quod diuinitus ei reuelabantur omnia? Vnde ad magnum
pertinet mysterium, quod filium suum minorem pro maiore voluerit benedici. ACACIVS. Quonam igi-
tur pacto Rebecca audire potuit quæ Esau in corde suo dixit, nisi forte ei per somnium à deo reuelata sunt?
RVPERTVS. Vel ille quippiam dicit in corde suo, qui illud quod dicit non vult audiri in publico, sicut è con-
trario ille palam loqui recte dicitur, qui illud quod dicit, vbicúnque dicat, in publico audiri vult. Vnde & domi-
Ioan. 18. nus qui discipulis multa secreto dixerat, dicit tamen pontifici, Ego palam loquutus sum mundo, & in occulto lo-
cutus sum nihil. CAIETANVS. Nunciata sunt hæc Rebeccæ. Hinc clare apparet, quod non tantum in cor
de suo, sed etiam in ore Esau necem machinatus sit Iacob. AVCTOR CATENAE. Parum est quod in He
bræo est, Et nunciata sunt Rebeccæ verba Esau filij sui maioris. Non solum igitur corde tractabat odium, sed ver- M
bis etiam sibi temperare non potuit, quin proderet consilium occidendi fratrem, quod auditum matri quispiam
indicauit, vt sic per dei prouidentiam impediretur. Sic impotens ira, non tantum virium habet, quantum vellet,
suo ipsa perit impetu & vanescit. *Quæ timens & uocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce Esau frater tuus minatur, ut*
occidat te. Nunc ergo fili mi, audi uocem meam. CHRYSOSTOMVS. Experientia te doceat, quod vtilia con-
sulo. Et sicut dudum audita voce mea, magnas illas à patre benedictiones assecutus es, ita & nunc audi vocem
meam, vt effugere possis fratris manus. Sic enim & temet ipsum à periculis liberum reddes, & me à luctu. Verisi-
mile enim, quod ille si hoc ausus fuerit, pœnam exacturus sit, & ita vndequaque mihi grauis dolor & cruciatus e-
rit. Audi ergo vocem meam. CAIETANVS. Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Iuxta Hebræum
habetur, Consolatur se ad te ad occidendum te. Et est sensus, Esau consolatur se ipsum de te, quia occisurus est te.
AVCTOR

A AVCTOR CATENAE. Verbum מִתְנַחֵם Mithnahem, proprie consolatur se, redditur, à נָחַם naham desce-
dens, quod interpres & Septuaginta, minatur transferunt. Sed Chaldaica clarius locum legit, Ecce Esau frater
tuus insidiatur tibi vt interficiat te. *Consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Aran, habitabisque cum eo dies paucos, do-*
nec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum, quæ fecisti in eum, Postea mittam, & adducam
te inde huc. CHRYSOSTOMVS. Verisimile enim, quod separatio, & temporis processus poterit mitigare
iram, & finire inuidiam, & obliuionem afferre eorum, quæ in furto benedictionis gesta sunt. Et obliuiscatur (in-
quit) quæ feceris ei. Verum enim est quod irascitur, & cogitat te interficere, ideo congruit, vt iram eius declines,
si forte per tempus obliuiscatur, & postea cum libertate possis hic domicilium habere. Et ne puer grauatim ferat,
quod cogatur in alienam terram abire, vide quomodo soletur illius animam. Primum quidem dixit, Fuge ad La-
ban fratrem meum. Num ad extraneum & alienum ire te iubeo? ad fratrem meum ibis, & habitabis cum eo dies
B paucos, breue (inquit) tempus, dies aliquot, quousque quiescat ira. Nunc enim feruet indignatio eius, & aliquan-
do ab affectione superatus, neque patris habebit reuerentiam, neque quantum fraternæ necessitudini debeat, in
mentem accipiet, sed vnum hoc aget, vt furorem suum expleat. Et mittens postea reducam te inde. Statim autem
(inquit) inde reducam, nam de vtroque anxia sum, & vtrique timeo. CAIETANVS. Fuge ad fratrem
meum in Aram pro Charam. Et hinc apparet, quod eadem ciuitas est quæ nominatur Aram padan, & nominatur
Charam. Rebecca enim quæ ibidem fuerat nata & nutrita, nominat eam Charam, quæ superius nominata est A-
ram fluuiorum, & Aram padan. AVCTOR CATENAE. Habitabisque cum eo dies paucos. Hebraice est
יָמִים אֲחָדִים Iamim ahadim, dies vnos. Vt enim vnum in numeris est minimum, ita quando de modico scriptura
loquitur, plerunque vnum vsurpat. Sic & Septuaginta, ὀλίγας τινὰς, dies aliquot legunt, nempe paucos significan
tes. Et ita quidem nunc concipiebat Rebecca, filium paucos dies manere debere in Mesopotamia, opportuno-
tempore illum reuocare proponebat, sed contrarium ex dei voluntate ex parte euenit, habitauit enim Iacob cum
C Laban annis multis. Consilium itaque rationabile, vtile & necessarium affert religiosa mater, & spiritu dei insti-
gata, vt & mortem euaderet, & de propria cognatione filio dilecto coniugem assequeretur. Idque bona gratia pa
tris, vt interim frigescat odium fratris. Hic iterum videmus deum vti malis nostris ad bonum nostrum & glo-
riam suam. *Cur utroque orbabor filio in uno die?* CHRYSOSTOMVS. Vide sapientiam matris, quæ à se ipsa
mouetur, imò dei prædictioni etiam nunc seruit. Illa consulit puero, quæ Christus discipulis suis consulebat, ne
temere periculis se immisceant, sed secessu insaniam male affectorum demulceant, hoc etiam illa puero consulit,
primum eius mentem, & animum firmans. AMBROSIVS. Et pia mater abesse sibi dilectissimum filium
tolerat, plus ei collatura quem læsit, vtrique tamen consulens, vt alterum immunem à periculo, alterum integrum
præstet à crimine. RVPERTVS. Vides quod omne consilium pro Iacob à Rebecca sumit initium? Ipsa ad
surripiendum benedictionem illum summisit, ipsa fugæ consilium prior porrigit, ipsa demum coniugem ei pro-
D curat. CAIETANVS. Cur vtroque orbabor filio vna die? Altero, quia occidetur, altero, quia non erit mi-
hi vsui occisor filij mei charissimi. AVCTOR CATENAE. Subaudi, nisi tu effugeris, & consilio meo ac-
quieueris. CHRYSOSTOMVS. Cum autem secessum Iacob non detrectaret, nec ægreferret, tunc & cau-
sam honestam profectioni eius excogitat, ita vt non manifeste videatur propter fratris inuidiam cedere, neque
pater sciat veram peregrinationis causam, Esaü scilicet indignationem contra illum. *Dixit ergo Rebecca ad Isaac,*
Tædet me uitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ, nolo uiuere. Considera quomodo
honestum inuenit prætextum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, & difficilia facilia fiunt, & gra
uia leuia. Quia igitur & hæc habuit deum sententiæ suæ annuentem, omnia quæ ad futuram dispensationem, &
salutem pueri conducere poterant, suggessit eius menti. Tædet me (inquit) vitæ meæ propter filias Heth. Si acce-
perit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere. Hoc mihi significare videtur pessimos vxorum Esau mo-
res, & quod ei fuerint multæ amaritudinis causa. Etenim de Esau superius narrauit nobis diuina scriptura, quod
accepit ab Hebræis vxores, & exasperabant Rebeccam. Hæc igitur in memoriam ei suggerere volens, quasi ea-
E dem dicit ei. Scis quomodo vitam meam amaricarunt vxores Esau, & quod propter illorum malitiam in omnes
filias Heth male afficior, & propter illas omnem illam gentem exosam habeo? Si igitur contingat & Iacob ex il
lis vxorem ducere, quæ mihi postea salutis spes? ad quid mihi tum vita? Nam si illas ferre non possumus, si etiam
Iacob ex filiabus terræ huius vxores acceperit, actum est de vita nostra. CAIETANVS. Iuxta Hebræum.
De filiabus Heth, sicut istas de filiabus terræ. Non dubitantis alias fore similes, sed exemplum expertum propo-
nentis est similitudo. Et forte de filiabus terræ Rebecca adiunxit, ad excludendum etiam Ismaëlitas, vt assèque-
retur intentum mittendi Iacob in Mesopotamiam, propter hoc enim tacita causa principali, scilicet timore mor-
tis Iacob, proposuit causam secundariam, veram tamen. Nolo viuere, vel iuxta Hebræum, Quare mihi vita? Qua-
si dicat, Frustra, imò in amaritudine spiritus. AVCTOR CATENAE. Si acceperit Iacob vxorem de stir-
pe huius terræ, loco horum posteriorum verborum ita legitur in Hebræo מִבְּנוֹת חֵת כְּאֵלֶּה מִבְּנוֹת הָאָרֶץ Mibe-
F noth heth caelle mibenoth haárez, De filiabus Heth sicut istas, vel similem istis de filiabus terræ. Sic & Chaldai-
ca. Septuaginta, vt in nostra æditione. Quod etiã sequitur, Nolo viuere, Hebraicè est לָמָּה לִי חַיִּים láma lichaiim.
Ad quid mihi vita? Sic & Chaldaicè & Græcè. Et lege per parenthesim. Superflua est (inquit) mihi vita, nolo vi-
uere, si Iacob duxerit vxorem, quales sunt vxores Esau, quæ scilicet sunt Hethææ, & filiæ huius terræ. Vxores ita-
que Esau ex filiabus Heth, amaro animo in Rebeccam & Isaac erant, propter quas & ipsa auersabatur, non ab re
etiam cæteras Chananæas, quasi nihilo meliores. Cogitat ergo de domo paterna, deo omnia ordinante, promo-
tore nostrorum conatuum, atque per mulieres ac viros. Sed quæritur, quomodo excusetur Rebecca de impatien-
tia, quod sic contristata fuerit de aduersitate hac, vt vita illius verteretur in tædium, morsque optaretur. Dicen-
dum, quod de malo culpæ tam proprio, quàm proximorum, & præsertim propriæ sobolis, tristari oportet bona &
moderata tristitia. Ex quo sequi potest tædium rationabile, quo & Christus passione instante cœpit tædere, & po-
tius appetenda est corporalis mors, quam mortalis culpa admittenda, si conuenienter vitari queat, imò & malum
pœnæ potest esse appetendi mortem occasio, in quantum vitæ fœlicis est ianua, sub conditione videlicet, in quan-
tum deo

tum deo placuerit,seu quantum est in ipso appetente. Possunt etiam memorata Rebeccæ verba per modum hyperbolicæ locutionis intelligi. Nam & tam serio loquuta est marito, vt induceret eum ad committendum filio, vt iret in Mesopotamiam pro vxore inibi ducenda. G

Mystice. INTERLINEARIS ET AVCTOR CATE. Odium autem quo semper Esau prosequutus est Iacob pro benedictione patris, mysticè odium illud est,quo Iudaicus populus Christum domini, & sanctos eius apostolos prosequutus est,& malitiæ typum gerit,quam in eos exercuerunt,ob legis & prophetarum libros, signa ac miracula dei ad ipsos translata. Dixitque in corde suo, occidam fratrem meum. ISIDORVS. Esau post benedictionem patris,inuidiæ stimulis concitatus,necem fratri suo Iacob excogitat fraudulenter, hoc nimirum & Iudaicus populus in Christo præmeditatus, non solum patibulo crucis dominum tradidit, verum etiam credentes in illo,vsque ad effusionem sanguinis persequutus est. INTERLINEARIS. Sed & Rebecca suasit filio vt iret in Mesopotamiam, cum sancti prædicatores per spiritum sanctum propter insanabile odium Iudæorum admoniti sunt, vt relicta synagoga transirent ad gentes. RVPERTVS. Et sicut omne consilium pro Iacob à Rebecca sumit initium,& Isaac surreptionem benedictionis æquanimiter tolerat,& consilium vel placitum eius optimum comprobat, vt communicato consensu mittatur Iacob ad accipiendum vxorem de filiabus Laban: sic nimirum omne consilium salutis gentium coram domino Iesu Christo, à spiritu sancto & ab auctoritate scripturæ quæ ab ipso est, processit.Nam ille quidem pro humano affectu Iudaicum populum fouere volebat,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,veruntamen exigente scripturarum veritate,vt relin- H
Matth.13. queretur illis domus sua deserta,sic ille non contradixit,neque retrorsum abiit,quomodo & Isaac pro defraudatione Esau vel submissione Iacob,nullum contra Rebeccam,vel contra Iacob verbum fecit.Monstrat illa,qualem nos gentes tenere debeamus religionem,scilicet de fide patrum,& non de cerimoniis Iudæorum,sicut in actibus
Act.15. Apostolorum placitum esse legimus spiritui sancto & apostolis.Et Christus quanquam nihil super hac re præ- I
Matth.2. cepisset,dum cum illis esset,sed potius dixisset,in viam gentium ne abieritis, iudicium tamen hoc appellat, & ratum ducit.

IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMOCTAVVM ARGVMENTVM.

Mittitur Iacob in Mesopotamiam ad Laban pro vxore. Esau ducit Ismaelitidem. Iacob visa scala promittitur Christus. Luz. Votum Iacob.

CAPVT XXVIII.

K

Lectio pri. VOcauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens, Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed uade & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patrem matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, ut sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te, ut possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. Cunque dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiã Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.

L

I CHRYSOSTOMVS. Auditis quæ à Rebecca de vxoribus Esaü dicebantur, accepit in mentem illarum malitias *Isaac, ac uocauit Iacob, & benedixit eum.* RVPERTVS. Quem iam ipse nescíens,imò quem deus benedixerat per ipsum nescientem,eum nunc vocat ex nomine,& scienter benedicit,id est datum in illo confirmat surreptæ benedictionis. Porro Esaü (sicut iam superius dictum est) alienigenis vxoribus cum offensione paterni & materni animi adhærendo,non iam Abrahę,non Isaac,aut Rebeccæ filius erat,quippe qui non in benedictione seminis Abrahæ,sed nomini suo in carne sua generare, & aliam quam dei domum ædificare cœperat. CAIETANVS. Ecce ergo iterum firmata benedictio Iacob. AVCTOR CATENAE. Forte benedicere hoc in loco,quasi valedicere est.Admonet enim pater filium, vt solum omnipotentem deum credat, timeat, veneretur & colat,à quo sit iuxta promissiones patribus factas,numero & merito augendus,& benedictio omnium gentium futurus in semine Christo,per quem omnes gratiam dei assequentur. *Præcepitque ei, dicens, Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed uade & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patrem matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod habent Latini codices, Isaac dicente filio suo,Vade in Mesopotamiam,in domum Bathuel patris matris tuæ,& sume inde tibi vxorem,Græci codices non habent vade,sed fuge,hoc est, ἀπόδρασθι. Vnde intelligitur etiam Isaac cognouisse,quod filius eius Esaü de fratre suo in cogitatione sua dixerit. RVPERTVS. Benedixit ergo filium suum pater Isaac.At verò finis eiusdem benedictionis,non alius sperabatur, quàm ipsum semen Abrahæ,quod est Christus.Recte ergo benedicentis hæc verba sunt. CAIETANVS. Et proficiscere in Mesopotamiam Syriæ. Iuxta Hebræum habetur, in Padan Aram. Vt dictum est, ciuitas est inter Euphraten & Tigrim,quæ alio nomine dicitur Charan. AVCTOR CATENAE. Committit autem Isaac filio, quod à patre quoque suo acceperat ipse in mandatis, ne impie nutritam vxorem susciþiat, Chananæas omnibus modis fugiat.Multum refert quo hominum genere seminis sui matrem quis & fotricem acquirat, Partus enim sequitur ventrem,

A ventrem,& impiæ matres filios religiosos admodum raro propagabunt.In Mesopotamiam autem mittit,ad Bathuelem auum maternum.Erat enim filius Nachor fratris Abrahæ,& pater ipsius Laban,cuius filias Iacob vxores duxit, imperfectioris quidem fidei familiam,sed tamen sanctiorem reliquis.Habet enim gradus suos fides & sanctitas. Non ignorabat illum habere filias non illi quidem negandas, sed non sine multa difficultate promerendas. *Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet, ut sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Et semini tuo tecum, vt benedictio diuina Abrahæ, intelligatur communis Iacob & semini eius. AVCTOR CATENAE. Est enim dictio (inquit) omnipotens שַׁדַּי saddai,à quo omnis bonorum sufficientia,memor promissionum ad Abraham & me, iustum te faciet,fide & operibus gratum,multiplicabitque te in filiis carnis & spiritus, vt fias in ecclesiam latissi-
B me,& cum inæstimabili gloria disseminandam multorum populorum ex te generatione. *Vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo iustus prædicit ei omnia, & bona ei viatica dat & solatia.Prædicit enim ei reditum, & hæreditatem terræ, & quod non solum in multitudinem crescet,sed & congregationes gentium ex semine eius egredientur. His igitur verbis voluit, & alacriorem eum reddere in peregrinatione, & eum iterum benedictione confirmare. AVGVSTINVS SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Hinc iam intelligimus, segregatum semen Iacob ab alio semine Isaac, quod factum est per Esaü.Quando enim dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen pertinens vsque ad ciuitatem dei,separatum est inde aliud semen,quod erat in ancillæ filio,& quod futurum erat in filiis Keturæ. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis Isaac,ad vtrunque an ad vnum eorum illa benedictio pertineret, & si ad vnum quis nam esset illorum.Quod nunc declaratum est,cum prophetice à patre benedicitur Iacob,& dicitur ei, Sis in turbas populorum,& possideas benedictiones Abrahæ aui tui. CAIETANVS. Iuxta Hebræum ha-
C betur,Vt hæredites terram peregrinationis tuæ,quam dedit deus Abrahæ,hoc est, vt hæreditario iure ad te pertineat terra ista,& non ad Esaü.Declarat enim ipsum Iacob decretum esse hæredem benedictionis Abrahæ.& promissionis eidem à deo factæ.Deus etiam nominatur quod dedit terram hanc Abrahæ,vt hæreditas iusta,sanctaq; significetur. AVCTOR CATENAE. Vt possideas terram.Verbum לְרִשְׁתְּךָ leristecha,cuius origo est יָרַשׁ iaras,tam,vt possideas,quàm vt in hæreditatem capias reddi potest,vtrunque enim verbum illud significat. Verbum autem נָתַן Nathan,quod interpres reddit,pollicitus est,ab omnibus vertitur, dedit.Dicitur autem deus patribus dedisse terram,quia promissioni illius certissime credebãt.Etiam ius ac proprietatem dederat,sed nondum vsum,nondum completis Chananæorum criminibus.Talis illi fides fœlix erat viaticum, vt ex deo totus, semper & vbique penderet. CHRYSOSTOMVS. Quæ vt audiuit puer, impleuit iussa patris. *Cunque dimisisset eum Isaac profectus peruenit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.* Vidisti quanta pru-
D dentia, & quibus affectionibus filium suum Iacob è periculis mater eripuerit, decenter pallians peregrinationis causam,& neque Esaü malitiam prodens,neque patri causam primam manifestam faciens, sed & filio conueniens dans consilium,vt propter metum admoneri possit,ne se opponat suis dictis, & patri congruam sententiam suggerens? Vnde & iustus accedens eius dictis, viatico benedictionis instructum Iacob dimisit. CAIETANVS. Profectus venit in Mesopotamiam Syriæ.Iuxta Hebræum habetur,in Padan Aram. Prius narrat Moyses perfectum iter Iacob,& deinde quæ interim euenerunt.Ad Laban filium Bathuel Syri.Iuxta Hebræum habetur, Aramæi. Nomen est patrium à ciuitate Aram. AVCTOR CATENAE. Summa igitur negotij notatur consequenter per singula describendi.

Mystice. Ser. 79. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Beatus Isaac fratres charissimi, quando filium suum dirigebat in Mesopotamiam,dei patris typum præfigurabat.Iacob verò Christum dominum desi-
E gnabat.Beatus ergo Isaac neglectis mulieribus regionis in qua habitabat,mittebat filium suum,vt in regione longinqua sibi vxorem acciperet,quia deus pater missurus erat vnigenitum suum,qui repudiata synagoga, de gentibus sibi ecclesiam sociaret.Hoc tunc in veritate completum est,quando Iudæis apostoli dixerunt,Vobis quidem Act.13. primum oportebat loqui verbum dei, sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. De beato Iacob non legimus,quod cum equis,aut asinis,aut camelis abierit,sed hoc tantum legimus, quod bacu- Gene.32. lum in manu portauerit.Sic enim ipse dum supplicaret domino, dixit,Domine (inquit) minor sum omnibus miserationibus tuis,cum baculo meo transiui Iordanem istum,& ecce cum duabus turbis regredior.Iacob ergo ad accipiendam vxorem exhibuit baculum, & Christus ad redimendam ecclesiam detulit crucis lignum. EVCHERIVS ET AVCTOR CATE. Quomodo itaque Iacob fratris dolos fugiens,Mesopotamiam tendit,ita & Christus Iudæorum incredulitate compulsus,proficiscitur in Galilæam, inde sibi ex gentibus sponsam sumpturus ecclesiam.Et sicut Iacob relicta domo,patria & parentibus,abiit in regionem longinquam, vt acciperet sibi vxorem,ita & Christus relinquens parentes secundum carnem,id est populum Israël,& patriam,id est Hierosolymã,
F & omnes regiones Iudęæ,& domum,id est templum illud cunctis admirabile in monte Sion extructum, abiit in gentes,accipiens sibi ecclesiam vt impleretur quod dictum est per prophetam,Vocabo nõ plebem meam,plebem meam,& non dilectam,dilectam,& non misericordiam consecutam,misericordiam consecutam. Osee 4.

2 VIdens autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei, dicens, non accipies uxorem de filiabus Chanaan, quodque obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam, probans quoque quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismaelem, & duxit uxorem absque his quas prius habebat, Mahelech filiam Ismael filij Abraham,sororem Nabaioth.

P videns

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Videns autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. In Mesopotamiam Syriæ, quasi Mesopotamia dicatur nisi Syriæ, quanuis hic Septuaginta non habere perhibeantur Syriæ, sed cum asteriſco ſcriptum est. AVCTOR CATENAE. Quinimo Chaldaica ꝛditio Padan aram vertit Mesopotamiam Syriæ. Septuaginta autem Mesopotamiam, vnde recte transtulit interpres. De qua re plura diximus in superioribus. *Vt inde uxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei, dicens, Non accipies coniugem de filiabus Chanaan, quodque obediens parentibus isset in Syriam.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, in Padan Aram. In Syria enim erat, nam terra promissionis pars est Syriæ. Bersabee autem vnde egrediebatur Iacob, extrema pars dicitur terræ sanctæ, secundum longitudinem ex parte australi, iuxta illud, à Dan vsque Bersabee, secundo Regum vltimo. *Probans quoque quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismaelem.* CHRYSOSTOMVS. Quasi corrigere volens erratum suum, & placare patrem. AVCTOR CATENAE. Probans quoque. Parum est quod Hebraicè est וַיַּרְא vaiar, Et vidit. Et quod sequitur, quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, recte iuxta sensum verborum vertit interpres, nam Hebraicè est כִּי רָעוֹת בְּנוֹת כְּנָעַן בְּעֵינֵי יִצְחָק אָבִיו chi raoth benoth chenáan beene Izchak abif. Quod malæ filiæ Chanaan in oculis patris sui. Id est (sicut vertit Chaldaica) Quod displicuissent in oculis patris sui. Septuaginta, ὅτι πονηραί εἰσιν αἱ θυγατέρες Χαναὰμ ἐνώπιον Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Quod malæ sunt filiæ Chanaan coram Isaac patre suo. *Et duxit uxorem absque his quas prius habebat, Maheleth filiam Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth.* RVPERTVS. Aut velut insipiens, aut vere stultus, fecit hoc Esau. Nam si tædium matris, aut offensionem paterni animi lenire voluit, insipientiæ fuit hoc pacto id facere velle, & hac intentione inconsultis parentibus, quos iam in aliis vxoribus offenderat, ad seruilia declinare tabernacula, quod erat cum ejectis exire foras. Sic nempe Sara locuta est, Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac, & sic factum fuerat. Sin autem, quod verius est, quia parentibus quoque propter Iacob iratus erat, sicut Cain, & conciderat vultus eius, idcirco vt eos amplius offenderet, egit ita, proculdubio stultus fuit. Vtrolibet modo coniugia sua cum offensione parentum triplicauerit, excusationem non habet. Simul enim insipiens & stultus peribunt. AVCTOR CATENAE. Absque his quas prius habebat. Transposita sunt hæc verba, nam in Hebræo, post sororem Nabaioth, est עַל נָשָׁיו לוֹ לְאִשָּׁה Al nasaf lo leissa, super vxores suas sibi in vxorem. Sic & Chaldaica. Et sensus est, Vltra vxores quas habuit, duxit & hanc in vxorem. Id quod & habet Latina litera. Septuaginta, πρὸς ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ γυναῖκα, Ad vxores suas vxorem. Considerauit igitur Esau mansuetudinem patris, qui amandare benedictum filium mauult, quàm se abiicere, vel irritare, & Iacob patri obsequendo, sponte magis exilium subeuntem, quàm fratris iram & persecutiones sustinere volentem. Miteſcit itaque, & patri gratificaturus iuit ad Ismaëlem patruum suum, & vxorem de stirpe sua duxit. Docet litera, ne parentes facile ac temere liberorum matrimonia contracta ac firmata dissoluant, & ne liberi contra parentum voluntatem contrahant. Sapientia denique Rebeccæ claret ex dictis, quæ non solum Iacob à periculis eripuit, sed vtrósque filios in vita seruauit.

Gene.21.

Psal.48.

Mysticè. Matth.15. Gala.4. Ioan.15.

RVPERTVS. Sic & Iudæi, qui & prius propter traditiones hominum, traditiones dei reliquerunt, & postea persequentes Christum ac discipulos eius, amplius in Ismaëlem degeneraverunt, testante apostolo cum dicit, Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Vtrolibet modo id faciant, siue per insipientiam, siue per stultitiam, excusationem de peccato suo non habebunt.

3 Gitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram. Cunque uenisset ad quendam locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ dicentem sibi. Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. Eritque semen tuum quasi puluis terræ. Dilataberis ad orientem & occidentem, & septentrionem & meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam nisi compleuero uniuersa quæ dixi.

3 CHRYSOSTOMVS. Cæterum videamus nunc quomodo peregrinationem obiuerit Iacob. Non parua enim & hinc commoditatem accipere possumus, si attenderimus. Iustorum enim conuersatio & vita, totius philosophiæ continet doctrinam. Vide igitur saltem vel hunc iuuenem, qui domi educatus, qui antea nunquam in peregrinatione fuerat, neque magnum iter fecerat, neque graue aliquod expertus erat, quomodo iter arripiat. Et disce quàm excellentibus præstiterit moribus eius vita. Dicit ergo. *Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, iuit in Charam, quam constat esse inter Euphraten & Tigrim, extremos terminos à quo & ad quem itineris Iacob narrat Moyses, priusquam narret euentus medios in via. *Cunque uenisset ad quendam locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco.* CHRYSOSTOMVS. Vidisti ineffabilem vitæ philosophiam? Vidisti quomodo veteres iter faciebant? Vir domi educatus, tantæque assuetus curæ, simplex enim erat (inquit scriptura) & domi habitans, peregrinaturus neque iumentis agebat, neque ministris, neque viaticis, sed apostolicum morem imitatus, iter facit, & cum occumberet sol, ibi dormiuit, vbi eum nox comprehendit. Accepit (inquit) lapides, & posuit subter caput suum. Vide pueri robur, lapidibus pro puluinari vsus est, & super pauimentum dormiuit. Igitur quoniam bene moratam animam habebat, & masculum spiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilem illam visionem meruit. Hoc enim more agit dominus noster, quando videt animam præsentia

A præsentia non magnificentem, plurimam sibi illius curam esse declarat. RVPERTVS. Non frustra apostolus patres nostros peregrinos vocat & aduenas. Cum enim dixisset, Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis promissionibus, sed à longe aspicientes eas, & salutantes, addidit continuo, & confitentes, quod peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem illius memi- Hebr.11.
nisset, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem.
Ecce illorum eiusmodi confessionem, siue expectationem, in Iacob agnoscere promptum est. Nunquid adeo te-
nuis erat & pauper, vt de terra sua exiret per necessitatem in baculo suo, sicut postmodum fatetur ipse? Nam
quod ita solitarius exierit, testatur & illud, quod non habuit vbi caput reclinaret, nisi quod tulit de lapidibus
qui iacebant, & supposuit capiti suo, & dormiuit in eodem loco. Nonne pater eius vehementer magnus erat? Gene.32.
Sic enim paulo ante scriptum est, Quia locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens, donec ma- Gene.26.
B gnus vehementer effectus est, in tantum vt ipse Abimelech diceret, Recede à nobis, quoniam potentior nostri factus es valde. Sed & auus huius Abraham regum victor, nulli dubium, quin diues & inclytus fuerit.
Quid igitur nisi magna & imitatione digna paupertas spiritus in hoc patre nostro Iacob spectanda nobis proponitur in tali eius exitu, cum ad accipiendam vxorem proficiscitur, fide paterna expectans, quod de semine
suo salus mundi, & omnium gentium benedictio Christus nasceretur? O profugum, cœlestis asyli protectione
dignum, qui sola fide absque lectione scripturarum doctus erat, quod ad possidendam benedictionis hæredita-
tem, ad seminandam beati seminis expectationem, non pompatice, sed humiliter, & conscientia supplici esset
ingrediendum. Porro quam veraciter dictum sit, Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, ex hoc quod
iam iam sequitur apparet. Hunc imitantur quicunque benedictione dei patris, & filij eius Iesu Christi, cum gra-
tia spiritus sancti missi, ad spirituale semen seminandum, depositis seculi oneribus, nudi & expediti ad desti- 1.Cor.2.
natum tendunt, vigilántque & in omnibus laborant, & sobrij sunt, nihil se scire iudicantes, nisi Christum Ie- Heb.13.
sum, & hunc crucifixum, & cum apostolo dicentes, Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram in-
C quirimus. CAIETANVS. Cunque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum. Hebræus textus sonat nescio quid fortuiti, singularitatis, & inuoluntarij. Et occurrit in illum locum, & pernoctauit ibi, quia declinauit sol. Occursus improuisum quid, articulus quem per pronomen illum circumloquimur, singularitatem, ratio autem temporis, necessitatem præfert. Tulit de lapidibus qui iacebant. Iuxta Hebræum tulit de lapidibus loci, Lapidosus enim locus insinuatur. AVCTOR CATENAE. Cunque venisset ad quendam locum. Sensum optime reddidit interpres, licet verba paululum varient. Sunt enim huiusmodi in Hebræo וַיִּפְגַּע בַּמָּקוֹם vaiphgaa bamakom, Et occurrit ad locum, seu in locum, hoc est, incidit in locum quendam, vbi mirabilem dei habuit visionem. Verbum enim Phagaa, proprie est, casu occurre-
re. Septuaginta, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, Et occurrit loco, Chaldaica, Et venit ad quendam locum. Et vellet in eo re-
quiescere, & cætera. Hebraicè est וַיָּלֶן שָׁם כִּי בָא הַשֶּׁמֶשׁ vaiálen sam chi ba haſemes, Et pernoctauit ibi, quia oc-
D cubuerat sol. Septuaginta ἐκοιμήθη, dormiuit, Chaldaica, & mansit ibi. Vtrunque enim significat לוּן lun, Hebraicum verbum. Quodque sequitur, De lapidibus qui iacebant, Hebraicè est הַמְּקוֹם hamakom, id est, illius loci. Simplex igitur Iacob, & domi nutritus, prolixum iter non confecerat, tantum parentibus obsequutus, & pro-
uidentiæ dei innixus, solus apostolico more exoneratus proficiscitur, & vbi sol occubuisset, ibi somnum suscipit,
Lapidibus pro puluinari vsus super pauimento. Rigor & patientia, sanctorum docetur, & delitiarum abdicatio,
contemptus mundi, fiducia in deum, obedientia parentibus exhibenda. CHRYSOSTOMVS. Vide igi-
tur iustum illum super solo cubantem, & visiones videntem, imò visione domini dignum haberi, dicit enim.
Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum, angelos quoque dei ascendentes & descendentes
per eam, & dominum innixum scalæ dicentem sibi. THEODORETVS. Longe manifestius in calamitatibus cura
dei erga nos cognoscitur, quàm in fœlicitate, in qua bona à deo nobis concessa non ita grato animo cognoscun-
tur. Idcirco Iacob peregre proficiscitur, & fratris iram fugit, vt ditior reuertatur, & quanta sit dei prouidentia
liquido cognoscat, eamque alios doceat. Ob id apparuit ei dominus, & scalam vsque ad cœlos pertingentem
E ostendit, & angelos descendentes atque ascendentes. Angeli quippe diuinum ministerium declarabant, de quo
ait Paulus, Nonne omnes ministratorij spiritus sunt, & cætera? Quorum vnumquodque fiduciam patriarchæ
præbebat, & prouidentiam dei in omnia declarabat, qui talibus ministris vteretur. DIODORVS. Angeli
etiam descendentes & ascendentes, Iacob descensum in Mesopotamiam, & ascensum suum in terra Chanaan,
angelorum præterea erga Iacob patriarcham auxilium præfigurabant. CAIETANVS. Viditque in som-
nis scalam stantem super terram. Hæc est prima pars somnij, scala à terra vsque ad cœlum stans firma in terra.
Dictio enim Hebraica, stare non qualitercúnque, sed firmiter significat. Angelos quoque dei ascendentes &
descendentes per eam. Secunda pars somnij. Et dominum innixum scalæ, Ipsum summum essendi princi-
pium sub propriissimo sibi nomine describitur visum, stans supra scalam in qua ascendebant & descendebant an
geli. Vt intelligamus deum esse qui mittit angelos, ad quem redeunt angeli, qui curam habet infirmorum.
F AVCTOR CATENAE. Viditque in somnis scalam stantem מֻצָּב Muzab dictionem, à iazab, quod stare,
ἑστάναι, siue erigere significat, descendentem, Alij erecta erat, alij posita erat, verterunt. Septuaginta ἐστηριγ-
μένην, firmata. Chaldaica, Et ecce scala erat defixa in terra. Similiter & idem verbum inferius vbi dicitur, Et do-
minum innixum scalæ, vbi in Hebræo est וְיהוָה נִצָּב עָלָיו vehinne adonai nizab alaf, Et dominus sta-
bat super eam, vel iuxta eam. Septuaginta ἐπεστηριγμένος ἐπ' αὐτῆς verterunt, id est, Firmatus erat super eam.
Chaldaica, Et ecce gloria domini stabat super eam. Vides autem hic quod somnia sancta eorum sunt, qui
corpora sua negligunt, parco victu nutriunt, ad delitias non assuefaciunt, molliora strata non subiiciunt,
profundo somno non obruuntur? Fuit vera visio hæc imaginaria, in sensu interiori per sensibiles simili-
tudines repræsentata. *Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac.* CHRYSOSTO-
MVS. Considera obsecro hic eximiam curam misericordis dei. Quia videbat iuxta consilium matris
propter timorem fratris susceptum peregrinationem, & quasi erronem quendam viam facere, & solum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac ab aliis abstractum,nullámque habentem consolationem vllo ex loco , sed totum in supernum auxilium proiectum,statim in ipso initio volens confirmare alacritatem eius,apparet ac dicit , Ego sum dominus deus Abraham patris tui,& deus Isaac.Ego & patriarcham & patrem tuum in tantam gloriam crescere feci.Ne igitur timeas,sed crede quod ego,qui impleui illis suas promissiones,& te mea cura & prouidentia dignabor . Ne timeas sed confide , & omni timore depulso , crede his quæ à me dicuntur. CAIETANVS. Manifestat igitur deus stans supra scalam in cœlis,se ipsum esse deum,qui dat esse omnibus,& qui specialiter cultus adoratúsque est sum mus Iudex,tum ab Abraham tum ab Isaac,vt Iacob confidat in ipso eodem deo. *Terram in qua dormis , tibi dabo & semini tuo.* CHRYSOSTOMVS. Ne putes (inquit) quia in terram alienam nunc vadis, priuandum te terra in qua natus es, vbi educatus, vbi adoleuisti. Etenim tibi dabo eam & semini tuo. CAIETANVS. Tibi (inquam) tanquam hæredi , semini autem tuo tanquam possessori. *Eritque semen tuum sicut puluis terræ.* INTERLINEARIS. Innumerabile scilicet. RVPERTVS. Hoc de semine carnis dictum est. AVCTOR CATENAE. Ecce hic tota posteritas Iacob pulueri comparatur,non autem etiam stellis cœli. RVPERTVS. Porro quod sequitur, *Dilataberis ad orientem,& occidentem septentrionem & meridiem,* de semine fidei dixit.Sic enim concludit. *Et benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ.* Illud antè,hoc post Christi seminis eius aduentum factum est . Nam in duodecim tribubus suis terram in qua dormiebat tunc illi dedit, prolèsque pene innumerabilis ex illo orta . In Christo autem ex eius semine nato , totum mundum per quatuor partes eius benedixit. CAIETANVS. Messias ergo promittitur ex progenie Iacob,& æquatur Iacob Abrahæ in hoc,quod omnes tribus terræ benedicendæ sunt & in ipso,& in semine eius . Quod intelligendum est , videlicet quod in semine eius,hoc est,in Messia,& in ipso tam Abraham quam Iacob , tanquam electo patre Messiæ , benedicendæ erant omnes familiæ vniuersæ terræ. AVCTOR CATENAE. Dilataberis ad orientem & occidentem . Hebraicè est יָמָּה Iámma , ad mare. Dictum est alias , sinum Iudaicum in occasum spectare, id quod non latebat interpretem,atque eo certe modo melius explicuit veritatem , nam & de ortu habetur mentio, & de meridie , & de septentrione . Septuaginta etiam Hebraica sequuntur, καὶ πλατυνθήσεται ἐπὶ θάλασσαν, Et dilatabitur ad mare. Promissiones igitur Abrahæ factas & Isaac, Iacob repetit . Terram dormitionis circunquaque diffusam illi dat . Toto terrarum orbe semen disseminandum promittit , in Christo benedicendas familias terræ omnes prædicit. CHRYSOSTOMVS. Vide ergo quomodo iam omnia ei quæ post longum tempus euentura erant, prædicit . Hic enim mos est omnium domino & opifici . Atque hoc de omnibus iustis dici inuenies,vt polliceatur quidem,non autem continuo promissiones impleat, sed exerceat iustorum obedientiam & patientiam,atque sic impleat promissa.Deinde vbi pollicitus est ei futura,& indigebat iustus non vulgari consolatione,vide benignum dominum,& futura pollicetur,& per illa ipsa quæ nunc in eum declarat , fidentem facit. Dicit enim, Ne putes, quod hæc sola tibi polliceor, *Sed & ero custos tuus quocunque perrexeris.* Ne putes (inquit) quod solus iter facias,me habebis itineris comitem,me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem. CAIETANVS. Deficit hic vna clausula,Legendum est, Et ecce ego tecum, & custodiam te quocunque perrexeris,vbi manifeste patet,plus promitti quàm custodiam. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraicè וְהִנֵּה אָנֹכִי עִמָּךְ vehinne ánochi immach,Et ecce ego tecum . Sic & Septuaginta . Chaldaica verò more suo , Et ecce verbum meum in adiutorium tuum erit. CHRYSOSTOMVS. Exin magis augens consolationem, iam prædicit ei reditum ad sua, *Et reducam te in terram hanc, nec dimittam nisi compleuero uniuersa quæ dixi.* Ne formides (inquit) quasi in aliena terra conuersaturus,quoniam reducam te in terram hanc, & minime te derelinquam,donec fecero omnia quæ locutus sum tibi . Non despiciam te, neque te consilij inopem sinam,sed quæcunque tibi promisi, faciam. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Non derelinquam te,donec faciam omnia quæ tecum loquutus sum,Quasi dimissurus eum cum fecerit,non vtique,sed locutio est. RVPERTVS. Hoc autem tam de ipso,quàm de semine eius dictum & factum est. Non enim dimisit,donec reduceret eum dicentem,In baculo meo transiui Iordanem istum & nunc cum duabus turmis regredior.Mon dimisit semẽ eus,donec de Aegypto educeret eos in hãc terram cum argento & auro, ita vt in tribubus eorum non esset infirmus.Non dimisit nihilominus dilatare in quatuor partes mundi semen eius quod est Christus,sicut scriptum est,A summo cœlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius,nec est qui se abscondat à calore eius. AVCTOR CATENAE. Quãquam(inquit) solus,pauper,ignotus,& omni humano præsidio destitutus incedas,me tamen comitem,custodem,propugnatorem,& ductorem tenebis, fœliciteréq; redibis. Sic Iacob,& fidelibus cunctis promittitur,& conficitur vt à domino dirigantur , prospere agant , domino commendati sint,qui multo plura præstare solet,quàm polliceatur.Sicut nec hoc loco tanta prædicuntur , quanta postea est expertus. CHRYSOSTOMVS. Quomodo ergo quis pro dignitate admirabitur & obstupescet diuinam misericordiam,& insignitum obsequelæ eius studium?Vide enim quantum pondus promissionum dat iusto,& quomodo spiritum eiº erexit.Cogita item & iusti huius gratitudinem,& quod post illas promissiones apud Laban viginti annis laboribus afflictus,non grauatim tulit,non segnior fuit tanto tempore,sed omnia fortiter sustinuit,expectans promissionis tempus,& sciens quod non sit possibile intercidere quæ à deo dicta sunt, & maxime si & nos afferre nostra studeamus,fidem & obedientiam,& ita bene fidamus his quæ à domino promissa sunt, atque si iam impleta essent.Hæc enim vera fides est,non attendere ea,quæ videntur,etiam si omnino sint aduersa promissioni,sed solam promittentis potentiam.

Mysticè. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Iacob dormiens posuit lapidem sub capite suo,& vidit scalam pertingentem ad cœlum , & dominum incumbentem scalæ.Videte fratres quanta sint in hoc loco mysteria. Iacob typum gerebat domini saluatoris,& lapis quem supposuit capiti suo,Christum dominum nihilominus significat. Quare lapis ad caput Christum significet , audi Apostolum , Quia caput viri Christus . Denique vnxit beatus Iacob lapidem ipsum.Attendite vnctum,& intelligetis Christum.Christus ab vnctione, id est,à chrismate vnctus interpretatur.Sed si Iacob dominum in terra dormiens figurabat, quid est quod in cœlo dominus scalæ innixus incumbebat?Quomodo Christus dominus & in cacumen scalæ in cœlo,& in beato Iacob esse videbatur in

Psal.104.

Psal.18.

1.Cor.11.

A tur in terra? Quod autem & in cœlo sit Christus, & in terra , audi ipsum Christum dicentem , Nemo ascendit in cœlum,nisi qui de cœlo descendit,filius hominis qui est in cœlo.Aduertite quia ipse dominus & in cœlo & in terra se esse dixit.Christum dominum fratres charissimi,caput esse ecclesiæ confitemur. Si caput est ecclesiæ , secundum caput in cœlo est,secundum corpus in terra.Denique cum beatus Paulus apostolus persequeretur ecclesiam, Christus de cœlo clamauit,Saule Saule,quid me persequeris? Non dixit,quid persequeris seruos meos? nec hoc dixit,quid persequeris membra mea? Sed hoc dixit,quid me persequeris? Iam quasi pede calcato lingua clamat, Calcasti me , cum vtique lingua calcari non possit , sed per concordiam charitatis , caput pro membris omnibus clamat.Iacob ergo dormiebat,& dominum in cacumen scalæ videbat incumbere . Quid est in scala incumbere, nisi in ligno pendere? Considerate fratres,quis in ligno crucis pendens pro Iudæis orauerit,& agnoscetis quis ad Iacob scalæ incumbens de cœlo clamauerit.Sed quare hoc in itinere factum est,antequam Iacob vxorem accipe-
B ret? Quia & verus Iacob dominus noster,prius in scala,id est in cruce occubuit,& postea sibi ecclesiam sociauit, dans ei in præsenti arras sanguinis sui,daturus dotem postmodum sui regni.Quod autem Iacob dormiens, & dominus scalæ incumbens Christum figurauit,attendite, & videte rei huius altitudinem . Cum enim saluator noster de Nathanaël loquens,beatum Iacob nominasset,dicens, Ecce vere Israëlita in quo dolus non est , in consequentibus dixit,Amodo videbitis cœlos apertos , & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Quod Iacob per figuram viderat,hoc de se dominus in euangeliis prædicabat.Videbitis (inquit) cœlos apertos,& angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis . Si ad filium hominis angeli descendebant , quia in terris erat,quomodo hi ipsi angeli ascendebant ad filium hominis,nisi quia & in cœlis erat? Ac sic & in Iacob ipse dormiebat, & de cœlo ad Iacob ipse clamabat.Quomodo tamẽ fratres,Angeli dei ad filiũ hominis in cœlum ascendant,& ad ipsum filium in terram descendant, diligenter attendite. Quando enim prædicatores dei de scripturis sanctis alta & profunda,quæ non nisi à perfectis intelliguntur,annunciant , ascendunt ad filium hominis.
C Quando verò illa prædicant,quæ ad corrigendos mores pertinent , & quæ omnis populus intelligere possit , descendunt ad filium hominis.Sic & Apostolus dicit,Sapientiam loquimur inter perfectos , sapientiam non huius seculi,sed arcanam,absconditam,quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram . Ista quando dicebat Apostolus,sine dubio ascendebat ad filium hominis.Quando autem dicebat,Fugite fornicationem , quando dicebat, Nolite inebriari vino,in quo est luxuria,quando denunciabat, Radix omnium malorum est cupiditas , in his verbis tanquam angelus dei descendebat ad filium hominis . Quando autem dicebat, Quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram,ascendebat . Cum verò dicebat,sobrij estote,& nolite peccare,& reliqua,quę ad corrigendos mores pertinent,prædicabat,lac doctrinæ ministrans,tanquam nutrix paruulis descendebat, quia illa loquebatur,quæ etiam imperiti capere possent.Hoc ordine & ascenditur,& descenditur ad filium hominis, cum & perfectis cibus solidus tribuitur,& doctrinæ lac etiam non negatur.Sed & beatus Ioannes ascendebat, quando di-
D cebat,In principio erat verbum.Satis in altum ascendebat,quando ista dicebat.Sed quia angeli dei non solum ascendunt,sed etiam descendunt , inclinans se ad paruulos dicit , Et verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Vt autem hæc quæ superius suggessimus,sanctis cordibus vestris possint tenacius inhærere,breuiter quę dicta sunt repetamus.Beatus Isaac (sicut diximus) mittens filium suum,typum dei patris habuit.Iacob qui missus est, Christum dominum designauit.Lapis quem ad caput habuit,& oleo vnxit,& ipse signauit dominum saluatorem.Scala vsque ad cœlos attingens,crucis figuram habuit.Dominus innixus scalæ,Christus crucifixus ostenditur. Angeli ascendentes & descendentes per eam,Apostoli,& apostolici viri,& omnes doctores ecclesiarum intelliguntur. Ascendentes,quando perfectis perfecta prædicant,Descendentes,quando paruulis & imperitis simplicia quę intelligere possunt, insinuant. ZENO VERONENSIS EPISCOPVS DE SOMNIO IACOB. Scala etiam duo testamenta significat,quæ & euangelicis intexta præceptis,credentes homines , voluntatémque dei facientes,quasi per quosdam obseruantiæ gradus in cœlum leuare consueuerunt.Angelos verò puto rectè homines appellatos,quibus dominus sanctum per spiritum dicit,Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes.Vos autem si-
E cut homines moriemini. Sed & de Ioanne baptista sic dictum esse meminimus,Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam.Ergo manifestum est prophetię more angelos homines iustos & iniustos generaliter dictos.Sed ascendentes & descendentes qui sint,in exemplis agnoscimus.Descendentes sunt,qui seculo renunciantes,rursus reuertuntur ad seculum.De quibus dominus ait,Nemo retro accedens , & supponens manum suam super aratrum , aptus est regno dei. Et iterum , Mementote vxoris Loth . Sed & Apostolus sic, Quemadmodum reuertimini rursum ad ea quæ infirma & egena sunt elementa?Ascendentes verò sunt iusti, qui probis moribus per gradus diuinorum obseruantiæ præceptorum , quotidie spiritalis itineris gloria feruntur in cœlum.Quos apostolus Paulus exhortatur, & monstrat,dicens, Si consurrexistis cum Christo , quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram dei sedens . Scala autem duos scaphos habet, & gradus plurimos, sed eius ascensus est vnus . Gradus autem eius fratres charissimi , si vultis scire quid vocentur, audite . Conuersio , audi-
F entia,intellectus,credulitas,timor, sapientia, sobrietas,mansuetudo, temperantia, castitas,pietas,charitas,fides, veritas , humilitas, gratia , honestas , verecundia, patientia, perseuerantia , consummatio . Scaphorum nomina, duo testamenta. Scala autem proprio nomine crux vocatur , quia per ipsam dominus Iesus Christus ministeria vniuersa conficiens atque conducens, patri & Adam reportauit , & iter ad cœlum omnibus se sequentibus patefecit. AMBROSIVS. Et profectus est Iacob , & dormiuit , quod est quieti animi indicium, & vidit angelos dei ascendentes & descendentes, hoc est, Christum præuidit in terris, ad quem angelorum caterua descendit, atque ascendit,obsequium proprio domino , pio præbitura seruitio. DIODORVS. Angeli descendentes & ascendentes in primis verbi dei in terras descensum , & in cœlos glorioſissimam ascensionem præfigurant. EVSTATHIVS ANTHIOCHENVS. Iacob mystícè corporatam domini speciem vidit,& trium phale dominicæ crucis sub figura scalæ trophęum cõtẽplatus est. ISIDORVS. Nam & dormitio Iacob in iti nere,mors Christi in ea est. RVPERTVS. Magna plane supernæ propiciatiõis dignatio,quę sup hũc peregrinũ talẽ vel profugũ viscera sua nõ cõtinuit,quin properaret ostendere quàm tutũ illi ex semine eius pręppararet refugium in

Ioan.3.

Act.9.

Ioan.1.

1.Cor.2.

1.Cor.6.
Ephe.5.
1.Tim.6.
Coloſ.3.
1.Cor.15.

Heb.5.

Ioan.1.

Ser.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gium in altitudine cœli. Quid enim est scala hæc tantæ altitudinis, nisi illa seminis series, quam omnes nouimus secundum euangelicum librum generationis Iesu Christi filij dei? Eius nanque gradus scalæ supremus est, & cui dominus fuit innixus, non alius quàm Ioseph, in illa generatione nouissimus, vir Mariæ de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Nonne scalæ innixus fuit dominus, cum huius paterna ope, & pia vectatione indigens vteretur deus, homo factus, de loco ad locum fugiens Herode persequente, pupillus in hoc mundo, id est absque carnali patre genitus? Vidit igitur Iacob scalam, summis suis innixum habentem dominum, generationem suam de se incarnatum habituram, per quam cœlos attingeret, & portam cœli hactenus clausam hominibus, introiret. Et hoc somnium rei congruit ac tempori, secundum personam & negotium eius qui vidit. Tunc enim ibat cum benedictione dei, & præcepto patris sui, vt vxorem acciperet de filiabus Laban auunculi sui, cum fide & spe eius, quæ ad auum ipsius facta est, repromissionis. Vidit & angelos ascendentes & descendentes per eam. Angeli dei, id est nuncij, sancti sunt euangelistæ, & prædicatores veritatis, testes vtriusque, diuinæ pariter & humanæ generationis Iesu Christi. Hi nunquam sursum aut deorsum fixi consistunt, nunquam enim purum deum, aut purum hominem prædicant esse semen Abrahæ Iesum Christum, sed sursum ac deorsum inoffenso pede currentes, dicunt ascendentes, Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Dicunt descendentes, Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Descendendo, deum hominem factum, ascendendo, fatentur deo hominem vnitum. Idcirco recte duo huius generationis prædicatores, Matthæus & Lucas, ascensum hunc & descensum sibi diuiserunt, vt ille ab Abraham descenderet vsque ad Virginis vterum, Hic ab ipso qui putabatur filius Ioseph, ascenderet vsque ad deum.

Matth.1.

Ioan.1.

AVCTOR CATENAE. Porro scala visa, mysterium est incarnationis Christi, & ipse denique Christus dominus noster, à terra in cœlum porrecta, cœlestia coniungens terrenis, qua sola cœlum ascendimus: sine Christo enim nemo peruenit ad patrem. Nemo potest (inquit ipse) venire ad patrem nisi per me. Extra quem non est salus, quo solo nitimur ad cœlestia properantes, Christi scilicet verbo, doctrina, meritis, imò & passionibus. Cœlis demissa est, & terræ infixa, caput cœlum tangit. Quia dominus exiuit à patre, & venit in mundum, & iterum reliquit mundum, & ad patrem reuersus est. Angeli primum ea ascendunt, dum sancti homines in Christum fidentes, fiunt angeli, dei bonitatem & gratiam assequendo, descendunt postea, per charitatis opera proximis consulendo. Innititur autem scalæ dominus & insistit, quia Christum inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Per hunc nobis pater loquitur, gratiam præstat & saluat, per hunc deum credimus, colimus, & amamus, conciliantem ima summis. CAIETANVS. Aliter. Quoniam similitudines corporeæ, dei, angelorum, & scalæ monstratæ Iacob figuræ sunt, spiritualium (quemadmodum templum seu domus dei figura est Ecclesiæ, hoc est, congregationis fidelium) Ideo visio ista figura fuit ecclesiæ, hoc est, congregationis iustorum hominum, in vna fide, spe, & charitate dei. Hæc enim viua domus dei, quæ incepit ab Abel iusta est, ad hanc solida stat scala vsque ad cœlum, hoc est, via gradatim per ordinata merita, officia, gratiásque, & in ea continue angeli ascendunt à nobis, referendo nostra in deum, & descendunt ad nos, afferendo diuina ad nos. In hac sola domo est via ad portam cœlorum, quia extra ecclesiæ vnitatem nullus viam habet ad cœlestem patriam. In hac supremus deus creator omnium præsidet, & iudicia sua exercet, & bona & mala pœnæ distribuit. GREGORIVS QVINTO MORALIVM. Sed & tropologia, somno quandoque (calcatis carnis desideriis) vitæ quies figuratur, sicut sponsæ voce in canticis canticorum dicitur, Ego dormio, & cor meum vigilat. Quia videlicet sancta mens quo se à strepitu temporalis concupiscentiæ comprimit, eo verius interna cognoscit, & tanto alacrius ad intima vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Iacob in itinere dormientem figuratur, qui ad caput lapidem posuit, & obdormiuit, à terra scalam cœlo inhærentem, innixum scalæ deum, ascendentes quoque & descendentes angelos vidit. In itinere quippe dormire, est in hoc præsentis vitæ transitu, à rerum temporalium amore quiescere. In itinere dormire, est in dierum labentium cursu ab appetitu visibilium mentis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit, qui dixit, Scit enim deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. Vnde & paulopost subditur, Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit, quos innocentia clausos tenebat. Angelos verò ascendentes & descendentes cernere, est ciues supernæ patriæ contemplari, vel quanto amore auctori suo semet ipsos transcendendo inhæreant, vel quanta compassione charitatis nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum est valde, quod ille dormiens angelos conspicit, qui in lapide caput ponit, quia nimirum ipse ab exterioribus operibus cessans, interna penetrat, qui intenta mente, (quæ principale est hominis) imitationem sui redemptoris obseruat. Caput quippe in lapide ponere, est mente Christo inhærere. Qui enim à præsentis vitæ actione remoti sunt, sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt, sed videre angelos nequaquam possunt, quia caput in lapide tenere contemnunt. BERNARDVS. Mirum autem quod in scala ista nullus angelus residens, nullus subsistens apparuit, quatenus palam daretur intelligi, inter profectum & defectum in hoc statu mortalis vitæ nihil medium inueniri, sed quomodo ipsum corpus nostrum continue aut crescere constat, aut decrescere, sic necesse sit & spiritum aut proficere semper, aut deficere. IDEM. Quisquis ergo in schola Christi non proficit, eius indignus est magisterio, & non proficere, sine dubio deficere est. Nemo proinde dicat, satis est, sic volo manere, sufficit mihi esse sicut heri & nudiustertius. In via resedit qui eiusmodi est, in scala substitit, vbi neminem patriarcha vidit non ascendentem aut descendentem. IDEM. Vel illud quod in scala illa, quæ in typo humilitatis Iacob monstrata est, dominus desuper innixus apparuit, quid nobis aliud innuit, nisi quod in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis? Dominus quippe de summitate scalæ prospiciebat super filios hominum tanquam veritas, cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non norunt, vt videret si est intelligens, aut requirens deum. RABANVS. Quod autem loquutus est dominus ad Iacob innixus scalæ, dicens ei, Ego sum dominus deus tuus Abraham, & quæ sequuntur, mysticè designat mandatum diuinitatis ad humanitatem Christi directum, cui terra ecclesiæ promittitur, & semini illius, id est populo

Cap.21.

Can.5.

Gene 3.

Epist.154.

Epist.141.

De gradib. humilitatis.

A id est populo christiano vsque in sempiternum. Cui dicit pater, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aliter. Occidens in hoc loco, occasum vitiorum & peccatorum designat. Oriens lucem fidei, vel ortum bonorum operum: Septentrio constrictionem voluptatis, & mortificationem desideriorum. Meridies claritatem sapientiæ, & feruorem charitatis non inconuenienter ostendit. Taliter enim veri potestas Iacob dilatatur, hoc est, infidelibus regnum Christi propagatur. Per occasum vtique vitiorum & peccatorum, & per ortum fidei ac bonorum operum, per continentiam voluptatum, necnon per meditationem sapientiæ, & feruorem dilectionis. Psal.2.

B *Vnque euigilasset Iacob de somno, ait, Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque, quàm terribilis est (inquit) locus iste, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellauitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza uocabatur.* 4

CHRYSOSTOMVS. Iam verò videamus iusti huius gratitudinem. *Cunque* (inquit) *euigilasset Iacob de somno, ait, Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Est dominus in loco hoc, ac si diceret, est hic demonstratio domini, non enim dominus in loco est. RVPERTVS. Dominus est in loco isto, cum dicit, Subaudiendum est præsentia gratiæ, nam & in isto, & in omni loco est magnitudine præsentiæ. Siquidem de maiestatis eius immensitate verissime dictum est, Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Itemque, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. AVCTOR CATENAE. Vere dominus est in loco isto. Vbi secundum aliquos primum Abraham sacrificauerat, dei promissiones acceperat, & quid pro filio immolandum indicatum eidem fuerat, ibi

Esaiæ.66.

Esaiæ.6.

C nunc scalam videt, vbi & Christi excessus peragendus erat, vbi in spiritu cognouit dei cultum instituendum secundum Iudæos, templum extruendum, necnon æternæ ac vniuersalis vitæ euangelium prædicandum, opus salutis & fidei absoluendum. Ibi nanque aliquantisper deus coli voluit, donec temporis ac loci plenitudo veniret, & subiugaretur totus mundus deo vni, viuo & vero, qui est deus Abraham, Isaac & Iacob, in æternum benedictus. Et ego (ait) nesciebam, id est nondum tam clare mihi loci illius mysterium innotuerat. *Pauensque, quàm terribilis est locus* (inquit) *iste, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli.* CHRYSOSTOMVS. Stupescens iustus propter magnam misericordiam dei, timuit (inquit) & dixit, Non est hoc nisi domus dei, & ipse (vt ita dicam) quasi locus mihi posthac pro domo dei reputabitur. Tanta ille gloria dignus est habitus, & ipse (vt ita dicam) quasi cœli porta visus est, Iustum fuerit, vt debitam hic gratiarum actionem domino reddam & offeram. RVPERTVS. Sed quid pauoris, vel quid terroris secundum se locus iste poterat habere? An quia dominum in loco il

Pauènsque,

D lo in somnis vidit? Nempe & in aliis locis, tam huic quàm patribus eius Abrahæ & Isaac multotiens idem deus apparuit. Ergo non dubium quin propheta fuit, sicut & in psalmo de hoc & de prædictis eius patribus scriptum est, Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, & hic per spiritum prophetiæ dilatato corde, quid significaretur huiusmodi somnio prænidit, illúmque locum, cuius iste figura erat, expauit. Qui videlicet locus Ecclesia dei est, vnde psalmista, Deus (inquit) in loco sancto suo, deus qui habitare facit vnius moris in domo. Ecclesiam ergo dei futuram, & in ea terribilia dei opera, quæ (vt ait Apostolus) innotuit principatibus & potestatibus in cœlestibus multiformis sapientia dei, iste miratus expauit, sicut expauerat prophetico nihilominus spiritu Abachuch, quando dixit, Domine audiui auditum tuum, & timui, consideraui opera tua, & expaui. Quorum videlicet operum hæc summa est, quod sicut paulo ante dictum est, per humanitatem Christi aperta est porta cœli, & cœlestia iuncta sunt terrenis. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Hæc etiam verba ad prophetiam pertinent alio modo, quia ibi futurum erat tabernaculum quod constituit dominus in hominibus in primo populo suo. Porta autem cœli sic intelligere debemus, tan-

Psal.104.

Psal.67.

Ephe.3.

Act.3.

E quam inde fiat aditus ad capescendum regnum cœlorum. CAIETANVS. Subsequutus timor in Iacob vigilante & cogitante quod viderat, testatur diuinam actionem in animo Iacob, postquam vigilauit. Ita quod tria contigerunt. Primum, in somnis visio & auditio, deinde in vigilia reuelatio seu intelligentia visorum, & demum concomitans timor. Intellexit autem Iacob quod prius nesciebat, tum deum esse in illo loco tanquam in loco appropriato auditorij sui. Nec demonstratur locus terræ, nec locus cœli, sed vniuersus situs ille à terra super quam stabat scala, vsque ad illam cœli partem inclusiue in qua apparuerat deus supra scalam. Tum quod locus ille quàm timendus erat, & hoc ex experto in se timore agnouit. Timuit autem diuinum iudicium, quemadmodum consueuimus timere nouiter præsentes principi sapienti, ne aliquid sibi displicens appareat in nobis. Sic enim Iacob timuit considerando se ipsum relatiue ad præsentiam dei, & frequentiam angelorum, ne imputarentur sibi defectus sui. Tum quod locus ille erat domus dei, & porta cœlorum, vt subiungitur. Non est hic aliud

F nisi domus dei & porta cœli. Iuxta Hebræum habetur, Non iste nisi domus dei, & iste porta cœlorum. Non sunt aduerbia localia, sed pronomina quæ interpretata sunt hic. Ecce intelligentia visionis, quod locus ille est domus dei, & porta cœlorum. Nemo enim melius intellexit hanc visionem, quàm ipse Iacob, vere domum propriatam deo intellexit, ex eo quod in illa parte cœlorum viderat deum ad illam terræ partem spectantem, Et vere portam cœli ibidem agnouit, ex eo quod scala ad portam cœlorum pertingebat, qua egrediebantur descendentes, & ingrediebantur ascendentes angeli. Et ad literam visio hæc figura fuit, & initium templi dei ædificandi ibidem, Nam vt ex.1. Paralip.22. & ex.2. cap.3. clare habetur, beth el mons Moria est, qui demonstratus est Dauidi, in quo obtulit sacrificium ad sedandam pestem, in quo ædificatum fuit templum à Salomone. AVCTOR CATENAE. Quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus dei, & cætera. Verba hæc recte ex Hebraica litera ab interprete reddita, ita habentur in Chaldaica æditione, Quàm terribilis est locus iste, non est locus communis, sed locus in quo beneplacitum est coram deo. Et è regione loci huius est porta cœli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hæc quidem illa, more suo difficiliora plana faciens. Quod autem dicit, Pauénsque, Non desperationem sed G
reuerentiam, ac admirationem insinuat. Domum autem dei vocat, quod familiam illic dei angelicam viderat.
Non tamen eo loci præcise, sed in ea terra, quam exibat peregrinus, & ad quam rediturus prænunciatur, dei il-
lius veri cultus instituendus erat. Et non valde distant, sed fere idem sunt, Salem, Solyma, Luza, Bethel, Iebus,
Moria, Hierusalem. Ea enim in terra vel agro, & templum extructum, & Christus natus, vixit, prædicauit, pas-
sus est & mortuus, saluauit mundum, cœlos ascendit, & apparuit fidelibus. Ex ea tanquam è paradiso fœlicissi-
mo, recreandis hominibus destinato & reformandis, in totum mundum ad quatuor plagas orbis fluenta verita-
tis, salutisque effluxerunt. *Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fun-
dens oleum desuper.* CHRYSOSTOMVS. Verisimile enim est, quod illud solum secum tulerit, vt pote iter fa
ciens. AVGVSTINVS. In hac autem lapidis erectione, oleique perfusione, non aliquid idololatriæ simile
fecit Iacob, non enim vel tunc vel postea frequentauit lapidem, adorando vel sacrificando ei, sed signum fuit in
prophetia euidentissima constitutum, quæ pertinet ad vnctionem, vnde Christi nomen à chrismate est. H
THEODORETVS. Iacob lapidem illum in dei honorem inunxit, quia etiam nunc fœminæ deo dicatæ, ac
religiosæ, delubrorum valuas, & martyrum monumenta oleo perfundere consueuerunt. Dominus verò etiam
modica piarum mentium munera non spernit. DIODORVS. Quod Iacob lapidem inunxit, tabernaculi
Mosaici typum gessit, quod postquam Moyses erexit, oleo etiam perunxit. GLOSSA GRAECA. Sacer-
dotes etiam nunc mensas & columnas oleo inungunt. CAIETANVS. Ad literam igitur erectio lapidis in
signum atque memoriam visionis significatur. Fundens oleum desuper, Hebraicè est, Et fudit oleum super ca-
put eius. Summitas erecti lapidis appellatur caput lapidis. Fusio autem olei, venerationis gratia facta videtur,
vt quemadmodum homines iocunditatis gratia vngebantur oleo, ita diuinæ habitationis signum oleo cultum
est. AVCTOR CATENAE. Et erexit in titulum. Hebraicè est מַצֵּבָה Mazeba, quod tam titulus, quam sta
tua, siue signum reddi potest. Formant autem Hebræi Mazeba à יָצַב Iazab, sicut & Latini statuam à stare. Non est
igitur vt aliquis suspicetur statuam illam columnam fuisse, cum solum lapis agri esset, sed is lapis stabat, non ia- I
cebat, secundum longitudinem erectus. Et quod sequitur, Fundens oleum desuper, Hebraicè est וַיִּצֹק שֶׁמֶן עַל רֹאשׁוֹ vaizok semen al rosa, Et effudit oleum super caput eius. Sic & Chaldaica, sic & Septuaginta, καὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς, super summitatem eius. Non ipsum ergo totum lapidem oleo asperfit, sed cacumen illius duntaxat. Qua-
re hoc loco, desuper, de summitate tantum accipiendum est. Terram itaque istam designauit Iacob in rei me-
moriam, erecto lapide quem pro puluinari supposuerat capiti suo. Oleum autem pro cibo & vnctione corporis,
contra calores solis secum perlatum effudit, & veluti consecrauit vetustissimo ritu promissionis terram, & lo-
cum mysteriorum dei aliquando complendorum. *Appellauitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza uocabatur.*
CHRYSOSTOMVS. Postquam autem per visionem tam magna consequutus fuit, vocabulo memoriam
loco inscribere vult, posteriusque eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusoque oleo. AV-
GVSTINVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et vocauit Iacob nomen loci il-
lius, domus dei, & Vlamaus erat nomen ciuitati ante. Iuxta ciuitatem dormisse si intelligatur, nulla quæstio est. K
Sinautem in ciuitate, mirum videtur, quomodo potuerit illum titulum constituere. HIERONYMVS DE
QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, & Vlam Luz erat no-
men ciuitatis prius. Ab eo quod supradixerat, Quàm terribilis est locus iste, non est hic nisi domus dei, & hæc
porta cœli, nunc loco nomen imponit, & vocauit illum Bethel, id est domum dei, qui locus vocabatur antè Lu-
za, quod interpretatur nux, siue amygdalon. Vnde ridicule quidam verbum Hebraicum vlam, nomen esse vrbis
putant, cum vlam interpretetur prius. Ordo itaque iste est lectionis. Et vocauit nomen loci illius Bethel, &
prius Luza vocabulum erat ciuitatis. Antiquæ omnes scripturæ, verbo vlam siue elem plenæ sunt, quod nihil a-
liud signat, nisi antè, aut prius, vel vestibulum, siue superliminare, vel postes. IDEM DE LOCIS HE-
BRAICIS. Bethel vicus in duodecimo ab Aelia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, quæ primum Lu-
za, id est Amygdalum vocabatur, & cecidit in sortem tribus Beniamin, iuxta Bethan & Gai, quam expugna-
uit Iesus rege illius interfecto. Porro quod quidam putant secundum errorem Græcorum voluminum, vala L
maulas antiquitus nuncupatam, vehementer errant. Verbum quippe Hebræum, & nomen ipsius ciuitatulæ pa-
riter miscuerunt, cum vlam significet prius, id est πρότερον, Luza verò, amygdalum, & sit sensus, vocabatur
autem Bethel prius Luza. Necnon & hoc quod Bethauen aliud oppidum suspicantur, Hebræi putant eandem
esse Bethel. Sed ex eo tempore quo ibi ab Hieroboam filio Nabat, vituli aurei fabricati sunt, & à decem tribu-
bus adorati, vocatum esse Bethauen, id est domum Idoli, quæ antea vocabatur domus dei. IDEM IBI-
DEM. Luza in tribu Beniamin, quam postea cognominauit Bethel. Est autem vsque hodie villa, in sinistra par-
te viæ de Neapoli pergentibus Aeliam. CAIETANVS. Cum autem iuxta Hebræum non dixerit, quod vo
cauit nomen ciuitatis, sed nomen loci, & subiungatur antiquum ciuitatis nomen aliud, insinuatur quod locus il-
le erat locus ciuitatis dirutæ, quæ olim vocata fuerat Luz, & propterea Moyses addidit certum esse quod olim ap-
pellabatur. AVCTOR CATENAE. Appellauitque nomen vrbis Bethel. Hebraica litera habet
שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא בֵּית אֵל Sem Samakon hahu Bethel, Nomen loci illius Bethel. Ita habet & Chaldaica. Septua- M
ginta autem vt moris eorum est, non nomen ipsum, sed quod nomen interpretetur, vertunt, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Οἶκος Θεοῦ, Et vocauit nomen loci illius, domus dei, sic enim & nomen interpretari licet,
Beth domus, el deus. Quod verò sequitur, quæ prius Luza vocabatur, iuxta Hebræum ita legitur. וְאוּלָם לוּז שֵׁם
הָעִיר לָרִאשֹׁנָה veulam Luz Sem hair Larissona, veruntamen, seu, sed vere, Luz nomen ciuitatis prius. Chaldai-
ca, Nomen autem ciuitatis Luz prius vocabatur. Cõstat autem hoc loco lapsus apud Septuaginta. Nam aduerbiũ
Hebraicum veulam, id est veruntamen, vel sed certe, arbitrati sunt partẽ esse nominis eius vrbis. Itaq; ex nomine
Luz & veulam vnum nomẽ conflarunt hoc modo, καὶ λαμμασουὲ ἓν ὄνομα τῇ πόλει, Et Lammaus erat nomen vrbi.
Neq; hoc mirum: nam & eiusdẽ generis plurima apud eos reperies. Hoc idẽ annotauit & apud Grẽcos grauissimus
scriptor Acacius, inquiens: Sciendum, vlam non vt partem nominis reddidisse Aquilam, sed vt significans, &
prius.

A prius. Ipsam vero vrbem, aperte & expresse postea vocat Luzã. Bethel igitur domus dei dicitur, antea Luza dictus
is locus, non longe à Hierosolymis. Quanquam non desint qui Hierusalem hanc fuisse contendant, quæ plura suc
cessiue nomina sortita sit. Nam à Melchisedech primo dicunt fundatam, & Salem vocatam, postea quia in ea Ie-
busæi habitauerunt Iebus dictam, ex quibus duobus dehinc nominibus factum esse nomen vnum b mutata in r,
& Hierusalem vocatam. Deinde auctam per Salomonem & ampliatã, in eaq; extructo templo, Solymam quasi
Salomoniam nuncupatam, atque per prioris nominis compositionem, Hierosolymã dictam. Demum post do-
mini passionem euersam funditus, quia Helius Hadrianus Romanorum imperator eam restaurauit, locúmque
passionis & sepulturæ dominicæ, qui extra ciuitatem fuerat, vt habetur Ioannis decimonono, intra eam includit,
Heliam vocari cœptam.

B BERNARDVS. Sed & mysticè, nostra ecclesiarũ particularium illa Iacob aspersio, nostra illa benedictio, Mysticè. Sermo. 6. de dedicatione ecclesiæ.
nostra consecratio fuit, quæ per manus sanctorum celebrata pontificum, etiam hodie anniuersario reditu votiuis
laudibus ad memoriam reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est deo? Non parietes dicunt, sed homines, ipsi e-
nim cura est de nobis. Vnus homo erat Iacob, & dormiens vidit descendentes angelos & ascendentes. Parum est
hoc, etiam dominum angelorum adesse testatus est, dicens, Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Mi-
ratur enim gratiam, & dignationis magnitudinem expauescit. Quàm terribilior est iste locus, quàm euidentius,
certiusq; dominus est in loco isto, vbi nimirum non modo duo aut tres, sed tam multi in ipsius congregati nomi
ne perseuerant? Terribilis plane locus, & dignus omni reuerentia, quem fideles viri inhabitant, quem angeli san-
cti frequentant, quem sua quoque præsentia dominus ipse dignatur. Quomodo enim tantus patriarcha nescire
potuerat, quod non esset locus, vbi non esset deus? Sed forte aliud esse miratus est, vbi ait, Vere dominus est in lo
co isto. Ibi vere est, & vere dominus est, vbi in eius nomine angeli simul & homines congregantur. Licet enim in
omni loco sit, qui nullo clauditur loco, signanter tamen dicimus, Pater noster qui es in cœlis, quod aliter illic, &
C proprio quodammodo præsentem se exhibeat, non quidem ipse diuersus, sed diuersa distinguens. Est ergo in om
ni loco, omnia vniuersaliter continens, omniaq; disponens, sed longe tamen aliter atque aliter. Apud homines
malos est, præstans atque dissimulans, apud electos homines operans & seruans, apud superos pascens & cubans,
apud inferos arguens & damnans. Facit solem suum oriri etiam super bonos & malos, sed vbi malorum interim
dissimulatio est, quodammodo veritas non est. Itaque si dicere licet, apud impios est in dissimulatione, apud iu-
stos in veritate, apud angelos in fœlicitate, apud inferos in feritate sua. Durũ vobis sonat quod feritate dixi, ego
vero & iram vereor & furorem. Domine ne in furore tuo arguas me, & cætera. Vere (inquis) dominus est in loco
isto. Vbi enim pluit super iustos & iniustos, pater est, pater misericordiarum, expectans homines ad pœnitẽtiam.
Vbi damnat obstinatos, iudex est, & horrendum incidere in manus dei viuentis. Vbi cubat, sponsus est, & beata
anima quam introduxerit in cubiculum suum. Cæterum in loco isto vere dominus est, si tamen seruiamus ei in
spiritu & veritate. Non enim vere dominus erat apud eos, quibus dicebat, Quid vocatis me domine domine, & Lucæ. 6.
D non facitis quæ dico? Testantur sacræ literæ in paradiso olim positum primum Adam, vt operaretur & custodi-
ret illum. Sic secundus Adam in ecclesia sanctorum, in congregatione suorum, in horto delitiarum (siquidem
delitiæ suæ esse cum filiis hominum) ita (inquam) & ipse dominus est in loco isto, vt operetur atque custodiat. Por
ro angelos ascendentes & descendentes esse in loco isto, patriarchalis ipsa visio manifestat, Ascendentes, vt vi-
deant faciem patris, descendentes, vt prouideant nobis. Quid ergo nos? Quomodo hic esse debemus? in quanta
reuerentia stare in loco isto, vbi deus est operans & seruans ascendentes & descendentes? Nimirum pœnitentes &
expectantes esse nos conuenit. Hoc est enim obliuisci quæ retro sunt, ignorare, reprobare, recogitare annos illos
in amaritudine animæ nostræ, ac deinceps cogitatione simul & auiditate extendere nos in anteriora. Ad hoc ve
nimus, in hoc positi sumus. Hæc sunt quæ exiguntur à nobis, præteritorum pœnitudo peccatorum, & futurorum
expectatio præmiorum. RVPERTVS. Bene ergo dicta hæc Iacob euigilantis & exclamantis, Vere domi-
nus est in loco isto, & cætera quæ sequuntur, catholica Christi ecclesia de ore eius rapuit, & de omni loco, in quo
inuocatur nomen domini, veraciter protestatur, & cõstantissime dicit, Terribilis est locus iste, hic domus dei est,
E & porta cœli. Vbi enim sanctum celebratur baptisterium, vbi sacrosanctum corporis & sanguinis domini confi-
citur sacramentum, vnde fideles animæ cœlo renascuntur, & angelorum ascendentium & descendentium ma-
nibus orationes feruntur in cœlum, quid nisi porta cœli & infernalibus portis terribilis locus est? Et illic lapis ti-
tuli, & hic lapis altaris, solenniter perfusus oleo benedictionis, Christum significat, quem vnxit deus oleo exulta-
tionis præ participibus suis. Quod autem in parietibus visibilis structuræ lapides singuli, boc in spirituali ædificio
sunt homines singuli. Proinde non vane consecratio templi vel altaris festiuis laudibus per annos singulos cele-
brari consueuit. Nam sicut altare Christum, & singuli lapides parietum, singulos significant electos, viuos vtique 1. Pet. 2. Ephe. 2.
lapides, superædificatos super fundamentum apostolorum & prophetarum, ad construendum vnius ecclesiq; tem
plum, Sic omnia quæ sub nominibus altaris, lapidumq; siue fundamentorum atque murorum decantamus, op-
portune gratiarum actiones sunt, pro principali vnctione Christi sancti sanctorum, & pro regeneratione quorũ-
F cumq; fidelium. Nec enim poterat fieri, vt quisquis nostrum diem suę regenerationis annuatim celebrem ageret,
nec rursum omittenda erat absque memoriali celebritate tantæ gratiæ iocunditas, quæ singulis nostrum de do-
mo ecclesiæ collata est. Igitur qui diuersis temporibus nati, diuersis nihilominus temporibus ecclesiæ sacramẽtis
quæ suis in locis aguntur, renati sumus, opportune pro particularibus festis vniuersalia locorum in quibus vita-
lia dei dona percepimus, festa celebramus. CYRILLVS. Lapis igitur à patriarcha inunctus, Christus est, de
quo psalmista canit, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et Esaias in perso-
na Christi, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me. Et ab apostolis dictum est, Insurrexerunt enim ad-
uersus puerum tuum Iesum quem vnxisti. Et iterum, Quomodo vnxit eum deus spiritu sancto. Hic lapis erectus
est, quia à mortuis resurgens, vsque ad cœlos, & supra cœlos ascendit. GREGORIVS PRIMO REGVM. Cap. 2.
Hic est lapis ille, quem Paulus in laude fidelium prædicat, dicens, Aedificati super fundamentum apostolorum, & Ephe. 2.
prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. ISIDORVS. Lapis ergo ad caput Iacob positus,
& postea

Universidad de Deusto
Biblioteca

& postea inunctus, Christum significat. Caput enim viri Christus est. Quis enim nescit Christum ab vnctione G
appellari? Domus autem dei dicitur locus, quia ibi natus est Christus, id est in Bethleē. Nam (vt nos arbitramur)
Vbi supra cap. 3. locus in quo hæc facta sunt, Bethleem extitit. Porta vero cœli, quia ibi in terram descendit, ibi iterum in cœlum
conscendit. Erectio autem lapidis, resurrectio Christi est. GREGORIVS. Sed & in cōuersatione fidelium
conuenienter hęc omnia accipiuntur. Nam plerique sub aliena institutione bene proficiunt, qui nouitatis suæ tē-
pore omnipotenti deo ministeria persoluunt, & tamen puritate contemplationis ad internæ pulchritudinis eius
speciem non pertingunt. Qui cum subiectionis suæ merito, etiam donum visionis intelligunt, quia sic nondum
sciebant, cui ministrabant. Quod bene Iacob ad accipiendam coniugem proficiscens, designat, qui post laborem
itineris, per soporem quietis dominum vidit, sed à somno euigilans, ait, Vere dominus est in loco isto, & ego ne-
sciebam. Neque enim illic esse dominum antequam dormiret, dubitare poterat, qui esse hunc vbique sentiebat,
sed quia tunc eum perfectius didicit, ignorasse se illum perhibuit, cum familiarius non agnouit. Via nanq;, qua
ad coniugem pergitur, intentio deuotæ obedientiæ est, qua fœcunditas internæ charitatis consequi desideratur. H
Iacob itaque dormit in via, cum fidelis subiectus, maligni spiritus supplantator, per laborem obediētiæ, ad quie-
tem suscipitur internæ visionis. Qui profecto tunc dominum se agnouisse fatebitur, quia dum eam, ad quam no-
uiter est assumptus, internæ lucis miratur speciem, quantum anté nescierit, experientia reuelatæ pulchritudinis
agnoscit. Fide etenim velut forma deum cognoscimus, amore autem contemplationis is, qui fama innotuit, no-
bis velut ex ostensione præsentiæ, reuelatur. Bene autem per obedientiam proficiscens subditus, dum ad contem-
plationis altitudinem ducitur, dudum ignorasse dominum perhibetur, quia is quasi ex præsentiæ veritate inue-
nitur, qui fama velut incognitus antè videbatur. RVPERTVS. Quæ autem causa, vel ratio fuit, vt surgens
Iacob mane tolleret lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erigeret in titulum, fundēs oleum desuper, nomēq;
vrbis appellaret Bethel, eadē omni homini in omni loco dominationis eius esse debet, ædificandi domū nomini
domini. Primum est, vt huius exemplo confitens, quod peregrinus sit & aduena super terram, lapidem supponat
Matth 11. capiti suo, id est conscientiam suam collocet in Christo, vt dormiens requiescat in illo, iuxta præceptum vel con- I
silium ipsius dicētis, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. In illa requie sua dor
miens somniet, id est credendo videat nunc per speculum in ænigmate, quia facie ad faciem videre non potest
iam præteritum, quod ille vidit futurum, scilicet scalam cui dominus innixus sit, id est euāgelicam de qua supra-
Ephe. 2. dictum est generationem Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, quę cœlum attigit, & portam cœli nobis aperuit,
Canti. 5. quæq; soluto pariete inimicitiarum, cœlestibus terrestria coniunxit. Hæc (inquam) dormiens & dicens, Ego dor-
mio, & cor meum vigilat, tota nocte somniet, id est tota vita sua, in pace & quiete cordis sui meditetur. In hac e-
nim fide quisquis erigit altare ad inuocandum nomen domini, ipse est Iacob per vnitatem fidei, hac distantia,
quod ille futura somniauit & credidit, hic autem præterita vel præsentia legit, vel audit, & nihilominus credit.
RABANVS. Quisquis etiam post torporem inertię euigilauerit, & per exercitium boni operis vere exurrexe-
rit, in ecclesia supereminentem gratiam dei, & introitum regni cœlestis intelliget.

K

5 VOut etiam uotum, dicens, Si fuerit deus mecum, & custodierit me in uia per quam ego ambulo, & dede-
rit mihi panem ad uescendum, & uestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum pa
tris mei, erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem erexi in titulum, uocabitur domus dei, cunctorum-
que quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

5 CHRYSOSTOMVS. Vide votum misericordi deo oblatum, omni plenum philosophia. *Vouit etiam* (in-
quit) *uotum, dicens, Si fuerit deus mecum, & custodierit me in uia per quam ego ambulo.* Quoniam dixerat dominus, Ego
ero custos tuus quocunque perrexeris, propter hoc & ipse dicit, si illa mihi eueniant, quæ scilicet daturū promisit.
AVCTOR CATENAE. Sed quæritur, cum dominus hoc supra ei pollicitus sit, quare Iacob hic L
replicat conditione appositā, dicendo, Si fuerit dominus mecum, & cætera, quasi de rei euentu incertus? Respon-
detur, quod forsan formidauit ne peccando obicem poneret gratiæ, ac beneficiis dei. Nam promissiones huius-
modi diuinæ frequenter sub conditione intelliguntur, si dei mandata seruauerimus, si à vitiis nos cōtinuerimus.
CHRYSOSTOMVS. Deinde & petitionem suam affert, dicens, *Et dederit mihi panem ad uescendum*, &
uestimentum ad induendum. Non diuitias, non abundantiam quandam petiuit, sed panem & vestem, & hanc ad cō
Matt. 10. tegendum corpus, illum vero in necessarium alimentum. Considera quomodo nobis apostolicum characterem
Lucæ. 9. petitione sua significauit, tanto sapientię studio plenus erat iusti animus. Nam id quod Christus dicebat, Ne pos-
sideatis aurum vel argentum, vel duas tunicas, hoc iste nondum à quoquam doctus, sed à se ipso, & ab insita na-
Cap. 26. tura, magistra nostra didicit, & optauit à domino suo præberi, panem ad comedendum, & vestem ad tegendum.
GREGORIVS VIGESIMOTERTIO MORALIVM. Per panem quandoque omne subsidium præ
Ioan. 6. sentis vitæ accipitur, sicut Iacob ad Laban transiens ait, Domine deus, Si dederis mihi panem ad manducandū, M
& vestem ad induendum. Et sicut in euangelio dominus turbis sequentibus dicit, Quæritis me, non quia vidistis
signa, sed quia manducastis ex panibus meis, & saturati estis. De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorū
personam dominus illos intra sanctam ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad dominum propinquan-
tes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt, nec cogitant quid viuendo
imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo satientur. Satiatos quippe de panibus dominum sequi, est de
sancta ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis est dominum, sed pro panibus quærere, ad reli-
gionis officium non pro augendis virtutibus, sed pro requirendis subsidiis inhiare. RVPERTVS. Et de-
derit mihi panem ad edendum, & cætera. Hoc & corporaliter ab eis, qui eiusmodi facultates habent, & spiritua-
liter ab omnibus, tam ab illis qui vtuntur hoc mundo, quàm ab illis qui nihil habent in hoc mundo, agendum
Psalm. 75. est. Quoniam cogitatio hominis (inquit psalmista) confitebitur tibi, & reliquię cogitationis diem festum agent
tibi.

A tibi. Ac deinceps, Vouete, & reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera, terribili & ei
qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ. Verum nec ipsa vouentis oratio conditionalis à nobis
prætereunda est. Nam cum dixisset, Si dominus fuerit mecum, & custodierit me in via per quam ambulo, Hoc e-
tiam addidit filius potentis magniq; vehementer, ac diuitis hominis, Et dederit mihi panem ad edendum, & ve-
stimentum ad induendum. Hoc tanquam pauper, & vt vere dei mēdicus dixit. Nec mirum cum & rex maximus
atque fortissimus, in psalmo egenum se & pauperem profitetur, Ego vero (inquit) egenus, siue mendicus, & pau- Psalm. 69
per sum. Itemq;, Quoniam inops & pauper sum ego. Bonum ergo ex patribus exemplum filiis prouisum fuit, vt Psalm. 85.
quantumcunque diuites sumus, dicamus mendici omnes ante fores supernæ gratiæ, Panem nostrum quotidia- Lucæ. 11.
num da nobis hodie. Nec vero solum panem spiritualis alimonię, sed panem quoque victualem dignemur à pa-
tre omnium deo flagitare, vt illum quoque ex dono eius fateamur nobis esse, qui solus potuit, & dignatus est
creare, non minus regi in solio fulgenti, quàm sedenti ad molam necessarium viduæ. Triplicē itaque vt veri pau-
B peres precemur panem à patre sub vno nomine, panem scilicet vitæ æternæ, de quo dixit, Et panis quem ego da- Ioan. 6.
bo vobis, caro mea est pro mundi vita. Panē intelligentiæ, de quo dixit, Non in solo pane viuit homo, sed in om- Deute. 8.
ni verbo quod procedit de ore dei. Panem quoque, quem solus ipse produxit de rore cœli, & de pinguedine terrę. Matth. 4.
Simulq; vestimentum operiamur, vestimentum (inquam) tam carnis cooperimentum, quàm sanctitatis & iusti- 1. Cor. 9.
tiæ. Si hæc mihi (inquit) fuerint in terra aliena. *Reuersusq; fuero prospere in domum patris mei, Erit mihi dominus in deū.*
CAIETANVS. Quæstio quæ hic mouetur de materia voti huius incongrua, ex eo quod materia voti debet
esse bonum supererogationis, hoc est, ad quod alias vouens non teneatur, & Iacob vouit se habiturum deum in
deum, ad quod tenebatur sine suo voto, soluitur dupliciter. Prima solutio est, quod se habiturum deum in deum,
non est intelligendum vt verba sonant solitariæ, sed vt explicanda per subiunctas partes. Sepe enim sacra scriptu-
ra vtitur hoc loquendi modo, vt explicanda sigillatim, proponat prius in vno tanquam confuse, & deinde illud-
C met per partes explicet. Sic autem contigit in hoc textu, quod id quod dicitur, Erit mihi dominus in deū, dicitur
explicandum per subiunctas duas partes, quarum altera est, quod lapis ille, quem erexerat, vocabitur domus dei,
altera est, quod decimas omnium offeret deo. Et vtrūq; horum bonum fuisse supererogationis perspicuum est. Al
tera solutio est, seruando rigorem verborum, quod non inconuenit quādoq; materiam voti esse bonum ad quod
quis alias tenetur, vt ex duplici vinculo ad idem teneatur, vinculo scilicet præcepti diuini seu naturalis iuris, &
vinculo voti proprij. AVCTOR CATENAE. Possumus etiam dicere, quod votum hic largo modo acci-
piatur, videlicet quod se totum deo donauit, commisit, dicauit, quasi dicat, Quomodo non me totum deo meo
crederem, qui tanta gratia me semper, & in omnibus prosequitur, qui sine dubio mecum erit, vt fuit, custodiet in
via sicut in patria, dormientem sicut & vigilantem, cibum præbens & amictum, reducturus me sicuti pollicetur,
ad domum patris, à qua nunc velut in exilium relegatus, mortis timore propellor? *Et lapis iste quem erexi in titulū,*
D *uocabitur domus dei.* AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Prophe-
tia est domus dei, vbi & ipse rediens deo sacrificauit, non illum lapidem deum appellans, sed domum dei, id est,
quia in illo loco futura erat domus dei. CAIETANVS. Recole quod pars voti est hoc, & intelliges signifi-
cari quod lapis ille futurus esset ipsi Iacob in domum dei, hoc est, loco templi dicati summo iudici, iusto distribu-
tori bonorum & malorum. Vnde & rediens de Mesopotamia ad hunc locum venit sacrificaturus deo, vt inferius
describitur capitulo trigesimoquinto. AVCTOR CATENAE. Et lapis iste quē erexi in titulū, vocabitur
domus dei. Hebraicè legitur יְהִיֶה בֵית אֱלֹהִים Ihie beth elohim, Erit domus dei, sicut & Septuaginta, ἔσται μοὶ οἶ-
κος θεοῦ. Erit mihi domus dei, quanquam, mihi, redundat, non enim ei tantum, sed & omnibus, erat eo nomine
vocanda. Chaldaica quid sit esse lapidem domum dei declarans, ait, Et lapis iste, quem posui in titulum, erit super
quem seruiam coram domino. Quasi dicat victimas, & sacrificia offeram super eum. Dicat igitur Iacob, Huius
tam promissionis hic mihi factę, quàm fidei meę, quam nunc profiteor, semper duraturę, signum mihi & posteris
E meis semper erit is lapis, quem erexi in titulum, vbi & olim domus deo illi meo statuetur, cui pro soluenda gra-
tia decimas designabo & reddam, de omnibus diuitiis, quas mihi nunc pauperrimo traditurum minime diffido.
Quare & sequitur. *Cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* EVSEBIVS. Decimas se deo daturum
pollicetur, iam Mosaicam legem nondum scriptam naturali lumine dictante perficiens. CAIETANVS. Si
quæris cui sacerdoti dandæ erant istæ decimæ, respondeo quod nulli, sed in honorem dei erant offerendæ deo, iu-
xta ritum tunc solitum, & quod solitum erat comburi, comburebatur sacrificando, reliquum autem comedeba-
tur, non tanquam cibus prophanus, sed tanquam deo oblatum, vt mos erat offerentibus ad sacrificandum parti-
cipes esse sacrificij & libaminum. AVCTOR CATENAE. Et ne forte alicui dubitare contingeret, de por-
tione quam pro decima se soluturum patriarcha promittit, occurrit Chaldaica (inquiens) Et omnium quæ dede-
ris mihi, vnum ex decem separabo coram te. CHRYSOSTOMVS. Vide iusti gratitudinem, petebat
quidem, at nihil pretiosum, sed panem & vestem, promittebat autem & sua domino, & qui nihil adhuc accepe-
rat, vouet & promittit se deo eleemosynas oblaturum, digniorem fide existimans promissionem domini, q̄ rerū
F possessionem. Neque enim ita fidere debemus his, quæ in manibus habemus, & videmus, vt promissionibus dei,
etiam si non eueniant statim primo tempore. Sciens autem quod certet muneribus, & quod nostras cogitationes
retribuendo transcendat, inquit, Et columnam hanc in domum dei habebo, & omnium quæ mihi suppeditaban
tur, decimas dabo. Dilecti, ne simpliciter, obsecro, prætereamus quæ dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc iustū,
& nos qui in gratia, eum qui ante legem, & nihil temporale petamus à domino. Neque enim expectat, donec à
nobis admoneatur, sed & non petentibus nobis largitur ea, quæ ad vsum pertinent. Oriri enim facit solem super Matth. 5.
malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admonenti & dicenti. Quærite primum regnum Ibidem. 6.
dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Vide quod nobis ipse etiam illa præparauit vt concedat, & hæc in lucri & au-
ctarij parte daturum se promittit. Ne igitur ea, quæ sunt accessoria, quasi primaria pete, ne inuertamus ordinem,
sed quæramus illud sicut præcepit, vt & hęc, & illa habere liceat. Ea enim de causa in orationis nostrę verbis limi-
tes, & regulas nobis dominus præscripsit, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa iubet nos dicere, quę omni

philosophia

Universidad de Deusto Biblioteca

philosophia sunt referta, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tametsi nihil horum audierat, precatus est, dicens, Si dederit mihi dominus panem ad comedẽdum, & vestem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab eo petamus. Indignum enim valde est, à tam liberali & tanta virtute præstanti, huiusmodi petere, quæ in præsenti vita dissoluuntur, & magnam vicissitudinem & versionem experiuntur. Id genus enim sunt humana omnia, siue diuitias dixeris, siue potentiam, siue humanam gloriam, sed petamus semper manentia, sufficientia, vicissitudinis nescia. Et scientes domini nostri bonitatem, nihilipendamus præsentia, sed omne nostrum studium insuper cœlestium desiderium transferamus. Nam si solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos, multo magis abstinentes à malitia, & iniustitiam fugientes, non despiciet, sed multa dignos ducet prouidentia, & sua solicitudine omni tempore dignabitur. Id scientes, ne discredamus diuinis pollicitationibus, neque diuersa, quàm ille promisit, faciamus. Enimuero quantum ad ea quæ nunc à nobis fiunt, nihil ab infidelibus differimus. Quando enim ipse quidem futura nobis promittit, nos autem nolumus confidere illius promissionibus, & præsentibus sumus affixi, quod aliud incredulitatis indicium adhuc requiritur, rebus ipsis tam clara voce attestantibus, & Christo iubente nos nihil petere fragilium horum temporalium? Sed nos magis aduersamur ei, & quæ non iussit, illa quærimus, & quæ iussit quæri, illa nõ quærimus. Et hæc facientes, & tam pigre nostra instituentes, & exacerbantes mitem & humanum dominum, quasi obliti quæ nos fecerimus, causam quærimus suæ erga nos indignationis, & quare nos sæpe despiciat, in varia incidentes tentamenta, & non cogitantes peccatorũ nostrorum magnitudinem, nosmetipsos decipimus voluntario. Idcirco obsecro, vt his omnibus repulsis, nihil saluti nostræ præferamus. Quid enim vtile fuerit homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Et superuacuas diuitias iam euacuemus in pauperes, & magnũ sapientiæ & studij specimen in omnibus exhibeamus, vanam gloriam despicientes, humanum fastum conculcantes & omne charitatis studium virtutibus impendentes, vt & præsentibus & futuris bonis perfrui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritusancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum amen.

Matth. 6.

Matth. 16. Marc. 8. & Lucæ. 9.

EVCHERIVS. Deus summæ bonitatis, à quo est datum optimum & omne donum perfectum, de sursum descendens à patre luminum, à quo & per quem bona voluntas in homine præparatur, qui huius operis mihi dedit initium, ipse tribuat & bene sonantem sermonem ministrare. Dicamq; domino meo quod & sanctus Iacob patriarcha dixit, Si dominus deus meus fuerit mecum in opus quod nunc arripui, & custodierit me, erit mihi in deum, Et hæc sancta scriptura quam in manibus habeo, in emolumentum, decimas & hostias & primitias offeram ei, id est, & initium bonæ voluntatis, & perfectionem boni operis, illius sancto nomini consecrabo.

IN CAPVT GENESEOS VIGESIMVMNONVM ARGVMENTVM.

Venit Iacob ad Laban. Seruit septem annis pro Rachel. Supponitur Lia, Ducit utranque, Concipit Lia.

CAPVT XXIX.

Lectio pri.

PRofectus ergo Iacob uenit in terram orientalem, & uidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Mosque erat ut cunctis ouibus congregatis, deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent.

CHRYSOSTOMVS. Iustus igitur sumpta ex his quę deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim non fisurus esset, cui dictum erat, Ecce ego tecum sum, custodiẽs te in omni via qua iturus es, & multiplicabo semen tuum, & reducam te iterum in terram hanc, & non te derelinquam, vsquequo compleãtur promissa omnia? *Profectus ergo Iacob uenit in terram orientalẽ.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et eleuauit Iacob pedes suos. Significatur quod diuina visione ac promissione animæquior redditus Iacob, accelerauit iter. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera habet, וַיִּשָּׂא יַעֲקֹב רַגְלָיו Vaissa Iaakob raglaf, Et leuauit seu sustulit Iacob pedes suos, Locutio est pro profectus est Iacob, sicut interpres transtulit. Chaldaica & Septuaginta Hebraicę phrasi conueniunt. Deinde quod sequitur, Venit in terram orientalem, Hebraicè est, וַיֵּלֶךְ אַרְצָה בְּנֵי קֶדֶם Vaiélech arza bene kédem, Et abiit seu venit in terram filiorum orientis. Ita habet & Chaldaica. Et hæc phrasis Hebraica est, sicut & genus humanum appellant filios Adam, Et filios Israël, populum Hebreorum, filium quoque mortis, filium sapientiæ, quod & de locis dicunt. Septuaginta sapienter & ipsi hanc phrasim immutauerunt, ἐπορεύθη εἰς γῆν ἀνατολῶν, Profectus est in terram orientis. Dicuntur vero filij orientis, gentes vltra Euphratem habitantes respectu Iudææ seu Bersabee vnde venerat, hoc est, quæ incolunt Mesopotamiam. Abundant autem apud Septuaginta omnia verba hæc, πρὸς Λάβαν ἐκ Βαθουηλ τοῦ Σύρου, ἀδελφὸν Ῥεβέκκας μητρὸς δὲ Ἰακὼβ καὶ Ἡσαύ, Ad Laban ex Bathuel Syro, fratrem Rebeccę matris Iacob & Esau, *Et uidit puteum in agro* non procul ab vrbe nomine Aran, seu Charras. *Tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur.* CHRYSOSTOMVS. Cogita & omnipotentem dei sapientiam, & iusti illius magnam sustinentiam & gratitudinem. Surrexit enim post promissiones illas, & in Charras contendit. Et iterum agit vt peregrinus & vagus, & in omnibus diuina gratia fruitur, misericorde deo omnia ei prædisponente, & suam promissionem adimplente. Qui enim dixerat, Tecum sum,

sum, custodiens te omni via qua iturus es, ita duxit iustum ad fontem aquæ, vbi aquabant pastores terræ incolæ. AVCTOR CATENAE. Prope vrbem Aran peruenerat secus fontem, tardando refrigerij gratia vel orationis, vt negocium pro quo venerat, solita deus gratia dirigere dignaretur. Iuxta fontes & puteos magnalia dei multa legimus, quod homines illuc se conferre consueuerunt fatigati & debiles, domini beneficium grato animo susciպientes. *Mosque erat ut cunctis ouibus congregatis, deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super, os putei ponerent.* Multa cura custodiendos puteos pro iumentorum & animaliũ potu salubri non caret ratione, nec indignum quod à pastoribus obseruandum doceatur, solet enim negligentia in his maximo illis damno fieri. RVPERTVS. Plana & aperta est huius narrationis litera. Sed in ipsa planitie sua grandem studioso lectori admirationem faceret, nisi iam præcedentium patrum auctoritas rationes illi aperuisset. Quis enim diuinis rationibus carere arbitretur, quod hic ingenuus tantorum patrum filius, tam laboriosa seruitute, totiens immutata mercede in pascendis ouibus pro vxoribus seruiuit, præsertim sub custodia dei, qui dixerat ei, & ero custos tuus quocunque perrexeris? Non ita, sed admotam fidei oculis in isto quoque speculo rutilantis desuper solis imaginẽ, id est filij dei pulchram & veram contemplemur allegoricam similitudinem, simulq; iuxta anagogen cuicunque ministro eius fideli normam imitabilem. Igitur Esau reprobato, Iacob electus, & paterna benedictione sacratus, ad recipiendam vxorem præcepto patris eiusdem, peregre proficiscitur, id est electus ex milibus deus & homo Iesus Christus, gratiam benedictionis diffusam habens in labiis suis, & in æternum benedictus, ad coniungendam sibi ecclesiam in exilio mundi huius, officio sanctæ prædicationis accingitur. Venit ad puteum, cuius os grandi lapide claudebatur, & de quo pecora adaquabantur, vbi moris erat, cunctis ouibus cõgregatis, lapidem deuoluere, & refectis gregibus rursus super, os putei ponere. Ridicula hæc, & cætera quæ sequuntur, vel inania, publicisq; aut ribus indigna, plane sapientes huius seculi iudicarent, nisi palam sub crasso velamine literæ splendidam sensuum maiestatem, dispensatores mysteriorum dei monstrare consueuissent. Quid ergo? Magnum sane & admirabile mysterium. Venit enim in terram orientalem vir iste, cuius iuxta prophetam, nomen est oriens, & ipso aduentu suo terram suam quam iuxta Psalmistam benedixit, fecit esse orientalem, illuminando scilicet his qui in tenebris & vmbra mortis sedebant. EVCHERIVS. Terra etiam orientalis ad quam dominus noster profectus est, illos significat, qui vitiorum tenebras relinquentes, opera lucis quærebant. Apud Iudæos enim tantummodo cognitus erat deus. RVPERTVS. Venit ergo ad puteum, cuius os grandi lapide claudebatur, iuxta quem tres ouium greges accubabãt, id est, venit ad adaperiendam scripturam, quam & Iudæi & Samaritani, atque gentiles modis omnibus disgregati exquirebant. Nam & Iudæi & Samaritani scripturam sanctæ legis eandem apud se habebant, & tamen sic ab inuicem erant disgregati, vt sicut euangelista testatur, nec saltem in haustu putei, id est a quæ elementaris couterentur Iudæi Samaritanis. Porro gentiles ab vtrisque longius diuersi erant, quippe qui nec deum cœli colebant, & tamen eandem scripturam per Septuaginta interpretes translatam scire tendebant. EVCHERIVS. Vel tres greges accubasse scribuntur iuxta puteũ hunc, scribas videlicet, pharisæos & Sadducæos, quos dominus legitur arguisse. RVPERTVS. Sed frustra hi vel illi taliter accubabant, nam scripturæ sacrę puteum, scribæ & pharisæi grandi lapide clauserant, id est traditionibus dei relictis propter traditiones suas, prauo sensu obstruxerant. Vnde illis in euangelio manifeste improperatur, dicente domino, Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Item, Quare vos transgredimini mandatum dei, propter traditiones vestras? Et his similia. AVCTOR CATENAE. Vel lapis grandis qui os putei claudebat, Christus ipse est qui est lapis angularis & clauis Dauid, qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, sine quo nec intelligi recte scriptura potest, nec haberi salutaris scientia. RABANVS. Veniente igitur Christo lapis remotus est, cum per prædicationem noui testamenti, vmbra legis exclusa, & veritas euangelij patefacta est. EVCHERIVS. Tũc enim amouit vmbras & imagines, quibus legis operiebatur historia, quando vniuersa quæ de se fuerant scripta, in se expleri permisit, vel expleta esse ostẽdit. A passione enim domini, cunctis fidelibus lex spiritali intelligentia patet. Nam antea licet in scenopegia solennitate concurrentibus vndiq; populis, liber Deuteronomij à sacerdotibus recensseretur, tamen rursum claudebatur, quia necdum aduenerat, in quo in veritate expleta sunt omnia. AVCTOR CATENAE. Grandis quoque lapis claudens scripturam, est intelligendi difficultas, verborum sacrorum obscuritas, varius ac mysticus loquendi modus. Sed & hanc intelligendi difficultatem, verus noster Iacob dominus Iesus Christus adueniens, misericordia sua abstulit, cum in die resurrectionis suæ apostolis sensum aperuit vt intelligerent scripturas. Mosq; erat, vt cunctis ouibus congregatis euoluerent lapidem. Figura hęc fuit eius qui nunc in sancta ecclesia moris est, vt fidelium gregibus in ea adunatis, prædicatores & prælati eisdem scripturas exponant, amouentes saxum obscuritatis, Sicq; ouibus Christi refectis, os putei rursus claudatur, id est scriptura in sua synceritate & integritate relinquatur & custodiatur, ne ei pulueres falsitatum valeant commisceri, sed inuiolata seruetur. RABANVS. Alter per puteum baptismus, per agrum hic mundus exprimitur. Per tres greges iuxta puteum accubantes, signantur illi, qui ad fidem sanctæ trinitatis capiendam pertinent, in humilitate expetentes baptismi gratiam: Lapis os putei claudens, infidelitatis est duritia, qua abiecta, baptismus vitæ percipitur. ISIDORVS. Figuraliter etiã per oues, iustorum populi significabantur, sicut illud quod dictum est in euangelio, statuet ad dextram oues. Pastores vero & prophetæ sunt, qui vsque ad aduentum domini spiritusancto mundati, Israëliticum populum gubernabant. Lapis puteo superpositus, figuram domini præferebat. Puteus gratiam spiritus sancti per prædicationem Christi venturam ad ecclesiam ex gentibus, quæ obtecta erat, nondũ adueniente, & homine facto Christo.

Myſticè.

Luc. 11. Matt. 23.

Luc. vltimo

Matth. 23.

DIxitque ad pastores, Fratres unde estis? Qui responderunt, De Aran. Quos interrogans, Numquid (ait) 2
nostis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus. Sanus ne est? inquit. Valet, inquiunt, & ecce Rachel filia eius uenit cum grege suo. Dixitque Iacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus ut reducantur ad caulas greges. Date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. Qui responderunt, Non possumus, do-
nec omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges. G

2 Dixitq; *ad pastores, Fratres unde estis.* AVCTOR CATENAE. Hebraicè est אֲחַי מֵאַיִן אַתֶּם ahai meáin até, Fratres mei vnde vos? Cum ignotis gratioſe ſuauiterq; loquitur, fratres cognominando, exemplo ſanctorum. *Reſponderunt, De Haran.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, de Charan nos, quanuis eadem ciuitas eſt Charan & Aran. AVCTOR CATENAE. Hebraicè enim eſt מֵחָרָן אֲנָחְנוּ Méharan anahnu, De Charan nos, ſupple ſumus, & Hebraiſmus eſt. *Quos interrogans, Nunquid (ait) noſtis Laban filium Nachor?* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Iacob interrogans quod ait, Noſtis Laban filium Nachor? cum eſſet filius Bathuel, intelligendum eſt nobiliorem fuiſſe Nachor, & merito dignitatis eius factum eſſe, vt de ipſo interrogaret. Filium autem dici, & aui & proaui & vltra maioris alicuius, eum qui ex illo propagatur, vſitatiſſimæ locutionis eſt. Hinc eſt quod & Iſaac patrem filij ſui appellauit Abraham, ſicut pauloante commemoraui. AVCTOR CATENAE. Erat enim caput generis Nachor in illo loco, ſicut Abraham frater eius in a- H
lio latere. *Et dixerunt, Nouimus. Sanus ne eſt? inquit. Valet, inquiunt, & ecce Rachel filia eius uenit cum grege ſuo.* CAIETANVS Iuxta Hebræum habetur, ſi pax ei? Et dixerunt, pax. Reſpondentes enim interroganti, ſi pax Laban, reſponderunt, pax. AVCTOR CATENAE. Sanus ne eſt? inquit. Quod ad ſanitatem & incolumitatem referunt Septuaginta & interpres, Hebraicè videtur & alia proſpera complecti, ſi quidem hoc modo Hebraicè legitur הֲשָׁלוֹם לוֹ haſalom lo, Nunquid pax ei? Et dixerunt, שָׁלֵם Salom, pax. Sic & Chaldaica. Omnem ergo ſanitatem, omnem tranquillitatem videtur complecti. Quod & ex eo cognoſcitur, nam vbi Græci in epiſtolis dicunt, ὑγιαίνειν, quod omnem ſecundum ſucceſſum, bonamq; fortunam ſignificat, Hebræi ſcribunt שָׁלוֹם, hoc eſt, pacem. Vnumq; id apud eos celebratur ſalutationis genus. Interpres (vt diximus) non diſſentit à Septuaginta, qui & ipſi, εἶπαν δὲ αὐτοῖς, ὑγιαίνει, Dixit autem eis, Sanus ne eſt? οἱ δὲ εἶπαν, ὑγιαίνει. Illi autem dixerunt, ſanus eſt. Incolumis ergo ne eſt? inquit, proſpere ne viuit? comitatem litera hæc docet, non ignobilem virtutem inter homines, charitatisq; fomentum & pacis. Opus denique prouidentię dei, non fortunæ hic aſpicimus, I
quod Rachel in tempore aduenit, chariſſima vxor futura omnium prima, ſic fidelium procurator eſt dominus. *Dixitq; Iacob, Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus ut reducãtur greges ad caulas. Date ante potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite.* Hortabatur manſuete viros pro illorum commodo, quod diligentius curare ſe oſtendebat, quàm vt curioſe aſpiceret virginem cognatam, tamq; elegantem interim oſtenſam. Ouium quoque ſe paſtorem comprobat, nihil veritus artem ſuam ac exercitium, priſcis enim apprime honorabile erat, rus colere, greges paſcere, hodie delicatiora eliguntur, & ad omne vitium aptiora. *Qui reſponderunt, Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur & amoueamus lapidem de ore putei ut adaquemus greges.* Quod nos hic habemus, Adaquemus greges, Hebraicè eſt: וְנַשְׁקֶה הַצֹּאן Veiſkinu hazon, potum demus gregi, ſicut & Septuaginta, καὶ ποτιδῶμεν τὰ πρόβατα, & potum dabimus pecudibus. Sunt qui dicant non inueniri verbum Latinum cui poſſit accommodari ποτίζω, præſertim ſi de animalibus ſermo ſit, in cuius locum ſubſtituit interpres, adaquemus. Tanti igitur (inquiunt) ponderis eſt lapis voluendus, vt niſi plures ſimus, amouere non poſſimus, ne forſan ſi ſolus euolueret, aquam fœdare K
vel inficere poſſet quiſpiam, aliis in exitium vel peſtem. Cum igitur putei tegumentum pergrande eſſet, expectabant ſe inuicem paſtores, vt mutuo ſeſe ad ipſum auferendum, & denuo ſuper, os putei reponendum adiuuarent.

Myſticè. RVPERTVS. Dixitq; ad paſtores, Fratres vnde eſtis? Qui reſponderunt, de Haran. Haran iracundus, ſiue decus interpretatur. Quod nomen bene paſtoribus illis congruit, qui paſcebant ſemetipſos, quos & fratres vocat, quaſi notos, & tamen vt ignotis dicit, vnde eſtis? quia videlicet ſecundum carnem quidem
Matth. 23. fratres eius erant, ſed ſecundum ſpiritum neſciebat illos, qui, vel vnde eſſent. Iracundi nanque erant & decori, id eſt intus rapina & homicidio pleni, deforis autem religioſi ac ſeueri, veluti ſepulchra dealbata, quæ foris pulchra parent oculis hominum, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum. Quos interrogans, Nunquid (ait) noſtis Laban filium Bathuel? Dixerunt, Nouimus. Sanus ne eſt? inquit. Valet inquiunt, & ecce Rachel filia L
eius venit cum grege ſuo. Laban candidus, Nachor requies luminis, Rachel ouis, ſiue videns deum interpretatur. Hoc autem ſecundum accentuum vel literarum euenit diuerſitatem, vt diuerſis ſæpe ſignificationibus nomina commutentur. Significat autem Laban mundum vniuerſum, pro parte illorum qui per Chriſti redemptio-
Pſalm. 50. nem ad æterni luminis requiem pertinent, quem ſcilicet ille candidauit baptiſmate per fidem paſſionis ſuæ, ſicut ait Propheta in pſalmo, Aſperges me domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Rachel nanque filia eius, eam ſignificat partem electorum, quæ ex Iudæis eſt. Nam altera filia nomine Lia, quod interpretatur laborioſa, eius eccleſiæ typum tenet, quæ ex gentibus eſt. Per indicia ergo illorum à quibus inueſtigatum, fratres vnde eſtis? in domum illam quam quærebat, Iacob peruenit, quia videlicet per lectionem, ſiue per magiſterium eorum ſedentium ſuper cathedram Moyſi, teſtimonium certaq; habetur diſcretio, qui ad Chriſtũ pertineant, vel qui eius ſint. Dixitq; Iacob, Adhuc multũ diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducantur ad caulas greges, Antè date potum ouibus, & ſic ad paſtum eas reducite. Qui reſponderunt, Non poſſumus, donec omnia pecora M
congregentur, & amoueamus lapidẽ de ore putei, vt adaquemus greges. Quid eſt quod melius hic aduena, quàm indigenæ paſtores tempus ouium nouerat, niſi quod Chriſtus bonus, melius quam ſcribæ & phariſæi curare ſciebat animas? Quid ergo eſt dicere, ante date potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite, niſi præcipere paſtoribus quatenus ſic dicant, vt priores faciant, id eſt vt quod verbis prædicant, factorum ſuorum exemplo prædoceant? Quod qui non faciunt, eis vtique diei multum ſupereſt, nec tempus eſt eiuſmodi mercennariis, vt reducant ad
Ezech. 34. caulas oues, vbi reddatur eis quaſi debita merces. Tales illi erant paſtores Iſraël, quibus per Ezechielem væ prænũciatum eſt, qui non oues ad paſtum reducere, ſed ſemetipſos poterant paſcere. Vnde & dicunt, Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & cætera. Moris quippe illis erat, ab omnium animarum inſtructione vacare, donec de cunctis regionibus & de gentibus etiam, ad diem feſtum (verbi gratia) paſchæ vel ſcenopegiæ, ad adorandum in Hieruſalem congregarentur, & tunc pro arbitrio ſuo quaſi amoto lapide, leuem exiguæ doctrinæ

aquam

A aquam illis fundebant, ſcilicet docentes decimare mentam, cyminumq;, & anetum, & nullo vitæ exemplo propinantes quæ grauiora ſunt legis, iudicium, miſericordiam, & fidem. Matt. 23.

Adhuc loquebantur, & ecce Rachel ueniebat cum ouibus patris ſui, nam gregem ipſa paſcebat. Quam cum uidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouesque Laban auunculi ſui, amouit lapidem quo puteus claudebatur, & adaquato grege oſculatus eſt eam. Et eleuata uoce fleuit & indicauit ei quod frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ. At illa feſtinans nunciauit patri ſuo. Qui cum audiſſet uenieſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei, complexusque eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris, reſpondit, Os meum es & caro mea.

B *Adhuc loquebantur, & ecce Rachel ueniebat cum ouibus patris ſui, nam gregem ipſa paſcebat.* AVCTOR CATENAE. Probitas hominum priſcorum notatur, vt tam ſpecioſæ virgines, oues tuto paſcere, & non ſolum parentum domos, ſed & ciuitates ſolæ egredi auſæ fuerint, & cum paſtorum multitudine curam pecorum agere eis ſine periculo caſtitatis & famæ licuerit. Iacob denique ſi iuxta ſcripturas ætatis illius annos ſupputamus, cum multorum eſſet annorum, adhuc cælebs erat & caſtus. A domini enim reuelatione pendebant in vxoribus accipiendis ſanctiilli viri non temere neque ad luxum ſibi arripiebant. Eſt autem hæc apud plures etiam hodie conſuetudo, vt puellæ & filiæ oues paſcant in agris. *Quam cum uidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouesq; Laban auunculi ſui, amouit lapidem quo puteus claudebatur.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod venit Rachel cum ouibus patris ſui, & dicit ſcriptura, quod cum vidiſſet Iacob Rachel filiam Laban fratris matris ſuæ, acceſſit, & reuoluit lapidem ab ore putei, magis notandum eſt aliquid ſcripturam prætermittere quod intelligere debemus, quàm vllam quæſtionem eſſe mouendam. Intelligitur enim quod illi cum quibus pri-
C mo loquebatur Iacob, interrogati quæ eſſet quæ veniebat cum ouibus, ipſi dixerunt filiam eſſe Laban, quam vtiq; Iacob non nouerat, ſed illius interrogationem, reſponſionémque illorum ſcriptura prætermittens intelligi voluit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum extenſe habetur, filiam Laban fratris matris ſuæ, & oues Laban fratris matris ſuæ. Quod ideo dixerim ne grammatici proprietate conſobrinæ pugnent. AVCTOR CATENAE. Lapidis reuolutio multorum opus erat, quod nunc vnus Iacob ſolus exequitur, auxilio diuino ſuffultus, & robore naturali ob caſtitatis vigorem donatus. *Et adaquato grege oſculatus eſt eam. Et eleuata uoce fleuit, & indicauit ei quod frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ.* CHRYSOSTOMVS. Iacob cum filiam Laban & greges oculis ſpectaſſet, videretq; paſtores non ſufficere vt lapidem à fonte ipſi amouerent, & aquarent oues, accurrit, & id quod illi facere non valebant, ipſe ſuperno auxilio roboratus, præueniens beneficiis Laban, amouit lapidem, & adaquauit oues quas paſcebat Rachel. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
D SVPER GENESIM. Quod ſcriptum eſt, Oſculatus eſt Iacob Rachel, & exclamans voce ſua fleuit, & indicauit ei, quia frater eſt eius, & quia filius Rebeccæ. Conſuetudinis quidem fuit, maxime in illa ſimplicitate antiquorum, vt propinqui propinquos oſcularentur, & hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri poteſt, quomodo ab incognito illa oſculum acceperit, ſi poſtea indicauit Iacob propinquitatem ſuam? Ergo intelligendum eſt, aut illum qui iam audierat quæ illa eſſet, fidenter in eius oſculum irruiſſe, aut poſtea ſcripturam narraſſe per recapitulationem, quod primo factum erat, id eſt quod indicauerit Iacob quis eſſet: ſicut de paradiſo poſtea dicitur, quomodo deus eum inſtituerit, cum iam dictum eſſet, quod plantauit deus paradiſum, & poſuerit illic hominem quem formauerat, & multa alia per recapitulationem dicta intelliguntur. CAIETANVS. Ordo igitur geſtorum non eſt certus, quoniam perſpicuum eſt tres vltimo ſcriptas actiones, oſculi, fletus, & annunciationis quod eſſet conſanguineus, præpoſtero ordine ſcriptas. Nam primum indicauit ſe conſanguineum, deinde fleuit teneritudine amoris, & tertio oſculatus eſt eam. Nepos autem erat, ſed fratrem, hoc eſt conſanguineum ſe nominat, ſubiungendo ſe filium eſſe Rebeccæ, ne intelligeretur, quod diceret ſe fratrem ſimpliciter & abſolute. AVCTOR
E CATENAE. Germana igitur pietate ruebat in oſcula Iacob, & prę gaudio permouebatur in fletum, vt non neceſſe ſit excuſari peccatum in oſculo, quod ſanctum eſt in ſanctis, & pium in conſanguineis. Veriſimile eſt autem ante oſculum nunciaſſe Iacob Racheli quis eſſet, quod ordinem geſtorum ſcriptura non ſeruet. CHRYSOSTOMVS. Vbi vero oſculatus eſt Iacob puellam, & ſignificauit quis eſſet, & vnde veniſſet, manſit ipſe apud fontem. Verum deus, quia deus erat qui iuſto diſponebat omnia, hic & puellam excitauit, vt celeriter curreret, ac annunciaret hęc patri, qui frater erat huius matris, narraretq; beneficium quod ab eo factum & in ipſam & in greges, & quod neque peregrinus ſit, neque ignotus, ſed fratris filius. Conſidera obſecro dilecte diuinæ ſcriptu
ræ euidentiam, quomodo nobis omnia manifeſte recenſeat, docendo nos mores veterum, & quantæ in excipiendis hoſpitibus fuerint alacritatis. Nam vt puellæ indicaret alacritatem, non ſimpliciter dixit, quod abiit, & nunciauit quæ facta ſunt, ſed quod cucurrit præ magno gaudio, inquiens, *At illa feſtinans nunciauit patri ſuo.* AV-
F CTOR CATE. Abundant apud Septuaginta verba hæc, κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, Secundum verba hæc. Hoſpitalis virgo ſedulo currit, & alacriter nunciat. CHRYSOSTOMVS. Deinde & de Labã qui pater illius erat, dicit, *Qui cum audiſſet uenieſſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit ei obuiam, complexusq; eum, & in oſcula ruens, duxit in domũ ſuã,* AVCTOR CATENAE. Qui cum audiſſet veniſſe Iacob filium ſororis ſuæ, in Hebræo eſt, כִּשְׁמֹעַ לָבָן אֶת שְׁמַע יַעֲקֹב chiſmóaa Laban eth ſemaa Iaakob, Cum audiſſet Laban, auditum, famam ſeu rumorem Iacob. Chaldaica rumorem habet, Septuaginta, τὸ ὄνομα, nomen. Vbi autem dicitur, Duxit in domum ſuam, Hebraicè additur וַיְסַפֵּר לְלָבָן אֶת כָּל הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה Vaiſaper lelaban eth col hadebarim haelle, Narrauit Laban omnia verba hæc. Sic & Chaldaica, ſic & Septuaginta. Eſt autem hebraiſmus, pro retulit ei omnia quæ geſta erant cum Eſau, quæq; acciderant in itinere, qua ratione dimiſſus eſſet à patre, & de vxore ducenda ad patris mandatũ ex filiabus ipſius, ſimplici autem animo vtrinq; omnia dicta ſunt, & credita, ſpirituſancto conciliante pro dei prouidentia. RVPERTVS. Quàm prono autem illum affectu exceperit, breui confeſtim enunciatione declarat, inquiens, *Auditis autem cauſis itineris, reſpondit os meum es & caro mea.* Idem enim eſt ac ſi diceret, en mea ſunt tua, tu enim os

meum

Universidad de Deusto Biblioteca

meum es,& caro mea. CHRYSOSTOMVS. Sororis(inquit)meæ existens filius, nihil aliud quàm ca G
ro nostra es, & frater noster. CAIETANVS. Ratio redditur susceptionis Iacob,sola consanguinitas.
AVCTOR CATENAE. Ita legitur in Hebræo locus iste וַיֹּאמֶר לוֹ לָבָן אַךְ עַצְמִי וּבְשָׂרִי אָתָּה Vaiómer lo la
ban, ach azmi vbsari ata, Et dixit ei Laban, Vtique os meum & caro mea tu.Chaldaica , Vtique consanguineus
meus,& caro mea tu es.Septuaginta,ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ ἐκ τῆς σαρκός μου εἶ σύ,Ex ossibus meis, & ex carne mea es
tu.Est autem sensus,cum sororis meæ filius sis,& mihi proximus,nephas est negare tibi quicquam, maxime tan-
ti viri filio.

Mysticè. Sermo.80. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Si diligenter audistis fratres : potestis
agnoscere non fuisse sine causa, quod sancti patriarchæ matrimonia ad puteos aut fontes inueniunt . Si hoc se-
mel tantummodo euenisset:poterat aliquis dicere non pro aliqua significatione factum esse : sed casu potius ac-
Gene.24. cidisse.Cum vero & beata Rebecca quæ iungenda erat Isaac,ad puteum inuenitur : & Rachel quam accepturus H
Exodi.2. erat Iacob,ad puteum agnoscitur,nihilominus & Sephora quæ Moysi iuncta est,ad puteum reperitur: sine dubio
aliqua in his sacramenta debemus agnoscere . Et quia toti tres isti patriarchæ typum domini saluatoris præfere-
bant:ideo ad fontes vel ad puteos inueniunt matrimonia:quia Christus ad aquam baptismi inuenturus erat eccle
siam.Denique veniens Iacob ad puteum,prius gregem Rachel adaquauit:& postea osculatus est eam . Verum est
fratres charissimi, nisi prius per aquam baptismi christianus populus à malis omnibus abluatur, pacem Christi ha
bere non meretur.Nunquid beatus Iacob videns consobrinam suam, non eam potuit osculari priusquam aquam
gregibus daret?Potuit sine dubio:sed mysterium gerebatur.Oportebat enim vt per gratiam baptismi ab omni ini
quitate vel discordia liberaretur ecclesia:& sic pacem cum deo habere mereretur. RVPRERTVS. Adhuc
(inquit) loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui, nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vi-
disset Iacob,& sciret consobrinam suam,ouésque Laban auunculi sui , amouit lapidem quo puteus claudebatur,
& adaquato grege,osculatus est eam,eleuatáque voce fleuit,& cętera.Quanto melius hic pastoribus illis lapidem I
amouit,gregémque adaquauit, qui damnatis traditionibus pharisaicis , veritatem scripturæ sine personarum ac-
Mar.3. ceptione prædicauit,non exigens vt ad se plebium greges congregarentur , quanuis vltro irruerent,& de ciuita-
Luc.5. tibus properarent ad eum, sed circuibat per ciuitates & castella,Pœnitentiam(inquiens)agite, appropinquabit e-
Matt.4. nim regnum cœlorum,quod erat eleuata voce flere. Vnde & quodam loco non pœnitentibus dicit , lamentaui-
Matth.11 mus,& non plorastis.Sic adaquato grege osculatus est eam,quæ plane iam aliqua, sed parua futuræ coniugis con
fœderatio fuit , quia videlicet non valde multos ex Iudæis prædicatione sua sibi copulauit . Idcirco autem illam
osculatus est,quod consobrinam suã esse sciret.Consobrini dicuntur quasi consororini,eo quod ex sororibus siue
ex fratre & sorore sunt progeniti.Et quidem omnes Iudæi secundum carnem domino erant propinqui , sed non
ille hoc de omnibus sciuit,id est non omnium propinquitatem approbauit,cuius scire, appropinquare est & ap-
probare.Quos ille more suo sciuit,illorum paruam quantitatem osculatus est, id est sibi adiunxit, suáque illis se-
creta reuelauit tanquam amicis.At illa festinans,nunciauit patri suo.Bene, nam per illos paucos quos ex synago-
ga discipulos habuit,toti mundo cuius totum in Laban,partes autem in filiabus eius(vt antè diximus)secundum K
electionem figurantur,dominus Christus innotuit.

4 *ET postquam impleti sunt dies mensis unius, dixit ei: Num quia frater meus es,gratis seruies mihi? Dic,
quid mercedis accipies? Habebat uero duas filias . Nomen maioris Lia, minor uero appellabatur Ra-
chel.Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & uenusto aspectu. Quam diligens Iacob,ait,Ser-
uiã tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.Respondit Laban,Melius est ut tibi eam dem quàm alteri uiro.
Mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis , & uidebantur illi pauci dies præ amoris magni-
tudine.*

4 CHRYSOSTOMVS. Iacob quasi in domo propria apud Laban impauide & ab omni cura li- L
ber agebat.Cæterum quoniam deus erat qui omnia ad vtilitatem huius iusti dispensabat, & in omnibus ei suam
præbebat cooperationem , ipse alacritatem Laban excitauit , & videns viri mansuetudinem . *Postquam
impleti sunt dies mensis unius , dixit ei , Num quia frater meus es , gratis seruies mihi? Dic , quid mercedis accipias?*
Vide quomodo ipse quidem petebat nihil,Laban autem à se hoc proponit iusto.Et attende obsecro,quomodo ei
cui diuina manus assistit, omnia fœliciter succedant . Non seruies (inquit) mihi gratis, indica mihi, quæ merces
tua sit.Quanuis beatus ille magnæ charitatis loco habebat, vel simpliciter quotidiano alimento frui, multámque
pro eo gratiam referebat. Verum quia miram humanitatem præseferebat,ideo Laban prior mercedem ei pollice-
tur quàm ipse proposuerit. AVCTOR CATENAE. Et postquam impleti sunt dies, & cætera. Parui refert,
quod apud Hebręos aliter habetur, videlicet וַיֵּשֶׁב עִמּוֹ חֹדֶשׁ יָמִים vaiéseb immo hódes iamim,Et habitauit cum eo
mensem dierum,ita Chaldaica & Septuaginta.Et iungitur superiori clausulę,os meum es,& caro mea.Et habita
uit cum eo mensem dierum.Deinde sequitur וַיֹּאמֶר לָבָן vaiomer Laban,Et dixit Laban,& cætera. Fideliter igitur M
& vtiliter greges illius pascendo curabat Iacob,& id interim gratuito,vt iniquum existimarit Laban officium sibi
gratis deferendum esse, videns deum esse cum eo, & omnia prosperari in illius manu . Debent mutuum certare
beneficentia fratres,pro viribus consulere, & digna gratia beneficia compensare . Nihil petierat Iacob,operi in-
cumbebat fœliciter & fideliter,contentus interim alimentis & hospitio , non diuitias ambiebat. Nutu igitur dei
Labã regitur,vt pro Iacob cogitet,nõ ꝓpria æstimatiõe pretiũ definit,sed quid & quãtũ mercedis velit interrogat.
CHRYSO. Quid igitur iustus?Vide obsecro & hîc excellentem eius sagacitatẽ, & quomodo nullam congre-
gandarũ opũ habuerit curã.Non enim sicut mercẽnarius aliquis cũ Laban conuenit,& operam suam exquisitiore
mercede locat,& aliud quid petit,Sed memor patris,& memor matris, & mirificam continentiam præseferens,
dicit Laban, cum Rachel filiam eius minorem diligeret, *Habebat* enim is *duas filias.Nomen maioris Lia,minor appel-*

labatur

A *labatur Rachel.Sed Lia lippis erat oculis,Rachel decora facie,& uenusto aspectu.Quam ergo diligens Iacob,ait,Seruiam tibi pro Ra
chel filia tua minore septem annis.* Hanc enim mox vt apud fontem vidi,amaui.Et vide beneuolentiam viri,sibi ipsi
& tempus præscribit , & tanto tempore sufficiens argumẽtũ suæ cõtinentiæ præbet. CAIETA. Iuxta Hebræũ
habetur, Et oculi Liæ teneri,Rachel vero pulchra forma,& pulchra aspectu.Erat enim indigesta materia oculorũ
Liæ,nec redacta in naturalem soliditatem.Et Rachelis vtraque pulchritudo describitur. AVCTOR CATE-
NAE. Sed Lia lippis erat oculis,& cætera.Locus iste varie admodum à doctis viris redditur.Hebraica autem ve
ritas ita habet, וְעֵינֵי לֵאָה רַכּוֹת Veene lea racoth.Et oculi Liæ teneri,quod quomodo intelligendum iam dictum
est. רַךְ rach enim dictio,proprie tenerum,seu mollem,aut delicatum significat. Quidam vero debiles exponunt,
non quidem lippos,sed magis lusciolos , leuiterq; aspicientes, quod ad deformitatem permultum refert. Vocem
autem Hebraicam vbicunque reperiatur , inueniri significare dicunt debilitatem ac mollitiem , vt paulo post
cap.33.dicet de paruulis suis Iacob cum Esau,Pueri debiles sunt,vbi vulgata æditio habet teneros,atque item alia
B quamplurima.Septuaginta quoque in hanc eandem sententiam interpretatos esse,οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ λείας ἀσθενεῖς. At
oculi Liæ infirmi seu debiles . Ex qua debilitate postmodum interpres opinatus sit lippitudinem Liæ contigisse,
quod tamen non perpetuò fit . Alij putant deficere literam aleph, vt רַכּוֹת rachoth pro ארוכות aruchoth sit posi-
tum,quia videlicet habuerit longos & deformes oculos.Onchelus autem Syrus interpres,dicit elegantes,hoc est,
gratos & decoros,cui opinioni fauet & Chaldaica æditio,habens,Oculi autem Liæ erant pulchri,vt dicatur ocu-
lis tantum eam gratiosam fuisse:Rachel autem toto corpore,& integro vultu speciosam.Nam de ipsa dicit, וְרָחֵל
הָיְתָה יְפַת תֹּאַר וִיפַת מַרְאֶה ve Rahel háitha iephath tóar viphath mare , Et Rachel erat decora facie vel forma, &
decora aspectu.Septuaginta,ῥαχὴλ δὲ καλὴ τῷ εἴδει,καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα,Rachel autem pulchra aspectu,& deco-
ra facie valde.Non solum igitur amabat Rachelem Iacob pro forma, sed quia primum illi occurrerat, à domino
quasi destinata,& osculo velut desponsatam sibi,credebat placere deo vt vxor esset, quod sciret promissiones dei
C excidere non posse.Seruiam tibi (inquit)septem annis.Argumentum id est non solum amoris,sed castitatis quo-
que & continentiæ mirabilis,qui tot annis nuptias expectare,licet cohabitando,valuerit,dei enim timor refrena-
re solet libidinem simul cum labore assiduo,& parsimonia victus pastoralis. *Respondit Laban,Melius est ut tibi eam
dem,quàm alteri uiro.Mane apud me.* Et propter tuas (inquit) virtutes,& quia propinquus es, & ditissimorum proles
parentum,præstat eam tibi quàm alteri iungere . Tunc enim homines libentius cum cognatis, quàm cum extra-
neis coniugia contrahebant. RVPERTVS. Rursus ille quàm benigno seruitio sese submiserit, quámq; tem
peranter coniugium expectauerit,ex sequentibus manifestum est, *Seruiuit igitur Iacob* (inquit) *pro Rachel septem an-
nis.* CHRYSOSTOMVS. Et quid admiraris dilectę , audiens quod septem annis seruiuit pro dilecta puel-
la?Vt enim ostendat nobis scriptura, quomodo amor magnus,& laborem,& temporis longitudinem succidit,&
breue videri fecit,dicit, *Et uidebantur illi dies pauci præ amoris magnitudine.* Septem (inquit) anni,pauci dies vide-
bantur ob ingentem erga puellam amorem. Quando enim quis sauciatur charitatis desiderio, nihil difficile spe-
D ctat,sed id quod fuerit plenum periculis & multa miseria, leuiter fert,ad vnum hoc videns,quomodo suo potia-
tur voto & desiderio. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod
scriptum est,seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant in conspectu eius velut pauci dies, eo quod dilige-
bat illam,quærendum quomodo dictum sit, cum magis etiam breue tempus, longum soleat esse amantibus . Di-
ctum est ergo propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem amor faciebat. AVCTOR CATENAE.
Tantis igitur laboribus vxorem sibi destinatam promeretur,vt discamus quæ à domino nobis promissa sunt,non
sine opera nostra obtinenda,ne otiosi deum tentemus,cuius voluntatem & præcepta non ignoremus. Non quod
desiderium dilatum non afflixerit illum, sed quia diutius laborare voluisset pro ea, quàm carere,ideo sicut pau-
ci dies videbantur,& facilis labor, pro quo tam grata cum merces maneret à domino præparata . CHRYSO-
STOMVS. Audiamus nos ignaui & supini, magna ingratitudine in deum viuentes . Nam si iustus ille pro-
pter puellę amorem septennium seruire,ferréque pastoralium laborum ærumnas decreuit,& non sentit vel labo-
E res,vel temporis longitudinem, sed omnia ei leuia & facilia videntur, expectationeq; & spe fructus alitur, ita vt
dies paucos longum illud tempus putet , qualem nos habebimus excusationem, qui non pari studio erga domi-
num nostrum & benefactorem & curatorem, & qui nobis fit omnia, afficimur? Sed quando proponitur lucrum
temporale,omnia alacriter sustinere volumus, etiam si laboriosum sit & valde ærumnosum & sordidum, & pœ-
nam in præsenti & in futuro seculo præbens,propter nostram autem salutem,& vt supernam nobis salutem con-
ciliemus,remissi & supini & dissoluti videmur.Et qualis nobis erit venia,qualisúe excusatio sic negligentiæ dedi-
tis,qui neque quantum beatus ille pro puella amorem desiderauit , tantam in deum charitatem habemus, idque
cum tanta possumus numerare beneficia in nos collocata,& quæ quotidie collocantur?Sed & si nos tam ingrati,
verum non ita beatus Paulus, qui tanta feruebat & ignitus erat charitate in deum, vt verba illa tanto digna viro
loqueretur,& clamaret, dicens,Quis nos separabit à charitate dei? Vide dictionis emphasin,& latentem vim,vi- Roma.8.
de amoris violenti furorem,vide charitatem incensam. Quis nos separabit? Quid (inquit) est, quod potest nos à
F charitate dei separare ? quid inter visibilia ? quid inter inuisibilia ? Deinde volens & particulatim omnia enume-
rare,& omnibus nobis manifestum facere irrefrenabile desiderium,quod erga dominum possidebat, subdidit,di-
cens.Num afflictio?num angustia?num fames? num persequutio?num nuditas? num periculum?num gladius? O
animam insania quæ continentiæ mater est,furentem . Quid (inquit) ex his quæ nobis inferri possunt,nos aufer-
re à charitate quæ est in deum poterit?Afflictiones quotidianæ?minime.Angustiæ?neque illæ. Num persequutio-
nes?neque illæ.Sed quid?fames?num nuditas?num pericula? Verum quid dico famem, & nuditatem, & pericula?
num gladius?num mors ipsa,si infligatur,hoc poterit efficere?Impossibile est. Nullus alius sic dignatus est dilige-
re dominum,vt beata illa anima. Quasi enim liberatus à corpore,& sublimis factus (vt sic dicam) & neque super
terram ambulare se putans,ita loquitur. Amor enim in deum,& succensa charitas,mentem eius à sensibilibus ad
spiritualia transtulit,& à præsentibus ad futura,& à visibilibus ad non visibilia. Eo modo se habent fides & cha-
ritas in deum . Et vt discas magnam eius gratitudinem, vide eum qui sic dominum dilexit, & in eius charitate

Q exarsit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Cor. 11. exarſit, fugari, perſequtionem pati, flagellari, innumera grauia ferre, & dicere, In laboribus abundantius, in plagis G ſupramodum, in mortibus frequenter, à Iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi, ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falſis fratribus, in labore & ærumna, & talia patiens, gaudebat & exultabat. Sciebat enim, & argumenſi Iacob propter amorem in Rachelem quaſi pauculos dies ſeptennium putabat, multo magis beatus ille omnia nihili faciebat, ſuccenſus ſimul amore in deum, & propter Chriſtū dilectum omnia ferens. Studeamus igitur obſecro & nos diligere Chriſtum. Nihil enim aliud Chriſtus requirit à te, quàm vt ipſum diligas ex toto corde, & fa cias mandata eius. Qui enim diligit ſicut oportet deum, manifeſtum, quod & mandata eius facere nititur. Quando enim quis erga aliquem fraterne afficitur, omnia facere ſtudet, vt dilectum attrahere poſſit in amorem ſuum. Et nos quoque ſi dominum fraterne dilexerimus, & mandata eius implere, nihilq; eorum quæ exacerbare potenerunt dilectum, facere ſtudebimus. Hoc fuerit regnum cœlorum, infinitaq; bona, & fructus bonorū aſſequi, ſi ger- H
Matth. 22. mane, & ſicut oportet eum dilexeris, & propter charitatem in eum, & erga conſeruos multam declarauerís dilectionem. In his enim duobus mandatis (inquit) lex & prophetæ pendent, nempe vt diligas dominum deum tuum ex toto corde, & proximum tuum ſicut teipſum. Hęc omnium virtutum ſumma, hoc fundamentum. Simul enim
Matth. 15. cum charitate in deum, ingreditur dilectio proximi. Nam qui deum diligit, non deſpiciet fratrem, neq; opes diuinis præferet, ſed magnam præſeferet benignitatem, memor eius qui dixit, Qui fecerit aliquid vni horum minimorum, mihi fecit. Et cogitans quod propter miniſterium in conſeruum, deus ipſe ſit qui ſibi vendicet factum, maperis qui apparet, ſed ad magnitudinem eius qui promiſit ſe habiturum, perinde ac ſibi factum eſſet, quæcunq; illi facta fuerint.

Myſticè. ORDINARIA. Victorinus martyr Rachel & Liam in ſimilitudinem eccleſiæ & ſynagogæ interpretatus eſt. Liam maiorem natu, ſynagogam ſignificare exiſtimat, quia prior populum dei genuit, quæ oculis lippa dici- I
tur, quia lex per Moyſen data, cooperta eſt & ſignata. Rachelem minorem & pulchram, quę prius ſterilis fuit, pòſt
Lucæ. 10. fœcunda, eccleſiam indicare, quæ tempore poſterior, & ſancta corpore & ſpiritu, cuius oculi decori, quia euangelium videre meruit. AVCTOR CATENAE. Iuxta illud, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. RVPERTVS. Vel aliter. Eccleſia de gentibus congregata quę per Liam figuratur, lippis erat oculis, etenim idolo-
latriæ vitio ſorduerat in vitiis mentis eius, & corrupta fuerat rationis vis, nec videre poterat claritatem eius quæ
Pſalm. 75. in cœlo eſt, vnius veræq; deitatis. Econtrario, ſynagoga quæ per Rachelem ſignificatur, pulchra facie, & venuſto erat aſpectu, videlicet ex eo, quia notus in Iudæa deus, in Iſraël magnum nomen eius. Quod autem ſeruiuit Iacob ſeptem annis pro Rachele, proprium hoc eſt huius patriarchę, quod in peregrinatione pro vxore ducenda, ſemetipſum tradens ſpontaneo ſeruitio, ſubditus fuit, neque enim hoc de aliquo cæterorum legimus alicubi, ſicut & pa
Gene. 22. tris eius illud quod à patre ſuo ad immolandum ductus eſt, & filij eius Ioſeph, quod à fratribus ſuis venditus em-
Gene. 37. ptoribus ſuis, in fame præuenit, proprium fuit. In quibus omnibus manifeſtè ſingulis, vt ſterilibus erant matribus K
Philip. 2. dei dono progeniti, propriam prætulere ſimilitudinem, naſcituri de virgine Chriſti filij dei. Quæ nam fuit ſeruitus, qua ille pro Rachel, id eſt, pro ſynagoga ſeruiuit? Nempe illa de qua dicit Apoſtolus, quia cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. An non
Mich. 7. ſeruire mundo fuit, pœnitentiã agere, imò & pœnitentiæ baptiſmo baptizari propter peccata mundi, vt iuxta pro-
phetam, illa proiiceret in profundum maris, tandemq; in crucem aſcendendo, ſeruilia portare onera ſeculi, id eſt,
Matth. 15. ſuper ſe tollere peccata mundi, quibus erat grauatus? Huius ſeruitutis merces, Rachel, id eſt, ſynagoga eſſe debuit, illam nanq; propter patres amauit Chriſtus, & propter illam ad ſeruitium ſe veniſſe teſtatur cum dicit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël.

¶ *Dixitque ad Laban, Da mihi uxorem meam, quia iam tempus impletum eſt ut ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & ueſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane uidit Liam, & dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt quod facere uoluiſti? Nonne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban, Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoq; dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis aliis. Acquieuit placito, & hebdomada tranſacta, Rachel duxit uxorem: cui pater ſeruã Balam tradiderat. Tandemq; potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis aliis.* L

¶ CHRYSOSTOMVS. Igitur poſtquam impletus eſt ſeptem annorum numerus, & fuerunt coram Iacob M
quaſi dies pauci tot anni ob amoris vehementiam, *Dixit ad Laban, Da mihi uxorem meam, quia iam tempus eſt impletum, ut ingrediar ad illam. Qui uocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & ueſpere Liam filiam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ, Zelpham nomine.* Ne obiter hoc prætereamus, nam etiam hic multa conſiderari poſſunt. Primum ſimplicitas Iacob, & quomodo ab omni malitia alienus, deceptus ſit. Secundum quod tanta facilitate omnia fiunt, & nuſquam lampades, choreæ, & faces præter vſus neceſſitatem, ita vt & deceptio Laban locum habuerit. Poſſumus autem & hic videre, quomodo Laban iſte magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commentus eſt, vt diutius apud ſe iuſtum retineret. Sciebat equidem, quod alterius amore flagraret, & ſi voti compos fieret, non eligeret poſthac ſeruitutem propter Liam ſuſtinere, vel eius coniugium. Et propterea quia vidit Laban virtutem viri, & cogitauit quod non aliter eum vinceret, & perſuaderet, ita ei impoſuit, & dedit ei Liam cum Zelpha ancilla. Vidiſti cum quanta olim honeſtate nuptias egerint? Audite qui ad Satanicas pompas ſpectatis. Num tunc tibiæ? num tunc

A num nunc cymbala? num tunc choreæ diabolicæ? Quare enim dic mihi, tantum ſtatim ab initio damnum inducis in domum tuam, & eos qui in ſcenis & orcheſtris operam locant vocas, vt cum intempeſtiuo ſumptu virginis læ das continentiam & iuuenem impudentiorem facias? Satis enim arduum erat abſq; illis ſufflationibus illam ætatem poſſe ferre æquiter tempeſtatem affectionum, cum autem & hæc accedunt, tam quæ videntur, quàm quæ audiuntur, maius accęditur incendium & fornax concupiſcentiarum magis inflammatur, quomodo non peſſum it adoleſcentis anima? Ecce enim & ego tibi conſuetudinem meliorem obiicio, quam veteres habuerunt, quando nondum tanta pietatis erat agnitio. Et ne iuſtum hic Iacob tantum cogites, ſed & Laban adhuc idolorum cultui deditum, & tantam præferentem philoſophiam. Neq; enim hæc honeſtas eius erat, qui ducturus puellam, ſed patris eam tradentis. Ideo & hunc facimus ſermonem, non ad ſponſos tantum intendentes, quantum ad parentes, & ad patrem ſponſi, & ad tradentem virginem. Quomodo enim non abſurdum, ſi nos qui tantam accepimus gratiam & miſericordiam, & tam terribilium ineffabiliumq; ſacramentorum participes ſumus, hac in re inferiores
B ſumus Laban, qui cultui idolorum adhuc erat deditus? An non audis Paulum dicentem, quòd ſacramentum ſunt Ephe. 5.
nuptiæ, & imago dilectionis Chriſti, quam erga eccleſiam declarauit? Ne igitur confundamus noſipſos, & honeſtatem nuptiarum corrumpamus. Nam ſiquidem bonum & vtile fuerit conſilium, etiam ſi non ſit conſuetudo, fiat. Sin damnoſum & pernicioſum eſt, quod nunc aſſerimus, etiam ſi conſuetudo ſit, reiiciatur. Nam ſi hoc admiſerimus, & fur, & adulter, & quantumuis malus alius, ad conſuetudinem prouocabit, ad nullum hinc illic lucrum eſt, vel venia, ſed maior potius accuſatio, quod malam conſuetudinem ſuperare non valuit. Ne igitur diuinas leges cum humanis tranſgrediamur, ne præferamus diabolicas leges, & pernitioſam hanc conſuetudinem. Illius enim lex ſunt hæc, qui gaudet de interitu noſtro. Quid igitur hac conſuetudine magis ridiculum, quando viri & vxor innumeris conuitiis & ſcommatis à ſeruis & triobolaribus hominibus inceſſuntur, & nemo eſt qui increpet, ſed licet cuiuis volenti, ad veſperam omnia loqui, & conuitia iacere in ſponſum & ſponſam? Et in alio die ſi
C quis conaretur ita ſalibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur, & puniretur. Tunc autem quando plurimam oportebat eſſe reuerentiam, maiorémque honeſtatem & caſtitatem, obſcœnitate implentur omnia illa, vt probabile ſit à diabolo hęc omnia inuenta eſſe. Sed contentus dictis, ad contextus ſeriem regrediar. CAIETANVS. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuiũ, fecit nuptias. Iuxta Hebræum habetur, Et congregauit Laban omnes homines loci, & fecit conuiuium. Nec plus habetur. AVCTOR CATENAE. Eſt enim Hebraica litera וַיֶּאֱסֹף לָבָן אֶת כָּל אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם וַיַּעַשׂ מִשְׁתֶּה vaieeſoph Laban eth col anſe amakon vaiàas miſte, Et congreganit Laban omnes viros loci, & fecit conuiuium. Ita & Chaldaica. Soli autem Septuaginta dicunt, καὶ ἐποίησε γάμους, Et fecit nuptias, à quibus ſumpſiſſe videtur adiectionem hanc interpres. Dixit igitur Iacob ad Laban, Da mihi vxorem meã, hactenus (inquit) ſponſam amaui, nunc vxorem habebo, nuptias exigo, de poſteritate poſthac cogitandum erit. Et congregauit Laban omnes homines loci, & fecit conuiuium. Teſtimonio multorum coniugia nectebantur. In facie nanque eccleſiæ contrahere, eſt multorum bonorum teſtimonio publice ſi-
D bi ductam vxorem teſtari. Extructis interim etiam pro more epulis, & gaudio amicorum amicitiam conciliante. Et veſpere (inquit) Liam filiam ſuam introduxit ad eum. Et dedit ei Zelpham ancillam ſuam, Liæ filiæ ſuæ in famulam. Ceremoniæ ſtultæ nuptiarum, & inepta lætitia in fidelium nuptiis locum non habent. Adducitur ipſi Iacob in tenebris Lia, vt & verecundiæ locus prætenderetur, & dolus exerceretur. Zelpha autem obſequio filiæ dicatur, quo leuius ferret labores domeſticos, atque honoris gratia. Multa ſunt enim quæ per ſe mater familias expedire honorifice non poteſt, & famularum officia non reſpuenda, quo pauperculæ quoque virgines honeſtius alantur. Iudæi quidam temulentiæ Iacob tribuunt, nos pudicitiæ, qui non tam libidinoſè curioſus fuit ad eam, & tam diuturna cohabitatione diſcrimen non didicerit inter vtraſque. Non præſcribuntur nobis maiorum facta omnia ad exemplum, ſed pro fidei fructu, & ad diuinæ prouidentiæ ordinem deſcendunt. *Ad quam cum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus, Facto mane uidit Liam, & dixit ad ſocerum ſuum, Quid eſt quod facere uoluiſti? Nonne pro Rachel ſeruiui tibi, quare impoſuiſti mihi?* Id eſt, decepiſti me? & contra id quod inuicem pepigimus, alteram pro ea pro qua ſeruiui, fi-
E liam mihi ſuppoſuiſti? Quæritur hic, quare non eam nocte ad vocem vel ad tactum cognouit, cum iam per ſeptem annos manſiſſet in eadem domo? Dicendum, quod in hoc laus ipſius Iacob oſtenditur, qui in vxore ſua blanditias meretricias in tactibus & verbis non quæſierit, ſed magis ea vſus ſit in caſtitate maritali. Quæritur etiam an Lia fuit vxor Iacob, poſtquam eam cognouit? Dicendum, quod mutuus conſenſus ad matrimonium exigitur, Iacob autem non conſenſit in Liam, idcirco non fuit legitima vxor eius, quouſque in ipſam conſenſit.
GRATIANVS IN DECRETIS. Conſenſus enim alius eſt præcedens, alius ſubſequens. Præcedit conſenſus, quando ante carnalem copulam in individuam vitæ conſuetudinem vterque conſentit, ſubſequitur, quando poſt concubinalem ſiue fornicarium coitum conſentiunt in idem. Iacob ergo & Liam non fecit coniuges præcedens conſenſus, ſed ſubſequens, nec tamen ex primo concubitu fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxoris affectu debitum ei perſoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis im- Cau. 29 q. 1. in ſumma.
F periis ſe illi iure copulatam. CHRYSOSTOMVS. Cum argueretur autem à iuſto Laban quare eum decepiſſet, honeſtam attulit excuſationem, dicens, *Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias.* Ne putes (inquit) iniuria te affici, quoniam hæc apud nos lex eſt, vt primum nuptui tradatur maior natu, propterea hoc quidem factum eſt. AVCTOR CATENAE. Audiant hoc patres cuncti, audiant & matres omnes, iuniores filias pulchriores, eo forte quod facilius eis maritos inueniant, ante tradentes ad nuptias, primogenitas vero domi veteraſcere & conſeneſcere in graue animarum illarum diſpendium, corporis iacturam, ac familiæ quandoque ipſius perpetuum permittentes opprobrium. *Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis aliis.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Comple ergo hebdomadam iſtius, & dabo etiam hanc tibi. Poſtquam Liam Iacob fraude deceptus, pro Rachel vxorem acceperat, dicitur ei à ſocero Laban, vt ſeptem dies poſt nuptias ſororis prioris expleat, & ſic accipiat Rachel, pro qua iterum ſeptem annis aliis ſeruiturus ſit. Non igitur vt quidam male exiſtimant, poſt ſeptem annos alios Rachel accepit vxorem, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum vxoris primæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam sequitur, Et ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis quàm Liam, & seruiuit ei septem annis aliis. G
CHRYSOSTOMVS. Vides quod ea causa omnia hæc commentus sit? Nam quia vidit amorem quem erga puellam habebat, inquit, accipies & hanc quam amas, si similes septem annos pro ea seruieris. AVCTOR CATENAE. Imple hebdomadam dierum huius copulæ. Hebraica litera ita habet מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת malle sebuaa zoth, Imple hebdomadam siue septimanam huius. Et refertur dictio זֹאת zoth ad Liam, non ad septenarium siue hebdomadam. Dicit ergo Laban, Imple prius nuptias Liæ atque conuiuium istud. Post hebdomadam autem nuptiarum (non vt aliqui volunt septem annorum) dabimus tibi etiam aliam sororem, Rachelem scilicet iuniorem filiam, pro qua incipies seruire aliis septem annis. Quid enim durius Iacob obtingere potuisset, quàm septem adhuc expectare annos pro ardenter amata, & sibi debita vxore? Septuaginta hoc in loco per plurale eferunt hebdomada, *συντέλεσον δὴ τὰ ἑβδόμα τούτῳ*, Imple ergo septenaria, siue septena huius, intelligentes forte per id omnes annos ipsius septenarij. Nam hebdomas significat quidem quemlibet septenarium numerum, sed in diuinis literis proprie de annis intelligimus. Sic & Danielis capitulo nono, Septuaginta hebdomades H
commemorantur, annorum videlicet, non dierum. Sed hoc in loco dierum septimanam vt præmissum est, significat, vnde prudenter interpres, Imple (ait) hebdomadam dierum huius copulæ. CHRYSOSTOMVS. Quibus auditis iustus prompto animo susceptit, nam sequitur, *Acquieuit placito.* AVCTOR CATENAE. Idem sub aliis verbis dicitur Hebraicè וַיַּעַשׂ יַעֲקֹב כֵּן vaiaas Iaakob chen, Et fecit Iacob sic. Ita & Chaldaica, & Septuaginta. Et ex tunc Iacob in Liam tanquam in vxorem consensit, & verum fuit inter eos matrimonium. *Et hebdomada transacta, Rachel duxit uxorem.* CHRYSOSTOMVS. Vides iterum, quod nuptiæ fiunt cum magna honestate? Vides quàm bonis moribus prædíti fuerint? Num seruorum greges? Vna tantum ancilla donata, inquit enim, *Cui pater seruam Balam tradiderat.* Num syngrapha & instrumenta, & conditiones illæ ridiculæ, si hoc fuerit, & hoc euenerit, & priusquam conueniant? nescientes an vsque ad vesperam maneant, quæ post multa tempora ventura in literis suis consignant. Si liberis carens (inquit) defuncta fuerit, si filios habuerit, & quæcunque talia, at hic nihil tale, sed cum vtique suam ancillam dedisset, filias elocauit pater. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Si parum aduertatur rei huius narratio, putabitur, quod posteaquam Liam Iacob duxit vxorem, deinde seruiuit alios septem annos pro Rachel, & tunc eam duxit. Veruntamen non ita est, sed Laban ei dixit, Consumma itaque septimanam istius, & dabo tibi & hanc pro opere quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Quod itaque ait, consumma septimanam istius, ad nuptiarum celebrationem pertinet, quæ septem diebus celebrari solent. Hoc itaque ait, Imple dies nuptiarum septem, pertinetes ad istam quã duxisti, & dabo tibi & hanc pro eo quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequitur, Fecit autẽ Iacob sic, & impleuit septimanã eius, id est, septem dies nuptiarum Liæ, & dedit illi Laban Rachel filiã suam ipsi vxorem. Dedit autem Laban Rachel filiæ suæ Balã ancillam suã ei ancillã, & intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis q̃ Liam, & seruiuit illi septem annos alios. I
Vtique apparet, quia postquã duxit Rachel, tunc seruiuit pro ea septem annos alios. Nimis enim durum & valde K
iniquũ fuit, vt deceptum adhuc differret alios annos septem, & tunc eam traderet, quã primo debuit. Septem autem diebus solere nuptias celebrari, etiam liber Iudicum ostendit in Sansone, quando fecit potum septem diebus. Et addidit scriptura, quod sic solerent facere iuuenes, fecit autem hoc propter nuptias suas. CHRYSOSTOMVS. Sed audiens quod accepit Iacob maiorem natu, & posteà minorem, ne turberis, neque iuxta statum qui nunc est, opera quæ tunc facta iudices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus vxoribus misceri, vt humanum genus propagaretur, & pietas incrementum acciperet. Adueniens autem Christus, & virtutem in hominibus plantauit, & angelos (vt ita dicam) ex hominibus fecit, omnémque illam veterem consuetudinem aboleuit. Vides quomodo non oportet consuetudinem prætexere, sed quod iustum est inquirere? Ecce enim quoniam mala erat hæc consuetudo, exposa est, & non licet vlli eam prætexere. Nusquam igitur obsecro consuetudinem inquiramus, sed vbique quod vtile, & si quid est bonum, L
etiam si non sit consuetudo, fiat à nobis, & si pernitiosum est, etiam si consuetudo sit, fugiamus, & auersemur. AVCTOR CATENAE. Forte & ideo sorores duas susceptisse Iacob dominus deus permisit, vt filiorum eius, & ex eis progenerandarum tribuum esset tanto arctior amicitiæ necessitudo, quanto scilicet strictiori sanguinis connexione iungerentur, sese amarent familiarius, & ad vnius populi consensum & studia, concordi magis animo conuenirent. *Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis aliis.* RVPERTVS. Nec iniuria, nam hæc iure data vel accepta, illa autem fraude ad eius thorum fuerat introducta. CHRYSOSTOMVS. Vel quia ab initio magis dilexit propter venustatem formæ puellam, & difficilius eam consequutus est, ideo eam magis dilexit, quàm Liam. Etenim illius venustas allexit eum ad magis amandum. AVCTOR CATENAE. Tandémque potitus optatis nuptiis, & cætera. Aliter se habent Hebraica in litera, sed non in sensu. Ita enim est apud eos וַיָּבֹא גַם אֶל רָחֵל, וַיֶּאֱהַב גַּם אֶת רָחֵל מִלְּאָה vaiabo gam el Rahel, vaieehab gam eth Rahel milea, Et ingressus est etiam ad Rachel, Et dilexit etiam M
Rachel præ Lia, siue magis quàm Liam. Ita habet Chaldaica, & Septuaginta. Nuptias igitur celebrauit etiam cum Rachele, quam ardentius amabat veluti primo electam, vt Liam quasi negligere videretur, de qua tamen dominus maximos populos sibi propagare decreuerat.

Mysticè. ORDINARIA. Huiúsque secundum literam. Victorinus autem martyr, seruitutem Iacob septem annorum, præsentis vitæ tempus significare dicit, in quo dominus serui formã accepit, obediens patri vsque ad mortem. Iacob seruiuit, quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Pro Rachel autem seruiuit, & supponitur ei Lia, quia Christus vt ecclesiam sibi assumeret, prius sibi synagogam coniunxit. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Quod ergo in illa peregrinatione duas vxores accepit Iacob, duos populos figurabat, Iudæorum & Gentium. Nam in aduentu Christi non paruus numerus etiam de Iudæorum populo in eum
Act.2. legitur credidisse. Sic enim in apostolorum Actibus continetur, quia crediderunt vna die tria milia. Item alia die quinque milia. Item postea multa milia. Quod autem duo populi in Christum crediderint, etiam ipse dominus in

Iudic.14.

A nus in euangelio confirmat, vbi ait, Habeo & alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, Ioan.10.
vt fiat vnus grex & vnus pastor. Duæ ergo illæ mulieres, id est, Lia & Rachel, quæ beato Iacob fuerant iunctæ, istos duos populos figurauerunt, Lia Iudæorum, Rachel Gentium. Istis duobus populis, velut duobus parietibus, tanquam lapis angularis iunctus est Christus. In ipso enim se osculati sunt, & in ipso æternam pacem inuenire Ephe.2.
meruerunt, sicut Apostolus dicit, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Quomodo fecit vtraque vnum? Vtique duos greges iungendo, & duos parietes sibi inuicem copulando. RVPERTVS. Vel Laban pro Rachel Liam subintroduxit, quia videlicet subsistente synagoga, ecclesia Gentium de toto mundo, quasi nescien- Psalm.17.
tis ad Christi thalamum introiuit, dum populus quem iuxta Psalmistam non cognouit, vel Gens quæ iuxta E- Esaiæ 55.
saiam nomen eius non inuocauit, ad seruitium eius, ad delitias amoris eius, id est, ad spiritus sancti gratiam properauit. Quid est quod facere voluisti inquit Iacob ad Laban? Nónne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi? Non paruo enim secundum humanitatem ducitur affectu pro illa Gente Christus, vel eius Apostoli, B
quod maxime ex gemitu doctoris Gentium agnoscitur, cum dicit, Veritatem dico in Christo, non mentior, te- Romano.9.
stimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, & cætera. Ad hæc mundus omnis, imò conditor mundi, qui hunc eundem filium vel seruitorem misit, cum auctoritate scripturarum respondet, & dicit, Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi. Quod est dicere, Non est consilij, vel propositi diuini ô Christe fili dei, vt populo Gentium qui & antiquior & numerosior est, illam gentem tuam præponas in gratia euangelij, tanquam Iudæorum tantum & non etiam Gentium deus sit. Nunc interim cœptas cum ecclesia Gentium nuptias perage vsque in finem seculi, & cum plenitudo earum subintrauerit, tunc & synagoga copulabitur tibi. Sane singulis coniugibus singulæ dantur ancillæ, eodem ex viro filios paritura, quia videlicet in vtraque ecclesia sunt aliqui, qui per amorem, alij qui per timorem, vel propter C
aliud quid, quàm propter Christum euangelio Christi seruiunt. Imò sunt alij, qui catholicam integre profiten- 2.Tim.3.
tes fidem, spiritualem Christo regenerant sobolem, alij quidem (vt Apostolus ait) sunt, qui speciem quidem habentes pietatis, virtutem autem eius abnegantes, extra catholicam prædicant & baptizant. Eorum sectæ quasi concubinæ sunt. Attamen qui apud illos generati sunt, si ad catholicam matrem redeant, hæreditate patris inter liberos non carebunt. Talium ignobilitatem concubinarum ipsa quoque nomina suis interpretationibus denotant. Zelpha quippe fluens os, ab ore, non ab osse, Bala inueterata interpretatur, quæ nomina sectis hæreticorum bene congruunt, fluunt enim ore per loquacitatem vel contentionem, & pristinam vitæ retinent vetustatem. IDEM. Adhuc iuxta anagogen, & alia præsentis loci ratio est. Nam quod viro ecclesiastico ad perfectionem tendenti, sciendum est, scilicet duas esse vitas, actiuam videlicet, atque contemplatiuam, quas & Gentiles philosophi adulterantes, alteram practicen, alteram theoricen dixerunt, & per actiuam ordinate peruenD
ri posse ad contemplatiuam, certissimo gesta hæc res exemplo est. Iacob denique de terra sua egressus, ad puteum venit, & illic Rachelem pulchra facie, venustóque aspectu inuenit, statímque in amorem eius incidit, quotiens quisque supplantator vitiorum Christum sequi cupiens, sacræ scripturæ studiis incumbit, & inde contem- Lucæ 10.
platiuæ vitæ pulchritudinem delectabilem esse comperiens, protinus ad eius amplexus prorumpere gestit. Optamam quidem partem eligere vult, quæ non auferetur, sedere scilicet ad pedes domini, & iugiter audire verbum Psalm.45.
illius, iuxta consilium dicentis, Vacate, & videte, quoniam ego sum deus. Sed altera prior quæ solicita est, & turbatur erga plurima, in sex enim exercetur misericordiæ operibus, quæ apud euangelistam Matthæum hoc mo- Matth.25.
do dinumerantur, Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nudus, & cooperuistis me, infirmus, & visitastis me. In his actiuæ vitæ operibus eruditum, tandem ad contemplatiuam posse progredi, & hunc legitimum esse ordinem viuendi, Propheta quoque testatur, cum Threnor.3.
dicit, Bonum erit homini, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & leuabit se super se. Iob.5.
& in Iob, Ingredieris in abundantia sepulchrum, id est, cum ditatus fueris actiuæ vitæ reditibus, tunc demum
E non defecturus, quiescere poteris intra contemplationis latibulum. Hæc per Liam quæ interpretatur laboriosa, fœcundam quidem, sed minus videntem, recte figuratur. Nam quasi lippis oculis minus contemplatur spiritualia, dum solicita est, & turbatur erga plurima. Porrò Rachel pulchra quidem, sed sterilis, contemplatiuam designat, quæ dum vni quod necessarium est intendit, venusto aspectu plus videt, & sancto vacans otio, quasi minus parit. Igitur dum repente quis omissis gradibus festinando ad arcem contemplationis, Rachelem præripere contendit, bene nonnunquam cum illo agitur, vt prius Liæ teneatur nuptiis, videlicet protractus foras ad actiones laboriosas frequentis ministerij. Qui si contrà quid mussitet, vel querulo gestu strideat, dicit ei sancta scriptura, Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias, id est, non ita se habet ordo, vt ad contemplatiuam quæ minus operando, minor est, ante vsum actiuæ vitæ quisque prosiliat. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque poteris obtinere. Nam sicut sex diebus cuncta deus operatus est, & in septimo requieuit, sic prius oportet quemque in sex prædictis misericordiæ operibus exerceri, Cap.23.
F vt tunc demum iure contemplatiua sabbatizare possit. GREGORIVS SEXTO MORALIVM. Iacob igitur pro Rachel seruiuit, & Liam accepit. Rachel nanque visum principium, Lia autem laboriosa dicitur. Et quid per Rachelem, nisi contemplatiua, quid per Liam, nisi actiua vita signatur? In contemplatione quippe principium (quod deus est) quæritur, in operatione autem sub graui necessitatum fasce laboratur. Vnde & Rachel pulchra, sed sterilis, Lia autem lippa est, sed fœcunda, quia nimirum mens cum contemplando otia appetit, plus videt, sed minus deo filios generat, cum vero ad laborem se prædicationis dirigit, minus videt, sed amplius parit. Post Liæ ergo amplexus ad Rachelem Iacob peruenit, quia perfectus quisque ante actiuæ vi- Cap.11.
tæ ad fœcunditatem iungitur, & post ad requiem contemplatiuæ copulatur. IDEM IN PRIMO REGVM. Iacob Rachelem coniugem habere desiderat, sed tamen ei prius Lia substernitur, vt pro obtinenda illius specie, septenarius annorum numerus in soceri seruitio geminetur, quia amator vitæ contemplatiuæ, hanc in vbertate æterni gaudij citò adipisci desiderat, sed tamen ei omnium donorum largitor spiritus, citò non tribuit, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

buit,ne habitam quasi vilem despiciat, si facilitas ei hanc pro voto repræsentat, sed tanto eo fruatur dulcius, so- G
Ibid.cap.14 licitiúsque custodiat, quanto hanc difficilius promeretur. IDEM. Sed quid est hoc quod Iacob vtrámque sororem habere licuit, Dauid autem ad maioris filiæ Saul thalamum non peruenit, nisi quia Dauid rex fuit, Iacob rex non fuit? Qui ergo regimen animarum suscipit, hunc censura ecclesiastica susceptum gregem deserere, & remotæ vitæ otiis vacare non sinit. Sed Merob Dauid promittitur, & nunquam datur, Michol sola datur, quia nonnulli cum curam animarum suscipiunt, putant se sic aliorum solicitudinem gerere, vt sibi ipsis valeant per solitudinem vacare, & tamen quietem quam in prælatione quærunt, nunquam inueniunt, sitque vt dum impetrare à deo gratiam tantæ puritatis nequeunt, quasi iram inuenissent domini, pertimescunt. Quasi ergo irato rege promissam sibi primogenitam perdunt, quia eum quem se putabant in prælatione habituros amorem quietis intimæ, amplecti non possunt.

6 *Videns autem dominus quod despiceret Liam, aperuit uuluam eius, sorore sterili permanente. Quæ* H
conceptum genuit filium, uocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus humilitatem meam. Nunc amabit me uir meus. Rursúmque concepit, & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. Vocauitque nomen eius Simeon. Concepitque tertiò, & genuit alium filium, dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios, & idcirco appellauit nomen eius Leui. Quartò concepit, & peperit filium & ait, Modo confitebor domino. Et ob hoc uocauit eum Iudam, cessauitque parere.

6 CHRYSOSTOMVS. Vide hic iterum domini ineffabilem misericordiam, & quomodo ex eo tempore promissa paulatim complet. Nam qui dixit, Ero tecum, custodiens te in omni via tua qua ambulaueris, & I
augebo & multiplicabo te, ipse etiam nunc omnia dispensat. Et vt scias, audi ipsam diuinam scripturam hoc manifestè dicentem. *Videns autem dominus quod despiceret Liam.* RVPERTVS. Id est, minus diligeret. Sic enim prædictum est, quia tandem potitus nuptiis optatis, amorem sequentis priori prætulit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et vidit deus quod exosa esset Lia. Primo essendi principio attribuitur videre hæc minima, & prouidere, efficiendo vnius fœcunditatem, & alterius sterilitatem, prout factum est. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est שְׂנוּאָה senua, id est, Odio haberetur, vnde Chaldaica habet, Et manifestum fuit coram domino quod odiosa esset Lia. Et Septuaginta, ὅτι μισοῖτο λεία, Quod odio habetur Lia. *Aperuit uuluam eius, sorore sterili permanente.* CHRYSOSTOMVS. Vide omnipotentis dei sapientiam, quoniam illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiam viri, qua altera priuata fuit, odio haberi visa est, hanc idoneam fecit partui, illam vero inutilem, ambo hæc sua misericordia dispensans, vt & hæc per K
liberos qui ex ea nascebantur, solatium haberet, in sui amorem virum alliciens, & illa non propter pulchritudinem & formositatem aduersus sororem insurgeret. Et aperuit (inquit) vuluam eius. Disce hic dilecte, quod conditor omnium ipse etiam omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat, & quod nulla sit vtilitas concubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit, quod aperuit vuluam eius, &
Psalm.138. vt sciamus, quod voluit Liam procreandis liberis aptam fieri, quo eius mœror leniretur. Ipse enim est, qui in vulua figurat & animat fœtus. Sicut & Dauid dicit, Suscepisti me de vtero matris meæ. Et vide quomodo monstrat nobis diuina scriptura naturæ conditorem vtraque sua virtute efficientem, & alterius vuluam ideneam reddentem, Rachelem autem constringentem. Qui enim naturæ dominus est, omnia facile operatur. THEODORETVS. Patriarcharum autem vxores steriles fuerunt, vt Sara, Rebecca, Rachel, & Lia, quia vniuersorum deus hac ratione Israëliticum genus commendare voluit, vtpote quod non naturæ ratione, sed L
diuina gratia à deo propagatum sit, ex quo scilicet Christus dominus aliquando carnem sumpturus erat. AVCTOR CATENAE. Quod nos habemus, Aperuit vuluam eius, & ita habetur Hebraicè & Græcè, Chaldaica clarius expressit, Dedit ei vt conciperet. Hic cupidini naturali frena imponenda, filiorúmque tantum amore coniugibus congrediendum docetur. Displicet enim deo fœcundæ fœminæ neglectus, & Rachelem puniuit sterilitatis opprobrio, quia adamata ardentius, sese insinuabat marito diligentius & familiarius. Fœcunditas præterea non proficiscitur nisi à domino. Ipse ventres aperit & occludit, semen fœcundat, fouet & animat. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Omnium autem patriarcharum nomina, simúlque compendiosa lectio nominum etymologiam repræsentat, inquiens. *Quæ conceptum genuit filium, uocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus humilitatem meam, nunc amabit me uir meus.* רְאוּבֵן Ruben filius visionis interpretatur. CHRYSOSTOMVS. Vide quàm grata mulier, dicit, dominus visa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, Vidit dominus afflictionem meam, Hebraicè est בְּעָנְיִי beani. Est autem עֳנִי oni, afflictio, humilitas, pau- M
pertas. Chaldaica, Quoniam manifesta fuit coram domino iniustitia mea, habet. Septuaginta, τεταπείνωκέν με legunt, id est, humilitatem. Grata igitur deo mulier, ventris sui fructum domino consecrat ac commendat, patri, filio, & fratribus, tantæ gratiæ reminiscendæ necessitatem imponit ex nomine. Videte (inquit) filium, affulsisse mihi, fœcunditatis beneficium recognoscite. Non tam in odium sororis, quàm in gratiam mariti, quem optabat vt filios quàmplurimos generaret. CHRYSOSTOMVS. Et specta hic iterum, quomodo deus muneribus certare contendit cum ea, & beneficia accumulat, simul & iusti semen augeri, & hanc magis Iacob amabilem fieri vult. *Rursúmque concepit, & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. Vocauitque nomen eius Simeon.* Attendite quomodo per singulos pueros gratias agit domino, & ob beneficia gratitudinem declarat. Audiuit enim (inquit) dominus quod odio habeor, & apposuit mihi etiam hunc, propterea vocauit nomen eius Simeon. Vidisti quomodo non simpliciter, neque temere

A que temere nomina natis indiderit? Vocauit enim Simeon, quoniam audiuit (inquit) dominus. Nobis enim Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. HIERONYMVS. Ab eo ergo quod sit ex- Vbi supra.
audita, Simeon nomen imposuit, שִׁמְעוֹן Simeon quippe interpretatur auditio. AVCTOR CATENAE. Quod Latinus interpres vertit, Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, Hebraicè est שְׂנוּאָה אָנֹכִי senua anochi, Odio habita ego, vel exosa ego. Chaldaica, Quoniam auditum est coram domino, quoniam odio habitá essem ego. Septuaginta, ὅτι μισοῦμαι, Quod odio habeor. Secundo igitur admonetur Iacob, ut vxorem diligat, tam fœcundam filiorum, nomen exauditionis gnato impositó, quia pro mariti sui gratia promerenda, orantem secundo filio dato exaudisset deus. HIERONYMVS. De tertio vero sequitur: *Concepitque tertio, & genuit alium filium, dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios, & idcirco appellauit nomen eius Leui.* Vbi nos legimus, Apud me erit vir meus, Aquila interpretatus est, Applicabitur mihi vir meus, quod Hebraicè dicitur יִלָּוֶה illaue, & à doctoribus Hebræorum aliter transfertur, B
vt dicant, Prosequetur me vir meus, id est, non ambigo de amore in me viri mei, erit mihi in hac vita comes, & eius dilectio me ad mortem vsque deducet & prosequetur, tres enim filios genui ei. CHRYSOSTOMVS. Videtur mihi hoc significari quod natis duobus filiis nondum potuerit allicere virum, qui adhuc in Rachelem propensior erat, ideo dicit, Nunc temporis apud me erit vir meus. Fortassis accessio tertij, virum meum reddet beneuolum, & melius mihi affectum. Ecce enim tres filios ei peperi. CAIETANVS. Et hic quoque redditur ratio nominis Leui interpretati applicatus. AVCTOR CATENAE. Vbi in nostris codicibus est, Nunc quoque, Hebraicè est הַפַּעַם hapáam, id est, Hac vice, vt dicatur, Nunc hac vice copulabitur mihi, & cætera. Septuaginta ἐν τῷ νῦν καιρῷ τούτῳ ἐμοῦ ἕξεται ὁ ἀνήρ μου, In hoc tempore apud me erit vir meus. Et idem est sensus. Leui igitur tertium filium additionem vel appositionem nominat Lia, sperans accessione tertij filij gratiam sibi mariti impetrandam. Sic amor carnalis, etiam inter coniuges à diuini beneplaciti agnitione non modicè mentem deprimit. *Quarto concepit, & peperit filium, & ait, Modo confitebor do-* C
mino. Et ob hoc uocauit eum Iudam. HIERONYMVS. יְהוּדָה Iehuda confessio dicitur. A confessione itaque, confessoris nomen eius est dictum. Veruntamen hic confessio pro gratiarum actione, aut pro laude accipitur, vt frequenter in psalmis & in euangelio, Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, id est, gratias ago Matth.11. Lucæ 10.
tibi, siue glorifico te. CHRYSOSTOMVS. Quid est igitur, Modo confitebor domino? Gratias agam, & glorificabo eum, quia & quartum mihi adiecit filium, & tantam mihi abundantiam concessit, & quæ ob corporis deformitatem de viri erga me beneuolentia periclitatura eram, nunc procreatione filiorum à deo mihi data, & mœroris nimietate discussa, accepi solatium deformitatis, & in locum sororis meæ translata sum. AVCTOR CATENAE. Modo confitebor domino, Hebraicè est eademmet dictio הַפַּעַם hapáam, de qua supra, & significat hac vice, vnde ait Lia, Vice hac confitebor domino, ita & Chaldaica. Septuaginta νῦν ἔτι τοῦτο ἐξομολογήσομαι κυρίῳ, dicunt, id est, Nunc etiam hoc confitebor domino. Sed idem est. Deum igitur collaudat bona mulier, vt velit nolit maritus, quatuor filiorum se matrem posthac contemnere D
non possit. Discimus periculosiorem esse formosiorem vxorem, non ad faciem respectandum ducenti vxorem, duram conditionem viro cum multis vxoribus, etiam si essent sorores, non sine causa abolitam polygamiam. *Cessauitque parere.* Non omnino, sed aliquantulum temporis. Nam postea filios duos, vnámque filiam peperit. Mystice.

RVPERTVS. Notandum autem secundum anagogen, quia videns dominus quod Liam despiceret Iacob, non in eo miseratus est, vt de lippa venustam aspectu faceret, sed in eo, vt sorore sterili permanente, vuluam eius aperiret. Semper enim actiua vita minus videt, & lippis perseuerat oculis, & est talis, qualem Apostolus mulierem in ecclesia docere non permittit, saluabitur autem (inquit) per filiorum generatio- 1.Timoth.2
nem, id est, per operum misericordiæ exhibitionem. Quam enim causam subiiciet rex sedens in sede maiestatis suæ, cum dixerit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mun- Matth.25.
di, nisi Esuriui, & dedistis mihi manducare, & quandiu fecistis vni ex his minimis meis, mihi fecistis? Salua- E
bitur ergo per filiorum generationem illa, quæ ad virilem non peruenit perfectionem, id est, vita illorum qui in solis actibus remanserunt, & nunquam ad contemplatiuæ gratiam profecerunt, iustificabitur per operum bonorum executionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS TRICESIMVM ARGVMENTVM. G

Rachel & Lia steriles, dant marito ancillas. Pacifcuntur pro mandragoris. Iacob decipit Laban in conceptu pecorum.

CAPVT XXX.

Lectio pri.

*Cernens autem Rachel quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo. Da mi-
hi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob, Num pro deo ego sum, qui
priuauit te fructu uentris tui? At illa, Habeo (inquit) famulam Balam ingredere ad* H
*illam, ut pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. Dedítque illi Balam in
coniugium. Quæ ingresso ad se uiro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel,
Iudicauit mihi dominus, & exaudiuit uocem meam, dans mihi filium. & idcirco ap-
pellauit nomen eius Dan. Rursúmque Bala concipiens, peperit alterum, pro quo ait Ra-
chel, Comparauit me dominus cum sorore mea, & inualui, uocauitq; eum Neptalim. Sentiens Lia quod
parere desisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum ædente filium, dixit, Fœli-
citer. Et idcirco uocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitque Lia, Hoc pro beatitudine
mea, beatam quippe me dicent omnes mulieres, propterea appellauit eum Aser.* I

I AVCTOR CATENAE. Coniugatis mulieribus innatum desiderium adest, filios habendi, & educan-
di. Rachel non inuidit Iacob natos, sed se sterilem illi adesse semper, sorore tot filios generante, ægreferebat.
Voluisset & ipsa plurium filiorum mater haberi, propterea ergo de ea dicitur, *Cernens autem Rachel quod infœ-
cunda esset, inuidit sorori suæ.* THEODORETVS. Vxores Iacob mutua zelotypia afficiebantur, eo quod
imperfectæ erant, & impij viri idola colentis filiæ. Ob id deus cum legem statueret, ait, Non accipias vxo-
rem super sororem suam, ne se inuicem æmulentur. *Et ait marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar.* CHRY-
SOSTOMVS. Inconsiderata & muliebris est hæc petitio, animæq; ab æmulatione impugnatæ. Da mihi (in-
quit) filios. Non audisti, quod non viri concubitus illi hos præbuit, sed dominus deus, quia vt vidit, quod Lia
fuit odio habita, aperuit vuluam eius? Quare à viro petis ea, quæ supra naturam sunt, & relicto naturæ domi-
no, virum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? Da mihi (inquit) pueros, quod si minus, moriar ego. K
Graue malum est zelotypia, & desinit in insipientiam, id quod & huic euenit. Videns enim chorum filiorum
sororis, & cogitans suam sterilitatem, non ferebat dolorem, neque continere poterat cogitationem quæ se tur-
babat, sed illa insipientiæ verba loquebatur, Da mihi filios, quod si minus, moriar ego. Fortassis vidit viri er-
ga illam amorem, & putabat ea de causa illam tot filios habuisse, & se nondum peperisse, vnde dicit, Da mi-
hi filios. Deinde terrere volens virum, subdit, quod si minus, moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Ia-
cob? *Iratus respondit ei, Num pro deo ego sum qui priuauit te fructu uentris tui?* Quare derelicto naturæ domino
reprehensionem mihi inducis? Ille est qui priuauit te fructu ventris. Quare non ab illo petis, qui potest aperi-
re naturæ officinam, & fœcundam facere vuluam? Disce, quod ille qui te priuauit fructu ventris tui, sorori
tantam fœcunditatem præstiterit, ne igitur à me quæras, quæ præbere non possum, & cuius non sum domi-
nus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, maiorem erga te beneuolentiam habens. L
Quamuis etiam in infinitum maiori te complectar beneuolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero, ab illo quæ-
re, qui & sterilitatem afferre, & soluere potest. Vide iusti intellectum, quomodo & succensens responsum il-
li dat sapientissimis verbis, docens diligenter omnia, causamque manifestat, vt non relicto domino quærat ab
alio, ea quæ ille solus præstare potest. AVCTOR CATENAE. Cui iratus respondit Iacob, Nunquid
pro deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? Ita & Hebraicè & Græcè habetur locus iste. At Chaldaica
clarius illum exprimit, dicens: Et iratus est furor Iacob in Rachel, & ait, Nunquid à me tu petis filios? Nónne
à facie domini debuisses petere qui prohibuit à te generationem ventris tui? Rachel igitur licet vehementius
quàm par erat, amaret Iacob, deum tamen cum timeret, æquanimiter ferre dei blasphemiam non potuit, mu-
nus scilicet filiorum, quod solo deo donante conceditur, non cœlo, elementis, hominibus, seminibus, id ipsum
tribui marito, & per impossibile contra deum exigi. CHRYSOSTOMVS. Igitur vt didicit Rachel quod M
sterilis facta esset à deo, & videns sororem liberis florere, vel mediocre solatium requirens, dicit ad Iacob:
Quoniam nunc me docuisti, quod non culpa tua liberis careo, ancillam meam accipe, filiósque ex ea procrea, vt
parum aliquod solatium inuenire possim, mihi vendicans quæ ab illa nascuntur. *Habeo (inquit) famulam Balam,
ingredere ad illam, ut pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. Dedítque illi Balam in coniugium.* AVGVSTI-
NVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Non facile dignoscitur, quas concubinas
appellet scriptura, quas vxores, quandoquidem & Agar dicta est vxor, quæ postea dicitur concubina, & Ce-
thura, & ancillæ quas dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnis concubina vxor, non autem omnis
vxor concubina, more loquendi scripturarum appelletur, id est, vt Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubi-
næ dici non possunt, Agar vero & Cetura, & Bala & Zelpha, & vxores & concubinæ. AVCTOR CATE-
NAE. Ingredi vero ad mulierem, est ad morem Hebræorum generationi incumbere, ob verecundiæ studium
sic loquen-

A sic loquentium, quod secreto fiat. Super genua mea pariat, id est, adoptandum mihi in filium, quem vt pro-
prium super genua teneam, geram in vlnis, pro meo habeam. *Quæ ingresso ad se uiro, concepit, & peperit filium.
Dixitque Rachel, Iudicauit mihi dominus, & exaudiuit uocem meã, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan.* HIE-
RONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Causam nominis expressit, vt ab eo quod
iudicasset se dominus, filio ancillæ, iudicij nomen imponeret. Dan quippe interpretatur iudicium. CHRY-
SOSTOMVS. Habuit aliquo modo pariente ancilla vel breuem consolationem, ideo & puero nomen im-
ponit, & gratias agit domino pro nato. CAIETANVS. Vel, Iudicauit me dominus, tanquam enim ius de-
betur mulieri, vt habeat prolem, eo quod ad hoc facta est, & propterea Rachel à summo iudice ius sibi mini-
stratum fatetur. AVCTOR CATENAE. Quæ ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. Quæsi-
uit Rachel vel mediocre solatium per zelotypiæ errorem contra sororem, ex ancilla sua prolem ambiendo, cum
iuxta sanguinis propinquitatem, sororis filios magis adamasse debuerit, quàm ancillæ. Excusatur Iacob vxo-
B rum pluralitas, ob sanctæ ac promissæ prolis desiderium, quo solo, & non ob libidinem ferebatur. Et sorores il-
læ ambiebant tantarum tribuum matres fieri, & benedictionem sancti seminis consequi, cuius fide permoue-
bantur, habentes promissiones dei certas ad Abraham, Isaac, & Iacob, toties repetitas. Quæ ratio nubendi
cum nunc cesset, non est sanctarum illarum fœminarum studium, in exemplum trahendum. Dixitque Rachel,
Iudicauit mihi dominus, & cætera. Ancillæ filio nomen imponit tanquam suo adoptato, & deo gratias agens,
quàm fieri poterat lætabatur, maritum etiam domi suæ filium sustulisse, nimirum post orationes ad deum fu-
sas, & instigante ad id sancto spiritu. Dan autem iudicauit interpretatur, quasi diceret Rachel, iudicauit qui-
dem me deus indignam prole de proprio corpore, vt aliena suscepta prole cogar interim esse contenta.
Rursúmque Bala concipiens, peperit alterum, pro quo ait Rachel, Comparauit me dominus cum sorore mea, & inualui, uo- Vbi supra.
cauitque eum Neptalim. HIERONYMVS. Alia litera. Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel fi-
lium secundum Iacob, & dixit Rachel, habitare fecit me deus habitatione cum sorore mea, & inualui, & vo-
C cauit nomen eius Nephtalim. Causa nominis Nephtalim, aliter hic multo exponitur, quàm in libro Hebræo-
rum nominum scripta est. Vnde & Aquila ait, συναυέστρεψέ με ὁ θεὸς καὶ συνανεστρέφην, pro quo in Hebræo scri-
ptum est נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי napthule elohim niphtalti. Vnde à conuersatione, siue à comparatione, quia
vtrunque sonat conuersationem seu comparationem, Nephtalim filio nomen imposuit. CHRYSOSTO-
MVS. Et didicit postea manifestè per ancillam, quod Iacob non fuit in causa, quare liberis careret. Ideo
natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit, maximam sibi ipsi consolationem excogitans. RV-
PERTVS. Vel Nephtalim interpretatur dilatatio. AVCTOR CATENAE. Quoniam ampliata est
in altero filio ex Bala genito. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Colluctationibus elohim collu-
ctata sum cum sorore mea, etiam potui, vocauítque nomen eius Naphtali. Non inueni latinum verbum cor-
respondens Hebræo. Et inter multas interpretationes nulla videtur magis propinqua sensui Hebraici textus,
D quàm ista: qua Rachel dicit se diu cum propria sorore quasi luctatam, non brachiis aut humanis viribus, sed
quasi colluctationibus elohim: hoc est, dei iusti distributoris fœcunditatis & sterilitatis. Ex eo nanque tempo-
re quo ambæ nupserunt vni viro Iacob, ad similitudinem luctantium inter se ad generandum ex Iacob fue-
runt, sed Rachel sæpe victa est. Verum quia mediante ancilla genuit secundum filium, dixit etiam potui: hoc
est, non totaliter depressa sum, sed etiam secunda iam vice potui, in hac quasi lucta valui ad generandum.
Naphthali itaque nomen ignotum nobis restat proprie, propter obscuritatem dictam. AVCTOR CATE-
NAE. Locus iste varie ab Hebræis exponitur. Pro quo sciendum, hic esse verbum פָּתַל pathal, à quo dedu-
ctum est. Neptalim, quod comparare seu peruertere significat. Alij ergo legunt, subuersiones domini, sub-
uersa sum cum sorore mea. Hoc innuens Rachel, se de gradu deiectam, quem prius teneret apud virum suum,
quod ei Lia plures peperisset filios, se autem in ea re longe inferiorem esse effectam. Auen autem Esdra a-
lio quodam modo exponit, vt fateatur se quidem victam à sorore Rachel, locum tamen intelligi velut
E cum quis luctatur cum altero, seque in omnes partes, & omnibus torquet & obliquat modis, vt eum
possit superare ac deiicere, atque ita Rachel luctata sit. Subuersionem ergo, interpretatur corporis obli-
quationem, quam luctantes efficiunt, nam & id verbum Hebraicum significat. Alij exponunt פָּתַל pathal
per coniunxit, vnde & פְּתִיל pethil significat filum & ligamen, legúntque, Additione dei addita sum cum
sorore mea, siue coniunctione dei adiuncta sum cum sorore mea, imò excellui eam. Putant alij elohim
hic non accipi pro deo, sed pro magnifico, & legunt, luctationibus magnificis luctata sum cum sorore
mea, & præualui. Id enim quod magnificum est, vocat Hebraismus diuinum, vt cedrus dei, id est, ce-
drus magnifica & procera. Quanquam etiam in hunc sensum quidam, luctationibus vehementibus, si-
ue eximiis luctata sum verterunt. Sed idem quantum ad hoc est, vehementibus ac eximiis, quod & ma-
gnificis. Septuaginta vt dictum est, in aliam sententiam interpretantur, nam eam subuersionem seu col-
F luctationem, comparationem esse volunt, hoc enim modo apud eos legimus. συνελάβετό μοι ὁ θεὸς, καὶ
συνανεστράφην τῇ ἀδελφῇ μου, hoc est, Audiuit me, siue auxiliatus est mihi deus, & comparata sum soro-
ri meæ. Quos & interpres secutus est. Chaldaica æditio hoc in loco quid diuersum penitus ab aliis habet,
& ad orationem deflectit, habens, Et ait Rachel, suscepit deus deprecationem meam, cum deprecata sum
in oratione mea, concupiui vt esset mihi filius sicut sorori meæ, quod vtique concessum est mihi. Et vo-
cauit nomen eius Neptali. Post quæ omnia is forte loci sensus esse videatur. Peruersitate insigni peruersa
sum cum sorore mea, quasi dicat, Cogor propter sororem meam, & cum ea agere peruerso naturæ ordine, longeq;
aliter quàm sustineat indoles muliebris cum meo marito, vt eum ancillæ permittam, vt de pedissequæ meæ corpo
re mihi filios capiam, domino ad id me condemnãte propter sororem. In tanta ergo rerum varietate, eligat pru-
dens lector quod ei spiritus sancti gratia suaserit vt magis sequatur. Locus alioquin difficilis. *Sentiens Lia quod
parere desisset, Zelphã ancillã suam marito tradidit. Qua post conceptũ ædente filiũ, dixit, fœliciter. Et idcirco uocauit nomẽ eius Gad.*
HIERONYMVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIERONYMVS. Alia litera. Et peperit Zelpha ancilla Liæ Iacob filium, & dixit Lia, In fortuna, & vocauit nomen eius Gad. Vbi nos posuimus in fortuna, & Græcè dicitur ἐν τύχῃ, quæ potest euentus dici, in Hebræo habet בָּגָד bágad, quod Aquila interpretatur, Venit accinctio. Nos autem dicere possumus In procinctu. Ba enim potest præpositionem sonare in, & venit. Ab euentu ergo siue procinctu, qui Gad dicitur, Zelphæ filius Gad vocatus est. RVPERTVS. Et euentu quidem bono, siue fœlicitatis suæ procinctu. CHRYSOSTOMVS. Et dixit, Fortunata fui, hoc est, assequuta sum quod spectabam. Et quia voti compos facta est, nomen eius vocauit Gad. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod Latini habent, nato filio Liæ de Zelpha, quia dixerit, Beata facta, vel fœlix facta sum, Græci habent ἐν τύχῃ, quod magis bonam fortunam significat. Vnde videtur occasio non bene intelligentibus dari, tanquam illi homines fortunam coluerint, aut hoc verbum diuinarum scripturarum auctoritas in vsu receperit. Sed fortuna intelligenda est pro his rebus quæ fortuitu videntur accidere, non quia numen aliquod sit, cum hæc ipsa tamen, quæque fortuita videntur, causis occultis diuinitus dentur. Vnde etiam verba, quæ nemo potest auferre à consuetudine loquendi, parata sunt, id est, forte & fortasse, & forsitan, & fortuitu. Vnde videtur in Græca lingua resonare quod dicunt τάχα, velut ab eo quod est, τύχη. Aut certe Lia propterea sic locuta est, quod adhuc gentilitatis consuetudinem retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, vt ex hoc data huic verbo putetur auctoritas. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Venit sors, & vocauit nomen eius Gad. Aiunt sortem æquipollere fortunæ, vt secundum communem loquendi morem, fortunate sibi obtigisse dixerit, & à sorte Gad nominauerit. AVCTOR CATENAE. Qua post conceptum ædente filium, dixit, Fœliciter. Sequuntur hic fere omnes Chaldaicam interpretationem, quæ habet, venit fœlicitas. Vnde & Septuaginta εὐτύχηκα, hoc est, Fœlix facta sum, dixerunt. Hebraicè vero בָּגָד bagad legitur, hoc est, Fortunatè, aut cum fortuna. Gad enim fortuna interpretatur. Licet sint quidam ex Hebræis qui eo nomine significari dicant copulationem vel constellationem quandam stellarum, hoc est, sydus propitium, quod Arabes vocant astrum Libræ, alij planetam Iouis, à quo dictus fuerit Gad. Non vult igitur Lia conatibus sororis cedere, sed inuicem se ambæ superare contendunt. Nihil hic excusabile videtur in facto mulierum, sed fides in promissam filiorum multitudinem domino placuit, & prouidentiæ suæ opera hoc facto compleuit & voluit. Lætabatur autem, & iactabat se Lia nunc ex nouo filio, licet ex ancilla susceptо. *Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitque Lia, Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent omnes mulieres. Propterea appellauit eum Aser.* HIERONYMVS. Alia litera. Et peperit Zelpha ancilla Liæ filium secundum Iacob, & dixit Lia, beata ego, quia beatificant me mulieres, & vocauit nomen eius Aser, diuitiæ. Male autem additæ sunt diuitiæ, id est, πλοῦτος, cum etymologia nominis Aser, scripturæ auctoritate pandatur, dicentis, Beata sum ego, & beatificant me mulieres. Et ab eo quod beata dicatur ab hominibus, filium suum beatum vocauerit. אָשֵׁר Aser ergo non diuitiæ, sed beatus dicitur, duntaxat in præsenti loco. Nam in aliis secundum ambiguitatem verbi possunt & diuitiæ sic vocari. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo & hæc natos ex ancilla pro propriis habeat, & beatam se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationem filiorum? AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, hoc pro beatitudine mea, Hebraicè est בְּאָשְׁרִי beasri, In beatitudine mea, vel cum beatitudine mea. Vel (vt exponunt quidam beth pro propter) propter beatitudinem meam. Septuaginta, μακάριά ἐγώ, ὅτι μακαρίζουσί με αἱ γυναῖκες, Beata ego, quia beatam dicunt me mulieres, quæ omnia ad idem tendunt. Chaldaica vertit sic, Laus erit mihi, quoniam nunc laudabunt me mulieres. Ponitur autem in Hebræo verbum præteritum אִשְּׁרוּנִי isserúni, Beatificauerunt me, pro futuro beatificabunt. Videns igitur se Lia omnibus modis sorori præualere, & insuper quatuor proprios habere filios, arbitrabatur sese in mulieribus beatam & valde laudabilem, quia tot tribuum maximarum capita genuisset, ideo nominauit ex Zelpha natum, Aser, beatitudinem. AVGVSTINVS VICESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM MANICHAEVM. Iam vero Iacob, cui pro ingenti crimine quatuor obiiciuntur vxores, generali præloquutione purgatur. Quando enim mos erat, crimen non erat, & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia sunt enim peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quòd de plurimis simul habitis vxoribus obiicitur sancto viro Iacob? Si naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus vtebatur, si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur, si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus non licet? Quæ duo si quis contempserit, etiam si tantummodo causa generandi vti possit fœminis pluribus, peccat tamen, & ipsam violat humanam societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Sed quia homines aliter se habentibus iam moribus & legibus, non possunt delectari vxorum multitudine, nisi libidinis magnitudine, ideo errant & putant haberi omnino non potuisse vxores multas, nisi flagrantia concupiscentiæ carnalis & sordidæ voluptatis. Comparantes enim non alios quorum virtutem animi prorsus nosse non possunt, sed sicut ait Apostolus, Semetipsos sibimetipsis, non intelligunt. Et quia ipsi etiam si vnam habuerint, ad eandem non solum generandi officio ducti viriliter accedunt, sed sæpe coëundi stimulo victi eneruiter pertrahuntur. Sicut ergo sancti Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam, condelectabantur non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis, ita sancti patriarchæ coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, nõ concupiscentia percipiendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis, ac per hoc nec illos ambitiosos multitudo populorũ, nec illos libidinosos multitudo faciebat vxorum. Sed quid de viris loquar, quibus excellentissimum testimonium diuina voce perhibetur, cum ipsas fœminas satis eluceat nihil aliud in concubitu appetisse, quàm filios? quippe vbi se minime parere viderunt, famulas suas dederunt viro suo, vt illas matres facerent carne, ipsæ fierent voluntate. MAGISTER Distinct.33. IN QVARTO SENTENTIARVM. Quæritur hic de antiquis patribus qui plures simul leguntur habuisse vxores vel concubinas: vtrũ peccauerint. Ad quod dicimus, Pro varietate tẽporum varia inuenitur dispensatio

A satio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet & Euam, inchoatum est coniugium, deo per os Adæ dicente, Homo adhærebit vxori suæ, & duo erunt in carne vna, & secundum ingressionis modum inter duos tantum per omnem successionem temporum contraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum vero copulã filij & filiæ eorũ matrimonio coniuncti sunt, sed vnus vni tantum. Ideo autẽ fratres sororibus sunt copulati, quia non erant aliæ mulieres vel viri, quibus Adæ filij vel filiæ iungerentur. Primus omnium Lamech duas legitur simul habuisse vxores, & hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea vero cum iam pene omnes homines falsis diis seruirent, paucis in cultu dei permanentibus, consultum est à deo, plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia dei deficeret. Vnde Abraham viuente vxore ad ancillam intrauit, & ex ea genuit. Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiæ Loth, patre ebrio vsæ sunt. Cum enim cæteris in idololatria relictis, Abrãham & filios eius in peculiarem populum sibi dominus elegisset, rite multarum fœcun-
B ditate mulierum, populi dei multiplicatio quærebatur, quia in successione sanguinis, erat successio religionis. Vnde etiam in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt, quia in successione familiæ, successio erat officij. Non ergo Abraham vel Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæsiuit, nec illorum exemplo præter coniugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alicui quærere, cum illorum coniugia, nostrorum æquantur virginitati, & immoderatus vsus coniugij nostri temporis, turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis. AVGVSTINVS DE- Cap 38.
CIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Perrexit igitur Iacob in Mesopotamiam, vt inde acciperet vxorem. Vnde autem illi acciderit quatuor habere fœminas, de quibus duodecim filios & vnam filiam procreauit, cum earum nullam concupisceret illicitè, scriptura indicat. Ad vnam quippe accipiendam venerat, sed cum illi altera pro altera suppositа fuisset, nec ipsam dimisit, qua nesciens vsus fuerat in nocte, ne ludibrio eam vide-
C retur habuisse, & ex eo tempore quoniam multiplicandæ posteritatis causa plures vxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui vni iam futuri coniugij fidem fecerat. Quæ cum esset sterilis, ancillam suam de qua filios ipsa susciperet, marito dedit. Quod etiam maior soror eius quamuis peperisset, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Iacob legitur petiisse, præter vnam, nec vsus plurimis nisi gignendæ prolis officio, coniugali iure seruato, vt neque hoc faceret, nisi vxores eius id fieri flagitassent, quæ corporis viri sui habebant legitimam potestatem. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Vxorum quidem con- Collat.17.
cubinarúmque multarum antiqua illa libertas instante iam temporum fine, & multiplicatione humanæ generationis expleta, non immeritò velut minus iam necessaria per euangelicam perfectionem debuit amputari. Nam vsque ad aduentum Christi oportuit benedictionem primordialis illius vigere sententiæ qua dictum est, Cresce & multiplicamini & replete terram. Et idcirco iustissimum fuit vt ex illa radice fœcunditatis humanæ quæ in synagoga pro dispensatione temporis vtiliter viguit, angelicæ virginitatis flosculi germinarent ac suaue olentes
D continentiæ fructus in ecclesia gignerentur. cap.19. Gene.2.

AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM. Nunc iam defensis patriarchæ moribus, de reliquo (vt possumus mysteriorum secreta rimemur, pulsemus fidei pietate, vt nobis aperiatur à domino, quid rerum figurauerint quatuor istæ vxores Iacob, quarum duæ liberæ & duæ ancillæ fuerunt. Duæ vxores liberæ Iacob, duæ vitæ sunt, quæ nobis in corpore Christi prædicantur. Vna temporalis, in qua laboramus, altera æterna, in qua delectationem dei contemplamur. Istam dominus passione, illam resurrectione declarauit. Itaque duæ sunt vxores Iacob liberæ, ambæ quippe sunt filiæ remissionis peccatorum, hoc est, dealbationis, quod est Laban. Verumtamen vna amatur, & altera toleratur, sed quæ toleratur, ipsa prius & vberius fœcundatur, vt si non propter seipsam, certe propter filios diligatur. Labor enim iustorum maximum fructum habet, in eis quos regno dei generant, inter multas tentationes & tribulationes prædicando euangelium, & eos propter quos sunt in laboribus
E abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, & propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium & coronam suam vocant. Nascuntur autem eis facilius atque copiosius ex illo sermone fidei, quo prædicant Christum crucifixum, & quicquid humanitatis eius citius humana cogitatione percipitur, & infirmos etiam Liæ oculos non perturbat. Rachel autem clara aspectu, mente excedit deo, & videt in principio verbum domini apud deum, & vult parere & non potest: quia generationem eius quis enarrabit? Proinde vita quæ studio contemplationis competit, vt ea quæ carni sunt inuisibilia, non infirmis oculis mentis per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciat, & sempiternam dei virtutem ineffabiliter cernat, vacare vult ab omni negotio, & ideo sterilis. Affectando quippe otium, quo studia contemplationis igneſcunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui in variis pressuris sibi desiderant subueniri. Sed quia & ipsa procreandi charitate inardescit, vult docere quod nouit. Neque enim inuidia tabescit, quum videt sororem labore agendi atque patiendi, filiis abundantem, sed dolet potius currere homines ad eam virtutem, qua eorum infirmitatibus necessitatibus consulitur, quàm ad illam vnde diuinum & incommutabile aliquid discitur. Hic dolor figuratus
F videtur in eo quod scriptum est, Zelauit Rachel sororem suam. Proinde quia liquidus purúsque intellectus, de illa substantia quæ corpus non est, ac per hoc ad carnis sensum non pertinet, verbis carne æditis exprimi non potest, elegit doctrina sapientiæ per quaslibet corporeas imagines & similitudines, vtcunque cogitanda insinuare diuina, quam ab officio talia docendi cessare, sicut elegit Rachel ex viro suo & ancilla suscipere filios, quàm sine filiis omnino remanere. Bala quippe interpretari dicitur inueterata. Hanc habuit ancillam Rachel. De veteri quippe vita carnalibus sensibus dedita, corporeæ cogitantur imagines, etiam quum aliquid de spiritali & incommutabili substantia diuinitatis auditur. Suscipit & Lia de ancilla sua filios, amore abundæ numerosíque prolis accensa. Inuenimus autem Zelpham eius ancillam, interpretari os hians. Quapropter hæc ancilla illos figurat, quorum in prædicatione fidei euangelicæ os erat, & cor non erat, de qualibus scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Et de quibus Apostolus dicit, Qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? Veruntamen vt etiam per Mystice. Esaiæ 20. Roman.2.

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.13. Philip.2. hanc conditionalem,libera illa vxor Iacob laborans filios hæredes regni suſcipiat, ideo dominus dicit, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Vnde in labore vinculorum vita apoſtolica: ſiue (inquit) occaſione ſiue veritate,Chriſtus annuncietur,& in hoc gaudeo,ſed & gaudebo:tanquam & ancilla pariente de prole numeroſiore lætata. RVPERTVS. Aures igitur nimium pudicas præſens lectio diuerberat,& nimium fatigan tur audire æmulationes quatuor mulierum de vno viro concertantium. Sed habeant cum ſimplicitate ſua prudentiam,ſciantq; totum quicquid eſt dictum vel factum,redolere magnum liberorum deſiderium, tantáque inſtantia properent animæ prudentes,ſpirituale de Chriſto viro ſuo ſemen concipere vel parere,quanta illas auiditate virum ſuum præripere,quanto audiunt gaudio filios ſuos in partus ſuſcipere.Nam huius Chriſti noſtri vnius viri, ſunt coniuges liberæ, ſunt & concubinæ ancillæ. Sexaginta (inquit) ſunt reginæ, & octoginta ſunt concubinæ.Quæcunq; eſt regina ſiue libera,vero amore ingemiſcit & parturit,verbi gratia, cum dicit, Filioli mei quos iterum parturio,donec formetur Chriſtus in vobis. Sed non eo contenta ſit. Tanta beati ſeminis multiplicandi auiditate dilatetur,vt ancillas quoque viro huic permittat & dicat: Quid enim dum omni modo, ſiue per occaſionem,ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur?Et in hoc gaudeo,ſed & gaudebo. Fieri nanque poteſt, quia ſæpe factum eſt,vt quem ancilla vel concubina concipit, eum ſuper genua liberæ pariat,id eſt, vt is qui per annunciationem inuidentis,verbum audiuit,confiteatur & teneat in catholica matre eccleſia, veræ & vnicæ perfectionem fidei,& ita nihil differat à legitimis filiis in acceptione paternæ hæreditatis.Nunquid enim quando eiecit dominus gentes à facie filiorum Iſraël,& ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis,Gad & Aſer,Dan & Neptalim,aliquid minus vel tardius acceperunt, pro eo quod eſſent ex concubinis ſiue ancillis? Itaque & in huiuſmodi aſperitate quidem exterioris paleæ,ſimplicium ſenſus offenditur,ſed interiore grano perfectiores,quorum eſt ſolidus cibus,non minimum delectantur.

Cantic.6. Galæ.4. Philip.1. Pſalm.77.

2 *Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitq; Rachel, Da mihi partem de mandragoris filij tui. Illa reſpondit, Parúmne tibi uidetur quod præripueris maritum mihi,niſi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Reducntique ad ueſperam Iacob de agro,egreſſa eſt in occurſum eius Lia,& ait, Ad me (inquit) intrabis,quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitque cum ea nocte illa, & exaudiuit deus preces eius. Concepitque,& peperit filium quintum,& ait, Dedit deus mercedem mihi,quia dedi ancillam meam uiro meo. Appellauitque nomen eius Iſachar. Rurſum Lia concipiens,peperit ſextum filium,& ait, Dotauit me deus dote bona,etiam hac uice mecum erit maritus meus,eo quòd genuerim ei ſex filios. Et idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Poſt quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoque dominus Rachelis,exaudiuit eam,& aperuit uuluam eius. Quæ concepit,& peperit filium,dicens: Abſtulit deus opprobrium meum,& uocauit nomen illius Ioſeph,dicens: Addat mihi dominus filium alterum.*

2 CHRYSOSTOMVS. Vide hic quoq; & poſt hæc, vt diſcas,quomodo zelotypię affectio huc & illuc transibat, & nunc hæc, & nunc illa impugnabantur. *Egreſſus autem* (inquit) *Ruben tempore meſſis triticeæ in agrum, Reperit mandragoras quas matri Liæ attulit.* INTERLINEARIS. Poma ſunt pulchra,odora,& inſipida. AVCTOR CATENAE. Pro eo quod eſt Hebraicè דוּדָאִים dúdaim,hoc eſt, Mandragoras, Septuaginta vertunt μῆλα μανδραγορῶν,id eſt, Poma mandragoræ,vt quod de toto frutice diceretur, ipſi ad partem retulerint,ſunt enim in mandragoris teſte Dioſcoride, mala inter folia ſita, ſunt & ipſa folia, radices quoque ternæ vel binæ cuiuſcunque caulis,eæq; mutuis complexibus coniunguntur, puero non diſſimiles. Humanam quippe habent effigiem,eo quod & capite porriguntur,& manibus videntur extenſæ.Proditum à medicis eſt,hanc herbã menſtrua eiicere,vuluámque muliebrem ad conceptum mirifice accommodare. Odore quoque commendabiles ſunt,propterea in Canticis dicitur,Mandragoræ dederunt odorem. Iuit igitur in agrum Ruben,ſicut ſolent pergere liben ter pueruli ad meſſores, & mandragoras reperit. Primogenitus enim Liæ erat & Iacob, iamq; grandiuſculus factus. *Dixitq; Rachel, Da mihi partem de mandragoris filij tui. Illa reſpondit, Parúmne tibi uidetur, quod præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filij mei tuleris?* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo affectionem animæ verbis manifeſtam facit. CAIETANVS. Aiunt conferre mandragoras mulierum matricibus ad concipiendum, & propterea Rachel petiit illas. AVCTOR CATENAE. Parúmne tibi videtur,& cætera. Pro re leuicula anſam arripit Lia vindicandi dolorem,quem tenebat in pectore,more fœmineo. Forte etiã iocabantur ad inuicem, & facetè mulieres mutuo ſe diligentes, quicquid placuerat,quãuis duriuſculum aliis videretur,ſecure inter ſe dicere poſſe arbitrabantur per ſales & iocum.Nam & iuxta Hebræum loco verbi præripueris,habetur acceperis,verbum ſcilicet abſque iniuria. *Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui.* AVGVSTINVS XXII. CONTRA FAVSTVM. De hoc pomi genere opinari quoſdam ſcio quod acceptum in eſcam,ſterilibus fœminis fœcunditatem paret,ac per hoc putant omnimodo inſtitiſſe Rachel,vt hoc à filio ſororis acciperet,cupiditate pariendi.Quod ego quoq; arbitrarer,ſi tunc concepiſſet. Nunc vero cum poſt Liæ duos alios ab illa nocte partus,dominus ei prolem donauerit,nihil eſt cur de mandragora tale aliquid ſuſpicemur,quale in nulla fœmina experti ſumus.Dicam ergo quid ſentiam,dicent hinc forte meliora doctiores. Cum enim hæc mala ipſe vidiſſem,& propter iſtum ipſum ſacræ lectionis locum,id mihi obtigiſſe gratularer,rara enim res eſt, naturã eorum diligenter quantum potuit perſcrutatus ſum,non aliqua à communi ſenſu remotiori ſcientia, quæ docet virtutes radicũ & poteſtates herbarum,ſed quantũ mihi & cuilibet homini renuntiabat viſus,& olfactus,& guſtus. Proinde rem comperi pulchrã,& ſuaue olentem,ſapore autẽ inſipido,& ideo cur eã mulier tantopere concupiuit ignorare me fateor, niſi forte propter pomi raritatẽ,& odoris iocunditatẽ. CHRYSOST. Dormiat ergo (inquit Rachel) tecũ nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris,& accipe virũ. Vide quomodo mõſtratur totus beneuolentiæ

A beneuolentiæ Rachelis deditus. Nam tanto choro filiorum Lię nato, fuit adhuc amore magis propenſus in Rachelem, ſi hoc nõ fuiſſet factum, quomodo ferre potuiſſet Lia ſororis cõiugium, omnem viri poteſtatem habentis? Ita permittit ei pro mandragoris virum, & dicit, Dormiat hodie tecũ pro mandragoris. Satisfac (inquit) meo deſiderio, & accipe virum. *Reducntiq; ad ueſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait, Ad me intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitq; cum ea nocte illa.* AVGVSTINVS. Quod mendaciſſima crimine Fauſtus obiecit, habuiſſe inter ſe velut quatuor ſcorta certamen, quænam eum ad concubitum raperet, vbi hoc legerit neſcio, niſi forte in corde ſuo tanquã in libro nefariarum fallaciarũ, vbi vere ipſe ſcortabatur, ſed cum ſerpente illo, de quo Apoſtolus timebat eccleſię, quam virginem caſtã cupiebat vni viro exhibere Chriſto, ne ſicut Euam deceperat aſtutia ſua, ſic & illorũ mentes à Chriſti caſtitate auertendo corrumperet. Ita enim huic ſerpenti amici ſunt iſti, vt eum prę ſtitiſſe potius, q̃ nocuiſſe contendant. Ipſe plane Fauſti perſuaſit pectori adulterato, falſi- Vbi ſupra.

B tatis ſemina infundens, vt has male conceptas calumnias ore immundiſſimo pareret, & ſtylo audaciſſimo etiam memoriæ cõmendaret. Nulla enim ancillarũ virum Iacob ab altera rapuit, nulla de illius concubitu cum altera litigauit, ideo magis ordo erat, quia libido nõ erat, & tanto firmius ſeruabantur cõiugalis poteſtatis iura, quanto cauſtius vitabatur carnalis cupiditatis iniuria. Quod enim & ab vxore conducitur, ibi vera noſtra manifeſtatur aſſertio: ibi pro ſe aduerſus maledicta Manichæorũ ipſa veritas clamat. Quid enim opus erat, vt eum altera cõduceret, niſi quia ordo alterius erat, vt ad eam maritus intraret? Neq; enim ad aliam vnquã acceſſiſſet, niſi eum cõduxiſſet. Sed vtiq; iuſtis ad eam vicibus accedebat, de qua tot filios procreauerat, & cui obedierat, vt etiam de ancilla procrearet, & de qua poſtea nõ conducente procreauit. Sed tunc Rachel noctem habebat in ordine, vt maneret cum viro: tunc penes eam poteſtas illa erat, de qua per Apoſtolum vox certe noui teſtamenti non tacuit, dicens, Simi- 1.Cor.7.

C liter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. Ideo iam cum ſorore pacta erat, cui facta debitrix, eam ita legaret ad debitorem ſuum. Nam hoc nomine id appellat Apoſtolus, Vxori (inquit) vir debitum reddat, cui ergo vir debitor erat, iam acceperat à ſorore quod elegerat voluntate, vt ei daret quod habebat in poteſtate. Hic vero ille quem Fauſtus tanquã impudicum clauſis vel potius extinctis oculis criminatur, ſi concupiſcentiæ non iuſtitiæ ſeruus eſſet, nõnne per totum diem in voluptatem illius noctis æſtuaret, qua erat cum pulchriore cubiturus: quam certe amplius diligebat, pro qua bis ſeptenarium annorum laborem gratuitum penderat? Cum ergo iam dieperacto in eius iret amplexus, quando inde auerteretur ſi talis eſſet, qualem Manichæi nihil intelligentes, opinantur: nonne placito contempto mulierum intraret potius ad ſpecioſam ſuam, quæ illi noctem ipſam, non ſolũ conIugis more, verumetiam ordinis iure debebat? vtereturq; potius ipſe poteſtate maritali, quia & vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir, & pro eo tunc ſeruitutis illarũ viciſſitudo faciebat, coniugali ergo poteſtate multo vincibilius vteretur, ſi formæ deſiderio vinceretur: ſed eo meliores fœminæ inuenirentur, ſi illæ pro filiis cõcipiendis, ipſe autem pro concubitus ſui voluptate certaret. Itaq; vir temperãtiſſimus, vt plane vir, quia tam viriliter fœminis vtebatur, vt delectationi carnali non ſubiiceretur, ſed dominaretur, magis quid deberet, quam quid ei de-

D beretur attendit: nec ad propriã voluptatem ſua poteſtate abuti voluit, ſed illius debiti redditor, quam exactor eſſe maluit. Vnde conſequens erat, vt ei redderet, quam pro ſe id accipere illa, cui debebatur, elegit, quo earum placito pactoq; comperto, cum repente atq; inopinate à pulcherrima coniuge reuocaretur, & ad minus decorã vocaretur non ira excanduit, non triſtitia nubilatus eſt, non eneruiter blandus, vt ſibi potius ratam noctem redderet, inter ambas ſategit, ſed maritus iuſtus, & prouidus pater, cum illas prolis curam gerere videret, & ipſe nihil aliud de cõ cubitu quæreret, earum voluntati obtemperandum iudicauit, quæ ſibi ſigillatim filios optabant, ſibi nihil minui, cui ambæ pariebant. Tanquã diceret, Vobis inter vos vt vultis cedite, atq; concedite, quęnam veſtrum fiat mater, ego quid contendã, quando ſiue hinc ſiue inde naſcenti, non erit alius pater? Hanc profectò modeſtiã, hanc concupiſcentiæ coercitionem, & in commixtione corporũ coniugaliũ ſolum appetitum poſteritatis humanæ, vt erat accutus Fauſtus in illis literis & intelligeret & laudaret: niſi eius ingenium deteſtabili ſecta deprauatum, & quid reprehenderet quęreret, & vnam nuptialis cõuentionis honeſtatem, qua mares & fœminæ liberorũ procreandorum cauſa copulantur, crimen maximum deputaret. AVCTOR CATENAE. Videmus igitur ex verbis factis q;

E omnibus, nihil quæſiuiſſe vxores ambas, quam filios & benedictionis ſemen, idq; copioſum ex ſancto Iacob, cui promiſſos innumerabiles populos tribuũ à domino certò ſciebant, certatimq; non tam concipere, quàm parere & alere cupiebant. *Et exaudiuit deus preces eius.* CHRYSOSTOMVS. Quia videbat eam dolentem, valde interpetita, inſuper & indotata, viro clam tradita fuerat. Mecũ enim erit vir meus, propterea (inquit) iam ſecura ſum, mulieres probatam, exaudiuit eam (inquit) deus. *Concepitq; & peperit filium quintum, & ait, Dedit deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam uiro meo. Appellauitq; nomen eius Iſachar.* HIERONYMVS IN QVAEST. HEBRAIC. Etymologiam huius nominis, Septuaginta interpretes ædiderunt, & merces. Nõ vtiq;, vt pleriq; addito pronomine male legunt, exiſtimandum eſt ita ſcriptum eſſe, quod is eſt merces, ſed totum nomen interpretatur eſt merces. יָשׂ Ies quippe dicitur eſt, & שָׂכָר Sachar merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filij Ruben introitum, qui Racheli debebatur, ad ſe viri emerat. AVCTOR CATENAE. Mulieres tãtopere viros amare hic diſcere cupientes, diſcant ſimul & orare feruenter & humiliari. Oſtenditur enim hic virtus orationis ingens, qua noua ſubinde

F fœcunditas obtinetur, cum iam ceſſaſſet à partu via naturæ. Valuit autem tanto magis oratio, quanto abiectior, humilior, ac contemptior habebatur iuſta fœmina. Infirma enim huius mundi eligit deus, vt fortia confundat, eri- git eliſos, exaltat humiliatos. Iſachar autẽ interpretari poteſt lætabunda merces. Iod enim familiarius propriis nominibus antefertur. *Rurſum Lia concipiens, peperit ſextum filium, & ait, dotauit me deus dote bona, etiam hac uice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei ſex filios.* CHRYSOSTOMVS. Poſthac (inquit) amabilis ero & ego viro meo, quia peperi ſex filios. HIERONYMVS. Vbi nos poſuimus, En hoc tempore habitabit mecum vir meus, & Septuaginta interpretati ſunt, diliget me, in Hebræo habetur יִזְבְּלֵנִי Izbeleni. Et eſt ſenſus, quia ſex filios genui Iacob, propterea iam ſecura ſum, habitabit enim mecum vir meus. Vnde & filius meus vocatur habitaculum. RVPERTVS. Ditauit me deus dote bona, &c. Dotis enim indigebat pro cõmendatione ſua, quæ non nec futurũ mihi diuortiũ timeo, ſiue repudium. AVCTOR CAT. Eſt hic verbũ זָבַל zabal, quod cohabitare ſignificat,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſignificat,& Hebrça litera eſt,Nunc,ſiue hac vice,cohabitabit mecũ maritus meus.Chaldaica,Hac vice habitatio G
mariti mei apud me.Quod idem eſt cum Latina æditione.Forte & id ſenſerunt quidam Græci codices,habentes,
αἱρετιεῖ με ὁ ἀνήρ μου,id eſt,Eliget me vir meus.Contemptam ergo fœminã à marito, fecit deus matrem ſex filiorũ
lætantem.Rachel vero forma propria,ſtudioq; virium ſuarum confidebat,& viri fauoribus contenta ferebatur,&
conſortem ſororem irritabat,donec tandem ſexto filio nato ſorori,humiliari & reſipiſcere cœpit,& inuocare do-
minum,iam deo conciliata & ſorori,prouidentiã dei agnouit,& patienter tulit opprobrium ſterilitatis.Dixit au-
tem Lia,Dotauit me deus dote bona.Sunt enim optimæ diuitiæ,bene inſtituta proles.Erga quam tamẽ recte in-
ſtituendam,& deo educandã,miſeranda tenet hodie negligentia homines. *Et idcirco appellauit nomẽ eius Zabulon.*
HIERONYMVS. Male igitur & violenter in libro nominum, Zabulon fluxus noctis interpretatur. AV-
CTOR CAT. Habitaculum enim vel cohabitatio verti debet. *Poſt quem peperit filiam nomine Dinam.* HIE-
RONYMVS. Hæc transfertur in cauſam,quã ſignificantius Græci δίκην vocant.Iurgij enim in Sichimis cau-
ſa extitit. *Recordatus quoq; dominus Rachelis,exaudiuit eam;Et aperuit uuluam eius.* CAIETANVS. Ad ſimilitu- H
dinem,recordati ſterilitatis Rachelis,vt diſtribuendo donum ei fœcunditatis daret. Non ſolum autẽ ex parte dei
gratia velut recordatio,ſed etiam ex parte Rachelis eadem gratia velut exauditio precum Rachelis deſcribitur,vt
vtrinq; profectum eſſe effectum inſinuetur. AVCTOR CATE. Recordatusq; deus, &c. Eundem ſenſum
ſub aliis verbis habet Chaldaica hoc in loco, videlicet, Et venit memoria Rachelis in conſpectu dei, & ſuſcepit
deus orationem eius,& dedit ei vt conciperet.Potuit quidem dudum ante filios deſideraſſe Rachel,ſed eos à deo
obtinere non potuit,antequã oraret.Verum nec orare quidem valuit,niſi prius à clementia diuina præuenta fuiſ-
ſet.Nemo enim digne orat,niſi à deo illi detur vt oret,vt diſcamus à deo toti pendere, omnia quoque noſtra bo-
na illius eſſe,tam ſcilicet orationes noſtras,quàm illius beneficia & exauditiones. *Quæ concepit,& peperit filium,di-
cens,Abſtulit deus opprobrium meum.* CHRYSOSTOMVS. Abſtulit (inquit) opprobrium meum,ſoluit ſterili-
tatem,liberauit me,& idoneam fecit ad procreandum filios vuluam, & liberam me fecit ab opprobrio meo. *Et
uocauit nomen eius Ioſeph,dicens,Addat mihi dominus filium alterum.* HIERONYMVS. Filius iſte ab eo quod ſibi a- I
lium addi mater optauerat,vocatur augmentum. CHRYSOSTOMVS SVPER MATTH. Vel quaſi
ſine opprobrio,quoniã dixerat abſtulit deus opprobrium meum. CAIETANVS. A ſummo igitur deo ſpe-
rat Rachel adiungi ſibi alterũ filium, & ab huiuſmodi augmento ſperato nominauit Ioſeph. AVCTOR CA-
TENAE. Rachel hoc loco vſa eſt verbo vno,ſignificante pariter & finitionem & appoſitionem,cum hic dixit,
Addat mihi deus filium alium,& ſupra,dicendo,finiuit,ſeu abſtulit opprobrium meum. Eſt enim vtrobique אסף
aſaph.Quodã autem quaſi præſagio verbum à deo ordinatum videri poterat oſtendens propter poſteriorem filiũ
ſe morte finiendam.Exemplum eſt hoc loco mulieribus,vt de ſuſceptis filiis gratias referant deo,ſi plurium filio-
rum partus deſiderant.Nã propterea quia pro primo ſuſcepto gratias deo egit Rachel,& ſecundo quẽ maxime o-
ptauit,ditata eſt.Obiter hic quoq; diſcimus,olim matribus morem fuiſſe,ex euentu nomina imponendi,eaq; qua-
tenus fieri potuit religioſa.Quod & in prima omnium matre Eua,& in Eliſabeth Ioãnis genitrice,aliiſq; permul-
tis conſpicere licet. CHRYSOSTOMVS. Vidiſti quomodo paulatim promiſſiones dei in opus egreſſæ ſunt? K
Ecce enim ſtatim quantum chorum filiorum habuit iuſtus, & vidit manifeſtã dei in ſe prouidentiam. Quoniam
enim magnam præſetulit patientiã,quatuordecim annis ſeruitutem ferens, propterea & vniuerſorũ dominus,re-
munerans iuſti pietatem,in tantum eum creſcere fecit,vt & poſthac inuidioſus aliis fieret,ſicut ex ſequentibus di-
cemus.Imitemur ergo priſcorum virtutem,filias elocando,pueros nuptui tradendo,noſtra virtute dei gratiã con-
ciliare nobis ſtudendo.Nam cum ille nobis amicus fuerit,etiã ſi in aliena terra fuerimus,etiã ſi ab omnibus deſti-
tuti,etiã ſi nullis cogniti,omnib⁹ erimus clariores.Nihil enim beatius viro ſuperna manu adiuto.Et beatus Iacob
illo fretus præſidio in tantã paulatim gloriam ſublimatus eſt,vt & his qui exceperant tam amice, inuidioſus ſit fa-
ctus.Hoc igitur & nos ſtudeamus,vt ſupernum acquiramus auxilium,& non ad humanã confugiamus potentiã,
neque ambitionem ſectemur,nihil enim periculoſius,id quod rerum experientia ſatis diſcimus.Etenim videmus
quotidie res ſe tanta velocitate ad mutationẽ inclinare,& verti in diuerſum omnia,& eum qui in ſumma proſpe- L
ritate eſt,ſubito in extremã infœlicitatem deiici,& condemnari vt reum.Quantæ igitur inſipientiæ fuerit,quære-
re vt præficiare rebus tam incertis,præſertim cum non ſufficimus res noſtras ſecure diſponere?Ideo ne cõfidamus
Hier.17. in humanis præſidiis,memores etiã prophetæ dicentis,Maledictus homo qui ſpem ponit in homine.Vides quòd
talis non ſolum inſipiens,ſed etiã maledictus,vtpote qui relicto domino omnium,ad conſeruum currit,& qui ſe-
metipſum iuuare nequit?Fugiamus igitur maledictionem hanc,oro,& omnem ſpem in deum transferamus.Iſta
enim ſolida eſt & immobilis,& neſcia viciſſitudinis, cuius plena eſt illa quam in hominibus habemus. Vel enim
mors tollit humanum præſidium,& eos qui ad hoc confugiunt, ſolitarios & nudos relinquit, vel etiã ante mor-
tem mutatio rerum fit.Plena eſt hæc vita exemplis talibus.Ideoq; poſt tantam experientiã nulla venia ſunt digni,
qui adhuc humano nituntur præſidio, & ſæpe ab illis qui eis opitulari videntur infinita mala ferunt. Eouſq; enim
creuit malitia,vt mala rependant etiã ij,quorum eſt curam aliorum habere.Verum de deo ſecus eſt,nã licet quo- M
tidie ingrati ſimus, benefacit tamen, & ſuo præſidio nos non deſtituit, non ad noſtram videns ingratitudinem,
ſed in omnibus pro ſua agens miſericordia.

Myſticè. AVGVSTINVS XXII. CONTRA FAVST. Legimus Rachelẽ virum ſuum ſecum debita nocte cu-
biturũ,acceptis à Ruben filio Liæ mãdragoricis malis,cũ ſorore cubitare permiſiſſe.Cur autẽ ipſam rem geſtã ſan-
cta ſcriptura tacere noluerit,quæ non vtiq; talia deſideria muliercularum nobis pro magno inſinuare curaret,niſi
aliquid in eis magnum quærere commoneret, nihil amplius coniicere valeo, quàm quod ex illo communi ſenſu
mihi ſuggeritur,vt illo mandragorico pomo figurari intelligam famam bonã,non eam quæ confertur,cum lau-
dant hominem pauci iuſti atq; ſapientes,ſed illam popularem,qua etiam maior & clarior notitia comparatur, nõ
1.ad Timo.3 ipſa per ſe expetenda,ſed intentioni bonorum,qua generi humano conſulunt, perneceſſaria. Vnde dicit Apoſto-
lus,Oportet etiam teſtimonium habere bonum ab eis qui foris ſunt.Qui licet parum ſapiant,reddunt tamen ple-
rumq; labori eorum per quos ſibi conſulitur,& ſplendorem laudis,& odorem bonæ opinionis.Nec ad iſtam glo-
riam po-

A riam popularem primi perueniunt eorum qui ſunt in eccleſia,niſi quicunq; in actionum periculis & labore verſan-
tur. Propterea Liæ filius mala mandragorica inuenit exiens in agrum, id eſt, honeſte ambulans ad eos qui foris
ſunt.Doctrina vero illa ſapientię,quæ à vulgi ſtrepitu remotiſſima,in contemplatione veritatis dulci delectatio-
ne defigitur,hanc popularem gloriam quantulamcunq; non aſſequeretur,niſi per eos qui in mediis turbis agendo
ac ſuadendo,populis præſunt,non vt præſint,ſed vt proſint, quia dum iſti actuoſi & negotioſi homines, per quos
multitudinis adminiſtratur vtilitas,& quorum auctoritas populis chara eſt, teſtimonium perhibent, etiam vitæ,
propter ſtudium conquirendæ & contemplandæ veritatis otioſæ, quodãmodo mala mandragorica per Liam ve-
niunt ad Rachel.Ad ipſam vero Liam per filium primogenitum,id eſt per honorem fœcunditatis eius, in qua eſt
omnis fructus laborioſæ,atq; inter incerta tentationũ periclitantis actionis,quam plerique bono ingenio præditi,
ſtudioq; flagrantes,quamuis idonei regendis populis eſſe poſſint,tamen vitant propter turbulentas occupationes,
& in doctrinæ otium toto pectore tanquã in ſpecioſæ Rachel feruntur amplexum. Sed quia bonum eſt,vt etiam
B hæc vita latius innoteſcens,popularem gloriam mereatur, iniuſtum eſt autem vt eam conſequatur, ſi amatorem
ſuũ adminiſtrandis eccleſiaſticis curis aptum & idoneum,in otio detinet,nec gubernationi communis vtilitatis
impartit,propterea Lia ſorori ſuæ dicit,Parum eſt tibi,quòd meũ virum accepiſti,inſuper & mãdragoras filij mei
vis accipere?per vnũ virum ſignificans eos omnes,qui cum ſint agendi virtute habiles,& digni quibus regimẽ ec-
cleſiæ committatur ad diſpenſandũ fidei ſacramentum,illi accenſi ſtudio doctrinæ,atq; indagandæ & contẽplan-
dæ ſapientię,ſe ab omnibus actionũ moleſtiis remouere,atq; in otio diſcendi,atq; docendi condere volunt.Ita er-
go dictum eſt,Parum eſt tibi,quòd accepiſti virum meum,inſuper & mandragoras filij mei vis accipere?ac ſi di-
ceretur,Parum eſt,quòd homines ad laborem rerum gerendarum neceſſarios, in otio detinet vita ſtudiorũ,inſu-
per & popularem gloriã requirit.Proinde vt eam iuſte comparet,impartit Rachel virũ ſuum ſorori ſuę illa nocte,
vt ſcilicet qui virtute laborioſa regimini populorũ accommodati ſunt,etiam ſi ſcientiæ vacare delegerunt, ſuſci-
piant experientiam tentationũ,curarumq; ſarcinam pro vtilitate communi,ne ipſa doctrina ſapientiæ,cui vacare
C ſtatuerunt, blaſphemetur, neq; adipiſcatur ab imperitioribus populis exiſtimationem bonam, quod illa poma ſi-
gnificant,& quod neceſſarium eſt ad exhortationem diſcentium.Sed plane vt hanc curã ſuſcipiant,vi coguntur.
Satis & hoc ſignificatum eſt,quòd cum veniret de agro Iacob,occurrit ei Lia,eumq; detinens,ait,Ad me intrabis,
conduxi enim te pro mandragoris filij mei,tanquã diceret,Doctrinæ quã diligis,vis conferri bonam opinionem?
noli defugere officioſum laborẽ.Hæc in eccleſia geri quiſquis aduerterit,cernit. Experimur in exemplis,quod in-
telligamus in libris.Quis non videat hoc geri toto orbe terrarũ,venire omnes ex operibus ſeculi,& ire in otium a-
gnoſcendæ & contemplandę veritatis,tanquã in amplexum Rachel,& excipi de tranſuerſo eccleſiaſtica neceſſita-
te,atq; ordinari in laborem, tãquam Lia dicente,Ad me intrabis? Quibus caſte myſteriũ dei diſpenſantibus,vt in
huius ſeculi nocte deo generent filios fidei,laudatur à populis etiã illa vita,cuius amore conuerſi, ſpem ſeculi re-
liquerunt, & ex cuius profeſſione ad miſericordiã regendæ plebis aſſumpti ſunt. Id enim agunt in omnibus labo-
ribus ſuis,vt illa profeſſio quo ſe conuerterant,quia tales rectores populis dedit,latius & clarius glorificetur, tan-
D quã Iacob non recuſante noctem Liæ, vt Rachel pomis ſuaue olentibus, & clare nitentibus potiatur.Quæ aliquã-
do & ipſa præſtante miſericordiæ dei,per ſeipſam parit,vix tandẽ quidem,quia perrarum eſt, vt In principio erat
verbum,& verbum erat apud deum,& deus erat verbũ,& quicquid de hac re pie & ſapienter dicitur,ſine phanta-
ſmate carnalis cogitationis,& ſalubriter vel ex parte capiatur.

Nato autem Ioſeph,dixit Iacob ſocero ſuo:Dimitte me,ut reuertar in patriam meam,& ad terram meã. 3
Da mihi uxores & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, ut abeam, tu uero noſti ſeruitutem qua ſeruiui
tibi. At illi Laban, Inueniam gratiam in conſpectu tuo, experimento didici, quia benedixerit mihi deus
propter te.Conſtitue mercedem tuam,quam dem tibi.At ille reſpondit:Tu noſti quomodo ſeruierim tibi & quan-
ta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua.Modicum habuiſti antequam uenirem ad te & nunc diues effectus es:Be-
E *nedixitq; tibi dominus ad introitum meum.Iuſtum eſt igitur, ut aliquando prouideam domui meæ. Dixitque La-*
ban:Quid dabo tibi?At ille ait,Nihil uolo,ſed ſi feceris quod poſtulo,iterum paſcam,& cuſtodiam pecora tua.

CHRYSOSTOMVS. Age igitur & ex his quæ nunc dicuntur,diſcentes & prouidentiã dei,quam erga Ia- 3
cob declarauit,& iuſti pietatem ſpectantes, imitemur eius virtutem. Neq; enim abſq; cauſa ſancti ſpiritus gratia
ſcriptas nobis reliquit haſce hiſtorias,ſed vt ad æmulationem & imitationem tantorũ virorum prouocet. Quan-
do enim audimus,huius quidem obedientiã,iſtius autem continentiã,illius vero in hoſpitibus colligendis prom-
ptitudinem,& quomodo ſinguli claruerint,ad ſimilia facienda excitamur.Dicit igitur ſcriptura. *Nato autem Io-*
ſeph,dixit Iacob ſocero ſuo,Dimitte me ut reuertar in patriam meam,& ad terram meam. Vide iuſti magnam gratitudinem,
quomodo videns manifeſte deum ſui habere curam, non ſuperbiuit contra Laban,ſed cum magna manſuetudi-
ne dixit, dimitte me. RVPERTVS. Non autem prætereundum quod ait, vt reuertar in terram, & ad pa-
F triam meã,peregrinationem patrum ſuorum,patriam,terramq; ſuam vocans propter deum,& è contrario,terram
patrum ſuorũ,peregrinationem ſuã vocans,cum dicit,apud Laban peregrinatus ſum. CAIETANVS. Ter-
ram Chanaan ſibi promiſſam à deo, in qua natus erat,appellat locũ ſuum, & terram ſuam. AVCTOR CAT.
Quid enim apud nos eſt in patriã meam,Hebraicè eſt מְקוֹמִי mekomi, Græcè εἰς τὸν τόπον μου, & in Chaldaica, In
locum meum.Interpres ergo מקום makom,id eſt,locum (ſenſum magis ſequens quàm verbum) pro patria poſuit.
Da mihi uxores & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, ut abeam, tu uero noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi. CHRYSOSTO.
Nunquid nõ cum ipſo erant mulieres & pueri?Quare dixit,Da mihi vxores & liberos?Digno honore eum proſe-
quutus eſt,ſuumq; morẽ per omnia obſeruat, & liberè diſcedere vult. RVPERTVS. Sic autẽ præmiſſum eſt,
nato autẽ Ioſeh,vt proculdubio ſubintelligas,quia nondũ nato illo hæc dicere Iacob timuiſſet, ſi enim etiã tunc ti-
muit,ne auferret filias ſuas,& idcirco clã illo profectus eſt,ſicut ait,quod inſcio te profectus ſum,timui ne violen-
ter auferres filias tuas,quãto magis Rachelem quã amabat,auferri ſibi timere poterat, ſi proficiſci vellet,cũ adhuc
nullum

Universidad de Deusto Biblioteca

nullum ex ea filium suscepisset? Ergo quia per natiuitatem Ioseph velle vxoris confirmatum sibi esse credidit, re- G
cte nato Ioseph ista dixit.Simulq; ad exaggerãdum ius suæ dimissionis, vt dimitteretur exire cum vxoribus suis,
Tu (inquit) nosti seruitutem qua seruiui tibi. AVCTOR CATENAE. Sensit igitur iam multis experimen
tis Iacob dei gratiam circa se ex ambabus vxoribus,& ancillis duabus, filios vndecim susceperat,& filiam? Fœli-
citer prefuerat soceri gregibus,quem iam ditauerat.Sibi ipsi iam satis diues videbatur,cogitare incœpit diuitias pa
ternæ domus,& hæreditatem promissam.Prouidentiam dei sibi affuturam non dubitauit circa propria, quam cir
ca aliena iam senserat. Nihil mercedis à socero exigit,non dotem denique. Pro nobili ingenio & liberali, maluit
vacuus abire, quàm mercedem exigere promeritam ab ingrato. Filios tantum dei dono susceptos,requirit, quo-
rum matres emeruerat obsequio tam diuturno. Seruitij pensum socero æstimandum relinquit. CHRYSO-
STOMVS. Vere autem nihil mansuetudine validius,nihil potentius.Vide igitur quomodo primum mansue-
tudine vsus,effecit,vt & Laban magna ei beneuolentia responderit. *Ait enim illi Laban,inueniam gratiam in conspectu* H
tuo.Experimento didici,quia benedixerit mihi deus propter te.Constitue mercedem tuam quam dem tibi. Non ignoro (inquit)
quod præsentia tua locupletior mihi diuina virtus contigerit.Igitur quia sentio beneficia quę mihi propter aduen
tum tuum data sunt,quam vis mercedem indica,& ego prompte præstabo.Considera quantum valeat mititas.Et
ne perfunctorie dictum transeas, sed attende quod iustus neque cogitauerit, neque memoriam fecerit, neque re-
quisierit mercedem laborum, sed hoc solum dixerit , Da mihi vxores & liberos pro quibus seruiui tibi, vt abeam,
Ille reueritus iusti magnam æquitatem (inquit)Dic quam vis tibi mercedem à me dari,& illam prompte dabo.Vi
de igitur ex verbis ipsis, quomodo attraxit Laban, vt se mercedem daturum sponte promittat , & electionem ei
permittat. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Si nunc inueni gratiam in oculis tuis. Mutilus sermo
est rogantis,suspenditur enim oratio, subintelligendo,fac quod dicam. Experimento didici. Aiunt Hebræi diui-
nationem quandam significari,& propterea legunt,auguratus sum.Tanquam fœlix augurium agnouerit aduen-
tum Iacob in domum ipsius Laban . Quod benedixerit mihi deus propter te . Ecce vnde,& quid auguratus sum. I
Apte autem multiplicationem diuitiarum attribuit summo deo, quandoquidem illum colebat simul cum idolis.
Constitue mercedem tuam,& cætera.Iuxta Hebrçum,Declara mercedem tuam super me,& dabo eam,hoc est e-
nim quod rogare intendebat,vt merces ipsi debita ab eo declararetur. AVCTOR CATENAE. Ait illi La
ban.Inueniam gratiam in cõspectu tuo.Hebraicè est אִם נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ im na mazáti hen beenêcha,Si nunc
inueni gratiam in oculis tuis,ita habet & Chaldaica.Et Hebraismus est,pro eo quod Græcè,ἐναντίον σου,& Latine
In conspectu tuo dicitur.Deficiens autem locutio est,& aliquid subintelligendum,puta audi me, vel quid huius-
modi. Experimento didici.Verbum ambiguum,& multarum apud Hebræos significationum,scilicet נִחַשׁ nahas,
varie à Septuaginta & interprete vertitur, modo enim experiri & vsu percipere, modo augurari significat . Ergo
hinc factum est,vt hoc quod Hebraicè est נִחַשְׁתִּי nihásti,Septuaginta,οἰωνισάμην,id est,Augurarer verterint. Ha-
bent itaque,εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου,οἰωνισάμην ἄν,εὐλόγησε με ὁ θεὸς τῇ σῇ εἰσόδῳ. Si inueni gratiam coram te,au-
gurarer vtique,benedixit me deus tuo ingressu. Vel,An inuenerim gratiam coram te,augurio didici,nam bene- K
dixit me deus ad introitum tuum.Quam etiam versionem Augustinus in locutionibus sequens, ait,Non videtur
consequens quod hic dicendum fuit si inuenissem gratiam ante te, auguratus essem, nunc autem si inueni . Ordo
est,si inueni gratiam ante te,permitte me augurari.Ita enim dixit auguratus essem,tanquam diceret,O si augura-
tus essem,id est,ad bonum augurium te in domo mea haberem.Hæc ille. Nos veriorem esse sententiam putamus
ac planiorem,quàm vertit interpres,& à Chaldaica etiam æditione suscipitur.Nam quid hic Laban cum auguriis?
Quod autem sequitur, Constitue mercedem tuam,Hebraicè est נָקְבָה שְׂכָרְךָ עָלַי nakba sechárcha alai, Recense,
vel existima,declara vel explana mercedem tuam mihi. Quod à Septuaginta obscuriuscule, aut in aliam fortasse
sententiam accipitur,διάστειλον τὸν μισθόν σου,Distingue mercedem tuam,seu diuide.Chaldaica cum Latina con-
cordat . Vtilem igitur Laban sibi moram cernebat Iacob , ideo diutius illum retinere molitur , mansuetioribus
verbis compellando vt euincat.Laudando enim præstitum beneficium, inuitat ad diutius seruiendũ, forma qui- L
dem verborum,pietatem præseferentium,reuera tamen proprio commodo prospicit, & suas cupiens diuitias au-
geri magis,omnibus quibus potest imposturis illum circunuenire parat. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur
iustus? Vide excellentem eius mansuetudinem,quomodo neque sic onerosus & molestus est Laban,sed ipsum te-
stem facit suæ gratitudinis & fidelitatis,& quanto tempore beneuolentiam in seruitute illius declararit. *At ille*
(inquit) *respondit,Tu nosti quomodo seruierim tibi,& quanta in manibus meis fuerit possessio tua.Modicum habuisti antequam ueni-*
rem ad te,& nunc diues effectus es . Benedixitq; deus tibi ad introitum meum. AVGVSTINVS IN QVAESTIO-
NIBVS SVPER GENESIM. Quod Iacob dixit secundum aliam literam , Et benedixit te dominus in
pede meo,satis aduertendum est,& notandus scripturarum sensus,ne cum ita quisque locutus fuerit,quasi augu-
rari videatur.Multum enim interest quod adiecit,Benedixit te dominus in pede meo . In ingressu enim meo in-
telligi voluit, hinc gratias agens deo. THEODORETVS. Clara igitur est sententia, pedem enim hic ap-
pellat præsentiam. CHRYSOSTOMVS. Tu nosti(inquit)quomodo seruierim tibi,& cætera.Te facio(in- M
quit) testem laborum meorum . Vidisti enim quanto studio & fide omnia administrarim, & quomodo in paruo
numero acceperim pecora tua,quæ diligentia vigilantiaq; mea in tantum numerum crescere feci. CAIETA-
NVS. At ille respondit,Tu nosti,& cætera.Iuxta Hebræum habetur, Tu nosti quod seruitium exhibui tibi, qui
fuit grex tuus cum me.Duo proponit,& propriam seruitutem,& differentiam gregis Laban in principio seruitu-
tis Iacob,& postea.Vnde & hoc confuse propositum, distinguendo per partes declarat. Modicum habuisti ante-
quam venirem,& nunc diues effectus es . Circunlocutus est interpres quod iuxta Hebræum habetur, Et creuit ad
multitudinem.Dictio tamen Hebraica plus significat quàm creuit,tanquam diceretur & copiose creuit ad multi-
tudinem. Benedixitq; tibi dominus ad introitum meum . Iuxta Hebræum habetur, & benedixit tibi iehouah ad
pedem meum . Approbat Iacob prouidentiam summi dei qui est fons essendi , ob seruitutem suam . Siue per pe-
dem intelligas introitum, vt interpres intellexit, tanquam dixerit, quum applicaui pedem ad domum tuam, vel
(quod potius sonat) pastorale officium , quod à pedestribus exerceri consueuit, ex ipso enim ditatus est Laban.

AVCTOR CATENAE. At ille respondit, & cætera . Quod apud nos est , Et quanta in manibus meis fuerit
A possessio tua,Hebraicè scriptum est:וְאֵת אֲשֶׁר הָיָה מִקְנְךָ אִתִּי Veeth aser haia miknecha iti,Et quanta fuerit posses-
sio tua mecum.Et quia mikne potest & possessionem & pecora significare,hinc est quod Chaldaica,Et quãta erãt
pecora tua apud me,dixit.Itidem & Septuaginta,καὶ ὅσα ἦν κτήνη σου μετ᾽ ἐμοῦ,Et quanta erant pecora tua mecũ.De-
inde quod sequitur, Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es,aliis verbis Hebraicè
in eum tamen sensum scribitur,videlicet,כִּי מְעַט אֲשֶׁר הָיָה לְךָ לְפָנַי וַיִּפְרֹץ לָרֹב chi meat aser haia lecha lephanai
vaiphros larob,Quoniam parum quod fuerat tibi,coram me expansum est in multitudinem.Chaldaica,Quoniã
pauca quæ erant tibi,coram me creuerunt in multitudinem,& videtur referre ad pecora Laban,de quibus dixe-
rat paulo ante.Septuaginta fere eodem modo,μικρὰ γὰρ ἦν ὅσα σοι ἦν ἐναντίον μου,καὶ ηὐξήθη εἰς πλῆθος,Parua enim
erãt quęcunq; tibi erãt corã me,& aucta sunt in multitudinem.Deniq; quod ait,Benedixitq; tibi dominus ad in-
troitum meum,Hebraicè est לְרַגְלִי leragli,Ad pedem meum . Accommodauit autẽ interpres latinitati phrasim
B Hebraicã, nam si dixisset,Et benedixit te deus ad pedem meum,obscurum omnino fuisset,quod non cauerũt Se-
ptuaginta,dicentes,καὶ εὐλόγησέ σε κύριος ἐπὶ τῷ ποδί μου,id est,Et benedixit te dominus ad pedem meum, vel in
pede meo.Est autẽ hæc locutio peculiaris Hebræis,vt sæpius videbimus.Alij, & benedixit te dominus ob ingres-
sum meum,Alij,ad ingressum pedis mei verterunt. Chaldaica autem eandem sententiã sub aliis verbis protulit,
videlicet, Et benedixit tibi dominus propter me. Vides autem hic quam magna sit commoditas rei familiaris, si
ab amicis dei fidelibus,& deum timentibus administretur? Sicut Aegyptiorum regi dispensatio Ioseph plurimum
profuit,secus nimirum fit sub impiis domesticis. CHRYSOSTOMVS. Cum ergo monstrasset Iacob suam
religionem,inquiens,Benedixit enim te deus ad pedem meũ,mox intulit,nunc igitur, *Iustũ est ut aliquando prouideã*
domui meæ, siue secundum aliam literam,Faciã & ego aliquando mihi domum,ac si diceret,Vidisti etiã ipse,quod
post meum aduentum gratia diuina tuas auxerit facultates.Quoniam ergo & ego mea omnia,magna animi prõ-
ptitudine faciens,ministerium perfeci,& gratia dei manifestata est,iustum est, vt & ego mihi ipse faciam domũ,
C id est,in libertate postea verser,& curam domus meæ habeam. AVCTOR CA. Quod hoc in loco transtu-
lit interpres,Iustum est igitur vt aliquando prouideam domui meæ,Hebraicè idem sub aliis verbis est sensus, &
interrogatiue legitur,videlicet , וְעַתָּה מָתַי אֶעֱשֶׂה גַם אָנֹכִי לְבֵיתִי Veata mathai eese gam anochi lebethi , Et nunc
quando faciam etiam ego pro domo mea? Ita habet & Chaldaica, Vel, Et nunc quando operabor & ego domui
meæ,vel curabo domum meam? Septuaginta forte aliquibus quod ad curam & gubernationem pertinet,ad ædi-
ficium transtulisse videntur,dicentes, νῦν οὖν πότε ποιήσω κἀγὼ ἐμαυτοῦ οἶκον, Nunc ergo quando faciam & ego mi
hi ipsi domum? Primum igitur regnum dei quęrendum est, & omnia necessaria consequenter adiiciuntur,dein-
de pro domo sua pater quilibet familias,non intermittere debet curam. Qui enim domesticis suis non prospicit,
fit infideli deterior.Sic prouidẽtiæ diuinæ per omnia innitendum,vt tamen non omittatur studium humanũ &
opera.Non vult deus tentari,non vult otio torpere fideles.Dicit ergo Iacob ad Laban,Necessariũ erit vt posthac
non tam tibi,quam mihi & proli,domesticisq; lucrum importem atq; componam. Non enim debent filij paren-
D tibus thesaurizare,sed parentes filiis,etiam iuxta Apostoli sententiam. CHRYSOSTOMVS. Hæc vt audi-
uit Laban, *Dixit,quid dabo tibi?* Quid vis à me tibi dari? confiteor enim & ego,& inficias non eo, scio nanq; quãta
fuerint mihi à deo data,& quod benedixerit mihi ad ingressum tuum. *At ille ait,Nihil uolo, sed si feceris quod postu*
lo,iterum pascam,& custodiam pecora tua. Nihil(inquit)volo à te mercedis nomine reportare.Sed hoc tantum quod
dicam suscipere,& iterum pascam oues tuas. AVCTOR CA. At ille ait,Nihil volo,&c.Eadem sententia est
in Hebræo , verbis tamen paulo diuersis לֹא תִתֶּן לִי מְאוּמָה אִם תַּעֲשֶׂה לִי הַדָּבָר הַזֶּה אָשׁוּבָה אֶרְעֶה צֹאנְךָ אֶשְׁמֹר
lo thiten li meúma,im taase li hadabar haze, asúba ere zóncha esmor , Non dabis mihi quicquam,si feceris mihi
verbum hoc,reuertar,pascam pecora tua,custodiam.Chaldaica ita in omnibus , excepto quod habet copulas, vi-
delicet reuertar,& pascam oues tuas,& custodiam.Septuaginta,οὐ δώσεις μοι οὐθὲν ἐὰν ποιήσῃς μοι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πά-
λιν ποιμανῶ τὰ πρόβατά σου,καὶ φυλάξω,Non dabis mihi nihil,si feceris mihi verbum hoc, iterum pascam oues tuas,
& custodiam.Quod autem dicit,non dabis mihi nihil, Græcismus est,vbi duę negationes magis negant . Nihil
E igitur(ait Iacob) à te mercedis expeto, hoc tantum volo, vt quod videbitur pro te vtile, mihi dones,si quid mihi
dei bonitas pro opera mea retribuere dignabitur, videbo olim,& gratus amplectar.
RVPERTVS. Dicamus & nos huic mundo, cuius typum Laban tenet, quoniam ipse fatetur & dicit, Mystice.
Experimento didici,quod benedixit mihi deus propter te,dicamus(inquam) illi in persona capitis nostri Christi
propter quem illum dominus benedixit.Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit pos
sessio tua.Modicũ habuisti anteq̃ venirem ad te, & nunc diues effectus es,benedixitq; tibi dominus ad introitum
meũ.Quid enim habebat hic mundus,anteq̃ Christus veniret? Quid,nisi modicum legalis scientiæ,quam & pau-
ci nouerant,modicũq; carnaliũ cerimoniarũ, quarũ ritu vmbratico perpauci vnum deum vtcunq; colebãt? At nũc
diues(inquit Christus)effectus es,benedixitq; tibi deus ad introitum meum. Vere diues effectus est mundus vni-
uersus præclara nimis veri dei notitia, benedixitq; illi deus ad introitum Christi filij sui omni benedictione spi-
F rituali,qua & in primis illi omnia peccata cõdonauit,licet pleriq; retrorsum abeant,& conuertantur post Satanã,
& deinde multiplicia dona contulit spiritus sancti . Iustum igitur est (inquit) vt aliquando prouideam domui
meæ. Quænam domus Christi est,nisi illa domestica eius familia quæ altario deseruit,& de sacramentis spiritua-
libus rationales plebium greges pascit? Hic est ordo apostolicus, sacerdotalisq; ac leuiticus,qui prius gratis serui-
uit,annunciãs euangelium regni dei,non solum gratis, sed etiam periculosè, recipiendo scilicet mala pro bonis,
donec Lia pariter & Rachel Christo coniungerentur,id est vtriusq; actiuæ scilicet & contẽplatiuę vitę varietates,
per orbem terrarum in ordinibus suis multiplicarentur. Tandẽ ad ipsum Laban,id est ad ipsos mundi reges, im-
peratores,cæterosq; principes ac summos hominum abundantia gratiæ peruenit. Iustum igitur fuit Christum ali
quando prouidere domui suæ , id est de regum palatiis,de principum thesauris ac prædiis,suas ecclesias ditare, vt
esset vnde haberet sufficientiam in sumptus necessarios altario seruientium,in vsus pauperum ac peregrinorum,
in restaurationes ecclesiarum vel cœmeteriorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

4 GYra omnes greges tuos, & separa cunctas oues uarias & sparso uellere, & quodcunque fuluum & ma- G
culosum uariumque fuerit tam in ouibus quam in capris, erit merces mea. Respondebitque mihi cras iu-
stitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, & omnia quæ non fuerint uaria & maculosa &
fulua tam in ouibus quam in capris, furti me argues. Dixitque Laban, Gratum habeo quod petis. Et separauit in
die illa capras & oues, hircos & arietes uarios atque maculosos. Cunctum autem gregem unicolorem, id est albi
& nigri uelleris, tradidit in manu filiorum suorum. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum,
qui pascebat reliquos greges eius. Tollens ergo Iacob uirgas populeas uirides & amygdalinas & ex platanis,
ex parte decorticauit eas, detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit. Illa uero quæ in-
tegra fuerant, uiridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est uarius. Posuitque eas in canalibus ubi
effundebatur aqua, ut cum uenissent greges ad bibendum, ante oculos haberent uirgas, & in aspectu earum conci- H
perent. Factumq; est ut in ipso calore coitus oues intuerentur uirgas, & parerent maculosa & uaria, & diuerso
colore respersa. Diuisitque gregem Iacob, & posuit uirgas in canalibus ante oculos arietum. Erant autem alba &
nigra quæq; Laban, cætera uero Iacob, separatis inter se gregibus. Igitur quādo primo tēpore ascēdebātur oues,
ponebat Iacob uirgas in canalibus aquarū ante oculos arietū & ouiū, ut in earū cōtēplatiōe cōciperēt. Quādo ue
ro serotina admissura erat, & cōceptus extremus, nō ponebat eas. Factáq; sūt ea quæ erāt serotina, Labā, & quæ
primi temporis, Iacob. Ditatúsq; est hō ultra modū & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

4 HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Multum apud Septuaginta confu-
sus est sensus, & vsque in præsentem diem nullum potui inuenire nostrorū, qui ad liquidum quid in hoc loco di- I
ceretur exponeret. Transibo (inquit) in vniuerso pecore tuo hodie, separa inde omne pecus varium & discolor, &
omne pecus vnius coloris in agnis, & variū & discolor in capris, erit merces mea, & respōdebit mihi iustitia mea
in die crastino, cum venerit merces mea coram te, omne in quo non fuerit varium & discolor in capris & in ag-
nis, furtum erit apud me, & cætera. Vis (inquit Iacob) me seruire tibi etiam alios septem annos? Fac quod postulo.
Separa omnes discolores & varias tam oues, quam capras, & trade in manus filiorum tuorum. Rursumq; ex vtro
que grege, alba & nigra pecora, id est vnius coloris, da mihi. Si quid igitur ex albis & nigris quæ vnius coloris
sunt, varium natum fuerit, meum erit. Si quid vnius coloris, tuum. Rem non difficilem postulo. Tecum facit na
tura pecorum, vt alba ex albis, & nigra nascantur ex nigris. Mecum erit iustitia mea, dum deus humilitatem meā
respicit & laborem. Optionem Laban datam libenter arripuit, & ita vt Iacob postulabat faciens, trium dierū iter
inter Iacob & filios suos separauit, ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolus. Itaque Iacob nouam stropham
commentus est, & contra naturā albi & nigri pecoris, naturali arte pugnauit. Tres enim virgas populeas & amy- K
gdalinas & maligranati (quanquam Septuaginta styracinas & nucinas & plataninas habeāt) ex parte decorticans,
varium virgarum fecit colorem, vt vbicunque in virga corticem reliquisset, antiquus permaneret color. Vbi vero
tulisset corticem, color candidus panderetur. Obseruabat ergo Iacob, & tempore quo pecora ascendebantur, &
post calorem diei ad potandum auida pergebant, discolores virgas ponebat in canalibus, & admissis arietibus &
hircis, in ipsa potandi auiditate, oues & capras faciebat ascendi, vt ex duplici desiderio, dum & auide bibunt, &
ascenduntur à maribus, tales fœtus conciperent, quales vmbras arietum & hircorum desuper ascendentium in a-
quarum speculo contemplabantur. Ex virgis enim in canalibus positis, varius erat etiam imaginū color. Nec mi-
rum hanc in conceptu fœminarum esse naturam, vt quales perspexerint, siue mente conceperint in extremo vo-
luptatis æstu quæ concipiunt, sobolem talem procreent, cum hoc ipsum etiam in equarum gregibus apud Hispa-
nos dicatur fieri: Et Quintilianus in ea cōtrouersia in qua accusatur matrona quod Aethiopem pepererit, pro de- L
fensione illius argumentetur, hanc conceptus esse naturam, quam supradiximus. Et scriptum reperitur in libris
Hippocratis, quod quædam suspicione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimum puerum peperisset, vtrique
parenti generiq; dissimilem, nisi memoratus medicus soluisset quæstionem, monens quærere ne forte talis pictu-
ra esset in cubiculo, qua inuenta mulier à suspicione liberata est. Postquam autem nati fuerant hœdi, & agni va-
rij, & discolores ex albis & vnius coloris gregibus, separabat illos Iacob, & procul esse faciebat à pristino grege.
Si qui autem nascebantur vnius coloris, id est albi siue nigri, tradebat in manus filiorum Laban, & ponebat vir-
gas, quas decorticauerat in canalibus, quibus effundebantur aquæ, & veniebant ad potandum contra pecora, vt
conciperent eo tempore cum venirent ad potandum, & concipiebant pecora contra virgas Iacob, virgas quas po
suerat coram pecoribus in canalibus ad concipiendum in eis, & in serotinis ouibus non ponebat, & fiebant sero-
tina Laban, temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur, sed pro serotinis & temporaneis,
aliud nescio quid, quod ad sensum non pertinet ttanstulerunt. Quod autem dicit scriptura, hoc est, Iacob prudēs M
& callidus, iustitiam & æquitatem etiā in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos & hœdos varios pecora pro-
creassent, erat aliqua suspicio doli, & aperte huic rei Laban inuidus contraisset. Ergo ita omnia temperauit, vt &
ipse laboris sui fructum acciperet, & Laban non penitus spoliaretur. Si quando oues & capræ primo tempore ascē
debantur (quia melior vernus est fœtus) ante ipsas ponebat virgas, vt varia soboles nasceretur. Quæcunque vero
oues & capræ sero quærebant marem, ante earum oculos non ponebat, vt vnius coloris nascerentur pecora. Et
quicquid primum nascebatur, suum erat, quia discolor & varium erat, quicquid postea, Laban. Vnius enim tam
in nigro quam in albo, coloris pecus nascebatur. In eo autem loco vbi scriptum est, vt conciperent in virgis, in
Hebræo habet יֵחַמְנָה iehāmēna, vim verbi Hebraici, nisi circuitu exprimere non possum. Iehāmenna enim pro-
prie dicitur extremus in coitu calor, quo corpus omne concutitur, & patranti voluptati vicinus est finis.
AVCTOR CATENAE. Dictum est summatim, nunc singulariter singula perstringantur. CHRY-
SOSTOMVS

Aliqui codices hoc de Hippocrate non habent

A SOSTOMVS. Vide iustum, quia sperauit in gratia diuina, qualia proponat Laban. Gyra (inquit) omnes gre-
ges tuos. CAIETANVS. Iuxta Hebræum legitur in prima persona, Transibo in omnibus ouibus tuis
hodie. Scito prudens lector quod vniuersa hæc pars textus vsque ad finem capituli, paraphrasis est potius quàm
textus. Et propterea non mireris, si alia pacta in hoc textu leges, & non illa quæ solitus es legere. Interpres enim
antiquus nescitur quo spiritu hæc ita summauerit. Iacob itaque proponit se pertransiturum inter vniuersas oues,
ad faciendum ex ouibus & agnis separare tria genera agnorū. AVCTOR CATENAE. Gyra omnes gre-
ges tuos. Hebraicè est אֶעֱבֹר בְּכָל צֹאנְךָ הַיּוֹם eebor becol zóncha haiom, Transibo per vniuersas oues tuas hodie.
Ita & Chaldaica. At Septuaginta neque ad Laban neque Iacob id referunt, sed ad ipsas pecudes, παρελθέτω πάντα
τὰ πρόβατά σου σήμερον, Transeant omnes oues tuæ hodie, quod certe mirum vnde factum sit. Et separa cunctas
oues uarias & sparso uellere. CAIETANVS. Iuxta Hebręum, Agnum omnem punctis signatum, & frustis si-
gnatum, & omnem agnum ruffum in agnis. Aduerte quod dictio interpretata ruffum, anceps est, diuersa est in-
B terpretum sententia, quia Hebræi non sunt certi significati coloris per dictionem chum. Alij nigrum, alij ruffum
coniectant, nam dictio non à colore, sed à calore (vt aiunt) deriuatur. Appellant autem signatum punctis animal,
respersum coloribus tanquam punctis, & similiter signatum frustis, respersum coloribus tanquam frustis. Hæc
enim tria genera agnorum separanda tunc proponit à gregibus ouium, vt sint Laban, ad hoc vt non misceren-
tur cum deinceps nascendis agnis harum trium conditionum. AVCTOR CATENAE. Hebraica
ita habent, הָסֵר מִשָּׁם כָּל שֶׂה נָקֹד וְטָלוּא וְכָל שֶׂה חוּם בַּכְּשָׂבִים Haser misam col se nakod vetalu vecol se hum ba-
chsabim. Pro quo sciendum tres dictiones hic esse, videlicet nakod, talu, & hum, quæ diuersæ adinuicem admo-
dum sunt. Nam נָקֹד nikud, punctum seu stigma aut maculam, scilicet diuersi coloris significat, vnde nakud ve-
nit, animal album habens maculas multas nigras, vel è conuerso, sed paruas quidem, & velut puncta in vellere.
טָלֻא talu vero, maculosum dicitur, scilicet diuersi & varij coloris, sed quod magnas habet maculas. Vt differat à
C nakud, quod illud paruas velut pūcta, istud magnas sicut frusta habeat maculas. חוּם hum autem, fuluum, ruffum,
& fuscum interpretantur. Ponitur etiam pro nigro, à חוֹם hom descendens, quod calorem siue calidum signifi-
cat, generat enim calor nigredinem. Alij dicunt esse subruffum. Neque enim sunt ouium vellera omnino nigra,
sed nigredo illa, nonnihil in rubedinem degenerat. Habes ergo tria agnorum genera diuersæ quidem qualitatis
in vellere, à Iacob, socero proponi. Potest ergo reddi locus hoc modo. Separa inde omnem agnum punctuosum,
& maculosum, & omnem agnum nigrum vel subruffum in agnis. Alij, Auferendo inde omne pecus punctis no-
tatum, & maculosum, & omne pecus nigrum in ouibus, Alij remouendo inde omne pecus punctis paruis resper-
sum, & respersum maculis latis, & omne pecus ruffum in pecudibus, vertunt, sed vnus idemq; est sensus in omni-
bus. Hac distinctione intelliges quod hic habet Chaldaica, nempe, Aufer inde omnem agnum varium, & sparso
vellere, & omnem agnum nigrum in agnis, & quod Latinus interpres dixit oues varias, & sparso vellere, & ful-
uum in ouibus. De Septuaginta autem interpretum lectione paulopost dicetur. Quod autem ait, diuide pecora
D hæc, adde tu, & ea aliis, scilicet filiis seu pueris tuis, alenda & custodienda committe, vt oues vnius coloris tātum
sub mea permaneant manu. *Et quodcunque ruffum & maculosum uariumq; fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces
mea.* DIODORVS. Quia in Mesopotamia candidæ oues, & capræ nigræ exquiruntur, in Palæstina vero to-
tum econtrario fit, vniuersa hæc ad ipsius Iacob emolumentum à deo fiunt. CAIETANVS. Hic de capris
similiter adiungit, Et frustis signatum, & punctis signatum in capris. Duo tantum genera hœdorum separanda
proponit. Et erit merces mea. Clare hinc apparent tria genera agnorum, & duo genera hœdorum nascendorum
electa à Iacob in suam mercedem, & propterea tam agnos quam hœdos qui nati iam erant, habentes has condi-
tiones, separandos proponit, vt non miscerentur cum nascendis similium conditionum. AVCTOR CAT.
Hebraica litera est וְטָלוּא וְנָקֹד בָּעִזִּים Vetalu venakod baizim, Et maculosum & pūctuosum seu pūctatū in capris.
Vel, Et respersum maculis latis & respersum pūctis in capris. Sunt enim eædē dictiones talu & nakud, de quibus
supra. Chaldaica, Et sparsum & maculosum in capris, & hoc erit merces mea, quæ secundum distinctionem præ-
E dictam intelligenda sunt. At Septuaginta vt diximus, hanc clausulam cum superiori permiscent, & ex ambabus
vnam faciunt, nec Hebraicum sensum assequuntur, dicunt enim, καὶ διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον φαιὸν ἐν τοῖς
ἀρνάσι, καὶ πᾶν διάλευκον, καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξίν, ἔσται μοι μισθός, Et separa inde omnem ouem fuscam in agnis, & o-
ne subalbum & sparsum in capris, erit merces mea. Ex quibus verbis non omnia ea quæ supradiximus elici pos-
sunt. Ea enim conditione conuenit Iacob cum Laban, vt recenseantur eodem die (ne vtrinque dolus suspicioni
sit) tam oues quam capræ, hoc pacto, vt quicquid postea aliquo modo maculis aspersum natum fuerit, vel non v-
nius coloris per totum, detur pro mercede ipsi Iacob. Quicquid vero in totum album progenitum fuerit, vel in
totum nigrum, vnius scilicet penitus coloris, hoc pertineat ad gregem Laban. *Respondebitq; mihi cras iustitia mea,
quando placiti tempus aduenerit coram te.* HIERONYMVS SVPER MATTHAEVM. Cras in scripturis
futurum tempus intelligitur, dicente Iacob, Et exaudiet me cras iustitia mea. Et in Samuelis phantasmate, Phyto-
F nissa loquitur ad Saulem, cras eris mecum. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Exaudiet me
iustitia mea in die crastino, id est exaudiri me faciet. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Nota ve- Sermo.5. in vigil.na.do.
ro quam conuenienter loquitur, Cras mihi respondebit iustitia mea. Hodie enim iustitia colitur, cras respōdebit,
hodie exercetur, cras fructificabit. Alioquin quod non seminauerit homo, nec metet. AVCTOR CATE-
NAE. Et respondebit mihi cras es. Hebraica litera est וְעָנְתָה בִּי צִדְקָתִי בְּיוֹם מָחָר כִּי תָבוֹא עַל שְׂכָרִי לְפָנֶיךָ Ve-
antha bi sidkathi biom mahar, chi thabo al sechari lephanécha, Et respondebit seu testificabitur (vtrunque enim
significat verbum ענה ana, mihi iustitia mea in die crastino, quando veneris super mercedem meam, quæ erit
coram te. Et ita habet Chaldaica. Alij, Quando venerit (nempe iustitia mea) super mercedem meam co-
ram te. תָבוֹא enim, & secunda persona masculini generis futuri temporis indicatiui modi, & tertia fœ-
minini eiusdem temporis esse potest. Alij, Quia adueniet pro mercede mea coram te, verterunt. Se-
ptuaginta, καὶ ἐπακούσεταί μου ἡ δικαιοσύνη μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ αὔριον, ὅτι ἐστὶν ὁ μισθός μου ἐνώπιόν σου, Et exaudiet
me iustitia mea in die crastina, quia est merces mea in conspectu tuo. Respondebit ergo (inquit) mihi vel testi-

 ficabitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficabitur iustitia mea, hoc est, videbis quid dominus mihi pro mercede sit præparaturus. Si fideliter seruiui ti- G
bi vel seruiam, dominus digno me præmio munerabit, sin aliter, feram quod volet. RVPERTVS.
Hic iam quæritur, vtrum vere in hoc illi iustitia sua respõderit, vel quomodo secundum actum eius iustitia illius dici vel esse potuit, in quo dolus vel impostura manifeste conuincitur? Ad hæc dicimus, quia & ante hanc stropham iamdudum Iacob contra Laban causam iustitiæ habebat, & si tempus sibi placiti coram illo cum legitima defensione daretur, substantiam illius iure tollere debebat. Ille nanque vnam postulanti filiam in coniugium, & pro vna seruitium suscipienti, alteram quoque peregrino & aduenæ per fraudem imposuerat, illam videlicet, cuius nuptias quia despicabilis erat, difficiles sibi fore sciebat. Nec enim sine magna dote quis illam strenuus acciperet, quam facies quæ multum valet in huiusmodi, expetibilem non fecerat, si (inquam) tempus sibi placiti daretur. Laban pro hoc in ius vocare habebat, quia filias suas alendas illi sine dote imposuerat. Insuper & pro ea quam inrogatus extruderat, seruitium septem annorum extorserat. At ille peregrinus erat & aduena, idcirco violentum & fortiorem indigenam in ius vocare non poterat. Arte igitur ne- H
cessario pro filia contra patrem vsus est, vt ad filiam cui competebant, bona patris aliqua deuenirent. Et de hoc illi in omni tempore placiti iustitiæ responsum præsto est. AVCTOR CATENAE. Recte igitur Iacob & prudenter admodum, suggerente deo quod suum erat recuperauit, quemadmodum filij Israël egressuri ex Aegypto, ab Aegyptiis vasa preciosa accommodabant. Non enim ab illis pro laboribus atque obsequiis suis impensis, mercedem congruam receperant. *Et omnia quæ non fuerint uaria & maculosa & fulua tam in ouibus quam in capris, furti me argues.* CAIETANVS. Aduerte hic duo. Alterum, quod dictio ab aliquibus interpretata ruffum, est illamet. Alterum, quod accumulando intelligitur & ruffum in agnis. Ita quod subintelligitur repeti punctis & frustis signatum, quod rememoratum est in capris, & accumulari etiam hoc, communes siquidem erant illæ duæ conditiones punctorum & frustorum hœdis & agnis, hæc autem tertia propria erat agnis, quoad pactum. AVCTOR CATENAE. Hebraica li- I
tera est כֹּל אֲשֶׁר אֵינֶנּוּ נָקֹד וְטָלוּא בָּעִזִּים וְחוּם בַּכְּשָׂבִים גָּנוּב הוּא אִתִּי col aser enennu nakod vetalu baizim vehum bacsabim, ganub hu iti, Omne quod non punctatum, & maculosum in capris, & nigrum seu subruffum in agnis, furtum erit apud me. Alij, Omne quod non erit punctis respersum, & maculis respersum in capris, & ruffum in pecudibus, furto erit ablatum à me. Alij, Et omne quod non fuerit punctis respersum, aut maculis in capris, & nigrum in ouibus, furtum illud erit apud me. Chaldaica, Omne quod non fuerit maculosum, & respersum in capris, & nigrum in agnis, furto sublatum est apud me. Septuaginta, πᾶν ὃ ἂν μὴ ᾖ ῥαντὸν ἢ διάλευκον ἐν ταῖς αἰξὶ, καὶ φαιὸν ἐν τοῖς ἀρνάσι, κεκλεμμένον ἔσαι παρ᾽ ἐμοί. Omne quod non fuerit sparsum aut subalbum in capris, & fuscum in agnis, furatum erit apud me. Forte autem sparsum, punctatum, subalbum, maculosum, & fuscum, subruffum intelligunt, quod Chaldaica etiam nigrum appellat, sed verius subruffum dicitur, vere enim nigra tota erant Laban. Nam cum sint eædem tres dictiones, videlicet nakod, talu, & hum, memorare prædictæ distinctionis, & plana omnia erunt tibi. Ait ergo Iacob, K
si quid in gregibus meis posthac mihi generandis, deprehenderis non varium, vel non sparso vellere, aut subruffum, sed vnius tantum coloris, totum album vel totum nigrum, quasi furti me conuictum teneas, & arguere possis quasi tecum dolose egerim, vel tua tibi pecora furto mihi abstulerim. CHRYSOSTOMVS. Considera iusti prudentiam, quoniam sciebat quanta sibi superne gratia affulgeret, quod videbatur sibi secundum naturæ ordinem vel difficile esse, vel omnino impossibile (Rarum enim est varium esse colorem pecudum) hæc petit ab eo, vnde petitioni eius statim accessit, & *Dixit Laban gratum habeo quod petis.* AVCTOR CATENAE. Hebraica litera הֵן לוּ יְהִי כִדְבָרֶךָ hen lu iehi chidbarécha, Ecce vtinam esset iuxta verbum tuum. Ita & Chaldaica. Septuaginta, ἔσω κατὰ τὸ ῥῆμά σου, Sit secundum verbum tuum. Consensus est Laban. Fiat (inquit) vt dicis, scilicet vt mihi ex vnicoloribus generentur vnicolores pro more, tibi vero ex vnicoloribus pecora multicoloria aut subruffa, si deo placuerit, id quod rarius vsu venire solet. L
Et separauit in die illa capras & oues & arietes uarios atque maculosos. Cunctum autem gregem unicolorem, id est albi & nigri uelleris, tradidit in manu filiorum suorum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et separauit in die illo hircos signatos in talis, & signatos frustis, & omnes capras punctis signatas, & frustis signatas, omne quod album in eo, & omne ruffum in agnis. Executio narratur facta ab ipso Laban. Et quantum textus indicat, inter gregem caprarum & gregem ouium hæc quoque fuit disparitas: quod à gregibus ouium soli agni sunt segregati, à gregibus vero caprarum segregati sunt hirci duarum conditionum, & similiter capræ duarum conditionum. Crediderim tamen hanc differentiam apparere quidem, sed non esse: sed explicatos hircos & capras, ad explicandum hœdos tam mares quam fœminas, ad manifestandum quod tam in grege caprarum quam in grege ouium separati sunt agni & hœdi vtriusque sexus. Signatos autem in talis appellat, habentes in talis velut maculas albas. Quod vero dicitur omne quod album in eo, appositiue dictum intellige, ad explicandum quod signati in talis quorum non fuerat mentio facta in pactis, subintelligebantur, vel ab ipso Laban superadditi sunt, incipiente iam violare fœdera, segregando plura genera, quàm fuerit conuentum. Quod denique dicit, Et omne M
ruffum in agnis, intellige accumulando dictum vt supra: vt significetur executio facta similiter in agnis, & præter dicta genera segregatos etiam fuisse omnes agnos ruffos. Intellige tamen ruffos vel nigros, vt prius dictum est. Et dedit in manibus filiorum suorum, omnes istas species segregatorum ex gregibus tam ouium quàm caprarum, dedit Laban pascendas filiis suis. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est huiusmodi וַיָּסַר בַּיּוֹם הַהוּא אֶת הַתְּיָשִׁים הָעֲקֻדִּים וְהַטְּלֻאִים וְאֵת כָּל הָעִזִּים הַנְּקֻדּוֹת וְהַטְּלֻאֹת כֹּל אֲשֶׁר לָבָן בּוֹ וְכָל חוּם בַּכְּשָׂבִים וַיִּתֵּן בְּיַד בָּנָיו׃ Vaiásar baiom hahu eth hateiasim haakuddim vehateluim veeth col haizim hanekuddoth vehateluoth col aser Laban bo, vecol hum bacsabim, vaiten biad banaf. Sciendum autem duas hic addi dictiones, quæ in superioribus non sunt positæ, videlicet akudim, & Laban. Prima, videlicet עָקֹד akod, animal significat maculosum, quod habet maculas diuersi coloris circunligatas corpori vel pedibus, ab עָקַד akad verbo, quod ligare, alligare & vincire significat, Secuuda לָבָן Laban, album seu albedinem significat, hoc

A autem loco illud in quo est macula alba. Sic itaque ad Hebraicam veritatem locus hic reddi potest, Et separauit in die illa hircos seu arietes maculis respersos in locis vbi colligari solent, vel in talis maculosos, & maculis respersos siue maculosos, & omnes in capris punctatas seu punctis respersas, & maculosas, omne in quo macula alba, & omne nigrum seu subruffum in agnis, & dedit in manibus filiorum suorum. Chaldaica æditio ita habet, Et separauit in die illa omnes hircos varios pedibus, & respersos vellere, & omnes capras maculosas & respersas, omne in quo erat macula alba, & omne quod erat nigrum in agnis, & tradidit in manu filiorũ suorum. Septuaginta variant admodum hic, dicunt enim, καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντοὺς καὶ τοὺς διαλεύκους καὶ πάσας τὰς αἶγας τὰς ῥαντὰς, καὶ τὰς διαλεύκους, καὶ πᾶν φαιὸν ὃ ἦν ἐν τοῖς ἀρνάσι, καὶ πᾶν ὃ ἦν λευκὸν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔδωκε διὰ χειρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ποίμνιον καταμόνας, Et distinxit in die illa hircos sparsos & subalbos, & omnes capras sparsas & subalbas, & omne fuscum quod erat in agnis, & omne quod erat album in ipsis, & dedit per manum filiorum suorum gregem singulariter. Nisi enim sparsum pro punctato, subalbum pro ma-
B culoso, fuscum pro subruffo, & album pro notis albis infecto accipias, magnæ hic sunt tricæ. Nam quod Latina æditio habet, Cunctum autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri velleris, tradidit in manibus filiorum suorum, omnino error est, nec ita est in Hebraico, sed contrarium, quod omnia pecora varia eis consignauit. Esto igitur loci sententia, quod separauerunt pecora omnia quomodocunque coloris varij, siue punctata, siue maculosa, aut circa pedes vbi vinciri solent, circulos aut notas habentia, vel maculis albis respersa, siue subruffa, seorsum, & tradita sunt filiis Laban, & seruulis pastoribus aliis. Quæ vero candida in totum erant, vel nigra penitus, & sic vnius coloris, ea Iacob ipse suscipiebat pascenda. *Et posuit spatium itineris dierum trium inter se & generum, qui pascebat reliquos greges eius.* CHRYSOSTOMVS. Separauit (inquit) greges iuxta propositionem Iacob, & dedit filiis suis, Iacob autem pauit pecudes Laban reliquas. Qualesnam hæ? nullam scilicet habentes coloris varietatem. Hoc autem totum factum est, vt iustus re ipsa compertam haberet dei erga se prouidentiam, & Laban videret quantam dei gratiam haberet Iacob. CAIETANVS. Iuxta Hebrǣum, Et posuit viam trium dierum in-
C ter se & inter Iacob, hoc est, inter greges quos pascebant filij eius, & greges quos pascebat Iacob. Et Iacob pascens oues Laban reliquas, intellige similiter capras reliquas. AVCTOR CATENAE. Est enim דֶּרֶךְ derech, id est via, vbi nos habemus spatium. Septuaginta autem, καὶ ἀπέστησεν ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν dixerunt, id est, Et posuit spatiũ viam trium dierum. Chaldaica spatium habet. Sed hæc leuiora sunt quàm quæ notari debeant. Tanto igitur spatio greges disiũxit, ne quis dolus intercederet ad commixtionem maculosorum cum vnicoloribus. Viam autem trium dierum intelligimus, quam sine periculo greges possent conficere triduo, non quam viatores & internũcij. *Tollens igitur Iacob uirgas populeas uirides & amygdalinas & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit. Illa uero quæ integra fuerãt, uiridia permanserũt. Atque in hunc modũ color effectus est uarius.* Vbi nos legimus, Ex parte decorticauit, & quæ sequuntur, longe aliter est in Hebræo, videlicet וַיְפַצֵּל בָּהֵן פְּצָלוֹת לְבָנוֹת מַחְשֹׂף הַלָּבָן אֲשֶׁר עַל הַמַּקְלוֹת Vaiphazel bahen phesaloth lebanoth mahsoph halaban aser al hamakloth, Et decorticauit in eis decorticationes albi seu cortices albos, denudans albedinem vel candorem qui erat in vir-
D gis. Innuit, Iacob virgas denudasse, quantum candor qui intus esset, apparere posset, quæ cum ita essent denudatæ, minus tamen aliquę, aliquę magis, visæ sunt albæ, virides, ac nigræ, nam viror supernè alicubi remanserat, integer partim, partim autem vel paululũ amotus, & vbi penitus amota viriditas fuerat, apparuit candor. Non erant itaque variæ virgæ, quarũ alię penitus essent decorticatæ, alię virides penitus, aliæ nigrę, vt ex æditione nostra forte colligitur, sed eędem, vt diximus. Quod & Septuaginta videtur sentire, περισύρων τὸ χλωρὸν, ἐφαίνετο δὲ ἐπὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ λευκὸν, ὃ ἐλέπισε, ποικίλον, Circuntrahens viride, apparuit in virgis albũ quod decorticauit, variũ. Chaldaica, Et decorticauit in eis decorticationem, & vbi detractæ sunt cortices, apparuit album quod erat in virgis. Mittimus autem, quod vbi nos populeas habemus virgas, Septuaginta στυρακίνην styracinam, vbi amydalinas, καρυΐνην, id est nuceam posuere, quodq; nos pluraliter, illi singulariter proferũt. Alij pro amygdalinis & ex platanis, virgas coryli & castaneæ verterunt. Chaldaica autem in his cum Latina æditione concordat. Dicit itaque scri-
E ptura, Iacob virgarum denudauit candorem, decorticando illarum cortices quatenus scilicet candor subiectus cortici apparere posset, partim tamen viror & maculæ, non vndique cortice ad nudum abstracta, vt quædam ex albo viridi & nigro, varietas efficeretur. *Posuitq; eas in canalibus ubi effundebatur aqua, ut cum uenissent greges ad bibendum, ante oculos haberent uirgas, & in aspectu earum conciperent.* Posuitq; eas in canalibus vbi effundebatur aqua, ambæ dictiones רְהָטִים & שִׁקְתוֹת rehatim & sikathoth, canalia significant, vnde appositiue interpres vbi effundebatur aqua, Chaldaica, in loco adaquationis aquarum, Septuaginta, ἐν ταῖς ληνοῖς τῶν ποτιστηρίων τοῦ ὕδατος, In canalibus concharum aquę, hoc est, vbi colligebatur aqua, Alij In canalibus, in potatoriis aquarum, Alij, In fluenta, in canales aquarum posuerunt. Quodq; sequitur, Vt cum venissent greges ad bibendum, & cętera. Hebraica litera ita habet אֲשֶׁר תָּבֹאןָ הַצֹּאן לִשְׁתּוֹת לְנֹכַח הַצֹּאן וַיֵּחַמְנָה בְּבֹאָן לִשְׁתּוֹת aser tabóna hazon listoth lenóchah hazon, vaihámna beboan listoth, Quo veniebant oues ad bibendum, è regione ouium, vt conciperent dum venirent ad bibendum. Idem fere & Chaldaica, Quo veniebant oues ad bibendum, vt contra oues essent virgæ, & ca-
F lefierent (scilicet ad coitum) cum venirent ad bibendum. Est enim verbum יָחַם iaham, quod & concipere, & calefieri significat. Quinimo ex calefactione descendit significatio conceptus. Septuaginta, ἵνα ὡς ἂν ἔλθωσι τὰ πρόβατα πιεῖν, ἐνώπιον τῶν ῥάβδων ἐλθόντων αὐτῶν εἰς τὸ πιεῖν, ἐγκισσήσωσι τὰ πρόβατα εἰς τὰς ῥάβδους, Vt cum venirent oues ad bibendum, in conspectu virgarum venientibus ipsis ad bibendum, conciperent oues in virgas. Idem autem est sensus. Dicere enim vult, quod reposuit multicolores virgas in canalia vnde potabant greges, ad prospectum ouium, dum ascensis arietibus conciperent, vt in ipso calore concipiendi, imaginatione ouium ex varietate virgarum & colorum, maculosæ oues vel capræ conciperentur, id quod & factum est. Hanc siquidem virtutem super corpus & super materiam vnde fit conceptus, habet imaginatiua, quod similes concipiuntur illis, quos aspiciunt attente in extremo coitus. Et tali arte vtuntur in gregibus equarum Hispani, pulchros equos ante equas tempore conceptus parientes. Et hæc fuit prima industria Iacob. *Factúmque est ut in ipso calore coitus, oues intuerentur uirgas, & pareret maculosa & uaria, & diuerso colore respersa.* CHRYSOSTOMVS.

Hæc faciens iuſtus non à ſeipſo mouebatur, ſed inſpirante menti eius ſuperna gratia, neque iuxta naturæ or- G
dinem erat quod fiebat, ſed valde admirabile, & naturæ modum tranſcendens. CYRILLVS. Nouum igitur & minime conſuetum, ex albis parentibus oues varias gigni, ſed deo volente etiam natura ipſa ſuperatur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et fuerunt calefactæ inuenire eas ad bibendum, hoc eſt, & coierunt in illo loco in quo bibebant. Et fuerunt calefactæ pecudes ad virgas. Non ſuffecit dicere coitum fuiſſe in illo loco, ſed explicauit etiam aſpectum virgarum. Et genuerunt pecudes, ſignatos in talis, ſignatos punctis, & ſignatos fruſtis. Ecce effectus ſubſecutus ex induſtria Iacob, qua ad redimendam vexationem ſuam licite vtebatur. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera, וַיֶּחֱמוּ הַצֹּאן אֶל הַמַּקְלוֹת וַתֵּלַדְןָ הַצֹּאן עֲקֻדִּים נְקֻדִּים וּטְלֻאִים Vaiehemu hazon el hamakloth vathelâdna hazon akuddim nekuddim vteluim, Et calefiebant oues ad virgas & pariebant oues varios pedibus, punctatos, & maculoſos. Sunt enim eædem dictiones de quibus ſupra. Chaldaica, Calefiebántque oues ante virgas, & pariebant oues varia, maculoſa, atque reſperſa. Nam ab ipſo ardore ſemen varietatem contraxit. Hoc idem Septuaginta ſub aliis tamen verbis dicunt καὶ ἔτικτον τὰ πρόβατα H
διάλευκα, καὶ ποικίλα, καὶ σποδοειδῆ ῥαντά, Et pepererunt oues ſubalbas, & varias, & cineratas ſparſas. Quæ omnia iuxta diſtinctionem prædictam intellige. Alij, Et coibant pecudes ad virgarum aſpectum, & pariebant pecudes maculis reſperſas in locis vbi colligari ſolent, & punctis reſperſas, & maculis latis reſperſas. Alij, Concipiebant itaque oues ante virgas, & pariebant oues agnos, punctis, notis, & maculis reſperſos, verterunt. Quorum omnium vna cum Latina æditione ſenſus idem eſt. *Diuiſitq; gregem Iacob. Et poſuit uirgas in canalibus ante oculos arietum. Erant autem alba & nigra quæq; Laban, cætera uero Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus.* CHRYSOSTOMVS. Poſtea quia omnia quæ naſcebantur, fiebant talia qualia propoſuit, ſeparauit ea, & fecit ſibi greges ſingulares. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ipſos agnos fecit ſeparare Iacob. Narrato effectu, narratur conſequenter diuiſio tempore congruo facta fœtuum iuxta primum pactum. Ita quod prima diuiſio agnorum & hœdorum natorum poſt fœdus factum valde ſummarie deſcribitur, inſinuando quod reliquos natos dedit Laban. Et dixit hoc Moyſes ad manifeſtandum, quod Iacob tam agnos quam hœdos qui in partem ſuam obtin- I
gebant, ſeorſum à gregibus Laban quos ipſe Iacob paſcebat, ſegregabat in ſingulis diuiſionibus. Et dedit facies pecudum ad ſignandum in talis, & omne ruffum in ouibus Laban. Mutati fœderis meminit, vt enim in ſequenti habetur capitulo, mutauit Laban pactum: & voluit quod ſoli ſignati in talis naſcerentur Iacob, & quandiu durauit hoc pactum, Iacob diſpoſuit oues ad aſpiciendum ſic, quod generarent ſignatos in talis. Modus autem quo hoc fecit, non eſt ſcriptus. Quod autem ſubditur, & omne ruffum in ouibus Laban, tertium ſonat fœdus. Frequenter enim Laban mutabat pacta, videndo quod illud genus quod futurum erat Iacob, ſemper abundabat, & quum vidiſſet ruffum naſci pecus in ſortem Iacob, abſtulit nouo pacto omne ruffum à naſcendo in ſortem Iacob. Et hoc ſignificatur dicendo, & omne ruffum in ouibus, Laban dedit, & poſuit ſibi greges ſeorſum ab eo: & non poſuit eos ſuper oues Laban. Quod tetigerat valde breuiter in prima diuiſione natorum poſt primum pactum, explicat modo Moyſes ſeruatum vniuerſaliter in omnibus diuiſionibus poſt ſingula mutata fœdera factis, videlicet quod Iacob ſegregauit ſibi ſupernatorum in ſuam ſortem greges, ſeorſum à Laban, hoc eſt, quòd non K
habebat greges proprios iuxta greges ouium Laban, quos ipſe Iacob paſcebat. AVCTOR CATENAE. Diuiſitq; gregem Iacob. In Hebræo eſt וְהַכְּשָׂבִים הִפְרִיד יַעֲקֹב Vehaceſabim hiphrid Iaakob, Et agnos ſeparauit Iacob, ſic & Chaldaica, & Septuaginta. Amouit enim ab ipſo grege quæ vel parere vel gignere non poſſent, vel iam natos agnos aut hœdos prout nati erant varij vel vnicolores, in duos greges ſeparauit. Et poſuit virgas in canalibus. Hoc fruſtra additum eſt ex ſuperiore loco, Hebraica enim ſic habent, וַיִּתֵּן פְּנֵי הַצֹּאן אֶל עָקֹד וְכָל חוּם בְּצֹאן לָבָן Vaiten pene hazon el akod vecol hum bezon Labã, Et poſuit ante oues, varium pedibus, & omne ſubruffum in ouibus, & maculis albis notatum. Vel & poſuit faciem pecudum ante vel contra, maculis reſperſum vbi colligari ſolet, & omne ruffum in pecudibus, & in quo alba macula. Quem ſenſum & Septuaginta ſequuntur, habentes, καὶ ἔθηκεν ἐναντίον τῶν προβάτων κριὸν διάλευκον, καὶ πᾶν ποικίλον ἐν τοῖς ἀμνοῖς, Et poſuit coram ouibus arietem ſubalbum, & omne varium in agnis. Chaldaica vero paululum variat, Et poſuit (inquiens) ante oues omne quod erat maculoſum, & omne quod erat nigrum in ouibus Laban. Et dictio Laban, magnam hic L
facit difficultatem. Nam ſi nomen eſt proprium, quomodo poſuit Iacob ante oues omne animal varium & ſubruffum quod erat in ouibus ſoceri, ſi omnia maculoſa & varia iam erant tradita filiis Laban, & erat ſpacium inter gregem eorum & gregem Iacob trium dierum, iamq; ante greges diuiſi fuerant? Quod ſi dictio Laban, maculis albis notatum (quemadmodum ſupra etiam poſita eſt) ſignificat, litera plana eſt, nullusq; abſurdus reſultat intellectus. Et ſecunda ponitur hic induſtria Iacob, qui maculoſos agnos iam natos, & in ſortem ſuam repoſitos, in vnum redegit gregem, fecitq; illum antecedere gregem ouium Laban (id eſt in totum albas & in totum nigras pecudes & capras, quæ ſibi remanſerant paſcendæ ab initio) vt ſequentes oues & capræ, contemplatione præcedentiũ maculoſorum agnorum, alios parerent maculoſos. Deinde ſequitur וַיָּשֶׁת לוֹ עֲדָרִים לְבַדּוֹ וְלֹא שָׁתָם עַל צֹאן לָבָן Vaiâſeth lo adarim lebado, velo ſathã al zon Laban, Et poſuit ſibi greges ſeorſum, & non poſuit, vel non miſcuit cum ouibus Laban. Ita & Chaldaica, & Septuaginta. Quicquid (inquit) varie coloratum naſcebatur, Iacob gregi ſuo applicabat, ſeorſumq; ponebat, quod vero vnius coloris, ad Laban pertinebat, ſeorſumq; id etiam ſibi pro eo- M
dem paſcendum iuxta conuentionem reſeruabat. *Igitur quando primo tẽpore aſcendebantur oues, ponebat Iacob uirgas in canalibus aquarũ ante oculos arietũ & ouiũ, ut in earũ contẽplatione conciperent, Quãdo uero ſerotina admiſſura erat & cõceptus extremus, non ponebat eas.* AVGVST. IN QVAEST. SVPER GENESIM. In facto Iacob cum virgas excorticauit, detrahens viride vt album varie appareret, & ſic in conſpectu fœtus pecorum variarentur, cum matres in alueis aquarum biberent, & viſis virgis illam varietatem conciperent, multa dicuntur ſimiliter fieri in animalium fœtibus: ſed & mulieri accidiſſe traditur, & ſcriptum reperitur in libris antiquiſſimi & peritiſſimi medici Hippocratis, quod ſuſpicione adulterij fuerat punienda, cum puerum pulcherrimum peperiſſet vtrique parenti generiq; diſſimilem: niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem, illis admonitis quærere, ne forte aliqua talis pictura eſſet in cubiculo, qua inuenta, mulier à ſuſpicione liberata eſt. Quod autem ad iuſtitiam pertinebat, ſicut

alij

A alij interpretes apertius hoc narrant non ponebat virgas in ſecundo conceptu ouium, quod tanto obſcurius, quanto breuius à Septuaginta dictum eſt. Quæ cum peperiſſent, non ponebat, quod intelligitur cum primum peperiſſent, vt iam non ſolere ponere intelligatur, cum ſecundo parituræ eſſent, ne ipſe auferret omnes fœtus, quod iniquum fuit. CAIETA. A calore autem circunloquitur coitum honeſte. AVCTOR CAT. Igitur quãdo primo tẽpore, &c. Hebraicũ ſenſũ optime aſſequutus eſt Latinus interpres, hmõi enim eſt litera illa. וְהָיָה בְּכָל יַחֵם הַצֹּאן הַמְקֻשָּׁרוֹת וְשָׂם יַעֲקֹב אֶת הַמַּקְלוֹת לְעֵינֵי הַצֹּאן בָּרְהָטִים לְיַחְמֵנָּה בַּמַּקְלוֹת: וּבְהַעֲטִיף הַצֹּאן לֹא יָשִׂים Vehaia becol iahem hazon hamkuſaroth veſam Iaakob eth hamakloth leene hazon barhatim, leiah menna bamakloth vbhaatiph hazon lo iaſim, Et fuit in omni calefactione ſeu coitu ouium primitiuarum, ponebat Iacob virgas ante oculos ouium in canalibus, vt conciperent ad virgas. Et in ſerotina ſeu poſteriori ouium admiſſura, non ponebat. Idem habet & Chaldaica, videlicet, Et factum eſt in omni tempore quo calefiebant oues temporaneæ, ponebat Iacob virgas in conſpectu ouium in canalibus, vt calefierent ante virgas, & quando oues erant ſe-
B rotinæ, non ponebat. Cum autem hic manifeſte commemorentur duo tempora, alterum prioris, alterum poſterioris admiſſuræ, nihil omnino horum temporum meminerunt Septuaginta. Primum enim tempus vertunt, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐνεκίσσων, In tempore quo conceperunt, alterum vero, quando ſcilicet eſt ſecunda admiſſura, ἡνίκα δ' ἂν ἔτεκον τὰ πρόβατα, οὐκ ἐτίθει, Quando autem pariebant oues, non ponebat. Quomodo enim cohærere poteſt, vt tunc parerent, cum aſcendebantur? Tertia igitur fuit induſtria Iacob, quod virgas poſuit in canales eo tempore, quando robuſtiores oues conceptui operam dabant, aut quando procliuiores erant ad coitum, vt ſic robuſtiorem æderent fœturam, quod ſcilicet fit in menſe Niſan, hoc eſt, Martio, quam & primitiuam vocant admiſſuram. Et vocat hic ſcriptura mekuſaroth robuſtiores oues, conſpirantes, ſeu quæ conſpirationem inierunt libidine excitatæ, aut (vt alij putant) quòd membra illarum robuſtius fuerint colligata. Quando vero debiliores erant oues ad coëundum (quæ ſerotina appellatur admiſſura, & eſt in menſe Tiſri, hoc eſt Septembri) non ponebat virgas in
C canalibus, vt tunc quæ naſcebantur oues, vnicolores eſſent, & in Laban ſortem cederent. Sunt tamen qui dicant econtrà, ſcilicet quod virgas inſigni dexteritate poneret Iacob in lintribus, quãdo minus validæ generãdę concipiebantur, quod erat verno tempore, ad autumnum poſtea ædendæ. Et illas ſibi tanquam deteriores reſeruabat. Háncque primitiuam appellari à ſcriptura admiſſuram, præferri enim agnos in Vere natos, eis qui in autumno naſcuntur, omnibus palam eſſe. Quando vero validiores gignendæ oues concipiebantur, quæ ſoceri eſſent futuræ, videlicet in autumno, in Vere poſtmodum ædendæ, quæ & ſerotina appellatur admiſſura, ſeu extremus conceptus, tunc virgas non poneret in canalibus. Quod ſi ſic intelligas, factum Iacob nihil habuiſſe videtur fraudis, ſed fidei multum. *Factaq; ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban, & quæ primi temporis, Iacob.* CHRYSOSTOMVS. Vel ſecundum aliam literam, Facta ſunt non ſignata Laban, ſignata vero Iacob. CAIETANVS. Poſtquam tot mutata fœdera & induſtrias Iacob narrauerat cum diuiſionibus natorum & ſegregatione partium Iacob, narrat qualitatem ſubſtantialem diuerſam inter ſortem Iacob & ſortem Laban. Primitiua enim ſubſtan-
D tialiter ſunt meliora ſerotinis, vnde & in Hebræo à fortitudine appellantur. Dicuntur autem primitiua, quæ primi veris, ſerotina, quæ autumni. RVPERTVS. Et in hoc euidentiſſimæ reſpectus iuſtitiæ eſt. De primi nanque temporis nuptiis, ex parte Laban iniuſtitiæ cauſa ſuberat, pro ſerotinis autem nuptiis Rachel, nihil querelæ habebat, nihil dotis iure repetere poterat. Iuſte itaque omnia temperauit, vt & ipſe fructum laboris ſui acciperet, & Laban non penitus ſpoliaretur. AVCTOR CATENAE. Factáque ſunt, & cætera. Iuxta alium intellectum, ſerotina, & primitiua ſeu temporanea, ad partum, non ad conceptum referuntur. Vt ſerotina, id eſt in Vere nata, tanquam meliora, Laban, quæ autem primitiua, hoc eſt, in autumno orta, tanquam deteriora, Iacob reſeruarentur. *Ditatusq; eſt homo ultra modum.* CHRYSOSTOMVS. Quid volunt ſibi verba hæc, vltra modũ? abundãtiam multã ſignificant, & quod non tantum ditatus eſt, ſed & valde ditatus eſt. AVCTOR CATENAE. Quod Hebræus dicit וַיִּפְרֹץ מְאֹד מְאֹד vaiphroz meod meod. Et di-
E tatus eſt valde valde, hoc eſt, multiplicatus ſeu auctus eſt diuitiis. Et Chaldaica, Et creuit vir valde nimis. Septuaginta, καὶ ἐπλούτησεν ὁ ἄνθρωπος σφόδρα, Et ditatus eſt homo valde nimis. Quomodo autem ditatus fuerit, ſubinfert. *Et habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.* Abundant apud Septuaginta, καὶ παῖδες, καὶ ἡμίονοι. Et ſerui & muli, quæ non ſunt in Hebraica, nec in Chaldaica litera. Iterum ergo diuina prouidentia nobis ſpectanda proponitur, qua Iacob ditãdus in Meſopotamia induſtriam ſuam ſcite collocat, & operis ſui euentum domino commendat, à quo ſua omnia diriguntur proſpere, ſic vt breui creuerit diuitiis vehementer vt fuerint illius pecora multa, ad quæ neceſſarij quoque fierent ſerui, ancillæ, cameli & aſini. Non igitur malæ diuitiæ ſunt, quas piis dat dominus, vt vtantur illis legitime, & ſint virtutum adiumenta, ac materia benefaciendi, & charitatis officia exercendi ad proximos. Hæc ſunt quæ in re perdifficili & obſcura, dicere potuimus, & in qua ſancti patres fere omnes tacent, aut paucula omnino proferunt. Si locum ſumus aſſecuti, da prudens lector gloriam deo, à quo omne datum optimum, & omne donũ perfectũ deſcendit, ſin minus, parcito, nec propter ea lucubratiunculis noſtris detrahas, nam & diſertiſſimus pater Hieronymus neminem ſanctorum patrum Latinorum ſe vidiſ-
F ſe teſtatur, qui locum ad plenum enodaret.

AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Ad hanc Myſticè.
autem rem quam fecit Iacob virgarum ex diuerſis arboribus trium copulatio, quid contulerit vtilitatis, quod attinet ad varias pecudes multiplicandas, non apparet omnino, nec aliquid ad hoc commodi intereſt, vtrum ex vnius generis ligno varientur virgæ, an plura ſint lignorum genera, cum ſola quæratur lignorum varietas. Ac per hoc cogit inquiri prophetiam aliquam res iſta, quam ſine dubio vt propheta fecit Iacob, & ideo nec fraudis arguendus eſt. Non enim tale aliquid niſi ex reuelatione ſpiritali eum feciſſe credendum eſt. EVCHERIVS. Virgæ igitur populeæ & amygdalinæ ſiue ex platanis, teſtimonia intelligenda ſunt ex lege atque prophetis & hagiographis, quæ dominus noſter ex parte decorticauit & ex parte in proprio colore dimiſit. Decorticauit enim cum dicit, Scriptum eſt, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reddere aduerſario omnino talionem. Vel cum interrogatus à Iudæis, ſi deberet vxorem quis iuxta præce-

 ptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum Moysi quacunque causa dimittere, respondisse scribitur, ad duritiam cordis eorum fuisse à Moyse præceptum,nam ab initio non ita fuisse.Et iterum,Scriptum est enim,diliges proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, orate pro inimicis vestris, & benefacite his qui vos persequuntur,& cætera. Hunc enim versiculum ex parte decoriare visus est, cum dicit debere diligi inimicum. Ex parte vero in proprio colore dimisit,illud videlicet,quod de diligendo proximo ante præmisit. Oues autem accipiendi sunt ij qui ad fidem veniunt Christi.Arietes,beati intelligendi sunt apostoli,seu ecclesiarum ministri. Canales aquarum, euangeliorum accipiendi sunt libri. Virgæ vero testimonia sunt veteris testamenti,quæ euangeliis contexta noscuntur.Primum autem tempus conceptionis,aut pentecostes accipiendus est dies, in quo per prædicationem apostolorum,velut primitiui tria milia virorum scribuntur simul concepisse diuinum sermonem,aut certe tempus accipiendum est quadragesimæ aut paschæ, in quo pœnitentibus & catechumenis iuxta intelligentiæ eorum mensuram,aut spiritualiter scripturarum testimonia proferuntur,aut certe secundum historiæ textum, vtrisque videlicet apta, ex quibus valeant auditu concipere, & fructus bonorum operum procreare. Decorticantur enim simul virgæ, cum scripturarum testimonia quæ secundum historiam nequaquam stare videntur,spiritaliter à sacerdotibus explanantur, vt de lepra parietis,& pelliculæ staminis & subtegminis in Leuitico scriptum est. Quod autem pro mercede sua Iacob varium & fuluum siue maculosum, tam in ouibus quam in capris sibi dicit dari, hoc significat,quod in euangelio scribis & pharisæis legitur respondisse, non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. CYRILLVS. Nam & ex albis parentibus oues varias gigni, typus fuit ex infidelibus fideles nascituros esse. Nam & ex lapidibus potens est deus suscitare filios Abrahæ. RVPERTVS. Quod vero ait,Respondebit mihi cras iustitia mea,iudicij tempus indicat,quando fidelibus redditurus est beatitudinis sempiternam mercedem,& infidelibus ac præuaricatoribus pœnarum illaturus est vltionem. GREGORIVS VIGESIMOPRIMO MORALIVM. Intellectus sacri eloquij inter textum & mysterium tanta est libratione pensandus, vt vtriusque partis lance moderata, hunc neque nimiæ discussionis pondus deprimat, neque rursum torpor incuriæ vacuum relinquat. Multæ quippe eius sententiæ tanta allegoriarum conceptione sunt grauidæ,vt quisquis eas ad solam historiam tenere nititur, earum notitia per suam incuriam priuetur.Nonnullæ vero ita exterioribus præceptis inseruiunt,vt si quis eas subtilius penetrare desiderat,intus quidem nihil inueniat.Sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur absondat.Vnde bene quoque narratione historica per significationem dicitur. Tollens Iacob virgas populeas virides & amygdalinas & ex platanis, ex parte decorticauit eas,& reliqua. Quid est virgas virides & amygdalinas & ex platanis ante oculos gregum ponere,nisi per scripturæ sacræ seriem,antiquorum patrum vitas atque sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirum quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, vt in his quæ expoliantur,intimus candor appareat, & ex parte corticem seruat, vt sicut fuerant exterius,in viriditate permaneant,varijsq; virgarum color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, ex parte retinetur. Ante considerationis enim nostræ oculos,præcedentium patrum sententiæ,quasi virgæ variæ ponuntur. In quibus dum plerunque intellectū literæ fugimus,quasi corticem subtrahimus, & dum plerunque intellectum literæ sequimur,quasi corticem reseruamus,dumq; ab ipsis cortex literæ subducitur,allegoriæ candor interior demonstratur, & dum cortex relinquitur,exterioris intelligentiæ virentia exempla monstrantur.Quas bene Iacob in aquæ canalibus posuit,quia & redemptor noster in libris eas sacræ scientiæ quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has aspicientes arietes cum ouibus coëunt , quia rationales nostri spiritus dum in earum intentione defixi sunt, singulis quibusq; actionibus permiscentur, vt tales fœtus operum procreent , qualia exempla præcedentium in vocibus præceptorum vident, & diuersum colorem proles boni operis habeat, quia & nonnunquam subtracto literæ cortice acutius interna cō siderat, & seruato nonnunquam historiæ tegmine, bene se in exterioribus format. RVPERTVS. In primis igitur & præsentem locum hac similitudine considerandum suscipiamus . Est enim hæc vita patris nostri Iacob, virga iure nominanda,quia videlicet iuxta rationis examen recta est.Proinde ex parte detracto cortice literæ , in eo quod spoliatum est,interim allegoriæ candor appareat , & ex parte cortice seruato, res sicut gesta est,in exemplum trahenda permaneat.Quomodo? Videlicet vt nunquam in euangelio Christi carnaliter exemplo huius patriarchæ nostri Iacob,licito quadruplicanda coniugia prædicemus.Imo etiam vno quod solum licitum est,abstinere consulamus.Vetera enim huius mūdi transierunt,& ecce facta sunt omnia noua.Post legem datam non valuit hoc exemplum ad duas sorores in coniugium vnius viri ducendas, quanto minus valere debet post legē sub euangelicæ gratiæ præsentia? Fuerit tunc tempus seminandi vel lapides spargendi,nunc autem metēdi,& lapides colligendi tempus est.Igitur in huiusmodi detracto literæ cortice,intimus quæratur candor allegoriæ,vt superius iam dictum est.Porro quod deinceps ait Iacob,iustum est igitur,vt prouideam aliquando etiam domui meæ,scilicet congruæ mercedis exactione, sic in euangelio Christi pro exemplo haberi debet , vt nullatenus amoueatur exterior cortex literæ,sed res vt gesta est,sic habeatur pro lege consonante auctoritate euangelica qua dictum est, Dignus est operarius mercede sua. AMBROSIVS IN LIB. DE IACOB ET VITA BEATA. Aliter.Quasi mercennarius ingreditur iustus, & rector est . Qui sibi gregem multarum præstantiumq; virtutum splendore fulgentem,euangelicæ prædicationis ministerio colligebat, vt potaturis ouibus virgam storacinam & nucinam & de platano proponeret iumentis,quo concupiscentes beatissimę trinitatis præfigurata mysteria,haud quaquam decolores fœtus piæ mentis conceptione formarent . Bonæ oues , quæ bonorum partus operum fidei sacræ non degeneres ædiderunt.Per storacem significatur incensum & sacrificium vespertinum, quod deo patri defertur in psalmo.Per nucinam virgam sacerdotale munus Christo defertur.Hæc enim virga Aaron quæ reposita floruit, qua sacerdotalis gratia sanctificationis emicuit. Per platanū spiritalis fructus significatur vbertas, quia arbori huic vitis annectitur, vt per huius lata consortia,partus sese vberes fundant . Siquidem dominicæ munera passionis,remissionémq; omnium peccatorum adiuncta spiritus gratia dare consueuit.His itaque diues factus est valde,bonū gregem nutriēs Christo,quem fidei titulo,& variarum virtutum nobilitabat insignibus. RVPER. Ditatusq; est(inqt)homo vltra modū,& habuit greges multos,ancillas & seruos,camelos & asinos. Hic signiter homo

A homo dictus est,vbi qui tenuis venerat,dicitur quia vltra modum ditatus est . Quod si in isto insigne & admiratione dignum est,quanto magis in homine illo , cuius hic typus est ? Etenim ille vere ac singulariter homo , quia deus & homo qui pauper fuerat,nam cum dives esset (inquit Apostolus) pro nobis pauper factus est,& ecce ditatus est,non solum in se ipso , vbi gloria & honore coronatus , & super opera manuum patris constitutus est , verumetiam in præsenti domo sua, id est ecclesia , vbi illa supradictis eius ministris iamdudum seruatur dignitas, quam illis auctoritas euangelica iuste iudicat,dicendo, Dignus est operarius mercede sua.Adæquata est enim plerisque in locis domus Christi regum palatiis,habētque corporaliter greges multos,ancillas & seruos, camelos & asinos,tanta copia,vt non solum spiritualia,sed etiam carnalia indigentibus,abūde porrigere sufficiat. Non quòd in his gloriemur,nam gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ , sed quod gratiarum actionis causa nobis esse debeat,quòd religionem teneamus in abundantia , quam ille pater noster Christus acquisiuit inopia
B & mendicitate sua. 2.Cor 8. Psal.8. Lucæ.10. 2.Cor.1.

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMPRIMVM ARGVMENTVM.

Iussu dei protectoris sui , Iacob fugit Laban , insequitur Laban . Rachel furata patris idola . Fœdus Iacob & Laban.

CAPVT XXXI.

C POstquam autem audiuit uerba filiorum Laban dicentium , Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri , & de illius facultate ditatus , factus est inclytus , animaduertit quoque faciem Laban , quod non esset erga se sicut heri & nudiustertius , maxime dicente sibi domino, Reuertere in terram patrum tuorum , & ad generationem tuam, eroque tecum , misit & uocauit Rachel & Liam in agrum , ubi pascebat greges , dixitque eis, Video deo faciem patris uestri quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius . Deus autem patris mei fuit mecum , & ipsæ nostis quod totis uiribus meis seruierim patri uestro.Sed & pater uester circumuenit me, & mutauit mercedē meam decem uicibus, & tamē non dimisit eum deus ut noceret mihi . Si quando dixit , uariæ erunt mercedes tuæ , pariebant omnes oues uarios fœtus . Quando uerò è contrario ait , alba quæque accipies pro mercede , omnes greges alba pepererunt . Tulitque deus substantiam patris uestri , & dedit mihi . Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat , Leuaui oculos meos , & uidi in somnis ascendentes mares super fœminas , uarios , & maculosos , & diuersorum colorum. Dixitque angelus dei ad me in somnis , Iacob . Et ego respondi, Adsum . Qui ait , leua oculos tuos , & uide uniuersos masculos ascendentes super fœminas , uarios , maculosos , atque respersos . Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban . Ego sum deus Bethel , ubi unxisti lapidem , & uotum uouisti mihi . Nunc ergo surge , & egredere de terra hac reuertens in terram natiuitatis tuæ. Lectio pri.

AVCTOR CATENAE. Diuitias inuidia comitatur , quæ & in studio reprehendendi , mendacia comE minisci tur,si crimina vera desint,quæ accusentur.Hoc au verum sit , ex hoc loco perpende,ait enim scriptura. *Postquam autem audiuit uerba filiorum Laban dicentium , tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri , & de illius facultate ditatus, factus est inclytus.* Iuxta Hebræum,deficit postquam,sed tantum est,Et audiuit . Parui autem refert quod loco eius quod nos habemus, Et de illius facultate ditatus , factus est inclytus , ibidem dicatur וַיַּעַשׂ לְאָבִינוּ אֵת כָּל הַכָּבֹד הַזֶּה Vmeaser leabínu asa eth col hacabod haze, Et de his quæ erant patris nostri fecit omnem magnificentiam,seu gloriam istam.Sic & Septuaginta.Est enim cabod dictio,quæ gloriam & honorem significat . Chaldaica,Et de his quæ erant patris nostri , acquisiuit omnem superbiam istam . Sed idem est cum nostræ æditionis sensu.Hyperbolicus sermo,seu per synecdochen dictus,quasi dicant,Tanta abstulit,quod parum nobis remansit. Ecce auctum diuitiis confitentur filij Laban , id verò non tam artis industria,quam domini fauore & gratia factum arbitrari debuissent,qui dotis neglectum resarcire filiabus voluit . Nec tamen patri abstulisse videri debuit, quod filiabus & tot nepotibus procurauit. CHRYSOSTOMVS. Vide etiam quomodo inuidia in ingratiF tudinem eos induxit,non eos autem solum,sed & ipsum Laban. *Animaduertit* (enim inquit) *quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta aliam literam,Et vidit Iacob faciem Laban, & ecce non erat ad eum sicut hesterna & nudiustertiana die , familiarissima in scripturis locutio. Hesterna & nudiustertiana die , pro tempore præterito posuit. CHRYSOSTOMVS. Verba puerorum Laban mentem eius turbauerant,& oblitus est quæ pridem dixerat ad Iacob.Qui enim dixerat, Benedixit me deus ad ingressum tuum,& gratias egerat domino quòd propter aduentum iusti facultates suæ auctæ fuerant,nunc subuersa mente à pueris,& inuidia flagrante,forte quia videbat iustum valde abundare,non eadem protulit verba quæ antea. Vidit enim (inquit) Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudiustertius.Vidisti iusti magnam mansuetudinem,& illorum ingratitudinem ? & quomodo cum inuidiam ferre non possent , patris mentem perturbauerunt ? Vide obsecro nunc & dei ineffabilem misericordiam,& quanta obsequela vsus fuerit. Videns enim iustum ab illis odio haberi,ipse gratia sua fouet eum,vnde sequitur. Maximè dicente 1

xime dicente sibi domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum. Quasi dicat, satis G diu versatus es in terra aliena. Nam quæ pridem tibi promisi, dicens, Reducam te in terram tuam, ea nunc opere implere volo, reuertere igitur nihil timens, ego enim ero tecum. Vt igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat, ideo dicit, Ero ego tecum, qui hucusque res tuas gubernaui, & augeri feci semen tuum, ego & in posterum ero tecum. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Ostendens nihil ei deesse, cui adesset omnium plenitudo, hoc solum abundare perfecte, in hoc constare omnia, & omnia ad ipsum referri, nihil ei nouum, nihil superfluum necessarium, cui pax fida suppeteret, per quam reconciliaret quæ primo fuerant discrepantia. Nec mirum si pacem haberet, qui columnam statuerat & vnxerat deo, quæ est ecclesia. Columna enim & firmamentum dicta est veritatis, Eam vngit, qui in Christum fidei, in pauperes misericordiæ fundit vnguentum. CAIETANVS. Maxime dicente sibi domino. Iuxta Hebræum habetur, Et dixit dominus ad Iacob. Secunda est hæc diuina apparitio ad Iacob, & describitur ipse fons essendi allocutus Iacob, vt quanta cura summo deo esset Iacob insinuetur. Reuertere in terram patrum tuorum, hoc est, promissam H patribus tuis Abrahæ & Isaac. Vnde & ad differentiam terræ vnde oriundus fuerat Abraham, subiungitur, Et ad generationem tuam, hoc est, ad natiuitatem tuam, & ad terram in qua natus es, Et ero tecum. Maxima gratia, quam solam desiderabat petens, pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. AVCTOR CATENAE. Dixit autem hæc deus Iacob, per interiorem suggestionem, vel angelicam reuelationem. Sic igitur quanto magis humana malitia aduersabatur credenti deo, tanto bonitas dei benignius succurrebat, & in agendis iustus diuinitus admonebatur. Omnes enim impij pariter, non obesse possunt sancto, domino fidenti, & fideliter amicéque cum proximo conuersanti. CHRYSOSTOMVS. Hæc vt audiuit iustus à deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. *Misit enim, & uocauit Rachel & Liam in agrum ubi pascebat greges.* AVCTOR CATENAE. Non variat sensum quod Hebraicè vbi nos habemus, vbi pascebat greges dicitur אֶל צֹאנוֹ el zono, Ad greges suos, siue pecudes suas, Idem enim innuit. Aduerte autem vbique primas Rachel partes habere in vxoribus, nam & infra dicitur, Responderúntque Rachel & Lia, primo enim in illa consenserat Iacob, dilexerat I magis, forma erat elegantior, diu quidem infœcunda, semper tamen gratior & principalis habita. *Dixitque eis. Video faciem patris uestri quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius.* Ac si dicat, non vobis graue videatur, si odiente me patre vestro præter meritum, nouum nunc ineo consilium, idque domino præcipiente, cui confido. *Deus autem patris mei fuit mecum, Et ipsæ nostis quòd totis uiribus meis seruierim patri uestro. Sed & pater uester circunuenit me, Et mutauit mercedem meam decem uicibus.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro eo quod nos posuimus, mutauit mercedem meam decem vicibus, Septuaginta interpretes posuerunt decem agnis, nescio qua opinione ducti, cum verbum Hebraicum מֹנִים Monim, numerum magis quam agnos sonet. Denique & ex consequentibus hic magis sensus probatur, quòd per singulos fœtus semper Laban conditionem mutauerit. Si videbat varium nasci pecus, post fœtum dicebat, volo vt in futurum mihi varia nascantur. Rursum cum vidisset vnius coloris nasci pecora (Iacob quippe hoc audito, virgas in canalibus non ponebat) dicebat vt fu K turos fœtus vnius coloris sibi pecora procrearent. Et quid plura? vsque ad vices decem semper à Laban pecoris sui, siue Iacob mutata conditio est. Et quodcunque sibi proposuerat vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis decem pariendi vices incredibiles videantur, lege Virgilium, in quo dicitur, Bis grauidæ pecudes. Natura autem Italicarum ouium & Mesopotamiæ vna esse traditur. ORIGENES. Decies igitur rescidit quod pepigerat cum Iacob Laban. DIODORVS. Decem (inquit) vicibus transgressus est pactum, & immutauit mercedem meam, & sæpius fefellit me. Damnat scilicet eius multiplicem erga eum mentis inconstantiam. EVSEBIVS. Syra æditio sic habet, Immutauit mercedem meam decies, id est sæpenumero. Siquidem dicebat Laban, vniuersa proles quæ fusca ac maculosa fuerit, tua erit, cumq; videret ea ratione augeri gregem, rursum dicebat, si albos pepererint oues, tota fœtura tua esto. CAIETANVS. Mutauit ergo mercedem meam decem vicibus. Numerum denarium intellige hyperbolice dictum, iuxta consuetum loquendi L morem. Deus autem (ait) patris mei fuit mecum, hoc est, quem colit pater meus, ius mihi dicens & faciens. AVCTOR CATENAE. Ita etiam habetur Hebraicè & apud Septuaginta, licet Chaldaica parum immutet, & dicat, Et verbum dei patris mei fuit in adiutorium meum. Sed idem est, nam de vnigenito dei filio intelligit. Quod autem dicitur apud nos, Et mutauit mercedem meam decem vicibus, Hebraicè legitur עֲשֶׂרֶת מֹנִים asereth monim, id est, Decem mnas. Scire igitur oportet, Mnam vocem esse Hebraicam, quamuis eam & Græci & Latini vt suam vsurpent. Ea cum centum drachmarum summa est, tum partem aut numerum quemlibet sæpe significat. Hoc itaque loco numerum signat, ideo Aquila vertit hic Hebraica, Δέκα ἀριθμούς, id est, Decem numeros. Symmachus autem, Δεκάκις ἀριθμῷ, Decies numero. Innuuntque omnes, Laban decies pacta cum Iacob fregisse, conuenerat enim inter eos, vt quæ maculosa essent ac varia, Iacob obuenirent, reliqua essent Laban. At Laban cum videret hac ratione longe plura cedere Iacob, iubebat pacta immutari, vt albæ essent Iacob, maculosæ Laban. Ex quibus videre licet, quàm commode atque eleganter eum locum verterit interpres. At in Septuaginta vt dictum est, magna distantia reperitur, qui Δέκα ἀμνῶν, habent, videlicet decem agnorum. Nam illi proculdubio dictionem monim, verterunt, μνᾶς, non ἀμνάς, ἄλφα adiectum est, & factum, ἀμνάς. Quo etiam sensu quidam M decepti apud Græcos, asserunt de decem agnis conuenisse inter Laban & Iacob. Nemo igitur ignorat (inquit Iacob) quanta sedulitate & fide patri vestro seruierim tanto tempore, vos autem in primis, qui contrà, pro magnitudine & duritia sua circunuenit me sæpissime, toties pro auaritia sua mutata mercede mea, nunc vnicolores sibi eligendo, nunc variegatas, cum alteras prospere augeri conspiceret. *Et tamen non dimisit eum deus ut noceret mihi.* Non enim præualuit prouidentiæ dei, qui mihi aderat, in quem sperabam, sed sortem meam semper potiorem reddidit & promouit. Quomodo autem decem vicibus mercedem suam mutauerit, exponit, inquiens. *Si quando dixit, uariæ erunt mercedes tuæ, pariebant omnes oues uarios fœtus. Quando uerò è contrario ait, alba quæque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. Tulitque deus substantiam patris uestri, & dedit mihi.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo vtrunque docet, & patris ingratitudinem erga se, & quantum sui curam deus habuerit, monstrans quod diui-

A quod diuino auxilio omnia fuerit operatus, & facultates Laban in se transtulerit. Tulit (inquit) deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. CAIETANVS. Si quando dixit variæ erunt merces tua. Genus pro specie interpres posuit, nam in Hebræo, loco variæ, habetur punctis signati. Quædam enim varietatis species est, velut punctis coloris variam esse pecudem. Pariebant omnes oues varios fœtus. Similiter legendum hic est, punctis signatos. Significatur enim restrictio pacti à multis speciebus varij coloris, ad hanc speciem varij coloris. Quando verò è contrario ait. Non habetur è contrario iuxta Hebræum, sed habetur, Et si sic ait. Vbi mutatio sola significatur. Alba quæque. Iuxta Hebræum habetur, signati in talis. Species alia est varietatis, si pecus duntaxat talum habeat altero colore signatum, à quo signo dicimus equos vulgari Italico balsani. Erit merces tua, omnes greges. Iuxta Hebræum habetur, Omnes pecudes. Nihil explicat de capris. Alba pepererunt. Legendum est, signatos in talis pepererunt. Prius narrauit mutationem pacti quasi à genere in speciem punctis signatorum: postea à specie in B speciem, à punctis signatis ad signatos in talis, vt ex istis duobus modis mutandi pactum, insinuentur omnes. Tulitque deus substantiam patris vestri. Iuxta Hebræum habetur, Et fecit separare elohim gregem patris vestri, & dedit mihi. Deo iusto iudici attribuit effectum distinctionis pecudum, prout in sortem Iacob opus erat. AVCTOR CATENAE. Locus iste valde perplexus est, & si ita esset in Hebræo, vt est apud nos, nulla esset dubitatio. At quoniam aliquantulum variant Hebraica, ideo difficultas inducta. Si quando dixit, Hebraicè est אִם כֹּה יֹאמַר im co iomar, si sic dicebat. Variæ erunt mercedes tuæ, Hebraicè est נְקֻדִּים nekuddim. Est autem nekud animal album, habens maculas nigras vel è conuerso, à nikud, quod punctum, seu stigma, aut maculam, scilicet diuersi coloris significat. Et Chaldaica etiam appellat varia, & Septuaginta, τὰ ποικίλα, quæ idem sunt. Quo factum, vt quidem interpretes ita transtulerint, Quando sic dicebat, Quæ notis resperguntur, erunt pro mercede tua, pariebant omnes oues fœtus punctati velleris. Alij verò, si ita dicebat, punctis respersa erunt merces tua, pariebant omnes pecudes punctis respersa. Quorum omnium sensus est, primam hanc partem de variis ouibus intelligi, & C in hoc nulla est difficultas. Sed in eo quod sequitur. Quãdo verò è cõtrario ait, pro quo Hebraicè est וְאִם כֹּה יֹאמַר veim co iomar, Et si sic dicebat. Alba quæque accipies pro mercede, & cætera. Hebraicè est עֲקֻדִּים akuddim. Est autem akod, animal maculosum quod habet maculas diuersi coloris circunligatas corpori seu pedibus. Et Hebræi hic sicut & Chaldaica, legunt maculosa seu varia, id est habentia maculas albas. Et hoc est quod difficultatem parit, nam idem videtur dicere hic maculosa, quod supra varia. Vnde Latinus interpres difficultatem volens effugere, alba transtulit, vt ita differre faceret à variis primo loco dictis. Septuaginta etiam, λευκά, id est Alba dixerunt. Alij interpretes verterunt, Quæ crura habent varia, hæc erunt merces tua, omnes oues pariebant fœtus cruretenus discolores, vel quasi ligaminibus distinctos. Alij, Et si ita dicebat, Maculis respersa in loco vbi colligari solent, erunt merces tua, pariebant omnes pecudes maculis, respersas in locis, vbi colligari solent. Ex quibus omnibus vt certa detur inter priora & secunda animalia differentia, & literæ sensus clarus D eruatur, dicere possumus, quod priores oues toto erant corpore variæ & maculosæ, secundæ toto albæ, sed in pedibus duntaxat vbi colligari solent, maculosæ, & diuersis coloribus respersæ. Demum quod sequitur, Tulitque deus substantiam patris vestri, Hebraicè est מִקְנֵה mikne. Significat autem possessionem vel acquisitionem tam rerum mobilium quam immobilium. Potest etiam significare substantiam, vt vertit interpres, sed & peculium, & armenta. Vnde Septuaginta, καὶ ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πάντα τὰ κτήνη πατρὸς ὑμῶν, id est Abstulit deus omnia armenta, seu pecora patris vestri. Chaldaica, Et separauit dominus de pecoribus patris vestri, & dedit mihi. Alij, Et abstulit deus gregem patris vestri, Alij, Rapuitque deus oues patris vestri, transtulerunt. Modus autem ablationis substantiæ Laban & dationis Iacob, subiungitur. *Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum absque obscuritate aliqua habetur, Et fuit in tempore coitus pecudum. Habent enim certum anni tempus ad concipiendum. Narrat Iacob somnium quod olim viderat, ad manifestãdum vxoribus, quod diuino agebatur tum consilio tum auxilio, vt ex experimento comprobato auxilio, secundum quod viderat in somnis, acquiescant vxores consilio recedendi cum eo. AVCTOR CATENAE. Hebraicè scri- E bitur וַיְהִי בְּעֵת יַחֵם הַצֹּאן váihi beeth iahem hazon, Et fuit, seu factum est in tempore conceptus ouium, Iaham enim calefacere, calefieri, & translatiue concipere significat. Vnde Chaldaica habet hoc in loco, Et factum est in tempore quo oues calefiebant, id est concipiebant. Septuaginta, ἡνίκα ἐνεκίσσων τὰ πρόβατα, ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα, Quando concipiebant oues, in vtero accipientes. *Leuaui oculos meos, & uidi in somnis ascendentes mares super fœminas, uarios, & maculosos, & diuersorum colorum.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, In talis signatas, punctis signatas, & grandinibus signatas, vt per has tres species varij coloris, forte omnes varij coloris species intelligantur. AVCTOR CATENAE. Sunt hic tres dictiones Hebraicæ עֲקֻדִּים נְקֻדִּים בְּרֻדִּים Akuddim nekuddim beruddim. De primis duabus superius iam dictum, de tertia nunc superest dicendum בָּרָד barad, grando dicitur, Et inde beruddim, respersi punctis, seu maculis variis ad similitudinem grandinis. Vnde rectè hic transtulit interpres, varios, & maculosos, & diuersorum colorum, hoc est, respersos, refertque hæc ad עַתֻּדִים atudim, id est ad hircos, hoc est, mares ouium vel caprarum ascendentes. Chaldaica etiam habet, Et ecce arietes qui F ascendebant super oues, erant varij, maculosi, & respersi. Septuaginta itidem, διάλευκοι καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί, subalbi, & varij, & cinerati sparsi. Recentiores autem ad capras seu oues ascensas retulerunt, atque ita quidam verterunt, Et ecce hirci ascendebant super pecora punctis, notis, & maculis albis interstincta. Alij, Et ecce hirci ascendebant super capras maculis respersas vbi colligari solent, punctis respersas, & maculis respersas. In tanta autem æditionum & vocabulorum varietate, difficile admodum est verum literalem huius loci sensum elicere. Nos tamen (saluo saniori iudicio, cui vtique semper cedere parati sumus) ita credimus locum edisseri posse. Quomodocunque mutaret conditionem Laban, semper in somnis ostendebatur Iacob rem in suum profectum cessuram. Si toto corpore varias & maculosas nascituras dimittebat Iacob, ostendebantur ei mares eiusdem qualitatis super fœminas (si malis etiam eiusdem qualitatis dicere, non refragamur) ascendentes, ex quibus eiusdem effigiei fœtus conciperent. Sin è contra, toto corpore albas, & in talis duntaxat vbi colligari solent, punctatas & stigmatizatas, orituras Iacob volebat, huiusmodi qualitatis mares super fœminas (forte etiam qualitatis eiusdem) ascendentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascendentes, in somnis monstrabantur eidem, atque ita semper de futuris edocebatur. Quod verò dicit leuasse oculos in somnis,& vidisse,cum in somnis sint oculi corporis clausi,patet quod de oculis mentis interioribus intelligi voluerit. *Dixitque angelus dei ad me in somnis, Iacob.* Fuit hæc interior collocutio,iuxta quod loquitur Zacharias,Angelus qui loquebatur in me,egrediebatur.Sic & in euangelio scriptum est,Angelus domini apparuit Ioseph in somnis,dicens,Accipe puerum & matrem eius,& cætera.In somnis quippe exteriores sensus clausi sunt & quieti,ob idque tunc homo ad reuelationes, tanquam minus circa exteriora dispersus, minúsque ab interioribus impeditus,est aptior,atque ad interiori audiendum auditu,quid loquatur in se dominus deus, seu angelus eius,tunc etiam potissimum viget ratio in prophetis,& in eis qui desuper illustrantur,cum tamen in aliis dormientibus propter exteriorum sensuum ligamen,vsus,seu iudicium rationis sopitum sit. *Et ego respondi, Adsum.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum, Ecce ego, Promptitudinem sui exhibentis vox est. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraicè הִנֵּנִי hinneni,Ecce ego,sed idem est cum ecce adsum. Loco cuius apud Septuaginta est, τί ἐστι, Quid est? *Qui ait,leua oculos tuos,& uide uniuersos masculos ascendentes super fœminas, uarios, maculosos, atque respersos.* CAIETANVS. Lege,& intellige hæc vt supra,quoniam eædem dictiones sunt.Hinc apparet,quod visio ista incepit ab apparitione & allocutione angeli,ita quòd Iacob iussu angeli leuauit oculos suos, & vidit mares ascendentes superfœminas.Sed Moyses more suo prius factum,deinde rationem facti narrat,cum tamen ratio rei gestæ præcesserit factum. AVCTOR CATENAE. Quasi dicat angelus, sicut nunc vides in somnis fieri, sic fiet in re. *Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.* CHRYSOSTOMVS. Nam quoniam ille ingratus erga eum erat,benignus dominus iustum vbertim remunerat.Vidi enim (inquit) quæcunque Laban tibi fecit.Hinc discimus,quod quando iniuria nobis fit,nósque mansueti, & mites,ac tolerantes fuerimus, maiori & largiori auxilio diuino fruimur.Ne igitur obluctemur his qui nos premunt,& calumniari volunt,sed feramus generosè,scientes quod nos omnium dominus non despiciet, tantum nos eius beneuolentiam agnoscamus. Mihi enim (inquit dominus) vindictam,ego retribuam.Vidi (inquit) quæcunque tibi Laban fecit,quod non solum mercedem aufert,sed & quod non vt antea erga te nunc affectus sit,sed alienauerit animum. RVPERTVS. Manifestat quod stropham illam quam de virgis exercuit,cœlesti auctoritate egerit, quia videlicet pro causa superius dicta, iustum erat vt tolleret deus substantiam Laban, & daret illi. AVCTOR CATENAE. Iuxta Hebræum est hic præsens verbum,videlicet עָשָׂה ósе,Facit,& ita est in Chaldaica & apud Septuaginta. Sed nil refert.Diuina ergo ordinatione,videmus omnia contigisse, & quod illa Iacob cogitaret admonitum in somnis, & velut artem illam edoctum per spiritum dei & iussum, nihilque dolo malo fecisse. Patienti enim iniuriam, & multipliciter fraudato clementia dei affuit. *Ego sum deus Bethel, ubi unxisti lapidem, & uotum uouisti mihi.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Vel secundum alia exemplaria,Ego sum deus qui apparui tibi in loco dei.Locutio est. An deus in loco dei sic accipiendum est, quomodo pluit dominus à domino, filius à patre? CHRYSOSTOMVS. In memoriam autem ei referre vult, quæ tunc pollicitus fuerit, dicens, In multitudinem te crescere faciam,& custodiam te,ac reducam te in terram tuam.Ego igitur (inquit) qui tunc apparui tibi, & promissiones tibi feci,ego etiam nunc,quando tempus venit,quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt, & regredi te iubeo absque omni mentis angore. Ego sum deus qui apparui tibi in loco,in quo inunxisti mihi columnam,& vouisti mihi votum.Recordari eum facit voti,& promissionis quam receperat.Quod autem erat votum? De his quæ mihi dederis,decimas tibi offeram. Voto & promissione potentiam meam præsignans, & fidei oculis præuidens futuram abundantiam. CAIETANVS. Commemorat gesta in Bethel duo, tum quod lapidem erectum in memoriam vnxerit, tum quod vouerit ibidem, vt ex istis certior redderetur, quod ipsemet nunc deus esset apparens in angelo suo,& præcipiens vt reuertatur in terram natiuitatis suæ. AVCTOR CATENAE. Ego sum deus Bethel, licet ita sit in Hebræo, Chaldaica tamen æditio quæ literam admodum illustrat,habet,Ego sum deus qui apparui tibi in Bethel, vbi vnxisti titulum. Septuaginta autem,vt dictum est, ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ θεοῦ,Ego sum deus qui apparui tibi in loco dei. CHRYSOSTOMVS. Quoniam autem quando venisti nihil tecum afferebas,quasi profugus iter faciens votum non impleuisti,iam quia euenerunt,& impleta sunt quæ à me prædicta,iustum fuerit,vt & tuum impleas votum. *Nunc ergo surge, & egredere de terra hac reuertens in terram natiuitatis tuæ.* AVCTOR CATENAE. Ego enim ero tecum,ego te vbique comitabor,ego tibi facilem ostendam viam, & nullam à quopiam damnum feres. Dextera siquidem mea vbique te proteget.

Mystiè. AVCTOR CATENAE. Laban qui & candidus interpretatur,apte fideles fictos,hoc est, hypocritas significat,domino ob temporalia seruientes, verbis vbique pietatem simulantes, sua in omnibus quærentes. Qui interim conscij sibi de dolo & impietate,quam non citius produnt, quàm vbi temporalium rerum senserint iacturam,tunc enim deum odire incipiunt & contemnunt,opera sua bona deo vendunt,vt ex illis comedant & bibant,sicut & Laban filias vendidit,& ventre absumpsit.Idola hi labanitæ & candidi cum deo colunt,id est ventrẽ suum,& quęstum pietatem ducunt.

2 RESponderuntque Rachel & Lia, *Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nónne quasi alienas reputauit nos, & uendidit, comeditque precium nostrum? Sed deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris. Vnde omnia quæ præcepit tibi deus, fac. Surrexit autem Iacob, & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abiit. Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaam. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est Idola patris sui. Noluitque Iacob confiteri socero suo quod fugeret.*

2 AVCTOR CATENAE. Quia sine vxorum consensu & comitatu Iacob recedere nolebat nec debebat. (Maritus

A (Maritus enim & coniunx perpetuo cohabitare debet,quemadmodum Adam prædixit,Relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori suæ) ideo nunc & ipsæ in recessum viri consentiunt, vnde ait sancta scriptura, Gene.2. *Responderúntque Rachel & Lia, Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nónne quasi alienas reputauit nos, & uendidit, comeditque precium nostrum?* וַיֹּאכַל גַּם אָכוֹל אֶת כַּסְפֵּנוּ Hoc Hebraicè ita habetur Vaióchal gam achol eth caspènu, Et comedit etiam comedendo, vel consumpsit consumptione, argentum vel pecuniam nostram? Scilicet ministerium quod Iacob pro ambabus fecerat Laban,quod pro argento reputabant. Et Hebraismus est. Septuaginta, καὶ κατέφαγε καταβρώσει τὸ ἀργύριον ἡμῶν, Et deuorauit deuoratione argentum nostrum. Chaldaica, Et comedit quoque argentum nostrum. Igitur Rachel & Lia viro respondent, Nos nihil posthac à patre nostro expectamus, nihil superest nobis in opibus eius, filiis enim suis deputauit omnia, & quicquid adhuc habebit dabit,ideo non est nobis cum eo manendi causa, quando tu velis recedere. Præterea vendidit nos tibi,qui multis annis pro nobis seruisti,omni commoditate ad ipsum redeunte, ille deuorauit precium, seu B pecuniam nobis pro mariti nostri labore debitam.Concordi igitur voto hic nunc sumus cum filiis,ancillis & pecoribus,quicquid iniunxeris facturæ. *Sed deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris.* CAIETANVS. Diuino iudicio translatam profitentur opulentiam patris ad ipsas, quoniam male meritus fuerat pater de ipsis. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera aliam assignare videtur rationem cur debeat Iacob recedere quandocunque velit,& sine soceri licentia,quasi nullius posthac rei indigus,vnde ait כִּי כָל הָעשֶׁר אֲשֶׁר הִצִּיל אֱלֹהִים מֵאָבִינוּ לָנוּ הוּא וּלְבָנֵינוּ chi col haoser aser hizil elohim meabinu lánu hu vlbanénu, Quoniam omnes diuitiæ quas abstulit deus ex patre nostro,nostræ sunt & filiorum nostrorum.Ita & Chaldaica.Sed Septuaginta futurum posuerunt, πάντα τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δόξαν ἣν ἀφείλετο ὁ θεὸς τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ἡμῖν ἔσται, Omnes diuitias & gloriam quam abstulit deus patris nostri, nobis erit & filiis nostris. Prostituit nos (inquiunt) ad suum lucrum pater noster,vnam dedit pro alia,quo vtrisque tandem exoneraretur,oppressit te iniuria in damnum nostrum & filiorum.Dei autem tui gratia,dolus suus cessit in profectum nostrum.Dicitur autem hoc loco deus opes tollere vni, C & alteri conferre, quia non augebat vltra substantiam, vt antea, patri fœlicitas cessarat in gregibus, quinimmo econtra in Iacob gregibus florebat. *Vnde omnia quæ præcepit tibi deus, fac.* CHRYSOSTOMVS. Vide & has sequentes dei arbitrium,& afferentes rationem cui contradici non potuit.Non est aliquid commune nobis cum patre nostro, semel enim nos alij dedit. Et quid dicimus dedit, vendidit potius, & precium nostrum comedit. Diuitias & gloriam quam abstulit deus à patre nostro,& dedit tibi,nos habebimus. Ne cessa igitur, neque differ, sed fac quæ tibi à deo tuo sunt imperata. Nunc igitur quæcunque dixit tibi deus tuus fac. CAIETANVS. A quo nihil potest nisi iustum dici. AVCTOR CATENAE. Cum deus tecum sit, patrem dimittimus & matrem, tibi adhærentes, quo te deus vocat abi, nos enim quocunque perrexeris comitabimur. CHRYSOSTOMVS. Hæc vt audiuit Iabob, *Surrexit, & impositis liberis ac coniugibus super camelos, abiit.* AVCTOR CATENAE. Filiis scilicet vndecim,filia vna,& vxoribus quatuor. *Tulitque omnem substantiam suam, & greges,* D *& quicquid in Mesopotamia acquisierat,pergens ad Isaac patrem suum in terra Chanaan.* CHRYSOSTOMVS. Considera obsecro fortitudinem animæ iusti,& quomodo repulso omni mentis angore ac metu,mandato dominico obtemperauit. Quoniam enim vidit male sanam mentem Laban, non vltra sicut prius interrogare eum voluit, sed quod imperatum erat à domino,implebat. Et acceptis mulieribus & pueris, iter arripuit. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Ecce qualis vir iustus esse debet,si inuidia fuerit exorta. Primum vt declinet eam,melius est enim sine lite abire,quam residere cum iurgio. Deinde vt talia possideat quæ secum auferre possit, vt in nullo teneri ab aduersario possit obnoxius. RVPERTVS. Vidisti quomodo verba filiorum Laban,Iacob in bonum cooperata sunt,& illa vultus eius austeritas? Bonum quidem erat illi audire vocem domini dei,dicentis,Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam,eróque tecum, & imitatorem esse perpetuum obedientiæ & peregrinationis, vt hæres quoque in æternum existeret benedictionis Abraham aui sui,& Isaac patris sui,quibus non parua cura fuit nunquam reuerti illuc,vnde vt exirent præceperat illis E deus.Vnde est illud,Caue ne filium meum reducas illuc.Ac deinceps,Filium tantum meum ne reducas illuc. Igitur & hæc quæ prædicta sunt,& ea quæ postmodum ad Rachel & Liam loquutus est, sed pater vester circunuenit me,& mutauit mercedem decem vicibus,& cætera,in illud bonum sancto viro cooperata sunt,vt quò vocabat deus,illuc ipsa aduersitate impellente citius sequeretur.Nihilominus & ipsis coniugibus in idipsum bonum cooperata est inclementia patris non amabilis, de quo conquestæ sunt,& dixerunt, Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nónne quasi alienas reputauit & vendidit, comeditq; precium nostrum? Hoc vento aduerso nauigium fœliciter impellente, vltro portum aspexerunt, & dixerunt,Omnia quæ præcepit tibi dominus,fac. Hæc (inquam) illis quoque cooperata sunt in bonum suum, vt citius talem sequerentur virum,& cum patribus tanti meriti,promissiones acciperent eorundem patrum,essentque in exemplum spiritualium ad institutionem animarum, qualium cuilibet in psalmo dicentem audiuimus spiritum sanctum,siue patrem Christi deum,Audi filia,& vide,& inclina aurem tuam,obliuiscere populum tuum, & F domum patris tui,& concupiscet rex decorem tuum.Nam sicut illas coniuges Iacob aduersa hæc impulerunt, vt illum relinquerent patrem, qui filiarum comedisset precium, & talem sequerentur virum, sic & aduersa mundi plerunque dilectam deo iuuant animam,vt anhelantius tendat ad deum. Vnde & illi per prophetam dicit deus, Osee.2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos,& non apprehendet eos,& quæret eos, & non inueniet.Et dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc,magis quàm nunc. Ipse nanque Iacob antequam eiusmodi spinis offensus fuisset, cum adhuc molliter exciperetur,dicente Laban,inueniam gratiam in conspectu tuo, experimento didici, quod benedixit mihi deus propter te,& cætera,tardauit reuerti,& dixit,si feceris quod postulo,iterum pascam & custodiam pecora tua.Nunc autem vbi læsus fuit,surrexit,ait sciptura, & impositis liberis & coniugibus suis super camelos,abiit,pergens ad Isaac patrem suum in terra Chanaam.Ita & in cæteris planum est, veram esse sententiam Roma.8. Apostoli,dicentis,Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,his qui secundum propositum

situm vocati sunt sancti. CAIETANVS. Pro Mesopotamia,iuxta Hebræum habetur in padan aran, quæ G
sæpe commemorata est. AVCTOR CATENAE. Et ita voluntate dei & consensu vxorum, in tempore
fugam instruit cum grandi substantia, quæ significatur ex segregatione inferius describenda, & repetitione frequenti. *Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues.* RVPERTVS. Et si non aliunde,saltem ex hoc satis aduertere potuerat Iacob,quòd non esset facies Laban erga se sicut heri & nudiustertius,quia quod apud antiquos magnæ frequentiæ amicorum,& festiuæ erat lætitiæ,absque ipso qui custos gregum erat,ille agebat.Nam illo relicto, & omnibus qui ad illum pertinebant, tam coniugibus quam filiis, ierat ad tondendas oues suas. AVCTOR CATENAE. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues. Superabundat,eo tempore, sed tantum est in Hebræo,Et Laban abierat ad tondendas oues suas. Greges vtrique distabant prouidentia dei,itinere trium dierum. Solennibus epulis,& amicorum congratulatione oues tondebantur, vt patet de Abigail & Absalone. Inuidiam ergo portẽdebat,quod minime Iacob cum filiabus iuerat inuitatus. *Et Rachel furata est idola patris sui.* CHRYSOSTOMVS. Neque hoc absque causa nobis propositum est,sed vt sciamus,quomodo adhuc paternam habentes consuetudinem,idolorum cultui addictæ erant.Animaduerte enim quantum in hoc studij impenderint, cum nihil aliud à patre auferre voluerint quam idola eius, idque faciebant ignorante viro, neque enim ille hoc permisisset fieri. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Sciendum autem, quod vbi nũc idola legimus,in Hæbræo תְּרָפִים Theraphim scriptum est,quæ Aquila,μορφώματα,id est figuras,vel imagines interpretatur.Hoc autẽ ideo dico,vt sciamus quid in Iudicũ libro theraphim sonet. IDEM MARCELLAE. Verum quia supra promiseram me si spacium distandi fuisset:de Theraphim quoq; breuiter disserturum,nec quisquam interim interpellator aduenit.Scito theraphim ab Aquila,μορφώματα,interpretari,quas nos figuras siue figurationes possumus dicere.Nam in eo loco,quando Saul misit nuncios,vt acciperent Dauid:& resH
ponderunt vexari illum grauiter,misit rursum dicens: Afferte illum in lecto ad me, vt occidam illum : & venerunt nuncij,& ecce cenotaphia in lecto,pro cenotaphiis, in Hebræo theraphim, id est μορφώματα posita sunt: & I
non decor caprarum,vt nostri codices habent,sed puluillus de caprarum pelle consutus : qui intonsis pilis, caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur.Vt autem vtriúsque sermonis veritatem pariter explicem,in Osee comminatur deus se à populo fornicante omnem gratiam ablaturum,dicens:quod diebus multis sedebunt filij Israël sine rege & principe,sine sacrificio,sine altari,& sine sacerdotio & manifestationibus. Pro sacerdotio & manifestationibus,in Hebræo est,sine ephod,& sine theraphim,sicut Theodotion & Symmachus transtulerunt. Ex quo intelligimus in ephod,iuxta Septuaginta quoque qui sensum magis,quàm verba interpretati sunt, sacerdotium interpretari : in theraphim vero,id est figurationibus vel figuris,varia opera,quæ theraphim vocantur, intelligi. Nam & in Exodo cæterisque locis, vbi describuntur vestes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, id est varium atque depictum esse factum describitur : ita tamen, vt vau literam Cherubim non habeat, quia vbicunque cum hac litera scribitur,animalia magis quàm opera significat.Iuxta igitur hunc sensum & Micha cum veste sacerdotali,cætera quoque quæ ad sacerdotalia pertinent ornamenta, per theraphim fecisse monstratur. GENNADIVS. Quantum autem ex diuina historia colligi potest,Liam longe magis piam fuisse quam Rachelem K
intelligimus.Denique cum idola furata esset,non ea contriuit,sed secum in itinere tulit.Huius etiam pietatis ergò existimandum est,deum sterilem vuluam citius Liæ aperuisse quam Rachel,eique concessum,vt vna cum viro suo eodem in monumento conderetur,quemadmodum Saræ cum Abrahã,& Rebeccę cum Isaac. THEODORETVS. Quod Rachel idola patris sui furata sit,ideo factum esse nonnulli tradiderunt, quod adhuc illa amaret.Ego verò contra sentio, vt scilicet patrem suum à superstitione liberaret, id fecisse. Pietatem enim ipsius Rachel aduersus deum scriptura edocet,cum ait,Recordatus autem est deus Rachel,& exaudiuit illam deus, & aperuit vuluam eius. Et cum sterilem se esse cognosceret, deum orauit, vt filios sibi daret. Et cum peperisset, ait, Abstulit opprobrium meum deus. AVCTOR CATENAE. Idola ergo seu theraphim hoc loco statiunculæ,imagines & figuræ falsorum deorum dicuntur,quæ quidem ex sese responsa dandi nullam vnquam habuerunt virtutem,sed tantum cum ob peccata hominum eis fidem habentium,ad illorum damnationem, vt scilicet L
in peccato suo morerentur,permisit iustus dominus. Alij imagines quasdam fuisse dicunt, iuxta quarum inspectionem gentes vanitate deceptæ, faciebant vel omittebant opus.Cuiusmodi figuras insulsi quidam Astrologi facere solent sub certis constellationibus,putantes illas capaces cœlestium influxuum, toto tamen (vt dicitur) cœlo cum suis planetis aberrantes. *Noluitque Iacob confiteri socero quod fugeret.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et furatus est Iacob cor Laban Aramæi, eo quod non nunciasset ei quod fugeret. Manifestat Moyses quod Laban in corde suo disposuerat,vt diuitiæ Iacob non transferrentur ex Aran,& propterea significanter dicit Laban Aramæi.Affectus enim ad patriam illam insinuatur cum confidentia in Aramæis, ad impediendum Iacob,si recedere vellet.Et hoc consilij latentis in corde Laban,quia Iacob non manifestando recessum suum socero abstulit,dicitur quod furatus est cor Laban.Ad similitudinem siquidem furis abstulit consilium, quod erat in corde Laban. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera huiusmodi est hoc in loco וַיִּגֹּב יַעֲקֹב אֶת לֵב לָבָן הָאֲרַמִּי עַל בְּלִי הַגִּיד לוֹ כִּי הוּא M
vaignob Iaakob eth leb Laban haarammi,al beli higid lo chi boreah hu,Et furatus est Iacob cor Laban Aramæi,eo quod non indicauit ei quod fugeret. Chaldaica, Et celauit Iacob à Laban Syro,& non indicauit ei quod ipse proficisceretur. Ita & Septuaginta, nisi quod loco verbi proficisceretur, habent,quod fugit.Furatus est igitur Iacob cor Aramæi,quod est,locutione Hebraica,moliri quiddam præter alicuius conscientiam,alteri ignoratum tentare. Noluit indicare socero se fugere, non quod impijs placeat, cogitandum,cum domini voluntatem probe tenemus.An cor Laban,substantiam quam proficiscens Iacob abstulit vocat,iuxta illud domini,Vbi est thesaurus tuus,ibi est & cor tuum. Mysticè.

THEODORETVS. Quod autem Rachel idola patris furata sit,magni mysterij figuram fuisse arbitror. Deus nanque populos duos habuit,vnum qui velatum cor haberet, alterum fidei pulchritudine insignitum. Iacob quoque duas vxores habuit,Liam infirmis oculis,& Rachel pulchram valde,& decoram aspectu, & natu maiorem fœcundam, minorem verò sterilem, quæ tamen postmodum diuina gratia multos filios genuit. Ita etiam

ecclesia

A ecclesia ex gentibus congregata, vt ait Apostolus, prius sterilis erat, postmodum tamen plurimos filios habuit, quam synagoga.Et quia seruatori deo credidit,maiorum suorum errores radicitus euellere conata est. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Lia (sicut supradiximus) significat illam plebem,quæ de Iudæis iuncta est Christo.Rachel verò ecclesiæ,id est omnium gentium typum gessit,& ideo Lia non est furata idola patris sui,sed Rachel,quia post aduentum Christi non vsquequaque synagoga idolis seruisse cognoscitur,sicut de ecclesia gentium manifestissime comprobatur,& propterea non apud Liam,id est synagogam, sed apud Rachel quæ typum gentium præferebat,idola Laban legimus latuisse. RVPERTVS. Sed & aliter.Sane in eo quod dicitur Rachel furatam idola patris, sciendum quod hoc loco primum scripturæ auctoritas idolorum nomen vel cultum
præsentat.Recte ergo in illa euangelica lectione,qua legitur mulier à duodenni fluxu sanguinis sanata, & puella Matth.9. Mar.5. Lucæ.8.
duodennis resuscitata,illud diuinum à patribus animaduersum est, quia quando mulier sanata est, tunc puella
B mortua est,sicut quando mulier cœpit infirmari,tunc illa puella nata est, in typum videlicet gentilitatis & synagogæ,quia quando gentes in idololatriã fluere cœperunt,tunc in istis patribus,Abraham,Isaac,& Iacob, synaga nata est, & quando gentilitas per fidem Christi sanata, tunc synagoga præ inuidia & infidelitate mortua est. Porro Rachel quæ idola furata est,claret quia perfectæ fidei nõdum erat.Sed antequam obiret, opportune nimis ad Iacob dictum est,Abiicite deos alienos,qui in medio vestri sunt,& mundamini,ac mutate vestimenta vestra. Gene.35.
Dederunt ergo ei.At ille infodit eos subter terebinthum.Nec multo pòst scriptum est,Mortua est autem Rachel, & sepulta est in via,quæ ducit Ephratam,hæc est Bethleem.Non ergo paruo bono suo virum fidelem sortita vel
sequuta est,cuius fide saluata est.Sanctificata est quippe mulier infidelis per virum fidelem.Et proinde recte & ra- 1.Cor.7.
tionabiliter ab Apostolo dictum, si quis frater habet vxorem infidelem,& hæc consentit habitare cum eo,non dimittat virum. Et mittet eam.Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Et post pauca,Vnde enim scis mulier,si virum saluum facies? Aut vnde scis vir,si mulierem saluam facies?

C *VNque abiisset tam ipse quam omnia quæ iuris sui erant, & anme transmisso pergeret contra montem Galaad, nunciatum est Laban die tertio quod fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad. Viditque in somnis dicentem sibi dominum, Caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob. Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum. Cunque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob, Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere uoluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio & canticis & tympanis & citharis? Non es passus ut osculare filios meos ac filias. Stulte operatus es. Et nunc quidem ualet manus mea reddere tibi malum, sed*
D *deus patris tui heri dixit mihi, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Esto,ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui,cur furatus es deos meos?* 3

CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro,etiam hic magnam dei prouidentiam, quomodo iustus tam procul aufugit,& non conceditur Laban vt eius secessum sciat,ait ergo, *Cunque abiisset tam ipse quam omnia quæ iuris sui erant, & anme transmisso pergeret contra montem Galaad, nunciatum est Laban die tertio quod fugeret Iacob.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera,Et transiuit fluuium, & venit in montem Galaad.Non quod eo tempore ita diceretur,sed per anticipationem, frequenter diximus, illo vocatur nomine, quo postea nuncupatus est. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Galaad, mons ad quem septimo die profectionis è Charris Iacob profugus venit. Est autem ad tergum Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copula-
E tus, extenditúrque per desertum vsque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim rex Seon Amorræorum.Cecidit supradictus mons in sortem filiorum Ruben,Gad,& dimidiæ tribus Manasse.Sed & Hieremias loquitur,Galaad tu mihi initium Libani, à quo monte & ciuitas in eo condita,sortita est vocabulum,quam & cepit de Amorræorum manu Galaad, filius Machir,filij Manasse. CAIETANVS. Fluuius autem iste de quo loquitur hic scriptura,Euphrates est,diuidẽs Mesopotamiam à Syria. AVCTOR CATENAE. Non hic necesse est fingere cum Iudæis miraculum siccati Euphratis, quod Moyses non tacuisset. Ponere autem faciem ad locum,vt sonat hic Hebraicum,est illuc sedulo conari ac tendere. *Qui assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad.* Fratres suos filios & cognatos qui secundum scripturæ morem fratres etiam dicuntur,vocat.Vel fratres non solos consanguineos,sed etiam vicinos & seruulos intelligit. Multos enim assumpserat,quorum manu, Iacob iam seruis multis & familia instructum, violenter reducere consilium erat.Viam septem dierum festinus conficit,nullo vt Iacob, animalium & paruulorum ac mulierum impe-
F dimento remoratus. *Viditque in somnis dicentem sibi dominum, Caue ne quicquam aspere loquaris contra Iacob.* CHRYSOSTOMVS. Obsecro hic quoque attendas dei prouidentiam.Nam qui dixit,Reuertere in terram tuam, & ero tecum,ille etiam nunc suam declarat curam. Quia enim vidit Laban cum multa indignatione persequi iustum,& pœnam furtiui secessus,vt ita dicam,sumpturum,apparuit Laban nocte in somno,vt territa eius mente, impetum eius coerceat à Iacob. Caue ergo (inquit deus Laban) ne quicquam mali loquaris contra Iacob. Magna dei benignitas,magna domini obsequela,quia enim sciebat ad pugnam contendentem,& contra iustum insurgerevolentem,verbo mentem eius quasi aufert,& dicit,Serua te,ne loquaris cum Iacob mala,perinde ac si diceret,Caue ne vel verbis offendere Iacob coneris,sed serua te ipsum,contine malum tuum impetum, comprime furorem,refrena iratum tuum animum,& ne vel verbo ipsum contristari velis. Et considera dei prouidentiam. Non imperauit Laban,vt ad propria reuerteretur, sed solum prohibet, ne quid durum vel molestum cum iusto loquatur.Quare & propter quid? vt discat per opera ipsa iustus, quantam sui curam gerat deus. Nam si reuersus

fuisset

Universidad de Deusto Biblioteca

fuiſſet Laban,vnde ſciuiſſet Iacob & vxores ? Ideo permittit ei vt abeat,& lingua ſua confiteatur, quæ deus dixit G
ad ſe,quo & iuſtus maiorem alacritatem habeat proficiſcendo,fiduciámque accipiat,& vt filiæ ſuæ diſcant,quan-
to ſtudio deus omnium dominus Iacob curet, reiiciántque errorem paternum, & imitentur iuſtum, notitiæ dei
ſufficientem doctrinam inde accipientes.Neque enim ſic fide digna erant,quæ Iacob dicebat,vt quæ à Laban di-
cebantur,qui adhuc idola colebat, ſemper enim infidelium & aduerſantium religioni teſtimonia maiorem ha-
bent fidem.Et hoc eſt ex omnipotenti ſapientia dei, vt inimici veritatis, fiant ipſi teſtes veritatis, & ſua lingua
prædicent. RVPERTVS. Non autem audiuit hic deum vocantē ſe ex nomine,vt vocare ſolitus erat Iacob:
nec enim eius erat meriti,propter quod noſſet eum deus ex nomine,ſed tantum modo vidit,ſcilicet iratum,com
minantem & dicentem,Caue.Nempe & hoc ipſum quod vidit,non propter ſe,ſed propter alium vidit, vt ſciret
ille,quantam ſui curam gereret deus,propter quem indigno illi apparere,vel ab indigno videri dignaretur.Sic &
Gene.26. propter Iſaac Abimelech corripuit,& propter Abraham Pharaonem flagellauit, & Abimelech increpauit, iuxta
Ge.12.&.20 Pſalmiſtam dicentem,Non reliquit hominem,ſubintellige Laban,nocere eis,& corripuit pro eis reges, ſubaudi- H
Pſal.104. tur Pharaonem & Abimelech. GLOSSA GRAECA. Quando igitur deus ad viros minime laudatos ac
probos venit,id in gratiam ſanctorum ſuorum facere dicendus eſt,vt ad Laban propter Iacob,ad Balaam propter
populum ſuum Iſraël. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Caue tibi ne quando loquaris cum Iacob à
bono vſque ad malum,& ſumitur loqui pro facere.Eſt enim ſenſus,Caue tibi ne facias mali aliquid Iacob. Quod
autem dicit à bono,ſpectat ad hoc quod dictum eſt ei, vt nec bonum nec malum aliquod inferret Iacob. AV-
CTOR CATE. Multa hic verba deſiderantur quæ ſunt in Hebraica litera, quæ huiuſmodi eſt וַיָּבֹא אֱלֹהִים
אֶל לָבָן הָאֲרַמִּי בַּחֲלֹם הַלָּיְלָה וַיֹּאמֶר לוֹ הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן תְּדַבֵּר עִם יַעֲקֹב מִטּוֹב עַד רָע Vaiabo elohim el Laban haaram-
mi bahalom haláila,vaiómer lo hiſſamer lecha pentedabber, im Iaakob mitob ad raa, Et venit deus ad Laban
Aramæum in ſomnio noctis, & dixit ei, Caue tibi ne forte loquaris cum Iacob à bono vſque ad malum. Sic &
Septuaginta,excepto quod phraſin Hebraicam mutarunt, dicentes, μήποτε λαλήσῃς πρὸς Ἰακὼβ πονηρά, Ne forte
loquaris ad Iacob mala.Chaldaica,Et venit verbum à facie dei ad Laban Syrum in ſomnio noctis,& dixit ei,Ca I
ue tibi ne loquaris cum Iacob à bono vſque ad malum. Et Hebraiſmus eſt, pro caue ne aliud quippiam loquaris
cum eo niſi quod bonum eſt.Alij autem ſic exponunt,ne loquaris ad eum bonum,vt reducas eum,neque malum,
vt noceas ei.Vel proſpice tibi,ſerua te ipſum,ne incipiens à verbis pacificis loqui ad Iacob,deflectas paulatim,de-
cidáſque ad contumelioſa improperia,damna vel iniurias.Aut ſimpliciter dictum,ne loquaris ei quicquam, mul
ta enim ſub ſpecie boni male loquimur.Sed priores ſenſus meliores,nam loquutus eſt multa Laban cum Iacob,vt
ſtatim videbimus.Vides ergo quod nuſquam deus præſentior eſt fidelibus,quàm dum grauius periclitantur,non
enim dormit qui cuſtodit Iſraël, terret malos, ne bonos offendant. Deinde ſequitur וַיַּשֵּׂג לָבָן אֶת יַעֲקֹב Vaiaſſeg
Laban eth Iaakob, Et comprehendit Laban Iacob.Sic & Chaldaica & Septuaginta,quæ verba in noſtra æditione
deficiunt.Vitauit enim interpres repetitionem Hebræo idiomati propriam, ſufficeréque putauit quod ſupradi-
ctum eſt,Et comprehendit eum in monte Galaad. *Iámque Iacob extenderat in monte tabernaculum.* INTERLI- K
NEARIS. Id eſt tranſitorium habitaculum. *Cúnque ille conſecutus fuiſſet eum cum fratribus ſuis, in eodem monte Ga
laad fixit tentorium.* AVCTOR CATENAE. Iuxta Hebræum habetur locus iſte וְלָבָן תָּקַע אֶת אֶחָיו בְּהַר
הַגִּלְעָד Ve Laban takaa eth echaf behar hagilad, Et Laban tetendit ſeu fixit,ſcilicet tentoria cum fratribus ſuis in
monte Galaad.Chaldaica,Et Laban collocauit fratres ſuos in monte Galaad,ſic & Septuaginta. Et licet idem ſit
ſenſus,attamen verbum תָּקַע proprie figere & tendere tabernacula ſignificat.Et conſidera quomodo propter vi-
ſionem prædictam non eſt auſus Laban inuadere Iacob. *Et dixit ad Iacob, Quare ita egiſti, ut clam me abigeres filias
meas quaſi captiuas gladio?* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo præceptum dei magnum illius calorem re-
preſſit,& furorem refrenauit,& idcirco cum magna manſuetudine colloquium habet cum eo,qua ſeſe excuſat,&
paternam dilectionem erga illum declarat. Quando enim ſuperna prouidentia nobis aſſiſtit, non ſolum malo-
rum hominum inſidias effugere poſſumus,ſed etſi in beſtias ipſas incidamus, nihil aduerſi nobis euenit. Omni-
um enim dominus ſuæ virtutis abundantiam declarans,& beſtiarum mutat naturam,& in oues manſuetas tranſ L
format,non quod beſtialem eis prorſus naturam auferat,ſed relicta ad tempus natura, eas oſtendere facit ouium
morem & naturam.Idque non ſolum in feris hoc quis videre poterit,ſed & in elementis ipſis,quando enim vult,
Da.3.&.14. tunc & elementa ipſa naturæ ſuæ obliuiſcuntur,& neque ignis facit quod ignis ſolet.Et hoc quoque diſcere pote-
rit aliquis tam in tribus pueris,quàm in Daniele.Nam hunc leones ſicut oues circundabant, & ſuperna gratia re-
tuſa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant.Nam quod ferocitatem non exercerent feræ,hi qui feris tru
culentiores erant,re ipſa diſcebant.Hoc autem ad maiorem illorum accuſationem factum eſt, quia ratione inſi-
gniti, crudelitate beſtias ratione carentes vincebant. Tandem didicerunt cum in lacum coniecti fuerunt, quod
non eſſet apparentia vana, quod leones iuſto pepercerant, quaſi reueriti eum, & non audentes eius contingere
corpus.Nam in illo imitabantur ouium manſuetudinem,& naturæ obliuiſcebantur,in iſtos autem ferociam ſu-
am declarabant.Similiter & in fornace ignis factum eſt,nam eos qui intus erant,inque medio igni æſtuabant,re-
uerebatur elementum,& non vrebat ignis,ſed quaſi ligata operatione ſua,ita nihil nocebat illorum corporibus,& M
neque capillos eorum attingere auſus fuit,quaſi mandato alicuius elementum propriam declarare virtutem pro-
hiberetur,hos autem qui iuxta fornacem erant, abſumpſit.In vtroque magna dei potentia declaratur, & quia illi
intus manſerunt illæſi,& quia qui foris erant,perierunt.Sic quando ſuperna gratia munimur, non ſolum effugi-
mus inimicorum inſidias,ſed & ſi in beſtias ipſas incidimus,nihil patiemur graue.Dei enim manus potentior eſt
omnibus,ipſa nos vndequaque ſatis munit,& inuictos facit,id quod & in iuſto hoc declaratum eſt.Nam qui tan-
to impetu comprehendere Iacob,& pœnam fugæ de eo ſumere volebat,non ſolum nihil aſperum & durum ad-
uerſus eum loquitur, ſed ſicut pater filium compellat, ita blandis verbis conuenit, dicit enim, Cur feciſti ita?
Quare clandeſtino abſceſſiſti ? Vide quanta mutatio, vide quomodo is qui vt beſtia inſaniebat, ouium imitatur
manſuetudinem.Quare ergo clanculo diſceſſiſti,& mea furtim abſtuliſti, & abduxiſti filias meas quaſi captiuas
gladio? CAIETANVS. Quare ita egiſti,vt clam me.Iuxta Hebræum habetur,Et furatus es cor meum,hoc
eſt,occulte

A eſt, occulte abſtuliſti id quod cordi mihi erat. AVCTOR CATENAE. Eſt enim vera Hebraica litera
מַה עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב אֶת לְבָבִי וַתְּנַהֵג אֶת בְּנֹתַי כִּשְׁבֻיוֹת חָרֶב me aſitha vatignob eth lebabi,vatenaheg eth benothai ciſ-
buioth hareb,Quid feciſti,& furatus es cor meū,& abduxiſti filias meas ſicut captiuas gladio.De quo dicvt ſupra.
Chaldaica vero legit,Quid feciſti?& cælaſti à me,& duxiſti filias meas quaſi captiuas gladio. Septuaginta vtranq;
poſuerunt lectionem,videlicet, ἵνα τί ἀπέδρας κρυφῇ, καὶ ἐκλοποφόρησάς με, καὶ ἀπήγαγες τὰς θυγατέρας μου, ὡς αἰχ-
μαλωτίδας μαχαίρᾳ. Quare fugiſti clam, & furatus es me, & abduxiſti filias meas quaſi captiuas gladio?
Cur ignorante me fugere uoluiſti, nec indicare mihi, ut proſequerer te cum gaudio & canticis, & tympanis, & citharis?
CHRYSOSTOMVS. Ac ſi dicat,Quare hoc feciſti?quid tibi viſum fuit?quid præ te tuliſti?quare ſic oc-
culto paraſti abitionem? Nam ſi annunciaſſes mihi, cum magno honore & lætitia fuiſſem te proſequutus.
RVPERTVS. Hæc dicens, cauit quidem iuxta comminationem dei, ne loqueretur quicquam durius
contra Iacob, ſed ipſam cautelam ſuam mendacio infatuauit, ita vt manifeſte ex ore ſuo redarguendus ſit. Si e-
B nim hæc illum cura tangebat, quod non fuiſſet paſſus Iacob vt proſequeretur ſe cum gaudio & canticis & tym-
panis & citharis,quare illum ſicut ipſe fatetur,corripuit deus,ne durius quicquam loqueretur? Rectius ergo ſibi
cauiſſet,ſi verum confitens,deo & bene merito clienti,dignam ſatisfactionem citius obtuliſſet. CAIETA-
NVS. Cur ignorante me fugere voluiſti,nec indicare mihi? Deeſt vna clauſula intermedia. Legendum eſt,
quare abſconſus es ad fugiendum, & furatus es me, & non feciſti nunciare mihi? Dicit ſe furto ablatum meta-
phoricè,pro quanto,id quod eius intererat,occulte abſtulerat, priuando ipſum officio ſuo. AVCTOR CA-
TE. Eſt enim in Hebræo לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ וַתִּגְנֹב אֹתִי וְלֹא הִגַּדְתָּ לִּי Láma nahbétha libroah,vatignob othi
velo higádta li, Quare abſconditus es vt fugeres, & furatus es me, & non indicaſti mihi? & cætera. Chaldaica,
Quare occulte abiiſti, & cælaſti à me, & non indicaſti mihi? & cætera. Quæ tota clauſula deficit in Septuagin-
ta. Repetitiones iſtæ, magni doloris exprimunt acerbitatem. Quod autem ait, proſequerer, ſeu dimitterem te
C cum gaudio & canticis & tympanis & citharis, hoc eſt, cum iucunditate cordis, oris, & operis. *Non es paſſus ut
oſcularer filios meos ac filias. Stulte operatus es.* RABANVS. Filios ac filias Iacob, Laban ſuos more ſcripturæ
ſacræ, quo filios vel fratres cognatos appellat ſicut in ſequentibus oſtenditur, vbi ſcriptum eſt, Dixitque Iacob
fratribus ſuis, Afferte lapides, filios, fratrum nomine nuncupans. Et in euangelio filij Mariæ materteræ domi-
ni, fratres eius appellat. AVCTOR CATENAE. Stulte operatus es, additur in Hebræo עֲשׂוֹ aſo, faci-
endo, & Hebraiſmus eſt. CHRYSOSTOMVS. Sed vide quomodo nunc ſemetipſum arguit, & per lin-
guam ſuam fatetur, quia ipſe quidem iuſtum male afficere paratus fuerit, dei autem prouidentia à molimine
ſuo ſe impediuerit. AVCTOR CATENAE. Sic mali homines coguntur dei virtute aliquando dicere ve-
ritatem contra ſe, ſicut patet de Balaam. *Et nunc quidem ualet manus mea reddere tibi malum, ſed deus patris tui heri di-* Nume.24.
xit mihi, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. CHRYSOSTOMVS. Cogita hic quanta conſolatione iu
ſti facta fuerint verba hæc, & conſidera quomodo hic effatur, quæ aduerſus iſtum decreuerat, & qualiter eum
D comprehendere voluerit, & quod timor dei à malis conſiliis impediuerit. Deus patris tui (inquit) dixit mihi, &
cætera. Vide quomodo & ipſe Laban non parum vtilitatis hinc perceperit, maximam inde virtutis dei faciens
demonſtrationem, ex his quæ ſibi dicta fuerunt. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et deus patris
veſtri. Deum cultum ab Abraham & Iſaac, appellat deum patris veſtri. Heri. Dictio Hebraica plus ſignificat,
puta nocturnam partem heſterni diei. Dixit mihi, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Iuxta He-
bræum, Caue tibi ne loquaris cum Iacob à bono vſque ad malum. Quod prius expoſitum eſt. AVCTOR
CATENAE. Et nunc quidem valet,& cætera.Eadem ſententia ſub aliis verbis eſt in Hebræo videlicet יֶשׁ לְאֵל
יָדִי לַעֲשׂוֹת עִמָּכֶם רָע ies leel iadi laaſoth immacham raa, Eſt poteſtas in manu mea ad faciendum, ſeu vt face-
rem, vobiſcum malum. Ita & Chaldaica. Septuaginta autem noſtræ æditioni conſonant. Et quod ſequitur,ſed
deus patris tui & cætera,Hebraicè eſt, וֵאלֹהֵי אֲבִיכֶם אֶמֶשׁ אָמַר אֵלַי לֵאמֹר Velohe abichem émes amar elai lemor,
Sed deus patris veſtri heſterna nocte ait mihi, dicens. Ita & Chaldaica. Septuaginta cum noſtra æditione con-
E cordant. Et idem vbique eſt ſenſus. Demum quod apud nos eſt, Caue ne loquaris contra Iacob quicquam du-
rius, In Hebræo eſt, bono vſque ad malum, ſicut & ſupra. Sic ergo prouidentia diuina fidelibus ſeruiunt malo-
rum voluntas, verba & opera. Secus hic Laban omnia operatur, atque cogitauerat, vel ſecum prius ſtatuerat.
Eſto, ad tuos ire cupiebas, & deſiderio erat tibi domus patris tui, cur furatus es deos meos? CHRYSOSTOMVS. O
excellentem inſipientiam. Tales ſunt dij tui, vt quis eos furari queat? Non erubeſcis, dicens, Quare furatus es
deos meos? Vide quanta fuit erroris grauitas, hi qui ratione præditi, colunt lapides & ligna. Et ſunt hi dij tui ô
Laban, qui neque cum furaturi ſe quidam erāt, iuuare ſe potuerunt? vel quomodo,qui lapidei? Deus autem iu-
ſti,& ignorante iuſto impetum tuum coërcuit,& non cogitas erroris magnitudinem,& iuſtum furti arguis?Qua
re iuſtus illos furari voluiſſet,quos abominabatur,imò quos ſciebat eſſe inſenſatos lapides? INTERLINEA-
RIS. Notandum quod hic primo inuenimus deos gentiū.In ſuperioribus enim ſcriptura deum tantum nomi-
F nauit.Sicut ergo gentilis homo loquitur,qui deorum pluralitatem ponebat. CAIETANVS. Idola ſua ap-
pellat diuino nomine elohe,quia colebat ea diuino honore. Et hinc habes quod Theraphim quos furata eſt Ra-
chel,ſignificat ſpeciem idolorum., nam ipſe Laban appellat Theraphim elohe meos. AVCTOR CATE.
Eſto,ad tuos ire cupiebas,& cætera.Ea quidem eſt ſententia,optime ab interprete latinitati accommodata,ſed in
Hebræo paulo diuerſa verba ſūt,videlicet וְעַתָּה הָלֹךְ הָלַכְתָּ כִּי נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה לְבֵית אָבִיךָ Veata haloch halacta chi ni
chſoph nichſaphta lebeth abicha,Et nūc abiēs abiiſti,quoniā cupiēs cupiebas domū patris tui.Ita & Chaldaica:Vel
deſiderio deſideraſti ad domū patris tui.Et Hebraiſmꝰ eſt,affectꝰ magnitudinē exprimēs,ſicut & illud,Deſiderio
deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcū.Septuaginta, νῦν οὖν πεπόρευσο, ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησας εἰς τὸν οἶκον τοῦ πα-
τρός σου ἀπελθεῖν,Nūc ergo vade,deſiderio enim deſideraſti in domū patris tui abire.Quare furatus es deos meos?
Cōcedatur(inquit)tibi quod parentes & patriam videndi,præſertim poſt annos vigiti,magno tenereris deſiderio,
& abire volueris,ad quid tamen furari deos meos? Vides quales dij fuerint, qui furto tolli poterant, & quomodo
ſuos poterant cuſtodire cultores,qui ſe ipſos cuſtodire nequibant?

Universidad de Deusto Biblioteca

Mystice.

INTERLINEARIS ET AVCTOR CATENAE. Sanè in eo quod Laban Iacob fugientem per- G
sequitur postquam in monte Galaad fixit habitaculum,typus exprimitur diaboli dominum Iesum Christũ per-
sequentis,postquam in hoc mundo carnis suæ transitorium fixit tabernaculum.Posuit etiam Laban in monte ten
torium,voluit & ponere diabolus sedem suam in monte testamenti,conscendere super solium dei, & similis esse
altissimo. Dixit Laban ad Iacob', Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Dixe-
runt & dæmones, Quid tibi & nobis Iesu fili dei? venisti ante tempus perdere nos. Itémque animas de seruitute
ereptas gladio verbi tui à nobis abstulisti,& ascendens in cœlum,captiuam nostram tecum duxisti captiuitatem.
Ait ille,Cur ignorante me fugere voluisti,nec indicare mihi,vt prosequerer te cum gaudio & canticis & tympa-
nis & citharis? Dicat & iste,Cur tuum aduentum me cæsti? Si te cognouissem, non crucifixissem,sed cum in-
signibus regalis triumphi gloriam tuam celebrassem. Non es passus vt oscularer filios meos ac filias. Quasi di-
cat, non venisti mittere pacem sed gladium, qui venisti separare patrem à filio, matrem à filia, socrum à nu-
ru, virum ab vxore. Stultè operatus es, dum videlicet captus, ligatus, accusatus, consputus, colaphis cæsus, H
flagellatus, spinis coronatus, aceto potatus, demum in medio duorum latronum crucifixus. Sed valet quidem
manus mea reddere tibi malum, dum si non te, saltem membra tua persequi est animus. Sed deus patris tui di-
xit mihi, caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius, hoc est, non possum persequi, nisi quantum à deo
sum permissus. Non est ergo timendus, qui nihil potest nisi permissus. RVPERTVS. Sed & aliter. Etiam
vsque hodie Christum vel Christi alumnos, mundum fugientes, id est nihil in hoc mundo possidere cupientes,
insequitur mundus, dum eos semper quidem malis exemplis, nonnunquam etiam vi sibimet conformare niti-
tur. Vsque hodie, inquam, sic fugientes insequitur mundus, & vsque hodie Rachel insectatoris sui mundi ido-
la furatur. Quotiens enim hi qui habitu vel ordine religionis contemplatiuam pollicentur vitam, ad auaritiam,
quæ est simulacrorum seruitus,aspiciunt,ita vt nonnunquam de rebus ecclesiasticis fraudem faciant,siue(& quod
plerunque fit) spiritualia dei dona tribuant pro pecunia,Rachel veternosi patris sui furatur idola. I

4 RESpondit Iacob, *Quod inscio te profectus sum, timui ne uiolenter auferres filias tuas. Quod autem furti me arguis, apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. Hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola. Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ & utriusque famulæ, non inuenit. Cúmque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. Scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait, Ne irascatur dominus meus, quod coram te assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic delusa solicitudo quærentis est.* K

4 RVPERTVS. Supra quidem cum dixit Laban Iacob, stultè operatus es, loquendi tempus non erat vi-
ro sapienti, qui vtique non solum in hoc, verum etiam & in cæteris erat sapiens, licet eum simplicem scriptu-
ra superius appellauerit, dicendo, Iacob autem simplex habitauit in tabernaculis. Simplicitati nanque colum-
bæ, prudentiam serpentis sociauerat, & de vtroque vnam sibi sapientiam formauerat, quippe qui eluso Laban
diues reuertebatur, patrocinante sibi iustitia. Igitur cum stultitiæ coargueretur ab illo, dicente, stultè operatus
es, adhuc patienter siluit, vbi tamen ab eodem interrogatus est cur furatus es deos meos, sic ad interrogata de-
dit responsum, vt prius stultitiæ pelleret elogium. CHRYSOSTOMVS. Magna ergo mansuetudine de
obiectis criminibus se purgat, ait enim, *Quod inscio te profectus sum, timui ne uiolenter auferres filias tuas. Quod au-
tem furti me arguis, apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris.* Quia (inquit) videbam te non
bene erga me animatum, anxius fui, ne forte conareris auferre filias tuas & facultates tuas, & priuare me meis, L
sicut quondam fecisti. Ista igitur causa timoris fecit, vt clam te abirem. Cæterum apud quem inueneris deos
tuos, non viuet coram fratribus nostris. Vides quod ignorabat Iacob furtum à Rachele commissum? Vide e-
nim quanta austeritate supplicium decernit ei, qui furtum admiserat. Apud quem (inquit) inueniuntur,non vi-
uet coram oculis nostris. Non solum quia ablatum est, sed & quia furtim, qui fecerit, manifestam sui flagitij
pœnam feret. RVPERTVS. Quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. Tan-
quam diceret, quod inscio te profectus sum, non solum iniustitiæ non est argumentum, verum etiam stultitiæ
repugnans, sapientiæ vel rationis effectus. Stultus nanque is iure dicendus est, qui malum vnde sibi sentit im-
minere, non cauet. Ego autem mihi cauendum à te non dubius sciebam, quippe cum tu immutaueris merce-
dem meam decem vicibus. Si igitur non mihi cauissem,vt inscio te proficiscerer,cœlesti me ipsum tutelæ com-
mittens, & credens custodiæ quam mihi pollicitus est deus, tunc potius ego stultus damnis meis arguentibus
inuenirer. Porro de eo quod me furti arguis, cedo, nunc ius esto. Apud quemcunque inueneris deos tuos, ne-
cetur coram fratribus nostris. Fratres hic appellat filios suos, licet intelligere liceat aliquos cum Laban venisse M
propinquos quales iure fratres appellaret morevsitato. AVCTOR CATENAE. Quod inscio te profectus
sum. Desunt hæc verba in Hebræo,'& pro illis alia posita sunt,videlicet, כִּי יָרֵאתִי כִּי אָמַרְתִּי פֶּן תִּגְזֹל אֶת בְּנוֹתֶיךָ מֵעִמִּי chi iaréthi chi amárti pen tigzol eth benothécha meimmi, Quoniam timui quidem dicens, seu quia dixi,
ne forte violenter auferres filias tuas à me. Ita fere & Chaldaica & Septuaginta. Interpres autem vt sensus cla-
rior redderetur, verba illa præmisit. Perinde enim est responsio Iacob, ac si verba illa præcederent. Similiter &
quod sequitur,Quod autem furti me arguis, non est in Hebræo, sed per interpretem appositum.Hebraica autem
sunt eiusmodi עִם אֲשֶׁר תִּמְצָא אֶת אֱלֹהֶיךָ לֹא יִחְיֶה Im aser timeza eth elohécha lo ihie,Cum quo,vel apud quem,
inueneris deos tuos,non viuat.Illud autè quod sequitur,corã fratribus nostris,cũ inferioribus aptatur, vt dicetur
postea.Chaldaica hoc in loco admodũvariat ab Hebraica litera,iquiẽs,loc⁹ in quo inueneris deũ tuũ,nõ mmaneat
Forte locũ posuit p homine iacẽte in loco.Apud Septu. oia hęc hoc in loco desunt,sed inferi⁹ ponũtur,& dũtaxat
post priora

A post priora verba, Ne forte auferres filias tuas à me, habent, καὶ πάντα τὰ ἐμά, Et omnia mea. Non igitur libere
improperat fœuitiam, ingratitudinem, dolum, auaritiam, potentiam, odium, Laban. Non enim oportebat.
Sufficiebat timoris causam allegare, paternum illius amorem ad filias vxorúmque iacturam, sic mollis respon-
sio frangit iram. De dei auxilio minime diffidebat, non tamen ideo loquitur, aut agit negligentius quæ paci
commodabant, & per hæc ad primò obiecta respondet, vt decuit apprime prudentem. Quod autem iuxta ædi-
tionem nostram ait, Apud quemcunque inueneris deos tuos necetur corã fratribus nostris,perinde est ac si dice-
ret, coram filiis tuis & meis, & illis qui sunt de cognatione nostra. Sacra nanque scriptura (vt sæpe dictum est)
interdum cognatos fratres vocat, Iacob enim vnicum tantum habuisse fratrem constat, scilicet Esau, de quo
satis notum quia non erat ibi. Vel fratres hic iidem dicuntur qui supra cum Laban venerant, id est non solum
consanguinei, sed & vicini & seruuli. Ex hoc autem loco videtur deduci posse, pro simplici furto mors veniebat infligenda.
maxime vtebantur homines, cum nondum scripta lex data esset, pro simplici furto mors veniebat infligenda.
B *Scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer.* Hebraicè est, נֶגֶר אַחֵינוּ הַכֶּר לְךָ מָה עִמָּדִי וְקַח לָךְ Néged ahénu
hácer lechama immadi vekah lach, Coram fratribus nostris cognosce tuum quod apud me, & accipe tibi.
Chaldaica eodem modo. Eodem & Septuaginta, nisi quod verba illa, coram fratribus nostris, apud eos supe-
riori clausulæ aptantur, sicut & in nostra æditione. De furto igitur fideli suo deus ex charissima persona peri-
culum admittit, sed statim eripit. Adhibe (inquit) testes tibi fratres nostros quos voles, & scrutare vniuersam
supellectilem, vt scias quia nihil rerum tuarum absconderim. Quod si quid inueneris libere accipe, & apud
quem repereris, interfice. Sic fideles suos plerunque eximit de periculis maximis deus, dum ignorant. Nihil
ergo tutius semper, quàm se credere patri misericordiarum in omnibus. Ne autem putaretur Iacob menda-
cium dixisse, addit Moyses, *Hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola.* RVPERTVS. Igitur pro- Psal.104.
pheta quidem Iacob & propheta Isaac, sicut in psalmo, vbi dictum est, Nolite tangere christos meos, statim
subiungitur, & in prophetis meis nolite malignari, sed neque hic, qui domesticum furtum ignorauit, neque
C ille qui in benedicendo filio falli poterat, neque quisquam hominum vnquam omnia sciuit, vel semper subie-
ctum prophetiæ spiritum habuit, præter eum, qui homo cum sit, deus etiam est, & omnia scit, cum sit ipsa sa-
pientia dei. Non ergo parum in verbo contra semetipsum offendit, qui tam cito protulit sententiam, non ta-
men iniustam. Etenim si morte dignus est, qui idola colit, quanto magis qui pro amore idololatriæ furtum
facit? Imò si iustè aliqui Iudæorum, sicut in libro Machabæorum legitur, idcirco corruerunt, quia sub tunicis 2.Mach.12.
suis habebant de donariis idolorum, quanto magis iuste necari debuerat, qui ipsa furatus esset idola? Sed pe-
percit deus Iacob, vt lateret furtum sua prouidentia, simúlque eius qui furtum fecerat astutia. AVCTOR
CATENAE. Hæc dicens. In Hebræo non sunt hæc verba, sed tantum, & non sciebat Iacob quod Rachel
furata esset eos. Sed hoc parum est. *Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ & utriusque famulæ, non inue-
nit.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Secundum Septuaginta legitur, In-
trauit autem Laban, & scrutatus est in domo Liæ. Aduertendum est quomodo dicatur domus vxoris, cum in
itinere comprehensi sint à Laban. Nisi forte consuetudo scripturarum dicit domum pro cubiculo vel tentorio,
D quomodo etiam ancillarum domos dicit. AVCTOR CATENAE. Quælibet enim vxorum Iacob pro-
prium habuit tabernaculum, in quo cum filiis suis erat & operabatur. Dominum deum itaque sciebat ac crede-
bat Laban, sed non digne colebat, cum insuper idola tanti faceret vt pro eis propenderet in necem genero & fi-
liabus. Grandis etiam huius maleuolentia perpenditur, qui velut contra furem & mendacem mortis occasio-
nem perquirit, primo omnium tabernaculum Iacob scrutatus. Sed nihil potest impiorum peruersitas contra iu-
stos domino nolente. *Cúmque intrasset* (inquit) *tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli,
& sedit desuper.* CHRYSOSTOMVS. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriam magni-
faciunt. Posuit (inquit) idola subter stramenta cameli, & sedit super ea. Quid his magis ridiculum? quid his
stultius? Ratione præditi, & tantam à misericordia dei assequuti dignitatem, lapides insensatos putant colen-
dos, & neque in mentem suam accipiunt absurditatem, & à consuetudine sua quasi oues abducuntur. Et idcir- 1.Cor.12.
E co Paulus quoque scribens, dicebat, Scitis quando gentes eratis, ad idola muta quomodo euntes abducebamini?
Et recte dixit muta, Qui vocem (inquit) habetis & aures, & sermonis estis participes, ad ea quæ nullum sensum
habent, sicut bruta, abducimini. Et qualẽm qui talis est, veniam mereretur? CAIETANVS. Cúmque in-
trasset tentorium Rachelis. Deest vna clausula intermedia, legendum est, & exiuit de tabernaculo Liæ,& intra-
uit in tabernaculum Rachel. Prius summariè reliqua tabernacula inquisita narrauerat, modo ordinem narrat,
quod inter illa quatuor tentoria, vltimo inquisitum fuit tentorium Liæ, ita quod ex tentorio Liæ immediate
itum est ad tentorium Rachelis. AVCTOR CATENAE. Et vere est ita, nam Hebraicè est, וַיֵּצֵא מֵאֹהֶל
לֵאָה וַיָּבֹא בְּאֹהֶל רָחֵל Vaieze meóhel lea vaiabo beóhel Rahel, Et egressus est de tabernaculo Liæ, & ingressus
est in tabernaculum Rachel. Sic & Chaldaica. At interpres more suo breuitati studuit, repetitiones Hebraicas
fugiens,sicut & in superioribus videre licet.Idola igitur patris,Rachel posuit in stramenta cameli, & sedit super
ea,certe parum illa reuerita,forte enim non vt deos colendos credidit,sed pulchras imagines pro delitiis aspexit
F puerili more.Forte & id esse potuit,vt patrem ab impia eorum cultura postquam videret deperdita, reuocaret.
*Scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait, Ne irascatur dominus meus, quod coram te assurgere nequeo, quia iuxta con
suetudinem fœminarum accidit mihi.* AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Nemo
credat paternæ pietatis læsam esse reuerentiam, quod stante patre sedit Rachel, quoniam scriptum est,Qui plus Matth.10.
diligit patrem aut matrem quàm me,non est me dignus.Vbi causa agebatur religionis,fides debuit habere sedem
iudicij,& quasi rea stare perfidia. AVCTOR CATENAE. Scrutantiq; omne tentorium.Nostri fere omnes
verbum מָשַׁשׁ masas,in scrutari verterunt,cum tamen attrectare seu palpare significet, & illud idem sit verbum,
quod supra de Iacob scribitur,si contrectauerit me pater meus, & cætera. Verum non ignoramus contrectatio-
nem illam non fuisse sine scrutatione. Chaldaica, Et attrectauit Laban vniuersa quæ erant in tabernaculo. Se-
ptuaginta verò & ipsi ἠρεύνησε, Scrutatus est habent.Naturalis (inquit) consuetudo est assurgere maioribus, patri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptæsertim, sed tibi non assurgo, quia improuisa fœminea debilitas, seu consueti menstruorum fluxus non permittunt. Quasi ergo muliebria se pati innotuit. Locus est aduertendi viros, vt vxores humaniter tractent & patienter infirmitatum tempore. Et fœminas non curiosa sectandi, ac vafritiis suis non mendacia saltem nocitura, subito cõminiscendi, sed caueant omittere id, pro quo illas mentiri oporteat. *Sic deluſa ſolicitudo quærentis eſt.* RVPERTVS. Videlicet dum & afflictæ leuiter credit excusationi, & fœmineis ægrescit approximare immũditiis. CHRYSOSTOMVS. Magna Rachelis solertia, per quam deludere potuit Laban. CAIETANVS. Sic deluſa ſolicitudo quærentis est. Iuxta Hebræum habetur, Et perscrutatus est, & non inuenit idola. Nulla delusionis mentio est. AVCTOR CATENAE. Est enim huiusmodi Hebraica litera וַיְחַפֵּשׂ וְלֹא מָצָא אֶת הַתְּרָפִים Vaihappes velo maza eth hateraphim, Et scrutatus est, & non inuenit imagines, seu idola. Sic & Chaldaica & Septuaginta. Venuste tamen hoc ab interprete commutatum est.

Mysticè. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Reuertentem Iacob ad patriam suam, persecutus est Laban
Ser. 80. cum sociis suis, & scrutatus omnem substantiam eius, nihil de rebus suis inuenit. Et quia de suo nihil inuenit, te- H
nere eum omnino non potuit. Laban hic typum diaboli habuisse non incongrue dicitur, qui & idolis seruiebat, &
beato Iacob qui typum domini præferebat, aduersarius erat. Persecutus est ergo Iacob, & nihil apud eum de rebus
Ioan. 14. suis inuenit. Audi hoc & verum Iacob in euangelio dicentem, Ecce venit princeps huius mundi: & in me nihil
inuenit. Concedat nobis diuina misericordia: vt etiam in nobis nihil de suis operibus noster aduersarius recognoscat. Si enim de suo nihil inuenerit, tenere nos vel reuocare ab æterna vita non poterit. Et ideo fratres charissimi diligenter aspiciamus arcellas conscientiæ nostræ, perscrutemur latibula cordis nostri: & si nihil ibi quod ad
diabolum pertinet inuenimus: gaudeamus, & deo gratias referamus: & quantum possumus cum ipsius adiutorio
studeamus, vt ianuæ cordis nostri semper aperiantur Christo, & vsque ad finem claudantur diabolo. Si verò aliquid de operibus vel calliditate diaboli in animis nostris latitare cognoscimus, velut venenum mortiferum euomere vel expuere festinemus: vt cum nobis insidiari voluerit, & nihil quod ad se pertinet potuerit inuenire, con-
Psal. 43. fusus abscedat: & nos cum propheta gratias agentes, clamemus ad dominum, Liberasti nos ex affligentibus nos: I
Cap. 31. & eos qui nos oderũt cõfudisti. GREGORIVS TRIGESIMO MORALIVM. Diaboli ergo typum La
ban tenuit, quando cum furore veniens, sua apud Iacob idola requisiuit. Laban quippe interpretatur dealbatio.
Dealbatio autem non inconuenienter diabolus accipitur, qui cum sit tenebrosus ex merito, transfigurat se velut
angelum lucis. Huic seruiuit Iacob, id est ex parte reproborum Iudaicus populus: cuius ex carne incarnatus domi
nus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi: qui cum furore Iacob persequitur: quia electos quosque
qui redemptoris nostri membra sunt: persequendo, opprimere conatur. Huius filiam, id est siue mundi, siue dia-
Psal. 44. boli, Iacob abstulit cum sibi Christus ecclesiam ex gentilitate coniunxit. Quam & de domo patris abstrahit: quia
Coloss. 3. ei per prophetam dicit, Obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Quid verò in idolis nisi auaritia designa
tur? Vnde per Paulum dicitur: Et auaritia, quæ est idolorum seruitus. Laban ergo veniens apud Iacob idola non
inuenit: quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro vestigia concupiscentiæ terrenæ non repe-
rit, sed quæ Iacob non habuit: ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe quæ & ouis dicitur, ecclesia figura K
Psal. 126. tur. Sedere autem, est humilitatem pœnitentiæ appetere, sicut scriptum est, Surgite postquam sederitis. Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta ecclesia Christum sequens, terrenæ concupiscentiæ vitia per humilitatem
Psal. 31. pœnitentię texit, De hac coopertione vitiorum per Psalmistam dicitur, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &
quorum tecta sunt peccata. Nos igitur Rachel illa significabat, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ pœ
Psal. 30. nitendo damnamus. Quæ vtique auaritia illis non solet euenire, qui in via domini viriliter currunt, quibus dicitur, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, sed his maxime, qui quasi effœminato gressu gradientes, per blan-
dimenta seculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdem Rachelis hæc verba sunt, Iuxta consuetudinem fœminarum
nunc accidit mihi. Apud Iacob ergo idola Laban non reperit, quia exactor callidus, quid in redemptore nostro re
prehenderet, non inuenit. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Illud ergo mysticum,
quod venit ad Iacob Laban, hoc est, dealbatus, quia & satanas transfigurat se in angelum lucis, & cœpit ab eo sua
2. Cor. 11. requirere. Respondit ei Iacob, Cognosce si quid est tuorum apud me, hoc est, nihil tuorum habeo. Quære si quid L
agnoscis vitiorum tuorum & criminum. Nihil mecum abstuli, fraudum tuarum dereliqui consortia, illa non ha-
beo, omnia tua tanquam contagium refugi. Et quæsiuit Laban, & nihil suum reperit. Quam beatus vir, in quo ini
micus nihil inuenit, quod suum posset dicere, in quo diabolus nihil offendit, quod suum agnosceret. Impossibile
Ioan. 14. videbatur istud in homine, sed typum gerebat eius qui dixit in euangelio, Venit princeps mundi huius, & in me
inueniet nihil. Nihil est enim quicquid est diaboli, quod nullam potest habere perpetuitatem atque substantiam.
Ipse autem est qui præfigurabatur in Iacob, dominus Iesus sponsus duorum coniugiorum, hoc est, quidem legis &
gratiæ, qui virginem Rachel ante dilexit, & prædestinatam sibi in coniugium pio amore affectauit. Sed quoniam
alia tanquam lex subintrauit, & oculis infirmior obrepsit tãquam synagoga, quæ mentis cæcitate Christum, vide-
re non potuit, superabundauit gratia sanctæ Rachel, quæ supra primum illud est expetita coniugium, quæ eccle-
siæ principatum futurum iam tunc nominis sui interpretatione signabat. Beata Rachel quæ abstulit opprobrium M
suo partu. Beata Rachel quæ abscondit cultus errorésque gentilium, quæ simulacra eorum plena esse immunditiæ
declarauit. Secundum verò intellectum alium cognosce, si quid tuum est apud me. Et quæsiuit Laban, & nihil suũ
inuenit apud Iacob. Magnus vir, & vere beatus, qui nihil potuit suum amittere, nihil alienum habere, hoc est, nihil
minus habere, nihil superfluum. Itaq; ille perfect⁹ est, cui nihil deest, iustus, cui nihil supereſt. Hoc enim est iustitię
tenere mensurã. Quãta virtus, cui societas lucrum dabat, nõ irrogabat dispẽdiũ? Hoc est perfectũ esse, adhęrẽtibus
sibi cõmodi plurimũ dare, nihil afferre incõmodi. Deniq; is qui nocere cupiebat, inanẽ eũ nõ potuit dimittere. Sa-
pięs enim nũquã inanis est, semper in se habens amictũ prudẽtię, qui potest dicere iustitiã induebã, & vestiebã iudi-
Iob. 27. cium, sicut dixit Iob. Nanque hęc mentis sunt interna velamina, quæ nemo alius possit auferre, nisi cum aliquem
sua culpa despoliat. Denique sic despoliatus Adam, nudus inuentus est. At verò Ioseph etiam vestimẽto exteriore
relicto, nudus non erat, qui salua habebat indumenta virtutis. Nunquam ergo inanis sapiens. Nam quomodo
inanis,

A inanis, qui de plenitudine Christi accipit, & seruat acceptum? Quomodo inanis, cuius repleta est anima, quę accepta gratiæ vestimenta custodit? Illud metuendum est, ne quis innocentiæ velamen amittat, ne impij sacrilegæ
persequutionis intentione, terminos iustitiæ prætergressi, vestimentum animæ ac mentis eripiant. Quod non ac-
cidit, nisi prius aliquem vox suæ iniquitatis exuerit. Vnde & Dauid dicit, Si est iniquitas in manibus meis, deci- Psal. 7.
dam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam, & comprehendat. Nemo ergo ex
inimicis potest tuam animam comprehendere, nisi prius inanis fuerit effecta. RVPERTVS. Sed & scru-
tatur Laban tentorium Rachelis, si forte sua illic idola inueniat, quando seculares homines illam simulacro-
rum seruitutem quam solam sibi licitam esse putant, id est eiusmodi auaritiam in moribus religiosorum furtim Matth. 21.
subesse denotant, vulgo iam sciente, quia vendentes & ementes Iesus de templo suo iratus & rigidus cum fla- Ioan. 2.
gello eiiciat. At illi occasionem quamlibet prætendunt, quæ rationabilis quidem esse videatur, rationis tamen
veritate careat, quemadmodum camelus munditiæ quippiam habere videtur, quia ruminat, sed vere mundum
B non est animal, quia non findit vngulam. Et illa quidem fortassis mentita est, dicendo quæ secundum consue- Hiere. 2.
tudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sed re vera de anima cuiúsque talium qui de prædicta simulachrorum
seruitute furtum faciunt, recte propheta dicit, Omnes qui quærunt eam, non deficient, in menstruis suis inue-
nient eam.

TVménsque Iacob, *cum iurgio ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti* §
poſt me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ?
Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco uiginti annis fui
tecum, oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi.
C *Ego damnum omne reddebam. Quicquid furto perierat, à me exigebas, die noctúque æſtu urgebar & gelu,*
fugiebátque ſomnus ab oculis meis. Sic per uiginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, &
ſex pro gregibus tuis. Immutaſti quoque mercedem meam decem uicibus. Niſi deus patris mei Abraham, &
timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modo nudum me dimiſiſſes. Afflictionem meam & laborem manuum mea-
rum reſpexit deus, & arguit te heri.

CHRYSOTOMVS. Videamus quomodo iustus nunc fiduciam acceperit ex his quę Laban confessus est, §
& quoniam nullum crimen contra se inuenerat reprehensione dignum. Quid igitur dicit? *Tumẽnſque Iacob, cum*
iurgio ait. RVPERTVS. Mira hic proprietate dictum est, Tumẽnsque Iacob, cum iurgio ait. Tumor nan-
que vel iurgium, seruilis motus est, neque hoc quicquam de liberi vel ingenui hominis ira recte dixerit, aut pro-
D prie. At verò Iacob in hac vtique causa liber non erat. Quanuis enim nesciret, penes ipsum tamen causa seruilis,
id est culpa furtúmque erat, & nunc tanquam omnino munda esset supellex, quia ille nihil inuenerat, fortiter li-
tem in iudicio proponit, & cum iurgio loquitur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et iratus est Ia-
cob, & contendit cum Laban, & respondit Iacob, & dixit ad Laban. Dispositio interna quantum ed passionem
iræ, & externa quantum ad iurgium conscribitur in officio respondendi obiectis & factis Laban. AVCTOR
CATENAE. Tumẽnsque Iacob, cum iurgio, Hebraicè est וַיִּחַר לְיַעֲקֹב וַיָּרֶב בְּלָבָן Vaihar le Iaakob vaiareb be-
laban, Et iratus est Iacob, & rixatus est cum Laban. Quod non ita proprie Septuaginta verterunt, καὶ ἐμαχέσατο
τῷ Λάβαν, Et pugnauit cum Laban. Chaldaica, vt nos ex Hebræo vertimus. Vide autem num cum dura increpa-
tione eius malitiam reprimat? iuxta illud Prouerbiorum, Respondе stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens Prouer. 26.
videatur. *Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam?*
E CHRYSOTOMVS. Quare (inquit) tanto impetu insectatus es me? Qualem iniustitiam mihi potes obpro
brare? quale peccatum? Neque id satis, nisi & tantam superinduxisses contumeliam, vt scutareris omnia quæ in
domo mea. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Ita enim est secundum Septuaginta, Quia scru
tatus es omnia vasa domus meæ. Nunc igitur vnam domum dicit, cuius membra erant domus vxorum eius &
concubinarum, vt intelligatur domus appellatas, cum essent cubicula aut tentoria, quos etiam papiliones vocant.
CAIETANVS. Quam ob culpam meam. Genus pro specie, culpam pro rebellione, seu vt aliis videtur, prę-
uaricatione posuit. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraicè חַטָּתִי מָה פָשָׁעִי Ma pisi, Quæ iniquitas, vel quæ
transgressio mea, vtrúmque enim pessa significat. Chaldaica & Septuaginta sic quoque habent. Quod verò est,
Exarsisti post me, Hebraicè legitur דָּלַקְתָּ אַחֲרָי dalakta aharai, persecutus es post me. Eodem modo & Chaldaica
& Septuaginta, κατεδίωξας ὀπίσω μου, persecutus es post me. Quanquam verbum דָּלַק Dalak, & persequi & exar-
dere significet. Expostulaturus itaque Iacob cum Laban, querela duplici adoritur opportunitate oblata, quod tam
ardenter persecutus eum esset quasi oppressurus, & tam contumelioſe scrutatus esset supellectilem furti prætextu,
F pro quo mortem inferre cuperet. CHRYSOSTOMVS. Sed vide quomodo etiam expostulando animæ
suæ virtutem detegit. *Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudi-*
cent inter me & te. Tanto (inquit) scrutinio facto, potuistine aliquid inuenire quod ad me non attineat, vel quod
tuum sit? Si inuenisti, profer in medium, vt qui hic adsunt apud me & te, iudicium faciant. AVCTOR CA-
TENAE. Quod apud nos est, De cuncta subſtantia domus tuæ, in Hebræo est כֵּלַי chele, id est vasis, sic habent
& Chaldaica & Septuaginta. Vocant autem Hebræi omnem supellectilem, vasa. Sunt enim arma vasa, sunt instru
menta vasa, sunt pocula vasa, sunt dolia vasa. Recte ergo transtulit interpres, de cuncta substantia domus tuæ. Fra
ternitatis vero nomine hoc loco videmus vsos patres pro filiis, propinquis, amicis, fautoribus, vicinis, & familia-
ribus. RVPERTVS. Quam verò tumida & iurgiosa ironia est, quã protinus subiungit? CHRYSOTO-
MVS. Quoniam enim vidit se irreprehensibilem in omnibus, magna sumpta fiducia, enumerat beneficia, quę
illi per omne tempus exhibuit inquiens, *Idcirco uiginti annis fui tecum.* RVPERTVS. Idcirco, videlicet vt

 tu exar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu exardescseres post me, & scrutareris omnem supellectilem meam,quæ magna indignitas est.Idcirco (inquam) G
id est huius vicissitudinis spe, viginti annis fui tecum, tanta fide, tanta veritate, cum domini benedictione,
quæ mecum (vt tu quoque confessus es) ad te ingressa est, quanta ex his quæ iam dico comprobari potest.
CHRYSOSTOMVS. Vel secundum aliam literam, Hi sunt viginti anni quibus tecum sum. Pro labore
tot annorum his ne dignus eram? haccine (inquam) contumelia? Hi mei viginti anni? Hodie viginti anno-
rum in domo tua compleui numerum. CAIETANVS. Iuxta Hebræum non habetur idcirco, sed potius,
Istis viginti annis ego tecum, incipit enim proponere merita sua. *Oues tuæ & capræ steriles non fuerunt.* RV-
PERTVS. Subauditur, nec ego subtractis fœtibus steriles annos fuisse causatus sum. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur, Non abortitæ sunt. Ex culpa siquidem pastoris aborsus sæpe accidit. AVCTOR
CATENAE. Est in Hebræo לֹא שִׁכֵּלְתִּי, lo sicélu, hoc est, Non fuerunt orbatæ vel absque liberis, quod in i-
dem recidit eum nostra æditione. *Arietes gregis tui non comedi.* RVPERTVS. Quod videlicet facere so-
lent mercennarij, & qui pastores non sunt, quique non greges, sed semetipsos pascunt. *Nec captum à bestia o-* H
stendi tibi. Videlicet in excusationem mei, vt non cogerer numerum reddere tibi. AVCTOR CATE-
NAE. Hebraicè est טְרֵפָה לֹא הֵבֵאתִי אֵלַיִךְ terepha lo hebéthi elécha, Dilaceratum à bestia non adduxi tibi.
Ita & Chaldaica. Septuaginta, Θηριόβρωτον οὐκ ἐνήνοκά σοι, A bestia comestum non attuli tibi. Sed idem sensus
est. *Ego damnum omne reddebam. Quicquid furto perierat, à me exigebas.* RVPERTVS. Quanquam esset excu-
sabilis causa. CAIETANVS. Ego damnum omne reddebam. Sensus iudicio meo recte exprimitur, li-
mitando omne damnum ad laniatum, de quo est sermo. AVCTOR CATENAE. Hebraica lite-
ra est, אָנֹכִי אֲחַטֶּנָּה anochi ahattènna. Sciendum autem quod verbum חָטָא hata, peccare, & mundare, siue
purgare significat. Interpres verbum pro secundo significato sumpsit. Alij, Ego peccati illius reus eram, ver-
terunt. Quasi diceret Iacob, Culpa illa mihi etiam innocenti imputabatur Chaldaica & Septuaginta hoc lo-
co silent. Deinde sequitur מִיָּדִי תְּבַקְּשֶׁנָּה miiadi thebaksenna, De manu mea requirebas illud, nempe quod
fuerat laniatum vel dilaceratum. Chaldaica, Quod deficiebat ex numero, à me tu requirebas illud. CA- I
IETANVS. Collige autem quatuor conditiones circa animalia mirabiles, seruatas à Iacob. *Die no-*
ctúque æstu urgebar & gelu. ORDINARIA. Vnus enim effectus est caloris & frigoris, nempe adu-
rere. AVCTOR CATENAE. In terra siquidem illa secundum naturam cœli, grauis est æstus per
diem, graue itidem gelu per noctem. Hoc autem quod ad frigus & æstum refert interpres, Hebraicè refertur
ad ipsum furtum,hoc modo, גְּנֻבְתִּי יוֹם וְגְנֻבְתִּי לָיְלָה Genúbti iom vgnubti láila, id est furtum meum die, & fur-
tum meum nocte. Quicquid (inquit) aut interdiu, aut noctu rapiebatur, mihi erat soluendum, atque eodem
modo etiam Septuaginta, ἐγὼ ἀπεστίνυμην παρ' ἐμαυτοῦ κλέμματα ἡμέρας, καὶ κλέμματα νυκτός, Ego soluebam à me
ipso furta diei, & furta noctis. Chaldaica quoddam hic valde diuersum habet, Custodiebam in die, & custo-
diebam in nocte. Deinde sequitur in Hebræo הָיִיתִי בַיּוֹם אֲכָלַנִי חֹרֶב וְקֶרַח בַּלָּיְלָה Haiithi baiom achaláni hóreb
vekérab baláila, Fui,in die consummabat seu deuorabat me æstus, & gelu in nocte. Chaldaica, In die consum- K
mabat me æstus, & glacies descendebat super me in nocte. Septuaginta, ἐγενόμην συγκαίομενος τῷ καύματι τῆς ἡ-
μέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, Fui combustus æstu diei, & glacie noctis. Quæ omnia à communi æditione
non discordant. CAIETANVS. Sic narratis prius perpessis in ipsis animalibus, narrat modo perpessa in
propria persona. *Fugiebátque* (ait) *somnus ab oculis meis.* CHRYSOSTOMVS. Obliuiscens (inquit) labo-
rum, quos exantlaui pascens oues tuas & capras? Num potes arguere, quod vnquam oues vel capræ tuæ fue-
rint steriles? Vide quantam demonstrat à deo beneuolentiam contigisse domui Laban propter suum aduentum.
Hoc enim est id quod & supra dicebat, Benedixit te deus ad introitum meum. Hoc enim nullus à pastore exige
ret. Neque enim pastoralis artis hoc opus est. Propterea ante omnia hoc ponit, prouidentiáque superna factum
hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes ouium tuarum non comedi. Non potes (inquit) dicere, quod aliquan
do comederim arietem de gregibus tuis, qui scilicet multorum pastorum mos est. Bestia captum non attuli ti-
bi, neque ipse aliquando comedi, neque bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid à bestia captum? L
An non quotidie vides eos quibus greges crediti sunt, capta à bestiis afferre dominis? At tu nihil tale vel de-
monstrare vel obiicere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum à fera? Sed neque si furto ablatum
quid, vt sæpe contingit, ad notitiam tuam venire feci, sed ego pro his quæ furtim ablata fuerunt, satisfeci, si-
ue die siue nocte accidisset. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter & frigus noctis, vt illæsi conser-
uarentur greges tui, & non hoc solum, sed & ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis.
Vidisti pastoris vigilantiam, vidisti intentum studium? Qualem habebunt excusationem hi, quibus rationa-
les greges crediti sunt, & magnam præseferunt negligentiam, & quotidie iuxta prophetam, pecudes alias ma-
ctant, alias à bestiis captas contemnunt, alias verò ab aliis raptas reducere non curant, tametsi minor sit labor,
& cura facilis? Anima enim est quæ docetur. Illic autem multus est & corporis & animæ labor. Vide enim
(inquit) factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nunc po-
test dicere, quod propter eos quos pascit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audet: M
Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, atque his maiora. Et vbi (inquis) Paulus hæc sustinuit? audi eum
2.Co.11. dicentem, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? O pastoris dilectio-
nem indulgentissimam. Alienæ ruinæ meos dolores augent, aliena scandala fornacem doloris mei succendunt.
Hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concreditæ sunt, & ne deteriores fiant hoc, qui tantæ in bru-
tis pecudibus custodiendis vigilantiæ fuit, idque tot annorum numero. Et illic quidem, si incuria quædam ac-
cidens, nullum damnum, hic autem si ouis rationalis perierit, vel à bestia fuerit capta, graue damnum, maxi-
mum detrimentum, ineffabilis pœna. Nam si dominus noster sanguinem suum proprium effundere pro illa non
declinauit, qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam à domino despicere voluerit, & non omnia quæ potest,
in curanda ouicula adimpleuerit? Cæterum ad sermonis seriem redeamus. *Sic per uiginti annos in domo tua seruiui*
tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Immutasti quoque mercedem meam decem uicibus. HIERONY-

MVS

MVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Idem error apud Septuaginta hic qui supra. Nume-
A rus enim pro agnis legendus est. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM.
Quid est quod dicit Iacob socero suo iuxta alia exemplaria, Et decepisti mercedem meam decem agnabus? Hoc
quomodo & quando factum sit scriptura non narrat, sed vtique factum est, quod Iacob commemorat. Nam di-
xit hoc & vxoribus suis quando eas vocauit in campum, conquerens enim de patre illarum, ait inter cætera. Et
mutauit mercedem meam decem agnorum. Intelligitur ergo per singula tempora partus ouium, cum Laban vi
B deret tales fœtus esse natos, quales placuerat vt ad Iacob pertinerent, pactum fraude mutasse, & dixisse, vt fu-
turo fœtu, alios pecudum colores haberet in mercede Iacob. Tunc autem ille virgas varias non supponebat, &
non nascebantur varij, sed vnius coloris, quæ Iacob ex nouo pacto auferebat. Quod cum vidisset Laban, rur-
sus pactum fraude mutabat, vt ad Iacob varia pertinerent, tunc illarum suppositione virgarum varia nascebun-
tur. Ergo quod ait Iacob vxoribus suis, Mutauit mercedem meam decem agnorum, & postea ipsi Laban. De-
cepisti mercedem meam decem agnabus, Non ita dixit quasi prouenerit socero eius ipsa fraus: vt enim non ei
prouenirent, deum sibi dixit aduersus illum fuisse: decem verò agnos vel decem agnas, pro decem temporibus
posuit, quibus oues quas pascebat per sexennium pepererunt. Bis quippe pariebant in anno. Contigerat autem
vt primo anno, quo inter se pacti sunt, & ad eas pascendas placito huius mercedis accessit, quod semel pare-
rent in fine anni, quia cum accessissent, iam semel pepererant. Rursusque sexto anno, id est vltimo, cum semel
peperissent, exorta necessitate profectionis prius recederet quam iterum parerent: ac per hoc cum primus an-
nus atque vltimus duos ouium partus sub illo haberent, hoc est, singulos, medij verò quattuor anni binos, fi-
unt omnes decem. Nec mirum quod hæc decem tempora nomine agnorum appellauit, qui eisdem temporibus
nascebantur, velut si quisquam dicat per tot vindemias, aut per tot messes, quibus numerus intelligatur anno-
rum, Vnde ait quidam, Post aliquot aristas: per aristas videlicet, messes, & per messes, annos significans. Pe-
C cudum autem illius regionis fœcunditas, sicut Italarum tanta fertur, vt bis in anno pariant. CHRYSOSTO
MVS. Vides quomodo ea quæ confessus est Laban, animarunt iustum, & fiduciæ argumentum præstiterunt?
Vidisti (inquit) quomodo viginti annorum numero seruiui tibi, pro filiabus quatuordecim annis,reliquis autem
pro ouibus, tamen priuare me voluisti mercede, & non te super hoc argui? Verum ex illis ipsis quæ tu confes-
sus es,scio. Quod *Nisi deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses.* AVGVSTINVS IN LO-
omnia abstulisses à me, & iniustitiam quam proposueras, opere compleuisses. AVGVSTINVS IN QVE-
CVTIONIBVS. Nisi deus patris mei Abraham, & ti. Is. af. mihi, Patrem suum appellat auum suum, sicut
ei dixerat Isaac pater eius. CAIETANVS. Vel testatur & profitetur Iacob eundem deum cultum ab ata-
uis & Abraham auo suo. Appellatione enim patris mei, comprehendit vniuersitatem patrum colentium verum
deum, ex quibus descenderat Abraham. De reuerentiali quoque timore quo adhuc venerabatur Isaac deum, est
D sermo. Profitetur enim, quod etiam meritum patris sui apud deum tanti est, quod adiuuit eum, quod meruit vt
deus admoneret in somnis Laban, ne læderet Iacob. Forsitan nudum me dimisisses. Non est in Hebræo ad-
uerbium dubitãdi,nec est nudum,sed vacuum. AVCTOR CATENAE. Est enim ibi כִּי עָתָה רֵיקָם שִׁלַּחְתָּנִי
chi ata rekam sillahtani, Et nunc quidem inanem, siue vacuum me dimisisses. Sic & Septuaginta, νῦν δὲ κενόμ
με ἐξαπέστειλας, Nunc vacuum me misisses. Chaldaica, Iam nunc vacuum me dimisisses. Quæ etiam supra cla-
rum reddens quid pertimorem Isaac intelligat patriarcha, ait, Et ille quem timebat Isaac, fuisset in adiutorium
meum. Deum nempe eundem quem esse dixerat patris sui Abrahæ, intelligere voluit. Deum igitur patris sui,
id est aui Abrahæ nominat, iam quidem mortui, sed cum deo viuentis, à cuius iam amore decidere non pote-
rat in statu sanctorum. Et pauorem Isaac, id est eundemmet deum quem super omnia pater eius timebat, de
quo loquitur Esaias, Dominum exercituum sanctificate, ipse timor vester, & ipse tremor vester. Et vt quam Esaiæ.8.
summe timendus deus sit, quamque super omnia eum timuerit Isaac, insinuet, dicit quasi in abstracto, nisi ti-
mor Isaac affuisset, id est subuenisset mihi. *Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit deus.* CHRY-
E SOSTOMVS. Quid est afflictionem, & laborem manuum mearum? Quoniam (inquit) scit deus quomodo
ego magno studio seruitutem meam perfecerim, quanta perpessus sim, & qualem laborem sustinuerim,pascens
oues, die noctúque in curis versatus, ad illa (inquam) respexit misericors dominus, Et *arguit te heri,* Hoc est
coërcuit iniustitiam quam aduersum me struebas, & irrationabiles tuos conatus repressit. RVPERTVS.
Vbi ergo omnia fidelitatis suæ opera commemorauit Iacob, fortissimum tandem iustitiæ suæ inuexit argumen-
tum. Præmisso nanque, afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit deus, protinus adiunxit,
Et arguit te heri. Certum nanque est præconium iustitiæ, deum testem aut defensorem habere. AVCTOR
CATENAE. Afflictionem meam, & cætera. Locum recte vertit interpres, ita enim sunt & Hebraica. Chal-
daica autem paululum in verbis,non autem in sensu variat,habens,labor meus & afflictio manuum mearum,ma
F nifesta sunt coram deo, sed & Septuaginta, Afflictionem meam, τὴν ταπείνωσίν μου, id est Humilitatem meam
dixerunt. Quod verò sequitur, Et arguit te heri, Hebraicè est וַיּוֹכַח ámes, quod Chaldaica legit, Hesterna no-
cte, licet Septuaginta, χθές, id est heri verterint. Pars enim nocturna diei hesterni significatur, nam in som-
nis redargutus fuit Laban à deo, vt supra legitur. Admonet ergo Laban diuinæ apparitionis, qua illum com-
pescuit à proposito nocendi, qua ipse quoque confidentior factus, quæ fuerat tam indigna passus, audacior
improperauit.
INTERLINEARIS. Sed & callidus exactor diabolus his omnibus verbis spiritaliter arguitur, qui o- Mystice.
mni genere tentationum aduersus Christum se erexit, verum quod in eo reprehenderet, non inuenit. RV-
PERTVS. Sed & deus propter eos qui Christi sunt, quique in sancta ecclesia eius vsque ad finem seculi non Ioan.16.
deerunt,iugiter arguit mundũ,cuius redargutiones secularium corda paulatim euincunt. Cum (inquit Christus)
venerit paracletus spiritus veritatis,ille arguet mundum.

 Respondit

Universidad de Deusto Biblioteca

6 *RESpondit ei Laban, Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt. Quid possum facere filiis & nepotibus meis? ueni ergo, & ineamus fœdus, ut sit testimonium inter me & te.* G *Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederúntque super eum. Quem uocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij, uterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban, tumulus iste testis erit inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est tumulus testis. Et adiecit Laban: Intueatur & iudicet dominus inter nos, quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias uxores super eas. Nullus sermonis nostri testis est absque deo, qui præsens respicit. Dixitque rursus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi, inter me & te testis erit. Tumulus (inquam iste) & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. Deus Abraham* H *& deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac, immolatisque uictimis in monte, uocauit fratres suos ut ederent panem. Qui cum comedissent, manserunt ibi. Laban uerò de nocte consurgens osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis, reuersusque est in locum suum.*

6 CHRYSOSTOMVS. Satis defendendo se Iacob, taxarat Laban, & reprehendens illius in se iniustitiam, sua in illum beneficia recensuit, ideo ille erubescens de his quæ dixerat, nūc in timore assistit, & fœdera inire vult cum iusto. AVCTOR CATENAE. Non enim tantum mali sanctis inferre possunt impij, quantum volūt, domino prohibente illos. I *Respondit ergo ei Laban, filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt.* CHRYSOSTOMVS. Scio inquit, quod filiæ meæ sunt istæ, & omnia quæcunq; habes, ex substantia mea accesserunt. AVCTOR CATE. Iuxta Hebræum est vt in Chaldaica, nempe, Filiæ sunt filiæ meæ, & filij sunt filij mei, & oues, sunt oues meæ, & quodcunq; tu vides, meum est. Sed hæc sensum nō variant. *Quid possum facere filiis & nepotibus meis?* CHRYSOSTOMVS. Ac si dicat, Quid igitur mali facerē illis hodie, vel pueris qui ab eis nati? INTERLINE. Vide, quod non fecit dei timore cōpressus, dicit se dimisisse causa carnalis affectus. CAIETA. Ecce fructus diuinæ admonitionis. AVCTOR CA. Quid possum facere, & cæ. Latius est in Hebræo וְלִבְנֹתַי מָה אֶעֱשֶׂה לָאֵלֶּה הַיּוֹם אוֹ לִבְנֵיהֶן אֲשֶׁר יָלָדוּ Velibnothai ma eese laélle haiom o libnehē aser ialádu, Et filiabus meis quid faciā istis hodie, aut filiis earū quos pepererunt? Sic & Chaldaica & Septuaginta. Iam ergo domino permouēte, & colloquio Iacob Labā quietior aliquāto redditus, erubuit, & fœdera meditatur. Quare & sequitur, *Veni ergo, & ineamus fœdus, ut sit testimonium inter me & te.* CHRYSOSTO. Pacta (inquit) faciamus pacis & amicitiæ, & erunt in testimonium inter te & me, in iudicium & demonstrationem. K Vide prouidentiam dei, qui tanto impetu ad persequendum exierat, timore coactus est, vt ab eo & fœdera quæreret. *Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Diligenter animaduertendum est, quomodo istos titulos in rei cuiúsque testimonio constituebant. Non vt eos pro diis colerent, sed vt eis aliquid significarent. RVPERTVS. Hic plane sciuit Iacob votum suum fuisse acceptum, quod vouerat in Bethel, sensitque dominum fuisse secum, & custodisse se in via per quam ambulauerat, & dedisse sibi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, seque reuerti prospere in domum patris sui, quia sedatus est Laban. Itaque & hic tulit lapidem, & hic erexit in titulum, fecerúntque tumulum. CAIETANVS. Et erexit illum in titulum, hoc est, in signum & memoriam. AVCTOR CATENAE. Sic & imagines in ecclesia receptæ sunt, non vt diuino honore colantur, sed vt quorum imagines sunt, repręsentent. *Dixitque fratribus suis, afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederúntque super eum.* Vt nempe congregatio L lapidum, coniunctionis animorum, & conuiuium, familiaritatis confœderatorum signum esset. Pacis nanque & amicitiæ symbolum fuit antiquis, conuictus & conuiuium, mutuum fœdus ineuntium post sacrificia deo peracta. *Quem uocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij, uterque secundum proprietatem linguæ suæ.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et vocauit illum Laban aceruum testimonij, & Iacob vocauit illum aceruum testis. Aceruus Hebræa lingua גַּל gal dicitur, עֵד ed vero, testimonium. Rursum lingua Syra aceruus יְגַר iegar appellatur, שָׂהֲדוּתָא saadutha, testimonium. Iacob igitur aceruum testimonij, hoc est, Galaad lingua appellauit Hebræa, Laban vero idipsum, id est aceruum testimonij, Iegar saadutha, à gentis suæ sermone vocauit. Erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum, prouincię in qua habitabat sermone mutauerat. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod aceruum lapidum quem inter se constituerant Laban & Iacob, aliquanta diuersitate appellauerunt, vt eum vocaret Laban aceruum testimonij, Iacob aceruum testem, traditur ab eis qui & Syram & Hebræam linguam nouerunt, propter M proprietatem suæ cuiusque linguæ factum. Fieri enim solet, vt alia lingua non dicatur vno verbo, quod alia dicitur, & vicinitate significationis quidque appelletur. CAIETANVS. Iuxta proprietatem linguæ suæ, Interpres addidit hæc quinque vltima verba, nam in Hebræo textu hæc non habentur, sed diuersarum linguarum nomina significantia idem, puta aceruum testis. AVCTOR CATENAE. Sicut ἅγιος & sanctus, idem penitus significant, sed alterum nomen Latinum est, Græcum verò alterum. Tale enim est perinde ac si dixisset, Laban vocauit eum lingua sua Syra, Iegar Saadutha, Iacob autem Hebræa, Galaad, quod vtrunque interpretatur aceruus testis. Remansit enim Hebraica lingua apud domum Abraham. Et licet Laban quoque fuerit de cognatione Abraham, tamen cum habitaret inter Syros, non patrio, sed Syrorum vtebatur sermone, non quidem Hebraicæ linguæ ignarus, quandoquidem & filiæ eius filiis suis imposuerunt Hebraica nomina, qualia sunt, Simeon, Leui, Isachar, & cætera. *Dixitque Laban, Tumulus iste testis erit inter me & te hodie,*

& idcirco

A *& idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est tumulus testis.* CHRYSOSTOMVS. Quid est tumulus iste testis erit inter me & te hodie? idest verba quæ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erunt. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Galaad aceruus testimonij, siue transmigratio testimonij. De hoc in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. AVGVSTINVS. Secundum aliam literam hic habetur, Propter hoc appellatum est nomen aceruus testatur. Hoc autem medie positum est, quod vtrique conueniret, & ei qui dixerat aceruus testimonij, & ei qui dixerat aceruus testis. AVCTOR CATENAE. Tumulus iste, & cætera. Aggerem vel suggestum fecerunt ex lapidibus, super quo pariter de oblatis sacrificiis carnium comederunt, in perpetuam rei memoriam. *Et adiecit Laban, Intueatur & iudicet dominus inter nos, quando recesserimus à nobis.* INTERLINEARIS. Si irritum pactum violauerimus, etiam absentes corpore. CAIETANVS. Et adiecit Laban. Nescio vnde mutatio hæc acciderit, nam in Hebræo post dictionē Galhed, quæ corruptè à nobis dicitur Galaad, immediate subiungitur, Et speculam. Qui dixit, Speculabitur dominus inter me B & te, quia abscondemur vir à socio suo. Duobus nominibus appellatum fuisse locum illum narrat Moyses, videlicet tumulum testis, & speculam. Ratio primi nominis explicata est, eo quod aceruus ille officium testis suppleret inter eos. Ratio vero secundi redditur ex eo, quod deus non meus aut tuus, sed deus communis omnibus qui dat omnibus esse, videbit intima cordis, & quæ fient inter nos, quandoquidem longe distabimus, & quæ tu facies latebunt me, & econuerso, propterea enim summus deus qui videt omnia, erit vltor. Vnde apparet Laban rectè sensisse de prouidentia dei circa humana opera, quamuis coleret idola. AVCTOR CATENAE. Et adiecit Laban, Intueatur & iudicet, & cætera. Hebraicè est וְהַמִּצְפָּה אֲשֶׁר אָמַר יִצֶף יְהוָה בֵּינִי וּבֵינֶךָ כִּי נִסָּתֵר אִישׁ מֵרֵעֵהוּ Vehamispa aser amar ízeph adonai beni vbenécha, chi nissather is mereéhu, Et speculam, quia dixit, Speculetur dominus inter me & te, quando abscondemur vnusquisque à proximo suo, Vel quando latebimus alter alteri. Phrasis est enim Hebraica, pro eo quod transtulit interpres, Quando recesserimus à nobis. Chaldaica, Et speculā, C quia dixit speculetur verbum domini inter me & te, quando absentes fuerimus vnusquisque à proximo suo. Septuagina, καὶ ἡ ὅρασις ἣν εἶπεν, ἐπίδοι ὁ θεὸς ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ σοῦ ὅτι ἀποστησόμεθα ἕτερος ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, Et visio quam dixit, Respiciat deus inter me & te, quia discedemus alter ab altero. Mispa igitur etiam alio nomine dictus hic locus, signabat speculatorem deum omnia scientem, idq; fœdus iuramento initum peruidisse, qui vlcisceretur præuaricatorē illius. Magna olim ratio habebatur & religio initi fœderis, & certe maxima est semper habenda, quandoquidem sine inuocatione diuini nominis non celebratur iuramentum. Vel forte ideo visionem quoque appellauit locum, quia deus illi dixerat in visione, ne læderet & deleret Iacob. *Si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias uxores super eas.* RVPERTVS. Verba fœderis hæc sunt. Quæ cum diceret, maxime pro Lia solicitus erat, quam inexpetitam, indotatam, vultu despicabilem, nescienti clanculo immiserat. Illam nāque non repugnante iustitia, pene vt concubinam repudiare poterat, quippe cui fidem maritalem non dederat, neq; coram testibus vel amicis Laban nuptias eius celebrauerat, antequam ad illam ex more ingressus fuisset. At ille non solum non D repudiare intēderat, verum etiam pro iure eius, arte vsus effecerat, vt non abiret indotata, scilicet vbi post virgas varias in canalibus positas coram ouibus, mutata est conceptuum natura. AVCTOR CATENAE. Vindicet ergo dominus (inquit Laban) si humiliaberis filias meas, & iniuste erga eas te habueris, si super eas alias induxeris coniuges, & illas filiabus meis præferendo, oppresseris. *Nullus sermonis nostri testis est absque deo qui præsens respicit.* CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo paulatim & Laban ad cognitionem dei ducitur. Nam ante hoc arguebat iustum de furto deorum suorum, & tantam propter eos scrutationem faciebat, nunc, inquit, quia nullus est inter nos, qui possit si quid posthac testandum fuerit, his qui nunc apud nos sunt, deus testis sit inter me & te. Ille (inquit) adest, qui omnia videt, quem nihil latere potest, qui vniuscuiusque mentē agnoscit. Vide, nullus nobiscum est qui videat. Considera quomodo semel & iterum atque sæpius deum in testem vocat. Quia prouidentia quam expertus erat Iacob, docuit eum quanta esset eius potētia, & quod impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare nequit, propterea inquit, Etiam si separemur, etiam si nullus alius adsit, qui E testificari possit, hic testis erit vbique præsens, & ita per singula verba docet quod totius terræ sit dominus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid est quod dicit, Nullus sermonis nostri testis est absque deo? nisi forte nemo extraneorum, aut propter testificationem dei, quam ita habere deberent, tanquam nemo cum eis esset, quem testimonio eius adiungerent. INTERLINEARIS. Nullus sermonis & cætera. Quasi dicat, ipse erit iudex & vindex præuaricantis fœdus tantummodo, qui & conscius. AVCTOR CATENAE. Vel ideo forte dicit nullum sermonis esse testem, & si familiares vtrinque adessent multi, quia filij, serui, ancillę, cognati, & socij, quo doceat lege naturæ ineptos haberi ad reddenda testimonia eos, qui partibus dediti sunt & affines. *Dixitque rursus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi, inter me & te testis erit.* CAIETANVS. Hinc apparet, quod non solum Iacob, sed etiam Laban erexit lapidem in titulum, qui statua appellatur. An autem duo fuerint lapides sic eleuati, alter à Iacob, alter à Laban, an quemadmodum aceruus vnus atque idem communis fuit vtrique, ita & lapis, non est perspicuum. Quadrat tamen, vt F fuerint duo lapides eleuati hinc & inde, aceruum habentes medium, alter nomine Iacob, alter nomine Laban, tanquam fœdus ineuntes super aceruum lapidum. AVCTOR CATENAE. Repetendo confirmat quod supra dixerat. Tumulus autem & titulus erectus hoc pacto futuri erant in testimoniū, quia posteri eos pro signis positos conspicientes, pacti olim inter eos initi rememoraturi erant. *Tumulus (inquam) iste, & lapis sint in testimonium. Si aut ego transiero illum, pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Testis tumulus iste, & testis statua, si ego non transibo ad aceruum istum, & tu si non transibis ad me aceruum istum, & statuam istam ad malum. Duo exigit Labā à Iacob. Alterum, vt rectè se haberet cum filiabus, & ad hoc deum vltorem, iudicem ac testem inuocauit. Alterum, vt neuter alteri nociturus trāsiret aceruum illum, & ad perpetuam fœderis memoriam aceruum cum erectis lapidibus statuit. AVCTOR CATENAE. Tumulus (inquam) & cætera. Clarius reddit locum Chaldaica æditio cum Hebræo concordans. Testis tumulus iste, & testis titulus, quod ego non transibo tumulum hunc ad te, & quod tu non pertransibis tumulum hunc &

titulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulum hunc in malu.n mihi. A qua litera nec Septuaginta dissentiunt. Forte loquendi modus illis temporibus G
inter homines fœdera confirmantes conceptis verbis erat, & vsque hodie alicubi durat, mirabili & inusitata loquutione quasi dicere voluerit. Sicut cumulus hic, & statua seu columna sunt erecta inter te & me, vt ea via ingredi pariter non possimus, tangere vel nocere: sic fœdus initum inter nos, semper maneat, vt alter ab altero nunquam offendatur, occasio autem benefaciendi desit nunquam. *Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorum.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo cum patre & auum coniunxit, qui frater fuit patriarchæ, suus aut auus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Elohe Abraham, & Elohe Nachor iudicabunt inter nos, elohe patris eorum. Nisi verba ista essent Laban, idololatræ quæstionem ingererent (eo quod in plurali numero dicitur iudicabunt, sed ex eo quod prolata sunt à cultore falsorum deorum, non oportet solicitum esse de plurali numero, iudicabunt. Quocirca propriis diis tanquam propriis patronis auorum Laban & Iacob, adiungit deum patris vtriusque aui, tanquam patronum communem, vtpote patronum communis patris qui vocatur Thare, vt quasi duobus arbitris, alteri hinc, & alteri inde, adiungeretur tertius arbiter communis. H
AVCTOR CA. Verum quidem est, quod verbum Hebraicum יִשְׁפֹּט ispetu, futuri tẽporis est, & tertia persona pluralis numeri à mispat, quæ hic pro tertia itidẽ pluralis præsentis imperatiui Hebraico more ponitur & recte iudicent, vertitur, sicut habet & Chaldaica. Pluraliter igitur deus à Laban nominat, fortassis ideo, quia non plene pius, præter vnius dei cultum etiam idola colebat, licet etiam sancti patriarchæ deum pluratiuo nomine nominarint honoris causa, maiestatem diuinam exprimere cum quadam nominis festiuitate volentes. *Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac.* AVGVSTINVS. Quid est quod Iacob iurauit per timorem patris sui Isaac? per deum vtique, quem timebat Isaac pater eius, quem timorem etiam superius commendauit, cum diceret, Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac. RVPERTVS. Deus enim à timore nuncupatur, quod Græcè θεὸς dicitur. Quid iurauit? Videlicet quod malum contra Laban nullum cogitaret, neque ad illum mali intentione transiret, præsentis acerui testimonio commonitus. CAIETANVS. Audiens Iacob ex ore Laban tot deos, prudenter euitans disceptationem, iurauit per deum quem colebat pater suus Isaac, qui adhuc viuebat, hoc I
enim significatur, dicendo quod iurauit Iacob in timore patris sui Isaac, hoc est, in deo quem timebat pater suus Isaac. AVCTOR CA. Chaldaica æditio vt moris sui est difficultates enodare, & hic quem significet per timorem Isaac aperit, dicens, Et iurauit Iacob per illum quem timebat pater suus Isaac, nempe verum deum cœli terræque conditorem. Alij dicunt, Iacob per timorem patris sui Isaac, id est quo ipse patrem suum timebat & pauebat. Insigne enim religionis est, pietas & honor ad parentes, per quos voluit iurare Iacob. *Immolatisq; victimis in monte, uocauit fratres suos ut comederent panem.* Iuxta Hebræum est וַיִּזְבַּח יַעֲקֹב זֶבַח בָּהָר vaizbah Iaakob zebah bahar, Et immolauit Iacob victimam in monte, ita & Chaldaica. Septuaginta, καὶ ἔθυσε θυσίαν ὄρει, Et sacrificauit sacrificium in monte. Ecce quomodo iustus vbique & in omnibus deo gratias agit. Vides etiam primogenituræ priuilegio vtentem, quod est deo victimas immolare. Panem autem pro ciborum paratorum abundantia, posuit scriptura. Nam post peracta deo sacrificia, mos erat antiquitus fœdus ineuntibus inuicem conuiuari in veræ pacis & amicitiæ signum. *Qui cum comedissent, manserunt ibi.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et pernoctauerunt in monte. Somnus nocturnus significatur. AVCTOR CA. Est enim וַילִינוּ בָּהָר Vaialinu bahar, Et dormierunt in monte. Sic & Septuaginta, καὶ ἐκοιμήθησαν ἐν τῷ ὄρει. *Laban uero de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis, reuersusq; est in locũ suum.* Et hic est in Hebræo וַיִּשְׁכֵּם לָבָן בַּבֹּקֶר Vaiasçem babóker, Et surrexit Labã mane, & Græcè τὸ πρωΐ. Diligẽti descriptione huius fœderis, spiritus sanctus conciliare voluit affectus Syrorum & Israëlitarum, vt scirent posteri, quibus geniti moribus, sanguinis saltem gratia, pacem sibi mutuamq; amicitiam diligentius obseruarent. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quanta dei sapientia? quomodo vno facto & suam erga iustum declarat prouidentiam, & illum ab iniustitia abduxit, & in bestia accurrens, & comprehendere volens & interficere, desinit in defensionem, & in filiorum filiarumq; deosculationem, & sic domum redit? Omnia ergo faciamus & tractemus, quo supernam nobis conciliemus gratiam. Quod si deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erunt, & nihil nos in præsenti vita contristari poterit, L
quamuis iniucundum esse videatur. Tanta enim supernæ virtutis est excellentia, vt etiam quæ tristia sunt, iucunda facere queat. Sic & Paulus in afflictionibus existẽs, gaudebat & exultabat, expectatione repositorum bonorum animatus. Propterea & propheta dicebat, In afflictione dilatasti me, docens nos quod in ipsa afflictione securos & beatos faciat. Talem igitur habentes dominum, tam potentem, tam sapientem, tamq; misericordem, & quod nostrum est afferamus, virtutisq; magnam habeamus rationem, vt non solum præsentia, sed & futura bona consequamur.

Vbi supra.

Psalm. 4.

Mystice, Gene. 28.

RVPERTVS. Quod autem supra Iacob lapidem in titulum erexerit, pariq; modo etiam hic, vtrobique mysterium pene idem est. Nam & illic lapis erectus in titulum, vocandus domus dei, Christum significat, qui est caput corporis ecclesiæ, quæ est domus dei, & hic lapis primus in aceruo testimonij, Christum eundem designat principem martyrum, id est testium dei. Quid enim est Laban & Iacob in confœderationem sui lapidem erigere in titulum, lapidesq; congerere in aceruum testimonij, & desuper comedere pro pactione postulati fœderis, paM
némq; ipsum in primis? Quid (inquam) nisi quod pene iugiter cernimus, post diutinos timores sæuáque iurgia, seculares potentias ecclesiis vel sacerdotibus conciliari respectu martyrum & Christi, domini ac regis eorum? Nempe post inimicitias super aceruum testimonij pariter comedere, est post quaslibet iniustitias in basilicis martyrum satisfactione data vel accepta, eadem frui sacramentorum participatione, ac deinde ob confirmationem pacis in monte panem sumere, de mensa domini corpus & sanguinem Christi pariter manducare & bibere. Bene etiam dictum est, iurasse Iacob quod malum contra Laban nullum cogitaret, neque ad illum mali intentione transiret, præsentis acerui testimonio commonitus. Etenim quotquot sacerdotes vel ministri Christi sumus, post reconciliationem altaris aduersariis nostris indultam, nullam de præteritis molestiis coram communi iudice deo, querelam depromere habemus. ISIDORVS. Inter fideles etiam tam Iudæos quàm gentiles, testis est lapis

lapis eminens in similitudinem Christi, & aceruus lapidum, quæ est multitudo credentium. AVCTOR
A CATENAE. Ille (inquam) angularis lapis, qui ab ædificantibus reprobatus, factus est in caput anguli, qui vtriusque parietis maceriam soluens, fecit vtraque vnum. GLOSSA GRAECA. Vtait Ecclesiastes, Tempus spargẽdi lapides, & tempus colligendi. Colliguntur lapides iussu Iacob, qui figuram Christi gessit, vt ædificiũ consummaretur super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. RABANVS. Porro quod Laban & Iacob ambo viam quæ ducit trans fluuium, in terram repromissionis ire cœperunt, sed tamen ambo vsque ad destinatum locum non peruenerunt, quia Laban accepto itinere destitit, nõ inconuenienter significare potest, duos populos tentantes ire per baptismum ad terram ecclesiæ. Sed Iacob illuc progrediente, Laban reuersus est: quia filiis lucis in profectu virtutum, per baptismum ad futuram patriam properantibus, reprobi de incœpto studio retrò labuntur, & ad pristinas sordes reuertuntur.

B

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMSECVNDVM ARGVMENTVM.

Angelorum uisione deus confortat Iacob contra fratrem Esau. Iacob mittit munera ad Esau. Lucta cum angelo confortatur ne timeat fratrem. Appellatur Israel.

CAPVT XXXII.

Lectio pri.

C *Iacob autem abiit in itinere quo cœperat, fueruntque ei obuiam angeli dei. Quos cum uidisset ait, Castra dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Manaim, id est castra. Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regione Edom, præcepitque eis dicens, Sic loquimini domino meo Esau. Hæc dicit frater tuus Iacob. Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque in præsentem diem. Habeo boues & asinos & oues & seruos & ancillas, mittoque legationem ad dominum meum, ut inueniam gratiam in conspectu tuo.*

CHRYSOSTOMVS. Videamus post discessum Laban quomodo iustus iter arripiat. Nihil enim su- I
peruacaneum in diuina scriptura positum est, sed omnia quæ à iustis fiunt, maxima vtilitate plena sunt. Quoniam enim vniuersorum dominum continuo habuerunt comitem, & itineris difficultates reddentem faciles, mul
D tum etiam nos vtilitatis ex paruo eorum itinere possumus percipere. Postquam enim cessauit, & finem habuit timor Laban, illeq; reuersus in domum suam, & Iacob viam suam perrexit, excepit eum timor fratris, propter hoc misericors dominus animare iustum volens, & omnem eius metum discutere, fecit vt angelorum videret castra. Ait enim scriptura. *Iacob autem abiit in itinere quo cœperat.* AVCTOR CATENAE. Id est, à monte Galaad uersus terram Chanaan, terram videlicet patris sui, terram natiuitatis suæ. *Fueruntq; ei obuiam angeli dei.* RVPERTVS. Primum pro magnificentia viri accipimus quod dictum est, fuerúntq; ei obuiam angeli dei. Non enim dictum, quia apparuit angelus, vel apparuerunt angeli ei, quod & multis accidit, sed dictum est, quia fuerunt ei obuiam angeli dei, quod insigne sonat victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi, pompa cœlestis obuiã procedens, festiua exceptione lætum obsequium præbuerit. CAIETANVS. Tertia est hęc visio diuina Iacob, de qua nihil dicit scriptura qualis fuerit, an in vigilia, an dormiendo, vtrum in ecstasi, vel vtendo corporali visione. AVCTOR CATENAE. Iacob angeli occurrerunt, in forma hominum visibiliter apparen
E tes, qui ad domini præceptum illi familiæ ministrando, nunquam aberant. Fiebat autem huiusmodi apparitio ad consolationem viri dei, cui imminebat subitus terror ex occursu fratris, illi iam denunciando. Propẽsior enim domini de nobis cura semper est, quàm nos vel desiderare vel sperare possimus. RVPERTVS. Nec vero paucos angelos vidit. *Quos cum uidisset, ait, Castra dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius, Manaim, id est castra.* 1. Reg. 9.
Multiplicia nanque castra sunt angelorum. Vnde & in prophetis, qui pro huiusmodi visionibus videntes appellatur, vsitato dicitur, dominus deus exercituum, quod Hebraicè dicitur, sabaoth. Et recte talem habuit occursum, qui sub obedientia peregrè militauerat, in fide certauerat, in spe victoriam perfecerat, in charitate dilatata eius animа, profundissimas potestatis beneficiis deo gratias agebat. AMBRO. DE IACOB ET VITA BEATA. Perfectis enim & fidelibus diuina solent adesse præsidia. Perfectus autem, qui cogitabat de reconciliatione fraterna, ita vt humilitate eam inuitaret, officiis acquireret, muneribus quoque emendam putaret.
F HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Vbi hic castra posita sunt, in Hebræo habet מַחֲנַיִם mahanaim, vt sciamus, si quando interpretatum in alio loco ponitur, quem locum significet. Et pulchre ad fratrem iturus inimicum, angelorum se comitantium excipitur choris. INTERLINEARIS. Quibus comitatus non metueret fratrem, securus eorum auxilio. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Castra dei quæ vidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est, quod angelorum fuerit multitudo, ea quippe in scripturis militia cœli nominatur. CHRYSOSTOMVS. Et vocauit nomen illius loci castra, vt ex ea appellatione, perpetua maneret memoria visionis, quæ illic contigerat. CAIETANVS. Legendum est, Machanaim, id est castra. Et aiunt significari castra, non quotcunque, sed duo duntaxat, tanquam duas legiones militum viderit Iacob ad pugnandum pro eo. AVCTOR CATENAE. Et ait, castra dei sunt hæc, quasi dicat, fortissimi milites dei, aduersariis potestatibus terribiles vt castrorũ acies ordinata, adsunt ad protegendum me præparati. Et appellauit nomen loci illius Manaim

Universidad de Deusto
Biblioteca

naim,id est castra.Nomen ergo loco imposuit,quo memores essent posteri angelica se tutela semper & vbiq; de- G
fendendos,si in fide domini,vt pater illorum Iacob perseuerarent,ac inhærerent. *Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir in regione Edom.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Seir, mons in terra Edom , in qua habitauit Esau in regione Gabalena , quæ ex eo quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir,id est pilosi nomen accepit.In quibus locis prius habitauit Chorræus , quem interfecit Chodorlaomor.Meminit montis Seir,& Esaias in visione Idumææ. INTERLINEARIS. Superatis igitur præteritis tẽtationibus tanquam hostibus à tergo sequentibus, imminet fugere tanquã hostes obuiam venientes,quos oportet præuenire orando & bene operando,ad quod perficiendum prosunt aliquando persuasibilia humanæ sapientiæ verba.Misit ergo nuncios Iacob ad Esau fratrem suum in terram Seir,in regione Edom. CAIETANVS. Iuxta Hebræum dicitur,ad terram Seir,campum Edom,Appositiue dicitur campum, ad manifestandum, quod non ad montem,sed ad campestrem partem terræ Seir, seu Edom misit. Sũt enim hæc quasi synonyma.Planities siquidem terræ Seir, finitima saltem erat viæ qua transibat Iacob. AVCTOR CATENAE. Idem Esau, & H
Edom,id est ruffus,& Seir,id est pilosus seu hispidus dictus est, vt patuit supra capitulo vigesimoquinto.Ab hoc autem mons Seir appellatus est,qui est prope solitudinem quæ ducit ad mare rubrum,quem Esau habitauit, & si lij eius post eum.De quo Iosue vigesimoquarto legitur,quod dominus dixit ad eum, Dedi Isaac Iacob & Esau, è quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum.Ab ipso etiam dicta regio Edom,in qua habitabat cum filiis suis,vbi & prædictus mons Seir situs erat.Sumuntur ergo nomina hæc,Seir & Edom,interdum pro illa prouincia in qua demoratus est Esau , & ita nunc accipiuntur,estque idem in re,terra Seir,& regio Edom. *Præcepitq; eis dicens,Sic loquimini domino meo Esau.Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus sum , & fui usque in præsentem diem.* CHRYSOSTOMVS. Vide & post visionem,quantus adhuc timor vrgebat iustum. Timebat enim fratris violentiam,& angebatur animo,ne forte memoria eorum quæ olim facta sunt, impelleret illum ad insidias. CAIETANVS. Hæc dicit frater tuus Iacob.Iuxta Hebræum habetur,sic dixit seruus tuus Iacob.Nõ fratrem, I
sed seruum se appellat Esau. AVCTOR CATENAE. Est enim עַבְדְּךָ abdecha in Hebræo,& apud Septuaginta,παιδός σου,id est seruus tuus.Sic habet & Chaldaica.Hæc igitur dicit seruus tuus Iacob. Humili blandoq; sermone iram fratris mitigare conatur,non interim mendacem reddendo patrem, qui dominum eum cõstituerat. Nec benedictioni renunciat,nec hæreditati,sed deo pariter omnia commendat. Fratris officium exhibet, vt fratrem sibi verbis ac factis conciliet,in bono malum vincere studens.Et re vera fidelis quicunque , seruum se facit omnium,omnium prospicit commodis,conuertit ad meliorem mentem quos potest, præuenit honore confratres suos,& domino omnium seruit in omnibus. *Habeo boues & asinos & oues & seruos & ancillas,mittoq; nuncantionem ad dominum meum,ut inueniam gratiam in conspectu tuo.* CHRYSOSTOMVS. Attende quomodo timuerit fratrem,& propterea placare eum volens, præmittit significans ei & redditum suum,& substantiam quæ sibi contigerat , & vbi tanto tempore moratus fuerit , vt placato eius furore,clementem facere possit, id quod & factum est,deo cor illius demulcente,& tractabilem extincta ira facientem . Nam si Laban qui tanta concitatio- K
ne persequebatur,timere fecit per ea, quæ ad ipsum dicebat, multo magis fratrem mansuetiorem fieri erga iustũ fecit. AVCTOR CATENAE. Vide per omnia perfectum, & vndequaque sapientem virum.Conciliandi nobis sunt inimici,etiam si iustam contra eos causam teneamus . Superior hic ad inferiorem , dominus à deo constitutus,ad seruum mittit, licet certo sciret se fœliciter pergere, nihil tamẽ omittit ad officium charitatis & circunspectionis pertinens.Iam dies euaserat sine fratris damno,sine hæreditate paterna,proprio labore & diligentia.Esau etiam iam tantum diuitiarum susceperat,vt fratri suo minori inuidere non posset.Viuebat adhuc pater vtrorumq; , qui facile conciliare poterat. Quærit tamen & ambit amicitias fratris , & non vult tentare dominum.

Mysticè. RVPERTVS. Sed iam super hoc breuiter aliquid, secundum anagogen dicendum est . Igitur Iacob postquam præceptum patris peregit,reuertẽti obuiã fuerunt angeli dei,vt sciamus, quia post obedientiæ laborẽ cuiq; L
viro fideli supereſt supernis illum reuelationibus glorificari , & cœlestium spirituum crebra visitatione iam in hac vita remunerari.Sic ipse Christus, postquam tentationes euicit, exceptus est victor ab angelis, reliquit enim
Matth.4. eum tentator,& ecce accesserunt angeli,& ministrabant ei. Sic pro modulo suo quique electorum quanto superiores hominibus fiunt , tantum proximi deo effecti, ministerio fruuntur angelorum, qui omnes(vt ait Apostoli
Heb.1. lus)administratorij spiritus sunt,in ministerium missi,propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.Locus autem
Canti.6. ipse vbi horum visitatio declaratur,ecclesiæ secretum est,qui & recte dicitur,Manaim, id est castra. Nam & ipsa ecclesia terribilis est,vt castrorum acies ordinata. INTERLINEARIS. Sed & quod ait Iacob, apud Laban peregrinatus sum , & fui vsque in præsentem diem , vere dicit. Omnis enim qui patriæ cœlestis ciuis est, peregrinus est mundi toto tempore vitæ præsentis.

2 *REuersique sunt nuncij ad Iacob,dicentes.Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum* M
tibi cum quadringentis uiris . Timuit Iacob ualde, & perterritus diuisit populum qui secum erat.Greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas , dicens , Si uenerit Esau ad unam turmam,& percusserit eam,alia turma quæ reliqua est,saluabitur.Dixitque Iacob , Deus patris mei Abraham , & deus patris mei Isaac,Domine qui dixisti mihi,reuertere in terram tuam,& in locum natiuitatis tuæ,& benefaciam tibi, minor sum cunctis miserationibus tuis,& ueritate tua quã expleſti seruo tuo.In baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ, & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau,quia ualde eum timeo,ne forte ueniens percutiat matres cum filiis.Tu locutus es quod benefaceres mibi,& dilatares semen meum sicut arenam maris: quæ præ multitudine numerari non potest.

AVCTOR

A AVCTOR CATENAE. Nuncios supra miserat Iacob ad Esau, ad explorandum animum eius,atque ad captandum eius beneuolentiam,qui *Reuersi sunt ad Iacob,dicentes. Venimus ad fratrem tuũ, & ecce properat in occursum tibi cum quadringentis uiris.* Verisimilius est,bona intentione,& fraterna dilectione permotum Esau , post tot annos ab exilio redeuntem fratrem,amice voluisse amplecti,quàm ad inuadendum se tot hominibus armasse. Etenim nuncij nihil duri renunciant,nec vt præcaueat sibi Iacob,hortantur.Et Esau quoq; suam fratri voluit ostentare potentiam & facultatem.Non fuerat etiam illi sua benedictio vacua. *Timuit Iacob ualde , & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas .* CHRYSOSTOMVS. Vide & istuc ipsum cum quadringentis viris auget metum iusti. Neque enim sciebat euidenter mentem fratris, sed vt didicit multitudinem venientium cum illo,formidauit,suspicans ne quasi in bellum contra se veniret,& ita velet occurrere. Timuit enim(inquit)Iacob,& perplexus erat, & formido mẽtem eius turbauerat, & nesciebat quid
B faceret,sed mansit perplexus,propterea timuit quasi de salute sua, & mortem ante oculos habens. CAIETANVS. Et timuit Iacob valde, & perterritus,& cætera.Iuxta Hebræum habetur,& angustatus est . Non solum timorem in affectu,sed angustias in consilio incurrit,tanquam nesciens quid faceret, audito occursu fratris cum quadringentis viris,nam nec regredi,nec diuertere licebat tunc,vt euaderet.Humanoq; affectu ac consilio rationabiliter timuit occursum fratris cum tanta multitudine , conscius eorum quæ aduersus illum fecerat . Non est autem à ratione alienum,& quod exemplo duarum societatum angelorũ, & quod humano vsus est consilio multiplici,vt ex parte sua(quantum angustia euentus patiebatur)consuleret sibi & suis, si forte istis tot adhibitis cautelis,euadere vel in parte posset. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos legitur,Et perterritus.Hebraice est וַיֵּצֶר vaiézer,id est,Et angustiatus est,seu anxius factus est , sic & Chaldaica . Septuaginta vero, καὶ ἀπορεῖτο, & dubitauit.Territus est ergo Iacob nunciorum verbis,dei prouidentia immissa est animo anxietas ad tempus, forte vt purgaret inhumanitatis commissum olim,quo circumuenerat fratrem, cibum famelico negando,& pri
C mogenita ad vendendum cogendo , sic fidelium peccata in hoc mundo deus purgat quandoque calamitatibus immissis, quibus magis quam impij obruuntur . Vel ideo timere & angustiari iustum permittit deus,vt oret ardentius,ac liberatoris gratiam ampliorem expertus,fide confortetur & crescat,id quod & fecit Iacob.Diuisit autem & populum qui secum erat , greges quoque &,id est,oues & boues & camelos in duas turmas. *Dicens, Si uenerit Esau ad unã turmam,& percusserit eam,alia turma quæ reliqua est,saluabitur.* CHRYSOSTOMVS. Talia quidẽ suggerebant ei timor & magna formido . AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Vbi quæri potest,quomodo habuerit fidem Iacob promissis dei, cum hæc dixerit? Sed etiam hoc fieri potuit, vt euerteret castra eius Esau , & tamen deus post illam afflictionem adesset, & liberaret eum, & quæ promisit impleret.Et admonendi sumus hoc exemplo,vt quamuis credamus in deum,faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis , ne prætermittentes ea , deum tentare videamur. AVCTOR
D CATENAE. Parui refert,quod apud nos est,Alia turma quæ reliqua est,saluabitur,aliter in Hebræo haberi, videlicet וְהָיָה הַמַּחֲנֶה הַנִּשְׁאָר לִפְלֵיטָה Vehaia hamahane hanizar liphleta,Et erit turma reliqua in liberationem seu euasionem.Septuaginta,ἔσται ἡ παρεμβολὴ ἡ Δευτέρα εἰς τὸ σώζεσθαι. CHRYSOSTOMVS. Videns autem se quasi in sus est cum Latina æditione,cui & Chaldaica concordat. Erit turma secunda vt saluetur.Sed idem sentireti comprehensum,ad inuictum dominum confugit,& promissiones quæ ei factę erant repetit ab omnium deo, quasi dicens ad eum, Nũc venit tempus,in quo & propter primogenitorum virtutem, & propter promissionem, quæ à te facta est mihi,dignus habear,qui tuo adiuuer præsidio. INTERLINEARIS. Ne ergo totum humano cõsilio tribuat,adiungit orationem , quia prædestinatio dei precibus adiuuatur. AVCTOR CATENAE. Artificio autem spiritus, format efficacissimam orationem , beneuolentiam captat , dominum & deum suum,patrumq; suorum appellat,fidem testatur , beneficia accepta gratus agnoscit , promissiones inculcat factas patribus,propriam humilitatem fatetur,munificentiam dei exaggerat,& sic tandem periculorum incommoda maxima deprecatur,ne scilicet filios cum matribus pariter interfici permittat. Semen sanctum promissum
E vel deleat,vel diutius remoretur.Ait ergo scriptura, *Dixitq; Iacob, Deus patris mei*,hoc est aui mei, *Abrahã, & deus patris mei Isaac.* CAIETANVS. Humanis officiis adiungit inuocationem diuini præsidij , commemorando tum merita Abrahæ,tum merita Isaac,tum promissiones sibi ab ipso deo factas.Et deum respectu Abrahæ & Isaac nominat,vt cultum ab vtroque ad allegandum vtriusque merita.Cum vero de se ipso Iacob loquitur, ni hil proprij meriti quoad diuinum cultum citare audet,sed tantum diuinum beneficium tum verbo tum facto,di- cens. *Domine qui dixisti mihi,reuertere in terram tuam,& in locum natiuitatis tuæ,& benefaciam tibi.* CHRYSOSTOMVS. Qui euocasti me(inquit) de terra aliena, & præcepisti vt redirem ad patrem meum,& in terram natiuitatis meę. CAIETANVS. Et ita beneficium gubernationis,& commemorationem adimplendi diuinũ verbum,continet hæc particula, tu direxisti me , vt aggrederer hoc iter, promittendo benefacere. *Minor sum cunctis miserationibus tuis,& ueritate quam expleſti seruo tuo .* HIERONYMVS IN QVAESTIONI-
F BVS HEBRAICIS. Pro eo quod nos posuimus, minor sum, aliud nescio quid quod sensum turbet, in Græcis & Latinis codicibus continetur. CHRYSOSTOMVS. Iuxta alia exemplaria habetur, Satis mihi sit de omni iustitia & veritate, quam fecisti puero tuo.Sufficis mihi (inquit) ad subsidium in præsenti tempore. Qui enim vsque ad præsens tempus tantam erga me declarasti prouidentiam , potens es etiam nunc eripere me ab vrgentibus periculis. CAIET. Minor sum.Iuxta Hebræum si dici liceret,habetur, Me minoraui. Veræ humilitatis theologicæ professio est, hominem reddidisse ac reddere se ipsum minorem , quàm exigant diuina beneficia. Sumus siquidem impares diuinis beneficiis , & ipsam imparitatem nos ipsi efficimus, tum minus præparando,ac disponendo nos ad suscipienda,tum minus respondendo acceptis.Cunctis miserationibus tuis . Iuxta Hebręum habetur,de cunctis gratiis tuis.Dictio enim Hebraica non est nomen compassionis,sed beneficij,quod sine meritis conceditur, quod proprie appellatur gratia. Et frequentissime sacræ scripturæ interpretes minus aduertunt,interpretando misericordiam dictionem hanc, quæ interpretari deberet gratia propter dictam rationẽ. Vnde & hic subiungitur, & de omni veritate . Vniuersæ siquidem viæ domini , gratia & veritas , quam exple-

sti

Universidad de Deusto
Biblioteca

plesti ſeruo tuo. Rectius diceretur, quas feciſti cum ſeruo tuo, vt relatiuum comprehendat tum omnem gra- G
tiam, tum omnem veritatem exhibitam Iacob. Et adiungit veritatem gratiæ, quia multæ ei gratiæ collatæ ſunt
ad verificandum verba dei cum Abraham, Iſaac, & ipſo etiam Iacob. AVCTOR CATENAE.
Non poterat hoc in loco melius verti ab interprete Latino quàm verſum eſt. Sunt enim Hebraica huiuſmodi.
קטנתי מכל החסדים ומכל האמת אשר עשית את עבדך Katónti micol hahaſadim vmicol haemeth aſer aſitha eth
abdecha, quæ ſi ad literam reddas, ita dicunt, Minor ſum præ omnibus miſerationibus, & præ omni veritate
quam feciſti cum ſeruo tuo. Hebræis enim mos eſt, præpoſitione מי quæ ſignificat ab, poſitiuis adiuncta, fa-
cere comparationem, neque alia comparatiuorum forma apud eos reperitur. Non enim dicerent melior ſum
te. Sed bonus præ te, nec minor te, ſed paruus præ te. Ex quo genere ſunt & illa. Quia multi filij deſertæ,
hoc eſt, plures, & illud, Bonum eſt confidere, hoc eſt, melius eſt, & alia innumera. Heſed autem, tam miſeri-
cordiam, quàm beneficium & gratiam ſignificat, quod interpres miſerationes tranſtulit. Chaldaica verò ædi- H
tio ita habet, Minora ſunt merita mea omnibus miſericordiis & beneficiis, quæ feciſti cum ſeruo tuo. Septua-
ginta autem Ἱκανόυσθω μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης ἀληθείας, ἧς ἐποίησας τῷ παιδί σου, hoc eſt, ſuffi-
ciat mihi ab omni iuſtitia, & ab omni veritate, quam feciſti ſeruo tuo. Et forte non ita bene ad veritatem He-
braicam redditum. Nam catan, non ſufficere, ſed minorare vel minorem eſſe, & heſed non iuſtitiam, ſed mi-
ſericordiam & gratiam ſignificat. Dicat igitur fidelis dilectus domini, in magna animi anguſtia conſtitutus. In-
dignus ſum (fateor domine deus meus) omnibus mihi hactenus impenſis beneficiis, & vera illorum exhibitio-
ne, quam feciſti mihi ſeruo tuo. Et hoc pacto Iacob gratias deo de præteritis beneficiis agit, vt ſit dignus futuris.
Non enim accipiendis eſt idoneus, qui de exhibitis minime gratus exiſtit. *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior.* CHRYSOSTOMVS. Non ignoro quod in iſto baculo meo
tranſiui Iordanem. Hunc ergo propter tuam de me ſolicitudinem, qui baculum ſolum geſtans, abiui in terram
alienam, & nunc cum duabus turmis aduenio. CAIETANVS. Inter alias gratias commemorat, ſe ex tanta
inopia, quod nihil præter virgam habens, tranſierit Iordanem eundo in Meſopotamiam, in tantam euectum I
opulentiam, quod nunc duas poſſidet turmas AVCTOR CATENAE. In baculo meo tranſiui Iordanem
iſtum. Hebraicè præcedit dictio מי chi quoniam, quaſi rationem reddat miſericordiarum & veritatis domini,
dicens, quoniam in baculo meo tranſiui Iordanem. Loco cuius Chaldaica æditio poſuit, Quoniam ſolus tranſi-
ui Iordanem iſtum, declarans magis quid innuerit per baculum, quàm vertens. Eſt autem Hebraiſmus quod in,
vſurpetur pro cum, quanquam & Septuaginta eadem phraſi vtantur. Quod verò ſequitur, Et nunc cum dua-
bus turmis regredior, in Hebræo ita habetur, ועתה הייתי לשני מחנות veatha haiithi liſne mahanoth, &
nunc factus ſum in duas turmas. Ita & Chaldaica, & Septuaginta. Sed idem eſt ſenſus. Agnoſco inquit, benefi-
cium, non ſum ingratus miſericordiæ domini, ſine vxore, liberis ac cognatis, vno meo tantum baculo ſu-
ſtentatus, prætergreſſus ſum Iordanem hunc, nunc autem cum binis caſtris, hominum ſcilicet & pecorum, re-
uertor. Et hinc apparet, non longe fuiſſe Iacob à Iordane. Erat enim in eminentia montis, & poterat inde vi-
dere Iordanem. Non enim diſtabat ab eo niſi per campeſtria Moab, quæ plana ſunt, nec viſum eius impedie- K
bant. CHRYSOSTOMVS. Tu igitur domine, qui tantam mihi ſubſtantiam conceſſiſti, qui tantum au-
geri me feciſti, nunc *Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo, ne forte ueniens percutiat matres cum filiis.*
CAIETANVS. Exaggeratio eſt cauſæ. Fratri infenſum ſe ſciebat, & Eſau valde potentem, timet ergo peni-
tus extingui, nam timet non ſolum ſibi, ſed & vxoribus & filiis. AVCTOR CATENAE. Quod apud
nos eſt, Percutiat matres cum filiis, habetur in Hebræo והכני אם על בנים Vehicáni em al banim, id eſt, Et per-
cutiat me, matrem cum filiis. Sic & Septuaginta, πατάξῃ με, καὶ μητέρα ἐπὶ τέκνοις, Et percutiat me, & ma-
trem ſuper filios. Chaldaica, Et interficiat matrem cum filiis. Ponitur autem ſingularis numerus pro plurali,
videlicet matrem pro matres. *Tu locutus es quod benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ*
multitudine numerari non poteſt. CHRYSOSTOMVS. Vide iuſti religioſum animum, & magnam gratitudi- L
nem, quomodo non in alio dominum precatur, quàm vt ſuas promiſſiones adimpleat. Et de prioribus de-
monſtraturus gratiarum actionem, confitetur quod ex nudo, & omnibus deſtituto in tantam peruenerit abun-
dantiam, & ſupplicat vt de periculo ſe liberet. Dixiſti enim (inquit) Ponam ſemen tuum ſicut arenam maris,
quæ dinumerari non poteſt. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM.
Satis in omnibus ſupradictis verbis, & humana infirmitas, & fides pietatis apparet. INTERLINEARIS.
Sic ergo orat iuſtus, vt ſpem timore moderetur, & timorem ſpe conſoletur, ſignificans, vt noſtræ ac domeſti-
corum vitæ ratione conſulamus, & tamen dei auxilium inuocemus. CAIETANVS. Tu locutus es, &
cætera. Sicut inter gratias commemorauit opulentiam, ita inter veritatis diuinas commemorat promiſſio-
nem ſibi factam, vt non eius meritis, ſed ad verificandum diuina verba liberet eum. AVCTOR CATE-
NAE. Quaſi dicat, quia promiſiſti tantam fore generis mei multitudinem, ideo libera me domine de fra-
tris mei manibus vna cum filiis & vxoribus, nam ſi ego & illi fuerimus interfecti, nequaquam adimplebuntur
pollicitationes tuæ. Mirum autem videtur, quod Iacob ſciens promiſſum ſibi à deo quicquid hac in litera con-
tinetur, pro eorum tamen impletione tam feruenter orauerit. Sed reſpondendum, merito ita oraſſe, quoniam M
ſic electis ſuis deus bona conferre præordinauit, vt tamen velit eos talia orando & laborando acquirere, ita quod
media obtinendi gratia in præſenti, & gloriam in futuro, ſub dei cadunt prouidentia. Hinc dicitur, quod præ-
deſtinatio dei precibus electorum iuuatur, quia prædeſtinationis effectus orando obtinetur.

Myſticè. RVPERTVS. Sed & myſtice Prælatus vel pater, quicunque eiuſmodi eſt, qui victor vt ſupra diximus,
cuaſit, & Angelorum refectus eſt viſitatione, imminente Eſau, diuidit ſuos in duas turmas, id eſt teneriori-
Heb. 13. bus fortiores deputat cuſtodias, ipſe etenim peruigilans, quaſi rationem pro animabus eorum redditurus, di-
cit ad dominum, Minor ſum cunctis miſerationibus & veritate quam expleſti ſeruo tuo, erue me de manu fra-
Pſalm. 136 tris mei Eſau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis. Huic orationi illa Pro-
phetæ vox in Pſalmo conſona, & pene eadem eſt. Memento domine filiorum Edom in diem Hieruſalem,
qui

A qui dicunt, exinanite exinanite vſque ad fundamentum in ea. Timendum quippe eſt patri pro filiis ſuis, quod
illi, hoc eſt, carnales & reprobi, fideles tamen, dicunt de Hieruſalem, id eſt de Chriſti eccleſia, cuius & ſi profiten-
tur nomen, oderunt religionem. Quid enim dicunt: Exinanite exinanite vſque ad fundamentum in ea. Hortan-
tur ſemetipſos, vt exinaniant vel euacuent omnem diſciplinam vel religionem vſque ad fundamentum in ea,
id eſt vſque ad nudum nomen chriſtianum, quod ſolum habere conſentiũt, vt nomine ſint Iacob, id eſt Chriſti,
operibus autem ſint Edom, & abſque iugo viuant. Memento ergo domine filiorum Edom in diem Hieruſalem,
id eſt retribue retributionem ſuam imitatoribus Edom, in conſolationem Hieruſalem, in tempore tribulationis
pacem videre cupientis. Hi cum exaltati fuerint, ita vt non poſſint apoſtolica virga corripi, non ſolum tolerandi
ſunt in ſpiritu manſuetudinis, verum etiam honoribus præuenientibus demulcendi, vt odium quod contra ſpi-
rituales habent, quia carnales ſunt, temperare vel mitescere poſſint. Illa ſane orationis Iacob pars, qua dicit deo,
In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior, tam Chriſto domino, quam cui-
B libet perfecto congruit chriſtiano, ſiue ille prælatus, ſiue ſubditus ſit, dummodo patriarchæ huius fidem vel iuſti-
tiam ſectari meruerit. Chriſto videlicet, quia ſolus ab omnibus relictus in paſſione & morte ſua, quam pertranſ-
iuit in baculo, id eſt pro arbitrio ſuo, baptiſmi ſacramentum quod per Iordanis nomen ſolet intelligi, nobis con
didit, & nunc cum duabus turmis, Iudæorum ſcilicet & gentium regreditur, quia priorum pariter & ſequentium
dominatur, quorum ſalutem operatus eſt. ORDINARIA. Per baptiſmum enim coniunctus eſt paries de
gentibus ei qui ex Iudæis, primitiuæ tamen eccleſiæ non deeſt timor incredulorum Iudæorum, quos ſignificat
Eſau. INTERLINEARIS. Antequam etiam diceretur, Baptizate omnes gentes, lege verberante nõ Sermo. 80.
miſerante, nitebatur populus dei. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Sed
& quod ait Iacob, In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, verum eſt fratres chariſſimi. Baculo enim crucis Chri
ſtus apprehendit mundum, & cum duabus turmis, id eſt cum duobus populis ad patrem rediit cum triumpho.
C RVPERTVS. Chriſtiano autem ei qui domui Chriſti prælatus eſt, idcirco congruit, quia in ſolo quidem &
ſimplici chriſtianæ confeſſionis, vel fidei verbo, tranſiuit regenerationis eiuſdem ſacramentum, nunc autem ſan Heb. 3.
cti ſpiritus donis ditatus, & eccleſiæ dei præpoſitus, duas turmas ſuſcepit alendas, alteram videlicet paruulorum,
quibus adhuc lacte opus eſt, alteram perfectorum iam, quorum ſolidus cibus eſt. Nihilominus & ſubditorum
cuipiam qui perfectionis metam attigit, dicere competit cum eodem Iacob, In baculo meo tranſiui Iordanem
iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior, eo videlicet reſpectu, quia quiſque noſtrum nudus venit ad baptiſ-
mum, nihil habens præter ſolum ſuſtentantem ſe chriſtianæ confeſſionis baculum, & nunc duabus turmis regre-
ditur, quia & peccatorum remiſſionem quam omnes æqualiter in baptiſmo accipiunt, & præter hoc, per impo- Ephe. 4.
ſitionem manuum diuiſiuam accepit gratiam ſpiritus ſancti. Nam vnicuique noſtrum, inquit Apoſtolus, data eſt
gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.

D Cvmque dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat munera Eſau fratri ſuo, capras ducentas, 3
hircos uiginti, oues ducentas, & arietes uiginti, camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, uaccas quadra-
ginta, & tauros uiginti, aſinas uiginti, & pullos earum decẽ. Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſin-
gulos ſeorſum greges, dixitque pueris ſuis, Antecedite me, & ſit ſpatium inter gregem & gregem. Et præce-
pit priori, dicens, ſi obuiam habueris fratrem meum Eſau & interrogauerit te cuius es, aut quo uadis? aut cuius
ſint iſta quæ ſequeris? R eſpondebis, ſerui tui Iacob. Munera miſit domino ſuo Eſau, ipſe quoque poſt nos uenit.
Similiter dedit mandata ſecundo ac tertio, & cunctis qui ſequebantur greges, dicens, Iiſdem uerbis loquimini ad
Eſau cum inueneritis eum & addetis, Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur. Dixit enim, placa-
E bo illum muneribus quæ præcedunt, & poſtea uidebo illum. Forſan propitiabitur mihi. Præceſſerunt itaque mu-
nera ante eum, ipſe uero manſit nocte illa in caſtris.

CHRYSOSTOMVS. Cum orationem ſuam ad deum feciſſet, & ſupplicationem precum obtuliſſet, fa- 3
cit & ſuum officium. AVCTOR CATENAE. Et nihil omittit eorum, quæ rationabiliter pro euadendo
periculo fieri poterant, vt poſt fidem & orationem, operas quoque noſtras non omittendas diſcamus. Ait ergo,
Cumque dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat munera Eſau fratri ſuo. Parui refert quod habetur in Hebræo
ויקח מן הבא בידו מנחה Vaikah mín habai biiadó minha, Et tulit ſiue accepit de his quæ veniebant ad manum
ſuam munus Eſau. Chaldaica, Et tulit de his quæ habebat in manu ſua, munera Eſau. Septuaginta καὶ ἔλαβεν ὧν ἔ-
φερε δῶρα, Et accepit de quibus ferebat dona, ſed vnus eſt vbique ſenſus. Ex armentis igitur, & gregibus elegit quę-
dam, vt dono fratri mitteret, vt quem moribus & factis offenderat, muneribus placaret. Accipere autem ad ma-
F num quæ veniebant, eſt diligenter inſpicere ſi cõueniant, ac digna ſint pro munere deſtinando. *Capras ducentas, hircos uiginti, oues ducentas, & arietes uiginti, camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, uaccas quadraginta, & tauros uiginti, aſi-*
nas uiginti, & pullos earum decem. Quod noſtri codices habent camelos fœtas, Hebraici habent, מיניקות meni koth,
Greci, θηλαζούσας, hoc eſt, lactantes, Sic & Chaldaica. Proportionem ſpecierum & generum in numero hic ludæi
tractant, quæ prudenter diſſimulamus, & curioſioribus permittimus. *Et miſit per manus ſeruorum ſingulos ſeorſum*
greges. Vnumquenque ſcilicet gregem eiuſdem ſpeciei ſeparatim & ſingulariter, ita vt eſſet inter gregem &
gregem interuallum. INTERLINEARIS. Et quia volebat, vt placerent munera multitudine, ſicut
magnitudine, *Dixit pueris ſuis, Antecedite me, & ſit ſpatium inter gregem & gregem.* CAIETANVS.
Iungendo hæc cum ſubiunctis, apparet quod die antecedente noctem illam, miſit Iacob ſeruos cum muneribus,
vt tranſirent fluuium Iaboch. Nam nocte illa ſurrexit Iacob (vt inferius ſubditur) & tranſiuit cum vxoribus & fi-
liis & reliquis ſuis idem flumen de quo hic dicitur, Tranſite ante me. AVCTOR CATENAE.

Singulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singulos igitur greges seorsum ordinauit, vnum post alium eleganti serie. *Et præcepit priori, dicens, Si obuiam habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, cuius es? aut quo uadis? aut cuius sunt ista quæ sequeris? Respondebis, serui tui Iacob. Munera misit domino suo Esau, ipse quoque post nos uenit.* INTERLINEARIS. Vt scilicet ante esset muneribus reconciliatus, quàm à fratre visus. CAIETANVS. Tres quæstiones proposuerat, cuius es? quo vadis? & cuius ista? Docet ad primam quæstionem respondere, serui tui Iacob, ad secundam vero & tertiam, qui munera misit domino meo Esau, & ipse etiam post nos venit. *Similiter dedit mandata secundo ac tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens, Iisdem uerbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum, & addetis, Ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrũ insequitur. Dixit enim, Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & postea uidebo illum. Forsitan propitiabitur mihi.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod Latini codices habent, Dixit enim, Placabo illum muneribus quæ præcedunt. Scriptor libri qui narrans ait de Iacob, dixit enim, Placabo illum, hucusque verba Iacob dixisse intelligitur, cætera vero sua intulisse quod ait, muneribus quæ præcedunt, tanquam diceret, in muneribus quæ præcedebant Iacob, placabo vultum fratris mei. Ordo est ergo verborum Iacob placabo illum, & postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi, id est benigne me suscipiet, & commissa in se condonabit. Interposita autem sunt verba scriptoris, muneribus quæ præcedunt. ORDINARIA. Vel dic, quòd omnia hæc interposita sunt à scriptore, quæ Iacob dixit in corde suo. Non enim prudentis artem suam detegere, & sic eis cum quibus agitur, suspectum se facere. AVCTOR CATENAE. Quod in Latino codice est, Forsitan propitiabitur mihi, recte ab interprete commutata est Hebraica locutio, quæ est אוּלַי יִשָּׂא פָנָי vlai isa phanai, Forsitan suscipiet faciem meam, sic & Chaldaica, sic & Septuaginta. Hebraismus est, vt dictum est, pro propitiabitur mihi, vel reuerebitur me. Nihil autem per dolum hic proponebat, sed formidolosus fratrem placare optabat, iactareq; dei gratiam circa se, qua tanta rerum affluentia promouisset sine iactura fratris, cuius gratiam his omnibus præponeret, quèmque summopere reconciliatum vellet. *Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse uero mansit nocte illa in castris.* INTERLINEARIS. Hoc prudenter fecit, vt per nuncios voluntatem fratris cognosceret. CAIETANVS. Ecce clare describitur ordo inter nocturnam dormitionem, & destinationem munerum. Clare enim hæc dicitur, quod munus transiuit; proculdubio flumẽ ante Iacob, & quod ipse manserit sequente nocte illa in castris, hoc est, in loco illo quem appellauerat castra, eo quod ibi vidisset castra dei. AVCTOR CATENAE. Exequebantur seruuli imperata ex ordine, ipse vero distulit profectionem, vt & commode procederent munera & temporis successu placatus muneribus Esau, miteseceret, ipse quoque interim orationibus negocium domino commendaret pernoctando. Mansit ergo Iacob nocte illa in castris, id est, in tentoriis.

Mysticè. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Petiturus à fratre concordiam, dormiuit in castris. Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem, & stabilitatem. Ideo dominus do-
Ioan. 14. num eius perfectioribus reseruauit, dicens, Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Perfectorum est enim non facile mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari suspicione, non terrore concuti, non dolore vexari, sed quasi in littore tutissimo aduersum insurgentes fluctus secularium procellarum, mentem immobilem fida statione placidare. Hoc firmamentum christianis mentibus Christus inuexit, pacem internam
Philipp. 4. inuehens animis probatorum, vt non turbetur cor nostrum, neque exagitetur animus. Hanc pacem super omnem mentem esse Apostolus doctor asseruit, dicens, Et pax dei quæ exuperat omnem mentem, custodiat corda vestra & sensus in Christo Iesu. Fructus itaque pacis est, non perturbari in pectore. Denique vita iusti quieta est, iniustus autem inquietudinis & perturbationis plenus est. Itaque amplius suis suspicionibus affligitur impius, quàm alienis plerique verberibus, maiorèsque vibices vulnerum in eius animo sunt, quàm in eorum corpore qui ab aliis verberantur. Grande est intra se aliquem tranquillum esse, & sibi conuenire. Foris pax, aut imperatoris solicita prouidentia, aut manu militum quæritur, aut bellorum prospero cedit euentu, aut internecione aliqua barbarorum, si in se hostili motu arma conuertant. In ea pace nulla nostra virtus, sed euentus est. Certe gloria pacis illius ad imperatorem refertur, istius pacis fructus in nobis est, quæ est in mentibus singulorum, quæ tenetur affectibus. Istius pacis maior est fructus, quo spiritalis nequitiæ tentamenta, quàm quo arma hostilia repelluntur. Ista pax sublimior, quæ corporalium passionum excludit illecebras, perturbationésque mitigat, quàm ea quæ barbaricos sedat incursus. Plus est enim clauso intra te hosti resistere, quàm remoto.

4 *VMque maturè surrexisset, tulit duas uxores suas & totidem famulas cum undecim filiis, & transiuit uadum Iaboch. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus. Et ecce uir luctabatur cum eo usque mane. Qui cum uideret quod eum superare non posset, tetigit neruum fœmoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum, Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomen est tibi? Respondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?*

4 CHRYSOSTOMVS. Vide obsecro ineffabilem dei misericordiam, & quomodo semper congruo tempore suam declarat prouidentiam. Nam vt de Laban dictum est, quoniam iustus nihil tale suspicabatur, neque sciebat quod Laban cum tanta vi inuadere se vellet, vt vleiscereturclancularium suum absessum, apparuit angelus nocte Laban, & repressit eius impetum, mandatúmque dedit, ne vel asperum verbum loqueretur Iacob, dicit enim, ne loquaris cum Iacob mala. Et hoc ita dispensabat, quod

A quod per illius linguam notum fieret iusto, vt fidentiori esset animo, comperta tanta dei in se prouidentia. Nunc quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieueratq; ira & indignatio contra Iacob, hic autem anxius erat, timens & tremens fratris occursum, bonus dominus non iam Esau præcipit, nihil enim contra fratrem meditabatur, sed iustum solatur. Ait igitur. *Cumq; mature surrexisset.* AVCTOR CATENAE. Videlicet ante diluculum, *tulit duas uxores suas & totidem famulas cum undecim filiis. Et transiuit uadum Iaboch.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Iaboch fluuius, quo transmisso luctatus est Iacob aduersus eum qui sibi apparuerat, vocatusq; est Israël. Fluit autem inter Ammam, hoc est, Philadelphiam & Gerasam, in quarto miliario eius, & vlterà procedens, Iordani fluuio cõmiscetur. CAIETANVS. Quanta distantia sit inter locum appellatũ Catenum iam Iaboch, scriptura nõ dicit, modica tamen, vel ferè nulla insinuat distãtia, ex eo quod post nocturnum somnum tam mulieres quàm reliqui omnes cum gregibus transierũt ante auroram vadum illud. Prius itaq; tanquam dux trãsiuit flumen ipse Iacob nocte illa, nam vbi antiquus interpres transtulit, Cumq; mature surrexisset, tulit, in Hebræo habetur, & surrexit in nocte illa, & accepit, & cætera. AVCTOR CATENAE. Est e-
B nim in Hebræo, וַיָּקָם בַּלַּיְלָה הוּא vaiakam balaila hu, Et surrexit nocte ipsa, sic & Chaldaica & Septuaginta. Nulla autem hic fit mentio de Dina filia, forte quia paruula adhuc cum matre computabatur. *Traductisq; omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus.* CAIETANVS. Executio describitur, qua Iacob in transitu fluminis quodammodo manuduxit vxores & suos super camelos, & superintendit, vt sua omnia transirent, & remansit solus. Ex eo quod narrato transitu fluuij Iaboch, describitur Iacob solus, intelligimus, quod vxores & filij & greges prosequebantur iter, remanente Iacob solo in loco, quem postea appellauit Phanuel. Et rationabile est, vt manserit solus, vt commendaret se & suos deo, solicitatus ad orandum timore Esau. AVCTOR CATENAE. Iaboch flumen est Iordanem influens, & initium terræ decem postea tribuum. Lucta quoque interpretatur, iod in aleph pro
C tota reliqua nocte dominum, vt fœlix esset is intoitus pro se & posteritate sua. Cognoscebat enim in spiritu aduersitates suorum & prosperitates, pro quibus orabat dominum, vt euincibilia illis forent tot sufferenda aduersa. Iam se illi, cuius membrum honorabile existebat, & in hoc conformem reddebat, de quo legimus in euangelio, Matth. 14. quod refectis populis ex quinque panibus, statim compulit discipulos ascendere nauiculam, & præcedere se trans fluuium donec dimitteret turbam, & dimissa turba, ascendit in montem solus orare. *Et ecce uir luctabatur cum eo usq; mane.* CHRYSOSTOMVS. Magna domini misericordia, quoniam occursurus erat fratri, vt sciret re ipsa quod nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum iusto voluit. Totum hoc factum est, vt se illius humilitati obtemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet eum, vt citra angorem fratri occurreret. RVPERTVS. Vir luctabatur cum eo vsque mane. Matutine surrexerat, & vsque mane luctatus Psalm. 62.
D est, id est, ante diem surrexerat, sacras celebrare excubias, iuxta illud Psalmistæ, Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et vsque mane, id est, vsque ad auroram cum viro luctatus est. AVCTOR CATENAE. Nam & in Hebræo sic habetur, וַיֵּאָבֵק אִישׁ עִמּוֹ עַד עֲלוֹת הַשָּׁחַר vaiabek is immo ad aloth hasahar, Et luctabatur vir cum eo vsque ad ascensum auroræ. Ita & Chaldaica, sed vna eademq; sententia est cum nostra additione, cui & Septuaginta concordant. CAIETANVS. In specie viri angelus apparuit corpore assumpto, fuit enim quarta apparitio ista sensibilis in vigilia corporeis sensibus, vt gesta testantur corporalia. Qualiter autem, seu qua ratione præuia, cœpta fuerit hęc lucta, scriptura non meminit, an videlicet prouocatio aliqua ad luctandum præfuerit, an ex improuiso apparens angelus, non verbo sed facto complexionis prouocauerit Iacob ad luctam. *Qui cum uideret quod eum superare non posset, tetigit neruum fœmoris eius, & statim emarcuit.* THEODORETVS. Angelus cum Iacob luctari voluit, vt timenti fratrem fiduciam iniiceret, quin etiam se superari ab illo passus est. Ac si diceret: Me vicisti, & hominem times? Ne vero hac de victoria superbiret, putans se deum vicisse, fœmoris contactu spontaneam de se victoriam præbuisse declarauit. Fœmur autem patriarchæ contractum est, ne quod re vera gestum erat, phantasiam fuisse existimaret. GENNADIVS.
E Velut continentem atque perpetuam luctationis illius memoriam teneret. CAIETANVS. Qui cum videret, & cætera. Gesta circa terminum luctę narrantur, & est sensus, quod cum colluctati fuissent vsque ad summum ascensum auroræ, vidit angelus experientia, quod non præualuit luctando. Sed quæstione non caret, quo pacto verificatur, quod angelus non potuit vincere Iacob luctando. Solutio est, quod angelus vtitur potentia sua, non secundum necessitatem naturæ, sed secundum arbitrium, præcipue diuinæ voluntatis, & quod dispositione diuina decretum, factumq; est, vt angelus assumeret corpus in tanta mensura virium, quod non posset supra vires Iacob luctando, & sic verificatur, quod angelus experimento vidit, quod non potuit vincere Iacob luctando. Tetigit igitur neruum fœmoris eius. Iuxta Hebræum habetur, Et tetigit in fœmine coxæ eius. Hebraica dictio interpretata fœmine, non significat neruum, aut latitudinem proprie loquendo, nam illamet est, quæ significat plantam pedis, plantam manus, & similiter plantam coxæ, si vsus admitteret plãtæ nomen in coxa, sicut vulgare Ita-
F licum admittit in manu. Coxæ itaque pars illa quæ proprie fœmen appellatur, quæ lata est, significatur tanquam planta coxæ. Hanc enim coxæ partem, supremam ex parte interiori (hoc est, è regione alterius coxæ) tetigit angelus tactu violento, & statim emarcuit. Iuxta Hebræum habetur, Et fuit motum fœmen coxæ Iacob, luctante illo cum eo. Effectus violenti attactus describitur motus illius supremæ partis coxç, proculdubio à dispositione sua naturali. Et quia motus localis insinuatur, soluta illa pars à naturali vinculo loci sui intelligitur. AVCTOR CATENAE. Multa hic inter doctos viros controuersia, quid proprie significet dictio כַּף caph, quam interpres transtulit neruum. Sciendum igitur caph, & palmam, id est, volam manus, & plantam pedis, & os concauum in quo fœmur voluitur, significare, qui etiam ab aliquibus latus neruus dicitur. Quo factum, vt diuersimode ab interpretibus locus sit redditus. Nam Chaldaica, Et tetigit (inquit) in palmã fœmoris eius. Septuaginta, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, Et tetigit latitudinem fœmoris eius. Est igitur sensus, quod vir ille qui luctabatur cum Iacob, impressit manum coxæ illius, & tetigit latum os, id est, neruum, quo crura sustinentur, & per quem mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus exercetur.Et est suprema pars coxæ ex parte interiori è regione alterius coxæ, habens formam manus recur- G
uatæ.Quod vero sequitur,& emarcuit,in Hebræo est וַתִּקַּע כַּף יֶרֶךְ יַעֲקֹב בְּהֵאָבְקוֹ עִמּוֹ vatecaa caph ierech Iaacob beheabko immo,id est,Et amotus vel dimotus est neruus fœmoris Iacob,cum luctaretur cum eo. תקע kaa siquidem amouere, dimouere & dissoluere significat. Et est sensus, quod ex colluctatione vehementi, & tactu colluctationis, dei voluntate non casu, loco cessit, & dimota est coxa à naturali situ. Et vt vulgo dicitur, dislocata est, & neruus ille quo coxa regitur, vim suam perdidit. Ob quod intra os illud concauum, in quo fœmur volui debebat, patriarcha factus est claudus, vt infra subiungitur. Ad quem forte violenti attactus effectum respiciens Latinus interpres, dixit, Et statim emarcuit,scilicet neruus ille, id est, à suo officio destitit,& debilis ad gradiendum subito coxa facta est. Chaldaica æditio hoc in loco habet, Et commota est palma fœmoris Iacob, cum luctaretur cum eo.Septuaginta καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ ἐν τῇ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ, Et emarcuit latitudo fœmoris Iacob,cum luctaretur ipse cum eo.A quibus (cæteris omnibus dimissis) mutuasse videtur interpres verbum emarcuit.Alij hic legunt, Et amouit,seu dislocauit coxam fœmoris Iacob. Alij, Et mouit se neruus H
fœmoris Iacob luctante illo secum sed vnus idemq; apud omnes sensus est. CHRYSOSTOMVS. Deinde vt sciret Iacob virtutem eius, quem secum luctari putabat, dicit ad eum. *Dimitte me,iam enim ascendit aurora.*

HILARIVS QVINTO DE TRINITATE. Adesto nunc mecum fidei tuæ spiritu aduersus venenata infidelitatis sibila, sancte & beate patriarcha Iacob, & in lucta hominis inualescens, benedici te ab eo fortior deprecare. Quid istud est, quod imbecillum oras, quod ab infirmo expectas? Hunc cuius benedictionem rogas, complexu tuo validior elidis.A gestis corporis tui,mentis tuæ opus dissidet,aliud enim quàm agis sentis. Tenes in gestis luctæ tuæ hominem infirmum, sed hic tibi homo deus verus est, non ex nuncupatione, sed ex natura. Non enim adoptiuis benedictionibus benedici te postulas patriarcha,sed veris. Cum homine luctaris, sed deum facie ad faciem vides:non hoc oculis tui corporis cernis,quod visu fidei tuæ sentis. Infirmus secundum te homo est, sed anima tua secundum visum deum saluata est.Iacob in lucta es, post fidem postulatæ benedictionis Israël es:subditur tibi secundum carnem homo ad mysterium passionis in carne:deum in carnis infirmitate non nescis I
ad sacramentum benedictionis in spiritu.Nec aspectus impedit,quin fides maneat,nec infirmitas auocat, quin benedictio postuletur.Nec homo efficit quin qui homo est,deus sit,nec qui deus est,non deus verus est,quia non potest non deus verus esse,qui deus est,& benedixit transferens nuncupando. INTERLINEARIS. Dimitte me,iam enim ascendit aurora. Quasi dicat,tempus est, vt ab inuisibilibus ad temporalia tractanda descendas.

CAIETANVS. Præteriti temporis est,ascēdit.Hinc apparet maiores vires fuisse in Iacob ad luctādum, quàm in corpore illo assumpto ab angelo, iuxta testimonium Osee duodecimo dicentis de Iacob, Et in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum,& confortatus est. Fleuit & rogauit eum. Nisi enim prævaluisset,non potuisset detinere angelum petentem dimitti. AVCTOR CATENAE. Quāuis etiam non dicatur hic quod fleuerit Iacob luctans cum angelo, tamen quod fleuerit certo tenendum est, quia sic attestatur citatus propheta.Sic & dominus Iesus in cruce positus fleuisse creditur, & si non scribatur, quia dixit Apostolus ad Hebræos capite quinto, Quod in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posset illum saluum facere K
à morte,cum clamore valido & lachrymis offerens,exauditus est pro sua reuerentia. CHRYSOSTOMVS. Sentiens autem iustus magnitudinem virtutis eius, qui hæc sibi dixerat, *Respondit, Non dimittam te,nisi benedixeris mihi.* Magna enim consecutus sum,& quæ supra meam sunt dignitatem, non prius te relinquam, donec benedictionem à te accipiam. *Ait ergo, Quod nomen est tibi?* Vide iterum quantum sese humiliet, & attemperet. Nam si non interrogasset,nesciuisset iusti nomē? Nequaquam hoc. Sed vult eius fiduciam solidare, & docere quis sit,qui ei loquatur. AVCTOR CATENAE. Non ergo ignorata perquirit, sed vt oratione congrua nomē mutetur. *Respondit,Iacob. At ille,Nequaquam* (inquit) *Iacob appellabitur nomen tuum,sed Israel. Quoniam si contra dominum fortis fuisti,quanto magis contra homines prævalebis?* CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo ostendit totam causam,propter quam adeo se humiliauit? Et simul docuit iustum per nominis impositionem quis esset, & quem viderit & comprehenderit.Non vltra enim vocaberis Iacob,sed Israël erit nomen tuum. Israël autem siquis interpretetur,sonat mens videns deum. Quoniam sicut videre homini possibile est,videre meruisti,propterea & hanc L
appellationem tibi impono,vt omnibus posteris manifestum sit,quā visionem assecutus fueris.Et subiicit,Quoniam prævaluisti contra deum, & contra hominem potens eris, nihil amplius time, neque damnum aliquod expectes,quod ab aliquo feras. Nam qui tantam virtutem accepisti, vt cum deo luctari valueris, multo magis homines superabis,& inuictus omnibus eris. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam.Dixit autem ei, iam non vocabitur Iacob nomen tuum,sed vocabitur nomen tuum Israël,quia inualuisti cum deo,& cum hominibus valebis. Iosephus in primo antiquitatum libro, Israël ideo appellatum putat,quod aduersus angelum steterit,quod ego diligenter excutiens,in Hebræo penitus inuenire non potui.Et quid me necesse est opiniones querere singulorum,cum etymologiam nominis exponat ipse qui posuit, Non vocabitur (inquit)nomen tuum Iacob,sed Israël erit nomen tuum? Quare interpretatur Aquila ὅτι ἴσχυσας μετὰ θεοῦ. Symmachus ὅτι ἴσχυσας πρὸς θεόν. Septuaginta & Theodotion, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ. שָׂרִיתָ Saritha M
enim quod ab Israël vocabulo deriuatur, principem sonat. Sensus hic itaque est. Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est, Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum deo, hoc est, Israël. Quomodo enim ego princeps sum,sic & tu,qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis.Si autem mecum qui deus sum,siue angelus, (quoniā plerique varie interpretantur) pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus,hoc est, cum Esau, quem formidare non debes? Illud autem quod in libro nominum interpretatur Israël,vir videns deum,siue mens videns deum,omnium pene sermone detritum,non tam vere quàm violenter mihi interpretatum videtur. Hic enim Israël per has literas scribitur, iod, sin, res, aleph, lamed, quod interpretatur princeps dei,siue directus dei, hoc est, εὐθύτατος θεοῦ. Vir vero videns deum his literis scribitur,vt vir ex tribus literis scribatur, aleph,iod,sin, vt dicatur אִישׁ is, videns vero ex tribus,res,aleph,he,& dicatur רֹאֶה roe. Porrò אֵל el,ex duabus,aleph & lamed, & interpretatur deus siue fortis.Quanuis igitur grandis auctoritatis sint & eloquentiæ,& ipsorum vmbra nos opprimat,

A primat, qui Israël virum siue mentem videntem deum transtulerunt, nos magis scripturæ & angeli vel dei, qui ipsum Israël vocauit, auctoritate ducimur, quàm cuiuslibet eloquentiæ secularis. CAIETANVS. Non hoc in loco mutauit angelus nomen Iacob in Israël, sed postea facta est hæc mutatio in loco qui dicitur beth el, vt clarè patet inferius capitulo tricesimo quinto. Sed hoc in loco prænunciatur. Quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Iuxta Hebræum habetur, Quia dominatus es cum elohim, & cum hominibus poteris. Ratio nominis Israël redditur à dominatione & posse. Vbi scito quod Israël est dictio composita ex Isra, quod est dominari, & el, quod est deus, & ex vtraque dictione integra significat, dominabitur deus. Et ex hoc quod Iacob dominatus est luctando cum elohim (hoc est, cum angelis cum vno scilicet angelorum, prævalere enim species quædam dominationis est.) Et quia etiam certando cum hominibus, Laban & consanguineis, potuisti, ideo Israël appellaberis, hoc est, deus dominabitur ad significandum quod deus pugnat pro te aduersus omnes, & prævalebis. AVCTOR CATENAE. Quoniam si contra deum, & cæte-
B ra. Hebraica litera huiusmodi est hoc in loco: כִּי שָׂרִיתָ עִם אֱלֹהִים וְעִם אֲנָשִׁים וַתּוּכָל chi saritha im elohim veim anasim vatuchal, Quoniam prævaluisti seu dominatus fuisti cum deo vel contra deum, & cum hominibus, seu contra homines prævalebis, vel poteris. Chaldaica, Quoniam princeps es tu coram deo, & cum hominibus prævalebis. Septuaginta ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. Quoniam prævaluisti cum deo, & cum hominibus potens. Etymon ergo nominis Israël in textu explicatur, nempe princeps cum deo, vel dominator dei, vel superans deum. Sic ergo fit Iacob ex supplantatore post luctam, cum deo princeps, vt fide & deuotione sua apud deum fiat omnipotens, hominibusq; prævaleat, & religione sua superaturus sit omnes gentes. Interim quoque fratrem lucraturus & conciliaturus. Harum (inquam) rerum promissio, pugnæ illius finis erat.

AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod ab angelo desi- Mystica.
C derat Iacob benedici, cui luctando prævaluit, magna est de Christo prophetia. Nam eo ipso admonet mysticum aliquid sapere, quo omnis homo à maiore vult benedici. Quomodo ergo ab eo benedici iste voluit, quem luctando superauit? IDEM SEXTODECIMO DE CIVITATE DEI. Angelus qui cum Iacob in iti- Cap. 39.
nere de Mesopotamia redeunte luctatus est, eiq; Israël nomen imposuit, typum Christi euidentissimè gessit. Nam quod ei prævaluit Iacob, vtique volenti, mysterium figurauit passionis, in qua visus est in corporis sui sobole prævaluisse deo, & quasi cum infirmo, ita cum carne eius luctamen inire & inualescere, cum diceret, Crucifige, crucifige. Et tamen benedictionem ab eodem angelo quem superauerat, Iacob impetrauit, in eis videlicet Israëlitis qui crediderunt in Christum, ex quibus erat qui dicebat, Nam & ego Israëlita sum,ex genere Abraham,de tribu Beniamin. Ac sic huius nominis impositio,benedictio fuit. Interpretatur autem Israël videns deū, quod erit in fine præmium omnium sanctorum. Tetigit porrò illi idem angelus veluti prævalenti, latitudinem
D fœmoris, eumq; isto modo claudum reddidit. Erat itaque vnus atque idem Iacob, & benedictus & claudus, benedictus in eis, qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam fœmoris latitudo, generis est multitudo. Plures quippe sunt in ea stirpe, à fide patrum degenerantes, & à præceptis sui auctoris deuiantes, & in erroris sui semitis claudicantes, de quibus propheticè prædictum est, Et claudicauerunt à se- Sermo. 80.
mitis suis. IDEM IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Sed & quod dixit angelus, Dimitte me, iam ascendit aurora, resurrectionem domini figurauit, quia dominus sicut optimè nostis, ante lucem legitur resurrexisse à mortuis. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Quicunque secularia negligit, ad imaginem similitudinemq; dei propius accedit. Quid est enim luctari cum deo, nisi virtutis
E succedere certamen, & cum superiore congredi, potioremq; cæteris imitatorem fieri dei? Et quia insuperabilis erat fides Iacob, atque deuotio, secreta ei mysteria dominus reuelabat, tangens latitudinem fœmoris eius, eo quod ex eius erat generatione dominus Iesus oriundus ex virgine, qui deo nec impar, nec inæqualis esset, cuius crucem obstupescentis fœmoris latitudo signabat, eo quod diffusa per vniuersum mundum remissione peccati, salutaris foret omnibus, qui stupore sui corporis,ac sudore,resurrectionem tribueret defunctorum. RVPERTVS. Aliter. Famosa lucta, & totius ore ecclesiæ per orbem celebrata, qua homo cum deo luctatus est,& tandiu tenuit, donec à victo benediceretur ille qui vicit, dicens, non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & accepta benedictione victor claudicare cœpit.Res cuius hoc præsagium est, ab exitu filiorum Israël de Aegypto,vsque ad incarnationem, passionemq; Christi filij dei protracta est. Tam longa colluctatio fuit, fortissimi victoris Iacob, Nume. 18.
& dei victi,quamuis fortissimus sit spirituum vniuersæ carnis. Primo ergo non negligenter sciendum, luctam eiusmodi fuisse, vt contenderet deus abire, Iacob certaret abeuntem dominum retinere. Sic enim ait ille vir, Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Econtrario Iacob, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Igitur Iacob cum deo luctatur, & victor benedictionem extorquet, quasi inuito & nolenti, ac dicenti, dimitte me, quia videlicet sic futurum erat, vt comminaretur deus, sese à semine eius recedere propter peccata eiusdem gentis rebellis & incredulæ. Quod vbi primum loquutus est, consurrexit Moyses,deumq; reluctantem & ipse luctando te- Exodi 32.
F nuit, ne hoc faceret. Cerno (inquit ille) quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses magnitudine periculi percitus, & quodammodo brachiis illum more luctantis arctius stringens, dicensq;, non dimittam te, cur (inquit) domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Ne quæso dicant Aegyptij callide eduxit eos, vt interficeret eos in montibus, Ibidem.
& deleret è terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Iacob, seruorum tuorum fidelium, quibus iurasti per temetipsum, & cætera. Illic iam,id est, in conflatione vituli coram quo saltauerunt, cantantes & dicentes, Isti sunt dij tui Israël. Illic,inquam,colluctatio vehemens inchoata est.Exinde nanque deus ab Iacob discedere conatus est,& quotiens peccauerunt filij Israël,seruiendo diis alienis, totiens iratus dominus, & auersus ab illis, quasi luctando se excussit, vt dimissus abiret. Sed perseuerauit cunctis diebus fortitudo Iacob, dato quod ad dominum conquereretur,& diceret Esaias,Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Nullo enim tempore defuerunt fideles in populo illo, in quibus tam se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum fidem,quàm ſecundum carnem eſſet Iacob pater,in tantum vt cum ſolum ſe eſſe putaret Helias,dicens, G
3.Reg.19. Domine altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, dixerit ei dominus, Reliqui mihi ſeptem milia virorum in Iſraël, quorum genua non ſunt curuata ante Baal. Itaque longo luctamine detentus eſt deus, nec ante dimiſſus, donec beneciceret Iacob, donec compleret benedictiones ſuas legiſlator, dando benedictionem illam, in qua benedicerentur omnes gentes, ſicut primùm ad patrem multarum gentium Abraham locutus eſt. Tunc enim reuera deus benedixit Iacob, quando de ſemine eius Chriſtus carnem aſſumens, antiquam maledictionem ſoluit, verámque benedictionem, id eſt, gratiam ſancti ſpiritus,poſt paſſionem ſuam effudit.Dando autem benedictionem, tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit. Neruus fœmoris propagationem ſignificat carnis. Antequã veniret Chriſtus,& modo prædicto benedictionem daret, virebat & florebat carnale genus Iſraël,legitimúmque ac ſanctum erat,ſingulas tribus,per familias,domos acviros diſtinguere diligenter,donec fructus iſte benedictionis exiret,ne incertum H
foret qua ex tribu, qua de familia prodiret, quem de tribu Iuda,de homo & familia Dauid naſci debere prænunciatum fuiſſet. At vbi venit hic, qui ſolus generationum texendarum cauſa erat, cunctas genealogias, vel ge-
1.Timo.1. netilogiarum fabulas, quas deinceps Iudæi texere conantur, cum apoſtolo contemnimus & euitamus,imò & arbitramur vt ſtercora. Ergo vir ille neruum fœmoris Iacob tetigit, ergo neruus fœmoris Iacob exaruit. AVCTOR CATENAE. Status etiam deſignabatur Iudaici populi, qui in terra promiſſionis omni tempore tentandus erat in fide vnius dei. Nunc colendo verum deum, nunc idola, nunc proſperis fruebantur, nunc aduerſis premebantur, vincebant & vincebantur ſubinde, ſemper tamen inter eos erant fideles, & deo grati, propter
Homil.14. quos & miſericordiam plebs reliqua conſequebatur, claudi tamen omnes, & imperfecti ſub lege vſque ad Chriſtum manebant. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Aliter. Iacob cum ad parentes proprios rediret in via angelum inuenit, cum quo in lucta magnum certamen habuit. Is enim qui certat in luctamine, aliquando ſe ſuperiorem, aliquando eum cum quo contenderit, inferiorem inuenit. Deſignat ergo angelus domini, & Iacob qui cum angelo contendit, vniuſcuiuſque perfecti viri, & in contemplatione poſiti animam ex- I
primit, quæ cum deum contemplari nititur, velut in quodam certamine poſita, modo quaſi exuperat, quia intelligendo & ſentiendo de incircunſcripto lumine aliquid deguſtat,modo verò ſuccumbit,quia & deguſtãdo iterum deficit. Quaſi ergo vincitur angelus, quando intellectu intimo apprehenditur deus. Sed notandum, quod idem victus angelus neruum fœmoris Iacob tetigit, eúmque marceſcere ſtatim fecit, & extunc Iacob vno claudicauit pede, quia ſcilicet omnipotens deus, cum iam per intellectum & deſiderium cognoſcitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit, & qui prius quaſi duobus pedibus innitentes, & deum videbamur quærere, & ſeculum tenere, poſt agnitionem ſuauitatis dei, vnus in nobis pes ſanus remanet, atque alter claudicat, quia neceſſe eſt, vt debilitato amore ſeculi, conualeſcat ad amorem dei. Si ergo tenemus angelum, vno claudicamus pede, quia dum creſcit fortitudo in nobis amoris intimi, infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Omnis enim qui vno pede claudicat, ſoli illi pedi innititur, quem ſanum habet, quia & cui deſiderium terrenum iam arefactum fuerit, in ſolo pede amoris dei tota virtute ſe ſuſtinet,& in ipſo ſtat, quia pedem amoris ſeculi quem in ter- K
Cap.40. ra ponere conſueuerat, iam ſuſpenſum à terra portat. IDEM QVARTO MORALIVM. Iacob qui angelum tenuit, mox vno pede claudicauit, quia qui vero amore ſublimia reſpicit, iam in hoc mundo duplicibus incedere deſideriis neſcit. Vno enim pede innititur, qui ſolo dei amore roboratur,& neceſſe eſt vt alius marceſcat, quia mentis virtute creſcente oportet proculdubio vt carnis fortitudo torpeſcat. INTERLINEA-
Vbi ſupra. RIS. Bene etiam ait Iacob ad angelum, non dimittam te, niſi benedixeris mihi, quia anima, quæ æternam dulcedinem deguſtat, in ea morari ſemper deſiderat. GREGORIVS. Nos ergo ſi ad parentes proprios, id eſt, ſpirituales patres redimus, angelum in via teneamus, vt ſuauitate intima deum apprehendamus. RVPERTVS. Cæterum & bene iuxta anagogen claudicat Iacob ille, qui cum deo luctatus eſt, & longo atque aſſiduo luctamine vſus, victoriæ palmam de illo fœliciter conſequutus eſt, luctatur enim cum deo, quandiu ſacræ ſcripturæ accinctus incumbit, ſenſumq; verbi dei fugientem tenere contendit. Quare autem verbum dei dilectam atque diligentem animam, tenere ſe cupientem, tantopere refugit? Cum multas ob cauſas, tum & id- L
circo, vt auiditatem magis ac magis excitet inquirentis, vt eius deſiderio quem quærit aduerſantes intentioni
Cantic.8. ſuæ verberet, atque in ſeruitutem redigat ſenſus improbæ carnis. Itaque brachiis quaſi ad luctandum protentis,
Cantic.6. quæcunque talis anima dicit, Dilecte mi apprehendam te, & ducam te in domum matris meæ, & ibi me docebis. Econtra ille, more reluctantis pene obuerſus, auerte (inquit) oculos tuos, quoniam ipſi me auolare fecerunt. Dulcis colluctatio, & omni pace iocundior. Tandem victrix dicit conſcientia Iacob, Inueni quem diligit anima mea, tenui illum, nec dimittam,donec introducam in domum matris meæ,& in cubiculum genitricis meæ.
Cant.3. At ille grandi quidem ſpiritus commodo, ſed & magno carnis ſuæ vicit detrimento. Denique claudicat is qui vicit, quia tetigit qui victus eſt, neruum fœmoris eius,& emarcuit. Quomodo claudicat? videlicet vno pede terræ innitens, alterum à terra ſuſpendens, id eſt, actiuam vitam pro cura ſubditorum non omnino relinquens, &
Philip.3. contemplatiuæ pro eius dulcedine totis viribus inhærens. Iſte claudus ſalit vel aſcendit ſicut ceruus, terrámque M
De gradib° humilitatis. vix tangere dignatur, nam conuerſatio eius in cœlis eſt. Veruntamen ex parte, vno enim tantum pede nunc interim illuc ſuſpenſus eſt, donec veniat quod perfectum eſt. BERNARDVS. Sed & ô quàm ſalubrius ad tactum angeli neruus fœmoris Iacob emarcuit, quàm angeli ſuperbientis intumuit, euanuit, ruit. Vtinam & meum neruum angelus tangat vt marceſcat, ſi forte ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea firmitate
1.Cor.1. non poſſum niſi deficere. Lego profecto, Quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Sic quoque Apoſtolus
2.Cor.12 de ſuo neruo conqueſtus quem angelus non domini, ſed Satanæ colaphizabat, reſponſum audiuit, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus? Ipſe Apoſtolus reſpondeat, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Sed nondum forſitan intelligis de qua ſpecialiter dixerit, quia Chriſtus omnes virtutes habuit. Sed cum omnes habuerit, præ omnibus tamen vnam, id eſt, humilitatem, nobis in ſe commendauit, cum ait, Diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde. Libenter igitur,& ego
Matth.11. domine

A domine Ieſu gloriabor ſi potero, in mea infirmitate, in mei nerui contractione, vt tua virtus, id eſt, humilitas perficiatur in me.Nam ſufficit mihi gratia tua,cum defecerit virtus mea.Pedem profecto gratiæ fortiter figens,& meum qui infirmus eſt,leniter trahens,ſecurus aſcendam per ſcalam humilitatis, donec veritati adhærens,ad latitudinem tranſeam charitatis. AVCTOR CATENAE. Demum etiam in Iacob accipimus fidelem quemlibet,plena fiducia ſemper à domino pendentem.Nunc deus grauibus tentationibus & multis exercet corpore & ſpiritu,quaſiq; hoſtis ad caſum veluti propellere videtur. Claudúmque nonnunquam ac difficilem reddit ad pietatis opera, ſinitq; in multis offendere. Salua tamen ſemper fide, vincit aduerſa, à domino benedictionem aſſequitur, tanta amicitia coniungitur deo, vt nihil deus negare poſſit aut velit, amicis ſcilicet ſuis,& cœli domeſticis ex gratia.

B *INterrogauit eum Iacob, Dic mihi quo appellaris nomine? Reſpondit, cur quæris nomen meum, quod eſt* 5
mirabile? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius, Phanuel, dicens, Vidi do-
minum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ortuſque eſt ei ſtatim ſol, poſtquam tranſgreſ-
ſus eſt Phanuel. Ipſe uero claudicabat pede. Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael qui emarcuit
in fœmore Iacob uſque in præſentem diem,eo quod tetigerit neruum fœmoris eius, & obſtupuerit.

CHRYSOSTOMVS. Auditis ſuperioribus iuſtus,obſtupeſcens magnitudinem eorum, quæ ad ſe dicta e- 5
rant, *Interrogauit eum, Dic mihi quo appellaris nomine?* AVCTOR CATENAE. Quæſiuit hoc Iacob, vt in diuinorum cognitione proficeret,atque vt angelum hunc nomine proprio deinceps inuocaret & honoraret. Vnde
in Iudicum libro pater Sampſonis ait ad angelum, Quod tibi nomen eſt? vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, hono- Iudic.13.
C remuste. Verum quia nõdum tempus erat reuelandi magnum dei nomen, quod Moyſi reſeruabatur,Exodi ſexto, Ego dominus qui apparui Abrahæ, Iſaac,& Iacob in domino omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis,& angelus non veniebat in nomine ſuo,ſed dei,cuius nomen ineffabile,ſiue admirabile,iuxta illud Eſaiæ
I nono,vocabitur nomen eius, admirabilis, ideo *Reſpondit,cur quæris nomen meum quod eſt mirabile?* INTERLINEARIS. Quaſi dicat, incomprehenſibilis eſt deus. CYRILLVS. Quærenti Iacob nomen eius,nullum ſibi proprium nomen refert, quia deus multiplici nomine nuncupatur, nullúmque ei proprium nomen aſſignari poteſt. CAIETANVS. Perinde eſt,ac ſi dixiſſet, Non ſpectat ad te quærere nomen meum,in cuius ſignum Iacob tacuit. AVCTOR CATENAE. Verba hæc, Quod eſt mirabile, non habentur in præſenti loco,ſed ſunt ex libro Iudicum huc interiecta. In eo enim libro,capitulo duodecimo,habetur, quod Manue interrogauit angelum,quod eſt nomen tuum,qui reſpondit, Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? Ex eo itaque loco,
D quod erant admodum ſimilia quæ ibi atq; hic dicuntur,huc appoſita ſunt. CHRYSOSTOMVS. Cur quæris nomen meum? Intra limites tuos mane,& ne tranſgrediaris menſuram tuam. Vis meam benedictionem obtinere? Ecce eam tibi do,dicit enim, *Et benedixit ei in eodem loco.* INTERLINEARIS. Priorem benedictionem confirmauit. CAIETANVS. Qualis fuerit hæc benedictio,non eſt ſcriptum.Dubium tamen non eſt, ſub hac benedictione comprehendi confortationem Iacob, & excuſſionem timendi à fratre ſuo. AVCTOR CATENAE. Vel nominis Iacob prætacta mutatio, & cur Iſraël diceretur, interpretatio, benedictio fuit, qua illi angelus benedixit. *Vocauitq; Iacob nomen loci illius, Phanuel, dicens, Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Vel & vocauit Iacob nomen loci illius facies dei,vidi enim deum facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea. In Hebræo dicitur פְּנִיאֵל Peniel,vt ſciamus ipſum eſſe locum qui in cæteris ſcripturæ ſanctæ voluminibus,ita vt in Hebræo ſcriptum eſt, Phanuel legitur in Græco. CHRYSOSTOMVS. Vides autem quantum ei fiduciæ à viſione conceſſum? Salua
E facta eſt,inquit, anima mea, quæ propemodum mortua præ timore, quoniam videre mihi datum eſt facie ad faciem deum,ſalua facta eſt anima mea. CYRILLVS. Vidi dominum,& ſalua facta eſt anima mea. Hoc eſt, quanuis deum viderim,mortuus tamen non ſum. Cum enim deus apud Moyſen dixerit,Non videbit me homo & viuet,Iacob & Gedeon videntes deum, beneficio dei ac longanimitate mortui tamen non ſunt. GREGO- Cap.7.
RIVS VICESIMOQVARTO MORALIVM. Quia per faciem quemlibet agnoſcimus, non immerito cognitionem dei,faciem eius vocamus.Vnde Iacob poſtquam cum angelo luctatus eſt,ait, Vidi dominum facie ad faciem.Ac ſi diceret,Cognoui dominum,quia ipſe me cognoſcere dignatus eſt. RABANVS. Non quod deus videri poſſit,ſed formam vidit,in qua deus locutus eſt, quem ſuprà dixit virum,quia deus homo erat futurus. CAIETANVS. Variatum eſt nomen. Legendum eſt Peniel, hoc eſt, facies dei. Dimiſſo ſiquidem angelo poſt acceptam benedictionem,nomen loco impoſuit,dicens, Vidi dominum facie ad faciem. Angelum in
F forma hominis viderat,facie ad faciem,ſed quoniam diuino myſterio omnia tribuebat,ideo à nomine dei locum appellauit,& non facies angeli,ſed facies dei appellatus eſt locus. Antiquum autem & vetus eſt,timuiſſe in huiuſmodi apparitionibus mortem & propterea Iacob ſpeciale beneficiũ vitæ collatum ſibi profitetur, dicendo, quod euaſit à morte anima mea, quatenus officium animæ exercet viuificando corpus. AVCTOR CATENAE. Parui refert quod vbi apud nos eſt,dicens,Vidi, Hebraicè dicitur, כִּי רָאִיתִי chi raíthi, Quoniam vidi. Et vbi nos habemus,Et ſalua facta eſt anima mea,ibi legitur וַתִּנָּצֵל vatinnazel,Et erepta eſt, ſeu euaſit anima mea. Etymon autem loci ſic eſt,Pane facies dicitur,El autem deus, quod præclarè etiam à Septuaginta exprimitur, εἶδον Θεόν, id eſt,Forma aut ſpecies dei.Nec prætermittendum Chaldaicam habere, Quia vidi angelum dei facie ad faciem, vbi nos legimus,Vidi deum.Quia ergo formam vidit,in qua dominus natura inuiſibilis repræſentabatur,ex qua conſequutus eſt amicitiæ diuinæ ſecuritatem, fœdusq; inter ſe & deum iam confirmatum agnouit, omnémque conſcientiæ angorem excuſſit, idcirco loco nomen Phanuel impoſuit, eo quod ibi facie ad faciem dominum viderit, & ſalua facta ſit anima eius. *Ortuq; eſt ei ſtatim ſol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel.* HIERONYMVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE LOCIS HEBRAICIS. Phanuel locus est, in quo Iacob tota nocte colluctans, Israëlis vocabulum G meruit iuxta torrentem Iaboch. Phanuel autem interpretatur facies dei, ab eo quod Iacob ibi deum viderit. INTERLINEARIS. Ortusq; est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel. Postquam enim transiit lux inuisibilis, reuersus est ad lucem corporeis oculis visibilem. AVCTOR CATENAE. Sicut cœleste manna defecit populo Israëli, cum fructus terræ promissionis gustauit. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomodo infirmitati humanæ dominus sese obtemperans omnia agit & tractat, vt suam misericordiam declaret? Et ne admireris dilecte, quod tanta humiliationis illius magnitudo, sed cogita quod & patriarchæ cum apud quercum sederet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit, præsignans nobis iam multo antea & ab initio, quod humanam naturam susceperus esset, vt sic omnem humanam naturam à diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verum tunc quidem quoniam initium & principia erant, in figura vnicuique illorum apparebat, sicut ipse per alium prophetam dicit, Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Quando autem dignatus est dominus humanam formam suscipere, & primitias nostras recipere non pu- H
Osee 12. tatiuam, neque apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et ea propter voluit per omnia nostra transire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliàque omnia ferre, vt dispensationis veritas credibilior esset, & hæreticorum ora dissueret. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet, vt per res ipsas certisq; argumentis persuadeat, propter hoc etiam tribunali assistit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, vt sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nam si non verè carnem nostram assumpsit, neque crucifixus est, neque mortuus, neque sepultus, neque resurrexit. Quod si non resurrexit, omnis de incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantam absurditatem incidunt, qui diuinæ scripturæ canonem imitari nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hic perspicua est veritas, ita apud iustum illum apparentia quædam erat, per quam iustus multis argumentis certior fieret, quantam sui curam deus habiturus, & quod inuictus sit futurus ab omnibus qui sibi insidiantur. Deinde vt posteritati nota fieret visio ei facta, ait, *Ipse uero claudicabat pede.* AVCTOR CA- I
TENAE. Hebraica litera est: וְהוּא צֹלֵעַ עַל יְרֵכוֹ vehu solèaa al ierecho, Et ipse claudicabat super fœmur suum, & ita habet Chaldaica, Vel in fœmore suo, vt habent Septuaginta. Quasi dicat, ratio claudicandi erat coxa amota. Expedita nanque ambulatio ex multis dependet, videlicet vi motiua, rectitudine tibiæ, viuacitate neruorum, & cætera. *Quam ob causam non comedunt filij Israel neruum qui emarcuit in fœmore Iacob usque in præsentem diem, eo quod tetigerit neruum fœmoris eius, & obstupuerit.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam enim iustus impletis vitæ suæ annis ex hac vita erat emigraturus, oportebat autem prouidentiam dei in illum, & tantam dei dignationem, omnium hominum generi manifestari, ideo inquit, Non comedunt filij Israël neruum latitudinis fœmoris quod emarcuit, sciens eorum magnam ingratitudinem, & quod obliuiscantur dei beneficia, perpetuò artibus quibusdam inducit eos, vt habeant memoriam eorum, quæ à se facta sunt, taliáque excogitat monumenta per illas obseruationes, id quod per scripturam totam inuenies. Hæc enim maxima causa est plurimarum obseruationum, & quod vult perpetuò futuras generationes meditari beneficia dei, & non obliuione vnquam obliterantes, ad K
suos errores recurrere, qui mos fuit Iudæorum genti peculiaris maximè. Nam qui in beneficiis sæpe summam præsetulerunt ingratitudinem, multo magis nisi hoc fuisset factum, omnia quæ à deo in ipsos facta sunt, è mente sua abiecissent. CAIETANVS. Quam ob causam non comedunt filij Israël neruum qui emarcuit in fœmore Iacob. Iuxta Hebræum habetur, neruum extractum qui super fœmen coxæ, vsque in præsentem. Non negatur esus nerui cuiuslibet, sed nerui duntaxat illius qui est in fœmine coxæ, cuius nerui in coxa Iacob abstractio (hoc est, motio ex naturalis loci dispositione) causa fuit claudicandi. Eo quod tetigerit neruum fœmoris eius, & obstupuerit. Iuxta Hebræum habetur, quia tetigit in fœmine coxæ Iacob in neruo abstracto. Hinc clarè apparet, quod quemadmodum non quamcunque coxæ partem, sed illam quæ fœmen dicitur, ita cum fœmen distinguatur in plures partes, carnem, neruum, venas, non quamcunque fœminis partem, sed neruum fœminis violento tactu læsit angelus. Vbi clarè vides, quod nullus est sermo de membro generationis. AVCTOR L
CATENAE. Quamobrem non comedunt, & cætera. Locus difficilis & implicitus, ideoque varie ab interpretibus redditur. Primum quod apud nos est, neruum qui emarcuit, & ita in Chaldaica, & Septuaginta habetur, Hebraicè est הֵנָשֶׁה hanase, quod alij, Qui eluxatus est, è loco motus, alij, Qui obtorpuit & quasi inutilis factus est, alij, Neruum dissipatum, seu qui periit, Demum alij, Neruum contractionis vertunt. Deinde quod sequitur in nostra æditione, In fœmore Iacob vsque in præsentem diem, & cætera, sic est in Hebræo: עַל כַּף הַיָּרֵךְ עַד הַיּוֹם הַזֶּה: כִּי נָגַע בְּכַף יֶרֶךְ יַעֲקֹב אֲשֶׁר Asher al caph haiarech ad haiom haze, chi nagaa bechaph ierech Iaakob beguid hanase, hoc est, Qui in ore concauo seu lato ore fœmoris, vsque in diem hunc, quoniam tetigerit in ore concauo seu lato ore fœmoris Iacob in neruo qui debilitatus est, seu in neruo dissipato, vel contractionis. De quo dic vt supra proximè, est enim idem verbum הֵנָשֶׁה quod supra fuit positum. Chaldaica, Qui est iuxta palmam fœmoris vsque in præsentem diem, eo quod tetigit in palmam fœmoris Iacob in neruo qui emar- M
cuit. Septuaginta, ὃ ἐστιν ἐπὶ τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ, Qui est super latitudinem fœmoris. Et deinde, ὅτι ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ Ἰακὼβ τοῦ νεύρου, ὃ ἐνάρκησεν, Quia tetigit latitudinem fœmoris Iacob nerui, qui emarcuit. Verbum igitur comedendi in futurò scribitur, vt sit sensus quod ex eo tempore lex constituta sit filiis Israël, vt in facti illius memoriam posteris non intermorituram, hanc corporis particulam non edant, & grati deo semper sint promissionum Iacob factarum deq; eiusdem beneficiis exhibitis.

Mystice. Cap. 6. GREGORIVS VICESIMOQVARTO MORALIVM. Mystice autem, sciendum quod menti nostræ de consideratione cæcitatis suæ prius ignis tribulationis immittitur, vt omnis vitiorum crugo concremetur, & tunc mundatis oculis cordis, illa lætitia patriæ cœlestis aperitur, vt prius purgemus lugendo quod fecimus, & postmodum manifestius contemplemur per gaudia quod quæramus. Prius à mentis acie exurente tristitia, interposita malorum caligo detergitur, & tunc resplendente raptim coruscatione incircunscripti luminis illustratur. Quo vtcunque conspectu in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur, & quasi post defectum vitæ præsentis

A sentis vltra se rapta, in quadam nouitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusione superni roris aspergitur, ibi non se sufficere ad id quod rapta est contemplatur, & veritatem sentiendo, videt quia quanta est ipsa veritas, non videt. Cui veritati tanto magis se longe existimat, quanto magis appropinquat, quia nisi illam vtcunque conspiceret, nequaquam eam conspicere se non posse sentiret. Adnisus ergo animi dum in illam intenditur, immensitatis eius coruscante circunstantia reuerberatur. Ipsa quippe cuncta implens, cuncta circunstat, & idcirco mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircunscriptam circunstantiam dilatat, quod eam inopia suæ circunscriptionis angustat. Vnde & ad semetipsam citius labitur, & prospectis quasi quibusdam veritatis vestigiis, ad sua ima reuocatur. Hæc ipsa tamen per contemplationem facta non solida & permanens visio, sed (vt ita dixerim) quasi quædam visionis imitatio, dei facies dicitur. Hæc autem dei cogni- 1.ad Cor.13
tio in fine plenissimè fiet: Vnde ait Apostolus, Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. PROSPER DE
PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Claudicatio autè Iacob quæ ex fœmore 3.Reg.18.
B eius facta est, populum ipsum Hebræum significat claudicantem. Quibus ait Helias propheta, Quid claudicatis ambobus inguinibus? Si deus est, ite post illum. Et Dauid dicit, Filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt Psalm.17.
à semitis suis. Quod recto itinere ex illo populo viam Christi sequi non voluit, & claudicans per errores varios semitis aberrauit, quem videns deum (quod Israël appellatur) per gratiam Christianus populus apprehendit.
AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Sunt ergo qui ita accipiant, quod ideo claudicauerit ab vno fœmore Iacob, quia duobus populis ex eius generatione manantibus, vnius stupor iam tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus, ipse est ergo populus qui stupore perfidiæ claudicauit. RVPERTVS. Psalm.17.
Pro parte igitur reproborum claudicat Iacob iuxta illud, Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis, Pro parte autem electorum idem Iacob dicit, Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ioan.1.
Nam reuera antequam benedictionem (vt iam dictum est) daret legislator, vt videretur deus deorum in Sion, 1.Cor.13.
C deum nemo viderat vnquam, per illam autem benedictionem effectum est, vt videamus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, cum præsentem finierimus peregrinationem. Vnde & non ab re dictum est, Ortúsque est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel, quod interpretatur facies dei. Effusa nanque benedictione Christi filij dei & filij hominis, ortus est sol iustitiæ populo sanctorum, tam mortuorum quàm vi- Lucæ 1.
uorum, dando salutem (vt Zacharias ait) in remissionem peccatorum, per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent. Præsenti tempore dixit, sedent, nam cum hæc diceret, adhuc omnes in tenebris erant, & deum (vt iam dictum est) nemo viderat vnquam. Quapropter (inquit) non comedunt filij Israël neruum qui in fœmore eius exaruit. Nullum neruum comedunt propter illum vnum fœmoris neruum, qui caput & quoddam principium est omnium corporis neruorum. Nec frustra tali lege onerati sunt, videlicet quia futurum erat, quod nunc est, quia ipsi potius in fœmore Iacob emarcuerunt, imò ipsi illud quod exaruit fœmur Iacob, existunt. AMBROSIVS. Vtinam man-
D ducassent & credidissent, sed quia non erant facturi voluntatem dei, ideo non manducauerunt.

IN CAPVT GENESEOS TRICESIMVMTERTIVM ARGVMENTVM.

Esau placatur fratri suo Iacob. Venit Iacob in Sichem.

E

CAPVT XXXIII.

Lectio pri.

Leuans autem Iacob oculos, uidit uenientem Esau, & cum eo quadringentos uiros. Diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum, & posuit utranque ancillam & liberos earum in principio, Liam uero & filios eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens, adorauit pronus in terram septies donec appropinquaret frater eius.

CHRYSOSTOMVS. Videamus nunc, quomodo fratri suo Iacob occurrerit. Post- I
F quam enim ex his quæ facta sunt, iustam accepit exhortationem, & sufficiens solatium, & promissionem, quod fortis futurus esset, & potens etiam contra homines, *Leuans* (inquit) *Iacob oculos, uidit uenientem Esau, & cum eo quadringentos uiros.* CAIETANVS. Apparentem Esau cum turba in loco aliquantulum eminente vidit Iacob, eleuando oculos. AVCTOR CATE. Vel quia Idumæa eminentior est terra illa, per quam tunc transibat Iacob, ideo dicit, eleuans oculos. *Diuisitq; filios Liæ & Rachel, ambarumq; famularum, & posuit utramque ancillam & liberos earum in principio, Liam uero & filios eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam. Et diuisit pueros super Liam & super Rachel, & super duas ancillas, & posuit ancillas & filios earum primos, Liam vero & pueros eius secundos, & Rachel & Ioseph nouissimos. Non vt plerique existimant, tres turmas fecit Iacob, sed duas. Denique vbi nos habemus diuisit, Aquila posuit ἥμισυσεν, id est, dimidiauit, vt vnum cuneum faceret amicillarum cum paruulis suis, & alium Liæ & Rachel, quæ liberæ erant cum filiis earum, primásque ire faceret ancillas, secundas liberas, ipse autem ante vtrunque gregem fratrem adoraturus occurreret. CA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IETANVS. Intellige hoc factum, sed non postquam vidit Esau, disposuerat enim prius vxores & filios ta- G
li ordine. AVCTOR CATENAE. Diuisitq; filios Liæ, & cætera. Hebraicè legitur וַיִּתֵּן אֶת הַיְלָדִים עַל לֵאָה וְעַל רָחֵל וְעַל שְׁתֵּי הַשִּׁפָחוֹת Vaiáhaz eth haieladim al lea, veal Rahel, veal sete hasephahoth, id est, Et diuisit liberos cum Lia & cum Rachel & cum ambabus ancillis, siue supra, siue prope. Omnia enim hæc significatum, vt longe illustrior nostra sit æditio hoc loco, quàm Septuaginta, qui hunc in modum transtulerunt, καὶ διεῖλεν Ἰακὼβ τὰ παιδία ἐπὶ Λίαν, καὶ ἐπὶ Ραχήλ, hoc est, Et diuisit Iacob filios ad Liam, & ad Rachel, quo nescitur quid dici possit obscurius, præsertim in sermone Græco. Chaldaica vbique habet cum. Quod autem nos habemus, Liam & filios eius in secundo loco, Rachel autem & Ioseph nouissimos, vtrobique Hebraicè positum est אַחֲרֹנִים Aharonim, quorum primum verti potest, Liam vero & filios eius postremos, siue posteriores, alterum vero, Rachel autem & Ioseph vltimos, siue nouissimos, & ita etiam habet Chaldaica. H
Sed nec carpendus ob hoc interpres, eandem enim sententiam aliis verbis expressit, sicut fecerunt & Septuaginta. Ordinem igitur digessit Iacob in vxoribus cum filiis. Ancillas posuit primum, secundo Liam, quam duxerat ignarus, vltimo Rachelem principalem, in quam eatenus consenserat, vt qua sola contentus futurus erat semper, nisi secus domino placuisset. Eam cum infantulo Ioseph ordinauerat, quem & plus cunctis filiis adamabat. Ita tamen vt cuneum vnum ancillæ cum filiis, alterum liberæ itidem cum filiis facerent. Vbi discimus, nihil negligentius agendum in rebus humanis, etiam si diuino præsidio ex fide integra nitamur. Sequitur. *Et ipse progrediens.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ipse transiuit ante eos. Sequebatur tem eos. AVCTOR CATENAE. Hebraicè legitur locus וְהוּא עָבַר לִפְנֵיהֶם vehu abar Iiphnehem, id est, Et ipse transiuit, siue progressus est ante eos, sic habet & Chaldaica, sic & Septuaginta. Ante vxores ergo in- I
cedit, se periculo exponens pro charissimis suis pignoribus. *Adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo diuisione facta, Iacob præ omnibus occurrit, & adorauit super terram septies, donec appropinquauit ad fratrem suum, prouocans & per gestus & per adorationem, fratrem in sui benevolentiam, id quod & factum est. INTERLINEARIS. Adorauit autem, genua scilicet flectens. CAIETANVS. Honoris signum maximum inter humana signa honoris quæ proprio corpore exhiberi possunt, exhibuit fratri, nec semel aut bis, sed septies. Et hinc habes non esse illicitum huiusmodi honores exhibere principibus etiam infidelibus, cum contineantur infra latitudinem humanorum honorum, nec exhibeantur hominibus tanquam diis, sed tanquam principibus. Donec (inquit) appropinquaret fraterationem describitur successiue appropinquando ad fratrem suum. AVCTOR CATENAE. Sic enim scribitur עַד נִגְּשׁוֹ עַד אָחִיו ad gisto ad achif, hoc est, Donec appropinquaret ad fratrem suum, sic & Chaldaica, ita & Septuaginta, videlicet, ἕως ἐγγίσαι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Vincendus frater erat, id commode charitate K
& beneficentia posse fieri sperabatur. Cœpit ergo eum à remotis adorare, & cum adorasset semel, surrexit, paululúmque progrediens, adorauit secundo, ac denuo surgens, & parum procedens, adorauit tertio, & hoc modo vsque ad septimam adorationem, quam iuxta Esau fratrem suum exhibuit, vt tam frequenti & magna humiliatione, fratrem prouocaret ad pietatem. Vel septies adorauit, hoc est, sæpe se inclinabat pronus ad fratrem, vrbanitatis gratia charitatem ac reuerentiam protestando. Ea autem fuit quam appellant, duliæ adorationem, quæ excellentibus debetur dignitate personis, qualis fuit Esau, tanto vallatus exercitu, tótque præsidens viris. Pronus autem in terram adorasse dicitur, forte corpore toto humi prostratus. Vbi sunt vero, qui successori Petri, qui Christi vicario, qui ecclesiæ capiti Romano pontifici, adorationem duliæ scilicet negant exhibendam, cum hic iustum videamus, à deo electum, fratris dominum constitutum germano impio, à deo reprobato, seruóque suo, adorationem septies in terra pronum ex- L
hibuisse?

Mysticè. Cap. vlti. GREGORIVS OCTAVO MORALIVM. Mysticè autem, Quid est quod Iacob greges ouium sequens, humiliter graditur, atque huic Esau obuiam veniens, tumultu multiplicis comitatus elevatur? nisi quia & electi hic elationem non habent, & in bonis carnis reprobi læti tument? INTERLINEARIS. In diuisione autem duarum turmarum, Iacob naturalem ordinem virtutum sequitur, quia iustus à minoribus incipit, & gradatim ad maiora progreditur. Prius enim in ordine seruilis est timor, qui in duabus ancillis exprimitur, deinde amicabilis, quem significat Lia libera, demum amor purgati animi, quem significat Rachel, quæ interpretatur visum principium. AVCTOR CATENAE. Sed & idem ordo qui & hic, in Christo
Ioan.13. Ioan.14. Matth.26. tem, mutuámque charitatem instruxit. Postea processit ante eos, quando egressus est trans torrentem Cedron. Deinde adorauit, quando à discipulis, diuisus, ter patrem orauit vt si fieri posset transiret ab eo hora. Demum M
recepit Iudæ osculum, quapropter & hic sequitur.

2 *Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis uidit mulieres & paruulos earum, & ait, Quid sibi uolunt isti, & si ad te pertineant? Respondit, Paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau, Quæ nam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait, Habeo plurima frater mi, sint*

A *sint tua tibi. Dixit Iacob, Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. Sic enim uidi faciem tuam, quasi uiderim uultum dei. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi deus, tribuens omnia.*

CHRYSOSTOMVS. Vide dispensationem dei, Quia quando vult omnium dominus suam erga nos 2
declarare prouidentiam, & eos qui atroci in nos animo sunt, ouibus mansuetiores facit. Considera igitur quantam mutationem declarat Esau. *Currens itaque* (inquit) *Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum.* CAIETANVS. Non expectauit Esau appropinquationem fratris solito gradu, sed cucurrit obuiam, priorq; amplexatus est eum. *Stringénsque collum eius, & osculans fleuit.* CHRYSOSTOMVS. Vix iustus
B respirauit, & timorem excussit, animosior factus. CAIETANVS. Commotus affectus fraternus describitur, vsque adeo vt seipsum non potuerit continere, sed ecciderit super collum Iacob exosculans eum, & præ fraterna teneritudine, motus ad lachrymas fuerit. AVCTOR CATENAE. Paulo diuersius legitur locus in Hebræo, videlicet וַיִּפֹּל עַל צַוָּארָיו וַיִּשָּׁקֵהוּ וַיִּבְכּוּ Vaippol al zauarau, vaissakéhu vaibcu, hoc est, Et cecidit super collum eius, & osculatus est eum, & fleuerunt. Ita & Chaldaica, ita & Septuaginta, habentes, καὶ ἐκλαυσαν ἀμφότεροι, id est, Et fleuerunt ambo. Sic igitur non est, vt de inimicis plurimum solicitemur. Orandus tantum dominus est, qui suo nutu corda vertit quo volet, verum nihil negligendum in ope-
re, quo conuenientius reconcilientur, solicitudo tantum in deum reiicienda est. Esau frater non diuina com-
monitione indigebat, nunquam fuerat iniuriosus, sancti viri filius. Iamdudum oblitus fuerat impostura rum matris & fratris, æque resignauerat omnia sua prouidentiæ dei, ideo æquis & maioribus diuitiis fœlix erat. Nihil à fratre impeditus fuerat in fortunis suis, quem sine suo damno ditatum gaudebat. Non mirum ergo si tam festiuus fratri accurrit, vt eum benigne susciperet, non autem vt hostem læderet. *Leuatisque oculis uidit*
C *mulieres & paruulos earum, & ait, Quid sibi uolunt isti, & si ad te pertineant?* CHRYSOSTOMVS. Videns iusti facultatum abundantiam, in admirationem adductus est, ideo & rogare voluit. AVCTOR CATENAE. Apertius interpres declarauit, Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineant, quod succinctius in Hebræo habebatur מִי אֵלֶּה לָךְ mi elle lach, id est, Qui isti tibi? Idem ferè & Septuaginta, τί ταῦτα σοι ἐσί, Quid hæc tibi sunt? CHRYSOSTOMVS. Quid igitur iustus? *Paruuli* (inquit) *sunt quos donauit mi-*
hi deus seruo tuo. AVCTOR CATENAE. Confitetur fratri gratia se dei ditatum filiis & rebus. CHRYSOSTOMVS. Vide quantum mansuetudinis robur, & quomodo per verborum modestam humilitatem illius indignationem fregit & mitigauit. *Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt.* AVCTOR CATENAE. Humiliter adorantes Esau. *Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cum similiter*
D *adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.* Duliæ semper adorationem intellige. Ioseph autem adorasse dicitur à parentibus edoctus, licet gerulæ officio adhuc infantulus præsentaretur. *Dixitque Esau, Quæ nam sunt istæ turmæ quas obuiam habui?* De seruis & pecoribus interrogat, quos Iacob per ordinem præmiserat. *Respondit, vt inuenirem gratiam coram domino meo.* CHRYSOSTOMVS. Considera obsecro, quomodo humilitate excellenti fratrem deuicerit, & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetum, vt voluerit in ministerium eius omne officium suum declarare. AVCTOR CATENAE. Ad
me (inquit) pertinent, & præmisi eas, vt de manu mea munera acciperes, quatenus per illa tibi acceptus fierem, & tuam promererer pietatem, cui quasi domino me sponte subiicio. Vides ingenue & non ficte fatentem Iacob his donis fraternam se gratiam ambiuisse? Dominúmque appellat, cuius ipse prius dominus constitutus fuerat. Verum quia Esau diues erat, qui quadringentos viros in expeditione habebat: Non dubium quin & in aliis, pecoribus scilicet & iumentis, auctus iam erat. Veterum enim diuitias certum est constitisse in armentotum multitudine, quorum gratia seruulos & ancillas plures nutrire cogebantur quibus, & fidei primitias, &
E virtutum documenta præstabant. Ideo *Ille ait, Habeo plurima frater mi, sint tua tibi.* Est (inquit) mihi multum, abundo, & plusquam necessaria possideo, tuis quæ familiæ tuæ seruare debes, non indigeo, ideóque nec accipio. CHRYSOSTOMVS. Verum neque hoc permisit, sed monstrans quanti faciat eius amicitiam. *Dixit Iacob, Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis.* AVCTOR CATENAE. Iacob omnia syncere loquitur & agit, ex omnibus offert quæ delegerat. Instat pro virili, vrget, & precibus contendit cum fratre de beneficentia. Munusculum autem magna nuncupat munera, omnis enim qui dat, datum suum modicum æstimare debet, qui vero secus facit, stultus est iuxta illud, Exigua dabit, & multa improperabit. Sequitur, *Sic enim uidi faciem tuam, quasi uiderim uultum dei.* CHRYSOSTOMVS. Hoc magni obsequij gratia dictum est à iusto, vt eum demulceret, & ad fraternam benevolentiam duceret. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid sibi vult hoc quod Iacob ait fratri suo? Vtrum pauentis & perturbati animi verba vsque in
F hanc adulationem proruperunt, an secũdum aliquẽ intellectum sine peccato dicta accipi possunt? Fortassis enim quia dicti sunt & gentiũ dij quæ sunt dæmonia, nõ præiudicetur ex his verbis homini dei. Non enim dixit, quemadmodum si viderem faciem dei. Sed vt habet alia litera, Cum videt aliquis faciem dei, ipse enim aliquis quem significare possit, incertum est, atque ita forte temperata sunt verba, vt & ipse Esau sibi delatum tantum honorem grate acciperet, & qui hæc etiam aliter intelligere possunt, eum à quo dicta sunt, nullo crimine impietatis arguent. Quod & si benigno animo dicta hęc verba fraterna sunt, quoniam & post bonam susceptionem me- Exod.7.
tus ipse transierat, potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaonis deus dictus est, secundũ quod dicit Apo- 1.Cor.8.
stolus, Et si sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi, maxime quia sine articulo in Græco dictum est, quo articulo euidentissimè solet dei veri vnius fieri significatio. Non enim dixit, προσωπον τοῦ θεοῦ, sed dixit πρόσωπον θεοῦ, facile autem hoc intelligunt qua distantia dicatur, qui

Græcum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcum eloquium audire atque intelligere solent. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER G
GENESIM. Hoc si sic accipiamus, dei nomine angelorum aliquem vel sanctorum hoc loco intelligere debemus. INTERLINEARIS. Vel hæc loquitur vt Iacob, non vt Israël, non tamen fratrem deo comparat, sed humano more hyperbolicis verbis beneuolentiam captat. Vel timore fratris (vt iam dictum est) territus, perturbate loquitur, sicut Loth pauore consternatus, filias voluit prostituere. CAIETANVS. Sic
Gene.19. enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum dei. Nomen est elohim, & potest intelligi tam angelus quàm deus. Et vterque intellectus quadrat proposito. Et est sensus. Suscipe quæso munus meum, quamuis opulentia abundes, quia non offero tibi ad subueniendum indigentiæ, sed tanquam deo seu angelo, cui offertur in signum venerationis, ego enim in signum venerationis tibi hæc offero. AVCTOR CATENAE. Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum dei. Melius expressit interpres Hebraicum sensum quàm Septuaginta. Sunt enim Hebræa כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים chi al chen raithi phanècha chiroth pene elo- H
him, hoc est, Quoniam in hunc modum, siue sic vidi faciem tuam, quasi viderim faciem dei. Quamuis enim al chen, propterea, idcirco, & quamobrem significet, male tamen, & à tota loquendi serie dissone hic interpretatur, ἕνεκεν τούτου, id est, Propter hoc, siue quamobrem, nam hoc modo quid diceret Iacob? Chaldaica vero locum hunc clarius aperit, Quia sic vidi faciem tuam, quasi viderim faciem principum. Quod si communem quoque prosequimur æditionem, de visa generosa fratris facie nihil mentitur Iacob. Locutio est, & familiaris amicis. Quicquid enim illustre dicitur, diuinum appellatur in scripturis, sicut facies dei, mons dei, fluuius dei, paradisus dei, & cætera. *Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam donauit mihi deus, tribuens omnia.* CHRYSOSTOMVS. Ne detrectes (inquit) accipere. Hæc enim omnia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est. Per quæ placide & illum docuit, quanta erga se fuerit dei prouidentia, & effecit, vt magnam sibi reuerentiam exhiberet. AVCTOR CATENAE. Esto mihi propitius, Hebraicum verbum est וְתִרְצֵנִי vatirzèni, hoc est, Complaceas mihi, vel placare mihi, vel vt habet Chaldaica, Et placuisti I
mihi, & in Hebræo iunctum est superiori clausulæ, videlicet, sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim faciem dei, & placuisti mihi. Et à raza verbo descendit. Septuaginta, καὶ εὐλογήσεις με, id est, Et benedices mihi. Quod autem nos dicimus, Quam donauit mihi deus tribuens omnia, Hebraicè habetur, כִּי חַנַּנִי אֱלֹהִים וְכִי יֶשׁ לִי כֹּל chi hannani elohim, vechi ies li col, id est, Quia donauit mihi deus, & quia sunt mihi omnia. Verum quia hanan etiam misereri significat, hinc est quod Septuaginta, ὅτι ἠλέησέ με ὁ θεός, hoc est, Quia misertus est mei deus, posuerunt, ita legit & Chaldaica, addens, Et quoniam habeo omnia, loco cuius Septuaginta, καὶ ἔστι μοι πάντα, id est, Et sunt mihi omnia, dixerunt. Vt redditio sit rationis ex parte ipsius Iacob, quod etiam ipse non est indigens ob huiusmodi oblationem ex domini miseratione cuncta tribuentis. Cogit igitur Iacob fratrem ad accipiendum, ne iterum per dolum aliquid & non ex animo dixisse vel egisse quippiam videretur, id quod ad reconciliationem perfectam animorum pertinebat. Placare (inquit) mihi, & accipe dona quæ à me tibi offeruntur non enim propter illa depauperabor aliquatenus quæ etiam benedictionem tanquam veneration em quan- K
dam appellat, seu quia ex larga dei benedictione erga se prouenerunt.

Mystice. RVPERTVS. Sicut Iacob in eo quod dicit, Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea, partem electorum sustinet, ita in eo quod claudicat, partem reproborum, sicut & supra meminimus. Ex hac igitur parte Iacob adorat Esau, & munera offert, infirmum quippe est genus eius, cunctisq; hodie populis imbecillius, & vbiq; dispersum, multa tributa soluit dominis suis & regibus.

3 VIx *fratre compellente suscipiens, ait, Gradiamur simul, eróque socius itineris tui. Dixit Iacob, Nosti domine mi quod paruulos habeam teneros, & oues ac boues fœtas mecum: Quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante seruum suũ, & ego sequar paulatim uestigia eius, sicut uidero paruulos meos posse, donec ueniam ad dominum meum in Seir.* L
Respondit Esau, oro te ut de populo qui mecum est, saltem socij remaneant uiæ tuæ. Non est (inquit) necesse, hoc uno tantum indigeo, ut inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi.

CAIETANVS. Quia instantia institit Iacob quasi violenta, ad hoc vt Esau susciperet munus, ideo sic com
3 pulsus accepit. Vix (ergo inquit) *fratre compellente suscipiens, ait, Gradiamur simul, eroq; socius itineris tui.* AVCTOR CATENAE. Vix fratre compellente suscipiens. Hebraicè habetur וַיִּפְצַר בּוֹ וַיִּקָּח vaiphzar bo vaikah, id est, Et vim fecit in eo, & accepit. Chaldaica, & coëgit eum, & accepit, sic & Septuaginta, καὶ ἐβιάσατο ἐαυτῷ, καὶ ἔλαβε, Et compulit eum, & accepit. Quódque sequitur, Gradiamur simul, eróque socius itineris tui, Hebraicè legitur נִסְעָה וְנֵלֵכָה וְאֵלְכָה לְנֶגְדֶּךָ: Nisaa venelécha veélcha lenegdecha, id est, Proficiscamur & ambulemus, & ibo è re- M
gione tui. Sic & Chaldaica. Septuaginta, ἀπάραντες, πορευθῶμεν εἰς εὐθεῖαν, hoc est, Discedentes gradiamur in rectam. Offerebat ergo reconciliationis signum Esau, conductum, colloquium, solatium & officium, opera amicitiæ promittit, non verba tantum. CHRYSOSTOMVS. Vide mutationem. Ille autem causatus honestum prætextum, *Dixit, Nosti domine mi quod paruulos habeam teneros, & oues ac boues fœtas mecum: Quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* Non possum (inquit) acceleratius facere iter, sed cogor lente & pedetentim progredi, tam propter pueros, quàm propter pecudes, vt non labore plurimo pereant. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod habent Latini codices, & oues & boues fœtantes, Græci habent fœtantes super me. Quod ea significatione dictum est, vt intelligatur super solicitudinem vel curam meam, quomodo solemus loqui cum dicimus, super caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est וְהַצֹּאן וְהַבָּקָר עָלוֹת עָלַי vehazon vehabakar aloth alai, id est, Et oues & boues ascendentes super me. Quorum verborum

A rum ea est sententia, in se totius gregis curam recumbere. De fœtu autem nulla hic mentio, sed à Septuaginta sumptum. λοχεύονται ἐπ' ἐμέ, id est, Fœtæ sunt apud me. Chaldaica, Et oues & boues lactantes apud me. Neque tamen propterea improbandum quod vertit interpres, videtur enim sententiam secutus, neque refert plurimi, si quid in hisce minimis diuersum videatur. Illud quoque quod apud nos est, Quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges, sic legitur Hebraicè וְיִפְקְדוּם יוֹם אֶחָד וָמֵתוּ כָּל הַצֹּאן vdphakum iom ehad vamèthu col hazon, hoc est, Et pulsabunt eas (scilicet pastores & ductores earum) die vna, & morientur omnes oues seu greges. Vel, Et si impellerent eas, morientur, & cætera. Chaldaica, Et si fatigarent eas vno die, morientur omnes oues. Septuaginta, ἐὰν οὖν καταδιώξω αὐτοὺς ἡμέραν μίαν, ἀποθανοῦνται πάντα τὰ κτήνη, id est, Si ergo vrgeam eos (nempe oues & boues de quibus prædixerat) diem vnum, morientur omnia pecora. Interpres ergo noster & Septuaginta sensum variant. Nam verbum daphak, proprie pulsare seu impellere significat.
B Zon autem oues & pecus, hoc est, gregem pecoris, & declinatur tantum singulariter, & ponitur aliquando singulare pro plurali. Tam pueri igitur, quàm greges pecorum nondum adoleuerant ad iter, & si supra vires impellerentur ad labores, omnia pariter ferre nequibant. Discimus hic imbecilles laboribus non onerandos, ne irrationabile obsequium tentemus, ne vno die laborando exhausti, posteris cessare cogantur. *Præcedat dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim, sicut uidero paruulos meos posse donec ueniam ad dominum meum in Seir.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ego ducam ad suaue meum, ad pedem gregis qui ante me, & ad pedem filiorum. Claudicabat enim, & propterea moderandum censuit iter ad commodum proprium, & non solum ad commodum gregis & filiorum. Nec dictio interpretata suaue, significat suaue, sed circunlocutio est. Donec veniam ad dominum meum in Seir. Ex antecedentibus & subsequentibus apparet, quod officiosè Iacob dixit verba hæc (monstrando fiduciam in Esau fratre suo) & non animo eundi in Seir. AVCTOR CATE- וַאֲנִי
NAE. Vt intelligas quàm variè versa sit tota hæc periodus, Hebraicum ipsum ponetur, quod sic habet אֶתְנַהֲלָה לְאִטִּי לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה אֲשֶׁר לְפָנַי וּלְרֶגֶל הַיְלָדִים: עַד אֲשֶׁר אָבֹא אֶל אֲדֹנִי שֵׂעִירָה: vaani ethnahala leitti le-
C régel hamelacha aser lephanai vlrégel hailadim, ad aser abo el adonai Seira, hoc est, Et ego deferar seu ducam me, vel minabo, paulatim ad vestigia seu pedem operis, vel supellectilis, aut gregis, quæ vel qui ante me est, & ad pedem, seu vestigia paruulorum, donec veniam ad dominum meum in Seir. Chaldaica, Et ego ducam paulatim iuxta gressum familiæ quæ est coram me, & secundum gressum paruulorum, donec veniam, & cætera. Septuaginta aliter, ἐγὼ δὲ ἐνηχύσω ἐπὶ τῇ ὁδῷ κατὰ κολὴν τῆς προσώπου μου, καὶ κατὰ πόδα τῶν παιδαρίων μου, id est, Ego autem fortis ero, seu confortabor in via secundum, vel per otium ambulationes quæ ante me, & secundum pedem, seu vestigia puerulorum meorum. Sit ergo summa verborum hæc. Frater præcedat cum viris ante me, quandoquidem impedimentis caret puerorum & mulierum. Succedam ego vt commodius potero, & pusilli ferre valebunt, & quantum licuerit. Perseuerat vocare dominum, & nunquam fratrem, fortasis enim ex integro non fidebat, vnde & Seir non peruenit, rectà enim tendebat ad suos. AVGVSTINVS.
D Sed quæritur vtrum mendaciter promiserit Iacob fratri suo quod sequeretur vestigia eius, donec veniret ad eum in Seir, hoc enim sicut scriptura deinde narrat, non fecit, sed eo perrexit ex itinere, quod dirigebat ad suos? INTERLINEARIS. Forte ad horam secutus est, postea ex causa mutauit propositum. AVCTOR CATENAE. Sicut
An forte veraci animo promiserat, sed aliud postea cogitando delegit? & Paulus cogitabat ire Corinthum antequam iret in Macedoniam, tamen ex causa mutauit sententiam. Ideoq; 2.Cor.1.
non est mentitus Iacob, licet non videatur magna necessitas excusandi à mendacio patres veteris testamenti, saltem officioso. *Respondit Esau, oro te ut de populo qui mecum est, saltem socij remaneant uiæ tuæ.* Hebraicè ita legitur, אֲצִינָה נָּא עִמְּךָ מִן הָעָם אֲשֶׁר אִתִּי Aziga na immecha min haam aser iti, hoc est, Stare faciam, vel constituam obsecro, seu nunc, tecum de populo qui mecum est. Septuaginta καταλείψω μετὰ σοῦ, ἀπὸ τοῦ λαοῦ τοῦ μετ' ἐμοῦ, id est, Relinquam tecum de populo qui mecum, sic & Chaldaica. Verum interpres sensum latius prosequutus est. Ordinabo (inquit) de familia conductores tibi, qui dirigant, solatio sint & auxilio, dum fuerit opus. CHRYSOSTOMVS. Faciebat hoc in signum magni honoris & officij. Ille autem nihil tale accepit. *Non est* (in-
E quit) *necesse: Hoc uno tantum indigeo, ut inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi.* AVCTOR CATENAE. Succinctius Hebraicum לָמָּה זֶּה אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֶיךָ אֲדֹנִי: lamma ze, emsa hen beene adoni, hoc est, Ad quid, seu Vt quid hoc? Inueniam gratiam in oculis domini mei. Septuaginta, ἵνα τί τοῦτο; ἱκανόν, ὅτι εὗρον χάριν ἐναντίον σου κύριε. Ad quid hoc? Satis quod inueni gratiam coram te domine. Chaldaica, Ad quid? Inueniam gratiam in oculis domini mei. Non hanc (inquit) pro me feras molestiam. Hoc vnum mihi curæ est, vt amicum te inueniam. Si hoc assequutus fuero, non alterius cuiuspiam indigeo. Discimus affectum præferendum officiis. CHRYSOSTOMVS. Hæc audientes charissimi, imitemur iustum illum, & eandem declaremus humilitatem animi, & si qui sunt qui male nobis afficiuntur, non magis eorum accendamus iram, sed magna mansuetudine & humilitate tam verborum, quàm operum, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas. Vide enim sapientiam huius iusti, quomodo magna verborum constantia, ita Esau demulsit, vt ad se colendum festinaret, facerétque omnia quæ ad sui pertinebant honorem. Hoc vere summæ virtutis est, vt
F non solum eos qui bene nobis afficiuntur magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus, sed vt etiam eos qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nihil enim mansuetudine violentius. Nam sicut rogum cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit, ita & animum camino magis exardescentem, verbum cum mansuetudine prolatum extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quod nos mansuetudinem declaramus, tum quod fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Quid enim dic mihi: Num reprehendis fratrem tuum, & accusas indignationẽ, & quod hostiliter se gerit contra te? Cur igitur non diuersa via studes incedere, sed ipse magis irasci vis? Non potest igni ignis extingui. Repugnat enim hoc naturæ, sic neque furor furore alio demulceri poterit vnquam. Verum quod igni est aqua, hoc est iræ mansuetudo & mititas. Propterea & Christus dicebat discipulis: Si di- Matth.5.
ligentes vos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari, & reprehendere negligentes volens,

Universidad de Deusto Biblioteca

lens, dicit, Nônne & Publicani idem faciunt? Quem enim dices qui tam deses sit, & non hoc faciat? Nônne & Pu- G
blicani magno studio faciunt? Quid autem Publicano deterius? attamen inuenies eum hoc omnibus modis obser
uare. Et non est possibile, vt non redamet qui amatur. Ego autem quia & excelsiores vos esse volo, & aliquid am-
plius habere, non hoc admoneo, sed vt inimicos diligatis. Id quod beatus ille, ante legem, ante doctrinã aliorum,
sponte sua fecit, & propter excellentem mansuetudinem prius superauit Laban, nunc autem & fratrem. Nam li-
cet superno præsidio fretus fuerit, attamen quod & suum est, declarauit. Sicut autem nisi supernam gratiam ha-
beamus, nihil vnquam possumus recte agere, ita & nisi quod nostrum attulerimus. Demus igitur operam, vt su-
perno fauore præuenti, nostra in medium afferamus, vt & ex nostro studio, & ex dei misericordia virtutes no-
stræ quotidie crescant, multaq; superna fruamur gratia.

Mysticè. RVPERTVS. Vidimus Iacob claudicantem, videamus nunc deum videntem. Cognouimus eum ex par-
te reproborum, cognoscamus modo pro parte electorum. Pro hac igitur parte, verbi gratia, quales apostoli fue-
runt, ne saltem ad modicum simul cum Esau graditur. Paruulos enim (inquit) habeo teneros, & oues ac boues H
fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Hic magnæ discre-
tionis exemplum est. Paruulus enim est & tener, qui nondum in fide & sapientia perfectus est, & quasi fœta
ouis, cuius inchoatio vel propositum nondum comprobatum est vsu operis. Tales carnalium societate facile
Esaiæ 22. corrumpuntur, quorum iuxta prophetam totum gaudium & lętitia est, occidere vitulos, & iugulare arietes, co-
1.Cor.15. medere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, Vnde & Apostolus, Corrum-
Ibidem. punt bonos mores colloquia mala. Bene igitur pater Iacob eiusmodi viatores vel cursores improuidos deuitans,
paruulos (inquit) habeo teneros, & oues ac boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, mo-
rientur vna die cuncti greges. Quamuis hoc exemplo in bonis quoque operibus vti oporteat, quatenus sic omnia
pastor discernat, & temperet, vt & fortes sint quod cupiant, & infirmi non refugiant.

4 *Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo uenerat, in Seir, & Iacob uenit in Sochot. Vbi ædificata* I
domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Sochot, id est, tabernacula. Transiuitque in Sa-
lem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ. Et
habitauit iuxta oppidum, emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sichem centum
agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum deum Israel.

4 *Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo uenerat, in Seir.* CAIETANVS. Non narratur reuersio ad Seir eo-
dem die completa, sed reuersio ad viam suam in territorio Seir. Et hic sensus quadrat verbis Iacob, distantiam
à Seir sonantium, dum dixit, vsquequo venero ad dominum meum in Seir. Ex via nanque communi ad Seir
& alias regiones, reuersus est illo die Esau ad viam propriam ad Seir. AVCTOR CATENAE. Ordina
sic literam, Reuersus est illo die Esau in Seir, itinere quo venerat. Ipsa autem est terra Edom, siue Idumæa, à no- K
mine suo nuncupata. An vero melior Esau redierit, & quâm sanctus, non est quod requiramus. Non describun-
tur illius mores, non enim erat exemplar fidelibus futurus per fidem, sicut Iacob. *Et Iacob uenit in Sochot.* HIE-
RONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. In Hebræo legitur סֻכֹּתָה Sucotha, Est autem
vsque hodie ciuitas trans Iordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos, de qua in libro locorum scripsimus.
IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Scenæ, id est, tabernacula, locus in quo habitauit Iacob regressus
de Mesopotamia, qui lingua Hebraica appellatur Sochot. *Vbi ædificata domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen loci
illius Sochot, id est, tabernacula.* RVPERTVS. Quia recentem adhuc spirabat visionem, qua ciues illius ciuita-
tis viderat, cuius ipse manentem hic ciuitatem habere nolebat, vel in qua visione cum conditore ciuitatis illius
deo luctatus fuerat, bene locum quo primum post hæc venit, appellauit Sochot, id est, tabernacula, videlicet re-
Heb.13. spectu faciei dei, de qua cognominauerat Phanuel, à cuius gloria peregrinus erat. Tabernacula nanque militan-
tium sunt, vnde & contubernales dicuntur milites, qui sub eodem tabernaculo morantur. CAIETANVS. L
Iuxta Hebræum habetur, Et ædificauit sibi domum, & gregi suo fecit tuguria. Fabricatio domus, morandi ibi-
dem intentionem demonstrat. Propter hoc (inquit) vocauit nomen loci illius Suchot, id est, tabernacula. Inter-
pres addidit has vltimas tres dictiones, Suchot enim tuguria, seu similia tabernacula sonat. AVCTOR CA-
TENAE. Sic Hebraicè legitur locus iste וַיִּבֶן לוֹ בָּיִת וּלְמִקְנֵהוּ עָשָׂה סֻכֹּת vaiben lo baith, vlmiknêhu asa Suchot.
Hoc est, Et ædificauit sibi domum, & pecoribus suis fecit tabernacula siue vmbracula, ita & Septuaginta, ita &
Chaldaica. Hic primum nunc Iacob domum ædificasse scribitur, indicium fidei, qua credebat promissioni dei, si-
bi ac semini dandam terram istam. Caulas pro pecoribus erigit, & totum suum locum tabernacula nominat in-
dicans nondum perpetuam sibi in terra illa habitationem concessam. *Transiuitque in Salem urbem Sichimorum quæ
est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS
HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Et venit Iacob Salem ciuitatem Sichem in terram Chanaan cum venis-
set de Mesopotamia Syriæ. Quæstio oboritur, quomodo Salem Sichem ciuitas appelletur, cum Hierusalẽ in qua
Gene.14. regnauit Melchisedech, Salem antè sit dicta? Aut igitur vnius vtraq; vrbs nominis est, quod etiam de pluribus Iu- M
dææ locis possumus inuenire, vt idem vrbis & loci nomẽ in alia atq; alia tribu sit. Aut certe istam Salem quę nunc
pro Sichem nominatur, dicimus hic interpretari consummatã atq; perfectam, & illam quæ postea Hierusalem di
cta est, pacificam nostro sermone transferri. Vtrunq; enim accentu paululum declinato, hoc vocabulũ sonat. Tra
dunt Hebræi quod claudicantis fœmur Iacob ibi conualuerit, & sanatum sit, propterea eandem ciuitatem curati
atque perfecti vocabulum consecutam. RVPERTVS. Postquam (inquit) reuersus est de Mesopotamia Sy-
riæ. Hic subaudiendum est, cum secũdum votum quod vouerat in Bethel debuisset ire, & (quod postmodũ fecit)
ibi altare vel domum deo ædificare. Sic enim vouit fundens oleum desuper lapidem quem erigebat in titulum.
Si reuersus fuero prosperè, erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus dei.

Postquam

A Postquam ergo reuersus est, maturè debuit ascendere in Bethel, & vota reddere, quod & paulopost fecit, ad-
uersitatibus admonitus, eodem deo vota sic exigente, Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facq; altare deo qui Gene.35.
apparuit tibi, quando fugiebas fratrem tuum Esau. Salem autem ciuitas ipsa est, quæ & Sichem. Prius nanque
dicebatur Sichem, quod antiquius nomen hactenus perseuerat, nisi quod corrupto nomine legitur Sichar, vt
in euangelio Ioannis, Venit Iesus in ciuitatem quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio Ioan.4.
suo. De quo prædio hic subiungitur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur. Et venit Iacob Salem
ciuitatem Sechem. Ambiguitas vndique consurgit, tum ex æquiuocatione dictionis Salem, quoniam est
quandoque nomen proprium vrbis, quandoque nomen appellatiuum, significans completum seu integrum,
tum ex defectu præpositionis, quia nulla inuenitur præpositio antecedens dictionem Salem, aut dictionem
ciuitatem. Subiuncta tamen mansio ante ciuitatem, cum egressu Dinæ, & gestis in ciuitate Sechem, testa-
tur, quod Salem hoc in loco est nomen appellatiuum. Ita quod litera est, Et venit Iacob integer ciuitatem
B Sechem. Narratur enim quod cum quieuisset in Suchot aliquanto tempore (& si Hebræis creditur, anno &
dimidio) venit inde incolumis quoad coxam, & vniuersaliter integer quoad vxores, filios & facultates ad
ciuitatem Sechem. Quæ est (inquit) in terra Chanaan. Prima mansio Iacob narrata à Moyse in terra Cha-
naan post reditum, est mansio apud ciuitatem Sechem, ea vt creditur ratione, quòd Suchot non sit in terra
Chanaan, sed vltra Iordanem versus montem Galaad. AVCTOR CATENAE. De qua in li- Iudic.8.
bro Iudicum legitur, Locutus est Gedeon ad viros Sochot, quos trans Iordanem fuisse legenti locum ma-
nifestum est. CAIETANVS. Postquã reuersus est de Mesopotamia Syriæ, vel veniendo de padan Aram.
Et dixit hoc ad significandum, quod Iacob peruenit ad terminum viæ suæ (videlicet terram Chanaan promissam
ei à deo) integer in se & suis omnibus. AVCTOR CATENAE. Hebraicè sic habetur וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עִיר
שְׁכֶם אֲשֶׁר בְּאֶרֶץ כְּנַעַן בְּבֹאוֹ מִפַּדַּן אֲרָם vaiabo Iaakob Salẽ ir Sechẽ aser beérez Chenáan beboon mipaddan aram,
Hoc est, Et venit Iacob incolumis in ciuitatem Sichem, quæ in terra Chanaan, quando venit de Mesopotamia
C Syriæ. Chaldaica, Et venit Iacob sanus in ciuitatem Sichem, quæ est in terra Chanaan, quando veniebat de Me-
sopotamia Syriæ. Septuaginta vero, καὶ ἦλθεν ἰακὼβ εἰς σαλὴμ πόλιν σικίμων, ἥ ἐστιν ἐν γῇ χαναάν, ὅτε ἦλθεν ἐκ τῆς
μεσοποταμίας συρίας, id est, Et venit Iacob in Salim ciuitatem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, quando
venit de Mesopotamia Syriæ. Dictio enim Hebraica Salem, integrum, sanum, saluum, & incolumem significat.
Melius itaque dicitur peruenisse saluus & incolumis, & minime, vt fuerat, claudus, ad Sichem vrbem quæ est in
terra Chanaan, vt quæstionem euadamus veterum, si eadem vrbs fuerit Sichem & Salem. Sichem autem eadem
ciuitas quæ apud euangelistam dicitur Sichar, vbi nimirum puteus Iacob erat, qui certe non est iuxta Hieroso-
lymam, sed in Samaria. Dixere nonnulli Septuaginta lectioni fauentes, quod Salim vrbs est de qua Ioannis ter-
tio legitur, quod Ioannes erat baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & ba- Ioan.4.
ptizabantur. *Et habitauit iuxta oppidum.* CAIETANVS. Rectius dixisset, ante ciuitatẽ. Non habitauit in ip-
sa ciuitate, tum quia capax non erat tantæ multitudinis, vt par est credere ex subsecuto euentu, tum quia nolebat
D subiici principi ciuitatis. AVCTOR CATENAE. Vel forte quia fuit ei commodius propter pecora.
Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sichem, centum agnis. CAIETANVS. A fratribus
Sichem emit partem campi in qua fixit tentoria. Ecce Iacob incipit emere partem agri in terra Chanaan ad ha-
bitandum, quod nec Abraham, nec Isaac fecerat, sicut & primus inter eos ædificauit domum. Centum (inquit)
agnis. Iuxta Hebræum habetur, centum nummis. Nomen est monetæ dictio Hebraica. AVCTOR CATE-
NAE. Quod nos centum agnis habemus, Hebraicè בְּמֵאָה קְשִׂיטָה Bemea kesita legitur, hoc est, centum dena-
riis, aut obolis, aut centum agnis, nam kesita & agnam, & monetæ genus quoddam significat. Incertum autem
etiam Hebræis, quomodo hoc loco melius vertatur. Potest commutatio animalium Iacob fuisse emptio, ditior
enim in animalibus erat quàm fortasse nummis. Potest monetę genus agni nomen habuisse, vt Basiliensibus cor-
uus dicitur denarius. Atque hoc forte est quod Actuum septimo, à Stephano de hoc isto agro dicitur, Et transla-
E ti sunt in Sichem & positi sunt in sepulchro, quod emit Iacob (sic enim scribendum est, non autem Abraham
secundum aliquos) pretio argenti à filiis Emor patris Sichem. Non dixit ergo, quod emit centum agnis, sed pre-
tio argenti. Dicit etiam Rabi Aliba, quod cum pertransiret Arabiam, audiuit nummum vocari kesita. Verum
tam Septuaginta quàm Chaldaica, æditioni nostræ de centum agnis consentiunt. *Et erecto ibi altari, inuocauit
super illud fortissimum deum Israel.* HIERONYMVS MARCELLAE. Duo ponuntur hic dei nomina
coniuncta, videlicet el, & elohe. Primum, quod Septuaginta θεόν, in est, deum, Aquila, ἐτυμολογίαν eius expri-
mens, ἰσχυρόν, id est, fortem interpretatur. Secundum autem, Elohe siue Elohim, quod & ipsum deus dicitur.
CAIETANVS. Et erexit ibi altare. Hinc apparet quod intendebat diutius ibidem morari. Inuocauitq; super
illud. Iuxta Hebræum habetur, Et vocauit ipsi. Altare enim ad sacrificium offerendum erectum narratur no-
minatum, Fortissimum deum Israël. Iuxta Hebræum habetur, el elohe Israëlis. Nomen altaris est, & nominatur
deus à fortitudine, el, hoc est, antonomasicè fortis. Et similiter à iudicio, elohe, hoc est, antonomasicè iudex
F Israël. Israël autem compositum est, significans dominabitur deus, verum hoc in loco genitiui casus est. Nomi-
nauitque altare diuino nomine mutilo sermone, nam non significatur quod altare est deus, sed quod altare
illud est ad sacrificandum fortissimo iudici dominanti in Iacob, & semine eius. Crediderim ego fuisse con-
suetudinem, vt nomine dei cui altare dicabatur, insigniretur altare, & propterea Moyses tali modo lo-
quendi vtitur, tam hic quàm inferius, capite trigesimoquinto de altari Bethel. Meminit el propter fortitu-
dinem, & elohe propter iustitiam aduersus Laban & Esau, & cætera. Et incipit vti audito ab angelo nomine,
cupiens effectu impleri cœpta. AVCTOR CATENAE. Quod nos habemus, Inuocauit super illud fortis-
simum deum Israël, Hebraicè legitur: וַיִּקְרָא לוֹ אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל vaikra lo el elohe Israël, hoc est, Et vocauit illud,
Deus deus Israël, seu inuocauit illi fortissimum deum Israël. Lo enim datiui casus est. Duo nomina diui-
na, el, & elohim, quorum primum à fortitudine duci opinantur Hebræi, secundum commune est, tam vero deo,
quàm reliquis, qui dij habiti sunt, aut qui diuinam habeant similitudinem. Omiserunt autem Septuaginta pri-

mum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum, καὶ ἐπεκαλέσατο τὸν θεὸν Ἰσραὴλ, Et inuocauit deum Israël. Forte putarunt, in sermone Græco non licere dicere θεὸν θεόν. Nam alio modo ea vox exprimi non poterat, cum nullum sit nomen siue apud nos, siue Græcos, in quod id diuinum nomen possimus commutare, quod multis in locis obseruarunt Septuaginta. Probandum itaque est quod fecit interpres, vt non per proprium aliquod dei nomen fieret translatio, sed per adiectiuum. Chaldaica valde diuersum hoc in loco habet, videlicet, Et sacrificauit super illud coram fortissimo deo Israël. Imposuit ergo Iacob aræ extructæ nomen, vt diceretur Ara domini dei Israël, memoriale posteris suis, qui alio nomine & nouo eum vocauerat, saluum reduxerat, domum sibi propriam, & partem agri in possessionem dederat. Hic igitur primum dominus deus Israël appellatur, eodem loco, vbi primum Abraham à Mesopotamia veniens, primum sibi tabernaculum in terra Chanaan fecerat. CHRYSOSTOMVS. Ne prætereamus obiter dilecti ea quæ in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri glebas ex terra effodientes, nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt, vt possint aurum è terra euellere, multo magis iustum fuerit, vt scrutemur eloquia Christi, & vtilitatem quæ inde est percipiamus, & sic inde exeamus. Cogita obsecro, eximij istius viri philosophiam, quomodo tanta gratia superne fruitur, & videns augeri suas facultates, pecora dico, & tantum numerum filiorum circunstantem, non in extruendis ædificiis amplis & præclaris fuit occupatus, neque villas & agros emere curauit, qui sufficere poterant vt distribuerentur filiis. Hæc enim & similia agere solent, qui alios opibus antecellunt, & sæpe qui vnum tantum habet filium, decem milia talenta auri colligere quærit, vt agros emat, & domus claras extruat, & vtinam ex iustis laboribus tantam affluentiam colligeret, sed graue, & quod omnibus grauius est, facit, ab aliis rapit, alios circunuenit dolis, aliis negotium facit, & ita alienas substantias suas facit. Et si quis dixerit, Ad quid tanta in colligendas opes insania? statim puerum prætexit, & dicit se talia operari ob suum in illum amorem. Et ille quidem tametsi puerum prætexat, hæc vix delibat frustra & in vanum. Sunt autem qui neque pueros habent, & insaniunt vt pecunias colligant, & mallent grauissima ferre, quàm vnum obolum indigentibus expendere. Sed iustus ille nihil talium consultauit, neque cogitauit, sed cum opus haberet agro, centum agnis datis partem agri emit ab Emor patre Sichem. Et vide pietatem religionémque viri, qua de causa agrum emere studuerit. Et erexit ibi (inquit) altare, & inuocauit deum Israël. Vidisti quare & agri partem emat? Vt gratias ageret communi nostri omnium domino. Oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt, hunc qui ante legem, & non sic insanire in opes. Quare enim dic mihi, & tibi ipsi hæc onera spinarum congregas, & filiis tuis materiam & occasionem malitiæ te relinquere non sentis? Nescis quod dominus maiorem curam pueri tui gerit, tu autem plurimam tui ipsius occasionem illi relinquere studens, quæ submergi animam eius faciunt? An nescis quod iuuentus per se ipsam ad ruinam procliuis est, & ad malitiam leui momento inclinatur, quando autem & opum affluentiam acceperit, multo magis ad malum proruit? Sicut ignis cum fomitem inuenit, validioribus flammis exurgit, ita & quando in iuuenem materia peruenerit talis continentiæ curam habere, & intemperantiam fugere, & laborem pro virtute, vel aliud spirituale quidam suscipere? An non audis Christum dicentem, Curæ huius seculi, & deceptio diuitiarum suffocat menē, & sterilis fit, quas & spinas nominauit? Nam cum dixisset in parabola seminis, quòd aliud ex seminibus in spinas incidit, deinde discipulis aliquibus interpretans: Sunt spinæ (inquit) solicitudo huius seculi, & deceptio diuitiarum quæ suffocant mentem, & sterilis fit. Et bene spinis comparauit solicitudinem huius seculi. Sicut enim spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt, ita & curæ temporales, spirituale seretardantes.

Matth.13. Lucæ.8.

Mysticè. CYRILLVS. Iacob autem in tentoriis habitauit, quia sanctorum genus in hoc mundo incola est & peregrinum.

L

IN CAPVT GENESEOS TRICESIMVMQVARTVM ARGVMENTVM.

Raptus Dinæ. Sichimitæ occiduntur à filiis Iacob.

CAPVT XXXIIII.

Lectio pri.

EGressa est autem Dina filia Liæ ut uideret mulieres regionis illius. Quam cum uidisset Sichem filius Emor Euæi, princeps terræ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristémque delinuit blanditiis. Et pergens ad Emor patrem suum, Accipe (inquit) mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.

I AVCTOR CATE. Dina nondū experta improbitates hominū, paternum tentoriū egreditur curiositate adducta, ad contemplandū habitū & mores mulierū regionis, & ideo periclitatur de castitate. Vnde ait, *Egressa est autem Dina filia Liæ, ut uideret mulieres regionis illius.* RVPERTVS. Porrò hanc Dinā vxorem fuisse Iob Philo asserit, & hanc esse, ex qua quatuordecim filios, & sex filias genuerit, septem videlicet filios & tres filias ante percussionem, totidem filios ac totidem filias post percussionem. BERNARDVS. Dina dum ad pascendos hœdos

De gradib. humilitatis.

A dos egreditur, ipsa patri, & sua sibi virginitas rapitur. O Dina quid necesse est vt videas mulieres alienigenas? Qua necessitate? Qua vtilitate? An sola curiositate? Et si tu otiose vides, sed non otiose videris. Tu curiose spectas, sed curiosius spectaris. Quis crederet tunc illam tuam curiosam otiositatem, vel otiosam curiositatem, fore post sic non otiosam, sed tibi, tuis, hostibusq; tam perniciosam? CAIETANVS. Egressa autem Dina. Intellige egressam ex tentorio, non solam, sed vt decebat comitatam. Filia Liæ. Desunt tres dictiones, videlicet quam genuit Iacob. Vterq; enim parens nominatur. AVCTOR CATENAE. Sic legitur locus Hebraicè וַתֵּצֵא דִינָה בַּת לֵאָה אֲשֶׁר יָלְדָה לְיַעֲקֹב לִרְאוֹת בִּבְנוֹת הָאָרֶץ: vateze Dina bath Lea aser ialda Leiaakob, Liroth bibnoth haárez, hoc est, Egressa est autem Dina filia Liæ quam peperit Iacob, vt videret filias terræ, sic & Chaldaica. Septuaginta, κατὰ μαθὲν τὰς θυγατέρας τῶν ἐγχωρίων, id est, Vt cognosceret filias indigenarum. Sed nulla in sensu ab æditione nostra discrepantia. *Quam cum uidisset Sichem filius Emor Euæi, princeps terræ illius.* Dicitur Emor Euæus, quia de Euæi stirpe erat, qui filius fuit Chanaan filij Cham, filij Noë, vt Genesis decimo habetur. Dicitur & Sichem princeps terræ illius, eo loquendi more, quo principis filius, princeps, & regis filius, rex dicitur. Chaldaica vero legit, Quam cum vidisset Sichem filius Emor Euæi principis terræ illius, principatum videlicet non Sichem, sed Emor patri eius attribuens. *Adamauit eam, illicito & turpi amore, & rapuit, & dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Si iam cum illa dormierat, eamq; humiliauerat, quomodo postea virginem vocat, dicendo vi opprimens virginem, nisi forte virgo nomen ætatis est, secundum Hebræum eloquium? An potius per recapitulationem postea commemoratur quod primo factum est. Prius enim potuit intendere animæ ipsius, & adamare virginem, deinde rapere, postmodum cum illa dormire, eamq; humiliare. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quantum sit iuuentus malum, quando rectæ rationis freno caret? Vidit enim virginem, & totus propter aspectum captiuus factus est, & concupiscentiam opere complere. AVCTOR CATENAE. Huiusmodi est Hebraica litera, וַיִּקַּח אֹתָהּ וַיִּשְׁכַּב אֹתָהּ וַיְעַנֶּהָ vaikah otha, vaiskab otha, vaianné ha, hoc est, Et tulit eam, & dormiuit cum ea, & humiliauit, siue oppressit eam. Sic & Chaldaica, sic & Septuaginta. Igitur non nudam vno facto commisit fornicationem Sichem, sed & violentiam & stuprum. Non excusatur Dina per ignorantiam, sed accusatur curiositatis. Princeps quidem terræ abstulerat illam, attenuationis quiddam habet, sed non in totum. *Et conglutinata est anima eius cum ea.* INTERLINEARIS. id est, factus est vnus in prauitate consensus. AVCTOR CATENAE. Hebraicè est וַתִּדְבַּק נַפְשׁוֹ בְּדִינָה בַּת יַעֲקֹב וַיֶּאֱהַב אֶת הַנַּעַר vatidbak naphso bedina bath Iaakob, vaieehab eth anáara, id est, Et conglutinata est, seu adhæsit anima eius Dinæ filiæ Iacob, & amauit puellam. Chaldaica vero legit, Et complacuit animæ suæ in Dina filia Iacob, & dilexit puellam. Septuaginta, καὶ προσέσχε τῇ ψυχῇ Δίνας τῆς θυγατρὸς Ιακὼβ, καὶ ἠγάπησε τὴν παρθένον, id est, Et intendit animæ Dinæ filiæ Iacob, & dilexit virginem. Quod igitur supradictum est, Adamauit eam, ex hoc loco desumptum videtur. Nimia ergo amoris eius vehementia his verbis exprimitur. Ecce quomodo vincitur cupidine, qui sensibus non imperat. *Tristémq; deliniuit blanditiis.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam enim iuuenis erat puella, eiusmodi (inquit) verba cum ea locutus est, quæ sufficiebant ad conciliandam sibi eam. CAIETANVS. Sicut hanc clausulam, ita multas alias interpres mutauit, sed in idem venitur, nam iuxta Hebræum habetur, Et locutus est ad cor puellæ, hoc est, ea quæ ad consolandum cor puellæ erant. AVCTOR CATENAE. Hebraica enim litera est וַיְדַבֵּר עַל לֵב הַנַּעַר vaidabber al leb hánaara, quod quemadmodum supradictum est, redditur. Quam locutionem vult interpres fuisse mœroris consolationem, quod nec nos quidem improbamus, quod inuenies obscure versum à Septuaginta, propterea quod intactam pene reliquerunt phrasin Hebraicam, καὶ ἐλάλησε κατὰ τὴν διάνοιαν τῆς παρθένου ἐαυτῇ, hoc est, Et locutus est secundum, vel in mentem virginis ei. Illud vero magnopere placet, quod cor verterint διάνοιαν, siquidem ex corde eiusmodi omnia proficisci, quæ ex mente procedere diceremus, ipsa quoque veritas docuit, & vt aliquando diximus, τὸ ἡγεμονικὸν, in hisce literis tribuitur cordi contra quàm philosophi opinentur. Conciliauit igitur (inquit) sibi animum puellæ, vt æquanimiter secum habitare consenserit, hoc est enim loqui ad cor virginis, etiā inuitis parentibus & fratribus vt persistat persuadere. Chaldaica & ipsa nostræ æditioni accedit, habens, Et locutus est consolationes ad cor puellæ.

B

C

D

E

Et pergens ad Emor patrē suum, accipe (inquit) *mihi puellā hanc coniugem.* Reuerentia filij ad patrē & obedientia notatur. Nolebat hic propria cupidine inire matrimonium, interim tamen patris voluntate & potentia abutitur ad suā concupiscentiam, vt filij potentum solent. *Quod cum audissent Iacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent.* Quanquam nulla in sensu discrepantia sit, plura tamen apud Hebræos sunt verba, videlicet וַיִּשְׁמַע כִּי טִמֵּא אֶת דִּינָה בִתּוֹ וּבָנָיו הָיוּ אֶת מִקְנֵהוּ בַּשָּׂדֶה וְהֶחֱרַשׁ יַעֲקֹב עַד בֹּאָם veiaakob samaa chi timme eth Dina bito, vbanaf haiu eth miknéhu basade, veheheris Iaakob ad boam, hoc est, Et Iacob audiuit quod contaminauit siue profanauit Dinam filiam suam, & filij eius erant cum grege seu pecoribus suis in agro, & tacuit Iacob donec venirent. Ita & Chaldaica, ita & Septuaginta. Audiuit igitur Iacob, & indoluit filiam pollutam, stupratam, infamia aspersam, & abominationem commissam. Siluit tamen, non tumultuabatur, non furia inebriatus erat, non cœlo terram miscuit, peregrinus erat, sustinebat, domino commendabat, tacuit patienter vsq; ad filiorum regressum. Notandum obiter, filios patriarcharum fuisse pastores, non otiosos, non artifices, non negotiatores, non milites. Discimus ex his quæ lecta sunt, disciplinam pro virginibus domi seruandis, ne sint curiosæ rerum externarum, instituantur ad labores & ad verecundiam à matribus, nihil inhonestum videant, audiant, aut loquantur, exerceantur domesticis exercitiis, non nisi coactæ prodeant, idq; verecundè, aspectus subterfugiāt hominum, suspectas semper timeant societates, non solum externorum, sed etiā externarum, varia est enim improborum hominum cautela, & tentatio iuncta periculis.

F

Mysticè. GREGORIVS IN PASTORALI. Mysticè autem, Dina vt mulieres videat extraneæ regionis, egreditur, quādo vnaquæq; mens sua studia negligens, actiones alienas curās, extra habitum atq; extra ordinē propriū euagatur. Quā Sichē princeps terræ opprimit, quia videlicet inuentā in curis exterioribus diabolus corrūpit, & ad se glutinata est anima eius cū ea, quia vnitā sibi per iniquitatē respicit. Et quia cū mens à culpa resipiscit, ad se ducitur, atq; admissum flere conatur, corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos reuocat, quatenus vtilitatem tristitiæ

3. par. cap. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem tristitiæ subtrahat, recte adiungitur, tristémque blanditiis deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora, mo G
do nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem deum loquitur, modo tempus adhuc subsequens ad pœ-
nitentiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur, quatenus tunc
bona nulla percipiat, quam nunc mala nulla contristant, & tunc plenius obruatur suppliciis, quæ nunc etiam gau-
det in delictis. RVPERTVS. Dina quæ interpretatur causa secundum nomen suum, & sibi corruptionis, &
aliis iurgiorum grauis causa fuit. In quo? In eo videlicet, quia exiuit videre filias regionis illius, filia vaga, visu dis-
soluta, facie decora. De qua illud breuiter dicendum, quia talis puellæ exemplum, omni animæ religiosæ profes-
sionis cauendum est. Nam si foris inuenerit, opprimet eam corruptor diabolus, qui per Sichem filium Emor rectè
figuratur. Sichem nanque humerosus, Emor autem asinus interpretatur. Est autem diabolus humerosus vel fortis,
Ezech.23. vt leo siue vrsus, stultus vt asinus. Nec vero spiritualiter tantum, sed etiam corporaliter, nec per se solum, sed per
sui similes, id est, asininos homines, circunueniet eam, videlicet quorum iuxta prophetam carnes sunt vt carnes
Amos.5. asinorum, & vt fluxus equorum fluxus eorum. Sic plerunque accidit, & virgo Israël cecidit, nec fuit qui suscita- H
ret eam.

2 EGresso autem Emor patre Sichem ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius ueniebant de agro. Auditóque quod acciderat, irati sunt ualde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & uiolata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Emor ad eos, Sichem filij mei adhæsit anima filiæ uestræ, date eam illi uxorem, & iungamus uicissim connubia. Filias uestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum. Terra in potestate uestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam coram uobis, & quæcunque statueritis dabo. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc uxorem. I

2 Egresso autem Emor patre Sichem, ut loqueretur ad Iacob. AVCTOR CAT. Emor ciuitatē egreditur, loci princeps
ac rector, ad Iacob in tabernaculis pastorū more habitantem, non filius exit primo, nevisus odiū augeret & furiā.
Ecce filij eius ueniebant de agro. Auditoq; quod acciderat, irati sunt ualde, eo quod fœdā rem operatus esset in Israel & uiolata filia Ia
cob, rem illicitam perpetrasset. AVGVSTINVS IN LOCVT. SVPER GENESIM. Vel iuxta Se-
ptuaginta, Quod dormisset cum filia Iacob, & non sic erit. Difficile talis locutio reperitur in scripturis, non indu-
cta persona loquentium, scriptorem verba eorum interposuisse. Non enim ait, & dixerunt, sed hoc tacitò verba di
xit eorum. Nam qui alij dicere potuerunt, & non sic erit, nisi qui grauiter indignati vindictam moliebantur?
CHRYSOSTOMVS. Quid est irati sunt valde? contristati sunt, & rem intolerabilem esse putauerunt & gra-
uissimam, eratq; eis mœrendi magna occasio. Magna enim tristitia afficiebat, quod rem turpem fecerat in Israël
Sichem, qui dormierat cum filia Iacob. CAIETANVS. Deest hic vna clausula. Legendum est, Et contri- K
stati sunt viri, & irati sunt valde. Naturalis causa iræ tristitia præponitur. Eo quod fœdam rem, & cætera. Exagge-
rat iniuriam Moyses, interpretando iniuriam factam contra deum, pro quanto erat facta contra hominem deno
minatū à dominio dei, perinde ac si dictum fuisset, quoniam iniuriā fecit in dominium dei violando filiā Iacob.
Vbi aduerte, quod quāuis adhuc non esset nomen Israël impositū Iacob, quia tamen inchoata erat huiusmodi nun
cupatio ex verbis angeli, ideo Moyses inter expressam nominationē & insinuationē angelicā, vsus est hoc nomine,
mediū ab extremo perfectiore nuncupādo. Et nihil refert an nomine Israël intelligas familiā vel personā Iacob.
AVCTOR CATE. Hebraica litera ita habet וּבְנֵי יַעֲקֹב בָּאוּ מִן הַשָּׂדֶה כְּשָׁמְעָם, וַיִּתְעַצְּבוּ הָאֲנָשִׁים וַיִּחַר לָהֶם מְאֹד
vbne Iaakob bāu min hasade cesamam, vaithazbu haanasim, vaihar lahem meod, hoc est, Et filij Iacob venebant
de agro, quando audierunt, & contristati sunt viri, & irati sunt illis valde. Chaldaica, Filij autem Iacob venerunt
de agro, cúmque audissent quod factum fuerat, indignati sunt viri, & irati sunt valde. Septuaginta, οἱ δὲ υἱοὶ Ἰακὼβ
ἦλθον ἐκ τοῦ πεδίου, ὡς δὲ ἤκουσαν, κατενύχθησαν οἱ ἄνδρες, καὶ λυπηροὶ ἦν αὐτοῖς σφόδρα, id est, At filij Iacob venerunt L
de agro. Vt autem audierunt, compuncti sunt viri, & triste fuit illis valde. Quod autem dicitur apud nos, Et vio-
lata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset, Hebraicè legitur לִשְׁכַּב אֶת בַּת יַעֲקֹב וְכֵן לֹא יֵעָשֶׂה liscab eth bath Iaa-
kob, vechen lo iease, Vt violaret filiam Iacob, seu dormiendo cum filia Iacob, & sic non fiet. Mos enim & deco-
rum, per futurum in Hebraico sermone exprimitur, vt dicant non fiet, hoc est, non debet fieri, aut non solet fieri,
eademq; in reliquis ratio est. Eleganter ergo interpres hoc Hebraicum expressit, dicendo, rem illicitam perpetra-
sset. Chaldaica, Quoniam ignominia facta esset in Israël, dormiendo cum filia Iacob, & sic non debuerat fieri. Fa-
ma igitur mali citius euulgatur, magnorum hominum diffamia minus latere potest. Fratres germanæ immunes
corruptionis maximam iniuriam habebant, quanto continentiores erant, rem indignam generi suo, minime dis-
simulandam, dolore vehementi æstuabant, nolebant exemplum posteris relinqui parum curatæ castitatis. Iam
viri erant, diu habitauerant in terra, Dina nubilis erat. CHRYSOSTOMVS. Vidisti filiorum continentiā,
quomodo turpitudinem maximam hoc factum reputabant? Vidisti quomodo iustus pueros suos erudiit ad vir- M
tutem? Quomodo autem filius Emor suam concupiscentiam opere complens, fit patri & toti ciuitati perditionis
auctor? Sed prius audiamus quæ Emor ad eos dixerit, & postea sciemus fratrum Dinæ malitiam, & quomodo vin
dicare studebant, quod in sororem erat commissum. *Locutus est itaq; Emor ad eos, Sichem filij mei adhæsit anima filiæ ue*
Vbi supra. *stræ.* AVGVSTINVS. Notandum, quod Emor loquens de Dina ad Iacob & filios eius, filiam dicit vestrā,
non filiam tuam sororem istorum. AVCTOR CATENAE. Eo quippe loquendi modo, quo aliquid toti
ascribitur multitudini propter partem ipsius. Et quia verbum חָשַׁק hasak hic positum, adhærere, diligere, concu-
piscere, amore iunctum esse significat, hinc est quod aliter Chaldaica, aliter Septuaginta locum exprimunt, licet
vtrique in sensu cum interprete nostro concordent. Illa enim habet, Animæ Sichem filij mei complacuit filia ve
stra, Isti, ψυχὴ ὁ υἱός μου προσείλετο τὴν ψυχὴν τὴν θυγατέρα ὑμῶν, hoc est, Sichem filius meus elegit ex anima filiam ve
stram. CHRYSOSTOMVS. Quia igitur ille virginem sic deperibat, inquit pater, *Date eam illi uxorem, &*
iungamus

A *iungamus uicissim connubia. Filias uestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum.* AVCTOR CA-
TENAE. Ardebat concupiscentia Sichem, domi seruabat puellam, violenter abutebatur, blanditiis capiebat
contra patrem & fratres, potens, diues, & multa cognatione vallatus, vt facilè paucos & peregrinos obruere po-
tuerit recusantes. Prætexebat probitatem & iustitiam, cum reuera violentiæ & prædæ inhiaret. Omnia demū pol-
licetur pater, vt vnius concupiscentia expleatur. Filias (inquit) vestras tradite nobis, & cætera. Poterant habere fi-
lias tam filij Iacob, quàm ipsorum seruuli, quas scriptura raro commemorat, interim tamen loquuntur nō solum
de iam natis filiabus & filiis, sed in posterum nascituris, si cohabitassent viui & pariter incolumes, vt mutuo inui-
cem acciperent vxores & viros. *Terra in potestate uestra est, exercete, negociamini, & possidete eam.* CAIETA-
NVS. Omnes actiones circa terram offert. AVCTOR CATENAE. Eleganter interpres, quod Hebrai
cè legitur וְהָאָרֶץ תִּהְיֶה לִפְנֵיכֶם Vehaárez tihie liphnechem, hoc est, Et terra erit in conspectu vestro, seu coram vo
B bis, Et Græcè, καὶ ἡ γῆ ἐναντίον ὑμῶν, Et terra ecce lata coram vobis, reddidit, terra in potestate vestra
est, sensum magis sequutus quàm verba. Sequēs autem verbum, sebu, à Iasab, magis manete, state, habitate, quàm
exercete vertitur. CHRYSOSTOMVS. Vidisti patrem quomodo propter filij amorem quan-
tam habet erga peregrinos benignitatem, & quomodo eos conciliare sibi vult, data eis in omni regione sua pote
state? Et hæc quidem egit pater. Filius autem quia vidit patris erga se studium, & quomodo omnia facere paratus
fuerit, vt impleretur quod cupiebat, adiecit quod suum est, inquit enim scriptura, *Sed & Sichem ad patrem & fra-*
tres eius ait. CAIETANVS. Dina monstratur per pronomen eius. *Inueniam gratiam coram uobis, & quæ-*
cunque statueritis dabo. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantū date mihi puellam hanc uxorē.
CHRYSOSTOMVS. Vidisti patrem, propter studium & curam in filium valde adhortari, vide modo
iuuenem prompte omnia promittere, vt puella potiretur. Hæc enim pernicioſa affectio, omnia suscipienda capto
persuadet, donec in inferni profundum ducat. AVCTOR CATENAE. Quod dicitur, Augete dotem, &
C munera postulate, clarius legitur Hebraicè, videlicet הַרְבּוּ עָלַי מְאֹד מֹהַר וּמַתָּן harbu alai meod móhar vmatan, id
est, augete super me valde dotem & munus. Vnde & Chaldaica habet, Multiplicate nimis super me dotem & mu
nera, & Septuaginta, πληθύνατε τὴν φερνὴν σφόδρα, καὶ δώσω, id est implete dotem valde, & dabo, & cætera. Adde-
bat filius ad verba patris, & si moris sit, vt tradentes filias nuptui, dotes parent nubentibus, ego tamen modo hāc
habeam vxorem, dotem ei volo constituere, quinimo quantamcunque dotem multiplicare volueritis soluam, &
vltra dotem, xenia quoque quæcunque mihi iniunxeritis, præ amoris beneuolentia, libens & gaudens impen-
dam vobis.
INTERLINEARIS. Mysticè autem sicut Emor locutus est ad Iacob pro iungendis mutuo matrimoniis, *Mysticè.*
sic maligni spiritus, vel prauī dogmatis auctores, per vnius animæ corruptionem, multas corrumpere moliūtur,
sed & mutua filiarum cum discolis copulatio, seductarum & seducentium animarum ad diuersa schismata pro-
stitutio est. Augete dotem (inquit) & munera postulate. Carnalibus commerciis carnalia munera promittuntur,
D quibus delectata corrupta anima, parcius correptioni instat.

3 REsponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuiētes ob stuprum sororis. Non possumus face- 3
re quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, quod illicitum & nefarium est apud nos.
Sed in hoc ualebimus fœderari, si uolueritis esse similes nostri, & circuncidatur in uobis omnis masculi-
ni sexus, tunc dabimus & accipiemus mutuo filias uestras ac nostras, & habitabimus uobiscum, erimusque unus
populus. Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.

CHRYSOSTOMVS. Senior quidem Iacob, audiens dicta Sichem & Emor patris eius silet, & pro 3
sua mansuetudine nihil loquitur, sed vim filiæ factam patienter fert, at non sic filij eius, qui *Responderunt Sichem*
E *& patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis.* RVPERTVS. Dolus in eo extitit, quod sancta & vtilia locuti
sunt, non vt proselytos ad salutem facerent, sed vt securos pariter & saucios tertia die, quando naturaliter vul-
nerum grauissimus dolor est, sic imparatos leuius occiderent. Cuius quidem doli conscium vel participem non
fuisse Iacob, illud quoque indicat, quod ait ipse, Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum non Gene. 49.
veniat anima mea. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et locuti sunt quod violauit Dinam sororem
suam. Rationem doli manifestat Moyses, sermone tamen mutilo. Subauditur enim pronomē, illi. Et est sensus, &
locuti sunt in dolo, vtpote loquendo illi qui violauit sororē eorum. Excusatio est doloſi sermonis, non à toto, sed
à tanto. AVCTOR CATENAE. Quod ergo nos legimus, sæuientes ob stuprum sororis, Hebraicè habe-
tur וַיְדַבְּרוּ אֲשֶׁר טִמֵּא אֶת דִּינָה Vaidabbéru, aser timme eth Dina ahotham, hoc est, Et dixerunt, quod vio
lauerat Dinam sororem suam. Chaldaica, Atque locuti sunt sapienter, eo quod violata esset Dina soror eorum.
F Septuaginta, καὶ ἐλάλησαν αὐτοῖς, ὅτι ἐμίανε τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν, hoc est, locuti sunt eis, quia polluerant Di-
nam sororem suam. Non poterant igitur filij Iacob non multum irasci ob iniuriam illatam tam honesto generi,
meditabantur vindictæ modum & vt eximere sororem possent de illorum potestate per omnem vitam oppro-
brio notandam, alterique marito ineptam. Non enim maritum, nec filios habuisse legitur (licet alij aliter affirment)
ignominia erat tanto maior, quanto illibatior tunc castitas seruabatur à piis, quam pro corrupto nostro seculo
nos nunc pro dignitate æstimare non possumus. Acerrimi quidem insistebant, sed non sine dei offensa, quam ca-
sus maioris criminis postea vindicauit, cum eorum maior, patris cubile fœdaret, longe turpiore scelere quàm
Dina. Sinit enim iustitia dei, tam zelosos in aliena peccata vindices, turpius nonnunquam peccare. Non enim
dominus vult peccata quæ odit, animo iniquo à quoquā puniri. CHRYSOSTOMVS. Considera quomo-
do propter vnius intemperantiam, vnam ciuitatem habitantes, pœnarum socij fiunt. Sicut enim accensa pyra, &
qui prope habitant, periculi sunt participes, igne omnia depascente, eodem modo & nunc adolescentis intempe-
rantia, non solum patrem, sed & omnes ciues simul perdidit. Quid igitur pueri Iacob? doloſè eis responderunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dignum est auditu, vt discatis, quomodo propter sororem doluerunt, dixerunt inquit, *Non possumus facere quod* G
petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, quod illicitum & nefarium est apud nos. CAIETANVS. Hinc
habetur, quod decreta à deo Abrahæ circuncisione masculorum, decretum simul est, vt fœminæ seminis Abrahæ
non nuberent nisi circuncisis.. AVCTOR CATENAE. Non possumus, & cætera. Sicut non licet in-
quiunt, sic nec possumus, sororem nostram permittere incircunciso, religione dispari. Hanc autem responsionem
Septuaginta solis Simeon & Leui attribuunt, dicentes, καὶ εἶπον αὐτοῖς συμεὼν καὶ λευὶ οἱ ἀδελφοὶ Δίνας, Et dixe-
runt eis Simeon & Leui fratres Dinæ, cum Hebraicè tantum habeatur וַיֹּאמְרוּ אֲלֵיהֶם Vaiomru alehem, Et dixerũt
eis, nempe omnes filij Iacob. Quod autem in nostra æditione legitur, quod illicitum & nefarium est apud nos,
Hebraicè est חֶרְפָּה herpa, quod proprie opprobrium, improperium & ignominiam significat, & ita Chaldaica &
Septuaginta legunt. *Sed in hoc ualebimus fœderari, si uolueritis esse similes nostri, & circuncidatur in uobis omnis masculini*
sexus, tunc dabimus & accipiemus filias uestras ac nostras, & habitabimus uobiscum, erimusq; unus populus. CHRYSO-
STOMVS. Hæc quidem propositio honesta erat, & rationi consentanea, sed cum dolo (inquit) dicta est. H
CAIETANVS. Hincq; clare patet verus dolus, nam promittunt Sichimitis postquam circuncisi fuerint,
mutua connubia, & vnitatem populi, nihil horum intendentes seruare. AVCTOR CATENAE. Iu-
dæi vero hoc in loco excusant filios Iacob de mendacio & dolo, dicentes, seriò illos omnia tunc dixisse, de vin-
dicta nihil cogitasse. Agnito autem tandem Sichimitarum instituto, de auferendis Israëlitarum bonis, sentẽtiam
mutauerunt, & datam occasionem, domini instinctu non omiserunt. Sed totam stropham hanc verbum su-
pra positum, Responderunt filij Iacob in dolo, disiicit, penitus, & demolitur. *Si autem circuncidi nolueritis, tollemus*
filiam nostram, & recedemus. CHRYSOSTOMVS. Hæc quidem filij Iacob, præcipuè Simeon & Leui,
cædem omnium secum meditantes, proposuerunt. AVCTOR CATENAE. Si autem circuncidi no
lueritis. Succinctius interpretes Hebraicum expressit, videlicet וְאִם לֹא תִשְׁמְעוּ אֵלֵינוּ לְהִמּוֹל Veim lo thismeau
elénu lehimmol, hoc est, Et si non acquieueritis nobis vt circuncidamini, tollemus, & cætera, ita Chaldaica &
Septuaginta.

Mysticè. INTERLINEARIS. Mysticè autem, Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius, Non possumus fa- I
cere quod petitis, & cætera, Ac si dicant ecclesiæ filij impiis, Quæ societas Christi ad Belial? quis consensus tem-
plo dei cum idolis? Sed in hoc valebimus fœderari, si esse volueritis nostri similes, & circuncidatur in vobis om-
nis masculini sexus, & cætera. Non enim aliter alienigenæ in societatem ecclesiæ admittuntur, nisi diabolo renun
cient, & sacramentis ecclesiæ communicent.

4 *PLacuit oblatio eorum Emor & Sichem filio eius, nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur ex-*
pleret. Amabat enim puellam ualde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingreßique portam
urbis, locuti sunt ad populum. Viri isti pacifici sunt, & uolunt habitare nobiscum. Negocientur in terra,
& exerceant eam, quæ spaciosa & lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus uxores, & nostras illis da- K
bimus. Vnum est quo differtur tantum bonum, si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, & sub-
stantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus, & habitantes si-
mul unum efficiamus populum. Assensique sunt omnes circuncisis cunctis maribus.

4 CHRYSOSTOMVS. Sichem & Emor spectantes ad hoc quod proposuerant, & vt virginem
appetentes, consenserunt in dicta, & placuerunt eis proposita. *Placuit* enim (inquit) *oblatio eorum Emor & Sichem*
filio eius, nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur expleret. AVCTOR CATENAE. Egregiè interpres quod
multis verbis in Hebræo narrat, more suo perstringit, nã ibi dicitur וַיִּיטְבוּ דִבְרֵיהֶם בְּעֵינֵי חֲמוֹר וּבְעֵינֵי שְׁכֶם בֶּן חֲמוֹר
vaiitbu dibrehẽ beene hamor, vbeene Sechẽ ben hamor, Et placuerunt verba eorum in oculis Emor, & in oculis
Sichem filij Emor. Quod autem sequitur, Nec distulit adolescẽs quin statim quod petebatur expleret, Hebraicè L
est וְלֹא אֵחַר הַנַּעַר לַעֲשׂוֹת הַדָּבָר Velo ehar hanáar laasoth hadabar, id est, Et non distulit adolescens facere verbũ.
Hebraismus est, quo verbum pro facto ponitur. Vnde Chaldaica habet, Non distulit facere rem illam nempe vt
semetipsum, patrem, omneq; populum circuncideret. Deinde celeris huiusmodi adimpletionis causa subiũgitur.
Amabat enim (inquit) *Puellam ualde.* CHRYSOSTOMVS. Hoc est, totum se in puellæ amorem effuderat.
AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta aliam literam habetur, Appositus enim erat
filiæ Iacob, id est amabat eam. AVCTOR CA. Hebraicè vero est כִּי חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב chi haphes bebath Ia-
acob, hoc est, Quia volebat, aut voluntatem seu complacentiam habebat in filia Iacob. Chaldaica, Quoniã com
placuit sibi in filia Iacob. Septuaginta, ἐνέκειτο γὰρ τῇ θυγατρὶ Ἰακώβ, Incubuerat enim filiæ Iacob, quæ omnia vnũ
eundemq; sensum exprimunt. *Et ipse erat inclytus in omni domo patris sui.* Honorabilior (inquit) erat omnibus fi-
liis ipsius Emor. Hebraicè enim est וְהוּא נִכְבָּד מִכֹּל בֵּית אָבִיו Vehu nichbad micol beth abif, hoc est, Et erat hono M
rabilis in omni domo patris sui. Nichbad enim, & honorabilem, & inclytum, & nobilem, & gloriosum signifi-
cat. Vnde Septuaginta, αὐτὸς δὲ ἦν ἐνδοξότατος πάντων τῶν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ipse autem erat gloriosissi-
mus omnium qui in domo patris sui. Chaldaica, Et ipse erat honorabilior omni domo patris sui. Abuti ergo ma
lebat fidei sacramento, quàm carere sua libidine. Deo autẽ vehementer peccant, qui quacũque ratione mysteriis
sacrosanctis abutuntur, religionisq; insigne prophani suscipiunt. Locus hic cõtra illos, qui sacramentorum vsum
suis cupiditatibus miris imposturarum modis seruire cogunt. *Ingressiq; portam urbis, locuti sunt ad populũ.* Prætoria
olim in portis fuisse ciuitatũ nouimus, & hæc causa, quod Emor & Sichem intra portam vrbis populo locuti as-
serũtur. Qui & si tyranni essent in Sichẽ, sicut & aliis vrbibus passim terræ Chanaã, non tamẽ præcipiunt circun-
cisionem populo, sed proponunt primùm, & persuadent, vt cõmuni consensu quod petunt obtineant. Dicũt ergo,
Viri isti pacifici sunt, & uolunt habitare nobiscum. Negocientur in terra, & exerceant eam, quæ spaciosa & lata cultoribus in-
diget.

A *diget.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Vbi nunc Se-
ptuaginta interpretes pacificos transtulerunt, Aquila interpretatus est ἀπηρτισμένους, id est consummatos at-
que perfectos, pro quo in Hebræo legitur שְׁלֵמִים selemim. Ex quo perspicuum est, verum esse illud quod de
Salem diximus. AVCTOR CATENAE. Viri isti, & cætera. Hebraica litera aliquantulum diuersa est, vi-
delicet הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה שְׁלֵמִים הֵם אִתָּנוּ וְיֵשְׁבוּ בָאָרֶץ וְיִסְחֲרוּ אֹתָהּ וְהָאָרֶץ הִנֵּה רַחֲבַת יָדַיִם לִפְנֵיהֶם haanasim haélle se-
lemim hem itánu, veiésbu baárez veisharu otha, vehaárez hinne rahabath iadáim liphnehem, hoc est, Viri
isti pacifici sunt nobiscum, & habitabunt in terra, & negociabuntur in ea, & terra ecce spaciosa manibus siue
locis coram eis. Vel vt habet Chaldaica, Terra autem spaciosa est & lata coram eis. Septuaginta vero, οἱ ἄνθρωποι
οὗτοι εἰρηνικοί εἰσι μεθ' ἡμῶν οἰκείτωσαν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐμπορευέσθωσαν ἐν αὐτῇ, ἡ δὲ γῆ ἰδοὺ πλατεῖα ἐναντίον αὐτῶν,
id est, homines isti pacifici sunt, nobiscum habitent super terram, & negocientur in ea, at terra ecce lata coram
eis. Infideliter ergo causam plebi proposuerunt, iniuriam de stuprata Dina non expresserunt: pacificos tunc esse
B viros falsò persuaserunt, irritati enim iam erant indignitate tam turpis facti. Orationem suasoriam capiunt, ex
eo quod periti agricolæ, & pecorum pastores erant, & commoda multa ex vsura terræ referre potentes, in ter-
ra illa ampla nondum admodum populosa, & cultu indigente. Tum & ex elegantia filiarum Iacob, & pruden-
tia insigni filiorum eius, quos optarent habere generos, & ideo subiungunt. *Filias eorum accipiemus uxores, &*
nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bonum, si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes. Tota hæc
clausula aliter habetur, in Hebræo, videlicet אַךְ בְּזֹאת יֵאֹתוּ לָנוּ הָאֲנָשִׁים לָשֶׁבֶת אִתָּנוּ לִהְיוֹת לְעַם אֶחָד בְּהִמּוֹל לָנוּ
כָּל זָכָר כַּאֲשֶׁר הֵם נִמֹּלִים ach bezoth ieóthu lánu haanasim lasebeth itánu lihioth leam ehad, behimmol lánu
col zachar, caaser hem nimmolim, hoc est, Sed in hoc conuenient nobiscum viri, vt habitent nobiscum, vt
simus in populum vnum, si circuncidetur in nobis omnis masculus, sicut ipsi circuncisi sunt. Ita ad verbum &
Chaldaica, & Septuaginta. Vnum ergo (inquiunt) est propter quod tanta vtilitas nobis obuentura differtur,
scilicet circuncisionis assumptio, vt per hanc illorum nos obseruationibus & ceremoniis conformemus. Quod
C si fecerimus, *Substantia eorum & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt.* CAIETANVS. Iuxta He-
bræum habetur, si non nobis ipsa? Suadentium verba sunt, vtilitatem manifestantium huius vnionis, signi-
ficatur enim apertè, quod ex hac vnione sequetur hoc vtile, quod omnes facultates Israëlitarum erunt ciuium
huius ciuitatis. Vtitur enim Hebræus sermo coniunctione, si, interrogatiuè. Et est sensus, an non nobis ipsa?
quasi dicat, perspicuum est quod nobis acquiruntur omnia. AVCTOR CATENAE. Et substan-
tia eorum, & pecora, & cætera. Hebraica veritas ita legit מִקְנֵהֶם וְקִנְיָנָם וְכָל בְּהֶמְתָּם הֲלוֹא לָנוּ הֵם miknehem
vekinianam vecol behemtam halo lánu hem, hoc est, pecora eorum, & substantia eorum, & omnia iumen-
ta eorum, nónne nostra erunt? Chaldaica, pecora eorum, & armenta, & omnia iumenta eorum, nónne no-
bis erunt? Septuaginta, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰ τετράποδα αὐτῶν καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα οὐχ ἡμῶν ἔσαι;
id est, Et pecora eorum, & quadrupedia eorum, & omnis substantia, non nostra erunt? Plurimum facit ad
D docendum locus iste, quàm dispar sanctorum ab infidelium vita. Sancti enim laborant ad proximorum mul-
torum vtilitatem, terram colunt, pacifici sunt, detestantur omne inhonestum, facile acquiescunt rationa-
bilibus conditionibus, non carent prudentia naturali. Dei timorem præferunt, fides coram deo excusat, &
zelus iustitiæ ac virtutum. Infideles sua tantum curant, libidines sectantur, ambiunt aliorum diuitias, sa-
crosancta prophanant, fictas non veras amicitias pollicentur. *Tantum in hoc acquiescamus, ut habitantes simul,*
unum efficiamus populum. Iuxta Hebræum legitur אַךְ נֵאוֹתָה לָהֶם וְיֵשְׁבוּ אִתָּנוּ ach neotha lahem veiésbu itá-
nu, hoc est, tantummodo conueniamus cum eis, siue acquiescamus eis, & habitent nobiscum. Ita & Chal-
daica. Septuaginta autem, μόνον ἐν τούτῳ ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς, καὶ οἰκήσουσι μεθ' ἡμῶν, id est solum in hoc
assimilemur eis, & habitabunt nobiscum. Dicunt itaque, si mares nostros circunciderimus, sicut ipsi e-
rimus, habitabunt nobiscum, & vnum efficiemus populum, per eiusdem ritus obseruantiam, per mutu-
am virorum & mulierum copulam, per cognationis & affinitatis vinculum. *Ascensique sunt omnes cir-*
E *cuncisis cunctis maribus.* CAIETANVS. Summauit interpres extensas orationes in Hebræo, si-
gnificantes quod omnes habitantes intra mœnia ciuitatis, & assenserunt, & circuncisi sunt. AVCTOR
CATENAE. Hebraicè enim verba multa habentur, videlicet וַיִּשְׁמְעוּ אֶל חֲמוֹר וְאֶל שְׁכֶם בְּנוֹ כָּל יֹצְאֵי שַׁעַר
עִירוֹ וַיִּמֹּלוּ כָּל זָכָר כָּל יֹצְאֵי שַׁעַר עִירוֹ Vaismeau el hamor veel sechem beno col ióze saar iro, vaimmólu
col zachar col ióze saar iro, id est, Et obedierunt Emor & Sichem filio eius omnes qui egrediebantur por-
tam ciuitatis illius, & circunciderunt omnes masculos, omnes qui egrediebantur portam ciuitatis illius. Ita
& Chaldaica. Septuaginta, καὶ περιέτεμον τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτῶν πᾶν ἄρσεν, Et circunciderunt car-
nem præputij eorum omne masculum. Quod vero dicit, Egredientes portam ciuitatis, periphrasis est ciuium
in ciuitate. Simplicitas igitur populi indicatur, qua magistratus vel tyranni abusi sunt in suam libidinem, ma-
gistratus enim & principes verbis solent imponere populo. Non ergo pro dei amore & cultu circuncisionis sa-
cramentum assumpserunt, sed abusi sunt ad prætextum nocendi peregrinis. Animati precibus primorum vrbis,
F permoti sunt ad pharisaicam religionem, nondum initiati verbo dei. GLOSSA GRAECA. Circuncisio
igitur nihil illis profuit, neque enim ob pietatem aduersus deum circuncisi sunt, sed principes quidem ob volu-
ptatem, subiecti verò propter principis timorem.

INTERLINEARIS. Sed & mysticè Sichem & Emor suadentes populo circuncisionem, designant, quod Mysticè.
& ministri Satanæ sicut princeps eorum, transfigurant se in ministros iustitiæ, vt decipiant animas superstitione
sua.

ET ecce die tertio quando grauißimus uulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob, Simeon & Le- 5
ui fratres Dinæ gladiis, ingreßi sunt urbem confidenter, interfectisque omnibus masculis, Emor
& Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egreßis,
irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt urbem in ultionem stupri, oues eorum, & ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta & asinos, cunctáque uastantes quæ in domibus & in agris erant. Paruulos quoque eorum & uxo- G
res duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbastis me, & odiosum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Respondérunt, Nunquid ut scorto abuti debuere sorore nostra?

CHRYSOSTOMVS. Vbi resciuerunt Simeon ac Leui Sichimitas impleſſe ſtatim quæ ab Emor & Sichem dicta erant, & omnes ſimul circuncisionis ſignum in corpore accepiſſe, quæ iamdudum ſecum meditabantur, opere compleuerunt, vnde dicitur. *Et ecce die tertio quando grauiſſimus uulnerum dolor eſt, arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis, ingreſſi ſunt urbem confidenter, interfectisq; omnibus maſculis, Emor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro eo quod in Græcis legitur ἀσφαλῶς, id H
eſt diligenter, in Hebræo ſcriptum eſt בְּטַח betah, id eſt audacter & confidenter. CHRYSOSTOMVS. Quid eſt autem ingreſſi ſunt ciuitatem ſecure & confidenter? quia cum ſolum duo eſſent, tantæ multitudini ſe oppoſuerunt. Sed magnam ſecuritatem eis præſtitit, quod omnes illi ſaucij iacerent. Quod vt nobis manifeſtaret ſcriptura, Factum eſt (inquit) in die tertio, cum eſſent in grauiſſimo dolore, Hoc illos ſecuros reddidit, & duos fortiores multis fecit. Occiderunt (inquit) omne maſculinum, hoc eſt, omnes viros, qui propter circuncisionem iacebant, & parati erant (vt ita dicam) vt occiderentur, & cum aliis etiam in iuuenem irruerunt, qui puellam vitiauerat, & patrem quoque eius. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Cum pauloante loquens Iacob cum fratre ſuo Eſau, infantes filios ſuos eſſe ſignificaret, qui Græcè dicuntur, παῖδες, quæri poteſt, quomodo potuerunt facere tantam ſtragem direptionemque ciuitatis, interfectis quamuis in dolore circuncisionis conſtitutis, pro I
ſorore ſua Dina? Sed intelligendum eſt diu illic habitaſſe Iacob, donec & filia eius virgo fieret, & filij iuuenes. Nam ita ſcriptum eſt, Et venit Iacob in Salem ciuitatem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan, cum aduenit de Meſopotamia Syriæ, & applicauit ad faciem ciuitatis, & emit partem agri, in quo ſtatuit illic habitaculum ſuum, ab Emor patre Sichem centum agnis, & ſtatuit ibi aram, & inuocauit deum Iſraël. Exiit autem Dina filia Liæ quam peperit ipſi Iacob, vt condiſceret filias regionis eius, & cætera. Apparet ergo his verbis, non tranſeunter ſicut viator ſolet, illic manſiſſe Iacob, ſed agrum emiſſe, & tabernaculum conſtituiſſe, aram inſtruxiſſe, ac per hoc diutius habitaſſe, filiam vero eius cum ad eam veniſſet ætatem, vt amicas iam habere poſſet, condiſcere voluiſſe filias ciuium loci, atque ita factam eſſe pro illa cruentiſſimam cædem & deprædationem, quæ iam vt puto quæſtionem non habet. Multitudo enim non parua erat cum Iacob, qui plurimum ditatus fuit, ſed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiuſdem facti principes atque auctores fuerunt. CAIETANVS. Et ecce die tertio quando grauiſſimus K
vulnerum dolor eſt. Iuxta Hebræum habetur, quando ipſi erant dolore affecti. Inſinuatur tamen per hoc quod interpres dixit, maiorem videlicet eſſe dolorem diei tertij. Arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis. Confer prudens lector tempus natiuitatis Dinæ, & ſimiliter tempus natiuitatis tam Simeon quàm Leui, cum tempore quo Iacob egreſſus eſt de Meſopotamia: & inuenies Dinam quidem ætatis vix quatuor annorum ad ſummum, Simeon autem & Leui ætatis ad ſummum duodecim annorum. Nam vt Iacob in monte Galaad dixit ſocero, viginti annis fuit in Meſopotamia: quorum primis ſeptem annis nullum genuit filium. Sed eſto quod octauo genuerit Ruben, nono Simeon, & decimo Leui, claſex filios à matre genita fuerit, & multum temporis interceſſerit inter quartum & quintum filium, vſque adeò vt Lia crederet ſe amplius non genituram, rationabile eſt vt genita fuerit decimo, aut potius vndecimo anno à connubio matris: ac per hoc in egreſſu ex Meſopotamia non erat quadriennis. Multis igitur L
annis poſt reditum ex Meſopotamia peractis, hoc accidit, & ad minus apparet quod anni fluxerint decem, vt & Dina eſſet nubilis, & Simeon & Leui ad bellum diſpoſiti. Ingreſſi ſunt vrbem confidenter. Non intelligo quod ſoli fuerint ingreſſi ciuitatem, ſed cum ſufficienti numero armatorum, vt ſimul multas domos introirent, & vno ferè momento vniuerſos occiderent, alioquin multi aduerſus duos potuiſſent inſurgere vociferantibus mulieribus primorum occiſorum. Interfectisq; omnibus maſculis, Emor & Sichem pariter necauerunt. Deſunt tres dictiones, ad os gladij. Solitus eſt loquendi modus, quemadmodum dicere conſueuimus, occiſi ſunt acie enſis. AVCTOR CATENAE. Et ecce die tertio quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt, Hebraica litera ita habet, וַיְהִי בַיּוֹם הַשְּׁלִשִׁי בְּהְיוֹתָם כֹּאֲבִים Vaihi baiom haſeliſi bihiotham coabim, hoc eſt, Et fuit ſeu & factum eſt in die tertio, quando erant illi dolentes. Dicunt enim Hebræi, in circuncisione maximum fieri dolorem, præſertim tertia die, ſi quis iam adultus circuncidatur. Vulnera itaque hæc & is dolor, de circuncisione ſunt intelligenda. Quod certe innuunt Septuaginta, ᾗ ἡμέρᾳ τῇ M
τρίτῃ, ὅτε ἦσαν ἐν τῷ πόνῳ. Die tertia quando erant in labore ſcilicet doloris, nam πόνον ſumpſerunt, pro eo quod eſt κόπῳ, ſcilicet dolor, nam & dolore laborare nos dicimus, pro dolemus. Chaldaica vero legit, Et factum eſt in die tertio, quando præualuerunt dolores eorum ſuper eos. Dolentibus ergo Sichimitis propter præputij abſciſionem, & in lecto poſitis vt ſanarentur, inuaſerunt vrbem Simeon & Leui. Atque is eſt dolus, in quo locuti ſunt ad eos, ſciebant enim quid eſſent facturi. Vbi autem nos legimus, Emor & Sichem pariter necauerunt, deſunt לְפִי חָרֶב lephi hareb, In ore gladij, & Hebraiſmus eſt, pro acuto gladio, quæ verba nec in Chaldaica nec apud Septuaginta deſiderantur. Ei vero quod apud nos legitur, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam, Hebræi addunt וַיֵּצֵאוּ vaizéu, Et egreſſi ſunt, Et Septuaginta καὶ ἐξῆλθον, quod verbum interpres Latinus principium ſequentis clauſulæ poſuit in ablatiuum reſolutum, inquiens, Quibus egreſſis. Sic igitur die tertio cum maximè dolerent ex vulnere, qui iam prouectioris ætatis ac virilis, &

non

A non ſine cruciatu magno recumberent in domibus, eſſentque inepti ad pugnam ſuique defenſionem, nihil mali ſuſpicati de hominibus quos pacificos eſſe audierant, duo ſeniores filij Liæ, Dinæ vterini fratres, iam viri facti, infamiam, exemplum, periculum, ſeruitutem & libidinem cogitantes, de domino confidentes, pro ſororis iniuria vindicanda, zelo honeſtatis, & ad exemplum poſteris in tanta familia futuris, ipſi animoſi & fortes, armati ſuper procumbentes & in cautos irruerant permittente illud deo, non tamen probante, exceſſerunt enim modum, propter vnius peccatum vel paucorum, tot homines occidendo, ſimiliter & diripiendo. Peccant igitur omnes, etiam qui fideles ſunt & electi, ſed non ad mortem. Quod autem dixit, interfectis omnibus maſculis, de iam adultæ tantum ætatis hominibus intelligendum eſt, nam vt paulo poſt dicitur, paruulos duxerunt captiuos. Sequitur. *Quibus egreſſis.* Scilicet Simeon & Leui domum E-
B mor, vel ciuitatem, vt reducerent Dinam in domum patris. *Irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob, & depopulati ſunt urbem in ultionem ſtupri, oues eorum, & armenta, & aſinos, cunctáque uaſtantes, quæ in domibus & in agris erant. Paruulos quoque eorum & uxores duxerunt captiuas.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæ abſtulerunt filij Iacob de ciuitate Sichimorum Salem cum eam expugnaſſent, ſecundum alia exemplaria ſic enumerantur. Oues eorum, & boues eorum, & aſinos eorum, quæcunque erant in ciuitate, & quæcunque erant in campo, tulerunt, & omnia corpora eorum captiuauerunt, & diripuerunt quæcunque erant in ciuitate, & quæcunque erant in domibus. Inter omnia hæc non ſatis intelligitur quid dixit, & corpora eorum neque enim ſuſpicandum eſt quod corpora abſtulerunt peremptorum, ſed rerum intellenda ſunt quæ corporaliter poſſidentur, vt eorum ſit executio quod ſequitur, & ſupellectilem, & cætera, ſicut in iure dicitur, traditio corporum. Quanquam Græci χωμαϑία, ſeruos appellant vſitatiſſima locutione, ſed quia non χωμαϑία, ſed χώματα, hic dictum eſt, non temere confirmandum ſeruos ſignificatos, fieri tamen poteſt vt hoc magis ſit. CHRYSOSTOMVS. Vidiſti quantum malum operata ſit vnius iuuenis temeritas? C Vidiſti quantam attulit perniciem omnibus ciuitatem habitantibus? Hæc ſcientes, refrenemus puerorum noſtrorum impetus, magnumq; furorem abſterrendo & admonendo compeſcamus, & curemus eorum caſtitatem, & omnia faciamus & tractemus, vt abſurdas concupiſcentias iuuenilis ætas effugere poſſit. Nam propter hoc & communis dominus noſter ſciens humanæ infirmitatis naturam, nuptias dedit, & ſanciuit, vt ab illicito concubitu abſtineretur. Ne igitur negligamus iuuenes, ſed ſcientes fornacis incendium, priuſquam in luxuria implicentur, ſtudeamus eos iuxta legem dei nuptiis copulare, vt & continentiam ſuam cuſtodiant, nullúmque damnum laſciuiæ ſuæ habeant, remedio illinc ſumpto, vt poſſint carnis indomitos motus reprimere, & pœnam effugere. CAIETANVS. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob. Superfluit cæteri. Significatur enim in textu Hebræo, quod Simeon & Leui reduxerunt Dinam ad matrem ſuam, & quod indefinitè filij Iacob venerunt in ciuitatem ad populandum illam. Rationi ſiquidem conſentaneum eſt, quod D cognita clade omnium maſculorum, omnes illi qui remanſerant in tentoriis Iacob, ſimul cum Simeon & Leui iuerint ad prædam ciuitatis. Et depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri. Iuxta Hebræum habetur, Et deprædati ſunt vrbem, quæ violauerunt ſororem eorum. Ex numero plurali violauerunt, manifeſtat Moyſes, quod quamuis ſolus Sichem ſtuprauerit Dinam, non tamen ſolus fuit culpabilis, ſed multitudo adiuuit eum. Imo quod ciuitas ipſa crimen hoc commiſit, dicendo prædati ſunt vrbem, quæ violauerunt ſororem eorum. Dictio enim Hebraica communis eſt ad quæ & qui, ad ſingulare & plurale relatiuum nomen. Et dixit hoc ad manifeſtandum prędam fuiſſe iuſtam. Vbi aduerte, quod tam clades quàm præda hæc poteſt iudicari dupliciter, vel ſecundum rem, vel ſecundum modum. Et quidem ſi libretur ſecundum modum doloſum, manifeſta eſt iniuſtitia modi, qui (vt dictum eſt) excuſatur à tanto, ſed non à toto. Si vero libretur ſecundum rei veritatem, iuſta fuit tam clades quàm præda, eo quod ciuitas erat in culpa tanti ſceleris. Nec in veritate filij Iacob pacem cum eis fecerunt, ſed fictè ad hoc vt poſſent vindictam exercere, propter quod modus vt dictum eſt, fuit iniquus valde, nam fides etiam hoſti ſeruanda eſt. Oues (inquit) & armenta, & aſinos eorum, cun-
E ctáque vaſtantes, quæ in domibus & in agris erant. Iuxta Hebræum habetur, Et quæ in ciuitate, & quæ in agro acceperunt. Deficiunt hic quatuor dictiones, Et omnia pretioſa eorum, quamuis dictio Hebraica non ſignificet pretioſa, ſed id quod circunloquimur per pretioſa. AVCTOR CATENAE. Quibus egreſſis & cætera. Hebraica lectio eſt בְּנֵי יַעֲקֹב בָּאוּ עַל הַחֲלָלִים וַיָּבֹזּוּ הָעִיר אֲשֶׁר טִמְּאוּ אֲחוֹתָם Bene Iaakob báu al hahalalim vaiabózu hair, aſer timmeu ahotham, id eſt filij Iacob venerunt ſuper occiſos, & diripuerunt ciuitatem, eo quod violauerant ſororem ſuam. Chaldaica. Filij autem Iacob ingreſſi ſunt ad ſpolium interfectorum, & deprædati ſunt vrbem, eo quod violauerunt ſororem ſuam. Septuaginta, οἱ δὲ υἱοὶ Ἰακὼβ ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς τραυματίας, καὶ διήρπασαν τὴν πόλιν ἣν ἐμίανεν ἡ ἀδελφὴ αὐτῶν. hoc eſt, At filij Iacob ingreſſi ſût ſuper vulneratos, & diripuerunt ciuitatem, in qua polluerunt ſororẽ ſuam. Deinde quod noſtra litera habet, & armenta. Hebraicè eſt בָּקָרם be karam, & Græcè τοὺς βόας αὐτῶν, id eſt Et boues eorum. Quodq; ſequitur, Cuncta vaſtantes quæ in domibus & in agris erant, aliter habetur in Hebræo, videlicet וְאֶת אֲשֶׁר בָּעִיר וְאֶת אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה לָקָחוּ Veeth aſer bair veeth aſer
F baſade lakáhu, hoc eſt, Et quicquid in ciuitate, & quicquid in agro acceperunt, ſeu deprædati ſunt. Ita Chaldaica, & Septuaginta. Deinde quod ſequitur, Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas, in Hebræo habetur, וְאֶת כָּל חֵילָם וְאֶת כָּל טַפָּם וְאֶת נְשֵׁיהֶם שָׁבוּ וַיָּבֹזּוּ וְאֵת כָּל אֲשֶׁר בַּבַּיִת Veeth col helam, veeth cal tappam, veeth neſehem ſabu vaiabózu, veeth col aſer babaith. Hoc eſt, Et omnem ſubſtantiam ſeu ſupellectilem eorum, & omnes paruulos eorum, & vxores eorum captiuauerunt, & deprædati ſunt, & omnia quæ in domo vel domibus. Ita & Chaldaica. Septuaginta paulo diuerſius, καὶ πάντα τὰ σώματα ἑαυτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἠχμαλώτευσαν, καὶ διήρπασαν ὅσα ἦν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅσα ἦν ἐν ταῖς οἰκίαις. Et omnia corpora eorum, & omnem ſupellectilem eorum, & vxores eorum captiuauerunt, & diripuerunt quæcunque erant in ciuitate, & quæcunque erant in domibus. Quia igitur tota ciuitas in Dinæ ſtuprum interpretatiuè conſenſit, ac ſtuprato-
ri fauit, merito permiſit deus qui iuſtiſſimus eſt, tam cladem quàm prædam totius ciuitatis. Vnde ſancta

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudith.9. vidua Iudith facinus commendans ait, Domine deus patris mei Simeon, qui dedisti ei gladium in defensio- G
nem(id est vltionem)alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione,& denudauerunt fœmur vir-
ginis, & dedisti mulieres eorum in prædam, & paruulos eorum in captiuitatem, & omnem prædam in diui-
sionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum. CHRYSOSTOMVS. Sed videamus, quo-
modo ea quæ à pueris facta sunt, senem affecerint, dicit ergo scriptura, *Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad*
Simeon & Leui, Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Quare(inquit) tan-
tam fecistis vindictam? Nam quæ à vobis facta sunt, odium mihi maximum pepererunt apud omnes habitato-
res terræ huius. CAIETANVS. Quibus perpetratis audacter. Istæ tres dictiones abundant,& loco ea-
rum habetur in Hebræo, Et deprædati sunt, & omne quod in domo. Prius enim dixerat quod prædati sunt om-
nia quæ in ciuitate & quæ in agro, describendo in genere prædam, modo describendo prædam in specie,dicit
quod prædati sunt etiam omnem supellectilem cuiuscunque domus. Et dixit Iacob ad Simeon & Leui, Turba-
stis me, & cætera. Hinc apparet, quod Iacob non fuit conscius doli, sed credidit filios in veritate locutos fu- H
isse cum Sichimitis. AVCTOR CATENAE. Quod in nostra æditione dicitur, Turbastis me, & o-
diosum fecistis me Chananæis,& cætera.Hebraicè habetur עֲכַרְתֶּם אֹתִי לְהַבְאִישֵׁנִי בְּיֹשֵׁב הָאָרֶץ acartem othi,leha-
biseni beioseb haárez, hoc est, Turbastis me, & odiosum fecistis me habitatoribus terræ, seu vt fœtere faceretis
me coram habitatore terræ.Et Hebraismus est, pro abominabilem faceretis, cuius contrarium est quod Paulus
ait,Christi bonus odor sumus,pro accepti Christo sumus. Chaldaica,Vt poneretis inimicitiam inter me & Cha-
nanæum & Pherezęum habitatores terrę.Septuaginta μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρόν με εἶναι πᾶσι τοῖς κατοικοῦ-
σι τὴν γῆν, hoc est, Odiosum me fecistis, ita vt malus ego sim omnibus habitantibus terram. CHRY-
SOSTOMVS. Deinde monstrans timorem, in quo erat constitutus, *Nos*(inquit) *pauci sumus, illi con-*
gregati percutient me, & delebor ego, & domus patris mei, quasi diceret: Nescitis quod pauci sumus? facile eadem
& nos patiemur, quibus vobis illos afficere placuit. Et sicut Sichem patri, & omnibus ciuitatem habitan-
tibus huius interitus fuit auctor, ita & vos mihi. Nam propter vos & ego exosus ero, & nihil prohibet I
quin delear cum tota mea familia propter audaciam vestram. AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS SVPER GENESIM. Propter ergo bella plurium qui consurgere po-
terant, se dixit numero exiguum, non quòd minus multos haberet, quàm possent sufficere ad expugna-
tionem illius ciuitatis, cum suos in itinere in bina castra diuiserit. CAIETANVS. Non itaque ab v-
na aliqua ciuitate timebat, sed à congregatione populorum multarum ciuitatum AVCTOR CATE-
NAE. Nos pauci sumus. Locus bene à Latino interprete redditus est. Hebraicè nanque est וַאֲנִי מְתֵי מִסְפָּר
Vaani methe mispar. Et ego viri numeri, Hebraismus est, pro viri pauci. Sicut & Chaldaica posuit, Ego au-
tem habeo populum paucum. מְתָה enim vir est, homo, mortalis, & solum inuenitur in numero plurali me-
thim, siue methe, Et quando coniungitur cum dictione מִסְפָּר mispar, quæ significat numerum, vt hoc in
loco, tunc ambæ dictiones significant paucos siue paucissimos, id est viri qui facile possint numerari. Se-
ptuaginta idem dicunt, ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός εἰμι ἐν ἀριθμῷ, Ego antem paucissimus sum in numero. Totus igi- K
tur fidelis erat Iacob, ægreferebat tam crudele facinus, queritur ergo motam occasionem perpetuæ inui-
diæ ad vicinos, turbatam pacem, crudelitatis famam passim inuulgandam, imminere ipsis grande peri-
culum, se innocentem inuoluendum huic malo, qui non prohibuerit filios pater, & illos secum interne-
tioni inuoluendos propediem, nisi loco cesserint. Sed quid illi? *Responderunt*(inquit) *Nunquid ut scorto abuti de-*
buere sorore nostra. CHRYSOSTOMVS. Vide pueros continentiæ gratia vltionem sumpsisse. Ex-
cusant enim se patri, & dicunt: Confuderunt nos, veluti scorto abusi sunt sorore nostra, & propterea hoc
facere conati sumus, vt & cæteri discerent similia non audere. AVCTOR CATENAE. Nun-
quid vt scorto abuti debuere sorore nostra? Pro quo ita est in Hebræo הַכְזוֹנָה יַעֲשֶׂה אֶת אֲחוֹתֵנוּ hachzona ia-
ase eth ahothénu, hoc est, Nunquid sicut cum meretrice faciet cum sorore nostra? Vel, Nunquid vt mere-
tricem faciet sororem nostram? Chaldaica, Nunquid sicut cum meretrice fieri debuit cum sorore nostra? Se- L
ptuaginta ἀλλ᾽ ὡσεὶ πόρνῃ χρήσονται τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν, Sed sicut scorto vtentur sorore nostra? Breuibus ergo verbis
pondus maximi negocij comprehendunt. Verisimile est enim plura verba inter patrem & filios hac de re
vltro citróque dicta esse, vt pater facinus filiorum multis aggrauarit, filij contra se pluribus defenderint.
CHRYSOSTOMVS. Illud autem in fine capituli vestram charitatem rogauerimus, vt & vos
virtutis curam geratis, & continentiam filios vestros doceatis. Hinc enim (vt ita dicam) omnia mala na-
scuntur. Consuetudo enim malitiæ, processu temporis inualescens, tantum facit malum, vt postea non
possit aliqua vinci admonitione. Et cum semel à malitia fuerint amissi, quasi in captiuitatem essent ab-
ducti, quoquo diabolus iusserit eum. Ille enim eis imperat, & perniciosa illa dat mandata, quæ iuuenes li-
benter perficiunt, præsentem tantum voluptatem spectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro, vt
præbeatur manus pueris nostris, vt ne etiam pro his quæ illi peccarunt pœnas sustineamus. An nescitis quid seni
1.Reg.4. Eli acciderit,cum non debitè emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus si morbum sectione M
indigentem,curare cessat ac moratur,statim incurabilis erit morbus,& inutile, alioquin vtile,remedium faciet:
1.Reg.2. Ita & senex ille, cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vsus lenitate illos arguit.
Proinde oro,exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa
vnusquisque curam eorum agat, qui apud se habitant, & lucrum maximum ducat vtilitatem proximi,vt vnus-
quisque discens ea quæ ad virtutem pertinent, & peccati periculum effugere, & virtutem amplexatus, gratiam
dei sibi conciliare valeat.

Mysticè. RABANVS. Zelus autem filiorum Iacob in vltionem sororis,moraliter commonet pastores fideliũ,curam
habere animarũ sibi commissarum,ne violentur aut corporali delicto,aut fornicatione spirituali.Paratiq; sint ipsi
semper vlcisci omnẽ inobedientiã resistentẽ veritati,& excommunicationis gladio feriant stupratorẽ,ne pro tã-
to com-

A to commisso impunitus euadat. INTERLI. Ascensus autem Sichimitarum in circuncisionẽ, & eorũ occi-
sio per filios Iacob perpetrata, mystice nobis illud indicat, quod tales fuerunt quidam in primitiua ecclesia,qui
circuncisionem & ritus Iudaicos religioni Christianæ necessarios esse dicerent, quibus dicitur, Si circuncida-
mini,Christus vobis non proderit.Hos Paulus celebrato cõuentu quasi in dolore circũcisionis occidit,cũ eos gla
dio spiritus à societate fidelium sequestrauit.Et sicut tulerunt filij Iacob Dinam de domo Sichem, sic abstulerũt
sancti apostoli animas hæretica prauitate deceptas,de societate diaboli.Factum tamẽ hoc per se facinus est, quod
etiam Iacob displicuit,sed in ecclesia prophetia fuit. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEA-
TA. Cum esset ab alienigenæ filio Dina filia Iacob deflorato virginitatis pudore temerata, fratres eius qui nõ
intellexerũt mysterium, alienigenas qui societatem per coniunctionem generis offerebant, vindictæ studio per-
emerunt. Iacob autem qui morali mansuetudine clementiam diligebat, vel mystico spiritu sacramentum rege-
nerandæ ex gentibus præuidebat ecclesiæ,inuitus & dolenter scænam illam exactæ vltionis accepit. GREGO- Cap.101.
B RIVS IN REGESTO LIBRO TERTIO. Sed aliter. Corruptor Dinæ princeps terræ dicitur,
per quem aperte diabolus designatur,quia redemptor noster ait,Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.Qui Ioan.12.
etiam vxorem petit:quia malignus videlicet spiritus festinat:vt licenter possideat animam, quam prius occulta
seductione corrupit: Vnde Iacob filij vehementer irati, contra omnem Sichem domum, eiusq; patriam gladios
sumunt:quia à cunctis zelum habentibus,ipsi quoque insequendi sunt,qui maligni spiritus adiutores fiũt.Quibus
prius circuncisionem præcipiunt: quos in dolore positos postmodum occidunt: Quia plerunq; magistri seuerio-
res,si zelum suum moderari nesciunt:quamuis per prædicationem vitia corruptionis resecent, cum iam à delin-
quentibus plangitur: quod fuerat perpetratum: adhuc tamen ipsi per asperitatem disciplinæ sæuiunt,& duriores
existunt.Qui enim iam & præputia absciderant,mori minime debebant:quia qui culpam plangunt luxurię,& vo
luptatem carnis in dolorem vertunt,à magistris sentire non debent asperitatem disciplinæ: ne ipse humani ge-
neris redemptor minus ametur,si pro eo anima plusquam debet atteritur.Vnde & eisdem filiis Iacob dicit:Tur-
C bastis me,& odiosum fecistis Chananęis.Quando enim & hoc quod iam delinquentes plangunt:adhuc magistri
crudeliter insequuntur:infirmæ menti ipse redemptoris sui amor tepescit:quia ibi se affligi considerat, vbi sibi &
ipsa non parcit.

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMQVINTVM ARGVMENTVM.

D *Iacob ascendit in Bethel ubi idola infodit. Delbora moritur. Iacob uocatur Israel. Promittitur terra Chanaan.*
Rachel moritur in partu. Ruben conscendit cubile patris. Moritur Isaac.

CAPVT XXXV.

Nterea locutus est deus ad Iacob, Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare deo Lectio pri.
qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum: Iacob *uero conuocata omni domo*
sua, ait: Abiicite *deos alienos qui in medio uestri sunt, & mundamini, ac mutate uestimenta*
uestra. Surgite & ascendamus in Bethel, *ut faciamus ibi altare deo, qui exaudiuit me in die*
tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt *ergo ei omnes deos alienos quos ha*
bebant, & inaures quæ erant in auribus eorum. At *ille infodit eas subter terebinthum quæ*
E *est post urbem Sichem.*

CHRYSOSTOMVS. Etiam hodie historia Iacob habet, quod nos erudiat multiplicem dei in illum I
prouidentiam,& quomodo illum suis promissionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinem. Postq̃
enim narrauit nobis superius scriptura,quod timuit Iacob habitare apud Sichem, & vidit deus iustum formidan
tem ibi degentes propter facinora filiorum,infert nobis ineffabilem dei curam erga illum,dicens, *Interea locu-*
tus est deus ad Iacob. CAIETANVS. Quinta hæc est apparitio dei ad Iacob. AVCTOR CATENAE.
Et intellige per angelum apparuisse dominum, vt sæpius dictum est.Abũdat autem dictio,Interea,nam Hebrai-
cè tantum habetur וַיֹּאמֶר vaiómer,Et dixit, siue dixit autem deus. Quid autem dixerit ei videamus, *Surge*(in-
quit) *& ascende Bethel, & habita ibi. Facq; altare deo qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum.* HILARIVS
F QVARTO DE TRINITATE. Deus honorem deo postulat,& postulat cum alterius significa-
tione personæ:Qui(inquit)apparuit tibi cum fugeres,ne qua personæ eiusdem confusio nasceretur.Deus ergo qui
loquitur dicitur,& de quo loquitur,honoris confessio naturæ nomine non discernit, quos significatio subsistẽtes
esse distinguit. IDEM QVINTO DE TRINITATE. Si euangelica fides per deum filium ad deũ
patrem habet aditum,& non potest deus nisi per deum intelligi,nunc deus qui honorem deo incumbenti in sca-
lam cœli postulat,docete vnde non verus sit,aut quæ in vtroque naturæ diuersitas est,vbi eiusdem naturæ vnum
atque idem nomen est?Deus visus est,deus de viso deo loquitur.Non potest deus nisi per deum intelligi,sicut nec
honorem à nobis deus nisi per deum accipit.Nãque honorandus esse non intelligitur, nisi iste docuerit honoran
dum:nec deus scietur,nisi hic deus scitus sit.Hic ianua est,vt de se in euangeliis testatus est,hinc Dauid cœli por-
tam profitetur in psalmo.Habet ergo dispensatio sacramẽtorum suorum ordinem. Ad dei honorem,per deum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui & vita est & porta,docemur.Tenet natura suum nomen.Non aliud vterque quàm deus est, & inter patris & **G** filij naturæ vnius nomen vnum.Quæro quomodo deus filius honorem sibi dei postulans , à se posset degenerare ne verus sit,quum præsumptio diuini honoris naturæ in se diuinę protestata sit veritate: Hanc autem post sacramentum in initio cum Iacob iuste loquutus est,qui etiam ante assumptionem carnis & visus est , & via dei deus adorandus esset,& porta non est de deo.Non est de deo humanis iudiciis sentiendum . Neque enim vobis ea natura est, vt se in cœlestem cognitionem suis viribus efferat . Adeo discendum est , quid de deo intelligendum sit, quia non nisi se auctore cognoscitur.Adsit licet secularis doctrinæ elaborata institutio,adsit vitæ innocentia,hæc quidem proficient ad conscientiæ gratulationē,non tamen cognitionem dei consequentur. CHRYSOSTOMVS. Quia(inquit)eos qui habitant times,recede hinc, & habita in Bethel. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid est quod non dixit, & fac ibi aram mihi qui apparui tibi,sed dicit,fac ibi aram deo qui apparui tibi ? Vtrum filius ibi apparuit, & deus pater hoc dicit,an in aliquo genere locutionis annumerandum,sicut est illud,Pluit dominus à domino? CAIETANVS. **H** Dictio interpretata deo,est nomen el,hoc est,deo quatenus forti.Et merito forti, vtpote qui fortitudinem suam ostendit pro te aduersus Laban, Esau,& Sichimitas, & eandē ostēsurus est terrendo omnes circumcirca ciuitates. AVCTOR CATENAE. Vel deo,ait deus,Fac aram. Deus de deo loquitur: filius & verbum dei,iubet deo patri altare construi,contra Iudæos & pro illis, qui credunt in veteri testamento deum locutum,non alium quàm dei verbum,Christum dominum extitisse. Exigit deus gratiarum actionem à Iacob de beneficio liberationis suæ in fuga Esau,quam vsque tunc omisisse videtur,non leui fortassis peccato, qui nouerat rediturus domino se gratias ibidem relaturum,nec dum fecisse legitur . Formidantem ergo Iacob vicinos , ob filiorum crudelitatem irruituros,consolatur dominus, prohibet illum posthac habitare cum Sichimitis,ne inuidia crescente periclitetur.Bethel ascendere iubetur,locum sic à Iacob nominatum & posteris eius,vt illic habitet.Hic primum domino iubente,ara erigitur,quæ prius leguntur,sine dei præcepto factæ erant. RVPERTVS. Hac eadem visione Iacob tandem perdoceri potuit , esse in domo sua scelus idololatriæ,nec posse se stare coram inimicis suis, **I** eosq; fugere,quamdiu domus eius illo contaminata esset scelere.Nam protinus subditur. *Iacob uero conuocata omni domo sua,ait, Abiicite deos alienos qui in medio uestri sunt , & mundamini,ac mutate uestimenta uestra .* CHRYSOSTOMVS. Animaduerte hic iusti obedientiam & pietatem in deum : quia audiuit, Surge,& ascende Bethel , & fac altare , conuocata omni domo sua , id est omnibus suis , dixit , Abiicite deos alienos,& cætera . Sed quales quis dixerit? Nusquam enim videmus , quòd ipse habuerit deos . Ab initio enim dei cultor fuit iustus. Significans forte deos Labā,quos Rachel subtraxerat,hoc dixit.Quoniam gratias(inquit)acturi sumus vero deo, qui semper tantam mei curam gessit , auferte si qua sunt in vobis idola, & purificemini, & mutate stolas vestras, & sic ad ciuitatem pergamus,& intus & foris mundati simul ibitis. Non solum vestium nitore puritatem declarate,sed cum abiectione idolorum purificatis cogitationibus mentis,redeamus ad Bethel. CAIETANVS. Iacob vero conuocata omni domo sua ait , Iuxta Hebræum habetur , Et dixit Iacob domui suæ , & omnibus qui cum ipso.Non solum filiis ac vxoribus , sed omnibus qui cum eo erant,etiam captiuis præcipit . Abiicite deos. **K** Iuxta Hebræum habetur,Segregate elohe alienos qui in medio vestri sunt.Nomen elohim (quod idem est quod elohe)commune est deo vero, & diis secundum opinionem.Præcepit hoc autem Iacob,sciens quod multa erant simulachra deorum inter eos,præcipue ex hac noua præda. Et mundamini , à peccato idololatriæ,& mutate vestimenta vestra. Cerimoniale est hoc,quamuis ratio non sit scripta. AVCTOR CATENAE. Ad Bethel ergo domum dei ascensurus, quoniam in ea idola esse non debent , admonet familiam totam quam plurimum fouebat atque docebat , vt posthac domino complacere toto corde adniterentur,abiicerent spurcitias abominationum,& ab idolorum quacunque obseruantia mundarentur,in tantum vt etiam vestes conspurcatæ dicantur, quas illa contigerint aliquando,quanto magis spurcitiæ sunt,Venus , Bacchus , Pluto , & cætera infidelium hominum portenta? Quærat quis, quænam sit ratio quod idolorum simulachra,deos appellet alienos? Ob id profecto, quia ea colunt gentes, quæ à fidelibus religione,moribus,& habitatione alienæ sunt.Vel quia mentem à vero deo alienant , illam illudentia . Ex hoc loco colligunt Iudæi qui soli literæ cortici inhærent,quod accessuri ad **L** orationem,debent habere corpus mundum, atque vestimenta pura. *Surgite & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare deo,qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei.* Surgamus (inquit) qui hactenus prostrati iacuimus, oscitanter deum coluimus, & ascendamus ad domum dei. Fidelis quidem ego,& absque idolis,corde deum colo,sed non otiabor propter vos etiam foris.Memoriale beneficiorum dei mei, altare instituam mihi & posteris,deo meo vni,vero & soli,illi inquam,qui fugientem me fratrem exaudiuit,& consolatus est,protexit apud Laban,& auxit,redeunti per viam affuit,actus,studia,conatus, direxit. *Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum.* CHRYSOSTOMVS. Et dederunt(inquit)Iacob deos alienos (non enim erant sui)& inaures quæ erant in auribus eorum . Forte enim & hæc signa quædam erant istorum idolorum , ideo & hæc cum diis afferunt Iacob. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur quare & inaures , quæ si ornamenta erant , ad idololatriam non pertinebant?nisi quia intelligendum est phylacteria fuisse deorum alienorum . Nam Rebeccam à seruo A- **M** brahę inaures accepisse scriptura testatur , quod non fieret , si eis inaures habere ornamenti gratia non liceret . Ergo illæ inaures quæ cum idolis datæ sunt , vt dictum est , idolorum phylacteria fuerunt. RVPERTVS. Vel inaures habebant viri more cæterorum orientalium populorum,quod mollis & effœminati erat animi instrumentum. CAIETANVS. Idem elohe nomen repetitur,& multitudo simulachrorum inuenta,ac data Iacob manifestatur,ita vt nullum relictum fuerit simulachrum apud eos. Intelligo autem per inaures omnia ornamenta simulachrorum, vt plene mundarentur ab iis quæ idolorum erant. AVCTOR CA. Ornamenta videlicet aurea vel argentea,ad frontem vel aures propendentia , quæ pariter resignauerunt, & Iacob,tradiderunt. *At ille infodit eas subter terebinthum quæ est post urbem Sichem.* CHRYSOS. Abscondit (inquit) idola & perdidit vt & ipse ab hoc erroris damno effugeret , & nullus etiā alius ex eis damnū acciperet posthac.

CAIETA-

A CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,subter quercum, sed parui refert quæ arbor fuerit . Rationabile autem est, vt accelerantes recessum,caruerint commoditate consumendi simulachra igne,& propterea absconderit sub terra in qua erat quercus,& nihilominus vt nec materia ærea,argentea,vel aurea simulachrorum & ornamentorum eorum relinqueretur apud eos qui cum Iacob ibant , dimisit abscondita. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos legitur,quę est post vrbem Sichem,Hebraicè habetur עם שכם im Sechem,quod magis iuxta vel apud,vt habet Chaldaica,quàm post Sichem verti potest.Septuaginta,ἐν σικίμοις,id est,In sicimis habent.Et adduntur etiam hæc verba,καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ,ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας,Et perdidit ea vsque in hodiernum diem , quæ tamen nec in Hebraico textu,nec in Chaldaica habentur.

RVPERTVS. Plane hoc ordine & his profectibus ascendendum est in Bethel,id est in domum dei, quæ (Mysticè.) non est alia quàm ecclesia Christi:Primum est,pristinos abdicare errores, & vnius veri dei profiteri fidem , quod est auferre deos alienos de medio nostri,deinde baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti,quod est mun- **B** dari,ac deinceps ambulare in nouitate vitæ , quod est vestimenta mutare . Significant autem in aures , falsæ doctrinæ phaleras,sermone nitidas,sed sensu veritatis vacuas esse,cuius nos fabulosa dicacitas cum essemus gentes, ad simulachra muta tanquam Syrenarum cantus pertrahebat.Terebinthus autem arbor resinam generans pretiosissimam,lignum crucis quod virtutis est optimæ,significat,subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur,vt eorum vltra nullum vestigium reperiatur. INTERLINEARIS. Quanquam & deorum infossio subter quercum,id nobis indicat,quod auaritia quæ est idolorum seruitus,in cordibus latet terrenorum. AMBROSIVS DE IACOB ET VITA BEATA. Prophetanti iusto aduentum domini Iesu,responsum diuinum est datum, exurgens ascende in locum Bethel,hoc est, in domum panis,vbi natus est Christus, sicut Micheas propheta testatus est,dicens, Et tu Bethlehem domus Ephrata,non es minima,vt sis inter principes Iuda . Ex te enim exiet (Mich.5.) princeps Israël,& egressus eius ab initio à die seculi.Verè domus panis quæ domus Christi est,qui nobis panis salutaris aduenit è cœlo,vt iam nullus esuriat,cibum sibi immortalitatis acquirens.Vbi iubetur habitare patriarcha **C** vbi aram facere deo,qui apparuit ei:ibi deos accepit alienos,& abscondit eos sub lentisco,vt alia habet litera , ibi quoque sepulta est Rachel in via Ephrata,hoc est Bethlehem:ibi etiam columnam statuit Iacob supra monumentum eius.Quanta mysteria ? quia ibi est ecclesia dei in qua apparet deus, & loquitur cum seruis suis , ibi eripiuntur & absconduntur simulachra gentium.Fides enim ecclesiæ omnem obseruantiam gentilitatis aboleuit.Sed cur sub lentisco quæro ? Certe genus istud infructuosum est.Ibi ergo sunt dij gentium,vbi nullus est fructus, ibi inaures gentilium infodiuntur,quas dederunt Iacob,vt iam nouam linguam audire assuescant , veterem perfidiæ sonum nesciant,obsurdescant aures eorum sacrilegio,& mundentur ad gratiam.Non immerito ibi sanctus Daniel falsum aduersus Susannam testimonium deprehendit.Ibi enim volebat adhuc radices suas locare perfidia, sed latere non potuit,quia à prophetico spiritu deprehensa est. Congruus autem error presbyteri veræ confessioni, vt ibi contaminatam diceret castitatem , vbi gentium simulachra defossa sunt.Sed veritas ecclesiæ non texit perfidiam,& aures gentilitatis obstruxit . Conuenienter quoque ibi sepulta est sancta Rachel , quia omnes qui baptizantur in Christo,consepeliuntur cum eo.Sic enim docemur dicente Apostolo,Consepulti enim sumus cum illo (Roma.6.) **D** per baptismum in mortem,vt quemadmodum ille surrexit à mortuis propria virtute suscitatus,ita & nos per eius gratiam resurgamus.Tunc igitur vere absconditur omnis error gentiliū,cum quis fuerit ablutus à vitiis, quia confixus cruci vetus homo noster,nescit iam veteri seruire peccato.Competenter etiam columna statuitur supra monumentum Rachel,quia ecclesia est columna & firmamentum veritatis.

Cumque profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates , & non sunt ausi persequi re- 2
cedentes . Venit igitur Iacob Luzam quæ est in terra Chanaan , cognomento Bethel , ipse & omnis populus cum eo . Aedificauitque ibi altare , & appellauit nomen loci illius , domus dei . Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum.Eodem tempore mortua est Delbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad **E** *radices Bethel subter quercum , uocatúmque est nomen loci illius, quercus fletus.*

CHRYSOSTOMVS. Iterum hic attende quantam iusti curam habuerit deus , & quam diligenter scri- 2
ptura nos omnia doceat. *Cumque profecti essent* (inquit) *terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates , & non sunt ausi persequi recedentes.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Incipiamus aduertere quemadmodum deus operetur in hominum mentibus.A quo enim timor dei factus est in illis ciuitatibus,nisi ab illo,qui sua promissa in Iacob filiisque tuebatur? CHRYSOSTOMVS. Nam quia vicini fortassis vlcisci volebant Sichimitas,& hoc iustus timebat,& dicebat, Mihi paruus est numerus,& delebor cum tota domo mea,non solum eum & filios eius à timore mortis deus liberauit, sed alios etiam qui vlturi erant , timore eos inuadente,à conatu persequendi retraxit.Vidisti quantum sit niti diuino præsidio? Nam quando deus nobis bene **F** voluerit,è medio tolluntur terribilia omnia.Sicut enim iusto fiduciam dedit,ita illis dedit metum.Enimuero dominus existens, omnia prout voluerit vertit , & omnipotentem suam sapientiam in omnibus declarat . Et nihil fortius est eo,qui superna munitur opitulatione,sicut etiam nihil infirmius eo,qui illa priuatus est.Ecce enim iustus ille,cum paucis existens,quia custoditus est à dextera dei , & fiduciam accepit , & insidias effugit . Illi autem cum multi essent,& conglobati conspirassent,nihil eorum quæ volebant,operibus complere potuerunt.Factus est enim (inquit) timor dei super ciuitates in circuitu eorum. AVCTOR CATENAE. Nemo ergo fidelibus obesse potest,nemo persequi domino nolente,etiam peccatoribus & imperfectis.Dominus est qui malorum conatus restringit,& cum tentatione prouentum iustis facit. *Venit igitur Iacob Luzam quæ est in terra Chanaan , cognomento Bethel , ipse & omnis populus cum eo.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Animaduertendum est tria iam nomina huius ciuitatis commemorata.Vllamaus,quod dictum est prius

vocatam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatam,cum illuc pergens in Mesopotamiam,venisset Iacob,& Bethel,quod nomen ipse imposuit,& interpretatur domus dei,& Luza,quod modo commemoratum est.Nec mirum debet videri,multis enim locis hoc accidit in ciuitatibus,& fluminibus,& in quibúsque terrarum,vt ex aliis causis vel adderentur vel mutarentur vocabula, sicut etiam ipsis hominibus. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et venit Iacob in Luzam in terram Chanaan quæ est Bethel.Ecce manifestissimè comprobatur, Bethel non Vlam Luz,vt supradictum est,sed Luzam, id est,amygdalam ante vocitatam. RVPERTVS. Luza pristinum nomen ciuitatis erat,quod interpretatur nux siue amygdalus,id est,lõga nux,nunc autem Bethel,id est,domus dei dicitur.Ipse & omnis populus cum eo. AVCTOR CATENAE. Iam enim creuerat Iacob in populos, videbat non se frustra domino credidisse.Luza verò Chananæis dicebatur locus,qui Israëlitis Bethel. *Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum.* CHRYSOSTOMVS. Postquam venit in Bethel, fecit sicut ei præceptum fuerat. RVPERTVS. In eo autem quod Iacob in Bethel vota sua soluit,exemplo est omni homini,vt quod vouerit deo,reddere non moretur. CAIETANVS. Aedificauitque ibi altare,& ap.no.lo.il.do.dei. Iuxta Hebræum habetur, El bethel, hoc est el domus dei.Olim eundem locum appellauerat Beth el,modo autem appellat,deus domus dei,vt non solum locus nobilitatus sit nomine domus dei, sed & ipse deus qui ibi apparuit,cognominaretur à loco,vt illi qui cum eo erant,haberent cognomen dei quem colerent,vt scilicet vocarent eum deum Bethel. Et appellatur deus el, propter fortitudinem qua astitit Iacob tuendo eum. Ibi enim apparuit ei deus.Iuxta Hebræum, Quoniam ibi detecti fuerunt ei elohim cum fugeret fratrem suum. Non deum, sed angelos significat hoc in loco Elohim, vt verbum pluralis numeri testatur,commemoratur enim apparitio, angelorum ascendentium & descendentium in scala. Et hæc ratio redditur nominis,nam & tunc apparuit etiam deus supra scalam. AVCTOR CATENAE. Aedificauitque ibi altare,& appellauit nomen loci illius domus dei.Hebraica litera ita habet, וַיִּקְרָא לַמָּקוֹם אֵלְבֵית אֵל vaikra lamakon el beth el,id est,Et appellauit locum,deus Bethel,vel Elbethel.Chaldaica,Et appellauit locum,deus Bethel,Septuaginta, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Βαιθήλ, Et appellauit nomen loci Bethel. Quod verò sequitur, Ibi enim apparuit ei dominus,Hebraicè habetur כִּי שָׁם נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים chi sam niglu elaf haelohim,Quoniã ibi reuelati sunt ei Elohim,id est,angeli. Niglu enim præteritum est passiuum tertiæ personæ numeri pluralis, à גָּלָה verbo,quod reuelare significat.Chaldaica,Quoniam ibi apparuit ei angelus dei.Septuaginta ὡκεῖ γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ θεός, Illic enim apparuit ei deus. Olim memoriæ beneficiorum dei à sanctis erigebantur, postea martyrum fidei,& passionibus tituli & memoriæ dedicabantur,sic & Iacob in memoriam erigit deo aram,vbi ipsum elegerat,vbi promissiones acceperat, Christum viderat, locum consecrauerat, innixum scalæ dominum contemplatus fuerat. Quod autem domum dei,id est Bethel,locum appellauerit,nomen quidem dudum antea cum in Mesopotamiam fugeret impositum, prioris nominis confirmatio est. Quare autem hæc fecerit, rationem reddit scriptura, dicens,quia ibi apparuit ei deus seu angeli,cum fugeret fratrem suum. *Eodem tempore mortua est Delbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum. Vocatúmque est nomen loci illius, quercus fletus.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et mortua est Delbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est iuxta Bethel.Si mortua nutrix Rebeccæ nomine Debbora, vt Septuaginta quoque hic interpretes transtulerunt,& ipsum verbum est Hebraicum מְיֻנֶקֶת menéketh,scire non possumus,quare ibi substantiam posuerunt,hic nutricem. CHRYSOSTOMVS. Vide autem quomodo semper ab euentibus nominat loca, vt perpetua seruetur memoria. Et quomodo dixerit quispiam nutrix Rebeccæ fuit,cum Iacob iam primum veniret à Mesopotamia? Forte hoc dicendum quod quando à Laban rediit,hæc simul cum Iacob venire cupiuerit, & adducere eum, vt propter longum tempus Rebeccam inuiseret,sed priusquam illi occurreret defuncta est. CAIETANVS. Vel dicendum,quod mortua Rebecca,cum audisset Debbora Iacob dilectum filium Rebeccæ redisse ex Mesopotamia cum vxoribus,& habitare in terra Chanaan (multis enim annis ibidem habitauerat)venit ad eum, cupiens vitam ducere potius cum mulieribus Mesopotamiæ vxoribus Iacob, quàm cum Chananæis vxoribus Esau.Tempus enim mortis Rebeccæ quãuis non sit scriptũ, ex hac tamen scripta absentia Delboræ à domo Isaac insinuatur.Non enim fas est credere quod recesserit à Rebecca viua.Nota tamen, quod iuxta Hebræum non habetur eodem tempore,sed duntaxat, Et mortua est Delbora nutrix Rebeccæ. Ex eo tamen quod Moyses mortem hanc interponit,narrando gesta in Bethel, insinuatur mortem hanc accidisse dum morarentur in Bethel. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera habet וַתָּמָת דְּבֹרָה מֵינֶקֶת רִבְקָה Vatámath Debora menéketh Ribka, Et mortua est Delbora nutrix Rebeccę,sic habent & Septuaginta,sic & Chaldaica.Quod verò sequitur וַתִּקָּבֵר מִתַּחַת לְבֵית אֵל תַּחַת הָאַלּוֹן Vatika ber mitákath Lebeth el táhath haallon, Et sepulta est desubtus Bethel sub quercu. Quod Latinus interpres clarius reddidit, Ad radices Bethel.Septuaginta fructum loco arboris ponunt, dicentes, καὶ ἐτάφη κατώτερον Βαιθὴλ ὑπὸ τὴν βάλανον, Et sepulta est inferius Bethel,subter glandem,vel sub glande.Nam & alibi arborem, fructus loco ponit scriptura, vt est illud, De ligno autem quod est in medio paradisi ne comedas. Chaldaica autem paululum variat hoc in loco,Et sepulta est subtus Bethel in planicie vallis.Deinde quod sequitur, Vocatúmque est nomen loci illius quercus fletus,Hebraicè sic habetur, וַיִּקְרָא שְׁמוֹ אלון בכות Vaikra semo allon bachuth, Et vocauit nomen loci illius quercus fletus.Septuaginta, καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, βάλανος πένθους, Et vocauit Iacob nomen eius glans fletus.Et est eadem figura. Chaldaica,Et vocauit nomen eius vallis planctus. Sunt & qui integrum Hebraicum hic seruent,dicentes,Et vocauit nomen eius,Allon bachuth. Hebræi autem scribunt:Delboram nutricem Rebeccæ à Laban iunctam fuisse Iacob, quam Rebecca miserit ad Laban pro reducendo filio cum vxoribus,nam supra vigesimoquarto legitur venisse cum Rebecca à Mesopotamia in terram Chanaan.Erat sane annosa nimis,ideo obitus illius hic diligenter narratur,& locus sepulturæ.

Mystice. RVPERTVS. Sed quid hoc est,quod Delboræ nutricis mors hic memoriæ commendatur,& eius, cuius nutrix fuerat,scilicet Rebeccæ,mors nusquam inuenitur? Num dignior extimata est nutrix quàm alumna vt pro dignitate mors eius fieret cognita, illius autem pro indignitate maneret incognita? Ergo hic granum sub palea quærendum est. Nempe sicut Rebeca sancti spiritus gratiam, sic nutrix eius Delboræ, legem significat Moysi, sanctam,

sanctam,& iustam,& bonam.Quod ex ipso eius vocabulo suscipere amplius placet. Delbora namque apes interpretatur.Scimus autem quod apes & mel in ore dulcifluum,& modestum sub cauda gestat aculeum.Sic plane lex sancta in facie sua,quæ Iudæis velata est,viuificantem spiritum,in posterioribus suis quæ sanctus Apostolus obliuiscitur,occidentem habet literam.Igitur Delboræ quidem,quæ Rebeccam nutriuit,mors inuenitur,quia videlicet ascendentibus in Bethel, id est in domum dei,occidens litera legis relinquitur,viuificans autem spiritus perseuerat,& vbiq; glorificatur.Et sepulta est (inquit) ad radices Bethel,id est,in primo introitu domus dei. Delbora sepelitur sub quercu,quia videlicet in initio surgentis ecclesiæ,in primordiis religionis Christianæ,quæ tota spiritalis est,carnalis sensus legis,& cunctæ carnales ceremoniæ sub ligno crucis obruuntur.Quod quia hactenus à Iudæis sine sacerdote & sine templo sedentibus deploratur, recte vocatum est nomen loci, quercus fletus. EVCHERIVS. Delbora ergo typum gerebat Mosaicæ legis,quæ vt apis mella diuinæ cognitionis & cultus populis præbuit,quę ob hoc etiam domini nutricula fuit, quia vt Apostolus ait,Natus ex muliere, factus est sub lege.Vmbræ igitur & imagines tunc mortuę atque sepultæ noscuntur,quando dominus in passione sua legitur exclamasse,consummatum est. Quercus verò sub qua Delbora sepulta esse pronunciatur, crux intelligenda est domini, quæ ob hoc quercus est appellata. Fletus, quia in ea suspensa est vita, quæ Iudæis incredulis perpetuum intulit luctum.

APparuit autem iterum deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei,dicens, Non uocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, dixitque ei, Ego deus omnipotens. Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt. Reges de lumbis tuis egredientur, terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, uocansque nomen loci illius Bethel. 3

CHRYSOSTOMVS. Postquam iustus à timore istorum liberatus est,vide iterum eximiam dei misericordiam,quam erga eum declarauit. *Apparuit autem* (inquit) *iterum deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ.* Quare adiicit hoc verbum iterum? Non absque causa, vt discas, quod prius etiam in hoc loco apparuit ei deus,quando fugiens fratrem,in Mesopotamiam contendebat.Itaque & nunc ait,sicut visus est ei tunc abeunti,ita & nunc redeunti apparet in hoc loco,& confirmat promissiones,quas quando abiit, cum eo fecit, hoc præstans,vt iustus firmius in suis promissionibus confidat,& ne propter tempus medium fluctuet. *Benedixitque ei, dicens, Non uocaberis ultra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS. Hoc ei dicit ecce iterum deus in benedictione, apparens Iacob in Luza, quæ repetitio confirmat magnum promissum hoc nomine. CHRYSOSTOMVS. Quamuis enim iampridem nomen ei dederat,cum transiret in Iobath,verum maioribus indiciis certiorem volebat reddere,& nunc eandem benedictionem ei dat,& dicit, Israël vocabitur nomen tuum. CAIETANVS. Non intelligo aliam benedictionem,quàm eam quæ subiungitur.Manifestauit siquidem Moyses,quod subiuncta dicta à deo,habent vim benedictionis diuinę,ita quod deus dixit hæc ad benedicendum Iacob.Et memento,quod dei benedicere est tantæ vis, vt sit etiam benefacere. Dicens,Non vltra vocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum.Subaudi duntaxat, non enim prohibet deus vocari ipsum Iacob,sed diuini nominis ei insignia adiicit. AVCTOR CATENAE. Pluries siquidem & posthac nomine hoc vocatus est,vt infra hoc eodem capitulo,Erexitque Iacob titulum,Et hi filij Iacob,qui nati sunt ei in Mesopotamia. Sed nota, quod vbi in nostra æditione est, Non vocaberis vltra Iacob,Hebraicè sic legitur לֹא יַעֲקֹב יִקָּרֵא שִׁמְךָ עוֹד יַעֲקֹב Simcha Iaakob,lo ikare simcha od Iaakob,Nomen tuum Iacob,non vocabitur vltra Iacob,sed,& cætera.Chaldaica autem,Septuaginta & Latinus interpres,repetitionem fugientes,breuitati studuerũt, & duo verba prædicta omiserũt. RVPERTVS. Vbi votũ soluit Iacob,benedictionem percipit,qua & illud quod in somnis viderat, quãdo votum vouit fugiens Esau,& id quod nouissime audiuit cum deo luctatus,repetitione confirmatur. Non (inquit) vocaberis Iacob,sed Israël erit nomen tuum. Et adiecit scriptor, dicens ex ore suo, *Et appellauit eum Israel.* Quo dicto firmissimam vocabuli auctoritatem tenendam expressit, quia profecto mutabilis non est vocatio dei. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Dudum nequaquam ei ab angelo nomen imponitur, sed quod imponendum sit à deo prædicitur. Quod igitur ibi futurum promittitur,hic docetur expletum. AVCTOR CATENAE. Tale quid habes de nomine Petri,de quo prius dixit dominus Ioannis primo,Tu vocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus.Postea autem Matthæi decimoseptimo re ipsa imposuit ei nomen illud,dicens,Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. CAIETANVS. Eleuata mente ipsius Iacob ad tantum donum,confertur ei nomen nouum,quod sonat dominabitur deus,vt intelligere possent omnes,& ipse Iacob,ex ipso nomine officium diuinum in Iacob & populo eius,videlicet non humanum, sed diuinum dominium. Et sic vere impletum legimus, nam quando deus dominatus est in cordibus eorum,habuerunt etiam humanum dominium à deo, quando autem abiecerunt à seipsis dominium dei,perdiderunt etiam dominium humanum. AVCTOR CATENAE. Apud Septuaginta pauca hæc verba desiderantur,quæ tamen in Hebraico adsunt codice.Sic igitur noua hoc loco apparitione dominus fidelem consolatur,& de noui nominis impositione admonet,ne beneficium & prærogatiuam paruifaciat,simul insigni repetitione,familiaritatem & gratiam magnam ad patres significando. *Dixitque ei ego deus omnipotens.* HIERONYMVS MANCELLAE. Duo sunt hic de decem dei nominibus posita,videlicet אֵל שַׁדַּי El Saddai,quod postremum Aquila interpretatur ἱκανόν, quod nos robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus.De altero in superioribus iam dictum est. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,Ego el victor.A fortitudine & victoria qua omnia superat suo posse, seipsum deus nominat, quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemadmodum se nominauerat Abrahæ in principio capituli decimiseptimi. AVCTOR CATENAE. G
Hebraica litera sic habet אני אל שדי ani el ſaddai. Ego deus fortis, seu omnipotens. Ita & Chaldaica. Cúmque hoc loco duo nomina diuina legantur, dimiserunt alterum Septuaginta interpretes, sic scribentes, ἐγὼ ὁ θεός σου, Ego deus tuus. Quod ea de causa factum esse arbitramur, quia non potest præterquam vno nomine apud Græcos & Latinos deus exprimi. Præter enim θεός aut deus, non extat apud vtrosque aliud nomen. At apud Hebræos non vna est diuinitatis exprimendæ vox, sed præter nomen tetragrammaton, est Elohim, el, ſaddai, Ia, atque alia quàm plurima, quæ neque in Græcam, neque Latinam linguam verti possunt. Laudandus autem interpres noster, quod quantum fieri potuerit, nomen illud declarauerit. Præmittit verò hoc deus, ac si dicat Iacob, de meis beneficiis nó dubitabis, si omnipotentem & omnibus sufficientem semper consideraueris. *Crescе & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur vtrum gentes secundum carnem, populi autem nationum, vel (vt alij legunt) congregationes gentium, secundum fidem, an vtrunque propter fidem gentium dictum est? Si gentes appellari non possunt, vna gens Israël H
secundum carnem. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Fructifica, & multiplicare. Ecce pars benedictionis, vt non solum producat fructus ventris, sed multiplicetur. Quod explicando subiungit, & gentes & populi nationum ex te erunt, vt ex his, & terra promissa Abrahæ & Isaac, intelligeret, quod ipsum Iacob cum semine eius elegerit deus ad hoc, vt adimpleat promissa Abrahæ & Isaac. AVCTOR CATENAE. Crescе & multiplicare, & cætera. Promisi (inquit) & promitto posteritati tuæ augmentum admirabile, vt crescat in mille milia, & etiam vsque ad regni excellentiam. Ex te gens erit Iudaica, & populi nationum de Iuda filio prodibunt, in spiritu filij, membra Christi domini. Ex te autem dicit, hoc est, de tuo semine, de filiorum tuorum filiis. Non enim post hoc tempus quempiam generauit, præter Beniamin, qui iam nunc proximus partui gestabatur à matre.
CHRYSOSTOMVS. Vide ergo magnitudinem benedictionis, non solum facit, vt in tantam multitudinem propagetur, sed & gloriosum sit semen. *Reges* enim (inquit) *de lumbis tuis egredientur.* Prædicens ei gloriam eorum qui ex ipso nascebantur. AVCTOR CATENAE. Ex tribu enim Iuda in Hierusalem, & ex tri I
bu Ephraim multi fuerunt decem tribuum reges. *Terrámque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi, & semini tuo poſte.* CHRYSOSTOMVS. Quoniam propter facta in Sichimis à Simeone & Leui, dicebat, In paruo numero sum ego, & congregati super me, percutient me, & delebor ego & domus mea, & per omnia monstrabat pusillanimitatem & metum quo tenebatur, propterea misericors dominus nunc dicit ad eum, Quoniam dixisti, in paruo numero sum, discе quod crescas. Et multiplicabitur semen tuum, & ita erit gloriosum, vt congregationes gentium & reges ex eis prodeant. Et non solum non deleberis, sed & semen tuum omnem terram hanc in hæreditatem accipiet. RVPERTVS. Hæc omnia iam ante expedita sunt, quia multis vicibus idem promissum est, vnde & rectè non iam promissiones, sed propter iterationem frequentem dicimus dei repromissiones. CAIETANVS. Terrámque quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, hoc est, propter te electum. Et semini tuo poſte, propter merita siquidem horum trium electorum, à deo data est Israëlitis terra Chanaan. AVCTOR CATENAE. Terrámque quam dedi Abraham & Isaac, & cętera. Dedi, id est, promisi dandam, ius & proprietatem K
tradidi, sed vsum distuli in tempus, semini tuo dabo in possessionem. Fideles omnium rerum domini sunt, quibus iure subiiciuntur omnia, vt ipsi subdantur deo, cui omnia seruiunt. Vel terram quam Abraham & Isaac pro eorum posteris suo tempore dare promisi dabo tibi, &, pro id est, semini tuo poſte. Ac si dicat quod eis dedi in spe, posteris tuis dabo in re. *Et recessit ab eo.* CHRYSOSTOMVS. Vide quantum attemperant se nostræ infirmitati diuinæ scripturæ verba. Ascendit (inquit) deus, seu recessit ab eo. Non vt loco concludi existimemus deum, sed vt per hoc etiam eius ineffabilem discamus misericordiam. Spiritus enim gratia se ad infirmitatem nostram submittens, narrare solet. Descendere enim & ascendere indignum deo est, sed maximum est ineffabilis misericordiæ suæ indicium, quod propter nostram eruditionem talibus vti verbis dignatur. Et propterea humanis dictionibus vsus, quia alioquin impossibile erat humanas aures ferre dictorum sublimitatem, si iuxta dignitatem domini dicta essent. Quod cogitantes, nunquam in humilitate verborum hæreamus, sed & propter hoc admiremur ineffabilem eius misericordiam, quod neque ab hac humilitate abhorreat propter imbecillitatem naturæ nostræ. RVPERTVS. Poſt verba huius duntaxat visionis, addidit scriptura, Et recessit ab eo. Quomodo verò à sancto & iusto recessit deus? Eo videlicet modo, vt permitteret eum tentari vel tribulari, vt magis aduersis occurrentibus, ad augmentum meriti premeretur, quæ ab hoc loco vsque ad descensum eius in Aegyptum continuantur. Et primum est, quod protinus subiungetur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et ascendit desuper ipsum Elohim in loco quo locutus est cum ipso. Hinc apparet quod oranti Iacob apparuit deus in specie sensibili, talem eius speciem præfert motus ascensus de certo loco in quo allocutus est Iacob. AVCTOR CATE. Quod nos legimus, Et recessit ab eo, Hebraica sic habet וַיַּעַל מֵעָלָיו אֱלֹהִים מִמְּקוֹם אֲשֶׁר דִּבֶּר אִתּוֹ Vaiáal mealaf elohim bamakom aſer dibber ito, Et ascendit ab eo deus à loco, vbi seu in quo locutus fuerat secum. Chaldaica, Et ascendit ab eo gloria domini in loco vbi locutus fuerat cum eo. Septuaginta, ἀνέβη δὲ ὁ θεὸς ἀπ' αὐτοῦ ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἐλάλησε μετ' αὐτοῦ, Ascendit autem deus ab eo de loco, vbi locutus est cum eo. Nec igitur as- M
cendit deus, nec descendit, nec accedit, aut recedit, qui semper & vbique adest, sed deum tam locutum, quàm cessasse loqui indicat scriptura more nostro. CHRYSOSTOMVS. Vide igitur iustum illum iterum suam gratitudinem declarare. *Ille verò* (inquit) *erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, uocánsque nomen loci illius Bethel.* Considera oro, quomodo in nominibus locorum, memoriam immortalem beneficiorum reponat, vt & posteris manifesta fiat visio, quæ facta ibidem iusto. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iterum factum est hoc loco quod factum fuerat, an iterum commemoratum est? Sed quodlibet horum sit, super lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit. Non ergo sicut idololatræ solent aras ante lapides constituere, & tanquam diis libare lapidibus. CAIETANVS. Paulo superius locum altaris appellauit Iacob el beth el, propter antiquam scalæ angelicæ visionem, modo locum tituli appellat beth el. Quocirca bethel fuit nomen à Iacob impositum duabus partibus illius loci,
loci

A loci videlicet altaris, & loci tituli, diuersis tamen rationibus, nam loco altaris, ratione scalæ visæ, loco verò tituli, ratione diuinæ allocutionis. AVCTOR CATENAE. Lapidem inquit, statuit pro signo & memoriali diuinæ sibi factæ reuelationis, in loco in quo locutus sibi fuerat deus, superque lapidē huiusmodi de liquidis materiis, puta vino, sacrificium illi obtulit, oleum simul effundens, quod etiam deo immolauit, demum loco, dei nomen impositum. Sunt quibus videatur prioris tituli recapitulatio esse, quem intercidisse, forsan non est verisimile, sub tam breue tempus, vt nouum erexerit, & de collapso nihil literis mandarit Moyses.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæritur autem cum semel Mystice.
dictum sit, non vocaberis vltra Iacob, & cætera, Cur legatur postea Iacob vocatus? Nam hoc mirum est, quibus enim semel dictum est, amplius eos non vocari quod vocabantur, sed quod eis nomen nouum imponebat, omnino amplius aliquid non vocatos, nisi quod eis impositum sit, istum autem per vitam suam appellatum esse Ia-
B cob, cui non semel deus dixerat, nó iam vocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Nimirum ergo nomen hoc ad illam rectè intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur deus, quomodo non est antea patribus visus, vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis, & dei visio summum erit præmiū.
INRERLINEARIS. Quod tandem erit, cum videbimus eum sicuti est. AVCTOR CATENAE. An forte & in hoc mysterium illud designatur, quod qui ex actione ad contemplationem transeunt, necesse sit prius in campo actionis probari, & quando contra passiones rationem perturbantes fortiter prætualuerint, ac tunc demum ad ipsius contemplationis arcem conscenderint, éxque Iacob, Israël facti fuerint, non omnino ipsam deserendam actionem, sed in ea pro loco & tempore exercendos esse, ne per huiusmodi cessationem passiones eædem iterum insurgant? Vnde ad hoc insinuandum, postquam Iacob vocatus est Israël, iterum vocatus est Iacob.
RVPERTVS. Hic iam pro dignitate vocantis nomen eius Israël, prætereundum non est, triformem esse posi-
C tionem vocabuli siue appellationis in his tribus patribus nostris, Abraham, Isaac, & Israël. Aliter nanque Abraham, aliter Isaac, atque aliter Israël deus ipse nuncupauit. Siquidem nomen Abraham tantum modo adauxit, nomen Isaac totum antequam nasceretur immutabiliter posuit, nomen Israël totum pro nomine Iacob commutauit. Differentiarum causa vel ratio citius elarescit, si prius in animo constet. Abraham anterioris, Iacob posterioris figuram tenuisse populi, medium autem Isaac Christi, qui vtrunque populum in seipso velut duos parietes coniunxit, lapis angularis. Item & anteriorem populum, priusquam veniret Christus, aliquid habuisse vitæ vel iu- Psal. 75.
stitiæ, quia profecto notus iam erat in Iudæa deus, & in Israël magnum nomen eius. Posteriorem verò qui ex gentibus est, nihil boni habuisse, cum seruiret dæmonibus, eique iuxta prophetam, non populus meus vel non plebs Osee. 1.
mea vos, veraciter diceretur. His ita animaduersis, promptum est iam intellectui, quàm rectè nomen Abraham vna tantum syllaba adauctum, Iacob autem in Israël nomen omnino sit permutatum, quia videlicet anterior Hebræorum populus, qui ex fide patrum, iustificabatur quidem, sed arcebatur tamen à paradisi ingressu, vno tantum augmento indigebat, vt in Christo perficeretur, posterior autem gentium populus, inchoationem pariter & per-
D fectionem vitæ vel iustitiæ, de Christi sumpsit aduentu. Porro nomen Isaac, neque auctum neque commutatum, imò nec ab hominibus positum, sed antequam nasceretur, ore dei nominatum est, quia profecto Christi iustitia neque augeri vnquam indiguit, neque minui potuit, nec enim ex accidenti dono est, sed antequam in terris appareret, ipse iustitia, ipse vita, ipse deus, & dei filius erat. RABANVS. Quod verò dictum est Iacob, Crescе & multiplicare, & cætera, promissio hæc ad spirituale semen Iacob pertinet, sicut iam ante de Abraham dictum est. Omnes enim qui supplantant vitia, & veterem hominem cum actibus suis deponunt, & mentis oculos ad deum intendunt, rectè ad Iacob pertinent, cuius fidem & actus imitantur. Regésque de lumbis eius egrediuntur, id est, sancti, qui secundum voluntatem dei se & subditos vere regunt, de cuius semine spirituali, id est, imitatione fidei, in bonis operibus fœcundantur. AVCTOR CATENAE. Porro quod titulum erexit lapideum, libans super eum libamina, oleum effundens, ac loco Bethel nomen imponens, futuræ ecclesiæ, in qua & sanctissimi corporis & sanguinis dominici libamen offerendum, aliáque plurima celebranda sacramenta, ac quæ verè domus
E dei dicenda erat, typum expressit. CYRILLVS. Sed & nos quando Bethel ascenderimus, hoc est, in domum dei, ibi agnoscamus lapidem electum, qui factus est in caput anguli, hoc est Christum. Videbimus autem vnctum à patre, ad lætitiam & exultationem totius gentis quæ sub cœlo est. Vnctus est enim (vt dixi) à deo & patre filius, qui est omnium nostrum lætitia, & orbis terrarum exultatio iuxta propheticam vocem. Quanquam id quoque in his quæ modo nobis dicta sunt, præfiguratum videre potes. Erexit nanque Iacob lapidem in titulum, oleoq; & vino illum perfudit, quod vtique factum, domini Iesu Christi figura fuit.

F EGressus autem inde, uenit uerno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Ra- 4
chel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, uocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei. Pater uerò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in uia quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrū eius, Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.

CHRYSOSTOMVS. Vlterius iterum procedit iustus, anhelans paulatim venire ad locum, vbi habita- 4
bat Isaac, Vnde ait, *Egressus autem inde, uenit uerno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta, Et factum est dum appropinquaret Chabratha in terra Chanaan, vt veniret Ephrata, peperit Rachel. Verbum Hebraicum כִּבְרַת, chibrath, in consequentibus vbi Iacob loquitur ad Ioseph, Ego autem cum venirem de Mesopotamia Syriæ, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaam, in via Hippodromi, vt venirem Ephrata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem Ephrata, nescio quid volentes, Hippodromum Septuaginta interpretes transtulerunt, & statim ibi, vbi in Hebræo dicitur, Et sepelierunt eam in via Ephrata, hæc est Bethlehem, rursus Septuaginta pro Ephrata, posuerũt Hippodromum, cum vtique si Chabratha Hippodromus est, Ephrata Hippodromus esse nõ possit. Aquila autem hoc ita transtulit, Et factum est, καὶ ὡς ὁδὸμ τοῦ γεῦς, id est, In itinere terræ introiens in Ephrata. Sed melius est si transferatur, in electo terræ tempore cum introiret Ephrata. Porro vernum tempus significat, cum in florem cuncta rumpuntur, & anni tempus electum est, vel cum transeuntes per viam carpunt & eligunt è vicinis agris quodcunque ad manus venit, diuersis floribus inuitati. Ephrata verò & Bethlehem vnius vrbis vocabulum est, sub interpretatione consimili. Siquidem in frugiferam & in domum patris vertitur, propter eum panem qui de cœlo descendisse se dicit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et mouerunt se de Bethel, & fuit adhuc sicut prandium terræ ad veniendum in Ephrath. Nihil hic dicitur de tempore, sed de distantia locali à Bethlehem tanto spacio terræ, quantum peragi solet donec prandetur. A tempore prandij quantitatem interualli mensurauit. Ioan. 6.

AVCTOR CATENAE. Locus hic difficilis est & diuersimode à doctoribus expositus, vnde diligenter est examinandus. Eiusmodi autem est Hebraica litera וַיִּסְעוּ מִבֵּיתאֵל וַיְהִי עוֹד כִּבְרַתהָאָרֶץ לָבוֹא אֶפְרָתָה vaisau mibeth el, vaihi od chibrath haárez labo Ephratha. Et profecti sunt de Bethel, & erat adhuc spacium terræ ad introitum Ephratha. Vel, Et fuit adhuc cum dat cibum terra, siue quando gignit terra, hoc est in vere. Alij verò, Fuitq; adhuc quasi stadium terræ ad locum Ephrata, Alij, Et erat adhuc ferme miliare terræ ad veniendum in Ephratha, Demum nonnulli, Et erat adhuc ferme iugeri spacium terræ venienti ad Ephratha, vertunt. Causa verò huius diuersitatis est in vna voce Hebraica, scilicet כִּבְרַת chibrath, quæ vel ex duabus vocibus potest esse coniuncta, vel vnius rationem potest habere, sicut esset apud nos, sustineamus, quæ & vna dictio esse potest, & tres, videlicet sus, tinea, mus. Eandem rationem habet & hæc dictio Hebraica, potest enim legi coniunctim כִּבְרַת chibrath, significabitque interuallum siue spacium. Dicúntque Hebræi certum esse terræ spacium, vt puta vnum miliare. Cui opinioni consonat & Chaldaica æditio habens, Et profecti sunt de Bethel, & cum adhuc esset spacium terræ vt ingrederetur Ephratham. Potest etiam legi disiuncta, vt litera caph non sit litera substantialis huius dictionis, videlicet כְּ בְרַת chi berath, significabitque circa ver, circa viriditatem, cum ager pascuus est, & cibum dat terra, à בָּרָה bara verbo descendens, quod cibare significat. Prima opinio aliquibus non multum placet, quia dicunt non habere simile, vnde כִּבְרַת significet spacium, nisi forte à כָּבַר cabir deducatur, quod multiplex, magnum, multum, seu grande significat, vt magnum terræ spacium seu interuallum, antequam Ephratham intro eas indicetur. Septuaginta verò vt supra visum est, dictionem Hebraicam, intactam dimiserunt, Chabratha nomen esse loci alicuius indicantes cum aliud sit in veritate. Dictionem verò sequentem וַתִּקְשׁ vatekas, quam interpres Latinus, Periclitari cœpit, transtulit, Hebræi magis & aggrauata est, siue indurata est in partu suo iegunt, cui lectioni etiam Chaldaica consentit. Septuaginta, καὶ ἐμ τῷ τίκτειν αὐτὴν ἐδυσώπησεν, Et cum pareret, difficile peperit. Alij, Et difficultata est in partu suo, dixerunt, sed vna omnium est sententia. Prosequebatur igitur iter suum ad patrem Iacob, Ephratam terram transiturus, quæ & Bethlehem, vtroque nomine frugiferam explicando. Cumq; distaret adhuc per spacium, vel stadij, vel vnius iugeri agri, vel miliaris, quin & prope tempus viriditatis, vel vernale (sic enim etiam ob amphiboliam dictionis Hebraicæ dicere possumus) Rachel de partu periclitari cœpit. *Dixitque ei obstetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium.* CHRYSOSTOMVS. Ne sis anxia (inquit) paries enim filium. Nam licet te crucient dolores, veruntamen habebis filium. AVCTOR CATENAE. Id quod mulieribus omnibus iucundum admodum esse solet, vt cum pariunt, masculum pariãt, iuxta illud domini, Cum autem peperit mulier, iam non meminit pressuræ, quia natus est homo in mundum. *Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, uocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei. Pater uerò appellauit eum Beniamin, id est filius dextræ.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Et factum est cum dimitteret eam anima, siquidem moriebatur, vocauit nomen eius, filius doloris mei, pater verò eius vocauit nomen eius Beniamin. In Hebræo similitudo nominis resonat, filius enim doloris mei, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur בֶּן־אוֹנִי Benoni. Filius verò dextræ, hoc est, virtutis, quod Iacob mutauit, appellatur Beniamin. Vnde errant, qui putant Beniamin filium dierum interpretari. Cum enim dextra appelletur יָמִין iamin, & finiatur in n, literam, dies quidem appellantur & ipsi יָמִים iamim, sed in m, literam terminantur. CHRYSOSTOMVS. Illa quidem nomen ei dedit ex his quæ sibi acciderant, pater autem Beniamin vocauit. Mœrorem ergo quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, & effecit vt iustus magis æquo ferret animo. AVCTOR CATENAE. Et si Rachel dolorem spectans quem patiebatur, puero nomen impo suit filium doloris sui, pater tamen magis constantiam & fortitudinem considerans, qua omnia ferre patienter didicerat, filium dextræ maluit appellare, vna ex parte contristatus ex morte charissimæ coniugis, altera filio generato mirum in modum consolatus. Et postquam peperit inquit, *Mortua est Rachel, & sepulta est in uia quæ ducit Ephratham, hæc est Bethlehem.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Ephratha regio Bethlehem ciuitatis Dauid, in qua natus est Christus. Est autem in tribu Iuda, licet plerique male existiment in tribu Beniamin iuxta viam, vbi sepulta est Rachel quinto miliario ab Hierusalem in eo loco, qui à Septuaginta vocatur Hippodromus. Legimus Ephratham in paralipomenon libro, sicut supradictum est. IDEM. Bethlehem ciuitas Dauid in sorte tribus Iudæ, in qua dominus noster atque saluator natus est, in sexto miliario ab Aelia contra meridianam plagam, iuxta viam quæ ducit Chebron, vbi & sepulchrum Iesse & Dauid ostenditur, & mille circiter passibus procul turris Ader, quæ interpretatur turris gregis, quodam vaticinio pastores dominicæ natiuitatis consçios antè significans. Sed & propter eandem Bethlehem, regis quondam Iudææ Archelai tumulus ostenditur, qui semitæ ad cellulam nostram è via publica diuertentis principium est. Vocabatur autem Bethlehem, & filius Ephrathæ, id est Mariæ, vt in Paralipomenon plenius legitur. Lege diligenter historiam. AVCTOR CATENAE. Quare autem non sit Rachel cum Abraham sepulta, multa disputatio facili ratione finitur. In via erat, oneratus familia, prole, pecoribus, cum tot impedimentis, per populos & oppida transire non licebat. Corpus demortuæ officiosius colendum non erat, sed viui, quos obmittere in via non potuit. Iuxta domini voluntatem

luntatem in via mortuam, pius Iacob ibidem quoque sepeliendam credidit. *Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius, Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.* Memoriale (inquit) signum tumuli Rachelis, quod vsque ad tempus quo Moyses hæc scribebat perdurauit, statuit. Non ergo improbantur tituli sepulchrorum, qui charitatis monumenta quidem sunt, sed viuorum, tantæ scilicet posteritatis matrem noto loco sepultam volebat.

ISIDORVS. Mysticè autem quid sibi vult quod cum eundem Beniamin Rachel pareret, vocauit nomen eius, filius doloris mei, nisi futurum prophetans ex eius tribu Paulum qui affligeret filios ecclesiæ persequutionis suæ tempore? INTERLINEARIS. Ipse enim dicit se abortiuum, id est, violenter in ecclesia natum. Qui quia de sinistra transferendus erat in dextram, id est, de persecutore futurus Apostolus, ideo recte à patre filius dextræ est. ISIDORVS. Siue aliter. Per Beniamin terrestris figurabatur Hierusalem, quæ est in tribu eiusdem Beniamin, cuius populus graui matrem dolore affecit, effundendo sanguinem prophetarum: insuper etiam in necem Christi impiis acclamando vocibus, Sanguis eius super nos & super filios nostros. GRAECVS. Crediderim ego filium doloris mei, merito intelligi populum, atque in nouissimis dierum temporibus credentium multitudinem. Eo nanque tempore erit & filius iniquitatis qui opponitur & extollitur aduersus omnem qui dicitur deus, aut numen. RVPERTVS. Mortua est autem Rachel. Sicut suprà dictum est, non carere mysterio, quod Delboræ nutricis mors annotata, & Rebeccæ mors tacita est, sic & nunc sciendum, non frustra mortem Rachelis inueniri, cum Liæ mors scripta non sit. Quid enim Rachel, nisi primitiuam ex Hebræis, quid Lia, nisi collectam ex gentibus signat ecclesiam? Moritur ergo Rachel, & mors Liæ silentio premitur, quia videlicet synagoga palam per infidelitatem à gratia vitæ excidit, ecclesia verò gentium viuit per fidem vsque in finem seculi. Et notandum quod Rachel in partu obiit, nam synagoga tunc mortua est, quando Christum & eius Apostolos emisit. Quæ enim assumptio, nisi vita ex mortuis? Vnde & Rachel egrediente anima præ dolore, vocat filium suum Benoni, quod interpretatur filius doloris mei. Doluit enim, id est inuidit, & dolenda sorte inde mortua est, quod ex ipsa, vita sumpta sit. Pater autem vocauit filium illum Beniamin, id est, filium dextræ, quia profecto ille est filius, Apostolorum chorus, quem confedere fecit cum Christo ad dexteram suam in cœlestibus. CYRILLVS. Sed & aliter. Plurimæ quidem sanctarum mulierum dormierunt, in solo tamen Rachelis monumento mysticus ille & sacer figuratus est lapis. Hinc verò eruditioribus intelligi datur ænigma illud, Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen. Desiit verò à tyrannide quæ contra nos erat tunc, cum vnigenitus carnem susçepit, & tanquam virginem quandam castam exhibuit sibi ecclesiam, in cuius imaginem sumpta est Rachel. Itaque quod super aliarum monumenta lapides positi non fuerint, signum & quidem perspicuum est, nondum humani generis mortem deuictam fuisse, vtpote nondum vnigenito simili nobis facto. Propterea quod cum similis nobis effectus est, hoc est, homo, & eam quæ secundum carnem est, mortem sustinuit, dispensatiuè in monumento positus est, factus est lapis firmamentum, humanam naturam ad incorruptionem sustentans, ita vt mortem quæ ex maledictione & peccato apparuit, facilè superaret. Vbi autem Christus, ibi omnino peccatorum remissio est, & iustificatio per fidem. Scribit verò & sapientissimus Paulus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo.

Mysticè. Romã. 11. Cyrill. Ephes. 2.

EGressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ, primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Isachar, & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis, Dan & Neptalim. Filij Zelphæ ancillæ Liæ, Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Hunc locum Hebræi esse volunt, vbi postea templum ædificatum est, & turrim Ader, turrim gregis significari, hoc est, congregationis & cœtus, quod & Micheas propheta testatur, dicens, Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion, & cætera, illóque tempore Iacob trans locum, vbi postea templum ædificatum est, habuisse tentoria. Sed si sequamur ordinem viæ, pastorum iuxta Bethlehem locus est, vbi vel angelorum grex in ortu domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit, loco nomen imponens, vel quod verius est, quodam vaticinio, futurum iam tunc mysterium monstrabatur. AVCTOR CATENAE. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Totus hic versiculus apud Septuaginta interpretes desideratur. CHRYSOSTOMVS. Sed hinc succedit Ruben temeritas. *Cúmque habitaret* (inquit) *in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minime latuit.* Et hoc fuit valde nefarium facinus. Propterea & postea legis lator Moyses prohibuit ne pater & filius cum eadem rem habeant. Nam vt ne eadem via procederent, iam antea legislator reprimit eos, pœnæ obnoxios denuncians. Hoc autem sciuit Iacob, attamen etiam nunc mansuetus est iustus, naturali amore victus. Postea autem cum emigraturus esset ex hac vita, puerum sugillat, & flagitium eius inuulgat, maledicens ei, vt & cæteri illius pœna emendarentur. THOMAS QVARTO SENTENTIARVM. Vbicunque in veteri testamento legitur aliquos sanctos viros concubinas habuisse, oportet dicere eas illis fuisse matrimonio iunctas, & tamen aliquo modo concubinas dici, eo quod aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Nam secundum quod matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est prolis procreatio, sic erant vxores. Sed secundum quod ordinatur ad secundarium finem, qui est dispensatio familiæ, & mutua communicatio operum viri & vxoris, & simul cohabitatio, sic vxores non erant quæ primæ vxori accedebant, sed concubinæ appellabantur, quasi simile aliquid habentes cum concubina, in hoc scilicet, quod poterant eiici à lecto & à domo, sicut illa quæ verè concubina est. Vnde & de Agar dicitur per Saram ad Abraham, Eiice ancillam

Mich. 4. Leui. 18. Dist. 31. q. 1. 2. 3. quæst. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ancillam hanc & filium eius,quam tamen prius dederat ipsa viro suo vxorem . Talis ergo fuisse dicitur Bala ipsi G
Iacob. AVCTOR CATENAE. Quod Latina æditio habet,Quod illum minime latuit, Hebraicè legitur וַיִּשְׁמַע יִשְׂרָאֵל vaiſmaa Iſraël,Et audiuit Iſraël.Quod in idem recidit. Sic & Chaldaica & Septuaginta . A quibus additur hoc in loco aliquid quod in Hebraicis codicibus non inuenitur.Nam postquam scriptum fuerat,quod illum minime latuit,inferunt illi, καὶ πονηρὸν ἐφάνη ἐνώπιον αὐτοῦ, Et malum visum est in conspectu eius.Bala igitur ancilla Rachelis fuerat iam mortuæ,mater Dan & Neptalim , à Ruben indigne compressa in grandem ignominiam patris.Iudæi quædam hic de transitato lecto Balæ ex tabernaculo Rachelis fingunt.Seueriores fuerant in vindicando peccatum Dinæ fratres communi consensu,permissi ergo sunt incidere grauius peccatum,ad exercitium Iacob. CHRYSOSTOMVS. Hic nobis postea enumerat filios Iacob beatus Moyses,& per ea quæ narrat, iusti virtutem nos docet (enimuero ne putes fortuito simplicitérque vt contingere solet,ipsum concubuisse cum Rachel & Lia,& duabus ancillis) monstrans quod per dispensationem ministrauit illarum consuetudini,vt duodecim tribus ex eo nascerentur,& propterea non vltra meminit scriptura , quod ei alius nascatur filius , vt discas H
quod non simpliciter,neque absque causa factum sit hoc. *Erant autem* (inquit) *filij Iacob duodecim . Filij Liæ , primogenitus Ruben , & Simeon , & Leui , & Iudas , & Isachar , & Zabulon.* Prius ponit in genere filios Iacob, postea separat , & primum eos qui Liæ erant , dein eos qui Rachelis,denique & eos qui ancillarum erant enumerat. AVCTOR CATENAE. Et vt criminis Ruben magnitudo certius agnoscatur,& quàm ætas primogenituræ nihil valeat apud deum,& generatio carnis,indicat scriptura Ruben fuisse primogenitum duodecim fratrum , cuius occasione omnes per ordinem recitantur. *Filij Rachel Ioseph & Beniamin.* Hi omnes sequentibus honoratores,quia ex vxoribus nati . Deinde cæteri de ancillis enumerantur , quæ tamen vxores factæ fuerant & legitimæ, sed non principales. *Filij Balæ ancillæ Rachelis , Dan & Neptalim.* Ancilla Rachelis Bala præfertur Zelphæ ipsius Liæ ancillæ, cum filiis suis , ne dedecus culpæ matris ipsorum honori obsit filiorum , tum quia seniores erant sequentibus. *Filij Zelphæ ancillæ Liæ , Gad & Aser.* Dina autem patriarcharum soror non nominatur, ideo forte, quia non per fœminas,sed per viros generationes texere scriptura consueuit , vel quia curiositate sua & mollitie I
opprobrium generi induxerat,ac perpetua se confusione asperserat. Completo igitur duodenario filiorum numero,cum iam fœlicior haberi posset pater tantæ prolis,tot filiorum,ingruit illi afflictionum quoque turba, foris inimicitiæ, pugnæ, fuga inimicorum , intra domum turpitudo, confusio, scelus, irreuerentia, libido non ferenda, probrum ac dedecus . Omnia autem patienter suffert & tacet, domino enim semel se,suáque commiserat. *Hi filij Iacob , qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.* CHRYSOSTOMVS. Quare dicit scriptura , qui nati sunt ei in Mesopotamia,cum Beniamin longè postea natus sit , cum iam transisset Bethel , & appropinquaret Bethlehem? Quia Rachel ante egressum ex Mesopotamia cóceperat ipsum. CYRILLVS. Numerat ergo Beniamin cum iis qui in Mesopotamia nati erant , quoniam illic iam satus erat. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Hanc solutionem quæstionis huius impedit,quia si iam Beniamin ibi conceptus erat,qui filij Iacob grandes inde exierant,vix annorum duodecim esse poterant . Viginti nanque annos illic K
expleuit,quorum primis septem sine coniugio fuit,donec seruiendo, illi Lia desponsaretur . Vt ergo primo anno quo duxit vxorem,ei filius nasceretur,duodecim annorum esse poterat primitiuus, cum inde profectus est . Proinde si iam conceptus fuerat Beniamin,intra decem menses omnis illa via peracta est , & quicquid in itinere ascriptum est de Iacob . Vnde sequitur, vt filij eius tam paruuli , pro sorore sua Dina tantam stragem fecerint, tot homines trucidauerint,ita expugnauerint ciuitatem,in quib⁹ Simeon & Leui, qui primi gladiis accincti intrauerunt ad illos,hominésque peremerunt,vnus vndecim,alius autem decem annorum fuisse reperiatur,etiam si per annos singulos sine intermissione illa pepererat.Quod vtique incredibile est,ab illius ætatis pueris illa omnia fieri potuisse,quando & ipsa Dina vix adhuc sex annorum fuit.Proinde aliter soluenda quæstio est, vt ideo intelligatur dictum esse , commemoratis duodecim filiis : Hi sunt filij Iacob , qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ, quia inter omnes qui tam multi erant, vnus tantum erat non ibi natus,qui tamen inde habuit nascendi causam, quod ibi mater eius patri copulata est. Nulla tamen facilior est solutio quæstionis huius , quàm vt per synecdochen accipiatur.Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehendi, quod ad ipsum L
nomen non pertinet,Sicut ad duodecim Apostolos iam non pertinebat Iudas,qui etiam mortuus erat, cum dominus resurrexit à mortuis,& tamen ipsius duodenarij numeri nomen, Apostolus in epistola sua tenuit, vbi ait, eum apparuisse illis duodecim. Cum articulo enim hoc Græci codices habent , vt non possent intelligi quicun-
Ioan.6. que duodecim,sed illi in illo numero insignes.Eo modo locutionis puto & illud à domino dictum . Nónne ego vos duodecim elegi,& vnus ex vobis diabolus est? vt non ad electionem etiam ipse pertinere videatur . Non enim facile inuenitur electorum nomen in malo,nisi quando mali eliguntur,à malis. Quòd si putauerimus & illum electum, vt per eius traditionem domini passio compleretur, id est, malitiam eius ad aliquid electam , bene
Ioan.13. vtente deo etiam malis,illud attendamus vbi ait, Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegi , vbi declarat ad electionem non pertinere nisi bonos.Ac per hoc illud quod dictum est,ego vos duodecim elegi,per synecdochen dictum est,vt nomine maioris melioríque partis,etiam illud complecteretur,quod ad ipsum nomen non M
pertinet.Sic quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob,qui nati fuerant in Mesopotamia,ipsorum commemoratione scriptura complexa est etiam Beniamin, qui non erat ibi natus , & dictum est , Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. CAIETANVS. Quia ergo omnes excepto Beniamin, nati ibi fuerant,& exceptionem manifestauerat,ideo sciens Moyses sermonem suum intelligi subintellecta hac exceptione, dixit , enumeratis omnibus filiis , quòd nati sunt in Padan aran, id est, in Mesopotamia. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Sic duodecim hos filios quos duodecim patriarchas scriptura testatur,ex suis fœminis susceperit Iacob.Non quod liceret sanctos viros plurimas habere mulieres,concupiscentiæ scilicet causa,sed quod gratia multiplicandę prolis daret deus licentiam,qui & vnam permisit,& postea aliquando prohibuit.Nam cum in lege dixerit.Maledictus homo , qui non suscitauerit semen in Israël, per Salomonem autem prophetam huius licentiæ terminum dedit. Tempus (ait) mittendi lapides , &
tempus

A tempus colligendi lapides.Tempus amplectendi,& tempus continendi ab amplexu.' Eccles.3.
ISIDORVS. Mysticè autem,Ruben concupiscentia motus libidinis,in cõcubinam patris sui præceps ef- Mysticè.
ferbuit.Quod incesti crimen non scriberetur,nisi futura peruersitas Israëlitici populi prænunciaretur.Quanquam & in illo qui hoc commisit,consideretur esse flagitium,in scripturis tamen est prophetia futurorum . Nanque per Ruben primogenitum,populus primogenitus Israël ex circuncisione significatur,qui thorum concubinę polluit, id est,legem veteris testamenti,quæ in seruitutem generabat sæpe præuaricando commaculauit, seu quasi concubinam carnaliter abutendo adulteraut.Quod autem in concubina lex veteris testamenti ponatur,Paulus apostolus docuit dicens, Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla,& vnum de libera,hæc autem sunt duo testamen Gala.4.
ta,& cætera.In quo Agar quæ concubina fuit,veteris testamenti ponitur typo.Vna est enim perfecta columba genetrici suæ,quæ virgo casta,regina & sponsa Christi ecclesia,per euangelium iungitur. CYRILLVS. Igitur ad imaginem synagogæ Iudæorum referemus Iacob concubinam, hoc est, Balam, cum qua rem habuit Ruben,
B id est,populus primus.Bala enim antiquata interpretatur. RVPERTVS. Sed & Ruben similes sunt omnes hæretici,qui plebem Christi adulterino commaculant semine doctrinæ nequam . Vnde Bala quod interpretatur inueterata,recte hoc loco concubina dicitur.Nulla enim nisi cõcubina inueterata,hæreticorum libidini sese prostituit.Nam quæ legitima vxor est,id est,quæ virum suum Christum agnoscit,neque seipsam ignorare , neque adulterinum cõcubitum admittere potest. AVCTOR CATENAE. Porro sicut duodecim Iacob filij sacrosanctum apostolorum domini cœtum expresserunt,sic vnus Ruben qui cum concubina patris dormiuit,& ob id primogenitura priuatus est,ea ad Iudam translata,Iudam scarioth vnum ex duodecim qui dominum tradidit,ex quo apostolatu deiectus est,cuius episcopatum alter,Matthias videlicet in eius locum suffectus, accepit, manifeste figurauit.In eo autem quod hi filij Iacob in Syria geniti extra patriam sunt, id nobis indicatur , quod omnes fideles extra promissam illis patriam generantur,& quoad vixerint,peregrini manent.Spiritualium etiam pastores ouium aduersis erudiuntur,vt semper patriam desiderent,& ex passionibus gloriam acquirant.

C

VEnit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee , Hæc est Hebron , in qua peregrinatus est Abraham & Isaac . Et completi sunt dies Isaac centum octuaginta annorum, consumptusque ætate , mortuus est , & appositus est populo suo , senex & plenus dierum , & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui. 6

Venit etiam ad Isaac patrem suum. CHRYSOSTOMVS. Cõsidera obsecro hic, quomodo in omnibus, certis indiciis misericors deus iustos suos confirmat.Quia enim venit post tot annos ad patrem suum Iacob, maxima vtrinque facta est consolatio,& filio ex patris conspectu,& patri videnti tantam filij substantiam, & chorum filiorum ex eo natorum. CAIETANVS. Et venit Iacob,& cætera.Non dicit quod de Ephratha venerit ad
D Isaac,sed absolute,& venit,incertum relinquendo ordinem ac tempus.Ita quod hinc non habetur quod Rachel est prius mortua , quàm Iacob venerit ad Isaac patrem suum. *In Mambre ciuitatem Arbee , Hæc est Hebron.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro אַרְבַּע Arbaa in Septuaginta habet campum,cum Chebron in monte sita sit.Eadem autem ciuitas dicitur & Mambre , ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata. CAIETANVS. Hæc est ciuitas in qua mortua est Sara,& propterea vide superius in capitulo vigesimo tertio. AVCTOR CATENAE. Hebron metropolis,quadrata,capitalis erat.Mambre locus vbi segetis pultus erat Abraham in spelunca duplici. *In qua peregrinatus est Abraham & Isaac,* id est,tanquam peregrini, alieni, & aduenæ habitauerunt.Sancti enim in hoc seculo peregrini sunt,futurum inquirentes. *Et completi sunt dies Isaac centum octuaginta annorum,consumptusque ætate,mortuus est.* Isaac ætatem Abrahæ excessit quinque annis,senio confectus,viribus deficit,naturali morte excedit,non violenta,non insolita ægritudine mortuus,diu autem ante obi-
E tum suum cæcutiens,& captus oculis. *Et appositus est populo suo.* CAIETANVS. Ne eadem repetantur, vide scripta superius in capitulo vigesimoquinto , exponendo hæc eadem verba in obitu Abrahæ. AVCTOR CATENAE. Hoc tam ex parte corporis,quàm ex parte animæ potest intelligi.Ex parte quidem corporis,quia tumulatus in Hebron cum Adam & Abraham vna cum eorum vxoribus . Ex parte autem animæ , quia angelorum vel sanctarum animarum congregationi additus. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS GENESIS. Et vere angelorum vel sanctarum animarum populo apponuntur,qui hanc vitam placentes deo finiunt. Tunc enim dicuntur apponi,quando nulla iam remanet solicitudo tẽtationum vel periculum peccatorum, quod intuens scriptura ait , Ante mortem ne laudes quenquam. *Senex & plenus dierum.* CHRYSOSTOMVS. Nam cum Iacob benedictionem suffuraretur,hebetes erant oculi eius,vnde & deceptus est, cogita post tot annos quantum senuerit. CAIETANVS. Senex & plenus,pro satur dierum.Ad similitudinem saturi , describitur Isaac dies omnes quos appetiit eius natura indiuidualis habuisse. AVCTOR CATENAE. Vel Satur
F dierum,quia iam dissolui & esse cum patribus malebat,quàm corporis ergastulo diutius retineri.Est enim hic dictio שְׂבַע Sabaa,quæ & implere & saturare significat. *Et sepelierunt eum Esau & Iacob filij eius.* CAIETANVS Pax inter fratres perseuerans manifestatur. AVCTOR CATENAE. Officium sepulturæ pariter expleuerunt filij duo,in signum pietatis,fidei,& reconciliationis . Esau verò præponitur etiam nunc Iacob , prærogatiua enim Iacob in spiritu erat,non in carne.Sicut & Christi domini nostri regnum,non est de hoc mundo,temporale ac terrenum,sed spirituale & cœleste,in virtute & beatitudine solida ac æterna.Scito autem hos duos fratres cẽ tum & viginti fuisse annorum,quando sepelierunt patrem,nam sexagenarius erat Isaac,quando nati sunt vt patet supra vigesimo quinto capitulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMSEXTVM ARGVMENTVM. G

Vxores Esau. Iacob & Esau diuites. Genealogia Esau.

CAPVT XXXVI.

Lectio pri.

HAe autem sunt generationes Esau, ipse est Edom. Esau accepit uxores de filiabus Chanaan. Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Heuæi, Basemath quoque filiam Ismael, sororem Nabaioth. Peperit autem Ada Eliphaz. Basemath genuit Rahuel. Oolibama genuit Iebus, & Hielon, & Chore. Hi filij Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan. H

I AVCTOR CATENAE. Incidentalis descriptio filiorum Esau ponitur, ad consolationem eorum qui non sunt iuxta carnem filij Israël. Nihil autem in sequentibus de illis scripturus, hic absoluit negocium paucis. Ait ergo. *Hæ autem sunt generationes Esau, ipse est Edom.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Esau & Edom & Seir, vnius nomen est hominis, & quare varie nuncupetur supradictum est. *Esau accepit uxores de filiabus Chanaan. Ada filiam Elom Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Heuæi, Basemath quoque filiam Ismael, sororem Nabaioth.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod post narrationem mortis Isaac narratur, quas vxores Esau acceperit, & quos creauerit, recapitulatio intelligenda est. Neque enim post mortem Isaac fieri cœpit, cum iam essent Esau & Iacob centum viginti annorum. Nam eos sexagenarius suscepit, & vixit omnes annos vitæ suæ centum octoginta. CAIETANVS. Circa nomina propria tam mulierum quàm virorum in hoc capitulo, aduerte prudens lector, quòd tanta est varietas, vt diuinare quodammodo oporteat. Istæ enim vxores Esau aliis nominibus appellantur superius in capitulo vigesimo sexto & vigesimo octauo, & aliis hic, & similiter parentes earum, aliter ibi nominantur. Et quoniam personam aliquam constat multis nominibus nominari, & multis modis contigisse apud priscos patres filiationē, etiam ante legem Moysi, ideo nullius lectoris mens turbetur, sed accommodet sensum vt melius videtur, intelligendo vel de filio naturali, vel de filio legali, vel adoptiuo. Nam & ante legem fuerunt filij legales, vt clare patet in historia Thamar inferius in capitulo trigesimooctauo. AVCTOR CATE. Quod in Latina æditione dicitur, filij Sebeon, indicans Anam filium hominis illius, Hebraicè est בת bath, id est filiam, & sic habetur in Chaldaica. Quo fit, vt Oolibama vxor Esau, filia dicatur Anæ, & filia Sebeon. Vxores igitur primo susceperat Esau sine voluntate parentum de filiabus Chanaan, quæ hoc loco nominantur. Ada filiam Elom Hethæi, & Oolibama filiā Anæ, filiam, id est neptem Sebeō Heuæi. Superius autem vigesimosexto capitulo dictæ sunt, Basemath filia Elom Hethæi, & Iudith filia Beeri Hethæi. Vnde certo discimus propriorum nominum varietatem, vt binomines sint non solū viri, sed & fœminæ. Et quæ hic dicitur Basemath filia Ismaëlis, soror Nabaioth, hæc supra vigesimo octauo capitulo dicitur Melech, filia Ismaëlis. Sic & Esau dictus est Seir & Edom, & in euangelio Petrus, Simon & cephas, & Matthæus & Leui. *Peperit autem Ada Eliphaz. Basemath genuit Rahuel. Oolibama genuit Iebus, & Hielon. & Chore. Hi filij Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iste est Eliphaz, cuius scriptura in Iob volumine recordatur. CAIETANVS. Quinque filios supputat Esau, vnum ex prima, vnum ex tertia, & tres ex secunda vxore. AVCTOR CATE. Cum adhuc Esau moraretur in australiore parte terræ Chanaan, eo tempore quo Iacob seruiebat apud Laban vel antea, sustulit ex tribus vxoribus suis quinque filios. Eliphaz filium ex Ada, & Rahuel ex Basemath, sed & Iehus, & Hielon, & Chore ex Oolibama. Filias quoque habuit multas, quæ in sacris literis raro nominantur. K L

2 *VLit autem Esau uxores suas, & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob. Diuites enim erant ualde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.*

2 *Tulit autem Esau uxores suas, & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & pecora & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionem, recessitq; à fratre suo Iacob.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæstio est, quomodo scriptura dicat post mortem Isaac patris sui Esau abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir, cum veniēte de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur quod iam illic habitabat? Proinde quid fieri potuerit, vt scriptura fallere vel falli non credatur, in promptu est cogitare, quod scilicet Esau posteaquam in Mesopotamiam frater eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, siue ex illa cōmotione qua dolebat se benedictione fraudatum, siue aliqua causa, vel vxorum suarum quas odiosas videbat esse parentibus, vel qualibet alia, & cœperit habitare in monte Seir. Deinde post reditum Iacob fratris sui, facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuum patrem simul sepelissent, quia eos plurimum ditatos, terra illa sicut scriptum est, minime capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentem Idumæorum. AVCTOR CATE. Quod in Latina æditione est, & omnem animam, in Hebræo est in plurali נפשות naphsoth, id est, animas. Et est figura synecdoche, Scripturæ familiaris, qua à parte digniori denominatur totum, & perinde est ac si dicatur, accepit omnes homines. Eadem figura vtuntur hic Septuaginta, sed per contrarium, à parte scilicet viliori totum nuncupantes, nam vbi nos habemus, Et omnem animam domus suæ, dixerunt ipsi καὶ πάντα τὰ σώματα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, & omnia corpora domus suæ. Quod nota pro multorum locorum scripturæ sanctæ intelligentia. M

A intelligentia. Quod verò sequitur, Et abiit in alteram regionem, recessitq; à fratre suo Iacob, Hebraicè hoc modo legitur וילך אל ארץ מפני יעקב אחיו Vaielech el érez mipene Iaakob achif, Et abiit in regionem à facie Iacob fratris sui. Quem locum explicatius Chaldaica describit, addit enim, aliam, nempe Seir. Et abiit (inquit) in terram aliam propter Iacob fratrem suum. Quem etiam sensum Latinus interpres optime assequutus est, Septuaginta etiā sub aliis tamē verbis, videlicet, καὶ ἐπορεύθη Ἡσαῦ ἐκ τῆς γῆς Χαναάν, ἀπὸ προσώπου Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, Et abiit Esau de terra Chanaan, à facie Iacob fratris sui. Esau ergo ditatum vehementer in omnibus, supra agnouimus suis verbis, & nūc litera docet, iuxta domini benedictionem, quam à patre susceperat. Nec verò hic, nec alibi possessio nominatur auri & argenti, sed pecorum & familiarum multarum, in quibus olim diuites erant patres. Cessit igitur Esau sponte terram Chanaan Iacob fratri suo, & proximam illi regionem pro se & sua posteritate arripuit, montem Seir & Idumæam postea nominatam. Pepercit enim dominus ipsi Esau, ne in Chanaan habitando cum suis posteris, crimina illorum discerent, & à posteris Iacob ex Aegypto ascensuris occiderentur. Sicut & in illo tempo-
B re deus prohibuit Israëlem, ne habitantibus in Seir Edomitis, quicquam damni inferrent, quia fratres illorum essent, & progenies Isaac & Esau. Deinde recessus Esau ratio subiungitur. *Diuites enim* (inquit) *erant ualde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.* CAIETANVS. Complementum facti non initium narratur post mortem Isaac, nam multis annis viuente Isaac, Esau habitauerat in Seir (vt testatur occursus eius ad Iacob) sed completo officio sepulturæ paternæ, tanquam primogenitus accepit facul-
tates Isaac, & transtulit eas in Seir. AVCTOR CATE. Diuites enim erant valde, & cætera. Ipsa Hebraica sunt huiusmodi כי היה רכושם רב משבת יחדו chi haia recusam rab misebet iahdaf, Quoniam erat substātia eorum multa ab, seu præ habitatione simul. Chaldaica, quia erat substantia corū multa, vt habitarēt simul. Sic & Septuaginta. Sed hæc sensum eundem cum nostra æditione habent. Non igitur intelligas quod soli duo vniuersam terram occupauerint Chanaan in qua peregre habitabant, sed quia in terra illa aliunde populosa, sufficientia pascua
C non inuenerunt suis pecoribus, adeo multis existētibus. Docemur hic manifesto, quod primum quærendo regnū dei, omnia apponuntur, & adiiciuntur fidelibus. Seruetur deo fides, & charitas hominibus, & de reliquis fortunæ donis, diuitiis scilicet opportunis, omnis nostra cura domino commendetur. Si tamē otium nō elegerimus, quod sentinam malorum experientia semper docuit. Iubemur quidem soliciti non esse, & in dominum iactare curam nostram, sed non aliter quam aues cœli, quæ ad volandum nascuntur, sic & homines omnes ad laborem, & ad vultus nostri sudorem. Sedulo laborantes quidem, sed profectum operis domino commendātes. Sic eruditi ab Isaac, Esau & Iacob, fide profecerunt & possessionibus, sicut Abraham & Loth. *Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom.* CAIETANVS. Non refertur mons, sed persona, vt clare patet in Hebræo, vbi dicitur, Esau ipse est Edom. Ratio nominis superius dicta est. AVCTOR CATENAE. Abundant hoc in loco apud Septuaginta omnia verba hæc quæ in Hebræo non habentur, κατῴκησε δὲ Ἰακὼβ ἐν τῇ γῇ, ἧ παῴκησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναάν, Habitauit autem Iacob in terra qua habitauit pater suus, in terra Chanaan. Iam igitur secundo Edom pater
D Edomitarum, Esau fuisse dicitur, vt propinquorum amicitia commendetur.

3 HAe autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir, & hæc nomina filiorum eius. Eliphaz filius Ada uxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath uxoris eius. Fuerunt que Eliphaz filij, Theman, Omar, Sephua, & Gatham, & Cenez, & Chore. Erat autem Thamna concubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalech. Hi sunt filij Ada uxoris Esau. Filij autem Rahuel, Naath & Zara, Semma & Meza. Hi filii Basemath uxoris Esau. Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filii Sebeon uxoris Esau, quos genuit ei, Iehus, & Hielon: & Chore.

E *Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in mōte Seir, & hæc nomina filiorum eius.* CAIETANVS. Edom hic 3
non est nomen personæ sicut prius, sed est nomen gentis Idumææ, quæ ab eodem nominata est. Sicut enim ab Israël appellati sunt Israëlitæ, ita ab Edom cognomine Esau, appellati sunt Idumæi, qui dicuntur Edom, sicut etiam Israëlitæ dicuntur Israël. AVCTOR CATENAE. Generationes Esau hic dicuntur, filiorum & nepotum successio, à tribus matribus prænominatis, & vna concubina. Patris autem Edom dicitur, id est, auctoris gētis Idumææ, quæ ibi ex eius semine nata est. *Eliphaz filius Ada uxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath uxoris eius. Fuerunt q; Eliphaz filij Theman, Omar, Sephua, & Gatham, & Cenez, & Chore.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Quod autem dicitur Theman, & Cenez, & Amalech, & reliqua, Sciamus postea regionibus & gentibus Idumæorum ex his vocabula imposita. AVCTOR CATENAE. Hic codices quidam habēt addi-
tum Chore, sed male hoc in loco, non enim est in Hebræo codice, inferius autem recte ascribitur. Theman au-
F tem quandoque viri proprium nomen est, vt hoc in loco, quandoque pro ciuitate accipitur Idumææ Metropoli, à qua Eliphaz iste in libro Iob Eliphaz Themanites nuncupatur. Ea sita est in confiniis Idumææ & Arabiæ, vbi & mons diuidens Idumæam & Phœniciam, in cuius radice oriuntur Abbana & Pharphar fluuij, secus Antiochiam decurrentes, de quibus Naaman Syrus quarti Regum quinto ait, Nunquid non meliores sunt Abbana & Pharphar fluuij Damasci? Hi ergo quinque filij Eliphaz qui fuit filius Esau per Ada, ex vxore nimirum quæ hic non nominatur. *Erat autem Thamna concubina Eliphaz filii Esau, quæ peperit ei Amalech.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Amalechites, regio in deserto ad Meridiem Iudæ, trans vrbem Petram euntibus Ailam, cuius & scriptura recordatur, dicens, Amalech habitabat in terra ad Austrum. Sed & iuxta eum alius Chananæus habitabat, qui & dimicauit contra filios Israël in deserto. De quibus ita scribitur, Amalech autem & Chananæus habitabant in valle. AVCTOR CATENAE. Quæ peperit ei Amalech. Huius posteri quia semper aduersati sunt Israëlitis, ideo hic illegitimi significantur. Ab hoc ergo Amalech, nati & appellati sunt Amalechitæ, vnde & populus ille nomine Amalech frequenter designa- Iob. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, sicut nomine Edom & Israël, Idumæi & Iudæi. *Hi sunt filij Ada uxoris Esau.* Videlicet filius vnus & nepotes G
quinque, qui filiorum nomine nuncupantur. Nec tamen intelligas Amalech filium fuisse Ada, sed Thamna (iam
enim is exceptus fuit) nisi forte eo modo & ipse dicatur Ada filius, sicut Balæ filij dicuntur fuisse Rachelis supra
capitulo trigesimo. *Filij autem Rahuel, Naath & Zara, Semma & Meza. Hi filij Basemath uxoris Esau.* Nepotes Esau ex
filio suo Rahuel quatuor isti, quorum auia Basemath, mater autem non nominatur. *Isti quoque erant filij Oolibama*
filiæ Anæ, filij Sebeon uxoris Esau, quos genuit ei, Iehus, & Hielon, & Chore. Et hic quoque iuxta Hebraicam & Chaldai
cam lectionem, fœminini est generis dictio interpretata filij Sebeon. Est enim בַּת bath. Nepotes quoque Esau ex
vxore Oolibama, plures fuerunt, cum ipsa hos tres illi filios peperisset, eorum tamen non recensentur nomina, suf
fecit enim illorum posteritati triplex ducatus, ab his tribus filiis Esau nomina sortitus. Nam ducatus reliqui non
ex filiis Esau, sed à nepotum suorum nominibus appellati sunt, de quibus mox subiungitur.

4 *HI duces filiorum Esau. Filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sephua, dux* H
Cenez, dux Chore, dux Gatham, dux Amalech. Hi filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. Hi
quoque filij Rahuel filij Esau, dux Naath, dux Zara, dux Semma, dux Meza. Hi autem duces Ra
huel in terra Edom, isti filij Basemath uxoris Esau. Hi autem filij Oolibama uxoris Esau, dux Iehus, dux Hie
lon, dux Chore. Hi duces Oolibama filiæ Anæ, uxoris Esau. Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum, ipse est Edom.

4 CAIETANVS. Recensitis filiis absolute, recenset catalogum ducum qui descéderunt ab Esau. Ait ergo.
Hi duces filiorum Esau. Filij Eliphaz primogeniti Esau, dux Theman, dux Omar, dux Sephua, dux Cenez, dux Chore, dux Gatham, dux
Amalech. Hi sunt filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. AVCTOR CATENAE. Fuerunt in vniuersum qua-
tuordecim duces, septem ab Eliphaz, connumerato concubinæ filio Amalech. Et duce Chore, qui apud Hebræos I
in primo filiorum Eliphaz catalogo nō habetur, hic autem nominatur. Duces autem istos, capita familiarum seu
cognationū fuisse aliqui dixerunt. Alij veros duces & populorum rectores, qui in nullo à regibus differentes fue-
rint, nisi quod reges coronati, hi verò corona redimiti non fuerint. Deinde quatuor duces à Rahuel nominantur
nepotes Esau iuxta eorum nomina. *Hi quoque filij Rahuel filij Esau, dux Naath, dux Zara, dux Semma, dux Meza. Hi autem*
duces Rahuel in terra Edom, isti filij Basemath uxoris Esau. Vltimo tres filij Esau ponuntur duces ex Oolibama. *Hi au*
tem filij Oolibama uxoris Esau, dux Iehus, dux Hielon, dux Chore. Hi duces Oolibama filiæ Anæ, uxoris Esau. Isti sunt filij Esau, & hi
duces eorum, ipse est Edom. Duces isti, non fuerunt totius populi Idumæorum duces, nam plerique eorum vno &
eodem tempore extiterunt, sed vnusquisq; dux fuit in tribu sua, sicut superius dominus dixit de Ismaële, Duode-
Gene.17. cim duces generabit, duces videlicet duodecim tribuum suarum. Hactenus tam diligenter Moyses descripsit Idu
mæorum patriarchas, qui & Israëlitas pacifice pertransire permiserunt ex Aegypto, venientes, propterea illorum
patres ex ordine consecrat æternitati. Vt se mutuum fratres agnoscāt, & arctius diligant, vtque filios fidei Abra-
hæ, futuros etiam in maiori numero filios Esau significaret spiritus sanctus, & aliquando assumendo, in filios a- K
doptionis, pro filiis Iacob iuxta carnem. Vtque videamus, quàm fidelis deus in promissis, non solum ipsi Iacob,
sed etiam ipsi Esau, & quàm non frustra benedictionem paternam tam anxiè fiendo postulauerit, ac tanti patris
sui meritis, & dei gratia maxima, terrenorum bonorum beneficia, turbas prolium, tantósque ducatus populorum
susceperit.

5 *ISti sunt filij Seir Horræi habitatoris terræ. Lothan, & Sobal, & Sebeon, & Ana, & Dison, & Eser, &*
Disan. Hi duces Horræi filij Seir in terra Edom. Facti sunt autem filij Lothan, Horræi, & Eman. Erat
autem soror Lothan Thamna. Et isti filij Sobal, Aluban, & Manebeth, & Ebal, & Sephi, & Onan. Et hi
filij Sebeon, Aia, & Ana. Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas Sebeon patris L
sui. Habuitque filium Dison, & filiam Oolibama. Et isti filij Disan, Amdan, & Eseban, & Gethram, & Charan.
Hi quoque filij Eser, Balaan, & Zauan, & Achan. Habuit autem filios Disan, Hus, & Aran. Hi duces Horræo-
rum, dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Dison, dux Eser, dux Disan. Isti duces Horræorum: qui
imperauerunt in terra Seir.

5 HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Postquam enumerauit scriptura fi-
lios Esau, altius repetit, & exponit qui ante Esau in Edom terra principes fuerint ex genere Chorræorum, qui in
lingua nostra interpretantur liberi. Legamus diligenter Deuteronomiū, vbi manifestius scribitur quomodo ve-
Deute.2. nerint filij Esau, & interfecerint Chorræos, ac terram eorum hæreditate possederint. Idcirco autem Chorræorum M
recordatus est scriptor, quia primogenitus filiorum Esau, ex filiabus eorum acceperat concubinam. Ait ergo.
Isti sunt filij Seir Horræi habitatoris terræ. CAIETANVS. Legendum est, habitatores terræ. Quis autem fuerit
iste Seir pater gentium, quæ habitauerunt in monte Seir ante Esau, non inuenio, nisi quod Deuteronomij se-
cundo scribitur, Chorræos habitasse in monte Seir, ipsisque deletis, Esau habitasse ibi. Proponit ergo tam filios
quàm duces, & filios quidem septem, prosequendo generationes eorum. *Lothan, & Sobal & Sebeon, & Ana, Di-*
son, & Eser, & Disan. AVCTOR CATENAE. Tanta posteritas Esau per tot familias & ducatus, cum
breui excreuisset in immensum, cœperunt occupare terram Seir, in qua tempore Moysi, iam illi habitabant,
Edomitæ scilicet, antea autem tempore Isaac, Horritæ eam incolebant, magni nominis & fortissimi, quos fi-
lij Esau vel humiliauerunt vel expulerunt. Quia autem Esau vxores suas & filiorum ex illis susceperat, ideo il-
lius quoque gentis duces, qui ante Edomitas ibi regnauerant, Moyses quoque nominatim describit, ad histo-
riæ

A riæ certitudinem, & antiquitatis honorem. *Hi duces Horræi filii Seir, in terra Edom.* AVGVSTINVS IN
QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod scriptum est, Hi duces vel principes Horræi, filij
Seir in terra Edom, secundum tempus quo viuebat scriptor, commemorat. Cum autem Seir habitaret qui
istos genuit, nondum veniente in illam terram Esau, nondum vtique appellabatur terra Edom. Non enim no-
men nisi ab ipso Esau inditum est terræ, quoniam idem ipse Esau, & Edom vocabatur, de quo propagati sunt
Idumæi, hoc est, gens Edom. AVCTOR CATENAE. Nominatis autem septem magnis ducibus, no-
minantur modo filij eorum per ordinem, qui in terra Edom principatum gesserant, & primo quidem filij Lo-
than. *Facti sunt autem* (inquit) *filii Lothan, Horræi, & Eman. Erat autem soror Lothan Thamna.* HIERONYMVS
IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Hæc est Thamna, de qua supradictum est, Et Thamna erat
concubina Eliphaz filij primogeniti Esau, & ex ipsa natus est Amalech. AVCTOR CATENAE. Nomi
B natur deinde secundus filius Seir cum quinque filiis. *Et isti filii Sobal, Aluban, & Manebeth, & Ebal, & Sephi, &*
Onan. Tertius deinde cum duobus. *Et hi filii Sebeon, Aia, & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine,*
cum pasceret asinas Sebeon patris sui. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Ipse
est Ana, qui inuenit Iamim in deserto, cum pasceret asinos Zebeon patris sui. Multa & varia apud Hebræos
de hoc capitulo disputantur, apud Græcos quippe & nostros super hoc silentium est. Alij putant Iamim maria
appellata. Iisdem enim literis scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum dum
pascit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperisse, quæ iuxta Idioma linguæ Hebraicæ maria
nuncupentur, quod scilicet stagnum repererit, cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putant aquas
calidas iuxta Punicæ linguæ vicinium, quæ Hebrææ contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitren-
tur onagros ad hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, vt velocissimi ex his asi-
ni nascerentur, qui vocantur Iamim. Plerique putant quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit pri-
C mus ascendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Aquila hunc locum ita transtulit,
ipse est Anas qui inuenit *σὺμ τοῦ σίμεὶρ*. Et Symmachus similiter *τοὺς σιμεὶρ*, quæ interpretatio pluralem nume-
rum significat. Septuaginta verò & Theodotion æqualiter transtulerunt, dicentes, *τὸρ ἰαμὲρ*, quod indicat nu-
merum singularem. DIODORVS. Syrus & Hebraicus codex per Neamin significant aquam. Inuenit er-
go is fontem in deserto, at Interpretes ipsam Hebraicam vocem hic posuerunt. THEODORETVS. Syra
æditio habet, eum hominem fontem inuenisse. Nam fons Syrorum lingua, Enan vocatur. Vbique autem in
Hebraico inuenies aquam appellari Emmaim. Igitur secundum Diodorum, non erat dicendum eum inuenisse
Emmaim, loco eius quod est aqua, neque pro eo quod est fons, fuerat vertendum Enan. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur, Qui inuenit mulos. Aiunt enim quod pascendo miscuit equos asinis, & geniti sunt
muli. Et quadrat expositio officio pascendi asinos. AVCTOR CATENAE. Aduertendum ita legi lo-
D cum in Hebræo אֲשֶׁר מָצָא אֶת הַיְמִם בַּמִּדְבָּר בְּרָעֹתוֹ אֶת חֲמֹרִים לְצִבְעוֹן אָבִיו aser maza eth haiemim bamidbar,
birotho eth hahamorim lezibon abif, Qui inuenit mulos in deserto cum pasceret asinos Sebeon patris sui. Et di-
cunt Hebræi hunc cum pasceret asinas in deserto, didicisse ex asina & equo mulum procreari. Eiusque rei eum
hominem inuentorem fuisse, cum ipse spurius esset, & Idolorum repertor aliquando fuerit. Non quod fortuito
inuenerit eos in deserto oberrantes, sed per industriam suam. Cum enim pasceret asinos, subiisse in cor illius, vt
applicaret equum asinæ, & illa copula, nouam illam & quodammodo innaturalem speciem, primum prodiisse
in mundum. Nullam ergo hoc loco de aquis calidis mentionem fieri, sed de eo quod erat mirabilius. Forte po-
tuit esse quod in codicibus Hebraicis interpres יְמִים Iamim pro יְמִם Iemim legerit, vt sæpe contingit fieri, &
ita aquas & non mulos vertendum censuerit. Et quoniam parum erat inuenisse aquas in deserto, vt de hoc scri-
ptura tanquam de re mira mentionem faceret, ideo de suo forte addidit calidas. Vel vt ait Hieronymus in quę-
stionibus Hebraicis, iuxta linguam Punicam, quæ Hebrææ simillima est, hoc fecit. Chaldaica quoque æditio
quæ verissima esse reperitur, & quam mirifice approbant Hebræi, loco eius quod est iemim, gigantes posuit,
E hoc est fortes, animalia scilicet robustissima, quale id genus est. Septuaginta nescitur qua causa Hebraicum no-
men integrum reliquerunt, & nescio quid etiam diuersum protulerunt. Sic enim est in codicibus eorum qui mo
do circunferuntur, *ὗτος ἐκὰρ, ὃς ἔυρε τὸρ ἰαμὶρ ἐρτῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔυρε τὰ ὑποζύγια σιβεγὼν τοῦ πατρὸς ἀυτοῦ*, Hic Enan
qui inuenit Eamin in deserto, quando inuenit subiugalia Sebeon patris sui. Quæ quantum & à sensu, & ab ipsis
Hebraicis verbis distent, cuilibet vel mediocriter in illis erudito patere potest. Quartus igitur inter septem du-
ces Ana iste cum patre suo hic describitur, qui filium & filiam genuisse dicitur. *Habuitque* (inquit) *filium Disan, &*
filiam Oolibama. Oolibama hæc, vxor fuit Esau, quæ etiam prius dicta est filia Sebeon, quia neptis, pro more scri
pturæ. Quintus deinde dux ponitur, & quatuor eius filij. *Et isti filii Dison, Amdan, & Eseban, & Iethram, & Cha-*
ran. Dison legendum non Disan, qui quintus dux legitur Edomitarum. Sextus postmodum Eser ponitur, qui
habuit filios. *Hi quoque filii Eser, Balaan, & Zauan, & Achan.* Demum septimus, qui duos genuit. *Habuit au-*
F *tem filios Disan, Hus & Aran.* CAIETANVS. Supputatis autem filiis, supputat duces, quemadmodum sup-
putauerat in generatione Esau. *Hi duces Horræorum, dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Dison, dux Eser,*
dux Disan. Isti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir. AVCTOR CATENAE. Epilogus iam dictorum
est. Hæc autem à Moyse propterea scripta videntur, quod ab his ducibus prouinciæ vel ciuitates nomina aliquan-
diu habuerunt. Et temporibus Moysi sic appellabantur fortassis, vt patet de patria Iob. Et in Esaia, Dison, Sobal,
Lotan, & Sebeon legimus. Prodest autem ad intellectum scripturæ, locorum nouisse nomina, etiam si interim in-
terciderint. Poetæ fingunt generationes deorum suorum, & historici omnes nomina ducum non omittunt, quæ
solemus diligenter scrutari. Non ergo quæ hic pauca occurrunt ægre legamus, aut audiamus, cum sint spiritus
sancti verba.

6 *REges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent regem filij Israel, fuerunt hi. Balach fi-* 6
lius Beor, nomenque urbis eius Denaba. Mortuus est autem Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zare

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Bosra. Cũque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husan de terra Themanorum. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badadi, qui percussit Madian in regione Moab, & nomen urbis eius Auith. Cũque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maserecha. Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rooboth. Cunque & hic obiisset, successit in regnum Balanam filius Achobor. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adad, nomenq; urbis eius Phou. Et appellabatur uxor illius Meezabel, filia Mathret filiæ Mizaab G

6 *Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent regem filii Israel, fuerunt hi.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod scriptum est, & hi reges qui regnauerũt in Edom, antequam regnaret rex in Israël, non sic accipiendum est, tanquam omnes reges nominati sint vsque ad ea tempora quibus cœperunt reges in Israël, quorum primus fuit Saul. Multi enim fuerunt in Edom vsq; ad tempora Saul, tẽ poribus etiam Iudicum, quorũ tempora fuerunt ante reges, sed ex his multis eos solos potuit cõmemorare Moyses, qui fuerunt antequam ipse moreretur. CAIETANVS. Significãter autẽ dicit in terra Edom, ad significandum quod reges isti fuerũt postquam mons Seir denominatus est Edom, hoc est, postquam subiecta fuit dominio Esau. Erant enim prius duces, tum Chori, tum Esau. Sed tandem prævalẽtibus filiis Esau, exclusis Choreis, eleuata est Idumæa in regnum, & propterea tali ordine Moyses supputauit filios & duces Esau, & filios ac duces Seir, & postea reges in terra Edom. Quod autem dicit antequam haberent regem filij Israël, spectat ad hoc, quod filij Esau emerserunt prius in reges, quàm filij Israël, & hoc tantum habetur ex litera. Non prophetauit Moyses futuros reges Edom, cum manifeste octaui atq; vltimi regis vxorem ex nomine describat, cum nomine matris atq; auiæ, sed reges qui regnauerant antequam Moyses scriberet hæc, recensẽt. AVCTOR CATE. Non omnes autem hic reges numerantur Idumæorum vsq; ad primum regem Israëlis, sed à priscis illis temporibus, vsq; ad tẽ pus, quo Moyses hæc scripsit. Recte autem dicit, antequam haberent regem filij Israël, nam quanuis Abimelech filius Gedeonis regnasse legatur super quosdam de Israël, non tamẽ fuit rex diuinitus institutus, nec cũctis præfuit Israëlitis, sed paucis. *Balach filius Beor, nomenq; urbis eius Denaba.* AVGVSTINVS. Ne forte moueat aliquẽ, quod inter reges Edom commemoratur Balach filius Beor, & de similitudine nominis existimet illum esse Balach, qui restitit Moysi ducenti populum Israël, sciat illum Balach Moabitam fuisse, non Idumæum, eumq; filium fuisse Sephor, non filium Beor. Sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam, non Balach, quem Balaam cõduxerat idem Balach ad maledicendum populũ Israël. HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Damnaba ciuitas Balach, filij Beor regis Edom, post quẽ regnauit Ioab, licet mihi videatur lõge aliter, & est vsq; hodie villa Damnaba in octauo miliario Areopoleos pergẽtib⁹ Arnonem, & altera Damnaba super mõtem Phogor in septimo lapide Esbus. *Mortuus est autẽ Balach, & regnauit Ioab filius Zare de Bosra.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Hunc quidam suspicãtur esse Iob, vt in fine voluminis eius additum est. Cõtra Hebræi asserunt de Nachor eum stirpe generatum, vt iam supra dictum est. THEODORETVS. Iob vn de genus ducit? Ab Esau, hoc enim & illius historia docet, Homo erat in regione Austitide. Id verò & beatus Moyses declarauit, cum enim eorum qui ex Esau orti regnarunt, successiones scriberet, sic ait, Mortuus est Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zara ex Bosor. Hęc autem cum historia Iob optime cõueniũt. GREGORIVS IN PRAEFATIONE MORALIVM. Quia in lib. Geneseos Iobab de stirpe Esau descẽdisse, & Balach filio Beor in regnum successisse describitur, hũc beatum Iob lõge ante Moysi tempora extitisse crediderũt, morem profecto sacri eloquij nescientes, quia in superioribus suis partibus solet breuiter lõge post secutura perstringere, cum studet ad alia subtilius enunciãda properare. Vnde & illic Iobab priusquam reges in Israël existerent, fuisse memoratur. Nequaquam ergo extitisse ante legem cognoscitur, qui Israëliticorum iudicum tẽpore fuisse signatur. Quod dum quidam minus caute cõsiderant, Moysen gestorum illius quasi lõge antepositi scriptorem putãt, vt videlicet is qui potuit ad eruditionem nostrã legis præcepta ędere, ipse credatur etiam ex gẽtilis viri historia, virtutis ad nos exẽ pla mãdasse. *Cunq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husan de terra Themanorũ. Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badadi, qui percussit Madiã in regione Moab, & nomẽ urbis eius Auith. Cunq; mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maserecha. Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rooboth. Cunq; & hic obiisset, successit in regnũ Balanã filius Achobor. Isto quoq; mortuo, regnauit pro eo Adad, nomenq; urbis eius Phou. Et appellabatur uxor illius Meezabel, filia Mathret, filiæ Mizaab.* HIERONYMVS DE LOCIS HEB. Themã, regio pricipum Edom, in terra Gebalitica, à Themã filio Eliphaz, filij Esau sortita vocabulum, sed & vsq; hodie est villa nomine Themã, distãs ab vrbe Petra quinq; milibus, vbi & Romanorũ militum præsidiũ sedet, de quo loco fuit Eliphaz rex Themanorum. Vnus quoq; filiorũ Ismaël appellabatur Themã. Sciẽdum autẽ, quod omnis australis regio, Hebręis Themã dicitur. Madiã verò, vrbs abvno filiorum Abrahã, ex Cethura sic vocata. Est autem trãs Arabiã ad Meridiẽ in deserto Sarracenorũ cõtra Orientem maris rubri, vnde vocãtur Madianęi & Madianęa regio. Legim⁹ & filias Obab soceri Moysi, filias Madiã, sed hæc alia ciuitas est ἀμώνιμ & eius, iuxta Arnonẽ & Areopolim, cuius nũc ruinæ tãtũmodo demõstrãtur. Moab abvno filiorũ Loth, qui vocabatur Moab, vrbs Arabiæ, quę nũc Areopolis dicitur, sic vocata est, cuius & supra meminimus. Appellatur aũt Moab ex nomine vrbis, & regio. Porro ipsa ciuitas, quasi propriũ vocabulũ possidet, Rabbath Moab, id est, grãdis Moab. Masraca, ciuitas regni Edõ, circa Gabalenẽ. Gethaim, ꝑ quo in Hebręo positũ est Auith, ciuitas Adad, qui quartus regnauit in Idumęa terra, quę nũc Gebalene dicit. Rohoboth, vrbs alia iuxta fluuiũ vbi erat rex Edom, & vsq; hodie est prędiũ in regione Gabalena, & vicus grãdis qui hoc vocabulo nũcupatur. Phou, alias Fogo, ciuitas regni Edõ. AVGVS. DE QVAES. SVPER GENESIM. Nec mirũ est, quod numerãtibus ab Abrahã per Esau patrẽ gẽtis Edom, atq; per Rahuelem filiũ Esau, & Zaram filiũ Rahuelis, & Iobab filium Zara, cui Iobab successit in regno Balach, qui primus in terra Edom rex fuisse commemoratur, vsq; ad vltimũ regem quem nominare potuit Moyses, plures generationes inueniũtur, quàm numerẽtur ab Abrahã per Iacob vsq; ad Moysen. Nam illic inueniũtur fere duodecim, hic autẽ vsq; ad Moysen ferme septẽ. Fieri enim potuit, vt ideo

Iudi. 9.

Vbi supra.

Cap. 1.

ibi plures

A ibi plures nominarentur, quia citius moriendo, plures alter alteri successerunt. Sic etiam contigit, vt alium ordinem sequens Matthæus, ab Abraham vsque ad Ioseph quadragintaduas generationes numeret. Lucas autem in ordine alio numerans generationes, non per Salomonem sicut ille, sed per Nathan, ab Abraham vsque ad Ioseph, quinquagintaquinque commemoret. In illo quippe ordine vbi plures nominantur, citius mortui sunt, quàm vbi pauciores. AVCTOR CATENAE. Sciendum, vbi in nostra æditione est, de terra Themanorum, in Chaldæa haberi de terra australi. Et vbi apud nos est de fluuio Rooboth, in eadẽ esse, quæ est iuxta Euphratẽ. Quodque apud nos habetur, filiæ Mizaab, ibi legi, filia aurificis, est enim Hebraicè zahab aurum. In quibus omnibus Latinus interpres nequaquam ab Hebraica veritate dissensit. In primo autem Paralipomenon multa propria nomina ab his quæ hic habentur discrepant, more totius scripturæ, passim mutante nominum orthographiam. Causam autem quare spiritus sanctus tam diligenter Idumæorum reges ac duces describi inspirauerit, suspicamur esse, vt
B Iudæorum fastus humiliaretur, quem contra gentes tenent, cum videant, deo optimo maximo, & omnium gentium creatori & gubernatori, curam fuisse specialem earum etiam nationum, quas ipsi odisse solent, vt timeãt sese quoque repellendos à deo, ipsúmque cum gentibus in gratiam olim rediturum, vt factum cernere cogũtur, vellint, nolint. Denique vt promissiones Abrahæ & Isaac sanctas, tam abundãter dudum completas sciamus omnes. Tandem, vt hæc legentes, sensu humiliemur, & domini consilium in talibus admiremur. Superbi lectores hæc cõ temnerent, humiles verò, & ad verbum dei trementes, proficerent in omnibus.

Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus & locis & uocabulis suis, dux Thanna, dux Alua, 7
dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar,
dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idu-
C *mæorum.*

AVCTOR CATENAE. Sicut filij Israël primo regebantur per iudices vsque ad Saul, deinde per reges 7
vsque ad transmigrationem Babylonis, & posthæc rursus per principes quosdam seu duces, quorum multi fuerũt pontifices, sic Idumæi ex Esau nati, primo habuerunt duces, deinde reges, quorum primus fuit Balach, postea redierunt ad ducatum, nam primo Paralipomenon primo dicitur, Adad autem mortuo, duces pro regibus esse cœperunt in Edom, ipse autem Adad vltimus fuit Idumęorum rex supra à Moyse descriptus. Demum post duces secundos regem sibi constituerunt, tempore Ioram regis Iuda, vt legitur quarto Regum tertio. CAIETANVS. Superius ergo in hoc eodem capitulo recensuit Moyses quatuordecim duces Esau, modo recensẽt vndecim duces Esau. Illi siquidem duces fuerunt ante reges, isti autem fuerunt post reges. Ait igitur, *Hæc ergo nomina ducum Esau*
D *in cognationibus & locis & uocabulis suis.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Cum gentem Edom, id est, Idumæorum commemoraret scriptura, & qui in ea regnassent, postea dicit, secundum alia exemplaria, Hęc nomina principum Esau secundum loca eorum, & in gentibus eorum, gentes appellans vnius gentis, propter famiIiarum multiplicatas generationes, cum etiam ipse Edom vocaretur, vnde & gens quam propagauit, cognominata est, cuius vtique pater fuit. CAIETANVS. Non habetur autem in Hebræo ergo, sed coniunctio copulatiua, videlicet hæc nomina, & cętera. AVCTOR CATENAE. Ducum Esau, id est, Idumæorum ex Esau genitorum. *Dux Thanna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiran. Hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumæorum.* Thanna hic non fœminæ nomẽ est, sed ducis, potuit etiam fœmina ducatum tenuisse vt illis fere seculis de Semiramide scribitur, & de Delbora apud Hebræos. Sic & de Oolibama dicendum. Sed grandis hic oritur quæstio. Si enim Moyses reges Edom expressit, qui vsque ad tempus suum fuerunt, & duces nunc vndecim enumerati post reges illos fuerũt quomodo potuit duces illos cognoscere atque describere? Dixerunt quidam, quod ex diuina reuelatione per pro-
E phetiæ spiritum duces illos præcognouit atque expressit. Opinati sunt alij, Esdram apposuisse, textuique inseruisse ducum illorum enumerationem. CAIETANVS. Tu dic quod omnes tam reges quàm duces fuerunt antequam Moyses scriberet hæc, historiam enim narrat, & regnum Idumææ scissum in multos duces fuisse tempore Moysi, patet ex prælio inter Amalechitas & populum Israël tempore Moysi. Constat enim Amalech nepotem fuisse Esau in hoc eodem capitulo.

Habitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est, & hæ sunt genera- 8
tiones eius.

CAIETANVS. Redit Moyses ad intentam historiam Israël. Ait ergo. *Habitauit autem Iacob in terra Cha-* 8
naan, in qua pater suus peregrinatus est. Et hæ sunt generationes eius. Pronomen hæ, demonstrat longe inferius recensendas generationes, ita quod duo proponit tractanda, tum gesta habitante Iacob in terra Chanaan, tum generationes descendentes ab eo. AVCTOR CATENAE. Vel generatio hic dicitur historiæ descriptio, qua gesta referuntur filiorum Iacob, maxime autem Ioseph iunioris. Sciendum verò dictionem Hebraicam תּוֹלְדוֹת Megure, quam interpres noster peregrinationem vertit, à Chaldaica, & Septuaginta habitationem dici. Nec solum hoc in loco, sed ferè vbicunque eadem dictio reperitur. Et quidem eadem dictio, & peregrinationem & habitatio nem, necnon peregrinantes seu habitantes significare potest. Quodque in nostra æditione legitur, Et hæ sunt, Hebraicè est tantummodo אֵלֶּה élle, sine copula, vt dicatur, Hæ generationes Iacob, sic & Chaldaica, & Septuaginta. Sed hæc minima vix annotatione digna sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMSEPTIMVM ARGVMENTVM. G

Ioseph accusat fratres. Videt somnia. Mittitur in cisternam. Venditur Ismahelitis. Luget ipsum Iacob.

CAPVT XXXVII.

Lectio pri.

IOseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer, & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris sui, accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. H

I AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Sanctorum vita cæteris norma viuendi est. Ideoque digestam plenius accepimus seriem scripturarum, vt dum Abraham, Isaac, & Iacob, cæterosque iustos legendo cognoscimus, velut quendam nobis innocentiæ tramitem, virtute eorum reseratum, imitantibus vestigijs prosequamur. De quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie sancti Ioseph historia occurrit. In quo cum plurima fuerint genera virtutum, præcipue insigne effulsit castimoniæ. Iustum est igitur, vt cum in Abraham didiceritis impigram fidei deuotionem, in Isaac syncerę mentis puritatem, in Iacob singularem animi labo rûmque patientiam, ex illa generalitate virtutum in ipsas species disciplinarum intendatis animum. Nam licet illa sint diffusiora, tamen ista expressiora sunt, eóque facilius mentem penetrant, quo magis circunscripta ac determinata sunt. Sit igitur nobis propositus sanctus Ioseph tanquam speculum castitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam splendet castimoniæ comes, nitor gratiæ. Vnde etiam à parentibus plusquam cæteri filij diligebatur. Sed ea res inuidiæ fuit, quod silentio prætereundum non fuit. Hinc enim argumentum totius historiæ processit, simul vt cognoscamus perfectum virum non mouendum vlcisscendæ dolore inuidiæ, nec malorum rependere vicem. Vnde & Dauid ait, Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quid autem esset quod præferri Ioseph mereretur cæteris, si aut lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim plerique faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum, quod saluator docet. Iure ergo mirandus, qui hoc fecit ante euangelium, vt læsus parceret, appetitus ignosceret, venditus non referret iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret, quod post euangelium omnes didicimus, & seruare non possumus. Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt imitemur patientiam, & cognoscamus illos non naturæ præstantioris fuisse, sed obseruationis, nec vitia nescisse, sed emendasse. Quod si inuidia etiam sanctos adussit, quanto magis cauendum est, ne inflammet peccatores? RVPERTVS. Deinceps ergo Ioseph sanctissimus stella magna & lucida, de hoc altissimo sanctæ scripturæ cœlo lumen suum dare incipit, qui penè solus claro vitæ suæ ordine præostendit, qualiter sol iustitiæ Christus, processurus esset ab initio vsque ad finem diei, id est, ab incarnatione sua vsque ad consummationem seculi. Vitæ eius narratio iuxta alia exemplaria sic incipit. *Et hæ sunt generationes Iacob, Ioseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Supra dixerat, Erant autem filij Iacob duodecim, eorúmque catalogum æditerat, nunc autem dicturus, Ioseph cum sedecim esset annorum, præmittit, & hæ sunt generationes Iacob. Et est sensus. Duodecim quidem filios habuit, sed in vno Ioseph suam generationem, id est, suæ vel paternæ similitudinis effudit pulchritudinem. Nam sicut & pater suus ex sterili, & ipse ex sterili Rebecca, diuina iuuante gratia progenitus, & diuina benedictione donatus est, sic & iste nihilominus ex sterili Rachel dono dei susceptus est, futurus eiusdem benedictionis hæres. Ioseph ergo cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Non ita superefluit sermo dei, vt nos docere velit, quod hac ætate quisque adhuc puer sit, dum præmisso, cum sedecim esset annorum, subiungit, adhuc puer, sed vt citam iustitiæ vel meriti mireris perfectionem, quæ continuo subtexitur, idcirco sic vtrunque vigilanter dictum est, sedecim annorum, & adhuc puer. CHRYSOSTOMVS. Et vide admirabilem illum prophetam, quomodo cum promittat nobis genealogiam statim ad historiam pueri recurrat, & cum dicat, hæ sunt generationes Iacob, derelicta consequenter narratione, quinam ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati, (sicut supra cum de Esau sermo esset fecit) ad Ioseph illum statim festinauerit, adolescentem, omnium fratrum (vt ita dicam) postremum, & dicit, Ioseph decem & septem erat annorum, pascens cum fratribus suis oues. Et quam ob causam nobis annorum designat numerum? vt scias, quod adolescentia non est virtutis præpedimentum, & vt plenius scias adolescentis erga patrem obedientiam, in fratres beneuolentiam, illorum autem inhumanitatem, & quod neque cohibere eos potuit, quod ita in eos affectus erat, & quod in tam tenera ætate, quæ debebat eos ad commiserationem prouocare, sed mox ab initio, videntes & pueri bonam indolem, & patris erga eum beneuolentiam, in inuidiam contra eum excitati sunt. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quomodo potuerit mors Isaac, decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotem, sicut videtur tanquam ex ordine scriptura narrare, quocunque se quisque conuertat, inuenire difficile est. Nolo enim dicere, non posse inueniri, ne forte me fugiat, quod alium non fugit. Dicendum ergo, quod si decem & septem annorum Ioseph in Aegyptum est venditus, ante duodecim annos quàm moreretur auus eius, venditus inuenitur. Decem enim & septem annorum esse non potuit, ni si ante duodecim annos mortis Isaac, centesimo & octauo anno vitæ patris sui Iacob. His enim cum adjecerimus viginti duos annos, quibus Ioseph vsque ad aduentum patris sui fuit in Aegypto, vt ex scripturæ serie cõstat, fient ætatis Ioseph triginta nouem, & Iacob centum triginta, quot habebat, quãdo stetit corã Pharaone, postquã descẽderat ipse in Aegyptũ. Si enĩ decimo septimo anno Ioseph, Iacob cẽtũ vigiti ageret, ꝓculdubio trigesimo & nono anno

Psal. 7.

K

L

M

A anno Ioseph, quem agebat cũ pater eius fuit corã Pharaone, nõ centũ triginta, sed cẽtum quadraginta & duos annos inueniretur agere Iacob. Sed quoniã scriptura post mortem Isaac ista narrauit, putatur Ioseph post eiusdem aui sui mortem decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus de vita Isaac, tanquam multum decrepiti senis tacuisse scripturam, cum iam de Iacob, & eius filiis loqueretur, viuo tamen Isaac decem & septem annorum esse cœpisse Ioseph. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Ioseph filius septem & decem annorum fuit, & cætera. Ex hac ætate Ioseph tempore quo descendit venditus in Aegyptum, manifestatur quod narrata de morte & sepultura Isaac, fuerunt à Moyse antè scripta, vt finem faceret historiæ Isaac, non quod fuerint ante venditionem Ioseph. Nam mors Isaac anno centesimo vigesimo vitæ Iacob fuit, nam genuerat Iacob sexagesimo vitæ propriæ anno, & vixit annis centum & octoginta. Prædicto autem anno centesimo vigesimo vitæ Iacob, præfectus est Ioseph, ætatis propriæ anno trigesimo, terræ Aegypti, vt patet ex scriptura testante quod nono vel decimo anno pòst, stetit Iacob centum & triginta annorum coram Pharaone. Cum igitur à decimo septimo anno Ioseph vsque ad trigesimum eiusdem, intersint anni tredecim, perspicuum est, quod venditio Ioseph, B præcesserit mortem Isaac annis tredecim. Non est igitur idem ordo narrationis, & ordo rerum gestarum. AVCTOR CATENAE. Ioseph cum sedecim, & cætera. Hebraica litera non babet sedecim, sed שְׁבַע עֶשְׂרֵה sebaa esre, id est septem & decem, Sic est in Chaldaica, sic & apud Septuaginta, sed non est contrarietas. Ioseph enim tunc erat in decimoseptimo anno, nondum tamen completo. Nostra ergo translatio annos numerat tantũ completos, Hebræa autem annum etiam incompletum. Quodꝙ sequitur, adhuc puer, cum sequenti clausula ponitur apud Hebræos, vt post videbitur. Contigit autem hæc venditionis historia tredecim annis ante mortem Isaac, vel circa. Non enim semper narrationes in tempore describuntur, sed sæpe posterius narrantur facta priora. Quium vero pastores fuisse patres, vbique legimus. Quod autem puer in veteri translatione dicitur Ioseph, cũ tot esset annorum, hoc propter eius puritatem & munditiam factum est. Sicut de honesta muliere loquitur Varro, Ea erat matronæ simplicitas & pueritia & honestas. Aut puer large pro iuuene accipitur hoc in loco. Talis erC go cum esset Ioseph, cum fratribus greges pascebat. *Et erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris sui.* RVPERTVS. Quod distincte dictum est, & erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris sui, æmulationem iam insinuat fratrum, qui erant ex Lia, cum quibus esse non audebat, quia cum de libera essent, grandiores habentes animos, filium dilectæ Rachelis non libenter aspiciebant. AVCTOR CATENAE. Et erat cum filiis Balæ & Zelphæ, & cætera. Hebraicè est וְהוּא נַעַר vehu náar, & erat puer cum filiis, & cætera, Sic & Septuaginta. Chaldaica vero, Et ipse nutriebatur cum filiis Balæ & cum filiis Zelphæ vxorum patris sui. Ioseph ergo iam mortua matre sociabat se filiis ancillarum, videlicet Dan & Neptalim, Gad & Aser, qui à Lia sola dominante forsan despicie bantur, natura mansuetus & virtuti deditus & senili prudentia, spiritu sancto iam in illo regnante, ob idꝙ patri magis amabilis. *Accusauitꝙ fratres suos apud patrem crimine pessimo.* CHRYSOSTOMVS. Alia litera. Detulerunt (inquit) Ioseph de pessimo crimine apud Israël patrem suum. Vide fratrum Ioseph malitiæ eminentiã, etiam patris charitatem perturbare attentabant, & quæ non erant, fingunt contra fratrem, tantum malum perfiD cientes, solum vt inuidia sua expleri possit. Sed vt discas, quod nihil inde lucri fecerunt, quàm quod manifestam fecerint suam ipsorum prauam mentem, vide hic patrem post eorum accusationem magis effundi in filij amorẽ, & iam præferre eum omnibus. THEODORETVS. Et primum quidem conati sunt male apud patrem eum calumniari, multis in ipsum accusationibus vtentes. ISIDORVS. Ex eo factum est, vt pessimam in eum vituperationem commenti sint. DIODORVS. Aquila & Symmachus, insuper & Syra æditio, pro eo quod est detulerunt, habet detulit, innuens ipsum Ioseph accusare solitum fratres suos, quod non se probe gererẽt. THEODORETVS. Damnabat enim Ioseph fratres suos apud patrem, eo quod intemperati essent, & minime modesti. INTERLINEARIS. Accusauitꝙ fratres suos apud patrem crimine pessimo. Quod fuit fraternum odium, vel quod cum pecoribus miscebantur, vel solum Ruben accusauit de concubina patris, vt per synecdochen partem à toto accipiamus, non enim omnes accusauit. RVPERTVS. Hoc etiam diligenti inE spectione dignum est, quia grandiores fratres accusauit adhuc puer. Quod vtique non fecisset, si non puritatis amorem, zelumꝙ iustitiæ iam haberet, quod in puero vel adolescente maxime laudabile est. Quo autem criminefratres suos accusauerit, quia scriptura nõ edixit, vagæ opinioni locus datus est, quia multa sunt vitia, quorum consummatum opus pessimum est. Aiunt tamen viri illustres, crimen Sodomitici fuisse sceleris. THOMAS SECVNDA SECVNDAE. De Ioseph credendum est, quod fratres suos quandoque admonuerit, antequã eos patri deferret, vel dici potest, quod peccatum publicum erat inter fratres, vnde dicit pluraliter, accusauit fratres suos. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et retulit Ioseph famam eorum malam ad patrem eorum. Non crimen, sed famam criminis denunciauit Ioseph patri. Et quoniam scriptura non dicit cuius criminis essent infames, sed insinuat quod infamia hæc innotuit Ioseph, ex eo quod comes erat illorum, ideo ignota remanet species criminis, genus autem scitur quod erat peccatum infame, & scitur quod non omnes fratres, sed filij tantum concubinarum delati sunt, propterea enim Moyses versatum Ioseph inter illos narrat. AVCTOR F CATENAE. Accusauitꝙ fratres, & cætera. Hebraicè est, וַיָּבֵא יוֹסֵף אֶת דִּבָּתָם רָעָה אֶל אֲבִיהֶם vaiabe Ioseph eth dibbatham raa el abiem, Et adduxit seu attulit Ioseph famam eorum malam ad patrem suum. דִּבָּה dibba enim, famam vel infamiam proprie, non crimen significat. Propterea alij infamiam eorum malam verterunt, Alij locutionem eorum malam. Quia enim fratres male de eo loquebantur, inuidia incitati contra eũ, potuit referre Ioseph hæc mala verba patri suo. Septuaginta, κατήνεγκε δὲ Ἰωσὴφ φόρτον πονηρὸν πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτοῦ, Attulit autem Ioseph vituperium malum ad Israël patrem suum. Chaldaica, & adduxit Ioseph accusationẽ eorum malam ad patrem suum. Exaggerauit ergo hoc loco interpres vertendo infamiam seu famam, in crimen, & quod erat malum, in id quod est pessimum, quanquam & alibi idem sæpe faciat, ea forte inductus ratione, quod apud Hebræos, non sit nomen pessimi. Carent enim & comparatiuis & superlatiuis. Qualem autem patri de fratribus diffamiam retulerit, dubium est, & ad varias sententias potest trahi. Hebræi à Latinis dissentiunt & Græcis, crimeꝙ istud quantum possunt extenuant. Arbitrantur docti aliqui, non de vno scelere hic dici, sed in vniuersum de omnibus

Quæstio. 13. attic. 7. in solu. ad. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus,& de tota vita fratrum Ioseph,quippe qui in plerisque non admodum probi essent.Potest etiam fieri, vt patri amabilis præ aliis,iuuenili more,rixas,contemptũ,iniurias perpessas,referre consueuerit. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos,eo quod in senectute genuisset eum.* CHRYSOSTOMVS. Quid est diligebat Ioseph super omnes filios suos,eo quod in senectute genuisset eum? quia postremus,& in ipsa senectute natus est ei,propter hoc magis dilexit , nam magis amabiles sunt pueri,qui in senectute ipsa generantur,maiorémque patrum benevolentiam assecuntur.Sed vt sciamus,quod non hoc solum erat,quod patrem illi conciliabat,& præferri eum aliis faciebat,docet nos scriptura , quod post illum & alius natus sit, & si iuxta naturalem amorem dilectio fuisset,postremus fuisset magis dilectus,vtpote vere senectutis filius existens,& tunc natus,quando ad postremam senectutem peruenit iustus.Quid igitur est dicendum? Superna quædam gratia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat,& propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat . Hæc autem in scriptura adiecta est causa, quod filius senectutis fuerit,& ideo eum magis dilexerit,vt non manifeste augeat odium fratrum . Grauis enim hæc affectio est,& quando animam inuaserit,nõ prius eam relinquit, donec in extremam absurditatem eam inducat, & lædens animam à qua nata est , omnino aliter eum cui inuidet efficit,quam vult nempe clariorem,nobiliorem , illustriorem reddit , vnde iterum alia grauior inuido plaga nascitur. THEODORETVS. Diligebatur ergo à patre, tum vt sero genitus , tum vt Rachelis filius , tum etiam vt eximia virtute præditus . ISIDORVS PELVSIOTA. Neque Ioseph gratis Aegypti regno dignus habitus est , sed quia cum adhuc puer esset,plurimis virtutibus ornatus erat,hac enim ratione eum pater diligebat. Quod autem scriptum est , Israël autem diligebat Ioseph,quia filius senectutis erat sibi,ideo à Moyse sapienter dictum est,quia pater Ioseph vt fratrum inuidiam mitigaret atque extingueret,hanc singularis charitatis rationem afferebat. Sed vt dixi,virtutũ ergò eum præ cæteris filiis diligebat. Alioquin Beniamin,qui cæteris nec longe minor erat, præ cæteris amandus fuisset. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Illam igitur charitatem quæ dicitur agape , possibile est omnibus exhibere,de qua beatus Apostolus,Ergo dum tempus habemus(inquit)operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei . Quæ in tantum omnibus est generaliter exhibenda , vt eam etiam inimicis nostris à domino iubeamur impendere.Nam diligite(inquit)inimicos vestros.Diathesis autẽ,id est affectio,paucis admodum & his qui vel parilitate morum , vel virtutum societate connexi sunt exhibetur , licet etiam ipsa diathesis multam in se differentiam habere videatur.Aliter enim parentes,aliter coniuges,aliter fratres,aliter filij diliguntur,& in ipsa quoque horum affectuum necessitudine magna distantia est,nec vniformis parentum dilectio erga filios inuenitur.Quod etiam Iacob patriarchæ probatur exemplo,qui cum esset duodecim filiorum pater,omnesq; paterna charitate diligeret,tamen propensiore Ioseph dilexit affectu,vt de eo aperte scriptura commemorat: Inuidebant autem ei fratres sui, eo quod diligeret eum pater suus, sed non quo vir iustus & pater non valde diligeret etiam cæteram prolem,sed quod huius(quia typum domini præferebat) affectui dulcius quodam modo atque indulgentius inhæreret. Hoc etiam de Ioanne euangelista legimus euidentissime designari, cum de ipso dicitur,Discipulus ille quem diligebat Iesus: cum vtique etiam reliquos vndecim similiter electos ita præcipua dilectione complexus sit,vt hoc etiam euangelista attestatione designet, dicens,Sicut dilexi vos, & vos diligite inuicem.De quibus & alibi dicitur:Diligens suos qui erant in mundo, vsque in finem dilexit eos.Sed hic vnius dilectio,non erga reliquos discipulos teporem charitatis,sed largiorem erga hunc superabundantiam amoris expressit,quam & virginitatis priuilegium,& carnis incorruptio cõferebat.Quæ idcirco velut sublimior cum quadam exceptione signatur,quia non causa odij comparatio, sed affluentior gratia exuberantissimi amoris extollit.Tale quid etiam ex persona sponsæ legimus in Cantico canticorum,dicentis , Ordinate in me charitatem. Hæc enim est vere charitas ordinata,quæ odio habens neminem,quosdam meritorum iure plus diligit, quæq; cũ generaliter diligat cunctos,excipit tamen sibi ex his quos debeat peculiari affectione complecti, & rursum inter ipsos qui in dilectione summi atque præcipui sunt,aliquos sibi qui cæterorum affectui superextollantur excerpit. RVPERTVS. Sed notanda paternæ dilectionis causa posita est , eo quod in senectute genuisset eum . Nunquid enim secundum corpus senex erat, quando genuit eum , iuuenis autem, quando cæteri nati sunt? Siquidem præter Beniamin cunctos infra quatuordecim annos genuerat.Restat ergo senectutem illam hic assignari,de qua sapientia dicit,Senectus enim venerabilis est,non diuturna,neque annorum numero computata.Cani enim sunt sensus hominis,& ætas senectutis vita immaculata.In illa nanque veraciter senectute,Israël genuit Ioseph , quia propter illam iustitiæ suæ senectutem,talem habere meruit hæredem. Non enim vir iustus lætatur in multitudine filiorum,si mali sunt,sed in eo tantum agnoscit se patrem , si filium relinquat post se, qui iustitiæ consequatur hæreditatem.Vnde est illud Sapientis,Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus , similem enim sibi reliquit post se in vita sua.Vidit & lætatus est in illo,in obitu suo non est contristatus.Dignam ergo ob causam diligebat eum. CAIETANVS. Israël autem diligebat Ioseph super omnes filios suos. Ecce alia occasio odij,& prima quidem erat propria quibusdam fratribus,ista autem communis erat omnibus fratribus, eo quod in senectute genuisset eum,Et in promptu causa est,quare in senectute genitus magis diligitur, quia diutius est seruaturus esse paternum . Geniti enim in iuuentute , non apprehenduntur , vt longe post vitam patris victuri, sed in senectute genitus,apprehenditur vt victurus longo tempore post mortem patris, ac per hoc vt diu seruaturus esse paternum.Sed obiicitur,quod hac ratione debuisset magis diligere Beniamin.Solutio est,quod Beniamin tunc temporis non erat adultus, sed infans, forte trium annorum si natus erat, ac per hoc non erat capax adhuc tantæ dilectiois,sed velut imperfectum quid habebatur.Ioseph autem iam adultus,& patri obsequentillimus, habebat ætatem communem cum aliis adultis fratribus,& præter hoc erat genitus in senectute paterna , nonagesimo scilicet anno patris. AVCTOR CATENAE. Quod forte Hebraica litera indicat, hoc in loco habens כִּי בֶן זְקֻנִים הוּא לוֹ chi ben zekunim hu lo, Quoniam filius senectutis ipse sibi,vel erat ei. Exponens translatio Chaldaica dicit , Israël autem diligebat Ioseph, plusquam omnes filios suos,quoniam filius sapiens erat ei. Quia ergo intelligebat pater,sapientia excedere ætatem,& specimen præferre eximiæ honestatis præ aliis , quorũ insolentias traducebat,& patri emendandas accusabat,quia(inquam)probus,modestus,prudens,& caniciem præ se

Colla.16. cap.14. Galat.6. Matt.6.

Ioan.21.

Sapien.4.

Eccle.50.

A se ferens,erat adolescens,valde eum amabat. Multæ ergo rationes amoris præcipui erant, & quia matre orbatus, quæ charissima fuerat,& primaria vxor,cuius fuerat primogenitus.Spiritus quoque impulsu , futura in illo bona venerabatur sanctus.Merito igitur dicitur, Diligebat Israël Ioseph super omnes filios suos , eo quod in senectute genuisset eum. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Instruimur hic qualis esse debeat affectus parentum,filiorumq; gratia.Amare liberos dulce, & impensius amare prædulce,sed frequenter amor ipse patrius,nisi moderationem teneat,nocet liberis,si aut nimia indulgentia dilectum resoluat,aut prælatio vnius,cæteros ab effectu germanitatis auertat.Plus acquiritur filio,cui fratrũ amor acquiritur.Hæc præclarior munificentia patrum,hæc ditior hæreditas filiorum,iungat liberos æqualis gratia,quos iunxit æqualis natura.Lucrum pietas nescit pecuniæ , in quo pietatis dispendium est. Quid miraris, si propter fundum, aut domum oriuntur inter fratres iurgia,quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia ? Quid ergo Reprehendendus Iacob,quia præferebat vnum cæteris ? Sed nec libertatem possumus auferre parentibus ne eos plus diligant , quos plus credunt mereri,nec filiis resecare debemus studium plus placendi . Denique & Iacob illum plus amabat, in quo maiora virtutum insignia præuidebat,vt non tam filium pater prætulisse videatur,quàm propheta mysteriũ, meritoq; fecit ei tunicam variam,quo significaret eum diuersarum virtutum amictu fratribus præferendum. Vn de sequitur. *Fecitq; ei tunicam polymitam,* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et fecit ei tunicam variam.Pro varia tunica,Aquila interpretatus est ἀσχαγάλεον, id est tunicam talarem . Symmachus,tunicam manicatam, siue quod ad talos vsque descenderet, & manibus artificis mira esset varietate distincta,siue quod haberet manicas,antiqui enim magis colobiis vtebantur. GRAECVS. Et fecit ei tunicam polymitam.Id etiam non parum inuidiam fratrum aduersus Ioseph irritauit,quod ipsius rei euentus satis declarauit. RVPERTVS. Fecit autem tanquam perfecto,iamq; pleno dierum, id est virtutum, fecit tunicam polymitam,id est varietate distinctam,vsque ad talos pertingentem,videlicet ob virtutum multiplicitatem, vel iu stitiæ perfectionem. GREGORIVS IN HOMILIIS. Nimirum virtus boni operis perseuerantia est, voce enim veritatis dicitur,Qui autem perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit. Et præcepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri.In cauda quippe finis est corporis,& ille bene immolat,qui sacrificium boni operis vsque ad finem debitæ perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur.Tunica quippe vsque ad talum , est opus bonum vsque ad consummationem . CAIETANVS. Græca dictio est polymita,significaturq; multorum liciorum tunica,hoc est,cõtexta ex variis liciis. Talibus enim etiam hodie vtuntur orientales vestibus , apparent enim pulchræ. AVCTOR CATENAE. Dictio Hebraica פַּסִּים passim hic posita,descendit à pas,siue pisa,cuius est plurale,quod significat fragmentum,seu particulam . Fecit ergo Iacob tunicam Ioseph ex multis fragmentis seu pitaciis diuersorum colorum , siue ex multis filis diuersorum colorum cõtextam. Nam polymita,est dictio composita à poly, quod Græcè significat multum, & mitos, filum seu licium.Propter quod alij transtulerunt discolorem,alij variã vt Septuaginta, ποικίλον, Thargum Hierosolymitanum tunicam habet figuratam seu pictam,hoc est, variis liciis confectã.Chaldaica,polymitam, sicut & nos.Hæc enim & si multicolor,ad iter & pascua,laboresq; magis quàm talaris apta videtur. Nõ mulcicolorem ergo ferre vestem peccatum est,sed superfluo cultu lasciuam. Declinandas tamen vestes eiusmodi monemur,quæ tanti mali occasio fuerunt,& leuitatis sanè signum præferunt hodie vestes lasciuissimæ.Potest autem eadem dictio passim,& pro talari poni,sicut inferius vertit interpres, & vt secũdo Regum decimotertio dicitur, Quæ induta erat talari tunica,& sanctorũ etiam nonnulli hoc in loco verterunt. CHRYSOSTOMVS. Proinde considera hic,quod admirandus ille nesciebat quidem quod fiebat.Loquebatur cum illis,& cum fratribus,& quasi eodem vtero natis,omni cum fiducia & simplicitate, illi autem inuidiæ malo capti , odio eum prosequebantur. CYRILLVS. Iuuenis quidem Ioseph,fratres suos,nulla prorsus iniuria affecerat,sed patris erga eum charitas,& pueri præclara indoles,iniquæ inuidiæ ignem excitarunt. *Videntes enim(inquit)fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur,oderant eum,nec poterant ei quicquam pacifice loqui.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo odio prosequi nituntur eum,qui in nullo offenderat. Et nihil(inquit)potuerunt loqui ei pacifice. Quid est nihil potuerunt ei loqui pacifice? Quia affectio dominabatur eis,& inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti , & tyrannidem huius mali ferentes , in dolo loquebantur , & nihil pacifice loqui poterant. Et attende quomodo causam odij significauit,quod ab inuidia exordium habuit,Vt viderunt enim (inquit)fratres, quod pater eum præ omnibus filiis suis diligeret.Nam amor patris inuidiam ei peperit , sed patris beneuolentiam virtus pueri conciliauit. Igitur oportebat illos imitari fratrem , & æmulari mores, vt sic & ipsi patrem sibi conciliarent. At hoc ne in mentem quidem acceperunt,sed communi odio filium à patre dilectum prosequebãtur. Et illi quidem,quasi expugnati, intus nascentem malitiam pariebant,nihil pacifice ei loquendo,sed cum dolo loquebãtur, ille autem admirabilis,fraternam beneuolentiam cum eis seruans,nihilq; suspicans,vt fratribus benefidens,omnia quæ in se erant faciebat.Hic morbus ab initio,& Cain vt fratrem occideret armauit . Et sicut isti propter beneuolentiam patris quam erga puerum declarabat,& odio illum prosequebantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipsius cædem parturiebant . Eodem sane morbo & ille vt vidit quod fratris dona deo magis accepta fuerunt,ad eum occidẽdum prouocatus est,& inquit,Egrediamur in campũ.Vides quod & hic nihil suspicatur,sed confidit fratri,& exit,& præter animi sententiam in nephariam illam dexteram incidit ? Sic sanè & admirabilis Ioseph,nesciens malam fratrum suorum mentem,tanquam cum fratribus cum eis loquebatur,& in somnia ipsa, quæ sibi deus reuelauerat,præsignando gloriam & fratrum subiectionem sibi obuenturam,in medium proponebat. GREGORIVS QVINTO MORALIVM. Et paruulum(inquit beatus Iob)occidit inuidia. Inuidere enim non possumus, nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus . Paruulus ergo est qui liuore occiditur,quia ipse sibi testimonium perhibet,quod eo minor sit,cuius inuidia torquetur. Hinc est quod hostis callidus primo homini inuidendo surripuit, quia amissa beatitudine , minorem se immortalitate illius agnouit. Hinc est quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit , quia despecto suo sacrificio , prælatum sibi infremuit , cuius deus hostiam accepit, & quem meliorem se esse exhorruit,ne vtcunque esset, amputauit. Hinc Esau ad persecutionem

Homi.25. Matth.10. & 24. Exo.20.

Cap.33. & 34. Iob.5.

Gene.4.

Gene. 4. tionem fratris exarſit, quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro eſu lenticulæ ipſe vendide- G
rat, minorem ſe eo quem naſcendo præibat, ingemuit. Hinc Ioſeph fratres ſui Iſmaëlitis tranſeuntibus vendide-
1. Reg. 18. runt, quia cognito reuelationis myſterio, ne ſe fieret melior, eius profectibus obuiare conati ſunt. Hinc Saul Da-
uid ſubditum lanceam intorquendo perſequitur, quia quem magnis quotidie augeri virtutum ſucceſſibus ſenſit,
vltra ſe excreſcere expauit. Paruulus itaque eſt qui inuidia occiditur, quia niſi ipſe inferior exiſteret, de bono alte-
rius non doleret. Sed inter hæc ſciendum eſt, quia quanuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi an-
tiqui hoſtis virus infunditur, in hac tamen nequitia tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ pe-
Sapien. 2. ſtem vomit. De quo nimirum ſcriptum eſt, Inuidia diabuli mors intrauit in orbem terrarum. Nam cum deiectũ
cor liuoris putredo corruperit, ipſa quoque exteriora indicant quàm grauiter animum veſania inſtigat. Color
quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigeſcunt, ſit in cogitatione rabies, in
dentibus ſtridor, cumq; in latebris cordis creſcens abſconditur odium, dolore cæco terebrat conſcientiam vulnus
incluſum. Nil lætum de propriis libet, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam fœlicitas torquet alie- H
na, quantoq; extranei operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuidæ profundius ſuffoditur,
vt quo alij ad meliora properant, eo ipſo deterius ruant. Qua ruina videlicet etiam illud deſtruitur, quod in aliis
Prouer. 14. actibus perfecto opere ſurrexiſſe putabatur. Nam inuidia cum mentem tabefecerit, cuncta quæ inuenerit bene ge
ſta conſumit. Vnde bene per Salomonem dicitur, Vita carnium ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia. Quid e-
nim per vitam carnis, niſi infirma quædam ac tenera, & quid per oſſa niſi fortia acta ſignantur? Et plerunque con
tingit, vt quidam cum vera cordis innocẽtia, in nonnullis ſuis actibus infirmi videantur, quidam vero iam quæ-
dam ante humanos oculos robuſta exerceant, ſed tamen erga aliorum bona intus inuidiæ peſtilentia latenter ta-
beſcant. Bene ergo dicitur, Vita carnium ſanitas cordis, quia ſi mentis innocentia cuſtoditur, etiam ſi qua foris
infirma ſunt, quãdoque roborantur. Et recte ſubditur, Putredo oſſium inuidia, quia per liuoris vitium ante dei o-
culos pereunt etiam fortia acta virtutum. Oſſa quippe per inuidiam putreſcere, eſt quædam etiam robuſta depe-
rire. Sed cur hæc de inuidia dicimus, ſi non etiam qualiter eruatur intimemus? Difficile nanque eſt vt hoc alteri I
non inuideat, quod adipiſci alter exoptat, quia quicquid temporaliter percipitur, tanto fit minus ſingulis, quanto
diuiditur in multis, & idcirco deſiderantis mentem liuor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alter
accipiens adimit, aut à quantitate reſtringit. Qui ergo liuoris peſte plene carere deſiderat, illam hæreditatem dili-
gat, quam cohæredum numerus non anguſtat, quæ & omnibus vna eſt, & ſingulis tota, quæ tanto largior eſſe oſtẽ
ditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo liuoris, eſt affectus ſurgens internæ
dulcedinis, & plena mors eius, eſt perfectus amor æternitatis. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, quæ
accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit, quanto minus ex profectu illius ſua damna per-
timeſcit. Quæ ſi perfecte in amore cœleſtis patriæ rapitur, plene etiam in proximi dilectione ſine omni inuidia ſo
lidatur, quia cum nulla terrena deſiderat, nihil eſt quod eius erga proximum charitati contradicat. Quæ nimirũ
charitas, quid eſt aliud quàm mentis oculus, qui ſi terreni amoris puluere tangitur, ab internæ lucis mox intuiti-
tu læſus reuerberatur? Quia autem paruulus eſt qui terrena diligit, magnus qui æterna concupiſcit, poteſt etiam K
ſic non inconuenienter intelligi, Paruulum occidit inuidia, quoniam huius peſtis languore non moritur, niſi qui
adhuc in deſideriis infirmatur. THEODORETVS. Inuidebant itaque illi fratres eius, videntes eum à pa-
tre præ ſe in honore haberi. Ac primo quidem illum apud patrem conuitiis ac calumniis deſpicabilem facere at-
tentarunt, cum vero nihil prorſus proficerent, ſed à ſcopo aberrarent, conſilium inierunt, vt illum interficerent,
deinde illum Iſmaëlitis tradiderunt. DIODORVS. Oderant autem illum fratres eius, propterea quod il-
los apud patrem tanquam perperam, ac peruerſè vitam agentes, detuliſſet. RVPERTVS. Magnitudinem
autem odij diligenter expreſſit, dicendo, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Nam reuera odium tũc magnũ
ac moleſtiſſimum eſt, quando virus animi lingua diſſimulare non poteſt. AVCTOR CATENAE.
Videmus hic quàm leui initio cœperit tam inæſtimabilis diuinæ prouidentiæ ordo. Tunicula odium parit, exiliũ,
dominium, deſcenſum in Aegyptum, & quicquid ſecutum eſt.

Myſticè. RVPERTVS. Hæc autem ſecundum literalem ſenſum dicta ſunt, Cæterum iam dicendum vel intuendum L
eſt, quàm pulchra ex hoc ſpeculo ſuo Chriſti filij dei, veri ſolis imago reſplẽdeat. Igitur in myſterio Ioſeph idem
Col. 2. adauctus, Chriſtus eſt dei filius, qui omni ſpiritu ſancto plenus eſt, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. Hic & ſex & decem annorum cum ſit, ſiquidem & ſex opera vniuerſæ creationis ipſe explicuit, &
decalogum legis cum digito dei ſcripſit, adhuc puer pauit gregem patris ſui, id eſt formam ſerui indutus, ratio-
nalium dei patris ouium curam ſuſcepit. CYRILLVS. Sed & Emanuel in tempore natus, ſi cum Moyſe &
prophetis ipſum comparaueris, iuuenis inuenietur. Ac quemadmodum decem & ſeptem perfectionis numeri
ſunt, vtpote qui ab vno incipiant, Emanuel myſticè ſignant, qui perfectè ex duabus naturis, humana ſcilicet &
diuina conſtabat. Ac quemadmodum Ioſeph vna cum filiis ancillarum Balæ & Zelphæ greges patris ſui paſce-
bat, eodem modo dei patris verbum cum eſſet homo, vna cum filiis patriarcharum, hoc eſt, apoſtolis, de quibus
dicitur, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, verſabatur, oues perditas Iſraëlis ad deum & patrem congregans, & M
ad dilectionem reuocans. RVPERTVS. Aliter Bala inueterata, Zelpha fluens os interpretatur. Quibus nomi
nibus ſcribæ ſubintelliguntur & phariſæi, dierum malorum inueterati, & ore fluentes vitiatam traditionibus ſuis
doctrinam legis. Cum illis erat dominus Ieſus, audiens eos, & interrogans illos. ORDINARIA. Vel erat
cum filiis Balæ & Zelphæ, quia in primitiua eccleſia nec abiiciebat ſibi adhærentes, per prædicationem pſeudoa-
poſtolorum, quos ſignificant ancillæ Iacob, quos & noluit prohiberi, cum in nomine eius miracula facerent.

Ioan. 5. RVPERTVS. Et non quidem ipſe, ſed propter ipſum Moyſes, in quo ſperabant ipſi, accuſauit eos apud pa-
Ioan. 15. trem crimine peſſimo. Nam ſi non veniſſem (inquit) & loquutus fuiſſem eis, peccatum non haberent, nunc autem
excuſationem non habent de peccato ſuo. Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non
Ioan. 3. haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum. Cui autem dubium eſt, quod pater diligat
Matth. 3. iſtũ Ioſeph? Pater enim (inquit Ioãnes) diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et ſicut ipſe dixit. Hic eſt filius

meus

A meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ISIDORVS. Prætulit autem Ioſeph Iacob cunctis filiis ſuis,
& deus filium ſuum ſecundum carnem natum, cæteris fratribus ex Abraham ſtirpe genitis prætulit. Nam de eo
dicitur in pſalmo, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Eo quod in ſenectute ſua Pſalm. 44.
genuiſſet eum. Seneſcenti enim mundo illueſcens dei filius per Mariæ virginis partum ſerus aduenit tanquam
filius ſenectutis, ſecundum ſacramentum ſuſcepti corporis, qui erat antè per ſubſtantiam deitatis ſemper cũ patre.
GENNADIVS. Ioſeph ergo filium ſenectutis intelligimus Emanuel, qui in nouiſſimis ſeculi temporibus deo
& patri natus eſt. RVPERTVS. Vel, quia in ſenectute genuit ille pater talem filium? In ſenectute æterni- Danie. 7.
tatis genuit eum, ſecũdum quam & ipſe dicitur, & eſt antiquus dierum. In illa ſenectute, in illa matura antiqui-
tate, ſine numero annorum, ſine initio dierum, ſine viciſſitudine temporum, genuit ille ſenex & antiquus pater
illum æquè ſenem, æquè antiquum filium, & idcirco diligit eum. Fecitq; ei tunicam polymitam. Quæ nam eſt
huius filij tunica, niſi ſancta legalis, & prophetica ſcriptura? Cuius enim ob cauſam, cuius ob teſtimonium vel glo 2. Pet. 1.
B riam, niſi huius filij ſui texuerunt digiti dei omnem ſcripturam, quam iure fatemur diuinitus inſpiratam? Fecit
ergo pater filio ſuo tunicam polymitam, varie pulchram, & pulchre variam. Hanc ſenilem genituram, hanc tu-
nicam polymitam, dilectionemq; paternam, qui habet aures audiendi audiat, patre prædicante per Pſalmiſtam, Pſalm. 44.
in quo dicit, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, & cætera vſque ad finem.
Tunica etiam polymita quam fecit ei pater, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Chriſti con
gregatam ſignificat, hoc eſt, per virtutum gratiam adhærentem ſibi ex omnibus gentibus eccleſiam. Videntes au
tem, inquit, fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice
loqui. ORDINARIA. Fratres Chriſti ſecundum carnem, Iudæi, de quorum cognatione carnem ſuſcepit.
Et quia videbant quod gratia virtutum in eo fiebat, quod teſtabatur patris perpetuam dilectionem, oderant eum,
& ſæpius inſidias illi tendebant. RVPERTVS. Notum ergo eſt, quia nimis oderant hunc dilectionis filiũ Pſalm. 119.
fratres maligni, tanto odio, vt non poſſent ei quicquam pacificum loqui. Vnde ait ipſe in Dauid, Cum his qui o-
C derunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Item: Et ſermonibus odij circundede- Pſalm. 108.
runt me, & expugnauerũt me gratis. Cuncta enim loquebantur hoſtilia, in Beelzebub principe dæmoniorum eii- Matth. 12.
cit dæmonia, Et, dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? Et, non eſt hic homo à deo, qui ſabbatum non cu Ioan. 10.
ſtodit, & his ſimilia. Sed nunquid viderunt, quod illum pater amaret, vel quod ille filius dei patris eſſet? Vtiq;. Nã Ioan. 9.
ſi cæci (inquit) eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc autem dicitis, quia videtis, peccatum veſtrum manet. Plane Ioan. 9.
viderunt, & idcirco excuſationem non habent de peccato ſuo. GRAECVS. Eadem ergo ratione phariſæi
in dominum Ieſum Chriſtum inſaniebant, propterea quod pater æternus ei tunicam polymitam induerat, id eſt
variarum virtutum & operum gloria inſignem reddiderat.

D Accidit quoque ut uiſum ſomnium referret fratribus ſuis quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit. Dixit- 2
que Ioſeph fratribus ſuis, Audite ſomnium meum quod uidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, ueſtroſque circumſtantes adorare manipulum meum. Re-
ſponderunt fratres eius, Numquid rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque
ſermonum, inuidiæ & odij ſomitem miniſtrauit. Aliud quoque uidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait, Vidi
per ſomnium quaſi ſolem & lunam & ſtellas undecim adorare me. Quod cum patri ſuo & fratribus retuliſſet,
increpauit eum pater ſuus, & dixit, Quid ſibi uult hoc ſomnium quod uidiſti? Num ego & mater tua & fratres
tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui, pater uero rem tacitus conſiderabat.

Accidit quoque ut uiſum ſomnium referret fratribus ſuis quæ cauſa maioris odij ſeminariũ fuit. RVPERTVS. Præter er- 2
go cauſas ſupradictas, accidit hæc etiam cauſa in augmentum odij. Hoc ita dictum eſt, ac ſi diceretur, Accidit vt
E ſermo eius maioris odij ſeminarium fieret. Et hoc recte dictum eſt, quia accidit, neque enim ſtudio quicquam ho
rum dixit Ioſeph, id eſt non in conſcientia eius fuit, quod huiuſce ſomnij relatio fieret maioris odij ſeminarium.
Denique hoc ſimplicis aut innocentis non fuiſſet animi, velle amplius vrere odientium animas, auſpicio ſuæ
futuræ fœlicitatis. AVCTOR CATENAE. Accidit quoque, vt viſum ſomnium, & cætera. Hebraicè
eſt וַיַּחַלְמוּ יוֹסֵף חֲלוֹם וַיַּגֶּד לְאֶחָיו Vaiahalom Ioſeph halom vaiaged leechaf, Et ſomniauit Ioſeph ſomnium, & nar-
rauit fratribus ſuis. Sic & Chaldaica & Septuaginta. Quod etiam ſequitur, quæ cauſa maioris odij ſeminarium
fuit, ſub aliis verbis eſt in Hebræo videlicet וַיּוֹסִפוּ עוֹד שִׂנְאוֹ אֹתוֹ Vaioſiphu od ſeno otho, Et addiderunt amplius
odio habere eum. Quæ verba apud Septuaginta deliderantur. Quarta igitur cauſa odij ponitur, ex narratis ſom-
niis à Ioſeph, nam prima fuit delatio fratrum apud patrem, ſecunda, dilectio feruens patris erga eum, tertia, con
fectio tunicæ diſcoloris, qua puer indutus incedebat in præcipue dilectionis ſignum. Sic autem ſomnia multa, nõ
F omnia, dei nutu immittuntur, reuelantur quoque ſanctis myſteria. Etiam impiis regibus pro bono regnorum,
ſomniis quandoque futura reuelantur à domino. Hoc vero præſens ſomnium profuturum fidelibus, ceſſit pecca
toribus ad odium. Sic malo noſtro deus abutitur ad ſuam gloriam, & electis cooperantur omnia in bonum, eti-
am aliorum peccata. Sanctus Ioſeph domini reuelationem fratribus prædicat, ſed non auditur, inuidia degene-
rante in odium, ſubſequẽtibus obtuſitate intellectus, infidelitate & contemptu. Vnde & ſequitur. *Dixitq; Ioſeph*
fratribus ſuis, Audite ſomnium meum quod uidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſta-
re, ueſtroſq; circunſtantes adorare manipulum meum. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPO- Sermo. 81.
RE. Hoc autẽ in illo Ioſeph tunc impletũ eſt, quando eum in Aegypto adorauerunt fratres ſui. Et non incon-
grue coacti ſunt ſteriles manipuli fructuoſum manipulum adorare, per quem de famis periculo liberandi erant.
THEODORETVS. Manipulorum ergo ſomnium, præſignat fratrum frumenti gratia in Aegypto adora-
tionem. CYRILLVS. Sic igitur deus iuueni Ioſeph per ſomnia ſignificabat illum aliquando clariſſimum,

& fratribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fratribus suis longe præstantiorem fore, atque ita eum ad virtutes atque meliora prouocabat, quemadmodum G
ij qui præmia athletis proponunt, facere solent. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, vestros manipulos circunstantes, Hebraicè non ad statum, sed magis ad motum referitur וְהִנֵּה תְסֻבֶּינָה אַלְמֹתֵיכֶם Vehinne thesubéna alummóthechem, Et ecce circunuoluebantur manipuli vestri, & adorationem & venerationem expri mebant. Eadem ratione & Septuaginta, περιεχόμενα τὰ ἀγάματα ὑμῶν, Conuersi manipuli vestri. Alij, Et ecce circundabant eum, seu adorabant manipuli vestri, dixerunt. Tota vero hæc litera ita habetur in Hebræo, sicut est in Chaldaica, nempe, Audite obsecro somnium hoc quod somniaui. Ecce nos ligabamus manipulos in medio agri, & ecce stabat manipulus meus, & etiam erigebatur, & ecce circundabant eum manipuli vestri, & adorabant manipulum meum. Idem est fere apud Septuaginta. Hortatur igitur primum fratres natu maiores Ioseph minor iuuenili instinctu, nesciens quid futurum esset, vt somnium audirent suum, domino in eo id loquente. Viderat manipulum suum in somnis Ioseph, quod postquam iacuisset velut contemptibile, sese erexit, & firmiter constitit, veluti columna stabilitum. Opus enim prouidetiæ dei, & vera fidelium fides, deiici non potest ab hominibus, H
quantumlibet malignentur, & insistant. Quanto magis enim impedire nituntur, tanto promouent, & confirmãt magis. Circunstant autem fratrum manipuli sese incuruantes, vel deuoluẽtes coram manipulos Ioseph, cultum & reuerentiam deferentes, quo significabatur Ioseph à deo præparatus honor, qui iam ætate, fratrum minimus erat. *Responderunt fratres eius, Nunquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ.* CHRYSOSTOMVS. Vide miram illorum cæcitatem, ipsi enim somnium diiudicant. Non enim est dicendum, quod propter ignorantiam eorum quæ futura erant, inuidiam gerebant contra eum, sed vt didicerunt ex insomniis futura, auctum est odium eorum. O excellentem amentiã. Oportebat hoc scientes, maiorem erga illum beneuolentiam declarare, & è medio tollere odij causam, & effugare inuidentiæ affectum. Obtenebrati mente, & non videntes, quod contra semetipsos omnia faciant multo maiore odio in eum exarserunt. Quare ô miseri & calamitosi, tantam declarastis inuidiam, non cogitantes neque fraternum vinculum, neque quod in somniorum reuelatio manifestam dei erga
illum declarat beneuolentiam? Num existimatis, quod quæ à deo præsignata sunt, possint subuerti? Nam sicut som- I
nium diiudicastis, ita erit post multum temporis etiam si innumera excogitare volueritis. Omnipotens enim & sapiens est omnium dominus, & suæ virtutis declarans affluentiam, sæpe facit, vt in mediis impedimentis fiant ea quæ sibi placent, & quibus summam virtutis suæ declarat eminentiam. Verum vt se habet inuidia, nihil eorum cogitare potest, sed omnino (vt ita dicam) vbi inuidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suam ipsius salutem facit omnia. AVCTOR CATENAE. Nunquid rex noster eris, & cætera. Hæc litera plena Hebraismis est, habet enim הֲמָלֹךְ תִּמְלֹךְ עָלֵינוּ אִם מָשׁוֹל תִּמְשֹׁל בָּנוּ Hamaloch timloch alénu im masol timsol bánu, Nunquid regnando regnabis super nos, aut dominando dominaberis nobis? Quam etiam phrasim seruantes Septuaginta verterunt, μὴ βασιλεύων βασιλεύσῃς ἐφ' ὑμᾶς, ἢ κυριεύων κυριεύσῃς ἡμῶν; Nunquid regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nobis? Interpres autem seruare noluit, sed nec Chaldaica, habens, Nunquid regnare existimas super nos? aut dominari putas nostri? Debuerant igitur fratres tam somnium quàm prophetiam suscepisse, K
narrationem huiusmodi, quam licet obscuram, tamen domino volente tam clare subito agnouerant, nisi & odio correpti, & diuina prouidentia ordinati in opus dei, omnia egissent, nescientes quid futurum agerent. *Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit.* Clarius legitur apud Chaldaicam & Hebræos ac Septuaginta clausula hæc, videlicet, Et addiderunt amplius odio habere eũ propter somnia sua, & propter verba eius. Perinde est ac si dicat, Narratio hæc somniorum, causa fuit inuidiæ & odij erga eum augẽdi, nam ex inuidia deuenitur ad odium, nisi ea statim extincta fuerit. CHRYSOSTOMVS. Propterea prius quoque docuit, quod odium erga eum declarauerunt, vt ne putemus eos hinc sumpsisse odij sui contra eum exordium. Apposuerunt enim adhuc eum odio prosequi, hoc est, multo magis augebantur odium & inimicitiæ cõtra eum. EX COLLATIONIBVS PATRVM. Sciendum sane est, inuidiæ morbum difficilius ad me- Colla. 18. cap. 17.
delam quàm cætera vitia peruenire. Nam eum quem semel veneni sui peste corruperit, pene dixerim carere reme- Hiere. 8.
dio. Ipsa nanque est lues, de qua figuraliter dicitur per prophetam, Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, qui- L
bus non est incantatio, & mordebunt vos. Recte igitur à propheta mortiferis basiliscí venenis morsus inuidiæ cõ
paratur, qua primus ille venenorum omnium auctor & princeps, & periit & peremit. Nam ante suus quàm eius Sapien. 11.
cui inuiderat, interemptor, prius quàm in hominem mortis virus effunderet, ipse se perdidit, Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Sicut enim ille qui primus eiusdem mali peste corruptus est, nec medelam pœnitentiæ, nec fomentum alicuius curationis admisit, ita & hi qui eisdem se percutiendos morsibus tradiderunt, omnem opem sancti incantatoris excludunt, quia cum vtique non culpa eorum quibus liuent, sed prosperitate crucientur, erubescentes ipsam prodere veritatem, extrinsecus sibi quasdam superfluas & ineptas causas offensionis inquirunt. Quarum quia omnimodis falsæ sunt, vana cura- Eccli. 10.
tio est: cum illud mortiferum virus quod nolunt prodere, lateat in medullis. De quibus alibi ille sapientissimus competenter expressit, si momorderit serpens non in sibilo, non est abundantia incantatori. Isti enim sunt taciti morsus, quibus solis sapientium medicina non subuenit. Nam vsqueadeo incurabilis est ista pernicies, vt bladimẽ Prouer. 6. M
tis exasperetur, infletur obsequiis, muneribus irritetur, quia vt idem Salomon ait, Nihil sustinet zelus. Quanto enim amplius alius, aut humilitatis subiectione, aut patientiæ virtute, aut munificentiæ laude profecerit, tanto ille maioribus inuidiæ stimulis incitatur, qui non nisi ruinam aut mortem eius cui inuidet, concupiscit. Denique illorum vndecim patriarcharum zelus intantum nulla innoxij fratris subiectione potuit deliniri, vt de his scriptu- Gene. 37.
ra commemoret, Inuidebant autem ei fratres sui, eo quod diligeret eum pater suus, & non poterant ei loqui quic
quam pacificum, donec zelus eorum qui nulla germani obsequentis atque subiecti sustinuit blandimenta, mortem eius cupiens, vix posset venditionis fraternæ crimine satiari. Cunctis ergo vitiis perniciosiorem atque ad purgandum difficiliorem esse constat inuidiam, quæ ipsis remediis quibus reliqua extinguũtur, accenditur. Nam verbi gratia qui damnum sibi illatum dolet, largitatis compensatione curatur, qui de illata indignatur iniuria, humili satisfactione placatur. Quid illi facias, qui hoc ipso magis quod te humiliorem ac benigniorem sentit, offen-
ditur,

A ditur, quem non ad iracundiam cupiditas quæ præmio delinitur, non iniuriæ læsio aut amor vltionis accendit, quæ officiorum vincitur blandimentis, sed successus tantum alienæ prosperitatis irritat? Quis autem est qui se vt satisfaciat inuidenti à bonis corruere, aut à prosperis alienari, aut calamitate aliqua optet inuolui? Quapropter ne totum quicquid in nobis viuidum est, & quasi vitali vegetatione sancti spiritus animatur, vno tantum huius ma li morsu basiliscus interimat, diuinum cui nihil impossibile est, iugiter imploremus auxilium. Cætera etenim venena serpentum, id est carnalia peccata vel vitia (quibus vt cito inuoluitur, ita facile expurgatur humana fragilitas) habent aliqua vulnerum suorum in carne vestigia, quibus quanuis terrenum corpus pernicioſissime contumescat, tamen si theriacæ remedium, aut illam salutarium verborum medelam aliquis peritissimus carminum di uinorum incantator admouerit, ad perpetuam animæ mortem pernicies virulenta non peruenit. Inuidiæ autem quasi à regulo serpente effusum virus, vitam ipsam religionis ac fidei priusquam vulnus in corpore sentiatur, excludit. Non enim aduersus hominem, sed plane aduersus deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud ni
B si bonum meritum carpens, non hominis culpam, sed dei tantum iudicia reprehendit. Hæc ergo est illa sursum germinans amaritudinis radix, quæ se erigens ad superna, in contumeliam ipsius qui bona homini confert, tendit auctoris. Nec quenquam moueat quod deus missurum se serpentes regulos qui eos quorum criminibus offen- Hiere. 8.
ditur, mordeant, comminatur. Nam licet certum sit deum auctorem inuidiæ esse non posse, æquum tamen & diuino dignum iudicio est, vt dum bona data humilibus conferuntur, & superbis ac reprobis denegantur, eos qui secundum Apostolum tradi in reprobum sensum merentur, quasi ab ipso missa percutiat & consumat inuidia, se- Roma. 1.
cundum illud, Ipsi me ad æmulationem iritauerunt in non deum, & ego ad æmulationem inducam eos in nongentem. CHRYSOSTOMVS. Et illi quidem narratione somnij odium auxerunt, admirabilis autem Ioseph, vbi & aliud insomnium vidit, non ipsis solum, sed & patri narrat. *Aliud* (ait scriptura) *uidit somnium, quod narrans fratribus, ait, Vidi per somnium quasi solem & lunam & stellas undecim adorare me.* AVCTOR CA-
C TENAE. Secundo idem mysterium alio somnio & clariori referans deus, quasi admonere fratres videbatur ad resipiscentiam à fratris odio. Et tamen reuera domini permissio erat, vt non credentes visioni, odirent, venderẽt, persequerentur, ad gloriam dei, ad prouidentiæ diuinæ arbitrium, ad salutem fratrum, iniqua etiam voluntate crassantium. Narrat autem id fratribus, ad excusationem omnem illis adimendam, qui sciebant iustum fratrem & virtute plenum, ob idq; patri chariorem, statimq; somnium intellexerant iam secundo. Sic contra impios dei agitur dispensatione, vt omnis excusatio illis surripiatur. Recte autem dixit vetus translatio quasi solem, quia visio fuit, non res. *Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus & dixit, Quid sibi uult hoc somniũ quod uidisti?* CHRYSOSTOMVS. Sciens pater, quod fratres inuidebant ei, propter hoc increpauit puerum & indicauit etiam ipse somnium, & coniectans à deo reuelationem ei factam, obseruabat verbum. AVCTOR CATENAE. Non tamen puero irascebatur, non odibat, non inquietus erat, nec aliquo modo filij regnum à deo reuelatum promouere incipiebat, sed deo totum commisit. Nihil tamẽ interim omittens, quæ vt pater agere
D debebat, puerum reprehendit, quasi præsumptuosum, ambientem imperium, nõ solum in fratres, sed etiam in se, & totam familiam, non obstante matris morte. RVPERTVS. Sed quid ita pater somnium interpretari conatus est, *Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram?* Cum eius matrem Rachel obiisse sciret? Quomodo illam quæ defuncta erat adorare posse sentiebat? An matrem eius hic appellat eam quæ superat, vxorem suam, consuetudine nõ natura? Etenim matertera cum dicatur, quod sit mater altera, recte matrem eius Liam hic appellare poterat. Veruntamen nec de patre palam legitur, quod adorauerit, nisi quando iurante Ioseph quod patrem auferret de terra Aegypti, conderetq; in sepulchro maiorum, adorauit iuxta Septuaginta fastigium Gene. 47.
virgæ eius pater Israël. Cæterum iuxta Hebraicam veritatem melius legitur, adorauit deum conuersus ad lectuli caput. Ergo pro parte totum ponitur, vel intelligitur, quia reuera & pater pro filio gratias agendo, cœlestem adorauit gratiam, quod sine dubio fecisset & mater, si aduiueret. An forte litera cuiquam in hac parte infirmari vi-
E deatur, vt ad spiritualem penitus sensum conscendamus? GENNADIVS. Nihil mirum dixit, tametsi Rachel mater eius iam defuncta esset, nam & matres fratrum aderant, & Rachel & si non actu, attamen potentia in marito suo Iacob id fecisse dici potest. CAIETANVS. Perplexa surgit quæstio, an Rachel mater Ioseph viueret tunc. Ex istis enim verbis Iacob apparet quod viuebat, dicendo, num ego & mater tua? Ex eo quoq; Ioseph filius senectutis Iacob descriptus est, & dilectus supra omnes fratres suos, insinuatur quod Beniamin adhuc natus non erat. Quod etiam videtur ex eo, quod Ioseph inferius quadragesimotertio capitulo, cum vidit Bẽ iamin, dixit, Deus misereatur tui fili mi, appellando enim eum filium, monstrat quod secundum ætatem adolescens erat Beniamin, & filius relatiue ad Ioseph quadragenarium, qui iam annis viginti tribus fuerat in Aegypto, Si autem spectatum fuerit ad somnium, perplexitas occurrit, nam sol & luna & stellæ vndecim (hoc est pater & mater & vndecim fratres) nodum efficiunt insolubilẽ, eo quod in natiuitate Beniamin mortua est mater Ioseph. Quo fit vt si stellæ vndecim, ergo non luna, & si luna, ergo non stellę vndecim. Solutio non habetur clara quoad
F vitam Rachelis tunc, verba tamen literæ sonant magis quod Rachel viuebat, quanuis Moyses ad terminandum historiam genitorum à Iacob, prænarrauerit natiuitatem Beniamin cum morte Rachelis. Ad nodũ autem somnij soluendum perpendere oportet, quod siue viua, siue mortua fuerit tũc Rachel, nihil refert ad verificationem somnij, quoniam constat nunquam Rachelem veneratam esse Ioseph, eo quod non descẽdit in Aegyptum. Quo ad visionem vero somnij possumus suspicari quod Rachel esset tunc grauida, & sic vidit patrem & matrem & fratres vndecim adorare se. Si autem Beniamin natus tunc erat, ac per hoc Rachel mortua, per lunam non Rachel determinate, sed vxor patris in genere intelligenda videtur. AVCTOR CATENAE. Vel matrem suam vocat Balam secundum Hebræos, quæ illum educauit matris loco. *Inuidebant ergo ei fratres sui, pater uero rem tacitus considerabat.* CYRILLVS. Vide quo feratur inuidia, quàm cæca sit. Nam somnia aut vera dicunt, aut mentiuntur. Si vera sunt, qua ratione veritatẽ circunuenis? Si mentiuntur, cur visis inuides? CHRYSOSTOMVS. Dicite mihi fratres Ioseph, cur insani fuistis? cur stupidorum opera feciſtis? Non cogitastis, quod secundum insomnium non temere, neque fortuito factum sit? Sed vt cum didiceritis, quod omnino futura sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra sunt quæ prædicta, cessetis meditari fratricidium, vtpote rem molientes impossibilem. Igitur oportebat quidē G
vos, cum cogitaretis, & in mentem acciperetis fraternam vestram habitudinem, in mente gloriam fratris pro ve
stra ducere. Quoniam autem ad hoc non respiciebatis, consequens fuit illud cogitare, quod non contra eum, sed
contra omnium dominum, qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis. Verum illi quidem (sicut dixi) neque naturæ vincu
lum reueriti, neque in mentem accipientes, quanta ille superna gratia muniretur, odium quotidie auxerunt, &
nescij intra semetipsos rogum accenderunt, neque patre neque filio tale quippiam suspicantibus, neque cogitan-
tibus quod in tantam insaniam essent properaturi. Verum non ita faciebat pater, nam de eo subiungitur, Pater ve
ro rem tacitus considerabat. AVCTOR CATENAE. In Hebræo est וְאָבִיו שָׁמַר אֶת הַדָּבָר Veabif samar
eth hadabar, Et pater eius obseruabat verbū, Sicut & Septuaginta, ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα, At pater eius
obseruauit verbum. Chaldaica vero, conseruabat verbum. Et ponitur verbum pro re more Hebraico, sicut & alibi
dictum est. Per quem modum loquendi dicitur Lucæ secundo, Maria autem conseruabat omnia verba hæc con-
ferens in corde suo. שָׁמַר Samar enim, custodire seruare, seu conseruare significat. Vnde & recte transtulit inter- H
pres, Pater vero rem tacitus considerabat. Et si igitur in aperto puerum propter fratrum inuidiam increparet, co-
gitabat tamen secum prudens & sapiens iam secundo idem reuelatum non esse contemnendum, verum proui-
Cap. 18. dentiæ dei se suaq; cōmittebat. Non sic autem fratres Ioseph. GREGORIVS OCTAVO MORALIVM.
Verum quoniam somniorum hic mentio facta est, exquirendum magnopere, quot modis tangant animum ima
gines somniorum. Aliquando nanq; somnia ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando vero illusione, aliquan-
do cogitatione simul & illusione, aliquando reuelatione, aliquando autem cogitatione simul & reuelatione gene
rantur. Sed dico quæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus, subiuncta autem quatuor, in sacræ scri-
pturæ paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plerunque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc
Eccli. 34. Leui. 19. vir sapiens indicaret, dicens, Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vanæ. Vel certe, Non augurabimini, nec
obseruabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur, quæ auguriis coniunguntur. Rur
Eccles. 5. sum nisi aliquando ex cogitatione simul & illusione procederent, Salomon minime dixisset. Multas curas sequū- I
tur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, Ioseph præferendum se fratribus per
Matth. 2. somnium non videret: nec Mariæ sponsum, vt ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium angelus admo-
Danie. 2. neret. Rursum nisi aliquando somnia cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel propheta
Nabuchodonosor visionem disserens, à radice cogitationis inchoasset, dicens, Tu rex cogitare cœpisti in stratu
tuo quid esset futurum post hæc, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. Et paulopost subiūgit, di-
cens, Videbas, & ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & cætera.
Daniel itaque dum somnium & implendum reuerenter insinuat, & ex qua ortum sit cogitatione manifestat, pa-
tenter ostenditur, quia hoc plerunque ex cogitatione simul & reuelatione generatur. Sed nimirum cum somnia
tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto & ex quo impulsu veniant facilius non
elucet. Sæpe nanque malignus spiritus his quos amore vitæ præsentis vigilantes intercipit, prospera etiam dor-
mientibus promittit, & quos formidare aduersa considerat, eis hæc durius somnij imaginibus intentat, quatenus K
indiscretam mentem diuersa qualitate afficiat, eamq; aut spe subleuans, aut deprimens timore confundat. Sæpe
autem etiam sanctorum corda afficere somniis nititur, vt ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem
momentumq; deriuentur, quanuis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidi-
ans quo eos vigilantes minime superat, eo dormientes grauius impugnat. Quem tamen hæc maligne agere su-
perna dispensatio benigne permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem à passionis præmio somnus vacet.
Mystice. RVPERTVS. Hæc somnia quoniam cuncti nouimus in illo Ioseph, qualiter subsequens rerum compleue-
rit effectus, restat nunc, vt ea secundum easdem causas vel exitus, euangelicis domini nostri Iesu Christi parabolis
cōsonare sciamus. Etenim sicut in somnio, sic & in parabola, dū aliud dicitur, aliud intelligitur, quemadmodum
& aliud vmbra, & aliud corpus, & tamen nōnunquam ex vmbra corpus cognoscitur. Et hoc nulli dubium, quin
sicut in hunc causa somniorum, sic & in dominum nostrum causa parabolarum, maioris odij seminarium fuit, L
Matth. 21. maioris inuidiæ fomitem ministrauit. Exempli causa seminatur parabola hæc, Homo erat paterfamilias, qui plan
tauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, &
peregre profectus est, & reliqua. Etenim sicut eminentiam Ioseph præsignauit illud, quod manipulus eius consur-
gere & stare visus est, eumq; circunstantes adorare manipuli fratrum, sic & dominus noster excellentiam sui-
met innuit ad summum parabolæ, dicendo sic, Nunquid legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædi
Psalm. 117. ficantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Et quemadmo
dum illi coniicientes quid sibi vellet somnium, amplius inuidentes, dixerunt, Nunquid rex noster eris? aut subii-
ciemur ditioni tuæ? Sic & isti intelligentes intentionem parabolarum, amplius zelati sunt, & quærentes eum te-
nere (inquit euangelista) timuerunt turbas, quia sicut prophetam eum habebant. Porro minus in somnio visum,
quàm in parabola est dictum. Non enim habetur in somnio, qualiter manipulus Ioseph consurgere & stare, & à
circunstantibus manipulis suorum fratrum adorari deberet, cum parabola hæc personet, quod Iudæi dei patris M
filium extra portam ciuitatis iectum, occisuri forent, & deinde subiuncto testimonio psalmi dicentis, Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, palam confirmet, quod sic abiectus vel
reprobatus, in caput gentium deberet constitui. Igitur pro quanto Ioseph Christi gessit typum, pro tanto
& hæc eius somnia parabolis eiusdem Christi similia sunt. Et duo quidem somnia fuerunt, sed pro vno ha-
Gene. 41. bita vel habenda sunt, quemadmodum & ipse ad Pharaonem, Somnium (inquit) regis vnum est. Quod
autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo
dei, & velocius impleatur. Et alterum quidem è terra vel ex agro, alterum vero somnium fuit è cœlo,
quia videlicet adoranda à fratribus suis eius fœlicitas, non de terra tantum, sed & de cœlo, non so-
lum ex hominibus, sed etiam ex deo. Immo primam & maximam ex deo laudem erat habitura.
CYRILLVS. Vel oderant fratres Ioseph propter somnia, & Iudæi Christum propter miracula.

INTERLI-

A INTERLINEARIS. Vel quia sibi prophetias aptabat, dicens: Moyses de me scripsit & Prophetæ. RV-
PERTVS. Quis autem manipulus eius, nisi ab ipso seminata, ad messem vsque producta, & perducenda fides
euangelica? Porrò manipuli fratrum, lectiones sunt legis & Prophetarum, quas Iudæi legentes, quasi manipulos
liganti vel colligunt. Ecce palam omnibus est, & de toto mundi agro spectatur manipulus Christi stans, & mani-
puli fratrum eius circunstantes & adorantes, id est, euangelium, fida messis & frumentum optimū, solum & vni-
cum Christi asserens imperium, omnēsq; legis & prophetarum lectiones illi testimoniorum præbent obsequium,
debitumq; adorationis famulatum. Imitentur ergo fratres inuidi manipulos suos, quod quandoque facturi sunt,
eum adorando, cuius manipuli ipsorum iam adorant manipulum. Quis autem hoc in loco pater Ioseph, nisi an-
terior populus, de quo est incarnatus, qui à die passionis vel resurrectionis eiusdem filij sui, in cœlesti regno pro
parte electorum fulget sicut sol? Et quæ luna, nisi præsens ecclesia, quæ mutabilitati subiacet, & minus lucet, quan-
B diu peregrinatur in ista vita? Singuli autem electorum stellæ sunt, secundum se quidem imperfecti quasi in vn-
denario numero, sed eorum perfectio stella duodecima, stella (inquam) perfecta & matutina, ipse Christus fra-
ter ipsorum est. Omnes aderant, sol & luna & stellæ omnes, cuncta cœlestia, vniuersa terrestria, maiora siue mi-
nora, illum venerantur & adorant, Mihi (inquit) curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua. ISI- Esaiæ 45.
DORVS. Vel aliter. Somnium illud, per quod fratrum manipuli adorauerunt manipulum Ioseph, in Chri-
sto præcipue impletum est, vnde de eo scribitur, Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei,
scilicet per fidem, fructum bonorum operum offerentes. Ipse etiam est, quem sol & luna adorant & stellæ, de quo
sole dictum est, Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ. Ipsum enim excellentia sanctorum in solis
nomine, & ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, & omnium populorum numerositas, in figura stellarum adorant.
AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Quod dicitur, Nunquid ego & mater tua Ser. 81.
& fratres tui adorabimus te super terram? Hoc in illo Ioseph impleri non potuit, quia iam mater ipsius de hac
C luce migrauerat, in nostro autem vero Ioseph, id est, domino Iesu Christo, somnij illius sacramenta completa
sunt. Sol enim & luna & vndecim stellæ eum adorauerunt, quando post resurrectionem sancta Maria quasi lu-
na, & beatus Ioseph, velut sol cum vndecim stellis, id est, beatis apostolis, incuruati & prostrati sunt ante eum,
& impleta est prophetia quæ dixerat, Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Nam in tan- Psalm. 148.
tum in illo Ioseph impleta non est somnij huius interpretatio, vt mater ipsius ante multos annos legatur fuisse
defuncta, quàm præfata somnia ille vidisset. Et reuera, quomodo fratribus ipsius potest conuenire, quod eum
quasi stellæ adorare possent, quos inuidiæ nox obscuros & tenebrosos effecerat? Iam enim claritatem stellarum
perdiderant, qui in se lumen charitatis extinxerant. Nam quod apostoli lumen stellarum habuerint, ipse do- Matt. 5. & 13
minus in euangelio dixit, Vos estis lux mundi, Et iterum de ipsis ac sui similibus, Tunc iusti (inquit) fulgebunt
sicut sol in regno patris eorum. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIN.
D In Christi ergo persona intelligi possunt facile verba hæc, etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Aposto-
lus, Quia donauit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium,
terrestrium & infernorum. INTERLINEARIS. Porrò illa fratrum Ioseph responsio, Nunquid rex no-
ster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ, impiis illis Iudæorum consonat vocibus, Nolumus hunc regnare super nos,
&, Non habemus regem nisi Cæsarem, &, Tolle tolle, crucifige eum. AMBROSIVS DE IOSEPH
PATRIARCHA. Obiurgatio autem patris quid significat, nisi duritiam populi Israël? Ex quibus Christus
secundum carnem, quem hodiéque deum esse non credunt, nec volunt adorare quasi dominum, quia ex se na-
tum esse cognoscunt. Audiunt itaque responsa eius, sed non intelligunt, legunt ipsi quidem quod eum sol & lu-
na laudent, sed nolunt credere de Christo Iesu dictum esse. Itaque Iacob typo fallitur alieno, sed suo amore non
fallitur. Pietas in eo paterna non errat, sed erraturæ plebis affectus exprimitur. Non ergo tanto somnio patriar-
cha non credidit, qui vtrunque pariter gemino prophetabat oraculo, vt & personarum iusti repræsentaret & po-
puli, quod deus venturus esset in terras, qui & diligeretur à bonis, & necaretur à perfidis.
E

Vmque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel, Fra- 3
tres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos. Quo respondente, præsto sum, Ait, Vade, &
uide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Missus de val-
le Hebron, venit in Sichem. Inuenitque eum uir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respon-
dit, Fratres meos quæro, indica mihi ubi pascant greges. Dixitque ei uir, Recesserunt de loco isto, Audiui au-
tem eos dicentes, eamus in Dothaim. Perrexit itaq; Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim.

F Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem. AVCTOR CATENAE. Iam ante aufu- 3
gerant timore Sichimitarum propter factum Dinæ, sed tamen pascua frequentarunt, dei enim prouidentia ab ho
stibus defendebantur. Dixitq; ad eum Israel, Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos. RVPERTVS.
Hæc ergo erat causa paternæ solicitudinis, quia pascebant filij eius oues in Sichimis, videlicet vbi dudum popu-
lo terræ illius odiosos fecerat illos furor ipsorum pertinax, & indignatio dura. Eadem solicitudine æger superius
loquutus est, Turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci su- Gene. 34.
mus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Non ergo ab re solicitus, fratres (inquit) tui
pascunt greges in Sichimis, veni, mittam te ad eos. Gratam filiis fore visitationem pater arbitratus est, quia non
qualemcunque hominem, sed eum quem diligebat filium mitteret ad eos. Quo respondente, præsto sum. Breue
quidem, sed præclarum scriptura interposuit obedientis filij verbum, dicendo, quo respondente, præsto sum.
AVCTOR CATENAE. Parui refert quod in Hebræo habetur הִנֵּנִי hinnéni, Ecce ego. Idem enim est.
Obedientia ergo filij notatur ad patrem, & obedientia sine mora, simul & ad fratres charitas, & animi simpli-

Y citas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citas. Odientes se diligebat, curam salutis suscepit eorum, qui illum occisuri erant. Quid autem mandet illi videamus. *Ait*, scilicet Iacob, *Vade & uide si cuncta sint prospera erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur.* CHRYSOSTOMVS. Hæc omnia facta sunt, vt & Ioseph erga fratres monstraretur beneuolentia, & illorum sanguinaria mens fieret manifesta. IDEM IN SERMONIBVS. Mittitur itaque à Iacob patre sanctissimo Ioseph sanctus ad fratres, qui salutem patris ad illos, & illorum ad patrem afferret, vt inter absentes medius vtriusque salutis nuncius existeret, & quod de semetipsis absentes scire non poterant, Ioseph referente cognoscerent, & disiunctos huius relatio iungeret, quos locorum diuersitas separabat. AVCTOR CATENAE. Quod in nostra litera est, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, Hebraicé bis positum est שלום selom pacem. Quo nomine more Hebraico omnis prosperitas designatur. Et Hebraica & Chaldaica litera sunt huiusmodi, Vade obsecro nunc, vide pacem fratrum tuorum, & pacem ouium, & redde mihi responsum, vel refer mihi rem. Est enim dictio דבר dabar de qua supra, quæ & pro re & verbo consueuit poni. Septuaginta τὰ ὑγιαίνοντα τῶν ἀδελφῶν σου, si sani sunt fratres tui. Sed omnia hæc vnum cum nostra æditione. Sic vltima patris & filij collocutio verbis pietatem exprimentibus explicatur. *Missus de ualle Hebron, uenit in Sichem.* HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Chebron, quæ quondam appellabatur Arbe, licet male in Græcis codicibus habeatur Arboch, condita est autem ante septem annos quàm Tanis vrbs Aegypti conderetur. Diximus de hac & supra. Fuit autem & metropolis Enachim, quos gigantes & potentes intelligere debemus. Sichem autem, & ipsa vrbs de qua in superioribus. CAIETANVS. Hinc apparet, quod Iacob habitabat tunc in Hebron, imò in planitie Hebron, nam ex ipsa planitie misit Ioseph in Sichem. Et hinc apparet quod tredecim annis ad minus ante mortem Isaac Iacob venit ad eum, nam hæc gesta sunt apud Hebron vbi habitabat Isaac, & vt declaratum est, Isaac vixit vsque ad trigesimum annum Ioseph. *Inuenitq; eum uir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret.* AVCTOR CATENAE. Ecce quomodo difficilem iuuenis peregrinationem, viarum ignarus agit, solus mittitur, tanti viri tam amatus filius. Sicut missus fuerat Iacob ab Isaac in Mesopotamiam, sic filium mittit charissimum, non equo non asino vehendum, cum tot haberet, aberat omnis luxus & mollities, tantum laborare nouerant, & vtilia curare. *At ille respondit, Fratres meos quæro, indica mihi ubi pascant greges.* CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo hic magno studio de fratribus suis inquirit, & multa inquirit & causatur, & omnia facit vt eos videre possit. *Dixitque ei uir, Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes, eamus in Dothaim.* HIERONYMVS. Dothaim vbi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes, qui & vsque hodie in duodecimo à Sebaste miliario, contra Aquilonis plagam ostenditur. AVCTOR CATENAE. Sunt qui suspicentur, angelum fuisse eum virum, non enim quærit quis sit, qui fratres, & tamen ad omnia respondet, & quod dixerunt, narrat. *Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim.* RVPERTVS. Perseuerantiam quoque beneuolentiæ vel attentionis eius illud indicat, quod cum non inuenisset eos in Sichem, tandiu quæsiuit eos errans, & duce siue indice indigens, donec inueniret eos in Dothaim.

RVPERTVS. Hoc autem planè in mysterio illud est, quod in Christo dei filio mirandum & imitandum prædicat Apostolus, Quia factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Fratres eius secundum carnem, scribæ & pharisæi in Sichimis pascebant oues, id est, secundum exemplum Sichimitarum docebant, imò decipiebant insipientes, de qualibus psalmista, Sicut oues (inquit) in inferno positi sunt, mors depascet eos. In quo secundum exemplum Sichimorum? In eo videlicet, quia circuibant mare & aridam, vt facerent vnum proselytum, & cum factus fuisset, faciebant eum filium perditionis, duplo quàm semetipsos. Sic enim Sichimitis fecerunt patres eorum, dolo circunuenientes eos, vt circunciderentur, proselytos fecerunt, & incautos interfecerunt. AMBROSIVS. Et misit (inquit) in Sichem, quod interpretatione dicitur humerus siue dorsum, hoc est, ad eos, qui non conuerterentur ad dominum, sed fugientes, se à facie eius auerterunt, quod est proprie peccatorum. Exiit enim Cain à facie domini. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Sichima interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorsum magis, quàm faciem ponunt in faciem iusti. Humeri nanque retro sunt. Sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi, fraternæ dilectioni, dorsum magis, quàm facies offerebant, ita & infœlices Iudæi veniente ad eos salutis auctore, inuidere potius, quàm diligere maluerunt. De talibus dicitur in psalmo, Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. AVCTOR CATENAE. Vel ideo pascebant fratres Ioseph oues in Sichem, quod & onus dicitur, quia ante Christi aduentum, & laborabant, & onerati nimis erant pastores omnes, legis onere pressi, ita etiã vt ferre non possent, sicut in Actis dicit Petrus, Hoc est onus quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt. Ideo compassus eis deus, misit filium suum, vt mœstos consolaretur, somnolentos argueret, & lassos reficeret. RVPERTVS. Ad huiusmodi autem pastores cum à deo patre mitteretur passurus filius, Præsto sum (ait) dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, deus meus volui. Et tunc dixi ecce venio, per quæ omnia obedientia filij dei sine mora ostenditur. AMBROSIVS. Videbat ergo futuræ incarnationis mysteria, qui filium mittebat ad fratres, vt videret si recte sunt oues. Quas oues iam tunc in illo patriarchæ studio requirebat, nisi eas, de quibus ipse dominus in euangelio dixit, Non veni nisi ad oues perditas domus Israël. AVGVSTINVS. Iacob ergo misit filium suum, vt de fratribus solicitudinem gereret, & deus pater misit vnigenitum suum, vt genus humanum peccatis languidum visitaret. AVCTOR CATENAE. Quanquam & in eo quod vt si circa pecora cuncta sint prospera videat, mittitur Ioseph, nobis mysterium illud indicetur, quod Christus etiam extremos venit vocare peccatores, iuxta illud psalmi, Homines & iumenta saluabis domine. Et non veni vocare iustos, sed peccatores. AMBROSIVS. Ergo Ioseph à patre missus est ad fratres, ab illo magis patre, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ab illo patre, de quo scriptum est, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. AVCTOR CATENAE. Et missus de valle Hebron, venit in Sichem. Hebron interpretatur coniugium, & hoc est quod Christus de humili natus coniugata virgine, venit sub onere legis, secundum illud Apostoli, Factus de muliere, factus sub lege, vt eos

Vbi supra.
Mysticè. Philip.2.
Psalm.46. Matth.13.
Gene.34.
Vbi supra.
Ser.81.
Psalm.67.
Isaiæ 50.
Matth.15. Ibidem.
Rom.8. Galat.4.

A ge, vt eos qui sub lege erant redimeret. AMBROSIVS. Inuenítque eum vir errantem in agro. Errabat Ioseph, quia fratres suos inuenire non poterat. Nec immerito errabat, qui quærebat errantes. Eos enim agnoscit dominus, qui sunt ipsius. Denique & Iesus fatigatus ex itinere, sedebat supra puteum. Fatigabatur, quia non inueniebat dei populum quem quærebat, exierat enim à facie domini. Qui enim culpam sequitur, exit à Christo, peccator exit, iustus intrat. Denique Adam se peccator abscondit, iustus autem dicit, Intret oratio mea in conspectu tuo. AVGVSTINVS. Ioseph dum fratres suos quæreret, errabat in eremo, & Christus genus humanum requirebat, quod errabat in mundo, quodammodo quasi & ipse errabat, qui errantes requirebat. AVCTOR CATENAE. Sicut autem inuenit Ioseph vir errantem in agro, & quid quæreret quæsiuit, sic sermo propheticus quasi admirans quærentem qui se agnosceret & non inuenientem, quærebat, dicens: Quare quasi co
lonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ? Quare futurus es vir vagus & fortis, qui non po
test saluare? Denique non inuenienti Iudæos quos requirebat, dixit eisdem sermo propheticus, Recesserunt de Hier.14.
B loco isto, id est, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum vsque ad vnum, &, Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. AMBROSIVS. Merito autem inuenit Ioseph fratres suos in Dothaim, quod significat defectionem. Vbi est enim nisi in defectione, qui deum deserit? Nimirum deficiebant, Matth.11.
qui non audiebant dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. AVGVSTINVS. Vel vere in grandi defectione erant, qui de parricidio cogitabant. CYRILLVS. Missus est itaque à deo & patre dominus Iesus Christus, vt inuiseret oues Israëlis. Et eas quidem non in Sichem, sed in Dothaim inuenit. Et quid nam id est? Sichem humerus interpretatur, quo intelligimus operandi studium atque amorem. Dothaim, vt illud, Da mihi cor tuum in humeros tuos, hoc est, ad operis tractationem atque amorem. Dothaim vero defectum significat, per quæ intelligimus, Christum Iudaicum populum minime in legalium operum amore ac tractatione occupatos inuenisse, sed in iustitiæ defectu. Neque enim erat iustus quisquam, non erat qui
C requireret bonitatem vsque ad vnum. RVPERTVS. Venit ergo dominus Iesus ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festum, renunciaturus patri, quid ageretur, non locali recursu, vel retrogradis passibus, sed clamore valido sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annunciatur.

QVi cum uidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuo loquebantur. Ecce somniator uenit, uenite, occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem, dicemusque fera pessima deuorauit eum, & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: Non interficiamus animam eius, nec 4
D *effundamus sanguinem, sed proiicite eum in cisternam ueterem, quæ est in solitudine, manusque uestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, uolens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.*

Qui cum uidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. CHRYSOSTOMVS. 4
Considera hic quæso dei omnipotentem sapientiam, quomodo illi quidem concitati erant in cædem eius, ille autem omnia faciens & præparans, permittit interim omnia impedimenta fieri, vt facto athleta suo clariore, postremum somniorum adducat euentum. Prius autem viderunt eum (inquit) & maligne cogitabant, vt occiderent eum. AVCTOR CATENAE. Verbum התנכלו ithnacelu, quod à nachal venit & cogitauerunt reddidit est, alij, Insidiabantur ei, id est, dolo & astutia impleti sunt, alij, machinati sunt, verterunt: in quem sensum Chaldaica dixit, Cogitauerunt contra illum. Septuaginta, ἐπονηρεύοντο, Et malignati sunt. Omnia enim hæc
E verbum illud significat. Sic igitur pro bono illorum properantem, malo suo iudicio consenserunt tot fratres contra naturam, incredibili malignitate, pro qua iuste damnandi essent, ad occidendum fratrem, & patris charissimum pignus. Sed quantumlibet crimen magnum, dei maxima misericordia ad mortem illis non fuit. Erat à domino constitutum vt fieret, idq; vt cederet in commodum vtrinque. Interim tamen malitia regnabat, innocentia patiebatur. Sic per miserias promouebatur ad regnum, sic contra deum & homines illi peccando, deo sercuiunt & hominibus in malum illorum, quod dominus vertebat bene, supplicia luituri non leuia, quia impunita non sinit deus peccata electorum in hac vita, si non ipsi disciplina suscepta resipuerint in tempore. Sequitur. *Et mutuo loquebantur. Ecce somniator uenit, uenite, & occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem, dicemusque, fera pessima deuorauit eum, & apparebit quid illi prosint somnia sua.* CHRYSOSTOMVS. Vidisti quod somniorum euentum expectantes, occidere eum conati sunt? IDEM IN SERMONIBVS. Verum ô nephanda rabies iniquorum, non licet Ioseph, non licet (inquam) impunitum esse, quoniam bonus est, non licet meliorem tu-
F tum esse cum malis. Et quasi inuidi aliquid perdant, aut dispendium alicuius rei incurrant, sic bonorum vita detrimentum est pessimorum. Zelant mansuetum inuidi, modestum superbi, probum improbi, mitem tumidi inimica æmulatione lacessunt. Patitur Ioseph sanctus innocentis vitæ inuidiam, & æmulos in se fratres sancta excitat vita. Bonum mali videre non possunt. Denique venientem ad se lacerant, sæuiunt, necare festinant. Nolunt meliorem viuere, ne degeneres ipsi possint improperia sustinere. Cur innocentem zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati simplicem non potes? Cur modestum persequeris? Cur probum non diligis? Cur rea innocentis sanguinis inueniris? Saltem distractus aliquatenus viuat, ne in te acculator innocens sanguis, vt in Cain aliquando existat. Serua tibi, serua inimica fraternitas viuum, quem sentias aliquando placatum. Serua incolumem, quem necessitatis tempore inuenies prouisorem. Forsitan enim aduenient tempus, quo eum seruum feciſſe pœniteat, parricidium non perpetrasse collibeat. Leuius crimen est, sanctum seruituti adiici, grauius nihil est, quàm innocentem animam iugulari. In seruo quid curetur inuenies: in parricidio non reperies quid excuses. Multis prouides, si iustum distraxeris. Tibi nocueris, si innocentem animam iugulaueris. AVCTOR CA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TENAE. Ecce somniator venit. Hebraicè: הִנֵּה בַּעַל הַחֲלֹמוֹת הַלָּזֶה בָּא Hinne Baal hahalomoth hallazeba, Ec- G
ce dominus somniorũ iste qui venit. Sic & Chaldaica. Baal enim proprie significat magistrum, dominum, maritum, quasi dicant, magister seu auctor ille somniorum. Septuaginta vt in Latina æditione, cum emphasi tamen, somniator ille. Quod vero sequitur, Et mittamus eum in cisternam veterem. Hebraicè est וְנַשְׁלִכֵהוּ בְּאַחַד הַבֹּרוֹת Venaslichéhu beahad haboroth, Et proiiciamus eum in vnam ex cisternis. Ita & Chaldaica, necnon & Septuaginta. Indicatur enim multas ibi fuisse cisternas. Demum quod dicitur, Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua, Hebraicè legitur, וְנִרְאֶה מַה יִּהְיוּ חֲלֹמֹתָיו Venire ma ihiu halómothaf, Et videbimus quid fuerint somnia sua, vel quid sit futurum ex somniis suis. Chaldaica, Et videbimus, quis erit finis somniorum suorum. Septuaginta, καὶ ἀφόμεθα τὶ σεται τὰ ἐνύπνια αὐτου, Et videbimus quid erunt somnia eius. Quæ tamen omnia sensum haud quaquam immutant. Igitur odio enecati fratres vnam duntaxat arripiunt causam, pro malignitate sua illam exaggerantes, cum reuera magis dolerent illum à patre præ se diligi, suas insolentias accusari contrarium esse operibus illorum. Magistrum somniorum vocant accuta irrisione sed seria, minaci, & odij plena. Mortem H
autem comminiscuntur fratri innocenti & optimo, immemores dei, & dolorum patris, damni eorum qui ex cisterna vel bibituri, vel animalia potaturi erant, sic obruti odio, nihil cogitabant præter nephas. Mendacio homicidium excusare prætendunt, dei prouidentiam omnino impedire contendentes. CHRYSOSTOMVS.
Sed vt discant, quod non sit possibile, ea quæ à deo sunt prædicta, non opere compleri, consultant & attentant, & suam declarant malitiam, at sapiens & omnipotens deus insidiatores ministrare etiam inuitos facit dispensationi futurorum. Quoniam ergo conspirauerant in mortem eius, & proposito iam occiderant. *Audiens* (inquit) *hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem, sed proiicite eum in cisternam ueterem, quæ est in solitudine, manúsque uestras seruate innoxias.* Vide & illum quomodo non audet manifeste eripere fratrem, sed iam occidendi conatum & impetum refrenare volens, dicit, non effundamus sanguinem, sed abiicite eum in lacum. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER
GENESIM. Alia litera. Cum audisset autem Ruben, liberauit eum de manibus eorum, & dixit, Non feria- I
mus eum in anima. Non ergo liberauit, & inde hoc dixit, sed hoc dicendo, eum liberauit. Prius ergo dixit, liberauit eum, & deinde breuiter recapitulatione quomodo eum liberauerit, insinuat. Non feriamus eum in anima, hoc loco nomine animæ, vitam corporis animati significat, per efficientem id quod efficitur. Secun-
Iob 1. dum hoc videri potest etiam quod ad diabolum dictum est de Iob, Animam eius ne tangas, id est, ne occidas
Matth.10. eum. Nam secundum illam significationem qua natura animæ commemoratur, illud à domino dicitur, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. CAIETANVS. Audiuit autem Ruben, & nitebatur liberare eum de manibus eorum. Iuxta Hebræum Moyses narrat prius conclusionem, dicendo, & liberauit eum de manu ipsorum. Deinde narrat medium, quo liberauit eum, subiungens, Et dixit, non percutiamus animam. Retraxit siquidem patres ab actu percutiendi, ab actu iugulandi, seu feriendi animam, hoc est, vitam, hoc enim medio eum liberauit. Deinde subiungit in specie huiusmodi medium quibus verbis K
fuerit explicatum, subiungens, Et dixit ad eos Ruben, non effundetis sanguinem, proiicite eum in puteum istum qui in deserto, & manum non mittetis in eum. Hic est contextus Hebraicus. AVCTOR CATENAE.
Audiens hæc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum. Hebraica aperte fatentur Ruben eripuisse fratrem suum de manibus eorum, sic enim ibi legitur וַיַּצִּלֵהוּ מִיָּדָם Vaiazilehu maiadam, Et eripuit eum de manibus eorum. Chaldaica, Et liberauit eum de manibus eorum, quod & apud Septuaginta clarissimum fit, ἐξείλατο αὐτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, Eripuit, seu abstulit eum de manibus eorum. Nam Ruben liberauit Ioseph, ne interficeretur, quanquam inhibere non potuerit quin in cisternam deiiceretur. Quod autem ait Ruben, non interficiamus, seu percutiamus (vt habent Græca exemplaria) animam eius. Animalis & sensitiua Ioseph vita, quæ cum carne moritur, hic animæ verbo significatur, non autem rationalis anima, sicut falso imposuerunt Moysi Sad-
ducæi, quod hoc loco animã hominis mortalem esse docuerit. Nam & in prophetis inuenitur frequenter huius-
Hiere.40. modi loquẽdi modus, iuxta illud Hieremiæ, Misit Ismaël filius Nathaniæ, percutere enimam tuam, cum tamen L
certissimum sit prophetas sanctos posuisse rationalem hominis animam esse immortalem. Vel non interficiamus (inquit) animam eius, id est, ipsum Ioseph, partem pro toto accipiendo, vt moris est scripturarum. Nec effundamus sanguinem, & cætera. Consultissime hic præteriit interpres hæc verba quæ apud omnes æditiones habentur, Et dixit ad eos Ruben, vnicuique fecit esse fratris sermonem, vt Hebraicam phrasim euitaret. Ipsa autem Ruben verba sunt huiusmodi אַל תִּשְׁפְּכוּ דָם הַשְׁלִיכוּ אֹתוֹ אֶל הַבּוֹר הַזֶּה אֲשֶׁר בַּמִּדְבָּר וְיָד אַל תִּשְׁלְחוּ בּוֹ Al tispechu dam, hasslichu otho el habor haze aser bamidbar, veiad al tisslehu bo, Non effundatis sanguinem, proiicite eum in cisternam hanc quæ in solitudine, & manum non extendatis in eum. Ita & Chaldaica & Septuaginta. Fratres igitur excæcati odio, leuius credebant fame occidere, quàm gladio, sanguinis effusionem carnaliter interpretantes, cum omnem hominis occisionem lex dei prohibuerit. Cuius illos commonefacit Ruben, prudenter sanóque consilio, fratrum furioso odio occurrendo pro viribus. CHRYSOSTOMVS. Docere enim nos
volens diuina scriptura scopum & mentẽ Ruben, dicit. *Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, &* M
reddere patri suo. RVPERTVS. Forte hoc fecit Ruben, quia se magis suspectum fore, totúmque pondus criminis in se versandũ existimabat, quippe qui primogenita perdiderat, quæ in illum ex altera vxore primogenitum pater transferre cœperat. Hic profecto diuisus est à cæteris, & cauendum erat illis, vt non offenderent eum, cum posset offensus rem indicare patri. Vt ergo euaderet mortem Ioseph, dicentibus illis, Ecce somniator venit, venite, occidamus eum, & videamus si profint illi somnia sua, diuisio malorum præsidio iusto fuit. AV-
CTOR CATENAE. Hoc autem dicebat, volens eripere, & cætera. Hebraicè tantum est לְמַעַן הַצִּיל אֹתוֹ מִיָּדָם לְהָשִׁיבוֹ אֶל אָבִיו lemáan hazil otho miiadam, lahasibo el abif, Vt liberaret eum de manibus eorum, & reuerti faceret ad patrem suum, seu vt reduceret eum patri suo, vt est in Chaldaica, vel vt apud Septuaginta, καὶ ἀποδῶ αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτου, vt redderet eum patri suo. Quæ omnia vnum sunt cum Latina æditione. Sic igitur qui libidine carnali reliquis fuerat peior, naturali pietate, & odio tanti criminis, nimirum etiam senior, compatientiaq;

A tientiáque fraterna melior erat. Non ergo temere iudicandi peccatores à peccatoribus, potest enim vno vitio deterior, virtute alia superior esse.
AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Hoc totum scriptum de Ioseph, completum est Mysticè.
de Christo, & vide quomodo. Qui cum vidissent (inquit) eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt eum occidere. Merito longe erant, qui erant in defectione, & ideo insæuiebant, quia non appropiauerat his Christus. Nam si appropiasset his typus Christi, fratrem vtique dilexissent. Sed prope esse non poterant, qui parricidium cogitabant. AVCTOR CATENAE. Sic Iudæi ante inierunt cõsilium occidendi dominum, quàm credendi in eum. Nam dicitur Matthæi vicesimoseptimo, Mane autem facto inierunt consilium omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et Ioannis vndecimo, Collegerunt pontifices & pharisæi concilium, & dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? & cætera. Et pau-
B lopost, Ab illa ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS
DE TEMPORE. Videntes ergo Ioseph fratres sui de morte illius tractauerunt, sicut videntes Iudæi verum Ioseph dominum Christũ, vt eum crucifigerent, vno omnes consilio statuerunt. PROSPER DE PRO-
MISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Viso Ioseph fratres eius dixerunt, Ecce som-
niator ille venit, venite occidamus eum, & videamus quæ erunt somnia ipsius. Et apud Salomonem de nostro Sapien.2.
Ioseph impios dixisse refertur, venite, occidamus iustum, quoniam insuauis est nobis. Et sequitur, Promittit scientiam dei se habere, & filium dei se nominat. Videamus si sermones illius veri sunt, & tentemus an succedant quæ ventura sunt illi, & quæ sequuntur. Hæc quoque in euangelio ipse confirmat de filio, qui ad cultores
vineæ missus est, quomodo dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus illum, & nostra erit hæreditas. AM- Matth.21.
BROSIVS. Nonne hæc verba dicebant, qui de parricidali sacrilegio cogitabant, sicut de ipsis Salomon ait, Sapient.
Tollamus iustum, quia inutilis est nobis? Et addiderunt in Genesi, Et videamus quid proderunt, somnia illius, Matth.27.
C hoc etiam completum est, quando Iudæi in passione domini dicebant, Si rex Israël est, descendat nunc de cruce
& credimus ei. Confidit in deum, liberet nunc eum, si vult. AVCTOR CATENAE. Hoc est quod legi-
tur Hieremiæ vndecimo. Cogitauerunt consilia super me, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et Prouerbiorum primo, Veni nobiscum,
insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, & cætera. Vere autem fera pessima deuorauit Ioseph, quando Iudaica sæuitia & iniquitas cruci affixit dominum Iesum. Ipsa enim est, de qua idem dominus apostolis dicebat, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et tunc in cisternam veterem demissus, quando in sepulchro positus, vel quando eius sanctissima anima ad inferos descendit, iuxta illud psalmi, Posuerunt
me in lacu inferiori, in tenebrosis, & vmbra mortis. Porrò Ruben, qui visio dei interpretatur, sermonem signi-
ficat propheticum, qui comminationibus deterrebat populum illum, vt se innocentem à sanguine Christi fratris
D sui secundum carnem, seruaret, sicut Deuteronomij decimooctauo habetur, Prophetam suscitabo eis de medio
fratrum tuorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui
autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, non audierit, vltor existam. Et alia plura huiusmodi, quæ in diuinis voluminibus habentur. RVPERTVS. Notandum autem, quod non opus erat, vt gratia similitudi-
nis filij sui, deus Ioseph permitteret occidi resuscitaturus à mortuis, quanuis & hoc illi possibile fuerit, cum om-
nipotens sit. Occidi nanque non iam mortis similitudo, sed ipsa est mors. Si enim complantati (inquit Aposto- Rom.6.
lus) facti fuerimus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Nunquid hæc dicens, Suadet nobis
corporaliter extingui? Ergo pro similitudine satis fuit, viuentem absque dispendio vitæ, doloribus mortis cir-
cundari, & ita communicare futuris passionibus Christi. AMBROSIVS. Sed nunquid & ipsi fratres tam
impij, vt fratrem occiderent? Et vnde tantorum merita patriarcharum, vt lex totius plebis eorum vocabulis de-
signaretur? Quomodo conueniunt pietatis nomina, & sceleris insignia? Sed etiam iusti, typo populi, non animi
sui vitio laborabant. Ideo omnis inuidia, ideo parricidij meditatio per figuram, pietas per affectum. Denique Ru-
E ben & Iudas, germanitatis pia iura seruantes, de manibus cæterorum eum liberare cupiebant, meritóque Iudas
paterna benedictione præfertur, cum ei dicitur, Adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda, & ipse erit Gene.49.
expectatio gentium. Quod vtique soli conuenit Christo, cui repositum fuit, vt adoraretur à fratribus & expe-
ctaretur à gentibus. Lauaret in vino stolam suam proprij corporis passione, quia carnem suam nulla peccati la-
be maculauit. Aser quoque non vtique sibi conuenire credebat, Aser pinguis panis eius, & ipse Aser cum prin-
cipibus. Quid vero ipse Ioseph, cui dictum est, Filius meus ampliandus Ioseph, filius ampliandus meus, zelatus
filius meus, filius meus adolescentior, ad me reuertere? In quem consilium conferentes maledicebant, in quo
benedictio prævaluit, super benedictiones montium manentium, & desideria collium æternorum. Quem signi-
ficari intelligebat in se, nisi illum qui omnium merita supereminens, supra omnium desideria sanctorum immen
sæ teneret apicem potestatis, quem voto nullus æquaret? Compensatur ergo in patriarchis inuidia per gratiam,
F qui & excusantur à culpa, & reuelationis munere consecrantur. Non enim tam culpabile est dixisse quæ plebis
sunt, quàm beatum vidisse quæ Christi sunt. Subierunt personam peccatoris populi, vt acciperent gratiam domini redemptoris. Certe culpam aboleuit gratia, gratiam culpa non minuit.

COnfestim igitur ut peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, miserúntque eum in cisternam ueterem, quæ non habebat aquam. Et sedentes ut comederent panem, uiderunt Ismaelitas uiatores uenire de Galaad & camelos eorum portantes aromata, resinam & stactem in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis, Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est ut uendatur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur. Frater enim, & caro nostra est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRYSOSTOMVS. Et cum illi quæ supradicta sunt, vellent, nondum Ioseph aduenerat, sed postquam G
colloquium hoc absoluerunt, vni acquiescentes. *Confestim ut peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, miseruntq; eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.* Oportebat igitur illos occurrere fratri, & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere, verum illi quasi bestiæ quædam vbi agnum conspicatæ fuerint, assiluunt. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, nudauerunt eum tunica sua, tunica polymita. Non habetur in textu duplex tunica, sed appositiue adiungitur tunica polymita, quæ non scribitur longa vsque ad talos, nec ex qua materia fuerit scribitur, sed duntaxat, quod variorum liciorum. Nec quadrat vestis talaris vagationi campestri. Miseruntque eum in cisternam, & cætera. Et sic adimpletum est consilium Ruben. Tacétque hic Moyses preces Ioseph supplicantis fratribus, vt misererentur eius, testantur enim inferius fratres in capite quadragesimo secundo, interceſſiſſe huiusmodi preces. AVCTOR CATENAE. Quia in Hebræo est וַיַּפְשִׁיטוּ אֶת יוֹסֵף אֶת כָּתָּנְתּוֹ אֶת כְּתֹנֶת הַפַּסִּים אֲשֶׁר עָלָיו Vaiaphsitu eth Ioseph eth cutanto eth chethóneth hapassim aser alaf. Et nudauerunt Ioseph tunica sua, tunica polymita, quæ super eum. Sic & Chaldaica & Septua- H
ginta, τὸν χιτῶνα ἀυτοῦ, Quæ circa eum. Quidam Hebræorum hunc locum sic legunt, Et spoliauerunt eum interula, seu indusio suo, cum tunica discolori, quæ super ipsum erat, vt primum sit indusium quod cuti adhæret, alterum vestis superior, & sic penitus denudatum, proiecerint in cisternam. In eo autem quod subditur, Miseruntq; eum in cisternam veterem, abundat dictio, veterem, necnon in toto contextu isto, nusquam enim adest, nec in Hebræo, nec in Græco, nec in Chaldaico codice. Furioso itaque & subitaneo consilio acquiescentes, fratrem nudant tunica, qua veluti certo signo fidem patri facerent, non viuentis filij, sed occisi à fera crudeli. Et re vera feris & leonibus ferociores erant, qui non abhorrebant à nudatis fratris sui teneris membris, omnémque ipsi humanum sensum exuerunt. *Et sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stactem in Aegyptum.* CHRYSOSTOMVS. O crudelitatem, ô inhumanitatem. Ille quidem tantum itineris confecerat, & tanto studio de eis inquisierat, vt videret & annunciaret patri quomodo se haberent res illorum. Verum illi quasi alieni, & barbari, & inhumani, quia consueI
rat eis Ruben, ne effunderent sanguinem, fame occidere volebant. Sed misericors deus statim eum liberauit ab insania fratrum. Cum enim consedissent ad comedendum panem, viderunt Ismaëlitas viatores venientes, & Aegyptum versus euntes. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et sederunt ad comedendum panem, & eleuauerunt oculos suos, & viderunt, Et ecce comitatus Ismaëlitarum veniens de Galaad. Vbi nota, quod non soli Ismaëlitæ narrantur, sed comitatus Ismaëlitarum, erant enim diuersarum nationum mercatores simul incedentes, sed vniuersa societas denominabatur ab Ismaëlitis, Frequenter enim similia accidunt. Et cameli eorum portantes aromata, & resinam, & stactem in Aegyptum. Ne contendas de his nominibus. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, viderunt Ismaëlitas viatores, Hebraicè est וְהִנֵּה אֹרַחַת יִשְׁמְעֵאלִים Vehinne órhath Ismeelim, Et ecce comitatus, seu turma Ismaëlitarum. Significat enim Hebræa vox, viam & comitatum itineris. Vnde & Septuaginta, καὶ ἰδοὺ ὁδοιπόροι ἰσμαηλῖται, Et ecce viatores Ismaëlitæ. Chaldaica vero, Et K
ecce turba Arabum veniebat de Galaad. Subditur deinde, portantes aromata, & resinam, & stactem in Aegyptum. Prima dictio נְכֹאת nechoth, aromata, seu aromatum significat collectionem. Alij dicunt rem esse desiderabilem siue pretiosam. Sunt etiam qui ceram esse autument. Secunda vero dictio צְרִי zeri, communiter resina esse dicitur. Alij guttam quandam, quæ cum thymiamate commiscetur legali. Alij genus Balsami, quod stillet incisis arboribus, Iudæi vero theriacam esse asserunt. Tertiam dictionem לֹט Lot, stactem versam, arboris myrrhæ guttam esse asseuerant, notam physicis. Quidam Hebræorum putant mastichen esse. Quicquid horum sit, ferebant in animalibus viatores Ismaëlitæ merces de prouincia in Aegyptum, defectum mutuum rerum vtilium supplentes. Nec fortuito, sed dei prouidentia omnia gerebantur, etiam circa Ismaëlitas, ne credamus fidelium solum opera, domini voluntate ordinéque disponi. Multo autem magis actus nostros diriget, si iuxta illius beneplacitum quippiam conari cœperimus. Et fratres quidem Ioseph quemadmodum consuluerat Ruben fecerunt, illic illum fame occisuri. Postea sederunt ad comedendum panem manibus pollutis, quantumlibet aqua fortasse dilutis, & sanguinolentum quidem panem. *Dixit ergo Iudas fratribus suis, Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & cælauerimus sanguinem ipsius?* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & prius Ruben L
minore malo maius prohibuit, & nunc quoque Iudas consuluit, vt vendatur frater, quo eum ab interitu eripere queat. AVCTOR CATENAE. Hoc autem absente Ruben Iudas suadere conatur, quandoquidem non facile sanguis illius cælari possit, de terra enim citius clamaret, nec se pateretur inultum, maxime autem fratris. Cælare autem fratris sanguinem, est mortem illius occultare. *Melius est ut uendatur Ismaelitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim, & caro nostra est.* CHRYSOSTOMVS. Hoc totum factum est, vt etiam inuiti dispensationi diuinæ seruirent, & facerent ea, quæ à deo sunt prædicta. RVPERTVS. Si enim relinqueretur in cisterna Ioseph, mortem non euaderet, si autem Ruben (vt facere intendebat) eriperet eum de manibus eorum, & redderet patri suo, non implerentur diuinitus præuisa eius somnia. Facta est igitur & alia diuisio, sicq; in tres diuisi sunt partes, vt citius propositum dei ordine suo percurreret. Dixit ergo Iudas, Melius est vt vendatur M
Ismaëlitis, & cætera. Hoc profecto ex semetipso non dixit, sed quemadmodum ille Caiphas, qui prophetauit
Ioan.11. dicens, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, sic & iste nutu dei prophetauit, melius fore venundari, quàm occidi, magisq; sibi profuturum, si Ismaëlitis venderent, quàm si occiderent, & sanguinem eius cælarent. Hæc potius voluntas dei fuit, sed ille quidem cogitauit de fratre suo malum,
Gen.50. deus autem conuertere nouerat illud in bonum. Num (inquit ipse Ioseph) dei renuere possumus voluntatem?
Psalm.104. Vos cogitastis de me malum, & deus vertit illud in bonum. Hæc & psalmista testatur, dicens: Misit ante eos virum, & continuo subiungens, in seruum venundatus est Ioseph. Illi, inquam, cogitauerunt malum de fratre suo, qui in seruum illum vendiderunt, deus autem vertit in bonum, mittendo ante eos virum. Hoc vere fuit Christo compati, vere ferro passionis transuerberari. Sic enim qui supra, cum dixisset, Ferrum pertransiens animam, ap-
Gen.42. pellat animæ angustiam. Quæ quàm vehemens fuerit, fratres testantur ad inuicem loquentes, Merito hæc patimur,

A timur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non au- Gene.42.
diuimus. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Quod Iudas dicit iuxta alia exemplaria, Manus autem nostræ non sint super eum, hoc est, quod dici à nobis solet, manus ei non inferamus. Quoniam frater & caro nostra est, non aliud, sed bis hoc idem dictum est, tanquam exponendo quid sit frater noster, quod ex eadem carne fuerant procreati. AVCTOR CATENAE. Melius est vt venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur. Eadem sententia, sub aliis tamen verbis est in Hebræo לְכוּ וְנִמְכְּרֶנּוּ לַיִּשְׁמְעֵאלִים וְיָדֵנוּ אַל תְּהִי בּוֹ Lechu venimcerennu laismeelim veiadénu al tehi bo. Venite, & vendamus eum Ismaëlitis vel Arabibus (vt habet Chaldaica) & manus nostra non sit in eum, sic & Septuaginta. Oppressit ergo odium fratris omnem vim naturalis affectus, & tot & tanta cogitantes, ac vbique grauitatem sui criminis inuenientes, non tamen resipiscere de tanto malo potuerunt. Sic odium excæcat, & tamen prædestinationis diuinæ ordo procedit, & humanæ malignitatis crimen declaratur & indicatur, vt nulla se excusatione impij defendere possint, neque coram
B deo, neque coram hominibus, multo minus coram propria conscientia, quæ dicebat illis, frater noster & caro nostra, nolite grassari in illum.

PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Verum hæc iuxta literam. Cæterum iuxta mysterium, Accipientes Ioseph fratres eius, expoliauerunt illum tunicam illam variam, & misère illum in lacum. Hoc & noster Ioseph de sua passione per prophetam dicit, Proiecêre me in la- Psalm.87.
cum exteriorem, in tenebris & vmbra mortis. Tunicam vero expoliatam desuper contextam, euangelica au- Ioan.19.
ctoritas narrat, quam etiam milites diuidere noluerunt, vnitatem ecclesiæ firmantes, à cuius sorte excluduntur hæretici, quoniam sorte prouenit, vt eam vnus possideret. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Ioseph ergo expoliauerunt fratres sui tunica polymita & talari, quando Iudæi Christum per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. ISIDORVS. Polymita autem, id est, omnium virtutum diuersitate decora-
C ta. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Exutus est igitur tunicam, id est, carnem, quam assumpsit, exutus est decoram diuersitate virtutum. Ergo tunica eius, id est, caro, non diuinitas cruentata est, & indumentum ei carnis, non immortalitatem vitæ auferre potuerunt. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS. Ioseph autem exutus tunica mittitur in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana, descendit in infernum. SEVERIANVS GABALORVM. Ioseph viuus in lacum descendit, quia imago erat illius, qui viuens inferos spoliauit. In cisternam vacuam mittitur, quia erat & domini monumentum vacuum, in quo nondum quisquam positus fuerat. AMBROSIVS. Vel lacus siccus erat, quid Psalm.87.
mirum, si Iudæorum lacus aquam non habet, qui dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fecerunt sibi lacus contri-
tos? Et vt scias verum hoc esse mysterium, ipse de se dominus ait, Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & Zach.9.
vmbra mortis. AVCTOR CATENAE. Et de ipso etiam dicitur per prophetam, Tu quoque in sanguine Hier.38.
D testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et in eius figura submiserunt etiam Hieremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua. CYRILLVS. Contemplare vero sacrarum literarum vigilantiam. Cisterna (inquit) vacua erat, & non erat in ea aqua, vt manifeste inferos significaret. Aqua enim vitam signat, quia viuificatrix est. Porrò apud inferos vita non est. AVCTOR CATENAE. Quod autem sedentes fratres Ioseph comederunt panem, id nobis indicat, quod Iudæi occiso domino delectati sunt, & in impietate sua, Ioan.8.
quoad infideles perseuerauerunt, & vsque hodie perseuerant. Quibus ipse dominus olim dicebat, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. INTERLINEARIS. Ismaëlitæ autem viatores venientes de Galaad, quod aceruus testimonij interpretatur, sunt mundi contemptores, qui de gentibus ad fidem venientes, legis & prophetarum testimoniis odorifera & salutifera mundo languenti superposuerunt malagmata. AVCTOR CATENAE Aromata scilicet, resinam & stactem, hoc est, orationem, eleemosynam, & carnis mortificationem, quæ tria commendât dominus Matthæi sexto. Hæc ferre debent prædicatores in Aegyptum,
E ea videlicet in semetipsis prius ostendentes, deinde gentibus annunciantes, iuxta illud primę Petri secundo. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Aliter. Illi emunt Christum, qui boni odoris deferunt thymiama, quo adolent altaria piæ mentis. Resinam quoque, qua marmora confracta sociantur. Est enim resina spiritalis, quæ fracturas animæ tuæ solidet, & diuulsa conNectat, & soluta constringat. Hæc enim spiritalis resina corroborat, & quædam comminuta animæ membra com- Hier.51.
ponit, vt sine offensione socientur. Denique Hieremias hanc quærit resinam, vt Babyloniam curet, sanare si possit, dicens: Accipite resinam corruptioni eius, si quomodo sanabitur. Curauimus Babyloniam, & sanata non est. Non est sanata synagoga, quia resina ista migrauit ad ecclesiam. Ideo ex Galaad veniebant negotiatores de possessione, hoc est, de incolatu testimonij, merces suas ad ecclesiam transferentes vt Gentium peccata resina ista cu Esaiæ 35.
raret. De quibus dicitur, Conualescite manus discussæ, & genua dissoluta. Fides syncera est. Hanc habebat Pe- Act.3.
F trus, cum diceret claudo, In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Meritóque surrexit, & ambulauit. Hanc Act.9.
habebat, cum diceret paralytico, Aenea, sanet te dominus Iesus, surge & sterne tibi. Et surrexit, & strauit sibi. Ibidem.
Hanc habebat, cum diceret mortuæ, Surge in nomine domini Iesu, & defuncta surrexit. Huius resinæ tempe-
ramento lapides illi, de quibus potens est dominus resuscitare filios Abrahæ, compaginantur. Sed & vt hic quoque dominicæ passionis figuram aduertas, ait Iudas patriarcha, Vendatur Ioseph Ismaëlitis, manus autem no- Ioan.18.
stræ non sint infestæ super eum, quod Iudæi in domini passione dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam, vt sermo Iesu impleretur, significans qua morte moriturus esset. Iam tunc ergo futuræ crucis præfigurabatur insigne. SEVERIANVS. Oportebat autem venditionem Ioseph per Iudam fieri, quia & dominus noster à Iuda venditus fuit.

Universidad de Deusto Biblioteca

6 *Acquieuerũt fratres ſermonibus illius,& prætereũtibus Madianitis negotiatoribus,extrahentes eũ de ci-* G
ſterna,uendiderunt eũ Iſmaelitis uiginti argẽteis:qui duxerũt eum in Aegyptũ.Reuerſusq; Rubẽ ad ci-
ſternã,nõ inuenit puerũ,& ſciſsis ueſtibus pergẽs ad fratres ſuos,ait,Puer non cõparet,& ego quo ibo?

6 *Acquieuerunt fratres ſermonibus illius.* AVCTOR CATENAE. Sic enim fieri præordinatum erat à deo, cu-
ius voluntati non eſt qui poſſit reſiſtere. *Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus,extrahentes eum de ciſterna,uendide-*
runt eum Iſmaelitis uiginti argenteis. INTERLINEARIS. Tanquã vile mancipium. CHRYSOSTOMVS.
O iniquam commutationem,ô damnoſum lucrum,ô iniuſtiſſimum opus. Eum qui vobis ſanguine coniunctiſſi-
mus erat,quem pater maxime amabat, qui ad viſendum vos venerat, qui nunquã vos vel in paruo vel in magno
offenderat,vendere attentatis?& vendere hominibus barbaris,& in Aegyptum deſcendentibus? Quæ tanta inſa-
nia?quis liuor?Nã ſi hoc metu ſomniorum facitis,vt perſuaſi,quod omnino euẽtura ſint, quare impoſſibilia atten- H
tatis,& factis veſtris contra deum bellum aſſumitis,qui hæc ei prædixerat?Quod ſi nihili putaſtis ſomnia,ſed exi-
ſtimaſtis eſſe delirium,quare hęc operati eſtis,quæ perpetuã vobis maculam inurant,& luctum indeſinentem pa-
tri veſtro afferant?ſed ô grauem morbũ,imò mentem ſanguinariam . Nam qui peccato exponit ſe, & nepharium
opus aggreditur,is & obruitur à cogitationibus abſurdis,neq; proponit ante oculos oculũ illum,qui non quieſcit,
neq; reueretur naturã ſuam,neq; attendit aliquid quod ad commiſerationem ſe poſſit inducere,id quod & illis e-
uenit.Non enim cogitabãt quod frater eſſet,neq; quod adoleſcens,neq; quod tam amabilis patri,neq; quod nun-
quam in terra aliena vixiſſet,& apud exteros nunquã antè conuerſatus, & nunc in terra tã ſemota inter barbaros
habitaturus eſſet,ſed omni honeſta cogitatione abiecta,vnum duntaxat curabant,quo inuidiã ſuam,vt putabant,
opere explerent.Et illi quidem mente fratricidæ erant,qui autẽ hæc ab eis paſſus eſt,omnia fortiter tulit.Cuſtodie-
bat enim eum manus domini,& omnia difficilia,faciebat ei facilia & leuia. Quando enim ſupernã gratiam habe-
mus etiã inter medios barbaros,& in aliena regione melius & cõmodius verſari poſſumus,quã domi habitantes, I
& hi quibus ſumma cura miniſtratur.Sicut & ſi in domo verſemur,& omni proſperitate frui videamur,deſtituti
autẽ ſimus ſuperno præſidio,omnibus videmur miſeriores. Magnũ enim & virtutis robur, & malitiæ infirmitas.
Et hoc maxime oſtẽdit nobis hiſtoria,quã in manibus habemus.Dic enim quos miſeros & innumeris lachrymis
dignos eſſe putamus,illos ne qui tanta mala fecerunt,an fratrẽ,qui in poteſtatem barbarorum venerat? Manife-
ſtum,quod illi.Cogita enim obſecro,hic admirabilẽ illum,qui tanta miniſtrorum cura educatus,& in vlnis pater-
nis ſemper habitus fuit,quomodo repẽte coactus eſt ferre grauem ſeruitutẽ apud viros barbaros,nõ meliores ipſis
beſtiis.Sed omniũ dominus erat,qui & illos humanos reddebat,& iſti in omnibus dedit patientiam. HIERO-
NYMVS IN QVAEST. HEBRAIC. Iuxta Septuaginta,Et vendiderunt Ioſeph Iſmaëlitis viginti au-
reis. Pro aureis in Hebræo,argenteis habet. Neq; enim viliore metallo dominus venundari debuit quàm Ioſeph.
AVGVST. IN QVAEST. SVPER GENE. Quæritur autẽ quare Iſmaëlitas ſcriptura,quibus à fratribus
venditus eſt Ioſeph,etiã Madianitas vocet,cum Iſmaël ſit de Agar filius Abrahæ,Madianitæ vero de Cethura?An K
quia ſcriptura dixerat de Abrahã quod munera dederit filiis concubinarum ſuarũ,Agar ſcilicet & Cethuræ,& di-
miſerit eos ab Iſaac filio ſuo in terrã orientis,vnã gentẽ feciſſe intelligendi ſunt? CAIETANVS. Iunge er-
go prudens lector Madianitas cum Iſmaëlitis,ſciens quod Iſmaël & Madian fuerunt fratres,filij Abrahæ,alter ex
Agar,alter ex Cethura, & videbis Moyſen tanquam ſynonymis vti in hac negotiatione Madianitis & Iſmaëlitis.
Narrat enim mercatores Madianitas,& Ioſeph venditũ Iſmaëlitis, quia reuera etiã Madianitæ denominabantur
Iſmaëlitæ,à nomine comitatus. AVCTOR CATE. Vel quæſtio hæc facile ſoluitur, ſi dicatur inter tot Iſ-
maëlis filios fuiſſe quoſdã,qui cum Madianitis habitauerint.Et Madian quidẽ non fuit filius Agar, ſed Cethuræ.
Vtriuſq; autẽ matris filij,Iſmaëlitæ nominari poſſunt,filij quidẽ Abrahæ,ſed non Iſaac. *Qui duxerunt eũ in Aegyptũ.*
CHRYSOSTOMVS. Et cum vendidiſſent fratrẽ,quaſi perfeciſſent propoſitũ ſuum,affecti fuere,ablato vide-
licet è medio, cui inuidebant. AVCTOR CATE. Hoc igitur euentu Aegyptum peruenit ſemen Iſraëlis,
donec reliquũ quoq; ſuccederet.Tunc autem *Reuerſus Ruben ad ciſternã,non inuenit puerum,& ſciſſis ueſtibus pergens ad* L
fratres ſuos,ait,Puer non comparet,& ego quo ibo? CHRYSOSTOMVS. Quoniam ſupra docuit ſcriptura,quod
propterea conſuluerat eum in ciſternã coniiciendum, vt ex ſanguinariis manibus illũ eriperet, & redderet patri,
nunc (inquit) vbi vidit ſe à ſententia ſua excidiſſe,diſrupit veſtimenta ſua,inquiens,Puer nõ comparet,& ego quo
ibo?id eſt,qualem habebimus defenſionẽ,& maxime ego,qui vobis pręeſſe videor?Putabat enim quod eũ occidiſ-
ſent. AVCTOR CAT. Fratris ergo ereptionẽ perficere volens,veniebat Ruben,ſed tardius.Ad hũc enim
finem ſeſe ſubtraxerat illis,qui nõ inueniens in ciſterna puerũ vehementer doluit.Conſciditq; veſtimenta ſua,ſe-
cundum videlicet Hebręorũ conſuetudinem,quibus in magnis doloribus poſitis veſtes lacerare mos fuit.Sic enim
regem Iſraël ad literas regis Syriæ,& principẽ ſacerdotum in paſſione domini feciſſe legimus. Et ait,Puer nõ ad-
eſt,& ego quo ibo? Anxij ſermonis figura eſt de fratris perditione,& fratris periculo,fratrũ ſcelere, ſuaq; iactura,
qui cũ maior eſſet natu,malo præcauiſſe debuerat,& à fratris odio abſterruiſſe ſubiectos.Inops igitur cõſilij,quęrit
quid facto opus,quo pater cõſolaretur vtcunq;,& fratrũ nephas lateret.Vides iam quod non probitas,nõ malitia, M
non conſiliũ,non ratio,vel circunſpectio quæcunq; domini diſpenſationem infringere poſſunt,in cuius poteſtate
ſunt voluntates & opera noſtra.Vt tamen nemo ſe cogi cõqueri poſſit ad malũ,ſed dicere,voluiſſe ſe id malũ libe-
re,voluiſſe nemine compellente,libidine incitante,ſed non etiã cogente,cui reſiſtere debere ſe non ignorauit.
Myſticè. CHRYSOSTOMVS. Facta ſunt autẽ hęc omnia & in figurã futurorum,vt in vmbra multo antea veritatis
res deſcriberentur.Et ſicut Ioſeph ad fratres abiit inuiſens eos,& illi non ſunt reueriti neq; fraternitatẽ,neq; aduen-
tus cauſam,ſed primũ quidem occidere voluerunt,poſtea autẽ vendiderunt barbaris, ita dominus noſter ſuã ſer-
uans miſericordiã,aduenit inuiſens humanũ genus, & ſuſceptor noſtræ formæ, carne dignatus fieri frater noſter,
Hebr.2. affuit.Et clamat Paulus dicens,Nõ enim angelos aſſumpſit, ſed ſemen Abrahæ,vnde debuit per omnia fratribꝰ ſi-
milis fieri.Sed ingrati Iudæi,animarũ corporumq; medicũ,innumera miracula quotidie facientẽ,occidere conati
ſunt,& opere cõpleuerũt animi ſui propoſitã cædem,& crucifixerũt eum,qui propter noſtrã ſalutẽ ſerui formã ſu-
ſcipere

A ſcipere dignatꝰ eſt,& apprehẽderũt,& cruci traditũ occiderũt.Illi aũt cõſultabant,quidẽ,ſed opere quod cõſulebãt
nõ impleuerũt.Oportet aũt figurã minus habere, q̃ veritatẽ,quia alioqui nõ fuiſſet figura eorũ quę poſthac futura.
Propterea illic quidẽ quaſi in vmbra pręſignata ſunt.Et conſidera negotiũ,Non occiderũt,ſed vẽdiderunt,& veſtẽ
hœdi ſanguine inquinantes,dederunt patri,perſuadere volentes,quod occiſus ſit filius. Vides quod omnia hæc fa-
cta ſunt,vt quaſi in vmbra imago illa rerũ fieret,& veritas cuſtodiretur? INTERLINEARIS. Acquieue-
runt igitur fratres cõſilio Iudæ,& Ioſeph Madianitis negotiatoribus vendiderũt,quia Iudęi Chriſtũ gentibus reli-
querunt,& à ſe repulerunt.O fœlix negotiatio vbi ſalus emitur, & vita à morte redimit. AMBROSIVS DE
IOSEPH PATRIARCHA. Vt autẽ cognoſcamus omne hoc de populo & domino Ieſu myſteriũ eſſe.Quid
interpretationis habet nomẽ Ioſeph,niſi quod diuinã gratiã ſignificet,& expreſſionẽ dei ſummi:Quid igitur ven-
ditur,niſi ille,qui cũ in forma dei eſſet,non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ deo,ſed ſemetipſum exinaniuit for-
mam dei accipiens?Neq; enim nos eum emiſſemus,niſi vendidiſſent ſui.Male vendiderunt,peius emerunt.Ven- Philip.2.
B diderunt negotiatoribus boni odoris,emerũt à proditoribus.Vendidit eũ Iudas,emerunt Iſmaelitæ,qui ſignifican-
tur Latina interpretatione,odio habentes deũ ſuum.Ideo alibi viginti,alibi viginti & quinq; aureis, alibi triginta
inuenimus emptũ Ioſeph,quia non omnibus vnius æſtimatione præualet Chriſtus.Aliis minus,aliis amplius. Fi-
des ementis incrementum eſt mercis religioſiori.Pretioſior deus peccatori, pretioſior & eſt redemptor. Pluris &
illi valet,qui plus habet gratię.Sed etiã cui multa donata ſunt,pluris valet,quia cui plus remiſſum eſt,plus diligit,
ſicut ipſe dominus in euangelio pronũciauit de illa muliere,quæ ſuper eius pedes effudit vnguentũ & lachrymis la- Lucæ 7.
uit,& capillis ſuis terſit,& oſculis ſiccauit, de qua ait ad Simonem, Propter hoc dico tibi, remiſſa ſunt ei peccata
multa,quoniã dilexit multum.Cui autem minus dimittitur,minus diligit.Interdum diuerſitates pretij nõ ſolum
quãtitatis habẽt, ſed etiã numeri expreſſionẽ,ſicut habes de vnguẽto quod ad ſepeliendũ ſe dominus effuſum eſſe
memorauit ſcriptura,dicente Iuda,Potuit hoc venire denariis trecẽtis.Quo numero,nõ quantitas,ſed ſignificatio Marc.14.
crucis videtur expreſſa.Ita hic quoq; diuerſitas vel viginti vel triginta aureorũ vel argenteorum, habet vel gemi-
C natæ,vel triplicatæ perfectionis indiciũ.Nam viginti quinq; aurei,Iubilei qui eſt remiſſionis numerus,ſignificant
pretioſiſſimã portionem. AVGVSTINVS IN SERM. DE TEMPO. Ioſeph ergo poſteaquã de ci-
ſterna leuatur,Iſmaëlitis, id eſt,gentibus venditur,& Chriſtus poſteaquã de inferno regreditur,ab omnibus gen-
tibus fidei cõmertio comparatur,Ioſeph per conſiliũ Iudæ triginta argẽteis diſtrahitur, & Chriſtus per conſiliũ Iu-
dæ Iſcariotis eodẽ numero venundatur.Quod autẽ in diuerſis tranſlationibꝰ nõ æquali pretio Ioſeph ſcribitur ve-
nundatus,ſed alij dixerũt viginti argẽteis,alij triginta,hoc ſpiritualiter ſignificauit,quod Chriſtus nõ æqualiter ab
omnibus credẽdus vel diligẽdus eſſet.Denique etiã nunc in eccleſia,alij eũ plus diligunt,alij minus.Ipſi enim plus
valet Chriſtus,qui eũ maiori charitate dilexerit. Ioſeph deſcendit in Aegyptũ,& Chriſtus in mundũ,à doctoribꝰ
fidei prædicatus. SEVERIANVS GABALORVM. Ex ciſterna aſcẽdit Ioſeph,quia Chriſtus ab inferis te-
neri nõ poterat,atq; inde in Aegyptũ tranſmigrauit,quia relictis Iudæis ad gẽtes tranſiit.Iſmaëlitę aromatũ merca-
tores illũ emerunt,quia apoſtoli relictis omnibꝰ,& dei legibus obediẽtes(id enim Iſmaëlitarum nomen ſignificat)
D Chriſtũ pretioſum margaritũ emerent,& ad gentes toto terrarũ orbe diffuſas circũtulerunt,qui bene aromatũ mer-
catores dicuntur,quia aromata,hoc eſt,bonũ Chriſti odorẽ toto orbe vendebant. PROSPER DE PRO-
MISSIONIBVS ET PRAEDICT. DEI. Venditũ autem noſtrũ Ioſeph Chriſtũ,Zacharias & Hiere-
mias prophetæ teſtãtur,Dederũt (inquit) pretiũ adpretiãti triginta aureos.Quod etiã Iudã à Iudæis accepiſſe euan- Zacha.11.
gelia narrãt,ea ratione,qua diſtractus Chriſtus,à Iudæis trãſiret ad gẽtes,Iudas enim ſimul cũ pretio & vitã perdi-
dit,Iudæi & pretiũ & Chriſtũ,quẽ cõparauerant,amiſerũt.Gentes vero lucrũ gratiæ poſſidẽdo,poſſeſſę ſunt. IN-
TERLINEARIS. Ruben autẽ reuerſus ad ciſternã,nõ inueniens puerũ,id indicat,quod & nos cũ reuertimur
ad ſermonẽ propheticum,videmus,quia ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere à mortuis,& prædicari in nomine
eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorũ in omnes gẽtes. AVCTOR CATE. Vel Iudæos in fine mundi Lucæ vlt.
ad fidem paſſionis Chriſti cõuertendos pręfigurat,de quibꝰ dicitur per Eſaiã,In veritate reliquię conuertẽtur.Sed
E puer in ciſterna nõ reperitur,quia Chriſtus in litera legis in qua promittebatur dũtaxat,nõ inuenitur,ſed in euan- Eſaiæ 10.
gelio. INTERLINEA. Porrò quod ſciſſis veſtibꝰ ait fratribꝰ,puer non cõparet,quid aliud eſt, q̃ quod aper-
tis ſacramẽtis legis,& ſciſſo tẽpli velo,dicit Iudęis,quia Chriſtꝰ ſurrexit à mortuis,& mors illi vltra nõ dominabit?

Tulerunt autẽ tunicã eius,& in ſanguinẽ hœdi quẽ occiderãt,tinxerũt,mittẽtes qui ferrẽt ad patrẽ & di- 7
cerẽt,hãc inuenimꝰ,uide utrũ tunica filij tui ſit,an nõ.Quã cũ cognouiſſet pater,ait,Tunica filij mei eſt,
fera peſſima comedit eũ,beſtia deuorauit Ioſeph.Sciſsiſq; ueſtibus,indutus eſt cilicio,lugẽs filiũ ſuũ multo tẽpore.

CHRYSOSTO. Poſtq̃ factũ eſt,quod quærebãt fratres Ioſeph,& miſerũt in Aegyptũ quẽ odio habebant,& 7
inuidiã ſuã aliquo modo mitigarũt,poſtea magna induſtria cogitarũt,vt deluderent patrẽ,ne mala ſua cõſpiratio
illi manifeſta fieret. *Tulerunt* (igitur inquit) *tunicã eius,& in ſanguinẽ hœdi quẽ occiderant, tinxerũt, mittẽtes qui ferrẽt ad*
F *patrẽ,& dicerẽt,Hanc inuenimus,uide utrũ tunica filij tui ſit,an non.* Sed quid decipitis voſmetipſos ô inſenſati? Nã licet
patrẽ illũ decipere poſſitis,nõ tamẽ falletis iudicẽ illũ,qui decipi nequit,nõ ignorabit oculꝰ ille,qui nunq̃ dormi-
tat,quẽ maxime omniũ formidare oportebat.Sed ita ſe habet humana natura,imò ita ſe habet multorũ deſidia,vt
humanũ timorẽ & præſentis vitę confuſionẽ maximi faciat,in mẽte autẽ nõ verſet terribile illud tribunal,& into-
lerabilẽ pœnã,ſed hoc vnũ curat,quomodo effugere poſſit humanã reprehẽſionẽ,id quod & illi egerũt,dũ patrem
ſuũ decipere moliũtur. AVGVST. IN LOCVT. Vera litera eſt,occiderũt hœdũ caprarũ.Sic ſolet loqui ſcri-
ptura,quẽadmodũ in pſal.Sicut agni ouiũ,quaſi poſſit eſſe aut hœdꝰ niſi caprarũ,aut agnꝰ niſi ouiũ? RVPERT. Pſalm.113.
Mittẽtes qui ferrẽt ad patrẽ,& dicerẽt,hãc inuenimus,vide vtrũ tunica filij tui ſit,an nõ. Hoc deliberauerũt,& nõ
ipſi dicere voluerũt,hanc inuenimus,ſed ſummiſerunt qui ferrent,ſeq; inueniſſe dicerẽt.Vt videlicet ſic tutius in-
noxij parerent,ſic diſſimulãdi laborẽ ſibi minuerent,ſic animũ patris à ſuſpitione ſui ſceleris longius repellerent.
Sed nunquid vel ſic tam diligentem fallere potuerunt? Et ſi huic ſancto viro præter humanã nihil affuit cõiectu-
ram,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.44. ram, nunquid totum eius spiritum suæ fallaciæ tenebris obuoluere valuerunt? Dicit nempe quodam loco sic. Vos G
scitis quod duos filios genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus, & dixistis, bestia deuorauit eum, & hucusque
non comparet. Quid nam est, dixistis, nisi & eos qui dicerent summisistis? Ergo illa fera pessima, illa bestia sæ-
uissima, quæ quantum in se fuit, deuorauerat, qualis esset, non omnino patrem latere poterat. Sed quid ageret?
Qualiter feram illam constringeret? Quomodo de ventre bestiæ illius, quem deuoratum credebat filium extra-
hi posse putaret? Tacendi potius & dissimulandi quod coniicere poterat, tempus illi erat, ne si notam sibi illam
feram, id est, filiorum inuidiam audacem atque violentam, querelis manifestis exagitaret, maiorem in rabiem
dentes eius acueret. CAIETANVS. De veste igitur polymita clarus est sermo in Hebræo. Quin etiam dic-
tio interpretata mittentes, anceps est ad laniationem, & oportet vel significari, vel subintelligi, quod lacerauerunt vestem illam, ac si fuisset à fera lacerata, vt omni ex parte fingerent Ioseph fuisse occisum à bestia. AV-
CTOR CATENAE. Et ita ad tempus quidem mendacio se redimunt, & odio satis faciunt, sed nihil diu-
turnum quod falsum, fictum & violentum. Conspirabant quidem ad patrem decipiendum, iudicium tamen do- H
mini impendebat illis, & propria conscientia semper grauabantur. RVPERTVS. Itaque in acerbissimo do
lore vim sibi faciens, & verba sua moderans, tunicam filij *Cum cognouisset, ait, Tunica filij mei est, fera pessima co-
medit eum, bestia deuorauit Ioseph.* Nec hoc dicens falsus aut mentitus est. Talis nanque sæuitia cum leone vel vr-
so, feræ aut bestiæ vocabulo, rectissime æquiuocari potest. CAIETANVS. Fera pessima comedit eum.
Tam hic quàm superius habetur, Fera mala. Carent enim superlatiuo Hebræi. Bestia deuorauit Ioseph. Iuxta
Hebræum habetur, Rapiendo fuit raptus Ioseph. Intellige tamen accommodari vocabulum raptus ad rapinam
animalium à feris. AVCTOR CATENAE. Bestia deuorauit Ioseph. Hebraicé est: טֹרֵף טָרַף יוֹסֵף Taroph
toraph Ioseph. Est autem verbum Taraph, rapere, laniare lacerare. Vnde apte reddi potest locus, Rapina raptus
est Ioseph, vel, laniando laniatus est Ioseph, aut, lacerando laceratus est Ioseph. Chaldaica, Occisione occisus est
Ioseph. Et Hebraismus est. Septuaginta, θηρίον ἤρπασε τὸν ἰωσήφ, Bestia rapuit Ioseph. Vere nanque in malas in- I
ciderat bestias crudelitate oppressus, fraternale videlicet odium, inuidia fauoris paterni, impatientia correctio-
nis & admonitionis. *Scissisq; uestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.* CHRYSOSTOMVS.
Quantis fuerint illi digni lachrymis, qui non solum fratrem barbaris vendiderunt, sed & patrem in extrema se-
nectute in tantum luctum iniecerant? RVPERTVS. Qualem ergo inuidiæ suæ requiem, quale zeli sui refri
gerium abactores Ioseph adepti sunt? Nempe si grauis illis erat ad videndum frater, quia diligebatur, grauior
multo esse poterat pater, quia cum languore vel tristitia vniuersa domus corã oculis eorum perpetuo dolore cru-
ciabatur, nimióque labore consumebatur. AVCTOR CATENAE. Scissisq; vestibus, indutus est cilicio.
Hebraicé est: וַיָּשֶׂם שַׂק בְּמָתְנָיו Vaiàsem sak bemathnaf. Et posuit saccum in lumbis suis. Ita habet & Chaldaica.
Septuaginta, καὶ ἐπέθετο σάκκον ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, Et imposuit cilicium super lumbum suum. Eadem dictio
שַׂק sak, & saccum significat, & cilicium. Cilicium autem ex pilis equinis, aut eiusmodi materia consui solet, at
saccus ex canabi, & eo quod terra oritur. Sed hæc facile confunduntur. Est autem saccus vox Hebraica, Græca, K
& Latina. Sicut enim Hebraica lingua cæteris linguis potior est, ac vetustior, ita omnibus admixta, & quasi in-
tersperſa. Ex eius enim vocabulis in omni lingua reperiuntur, quod & à sancto patre Hieronymo sæpius est ob-
seruatum. Nam & linguam Chaldaicam, Arabicam, Syram, Punicam, & Aethiopicam silemus, quarum tanta
est cum Hebraica similitudo, vt eædem penè esse videantur. Luxit autem filium Iacob viginti tribus annis, qui
fluxerunt à decimosexto anno ætatis Ioseph, vsque ad patris, fratrumq; introitum in Aegyptum.

Mystice. RVPERTVS. Igitur quemadmodum puer Isaac ad immolãdum ductus, colligatus, & aræ impositus, non
tamen etiam gladio percussus, sic & iste à fratribus suis ad occidendum impetitus, in cisternam proiectus, ac ven
ditus est, non tamen etiam occisus, recte dicitur passus, & in passione sua filio dei assimilatus. Item & quemad-
modum aries pro Isaac in holocaustum oblatus, mysterium similitudinis filij dei peregit, cuius diuina impassi-
biliter permanente natura, sola passa, vel mortua est humana, sic & hœdus iugulatus, quo tunica Ioseph talaris, L
& polymita sanguine eius intingeretur, eandem figuram vel similitudinem prætulisse dinoscitur. Tunicam Chri
sti polymitam, sanctam esse scripturam superius iam diximus, qua videlicet tunc inuidi fratres Iudæi, quantum
in ipsis fuit, dilectum patris filium nudauerunt, quando illum detestati sunt, & eum quem scripsit Moyses in le-
ge & Prophetæ, hunc esse negauerunt. Ecce respice in manibus Iudæorum Christi tunicam, id est, legalem at-
que propheticam scripturam, sanguine illo cruentata est, sanguine hœdi, id est, eiusdem Christi, non sua sed a-
liena peccata portantis, & idcirco per hœdum significati, in manibus Iudæorum polluta est. Quicquid legere,
quicquid sabbatizare contendunt, omne quod sanctum se habere putant, sanguine plenum est, sed & ipse ma-
nus Iudæorum plenæ sunt sanguine. Qui nam sunt hi, quos miserunt, quibus tunicam istam patri afferendam
imposuerunt? Nimirum nos sumus, qui neque filium istum vendidimus, neque hœdum (quod ipse idem est
secundum naturam humanam) peccata nostra portantem occidimus, sed vbi factum est audiuimus, & superue-
nientes iam intinctam tunicam suscepimus. Non quidem nos illi miserunt, sed & nos & patres nostros apostolos M
emiserunt, eiecerunt, anathematizauerunt, Veruntamen quin spolia hæc auferremus, prohibere non potuerunt.
Quotiens igitur patri assistimus, quotiens cantantes, aut psallentes, seu legentes sacram scripturam tractamus, fa-
miliariter deo dicamus, Hanc inuenimus, vide vtrum tunica sit filij tui, an non. Et respondet nobis, Tunica filij
Hierem. mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Gens enim illa, quondam patris domus vel hæredi-
tas, nunc fera pessima, vel bestia dicitur & est, & vocatur Hyena. Sic enim in Propheta dicit filius ipse, Facta est
mihi habitatio mea quasi spelunca Hyenæ. Iamdudum scissis vestibus hic pater indutus est cilicio, id est, lacera-
tis & abiectis à se ornatibus veterum ceremoniarum, contempto ritu sacerdotum, vel ornatu sacrificiorũ, admisit
& astruxit sibimet multitudinem pœnitentium idololatrarum. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRI-
ARCHA. Sed & aliter. Illud quoque quod hœdi sanguine respersérunt tunicã Ioseph, videtur significare, quo-
niam falsis testimoniis appetentes, inuidiã deduxere peccati in omnium peccata donantem. INTERLINEA.
In suspitionem enim peccati, vitã eius blasphemantes, quantum in se erat, deduxerunt. AMBROSIVS. No-
bis autem

A bis autem agnus est, illis hœdus. Nobis agnus dei occisus est, quibus abstulit peccata mundi, illis hœdus
quorum acerbauit errores, delicta cumulauit. Ideóque ait, Implete mensuram patrum vestrorum. INTER- Matth.25.
LINEARIS. Miserunt quoque, qui tunicam filij ferrent ad patrem, & dicerent, Vide vtrum tunica filij tui
sit, an non, quia quem apud homines infamabant, apud patrem quoque infamare volebant, dicentes non es-
se filium dei. Sed agnouit tunicam filij pater, agnouit prorsus, & ait, tunica filij mei est, nam testimonium il-
li perhibet, dicens, hic est filius meus dilectus. AVCTOR CATENAE. Vel tunica Ioseph, quam fra-
tres eius sanguine tinxerunt, caro Christi filij dei est, quam Iudæi sanguine respersérunt. Vnde Esaiæ sexagesi-
mo tertio dicitur, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Et
aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Hanc tunicam san-
guine aspersam miserunt ad patrem deum, præter omnem intentionem suam cœlesti illi domini interfecto-
res per sanctos ecclesiæ ministros, qui videlicet Christi humanitatem illi deferentes, dicunt quotidie, Pro- Psal.85.
B tector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui. Sed & pater tunicã filij agnoscens, ait, Tunica filij mei
est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph, id est, Iudæorum inuidia, scribarum & pharisæorum sæ- Psal.68.
uitia, filium meum cruci affixit, iuxta illud, Zelus domus tuæ comedit me, hoc est, Iudæorum inuidia.
BERNARDVS IN APOLOGIA. Sed vide & nunc domine tunicam dilecti filij tui. Recognosce
omnipotens pater eam quam fecisti Christo filio tuo polymitam, dando quidam quosdam apostolos, quos- Ephe.3.
dam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios pastores, & doctores, & cætera, quæ in eius ornatu mi-
rifico decenter apposuisti, ad consummationem vtique sanctorum occurrentium in virum perfectum, in men-
suram ætatis plenitudinis Christi, Dignare etiam deus preciosissimi purpuram sanguinis quo aspersa est reco- Esaiæ 63.
gnoscere, & in purpura præclarum insigne, ac glorioſissimum indicium obedientiæ. Quare ergo (inquit) ru-
brum est vestimentum tuum? Torcular (ait) calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Itaque quando- Psal.140.
quidem factus est obediens patri vsque ad torcular crucis, quod vtique solus calcauit, solum quippe brachium
C suum auxiliatum est ei, iuxta illud in alio loco, Singulariter sum ego donec transeam. Iam ergo exalta eum deus,
& da ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, Philip.2.
& infernorum. Ascendat in altum, captiuam ducat captiuitatem, & donet dona hominibus. Quæ dona? Re- Ephes.4.
linquat videlicet sponsæ suæ ecclesiæ pignus hæreditatis, ipsam tunicam suam, scilicet polymitam eandemque
inconsutilem, & desuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorum ordinum qui in ea sunt multi- Roma.8.
modam distinctionem, inconsutilem vero propter indissolubilis charitatis indiuiduam vnitatem. Quis me 1.Cor.12.
(inquit) separabit à charitate Christi? Audi quomodo polymitam. Diuisiones (ait) gratiarum sunt, idem au-
tem spiritus, & diuisiones operationum sunt, idem vero dominus. Deinde diuersis enumeratis charismatibus
tanquam variis tunicæ coloribus, quibus constet eam esse polymitam, vt ostendat etiam inconsutilem, & de-
super contextam per totum, adiungit, Hæc autem operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout Roma.5.
D vult. Charitas quippe diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non ergo diui- Psalm.44.
datur, sed totam & integram hæreditario iure sortiatur ecclesia, quia & de illa scriptum est. Astitit regina à
dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Itaque diuersi diuersa accipientes dona, alius quidem
sic, alius vero sic, siue religiosi, siue clerici, siue etiam laici fideles, omnis denique ordo, omnis lingua, om-
nis sexus, omnis ætas, omnis conditio, in omni loco, per omne tempus, à primo homine vsque ad nouissi- Psal.18.
mum. Nam & propter hoc talaris dicta est, quod ad finem vsque pertingit, dicente propheta, Non est qui se Sapien.8.
abscondat à calore eius, nimirum congruens ei cui & facta est, qui perhibente videlicet alia scriptura, Et ipse
attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Omnes ergo concurramus pariter in vnam Cantic.6.
tunicam, & ex omnibus constet vna. Ex omnibus (inquam) vna. Nam etsi ex pluribus & diuersis, vna est ta-
men columba mea, formosa mea, perfecta mea. Alioquin nec ego solus, nec tu sine me, nec ille sine vtroque, Ephesi.4.
sed simul omnes sumus illa vna, si tamen soliciti sumus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. AMBRO-
SIVS. Merito autem Iacob posteritatis deplorans dispendia, quasi pater filium flebat amissum, quasi prophe-
E ta flebat interitum Iudæorum. Denique scidit etiam vestimentum suum, quod in passione domini factum le-
gimus à principe sacerdotum, in quo esset non priuata persona, sed publici munus officij. Et velum templi
scissum est, & prophanata mysteria, vt esse nudatum populum salutaribus indumentis, diuisum regnum tali-
bus manifestaretur insignibus destruendum, quia omne regnum diuisum facile destruetur. Et vere diuisum,
quando hoc quod erat Christi, cœpit esse etiam diaboli. Neque enim poterant indiuisi manere, qui à patre fi-
lium separabant. AVCTOR CATENAE. Vel scissis vestibus, indutus est cilicio pater, cum singulis
annis ex paterna traditione recordatur ecclesia in exterioris decoris lachrymis sibi non parcens, tristitiam apo- Zach.12.
stolorum de morte Christi in die passionis eiusdem vnde dicitur per prophetam, In die illa aspicient ad me quem
confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in mor-
te primogeniti. Planctus etiam Iacob propheticus, plus luget Iudæorum perditionem, quàm filij dei passio-
F nem. SEVERIANVS GABALORVM. Sed & illud considerandum est, quod quemadmodum Io-
seph in domo paterna tanquam mortuus lugebatur, at vero in Aegypto viuebat, & regnabat, ita & Christus
apud Iudæos tanquam mortuus existimatur, apud gentes vero creditur tam viuens, quàm in æternum per-
manens.

Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipe- 8
re, sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu, Ma-
dianitæ uendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum.

Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere. AVGVSTINVS 8
IN QVAEST.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta aliam literam legitur, Congregati sunt au- G
tem omnes filij eius & filiæ, & venerunt consolari eum. Quæ filiæ præter Dinam? An filios & filias dicit con-
numeratis nepotibus & neptibus? iam enim maiores filij eius filios habere potuerunt. RVPERTVS. Quo-
nam autem instrumento liberi eius congregati aderant ad leniendum patris dolorem? Quis enim dolorem eius
mitigare poterat, nisi quem medullitus dolor ipse mordebat? Hæc nanque veri doloris natura est. Si enim (in-
2.Cor.2. quit Apostolus) ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? At illi non in verita-
te plorare, vel fideliter contristari poterant, quippe qui pro remedio tristitiæ suæ, pro lenimento torquentis in-
uidiæ fratrem abegerant. Qua ergo fronte congregati aderant? Heu (inquit quidam secularium) quàm difficile
est crimen non prodere vultu. Patris lachrymæ quia vulneratam cordis venam inuenerunt, freno laxato curre-
bant quantum volebant, nec retineri adiunctis habenis poterant, quia forti impetu sese excusserant. Verum la-
chrymæ fratrum conclusæ erant, nec leuiter, quanuis calcaribus vrgerentur, erumpere volebant. Ergo cum le- H
nire vellent verum patris dolorem, noluit consolationem recipere, noluit eos audire. Noluit eos saltem ad lu-
ctum inuitare, non curauit saltem (quæ extrema consolatio est) eorum voces secum in fletum excitare. Solent
nanque & hoc facere, qui omni gaudio destituti, solis pascuntur lachrymis suis, solis feriuntur gemitibus, quo-
Threni.1. modo verbi gratia Hieremias propheta loquitur, O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est
dolor sicut dolor meus. AVCTOR CATENAE. Congregatis autem cunctis liberis suis. Hebraicè est
וַיָּקֻמוּ כָל בָּנָיו וְכָל בְּנֹתָיו לְנַחֲמוֹ Vaiakúmu col banaf vecol benothaf lenahamo. Et surrexerunt omnes filij sui, &
omnes filiæ suæ, vt consolarentur eum. Sic & Chaldaica, & Septuaginta. Filiæ ergo hic pluraliter dicuntur,
quas potuit plures habuisse: aut filiorum vxores (& hæ enim filiarum æstimantur loco) vel Hebraico more plu-
rale pro singulari. Sed & seruorum filias multas affuisse negari non potest, sola autem famosa Dina nomina-
ta est, alioqui fœminas nisi ob specialem causam Hebræi describere non consueuerunt. Renuit autem consola-
ri, spiritu sibi suggerente, non nihil criminis commissum in familia, & tam dilectum filium misere perditum I
negligentia sua. *Sed ait, descendam ad filium meum lugens in infernum.* CHRYSOSTOMVS. Opinor & hoc il-
lis aliam fuisse plagam. Videbant enim quod pater tantum, támque feruentem amorem declarabat erga eum,
qui non aderat, imò & putabatur à bestiis discerptus, & maiori tabescebant inuidia. Sed illi quidem erga fra-
Vbi supra. trem, & erga patrem crudeles fuere, nulláque venia digni. AVGVSTINVS. Solet esse magna quæstio,
quomodo intelligatur infernus, vtrum illuc mali tantum, an etiam boni mortui descendere soleant. Si ergo
tantum mali, quomodo iste ad filium suum se dicit lugentem velle descendere? Non enim in pœnis inferni eum
esse credit. An perturbati & dolentis verba sunt, mala sua etiam hinc exaggerantis? ORDINARIA. An
credibile est, apud infernum quædam loca secreta, & minus pœnalia ante passionem domini fuisse, ad quæ etiam
sancti descendebant, quia nullus paradisum ingredi poterat, donec Christus rumphæam igneam amoueret?
RVPERTVS. Quia enim mortuum putabat esse filium suum, omnes autem mortui, quanquam iusti, ante K
Christi aduentum descendebant in infernum, idcirco dixit, Descendam in infernum ad filium meum, pro eo vt
diceret, cum vita mea finiam præsentem luctum, non nisi moriendo cessabo lugere filium meum. ALBINVS
IN QVAESTIONIBVS GENESIS. An etiam inferni nomine sepulchrum significauit, quasi dice-
ret, in luctu manebo, donec me terra suscipiat, sicut illum sepulchrum? CAIETANVS. Dictio enim in-
terpretata infernum, fossam seu sepulchrum sonare dicitur. Et quadrat sensui germano, manifestatur enim quid
fuerit renuere consolationem, videlicet velle perseuerare in luctu vsque ad tempus sepulturæ propriæ. Hoc e-
nim significatur dicendo, descendam tristis in sepulchrum, ad filium meum iam defunctum eundo. AV-
CTOR CATENAE. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Dictio Hebraica שְׁאֹלָה Seóla, Ad
inferos, & ad fossam, ac sepulchrum reddi potest. Neque prauum quid hoc loco suspicemur, quod Iacob vir deo
amicissimus, dicat se descensurum ad inferos, non enim significat eum locum, vbi sceleratorum animas recipi
antiquitas opinata est. Is enim ab Hebræis recentioribus gehenna vocatur, quod videntur à nobis accepisse, L
quandoquidem in veteri testamento nusquam inuenimus gehenna, locum damnatorum significare. Vbicun-
que autem interpres ac Septuaginta Infernum interpretati sunt, Hebraicè est Seol, hoc est, fossa, seu sepul-
chrum. At Chaldaica & Septuaginta etiam hoc in loco infernum dixerunt. Non ergo ad infernum Iacob de-
scendit, nec filium in limbo patrum, qui dicebatur, inuenit, qui post Iacob parentem diu vixit, sed vsus more
inconsolabiliter plangentium, dixit, Hæc res mihi finem vitæ adducet, donec moriar plangere non cessabo.
Et illo perseuerante in fletu, Madianitæ uendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum. HIE-
RONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Madianæi autem vendiderunt Ioseph Phu-
tiphar eunucho Pharaonis archimagiro. In plerisque locis archimagiros, id est, cocorum principes, pro magi-
stris exercitus, scriptura commemorat, μαγειρεύειν quippe Græcè interpretatur occidere. Venditus est igitur Io-
seph principi exercitus & bellatorum, non Petephræ vt in Latino scriptum est, sed Phutiphar eunucho. Vbi quæ-
ritur quomodo postea vxorem habere dicatur. Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudi- M
nem in turpe ministeriũ, & à domino virilibus eius arefactis, postea electum esse iuxta morem ἱεροφαντῶν in pon-
tificatum Heliopoleos, & huius filiam esse Aseneth, quam postea Ioseph duxit vxorem. AVGVSTINVS
IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Et vendiderunt Ioseph in Aegyptum Pe-
tephræ spadoni, præposito coquorum. Nolunt quidam præposito coquorum interpretari, qui Græcè ἀρχι-
μάγειρος dicitur, sed præpositum militiæ, cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus est etiam ille,
quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius inuenitur primatus fuisse militiæ. RVPERTVS.
Ecce secundo in seruum venundatus est Ioseph. Et hoc interesse notandum est, quia primæ venditio-
nis pretium scriptura non tacuit, viginti enim argenteis vendiderunt eum fratres sui Ismaëlitis, secun-
do autem quanti venditus sit, dicere neglexit. Et rectè, Quia Ismaëlitæ, siue Madianæi negotiatores per-
mixti, quod suum erat, & quod emerant, licenter iam vendiderunt. Fratres autem hoc faciendo malum
ipsi venundati sunt, & idcirco sciendum fuit quanti se ipsos vendiderunt, id est, quàm paruo pretio tam
ingentis

A ingentis peccati serui facti sunt. Nam tali negotio viginti argentei quid sunt inter tantos? Siquidem cum decem
fratres vnius venditores fuerint, singulæ portiones eorum, bini argentei sunt. Paruo igitur venundati sunt, ni-
si quod & illi non tam marsupiis suis consulere, quàm inuidiæ suæ satisfacere curauerunt. CAIETANVS.
Et illo perseuerante in fletu. Iuxta Hebræum habetur, Et plorauit ipsum pater eius. Narratur executio dicto-
rum, sicut dixerat, ita fecit pater eius, ad differentiam aliorum, qui à luctu cessauerant. Et Madianitæ vendi-
derunt Ioseph in Aegypto. Hinc clare apparet, quod in societate Ismaëlitarum negotiatores Madianitæ eme-
runt à fratribus Ioseph, & postea vendiderunt in Aegypto, Potiphari eunucho Pharaonis. Eunuchi nomen,
æquiuocum esse patet, ex eo quod iste habebat vxorem, quæ postea adamauit Ioseph. Vnde autem huiusmodi
æquiuocatio acciderit, nescio, perinde tamen dictum est, eunuchus Pharaonis, ac si dictum fuisset minister
Pharaonis. Magistro militum, Hebraicè est, Principi occisorum. In dubium vertitur, an sit sermo de occiso-
ribus hominum ministris iustitiæ, qui carnifices vocantur, an de occisoribus animalium ad esum, qui lanij vo-
B cantur. Consonat autem magis mysterio Pharaonis, vt iste intelligatur princeps exequentium iustitiam in cri-
minalibus, quàm quod intelligatur princeps laniorum. Primum enim officium regia exigit curia, alterum au-
tem in nulla apparet curia. AVCTOR CATENAE. Et illo perseuerante in fletu, Hebraicè est: וַיֵּבְךְּ אֹתוֹ
אָבִיו Vaibche otho abif, Et planxit eum pater eius. Sic est apud omnes æditiones. Iudæi autem exponunt pa-
ter eius, hoc est, ipsius Iacob de Isaac interpretantes, qui post hanc venditionem vixit annis tredecim. Aequæ
tamen, imò æquius referri potest, eius ad Ioseph, hoc est, fleuit eum Iacob pater ipsius adolescentuli. Quod ve-
ro sequitur, Phutiphari Eunucho Pharaonis, magistro militum, sic est in Hebræo: לְפוֹטִיפַר סְרִיס פַּרְעֹה שַׂר הַטַּבָּחִים:
Lephotiphar serim pharo sar hatabbahim, Phutiphari eunucho, siue ministro Pharaonis, principi occisorum,
vel laniorum, seu magistro militum, vel exercitus. Est enim dictio pluralis à Tabach, quod occisorem, carni-
ficem, coquum (eo quod occidit animalia) & aues ad coquendum, significat. Eadem dictio militem, siue exer-
citum, aut militiam referre potest, eo quod occidunt homines in bello. Verius autem de eo intelligendum vi-
C detur hoc in loco, qui regiis sicariis, carnificibus, ac mactatoribus erat præfectus, quiq; damnatorum plecten-
dorum curam haberet. Et si de alio quoque (vt dictum est) intelligi possit. Sed & dictio סָרִים serim, & eunu-
chum, hoc est, priuatum testiculis, & ministrum significare potest, quo secundo modo rectius hic accipitur,
cum in sequentibus vxorem Phutiphar habuisse legatur. Quinimo & ipsum eunuchi nomen, promiscue pro ser-
uo vel ministro ponitur, nam in principio quinquagesimi capituli, pincerna regis & pistor vocantur eunuchi.
Septuaginta habent hic πετεφρῇ τῷ σπάδοντι φαραὼ ἀρχιμαγείρῳ, Petephræ eunucho Pharaonis, principi co-
quorum. Chaldaica, Putiphari principi Pharaonis, magistro militum. Venditus est igitur denuo Ioseph in Ae-
gypto Phutiphari ministro Pharaonis, qui erat princeps, vel magister laniorum, coquorum, mactantium, vel
militum, & executorum iustitiæ. BERNARDVS DE GRADIBVS HVMILITATIS. Sic igi-
tur Ioseph cum præuidisset exaltationem suam, non tamen præsciuit sui venditionem, quanuis propior esset ven-
ditio quàm exaltatio. Non quod tantum patriarcham in superbiam crediderim incidisse, sed vt eius exem-
D plo pateat, quod hi qui futura præuident per spiritum prophetiæ, & si non omnia, non ideo tamen putandi sunt
nulla præuidisse. Quod si quis contendat in eo quod somnia sua adhuc adolescentulus narrabat, quorum tunc
mysterium ignorabat, vanitatem posse notari, ego tamen mysterio magis siue simplicitati pueri deputandum
arbitror, quàm vanitati. Quæ tamen si qua fuit, per ea quæ passus legitur, potuit expiari. Nonnullis enim ali-
qua aliquando de se per reuelationem iocunda monstrantur, quæ etsi humanus animus absque vlla vanitate sci-
re non potest, non minus ideo eueniet quod monstratum est, sic tamen vt illa vanitas impunita non sit, qua
de magnitudine reuelationis, aut promissionis, in se vel leuiter exultauit. Sicut enim medicus non solum vn-
guento, sed igne vtitur & ferro, quo omne quod in vulnere sanando superfluum excreuerit, secet & vrat, ne
sanitatem, quæ ex vnguento procedit, impediat, sic medicus animarum deus, huiusmodi animæ procurat ten-
tationes, immittit tribulationes, quibus afflicta & humiliata, gaudium vertat in luctum, reuelationem putet
E illusionem. Vnde fit, vt & vanitate careat, & veritas reuelationis non pereat. Sic Pauli extollentia per stimu- 2.Cor.12.
los carnis reprimitur, & ipse reuelationibus crebris attollitur. Sic Zachariæ infidelitas linguæ obligatione mul- Lucæ 1.
ctatur, & angeli veritas suo in tempore manifestanda non mutatur. Sic per gloriam & ignobilitatem sancti
proficiunt, dum inter singularia dona quæ recipiunt, communi hominum vanitate pulsari se sentiunt, vt dum
per gratiam supra se aliquid cernunt non obliuiscantur quod sunt. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quomo-
do paulatim procedit Ioseph, & per omnia suam virtutem & patientiam declarat, vt sic quasi athleta fortiter
certans, redimiatur corona regni, & euentus somniorum impleatur, quo doceantur ij, qui eum vendiderant,
quod nihil commodi ex sua malitia deportent. Tantam enim fortitudinem habet virtus, vt clarior fiat cum
infestetur. Nihil enim in ea fortius, nihil validius, non quod ipsa tantum habeat robur, sed is qui eam possi-
det, & supernam gratiam habet, & inde præsidium assequitur, omnibus est fortior & inuictus, & capi nequit,
non solum hominum insidiis, sed & dæmonum machinationibus. Id scientes, ne fugiamus male affligi, sed ma-
F le agere, hoc enim est vere male affligi. Nam qui proximum affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet.
Nam licet ad paruum tempus noceat, & in hoc tantum seculo facit, sibi autem immortalia tormenta thesau-
rizat, & pœnas ineffabiles, quas aliter effugere non possumus, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones, &
iuxta doctrinam domini, precemur, pro his qui nos mâle afficiunt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedem, Matth.5.
& concedet dignos effici regno cælorum. Verum hæc secundum literam.
RVPERTVS. Plane congregatis cunctis, qui eiusmodi sunt liberis Iacob, hoc est, Christi do- Mysticè.
mini crucifixoribus, & sceleri eorum consentientibus, vt deliniant dolorem eius, id est, vt sacrificiis, &
Mosaicis lectionibus domino adulentur, omnino non vult eos audire, & dicit, Cum extenderitis manus Esaiæ 1.
vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim ve-
stræ plenæ sunt sanguine. Sed quid? Descendam (inquit) lugens ad filium meum in infernum, lugens (inquam) id
est, gemitibus inenarrabilibus lugentes faciens, ad eos descendam, qui cũ in inferno siue in monumentis sint, au- Ioan.5.
diunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

diunt vocem filij mei, & in hoc descendam, vt quicunque audierint, viuant. INTERLINEARIS. Vel G
hoc ideo dicit, quia paterna potestas de Iudæorum cæcitate quodammodo dolens, per filium debellauit infernum. SEVERIANVS. Deus enim & pater, tametsi multis iniuriis à populo Israël affectus esset, precibus
tamen prophetarum, & quia benignus est, placabatur, at vbi vnicum filium neci dederunt, implacabilis aduersus Israël effectus est. RVPERTVS. Porrò Madianæis qui emerunt, & rursus vendiderunt Ioseph, illi fra-
trum nequissimi comparabiles sunt, scilicet principes sacerdotum, qui & vendiderunt Christum, & vt sibi venderetur, pecuniam discipulo spoponderunt. Vendiderunt (inquam) quia iuxta suam occasionem, vt locum &
Galat.4. gentem sibi seruarent, quasi rursus vendentes eum, Pilato tradiderunt. Nam si secundum Apostolum, ex Ismaël sunt omnes qui persecuntur eos, qui secundum spiritum nati, vel promissionis filij sunt, quanto magis illi Ismaë-
litæ recte dicantur, qui hunc vsque in mortem persecuti sunt? Non vtcunque secundum spiritum natum, sed ex
Coloss.2. sancto spiritu conceptum, cui non ad mensuram deus spiritum dat, sed in eo corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitat. Hæc mira venditio eorum fuit, cum propter locum & gentem, regem suum, & loci & gen- H
Ioan.11. tis suæ præsidium tradiderunt, dicendo, Ne forte veniant Romani, & tollant locum nostrum & gentem. Et pretium quidem emptionis eorum similiter supputatum est. Triginta nanque argenteos traditori discipulo dederunt. Vbi notanda diligenter secundum distantiam personarum, differentia quoque diuinitus prouisa pretiorum. Binarius nanque & ternarius in deceno limite, viginti & triginta faciunt. Ergo quantitas pretij, quo Ioseph venundatus est, binarius, pretij vero, quo emptus est Christus, ternarius est. Et recte. Nam Ioseph vtpote purus homo, solummodo ex anima constat, & corpore, Christus vero ex anima & corpore, simul ex veritate constat diuinæ naturæ. Bene igitur illic binarius, hic autem pretij quantitas ternarius est. Porrò & illic, vbi in
Hier.17. Aegypto venditus est Ioseph, & hic vbi gentibus traditus est dominus noster, pretium vel emolumentum vendentium siue tradentium definitum non est. Attamen in propheta dicente, Paueant illi, & non paueam ego, in-
duc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine deus meus. Iusta merces iniquitati il- I
lorum concessa est. Nam quia pauentes imò pauorem simulantes, dixerunt: Et venient Romani, & tollent locum nostrum, non solum hac simplici contritione contriti sunt, sed & duplicata est contritio eorum, scilicet vt & lo
cum perderent, & æternam animæ mortem incurrerent. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Venditus est Ioseph, & ductus in Aegyptum, emptus à præposito cocorum. Non otiosa persona, quæ
cruda ciborum coqueret, vt epularentur animi fidei suauitate, nullus enim cibus scientia & doctrina dulcior.
Esaiæ 50. Erat antè in Aegypto cruda perfidia, quam nullus diuinæ cognitionis ardor, & veræ scientiæ cupiditas vlla mollierat, non eloquia domini ignita decoxerant. Venditus est Ioseph in Aegypto, quia Christus venturus erat ad
eos, quibus dictum est, Peccatis vestris venditi estis. Et ideo suo sanguine redemit, quos propria peccata vendiderant. Sed venditus Christus conditionis susceptione, non culpæ peccatique pretio tenetur, quia peccatum ip-
se non fecit. Pretio igitur nostro debitum, non sua æra contraxerunt, chirographum sustulit, fœneratorem re- K
mouit, exuit debitorem, vnus exoluit, quod ab omnibus debebatur. Non licebat nobis exire seruitio. Suscepit
hoc ille pro nobis, vt seruitutem mundi repelleret, libertatem paradisi restitueret, gratiam nouam, consortij sui
honorem relinqueret. Hoc de mysterio. Cæterum quod ad moralem pertinet locum, quia omnes vult saluos fieri dominus deus noster, dedit per Ioseph etiam his qui sunt in seruitute solatium, attribuit magisterium, vt di-
scerent, etiam in vltima conditione posse mores esse superiores, nec vllum statum immunem esse virtutis, si ani-
mus vniuscuiusque cognoscat carnem seruituti subditam esse, non mentem, multósque seruulos esse dominis li-
Ioan.8. beriores, si in seruitute positi, à seruilibus putent operibus abstinendum. Seruile est omne peccatum, libera est innocentia. Vnde & dominus ait, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quomodo enim non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello se ipsum auctionatur? Timet enim ne congesta amittat, qui non vten
da congessit, maiore periculo seruaturus, quo maiora quæsiuit. Quomodo non mendicus, cui sunt parua quæ
possidet? Nam & si mihi dives videatur, sibi eget, nec testimoniis sua vota solatur, qui quod optat, nescit crede-
Esaiæ 50. re. Quomodo autem non & ille seruus, qui subditus est libidini? Primum suis ardet incendiis, & peccati sui faci- L
bus exuritur. Quibus recte dicit propheta, Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis. Su-
scipit omnes metus, insidiatur somnis singulorum, vt vnius cupiditate potiatur, fit seruus omnium. Seruit igitur,
ac miseram quidem seruitutem, qui ipse sibi dominos facit, ipse vult habere quos timeat. Nihil enim tam speciale
seruitutis est, quàm semper timere. Ille vero in quauis conditione seruitij semper liber, qui amore non capitur, a-
uaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui securus spectat præsentia, quem futura non terrent.
Nõne videtur tibi iste in seruitute dominari, ille autem in libertate seruire? seruiebat Ioseph, regnabat Pharao, bea-
tior huius seruitus, quàm regnum illius. Denique tota Aegyptus collapsa esset fame, nisi regnum suum consilio ser
uuli subdidisset. Habent igitur vnde glorientur originales seruuli, seruiuit & Ioseph. Habent vnde se consolentur, qui ex libertate in seruitutem aliqua necessitate venerint. Habent quod imitentur, vt discant conditionem se
mutare posse, non mores, esse & in vernulis libertatem [illegible] in seruitute constantiam. Habent quod etiam domini
per seruulos bonos sperent. Abraham filio per vernac[illegible]enit vxorem, sed & in sequentibus aduertemus, quod
quæ domini gubernare non poterant, seruuli gubernarunt.

IN CAPVT

A IN CAPVT GENESEOS TRICESIMVMOCTAVVM ARGVMENTVM.
Coniugium Iudæ, Her, Onan, Sela. Incestus Iudæ cum Thamar. Nascuntur Phares & Zara.

CAPVT XXXVIII.

EOdem tẽpore descendẽs Iudas à fratribus suis, diuertit ad uirũ Odollamitẽ, nomine Hira. Lectio pri.
Viditq; ibi filiã hominis Chananæi, uocabulo Sue. Et accepta uxore, ingressus est ad eam.
Quæ cõcepit, & peperit filiũ, & uocauit nomẽ eius Her. *Rursumq; cõcepto fœtu, natũ filiũ*
uocauit Onan. Tertiũ quoq; peperit, quẽ appellauit Sela. Quo nato, parere ultra cessauit. I

CHRYSOSTOMVS. Satis pridẽ ex historia Ioseph didicimus, quantũ damni nascatur ex inuidia, & quomodo pernitiosus ille morbꝰ animã primum corrumpat, à qua nascit. Vidistis quomodo propter affectionẽ fratres Ioseph, & cognationis obliti sunt, & bestiarũ
B crudelitatẽ erga eum, qui in nullo offenderat, exercuerũt? Malitia enim sua fratri suo non tantũ nocuerunt, quantum seipsos ignominiosos fecerunt. Nam licet barbaris eum vendiderint, & illi reuẽdidere archimagiro Pharaonis, nihilominus quia habuit supernam gratiam se in omnibus adiuuantem, omnia leuia & facilia visa sunt. Et volebam etiam hodie illam historiam tractare, indeq; contexere sermonem, verum in medio alia quædam narratio interiacet, quam indignum est præterire. Sed opus est, vt quãtum possibile est, eam perscrutemur, & sic iterum ad argumentum Ioseph redeamus. Quæ nam igitur illa quæ interseritur, narratio? Illa de Iuda, de quo sic loquitur scriptura. *Eodem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad uirum Odollamitem, nomine Hira.* AVCTOR CATENAE. Non præcise istis diebus, scilicet venditionis Ioseph necessario accipiendum, potuit contigisse dudum antea vel posterius. Non est enim prius & posterius inquirendum in lege, etiam secundum Iudæos. Ideo autem ait descendens, quoniam Hebron vbi tunc habitabat Iudas cum patre & fratribus, altior erat respectu Odollæ. Ipsa
C vero Odolla, à qua Odollamites vir denominatur, regio siue locus est, ad quem Dauid aufugit cum fugeret Saul, vt primo Regum vigesimosecũdo. Qua autem ratione à fratribus Iudas secesserit, ignoratur, fortassis vxorem inquisiturus, quod & fecit. *Viditq; ibi filiam hominis Chananæi, uocabulo Sue.* CAIETANVS. Nomen est viri patris puellæ. AVCTOR CATENAE. Notandum, quod in Hebræo textu, & apud Septuaginta, dicitur hominis Chananæi, à Chaldaica dici hominis mercatoris. Conuersatus ergo Iudas cum amico Odollamite, vidit filiam Sue Chananæi. Incertũ autem filiæ nomen & sacris literis non ascriptum. *Et accepta uxore ingressus est ad eam. Quæ concepit, & peperit filium, uocauitq; nomen eius* Her. *Rursumq; concepto fœtu, natum filium uocauit Onan. Tertium quoq; peperit, quem appellauit Sela.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GEN. Quæritur quando ista fieri potuerunt. Si enim posteaquam Ioseph deuenit in Aegyptum, quomodo intra viginti ferme & duos annos (nam post tantum temporis colligitur eos venisse ad eundem Ioseph fratrem suum in Aegyptum cũ patre suo) fieri potuerit, vt Iudæ filij, eius ætatis omnes possent ducere vxores? Nam Thamar nurum suam mor-
D tuo primogenito suo alteri filio dedit, quo etiam mortuo, expectauit vt cresceret tertius. Et cum creuisset, nec illi eam dedit timens ne & ipse moreretur. Vnde factum est, vt eidem socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo hæc omnia intra tam paucos annos fieri potuerunt, merito mouet, nisi vt forte solet scriptura, per recapitulationem aliquot annos ante venditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi velit, quoniam sic positum est vt diceretur, factum est autem in illo tempore. Vbi tamen quæritur, si decem & septem annorum erat Ioseph quando venditus est, quot annorum Iudas esse potuerit, quartus filius Iacob, quando idem ipse primogenitus Ruben vt plurimum fratrem suum Ioseph, quinque aut sex annos potuerit ætate præcedere? Euidenter autem scriptura dicit, triginta annorum fuisse Ioseph, quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno decimoseptimo ætatis suę venditus fuisse credatur, tredecim annos peregerat in Aegypto ignotus Pharaoni, ad hos autem tredecim annos accesserunt septem anni vbertatis, & facti sunt anni viginti, his adduntur duo, quia secundo anno famis intrauit Iacob in Aegyptum cum filiis suis, & inueniuntur viginti duo anni quibus abfuit Ioseph à patre & à fratribus suis. Quo me-
dio tempore quomodo fieri potuerint de vxore & filiis & nuru Iudæ omnia quæ narrantur, indagari difficile est,
E nisi forte vt credamus (& hoc enim fieri potuit) mox vt adolescere Iudas cœpit, eum incidisse in amorem eius quam duxit vxorem, nondum vendito Ioseph in Aegyptum. AVCTOR CATENAE. Et accepta vxore. In Hebræo codice non est vxore, sed tantum וַיִּקָּחֶהָ vaikahéha, Et accepit eam, sic est & in Chaldaica, & apud Septuaginta. Ducta igitur filia Sue in coniugem, Chananitide muliere, tres istos filios consequenter ex illa habuit Iudas. *Quo nato, parere ultra cessauit.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Hæc autem erat in Chazbi, quando peperit eum. Verbum Hebræum hic pro loci vocabulo positum est, quod Aquila pro re transtulit, dicens, Et vocauit nomen eius Selom, & stetit partus eius. Chazbi ergo non no
men loci, sed mendacium dicitur. Vnde & in alio loco scriptum est, Mẽtietur opus oliuæ, id est, fructum oliua non Abac.3.
faciet. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Chazbi, vbi geminos Iudæ filios Thamar ædidit. Ostenditur autẽ nunc locus desertus iuxta Odollam in finibus Eleutheropoleos. De hoc quoque in libris Hebraicarum
F quæstionũ plenius à nobis disputatum est. CAIETANVS. Aduerte prudens lector quod iuxta Hebræũ habetur, Et fuit in Chezib in parere ipsam eũ. Dissentiuntq; Hebræi, aliis Chezib nomen propriũ loci arbitrantibus, aliis interpretãtibus deficere, legendo, Et fuit in deficere in parere ipsam eũ, quẽ defectum antiquus interpres interpretatus est, cessauit parere. Quid horũ verius sit lector decernat, sciat tamẽ quod Hebraica dictio nõ deficere, sed mẽtiri sonat, quod à proposito alienũ videtur. AVCTOR CATE. Hebraica litera est huiusmodi וְהָיָה בִכְזִיב בְּלִדְתָּהּ אֹתוֹ: Vehaia bichzib belidta otho. Et erat in Chezib, quãdo peperit eũ. Ita & Chaldaica. Septuaginta, καὶτν ἐν Χασβί, ἡνίκα ἔτεκεν αὐτόν, Hæc autẽ erat in Chasbi, quando peperit eos. Pro quo sciendũ, quod verbũ Cazab, mentiri, frustrari, fallere & deficere significat. Vnde & hoc loco pro cessare seu deficere ponitur, iuxta illud Esaiæ quinquagesimooctauo. Et sicut fons aquarũ cuius nõ deficiunt aquæ. Quare recte interpres vertit, Quo nato, parere vltra cessauit. Ac si dicat, Fuit in cessatione (scilicet à partu) quãdo peperit eum, hoc est, post hunc vltra nõ peperit. Hebræi autẽ (vt dictum est) esse propriũ nomen loci contẽdunt, vbi erat quando peperit eũ mater.

IDEM,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mysticè. IDEM. Hæc autem iuxta literam. Cæterum in mysterio, Iudas sicut & cæteri patriarchæ Christum signifi- G
cat. Interpretatur enim confitens, ipse autem confessus est patri confessionem laudis, iuxta illud, Confiteor tibi do
mine pater rex cœli & terræ, & cætera. Hira autem interpretatur videns fratrem, Odollamites, testimonium in a-
qua, ad hunc ergo descendit & diuertit Iudas, quando ad Ioannem ad ripam Iordanis commorantem venit Chri
stus dominus noster, vt baptizaretur ab eo. Quem videns ipse testimonium illi perhibuit, dicens: Ecce agnus dei,
Ioannis.1. ecce qui tollit peccata mundi. Vnde Micheæ primo dicitur, Vsque ad Odollam veniet gloria Israël, id est, vsque ad
baptismum Ioannis Christus. Ipse ergo vidit, ipse testimonium perhibuit, in aqua, cum dixit, Et ego vidi, & testi-
monium perhibui, quia hic est filius dei. Vidit autem Iudas ibi filiam hominis Chananæi, & accepit illam vxo-
rem. Quæ est ista filia hominis Chananæi, nisi synagoga filia diaboli, quam verus Iudas, id est, Christus dominus
sibi copulare venerat, dicente ipsomet domino, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël? Dici-
tur autem diabolus homo, quia hominem in paradiso deuicit, iuxta illud Matthæi decimotertio, Inimicus ho-
mo hoc fecit. Qui etiam Chananæus dicitur, id est, commutatus, quia in veritate non stetit, vt habetur Ioannis H
octauo. De ipsa quoque dicitur synagoga Ezechielis decimosexto, Radix tua, & generatio tua de terra Chanaam,
pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Vocabatur autem pater huius synagogæ Sua, id est, sublimis, ratione
sanctorum patriarcharum & prophetarum, quos sibi præcipue copulauit dominus, Hęc ergo synagoga primo ad-
hæsit Christo, quando Petrus & Andreas & cæteri Ioannis discipuli, facti sunt discipuli Christi. Genuit autem
vxor Iudæ, hoc est, synagoga Christo tres filios, chorum nempe sanctorum Apostolorum in tres quaternitates,
diuisum, vtpote ex duodecim viris constitutum. Quibus æditis, vltra parere cessauit, natis enim apostolis, synago
ga sterilis mansit. Vnde Osee nono dicitur, Da eis domine, Quid dabis eis? Vuluam sine liberis, & vbera arentia.

2 *Dedit autem Iudas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conſpectu domini, & ideo ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum, Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad uxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine naſcerentur. Et idcirco percuſſit eum dominus, eo quod rem deteſtabilem faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ, Eſto uidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris ſui.* I

2 *Dedit autem Iudas uxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar.* AVCTOR CATE. Non hic scribitur cuius
prosapiæ fuerit Thamar, satis verisimile est, Chananæam fuisse, sicut & ipse Iudas Chananęi filiam vxorem duxe-
rat, vt non solum ex Ruth Moabitide, sed etiam ex Thamar Chananæa, conuersis ad deum honestissimis mulie-
ribus, Dauid sanctus & Christus dominus noster, generati habeantur. Qui sine delectu personarum & sanguinis, K
omnes saluare venerat, nobiles suos proauos, Iudam & Booz, alienigenas habere vxores disposuit, in typum eccle
siæ de gentibus Christo sociandæ per fidem, ne externas nationes omnes præter Israëlem, à domino neglectas co-
gitaremus. Licet enim Christus ex Iudæis sit, non tamen tantum pro Iudæis. Habet enim præter Iudæos, & aliud
ouile Christus qui expectatio gentium dicitur à Iacob & prophetis. *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in con-*
Collatio.5. cap.11. *ſpectu domini, & ideo ab eo occiſus eſt.* EX COLLATIONIBVS PATRVM. Fornicationis genera sunt
tria. Primum quod per commixtionem sexus vtriusque perficitur. Secundum quod absque fœmineo tactu, pro
quo Her patriarchæ Iudæ filius à domino percussus legitur, quod in scripturis sanctis immunditia nuncupatur,
super quo Apostolus, Dico autem innuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego: quod si se
1.Cor.7. non continent, nubant. Melius est enim nubere quàm vri. Tertium quod animo ac mente concipitur. De quo do
Matth.5. minus in euangelio, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quæ L
Coloss.3. tria genera beatus Apostolus pari modo extinguenda pronuncians, Mortificate (inquit) membra vestra quæ sunt
Ephes.5 super terram, Fornicationem, immunditiam, libidinem, & cætera. Et iterum de duobus ad Ephesios, Fornica-
Ibidem. tio & immunditia nec nominetur in vobis. Et iterum, Illud autem scitote, quod omnis fornicator aut immun-
dus aut auarus quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Quæ tria vt à nobis pa
ri obseruatione caueantur, simili nos eorum à regno Christi atque vna deterret exclusione. CAIETANVS.
Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, & cætera. Quæ fuerit illius malitia scriptura non dicit, Factum tamen Tha-
mar attestatur Hebręis dicentibus, malitiam illius fuisse studium ad impediendam impręgnationem vxoris, pro-
pter nimium amoris ardorem erga illam. Vnde significanter appellatur malus in oculis domini (seminando enim
ita) vt generatio non sequeretur, male merebatur de fonte essendi. AVCTOR CATENAE. Peccatum er-
go Her non scribitur, sed ex fratris pœna consimili, similis arguitur culpa, abusus scilicet seminis, & feruor libidi-
nis intentus magis, quàm amor prolis, cuius gratia institutum matrimonium sit. Ecce quomodo iterum male au- M
dit primogenituræ conditio, in mysterio quidem abiectionis Iudæorum, & insertionis ecclesiæ ex gentibus. Sed
fortassis primi filij non tam prolis amore generantur, quàm libidinis causa, à principio vehementius ardentis,
processu autem temporis multis molestiis matrimonialibus tepescente feruore, religiosiores generantur. Vnde &
illegitimi filij hodie quoq; peiores sunt, quia non intenduntur filij, sed libido. Vel proferatur, si oportet, alia ratio,
quare primogenitura suapte natura tam nobilis, tam male proficiat in filiis, pro quo etiam primogenitos sibi deus
consecrari præceperit, non quod tam boni essent præ aliis, sed vt boni fierent, & offerentium deuotione munda-
rentur. Occisus autem à deo est Her primogenitus Iudæ, ministerio videlicet angelorum, vel bonorum, vel ma-
lorum. Probabile tamen magis, quod malorum: Sic enim interfecit & septem viros Saræ, vt legitur Thobię sexto
capitulo. Communiter enim huiusmodi diuinæ iustitiæ executiones per malos angelos fieri consueuerunt, iuxta
illud psalmi, Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissionem per an-
gelos

A gelos malos. *Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum, Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fratri tuo.*
GRAECVS. Hoc & per Moysen deus mandauit. Antea igitur ea lex data erat. Ait enim de Abrahã, Præcipiet
filiis suis & domui suæ, vt custodiant viam domini, & faciant iustitiam & iudicium. CAIETANVS. Nisi
enim fuisset mos vt defuncto fratre sine liberis, leuir acciperet fratriam in vxorem, non dixisset Iudas hæc verba,
sed arbitrati sunt antiqui quod modica læsio honoris mortui fratris quæ interuenit in hoc, quod vxor eius effecta
vna caro cum ipso, cognoscitur à fratre, vincitur à maiori bono, imò à beneficio in ipsum, magnum siquidem be
neficium censuerunt conferri mortuo sine liberis, si vices frater mortui ageret, cognoscendo relictam ad suscitan
dum semen mortuo. Et hinc patet, non incœpisse tempore Moysi legem hanc, quæ à Moyse scripta est Deute. xxv.
AVCTR CATENAE. Quod apud nos est, Sociare illi, Hebraicè est וְיַבֵּם אֹתָהּ Veiabbem otha. Et est ver-
bum iabem, cui in Latina lingua nullum respondet vocabulum. Nam significat, defuncti fratris, & nullum post
se semen relinquentis, ducere vxorem. Est autem ordo verborum præposterus, primo enim præcepit filio suo O-
B nan, vt illam acciperet in coniugem, quo facto postmodum cognosceret ipsum. Vt suscites semen fratri tuo, id est
filium gignas ex Thamar, qui fratri tuo mortuo ascribatur, & eius sit filius secundum legem. Nam ratio suscitan
di seminis fratris defuncti, tam ante legem vt hic videtur, quàm sub lege, deo placuit. *Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad uxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine naſcerentur.* CAIETANVS. Hoc est,
quod si nascerentur filij, non vocarentur filij sui, sed filij fratris sui mortui. Veruntamen scito quod iuxta Hebræũ
non habentur hæc verba, sed habetur, Et sciuit Onan, quod non sibi erit semen. Sententia tamen eadẽ est, & simi-
le quid accidit in subiunctis. AVCTOR CATENAE. Ille sciens non nasci sibi filios. Hebraicè est
וַיֵּדַע אוֹנָן כִּי לֹא לוֹ יִהְיֶה הַזָּרַע Vaiẽdaa Onan chi lo lo ihie hazáraa, Et sciuit Onan quod non sibi futurum esset
semen. Quod clarissime & Septuaginta & Chaldaica expresserunt. Illi enim habent, γνοὺς δὲ ὢνὰν ὅτι οὐκ αὐτῷ ἔσται
τὸ σπέρμα, Sciens autem Onan quod non eius erit semen, Chaldaica vero, Cognouitq; Onan quoniam non nomi
ne eius vocaretur semen. Quando enim apud Hebræos, fratres sine filiis defunctorum fratrum accipiebãt vxores,
C qui ex eis procreati fuissent, defunctorum filij censebantur. Hoc igitur significatum est hoc in loco sciuisse Onan,
quod in nostra æditione paululum erat obscurum. Semen (inquit) fundebat in terram. Hebraicè est וְשִׁחֵת אַרְצָה
Vesiheth arza. Significat autem sahath inter cætera, corrumpere, seu disperdere. Vnde verti potest, Et corrumpe-
bat (nempe se) in terra, seu super terram. Vel, Et disperdebat (scilicet semen) in terra. Vnde locum optime reddidit
interpres, semẽ fundebat in terram, quod à Septuaginta mutauit, qui ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν γῆν, Effudit super terram,
habent. Chaldaica, Corrumpebat viam suam super terram. Quod autem sequitur, Ne filij fratris nomine nasce-
rentur, Hebraicè est: לְבִלְתִּי נָתֵן זֶרַע לְאָחִיו Lebilti nethan zéraa leahif, Vt non poneret, seu daret semẽ fratri suo.
Quod idem est cum Latina æditione. Ita & Septuaginta. Chaldaica clarius, Vt non suscitaret semen fratri suo.
Proiiciebat igitur extra vas muliebre semen Onan, vnde vxorem inutiliter cognoscebat, hocq; propter inuidiam,
ne filij inde nascituri, non sibi, sed fratri ascriberentur. *Et idcirco percuſſit eum deus, eo quod rem deteſtabilem faceret.*
CAIETANVS. Diuinum affert iudicium mali operis simul cum vindicta. AVCTOR CATENAE.
D Hebraica sunt eiusmodi hoc in loco וַיֵּרַע בְּעֵינֵי יְהוָה אֲשֶׁר עָשָׂה וַיָּמֶת גַּם אֹתוֹ Vaiéraa beene adonai aser asa vaia-
meth gam otho, Et displicuit in oculis domini, seu coram domino, quod fecit, & interfecit etiam ipsum. Sic &
Chaldaica. Septuaginta vero πονηρὸν δὲ ἐφάνη ἐναντίον τοῦ θεοῦ, ὅτι ἐποίησε τοῦτο, καὶ ἐθανάτωσε καὶ τοῦτον, Malum autẽ
apparuit coram deo, quia fecit hoc, & occidit & hunc. Sed hæc à Latina æditione nõ discrepant. Pœna ergo horri
bilis hoc loco describitur, quia à domino interfecti duo Iudæ filij rei huius criminis, vt tenetur communiter.
Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ, Eſto uidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris ſui. CHRYSOSTOMVS. Esto vidua in do-
mo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Talibus promissionibus pascebatur Thamar, inq; domo patris sui
sedebat, expectans quando soceri promissio impleretur, & videns Iudam non velle implere promissa, mansuete
tulit, non eligens aliorum coniugia, sed amans viduitatem, & tempus congruum expectans, festinabat enim vt si
E lios procrearet ex socero. CAIETANVS. Perpende prudens lector arctitudinem moris illius temporis, vt
tanta fuerit vis moris suscitandi semen fratri mortuo, quod puella vidua relicta, cogeretur expectare donec leuir
suus creseceret, & ad ætatem nuptialem perueniret. AVCTOR CATENAE. Spondet quidem Selam Iu-
das filium suum, sed proposuit non dare Thamar, arbitratus eam male ominatam fœminam, sicut & de Sara le-
gimus vxore iunioris Tobiæ, cum non sua culpa contigisset mors filiis Iudæ, sed ipsorum malitia, qui indigni e-
rant sacro semine, quod deus destinauerat ex Thamar nobili palma, mundo.
AVGVSTANVS VIGESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM. Mysticum in Thamar nu- Mysticè.
ru Iudæ intelligitur plebs regni Iudæorum, cui de tribu Iuda reges tanquam mariti adhibebantur, merito no-
men eius amaritudo interpretatur, ipsa enim domino fellis poculum dedit. Duo autem genera principum qui nõ
recte operabantur in plebe, vnum eorum, qui oberant, alterum eorum, qui nihil proderant, significantur in duo-
bus filiis Iudæ, quorum vnus erat malignus vel sæuus ante dominum, alter in terram semen fundebat, ne daret ad
F fœcundandam Thamar. Nec sunt amplius quàm duo genera hominum inutilia generi humano, vnum nocen-
tium, alterum præstare nolentium, & si quid boni habent in hac terrena vita, perdentium, tanquam in terra fun-
dentium. Et quoniam in malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest, ideo maior dicitur malignus, ille au
tem sequens qui fundebat semen in terram. Nomen quippe maioris qui vocabatur Her, interpretatur pellicius,
qualibus tunicis induti sunt primi homines in pœna damnationis suæ, dimissi ex paradiso. Sequentis vero nomẽ
qui vocabatur Onan, interpretatur mœror eorum. Quorũ, nisi quibus nihil prodest, cũ habeat vnde prodesse pos-
sit, atq; id perdat in terra? Porro maius malum est ablatæ vitæ, quod significat pellicius, quàm non adiutæ quod si-
gnificat mœror eorũ. Deus tamen ambos occidisse dictus est, vbi figuratur regnũ talibus hominib⁹ abstulisse. Ter
tius verò filius Iudę, qui illi mulieri nõ iũgitur. Significat tẽpus ex quo reges plebis Iudęorũ cœperũt de tribu Iuda
non fieri. Et ideo erat quidem filius Iudæ, sed eum maritum Thamar non accipiebat, quia erat eadem tribus Iu-
da, sed iam in populo inde nemo regnabat. Vnde & nomen eius Sela, interpretatur dimissio eius. Non pertinent

Universidad de Deusto
Biblioteca

sane ad hãc significationem viri sancti & iusti, qui licet illo tempore fuerint, ad nouũ tamen pertinent testamentum, cui prophetando scienter vtiles fuerunt, qualis Dauid fuit. Eo sane tempore quo iam Iudæa ex tribu Iuda cœperat reges non habere, non est computandus Herodes maior in regibus eius, tanquam maritus Thamar, erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mysticæ vnctionis tanquam coniugali fœdere cohærebat, sed tanquam extraneus dominabatur, quam potestatem à Romanis & à Cæsare acceperat. Sic & filij eius tetrarchæ, quorum erat vnus Herodes, patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione domini cõcordauit. Isti ergo alienigenæ vsqueadeo non deputabantur in regno illo mystico Iudæorum, vt ipsi Iudæi publicè clamarent, frendentes aduersus Christum, Nos non habemus regem nisi Cęsarem. Neq; enim hoc verum, nisi illa vniuersali dominatione Romanorum, quippe etiam Cæsar rex erat, non proprie Iudæorum, sed vt Christum negarent, & huic adularentur, ideo se tali voce damnarunt. Illo ergo tempore quo iam de tribu Iudæ regnum defecerat, veniendũ erat Christo vero saluatori domino nostro, qui non obesset, multumq; prodesset. Sic enim fuerat prophetatum, Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmore eius, donec veniat cui repromissum est, & ipse erit expectatio gentium. Iã isto tempore omne quippe magisterium Iudæorum, & mystica, vnde Christi vocabantur, vnctio ipsa defecerat, secundum prophetiam Danielis, Tunc venit cui repositum erat expectatio gẽtium, & vnctus est sanctus sanctorum oleo exultationis præ participibus suis. Natus est enim maioris Herodis tempore, passus est autem Herodis minoris tetrarchia. RVPERTVS. Aliter. Thamar etiam quod interpretatur amaritudo, pœnitentiam significat, quæ omni homini necessaria est, ex quo primus peccauit Adam, in quo moriũtur omnes. Her & Onan, quorum alter pelliceus, alter interpretatur mœror eorum, qui vxorem Thamar ducere iussi, filios ex ea non genuerũt, & mortui sunt propter suam nequitiam, eos qui ante legem & sub lege fuerunt designant, qui pœnitentiam agere iussi, neglexerunt, imò & expectatione dei nequiter abusi, tempora pœnitentiæ perdiderunt. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Sed & aliter. Iudas quantum intelligi datur, ex parte prophetarum, ex parte patriarcharum patrumq; typus erat, qui ob iustitiam dei omnes homines filios computabant. Igitur Her primitiuus filius, primitiuus populus, id est Emithei, omnes potentissimi & reges, qui ferocitate virtutis, ac libidinis rabie digladiantes, omnem orbem corruperant terrarum. Insuper decernentes sibimetipsis pro domibus templa, erigentes aras nomini suo, qui quæ essent habituri sepulchra nescirent, cœlum promittentes sibi, pro quorum actibus si posset, ipsa quoque erubesceret terra. Postremo deos esse aduersus deum asserentes, qui sanæ mentis hominibus ne hominis quidem vocabulo digni iudicarentur. Pro quibus causis à deo non tantum sunt disperditi, sed etiam perpetuo pœnali supplicio destinati. Onan autem secundus frater, Iudaicus est populus, cui præcipitur vt semen excitet fratris, non vtique illud, quod à deo damnatum iure videbatur, sed vt reliquas nationes quas idololatriæ disseminatæ venena confecerant, ad dei cultum bonæ vitæ exemplis, sacraq; legis religiosis exhortationibus excitaret. At ille semen suum fudit in terra. Semen significat non creaturæ, sed cordis. Etenim semen cordis, verbum est dei, secundum Lucam domino sic dicente, Est autem hæc parabola, semen est verbum dei. Qui autem iuxta viam sunt, hi sunt qui audiunt verbum, & venit diabolus, & tollit de corde verbum illorum, ne credentes salui fiant. Terra vero hominem idolúmque significat, quia & hominem deus de terra finxit, & homo idolum de terra composuit. Semen ergo suum fudit in terram, hoc est, dei mandata neglexit, & idolis profudit. propter quod à deo similiter etiam ipse præsentem sententiam damnationis excepit, quia sicut est detestabilis, qui cum sit homo, deum se fingit, ita detestabilior qui deum colit, quem ipse disposuit. Sela autem prædictorum tertius frater, minor ex gentibus veniens, nouelli populi imaginem depingebat, Thamar ecclesiæ quæ ei rectè nupta non est, quia Christo veniente, baptismatis spiritali vnda in gremio renatus ecclesiæ, filius eius futurus fuerat non maritus. GRAECVS. Sed & quicunque seminat in carnem, & opera carnis thesaurizat in terra, similis est Onan, quare & à deo interficitur.

Ioan. 19.

Gen. 49.

Daniel. 9.

Li. 2. ser. 9.

2 EVolutis autem multis diebus, mortua est Sue, uxor Iudæ, qui post luctum consolatione susceptа, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites in Thamnas. Nunciatumque est Thamar quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ depositis uiduitatis uestibus, assumpsit theristrum, & mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit Thamnam, eo quod creuisset Sela, & nõ eum accepisset maritum. Quam cum uidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: Operuerat enim uultum suum ne agnosceretur. Ingredienſque ad eam, ait, Dimitte me ut coeam tecum, Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo? Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumq; illa dicente, Patiar quod uis, Si dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas, Quid uis tibi pro arrabone dari? Respondit, Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes.

2 Euolutis autem multis diebus mortua est Sue uxor Iudæ. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, mortua est filia Sue vxor Iudæ. Nomen vxoris nescitur, sed filia patris Sue dicitur. AVCTOR CATENAE. In Hebræo siquidem est וירבו הַיָּמִים וַתָּמָת בַּת שׁוּעַ אֵשֶׁת יְהוּדָה Vairbu haiamim vatamath bath suaa eseth Iehuda, Et multiplicati sunt dies, & mortua est filia Sue vxor Iudæ. Ita & Chaldaica, ita & Septuaginta. Excepto quod Suam vxorem dicunt Iudæ, cum vere ex Hebræo habeatur, Sue patrem esse vxoris, non vxorem. Deest ergo in Latinis codicibus, dictio filia. Probatur autem huiusmodi lectio etiam per id quod primo Paralipomenon secundo habetur, vbi sic legitur, Filij Iuda, Her, Onan, & Sela. Tres isti filij nati sunt ei de filia Sue Chananæi. Dies autem, non anni multiplicati intelliguntur, quia instabat annus quo cum patre Iacob Iudas Aegyptum intrauit, & omnis domus eius. Mortua autem vxor Iudæ dicitur, ne alterius vxoris maritum Thamar ambiuisse videatur.

Qui post luctum consolatione susceptа, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odolamites in Thamnas.

HIERONY-

A HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et consolatus Iudas ascendit ad eos qui tondebant oues eius, ipse & Hiras pastor eius Odollamites. Pro pastore amicus legitur. Sed verbum ambiguum est, quia iisdem literis vtrunq; nomen scribitur, verum amicus רֵעֵהוּ re, pastor רֹעֵהוּ ro legitur. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Thamna vero, vbi oues suas totõdit Iudas, ostenditur hodieq; præ grandis vicus in finibus Diospoleos euntibus Aeliam in tribu Dan, siue Iudæ. CAIETANVS. Hic est vero idẽ vir Hadulamites, ad quem in principio capituli diuertit Iudas. AVCTOR CATENAE. Quod apud nos est, Et Hiras opilio gregis, Hebraicè est וְחִירָה רֵעֵהוּ Vettira reehu, Et Hiras socius, aut amicus eius. Non enim est roe, quia tũc significaret pastorẽ seu opilionẽ gregis, vt est in nostra litera & apud Septuagita, sed ree, quod amicũ seu socium significat. Ad tonsores ergo exiit Iudas consolationis gratia post amissam vxorem, vt conuiuio lætus interesset & epulis. In tonsionibus enim ouium grande olim consueuerat exhiberi conuiuium, prout in libris Regum de Nabal & Absalone narratur. 1. Reg. 25. 2. Reg. 13.

Nunciatumq; est Thamar quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues.

B Innotuit ipsi Thamar occasio expectata quo percita iamdudum fama sanctæ posteritatis, desiderabat semen à posteris Iuda, quo frustrata quantum ad filios, socerum expetiit, accepit, & inde vere fœlix & gloriosa euasit. CHRYSOSTOMVS. Quia enim vidit socrum mortuam, & Iudam venire in Thamna ad tondendas oues, furari volens soceri concubitum, & ex illo filios procreare, nõ libidinem explere concupiscens (absit hoc) sed ne videretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat quod fiebat, vnde & opere completa sunt ea quæ illa deliberauit. Sequitur enim,

Quæ depositis uiduitatis uestibus, assumpsit theristrum, & mutato habitu, sedit in biuio itineris quod ducit Thamnam, eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum.

AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quæ depositis vestimentis viduitatis suæ à se, Hic insinuatur etiam temporibus patriarcharum certa & sua fuisse vestimenta viduarum, non vtique talia, qualia coniugatarũ. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et sedit ad portam Aenan quæ est in transitu Thã-

C na. Sermo Hebraicus עֵינַיִם Enaim transfertur in oculos. Non est igitur nomen loci, sed est sensus, sedit in biuio, siue in compito, vbi diligentius debet viator aspicere, quod iter gradiendi capiat. IDEM DE LOCIS HEBRAICIS. Aenan euntibus Thamnan, nunc desertus locus & proximus Thamne vico grandi qui situs est inter Aeliam & Diospolim. Est & fons in supradicto Aena loco: vnde & Aenan, id est fontis nomen accepit: in quo stans idolum maxima illius regionis veneratione colitur. Porro Hebræi affirmant Aenam non locum significare, sed biuium: vbi certo intuitu necessariũ sit ad vnam de duabus viis eligendam. INTERLINEARIS. Theristrum autem velamen est, quo vtebantur Palæstinæ mulieres. RVPERTVS. Et est æstiuum ac subtile palliolum. Et mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit Thamnas. THEODORETVS. Illustre nanq; admodum erat Abraham genus ob suam erga deum pietatem, quod optime sciens Thamar, non libidine, sed prolis desiderio inducta (neq; enim postquam peperit, à quoquam cognita est) coacta est meretriciũ habitum sumere, vt vel hac ratione filium ex tam insigni familia generaret. CHRYSOSTOMVS. Deinde

D quasi excusans eam scriptura, dixit, Eo quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritum, & propterea ad decem ptionem illam properauit. CAIETANVS. Dictio Græca est Theristrum, ab ætate significans velum æstiuum, quo non vtebantur viduæ, crediturq; totius corporis velamen fuisse. Nam in Hebræo habetur, et inuoluta est. Significatur xit se in velamine. Deinde vbi subiungitur, Et mutato habitu. In Hebræo habetur, Et inuoluta est. Significatur enim quod occultauit se, inuoluendo faciem ne cognosceretur. Sedit in biuio itineris quod ducit Thamnã. Hebraicè, Et sedit in porta oculorum quæ est super viam ad Thamnath. In dubium vertitur an dictio enaim, interpretata oculorum, sit nomen proprium loci. Et si sic est, sententia clara est, si autem nomen est oculorum, metaphoricus est sermo, significans quod sederit in loco qui officio fungebatur portæ respectu oculorum, quia inde erat aspectus ad diuersa loca, & erat super viam ducentem in Thamnath, quò iturus erat Iudas. AVCTOR CATENAE. Assumpsit theristrum, & mutato habitu. Hebraicè legitur וַתֶּכַס בַּצָּעִיף וַתִּתְעַלָּף Vatechas bazaiph vatithallaph. Est autem zaiph genus vestis quo mulieres operiunt caput seu faciem, peplum videlicet, sindon amictusq; lineus, ac velum æstiuale, propterea quę ab ætate nomẽ sortitur apud Græcos, ducitur enim ἀπὸ τοῦ θέρους,

E & dicitur theristrũ. Eratq; is ornatus fœminæ, quæ nullo in mœrore esset. Ideo positis vidualibus vestibus, assumptus est à Thamar. Sic ergo reddi possunt verba prædicta, Et operuit se theristro, & inuoluit, vel texit, seu cælauit se. Omnia enim hæc significat verbum alaph. Septuaginta περιέβαλε δὲ θέριστρον, καὶ ἐκαλλωπίσατο, Induit theristrũ, & ornata est. Chaldaica, Et operuit se pallio, & ornauit se. Quod vero sequitur, Sedit in biuio itineris quod ducit Thamnam, Hebraicè est וַתֵּשֶׁב בְּפֶתַח עֵינַיִם אֲשֶׁר עַל דֶּרֶךְ תִּמְנָתָה Vatéseb bephéthah enáim aser al derech tamnátha. Sciendum autem quod dictio Hebraica עַיִן en, à quo plurale est enáim, oculum, aspectum, & fontem significat. Alij etiam enáim pro biuio itineris accipiunt, eo quod ibi viator apertis oculis aspicit quod iter capiat. Demum sunt qui nomen loci proprium esse dicant. Quo factum, vt diuerso modo sit hic locus redditus. Dixerunt enim nonnulli, Et sedit in propatulo, seu in ostio oculorum, quod iuxta viam Thamnata. Et locutio est, vt sit sen-

F sus, quod in publico loco mansit, vbi frequens erat euntium & redeuntium transitus. Alij in diuisione fontium dixerunt, eo quod duo ibi fuerint fontes in via, qui & portarum haberent similitudinem, atque inde transierit Iuda, Chaldaica, Et sedit in biuio itineris, quod est iuxta viam Thamnath, cui se Latina quoque æditio conformat Septuaginta pro loco capiunt enáim, καὶ ἐκαλλωπίσατο πρὸς τὰς πύλας ᾠνάμ, ἃ ἔστιν ᾧ παρόδῳ Θαμνάθ. Et ornata est ad portas Enan, quæ est in transitu Thamnam. Tandem quod sequitur, Et non eum accepisset maritum. Idem innuitur in Hebræo, sub aliis tamen verbis: וְהוּא לֹא נְתָנָהּ לוֹ לְאִשָּׁה Vehi lo nitena lo leissa, Et ipsa non data fuerat, seu tradebatur ei in vxorem. Sic & Chaldaica, sic & Septuaginta, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔδωκεν αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα, Ipse autem (nempe Iudas) non dedit eam illi vxorem. Habitu itaque ornatiore sese induit, vt pellicere ret ad sui desiderium, ad prospectum sedit in loco, vbi aspiceret & placeret. Sciuerat etiam socerum conuiuio lætum interfuisse, vnde solet libido magis prouocari virorum. Viderat demum manifeste mentitum, dato filio suo Sela alteri, quam ipsi Thamar. Locus hic est, aliquas christianorum viduas reprehendendi, quæ nostro tempore non coniugatarum, sed turpissimarum induunt vestimenta meretricum. Nam & de Iudith legitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod exuit se vestimenta viduitatis, Iudith decimo. Proprius ergo debet esse honestarum viduarum habitus. G
Quam cum uidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem, operuerat enim uultum suum ne agnosceretur. Abundat apud nos, Ne agnosceretur, nec enim in Hebræo vel in Chaldaica appositum est, cuius tamen loco apud Septuaginta est, καὶ ἔδυ πρὸς αὐτὴν, Et non cognouit eã, scilicet Iudas. Curauerat nanq; studiose, ne ex facie à socero animaduerteretur. *Ingrediensq; ad eam, ait, Dimitte me, ut eoe am tecum: Nesciebat enim quod nurus sua esset.* Iuxta Hebræum ita scriptum est וַיֵּט אֵלֶיהָ אֶל הַדֶּרֶךְ וַיֹּאמֶר חֲכָה נָא אֲבוֹא אֵלַיִךְ Vaiet eleha el hadêrech, vaiómer haba na abo elâich, Et declinauit ad eam in viam, & ait, Permitte obsecro vt ingrediar ad te, sic & Chaldaica & Septuaginta, Vel age quæso, Ingrediar ad te. Quod ideo annotauimus, non vt diuersum quid esse à Latina æditione, sed quam honesto modo fornicationem hominis cum muliere sacræ hæ literæ appellent, ostenderemus. Quod enim nos coire cum ea dicimus, illæ ingredi ad eam dicunt. Non est autem vt excusetur Iudas à peccato fornicationis, nec vt soluti cum soluta probetur fornicatio. Peccauit multipliciter & in aliis, mendacio, proditione, odio. Non sunt fidelium opera in exemplum trahenda, nisi verbo dei manifeste concordent. *Qua respondente, quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo? Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumq; illa dicente, Patiar quod uis, si dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris.* H Et hoc in loco, prout fruaris concubitu meo, est in Hebræo: מִי תָּבוֹא אֵלַי chi tabo elahi, Vt ingrediaris ad me. Honesta locutio est. Quod vero sequitur, Patiar quod vis, si dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris, non tot verba sunt in Hebræo, quot hic ab interprete explicandæ rei gratia addita, tantummodo enim ibi est: אִם תִּתֵּן עֲרֵבוֹן עַד שָׁלְחֵךְ Im titen ẽrabon ad salhêcha, Si dederis mihi pignus, donec mittas? Ita & Chaldaica. Locutio est Hebraica, pro eo quod est, Num dabis arrabonem, quousque miseris? Eodemq; modo Septuaginta, ἐὰν δῶς μοι ἀρραβῶνα, Si dederis mihi arrabonem. Est enim אם im, coniunctio Hebraica, id est si, quæ aliquando conditionalis, sæpe negatiua, sæpe interrogatiua est vt hoc loco. Arrabonem autem in Latinum & Græcum translatum hic discimus, & capitur pro pignore, dato pretio quod possit redimi. *Ait Iudas, Quid uis tibi pro arrabone dari? Respondit, Annulum tuum, & armillam, & baculum quem in manu tenes.* CYRILLVS. Iudas cum Chaldæus esset, ornamenta manuum & colli Thamar in arrabonem dedit. Chaldæorum enim mos est, auro caput, & colla, & manus insignire. I CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, sigillum tuum, teniam tuam, & baculum tuum qui in manu tua. Et sigillum quidem erat annulus, teniam autem credimus linteum collo gestatum ac pendens, ad extergendum sudorem. AVCTOR CATENAE. Hebræa dictio est פְּתִילֶךָ phethilêcha. Est autem pethil, filum seu vitta ex filis duplicatis. Ponitur autem & pro armilla facta ex filis aureis vel argenteis. Transferunt ergo hoc loco aliqui amictum seu fasciam tuam, & linteum volunt esse capitale, vel palliolum, Chaldaicam sequentes æditionem, quæ habet, Et sudarium tuum tuum. Septuaginta quos æmulatus est interpres, καὶ τὸ ἀσμίσκον, id est Et armillam dixerunt. Quanuis hic iuxta alia exemplaria non ἀσμίσκον sed ὁσμίσκον scriptum reperiatur, quod paruum monile significat. Quam quidem lectionem & nos approbamus, cùm ἀσμίσκον pro armilla poni non ita in vsu esse reperiamus. Desunt autem in fine huius clausulæ duæ dictiones, quæ sunt in Hebræo, videlicet וַיִּתֵּן לָהּ Vaiten la, Et dedit ei, videlicet Iudas res pro arrabone petitas. Sic est & in Chaldaica, & apud Septuaginta. Omnia autem hæc patet dispensatione dei facta ab honestissima muliere, & prudenter omnia circunspiciente, ne periclitaretur de vita & honore. K

Mysticè. RVPERTVS. Iam quia patet literæ textus in superficie decolor, pulchritudinem spiritus introrsus quæramus, ad honorem eius qui neminem venit vocare iustum, sed omnes peccatores & impios. Neq; enim arbitrandũ est, quod frustra talibus ex principiis nasci voluerit patres, ex quibus ipse secundum carnem nasciturus erat, qui
Rom.9. est super omnia deus benedictus in secula. IDEM ET AVGVSTI. XXII. CONTRA FAVSTVM, ET AVCTOR CATENAE. Christi igitur domini venientis ad oues quæ perierant domus Israël, figuram gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues suas in Thamna, quod interpretatur deficiens, seu vetans. Iudas siquidem confessio dicitur, & Apostolus, Christum vocat confessionis nostræ põtificem. In Thamna ergo, hoc est, ad Iudæos vetantes & vetando deficientes, venit Christus, iam enim defecerat princeps ex Iuda, & omne magisterium atque vnctio Iudæorum, vt veniret cui repositum erat. Et in morte quidem filiæ Sue venit, quod interpretatur loquens, siue cantilena, in qua silentium intelligimus legis & prophetarum, qui vsque ad Ioannem prophe- L
tarunt. Tunc igitur ascendebat Iudas ad tondendas oues suas, cum suo pastore Odollamite, cui nomen erat Hiras, Et interpretatur Odollamites vt dictũ est, testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio dominus venit, habens quidem testimonium maius Ioanne. Sed tamen propter oues infirmas hoc testimonio est vsus in aqua. Nam & cum eo, vel ante eum erat Ioannes baptista, baptizans in aqua, & prædicans lauacrum ad tõsuram ouium necessarium, id est pœnitentiam, dignosq; pœnitentiæ fructus, necessarios ad deponenda onera peccatorum. Nam & ipse Hiras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio. Vidit omnino fratrem suum Ioannes, fratrem secundum Abrahæ semen, secundum cognationem Mariæ matris eius, & Helisabeth matris suæ, eũdemq; dominum & deum suum, quia sicut ipse ait, de plenitudine eius accepit. Vidit omnino, & tetigit, ac fœlici vnda perfudit, & ideo inter natos mulierum maior illo non surrexit, quia ex omnibus prænunciantibus Christũ, ipse vidit, quod multi iusti & prophetæ cupierunt videre, & non viderunt. Salutauit ex vtero, agnouit perfectius M
ex columba, & ideo tanquam Odollamites vere testimonium perhibuit in aqua. Venit igitur dominus ad oues tondendas, hoc est, ad exonerandas sarcinis peccatorum laboriosas animas, ex quibus ecclesiæ laudatæ in Canticis canticorum, dentes essent velut grex detonsarum. Annũciatum est hoc Thamar. Audita nanq; est vox illius
Matth.3. opilionis gregis dominici clamantis, & dicentis, Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. Ex tunc Thamar, id est omnis qui de peccatis suis timuit, amaricatus est, & sic publica confessione se ostendit quæque anima peccatricem, quemadmodum habitus à Thamar assumptus, asserebat esse meretricem. Sumpserat nanque theristrum sedens in biuio, per quod intelligitur legis & gratiæ confinium. Iam ergo habitum mutet Thamar, nam & commutans interpretatur, & ex synagoga peccantium, fiat ecclesia pœnitentium, sed in ea prorsus nomen amaritudinis maneat, non illius in qua domino fel ministrauit, sed illius, in qua Petrus amare fleuit. Superueniat etiam Iudas Thamar, & confessioni amaritudo

misceatur,

A misceatur, vt vera pœnitentia præsignetur. Hac pœnitentia fœcundatur ecclesia in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christum pati, & resurgere die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Nam & ipse habitus meretricius, confessio peccatorum est. Typum quippe iam ecclesiæ gerit Thamar, ex gentibus euocatæ, sedens cum hoc habitu ad portam Enaim, quod interpretatur fontes. Cucurrit enim velut ceruus ad fontes aquarum, peruenire ad semen Abrahæ. Vidit illam Iudas noster, id est miseratus est, adamauit, id est satisfactionem suscepit. Quomodo enim concubitu eius frui voluit, nisi quia communicare dignatus est pœnitentium amaritudini? Vsqueadeo facere hoc ille non dedignatus est, vt inter pœnitentes ipse à seruo suo baptismum pœnitentiæ susciperet. Sed quænam conuentio fuit, vel qua pro mercede inter vtrunque conuenit? Mittam tibi (inquam) hœdum de gregibus. Quid porro est huic Thamar hœdum pro mercede dari, nisi Christum pro pœnitentibus sadum de gregibus. Quid porro est huic Thamar hœdum pro mercede dari, nisi Christum pro pœnitentibus sacrificari? Nam ille quidem secundum suam innocentiam, agnus est dei, secundum peccata aliorum quæ in se
B expianda susceperat, hœdus fuit. Accepit autem in occulto annulum, monile & virgam, quia vocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Quos enim deus prædestinauit, illos & vocauit, quos autem vocauit, illos & iustificauit, & quos iustificauit illos & glorificauit, Sed hæc (vt dixi) adhuc in occulto, Roma.8.
vbi sit & conceptio sanctæ vbertatis: Vel annulus fidem, armilla dilectionis operationem, baculus spei significat fortitudinem. Ista recte Thamar pro arrabone postulat, donec accipiat hœdum. Fide nanque, spe, & charitate pœnitens anima subarratur, donec sacrificatum pro peccatis suis facie ad faciem videat Christum. Vbi supra.
ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Aliter. Iudas amittit vxorem, id est synagogæ fi-
C (pater enim omnium corruptè viuentium diabolus designatur) domino Iudæos sic increpante, Vos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis. Vestem viduitatis deposuit, id est sordidæ religionis sordidos ritus abiecit. Aestiualia induit. Aestiua vestis & munda est & exacta, cum qua facile & opus fieri possit, & tolerari ardor æstatis, id est tentationis quam esse vtique credulitatem non potest dubitari, quia hanc qui habuerit, necesse est vt expeditè viuat & mundè. Igitur ne cognoscatur, faciem velamine obscurat necessario, quia assertor pudoris eius nondum venerat Christus. Non cognoscitur à socero, ad Iudæos enim non ad gentes prophetæ fuerant destinati, fornicariam putat recte, quia deorum populo seruiebat. Cum ea conuenire cupit, quia prophetiæ magis gentes, quàm Iudæi fuerant crediturі, domino dicente, Amen amen dico vobis, quia Matth.21.
publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Hœdum ei promittit, id est quæ sit peccatori peccati merces ostendit. Denique expetisse atque accepisse describitur monile, annulum virgam, quibus ista significatio coD aptatur. Monile lex est, quæ salutaribus monitis, diuersis virtutibus, diuersoque charismate, omnium credentium, non colla, sed corda decorare consueuit. Virga per lignum sacramentum passionis domini annunciabat, sicut euidens declarat exemplum, quod psalmorum in libro sic habetur, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & poculum tuum inebrians quàm præclarum. Vtique ita calix sanguinem, mensa corpus, oleum donum spiritus sancti significat, virga cum baculo crucem, in qua deus pro homine pendere dignatus est, vt in deum hominem quem induerat, commutaret. Annulus quoque signaculum fidei est, quod est Christus, cuius illustratione maiestatis impressi atque signati, qua syncerè viuentes in custodiam nostræ salutis, per spiritum sanctum imaginem referimus quam tenemus. Quòd conuenit cum ea, fidelium communicationis sanctæ significat sacramentum. AVGVSTINVS XXII. CONTRA FAVSTVM. Sed hic notandum, ne quenquam paruæ considerationis offendat, quod de quibusdam malis operibus hominum in scripturis sanctis quædam non mala,
E sed bona futura significantur: seruat enim vbique diuina prouidentia virtutem bonitatis suæ: vt quemadmodum ex adulterorum concubitu formatur & nascitur homo, de hominum opere malo bonum opus dei, sicut in præcedenti sermone iam diximus, de fœcunditate seminum, non de turpitudine vitiorum: ita in scripturis propheticis, non tantum bona hominum, verumetiam & malefacta narrantibus, quoniam prophetica est ipsa narratio, significetur aliquid de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum, non peccantis opere, sed scribentis. Neque enim Iudas, cum ad Thamar concupiscentia victus intraret, hanc suæ libidinis intentionem geretbat, vt inde aliquid significaretur, quod ad salutem hominum pertineret: sicut nec Iudas ille, qui dominum tradidit, hoc intendit vt aliquid inde gereretur, quod ad eandem salutem hominum pertineret. Porro si de tam malo opere Iudæ illius, tam bonum opus dominus fecit, vt eiusdem suæ passionis sanguine nos redimeret: quid mirum si propheta eius, de quo ipse ait, De me enim ille scripsit, ex malo facto Iudæ istius, boni aliquid significauit, vt suo ministerio nos doceret? Ea quippe hominum facta sancto spiritu disponente atque inspirante,
F collegit propheta narrator, quorum interpositio non vacaret ad præsignationem rerum quas intenderat prophetare. Nec miretur quisquam si tam turpis historia tam bonos figurauerit euentus, ad significanda enim aliqua bona, nihil interest, facta illa quibus ea significantur, seu bona, seu mala sint. Quid enim interest, cum volo aliquid legendo cognoscere, vtrum ex minio reperiam scriptos nigros Aethiopes, & ex atramento candidos Gallos? Verumtamen si non scripturam, sed picturam talem viderem, sine dubitatione reprehenderem: Ita in factis hominum, quæ ad imitandum vitandúmve proponuntur, magni interest, bonáne, an mala sint. Quæ autem ad significandum scribuntur, siue dicuntur, nihil refert in moribus facientium, quam laudem reprehensionémve meantur, si modo habent aliquam rei de qua agitur, necessariam præfigurandi congruentiam. Sicut enim Caiphas in euangelio, quantum ad eius noxium pernitiosumq; animum pertinebat, quantum denique ad ipsa verba, si in eis voluntatem dicentis attendas, quibus agebat, vt iustus iniuste necaretur, vtique mala erant, tamen ma- Ioan.11.
gnum bonum illo nesciente significabant, quando ait, Expedit vobis, vt vnus homo moriatur, & non tota

Universidad de Deusto Biblioteca

gens pereat, dictumq; de illo est, Hoc autem à se non dixit, sed cum esset pontifex, prophetauit, quia oportebat G
Iesum mori pro gente. Ita factum Iudæ, secundum illius libidinem malum fuit, sed illo nesciente, magnum bonum significauit. A seipso quippe malum fecit, sed non à seipso bonum significauit. Hoc autem quod necessario hic dicendum putaui, non ad hoc tantummodo Iudæ factum, sed etiam ad cætera valeat, si qua occurrerint mala opera hominum, quibus bonum aliquid à narrante prophetatum est.

4 *AD unum igitur coitum mulier concepit, & surgēs abiit, depositoque habitu quem sumpserat, induta est uiduitatis uestibus. Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius, Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix, reuersus est ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam. Sed & homines loci illius dixerunt mihi, Nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas, Habeat sibi, certe* H
mendacij arguere nos non poterit. Ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam.

4 *Ad unum igitur coitum mulier concepit.* AVGVSTINVS. Thamar quæ socerum fefellit non carnis eius con-
Vbi supra. cupiscentia, nec meretriciæ mercedis cupiditate peccauit, sed ex ipso sanguine prolem requirēs, ex quo iam duobus fratribus nupta, tertio quoque denegato habere non potuit, patri eorum socero suo, fœtandum corpus fraude subiecit, pignore mercedis accepto, quod non ad ornamētum, sed ad testimonium reseruauit. Melius quidem sine filiis remaneret, quàm sine iure matrimonij mater fieret. Longe tamen alia intentione peccauit, quod filiis suis patrem prouidit socerum suum, quam si eum sibi concupisset adulterum. AVCTOR CATENAE. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Hebraica litera est: וַיָּבֹא אֵלֶיהָ וַתַּהַר לוֹ Vaiabo eleha, vatahar lo, Et ingressus est ad eam, & concepit ex eo. Sic & Chaldaica & Septuaginta. Conceptum autem diuinitus constat com- I
paratum, cum non sit sine gratia dei speciali. Peccato autem tam Thamar quàm Iudas non caruerunt. Sed fidelium & piorum opera imperfecta, dei gratia & fide perficiuntur in gloriam suam, & ad dispensationis suæ ab æterno destinatum ordinem proficiunt. Quid enim hic Iudas præter libidinis expletionem, & quid Thamar præter prolis ex sancto semine susceptionem quæsiuit? quorum vtrunque cum peccato peractū est, quod & si bono prolis compensatum, non tamen pro toto. *Et surgens abiit, depositoq; habitu quem sumpserat, induta est uiduitatis uestibus.* Honestè ac castè conuersabatur in domo paterna, in tempus opportunum dissimulando conceptum, nihil enim sanctæ illæ fœminæ desiderabant quàm prolem. CHRYSOSTOMVS. Nihil autem horum sciens Iudas, promissionem impleuit, vnde & dicitur. *Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitē, ut reciperet pignus quod dederat mulieri.* CAIETANVS. Iste illemet est, qui cum eo venerat, eratq; conscius & facti & loci. AVCTOR CATENAE. Eadem dictio רֵעֵהוּ reehu quæ supra, hic posita est, & amicum seu sociū suum non pastorem significat. Per manum ergo familiaris amici arrabonem repetit, & hœdum de capris transmittit, cui se- K
creta sua credebat certius. Merito etiam pro peccato carnis hœdus mittitur, per quem carnis petulantia designari cōsueuit. *Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius, Vbi est mulier quæ sedebat in biuio?* CAIETANVS. Similiter hic habetur in Enaim, super viam. Quod multi interpretantur in oculis super viam, propter metaphoram dictam. AVCTOR CATENAE. Quod etiam in nostra æditione est, Vbi est mulier, Hebraicè est אַיֵּה הַקְּדֵשָׁה Aie hakedesa, Vbi meretrix, & ita est Chaldaicè & Græcè. Ac si dicat meretrix illa, quæ ad stipem se exponere consueuit, execrabili lucro turpem vitam agens? *Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix.* Nulla oppido affuerat ibi eiusmodi prophana, quæ infami commertio corpus prostitueret. *Reuersus est ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam. Sed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas, Habeat sibi,* id est arrabonem seu pignus quod pro hœdo illi tradidi teneat. Nam & Chaldaica, Accipiat sibi pignus, legit. *Certe mēdacij arguere nos non poterit. Ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam.* CHRYSOSTOMVS. Habeat L
(inquit) sibi, ne forte (vt in alia est litera) rideamur, vt habiti ingrati. Neque enim sciebat factum. RABANVS. In hoc facto Iudæ non iustitiæ cernitur synceritas, sed promissionis fidelitas. Si enim seruaret iustitiam, seruando castitatem, non introisset (vt opinabatur) ad meretricem. Sed tamē quod promisit, per pastorem suum secundum fidelitatem promissi transmittere mulieri non negauit. CAIETANVS. Quod nos legimus, certe nos mendacij arguere non poterit, iuxta Hebræum habetur, ne quando erimus contemptui. Et rationem reddit, quare nō est vltra quærenda restitutio pignorum, ne vilipendamur inquirendo hæc minima. AVCTOR CATENAE. Certe mendacij nos arguere non poterit Hebraicè non is sensus est, hæc enim aliud sonant פֶּן נִהְיֶה לָבוּז pen nihie labuz, Ne forte simus in contemptum. Et dependet à verbis immediatè præcedentibus, sumat, vel habeat sibi arrabonem. Nolebat enim pignus repetere, accuratiusq; de eo inuestigare, ne in vituperationē sibi verteretur, quod & Chaldaica sensit, inquiens, Ne forte simus in derisum, & Septuaginta etiam innuere vidētur, ἀλλὰ μή ποτε καταγελασθῶμεν, Sed ne forte irrideamur, Timuit igitur Iudas ne res quam fecerat, & quæ turpis erat, publicaretur. M
Erubuit fornicationis notam, maluitq; carere traditis, quàm diligentius perquirendo, traducere famam suam. Notatur autem & fidei integritas ad proximos seruāda in promissis, cum tam solicitus fuerit circa reddendum debitum pro opere fornicationis. Quod si communem sequaris æditionem, legendo, certe mendacij nos arguere non poterit, locum habes contra seculares homines, qui conscientias suas interdum plus de minori, quàm de grauiori culpa arguunt, nam Iudas hic magis de mendacio quod non semper peccatum est ad mortem, apud meretricem (vt ipse opinabatur) quàm de fornicatione quæ semper est ad mortem apud deum se reum haberi formidat.

Mysticè. AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM, ET INTERLINEARIS. Mysticè autem mulier à non agnoscente fœtatur, quia quæ sub antiquis infœcunda manserat synagoga, nunc Christo sociata, filios diuersi generat meriti. Sed & de illa quæ ex gentibus congregata prædictum est ecclesia, populus quem non cognoui ser-

uiuit

A uiuit mihi. Quod autem deposito quem assumpserat habitu, Thamar induta est viduitatis vestibus, id nobis indicat, quod primitiuæ ecclesiæ tempore, multi ex Iudæis ad Iudaicas reuersi sunt obseruantias. Mittitur autem promissus hœdus tanquam meretrici per eundem Odollamitam, hoc est, exprobatio peccati per domini præcursorē, clamantem & dicentem, Genimina viperarum, quis vos demonstrabit fugere à ventura ira? Vel cum pœnitenti Matth.3.
animæ dicitur, Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Sed non eam inuenit peccati ex- Roma.6.
probratio, quam mutauit confessionis amaritudo. Quinimmo postquam firmiter Iudæa adhæsit Christo, amplius non sedit in biuio, nec in ea fit mentio præteritorum delictorum. Quod autem ait, Habeat sibi & cætera, perinde est ac si diceret, Habeat pignora quæ accepit, quam confessio peccatorū immunem fecit ab exprobratione delicti. Vbi supra
ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Thamar concepit in vtero, ecclesia corde cōcepit. Illa semine, hæc verbo. Hœdus ei mittitur, tētationis videlicet signum. Etenim iustitiam qui sequitur, necesse est vt probetur. Denique fornicaria requisita, non est inuenta, quia renatus per aquam & spiritumsanctum, desinit esse quod fue-
B rat, & incipit esse quod non erat. Sequitur, quod viduitatis vestem rursum accepit, non vtique vt quæ fecerat, faceret, sed vt fleret se fecisse quod fecerat. Aliter etenim quis saluus esse non poterit, quanuis sit iustus, nisi exomologesim faciens, & præsentia sua peccata extinguat, & futura repellat.

ECce autem post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & uidetur 5
uterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam ut comburatur. Quæ cum educeretur ad pœnam misit ad socerum suum, dicens, De uiro cuius hæc sunt concepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait, Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognouit eam.

Ecce autem post tres menses nunciauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & uidetur uterus eius intumescere. 5
C CHRYSOSTOMVS. Sic ergo præteritis mensibus tribus, & sarcina ventris partum prædicente, & nullo alio furtiuum sciente concubitum, annunciatum (inquit) est Iudæ, quod vterum gereret ex adulterio. AVCTOR CATENAE. Et videtur vterus eius intumescere. Hebraicè legitur וְגַם הִנֵּה הָרָה לִזְנוּנִים Vegam hinne hara liznunim. Et ecce concepit, siue grauida est, ex fornicationibus, sic & Chaldaica & Septuaginta. Facile creduntur deteriora de personis etiam sanctis, si aliqua ratione cuiquam fuerint inuisæ. Sic contigit hic de Thamar ipsi Iudæ. Succurrit autem dominus fidelibus, fidentibus illi, & dextrę agentibus. CHRYSOSTOMVS. Et vt didicit Iudas, *Dixit, Producite eam ut comburatur.* Magna indignatio, grauis pœna, quia & peccatum grande esse videbatur. CAIETANVS. Sæua valde sententia, insinuat Iudam fuisse principem loci illius. AVCTOR CATENAE. Euidentia etenim facti probationem maiorem non exigit. Non hic opus est excusare Iudam, facere Thamar filiam Melchisedech, & alia stulta comminisci. Vt peccauerat alias crebro, sic
D nunc peccat, præcipitando sententiam contra honestam, & seueram nimis ex odio. *Quæ cum educeretur ad pœnam.* CAIETANVS. Ecce altera sæuitia, cum mulier grauida cum prole simul occideretur, imò combureretur. *Misit ad socerum suū, dicens, De uiro cuius hæc sunt, concepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.* CHRYSOSTOMVS. Attende quomodo silens, fide dignos testes affert, qui loquantur, & satis eam criminis innoxiam demōstrent. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam, & baculum, & tacens in causa vicit. AVCTOR CATENAE. Prolem (inquit) quam fero & pariam, probabo Iudæ esse, quem si recusauerit, conuincam proprio testimonio. Fœminæ hic sibi exemplar habeant fortitudinis, prudentiæ, castitatis, iustitiæ, amandi prolem. Eamq; agnoscant tam Iudææ fœminæ quàm aliæ, cum fuerit Chananæa, quæ cum Raab ac Ruth diuina prouidentia Christi domini genealogiam constituūt. Non ergo verbo, sed factis potenter accusatorē confundit, ac euincit. *Qui agnitis muneribus, ait, Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo.* HIERONYMVS IN QVAESTIO-
E NIBVS HEBRAICIS. In Hebræo habet, iustificata est ex me, non quod iusta fuerit, sed quod comparatione illius minus mali fecerit, nequaquam vaga ad turpitudinem, sed liberos requirendo. AVGVSTINVS VIGESIMOSECVNDO CONTRA FAVSTVM. In hac ergo sententia non eam iustificatam, sed eam plusquam se iustificatam dicens, nec ipsam laudauit, sed in sui comparatione præposuit, desiderium scilicet habendę prolis, quo ducta illa se socero supposuerat, minus culpans, quàm libidinosi concubitus ardorem, quo ipse velut ad meretricem victus intrauerat, sicut quibusdam dicitur, Iustificastis Sodomam, id est tantum peccastis, Ezech.16.
vt vobis Sodoma comparata, iusta videatur. Quanquam etiam si hæc mulier non in peioris facti comparatione minus culpata, sed omnino à socero laudata intelligatur, quæ tamen consulta illa æterna lege iustitiæ, quæ naturalem ordinem perturbari vetat, non vtique tantummodo corporum, sed maxime ac primitus animorum quia in procreandis filiis ordinatam societatem non custodiuit, meritò culpabilis inuenitur, quid nimirum, si peccatrix à peccatore laudatur? quasi nobis in illius scripturæ veneratione dignoq; præconio, vitia hominum quæ illa
F commemorat, necesse sit approbare, quin potius necesse est, vt quanto illam religiosius accipimus, tanto fidentius illa culpemus, quæ per eius veritatem certius culpanda didicimus. Ibi enim fornicatio & omnis illicitus concubitus diuino iure damnatur, ac per hoc cum talia quorundam facta commemorat, de quibus eo loco suam taceat sententiam, iudicanda nobis permittit, non laudanda præscribit. Quis enim nostrum in ipso euangelio, non detestatur Herodis crudelitatem, cum de Christi natiuitate solicitus, tot infantes iussit occidi? At hoc factum ibi non vituperatur, sed tantum narratur. Sancta ergo scriptura, quam totus iam mundus, merito veneratur, tanquam speculi fidelis nitor, nullius accipit adulandam personam, sed & laudanda & vituperanda hominum facta, vel ipsa iudicat, vel legentibus iudicanda proponit: nec solum homines ipsos vel vituperabiles vel laudabiles intimans: verumetiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda non tacens. Neque enim quia vituperabilis homo erat Saul, ideo non est laudabile factum eius, quod gustatum de anathemate tam diligenter scrutatus, tam seuerè vindicare conatus est, obediens deo qui hoc fieri

 prohibuerat

Universidad de Deusto Biblioteca

prohibuerat,vel quod Pythones & vētriloquos de regno suo deleuit. Aut quia laudabilis erat Dauid, ideo pecca G ta eius,quæ deus quoque arguit per prophetam,vel approbanda vel imitanda sunt.Sicut nec in Pontio Pilato vituperandum est,quod aduersus accusationes Iudæorum innocentem dominum iudicauit. Nec in Petro laudandum est,quod eundem dominum ter negauit,vel vnde ab ipso satanas appellatus est,quod non sapiendo quę dei sunt,eum voluit à passione, hoc est,à nostra salute reuocare:pauloante ergo dictus est beatus,paulopost dictus est Satanas.Sed quid in illo obtinuerit apostolatus eius,& martyrij corona testatur. CHRYSOST. Quid est iustificata est ipsa magis q̃ ego?Illa quidem(inquit)innoxia est,ego aũt meipsum cōdēno & nullo arguēte meipsum prodo,imò sufficiũt quæ arguant quæ data illi in arrabonē.Et deinde iterum Thamar excusans,dicit,Quare non dedi ei filiũ meũ Sela?Forte autem hoc factum est hanc ob causam,dicturus enim sum propter quam.Nam quia Iudas putabat illius causa mortuos Her & Onan,idq; metuens, eam non dedit Sela,quanuis ei promisisset,vt igitur manifestè & euidenter sciret, quod non illa istis causa fuerit mortis,sed propter suam malitiam pœnam derint,Occidit enim eum(inquit)deus.Et iterum,occidit eum(inquit)etiam secundo.Propterea ignarus ipse cum H nuru sua rem habet,& clare didicit,quod non ipsa fuerit causa,sed illorum malitia reos eos pœnæ fecerit.Et confessus peccatum suum, etiam illam à peccato liberauit. CAIETANVS. Collata causa Thamar cum iniuria quam ei fecerat negando ei maritum, absoluit eam.Et hinc apparet,quod Iudas princeps erat,pro arbitrio damnans & absoluens.Nec dicendo iustior me est,vtrunque iustum præsupponit,sed cum vterque iniuste egerit, minus iniustam iudicauit nurum, quàm seipsum, quia ipse causam dederat nurui, non luxuriandi,sed quærendi semen ex ipso, non ab extraneo. AVCTOR CATENAE. Iustior me est.Eodem modo Hebraicè צָדְקָה מִמֶּנִּי Sádka mimménni.Iusta præ me est. Quæ locutio male exprimitur à Septuaginta, δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ, Iustificata est Thamar, quàm ego. Obscuritásque hæc profecta est, quod non accommodarunt sermoni Græco modum loquendi Hebraicum.At Chaldaica alio modo legit,& clarius quidem,nempe, Iustificata est, Ex me ipsa concepit. Qua lectione tollitur etiam comparatio iustitiæ inter Iudam & Thamar. Iustitiam I ergo nurus, & proprium peccatum confitetur, absoluitq; innocentem,& discit Iudas,non honestissimæ nurus, sed filiorum suorum merita exegisse vt mortui fuerint absque filiis, sic nihil occultum quod non manifestetur. CHRYSOSTOMVS. Et adiecit scriptura. *Attamen ultra non cognouit illam,* quod declarat, neque primum cum ea rem habiturum fuisse, si agnouisset eam. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Vera litera tam Hebræa quàm Græca est, Et non apposuit siue addidit, amplius scire vel cognoscere eam, locutio est, pro eo quod est misceri ei. CAIETANVS. Hinc apparet antiquorum iustitia circa nuptias cum affinibus.Socero enim illicitum erat desponsare illam, quam leuir tenebatur in vxorem ducere.

Mysticè. INTERLINEARIS. Mysticè autem post tres menses nunciatur Iudæ quod Thamar nurus eius fornicata est,cum post confessionem trinitatis accusantur Iudæi cōuersi à non conuersis,tanquam post deos alienos abierint,& semen Abrahæ semen fuisse monstrauerint. AVGVSTINVS CONTRA FAVSTVM. Post K vero iam publicatis signis,annuli, monilis,& virgæ, vicit temere iudicantes Iudæos,quorum iam personam ipse Iudas gestabat,qui hodieq; dicunt,non hunc esse populum Christi,nec habere nos semen Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostræ vacationis,iustificationis,& glorificationis,sine dubio & confundētur, & nos magis quàm se iustificatos esse fatebuntur. ISIDORVS. Pignora enim refert habere secum ecclesia, accusaretur enim à Iudæis,quasi adultera legis,sed ostendit virgam, signum dominicæ passionis,& monile, legitima legis, & annulum, pignus immortalitatis. RVPERTVS. Vel accusata his tribus defenditur testimoniis,quod nequaquam vagam sequendo turpitudinem fornicata sit, sed de Iuda conceperit, quia videlicet in die iudicij, fide, spe,& charitate vocata,iustificata,& magnificata, defensabitur, quod non alio quàm de Christi spiritu concepe-
Esaiæ.26. rit,dicens iuxta prophetam,A timore tuo domine concepimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. INTERLINEARIS. Iustior me est,quia non tradidi eam filio meo Sela.Laudatur fides ecclesię, L cognoscitur enim regnum Iudæorum defecisse.Attamen vltra non cognouit eam,id est carnales non approbauit obseruantias. ZENO EPISCOPVS VERONENSIS. Thamar arguitur quod de fornicatione conceperit,& ecclesia quasi legis adultera,Iudæorum est à senioribus accusata,quod sabbatum ruperit,quod eorũ traditiones abiecerit. Thamar protulit monile, annulum,virgam,seq; liberauit sacramento numeri ab imminenti supplicio.Ecclesia ipsa veritate in nomine patris & filij & spiritus sancti, non tantum diaboli præsentes ignes extinguit,sed etiam futuri diei iudicij incendia superabit. Illa iustificata discessit, hæc glorificata veri numeri incremento ac fidei,cum Christo in æterna secula permanebit.

6 *INstante autem partu,apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium,unus protulit manum,in qua obstetrix ligauit coccinum dicens,Iste egredietur prior. Illo uero retrahente manum,egressus est alter.Dixitque mulier, Quare diuisa est propter te maceria?* Et *ob hanc causam uocauit nomen* M *eius Phares.Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara.*

6 CHRYSOSTOMVS. Postquam diligenter narrauit nobis diuina scriptura deceptionem quam fecit Thamar,consequenter docet nos,qui filij ei sint nati, inquiens, *Instante autem partu,apparuerunt gemini in utero.* AVCTOR CA. Hora partus obstetrix deprehendit geminos nascituros. Tam deo placuit desideriũ piæ mulieris,quod & eidem concesserat,vt pro vno duos filios pariter dederit. *Atque in ipsa effusione infantiũ,unus protulit manum,in qua obstetrix ligauit coccinum,dicens,Iste egredietur prior.* Dictio vnus,posita per interpretem,abūdat,nam non est in Hebræo,sed tantum,Et protulit manũ.Sed propter sequētia, cōpulsus fuit dictã ponere dictionē. Sic enim & Chaldaica, & Lxx.legũt.Quod vero sequitur,Iste egredietur prior. Hebraicus cōtext⁹ habet יֵצֵא iaza,Egressus est, ad manum scilicet porrectã respiciēs .Sic etiã legit & Chaldaica.Lxx.vero,ἐξελεύσεται,egredietur sicut & nos.

Hoc

A Hoc autem fecit illa,vt vter ex gemellis nascentibus primogenitus esset,discerneretur,& æstimans quod ille exiret prior,dixit,Iste egredietur prior,quanquam tamen dei voluntate aliter effectum sit.Dignitas nanque & prærogatiua primogenituræ magna erat,siue ea contigisset ex natura,siue ex gratia,vel virtutis merito.Sic enim Isaac sanctitate,Iacob gratia,Iudas dexteritate id honoris sunt consecuti.Ideo obstetrix solicita curabat,vt cui contigerat illa,sua culpa non perderet. Filium verò rubrum facile poterat & sine periculo alligari. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem ligauit obstetrix manum coccino,ita vt cognosci posset exiturus, retraxit manum, & exiit frater eius,vnde ait. *Illo autem retrahente manum, egressus est alter.* Cessit (inquit) fratri,vt prior egrederetur, & qui posterior putabatur,prior exiit. AVCTOR CATENAE. Iterum videmus vane niti prouisiones humanas,è dei voluntate pendent natiuitates & filij.Non enim Esau prior egrediens,sed Iacob succedens,gratiæ apud deum prærogatiuam consecutus est.Sic nunc quoque non qui coccineo filo primogenitus habebatur,sed qui tardior erat,prior euasit in genealogia sanctitatis. *Dixitque mulier, Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc cau-* B *sam uocauit nomen eius Phares.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Pro maceria diuisionem Aquila & Symmachus transtulerunt quod Hebraicè dicitur פֶּרֶץ Phárez.Ab eo igitur quod diuiserit membranulam secundinarum,diuisionis nomen accepit. Vnde & Pharisæi qui se quasi iustos à populo separauerant,diuisi appellabantur. CHRYSOSTOMVS. Quare diuisa est propter te sepes? Et vocauit nomen eius Phares.Dissectionem enim,& quasi partitionem hoc nomen significat. DIODORVS. Animaduertendum est, quod natura quidem primogenitus erat Zara, qui prior manum protulerat, at verò deus ipsi Phares tribuit principatum, ex quo genus regium profectum est, & Dauid, & ad postremum etiam dominus. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur. Cur diuisisti? Super te diuisio. Scito hic duo.Alterum est,quod eadem omnino vox est, quæ est nomen proprium Phares, & quæ interpretata est diuisio, & ab huiusmodi nomine deriuatur verbum interpretatum diuisisti. Et quia imposita sunt hæc à sepibus quibus muniuntur vineæ tanquam muris, ideo varia vocabula miscentur,vel maceriæ,vel sepis,vel apertionis,vel disiectionis. Alterum est, quod quia no- C mina sunt indeclinabilia,legi potest dupliciter,vel cur diuisisti super te diuisionem? vel distinguendo in duas orationes,alteram,cur diuisisti? alteram,super te diuisio. Et si vna quidem est oratio, sensus est, cur diuisisti super te (hoc est tuo periculo) diuisionem? scissum tegmen naturale appellat diuisionem. Si verò duæ orationes sunt, clarior est sensus,nam prima significatur impetus infantis egredientis tanquam scindendo sepem,secunda autem significatur,quod huiusmodi impetuosa scissio retorquebitur super ipsum infantem,si erit nociua. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera huiusmodi est in hoc loco וַתֹּאמֶר מַה פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ vatómer ma pharásta aléchа phárez,Et dixit (supple obstetrix, vel mater, est enim futurum fœmininum quod transit in præteritum propter literam vau præcedentem,Et ideo coactus fuit dicere interpres,Dixitque mulier) Quare diuisisti super te diuisionem? vel quare diuisa est super te diuisio? vocat autem diuisionem membranulam qua fœtus includitur, quam secundas dicunt,quæ embryonem contegunt,& à Phares dirruptæ sunt,ex eoque nomen accepit, Phares enim Hebraicè est diuisio.Has etiam interpres,Septuaginta sequutus,qui τί διεκόπη διὰ σὲ φραγμός legunt,id est, D Quare disiecta,seu diuisa est propter te,vel per te sepes,aut repagulum? maceriam appellat.Alij,Quomodo interrupisti super te maceriam? vertunt. Nonnulli, Quid perforasti super te perforationem? Chaldaica penitus diuerso modo legit,Quàm maxima fortitudo fuit in te,vt præualeres, vt scilicet exeundo illum anteuerteres. Admirans ergo mater,seu obstetrix de contentione huiusmodi, quod primus fit nouissimus, & nouissimus primus, ait,Quare propter te diuisa est maceria? ac si dicat, Quandoquidem tu primus rupisti claustra matris, & maceriam maternam,& fratri tuo viam reserasti,& ianuam ventris,ideo vocaberis Phares, quod interpretatur interruptio.Vel quare diuisa est propter te maceria? id est,quam ob causam frater tuus qui primo extenderat manum, rupit membranulam seu pelliculam,qua infans in matrice inuoluitur, quasi patefaciens tibi viam, vt tu primus exires ac nascereris? Et ob hanc causam appellauit nomen eius Phares,quod interpretatur diuisio,ab hoc scilicet, quod propter eum diuisa fuit pellicula illa à fratre suo,dum manum porrigeret. *Postea egressus est frater eius, in cu-* E *ius manu erat coccinum, quem appellauit Zara.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Hoc nomen interpretatur oriens.Siue igitur quia primus apparuit, siue quod plurimi iusti ex eo nati sunt, vt in libro Paralipomenon continetur זֶרַח Zarah, id est, oriens appellatus est. RVPERTVS. Sciendum quod vbique deus gratiæ suæ dona circa electos suos ita dispensat ac moderatur, quatenus & iustitia fidei sit, vnde prædicetur,& præsumptio carnis sit,vnde non glorietur,vt iuxta apostolum omne os obstruatur,& subditus fiat Roma.3.
omnis mundus deo,neque glorietur omnis caro coram illo.Ecce enim Iudæis carnalibus in carne gloriantibus, magnæ erat confidentiæ,quod patres eorum vocati sunt sancti, & ipsi sanctas habuere coniuges, alienigenas, id est,Chananæorum,inter quos habitabant, filias abominati, sed ecce os illorum obstruit alienigena Thamar, & adulterinus Iudæ concubitus,vnde duces suos, principes suos, reges suos, prophetas suos, & seipsos emanasse, si dissimulare velint,Palam coarguantur.Omnis gloria gentis, cuncta nobilitas populi eius, ex hoc adulterio profluxit,vt sicut iam dictum est,omne os obstruatur,& de meritis suis nemo glorietur, sitque solus iustus & iustifi- F cans eum qui ex fide est,deus. GENNADIVS. Moyses ergo Iudæ & Thamar Chananææ historiam texuit, vt superbiam Iudæorum aduersus gentes comprimeret,cum scirent partem generis Israëlitici à Chananæa muliere ortum duxisse. AVCTOR CATE. Frustra autem coccinum tenebat ad manum,qui primogeniturę notam portendebat,sed non gloriam.

CHRYSOSTOMVS. Verum non temere & absque causa,hæc facta sunt,sed quod figura futurorum fue Mysticè.
rint,res ipsæ declarant.Neque iuxta naturæ ordinem hoc factum est. Quomodo enim erat possibile, quod postquam manus ligata fuit coccino,iterum contraheretur,& daret posteriori transitum, nisi diuina quædam virtus hæc prius dispensasset,& sicut in vmbra quadam præfigurasset,in Phares quidem Iudæorum populum,in Zara autem gentes quæ in Christum crediderunt? Nam & ante legem complures erant religione ac pietate præditi, non secundum legem,sed fidem vitam agentes.Ideóque Zara prior manum protulit. Coccinum verò symbolum est sacrificiorum. Sacrificiis enim deum agnoscebant ac venerabantur, vt Enoch, Noë, Melchisedech, Abraham,

Isaac,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isaac, Iacob. Quod verò Zara manum introducente, Phares prodiit, hoc est quod ait Apostolus, Lex autem subintrauit, quia lex media fuit inter eos qui erant ante legem, & post legem. Et post legem illuxit gratia, Et dominus ipse secundum carnem ex Phares descendit. RVPERTVS. Sed & aliter. Iudas qui ad Thamar ingressus, duos ex ea filios vno genuit concubitu, Christum designat, qui tandem agendam pro omni mundo pœnitentiam suscepit, & vno mortis experimento, duorum populorum salutem & vitam æternam, quasi parturiens, in dolore mortis fructificauit. Latius tamen secundum ordinem literæ sensum hunc explicemus. Instante (inquit) partu, apparuerunt gemini in vtero. Tempus vel dies partus, hoc tempus acceptabile, & hic dies salutis est, ab hora passionis Christi, cuius amaritudo, id est mors, omnem hominem, tam Iudæum quàm Græcum, ad æternam vitam parturiuit. Nam isti sunt duo gemini, qui in vtero Thamar reperti sunt discordantes, & quasi de priuilegio nascendi contendentes, quos Apostolus exæquare, & ad pacis concordiam formare cupiens, exterret minis, mulcet promissis, Ira (inquit) & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Roma.2. Iudæi primum, & Græci. Gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco. Non est enim personarum acceptio apud deum, & cætera. In ipsa (inquit) effusione infantum vnus protulit manum. Vnus ille qui primum manum protulit, Iudæus est, qui primus legem accepit, & cui primũ oportebat loqui verbum dei. At ille repulit illud, & indignum se iudicauit æternæ vitæ. Manum ergo coccino ligatam cito retraxit, Act.13. id est, conscientiam Christi sanguine pollutam auertit. Alter protinus egressus est, Græcus, id est, gentilis populus ad lucem venit, & deo natus est. Quare (inquit) diuisa est propter te maceria? Hoc profecto à semetipsa non dixit, sed verum prophetauit, quod nunc palam factum est, quia videlicet cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Hæc interruptio Israël, diuisio maceriæ est, quam Roma.11. & significat nomen Phares, interpretatur enim diuisio. Alterum appellauit Zara. Quo nomine pellenda designatur cæcitas, quæ contigit in Israël, vt post præsentem infidelitatis noctem, veram videat lucem, respiciens ad orientem. Zara nanque interpretatur oriens. CYRILLVS. Quod Phares prior egressus sit, haud obscurum signum est, gentes prius ad fidem vocandas, quàm genus Israël. Coccinum verò sanctissimum Christi sanguinem signat. Quis autem maceriam soluit, nisi Christus? ISIDORVS. Quod primus qui dicitur Zara, manum emisit, & obstetrix coccinum ligauit, & ipso manum retrahente, posterior qui vocatur Phares, manum porrexit, & nascendo præcessit, significauit, quod Israël in opere legis manum extenderet, & prophetarum & ipsius Christi cruore pollutam contraheret. Populus verò gentium postea prorumperet, vt essent primi nouissimi, & nouissimi primi, vel Zara significauit antiquum Israëliticum populum, sub lege constitutum, qui prior quasi manum misit, quando dictis propheticis & legalibus sacrificiis, natiuitatem & passionem domini in carne prænunciauit, sed instante partu manum subtraxit, quia adueniente plenitudine temporum, credere in dei filium noluit, & eum in præsenti positum despexit, de quo tam multa in posterum prædixit. Phares qui interpretatur diuidens, prius egressus est, quia postquam cæcitas in Israël facta est, plenitudo gentium introiuit, & sic postmodum Israël saluus erit.

IN CAPVT GENESEOS TRIGESIMVMNONVM ARGVMENTVM.

Deus cum Ioseph. Tentatur Ioseph ab uxore Phutipharis. Accusatus coniicitur in carcerem. Miseretur ipsius deus.

CAPVT XXXIX.

Lectio pri.

ITur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Phutiphar Eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, uir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo, & erat uir in cunctis prospere agens. Habitauitque in domo domini sui, qui optime nouerat dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei. A quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & uniuersa quæ ei tradita fuerant. Benedixitque dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctã eius substantiam. Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo uescebatur.

1 CHRYSOSTOMVS. Iterum ad narrationem admirabilis Ioseph veniamus, vt discatis etiam ex his quę hodie dicta sunt, quæcunque generosus ille athleta, post somnia illa regnum sibi promittentia, & principatum fratrum, sustinuerit, & quomodo post illa certamina & tentationes aliæ exceperint. Increscebant naufragia, nec submergebatur gubernator, & cum validior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedens, nauim regebat. Dignum autem fuerit & verba ipsa audire. *Igitur Ioseph ductus est in Aegyptũ, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, uir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Ad ordinem redit scriptura, vnde recesserat, vt illa narraret, quæ supra digesta sunt. RVPERTVS. Superioris igitur narrationis serie interrupta, præsenti repetitione scriptura redintegrat, dicens, Igitur ductus est Ioseph in Aegyptum, emitque eum Phutiphar Eunuchus Pharaonis, princeps exercitus eius. CHRYSOSTOMVS IN SERMONIBVS. Distrahitur igitur Ioseph sanctus, &

A ctus, & ducitur in Aegyptum, accepturus totius prouinciæ principatum. Venundatur in seruum: in famulum adiicitur, in innocentem scelus fraterna crudelitas operatur, suscipit seruitutis notam, quem dominus præparabat ad gloriam. Humiliatur ad tempus, imminenti tempore regnaturus. Ministrat vt seruus, vt famulus paret, domestica complet officia, nec obsequendo deest in aliquo humilitatem percipere, quicquid illi ingenuæ mentis gloria præstitisset. DIODORVS ET GENNADIVS. Eunuchus hic Phutiphar qui vxorem habuisse scribitur, non spado fuisse intelligendus est, sed per similitudinem eunuchus dicitur, hoc est, cui pretiosa quæque domus supellex credita esset, quemadmodum eunuchis fieri solet, quibus etiam regis salus custodienda dari consueuit. THEODORVS. Nihil absurdum esset eunuchum vxorem habuisse, qui in herili domo negotia tractaret, ac curaret. De manu (inquit) Ismaelitarum, emptus est Ioseph ab Eunucho. CAIETANVS. Vniuersa societas illorum negociatorum denominabatur ab Ismaël, vt dictum est. Vere tamen Madianitæ erant vendi-
B tores Ioseph, sicut vsque hodie vniuersi Christiani appellantur Franci à Syris, eo quod exercitus Francorum christianorum inuaserit olim Syriam, & subegerit eam. AVCTOR CATENAE. Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, & cætera. Eadem sunt verba quæ in fine superioris capituli habentur, ideo recurrat illuc prudens lector. Sic in seruum venundatus est Ioseph, missus ante fratres velut emptitius, donec veniret verbum eius. CHRYSOSTOMVS. Deinde postquam barbari illi, qui à fratribus eum emerant, Aegyptio archimagiro Pharaonis vendiderunt, varios dominos sortitus est, qui inter vlnas patris educatus. Vt ne admiremur, quomodo tulerit grauem illam seruitutem adolescens, & omnis duræ vitæ inexpertus, domique magna patris benevolentia enutritus, subdidit scriptura, dicens. *Fuitque dominus cum eo, & erat uir in cunctis prospere agens.* Quid est, erat dominus cum eo? Comitabatur eum (inquit) diuina gratia, & reddebat ei facilia omnia quæ grauia erant. Hæc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negociatores, & vendere archimagiro coëgit, ita vt paulatim hac via procedens, & per tentationes illas vadens, ad regium thronum ascendere valuerit. Verum tu dilecte
C audiens, quod sustinuit seruitutem apud negociatores, deinde quod seruiuit apud archimagirum, cogita quomodo non turbatus est, neque cogitauit, neque hæsitauit secum dicens, Quæ somniorum illorum deceptio, quæ tandem gloriam docet? Ecce enim post somnia illa seruitus, & seruitus grauis, & domini varij. Ab hoc transit ad illum, ab illo ad alium, & cogitur barbarorum assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus? nunquid contempti sumus à superna gratia? Nihil tale vel dixit, vel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & mansuete. RVPERTVS. Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, iuxta psalmistam in beatitudinibus iusti dicentem, Apud dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius volet. Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Vbi nam ceciderat sic venditus, vel qua collisione ne collideretur, suppositi manum suam dominus? Nempe iuxta superius dictam Hebræorum traditionem, in malam seruitutem ceciderat, quem ad turpe ministerium vir ille Aegyptius emerat. Sed domino supponente manum suam, non collisus est, aruit
D enim (inquiunt) idem dominus eius, & factus est Eunuchus. Et fortasse propter hoc ipsum tanto pondere dictum est, Qui optime nouerat esse dominum cum eo, quod videlicet circa semetipsum didicerat experimento. Suppositi ergo manum suam dominus, non quidem ad hoc, vt totus subleuaretur, sed ad hoc tantum, vt non collideretur, id est, peccato alieno non inquinaretur, vel vt aduersitate non frangeretur. Nondum enim sicut vasa figuli probat fornax, sic & hunc virum receptibilem caminus tentationis satis probauerat. Nec dum satis spectatum fuerat, quatenus esset intus, qui iam placebat extrinsecus. Adaugeatur igitur secundum nomen suum Ioseph, nec enim frustra sic appellatus est, nec à semetipsa locuta est mater, sed diuino præsagio præeunte, augmenta virtutum eius grandia fore vaticinata est, quanuis hoc nomen imponens, futura nesciret. Adaugeatur (inquam) & propter quem deus virum mirabiliter eneruat, ne vim pateretur, ipse per virtutem fœminam vincendo, dignum se illo miraculo fuisse contestetur. AVCTOR CATENAE. Non est ergo apud dominum acceptio per- Eccli.27.
E sonarum. Ioseph quamdiu cum fratribus erat, periclitabatur ex fratrum odio. Cum Aegyptio verò per cuncta prospere agit. Quem homines abiiciunt, dei clementia suscipit, quin & dominus benefacit Aegyptio, cum interim Iudas cum suis filiis male agit. Et erat vir in cunctis prospere agens. Virum hic appellat decem & septem annorum adolescentem, à virtute. CHRYSOSTOMVS. Omnia igitur ei prospere succedebant, vbique præcedebat eum superna prouidentia. Et ita manifesta erat gratia quæ florebat super eum, vt etiam domino suo archimagiro manifestum hoc fieret, nam sequitur. *Habitauitque in domo domini sui, qui optime nouerat esse dominum cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.* CAIETANVS. Videbat enim dominus Ioseph, deum esse cum Ioseph quoad dotes animi, & adesse operibus illius, prosperando vniuersa quę faciebat. AVCTOR CATENAE. Fides ergo in deum promouetur apud Aegyptium, qui domino fert acceptum quicquid prosperitatis consequitur per seruum Ioseph, non fato, non cœlis. *Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei. A quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & uniuersa quæ ei tradita fuerant.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Inuenitque Ioseph gratiam in conspectu domini sui: Hæc locutio nulli
F est ignota in scripturis. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Sed quid de priuata domo dispositionis eius seruuli astruam, qui rexit imperium? plus tamen est, quod ante se rexit. CHRYSOSTOMVS. Vidisti quantum sit superna manu adiuuari? Ecce enim & iuueni, peregrino, & captiuo, & seruo, à domino tota domus creditur. Dicit enim, & omnia quæ habebat, dedit in manibus Ioseph. Quare? quia cum superna gratia & suos obtulit mores, gratus enim erat ei, hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volęs eum deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit à seruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est deo, vt non liberet à periculis viros virtute claros, neque à tentationibus eruat, sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, vt tentationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Propter hoc & beatus Dauid, In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationem (inquit) abstulisti, neque ab ea liberatum in relaxatione Psal.4. esse voluisti, sed id quod est miraculum, & per quàm rarum, in medio tribulationis constitutum, absque pauore esse me fecisti. Illud sane & hic fecit dominus. AVCTOR CATENAE. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo. Septuaginta hic declarare volentes hoc quid sit, subiungunt, εὐηρέστησε δὲ αὐτῷ, id est, placuit autem

autem ei.Vt hoc sit inuenisse gratiam coram domino suo, placuisse ei. A quo præpositus omnibus, & cætera. Va- G
riant hic paululũ Hebraica in verbis,licet non in sensu.Sunt enim huiusmodi וַיַּפְקִדֵהוּ עַל בֵּיתוֹ וְכָל יֶשׁ לוֹ נָתַן בְּיָדוֹ
vaiaphkidehu al betho,vecol ies lo nathan biiado,Et præposuit,vel constituit eum super domum suam, & om-
nia quæ ei erant,seu quæ habebat,tradidit in manu eius. Sic & Chaldaica & Septuaginta. Non mirum autem, si
prudens,fidelis,honestus,ac sedulus seruus,gratiam domini consequitur,vt constituatur super familiam domini
sui.Locus tractandus ad seruulos & ancillas. *Benedixitque domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædi-*
bus quàm in agris cunctam eius substantiam. CHRYSOSTOMVS. Et didicit postea barbarus, quod is qui vt ser-
uus habebatur,deo peculiariter gratus esset. AVCTOR CATENAE. Consulto præteriit hic interpres lon-
gam verborum repetitionem,quæ in Chaldaica Hebrææ literæ consonanti, necnon in Septuaginta est huiusmo-
di.Et factum est ab eo tempore quo constituit eum in domo sua,& super omnia quæ habebat. Hucúsque dimisit
interpres.Deinde sequitur,Et benedixit dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & fuit benedictio domini in
omnibus quæ habebat in domo & in agro.Vt quod in Hebræo legitur וַיְהִי בִּרְכַּת vaihi bircath,Et fuit benedictio H
Interpres noster recte exposuerit,Et multiplicauit.Benedictio igitur domini facta domui eunuchi,est ipsa multi-
plicatio rerum & fortunæ per omnes possessiones domi & foris. Vnde dona domini,benedictio dicuntur. Dili-
genter ergo & multis scriptura explicat,quanta bona acceperit prophanus dominus à religioso seruulo commo-
da. Sic & propter Iacob Laban ditatus est.Fœlix nimirum qui sanctum ministrum consequitur, & habentem be-
nedictiones promissas à domino.Denique Ioseph qui in prosperis patri suo Iacob fit similis,etiam in aduersitati-
bus exercetur. *Nec quicquam aliud nouerat nisi panem quo uescebatur.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONI-
BVS. Alia litera,Et nesciebat, quæ circa eum erant nihil. Apud Græcos vsitata est vulgo locutio,apud nos re-
cta non est,sed nesciebat aliquid dicimus.Præter panem quem ipse edebat,Per panem vtique omnia intelligi vo-
luit ad victum eius pertinentia.Vnde pro quotidiano victu,panis solus positus intelligitur in oratione dominica.
CHRYSOSTOMVS. En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erant domini, tanta res est vir-
tus.Nam vbicunque illa apparuerit,omnibus dominatur & præualet.Etenim sicut oriente sole tenebræ discuti- I
untur, ita & apparente virtute,è medio tollitur omnis malitia. IDEM IN SERMONIBVS. Sublima-
tur ergo in domo Ioseph,tantum famulis cunctis præfertur:tantum à seruis omnibus honoratur, vt quantum ei
dominus:tantum ipse familiæ imperaret.Fit rector & præpositus domus,fit cunctis imperans solus: fit domesti-
cæ curæ aptissimus. AVCTOR CATENAE. Nec quicquam aliud nouerat, & cætera. Desunt hic verba
multa quæ habentur in Hebræo וַיַּעֲזֹב כָּל אֲשֶׁר לוֹ בְּיַד יוֹסֵף vaiaazob col aser lo biiad Ioseph, Et reliquit omnia
sua in manu Ioseph.Sic Chaldaica & Septuaginta.Quod verò sequitur,Nec quicquam aliud nouerat, deest vna
dictio,videlicet אִתּוֹ ito,secum.Vt dicat,Et non nouerat cum eo quicquam nisi panem,& cætera.Quem locum
sic nonnulli intellexerunt,Ioseph nihil ex cibis domini sui cognouisse, præter siccum panem quo vescebatur, &
tamen vultum habuit elegantem. Sicut & Daniel abstinens à regiis cibis,vescebatur leguminibus,& interim e-
rat corpulentior & pulchrior illis, qui regiis nutriebantur alimentis. Alij hanc literam sic legunt & intelligunt, K
Nihil habuit Phutiphar in domo, quod non commune fuerit vtrique, præter panem siue cibum, cum Aegyptij
abhorruerint à cibis Hebræorum.Sed verior dicendi modus est,quod nullam rationem reddebat Ioseph domino
suo,nec herus ipse sua curabat,sed omnia fideli ministro commisit.Sedebat ad mensam,egrediebatur & ingredie
batur domum,nulla premebatur solicitudine, Ioseph omnia accuratissime prouidebat. Multis igitur explicatur
fiducia principis ad Ioseph, nihil veriti commendare illi omnia quæ possideret, etiam minima, vt omni vacuus
cura esset,mensæ tantum assidens,expectabat inferenda fercula. GREGORIVS SEXTO MORALIVM.
Cap.11.12. Sciendum hoc in loco, quod multi sæpe humana sapientia inflati, dum desideriis suis diuina iudicia contraire
13.14. conspiciunt: astutis eis reluctari machinationibus conantur: & quo ad votum suum vim supernæ dispositionis
intorqueant, callidis cogitationibus insistunt: subtiliora consilia exquirunt, sed inde voluntatem dei peragunt:
vnde hanc immutare contendunt, atque omnipotentis dei consilio dum resistere nituntur, obsequuntur, quia
sæpe & hoc eius dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium friuole resultat. Sapientes ergo domi- L
nus in ipsa eorum astutia comprehendit,quando eius consiliis humana facta etiam tunc congrue seruiunt cum re
sistunt.Quod melius ostendimus,si pauca ad medium gestarum rerum exempla proferamus.Ioseph somnium vi
derat quod suo manipulo fratrum eius se manipuli prosternebant,somnium viderat quod sol & luna se cum re-
liquis stellis adorabant.Quæ quia pure fratribus retulit: eorum corda protinus futuræ dominationis inuidia pa-
uórque percussit.Cúmque hunc ad se venire conspicerent,malitia sæuientes dixerunt,Ecce somniator venit, ve-
nite,occidamus eum,& videamus quid illi proderint somnia sua.Cúmque se eius dominio subiici metuunt,som
niatorem in puteum deponunt,eumque Ismaëlitis transeuntibus vendunt,qui in Aegyptum ductus,seruituti sub
ditus,luxuriç accusatione damnatus,castitatis merito adiutus,prophetiæ iudicio ereptus,omni Aegypto prælatus
est.Per supernam verò sapientiam prouidus frumenta congessit,& futuro periculo necessitatis obuiauit. Cumque
in orbem fames irruit,de alimentorum præparatione solicitus Iacob filios suos in Aegyptum misit, qui frumen- M
torum dispensationi præpositum Ioseph nescientes inueniunt, atque vt mererentur alimenta percipere, eorum
dispensatorem compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. Pensemus ergo gestæ rei ordinem, pensemus
quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis diuina comprehendat. Ideo ab eis venditus fuerat Ioseph, ne ado-
raretur, sed ideo est adoratus, quia venditus. Astutè namque aliquid agere ausi sunt, vt dei consilium muta-
retur, sed diuino iudicio quod declinare conati sunt renitendo seruierunt. Inde quippe coacti sunt dei vo-
luntatem peragere vnde hanc moliti sunt astutè commutare. Sic sic diuinum consilium dum deuitatur, im-
pletur. Sic humana sapientia dum reluctatur comprehenditur. Timuerunt fratres ne Ioseph super eos excres-
ceret, sed hoc quod diuinitus dispositum fuerat, cauendo factum est vt eueniret. Humana ergo sapientia in
seipsa comprehensa est, quæ voluntati dei vnde per intentionem restitit, inde eius impletioni militauit. Sic
Saul dum Dauid subiectum quotidiano succrescere virtutum successu conspiceret, suam ei in coniugium fi-
liam spopondit, atque in eius dotem centum dari ab eo Philistinorum præputia petiit, vt cum prouocatus
milites

A miles vltra se excrescere quæreret, inimicorum gladiis traditus vitam finiret, sicut scriptum est, Non habet rex
necesse sponsalia, nisi tantum centum præputia Philistinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul co- 1.Reg.18.
gitabat tradere Dauid in manus Philistinorum, sed Dauid dispositionis intimæ fauore roboratus, centum se da-
re perhibuit, & ducenta præputia reportauit. Cuius nimirum operis Saul argumento superatus, superna proui-
dentia in sapientiæ suæ est consilio deprehensus, quia vnde succrescentis militis vitam se extinguere credidit:
virtutis eius gloriam inde cumulauit.Sed quia nonnunquam astute se aliquid sapere etiam electi moliuntur: li-
bet ad medium alium sapientem deducere: & quomodo in internis consiliis astutia mortalium comprehenda-
tur,demonstrare. Prudenter quippe Ionas sapere voluit,cum ad prædicandum Niniuitarum pœnitentiam mis-
sus: quia electis gentibus Iudæam deseri timuit, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petiit, fugere Ioan.1.
Tharsis elegit,sed protinus tempestas exoritur,sors mittitur,vt videlicet cognoscatur cuius culpa mare turbetur.
Ionas in culpa deprehenditur,in profundum mergitur,ceto sorbente repente deuoratur, atque illic gestante be-
B lua peruenit,quo ire sponte contempsit.Ecce fugitiuum dei tempestas inuenit,sors ligat,mare suscipit,belua in-
cludit, & quia auctori suo obedire renititur, ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente deo
ministrare homo prophetiam noluit:aspirante deo belua prophetam vomuit. Comprehendit ergo dominus sa-
pientes in astutia eorum,quando & hoc in vsum suæ voluntatis redigit: per quod sibi voluntas humana contra-
dicit. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Beatus ergo Ioseph sanctus & fide- Ser.84.
lis domini famulus,tribulationibus magis iustus ostenditur,qui primo inuidia fratrum Ismaëlitis in seruum ad-
dictus,ab eisque venditus quibus se viderat adorandum,deinde Aegyptio domino traditus,semper tamen inge-
nui animi tenuit dignitatem, docuitque exemplo suo & seruos & liberos, in peccando non conditione coæqua-
les esse, sed merito.

INTERLINEARIS, RABANVS, ET AVCTOR CATENAE. Sed sicut Ioseph descendit in Mysticè.
Aegyptum,ita & verus noster Ioseph Christus dominus, prædicatus descendit in mundum. Emitque eum Eu-
C nuchus,id est,pretio fidei,castus in disciplinis euangelicis populus christianus, qui aliquando cogitur mundanis
seruire principibus.Emit autem de manu Ismaelitarum,quia gentes gentibus Christum annunciauerunt. Signan
ter autem dicit de manu.Venditor enim non potest dare quod vendit,nisi in manu habeat.Sic prædicatores præ-
dicando non possunt vendere Christum,nisi in manu habeant verbum Christi,quod prædicāt.Ideo dicitur Hag Haggæi.1.
gæi primo,Et factum est verbum domini in manu Haggæi. Fuit autem dominus cum Ioseph, & deus pater fuit
cum filio suo,quandiu fuit in mundo.Nam non sum solus (inquit ille) sed mecum est qui misit me pater. Vir e-
tiam in cunctis prosperè agens. GREGORIVS IN PRIMO REGVM. Quem ergo vir iste nobis Cap.1.
insinuat, nisi dominum ac redemptorem nostrum,qui & in infirmitate nostræ carnis apparuit,& tamen eandem
susceptæ naturæ infirmitatem vitæ remissionis blanditiis non subegit? Vir quippe à virtute nominatur. Homo
autem in paradiso conditus,bellum cum apostata angelo habuit,cui tamen per conditionalem virtutem resistere
D non curauit.Fortis ergo conditus,sed hosti eneruiter subiugatus,vir non fuit ex congressione, qui fuit ex mune-
re.Sic itaque factus est fortis, vt damnata humana natura,victori hosti præualere non posset,si hanc ille non as-
sumeret, qui supra homines extitisset. Factus est itaque præliator noster,conditor noster. Sed vtrum vir fuerit
noscitur,si ex ostensa virtute consideretur. Assumpsit nostram naturam,quæ dum in ipso vinceret, nobilitatem
conditam repararet,& fieret in redemptore infirma valida, quæ in Adam facta fuerat fortis infirma. Cui nimi- Matth.4.
rum dum ieiunaret in eremo tentator affuit, antiquæ victoriæ suæ tela reparauit, gulæ elationis ac superbiæ iacu
la,immersit,sed eum sibi per omnia resistentem reperit.Vir ergo claruit per victoriam,qui fortem iam victorem
apostatam angelum superans,non ei potentiam suæ diuinitatis exhibuit,sed infirmitatem humanitatis. Hunc vi Hiere 31.
rum propheta Hieremias considerans,ait, Fœmina circundabit virum. Hunc Zacharias monstrat,dicens, Ecce Zacha.6.
vir,oriens nomen eius. Hunc beatus Petrus apostolus Iudæis prædicans dicit, Iesum Nazarenum virum appro- Act.2.
batum à deo in vobis, virtutibus & prodigiis & signis, hunc præfinito consilio & præscientia dei, traditum per
manum iniquorum affligentes, interemistis. Hinc eidem redemptori in via colloquens: Cleophas ait, De Iesu Lucæ.26.
E Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere & sermone. Vir etenim fuit, qui & in hoc mundo ab Ecclesia
expulit antiquum hostem, & in inferno moriens alligauit. Et quia qui moriens inferni vires comminuit, resur-
gens nobis aditum reserauit æternitatis, magnitudinem virtutis suæ non solum viuendo monstrauit nobis, sed
etiam moriendo & resurgendo. Quia ergo redemptor noster per humanitatem quam assumpsit,magnæ virtutis
opera egisse cognoscitur,recte is,qui eum typo significat,vir fuisse perhibetur. INTERLINEARIS. Qui
habitauit in domo domini sui,id est,filius dei secũdum carnem seruus,habitauit in dei ecclesia.Et omnia sibi cre-
dita dirigebantur in manu eius,iuxta illud psalmi primi,& omnia quæcunq; faciet,prosperabũtur.Et Esaiæ quin-
quagesimotertio. Voluntas domini in manu eius dirigetur.

Erat autem Ioseph pulchra facie & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit domina sua o- 2
F *culos suos in Ioseph, & ait, Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nephario,dixit ad eam,*
Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non
in mea sit potestate, uel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum
facere, & peccare in deum? Huiuscemodi uerbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adole-
scenti, & ille recusabat stuprum.

CHRYSOSTOMVS. Mala bestia est diabolus dilecti, vt primum viderit iustum gratum esse, & per ea 2
quæ putantur esse aduersa, clariorem fieri,fremit dentibus,& insanit,neque videre potest iustum quotidie magis
& magis clarescere, sed profundum barathrum effodit, & præcipitium parat, quo illum maximo vt arbitratur,
damno

Universidad de Deusto
Biblioteca

damno afficiat, & tempestatem excitet, & violentum naufragium faciat, sed discit non post longum tempus, G
quod contra stimulum calcitret, & contra suum caput operetur omnia. Id an verum sit, audi. *Erat autem inquit Ioseph pulchra facie & decorus aspectu.* Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? vt discamus, quod non solum anima pulcher erat, sed & corpore. In ipso enim ætatis flore erat, iuuenis erat, & pulcher specie, & formosus facie. Hæc autem prius narrauit de eo scriptura, vt doceat nos, quod Aegyptia adolescentis pulchritudine capta, ad illicitum eum concubitum irritarit. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Et cum esset decorus aspectu, & speciosa facie valde, venustatem sui vultus non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suam seruauit gratiam, hoc se pulchriorem ratus, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur. Illum esse verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, sed iudicia acquireret vniuersorum, fraudi nulli futurus, laudi sibi. Iam si qua petulantibus aspexit oculis, illius crimen solum est, quæ male vidit, non huius, qui male se nollet videri, nec in eo quod visus est, culpa est. Non erat in potestate serui vt non videretur, maritus debuit cauere oculos vxoris. Si ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iste te- H
stimonium esse castimoniæ, non remissionem incuriæ. Discant tamen viri cauere etiam oculos fœminarum. Adamantur enim & qui nolunt amari. Denique adamatus est Ioseph, qui amantem contempserat. CAIETANVS. Erat autem Ioseph pulcher facie & decorus aspectu. Iuxta Hebræum habetur, Pulcher forma, & pulcher aspectu. Tum figuræ tum coloris pulchritudinem habebat. AVCTOR CATENAE. Dictio יְפֵה Iephe, quæ hic bis ponitur, & pulchrum & decorum significat. Idem autem de Rachele matre scribitur quod hic de filio. Non solum animo virtuti deditus erat, sed & corpore totus elegans & formosus, verecundiæ & castitatis gratia à domino donatus. *Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, Dormi mecum.* CHRYSOSTOMVS. Quid est post multos dies? postquam ei concredita potestas totius domus, postquam tantum honorem à domino suo consequutus est, iniecit domina sua oculos in Ioseph. Pudicum iuuenem patrona appetit impudica, vt diabolus qui in eius necem fratres armauerat, contra eum armaret & fœminam. Sed tam de iudi- I
cio concidit: quàm fratres deus ab eius parricidio separauit. Vide autem intemperantiam lasciuæ mulieris, non accepit in mentem quod haberetur domina, non quod ille erat seruus, sed à formositate capta, & diabolico incendio susceptо, in iuuenem postea insilire tentat, & malam illam cogitationem in mente seruans, tempus inquirit & solitudinem, quæ possent ei cooperari ad illicitum suum conatum. Dixit autem illi, dormi mecum. AMBROSIVS. Bene autem excusauit eum scriptura, dicens, Iniecit oculos in Ioseph, hoc est, non iste se ostentauit, nec cœpit incautam, sed illa retia sua misit, & indagine sui capta est. Laqueos suos sparsit, & suis hæsit vinculis. Prima verò adulteræ oculorum tela sunt, secunda verborum. Sed qui non capitur oculis, potest verbis resistere. Suppetit defensio, vbi adhuc liber affectus est. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Alia litera, Et misit vxor domini eius oculos suos in Ioseph. Solet & apud nos vulgo esse vsitata locutio, pro eo quod est amauit eum. Et ait, dormi mecum. Et ista vsitata est locutio, pro eo quod est cõcumbe mecum. AVCTOR CATENAE. Eleganter Hebraicam phrasim commutauit interpres hoc in loco, post multos itaque dies, nam K
ibi est וַיְהִי אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה vaihi ahar hadebarim haêlle, Et factum est post verba hæc, nempe post omnia quæ supra recensita sunt, sic & Chaldaica & Septuaginta. Cum ergo sic de pace & gratia gauderet Ioseph, & in omnibus fœliciter ageret, tentatio illi præparatur à domino, qua exercitatus, ad maiora proueheretur. Cui aptum vasculum Satan huic applicauit operi, mulierem scilicet, quæ curiosè, attentè, & carnali affectu illum iugiter intuita, capiebatur elegantia formæ. Sic oculus animam solet deprauare & deprædari. Sic Dina exciderat, sic Dauid. Audacter itaque procax mulier iuuenem aggrediens, iubet nephas tentare opportunè. CHRYSOSTOMVS. Verum ille noluit, neque paruit, neque verba illius susцepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci. Et non solum res suas spectabat, sed operam dabat, vt & illam, quantum possibile erat, ab insania hac liberaret, & ab illicita ista concupiscentia, & consilium illi afferret, quod sustiсiebat ei vt pudefieret, & quod sibi prodesset cognosceret. Hinc ergo ait scriptura. *Qui nequaquam acquiescens nephario operi, dixit ad eam, Ecce do-* L
minus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestate, uel non tradide-
rit mihi, præter te, quæ uxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in deum? AMBROSIVS, Primum igitur adulteræ telum congressione mentis superauit, tanquam scuto animi irruentem repellens, deinde sermonem tanquam hastam vibrauit, vt se illa reuocaret. Non ergo vt meticulosus excusat, nec tanquam periculi timidus cauet, sed tanquam beneficij herilis & innocentiæ suæ debitor, fugit crimen ingrati, peccatique labem, & culpæ contagium quasi iustus horrescit. Et vide quomodo à seruo domina consilium capit. Quinimmo serua à domino. Recte enim non ipsa domina dicitur, quæ non potuit extorquere quod voluit imperare. Nam quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ disciplinam dominæ non tenebat, quæ seruilis libidinis incentiua præstabat? Ille dominus, qui amantis non excepit faces, qui lenocinantis vincula non sensit, quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori, quàm potentiæ criminosæ eligere consortium. Ille liber, qui turpe credidit, vicem gratiæ non referre. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS.

Ser. 83. Pulchrior erat intus Ioseph, quam foris, pulchrior in luce cordis, quàm in facie corporis, vbi illius fœminæ oculus M
non penetrabat, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuens ergo interiorem pulchritudinem castitatis, in speculo conscientiæ suæ, quando illa maculari, quando violari fœminea tentatione permitteret? Blanda castitas & sancta, in cubiculo cordis tui suauis est, & eius amplexus non habet amaritudinem, conuersatio illius in nullo tibi in domo conscientiæ contradicit. Ama ergo & in te & in aliis castitatem, & imitaberis beatum Ioseph, qui noluit impudicæ mulieri accubitui illicito consentire, repulit concupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suam. Amator dei dilectissimi, mulieris amore non vincitur, castum animum incitans adolescentia non permouet, nec diligentis auctoritas. GREGORIVS TRICESIMO MORALIVM. Quisquis ergo

Cap. 18. mundi huius successibus eleuatus, lenocinante cordis lætitia, tentari se luxuriæ stimulis sentit, Ioseph factum ad memoriam reuocet, & in arce se castitatis seruet, qui dum sibi à domina conspiceret pudicitiæ damna suaderi, ait ei, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod non

in mea

A in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc facere, & peccare in dominum meum? Quibus verbis ostenditur, quia bona quæ assequutus fuerat, repente memoriæ intulit, & malum quod se pulsabat, euicit, & quia perceptæ gratiæ meminit, vim culpæ imminẽtis fregit. Cum enim voluptas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda, vt eo erubescamus praua committere, quo nos à deo meminimus gratuito bona percepisse, & illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum, vt sint ante oculos quæ percepimus, & quæ nos alliciunt subigamus. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdem prosperitatis est consideratione ferienda, quatenus hostis noster vnde oritur, inde moriatur. Considerandum quippe est, ne acceptum munus vertamus in vitium, ne per fauorem vitæ nos absorbeat vorago nequitiæ. Iram nanque contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus. CHRYSOSTOMVS. Ait ergo Ioseph ad dominam suam, Ecce dominus meus, & cætera. Domina à seruo consilium accipit. Nónne propter me
B nihil scit in domo sua dominus meus, & omnia quæcunque habet dedit in manus meas? O gratitudinem viri. Vide quomodo enumerat beneficia domini, vt doceat quantam illa gratitudinem erga coniugem habere debeat. Num ego (inquit) famulus sum? num peregrinus? num captiuus? tanta fruor eius securitate, vt omnia sua sub manum meam tradiderit, & nihil est quod excepit de manu mea, & omnibus aliis ego præsum. Deinde vt lætam ei plagam daret, & recordari faceret viri beneuolentiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga coniugem suum, Præter te (inquit) quæ vxor eius es, cui soli subiicior, & es extra meam potestatem. Cum igitur vxor eius sis, quomodo faciam hoc malum verbum, & peccabo coram deo? Quoniam enim illa solitudinem obseruabat, & tempus expectabat, quo latere poterat virum, & omnes qui in domo erant, dicit, Quomodo possum facere malum hoc, & peccabo coram deo? Quid enim putas? etiam si fecerimus vt res clam sit omnibus, ab oculo tamen
C spectu eius male quippiam faciamus. Ne maioris itaque & nos dilecti faciamus timorem hominum, quam indignationem dei, memores semper verborum Ioseph, Quomodo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram domino? Et quando cogitatio nos perturbat, hoc in mente versemus verbum, & statim effugiet omnis illicita concupiscentia. Itaque siue quis corporum concupiscentia capiatur, siue alia quadam, statim hoc verbum cogitet, quod ille est qui nos condemnet, à quo non est possibile nos occultari, etiam quæ in mente nostra versentur, & omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnóque adiutorio superno iuuabimur. EVSTATHIVS ANTIOCHENVS. Mira res. Nondum diuina lex scripta erat, Non mœchaberis, Ioseph tamen tempe-
rãtia præditus, naturalem legem iam seruabat. BERNARDVS QVARTO DE CONSIDERATIONE. Ad verecundiam dico quorundam scrutantium quotidie omnem substantiam suam, numerantium singula, de minutis & quadrantibus exigentium rationem. Non ita ille Aegyptius qui Ioseph omnibus traditis, ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat christianus, christiano sua non credens. Homo sine fide, fidem ta-
D men habuit seruo, super omnia bona sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. IDEM SVPER Ser. 13.
CANTICA. Cum autem domum & omnia bona Aegyptij domini sui sibi credita sciret Ioseph, dominam nõ ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere. Mulierem nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit, vice contraria inglorium facere eum, qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo dei sapientia prudens, virum vxorem fortiter tanquam propriam zelare gloriam, sibique ipsi retinuisse seruandam, non alij credidisse, manum ad non concessum extendere non præsumpsit. CAIETANVS. Postquam autem commemorauit Ioseph beneficia sibi collata ab hero suo, & reuocauit ad memoriam mulieris, quod ipsa vxor esset tanti benefactoris, & intulerat horrendo, quomodo faciam istud grande malum tot deformitatibus plenum, adiunxit, quod non solum in hominem, in herum, in benefactorem, sed etiam in deum supremum iudicem peccabit, vt ex omni parte retraheret mulierem ab huiusmodi concupiscentia. AVCTOR CATENAE. Qui nequaquam acquies-
E cens operi nephario. Additum hoc est ab interprete exprimendæ rei gratia, nam Hebraicè tantummodo est וַיְמָאֵן vaimaen, Et noluit, seu & recusabat. Sic & Chaldaica, atque eodemmodo apud Septuaginta inuenies ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, Ille autem non voluit. Quod verò sequitur, Nec quicquam est quod non in mea sit potestate, Hebraicè ad personas refertur אֵינֶנּוּ גָדוֹל בַּבַּיִת הַזֶּה מִמֶּנִּי Enénnu gadol babáith haze mimménni, Non est maior in domo hac me. Quæ sententia non ita bene redditur à Septuaginta, καὶ οὐκ ὑπάρχει ἐμοῦ τῷ οἰκίᾳ ταύτῃ, Et non est in domo hac. Rectius tamen videntur Hebraica sic habere, Non est ipse, scilicet dominus, maior me in domo hac, nisi in hoc quod tu mihi prohibita es. Et hoc propter נ quod negationi adiunctum est. Quem sensum & Chaldaica amplectitur inquiens, Non est ipse maior me in domo hac. Quod etiam sequitur, vel non tradiderit mihi, in Hebræo legitur וְלֹא חָשַׂךְ מִמֶּנִּי מְאוּמָה velo hasach mimménni meumma, Et non prohibuit siue non vitauit, vel non retinuit à me quicquam. Sic & Chaldaica, & Septuaginta. Non ergo propria virtute tantum, sed dei gratia adiutus re
F nuit, dicendo, Ego solus noui omnia quæ domini mei sunt, fideliter omnia commendata habeo, fidentem mihi fallere non conuenit, neminem mihi in tota sua domo prætulit, præter te vnicam, honore & potestate me affecit excellenti, oportet præstari plurimum fidei ab eo cui multa fides adhibetur. Timendus est deus, obseruandus dominus & maritus, à tanto crimine abstinendum. Discimus ex litera, fortunam sequi tentationes, formam esse castitati periculum, sensuum necessariam esse continentiam, mulierum perfidiam simul atque vafriciem, seruum fidelem liberaliter tractandum, honestatem amandam, fidem commissorum obseruandam, deum semper & vbique timendum. Quomodo enim (inquit) faciam malum hoc, & peccabo in deum? Licet enim adulterium sit directe peccatum in proximum, cui læsionem infert, est tamen etiam in deum peccatum, quia contra illius fit præceptum. CHRYSOSTOMVS. Et vt discamus iusti excellentem virtutem, & quod non semel neque bis, sed & sæpius adolescens certamen hoc sustinuerit, & colloquium hoc tulerit, consuleréque non cessauerit, subdit scriptura. *Huiusсemodi uerbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.* AMBROSIVS. Tertium spiculum adultera interpellandi assiduitate vibrabat, sed Ioseph non audiebat eam. Habes post prima verba quid caueas. Non solum lubrica, sed etiã procax, importuna, & petulans est libido. RVPERTVS.

In hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

In hac autem tribulatione, in hoc abscondito tempestatis discrimine, vbi exauditus atque probatus est Ioseph, G
quatuor agnoscimus virtutes, temperantiam, iustitiam, fortitudinem & prudentiam. Quid enim temperantius
eo, quod dicenti non cuilibet, sed dominæ suæ dormi mecum, adolescens suum non inclinauit animum? Quid
iustius eo quod ait, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam
est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possum hoc
malum facere, & peccare in dominum meum? vt habet alia litera. Quid fortius ea perseuerantia, quod huiusmo-
di verbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum? Quid pruden
tius eo, quod cum illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret, dormi mecum, ille relicto in manu eius pallio,
fugit, & egressus est foras? Verum de hoc in posterioribus. Tutius nempe iudicauit vestimentum suum cum tem
porali dispendio excutere, & ignem procul à se abiicere, quàm silentio diu premendo flammam fœmineam, in
Psal.104. sinu suo alligare cum periculo animæ. Recte igitur hunc psalmista virum nuncupauit, dicens, Misit ante eos vi-
rum. AVCTOR CATENAE. Et mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Sensum tran H
stulit hoc loco interpres, non verba Hebraica, quæ sunt huiusmodi וְלֹא שָׁמַע אֵלֶיהָ לִשְׁכַּב אֶצְלָהּ לִהְיוֹת עִמָּהּ velo
samaa elêha lisçab ezla lihioth imma, Et non exaudiebat eam, vt cubaret seu dormiret iuxta, vel apud eam, vt es
set cum ea. In eundem sensum & Chaldaica, Non acquieuit ei vt cubaret cum ea, vt esset cum ea. Sic & Septua-
ginta. Loquitur scriptura honestè, parcè ac verecundè, improbitatem fœminæ indicãs, instando, incitando iugi-
ter ad turpitudinem, donec insanus amor fœminæ contemptus, vertatur in acutum odium.

Mysticè. RVPERTVS. Hæc de sensu literali. Cæterum in typum domini saluatoris illa fœminæ tragœdia, synagogæ vesania est. Et secundum historiam quidem tempora diuisa sunt, post multos nanque dies iniecit domina
oculos in Ioseph, sed secundum sensum mysticum res coniuncta, & ordo continuus est. Nam dominus noster
cum à Iudæis fratribus suis comprehensus tota nocte irrisiones vel opprobria passus fuisset, subsecuta luce ante
præsidem adductus, & cum testibus falsis accusatus est. Dicendum igitur quid in Christo synagoga concupierit,
quid non adeptam se esse dolens, Christum præsidi suo tradiderit. Erat autem Ioseph pulchra facie & decorus as- I
Can.4. pectu. Omne quod de Christo sancta prædicat scriptura, pulchrum ac decorum est, sed non absque eo quod in-
Psal.71. trinsecus latet, verbi gratia, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terra-
rum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent,
reges Arabum & Saba dona adducent, & quicquid eiusmodi de Christo canitur aut legitur, pulchrum est. Sed
1.Ioan.2. vnam eandemque pulchritudinem, aliter synagoga carnalis, aliter ecclesia spiritualis intuita est. Illa quam hoc so
lum delectat, quod in mundo est, quod concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, quod ambitio spiritus,
& superbia vitæ est, illa (inquam) cum legeret venturum Messiam, id est, Christum regem magnum, & speciosum
forma præ filiis hominum, sperabat totum carnaliter futurum, scilicet quod secundum hominem sessurus esset
super solium Dauid, in illa Hierusalem quæ prophetas occidit, in illa Sion quæ lapidauit eos qui ad se missi sunt,
vt inde dominaretur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, Aethiopibus & insu-
larum regibus coram eo procidentibus, regibus Arabum & regibus Saba in illam auream & gemmatam Hieru- K
salem munera offerentibus, & dona adducentibus, omnibus omnino regem illum & ciuitatem adorantibus, gen-
tibúsque cunctis auaritiæ Iudaicæ sub tanto rege seruientibus. Nempe hæc & huiusmodi de Christo carnaliter sen
tire, & secundum hominem sperare, id erat petulantem mulierem incestos oculos in pulchrum Ioseph iniicere.
Sed Christus talem intellectũ non admittit, imo taliter intelligentem odit ac refugit, & iamdudum sic legêtem,
sic sentientem synagogam spreuit, effugiénsque cum suo viuificante spiritu, solam illi occidentem literã reliquit.
ISIDORVS. Hæc igitur figura est synagogę, quę sæpe sicut scriptũ est, mœchata est post deos alienos, similiter
volebat & Christum in adulterij sui scelere retinere, vt negaret se deum esse, & Pharisæorum magis & scribarum,
quàm legis præcepta seruaret, quæ illi quasi maritus erat. AVCTOR CATENAE. Sed negauit ille con-
stanter, se verum dei filium in mundum ad salutem hominum missum asserens, illorumque petulantiam taxans,
qui relictis dei ordinationibus, doctrinas & mandata hominum seruare docerent. L

3 ACcidit autem quadam die ut intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia uestimenti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit. Et egressus est foras. Cumque uidisset mulier uestem in manibus suis, & se esse contemptam, uocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos, En introduxit uirum Hebræum, ut illuderet nobis. Ingressus est ad me, ut coiret mecum. Cumque ego succlamassem, & audisset uocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait, Ingressus est ad me seruus Hebræus, quem adduxisti ut illuderet mihi. Cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. M

3 PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Cum adolescens castus resisteret, gratiam quam apud dominum suum inuenerat narrans, & sancto timore dei, quo plenus erat, metuens offendere, aliud opportunum tempus mulier auscultauit. AMBROSIVS DE IOSEPH PA-
TRIARCHA. Non habet quod vereatur adultera. Et quæ dispendia pudoris prima non doluit, insidiatur vt capiat, vnde ait scriptura. *Accidit autem quadam die ut intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia uestimenti eius, diceret, Dormi mecum.* Ecce quomodo officij sui & commissi muneris ingres-
sum gratia, remotis arbitris ac domesticis apprehendit eum, dicens, Dormi mecum. Excusatur Ioseph scripturæ testimonio, quia commissum à domino nequibat deserere obsequium. Non enim satis est, quod securus sui, do-
mus interiora, quasi qui capi non posset, ingressus est, iustus debuit præuidere ne furenti copiam daret, & eius illa

peccato

A peccato periret. Sed qui aduersari sibi domini sui videbat vxorem, neglecti officij etiam à domino cauere debebat offensam, simul adhuc sermonis, non comprehẽsionis putabat audaciam, excusatur quod ingressus est, prædicatur quod elapsus est. AVCTOR CAT. Et operis quippiam absq; arbitris faceret. Hebraicè est לַעֲשׂוֹת מְלַאכְתּוֹ וְאֵין אִישׁ מֵאַנְשֵׁי הַבַּיִת שָׁם בַּבָּיִת laasoth melachtho, veen is meanse habàith sam babàith, Ad faciẽdum opus suum, & nõ aliquis de hominibus domus ibi in domo. Sic fere & Septuaginta. Sed Chaldaica paulum variat habens, Vt inue stigaret scripturas rationis suæ. Et nullus vir de hominib⁹ domus erat ibi in domo. Ex officio igitur coactus ingre di domum, solus cum sola periclitatur, sine virorum testimonio. Nam ancillæ forsan fauebãt dominæ. Deus autẽ aderat, & seruabat per suam gratiam, cum naturæ vires defecissent. *Qui relicto* (inquit) *in manu eius pallio, fugit, & e-*
gressus est foras. CHRYSOSTOMVS. Non simpliciter hoc prętereamus, sed cogitemus, quantum certamen
sustinuerit iustus ille. Non enim tam admirabile, vt mihi videtur, in fornace Babylonis esse tres pueros, & illæsos Dan.3.
permanere, & nihil ab igne pati, vt admirabile hoc & rarum, quod admirabilis ille iuuenis, retinetur vestimentis
B ab polluta illa & lasciua, & nõ detinetur, sed & vestibus relictis in manibus illius, resilit. Sicut autem tres pueri illi
propter suam virtutem, superna freti gratia igne prestantiores visi sunt, ita & ille, quia quod in se erat offerebat, &
continentiæ certamina cum magna declarabat constantia, magno supernoq; pręsidio muniebatur. Neq; enim po-
tuisset, dextera dei non cooperante ei, tantum certamen certare, & à retibus illius libidinosæ mulieris aufugere. Et
licebat postea videre admirabilem illum, nudum quidem vestibus exire, indutum autem continentiæ vestimẽtis,
& quasi ab incendio & fornace illæsum effugere, & non solum non adustũ, sed & multo fulgidiorem & clariorem
factum. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Non pluris fecit Ioseph vestimenta coi po-
ris, quàm animi castimoniam. Reliquit tanquam nõ sua, quæ adultera suis manibus detinebat, & aliena iudicauit,
quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi. Magnus quippe vir, qui venditus, seruile tamen nesciuit ingenium,
adamatus, non redamauit, rogatus, non acquieuit, comprehensus, aufugit. Qui cum ab vxore domini conuenire-
tur, teneri veste potuit, animo capi non potuit, ac ne ipsa quidem verba diu passus est. Cõtagium enim iudicauit,
C si diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent. Itaq; vestem exuit, crimẽ excussit, & re-
lictis quibus tenebatur exuuiis, spoliatus quidem, sed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento pudoris. Nõ
est enim nudus, nisi quem culpa nudauerit. Deniq; in superioribus habemus, quod Adam posteaquam dei manda
tum pręuaricatione deseruit, & peccati grauis aëra contraxit, nudus erat. Vnde & ipse ait, vocem tuam audiui in Gene.3.
paradiso, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Intellexit enim se esse nudum, qui insulas diuinæ protectionis
amiserat. Et ideo latebat, quia vestem fidei non habebat, quam vtiq; pręuaricando deposuit. Magnam rem vides.
Ille nudus erat, qui tunicam non amisit. Iste nudus non erat, qui vestimẽtis se exuit, quæ in manibus adulteræ de-
reliquit. Eadem scriptura illum nudum asseruit, hunc abnuit. Et ideo iste expoliauit se potius, quàm nudauit, qui
incorrupta virtutum vestimenta seruabat, expolians se veterem hominem cum actibus suis, vt indueret nouum,
qui secundum imaginem creatoris in agnitione renouatur. Ille autem nudus remansit, qui se iterum vestire non
D potuit, singulari spolio virtutis exutus. Vnde pelliceam accepit tunicam, quia peccator habere nõ poterat spirita-
lem. Reliquit igitur vestimenta Ioseph, & nudauit adulterę inuerecundiam, quæ postea latere non potuit. Deniq; Ser.250.
exiuit foras, & ipsa adulterij sui tẽtamẽta vulgauit. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEM
PORE. Qui relicto pallio in manu eius, fugit, & egressus est foras. Quod libidinem fugiẽdam esse suggerimus,
apostolus Paulus euidenter ostendit, qui cum omnibus vitiis prędicauerit resistendum, dum contra libidinem lo
queretur, non dixit, Resistite, sed fugite fornicationem. Ac sic contra reliqua vitia, deo auxiliãte, debemus in prę-
senti resistere, libidinem verò fugiendo superare. Sic & alibi in scripturis diuinis legimus. Noli (inquit) in faciem Eccli.9.
virginis intendere, ne te scandalizet vultus eius. Et beatus Ioseph vt impudicam dominam posset euadere, palli-
um quo apprehensus fuerat reliquit, & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere
victoriam. Nec tibi verecundum sit fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. GREGORIVS VIGE- Cap.7.
SIMOSEPTIMO MORALIVM. Cum arcem continentiæ & castitatis ascendere nitimur, exemplo san-
E cti huius adolescentis subleuamur: Quid enim eo castius, qui ad desiderium petulantis dominæ, iugo luxuriæ pre-
mi non potuit etiam captiuus: Et quidem hominibus extitit seruus, sed contra dominantem nequitiam & in ser-
uitio liber fuit. AVCTOR CATE. Leuius igitur tulit Ioseph cõfundi se nudum apud homines, quàm secre
to offendere deum & innocentiam vitæ prostituere. Sic castitas ex hoc loco adolescentibus caute seruanda doce-
tur, consortia mulierum vitanda, rationem habendam incommodorum animæ, corporis, famæ, & rerum.
CHRYSOSTOMVS. Sed vide post tantam victoriam, postque tantam fortitudinem, propter quæ illum o-
portebat coronari, & propter quæ oportebat illum prædicari, iterum quasi reum & obnoxium innumera sustinen
tem mala. Nam Aegyptia illa non ferens confusionem & opprobrium, in quæ seipsam iniecerat, impossibilia at-
tentauit, primum quidem conuocauit eos qui in domo erant, accusans adolescentem, & dicit quod ille dixerit,
quæ ab ipsa magno furore proposita erant, atque ita omnes decipere tentat. *Cumque uidisset* (inquit) *mulier ue-*
stem in manibus eius, & se esse contemptam, uocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos, en introduxit uirum Hebræum, ut il-
F *luderet nobis. Ingressus est ad me, ut coiret mecum. Cunque ego succlamassem, & audisset uocem meam, reliquit pallium quod te-*
nebam, & fugit foras. Hoc modo se habet malitia, semper contra virtutem pugnat, & ei sua peccata affri-
care & impingere vult, id quod & hæc faciebat, adolescentem quasi intemperantem criminans, & se conti-
nentiæ larua induit, & dicit, propter hoc & illum vestes reliquisse, & se retinuisse illas. Et misericors deus
fieri hæc permittit, vt per omnia famulum suum clariorem efficiat. AMBROSIVS. Ipsa igitur
quod cælare debuerat, prodebat, vt composito crimine læderet innocentem. Iustus autem accusare non no-
uit, ideo impune hoc impudica faciebat. Illam igitur vere exutam dixerim, etiam aliena vestimenta seruan-
tem, quæ omnia amiserat velamina castitatis, illum satis ornatum, satis defensum, cuius vox non audieba-
tur, & innocentia loquebatur. Sic Susanna, posteaquam tacet in iudicio, melius locuta est oraculo, &
ideo prophetæ meruit defensionem, quæ propriæ auxilium non quæsiuit. CAIETANVS. Cunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam. Non habetur hæc clausula in Hebræo, sed loco G
eius, Et quod fugit, & egressus est foras. Narratur quod cum vidisset mulier tum vestem in manibus suis, tum
illum fugisse foras, hoc est, extra aulam illam, vocauit homines domus suæ, & cætera. Reliquit pallium quod
tenebam. Iuxta Hebræum habetur, penes me. Non enim fatetur mulier in manibus tenere pallium, ne con-
tra seipsam indicium proferret, sed dicit, quod penes se reliquit Ioseph vestimentum suum. AVCTOR
CATENAE. Cunque ego succlamassem, & cætera. More suo interpres eleganter, Hebraicas repetitiones
fugit, & in summam reduxit, nam & Chaldaica & Hebraica & Septuaginta hic habent, Et clamaui voce ma-
gna. Et factum est cum audiret quod eleuarem vocem meam, & clamarem, reliquit vestimenta sua apud me,
& fugit, & egressus est foras. Confusionem ergo non ferens, fraudataque cupidine, muliebri astu subito vin-
dictam comminiscitur negati facinoris, innocentem irata crudeliterque inuoluit, consuetis mulierum armis,
mendaciis, exaggerationibus, contemptu, clamoribus, peruicaciis, inuerecundia, aggreditur perditionem
sancti adolescentis, multis verbis vt solet fieri, mendacio fidem astruere studet, & propriam malignitatem in- H
nocenti imponit, tam apud familiam, quàm herum. Et vide quomodo superbarum loquitur more mulierum,
quæ viros suos quandoque nominare dedignantur. *In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuer-
tenti domum.* Sensum & hoc loco, non verba transtulit ex Hebræo interpres, ita enim ibi habetur
וַתַּנַּח בְּגָדוֹ אֶצְלָהּ עַד בּוֹא אֲדֹנָיו אֶל בֵּיתוֹ vatannach bigdo ezla, ad bo adonaf el betho, Et reposuit seu retinuit pal-
lium eius iuxta se, donec reuertetur dominus eius in domum suam. Ita & Chaldaica & Septuaginta. Sed hæc
(vt diximus) sententiam non immutant. In signum ergo ac probationem accusationis suæ quod vera esset, &
cui fides haberetur digna, adolescentis vestimentum retinuit, & penes se seruauit. Est enim argumentum ra-
tio rei dubiæ faciens fidem. Et ait, *Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, ut illuderet mihi. Cunque au-
disset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.* CHRYSOSTOMVS. Omisera & ca-
lamitosa, non ipse introductus est, vt illuderet tibi, sed diabolus te induxit, vt non solum adultera fieres, sed I
vt homicidium procurares. Et ostendit postea ad comprobationem eorum quæ dicta erant, adolescentis ve-
stes. PROSPER. Cum ergo eius dominus, suus maritus aduenisset (notum quod furens fœmina
posset) mentita est iniquitas sibi, falsa pro veris affirmat, violentiam se dicit perpessam fuisse, quam fecerat. O
impudica mulier, ardet amans, vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Amat & persequitur, concupiscit, &
sæuit. Et quia ei ad stuprum non consentit, trucidandum eum statuit, quæritque perire quem diligit.
AVCTOR CATENAE. Ex hoc loco & superioribus, & qui post hos sequentur, licet videre,
quàm eleganter, quàm dilucide locutiones Hebraicas verterit interpres, quæ per se horridæ ac tristes sunt.
Confer æditionem Septuaginta, videbis quantum interst, tum in sententiis exprimendis, tum tota ora-
tionis proprietate. Sic igitur se habent Hebraica & Chaldaica hoc in loco, quibus & Septuaginta, con-
ueniunt, Et locuta est cum eo verba hæc, dicens. Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti no-
bis, vt illuderet mihi. Et factum est cum eleuarem vocem meam & clamarem, reliquit vestimenta sua K
apud me, & fugit foras. Quæ omnia succinctissimè & dilucidè Latinus interpres collegit, prout legisti
in litera.

Mystice. RVPERTVS. Sed & iuxta spiritum cum carnaliter à synagoga teneretur Christus, bene relicto in
Matth.23. manu adulteræ pallio, fugit, & egressus est foras. Fugit enim qui & dixit, Ecce relinquetur vobis domus vestra
deserta. Fugit inquam, & egressus est foras, quod præsignauit etiam facto, quando tollentibus lapides Iudæis
Ioan.8. vt iacerent in eum, ipse abscondit se, & exiuit de templo. GREGORIVS SECVNDO MORA-
Cap.31. LIVM. Bene igitur mysterium hoc Ioseph relicto pallio fugiente signatum est. Dum enim mulier adul-
tera male illo vti voluisset, relicto pallio fugit foras, quia dum synagoga deum venturum purum hominem
credens, quasi adulterino complexu constringere voluit, ipse tegmen literæ eius oculis reliquit, & ad cognos-
2.Cor.3. cendam suæ diuinitatis potentiam, conspicuum, se gentibus præbuit. Vnde & Paulus dicit, vsque hodie dum L
legitur Moyses, velamen est super cor eorum. Quæ videlicet adultera mulier, apud semetipsam pallium reti-
nuit, & quem male tenebat nudum amisit. RVPERTVS, ET ISIDORVS. In argumen-
tum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait, Ingressus est ad me, vt illuderet
mihi. Retentum ostendit marito pallium, quando calumniata est meretrix vbi tenere non potuit, quod tem-
plum dei blasphemaret, & legis transgressor esset, vel cum coram præside suo vana protulit testimonia scriptu-
Ioan.19. rarum in argumentum fidei quod dominus Iesus aut seductor sit, aut illusor. Verbi gratia, Nos (inquiunt) le-
Lucæ.23. gem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Item, Commouit vniuersam Iudæ-
am, docens à Galilea vsque huc, & dicens se Christum regem esse. Pilatus sane, vel potius Cæsar, talis sy-
nagogæ maritus tunc fuit, qualem per eunuchum Aegyptium significari tunc decuerat. Nam quomodo illa quæ
maritum habet eunuchum, nec vere maritum habet, nec à lege viri soluta est, vt cuicunque voluerit nubat, sic Iu-
Hiere.3. dæa neq; virum suum, scilicet deũ, qui in propheta loquitur, Amodo voca me vir meus, tunc habebat, neq; tanquã M
vidua sine viro erat, quia regem suum dominum suum non habens, adulando ambiebat Cęsarẽ, dicens. Non habe
Ioan.19. mus regem nisi Cęsarem. PROSPER. Verum & aliter. Hanc impudicam mulierem Aegyptiam impiæ ido
Psal.44. Esa.49. lolatriæ merito comparauerim. Immisit enim & hæc oculos in Ioseph nostrũ, vidit speciosum forma præ filiis ho-
minum, eumq; ad illicitum consensum à vestimentis suis attraxit. Quæ sunt vestimenta nostri Ioseph Christi, nisi
sancti martyres, de quibus per Esaiam prophetam suo corpori ecclesiæ dicit, Viuo ego, dicit dominus, quia omni-
Cant.5. bus his velut ornamento vestieris. Et in canticis canticorum, Quàm rubicunda sunt tibi vestimenta? Et Iacob be-
Gene.49. nedictione prophetica, Lauabit (inquit) in vino stolam suam, & vestem suam in sanguine vuæ. Cum igitur attra-
huntur christiani, vt sacrificantes idolis in anima fornicentur, quid aliud quàm in suis vestimentis Christus at-
trahitur? Teneantur christiani (dicit impia impudicaque doctrina) aut consentiant, aut eis carceres, exilia, gladij,
ignes, bestiæ, cæteraq; supplicia præparentur. In his noster Ioseph Christus, à vestimentis attrahitur. Cum verò
suis dicit,

A suis dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, eique respondent, propter te morte afficimur tota die, æstima- Matth.10.
ti sumus sicut oues occisionis, relinquit vestimenta sua in manibus eius. Quod verò dictum est, Fugit, & exiit Psal.43.
foras, relinquens vestimenta sua, animam liberatam ostendit, quæ clamat per Dauid, Anima nostra sicut pas- Roma.8.
ser erepta est de laqueo venantium. EVSEBIVS. Demum Ioseph à muliere detinetur, & Christus à mor- Psal.123.
te. Ioseph pallio reiecto aufugit, Christus linteamina in sepulchro reliquit, & exurrexit. ORDINARIA.
Sed & nos sic tentant carnis illecebræ, & succutiunt vestem carneam. At vir castus mauult omnia vincula di-
rumpere, quàm se turpidini subiugare.

B *IIs auditis dominus & nimium credulus uerbis coniugis, iratus est ualde, tradiditque Ioseph in carce- 4*
*rem, ubi uincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum Ioseph, & miser-
tus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius uniuer-
sos uinctos qui in custodia tenebantur, & quicquid fiebat, sub ipso erat, nec nouerat aliquid cunctis ei creditis.
Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.*

CHRYSOSTOMVS. Considera obsecro hic communis omnium domini misericordiam, quia sicut à fra- 4
tribus eripuit, volentibus eum interficere, & effecit primum quidem quod iuxta consilium Ruben in cisternam
immitteretur, & postea iterum iuxta consilium Iuda negociatoribus venderetur, vt somniorum, euentus com-
plerentur, & fidem facerent iusto, quod non frustra, neque temere hæc præsignata essent. Ita & nunc superna ma-
nus erat, quæ barbarum detinuit, & non permisit ad cædem iusti festinare. Quid enim prohibuisset eum hoc fa-
cere, cum intelligeret illum attentasse violare suum lectum? Verum omnipotens deus tantam fecit illi exhibe- C
ri clementiam vt iniectus in carcerem, etiam illic suam declaret virtutem, & sic ad principatum regni veniat.
Ait ergo. *His auditis dominus & nimium credulus uerbis coniugis.* CAIETANVS. Hæc clausula, & mul-
tum credulus verbis coniugis, non habetur in Hebræo, sed alius quidam longus sermo, videlicet, Et fuit cum
audisset dominus eius, verba vxoris suæ quæ locuta est ad eum, dicendo sicut verba ista fecit mihi seruus tuus.
Et est sensus, sicut verba ista significant, ita fecit mihi seruus tuus, quasi retorquendo factum in maritum ni-
mis confidentem in Ioseph. Propterea enim dicit seruus tuus, seruus à te dilectus, seruus tibi charus. AV-
CTOR CATENAE. Dicitur supra, Phutiphar dominum Ioseph fuisse eunuchum, quomodo igitur habe-
bat vxorem? Respondent quidam, regios ministros nonnũquam eunuchos vocari, vt Esaiæ tricesimonono.
Dicunt alij duo esse eunuchorum genera. Vnum cui execta sunt tantum oua (sic enim vocant Hebræi testes) &
hi adhuc capiuntur amore mulierum, poteruntque abuti illis, nec adimit illis exectio coëundi facultatem, sal-
tem in multis, tametsi sint infœcundi. Talis eunuchus fuit Phutiphar, qui vxorem habuit. Aliud eunuchorum D
genus est, cui & neruus ipse, hoc est, genitale membrum, in totum exectus est, & hi nullam penitus habent congre-
diendi facultatem. *Iratus est ualde, tradiditq; Ioseph in carcerẽ, ubi uincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.* CHRY-
SOSTOMVS. Vide magnam dei misericordiam erga iustum illum. Nam siquidem non credebat, non oporte-
bat eum in carcerem coniicere, sin credebat verum esse quod Aegyptia dixerat, tunc neq; carcere dignus erat, sed
plecti capite, & extremam pœnam pati debebat. Verum quando suum auxilium dextera superna ostendit, omnia
leuia, & facilia fiunt, & feroces mansuescunt. Tunc autem & superna gratia vberior nobis assistit, quãdo post prę-
uenientis dei donum, nostram & nos declarauerimus virtutem. Nam hic quoniã multum certauit, propterea etiã
magnas retributiones consequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, & sileter fert omnia. Sci-
tis enim ij qui non sunt sibi conscij malitię, quando sicut rei condemnantur, quanta vtantur sæpe fiducia & dicędi
libertate, superbientes & inflati, & insurgentes contra eos qui insontibus crimen intentant. Verum ille non sic, sed E
silet, & omnia mansuete fert, & sustinet cum magna patientia voluntatem domini, omniũ subinde virtutum exẽ
plar factus. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Huius igitur iniurię auctor mulier est. Sed
mulier Aegyptiorum, quæ procaces cum viris solita miscere sermones, lacessere verecundos, refugientes insequi,
pudentes perurgere, cum vitia sua non posset defendere, innoxius criminabatur, perfidiam misces perfidiæ, aliena
tenẽs, & alios ipsa condemnans, modum nullum ponens furori. Quæ enim causa crudelitatis, nisi quod cupidita-
tibus suis obsisti videbat, & desideria sua vetita assensione fraudari? En propter quod aperiatur carcer, vt susciṕiat
innocentes, soluantur catenæ reis, vt imponantur fidelibus, dimittantur veritatis adulteri, vt includatur qui fidei
adulterium recusauit. CAIETANVS. Iratus est valde, Iuxta Hebræum habetur, Et iratus est furor eius. Ad
significandum commotionem animi tantam, vt furor vindictam exercuerit. AVCTOR CAT. Traditiq; Psal.104.
Ioseph in carcerem. Vbi etiam iuxta psalmistam, Humiliauerũt in compedibus pedes eius, & ferrum pertrãsiit ani
mam eius, donec veniret verbum eius. Hic igitur nimium creditur mulieri. Non auditur seruus, cui cõtra vxorem F
quoque creditum non fuisset. Humiliatur ergo castus adolescens, vt exaltetur, captiuatur, vt regnet, patitur, vt glo
rificetur, propter iustitiam, dei timorem, castitatem, & fidelitatem, qui cum succurrere sibi non posset, dominum
adiutorem experitur. Ad tempus quidem iustitia periclitatur, sed clarior potentiorque emergit, triumphatque.
Interim tamen dominus heri illius continet furibundam manum, ne ad serui cędem festinet, includi patitur, cum
iam mortis reus ageretur criminationibus. *Fuit autem dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in cõ-
spectu principis carceris.* CHRYSOSTOMVS. Quid est misertus est eius? Ad miserationem inflectebat, & mi
re erga illum benevolentiam suam declarari curabat. Vere enim nihil beatius eo, qui dei gratiam habet. AM-
BROSIVS. Quàm beatum ergo dixerim eum cum in carcerem mitteretur, quia subibat pro castitate marty-
rium. Bonum enim munus pudicitia, sed minoris meriti, cum periculum abest, vbi verò etiam salutis periculo de-
fenditur, ibi plenius coronatur. Inaudita causa, inexplorata fide veri, tanquam reus criminis, in carcerem Ioseph

 mittitur

Universidad de Deusto Biblioteca

mittitur,ſed eum dominus nec in carcere deſerebat.Non turbentur innocentes,cum falſis criminibus appetũtur, G
cum oppreſſa iuſtitia traduntur in carcerem.Viſitat deus & in carcere ſuos,& ideo eſt ibi plus periculi. Sed quid
mirum,ſi viſitat deus in carcere poſitos,qui ſe ipſum in ſuis in carcere incluſum eſſe memorauit, ſicut habes ſcri-
Matth.25. ptum.In carcere eram,& non veniſtis ad me? CAIETANVS. Quid eſt,Fuit domin⁹ cum Ioſeph?Niſi quod
foris omnium bonorum non dereliquit eum in hac afflictione?quæ ſecundum rei veritatem erat diuinitus ordi-
nata ad exaltationem ipſius,ſed quod durante ipſa afflictione cõſolatus eſt eum.Et quid eſt,dedit ei gratiam in cõ
ſpectu principis carceris?Reddidit eum gratioſum apud principẽ domus carceris.Ille enim denominatur gratio-
ſus apud aliquem,qui acceptus eſt illi,cui libẽter conferuntur beneficia. AVCTOR CATE. Sic gratiam in
oculis vel cõſpectu alicuius habere,eſt frui alicuius fauoribus.Vnius ergo principis perdita gratia, alterius Ioſeph
clementiam inuenit,dexteritas in agendis,fauorem conciliat,cui dominus deus adiutor,quis iſtum diſperdet?
AMBROSIVS. Sed quò non penetrat diuina miſericordia?Inuenit Ioſeph huiuſmodi gratiam, vt qui fuerat
clauſus in carcere,ipſe potius carceris clauſtra ſeruaret,cederet munere clauicularius,incluſos omnes in poteſtatẽ H
eius committeret.Itaq; Ioſeph non ſolum carcerem non ſentiebat,ſed etiam alios quoq; carceris leuabat ærumna.
Vnde & de eo ſequitur, *Qui tradidit in manu illius uniuerſos uinctos qui in cuſtodia tenebantur, & quicquid fiebat, ſub ipſo erat.*
CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo cuſtos carceris aliquid honoris ei defert,& auctoritatem ei permittit,
& omnes qui in carcere erant,eſſe iubet ſub poteſtate eius. RVPERTVS. Et quidem bene & cum ſapientiæ
Sap.10. digna laude de illo iuſto dictum eſt,Hæc venditum iuſtum non dereliquit,ſed à peccatoribus liberauit eum,deſcẽ
ditq; cum illo in foueam,& in vinculis non dereliquit eum.Quia prẹiudicium paſſus eſt,non habens adiuuantem
hominem,qui pro eo cauſam diceret,vel cuius fiducia ſeruus ſolitarius iudicium poſtularet. Recte & ille dixerit,
factus ſum ſicut homo,vel certe ſum homo ſine adiutorio.Quia verò ſapientia cum illo deſcẽderat in foueam, id
eſt,in ciſternam,quo fratres eius ſummiſerunt eum,& in vinculis,id eſt,in carcere Aegyptij non dereliquit eum,
recte nihilominus idem dixerit,nõ quidem inter mortuos liber,ſed inter vinctos regis liber.Nam liberal ianimo I
traditus in carcerem,vbi vincti regis cuſtodiebantur,& ibi clauſus,proſequente ſapientia,gratiam inuenit in con
ſpectu principis carceris,qui & tradidit in manu eius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur, & quicquid
fiebat,ſub ipſo erat. AVCTOR CAT. Et quicquid fiebat,ſub ipſo erat.Idem fere & Hebraica,ſub aliis tamẽ
verbis וְאֵת כָּל אֲשֶׁר עֹשִׂים שָׁם הוּא הָיָה עֹשֶׂה veeth col aſer oſim ſam hu haia oſe,Et omnia quę fiebant ibi,ipſe erat fa
ciens,ſiue ipſe faciebat.Ita Chaldaica & Septuaginta.Et tale eſt ac ſi diceret,Quicquid ipſe iubebat fieri,hoc vincti
faciebant.Summam ergo totius carceris Ioſeph traditam poteſtatem declarat latius. RVPERTVS. Et for-
taſſis quia vinctis vniuerſis ſub manu eius traditis,nullius perſonam accipiebat,ſed eadem ſedulitate cunctis mi-
niſtrabat,ideo dictum eſt, *Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis.* Nam ſi perſonã acciperet, aliquid nouiſſet. AV-
CTOR CATE. Variant aliquantulum Hebraica in litera dũtaxat,ſic enim eſt ibi אֵין שַׂר בֵּית הַסֹּהַר רֹאֶה אֶת כָּל
מְאוּמָה בְּיָדוֹ En ſar beth haſſoar roe eth col meúma biiado, Nec princeps domus carceris videbat quicquam in ma
nu ſua,hoc eſt,ex iis quæ erãt in poteſtate Ioſeph nihil curabat.Chaldaica autem,Nullum delictum videbat prin- K
ceps carceris in manu ei⁹. Apud Septuaginta etiam, οὐκ ἦν ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ τοῦ δεσμωτηρίου γινώσκων δι' αὐτὸν οὐδέν.
Et nõ erat princeps carceris ſciens per ſe aliquid.Nihil ergo circa vinctos quid ageretur ſciebat vel inquirebat car
ceris princeps,ſola fretus fidelitate Ioſeph,cui omnia pleniſſime commiſerat.Deinde,ſubdit Moyſes vnde hęc illi
prouenerint,rationem. *Dominus etiam*(inquit)*erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.* CAIETANVS. Eadem
repetit de Ioſeph in carcere,quæ dicta ſunt de eo in domo heri ſui.Repetũtur ambo,tum quod fons omnium bo
norum erat cum Ioſeph in internis animi bonis,tum quod idem omnium bonorum fons proſperitatem largieba
tur omnibus quæ faciebat Ioſeph. AVCTOR CAT. Sic ad imperium natus eſt vir ille,vt quocunq; diuer
tiſſet,vbiq; regnaret,inter fratres,in domo principis,nunc quoq; in carcere magiſtratum gerit,equidem diligẽter
& ſtrennue,ſummaq; fide,captiuis ſic omnia ſuppeditando neceſſaria,vt etiã non ferre illos poſſet vel triſtiori vul
tu euigilantes.Gratiæ diuinæ hęreditatem fuerat aſſequutus,& vere patriarcharum filius,ideo eiuſdem prouidẽtia
proficiebat in omnibus.Sic neminem lædere poteſt,vel totus mundus,qui ſeipſum non læſerit,cui deus per gratiã
aſtiterit,& veræ fidei donum pręſtiterit. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo comitabatur eum perpetuo L
ſuperna gratia,& omnia quæ faciebat,erãt plena gratia.Hoc & nos ſtudeamus,vt nobiſcum ſemper habeamus do
minum,vt quæ à nobis fiunt,ab illo proſperentur.Nam qui illius gratiam aſſequitur,& in mediis vinculis exiſtẽs,
ridebit,ac nihili putabit omnia,domino omniũ faciente,& diſponente cuncta,vt proſpere ſuccedãt omnia.Quo-
modo autem poterimus nobiſcum habere dominum,ita vt ab ipſo ſecũdẽtur omnia?ſi ſobrij noſmetipſos atten-
derimus,& vigilantes fuerimus,& imitabimur iuuenis illius continentiam,aliaſque virtutes, ac fortem ſpiritum,
videbimuſque quod ſic oporteat omnia diligenter fieri , ne forte à domino condemnemur . Neque enim poſſi-
bile eſt,vt occultetur aliquid ab oculo illo,qui dormitare nequit.Verũ neceſſe omnino eſt , vt is qui peccat, ſup-
pliciis obnoxius fiat.

Myſticà. RVPERTVS. Verum hic illius quoque propria dicamus , cuius illa prophetica conqueſtio , Factus ſum
Pſalm.87. ſicut homo inter mortuos liber . His autem auditis Pilatus quæ ſupra diximus & nimium verbis adulteræ ſyna- M
gogæ credulus , tradidit dominum Ieſum in mortem,innocentem ad pœnam nocentum, ferrumq; pertranſiit a-
nimam eius,nec ſolam animam,ſed & carnem eius,manus enim & pedes eius clauis confixi ſunt,& lancea perfo
ratum eſt latus eius.Verum illi qui propter peccata noſtra deſcendit in carcerem mortis , ſcimus quia deus pater
Ioan.1. gratiam dedit.Lex enim (inquit Ioannes) per Moyſen data eſt,gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt . Illi
(inquam) deus pater gratiam dedit in conſpectu principis carceris,id eſt,in cõſpectu ſuo,qui ſolus habet poteſta-
tem vitæ & mortis. INTERLINEARIS. Et ſine cuius nutu nec puniuntur mali,nec coronantur boni.
RVPERTVS. Etenim ſecundum hiſtoriæ veritatem,alius quidem homo fuerit Pharao ſedẽs in loco regni,&
alius qui erat ſub illo princeps carceris,nam ſecundum hunc ſpiritualem ſenſum,vnus idemq; & altiſſimi ſolij rex
& inferni princeps carceris eſt.Dici quidem poteſt diabolus princeps carceris,quoniam dicitur & princeps mũdi,
at non

A at non taliter princeps eſt carceris,vt à carcerali pœna aut vinculis ſit liber,quemadmodum ille cuius gratiam Io
ſeph innocens habuit,ſed ſic eſt princeps carceris,vel præpoſitus mortis,vt principalem accipiat ſententiam dam
nationis.Igitur in conſpectu principis carceris,id eſt,in cõſpectu ſuo deus pater homini Ieſu Chriſto gratiam dẹ-
dit.Nam idcirco in carcerem eũdem præcepto patris ille deſcendit,vt gratiã inueniret,& miſericordiam oppor-
tunam captiuis impetraret,diceretq; iuxta prophetam iis qui vincti erant,Exite,& his qui in tenebris,reuelamini. Eſa.49.
Vnde & protinus ſubditur,Qui tradidit in manu ipſius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebãtur , & quicquid
fiebat,ſub ipſo erat.Hoc nempe eſt quod antequã traderetur,ipſe dixit,Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia tra Ioan.12.
ham ad me ipſum.Omnia (inquam) ſcilicet cœleſtia,terreſtria,& inferna,vt iuxta apoſtolum , In nomine Ieſu o-
mne genu flectatur,cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Prius autem infernorũ,deinde cœleſtium, & poſthæc Philip.2.
terreſtrium. Prius enim ad inferna deſcẽdit,& mortuis vitam,vinctis ſolutionem reddidit,deinde cœlos aſcẽdit,
adorandus ab omnibus qui iam erant in cœlo hominum ſpiritibus & angelis ſanctis, & poſt hæc prædicatum eſt
nomen eius gentibus,vt adorarent eum omnes reges,& omnes gentes ſeruirẽt ei.Conſtat igitur quia tradidit prin
B ceps carceris vniuerſos vinctos in manu eius. AMBROSIVS. Quem ergo carcer nõ terruit,non inferna te-
nuerunt.Quin etiam quo veluti puniendus deſcenderat,inde alios liberauit,vbi ipſi ſtringebantur mortis vincu-
lis,ibi laxauit ipſe vincula mortuorum. RVPERTVS. At prĩceps carceris,id eſt,deus pater,nõ nouit aliquid
cunctis ei traditis,id eſt,omni iudicio ſibi dato,nullius perſonam accipit,eo quod in æquitate iudicans,& cum iu-
ſtitia,reddit vnicuiq; ſecundum opera ſua. AVCTOR CATENAE. Neque enim pater(inquit) ille iudicat Ioan.5.
quẽquam,ſed omne iudicium dedit filio. EVSEBIVS. Mittitur ergo Ioſeph in carcerem,Chriſtus in ſepul
chrum.Ioſeph cuſtos eorum qui carceri traditi fuerant,Chriſtus viuorum & mortuorum.

C IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVM ARGVMENTVM.

Somnium pincernæ & piſtoris Ioſeph exponit.

CAPVT XL.

Lectio pri. H*Is itaque geſtis accidit ut peccarent duo Eunuchi, pincerna regis Aegypti, & piſtor domino ſuo. Iratuſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militũ,in quo erat uinctus & Ioſeph.At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph,qui & miniſtrabat eis.*

D CHRYSOSTOMVS. Vidiſti ſupra, quomodo in ipſis afflictionibus exiſtens Io- I
ſeph,aduerſitatem ne ſenſerit quidem,ſed omnipotens ſapientia dei,omnia aſpera vertebat
iniucunda?Et ſicut,licet quis margaritam in luto conculcet,nihilominus illius demonſtrat pulchritudinem,ſic &
virtus quocunq; eam proieceris,ſuam declarat virtutem,etiam in ſeruitute, etiam in carcere, etiam in afflictione,
etiam in proſperitate.Quia & in carcere illi conciliauit præfectum carceris,& ſuper omnes qui ibi erant,poteſta-
tem conceſſit.Videamus & hic quæ in carcere ei acciderint,& quomodo vim gratiæ ſibi conceſſæ manifeſtarit.
His itaq; geſtis (inquit) Qualibus?quæ narrauit,poſt factam calumniam,poſtquam condemnatus eſt in carcerem,
& non hoc ſolum,ſed & poſtquam ſignificatum eſt nobis quod dominus cum eo fuerit,& quod præfectus carce-
ris omnia quæ ibi erãt commiſerit,vt per illum adminiſtrarentur. *Accidit ut peccarẽt duo eunuchi,pincerna regis Ae-*
E *gypti, & piſtor domino ſuo.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Vbi nos poſui
mus principem vinariorum,in Hebræo ſcriptum habet מַשְׁקֵה maſke illud verbum,quod in nomine ſerui Abra-
ham dudum legimus,quem nos poſſumus more vulgi vocare pincernam.Nec vile putetur officium,cum apud re
ges barbarosvſq; hodie maximæ dignitatis ſit,regi poculum porrexiſſe. CAIETANVS. Tranſpoſuit inter-
pres hæc duo verba,duo Eunuchi,quæ non hic,ſed inferius habentur in Hebræo,ibi videlicet,Iratuſq; Pharao cõ
tra duos eunuchos.Intelligo autem non eunuchos ſecundum rem,ſed ſecundum nomen officij.Suſpicor ſiquidẽ
domeſticos miniſtros regios,nominari eunuchos,ea forte ratione,quod prioribus temporibus fuerant vere eunu
chi,& inde nomen tantum relictum fuiſſe.Deſunt autem duæ dictiones,regi Aegypti . Appoſitiue legendum eſt,
alter nominatus eſt pincerna regis Aegypti,quia officium eius immediate iũgebatur regi.Alter nominatur piſtor
domino ſuo regi Aegypti,quia officij eius exercitatio non contingebat regem abſque medio,ipſius enim non erat
porrigere panem regi,ſed operam dare vt fieret panis pro rege,& propterea tanquam remotior miniſter deſcribi-
F tur. AVCTOR CATE. Duo igitur eunuchi in cotextu Hebraico non habentur,ſed nec in Chaldaica. Etiã
apud Septuaginta tacẽtur eunuchi hoc loco,& dicitur, ἀρχιοινοχόος καὶ ἀρχισιτοποιός,id eſt,pincernarum princeps,
aut princeps vinariorum,vt habebat antiqua æditio Latinorum,ac piſtoribus pręfectus.Quod autem dicit Hiero-
nymus eodem nomine hic appellari pincernam,quo ſuperius ſeruus Abraham,miramur,aliter enim eſſe videtur.
Ille nanq; vocatus eſt מֶשֶׁק meſek,at is מַשְׁקֵה maſke,Et alterum quidem nomen proprium eſt,alterum participiũ,
à שָׁקָה ſaka,hoc eſt,potum dare,propinare.Credimus autem ex codicibus varietatem hãc accidiſſe,vt alia eiuſmo
di deprehendimus.Pincerna ergo & piſtor regis peccauerunt domino ſuo,ſcilicet Pharaoni regi Aegypti.Super-
uacaneum autem fuerit cum Iudæis diuinare genera peccatorum,quibus pincernarum præfectus & regius piſtor
iram regis inciderãt,muſca ſcilicet in potu, & lapillus in pane repertus.Digna ſane reſpõſio ad illos, qui ſuperſti-
tioſius requirunt quæ ſpirituſſanctus inutilia ſcitu obmiſit,quaſi non facile periclitentur qui potentibus famulan-
tur. *Iratuſq; contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat*

 uinctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinctus & Ioseph. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et iratus est Pharao super duos eunuchos suos, su G
per principem pincernarum, & super principem pistorum. Quos ergo prius dixerat Moyses pincernam & pistorẽ,
eosdem appellat eunuchos, alterum principem pincernarum, alterum principem pistorum. Et misit eos in carcerẽ
principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. Iuxta Hebræum est, Et dedit eos in custodia domus principis oc
cisorum ad domum carceris, locum quo Ioseph vinctus ibi. Dicẽdo in custodia, aperit, carcerem custodiæ potius
quàm afflictionis significari. Dicendo principis occisorũ (nisi multi fuerint principes occisorum) significatur Phu
riphar, qui erat herus Ioseph, ita quod sub eius officio constitutus erat carcer ille regius. Nec iam intelligo vinctũ
Ioseph, hoc est, vinculis ligatum ferreis, aut alterius materiæ, sed vinculis duntaxat carceris, iam enim dictum est.
quod Ioseph commissa erat cura aliorũ detentorum in carcere. AVCTOR CATE. Iratusq; contra eos Pha
rao. Hebraicè est וַיִּקְצֹף פַּרְעֹה עַל שְׁנֵי סָרִיסָיו vaikzoph paro al sene sarisaf, Et iratº est Pharao cõtra duos eunuchos,
vel ministros suos. Eadem enim est dictio סָרִס saris, de qua in præcedenti capite satis dictum. Sic & Septuaginta.
At Chaldaica, contra duos principes suos legit. Nec non & quæ sequuntur (iuxta Hebraicam literam) longiori- H
bus explicat verbis. Contra principem pincernarum, & cõtra principem pistorum, & posuit in custodia in domo
magistri militum, in domo vinctorum, vbi Ioseph erat vinctus. Sic & Septuaginta. Et quia repetitur etiam dictio
טַבָּחִים tabbahim, de qua supra multa diximus, illuc prudentem remittimus lectorem, ne toties eadẽ suffarciamus.
Discimus ergo germanum significatum dictionis saris, quod translator perpetuo eunuchum reddidit, nihil com-
munius signare, quàm quemcunq; officiarium regium sub se quosdam habẽtes subiectos. Seruientibus etiam deo
omnia seruire, aliorum etiam peccata, beneficia, fortunas, infortunia, omnia sanctis cooperari in bonum. AM-
BROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. De istis spadonibus quid dicam? qui exemplum debent es
se spadonibus cæteris, quod status eorum fragilis ac tenuis, & in voluntate regia spes omnis, quibus leuis offensa
summum periculum sit, secundæ autem res vile ministerium. Gloriabatur alter, quod esset vini præpositus, vterq;
offendit, missiq; in carcerem, & commendati sancto Ioseph ab ipso carceris clauiculario, nam dicitur, *At custos car* I
ceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. CHRYSOSTOMVS. Neq; enim vt vincto vsus est illo, sed vt cu
rarum participe, imò vt eo, qui ibi detentorum curas bene consolari queat. AVCTOR CATE. Hebraica li
tera est huiusmodi וַיִּפְקֹד שַׂר הַטַּבָּחִים אֶת יוֹסֵף אִתָּם וַיְשָׁרְתֵם אֹתָם vaiphkod sar hatabbahim eth Ioseph itam vaisareth
otham, Et præfectum fecit, seu constituit princeps militum Ioseph cum eis, & ministrabat eis, id est, præposuit Io
seph eis in custodia. Alij, Et commendauit præfectus iugulatorum Ioseph eos, & ministrauit eis, verterũt. Septua-
ginta, καὶ συνέστησεν ὁ ἀρχιδεσμώτης τῷ Ἰωσὴφ αὐτούς, καὶ παρέσῃ αὐτοῖς, Et cõmendauit princeps carceris Ioseph ipsos
& astitit eis. Chaldaica, Et posuit princeps militum cum eis Ioseph, & ministrabat eis. Quomodocunq; igitur di-
catur, seruiebat illis Ioseph in necessariis, & præter id, consolabatur eorum mentes, erigebat eorum animos, & nõ
permittebat absorberi tristitia. Quod si carceris custos fuit dominus eius, qui & magister militum, apparet non sa
tis firmiter vxori credidisse, qui tanta indulgẽtia Ioseph tractauit, vt in carcere quoq;, ampla scilicet domo, in qua
custodiebantur captiui, studium ipsius & fidem magnifecerit. An coniicere possumus alium fuisse principem car- K
ceris, & alium carceris custodẽ, huncq; esse & non dominum, in cuius cõspectu Ioseph gratiam inuenerit? RV-
PERTVS. Manifestis immorandum non est. Veruntamen ab eis, qui iudicia dei scrutari, & reprehendere au-
Exod.33. dent, verbi gratia dicentis ad Moysen, Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, & dicũt, er-
go cui vult miseretur, & quem vult indurat, quærendum est in hac lectione, an Pharaonem hic reprehendere ve-
lint? Quid enim? Accidit (inquit) vt peccarent duo eunuchi domino suo. Ambo peccauerũt ei, ambobus iratus est,
ambos in carcerem misit. Exinde recordatus amborum, alterum ex ipsis pristinum in gradum restituit, alterũ in
patibulum suspendit. Ecce & hic misertus est cui voluit, & clemens fuit in quem sibi placuit. Poterat devtroq; sup
plicium sumere, quoniam vterq; peccauerat, poterat vtriq; donare, quoniam sibi vterq; peccauerat. Hoc nanq; iu-
dici iustitia concedit, vt factam sibi iniuriam, donet cui velit, & hæc donatio non solum non reprehensibilis, ve-
Roma.13. rumetiam laudabilis est. Cæterum in causa vel accusatione aliena, non eandem tribulantibus licentiam permittit L
ordo iudicij, vel suscepta cura ministerij. Nõ enim sine causa (inquit apostolus) gladium portat. Quid autem in ip-
sum Pharaonem vterq; peccauerit, scriptura patenter expressit. Cum enim dixisset, Accidit vt peccarent duo eunu
chi, pincerna regis & pistor, addidit, domino suo. Communem ergo iram, vel communem vtriq; poterat exhibere
clementiam, verum hoc vel illud pro potestate facere noluit, sed medium tenens, in alterum iram, in alterũ quidẽ
Psal.98. clementiam ostendit. An hoc in illo quisq; reprehendit? Non vtiq; cum firmamento rationis. Nam sicut clemẽtia
honor est principis, sic & honor regis iudicium diligit. Etenim vbi totum punitur, regia seueritas crudelitate pol-
luitur, vbi verò totum remittitur, facies maiestatis sine metu disciplinæ contemnitur. Quis porro nescíat mũdum
vniuersum, totam humani generis massam, sic esse vel fuisse in manu dei tanquam duos reos, vel duos vinctos in
manu regis aut iudicis? Etenim ex quo pater omnium protoplastus Adam peccauit, vniuersi secundum illum rei,
omnes propter illum fuimus vincti. Ergo duo sunt rei, sed vnus assumitur, & alter relinquitur. Siquidem hãc vni-
Matth.24. uersitatis diuisionem triformiter propter tresvinctorum ordines dominus insinuat, cum dicit, Duo in agro, vnus
Luc.17. assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes invnum, vna assumetur & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assu M
Roma.9. metur, & vnus relinquetur. Tu ergo ô homo quis es, vt respõdeas deo, cum Pharaoni respõdere nõ possis? Quoniã
omnes rei, & omnes sunt vincti, an nõ habet potestatẽ deus cõtra quem reatº admissus est, saltem æque vt Pharao,
vni donare, ab alio pœnã exigere? Imò quoniã homo q per gratiã ad gloriã imaginis & similitudinis dei factº fue
Roma.9. rat, per vitiũ suũ factus est lutũ. An nõ habet (inquit apostolº) potestatẽ figulº facere de eodẽ luto, aliud quidẽ vas in
honorẽ, aliud in cõtumeliã? Nõ enim dixit, An nõ habet aurifex, siue argẽtarius potestatẽ facere de eodẽ auro, siue
de eodẽ argẽto, aliud vas in honorẽ, aliud in cõtumeliã, cp indignũ posset iudicari, sed à figulo luti, argumẽtũ simi
litudinis cõpetẽter edixit. Figulus nãq; luti, nihil luto adimit, faciẽdo de illo vas in cõtumeliã, cũ ipsũ lutũ cõtume
Isa.64. liosũ sit, multũ aũt illi cõfert, dũ ex eo vas in honorẽ facit. Et nũc domine (inqt propheta) pater noster es tu, & nos
lutũ, & fictor noster, & opera manuũ tuarũ oẽs nos. Lutũ sumº, nõ solũ quia de luto facti sumº, cp ad querelã nostrã
nõ pertinet, verũetiã quia cum argẽtea ratione, vel aurea plastæ nostri similitudine splẽdescere debuimº, patre no
stro pec-

A stro peccante, omnes cum illo in lutum recidimus, & mortales facti sumus. Quod vtrunque vir sanctus dolens, Iob.30.
Comparatus sum (inquit) luto, & assimilatus sum fauillę & cineri. Obstruitur itaq; omne os, nihil enim deus adi-
mit eis, quos esse vasa contumeliæ permittit, quia suo sunt vitio lutum facti, facit autem gratis, quod non debuit,
cum aliqua ex eis format vasa honoris.

ISIDORVS. Spiritaliter autem inuenit Ioseph duos eunuchos de domo regis in carcere vinctos, duorũ Mystice.
populorum credentium vel incredulorum figuram gestantes, qui concluſi sub peccato Adæ, transgressioni obno-
xij tenebantur. Hi ergo siue pro originali peccato, seu pro delictis propriis, quia omnes debitores sunt deo, & nul-
lus exceptus est, qui non illius (iuxta apostoli dictum) indigeat gratia, Omnes enim peccauerunt, ob quod etiam o-
mnes sancti conditione obnoxij fuerunt debito mortis, hoc ipsum apostolo prædicãte, cum dicit, Regnauit mors
ab Adam vsq; ad Moysen, etiã in eos qui non peccauerũt, in similitudinem pręuaricationis Adæ. Qui ideo vterq;
populus eunuchi dicuntur, vel intelliguntur, quia castam acceperant regulã disciplinæ. Eloquia enim domini (in-
B quit) eloquia casta. INTERLINEARIS. Quia ergo peccauerunt duo populi originaliter & actualiter, ideo
in infernum quasi in carcerem retrusi, gentilis videlicet, qui mustum dilectionis propinauit dilecto, & Iudęus, qui
apud Hieremiã lignum mittit in panem vitæ. Hos autem carceris custos tradidit Ioseph, cum duos populos deus
pater cuius nutu omnia fiunt, Christo domino tradidit erudiendos, quibus etiam ille ministrauit, cum eos verba
salutis edocuit. AVCTOR CATE. Dicimus enim (ait apostolus) Christum Iesum ministrum fuisse circun Roma.11.
cisionis propter veritatem dei ad confirmãdas promissiones patrum. Et idem dominus, Non enim veni ministra Matth.20.
ri, sed ministrare. PROSPER. Neq; illud à sacramento dominicæ passionis esse æstimo alienum, quod duo
Pharaonis spadones cum eo in illa passione detrusi sunt, vt trium crucifixorum quodãmodo numerus supplere-
tur. E quibus noster Ioseph Christus, reuelãdo mysteria, vnum puniret per debitum supplicium, alterum per inde-
bitam gratiam liberaret. Hæ sacratæ actiones tũc in rebus actæ sunt figuratis, vt nobis reuelãda omnia seruarẽtur.

C

Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Viderunt́que ambo somnium nocte una, 2
iuxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & uidisset eos tristes,
sciscitatus est eos dicens, Cur tristior est hodie solito facies uestra? Qui responderunt, somnium ui-
dimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph, Nunquid non dei est interpretatio? Refer-
te mihi quid uideritis.

Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Viderunt́q; ambo somnium nocte una, iuxta interpretationem con 2
gruam sibi. INTERLINEARIS. Non pro meritis suis vident somniũ, sed vt Ioseph qui latebat, manifesta-
retur & magnificaretur. AVCTOR CATE. Summat hoc in loco extensum sermonem interpres. Sic enim
D est in Hebraico & Chaldaico codice. Et fuerunt aliquibus diebus in custodia. Somniauerunt autem somnium am
bo, vnusquisq; somniũ suum in nocte vna, singuli iuxta interpretationem somnij sui, pincerna videlicet, & pistor
regis Aegypti, qui vincti erant in domo carceris. Apud Septuaginta hanc eandem reperies sententiam, sed confu-
sam satis. Vterq; autem secundum interpretationem congruam sibi vidit somnium, vult dicere, Quisq; somnium
vidit de suo negocio & successu, iuxta exigentiam propriæ causæ, pro quibus solicitabantur. Solicitudo enim causa
est somniorum. Vel secundum interpretationem congruam sibi viderunt somnium, id est, secũdum quod Ioseph
illis exposuit, ita euenit. Demum secundum interpretationem congruam sibi, hoc est, quisq; habuit somnium, indi
cans quid sibi in posterum esset euenturum. Friuola quidem res somnium est, sed deus magna quãdoq; per ipsum
agit. Spiritus autem fidei discernet quid cuiq; visioni credere debeamus. Impium siquidem est, somnia curare illa,
quæ nos ad aliqua dicenda vel agenda, aut etiam assueranda assumimus contra dei verbum. Alioqui sunt, qui sa-
tis clare præsentiũt sibi vel bona vel mala futura, de quibus loqui & coniectare possunt. Ideoq; visis huiusmodi som
E niis, orandus est dominus, vt bene cedat visio, non ad diuinos, ariolos vel cõiectores currẽdum. *Ad quos cum introis*
set Ioseph mane, & uidisset eos tristes, sciscitatus est eos dicẽs, cur tristior est hodie solito facies uestra? CHRYSOSTOMVS.
Beatus ille, cui curæ erat quomodo consolarentur illi, vt vidit eos ob visionem insomniorum turbari, & mente cõ
fundi, dicit, Cur facies vestræ hodie tam obnubilæ & mœstæ? Ostendebant enim facies eorum intus latentem tur- Prou.15.
bationem, propterea & sapiens quidam dicebat, Corde lætante exhilaratur facies, in tristitia autem existente, mœ
ret. Igitur quia vidit eos tristitia affectos propter insomniorum visionem, causam discere volens, rogauit. Vide
quomodo & in carcere existens, suam declarauerit virtutem, & aliorum mœrores alieuiare studuerit. CAIE-
TANVS. Scisitatus est eos, & cætera. Iuxta Hebræum est, Et interrogauit eunuchos Pharaonis qui erant cum
eo in custodia domus domini sui. Hæc idcirco retuli, quia in vltimis verbis clare dicitur quod domus illa carce-
ris, erat domus heri Ioseph. Et hinc habetur quod herus Ioseph erat princeps non laniorum, sed ministrorum iu-
F stitiæ in criminalibus. Huiusmodi enim officio quadrat domus carceris. AVCTOR CATENAE. Et hic
etiam verba multa abbreuiat interpres, quæ in Chaldaico codice iuxta Hebraicam veritatem sunt huiusmodi. Ve-
nitq; ad eos Ioseph mane, & vidit eos, & ecce erant tristes. Et interrogauit principes Pharaonis qui secum erant
in custodia in domo domini sui, dicens, Quare facies vestræ tristes sunt hodie? Septuaginta autem Hebraicam
æditionem סָרִיסֵי seriſe, cuius loco Chaldaica principes habet, eunuchos vertit. Introitus Ioseph ad vinctos,
indicat, domum illam amplam fuisse, clausuras plurimas complectentem, vbi vnus vinctus alteri seruire & col-
loqui poterat, ibi illos Ioseph visitabat, consolabatur, ministrabat. Facie autem deiecti & animo videbantur, cre-
dentes somnia pertinere ad suas cuiusque causas, quæ scire magnopere cupiebant. Diligentia autem & charitas pij
custodis indicatur, qui tam sedulo aderat cõsolator miseris ipse miser, sed domino gratiosus. CHRYSOSTO-
MVS. Quid igitur illi? *Responderunt, somnium uidimus, & non est qui interpretetur nobis.* Ignorabant sapientiam
eius cum quo loquebantur, sed quasi vulgarem aliquem existimabant, & propterea somnium ei non dicunt, sed
tantum quod viderint, & inquiunt, Nullus est qui diiudicet illud. Verum admirabilis ille *Dixit ad eos, Nũquid nõ*

dei est interpretatio?Referte mihi quid uideritis. Non à me promitto vobis aliquid me dicturum,deus est qui reuelat. G
Narrate igitur mihi.Vide intelligentiam,& humilitatis excellentiam,non dixit,Ego vobis diiudico,ego vobis dico somniorum euentum.Sed quid?Deus enim est solus,qui talia reuelat. CAIETANVS. Diuino igitur dono attribuit interpretationem,ad insinuandum quod deus iustus distributor donorum internorum largitur gratiam interpretandi,non minus iis qui in carcere aut aliis afflictionibus detinentur,quàm exemptis ab afflictionibus & liberis,vt sic intelligeret in ipso esse huiusmodi diuinum donum. AVCTOR CATE. Nunquid nõ dei est interpretatio?Si cui (inquit) deus reuelauerit,is poterit interpretari somnia,id autem contigit deo familiaribus & amicis.Ideoq; vt cognoscatis me colere & venerari verum deum,qui omnia potest,narrate mihi, & proponite quæ inter somniandum videritis.

Mysticè. IDEM. Mysticè autem,aliquantulum temporis fluxerat,& illi in custodia tenebantur. Et si enim longum tempus fuit,quo tenti sunt duo populi in carcere inferni,à peccato scilicet Adam vsque ad mortem Christi, tamẽ
aliquantulum dicitur respectu æternitatis. INTERLINEARIS. Vel hoc dicitur,quia Iudæi sub lege, gen H
tiles autem sub tutoribus & actoribus vsque ad præfinitum tempus à patre fuerunt. AVCTOR CAT. Introitꝰ autem Ioseph ad vinctos mane,tẽpus gratiæ significat,quo Christus venit in carnem. INTERLINEARIS. Sed & visio somnij sine interpretante,id indicat,quod clausa fuit prophetia,donec venit Christus,qui aperuit librum,& soluit signacula eius. AVCTOR CAT. Nunquid non dei est interpretatio?Hoc est quod filius totum patri attribuit,à quo habet totum,etiam quod est,iuxta illud Ioan.quinto.Non potest filius à se quicquam facere,nisi quod viderit patrem facientem.

3 *NArrauit prior præpositus pincernarum somnium suum.Videbam coram me uitem,in qua erãt tres propagines,crescere paulatim in gemmas,& post flores uuas maturescere, calicemque Pharaonis in manu mea.Tuli ergo uuas,& expressi in calice quem tenebam,& tradidi poculum Pharaoni.* I

3 *Narrauit prior præpositus pincernarũ somnium suum.* AVCTOR CATENAE. Abundat dictio prior,est enim in Hebræo.Et narrauit præpositus pincernarum.Animæquiores facti somniatores verbis Ioseph, vnusquisque refert somnium & primus quidem pincernarum præfectus. *Videbam corã me* (inquit)*uitem,in qua erant tres propagines, crescere paulatĩ in gẽmas,& post flores uuas maturescere,calicẽq; Pharaonis in manu mea.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera,Et ecce vitis in conspectu meo,& in vite tres fundi,& ipsa germinãs tres fũdos.Tria flagella,& tres ramos,siue propagines,Hebræo sermone significat,quæ ab illis vocãtur שָׂרִגִים sarigim. AVCTOR CATE. Crescere paulatim in gemmas,& cæte. Latior est Hebraica litera hoc in loco, videlicet וְהִיא כְפֹרַחַת עָלְתָה נִצָּהּ הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ עֲנָבִים vehi cheporáhath áltha niza,hib silu ascelothéha anabim Et erat tanquam florens,ascendit flos eius.Maturauerunt botri eius vuas.Chaldaica clarius,Et erat quasi florẽs,& K
producebat gemmas,& post flores maturabant vuæ in botris suis.Truncatius verò Septuaginta,καὶ αὐτὴ θάλλουσα ἀνενηνοχυῖα βλαστοὺς πεπείρους βότρυας σαφυλῆς,Et ipsa virescens producebat germina,maturos racemos vuæ.Est igitur sensus.Videbam in tribus propaginibus quasi produci gemmas,inde flores,postea botros,demum in eis maturare vuas. *Tuli ergo uuas,& expressi in calice quem tenebam,& tradidi poculum Pharaoni.* Non res istas,sed earũ similitudines vidit ille in somno,videbatur enim ei quod videret,& faceret ea quæ dicta sunt.In somno enĩ clausa est ratio,& anima rerum accipit similitudines,non vt similitudines,sed vt res,& in hoc ipso decipitur.Sed qui in somno propheticas habent visiones,supernaturaliter ad eorum significationes intelligendum illuminantur,neq; formis vtuntur pro rebus per eas significatis,sed eas vt rerum similitudines accipiũt. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. De isto prius dicamus,qui sibi beatus videbatur,cum esset vini præpositus,& hunc summum credebat apicem omnis potentiæ,quod regi calicem dabat.Hæc gloria illius,hæc magnificentia in hoc seculo,hac defraudatus dolebat,huic redditus gratulabatur.Sed hoc somnium est,& omnis potentia seculi som- L
Esa.29. nium,non veritas est.Deniq; per somnium vidit reddi sibi principatum suum.Esaias ita esse huiusmodi homines, qui in hoc seculo delectantur secundis rebus affirmat,sicut qui in somniis manducat & bibit, videtur sibi cibo & potu,dum dormit,repleri,sed cum euigilauerit,incipit esurire amplius,& tunc intelligit,quàm inanis ille cibus & potus fuerit somniantis.Sic qui dormit in hoc seculo,nec oculos aperit ad mysteria diuina,quamdiu somno grauatur corporis,putat alicuius momenti hanc esse secularem potentiam,quasi in somnis eam videt,vbi euigilauerit,deprehendit,quàm inanis huius seculi voluptas sit.

Mysticè. INTERLINEARIS. Quãuis autem ad christiana tempora pertineat prophetia hæc,interpretatur tamẽ illam Ioseph inferius secundum euentum rerum mox futurarum.Mysticè ergo,narrauit prior præpositus pincernarum somnium suum,quia paucis de Iuda saluatis,populus gentium ad salutem præcucurrit.Vitis autem visa in somnis,Christus dominꝰ est, qui de seipso dixit,Ego sum vitis vera,in qua ecclesia radicata est,de qua dicitur,&
vos palmites,qui manet in me,& ego in eo,hic multum fructum affert. Tres propagines in vite, tres in ecclesia M
fidelium ordines sunt,videlicet coniugati,continentes,rectores.Et sicut vitis crescit in gemmas,& post flores maturescit in vuas,sic ecclesia producit paulatim germen fidei,florida in neophytis,matura in perfectis,de qua postea etiam vinum exprimitur, cum prælo passionis calcatur. Quod Pharaoni,id est, mundi potestatibus propinatur, cum Christi passio eis imitanda aut credenda prædicatur.

4 *REspondit Ioseph,Hæc est interpretatio somnij.Tres propagines,tres adhuc dies sunt,post quos recordabitur Pharao ministerij tui,& restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem iuxta officium tuum,sicut ante facere consueueras.Tantum memento mei,cum bene tibi fuerit,& facies mecum misericordiam,ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere,quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum,& hic innocens in lacum missus sum.*

Respondit

A *Respondit Ioseph,Hæc est interpretatio somnij.* AVCTOR CATENAE. Totum quod dicam, explicatio seu 4
diiudicatio est eius somnij quod vidisti. *Tres propagines,tres dies sunt.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Iuxta alia exemplaria,Tres fundi, tres dies sunt,non dixit tres dies significant. Et multum hæc locutio notanda est,vbi aliqua significantia,earum rerum quas significant,nomine appellantur.Inde est quod ait Apostolus, Petra autem erat Christus,non ait,petra significabat Christũ. AVCTOR CATENAE. Nec est communior tropus in vniuersis sacris literis,quàm is,quo ipse,pro est,& est,pro significat, & signum,pro significato accipitur,locutione Hebraica. GREGORIVS TRIGESIMOQVINTO MORALIVM. Cap.25.
Non autem abhorret à vero,quod per generationes dicimus tempora designari. Quid enim vnaquæq; successio, nisi quædam propago est generis? Et pincerna regis Aegypti cum vidisset somnium quod tres propagines duceret,Ioseph præditus in solutione somniorum, tres propagines,tres dies renunciat designari.Si ergo per tres propagines spatium trium dierum exprimitur, cur non etiam per quatuor generationes,annua quatuor tempora fi-
B gurentur? *Post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum,dabisq; ei calicem iuxta officium tuũ, sicut antè facere consueueras.* RVPERTVS. Ecce qui somniator fuerat,& nihil ei somnia sua profuerãt,ille somniorum aliorum interpres fieri incipit,vt videant qui inuidebant fratres,quia multum somnia sua prosint illi. AVCTOR CATENAE. Post quos recordabitur Pharao ministerij tui. Aliter est hæc clausula in Hebræo בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים יִשָּׂא פַרְעֹה אֶת רֹאשֶׁךָ Beod selóseth iamim issa Pharo eth rosecha, Et dũ adhuc tres dies (hoc est, in spatio trium dierum) eleuabit Pharao caput tuum, loco cuius habet Chaldaica,In fine trium dierum recordabitur tui Pharao. Septuaginta ἔτι τρεῖς ἡμέραι,καὶ μνησθήσεται φαραὼ τῆς ἀρχῆς σου, Adhuc tres dies,& recordabitur Pharao principatus tui. Eleuare vero caput,vel extollere,communi loquendi modo in bonam accipitur partem, pro honorare,& in malam, pro suspendere furca,vel crucifigere.Vtroque modo hic eo verbo vtitur Ioseph ad captiuos.Quod autem sequitur,Et restituet te in gradum pristinum,Hebraicè est עַל כַּנֶּךָ al cannécha, Super basim tuam,vel paramentum tuum,quod nil aliud est per metaphoram,quàm quod habet Chaldaica, ad ministerium
C tuum,& Latina litera,in gradum pristinum.Sed & quod apud nos est,Iuxta officium tuum,sicut ante facere consueueras,Hebraicè est כַּמִּשְׁפָּט הָרִאשׁוֹן אֲשֶׁר הָיִיתָ מַשְׁקֵהוּ Camisphat harison aser haiitha maskéhu, Secundum consuetudinem primam,qua seu quando eras pincerna eius,sic & Chaldaica,sicut ante consueueras,quando eras pincerna eius.Septuaginta,κατὰ τὴν ἀρχήν σου τὴν προτέραν,ὡς ἦσθα οἰνοχοῶν,Secundum principatum tuum priorem, sicut eras vinum fundens.Sed hæc nequaquam sensum immutant. *Tantum memento mei cum bene tibi fuerit,& facies mecum misericordiam,ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum.* CHRYSOSTOMVS. Quia enim prædixerat ei bona euentura,& reconciliandũ regem, dicit,Memor esto mei per temetipsum, quando fœlicitatem tuam obtinueris, mentionem faciendo eius qui hæc tibi prædixit, facies mihi misericordiam.Hoc audiens dilecte,ne condemnes pusillanimitatem iusti,sed hac ratione potissimum obstupesce,quod tam fortiter & grato animo tulit grauem illam inhabitationem. Nam licet magnam à custode carceris potestatem acceperit, attamen grauabatur in tanto pedore,cum sordidis & lu-
D ridis agendo. Nam vide quàm bene morata mente fuerit præditus,& quomodo fortiter tulerit omnia,in omnibus magnam declarans animi humilitatem.Et facies(inquit)in me misericordiam,& recordaberis mei apud Pharaonem,& educes me ex carcere isto. Attende obsecro hic quomodo nihil dicat contra scelestã illam adulteram, neque arguat dominum, neque narret fratrum in se inhumanitatem, sed tectis omnibus,dicit,Recordare mei, & fac educi me ex carcere hoc, quia furtim abductus sum de terra Hebræorũ,& hic nihil feci,sed immiserunt me in lacum istum,& hoc vnum tantum curat,non vt alios condemnet,sed vt pro se solo dicat.Et fratrum quidem causam adumbrabat,dicens,Furto abductus sum ex terra Hebræorum.Quæ autem Aegyptia illa fecerat, nõ profert in medium,neque iniustam domini sui erga se indignationem.Sed quid dicit?Hic feci nihil,sed immiserunt me in carcerem hunc.Hæc audientes, discamus si in talia inciderimus, vt caueamus conuitiis illos qui nos iniecerunt,incessere,& ad accusationem illorum linguam acuere,sed solum demonstremus in mansuetudine & mititate nos innoxios,& admiremur admirabilem,quia neque in calamitate existens,voluit vel verbis petulantiam
E & libidinem Aegyptiæ inuulgare. Scitis enim quod multi cum de criminibus arguuntur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. Hic autem sole clarior existens,& potens omnia cum veritate dicere, & illius insaniam manifestam facere,& semetipsum manifestiorem demonstrare,nihil horum in medium affert. Neque enim humanam venabatur gloriam,sed sufficiebat ei gloria superna,& oculum illum qui non dormitat,habere volebat laudatorem factorum suorum.Ideo silente eo, & omnia obtegere moliente,misericors dominus in tantam gloriam eum duxit,quando vidit athletam recte certasse. AVCTOR CATENAE. Et hic innocens in lacum missus sum.Eadem sub aliis verbis est sententia in Hebræo וְגַם פֹּה לֹא עָשִׂיתִי מְאוּמָה כִּי שָׂמוּ אֹתִי בַּבּוֹר Vegam po lo asithi meûma, chi samu othi babor,Et etiam hic non feci quicquam, vt ponerent me in carcerem seu lacum.Sic & Chaldaica.Septuaginta,ἀλλ᾽ ἀνέβαλόν με εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου τούτου,Sed iniecerunt me in domũ lacus huius.Quantumlibet igitur fidens domino,non obmisit tamen agere quod agendum erat,pro se eximendo
F carceri,id quod certus sperabat,modum tamen ignorans ac tempus.Pincernæ supplex fit,vt in tempore succurrat fidelis patronus,ad quod commemorat duplicem infœlicitatem,& quod furto sublatus esset ab Hebræis,& innocenter incarceratus.

ISIDORVS ET AVCTOR CATENAE. Sed cum ita mox futura prædiceret Ioseph, vt in poste- Mysticè.
rum longe post occurrenda prophetaret,tres dies aut dominicæ passionis & resurrectionis accipiendum est tempus ,in quo animæ sanctorum eductæ ab inferis leguntur à domino, post trinam enim lucem domino ab inferis resurgente,& legis obscura vt Ioseph somnia, reuelante, solutus est à peccatis credentium populus,& de inferni carcere vel potestate dæmonum liberatus,redditusq; est ministerio legis diuinæ. Aut certe tria intelligenda sunt tempora,ante legem, sub lege, & sub euangelica gratia.In primo enim tempore clausæ fuerunt ecclesiæ gemmæ, quia vt de Abel,Seth,Enos,& Enoch,ac Noë atque Melchisedech legitur,qui alij fuerint deo placentes,scriptura minime refert.In secundo vero tempore, id est sub lege, flores erupẽre sanctorum, quia qui sub lege deo placuerunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, sacris voluminibus ostenduntur. Tertio vero tempore sub euangelica quodammodo prædicatione, vuæ ad G
maturitatem peruenerunt, quando credentium in Christo fides, proficiendo in tantum roborata est, vt pro diuini nominis confessione, cruorem suum effundi à persequutoribus minime detrectauerint, aut certe cum pro Christi amore, sæua castigatione membra sui corporis crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis, castrantes se videlicet à mundi delectationibus, & carnalibus desideriis, calicem quoque dominicæ passionis in memoria semper habentes, & sermonibus in mundo prædicantes, poculum porrigunt Pharaoni.

5 *Videns pistorum magister quod prudẽter somnium dissoluisset, ait, Et ego uidi somnium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in uno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo. Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnij. Tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt uolucres carnes tuas.* H

5 *Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset, ait, Et ego uidi somnium.* AVCTOR CATENAE. Quod dicitur, prudẽter somnium dissoluisset, in Hebræo est כִּי טוֹב פָּתָר chi tob pathar, Quod bene interpretatus esset. Chaldaica vero, Quod recte habet, & Septuaginta, ὅτι ὀρθῶς συνέκρινε, Quod recte coniectauit. Videns ergo quia verisimilia prædixisset & fausta, & ratus suum sibi somnium boni aliquid præsignare, speransq; & ipse grata audire, narrat ei somnij sui visionẽ, & interpretationem, veram quidẽ, sed infaustam sibi audiuit, Videbã (inquit) *Quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in uno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Et videbar mihi tria canistra chondritorum portare in capite meo. Pro tribus canistris chondritorũ, I
tres cophinos farinæ in Hebræo habet. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Vbi hic aliqui codices Latini habent, tria canistra alicæ, Græci habent χονδρίτων, quod interpretãtur qui vsum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibarium potuerit Pharao habere in escis. Dicit enim in superiore canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pharao opere pistorum. Sed intelligendum est, etiam ipsum canistrum habuisse panes cibarios, quia dictum est, tria canistra χονδρίτων, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodem canistro superiore. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, tria canistra alba super caput meum. Sed albedo à quibusdam refertur ad vimina ex quibus contexta erant canistra, à nonnullis vero (de quorum numero fuit interpres antiquus) refertur ad rem contentam.
AVCTOR CATENAE. Pro eo quod farinam vertit interpres. Hebraicè est חֹרִי hori, id est candida. Chiuar enim lingua Chaldaica, albũ significat vel candidum. Per candorem itaque putauit intelligendam esse farinam, quod tamen quidam Hebræorum ad canistra referunt, quæ viminea sint, ac propterea alba ac candida. Vt textus K
Hebraicus ita sit intelligendus, Tria canistra candidissima, quæ eorum est natura. Quoniam vero eadem vox etiam foramen significat, sunt qui interpretentur tria canistra foraminata. Quæ vtraque expositio, propter verborum πολύσημον non videtur improbanda. Septuaginta cum interprete conueniunt, τρία καφᾶ κονδρίτων, Tria canistra farinarum. Chaldaica, Et ecce tria canistra plena pane principali erant super caput meum. Et in canistro superiori erat de omni cibo Pharaonis qui fit arte pistoria, & aues comedebant ea quæ erant in canistro super caput meum. Hęc etiam ideo retulimus, quia sunt iuxta Hebraicam veritatem necnon Septuaginta ęditionem, quę interpres more suo summauit, & breuiora reddidit. Vides itaque quomodo horum somnia per materiarum similitudines satis eorum officiis congruentes, diuina dispensatione ministrata fuerint. CHRYSOSTOMVS. Hæc vt audiuit Ioseph, accepta etiam ex superna reuelatione eius diiudicatione, prædicit illi interitum imminentem, vnde sequitur. *Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnij. Tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt uolucres carnes tuas.* Propter hoc prius dicebam (inquit) quod non à L
me ipso vobis prædico, sed quæcũque deus reuelauerit, vt siue bonum aliquid, siue malum præsignet, somniorum visio non mihi adscribatur. Non enim à me hæc loquor, sed illa vobis declaro, quæcunque superna gratia mihi manifestarit. AVCTOR CATENAE. Dirum quidem somnium miseri panificum præfecti, cuius exitum refugimus & mortem perhorrescimus, & propterea dura etiam fuit somnij interpretatio. Auferet (inquit) Pharao caput tuum à te, id est decollari te faciet, & postmodum in cruce suspendet, comedentq; volucres cœli carnes tuas à te. Et locutiones sunt, plenum enim esset, & si non diceretur à te. Hæc igitur Ioseph non arte quadã dicere potuit, regulisq; tradendis, sicut Danielis nomine stultus libellus somniorum habetur, sed spiritu dei Ioseph reuelantur, vt coniectoris prædestinatio procederet. Sic enim cuncta deus præordinauerat somnianda, referenda, reseranda, agenda, differenda, in gloriam dei & electorum salutem, ad promissiones dei complendas.
Mystice. IDEM. Verum quia res tunc gesta, aliquid etiam in sancta ecclesia gerendum præfigurat, sicut in pincerna qui eductus de carcere, & suo restitutus est ministerio, gentilis significatus est populus, ita in principe pistorũ sine M
dubio gens intelligenda Iudaica est. Tria canistra super caput eius, & in vno canistro quod erat excelsius, portare omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo, quid aliud significat, nisi tripartita ipsi populo cõcessa diuinæ legis eloquia, legem videlicet, & prophetias, & hagiographa? Quæ omnia super caput portabat, quia mẽte illorum excesserat spiritalis scientiæ plenitudo. Arte pistoria panes cocti, quid aliud significant, nisi quod lex veteris testamenti, non est humana inuenta astutia, sicut impij astruunt Marcionistæ, & hæretici Manichęi, sed spiritus sancti auctoritate, antiquis patriarchis & sanctis prophetis est credita? Spiritum enim sanctum per ignem significari, multis locis in diuina legimus scriptura. Vnum enim canistrum, quod altius cæteris erat, nimirum lex intelligenda Mosaica est propter densitatem mysteriorum, & vmbraticas significationes, ex quo cibum volucres cœli percipiunt, dum animæ sanctæ quæ per cœli significantur aues, spiritaliter aluntur, & in lege domini meditantur die ac nocte, qui possunt dicere cum Apostolo, Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Exinde

A EXinde dies tertius natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est 6
inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris ueritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CHRYSOSTOMVS. Ecce opere impleta quæ Ioseph dixerat, & sicut is diiudicarat, ita con- 6
tigit vtrique. Et ille quidem ad pristinam rediit securitatem, hic autem pœnam luit. Vnde ait, *Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat.* ORDINARIA. Pharao & Herodes diem natiuitatis celebrauerunt, quia ex hora natiuitatis se reges fuisse putauerunt. *Qui faciens grande conuiuium pueris suis.* AVCTOR CATENAE. Sic & Mar. 6.
B Herodes natalis sui cœnam fecisse legitur principibus & tribunis & primis Galilææ. *Recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis, Restituitq; alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris ueritas probaretur.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur. Et leuauit supputatione principis pincernarum, & supputationem principis pistorum in medio seruorum suorum. In die natalis Pharaonis recensita insinuatur familia Pharaonis, forte dando singulis aliquid, & inter recẽsendum oportuit supputari pincernas cum suo principe, & pistores cum suo principe & hæ supputationes hic narrantur. AVCTOR CATENAE. Et recordatus est inter epulas, & cætera. Hebraica hoc in loco ita habent וַיִּשָּׂא אֶת רֹאשׁ שַׂר הַמַּשְׁקִים וְאֶת רֹאשׁ שַׂר הָאֹפִים בְּתוֹךְ עֲבָדָיו Vaisla eth ros sar hamaskim veeth ros sar haophim bethoch abadaf, Et eleuauit caput principis pincernarum, & caput principis pistorum, in medio seruorum suorum. Est enim נָשָׂא nasa verbũ cum puncto ceboleth, quod leuare, eleuare, & extollere significat. Septuaginta vero, καὶ ἐμνήσθη, Et recordatus est, sicut Latina litera habet. Sic & Chaldaica, inquiens, Et recordatus est capitis principis pincernarum, & capitis
C principis pistorum in medio seruorum suorum. Quod vero sequitur, vt coniectoris veritas probaretur, idem Hebraicè, sed alio modo כַּאֲשֶׁר פָּתַר לָהֶם יוֹסֵף caaser phathar lahem Ioseph, sicut interpretatus est eis Ioseph. Sic & Chaldaica. Quod etiam Septuaginta, καθὰ συνέκρινεν αὐτοῖς ἰωσήφ, Quemadmodum coniectarat eis Ioseph. Neque id refert magnopere, cum is sit interpretum mos, vt mutent verba ac seriem orationis, non immutatis sententiis. Quod si quis Iudæus id damnet, sciat se per inscitiam labi ac prauitatem, aut (quod illi genti peculiare est) ex male dicendi libidine, quod in nostram æditionem solent sæpe facere, calumniari. Sed facile ab eruditis, & qui eorum animos propius olfecerunt, contemnuntur. Extulit igitur ambos Pharao, vnum ad salutem ac gloriam, alterum ad damnationem & ignominiam, vni conciliatus, alteri offensus ad mortem, suspendendo in altum. Vnde facile Iudæi Christum dominum intelligebant loquentem de exaltatione filij hominis, quæ fuit crucifixio: Quod si vt
in communi est æditione legas, Vt coniectoris veritas probaretur, perinde est ac si diceret, vt Ioseph verus somD niorum interpres ostenderetur. Dictio tamen vt non stat hic pro causa, sed pro euentu. Non enim Pharao illa fecit, vt veritas interpretationis Ioseph demonstraretur, sed ad Pharaonis factum illa ostensio præter Pharaonis intentionem sequuta est, sed non sine diuina præordinatione. Est ergo sensus, sic factum est, & ita veritas coniectoris, seu potius coniectatoris, id est interpretis comprobata est. *Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.* AMBROSIVS. Ecce quomodo cito obrepit beneficij obliuio secundis rebus. CHRYSOSTOMVS. Vide ergo iterum iustum in palæstra aliqua certãtem, & suæ virtutis exhibentem speE cimina, non perturbari, neque commoueri, neque ægreferre. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, dixisset fortasis ita intra se. Quid hoc rei? præfectus pincernarum mox vt iudicaui ei somniorum visionem, pristinam securitatem accepit, & non est memor eius qui sibi prædixit: Ille quidem solita fœlicitate fruitur, ego autem qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum his qui innumera mala commiserunt. Nihil horum vel dixit, vel cogitauit, sciebat enim quod amplior cauea fieret, in qua decertandum, vt legitime certando, clariori redimeretur corona. AVCTOR CATENAE. Et tamen succedentibus prosperis, & cætera. Vera Hebraica litera est hoc in loco וְלֹא זָכַר שַׂר הַמַּשְׁקִים אֶת יוֹסֵף וַיִּשְׁכָּחֵהוּ Velo zachar sar hamaskim eth Ioseph vaiscahéhu, Et non recordatus est princeps pincernarum Ioseph, sed oblitus est eius. Sic Chaldaica, sic & Septuaginta. Sed idem est cum litera nostra. Verum deus ingratitudine illius pincernæ ad sui gloriam, & exercitium Ioseph vsus est. Peccauit quidem pocillator ille tanti beneficij immemor quod pollicitus fuerat, sed sic dei
F prouidentia disponente. Sic solet fœlicitas obliuionem inducere miserorum, sic charitas refrigescit, dum beneficia exiguntur, sic miserorum nulla cura fit in principum aulis. Sic exercitatur ad viuum iustus Ioseph, quo domino iubente clarior elucescat.
RVPERTVS. Quàm pulchre autem Ioseph duorum medius vinctorum in carcere, & vtrique somnij sui Mystice.
proferens interpretationem cõgruam, in hoc quoque forma est vel vmbra saluatoris nostri, qui duorum medius latronum in cruce, vtrique iuxta fidem vel meritum suum dignam dedit sententiam. Quantum enim interest? Illic Pharao de carcere mediante Ioseph, hic autem deus de cruce mediante Christo vnum assumit, & vnum relinquit. Et illic figura, hic autem exemplum est. Vniuersitatis diuisio supra dicta, illic tantum præfigurata, hic autem & in re demonstrata est. Quomodo duo in agro, duæ molentes, duo in lecto, & eorum vnus assumitur & vnus relinquitur, vt supra dictum est, sic duo in carcere, quorum vnus à Pharaone assumptus est, & vnus relictus est, duo nihilominus in cruce, quorum vnus à deo assumptus, & vnus relictus est. Veruntamen vtrobiq; mysteriũ est. Nam sicut pincernam Pharao pristinum in gradum restituit, magistrum vero pistorum in patibulo suspẽdit, & sicut latronum alter confitens, paradisum cum domino introiuit, alter vero mortuus est in peccatis suis, sic per Christi passionem gentilis populus in gratiam recipitur, & Iudaicus in iram missus est. Vnde Apostolus huic tanquam pincernæ regi suo poculum laudis porrigenti, vel tanquam latroni paradisum introeunti, dicit. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eum quidem qui cecidit, seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris Roma. 11.
in bonitate. Sed & quod eloquium domini in eo inflammauit Ioseph, vt ea quæ nemo aperire poterat, obscura somniorum aperiret, & secundum illa prophetaret, ad mysterium vel typum eiusdem filij dei pertinet, super quẽ

septiformis

Universidad de Deusto
Biblioteca

septiformis spiritus adeo requieuit, vt prophetàs omnes adimpleret, sensumq; apostolis suis ad intelligendas scri- G
pturas aperiret. Vel Pharaonem qui eduxit Ioseph de carcere, eiq; potestatem in omni terra dedit Aegypti prio-
ri; ministerio suum pincernam restituit, & pistorem suum die tertia patibulo suspendit, dei patris habuisse figu-
ram non dubium est, qui Iesum Christum dominum nostrum resuscitauit ab inferis, & fidelem noui testamenti
populum, à nexibus primæ præuaricationis, & cæterorum omnium eripuit vinculis. Infidelem vero capite absci-
so, id est Christo, qui est caput legis & prophetarum, & die tertia, hoc est, tertio suspendit tempore, quia in cruce
nostri saluatoris vbi fideles sunt à peccatorum vinculis absoluti, ibi ipsi impij Iudæi atque cæteri ethnici, quorum
ipse Pharaonis pistor figuram tenuit, sunt condemnati, qui in humilitate carnis positum dominum despexerunt.
INTERLINEARIS. Et ita qui calicem domini accepit, liberari meruit, qui autem in panem domini lignũ
misit, per lignum periit. AVCTOR CATENAE. Quod vero volucres cœli lacerauerunt carnes e-
ius, huius rei præsagium fuit, quod quadragesimo secundo anno post domini resurrectionem & ascensionem in
cœlos, ex omni terrarum orbe populi venientes cum ducibus Romanorum Tito & Vespasiano, eos non solum H
vastitate & fame cruciauerunt, sed etiam multa in eis ludibria exercuerunt, digni quippe erant talia perpeti, qui
talia in prophetis, & in ipso exercuerunt domino, & eos qui ex eis famem & gladium euaserunt, in toto mundo
diuiserunt, atque sibi suisq; posteris in famulos iure perpetuo reliquerunt, vsque dum plenitudo gẽtium introëat,
& sic postmodũ & ipsi non proprio merito, sed dei gratia salui fiant, qui in primo nostri saluatoris aduentu, igno-
rantes dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non fuerunt subiecti, & impleatur illud quod beatus
Isaac patriarcha ex eorum persona Esau filio suo prædixit, Viues gladio, & fratri tuo seruies, tẽpusq; veniet, quan-
do soluas & excutias iugum de ceruicibus tuis.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMPRIMVM ARGVMENTVM. I

Somnia Pharaonis de septem bobus & spicis, eductus è carcere Ioseph exponit. Constituitur super Aegyptum. Nascuntur ei Manasses & Ephraim. Fames in Aegypto.

CAPVT XLI.

Lectio pri.

POst duos annos uidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ confectæque macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis uirentibus: deuoraueruntque eas, quarum mira species & habitudo corporum K
erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & uidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque formosæ, aliæ quoque totidem spicæ tenues & percussæ uredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, & facto mane pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctosque sapientes, & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur.

1 *Post duos annos.* AVCTOR CATENAE. Hebraica litera est וַיְהִי מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים Vaihi mikez senathaim iamim, Et fuit in fine duorum annorum dierum. Sic & Septuaginta. Chaldaica vero & interpres eleganter & venuste omittunt dierum, quod Hebræi habent hic additum, forte vt intelligas annos illos ex integris cõflatos die- L
bus. Nam annus perfectus, qui est reuolutio solis ad idem punctum, non perficitur ex integris tantum diebus, sed restant adhuc aliquot horæ, quæ quotannis collectæ, diem intercalarem pro sole constituunt, & epactas pro luna. Aduerte quoque quod hoc loco senathaim est dualis numerus, frequens in sacris literis, cum scilicet pluralis ponitur nullo addito numero, qui crebro nobis occurret. Toto igitur biennio innocens perseuerat in carcere, de pincernæ ingratitudine inaniter sperans, frustra enim humanum implorauerat auxilium, cui seruabatur diuinum.
Vidit Pharao somnium. CHRYSOSTOMVS. Considera, quomodo post restitutionem præfecti pincernarum duo anni præterierint. Oportebat enim expectari tempus opportunum, vt maiori cum gloria inde educeretur. Siquidem pincernarum magister ante somnia Pharaonis recordatus fuisset, fortassis auctoritate sua eum liberasset, & non tam perspicua fuisset aliis eius virtus. Nunc autem omnipotens & sapiens deus, sciens sicut optimus artifex, quanto tempore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci, permittit ad tempus duorum annorum
præfectum pincernarum illius obliuisci, vt & tempus somniorum Pharaonis veniat, & compellente necessitate M
ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. Nam post duos annos vidit (inquit) somnia Pharao.
THEODORETVS. Sed quærendum est, cur aut Ioseph seruitutem suam patri non indicarit, aut cur deus eam patri Ioseph non reuelauerit? Sed quia deus Abraham prædixerat genus illius in Aegyptum descensurum, ibiq; seruituti subiiciendum, postremo egressurum, ideo deus prædictiones suas ita impleri voluit. Nam si Iacob seruitutem filij sciuisset, eum vtique redemisset, redemptus, in carcerem missus non esset, quod si minime factum esset, somnia non exposuisset, non exponendo, eductus è carcere ad Pharaonem non fuisset, somnia Pharaonis non explicando, Aegypto præfectus non esset, si præfectus non esset, Iacob in Aegyptum non descendisset. Atque
Sermo. 82. ita deus inuidia fratrum optime vsus est. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE.
Vel aliter. Quanuis serui & amici dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamen sine mi-
Iob. 15. nutis peccatis eos fuisse non credimus, quia non mentitur ille qui dixit, Non est immunis à peccato, nec infans
cuius

A cuius est vnius diei vita super terram. Et beatus Ioannes euangelista, qui vtique meritis non erat inferior sancto 1. Ioan. 1.
Ioseph, clamat & dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.
Et aliud quod alibi scriptum est, Iustus septies cadit & resurgit. Quia ergo sicut dictum est, sine istis minutis pec- Prouer. 24.
catis Ioseph esse non potuit, volens deus ipsa parua peccata in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in
eo quod ipse per spiritum sanctum dixit, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et Eccli. 27.
illud, Flagellat deus omnem filium quem recipit. Et illud, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Heb. 12. Act. 14.
dei. Vt ergo sanctum Ioseph deus noster velut aurum purgatum in futuro iudicio præsentaret, prius ab illo om-
nes maculas peccatorũ abstersit, vt in eo ignis ille arbiter quod exureret, inuenire nõ posset. Cum ergo sicut dicit
scriptura, dominus esset cum Ioseph, & gratiam ei apud dominum suum, & apud principem carceris dedisset,
præuentus tunc est, vt ab homine auxilium postularet, dicens magistro pincernarum, Memento mei cum bene
tibi fuerit, & supplica Pharaoni, vt me eiiciat de carcere isto. Et quia nondum scriptum erat, Bonum est sperare Psalm. 117.
B in domino, quàm sperare in homine, cum in omnibus gratiam dei meruisset, surreptum est illi vt ab homine au-
xilium peteret. Pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tanquam diceret ei deus, Ego
tibi ostendo, vt magis à me, quàm ab homine debeas auxilium postulare. Sine enim vlla dubitatione credendum
est, quod pro castigatione sancti Ioseph, non permisit deus magistrum pincernarum, vt in mente haberet quod
ei sanctus Ioseph quando de carcere dimissus est, supplicauerat. Et quia etiam ipse Ioseph quanuis sanctus tunc,
sine peccato esse non poterat, ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, vt in eo impleretur quod scriptum est.
Ego quos amo arguo, & quos diligo, castigo. AVCTOR CATENAE. Vidit Pharao somnium. Quod Apoca. 3.
illi deus boni angeli ministerio, non propter eius meritum, sed propter commune bonum misit. Deus nanque er
ga publicas personas prouidentiam suam frequenter ostendit, aliqua eis bona largitur, ac futura quædam propter
regni vtilitatem præmonstrat, cuius prosperitas magna ex parte à principe dependet. Simul etiam vt per eius in-
terpretationem, Ioseph de carcere eductus sublimaretur. *Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem bo-*
C *ues pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. Quod putabat se stare Pharao super flumen, quemadmodum seruus Abrahæ dixit, Ec Psalm. 23.
ce ego sto super fontem aquæ, locutio hæc si intelligatur in psalmo vbi scriptum est, Qui fundauit terram super
aquam, non coguntur homines putare sicut nauem natare terram super aquam. Secundum enim hanc locutionẽ
recte intelligitur, quod altior sit terra quàm aqua, altius quippe ab aquis sustollitur, vbi habitẽt terrena animalia.
HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta, Et ecce de fluuio
ascendebant septem boues, speciosę ad videndum, & electę carnibus, & pascebantur in Achi. Bis in Genesi scriptũ
est Achi, & neque Græcus sermo est, nec Latinus. Sed & Hebræus ipse corruptus est, dicitur enim in אָחוּ Ahu, hoc
est, in palude. Sed quia vau litera apud Hebræos & iod similes sunt, & tantum magnitudine differunt, pro Ahu,
Achi Septuaginta interpretes transtulerunt, & secundum consuetudinem suam ad exprimendam duplicem aspi-
rationem ח heth Hebrææ literæ, χ Græcam literam copulauerunt. CAIETANVS. Pulchræ & crassæ ni-
D mis. Vt oppositas conditiones clarius intelligas, expedit istas in sua claritate legere. Habetur ergo in Hebrẽo, pul-
chræ visu, & pingues carne. Et pascebantur in locis palustribus, Vel in prato. Tertia describitur conditio prima-
rum boum. AVCTOR CATENAE. Recte vertit interpres, Pulchræ & crassæ nimis, est enim Hebraicè
יְפוֹת מַרְאֶה וּבְרִיאֹת בָּשָׂר Iephoth mare vberioth basar. Pulchræ aspectu, vel facie, & pingues seu electæ carne. Sic
& Septuaginta, sic & Chaldaica, Pulchræ visu, & pingues carnibus. Et pascebantur in locis palustribus. Dictio He
braica אָחוּ Ahu, tam id, quàm pratum significat, vnde Chaldaica, Et pascebãtur in prato habet. Quam dictionem
corruptam quidem, Septuaginta intactam (vt dictum est) reliquerunt, legentes, καὶ ἐνέμοντο ἐν τῷ ἀχι, & pascebantur in Achi. Super fluuium igitur, hoc est, iuxta fluuium (nam dictio עַל al vtrunque significat, stare videbatur si-
bi Pharao, nec enim stabat inter somniandum, communi modo loquendi. Et somnium septem vaccarum pin-
guium somniauit, quæ in palustribus, seu pratis, hoc est, electis pascuis pascebantur, ideo obesis erant carnibus &
pinguibus. Fluuius autem iste, Nilus est, qui totam inundat terram Aegypti. *Aliæ quoquè septem emergebant de flu-*
E *mine, fœdæ confectæq; macie.* CAIETANVS. Deficit post eas, ne simul ascendisse cum pinguibus intelligeren-
tur. Et iuxta Hebræum est, Malæ visu, & tenues carne. Contrariæ superioribus conditiones referuntur.
AVCTOR CATENAE. Aliæ quoque septem emergebãt de flumine. Hebraicè additur אַרְחֵיהֶן Aharehen,
post eas. Fœdæ confectæq; macie. Sensum verborum hausit recte interpres, ea enim sunt huiusmodi רַעוֹת מַרְאֶה
וְרַקּוֹת בָּשָׂר Raoth mare vedakoth basar, Malæ vel tristes, vel macilentæ aspectu, & tenues carne. Septuaginta
αἰσχαὶ τῷ εἴδει, καὶ λεπταὶ τὰῖς σαρξίν, Turpes facie, & graciles carnibus. Chaldaica, Deformes aspectu, & macilen
tæ carnibus. Erant ergo ita macilentæ & graciles, vt nulli nutrimento viderentur aptæ, sed eatenus tenues & fa-
melicæ, vt nihil illis alimenti sufficere videretur, quin omnia auidè deuorarent. *Et pascebantur in ipsa amnis ripa in*
F *locis uirentibus, deuoraueruntq; eas quarum mira species & habitudo corporum erat.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum
habetur, Et steterunt iuxta vaccas super oram fluminis. Priores pascebãtur in pratis, istæ autem manent in arena,
quæ est in ripa fluminis. Quod autem dicitur steterunt iuxta vaccas, significat, quod iuxta pingues vaccas stete-
runt. Verum suboritur quæstio, quonam pacto verificatur quod pingues in prato, tenues autem in ripa essent, &
tamen iungerentur. Solutio facilis est, quod extrema pratorum contermina erant ripæ fluminis, ac per hoc in cõ-
finio propinquæ tenues & pingues. Deuoraueruntq; eas quarum mira species & habitudo corporum erat. Inter-
pres gaudet copia circunlocutionis, in Hebræo enim eædem dictiones repetuntur. AVCTOR CATENAE.
Et pascebantur in ipsa amnis ripa. Hebraicè est, וַתַּעֲמֹדְנָה אֵצֶל שְׂפַת הַיְאֹר Vataamodna ezel haparoth al
sephath haior, Et stabant iuxta vaccas in ora, seu ripa fluminis. Sic & Chaldaica. Verbum autem pascebãtur sum-
psit interpres ex Septuaginta, qui habent ἐνέμοντο. Quod vero sequitur, Deuorauerũtq; eas, & cætera. Licet eadem
sit sententia in Hebræo & in Chaldaica, plura tamen sunt verba, videlicet, comedebantq; boues deformes visu &
macilentæ carnibus, septem alias boues pulchras visu & pingues. In Hebræo autem & apud Septuaginta eadem
sunt verba quæ supra, referendo singula singulis. Sequentes igitur septem graciles stabant ad ripam fluminis, vbi
quærebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærebant pascua iuxta aquas fluminis, quandoquidem in reliqua regione remotiore à riuo, viror nullus erat. Vn G
de ex loco pascuę sterilitatem protendebant, ideo tenues erant & macilentæ, comederuntq; priores valde speciosas ac pingues. *Expergefactus Pharao rursum dormiuit & uidit alterum somnium.* INTERLINEARIS. Geminatio somnij, confirmatio est præsagij. AVCTOR CATENAE. Cum enim in idem redirent somnia, incitarunt attentius considerationem regis, minusq; contemni poterat primum, cum confirmaretur per secundum non dissimile. Somnium autem alterum huiusmodi fuit. *Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque formosæ, Aliæ quoque totidem spicæ tenues & percussæ uredine oriebantur.* CAIETANVS. Deficit, post eas, ordo enim significatur. *Deuorantes omnem priorum pulchritudinem.* Iuxta Hebræum clarius habetur, Et deglutiuerunt spicæ tenues, septem spicas pingues & plenas. Vbi clare narratur visio. AVCTOR CATENAE. Sic est in Chaldaica & apud Septuaginta. *Euigilans Pharao post quietem, & facto mane pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti cunctosq; sapientes, & accersitis narrauit somnium.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Septuaginta, surrexit autem Pharao, & erat somnium. Amant scripturæ sic loqui de somniis cum fuerit eui H
gilatum, tanquam reddita homini veritate vigilanti tunc illud appareat somnium, quod cum videretur veritas fuit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum, Et experrectus est Pharao, Et ecce somnium. Significatur enim quod cum euigilasset Pharao, occurrit sibi somnium quod dormiens viderat. Et facto mane, pauore perterritus. Iuxta Hebræum habetur, Et fuit in mane, & fuit fractus spiritus eius. Ad similitudinem fracti describitur Pharaonis animus secundum supremum officium, contemplandi scilicet spiritualia, qualia existimabant huiusmodi somnia à spiritualibus causis proficiscentia. Erat enim velut scissus in varias cogitationes, diuersasq; animi perturbationes, & vocauit omnes coniectores. Iuxta Hebræum habetur, omnes magos Aegypti, si tamen magorum nomine intelligas diuinatores mediis incantationibus. AVCTOR CATENAE. Euigilans Pharao post quietem. Hebraica sunt huiusmodi וַיִּיקַץ פַּרְעֹה וְהִנֵּה חֲלוֹם Vaikas paro vehinne halom. Et expergefactus est Pharao, & Ecce somniũ. Sic Chaldaica, sic & Septuaginta. Deinde quod sequitur, Et facto mane pauore perterritus. Hebraicè I
est וַתִּפָּעֶם רוּחוֹ Vathipáem ruho, Et perterritus siue cõsternatus, vel depressus est spiritus eius. Chaldaica, conturbatus est spiritus eius. Septuaginta, καὶ ἐταράχθη ψυχὴ αὐτοῦ, Et conturbata est anima eius. Euigilando itaq; intelexit se vidisse insomnia non varia, sed notabile aliquid importantia, quæ interesset regis scire, cui tam serio illa apparuissent, & ideo timuit valde, aduersa sibi imminere existimans. Misit igitur ad omnes coniectores Aegypti, hoc est, somniorum interpretes, magos, hariolos & diuinos, cunctosq; sapientes, Aegyptiorum videlicet sapientia, quæ stultitia erat superstitionibus plena. Aegyptij enim ab antiquo diuinationibus & superstitionis artibus intenti fuerunt, quas qui Abraham illos docuisse dicunt, grauiniuria afficiunt sanctum, cum stulti illum laudare cõtendunt arrogantia Iudaica. Hi autem & si interdum vere exponant hominum somnia, arte magica & ope diaboli, in illis tantum faciunt somniis, quæ à dæmonibus sunt immissa, non autem in illis quæ à deo angelorum ministerio, vt mox videbimus. *Nec erat qui interpretaretur.* CHRYSOSTOMVS. Vide multiplicem dei
dispensationem, prius permittit omnes qui ibi habebantur sapientes tentari, vt monstraretur eorum ignorantia, K
& tandem hic vinctus, captiuus, seruus, Hebræus, in medium adductus est, & nota facit multis ignota, quo omnibus manifestetur superna gratia in illo refulgens. AVCTOR CATENAE. Somnium igitur à deo immissum, ab alio explicari non poterat, Ioseph reseruabatur, & tempus apparuerat, quo esset exaltandus, qui fuerat extra & in carcere calamitatibus multipharium exercitatus, iamq; profecerat & dignus factus gloria & honore.

Cap. 14. GREGORIVS VNDECIMO MORALIVM. Licet autem viderit Pharao per somnium quæ erãt Aegypto ventura, quia nequiuit intelligere quod vidit, propheta non fuit. Cum enim aliquid ostenditur vel audi-
Danie. 5. tur, si intellectus non tribuitur, propheta minime est. Sic aspexit Balthasar rex articulum manus scribentis in pariete, sed propheta non fuit, quia intellectum rei quam viderat, non accepit.

Mysticè. ISIDORVS, ET AVCTOR CATENAE. Somnium autem Pharaonis, legis & prophetarum præ
signabat figuras, in quibus de conuersione omnium gentium & antichristi persecutionibus, sancto spiritu reuelan
te loquuti sunt. Qui in septem spicis plenis, seu in septem vaccis pinguibus ostendebatur, quia sunt septem charis L
matum spiritualium dona, quibus vbertas fidei diuinæ, in gratia noui testamenti larga pietate redundat, & quę ad
nutriendam infantiam ecclesiæ primitiuæ processerunt. Fertilitatis autem hebdomada, tempus accipiendum est,
quo ab vniuersis gentibus fides confessionis nominis Christi, vel scientia trinitatis susceptа est, de qua ait prophe-
ta, Repleta est terra scientia domini, sicut aquis maris operientis. In tantum enim prædicationis diuinæ verbum
per totas orbis regiones in vniuersis gentibus fecit proficere, & susceptа fidei suæ gratia, per sanctam conuersatio-
nem ad perfectionem contendere, vt non solum cœlesti horreo fierent apti, verumetiam & exemplo suo ad imi-
tandum cæteros prouocarent. At contra septem sterilitatis anni, seu septem spicarum macies, famem veritatis &
iustitiæ, ac verbi dei, nouissimis temporibus significabant, quæ fidelium consumptura est multitudinem tempore
antichristi, cum refrigescente charitate in fine seculi, abundabit iniquitas.

2 VNC *demum reminiscens pincernarum magister, ait, Confiteor peccatum meum. Iratus rex seruis suis,* M
me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum, ubi una nocte uterque uidimus
somnium, præsagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes
somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euentus. Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspensus est
in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac ueste mutata obtulerunt ei. Cui
ille ait, Vidi somnia, nec est qui edisserat, quæ audiui te sapientissime conijcere. Respondit Ioseph, Absque me
deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quæ uiderat. Putabam me stare super ripam flumi-
nis, & septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastu paludis uireta car-
pebant

A *pebant. Et ecce has sequebantur aliæ septem boues, intantum deformes & macilentæ, ut nunquam tales in terra*
Aegypti uiderim. Quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere uestigium, sed simili ma-
cie & squalore torpebant. Euigilans, rursus sapore depressus, uidi somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo
uno, plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septem tenues & percussæ uredine, oriebantur è stipula, quæ prio-
rum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui edisserat.
CHRYSOSTOMVS. Cũ itaque omnes sapientes venissent, & neq; dicere aliquid, neq; os aperire possent. 2
Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait, Confiteor peccatum meum. AMBROSIVS DE IOSEPH PA-
TRIARCHA. Sera quidem ista est, sed vtinam vera confessio, post peccatum fatetur, quod ante peccatum
cauere debuerat. Quàm cito oblitus fueras, Memor esto mei. Scis nempe tuhc temporis hunc fuisse sermonẽ, sed
B obtusas aures habebas fastu potentiæ, & vini ebrius, nõ audiebas verba sobrietatis. Recordare quid passus sis, cum
quo dormisti somnium tuum, & somniasti somnium. AVCTOR CATENAE. Tunc demum reminiscẽs,
&c. In Hebræo וַיִּזְכֹּר שַׂר הַמַּשְׁקִים אֶת פַּרְעֹה לֵאמֹר Vaidabber sar hamaskim eth Paro lemor. Et locutus est princeps
pincernarum ad Pharaonem, dicens. Sic est in omnibus æditionibus. Verbum autẽ confiteor, quod sequitur, me-
lius & aptius, recordor vertitur, vt dicatur, Peccati mei ego recordor hodie cum sit מַזְכִּיר mazcir, à zachar, quod
recordari significat. Iam nunc igitur pocillator hic à domino finitur reminiscisui coniectoris, iam tempus erat
exaltationis, qui sine dubio non sponte, illius oblitus est, sed domino non agente in nobis, non sufficimus vel co-
gitare quippiam ex nobis, sic & meminisse, & velle bonum nostrũ, ex deo pendet. Occasione ergo somnij Pharao-
nis recordatus est pincerna interpretis sui, & dixit, Recordor seu confiteor peccatum meum, id est ingratitudiné
qua hucusque peccaui in interpretem meum. *Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerẽ prin-*
cipis militum, ubi una nocte uterque uidimus somnium, præsagium futurorum. AVGVSTINVS. Locutio est, qua ille lo
C quebatur quasi de altero. Deinde vterque vidimus somnium dicit, non vidimus somnia, tanquam vnum ambo
vidisset. AVCTOR CATENAE. Præsagium futurorum, Idem sub aliis verbis dicitur in Hebræo יֹאשׁ
לְפִתְרוֹן חֲלֹמוֹ Is cephithron halomo halamnu, Vnusquisq; iuxta interpretationem somnij sui somniauimus.
Sic & Chaldaica. Idem fere & Septuaginta, ἕκαστος κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἐνύπνιον ἐδιζόμεθα, Vnusquisque secundum suum
somnium vidimus. De rege igitur loquitur pincerna in tertia persona, licet ad ipsum sermonem faceret, quasi di-
cat, tu ô rex iratus, ambos nos in carcere coniici fecisti. Vbi ambo somnium vidimus nostris cõforme successibus.
Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euẽtus. Ego enim
redditus sum officio meo, & ille suspensus est in cruce. CHRYSOSTOMVS. Ecce narrat quomodo in carcere
coniectus sit ipse & præfectus panificũ, & viderint somnia & deiudicationem eorum à Ioseph acceperint, & quod Vbi supra.
iuxta illius prædictionem euenerint omnia. AMBROSIVS. Sed & ille præpositus erat, & prepositus epula-
D rum regis, quæ ad opus pistorium pertinebant. Sublimem se esse credebat, quia in potestate habebat panem regiũ,
nesciebat multos anfractus esse huius potentiæ. Minabatur aliis ipse mox supplicio dedendus extremo, nec audi-
uit eum, qui licet seruulus domini, tamen loquebatur oraculum, quod ipsius iussu regis de quo sibi plurimum blã
diebatur, caput amissurus esset, esca auibus derelinquẽdus. Vel hoc exemplum reuocare deberet regios ministros,
vt fauoribus non crederent. Sunt & alia exempla de fastu & fragilitate ministrorum regalium, quæ posterioris tẽ
poris historia habet. Et Doech præpositus erat, & præpositus regis animalium, adde si placet, mulorum, hoc est, 1. Regum
spadonum animalium. Hic quoq; sacerdotem domini detulit, & fraude regem commouit in sacerdotis periculũ, 21. & 22.
& hic Syrus erat. Num mentior, quando patriæ facta conueniunt? Aman quoque à cubiculo regis, & ipse præpo-
situs, dum inuadere ecclesias domini improba temeritate contendit, populumq; fidelem spoliare ac persequi, gra-
uibus sacrilegia suppliciis expendit. Sed reuertamur ad istum vini præpositum, qui quasi multo ebrius mero, be-
neficij auctorem oblitus diu, aliquando tamen vt regi prouideret interpretem, non quasi gratus, sed quasi callidus
E intimauit seriem rei gestæ. CAIETANVS. Erat ibi puer Hebræus. Habes hinc prudens lector, hominẽ ætа-
tis xxx. annorum appellari puerum, quod enim puer sit nomẽ ætatis, hoc in loco perspicuum est ex eo, quod sub-
iungitur, eiusdem ducis militum famulus. AVCTOR CATENAE. Vitauit hoc in loco doctus interpres
multas repetitiones Hebraico idiomati proprias, & sensum apte summauit. Est enim hæc litera in Hebræo, sicut
in Chaldaica. Eratq; ibi nobiscum puer Hebræus seruus principis militum, & narrauimus ei somnia, & interpre-
tatus est nobis, iuxta interpretationem vniuscuiusq; somnij interpretatus est. Et factum est sicut interpretatus est
nobis, ita fuit, me reduxit ad ministerium meum, ipsum autem suspendit. Sed & Septuaginta repetitiones has prę
terierunt. Hebræus autẽ puer dicitur Ioseph, quia lingua Hebraica loqueretur, scilicet Chaldaica vel Syriaca, non
Chananaica nec Aegyptiaca, nisi quantum didicerat per xij. fere annos, quibus in Aegypto iam fuerat. Iuxta au-
tem interpretationem vniuscuiusq; somnij interpretatus dicitur, quia vterq; habuit solutionem proprio somnio
conuenientem, & prout rei probauit euentus. *Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac ueste*
F *mutata obtulerunt ei.* CHRYSOSTOMVS. Vide statim ab initio quantus nunc honor. Postquam enim pur-
gatus per patientiam, sicut aurum rutilans, exiit de carcere, & ductus est ad regem. Vidisti quantum illud certamẽ cer
gratia adiuuari? Vide quanta dispensata sunt, vt res Ioseph complerentur. Nam postq; summum illud certamẽ cer
tasset, & scelestæ illius Aegyptiæ pedicas effugisset, & in carcerem eius coniectus esset, permisit vt præfectus pin-
cernarum, & præfectus panificum Pharaonis per illud tempus in carcerem coniicerẽtur, & per diiudicationẽ som
niorũ discerent viri sapientiam, vt nunc tempestiue memor eius, in medium ducat AVCTOR CATENAE.
וַיְשַׁלַּח פַּרְעֹה וַיִּקְרָא אֶת יוֹסֵף Protinus ad regis imperium, &c. Deest hic integra clausula, quæ ita habetur in Hebræo
וַיְרִיצֻהוּ מִן הַבּוֹר וַיְגַלַּח וַיְחַלֵּף Vaisślah Paro vaikra eth Ioseph, Et misit Pharao, & vocauit Ioseph. Deinde dicitur
שִׂמְלֹתָיו וַיָּבֹא אֶל פַּרְעֹה Vairizuhu min habor, vaigallah vaihalleph simlothaf, vaiabo el paro, Et fecerũt eum cur-
rere de carcere, & totondit se, & mutauit vestes suas, & ingressus est ad Pharaonem. Chaldaica, Et fecerunt eũ fe-
stinanter exire de carcere, & attonsus est, & mutauit vestimenta sua, & ingressus est ad Pharaonem. Idem fere &
Septuaginta. Proprie autem Bor, foueam significat, sed pro carcere ponitur, eo quod esset factus in modum foueæ
sub terra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub terra. Septuaginta, ἐκ τῆς ἀχυρώματος, id est Ex munitione, dixerũt, vbi in domo forti, munita & grãdi, captiui G
tuto seruabantur ne euaderent. Squalorem ergo barbæ & vestium curant ministri regis, quod decentius regi præ-
sentetur in aula. Incarcerati enim & exules solent esse intonsi. Et quia in sordido habitu non licebat alicui assistere
coram rege, iuxta illud Hester iiij. Non erat licitum sacco indutum aulam regis intrare, vestem illi mutauerunt.
Cui ille ait, Vidi somnia, nec est qui edisserat, quæ audiui te sapientissime coniicere. CHRYSOSTOMVS. Vide quomo
do confusus Pharao, non dicit manifeste, quod nullus suorum sapientium potuerit diiudicare somnia. Sed quid?
Sõniũ vidi, & non est qui diiudicet illud. Audiui autem de te dicentes, quod audierunt te tua somnia diiudicasse.
AVCTOR CATENAE. Quæ audiui te sapientissime coniicere. Alia verba sunt in Hebræo, non tamen sen-
sum variantia וַאֲנִי שָׁמַעְתִּי עָלֶיךָ לֵאמֹר תִּשְׁמַע חֲלוֹם לְפִתֹּר אֹתוֹ Vaani samáeti alécha lemor, tismaa halom liphtor o-
tho, Et ego audiui de te dicere, quod audias somnium ad interpretandum illud. Chaldaica, Et ego audiui de te di
centes, quod audis somnium, & interpretaris illud. Idem fere & Septuaginta. Quod si communem sequaris lite-
ram, legens, Quæ audiui te prudentissime coniicere, simplex relatio est. Non enim relatiuũ quæ, refertur ad som- H
nia quæ dixerat se Pharao vidisse, sed ad somnia in communi. Dixerat nanq; regi pincerna, Ioseph prudentissimũ
esse somniorum interpretem. CHRYSOSTOMVS. Considera autem obsecro, hic magnam prudentiã &
pietatem Ioseph, quomodo Pharaoni respondeat. *Respondit* (inquit) *Ioseph, Absque me deus respondebit prospera Pha-*
raoni. Vel iuxta nostra exemplaria, Sine deo non respondebitur salutare Pharaoni. Ne suspiceris (inquit) me ali-
quid à me dicturum, vel iuxta humanam sapientiam diiudicaturum. Neq; enim possibile est sine reuelatione quæ
superne venit, talium notitiam habere. Scias igitur quod absq; deo non iudicabitur quod salutare Pharaoni. Vide
quomodo responso suo docet Pharaonem, quàm sint infirmi & inutiles sapientes eius, & quanta sit patientia dei.
HIERONY. IN QVAEST. HEBRAICIS. In Hebræo aliter habet, Sine me deus respondebit pacem
Pharaoni. Denique Symmachus more suo apertius transtulit, Non ego, sed deus respondebit pacem Pharaoni.
CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, præter me deus respondebit pacem Pharaoni. Hoc est præter mea
merita, respondebit deus iustus distributor omnium, ea quæ sunt pacis, hoc est, bona, Pharaonis. Consueuerãt pa- I
cis nomine bona omnia comprehendere, vt testantur superius scripta. Deo itaq; interpretandi gratiam tribuit, &
nulla sua merita agnouit Ioseph. AVCTOR CATENAE. Absq; me deus respondebit prospera Pharaoni.
Locum recte vertit interpres, quem Chaldaica dilucidiorem faciens, inquit, Non ex sapientia mea, sed à facie do
mini respondebitur pax Pharaoni. Quasi dicat sanctus Ioseph, Procul est à me, & neutiq̃ propriis viribus & huma
nis constat secretorum illa scientia, nihil mihi tribuendum in hac re, dei bonitatis est & gratiæ, qua fertur ad regẽ,
vt illa somnia exponere possim, qui tantopere regem amat, regnoq; illius prospicit, vt quæ situ necessaria sunt, re-
uelare dignetur, tam illi somnianti, quàm mihi interpretanti. Ex hoc autem totum deo attribuit Ioseph, & arro-
gantiam vitat. CHRYSOST. Igitur quoniam cognouisti ex me (inquit ille) quod neque ex humana sapien-
tia, neque ex propriis rationibus hæc loquor, dic quæ à deo tibi manifestata. Pharao vbi hæc audiuit. *Narrauit som-*
nia quæ uiderat, & primum & secundum, & dixit, Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne conscende- K
re, pulchras nimis & obesis carnibus. INTERLINEARIS. Id est rotundis & plenis pinguedine. *Quæ in pastu*
paludis uireta carpebant. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Pingues carne, & pulchras forma, & pasce-
bantur in prato. Corrigenda siquidem sunt hæc sicut superius. Verum quia sensus non variatur in huiusmodi re-
petitione somniorum, pertranseo. AVCTOR CATENAE. Hebraica litera & Chaldaica ita habent. Locu-
tusq; est Pharao cum Ioseph, dicens In somnio meo ecce ego stabam super ripam fluminis, & ecce de flumine ascẽ
debant septem boues pulchræ, & pingues carne, & formosæ aspectu, & pascebantur in prato. Sic fere & Septuagin
ta, excepto quod habent, καὶ ἐνέμοντο ἐν τῷ ἄχει, Et pascebantur in Achi. De quo dic vt supra. *Et ecce has sequebãtur*
aliæ septem boues, intantum deformes & macilentæ, ut nunquam tales in terra Aegypti uiderim. In Hebræo vero & Chaldaica
ita legitur. Et ecce septem boues aliæ ascendebant post eas, macilentæ nimis, & deformes aspectu, & diminutę car
nibus. Non vidi similes eis tantum deformes in vniuersa terra Aegypti, vel non vidi similes in tota terra Aegy-
pti in turpitudine, vel tam malæ erant. Sic enim לְרָעָה laróa interpretãtur. Septuaginta ὅιας οὐκ εἶδον τοιαύτας ἐν ὅλῃ L
γῇ Αἰγύπτου αἰ χροιήρας, Quales non vidi tales in omni terra Aegypti turpiores. Et Græca locutio est. Dici autem
potest more nostro, Quibus nunq̃ vidi turpiores, aut quales nunq̃ vidi, aut nunquam vidi tales. Recitat autẽ Pha
raonis somnium suum coniectori, quod & Aliatico stilo Moyses scribit ad verbum vt prius. *Quæ deuoratis & consum-*
ptis prioribus, nullum saturitatis dedere uestigium, sed simili macie, & squalore torpebant. Hebraica & Chaldaica leguntur
huiusmodi. Et comedebant boues macilentæ & deformes, alias septẽ boues priores pingues, & ingrediebantur in
vterum siue in interiora earum, & non cognoscebatur quod ingressæ fuissent in vterum vel in intestina earum,
& aspectus earum erat deformis sicut prius, & euigilaui. Sic & Septuaginta. Et si (inquit) deformes & tenues vac-
cæ quas nemo dignaretur alere vel curare, pingues tamen & pulchras boues deuorauerunt, adeoq; vt omnes in
viscera earum intrauerint, non tamen in eis signum aliquod apparuit saturitatis, sed eadem macie & tenuitate la
borabãt, perinde ac si illas nõ comedissent, nõ enim impinguabãtur aliquaten⁹, sed perditũ erat quicquid edissẽt.
Euigilans, rursum sopore depressus, uidi sõniũ. Septẽ spicæ pullulabãt in culmo uno, plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septẽ tenues M
& percussæ uredine oriebãtur e stipula, quæ priorũ pulchritudinẽ deuorauerũt. Iuxta Hebraicã & Chaldaicã literã, ita legit.
Vidiq; in somnio meo, & ecce septẽ spicę ascẽdebãt in calamo vno, plenæ & bonç. Et ecce septẽ spicæ aliæ inanes
vel marcidæ, & tenues & percussæ vredine, seu vento orientali vel euro, oriebantur post eas. Et deuorabant septẽ
spicæ inanes septem alias spicas pingues & bonas. Nota vero quod dictio שִׁבֳּלֶת zenumoth, pluralis est & generis
fœminini, & solum in hoc numero, & in hoc loco duntaxat inuenitur, & radix eius est צֵם zenum, quod aridum
significat & siccum. Aliqui tamen paruas & minutas, aliqui petreas, quod idem est quod siccas, alij marcidas ver-
terunt. Chaldaica, inanes, Septuaginta, λεπτούς, tenues dixerunt. Quodq; apud nos est, vredine percussæ, ipsi ele-
gãter & accommode, ἀνεμόφθορους, id est vento corruptæ reddiderunt. Secundum itaque somnium recitat de spi-
cis, idipsum significantibus quod vaccæ duplices. *Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui edisserat.* CHRYSO.
Potuit hic dicere Ioseph, Non audisti à me quod non est humanæ sapientiæ talia significare? Ne igitur illis suc-

censeas,

A censeas, nunquam enim potuerunt talia comprehendere, quæ sunt solius reuelationis quæ supernè datur. *Mysticè.*
ORDINARIA. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait, Confiteor peccatum meum & cæ-
tera, hoc est, quod Gentilis populus tandem per exhibitionem præteritorum, se intulit in spem futurorum.
AVCTOR CATENAE. Et videns deficere sapientiam mundi, didicit recurrere ad sapientiam Christi.
PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Post duos autem
annos, tertio incipiente, de carcere educitur Ioseph, & noster Ioseph Christus dominus die tertio à mortuis re-
surrexit. AVCTOR CATENAE. Tondetur etiam, & vestibus mutatur, quia in resurrectione omnis hu-
manæ infirmitatis superfluitas abscisa fuit ab eo, & indutus est veste immortalitatis, veste mortalitatis depositа.
Præsentatur autem Pharaoni, hoc est, mundo resurrectio declaratur. INTERLINEARIS. Sed nec est qui
somnia edisserat, præter Ioseph, quia mysterium quod absconditum in deo à seculis, apparente tantum mediato-
re & prædicante, manifestatum est. AVCTOR CATENAE. Quod autem ait Ioseph, Absque me respon- B
debit deus prospera Pharaoni, hoc est, quod Christus semper quærebat gloriam patris, iuxta illud Ioãnis decimo-
septimo, Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Septem autẽ boues pingues, septem sunt dona spi-
ritus sancti, quæ omnia carnalia desideria excedũt, septem deformes & macilentæ, vniuersa vitia, quæ septem do-
na data in baptismo deuorare contendunt. Quod vero nunquam tales in terra Aegypti visæ sunt, hoc ad tempus
antichristi referendum est, quando tanta erit iniquitas, quanta antea fuit nunquam. De qua etiam habetur Mat-
thæi vicesimoquarto, Orate vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis
non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Famelicæ autem vaccæ nullum saturitatis dedere vestigium,
quia vitia nunquã saturantur, sed semper sui famem patiuntur, iuxta illud Osee, Comedent, & non saturabuntur. Osee 4.

C RESpondit Ioseph, *Somnium regis unum est. Quæ facturus est deus, ostendit Pharaoni. Septem boues* 3
pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem ubertatis anni sunt, eandemque uim somnij comprehendunt.
Septem quoque boues tenues atq; macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & uen-
to urente percussæ, septem anni uenturæ sunt famis, qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni uenient fer-
tilitatis magnæ in uniuersa terra Aegypti, quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, ut obliuioni tradа-
tur cuncta retro abundantia. Consumptura est enim fames omnem terram, & ubertatis magnitudinem perditu-
ra est inopiæ magnitudo. Quod autem uidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indicium
est, eo quod fiat sermo dei, & uelocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex uirum sapientem & industrium,
D *& præficiat eum terræ Aegypti, qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum*
per septem annos fertilitatis qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis
potestate condatur, seruetur que in urbibus, & præparetur futuræ septem annorum fami quæ oppressura est
Aegyptum, & non consumetur terra inopia.

Respondit Ioseph, Somnium regis unum est. AVCTOR CATENAE. Ac si dicat, Duplex somnium tuum 3
quoad visionem, vnum est quoad significationem. *Quæ facturus est deus, ostendit Pharaoni.* AVGVSTINVS
IN LOCVTIONIBVS. Et hic locutio est, cum Pharaoni loqueretur, tanquam de altero dicit. RVPER-
TVS. Quæ facturus est deus, & cætera. Quis enim facturus erat illa? Quis (inquam) nisi ipse de quo veritissime Esaiæ 45.
est dictum, faciens pacem, & creans malum? Nam psalmista pulchrè ita sentiens, Et vocauit (inquit) famem su- Psalm. 104.
per terram, & omne firmamentum panis contriuit. Hoc ergo ostendit, quia vocaturus esset famem super terram,
durum vtique carnificem, tristemq; ministrum, cuius austeritate constringeret eos qui comederant fratris sui
E pretium. Nunquid qui in seruum vendiderant fratrem, non & ipsi serui fierent? Hoc nempe firmiter memoriæ
commendandum est, quia iuste in seruitutem Aegyptiorum traducti sunt filij Israël, & aliis merito seruierunt,
quibus eorum scelere in seruum venundatus est Ioseph. Sola autem gratia dei visitati sunt, sola clementia non
merito suo, de illa domo seruitutis liberati sunt. Bene igitur quæ facturus erat deus, ostendit Pharaoni, & idcir-
co ostendit, vt præuisa, leniretur multis populis magnitudo periculi, & illis labor inde maximus obueniret, à
quibus fratrem oportebat quem vendiderant, sub pœna & fama vindice adorari. Sed quomodo dictum est, o-
stendit deus Pharaoni, cum ille somnia quæ viderat, non intellexerit, neque quisquam ex coniectoribus Aegy-
ptiorum, cunctisque sapientibus ad quos miserat, interpretari potuerit? Verum hocille rectè dixerit, apud quem
certa iam erat interpretatio, quam per ipsum mox deus ostenderet Pharaoni. *Septem boues pulchræ, & septem spi-*
cæ plenæ, septem ubertatis anni sunt eandemq; uim somnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ a-
F *scenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & urente uento percussæ, septem anni uenturæ sunt famis, qui hoc ordine complebuntur.*
CAIETANVS. Clausula hæc, Qui hoc ordine complebuntur, non est in Hebræo, sed loco eius habetur, Hoc
verbum, quod locutus fui ad Pharaonem, quod deus faciens, videre fecit Pharaonem. Dixerat enim quod deus
ostenderat Pharaoni rem quam erat ipse deus faciens, nam tam propinqua erat efficientia, vt merito diceretur
præsens. AVCTOR CATENAE. Hebraica & Chaldaica litera est huiusmodi. Septem boues bonæ, se-
ptem anni sunt, siue illæ, & septem spicæ bonæ, septem anni sunt, siue illæ, somnium vnum est. Septem autem bo-
ues macilentæ & deformes, quæ ascendebant post eas, septem anni sunt, vel illæ, & septem spicæ tenues, & per-
cussæ vredine, erunt septem anni famis. Ipse est sermo quem locutus sum cum Pharaone, quod deus facturus est,
siue faciens, ostendit Pharaoni, seu videre fecit Pharaonem. Est enim הֶרְאָה Hera, quod verbum est tertiæ con-
iugationis, à רָאָה raa, quod videre significat. Dictio autem הֶרְאָה henna, quam Chaldaica, sunt, legit, in Hebræo
proprie plurale est fœminini generis pronominis הֵאִי hi, id est illa. Eadem est lectio apud Septuaginta. Studet itaq;
breuitati Ioseph regi loquens, & prudenter ambo in vnum somnia colligens, & breuibus absoluit negotium, plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus à rege verbis propositum. Iterum autem, esse, pro significare hoc loco accipitur. Sed & vide quantus dei spi- G
ritus in Ioseph, quia enim fertilitas ex duobus contingit & impeditur, bona scilicet terræ cultura, vel ipsius de-
fectu, necnon ex pingui seu tenui messe, ideo prudentissime per bones pingues & macilentas, quarum labore
terra colitur, septem annos fertilitatis, & septem sterilitatis designauit, prout fertilitas & sterilitas ex bona vel
mala terræ cultura proueniunt. Rursumq; quia spicæ messis tempore colliguntur, ideo per septem plenas & se-
ptem tenues, merito septem fertilitatis, & septem sterilitatis annos prænotauit, prout ex pingui & tenui mes-
sium collectione, fertilitas & sterilitas proueniunt. *Ecce septem anni uenient fertilitatis magnæ in uniuersa terra Aegy-*
pti, quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, ut obliuioni detur cuncta retro abundantia. Consumptura est enim fames omnem
terram, & ubertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS
HEBRAICIS. Ecce septem anni venient abundantiæ magnæ in omni terra Aegypti. Miror quomodo ver-
bum Hebraicum שָׂבַע Sabaa, quod nos supra, abundantiam siue satietatem, in puteo quem foderunt extremum
serui Isaac, interpretati sumus, nunc Septuaginta rectissime transferentes, ibi iuramentum interpretati sunt, cum H
& iuramentum, & septem, & satietas, & abundantia, prout locus & ordo flagitauerit, possit intelligi. Sed & in con
sequentibus vbicunque abundantia legitur in Hebræo, idem verbum scriptum habetur. AVGVSTINVS
IN LOCVTIONIBVS. Consumptura est enim fames omnem terram. Locutio est, pro omnes qui erunt
Luc.16. in terra. GRAECVS. Huiusmodi vero etiam status est diuitum huius seculi, à fertilitate & bonis caducis
incipiunt, in sterilitatem autem atq; in fœlicitatem desinunt, quemadmodum ille dives qui purpura induebatur
Luc.6. & byssо, & epulabatur quotidie splendide, postea mortuus est, & in tantam venit penuriam, vt pauxillo aquæ in
excruciante se flamma indigeret, quæ arentem linguam eius refrigeraret. Vnde & per dominum dicitur, Væ vo-
bis qui ridetis nunc, quia flebitis. Et væ vobis qui saturati estis, quoniam esurietis. AVCTOR CATENAE.
Et vbertatis magnitudinem, perditura est inopiæ magnitudo. Alia sunt in Hebraica & Chaldaica litera verba. Et
non cognoscetur saturitas in terra Aegypti propter famem illam quæ erit postea, quoniam valde grauis erit. Sic
fere est apud Septuaginta. Sed idem sensus est cum litera nostra. Dicat igitur Ioseph Pharaoni. Opus prouidentiæ I
diuinæ futurum, quod regno tuo imminet & tibi, dominus reuelauit per somnium, non claritate tanta quæ suffi-
ceret tibi ad mysterij scientiam, sed obscurius, quo interpretis officium, & gratia tibi necessaria foret, & per me dei
gloria panderetur, & mea miseria tandem finiretur. Consumptura est (inquit) fames omnem terram Aegypti. Lo
cutio est (vt dictum est) qua continens pro contento sæpe ponitur, hoc est, macerabit, affliget, & multos occidet ha
bitatorum Aegypti. Et vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. Exaggerat Ioseph incommodũ
famis & inediæ, sic enim reuera intolerabilis imminebat toti regno, vt maturiore prouisione cõsulendum esset ei.
Necesse enim erat prouidere in tempore tanto malo. Sed quæritur, vnde sit, quod frequenter post magnam fertil-
itatem sequatur magna sterilitas: Hoc enim sæpe accidere videmus, tam in agris quàm in vitibus, & arboribº cun
ctis. Huius rei duę possunt assignari causę, superior vna & vniuersalis, inferior altera & particularis. Et prima qui-
dem, diuina est prouidentia seu dispositio, quia enim homines tempore abundantiæ brutorum more viuunt, cra-
pulæ, ebrietati, ludis, luxuriæ, aliisq; vitiis dediti, mandatorum dei penitus obliti, iuxta illud psalmi, Prodiit quasi K
Ezech.16. ex adipe iniquitas eorum, transierũt in affectum cordis. Itemq;, Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia,
saturitas panis, & abundantia, ideo deus quasi indomitos, fame ceu verberibº castigat, vt vel vexatione dante in-
tellectum, resipiscant, & ad cor redeant. Secunda autem inferior & particularis, est terræ siue arborũ debilitatio,
quæ naturaliter post multas segetes seu fructuum abundantiam, sequitur. Nam sicut mulier quæ vno partu plures
ædidit filios, postea adeo remanet debilitata, vt interdum per annos plures quasi sterilis persistet, sic est in terra, seu
arboribus ex ea nascentibus. *Quod autem uidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat*
sermo dei, & uelocius impleatur. CAIETANVS. Non ergo solum firmitatis, sed etiam celeritatis, indicium, se-
cundo somniasse idem, interpretatur. AVCTOR CATENAE. Quod autem vidisti, &c. Hebraica & Chal
daica litera, Et quia iteratum est somnium Pharaonis his duabus vicibus, indicat quoniam certus erit sermo à fa-
cie dei, & cito faciet eum deus. Sed & adhuc magis ad proprietatem literæ, Et propterea repetitum est somnium
Pharaonis, quia firmum seu decretum est verbum à deo, & festinat deus ad faciendum illud. Sic fere & Septuagin L
ta. Duabus igitur vicibus statim subsequentibus, reuelatio eadem disignat certitudinem præuisorum, & acceler-
ationem, vt sciat rex quid sit facto opus. *Nunc ergo prouideat rex uirum sapientem & industrium.* Hebraicè est נָבוֹן וְחָכָם
Nabon vehacham, prudentem & sapiẽtem, sic & Chaldaica, & Septuaginta, φρόνιμον καὶ συνετόν. Sapientem ergo
in diuinis, industrium vel prudentem in humanis, in quibus dirigatur à deo. *Et præficiat cum terræ Aegypti, qui con*
stituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis qui iam nunc futuri sunt, congreget
in horrea. Qui constituat præpositos per cunctas regiones. Hebraica, Græca & Chaldaica æditiones hoc modo le-
gunt, Faciat Pharao, & constituat præpositos super terram. Quod vero sequitur, Et quintam partem fructuum per
septem annos fertilitatis, Hebraicè sic legitur. :וְחִמֵּשׁ אֶת אֶרֶץ מִצְרַיִם בְּשֶׁבַע שְׁנֵי הַשָּׂבָע Vehimmes eth érez miz-
ráim besebaa sene hasabaa, Et quintet terram Aegypti in septem annis fertilitatis, hoc est, quintam partem colli-
gat ex terra Aegypti, seu soluere faciat terram Aegypti, ac diligenter custodiri. Sic & Septuaginta, καὶ ἀποστεμ-
πτωσάτωσαν πάντα τὰ γενήματα τῆς γῆς αὐτῆς του, Et quintent omnes fruges terræ Aegypti. Chaldaica variat hoc in M
loco, & habet, Et muniant terram Aegypti in septem annis saturitatis, Refertq; sicut & Septuaginta, non ad regẽ,
sed ad præpositos constituendos. Sicut ergo Hebræi à chames, quod est quinq;, fecerũt chimes, perinde si diceres,
quinquauit, sicut à decem decimauit, sic & Septuaginta à πέντε, fecerunt πεντόω, inde ἀποπεντόω. Demũ quod se-
quitur, Qui iam nunc futuri sunt, cõgregent in horrea, In Hebræo legitur וְיִקְבְּצוּ אֶת כָּל אֹכֶל הַשָּׁנִים הַטֹּבוֹת הַבָּאוֹת
חָאלֶּה Vaikbezu eth col óchel hasanim hatoboth habaoth haélle, Et congregẽt omnem escam annorum bonorũ
venientium istorum. Sic & Septuaginta. Chaldaica quoq;, Et congregent omne frumentum annorum bonorum
istorum qui venturi sunt. Vides hic quod non solum honestum est, sed & vtile & necessarium, præficere Rei. P. vi-
ros bonos sapiẽtes & fidos, qui circunspectione sua futuris prospiciant malis, & occurrant, omniaq; pericula illius
sua sapientia & integritate, ipsorum quoque periculo auertant: Quintam autem inferri iubet regi sanctus Ioseph,
quod

A quod quatuor reliquis partibus sufficientiam haberet populus pro annis illis prioribus, & residua quinta cum reli-
qua annona, quæ modica quidem crescebat, posterioribus annis vtcunque sustentaretur populus, qui vtique ste-
rilitatis tempore parcius & sobrie magis viuere consueuit. Quintam autem hanc rex consilio Ioseph à ciuibus e-
mebat secũdum Hebręos, licet viliori commercio, secundum alios per impositionem exigebat, quam postea ven
didit populo indigenti. *Et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur q; in urbibus, & præparetur futuræ sa-*
ptem annorum fami, quæ oppressura est Aegyptum, & non consumetur terra inopia. Et omne frumentũ sub Pharaonis po-
testate condatur, seruetur q; in vrbibus. Hebraicè est :אֹכֶל בֶּעָרִים וְשָׁמָרוּ Ochal béarim vesamáru, Cibus in ciuita-
tibus, & seruetur. Sic & Septuaginta βρώματα ἐν ταῖς πόλεσι φυλαχθήτω, Escæ in ciuitatibus custodiantur. Chal-
daica vero, Et condant frumentum sub potestate præpositorum Pharaonis, seruentq; frumentũ in vrbibus. Quod
vero sequitur, Et præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Aegyptum. Sub aliis verbis est in
Hebræo וְתִהְיֶה הָאֹכֶל לְפִקָּרוֹן לָאָרֶץ: לְשֶׁבַע שְׁנֵי הָרָעָב אֲשֶׁר תִּהְיֶיךְ בְּאֶרֶץ מִצְרָיִם Vehaia haóchel lephikadon laárez,
B leśebaa sene haraab aśer tihiéna beérez mizráim, Et erit cibus in depositum seu reconditum terræ, pro septem
annis famis qui erunt in terra Aegypti. Hoc est, Erit quasi repositus thesaurus, qui tempore necessitatis terram &
eius habitatores, ne pereant, conseruabit. Septuaginta, καὶ ἔσται τὰ βρώματα τεφυλαγμένα τῇ γῇ, Et erunt escæ custo-
ditæ terræ, & cætera. Chaldaica, Et erit frumentum seruatum in terra pro septem annis famis, qui futuri sunt in
terra Aegypti. Deinde quod habetur, Et non consumetur terra inopia, in Hebræo est תִּכָּרֵת thichareth, hoc est,
Abscindetur, succidetur, disperdetur, vel (vt Septuaginta habent) ἐκτριβήσεται, id est, Conteretur, Chaldaica, Et
non consumetur fame populus terræ. Quæ omnia vt vides à sensu literæ nostræ non recedunt. Ordinatione igi-
tur regis recondi suggerit frumenta in proximas quasque vrbes, non autem vendi, aut in extraneas transportari
prouincias, vt suo tempore præsto sint regi & populis. Non autem propria præsumptione regi consilium non ro-
gatus ingerit iustus, sed dei instigatione iubetur pergere consulturus regno, tam præsenti consilio, necessario &
vtili. Vt statim sapientia Ioseph vsque ad miraculum regi & principibus perspecta esset, & sine dilatione præfice-
C retur, ac sine inuidia principum, qui pariter omnes diuinam eius sapientiam admirari & honorare cogerentur, il-
lumq; velle perficere. Mystiçè.
INTERLINEARIS ET RVPERTVS. Verum quia sic Ioseph somnium interpretatur, vt tempo-
rum euentui, & mystico intellectui seruiat, Dicendum, quod sicut somniũ regis interpretari nemo potuit, nisi so-
lus Ioseph, sic dei patris consilium in scripturis sub velamine literæ absconditum, aperire nemo, præter domi-
num Iesum Christum, dignus inuentus est. Vnde in Apocalypsi dicit Ioannes, Et nemo poterat neque in cœlo, Apocal.5.
neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, nec videre illum. Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleue-
ris, Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Boues autem pul-
chræ & crassæ nimis, siue spicæ plenæ atque formosæ, christianorum, qui scripturarum viuificantem sequuntur
spiritum septem annis, id est, omnibus diebus vsque ad consummationem seculi (septenario nanque solet nume-
ro vniuersitas designari) Boues vero fœdæ, confectæq; macie, siue spicæ tenues & percussæ vredine, Iudæorum
D sunt, qui occidenti literæ incumbunt, semper legentes, semperq; legendo solam scripturæ paleam sectantes, nul-
lum saturitatis possunt dare vestigium. Hanc Aegyptiis saturitatem, & hanc Iudæis famem dominus prænun-
cians, Ecce (inquit) serui mei comedent, & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis. AMBROSIVS Esa.65.
DE IOSEPH PATRIARCHA. Sed & aliter. Vetus somnium, res recentes. Posterioribus priora con-
sumpta sunt, & vbi erat ante vbertatis copia, ibi rerum omnium facta est indigentia. Et si non ego Ioseph, vaccas
tamen illas pingues, non solum lasciuiam, sed etiam incuriam diuinæ significare arbitror reuerentiæ, de perfidis
enim dictum est, Tauri pingues obsederunt me, Et de Iudæorum populo scriptum est, Impinguatus & incrassa- Psal.21.
tus & dilatatus est, & dereliquit deum factorem suum. Et ideo somnium illud redundantiæ secularis perpetuum Deut.32.
esse non posse, sed fore tempus, quo his fames dura succederet. Nec tamen hoc somnium vni aut duobus demon
stratum arbitror, sed omnibus propositum, eo quod septem anni istius mundi pingues sunt, & seculari vbertate o-
E pimi, absorbeantur ab illis seculis quæ futura sunt, in quibus perpetua quies & legis obseruantia spiritalis, quam
Effrem illa tribus patrum deo fructuosa custodit. Bona vacca, non illa corporeo distenta vbere, sed abundans spi-
ritalis lactis & gratiæ, super cuius decorem ceruicis deus sedere se dicit, vt scriptum est, Effrem vacca docta dili- Osee 10.
gere victoriam. Ego enim transiui super decorem ceruicis eius. Non ergo impinguet caput nostrum oleum pecca
toris, nec falsi fructus delectare nos debent, ne dicatur & de nobis, Seminastis impietatem, & iniquitates eius vin
demiastis. Manducasti fructum falsum, quia speraſti in curribus tuis. Nec me mouet quod habet spicas macras &
vento corruptas, quia & Dauid tunc melior erat, quando sicut aranea tabescebat, & spiritus contribulatus sacrifi- Vbi supra.
cium deo est, & illi præstantiores euadunt, quos in hoc seculo grauibus iniuriis spiritus malignus exercuit. PRO-
SPER. Aliter. Exponit Ioseph Pharaoni somnia, ac futuræ famis arcendæ gratia, ex abundantia annorum se-
ptem, per sapientem virum condi debere frumenta, & impleri horrea salubri consilio instruit, Et noster Ioseph Ioan.12.
Christus dominus, mundo per septenarium numerum currenti in finem, tale consilium dedit. Nisi enim (ait) gra
F num frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum Psal.125.
afferet. Quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ORDINARIA. Sed & consilium Ioseph tem-
pore gratiæ videmus impletum, quia abundãte doctrina apostolica, septiformi spiritu ministrata, diuina disposi-
tione per singulas vrbes episcopi & doctores ordinati sunt, qui abundantia doctrinæ diuinitus sibi collatæ, libros
sanctos scripserunt, quibus abundante fame verbi, & deficientibus doctoribus indigentiam populorum refice-
rent. Notandum autem quod Aegyptij quintam partem frugum in horrea regis cõgregant, quia filij tenebrarum
quinque sensibus dediti, cœlestia non curant, sed veri Israëlitæ decimas dant, quia cœlestem patriam cuius decima
pars corruit, reformare laborant. EVCHERIVS. Potest & hebdomada duorum annorum, significare tem-
pus præsens & futurum. Qui enim fideliter ac pie viuendo laborauerint in seculo præsenti, quod reperiant in fu-
turo, beatitudinem consequentur perpetuæ vitæ. Qui autem infideles existunt & nihil cogitant de futuro, otioq;
in præsenti seculo torpescunt, sterilitatis suæ in futuro reperient finem.

Universidad de Deusto Biblioteca

4 PLacuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius. Locutusque est ad eos, Num inuenire poterimus ta G
lem uirum, qui spiritu dei plenus sit. Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostēdit tibi deus omnia quæ locutus es,
nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domū meam, & ad tui oris im-
perium cunctus populus obediet, Vno tantum regni solio te præcedam. Dixitque rursum Pharao ad Ioseph, Ecce
constitui te super uniuersam terram Aegypti. Tulitque annulū de manu sua, & dedit eum in manu eius, uestiuitq;
eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum
clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterēt, & præpositum esse scirent uniuersæ terræ Aegypti. Dixit
quoque rex Aegypti ad Ioseph, ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in
omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & uocauit eum lingua Aegyptiaca, saluatorem mundi. Deditque illi H
uxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos.

4 *Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius.* AVCTOR CATENAE. Laudandus non solum inuentor
boni consilij, sed æquè commendandi, qui acquiescunt sanis consiliis, quos permouere potest Reipublicæ necessi-
tas vel vtilitas. Denique qui consilium dei audiunt & amplectuntur, qui se persuaderi sinunt, qui credunt prophe-
tæ. CHRYSOSTOMVS. Et nunc seruit Pharao impletioni somniorum Ioseph, quæ viderat, quando apud
patrem agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis diiudicabat, Pharao autem ad finem somniorum euentum du-
cebat ignorans. Nam vt hæc audiuit, *Locutus est ad eos, Num inuenire poterimus. Talem uirum, qui spiritu dei plenus sit?* Vi
disti quomodo cognouit & ipse, quod ex superna reuelatione hæc ei manifestata fuerint? Quomodo enim (inquit)
inuenire poterimus, qui tantam consequutus sit gratiam, vt spiritum dei in se habeat? AVGVSTINVS IN
QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Ecce iam tertio nisi fallor, insinuatur nobis in hoc libro I
spiritus sanctus, id est, spiritus dei. Primo enim dictū est, spiritus dei ferebatur super aquas. Secūdo vbi dicit deus,
Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propter quod caro sunt. Et tertio nunc quod Pharao dicit de Io
seph, esse in illo spiritum dei, nondum tamen legimus spiritum sanctum. CAIETANVS. Diuinum ergo in
Ioseph spiritum admiratus Pharao, singularem iudicauit, tum ex singulari interpretatione, tum ex adinuento sta-
tim consilio. AVCTOR CATENAE. Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu dei plenus sit.
Chaldaica hic habet, Nunquid inueniemus talem virum, in quo spiritus prophetiæ à facie dei est? sed idem est sen
sus cum litera nostra, magisq; clarus redditus. Spiritum ergo dei agnoscit rex in tam bono consilio, & virtuti prę-
mium parat, decernitq; & honorem, *Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostendit tibi deus omnia quæ locutus es.* Hebraice est
אַחֲרֵי הוֹדִיעַ אֱלֹהִים אוֹתְךָ אֶת כָּל זֹאת Ahare hodiaa elohim óthcha eth col zoth, Postquam scire seu cognoscere fe
cit deus te totum hoc, vel omnia hæc. Interpretando scilicet somnia mea, & consulendo quid mihi agendum.
Nunquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur assertiue, Non K
intelligens & sapiens sicut tu. Planus est sensus, ex quo deus fecit scire te omne hoc, perspicuum est, quod non est
intelligens & sapiens sicut tu. Refertur autem intelligentia ad acumen intellectus, penetrando abscondita, sapien-
tia vero ad consilium & prudentiam prouidendi. AVCTOR CATENAE. Nunquid sapientiorem & con
similem tui, & cætera. Hebraicè clarius est & succinctius אֵין נָבוֹן וְחָכָם כָּמוֹךָ En nabon vehocham camocha, Non
est prudens vel intelligens, & sapiens sicut tu. Chaldaica, Non est sapiens nec prudens similis tui. Septuaginta,
οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος φρονιμώτερος καὶ συνετώτερός σου, Non est homo prudentior & sapientior te. Quasi dicat Pharao,
Quandoquidem tibi reuelauit deus omnia hæc, nemo est prudens & sapiens sicut tu, cui hæc committam, quæ sa-
pienti consulis demandari debere. Quia ergo non est intelligens & sapiens sicut tu. *Tu eris super domum meam, &*
ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni solio te præcedam. CHRYSOSTOMVS. Attende hic
quomodo quandocunque voluerit omnipotens deus opere complere quæ sibi visa fuerint, nihil eorum quæ in L
medio obstare videntur, impedire potest. Ecce enim à fratribus factus erat, vt ita dicam, prope hostia & merces, &
iterum merces, & accesserat calumnia in extremum periculum adducens, & in carcerem tanto tempore, & post
hæc omnia ferme in ipsum regis thronum euectus est. Quoniam ostendit tibi deus hæc omnia, & non est homo
prudentior & intelligentior te, tu eris super domum meam, & in ore tuo audietur omnis populus, veruntamen
throno regio te antecellam. Vide quomodo captiuus repente constituitur rex totius Aegypti, & qui ab archima-
giro in carcerem coniectus est, à rege in summum locum exaltatus est. Et qui fuerat eius dominus, repente vidit,
quem vt adulterum in carcerem miserat, totius Aegypti suscepisse imperium. Vidisti quātum sit ferre cum gratia
Rom.5. rum actione tentationes: Propterea & Paulus dicebat, Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, pro-
batio spem, spes non pudefacit. Vide igitur, afflictiones patienter tulit, patientia probatum eum fecit, probatus fa
ctus, in magna spe agebat, spes non pudefecit. Hæc audientes, in afflictionibus animam nunquam despōdeamus,
neque proprias rationes sequentes, morosi simus & difficiles, sed magna patientia clari, spe bona foueamur scien-
tes omnipotentiam domini nostri, & quod sinens nos experiri aspera, non relinquit, sed vult vt certantes clariori M
Act.14. corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt. Propterea & Apostoli dicebant, Per multas afflictiones oportet
Ioan.16. nos in regnum dei intrare. Et ipse Christus dicebat discipulis suis, In mundo afflictionē habebitis. Ne igitur mœ-
2.Timoth.3 reamus in afflictionibus, sed audiamus Paulum dicentem, Quod volentes pie viuere in Christo Iesu, persecutionē
patiuntur. Et ne admiremur, neq; ægreferamus, sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus, nō ad afflictio-
nes respicientes, sed ad lucrum quod inde congregamus. Spiritualis enim quædam negotiatio est. Et sicut qui pe-
cunias colligere volunt, & huius seculi negotiationem exercent, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa
pericula terra mariq; sustinuerint. Necesse enim est vt ferant latronum & piratarum insidias. Attamen omnia ma
gna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri vix sentiunt amara quæ ferunt. Eodem modo & nos cogitan-
tes diuitias & spirituales merces, quæ nobis hic colligere licet, oportet gaudere & exultare, & nō contemplari quę
2.Cor.4. videntur, sed quæ non videntur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non cōsiderantibus nobis ea quę videntur. Fidei
enim est,

A enim est, non corporalibus oculis contentos esse, sed oculis mentis imaginari ea quæ non videntur. Nam illa fide
digniora credenda sunt, quàm ea quæ corporalibus oculis videntur. Sic patriarcha gratus fuit deo, quia credidit
promissioni dei, & superior natura factus, & humanis rationibus, ideo & reputatum est ei in iustitiam. Considera,
quod iustitia est credere his quæ à deo dicuntur. Quando enim ille aliquid promiserit, non mihi iuxta humanam
consequentiam res expende, sed superior rationibus illis fias, & confide eius qui promisit virtuti. Ita vnusquisque
iustorum probatus fuit, ita & admirabilis Ioseph ille, cum tanta inter insomnia fuerint impedimenta, non tur-
batus est animo, non commotus est, sed robusta mente fortiter tulit omnia, sciens quod non sit possibile ea quæ
deo visa sunt non euenire. Ideo & post seruitutem, & post carcerem, & tantam calumniam, principatum suscepit
Aegypti. Hæc igitur omnia cogitantes, fortiter suscipiamus ea quæ inferuntur, gratiásque agamus pro omnibus
misericordi deo, & eius expectemus opitulationem. AVGVSTINVS IN LOCVTIONI-
BVS. Vno tantum regni solio te præcedant. Iuxta Græca exemplaria legitur, sed præcedam te throno,
B id est, honore sedis, quod intelligitur præcedam te regno, hoc enim illi & postea dicit. AVCTOR
CATENAE. Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Verbum יִשַּׁק Issak à נָשַׁק rectè ver-
tit interpres obediet, sic etiam verterunt Septuaginta. Verum quia & armare nasak significat, reddiderunt
hoc in loco nonnulli, Armabitur, videlicet &; ad os tuum, hoc est, iussionem tuam, cunctus populus meus
armabitur. Alij cibabitur, Chaldaica, Et ad verbum tuum gubernabitur populus meus, dixerunt. Scitè etiam & e-
leganter quod sequitur, reddidit Latinus interpres, Vno tantum regni solio præcedam te, quod in Hebræo est
רַק הַכִּסֵּא אֶגְדַּל מִמֶּךָּ: Rak hacisse egdal mimmecha, Tantummodo solium exaltabo siue magnificabo super te,
siue præ te, hoc est, regia tantum dignitate maior te ero, id est, secundus eris in regno meo, & primus post me.
Chaldaica, Tantummodo hoc regio solio ero honorabilior te. Quàm bene autem Pharao hoc cogitauit. Quis e-
nim dignius expleret domini consilium, quàm is cui fuerat reuelatum? Non hic locum habebat seruilis conditio,
quo minus dignus haberetur honore tanto, non eidem inuidebant Pharaonis serui vel principes, omnes faciebāt
C honorem illi, cui deus donauerat. Constituitur ergo super regis domū, qui iam antè squalebat in carcere, qui vin-
ctis ministrabat, nunc nobilibus & aulæ imperare iubetur, populo terræ præficitur, qui venditus fuerat in regio-
nem quam non nouerat. Officio cura, & beneficentia rex constituitur, solio tantum & fastu regio cariturus Ioseph
sanctus. *Dixitq; rursum Pharao ad Ioseph, Ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti.* Forte constitui, pro consti-
tuo ponitur hoc in loco, supra enim dixerat, Tu eris super domum meam, & cætera. Hic vero promissio opere
completur. Præterito autem pro præsenti vtitur Pharao, ad ostendendum commissæ potestatis & auctoritatis cer
titudinem. Sic ergo reperit honorem virtus, sic bonos alit studium virtutis, sic præponitur sapientia regnis & se-
dibus, & diuitiæ nihili ducuntur comparatione virtutis. *Tulitq; annulum de manu sua, & dedit in manu eius, uestiuitq; cum*
stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. CAIETANVS. Mos illius temporis ac patriæ insinuatur, quod
linea vestis principum erat. AVCTOR CATENAE. Traditur Ioseph annulus à rege, in concessæ sibi si-
D gnum potestatis. Annulo enim regum literæ sigillantur. Sic & Assuerus rex annulum suum dederat Aman prius, Hester.8.
deinde Mardochęo. Verbo igitur & annulo, hoc est, sacramento inauguratur à rege, vt consulat sua auctoritate to
ti Aegypto, nobilissimæ omnium regionum & regnorum. Vestiuit autem & stola byssina, id est, candidissima li-
nea veste, quæ in Aegypto subtilissima est. Sic annulo, veste, & torque aurea ornatur, ornatior fide ac pietate, sed
his honoribus dignus est, quem rex terræ, imò dominus mundi voluit honorari. Auctoritati seruiunt paludamen
ta regia, non virtuti dignus honor qui virtuti, donatur. Non qui genere clarus, sed qui beneficiis meretur, hono-
randus est. *Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præposi-*
tum esse scirent uniuersæ terræ Aegypti. CHRYSOSTOMVS. Nam deus quem habebat secum, ei omnia dispo
suit, & eum in tantam claritudinem euexit. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Iuxta Septuaginta, Et clamauit ante eum præco & constituit eum super omnem terram Aegy-
pti. Pro quo Aquila transtulit, Et clamauit in conspectu eius ad geniculationem. Symmachus ipsum Hebraicum
sermonem interpretans, ait, Et clamauit ante eum אַבְרֵךְ Abrech. Vnde mihi videtur non tam præco siue adge-
E niculatio, quæ in salutando, vel adorando Ioseph accipi potest, intelligenda, quàm id quod Hebręi tradunt, dicen
tes patrem tenerum ex hoc sermone transferri. אַב Ab quippe dicitur pater רַךְ rech. delicatus siue tenerrimus, si-
gnificante scriptura, quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit Ioseph, sed iuxta ętatem tenerrimus a-
dolescens & puer. RVPERTVS. Pro compedibus ergo in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem au-
ream suscepit, pro pallio quo in manu adulteræ relicto, nudus effugit, stola byssina, deo iudice indutus est, pro ser-
uili nomine, regium gestat annulum, & pro carceris humilitate, super altum sedet imperij currum. Perseuerat in
victore atque triumphatore, cum altitudine gloriæ, & honoris modestia, & humilitas mentis. Quid enim? Nun-
quid non poterat iam exaltatus venturos ad se fratrum suorum camelos siue asinos, regiis anticipare curribus,
grandi tuba canente ante se, qua & æmulis fratribus insultaret, & sanctum patrem diuturno luctu fatigatum, ad
suæ lætitiæ festiuitatem inuitaret? Poterat plane, sed de suo spiritu nil præsumens, totusq; de diuino arbitrio pen-
F dens, reliqua sua tempora manibus eius committebat, quem curam sui habere hactenus compererat. Igitur quic-
quid de patribus Abraham, Isaac, & Iacob laude digna dicit Apostolus, Fide demorati sunt in terra repromissio- Hebr.11.
nis, tanquam in aliena, in casulis habitantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui e-
nim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem illius meminissent de qua exierant, habebant vti-
que tempus reuertendi, totum (inquam) huius non iam peregrinatio, sed captiuitas, huius patientia, vel potius
passio superat. Plus nanque in seruum venundatum, quàm peregrinum esse voluntarium, plus in carcere, quàm in
aliena terra degere, plus in compedibus humiliari, quàm in casulis fuit habitare? Nam nisi propter spem iste ean-
dem amplecteretur captiuitatem, propter quam & patres eius suam amplexi sunt peregrinationem habebat vti-
que iam liber, tempus conuocandi patrem, quemadmodum & illi si ciuitatis suæ meminissent (inquit Apostolus)
habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem vt illi meliorem ciuitatem, sic & iste meliorem appetit patrem,
quanquam & illius ex deo iuste speraret cōsolationem. Præterea quia in seruum venundatus est Ioseph, iure quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

que & ex lege humana illorum se agnoscebat proprium,quibus venundatus est.Recte itaque,& cum laude digna G
fide,sicut in domo,sicut in carcere,sic & in curru Pharaonis,tam humiliter seruiuit, quàm fideliter, illud semper
attendens, quia seruus emptitius est, non illud, quia per prudentiam pater Pharaonis effectus est. CAIETA-
NVS. Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone. Iuxta Hebræum habetur, &
clamauerunt ante ipsum. Sed parui refert: quandoquidem ministri regij præcedebant clamantes, vt omnes co-
ram eo genu flecterent.Iuxta Hebræum vnica habetur dictio,abrech. Hanc dictionem clamabant:quam quidem
interpretantur inclina, alij genu flectam, alij pater tener, alij sis genu flexus. Et hæc interpretatio dicitur magis
quadrare Hebræo. Et præpositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti.Iuxta Hebræum habetur,Et dare ipsum su-
per omnem terram Aegypti. Duo clamabant, alterum, abrech. alterum, & Pharaonem dare Ioseph super om-
nem terram Aegypti: vt omnes nouum Aegypto præpositum à rege nossent, oportebat enim hoc publicari.
AVCTOR CATENAE. Clamante præcone vt omnes genu flecterent.Hebraica litera est וַיִּקְרְאוּ לְפָנָיו אַבְרֵךְ H
Vaikreu lephanaf abrech,Et clamauerunt ante eum genu flectite, vel pater tener,vel pater regis. Potest enim di-
ctio abrech vel aberech, quod est genu, descendere, vel ab ab, id est pater, & rech, id est rex lingua Aegyptiaca.
Potest & à benedictione deduci,א litera de more præposita vt dicatur,pater benedictus,vel pater gratiosus,vel pa
ter clemens.Chaldaica,Et præconizare fecit coram eo,hic est pater regis.Septuaginta, καὶ ἐκήρυξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ
κήρυξ,Et prædicauit ante eum præco. Quid autem dixerit,ibi non ponitur. Quod autem sequitur, Et præpositum
esse scirent vniuersæ terræ Aegypti, Hebraicè legitur וְנָתוֹן אֹתוֹ עַל כָּל אֶרֶץ מִצְרָיִם Venathon otho al col érez
misráim,Et constituit eum super omnem terram Aegypti. Sic habet Chaldaica,sic & Septuaginta. Alij, Et dare
eum super totam terram Aegypti,transferunt. Vt nathon infinitiuum sit à nathan verbo. Ac si dicat, præconiza-
runt etiam ante eum, constituere Pharaonem illum super totam Aegyptum. Itaque super regis pretiosiorem
currum (vno tantum excepto, in quo rex solus sedit) conscendere fecit Ioseph, perq; vrbes Aegypti diuersas ve-
hi antecedente præcone & vociferante vt omnes genu flecterent, scirentq; hunc vniuersæ terræ Aegypti nouiter I
præpositum. Sic & cuncti serui regis Assueri qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua & adorabant
Hester 3. Aman,ita enim præceperat eis imperator. Sic igitur præposuit Pharao Ioseph toti Aegypto, secundum post re-
gem haberi voluit, ob sapientiam illi datam, & pro complenda prouidentia dei, qui à puero eum regno destina-
uerat. *Dixit quoque rex Aegypti ad Ioseph,Ego sum Pharao,absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni
terra Aegypti.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Tanquam diceret, Ego sum rex, tu autem
princeps vel præpositus Aegypti, Pharao quippe nō hominis nomen est, sed regiæ potestatis. CAIETANVS.
Ego sum Pharao. Mos loquendi, auctoritatem simul & firmitatem præstans dicendis. AVCTOR CATE-
NAE. Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Magis proprie
verteretur,non leuabit,est enim יָרִים iarim futurum à verbo rum descendens. Chaldaica vero more suo largius
exponit quid per hæc verba innuat Pharao,inquiens. Et absque verbo tuo non leuabit vir manum suam ad tenen
da arma,neque pedem suum ad æquitandum super equum in vniuersa terra Aegypti.Dicat igitur Pharao Ioseph,
Ego sum Pharao, regium tantum nomen mihi seruo & honorem, in te autem reiicio labores ac operas regias,te K
inconsulto nemo quicquam audebit,sine tuo iussu fiet nihil,tu regni negotia obibis, omnes tibi obedient. Olim
sapientes æstimabantur,& præficiebantur regnis.Quis hæc aliquando vel etiam ante biduum credidisset?carceris
mancipium,emptitium seruum, tot annis damnatum ab hominibus, & deo neglectum, vt multis visum, alieni-
genam & iuuenem,subito Aegypti dominum fieri potuisse? *Vertitq; nomen eius,& uocauit eum lingua Aegyptiaca,sal-
uatorem mundi.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Hebræum,Et vo
cauit Pharao nomen Ioseph zaphnath paeneach licet Hebraicè hoc nomen absconditorum repertorem sonet,ta-
men quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo sermone Aegyptio
צָפְנַת פַּעְנֵחַ zaphnath paenéah, siue vt Septuaginta transferre voluerunt, ψονθομφανήχ, saluator mundi, eo quod
orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SV-
PER GENESIM. Et imposuit Pharao nomen Ioseph Psotomphanech.Hoc nomen interpretari dicitur,oc-
culta reuelauit, ex illo vtique quod somnia regis aperuit. Aegyptia vero lingua, saluatorem mūdi perhibent ap- L
pellatum isto nomine. CHRYSOSTOMVS. Et vocauit Pharao nomen Ioseph Psotomphanech, appella-
tione nominis volens sapientiam eius perpetua memoria testatam, hoc enim significat occultorum cognitor, eo
quod omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quæ facta sunt, appellationem ei imponit. THEODO-
RETVS. Quam interpretationem habet Pson thomphanech? Pharao appellauit Ioseph arcanorum interpre-
tem,eo quod somnia interpretari potuerit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, & vocauit Pharao no
men Ioseph:Reliqua addidit interpres,ad manifestandum quod subiunctum nomen non est Hebraicum sed Ae-
gyptiacum,magna est enim quæstio de nomine hoc,saluatorem mundi.Nescio quid credendum de nomine hoc
sit,Septuaginta nanque absque interpretatione duas has dictiones Græcis dederunt.Iosephus interpretatur inuen
torem absconditorum. Hebræi nonnulli dubitāt an Aegyptiæ an Chaldaicæ sint voces istæ.Hieronymo attribui-
tur,quod Aegyptiacas censuerit,& didicerit significare saluatorem mundi.Hebræi moderni Hebraicè has dictio-
nes interpretantur,absconditorum reuelator,& adhuc sub iudice lis est. AVCTOR CATENAE. Vertitq; M
nomen illius.Abundant hęc verba,non enim sunt in Hebraica litera.Et vocauit eum lingua Aegyptiaca saluatorē
mundi.Hebraicè est צָפְנַת פַּעְנֵחַ Zaphnath paenéah . Sunt autem voces hæ quas Septuaginta non interpretatas
omiserunt,aut Aegyptiacæ aut Chaldaicæ, quas etiam Hebræorum peritissimi quid significent ignorare confessi
sunt.Gratiæ autem plurimæ habendæ doctissimo viro Hieronymo, quod rem obscuram, & ab ipsis Septuaginta
ignoratam,ignoratam & ab Hebræis, nobis aperuit . Sunt autem & hæ voces corruptæ apud Septuaginta . Cum
enim Hebraicæ scribantur zapnath paenéah,apud illos legimus ψονθομφανήχ.Nisi forte studiosè eas immutarint,
quod ab Aegyptiis intellexissent,apud Hebræos potius esse corruptas,quod tamen non est verisimile. Quod si He
braicam aliqualem reddere velimus harum vocum rationem, primam dictionem à צָפַן zaphan verbo, quod est
cælare,tegere,recondere,deriuare poterimus,vt צָפוּן zaphun siue צָפְנַת záphnath, dicamus absconditum siue ar-
canum,

A canum,secundam autem פַּעְנֵחַ paenéah,significare interpretari,cognoscere,reuelare,seu reperire.Et inde paenéah
venire nomen verbale.Ita vt reddi possint ambæ dictiones, absconditorum seu arcanorum expositor, reuelator,
cognitor,repertor,aut interpres.Cui expositioni fauet & Chaldaica,habēs, Et vocauit Pharao nomen Ioseph, vir
cui secreta reuelantur. CHRYSOSTOMVS. Et vt accumularet honorē, solent enim reges vxores his de-
putare, quos specialiter diligunt. *Dedit illi uxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos.* HIERONY-
MVS DE HEBRAIC. QVAEST. Notandum quod domini quondā & emptoris sui filiam vxorem ac-
ceperit,qui ad id locorum pontifex Heliopoleos erat. Neq; enim phas absq; eunuchis idoli illius esse antistites,vt
vera illa Hebræorum super eo quod antè iam diximus, suspicio comprobetur. IDEM DE LOCIS HE-
BRAICIS. On vrbs in Aegypto, quæ Heliopolis Græcæ dicitur,id est, ciuitas solis, quam ædificauerunt filij
Israël sicut Septuaginta interpretes arbitrantur.Alioquin in Hebraicis voluminibus non habetur.Et rectè,siquidē
antequā Iacob ingrederetur Aegyptum, erat extructa iam ciuitas, quæ & sacerdotem Petefrem patrem Aseneth
habuit. AVGVSTINVS IN QVAEST. SVPER GENE. Alia litera.Et dedit ei Asenech filiā Pe-
B trefræ sacerdotis solis ciuitatis ipsi vxorē. Quæri solet cuius Petrefræ,vtrum illius cuius seruus fuit,an alterius?sed
credibilius æstimatur alterius.Nā de illo cur non credatur,multa sunt quæ moueant.Primum, quia scriptura non
commemorauit,cum videatur hoc non potuisse præterire, quod ad illius iuuenis nō paruam gloriam pertinebat,
vt eius filiam duceret,cuius famulus fuit.Deinde quomodo spado filiam habere potuerit:sed respondetur,quomo
do vxorem.Postea quippe creditur abscisus vel casu vulneris, vel propria voluntate. Et quod honor eius non ipse
commemoratur qui solet,id est, quod archimagirus fuerit,quem principem coquorum Latini interpretes posue-
runt,principem autem militiæ quidam intelligi volunt.Sed etiā hic respondetur,duos illū honores habuisse,& sa
cerdotium solis,& militiæ principatum.Congruenter autem alibi ille honor eius commemoratus est, qui talibus
actibus congruebat,hic vero posteaquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari so
ceri eius,qui pertineret ad diuinitatem non paruam secundum opinionem Aegyptiorum,in sacerdote solis.Verū
C in his omnibus quia & præpositus fuit custodiarum carceris,nimis incredibile est, hunc fuisse præpositum officio
sacerdotum . Deinde non simpliciter dictum est , quod sacerdos solis esset , sed de ciuitate solis , quæ vocatur
Heliopolis,abesse autem dicitur amplius quàm viginti milibus à ciuitate Memphi,vbi Pharaones,id est,reges ma
xime commanebant. Quomodo ergo deserto officio sacerdotij sui potuit strenue regi seruire militiæ principatu?
Accedit etiam quod Aegyptij sacerdotes perhibentur non seruisse semper nisi templo deorum suorū , nec aliquid
aliud officio egisse.Sed si forte tunc aliter fuit,credat quisq; quod placet,non est mihi quęstio cuius exitus clausus
sit,siue vnus fuerit Petrefres,siue duo.Quodlibet enim horum quisq; existimet,non est fidei periculosum,nec con
trarium veritati scripturarum dei. CAIETANVS. Deditq; illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdo
tis Heliopoleos.Iuxta Hebræum habetur,sacerdotis On.Iosephus tamen Heliopoleos dicit. AVCTOR CA-
TENAE Hebraica litera habet כֹּהֵן אֹן Cohen on,sacerdotis On.Et quia sacerdos interdum poni solet pro ma-
gno vel principali,vt secundo Regum octauo.Filij autē Dauid sacerdotes erant,id est,primi & principales ad ma
D num regis, vt habetur primo Paralipomenon decimooctauo,vbi dicitur,Porrò filij Dauid primi ad manum re-
gis,ideo hic aliqui verterunt principis On,loco sacerdotis,quibus & Chaldaica assentitur,habens,Deditq; ei Ase-
neth filiam Phutipharis principis On in vxorem. Obseruādum autem est,quod secundum nonnullos,& eruditos
quidem viros,is nō est ille Phutiphar,qui Ioseph à mercatoribus Ismaëlitis emerit.Nam aliis literis Hebraicè scri
bitur.Is enim cuius hic fit mentio פּוֹטִיפֶרַע Potiphéraa,alter vero פּוֹטִיפַר Photipha vocatur.Sunt autem simillima
nomina,non tamen eadem,sicut pleraq; eiusmodi in hisce literis inueniuntur,quę apud Latinos videntur esse ea-
dem,vt est Ioachin,& Ieoachin,& Isbozet,& Miphisboset,quæ clarissime distinguuntur Hebraicè. Hęc diximus
quod multi Hebræorum & Latinorum etiā,asserant sacerdotem hunc Heliopoleos,esse illum qui emerit Ioseph,
eumq; domi suæ præfecerit,quod an verum sit,neq; refelli,neque approbari facile potest.Dedit igitur Pharao Io-
seph vxorem filiā sacerdotis seu principis On:quo nomine dicebatur insignis Aegypti ciuitas,sicut & No Alexan
E dria,versis nominum literis No & On . Hæc postea Septuaginta interpretum tempore Heliopolis dicebatur, de
qua Esaiæ decimonono dicitur.Ciuitas solis vocabitur vna.Sed quæritur, cur tantum cōmendetur hic Ioseph de Leuit.19.
somniorū interpretatione,cum Moyses alibi dicat,Non obseruabitis somnia?In Ecclesiastico quoq; dicatur,Quasi Eccli.34.
qui apprehendit vmbram,& persequitur ventum,secundum hoc visio somniorum.Respondetur quod auctorita-
tes illæ de somniis loquuntur,quę ex superflua ventris repletione,aut nimia eius inanitate,seu dæmonum illusio-
ne, vel præuiis actibus, curis aut cogitationibus importunis generantur.Quæ autē à deo vel angelis imprimun-
tur,cuiusmodi fuit Pharaonis,hæc sunt diligenter attendenda. Similiter ex somniis quæ ex corporis dispositione
eius qui somniat,vel ex cœlestis corporis inflictione nascuntur,potest quicquam secretum aut futurum prænosci.
AVCTOR CATENAE. Sed iam altioris intelligentiæ vela pandamus.Placuit Pharaoni consiliū Ioseph, Mysticè.
& deo patri Christi placuit prædicatio,nam de eo dixit,Hic est filius meus dilectus,ipsum audite. Et sicut Ioseph
similis inueniri non potuit,sic nec Christo similis inuentus est,vt dicit dominus deus Satanæ in eius typo etiā de Iob.1.
F Iob,Nunquid considerasti seruum meum Iob,quod non sit similis ei super terram?Spiritu dei plenus Ioseph,spi- Ioan.1.
ritu dei plenus Christus,de cuius plenitudine nos omnes accepimus iuxta illud Esaiæ, Replebit eū spiritus timo- Esa.11.
ris domini.Ostendit deus omnia Ioseph quę facturus erat,& pater diligit filium,& omnia demonstrat ei quę ipse Ioan.5.
facit. EVCHERIVS Tu eris (inquit Pharao) super domum meam,& ad tui oris imperium cunctus obediet
populus,vno tantum regni solio te præcedam.Idipsum in secundo psalmo à patre dicitur domino, Filius meus es
tu,ego hodie genui te.Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ.
Et ipse dominus in euangelio discipulis ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. AMBROSIVS Matth vlt.
DE IOSEPH PATRIAR. Ioseph autem magis mystica meruisse præmia arbitror,quia de mysticis est lo
cutus.Quid enim sibi vult annulus digito eius insertus, nisi vt intelligamus pontificatum ei fidei esse delatum,vt
alios ipse signaret? AVCTOR CATENAE. Annulo siquidem fidei, credentium animæ saluatori signan-
tur,iuxta illud, Desponsabo te mihi in fide, annulo frontibus & cordibus nostris per signum crucis, figura expri-

Universidad de Deusto Biblioteca

mitur æterni regis. AMBROSIVS. Quid ſtola quæ amictus eſt ſapientię,niſi tributum ei ab illo rege cœle- G
ſti prudentiæ principatum? INTERLINEARIS. Vel ſtola byſſina, caro ſancta Chriſti eſt de terra virgine
aſſumpta,ad decorẽ immortalitatis diuerſis paſſionibus ducta. AMBROSIVS. Torques aureus, intellectũ
bonum videtur exprimere. AVCTOR CATE. Vel eius ardentiſſimã charitatem, qua pro inimicis etiam
dilectam animã poſuit. AMBROSIVS. Currus quoq; ſignificat faſtigium ſublime meritorũ. ISIDORVS.
Ioſeph ergo qui typũ induit Chriſti,currũ meruit aſcendere,& præco clamauit ante eum,& conſtituit illũ Pharao
ſuper vniuerſam tarrã Aegypti.Ita & dominus noſter poſtquã eſt diſtractus à Iuda,vt Ioſeph à fratribus,& de in-
ferorũ carcere ſurrexit,aſcendit currum regni cœleſtis, & omnẽ tranſcendit temporalium rerũ volubilitatem,de
Pſal.67. quo dictum eſt,Currus dei decẽ milium multiplex,decem milia lætantiũ.Et accepit poteſtatem prędicandi & iu-
Philip.2. dicandi,ſicut Paulus apoſtolus ait, Et dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu
flectatur,cœleſtiũ,terreſtriũ,& infernorum.Præco autẽ ante eum præcedit,id eſt,Ioãnes baptiſta,qui iter eius prę-
Matth.23. cedens,præconabat,dicens,Parate viã domini.Habebit autẽ & alium præconẽ,tubam angeli,quia ipſe dixit, Ve- H
niet in tuba angeli. AVCTOR CATENAE. An forte præco iſte Helias erit & Enoch,qui in ſecundo do
mini aduentu ante finẽ mundi clamabunt prædicando? EVCHERIVS. Didicimus labores Chriſti in orbe
gentiũ,quem ſignificabat Aegyptus,per varias paſſiones martyrũ,& nunc videmus honorẽ Chriſti in eodem or-
be terrarũ,erogatione frumenti,id eſt, verbi diuini prædicatione ſibi omnia ſubiugantem. AVCTOR CAT.
Vel currũ Pharaonis ſecundũ aſcendit Ioſeph. Duos enim habet currus dominus deus,Primũ,angeli,ſecundũ ho
Ephe.1. mines.Super vtrunq; cõſtitutus eſt Chriſtus,iuxta illud Apoſtoli,Conſtituens eum ad dexterã ſuam in cœleſtibus
ſuper omnẽ principatum & poteſtatem,&c.Ecce de primo curru.Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiã,quę
eſt corpus ipſius.Ecce de ſecũdo curru.Aſcendit ergo Ioſeph currum Pharaonis ſecundũ, id eſt,ſuper corda fide-
lium,potiſſime apoſtolorũ,& aliorum prædicatorũ ſanctorum,atq; ſpiritualiũ paſtorum, qui deum in ſe portant,
circunferunt,retinent,& eum ad aliorũ animas vehunt,ac ſibi ſubiectos ſuſtentant ideoq; ſunt currus dei,ſicut ad I
4.Reg.2. Heliam dixerat Heliſeus,& rex Iſraël Heliſeo,Pater mi,pater mi,currus Iſraël,& auriga eius.Præco aũt clamans,
4.Reg.13. idem eſt domini præcurſor,qui indignũ ſe iudicans corrigiam calciamentorũ eius ſoluere,eum ab omnibus tan-
Ioan.3. quam dei vnicum filiũ adorandum eſſe clamabat, dicens, Qui de cœlo venit,ſuper omnes eſt.Et,ecce agnus dei,
Ioan.1. ecce qui tollit peccata mundi,&c.Hanc autẽ meruit dignitatẽ Chriſtus,vt ei omnia genu flectant,& adorent eũ,
Eſa.45. etiã angeli dei,ſecundum illud prophetæ, Mihi curuabitur omne genu, per humilitatẽ & obedientiam paſſionis.
Philip.2. Humiliauit enim ſemetipſum (inquit Apoſtolus)factus obediẽs vſq; ad mortẽ,mortem autẽ crucis.Propter quod
& deus exaltauit illum,& donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flecta-
tur.Vertit autẽ nomen illius,& vocauit eum lingua Aegyptiaca,ſaluatorẽ mundi INTERLINEARIS. Vt
Matth.1. rectius gereret Chriſti ſimilitudinẽ,qui ſaluator non modo Aegypti, ſed totius mundi dictus eſt . Ipſe enim (in-
Eſa.19. quit angelus ad Ioſeph)ſaluũ faciet populum ſuũ à peccatis eorum.Et Eſaias de patre deo loquens,Mittet eis (in-
quit) ſaluatorẽ & propugnatorem,qui liberet eos. RVPERTVS. Igitur Ioſeph ad regis imperium de carcere K
eductus,tonſo crine,quẽ longa cuſtodia nutriuerat, ac veſte mutata, ſtola veſtitus byſſina, annulũ regis,torquẽq;
Pſal.104. circa collum habens aureã,ſedenſq; ſuper currum regis,qui & cõſtituit eum dominũ domus ſuæ,& principem o-
mnis poſſeſſionis ſuæ,vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiã doceret, appellatus lin-
gua Aegyptiaca ſaluator mũdi,eo quod ab imminente famis excidio orbẽ terræ liberauerit.Talis(inquã) Ioſeph,
& ſic procedens clamãte præcone,vt omnes corã eo genu flecterẽt,ſuſcitati à mortuis,& incorruptionis atq; im-
mortalitatis ſtola induti filij dei Ieſu Chriſti pulchra ſimilitudo clariſſimumq; ſpeculũ eſt, quẽ dudũ minoratum
Pſal.8. paulominꝰ ab angelis,gloria & honore coronauit pater,& cõſtituit eũ ſuper opera manuũ ſuarum,& omnia ſub-
iecit ſub pedibus eius.Sicut autẽ Ioſeph poſtquam à fratribus,Iſmaëlitis,& ab eis,Aegyptio domino diſtractus eſt
illorum ſe agnoſcebat propriũ, quibus venundatus eſt, ſic & Chriſtus, ex quo à fratribus ſuis Iudæis negatus, &
Rom.11. gentibus eſt traditus,quanquam pro humano affectu gentem illam diligat , ſintq; (vt Apoſtolus ait) Chariſſimi L
propter patres,tamen apud eos quodam iure tenetur,quibus traditus eſt,eoſq; iure ignorat,à quibus ignoratus eſt,
& negat eos à quibus negatus eſt. INTERLINEARIS. Sed & ſicut ſublimatus Ioſeph ducit vxorem, ita &
Chriſtus poſtquam aſcendit ad cœlos ſubleuatus,ſociat ſibi eccleſiam de gentibus, quam bene ſignificat filia ſacer
dotis Heliopoleos,qui ſacerdos erat gentiũ. Heliopolis nanq;ſolis ciuitas interpretatur,de qua ſociat ſibi ſponſam
ſponſus ille,qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum.

5 *EGreſſus eſt itaq; Ioſeph ad terrã Aegypti (triginta autem annorũ erat quando ſtetit in conſpectu regis*
Pharaonis) & circumiuit omnes regiones Aegypti. Venitq; fertilitas ſeptem annorũ, & in manipulos re-
dactæ ſegetes, cõgregatæ ſunt in Horrea Aegypti. Omnis etiam frugũ abundantia in ſingulis urbibus cõ
dita eſt. Tantaq; fuit abũdantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia menſurã excederet. Nati ſunt autẽ M
Ioſeph filij duo antequam ueniret fames, quos peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Voca
uitq; nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit deus omnium laborũ meorum, & domus patris mei.
Nomen quoq; ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit deus in terra paupertatis meæ.

5 CHRYSOSTOMVS. Videamus nunc quomodo vir ille ſuſcepto totius Aegypti principatu, conceſſa ſibi
intelligẽtia omnes conſolatus fuerit. *Egreſſus eſt itaq;* (inquit) *Ioſeph ad terram Aegypti.* AVCTOR CAT. Di
ctio על al,hoc loco poſita,etiã ſuper reddi poſſet,vt nõnulli reddiderunt, dixerũtq;, Et exiuit Ioſeph ſuper terram
Aegypti,videlicet gubernandã.Cui ſenſui fauet & Chaldaica,inquiens, Egreſſuſq; eſt Ioſeph dominans per vni-
uerſam terrã Aegypti.Cum magnificẽtia igitur quadã & maieſtate ad omnia Aegypti loca prodiit,vt fungeretur
officio,decretã ſibi prouinciam obiturus.Nihil cõtradixit,ſciens à domino ſic deſtinatũ, & ſomnij ſui præſagium
impediri

A impediri non poſſe. (*Triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu Pharaonis*) & *circumiuit omnes regiones Aegypti.*
INTERLINEARIS. Ante hanc autẽ ætatem in qua Chriſtus dominus etiã prædicare cœpit euangeliũ,ne-
mo aſſumi debet ad ſacerdotium,vel prædicationis officium. CAIETANVS. Hinc apparet quod tredecim
annis ſeruus fuit Ioſeph in Aegypto. AVCTOR CAT. Cõſulto præteriit repetitionẽ interpres,quæ eſt in
Hebraica & Chaldaica litera,putans ſufficere quid ſupra dictum fuerat.Sic enim in eis legitur,Ioſeph autẽ triginta
annorũ ætatis erat quãdo ſtetit corã Pharaone rege Aegypti.Et egreſſus eſt Ioſeph à facie Pharaonis,& trãſiuit do
minans in vniuerſam terrã Aegypti.Cũ ſtaret (inquit) ante regẽ,cũ interpretaretur ſomnia, cõſuleret reipublicæ,
in aulã deligeretur inter primos,triginta annorũ erat.Apta ſapiẽtiæ ætas,quam & Chriſtus expectauit prædicatu-
rus,ipſa patris ſapientia.Verũtamen Salomon & Daniel præuẽti ſunt à domino qui dat,quãdo,quibus,& quantũ
dignatur. *Venitq; fertilitas ſeptẽ annorum, & in manipulos redactæ ſegetes,cõgregatæ ſunt in horrea Aegypti.* AVCTOR
CAT. In Hebraica litera ſenſus iſte aliquãto obſcurior ponitur,nã ita habet textus וַתַּעַשׂ הָאָרֶץ בְּשֶׁבַע שְׁנֵי הַשָּׂבָע
B לִקְמָצִים: Vatáas haárez beſebáa ſene haſabaa likmazim,Et fecit terra in ſeptẽ annis ſaturitatis, ad aceruos ſiue ad
manipulos,Ita ad verbũ & Septuaginta.Quaſi dicat, ingentẽ tritici multitudinẽ protulit terra in ſeptẽ primis an-
nis.Chaldaica vero,Et cõgregauerũt habitatores terrę frumẽtũ in horreis in ſeptẽ annis fertilitatis.Alij,Et fecit ter
ram in ſeptẽ annis fertilitatis in horrea,verterunt. Vt ſit ſenſus, quod Ioſeph diuiſit frumenta terræ illorũ ſeptem
annorũ in horrea.Alij,Et protulit terra in ſeptẽ annis fertilitatis ad cõdendũ,Et idẽ eſt ſenſus,nempe maximę fru
gum multitudinis.Ideo autẽ ſecundum cõmunem literã,in manipulos cõgregatæ ſegetes in horreis ſeruatę ſunt,
quia melius grana illo modo cõſeruantur,q̃ à paleis excuſſa,cum ſecundũ philoſophum vnaquęq; res melius in lo
co proprio cõſeruetur.Hoc autẽ de quinta frugũ parte intellige, quam dũtaxat conſeruandã conſuluerat Ioſeph.
Deſunt autẽ hoc in loco verba múlta quæ ſunt in Hebręa Græca & Chaldaica litera,videlicet,Et cõgregauit oẽm
eſcam ſeu frumentũ annorũ ſeptem quod fuit in terra Aegypti,& poſuit eſcã ſeu frumentũ in vrbibus. Sed repe-
C titionẽ interpres euitauit. *Omnis etiã frugum abundãtia in ſingulis urbibus cõdita eſt.* CHRYSOSTOMVS. Su-
ſcepta igitur prius à rege poteſtate omni,collegit (inquit) prouẽtus,& in ciuitatibus repoſuit,prouidẽs iam multo
antea, quo futuræ penuriæ ſuccurri poſſet. Vidiſti quales retributiones fortitudinis & patiẽtiæ,& aliarũ virtutum
etiã hic acceperit iuſtus,à vinculis trãſiens. AVCTOR CAT. Omnis etiã frugum abũdantia,&c.Hæc li-
tera clarior eſt in Hebræo q̃ apud nos habeatur, Eſt enim ibi eiuſmodi :אֹכֶל שְׂדֵה הָעִיר אֲשֶׁר סְבִיבֹתֶיהָ נָתַן בְּתוֹכָהּ
Ochel ſede hair aſer ſebibothéha natan bethocha,Eſcam vel cibũ agri vrbis qui in circuitibus eius,poſuit intra il-
lam.Et legitur per appoſitionẽ,quaſi dicat, frumẽta illa cõgregata ſunt in vrbibꝰ, vt eſſent pro victu vniuſcuiuſq;
ciuitatis,illa (inquã) frumenta,quæ naſcebãtur circuncirca in territorio illius ciuitatis.Vult dicere,quod frumen
tum vnius territorij,nõ ſeruabatur pro victu alterius territorij,nec dabatur trãſportatio frugũ.Sic & Septuaginta
intellexerunt locũ hunc βρώματα τῶν πεδίων τῆς πόλεως τῶν κύκλῳ αὐτῆς ἔθηκεν ἐν αὐτῇ, Eſcas agrorũ ciuitatis quæ in
circuitu eius,poſuit in ipſa.Chaldaica etiã,In vnaquaq; vrbe poſuit frumentũ agri,qui in circuitu eius erat. Anni
D igitur illi fertiliſſimi fuerũt,& maximã annonæ produxerunt copiã,vberrime creuerant omnia, vt in annos mul
tos ſeruari potuerint in manipulis.Feraciſſima alioqui regio frumẽtorũ eſt Aegyptus, & Romanis olim ſeruiebat
quàm maximo cõmodo.Repoſita ſunt intra ciuitates in annos famis pro futura ea pręcipue frumẽta,quę circum
quãlibet vrbem munitiorẽ creuerant,intra illã reponebantur cuſtodienda,ne vel hoſtiũ eruptione, vel eſurientiũ
tumultu per violentiã & temere diriperẽtur,& cũ omnium cõfuſione & iactura. *Tantaq; fuit abundãtia tritici,ut a-*
renæ maris coæquaretur, & copia menſurã excederet. AVGVST. IN QVAEST. SVPER GEN. Alia litera,
quoaduſq; nõ potuit numerari,nõ enim erat numerus.Hoc dictum eſt pro eo quod nomen numeri omnis vſitati
excederet copia illa, & qũo appellaretur nõ inueniebatur.Nã vnde fieri poteſt,vt quantũlibet magnæ finitæ tamẽ
multitudini numerus nõ ſit?Quãuis hoc potuerit etiã ſecundũ hyperbolẽ dici. AVCTOR CA. Vera He-
braica Græca & Chaldaica litera eſt hoc in loco, Et cõgregauit Ioſeph frumentũ quaſi arenã maris multũ nimis,
donec ceſſaret numerari,eo quod nõ habebat numerũ.Sed idẽ ſenſus cum litera noſtra,quę eleganter eandẽ refert
E ſententiã.Hyperbolica igitur eſt locutio,ad oſtendendã magnã tritici quantitatẽ.De ſuperfluo autẽ colligebat Io
ſeph reponenda,ne in exteras regiones deportarẽtur,Aegyptuſq; careret magis. *Nati ſunt autẽ Ioſeph filij duo antequã*
ueniret fames,quos peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. In Hebræo eſt:כֹּהֵן אוֹן Cohen On,ſacerdo
tis On.De quo dic vt ſupra. *Vocauitq; nomen primogeniti,Manaſſes,dicens,obliuiſci me fecit deus omniũ laborum meorũ & do*
mus patris mei.Nomen quoq; ſecundi appellauit Ephraim,dicens,Creſcere me fecit deus in terra pauperpatis meæ. HIERONY.
DE QVAEST. HEBRAI. Obſerua propter quæſtionẽ quæ poſt paululũ de Ioſeph filiis proponẽda eſt, quod
ante famis tempus quo Iacob intrauit in Aegyptum, duos tantum Ioſeph filios habuerit, Manaſſen & Ephraim.
Manaſſen vocans ab eo,quod ſit oblitus laborum ſuorum, ita enim Hebraicè vocatur obliuio.Ephraim, eo quod
auxerit illum deus.Et ex hoc enim vocabulo,in linguam noſtram transfertur augmentum. CHRYSOSTO-
MVS. Alia litera,Et nomen prioris vocauit Manaſſe,quoniam obliuiſci me fecit deus omnium laborum meo-
F rum,& omnium quæ tulit parer meus. Attende hic viri religionem & pietatem, quoniam vocabulo filij memo-
riam omnium indidit, vt perpetuo gratias ageret, & qui ex ſe natus erat, propter ſuam appellationem ſcire poſ-
ſit certamina & patientiam, quæ iuſtus perferens in tantam peruenit gloriam , obliuiſci fecit omnium laborum
meorum, & omnium quæ tulerit pater meus. Quid eſt omnium laborum meorum,& patris mei?Hic coniectare
mihi videtur primam & ſecundam ſeruitutem , & miſeriam quam in carcere tulit . Et omnium quæ tulit pater
meus,ſegregationem ſignificat,quam ſuſtinuit abreptus ab vlnis paternis,quando in immatura ætate tam libera-
liter educatus,libertatem ſeruitute cõmutauit.Et nomen ſecundi vocauit Ephraim,quia creſcere me fecit deus in
terra humilitatis meæ . Vide & huius nomen gratiarum actione plenum . Non ſolum enim (inquit) aduerſitatis
oblitus ſum, ſed & magnificatus ſum in terra , in qua tantam ſuſtinui humilitatem vtpote in extremis periculis
etiam de vita anxius. AVCTOR CATENAE. Poſteros igitur meminiſſe voluit Ioſeph beneficiorum dei,
ideo nominum impoſitione velut in propriam illorum carnem inſcripſit miſericordias domini . Deſiderium
parentum viſendorum deriuatur in liberos inſtinctu naturæ & dei.Filij prioris nomen,memoriale præferebat a-
moti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccli.11. moti mali,secundi vero,assecutionem boni,qui iterum primogenito præferendus,secundo nascitur.Ecce quomo G
do vir sanctus iuxta sapientis sententiã,in die bonorum memor fuit malorum.Ecce quomodo cum psalmista læ-
Psal.89. tatus est pro diebus quibus humiliauit eum deus,pro annis quibus vidit mala.Nomen vni filiorum obliuionẽ im-
Ibidem. ponens,alteri augmentum,idq; maximæ fœlicitatis suæ tempore.
Mysticè. AVCTOR CATENAE. Mysticé autem egressus est Ioseph ad terram Aegypti,& Christus dominus pri-
mo egressus est à patre in mundum,iuxta illud Ioannis decimosexto.Exiui à patre & veni in mundum,iterum re-
linquo mundum,& vado ad patrem,Deinde post ascensionem de Iudæa ad Gentes. EVCHERIVS. Trigin
ta autem annorum erat quando stetit Ioseph in conspectu regis Pharaonis,& totidẽ annorum legitur fuisse Chri-
stus,quando sub typo Pharaonis in conspectu mundi apparuit reuelatus & per prædicationẽ se præsentauit & mi-
racula. AVCTOR CATENAE. Vel stetisse dicitur Ioseph in conspectu Pharaonis,id est, Christus gratus
3.Reg.18. fuisse æterno patri.Stare siquidem coram domino,est gratum esse deo,iuxta illud,Viuit dominus in cuius conspe
Abac.3. ctu sto. RVPERTVS. Terram autem Aegypti regio curru circuiuit Ioseph,id est, Christus pulchris euange H
licæ gratiæ quadrigis,de quibus Abacuch,Qui ascendis (inquit)super equos tuos,& quadrigæ tuę saluatio.Circui-
uit (inquam) terram Aegypti,& alendorum curam omnẽ Aegyptiorum suscepit.Aegyptus enim(quod interpre-
Ephe.5. tatur tenebræ) nos gentes aliquando fuimus,quibus nunc illuxit dominus,dicente Apostolo,Fuistis aliquãdo te-
nebræ,nunc autem lux in domino.Nec vero qualiscunq; Aegyptus,sed Aegyptus esuriens,ac steriles nos aliquan
do fuimus,nunc autem & in domino lux,& in saluatore nostro panibus repleti sumus, fratribus Christi secundũ
carnem,id est,Iudæis fame pereuntibus . Et quidem secundum historiam diuisa fuere tempora saturitatis, sed se-
cundum hunc sensum mysticum, tempus vnum idemq; est, quo & comedimus nos Aegyptij, & esuriunt fratres
Christi,Iudæi.Septem autem annorum fertilitas,virtutum operum,& prædicationis significat abundantiam, quæ
in principio nascentis ecclesiæ maxime fuit. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDI-
CTIONIBVS DEI. Misit Ioseph suos per totam Aegyptum,& collegit frumentum multum quasi arenam
maris,Et noster Ioseph Christus dominus,misit suos per mundum,dicens, Ite baptizate gentes in nomine patris I
& filij & spiritus sancti,Et collectus est credentium numerus sine numero,quasi arena maris.Cõstituit Ioseph hor
rea per vniuersam Aegyptum, & per totum mundum Christus dominus consecrauit ecclesias,de quo Ioannes di
Luc.3. cit,Frumenta recondet in horreum. ISIDORVS. Congregauit Ioseph per septem annos omnem frugum
abundantiã,id est,frumenta fidei sanctorum horreis condens,per illa scilicet septem charismata,quasi per septem
annos, vt cum septem anni inopiæ esse cœperint,id est, cum iniquitas occurrerit septem capitaliũ criminum sub
antichristo, quando fames fidei fuerit saluatoris, tunc sancti pariter & fideles,habeant copiosam iustitiæ frugem
ne fides eorum in opera sermonum vel prædicationis attenuata deficiat. RVPERTVS. Quod autẽ duo na-
ti sunt Ioseph filij,quorum vni Manasse, alteri autem Ephraim nomen imposuit, hoc quoque domino nostro ita
mysticé congruere arbitremur,quatenus & nos exemplo eius obliuioſi primum, & deinde fructuoſi simus,secun-
dum hæc duo nomina,quorum alterum obliuio,alterum fructificans interpretatur. Nam ille propter nos oblitus
est domum patris sui,id est,gentem illam,in qua pater eius deus synagogam & templum,multosq; filios,id est,sui K
nominis adoratores habuit,& propter nos grano frumenti assimilatus est,quod cecidit in terram, & mortuũ est,
vt multum fructum afferret.Hoc (inquã) eius exemplo,& nos obliuiscamur domum nostram,id est,omnem co-
gnationem carnis,vbicunq; nos ab eodem domino nostro Iesu Christo deuocari contendit, iuxta quod vnicuiq;
Psal.44. fideli animæ dicit spiritus sanctus in Dauid,Audi filia & vide,& inclina aurem tuam,& obliuiscere populũ tuum,
Luc.14. & domum patris tui.Nam & ipse Christus in euangelio dicit,Si quis venit ad me,& non odit patrẽ suum,& ma-
trem suam,& vxorem,& filios,& fratres & sorores,adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipu-
lus.Quo vero fructu id faciat,vt secundũ nomen Ephraim dicat,Crescere me fecit deus in terra paupertatis meę,
Matth.19. idem in alio loco denunciat,cum dicit,Et omnis qui reliquerit domum,vel fratres,aut sorores aut patrem aut ma
trem,aut vxorem,aut filios,aut agros propter nomen meum,centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.
INTERLINEARIS. Vel.Manasses filius quod dicitur obliuio,est Iudaicus populus,dei sui oblitus.Ephraim L
autem quod fructificatio, ecclesiam significat de gentibus per totum mundum dilatatam, nam ad fidem cõuersa
fructum fecit bonorum operum. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIAR. Aliter.Suscepit Chri-
stus ex ecclesia de nationibus congregata,filium Manassen,per quem oblitus est omnes dolores suos,quos habuit
de sacrilegiis Iudæorũ.Suscepit quoq; alium filium Effrem,per cuius profectum claruit,quod suscepta in carne hu
militas,& diuinitatẽ non humiliauit,& gloriam cumulauit. CYRILLVS. Vel Manasses qui in Aegypto na
Esa.35. tus est,qui obliuio malorum quæ acciderunt interpretatur,filios dei ex gentibus prefigurat, de quibus apud Esaiã
scriptum est,Et ambulabunt qui liberati fuerint & redempti à domino cõuertentur.Qui rursus ibunt in augmen-
tum,quod significat Efraim,ad diuinæ scilicet spei dulcem procurrentes finem.Vnde ibidem sequitur,& venient
in Sion cum laude & lætitia sempiterna super caput eorum.

6 IGitur transactis septem ubertatis annis qui fuerant in Aegypto,cœperunt uenire septẽ anni inopiæ quos M
prædixerat Ioseph,& in uniuerso orbe fames præualuit.In cuncta autẽ terra Aegypti erat panis.Qua
esuriente,clamauit populus ad Pharaonem alimẽta petens.Quibus ille respondit,Ite ad Ioseph,& quic-
quid ipse uobis dixerit,facite.Crescebat autem quotidie fames in omni terra,aperuitque Ioseph uniuersa horrea,
& uendebat Aegyptiis,nam & illos oppressérat fames.Omnesq; prouinciæ ueniebant in Aegyptum ut emerent
escas,& malum inopiæ temperarent.

6 CHRYSOSTOMVS. Verum nunc dignum est audire,quæ sequuntur. *Igitur transactis* (inquit) *septẽ uber-
tatis annis qui fuerant in Aegypto,cœperunt uenire septem anni inopiæ quos prædixerat Ioseph,& in uniuerso orbe fames præualuit.*
Rerũ enim euentus omnib⁹ cõcessam viro sapientiã detegebat,faciebatq; vt omnes eius videdi desiderio tenerent.
CAIETANVS. Et in vniuerso orbe fames inualuit.Iuxta Hebræum habetur,Et fuit fames in omnibus terris.

Quod

A Quod ideo dixerim,ne fiat vis in verbo vniuersi orbis,quoniam dicendo in omnibus terris,non oportet compre
hendi vniuersum orbem , sed omnes terras prouinciarum communicantium negotiando cum Aegypto. AV-
CTOR CATE. Et verum quidem est quod huiusmodi est Hebraica litera : וַיְהִי רָעָב בְּכָל הָאֲרָצוֹת Vaihi raab
becol haarazoth,Et fuit fames in omnibus seu vniuersis terris.Sic & Chaldaica. וּב כָל אַרְעָא מִצְרַיִם הֲוָה לַחְמָא Vb col érez mizráim háia la-
panis. Vera lectio sic est . Nam in Hebræo ita legitur *In cuncta autem terra Aegypti erat*
hem.Et in cuncta terra Aegypti fuit seu erat panis.Licet codices aliqui negatiuam habeant adiunctam,vel in cun
cta terra Aegypti fuit fames,sed manifestus error est . Quomodo enim in tanta copia seruati frumenti, Aegyptij
paterentur? Licet primis annis defectuũ parcius frumenta erogarentur , quo sequentibus sufficerent. CHRY-
SOSTOMVS. Et cum fames valida facta esset , primum penuriam sentiri non permisit deus , in omni enim
terra Aegyptiorum erat fames.Sed cum molestia famis incrudesceret, & Aegyptios quoque inuaderet, prædicta
terra *Esuriente,clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum,Et esuriit om-
B nis terra Aegypti,& clamauit populus ad Pharaonem pro pane. Hæc est litera Hebraica,prius narrans disparita-
tem inter terram Aegypti & alias terras , quod in Aegypto panis erat, in aliis non, deinde narrans indigentiam
communem Aegyptiis & aliis quod vtrique indigebant pane emendo . AVCTOR CATENAE. Verum
cum omnes regiones annonæ penuria & fame laborarent, sola Aegyptus cibum habuit, non solum pro se sed e-
tiam pro aliis regionibus,sicut patet de terra Chanaan, vbi Iacob diues, tamẽ panibus indigebat ob communem
sterilitatem omnium terrarum.Causas talium perscrutari superfluũ fuerit,cum in multis omnes peccemus,men-
suram & pondus diuinorum iudiciorum non ante , quàm in extremo iudicio perspecturi . CHRYSOSTO-
MVS. Porrò vide regis beniuolentiam. *Quibus* (inquit) *ille responsdit,Ite ad Ioseph,& quicquid ipse uobis dixerit facite.*
Quasi diceret,Quid me vrgetis?non videtis,quod ego tãtum regis habitum gesto, ille vobis salutis auctor factus
sit?Ne igitur illo relicto ad me curratis,sed abite ad illum,& quæcunque dixerit vobis facite. *Crescebat autem quo-*
tidie fames in omni terra,aperuitq; Ioseph uniuersa horrea,& uendebat Aegyptiis,nam & illos oppressérat fames. AVCTOR
C CATENAE. Locum hunc Chaldaicus Interpres clarius reddit,quàm in Hebræo habeatur,nam is ita vertit,Et
aperuit Ioseph vniuersa horrea in quibus erat frumentum . Septuaginta etiam à quibus Latinus interpres hausit,
in eandem verterunt sententiam, ἀνέῳξε δὲ Ἰωσὴφ πάντας τοὺς σιτοδόλωνας, Aperuit autem Ioseph omnia horrea, sed
in Hebræo tantum habetur : וַיִּפְתַּח יוֹסֵף אֶת כָּל אֲשֶׁר בָּהֶם Vaiphtah Ioseph eth col aser bahem , Et aperuit Ioseph
omne quod in illis,Id est omnia horrea quæ erant in ciuitatibus . Alij verterunt,Et aperuit Ioseph omnia in qui-
bus erant,scilicet cunctas thecas in quibus seruabantur frumenta . Deinde quod sequitur , Nam & illos oppresse-
rat fames,Hebraicè habetur : וַיָּחָז הָרָעָב בְּאֶרֶץ מִצְרָיִם Vaiechezak haraab beerez mizráim, Et confortata est, siue
prævalebat fames in terra Aegypti. Sic & Chaldaica . Quæ tamen verba apud Septuaginta desiderantur. Omnia
itaque vrbium horrea aperiebat indigentibus incolis,non autem gratis dat,sed tolerabili pecunia,pro indigentia
singulorum,non enim de suo dabat,sed de regio fisco, de communibus opibus, pro quibus commutatio necessa-
ria erat,nam gratuita donatio nihil profecisset. CHRYSOSTOMVS. Et quoniam omnes depascebatur fa
D mis necessitas. *Omnes* (inquit) *prouinciæ ueniebant in Aegyptum ut emerent escas , & malum inopiæ temperarent.* AV-
CTOR CATENAE. Superfluit escas,licet subintelligatur,Est enim Hebraicè לִשְׁבֹּר אֶל יוֹסֵף Lisbor el Io-
seph,Vt emerent à Ioseph.Sic & Septuaginta. Chaldaica, Omnesq; habitatores terræ veniebant in Aegyptum,vt
emerent frumentum à Ioseph. Quod vero sequitur, & malum inopiæ temperarent, de suo posuit interpres Lati-
nus,cum in Hebræo habeatur : כִּי חָזַק הָרָעָב בְּכָל הָאָרֶץ Chi hazak haraab becol haárez, Quoniam confortata e-
rat,siue prævaluerat fames in vniuersa terra,sic in Chaldaica & apud Septuaginta . Et ratio est cõcursus omnium
prouinciarum ad terram Aegypti pro frugibus emendis. Omnes (ait) prouincias,pro omnes habitatores prouin-
ciarum,vel in circuitu Aegypti,confluebant illo,vt malum inopię temperarent,vt beneficio sancti viri illis viue-
re liceret,vt Israëlitici dei prouidentia & sapientia agnosceretur per ipsius ministrum.
Mysticè. AVCTOR CATENAE. Mysticè autem transactis septem annis vbertatis, id est, pacis ecclesiæ tempore
finito,cœperunt venire septem anni inopiæ in vniuerso orbe, id est, defectus verbi dei,sanæ intelligentiæ, virtu-
E tum & operum.Nec erat panis in tota terra Aegypti,hoc est,sanæ doctrinæ,iuxta illud,Corruit in platea veritas,
Esa.59. & æquitas non potuit ingredi.Clamauit autem populus ad Pharaonẽ alimenta petens, & ipse misit eos ad Ioseph.
INTERLINEARIS. Quia in angustia spiritualis famis cõsilium vnicũ est,vt recurramus ad horrea Ioseph,
id est,sanctas scripturas,à sanctis patribus nobis ad consolationem sapientiæ reseruatas.Aperuitq; Ioseph vniuersa
horrea,& vendebat Aegyptiis, Tunc venduntur frumenta verbi dei Aegyptiis , cum se mancipant diuinis obse-
quiis, nam & illos fames verbi dei oppresserat. AVCTOR CATE. Aperit ergo Ioseph horrea cum scri-
pturarum sensus quando & quibus vult manifestat Christus,vnde de eo dicitur , Tunc aperuit illis sensum vt in-
telligerent scripturas. RVPERTVS. Quod tandem venientibus Aegyptiis ad Pharaonem , & alimenta pe-
tentibus, rex ait, Ite ad Ioseph , & quicquid ipse vobis dixerit, facite , nos ita de illius dictum sciamus potentia,
& pariter nouerimus, quod nemo nisi propter nomen domini nostri Iesu Christi,consequi possit à deo vitæ æter- Luc.vlt.
F næ alimenta. Non enim est in aliquo alio salus (ait Petrus apostolus) nec enim nomen aliud sub cœlo datum est Act.4.
hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et ipse dicit, Nemo venit ad patrem, nisi per me. Et Ioannes bapti- Ioan.14.
sta, Pater diligit filium , & omnia dedit in manu eius. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET Ioan.3.
PRAEDICTIONIBVS DEI. Sed & aliter. Aperuit Ioseph horrea tempore famis, & ministrabat popu-
lis.Hoc & de nostro dictum est, Oculi domini super iustos, Et sequitur , Vt eruat à morte animas eorum, & alat Psal.32.
eos in fame.Famem vero animæ,Amos propheta ostendit,Dabo eis(ait dominus)famem in terra,non famem pa Amos.8.
nis,neque sitim aquæ, sed famen audiendi verbum dei . Et in euangelio ipse dominus , Quia abundauit iniqui- Matth.24.
tas, refrigescet charitas multorum . In hac fame positis , noster Ioseph Christus dominus, ex horreis suis no-
bis diuinam sui corporis annonam administrat, quam gustantes,videmus quàm suauis est dominus. ISIDO-
RVS. Ioseph à penuria frumenti saluat Aegyptum , & Christus à fame verbi liberat mundum . Aperuit nan-
que horrea sua in orbem terrarum,& erogatione frumenti sui omnia subiugauit.Nisi fratres Ioseph vendidissent,

defecerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

defecerat Aegyptus, nisi Christum Iudæi crucifixissent, perierat mundus. Ioseph igitur interpretatur augmẽtatio, G
sed in illo Ioseph ampliationem non habuit nisi sola Aegyptus, in nostro vero Ioseph augmẽtum meruit habere
vniuersus mundus. Ille erogauit triticum, noster dei verbum, In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in
Psal.18. fines orbis terræ verba eorum. AMBROSIVS. Denique quicunq; famem patiebantur, ad Ioseph mittebantur. Qui sunt isti, nisi de quibus dictum est, Conuertentur ad vesperam, & famen patientur vt canes? Erat autem fa
Psal.58. mes non vnius loci, sed totius terræ, quia nõ erat qui faceret bonitatem. Ideo dominus Iesus ieiunia mundana mi
seratus, aperuit horrea sua, & mysteriorum cœlestium thesauros scientiæ sapientiæq; patefecit absconditos, vt
Prou.9. nulli alimenta deessent. Dixit enim sapientia, Venite, edite panes meos. Et ideo ab illo solo dicitur, Dominus pa-
Psal.22. scit me, & nihil mihi deerit, qui saturatur à Christo. Aperuit ergo horrea sua Christus, & vendebat, non aëra pecu
niæ, sed fidei pretium, & deuotionis stipendium quærens. Vendebat autem non paucis in Iudæa, sed vendebat o-
mnibus, vt ab vniuersis nationibus crederetur. Et omnes regiones venerunt in Aegyptum ad Ioseph emere, obti-
nuerat enim eos fames. Omnes enim esurient, quos non pauerit Christus. Emamus ergo alimenta, quibus famem
H possimus repellere. Nemo paupertatis suæ contemplatione reuocetur, nemo vereatur qui argentum non habet.
Non quæritur Christus argento, sed fide quæ argento pretiosior est. Denique emit eam Petrus, qui non habebat
Act.3. argentum. Argentum (inquit) & aurum non habeo. Sed quod habeo tibi do, In nomine domini Iesu Christi surge
Esa.55. & ambula. Et propheta Esaias dicit, Qui sititis, ite ad aquam, & quicunque non habetis argentum, ite, emite, &
bibite, & manducate, sine argento & pretio vini. Neque enim pretium quæsiuit à nobis, qui pro nobis sanguinis sui
pretium soluit, quia non auro & argento, sed pretioso nos redemit sanguine. Ergo id pretium debes quo redem-
ptus es, & si ille nõ semper exigat tu tamen debes. Eme igitur tibi Christũ, non eo quod pauci habent, sed eo quod
Matth.25. omnes habent. Omnes habent per naturam, pauci offerunt per timorẽ. Suum est quod à te Christus reposcit. Ipse
vitam omnibus dedit, ipse pro omnibus mortem suam obtulit, solue pro auctore, quod soluturus es pro lege. Non
Matth.13. mediocris iste contractus est. Non omnes eũ facile vident. Denique illæ virgines in euangelio quas veniens spon
I sus exclusit, ideo foris relictæ sunt, quia venale oleum non emerunt. Vnde dicitur eis, Ite potius ad vendentes, &
em te vobis. Et negotiator non immerito prædicatur, quia vendidit omnia sua, & emit margaritam.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMSECVNDVM ARGVMENTVM.

Fratres Ioseph descendunt in Aegyptum pro alimentis emendis. Agnoscuntur & tentantur ab eo. Simeon in carcerem coniicitur. Redeunt ad patrem, petentes Beniamin. Ille venit.

CAPVT XLII.

K

Lectio pri.

AVdiens autem Iacob quod alimenta uenderentur in Aegypto, dixit filiis suis, Quare negligitis? Audiui quod triticum uenundetur in Aegypto, Descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus uiuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, ut emerent frumenta in Aegypto, Beniamin, domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quicquam patiatur mali, ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan, & Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atq; ad illius nutum frumenta populis uendebantur.

L RVPERTVS. De diabolo loquens ad beatum Iob dominus, inter cætera dicit, Nunquid feriet tecũ pactum, & accipies eum seruum sempiternum, subauditur vt ego? Hoc quàm veraciter dicat, presens attestatus est scriptu- L
ræ locus, vbi quod de beato Ioseph in typum Christi filij proposuerat intus bonitas dei, foris inuidia diaboli per
fratres eius operante, ad effectum peruenit. Nam & ille, qui idcirco venditus est, ne sicut somniarat, adoraretur à
fratribus suis, idcirco adoratus est, quia venditus. Et dei filius, qui idcirco reprobatus est ab ædificantibus, ne
Matth.21. Psal.117. ipse (sicut in parabola euangelica prædixerat) fieret lapis in caput anguli, idcirco quia reprobatus & crucifixus
est, factum est hoc à domino, & est mirabile in oculis nostris. Igitur voluntate quidem aduersatur, & propterea
Græco vocabulo dicitur Satanas, id est, aduersarius, actu autem seruus est sempiternus, & sic seruit, tanquam sit
fidelis, ita cooperatur & bonis proficit, tanquam adiuuare velit spiritum domini, & sic vigilantia procedit, tan-
quam maturet consilium dare, & ostendere illi. Igitur cum laude sapientiæ dei dicendum ab hinc, qualiter fra-
trum opitulante inuidia, somnia Ioseph impleta sint, quali ambitione stantem manipulum eius, manipuli illo-
rum circunsteterint, & adorauerint, siue sol & luna cum vndecim stellis. CHRYSOSTOMVS. Ac primum
obsecro vide, qualem euentum accipiant somnia Ioseph. Nam vbi fames inualuit, venit etiam in terram Chanaan, M
in qua habitabat Iacob huius pater, qui *Audiens quod alimenta uenderentur in Aegypto, dixit filiis suis, Quare negligitis? Audiui quod triticum uenundetur in Aegypto, Descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus uiuere, & non consumamur inopia.*
Quid (inquit) hic sedetis? quid aspicitis vnus alterum? Abite in Aegyptum, & alimenta nobis afferte. Hæc autem
omnia facta sunt, vt visioni seruirent fratres Ioseph, & interpretationem somnij quod iudicarunt, cum audirent
Ioseph somnium narratem, implerent. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENE-
SIM. Iuxta alia exemplaria legitur hoc in loco, Videns autem Iacob quod est venditio tritici in Aegypto. Et no
tandum, quia id quod audisse se dicit, vidisse eum scriptura dixerit. Deinde quod sequitur, vt possimus viuere, &
non consumamur inopia, iuxta aliam literam legitur, Vt viuamus, & nõ moriamur. Vbi vnum horum sufficeret,
aut vt viuamus, aut vt non moriamur, sed locutio est. RVPERTVS. Inopiæ magnitudo quãta fuerit, primę
patris voces insinuãt, dicẽtis, Quare negligitis? Deinde narrat quid audierit. Tertio pertonat quid velit, Descẽdite
in Aegyptum,

A in Aegyptum, scilicet inquiens, breuemq; tandem sermonem terribiliter ita concludit, ne consumamur inopia.
CAIETANVS. Iuxta Hebræũ habetur, Et vidit Iacob quod alimenta venderẽtur in Aegypto. Insinuatur quod
allatum frumentũ viderat, & interrogauerat vnde afferebatur, & audiuerat quod in Aegypto vendebatur, quapro
pter excitauit filios, cur viderent & nõ prouiderent, dicens, quare aspicitis vos? Vbi antiquus interpres scripsit, qua-
re negligitis? AVCTOR CATENAE. Audiens autem Iacob quod alimenta venderẽtur in Aegypto. He-
braica litera est וַיַּרְא יַעֲקֹב כִּי יֵשׁ שֶׁבֶר בְּמִצְרָיִם Vaiar Iaakob chi ies seber bemisráim. Vbi primum sciendum, di-
ctionem seber à sabar verbo descendere, quod frangere vel confringere, siue conterere & vendere significat. Et a-
liquando fractionem, aliquando venditionem, nonnunquam etiã frumentum vel alimẽtum reddi posse. Vel quia
liquando fractionem, aliquando venditionem, nonnunquam etiã frumentum vel alimẽtum reddi posse. Vel quia
frumentum ipsum venundetur & ematur, vel quia frangat famem, vel quia in mola cõfringatur, seu quod denti-
bus cõteritur, dum masticatur. Hinc etiã factum, quod fractio quoq; ipsa quandoq; pro pane, cibo, esca, & frumen
to accipiatur. Vnde variis modis locus iste redditus est ab interpretibus, videlicet, Et vidit Iacob quod est vendi-
B tio, vel fractio, seu frumentũ, vel alimentum in Aegypto. Sed idem in omnibus sensus est. Chaldaica, Et vidit Ia-
cob quod frumentum vendebatur in Aegypto. Septuaginta, ὅτι ἔστι πρᾶσις σίτου ἐν Αἰγύπτῳ, Quia est venditio tri
tici in Aegypto. Et videre hic propter sensus excellentiã, pro audire accipitur, iuxta illud, Cunctus populus vide- Exod.20.
bat voces & lampades & sonitũ buccinæ. Deinde quod sequitur, Et emite nobis necessaria, vt possimus viuere, &
non consumamur inopia. Hebraicè est: וְנִשְׁבְּרָה לָנוּ מִשָּׁם וְנִחְיֶה וְלֹא נָמוּת Vesibru lánu misam, venihie velo na-
muth, Et emite nobis inde, & viuemus, & non moriemur. Sic & Chaldaica. Septuaginta, καὶ ἀγοράσατε ἡμῖν μι-
κρὰ βρώματα, ἵνα ζῶμεν, καὶ μὴ ἀποθάνωμεν, Et emite nobis paruas escas, vt viuamus & non moriamur. Fides igi-
tur Iacob tentatur, vt confirmetur, vsque ad mortis periculum esuriendo. *Descendentes igitur fratres Ioseph decem, ut emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quicquam patiatur mali, ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum.* CHRYSOSTOMVS. Descenderunt (inquit) de-
C te accidat ei contritio, parcens ei, eo quod ætate immatura erat. RVPERTVS. In Beniamin qui erat vteri-
nus frater Ioseph, paternus refocillabatur animus, crebris & pene continuis exhaustus singultibus propter Ioseph,
de quo patri (vt iam superius dictum est) suspitio non leuis esse poterat, quod fratrum periisset malitia. Proinde
Beniamin domi retentus est ab eodem dicente, Ne forte in itinere quicquam patiatur mali. CAIETANVS.
Iuxta Hebræum habetur, Ne forte occurrat ei mors, timebat enim, ne sicut occurrerat Ioseph (vt putabat) mors,
ita aliquo malo euentu incurreret mortem Beniamin in via illa. Ingressi autem sunt terram Aegypti cum aliis qui
pergebant ad emendum. AVCTOR CATENAE. Parui refert pro eo quod dicitur Beniamin domi reten
to à Iacob, qui dixerat fratribus suis, in omnibus ædit ionibus haberi, Beniamin autem fratrẽ Ioseph non misit Ia-
cob cum fratribus suis, Dixit enim, Ne forte in itinere quicquam mali patiatur, Pro quo in Hebræo est: פֶּן יִקְרָאֶנּוּ
אָסוֹן Pen ikraennu asón, Ne forte accidat ei periculum vel mors. Sic & Chaldaica. At Septuaginta, μαλακία dixe-
runt, hoc est, languor vel lassitudo. Magna ergo, necesse est, fuerit charitas, quæ etiam in terrã Chanaan irrepserit,
D vt non proximius quàm in Aegypto inuenirentur necessaria victus. Decem fratres in Aegyptum mittuntur, qui
iam familias habebant, & vni pro omnibus in tanta annonæ raritate sufficientia alimenta data non fuissent. Ben-
iamin autem domi retinetur. Hunc autem amabat Iacob præ aliis, de Rachele natum, & omnibus iuniore, ac vlti-
mum filium, erat loco Ioseph & matri cæteris charior, metuebat, ne quid damni incurreret per discrimina viæ. Cũ
multis autem intrarunt alimenta petituri, inter alios simul cum aliis aderant, Ex Chanaan enim multi venerant
ad Ioseph pro tritico emendo. *Erat autem fames in terra Chanaan, & Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atque ad illius nutum frumenta populis uendebantur.* Ipse enim alebat omnem populum terræ.
INTERLINEARIS. Hæc autem secundum literam, verum iuxta mysterium, Audiens Iacob quod fru- Mystice.
menta venderentur in Aegypto, Antiqui patres sunt, patriarchæ, & prophetæ, qui affluentiã bonorum spiritualiũ
audiuerunt esse in gentibus, vel Iudaicus populus audiens, quod euangelica doctrina prædicaretur in mundo, Et
E tunc filios suos Iudæos excitarunt, vt per humilitatem descenderent ad credentiũ populos & denario fidei ab eis Deut.38.
per te, eritq; sublimior, tu autem descendes, erisq; inferior, ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei, id est, tu acci
pies ab eo spiritualem intelligentiã, non ipse à te accipiet cerimonialium obseruantiã. Quare negligitis? hoc ideo
dicitur, quoniam Iudæi semper pigri & negligentes ad spiritualis intelligentiæ accipienda alimẽta fuerunt, & qui
primo fuere magistri veritatis, postea fuerunt erroris magistri. Emite nobis necessaria vt possimus viuere. Neces- Deut.8.
saria profecto est ad vitam animę spiritualis intelligentia, sicut panis ad vitam corporis, nõ enim in solo pane vi-
uit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIAR.
Iacob dicit filiis suis, Quare pigri estis? Ecce audiui, quia frumentũ est in Aegypto, descendite illò, & emite nobis
escas. Non semel hoc Iacob dixit, quotidie omnibus filiis suis dicit, qui serius veniunt ad gratiam Christi, Quare
pigri estis? Ecce audiui quia est frumentũ in Aegypto, Et deus pater dicit, Ex Aegypto vocaui filiũ meum. Ex isto
F grano illa fœcunditas. Neq; enim messis esse potuisset, nisi Aegyptij granum ant. seuissent. Est ergo frumentum
quod nemo ante credebat esse. In hoc frumento negotiantur patriarchæ. Ex hoc frumento granũ est, quod resur-
git. Qui igitur famem sustinet, suæ segnitiei debet ascribere. Ecce audiui (inquit) quod frumenũ est in Aegypto.
Citius itaque iuniores aliqui, quàm seniores consueuerunt audire, dum foris positi multa circumeunt. Sed hanc
negotiationem prius senex audit, sed ille senex, in quo est fidei longæua canicies. Prior senex intelligit, sed ille Sapient.4.
senex, in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata. Nec omnes hanc negotiationem
suscipiunt, nisi filij Iacob, & ipsi prouectioris ætatis, ideo decem pergunt, non pergit iunior. INTERLINEA-
RIS. Decem sunt, & descendentes pergunt in Aegyptum. Quia sub decalogo legis constituti, iam de famelica
litera minime gloriantes, humiliauerũt se ad intellectum eorũ, de quibus dictum est, vt qui nõ vident, videant: &
qui vident, cæci fiant. AMBROSIVS. Non misit autẽ cum eis pater Beniamin, ne contingat (inquit) eum
infirmitas. Adhuc obnoxius erat infirmitati Beniamin iunior. Patriarcha quidem legitur Beniamin, sed ex
tribu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribu Beniamin ille Paulus præfigurabatur. Merito Iacob de eius infirmitate dubitabat. Denique infirmatus est, G
vt sanaretur, cæcitatem passus est, sed hæc infirmitas ad salutem. Denique illa cæcitas lucem attulit. Accepimus
historiam, cognoscamus mysteria. Sine Beniamin patriarcha primo perexerunt, sine Paulo apostolo. Vterque non
primus aduenit, sed accersitus à primis, vberiorem mercem priorum suo fecit aduentu. INTERLINEARIS.
Galat.1. Manente ergo domi Beniamin, profecti sunt, hoc est, Paulo adhuc paternis traditionibus occupato, sic enim ait
ipse de seipso, Proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos, abundantius æmulator existens paterna-
rum mearum traditionum. AVCTOR CAT. Sed & in terra Chanaan erat fames, id est, intelligentiæ ma-
cies apud Iudæos. Et princeps in terra Aegypti Ioseph, ad cuius nutum frumenta populis vendebantur, hoc est,
Christus in toto mundo princeps, qui solus pastor est, imò & frumentum ipsum, quod alimenta præstat omni po-
pulo terræ. Dicit enim ipse de seipso, Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet,
Ioan.12. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Granum quidem mortuum in infidelitate Iudæorum, multi-
plicatum autem in credulitate gentilium. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDI- H
CTIONIBVS DEI. Venerunt in Aegyptum fame compulsi fratres Ioseph, ab eo quem vendiderant, sub
pretio comparare frumenta. Venerunt & ad nostrum Ioseph Christum dominum qui eum crucifixerunt, vt eius
refecti cibario, famem, qua eorum animæ vexabantur, auferrent.

II *VNque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde uenistis? Qui responderunt, De terra Chanaan, ut emamus uictui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatusq; somniorum quæ aliquando uiderat, ait ad eos, Exploratores estis, ut uideatis infirmiora terræ uenistis. Qui dixerunt, Non est ita domine, sed serui tui uenerunt ut emerent cibos. Omnes filij unius uiri sumus. Pacifici uenimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit, Aliter est, Immunita terræ huius considerare uenistis. At illi, Duodecim (inquiunt) fratres serui tui sumus, filij unius uiri in terra Chanaan. Minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum, exploratores estis. Iam nunc experimentum uestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec ueniat frater uester minimus. Mittite ex uobis unum, & adducat eum. Vos autem eritis in uinculis, donec probentur quæ dixistis, utrum uera an falsa sint. Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.* I

II *Cunque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde uenistis?* RVPERTVS. Primo introitu beneuolentiam principis ambientes, adorauerunt, id est, regio more salutauerunt. Quam ob causam adorauerunt? Videlicet, vt emendi quæ vellent, haberent licentiam, nam vt alimenta emerent, idcirco cum saccis suis aduenerant, quod facere absque Ioseph imperio vel nutu non poterant. Edixerat enim, K
& hanc legem statuerat Pharao, dicens, Ego sum Pharao. Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum
aut pedem, manum videlicet ad accipiendum, aut pedem ad efferendum in omni terra Aegypti. Bene igitur &
propria secundum rem futuram imaginatione, hæc adoratio per somnium illi præsignata fuerat, quando nar-
Gene.37. rans fratribus dicebat, Putabam ligare nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare,
vestros q; manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Ecce enim reuera quodammodo manipuli eorum
manipulum eius adorant, dum non ob aliud, ignotum sibi principem Aegypti adorant, nisi quia defecerant ma-
nipuli eorum, ille autem de manipulis plenum habebat horreum. Et vt iuxta Pharaonis quoque somnium di-
ctum sit, idcirco adorant, quia spicæ illorum tenues, & percussæ vredine, superiorum copiam annorum deuora-
uerant, ille autem per sapientiam spicas plenas atque formosas, partim ab illarum edacitate liberauerat, & in hor-
reis recondiderat. Stabat nanque & sublimis erat manipulus Ioseph, circunstantes autem humiles manipuli fra- L
trum, manipulum eius adorabant. CHRYSOSTOMVS. Venerunt ergo & Ioseph sicut principem Aegy-
pti fratres adorauerunt super terram, & nunc ignorantes quidem, omnia faciunt. Simulat autē & omnimodam
ignorantiam, vt omnia diligenter ab eis discere queat. Desiderabat enim scire de rebus patris & matris. Et pri-
mum quærit ex qua regione sint. GRAECVS. Notandum vero, quod Beniamin, neque Esau, neque Ioseph
quemadmodum reliqui fratres adorauit, ideo quod in partem tribus Beniamin cessit templum. AVCTOR
CATENAE. Cunq; adorassent eum fratres eius. Vt plenius noscas qualis fuerit hæc adoratio, & quomodo Io-
seph prædictio adimpleta sit, Hebraica est tibi litera legenda, quæ habet: וַיִּשְׁתַּחֲווּ לוֹ אַפַּיִם אָרְצָה Vaistahauu lo ap-
páim árza, Et humiliauerunt ei facies ad terram, Vel, Et incuruauerunt se ei in faciem, siue coram eo facietenus
super terram. Septuaginta etiam, προσεκύνησαν αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, Adorauerunt eum in faciem super
terram. Demum Chaldaica, Veneruntq; fratres Ioseph, & proni in terra adorauerunt. Deinde quod sequitur,
Quasi ad alienos durius loquebatur Hebraicè est וַיִּתְנַכֵּר אֲלֵיהֶם Vaithnacer alehem, Et alienauit se, id est, alie- M
num vel extraneum se fecit eis, aut celauit se eis. Septuaginta, καὶ ἀλλοτριοῦτο ἐπ' αὐτῷν, Et alienatus est ab eis.
Quod ad locum potius apud Græcos pertineret. Chaldaica penitus diuersum quid hoc in loco habet, nempe, Et
cogitabat quid loqueretur cum eis. Iam ergo dei prouidentiam ignari explebant fratres, iam somnium Ioseph
verum ostendebant, seruiebant dei dispensationi, non inuiti iam, sed ignari, id ne non fieret, impediri non po-
terat, vltro agebant, quod iamdudum per phas & nephas effugere conati fuerant. Cum ergo adorassent eum,
inquit, fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur. Agnouit plane dei voluntate & ordi-
ne, post tot annos fratrum suorum vultus, inter tot homines venientes, sed alienum sese illis exhibuit, si-
mulat se durum ac seuerū, cum sit animo amicissimus, instinctu dei turbat, & anxios reddit. Dispensatio autem
dei erat. Purgandum vel saltem vindicandum venditionis & odij fraterni erat peccatum. Interim illorū oculi te-
nebātur, ne eum agnoscerēt. Sed videamus, quid illis dixerit. Interrogauit (inquit) eos, Vnde venistis? Forte nescie-
bat quod

A bat quod adhuc in terra Chanaan habitarent, quoniam pater habitationis locum frequenter mutare cōsueuerat.
Qui responderunt, De terra Chanaan, ut emamus uictui necessaria CHRYSOSTOMVS. Famis (inquiūt) necessitas in
causa est, quare id itineris confecimus, & propterea relictis propriis huc venimus. AVCTOR CATENAE.
Simplex & vera responsio, prout simplici & recto ambulabant corde, qua simul & vnde & ad quid venerint, indi-
cant. CHRYSOSTOMVS. Et quia multū temporis intercesserat, faciem fratris non agnouerunt, *Et tamen (inquit) fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis.* Verisimile enim est, iuuenē olim, nunc immutatum faciei suę effi-
gie. Idq; totum opinor diuinæ dispensationis fuisse, ita vt non potuerint, vel ex sermone, vel ex aspectu fratrem
agnoscere. Vnde enim vnquam in hanc opinionem venissent? Etenim putabant eum apud Ismaëlitas factum ser-
uum, seruireq; apud barbaros, vnde non agnouerunt Ioseph. Ipse autem statim vt vidit, agnouit eos, & vt ignora-
retur studuit, eisq; quasi alienis loquutus est. *Recordatusq; somniorum quæ aliquando uiderat, ait ad eos, Exploratores estis, ut uideatis infirmiora terræ uenistis.* In mentem venerunt ei somnia, & videbat euenire ea. Volens autem diligenter
B omnia discere Ioseph, magna cum austeritate eis respondet, & dicit, Exploratores estis, & ad consideranda infir-
miora terræ venistis. Non recta (inquit) mente aduenistis. Videmini arte & malignitate quadam huc profecti.
RVPERTVS. Iustitiæ profecto, & idoneæ seueritatis fuit, quod peccatores tandiu flagellat Ioseph, & corripit
verborum suorum stimulis, clauisq; acutis tandem configit, donec peccatum suum agnoscant, & dicant, Merito
Hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, dum deprecaretur nos, &
non audiuimus. Et crimen eorum satis vicino, licet non proprio nomine, tetigit, dicendo: Exploratores estis. Pro
eo vt diceret, fures estis. Nam fecerant furtum, imò sacrilegium, vbi sancto patri filium, fratremq; suū furati sunt,
& vendiderunt. Notanda quippe calliditas, quia cum dixisset, exploratores estis, continuo subsecutus, verbū com
mutauit, non enim dixit, vt exploretis, sed vt videatis infirmiora terræ venistis. Infirmitatem nanque terrę videre
venerant, scilicet quod non adeo infirma etiam tempore famis esset, quin ipsa suo præsidio aliis terris subuenire
posset. Alias autem & vere, quando præsentia patris, cunctisq; arbitris destitutum fratrem videntes, dixerunt, Ve- Gene.37.
C nite, occidamus eum, immunita terræ considerauerunt & inspexerunt, & proinde reducto in se digitulo, sine men
dacio dicere potuit, immunita terræ huius considerare venistis. Veritati igitur & iustitiæ assignandum est, quod
quasi ad alienos durius loquitur dicens, Exploratores estis. CAIETANVS. Vt videatis infirmiora, vel iu-
xta Hebræum, detectionem terræ, venistis. Terra enim non munita muris, & huiusmodi tuentibus eam, detecta
appellatur, vtpote patens & peruia. AVCTOR CATENAE. Vt videatis infirmiora terræ venistis. He-
braica vox עֶרְוָה eruath, pluralis est cuius radix עֶרְיָה erua, turpitudinem, ignominiam, hominis verenda, & nu-
ditatem significat, hic autem transumptiue pro nuditate terræ capitur, vbi scilicet facile expugnari potest. Recte
ergo vertit interpres, Infirmiora terræ, sic enim habet etiam Chaldaica. Apte etiam verterunt nonnulli, Defor-
mitatem aut nuditatem terræ, apte etiam alij, exinanitionem terræ. Sed forte non ita apte Septuaginta habentes,
τὰ ἀχύρωτα τῆς χώρας, Vestigia regionis, id enim multo diuersius est, quàm Hebraica veritas habeat. Iam itaque videns
D fratres Ioseph se adorantes omnibus iuniorem, dei dispensatione mentem eius subit, & reminiscitur veteris illius
prouerbij de somniis, quomodo infœlicitatis suæ causa fuerint, & vt nūc dei prouidentia cōpleatur, tam in se præ-
posito regno tanto, quàm in illis veluti regem, fratrem suum ignaris adorantibus, & illi supplicantibus. Possumus
etiam ab omni penitus mendacio excusare Ioseph, verba illum hæc, & quæ sequuntur omnia, ironicè & non ex a-
nimo protulisse, dicentes. Nam sancti patres veteris testamenti, vbicunque vere, & ratione præuia possumus, om-
nino à peccatis excusandi sunt. *Qui dixerunt, Non est ita domine, sed serui tui uenerunt ut emerent cibos.* Simpliciter lo
quuntur veritatem boni viri iamdudum de prodito fratre suo compuncti, & dolentes, sed reuocari non poterat
quod semel actum erat. Dominum vocant, quem ne subditi essent, vendiderant in seruitutem. Seruos se quoque
nuncupant iuxta domini voluntatem. CHRYSOSTOMVS. Deinde id quod discere studebat Ioseph, hoc
à semetipsis docent, & dicunt, *Omnes filij unius uiri sumus. Pacifici uenimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali.*
AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta alia exemplaria legitur, Pacati sumus, non sunt pueri
tui exploratores, cum possent dicere non sumus, honorificentiæ autem more maxime ita loquebantur. CAIE-
E TANVS. Pacifici venimus. Iuxta Hebræum, est, Recti nos, contra obliquam intentionem. AVCTOR
CATENAE. Hebraica litera est huiusmodi: כֵּנִים אֲנַחְנוּ לֹא הָיוּ עֲבָדֶיךָ מְרַגְּלִים Cenim anáhnu lo haiu abadécha
meraglim, Recti vel fideles, aut veraces, siue synceri nos. Nam sunt serui tui exploratores. Est enim dictio Cenim,
plurale à Cen, quod rectum proprie significat. Soli Septuaginta, εἰρηνικοί, id est, pacifici reddiderunt, à quibus mu-
tuasse videtur vocem interpres noster. Chaldaica, Recti sumus, Non fuerunt serui tui exploratores. Voluit igitur
hæc eos loqui deus, euentum rei ignorantes, domino seruientes. Veraces (inquiunt) & recti, & in hac saltem re in-
tegri sumus, quia exploratores esse serui tui nunquam voluimus. CHRYSOSTOMVS. Adhuc pro seipsis
satisfaciebant, & timore attoniti mente, nondum quæ ad Ioseph pertinebant dixerant, ideo perseuerans. *Ille re-
spondit eis, Aliter est, Immunita terræ huius considerare uenistis.* Superuacue (inquit) hæc mihi dicitis, etenim hoc habi-
tus aduentus vestri declarat, quod malitia quadam exciti huc venistis. AVCTOR CATENAE. Eadem di
F ctio עֶרְוַת eruath, Explorationem rerum fragilium importat, de qua dic vt supra. Non est (ait) vt dicitis, ad ex-
ploranda debiliora Aegypti loca accessistis. Non proditionem homini, sed terræ impingit, ne aliqua ratione se
proditos formidarent de vendito fratre, & illum diligentius aspiciendo agnoscerent. CHRYSOSTOMVS.
Illi autem necessitate coacti, & volentes eum ad misericordiam flectere. *Duodecim (inquiunt) fratres serui tui su-
mus, filij unius uiri in terra Chanaan. Minimus cum patre nostro est, alius non est super.* O verborum deceptionem, etiam
eum quem negotiatoribus vendiderant, in numero suo recensent. Et non dicunt, Duodecim fuimus, sed duo-
decim sumus fratres, & ecce iunior cum patre nostro. Hoc erat, quod scire cupiebat, num & fratrem similiter af-
flixissent. Et ecce iunior cum patre nostro, alius autem non supereſt. Nec dicunt rem manifeste, sed tantum non
supereſt. Ex hoc venit in suspitionem, ne forte & Beniamin simili modo affecissent. AVGVSTINVS IN
LOCVT. Duodecim sumus pueri tui fratres in terra Chanaan, cum posterius dicant, quod vnus eorum non
sit, ipsum scilicet Ioseph non esse existimantes, id est, periisse. Hac locutione dictum est etiam illud, Hi filij Iacob
qui facti

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui facti sunt ei in Mesopotamia,cum ibi non fuerit natus Beniamin.Quod autem dixerunt,sumus in terra Cha- G
naan, cum eo tempore quo loquebantur in Aegypto essent, sumus dictum est, pro habitamus, inde enim vene-
rant, illico redituri, ibi commorantes. AVCTOR CATENAE. Minimus cum patre nostro est, de-
ficit hodie, Est enim in Hebræo הַיּוֹם haiom, id est hodie. Recte autẽ reddidit quod sequitur interpres. Alius non
est super, pro quo Hebraicè est :וְהָאֶחָד אֵינֶנּוּ Vehaehad enẽnnu, Et vnus non est, vel non ille, hoc est, non viuit
hodie. Septuaginta, ὁ δὲ ἕτερος οὐχ ὑπάρχει, Et alter non est. Chaldaica, Et vnus non comparet. Vnum igitur fra-
trem suum non superesse fatentur, id est, non viuere, vt credebant, quia per annos multos de eo nihil perceperant,
vel nescire se vbi sit, etiam si supersit. *Hoc est* (ait) *quod locutus sum, exploratores estis.* GRAECVS. Ioseph pri-
mo quidem fratres suos conspicatus, tum memoria tenens quæ aduersus se gessissent, tum suspicatus Beniamin
quoque ab illis occisum, durius erga illos sese gessit, deinde viso Beniamin, benigne admodum eos tractauit.
AVCTOR CATENAE. Potentia illos opprimit, loquendo illis quomodocunque libet, more dominorum,
vbi quenquam sese vindicare non audentem inuadunt verbis atrocibus. Ac si dicat, ex quo tot fratres estis, magis H
audaces ad explorandum vtpote mutuo cõfidentes subsidio existitis. *Iam nunc experimentum uestri capiam. Per salu-*
tem Pharaonis non egrediemini hinc, donec ueniat frater uester minimus. CHRYSOSTOMVS. Ac si secum dicat,
Cupio videre eum, qui ex eodem vtero natus est, suspicor enim ex his quæ aduersus me egistis, mentem vestram
fraterno odio laborare. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid
est autem quod Ioseph vir tam sapiens, atque ita non solum hominum inter quos viuebat, testimonio, sed ipsa
etiam scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos, nisi frater
eorum minimus venerit? An etiam bono & fideli viro vilis fuerat salus Pharaonis, cui fidem sicut prius domino
suo seruabat in omnibus? Quanto enim magis ipsi, qui eum in tanto honore locauerat, si illi seruauit fidem, qui
eum seruum emptitium possidebat? Quod si non curabat Pharaonis salutem, nunquid & periurium pro cuiusli-
bet hominis salute vitare non debuit? An non est periurium? Tenuit enim vnum eorum donec veniret Benia- I
min, & verum factum est quod dixerat, non exibitis hinc, nisi venerit frater vester. Ad omnes enim non potuit
pertinere quod dictum est. Nam quomodo esset ille venturus, nisi ad eum ducendum aliqui redissent? THO-
Quæst.89. MAS SECVNDA SECVNDAE. Duplex est iuramentum. Vnum quidem, quod fit per simplicem con-
artic.6. testationem, in quantum scilicet testimonium dei inuocatur, & hoc iuramentum innititur diuinę veritati, sicut &
fides. Fides autem est, per se quidem & principaliter de deo, qui est ipsa veritas, secundario autem de creaturis, in
quibus veritas dei relucet, & similiter iuramentum principaliter refertur ad ipsum deum, cuius testimonium in-
uocatur, secundario autem assumuntur ad iuramentum aliquæ creaturæ, non secundum se, sed in quantum in eis
diuina veritas manifestatur, sicut iuramus per euangelium, id est, per deum, cuius veritas in euangelio manifesta-
tur, & per sanctos, qui hanc veritatem crediderunt & obseruauerunt. Sic potest dici Ioseph iurasse per salutem
Pharaonis, quasi contestando veritatem diuinæ iustitiæ, ad cuius executionem principes terræ constituuntur.
Alius autem modus iurandi est per execrationem, & in hoc iuramento inducitur creatura aliqua, vt in qua diui- K
nũm iudicium exerceatur, & sic solet homo iurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliam rem
quam diligit, sicut & Apostolus iurauit secundæ ad Corinthios primo, dicens, Ego testem deũm inuoco in ani-
mam meam Et sic etiam potest intelligi Ioseph iurasse per salutem Pharaonis, quasi per modum execrationis sa-
lutem Pharaonis obligauerit deo. Nec obstat si dicatur, Dominus Matthæi quinto ait, Ego dico vobis non iura-
re omnino, neque per cœlum, neque per terram, neque per Hierosolymam, neque per caput tuum, Quia respon-
detur quod dominus prohibuit iurare per creaturas, ita quod eis cultus latrię & reuerentia diuina adhiberetur, nam
Iudæi per angelos & alia huiusmodi iurantes, creaturas, dei honore venerabantur. CAIETANVS. Siquę-
ris veritatem iuramenti huius, scito verificatum esse in eo, quod non omnes egressi inde sunt, antequam veniat
Beniamin. Comprehenditur enim sub iuramento duntaxat hoc indefinite, quod non egrederentur inde donec
veniret Beniamin, reliqua dicta sub iuramento non comprehendebantur. AVCTOR CATENAE. Iam L
nunc experimentum vestri capiam. Hebraica sunt בְּזֹאת תִּבָּחֵנוּ Bezoth tibbahẽnu, In hoc probabimini. Sic &
Chaldaica. Septuaginta, ἐν τούτῳ φανεῖσθε, In hoc manifesti estis. Quod vero sequitur, Per salutem Pharaonis, He-
braicè est חֵי פַרְעֹה he Pharo, viuit, vel viuus, siue viuat Pharao. Et est modus iurandi, non solum apud Aegyptios,
verum & apud Hebræos vsitatus, vt viuat deus, viuat anima tua, sicut & Latini dicunt, per deum viuum. Sequu-
tus est autem interpres noster Septuaginta, qui & ipsi, μὰ τὴν ὑγίειαν Φαραώ, per salutẽ Pharaonis. Sed & Chaldai-
ca, Per vitam Pharaonis habet. Effectu itaque (ait) an sitis veraces comprobabo. Per salutem Pharaonis non egre-
diemini hinc, vos decem omnes non simul exibitis de Aegypto, donec frater vester minimus huc ad me veniat.
De Beniamin autem inquirit solertius, scire volens, an illi quoque inuiderent, an non etiam prodidissent, an odij
gratia illum non habuissent itineris comitem Per Pharaonem vero iurat, non per deum, non quod deum crede-
ret Pharaonem, sed vt imponeret fratribus, ignorare illos volens se vnius esse veri dei cultorem. Possumus quo-
que dicere, per deum iurasse Ioseph, cum per salutem iurat Pharaonis, cuius ipse deus auctor est, in ipso enim om- M
nes viuimus, mouemur, & sumus. *Mittite ex uobis unum & adducat eum. Vos autem eritis in uinculis, donec probentur quæ*
dixistis, utrum uera an falsa sint. CHRYSOSTOMVS. Ille enim cum aduenerit, docebit num vera sint quæ
dicitis, & liberabit vos ab omni suspitione. INTERLINEARIS. Multa erat in verbis seueritas, multa in
corde tranquillitas, vt hic doceatur, quanta his beneuolentia debeatur, quos forte plus æquo corripimus. *Alio-*
quin per salutem Pharaonis exploratores estis. CHRYSOSTOMVS. Nam si hoc non fuerit, manifestum est, quod
exploratores sitis, & propterea huc veneritis. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Hoc magis vrget quæstionem, vbi iterum iurauit, dicens, Mittite ex vobis vnum, & adducite fra
trem vestrum, vos autem non educemini quoadusque manifesta sint verba vestra si vera dicitis, an non, sinau-
tem, per salutem Pharaonis exploratores estis, id est, si non vera dicitis, exploratores estis. Huic sententiæ inter-
posuit iurationem, quia si vera non dixissent, exploratores essent, id est, exploratorum pœna digni essent, quos ta-
men vera dicere sciebat. Neque enim periurus est quisque, si ei quem castissimum nouit, dicat, si hoc adulterium

A de quo argueris commisisti, damnat te deus, & his verbis adhibeat iurationem, verum omnino iurat. Ibi est enim
conditio qua dixit, Si fecisti, quem tamen non fecisse certum habet. Sed ait aliquis, verum est, quia si fecit adul-
terium, damnat illum deus, hoc autem quomodo verum est, si non verum dicitis, exploratores estis, cum etiam
si mentiantur, non sint exploratores? Sed hoc est quod dixi, ita dictum esse exploratores estis, tanquam si dictum
esset, exploratorum pœna digni estis, hoc est, exploratores deputabimini merito mendacij vestri. Estis autem, po
tuisse dici pro habebimini & deputabimini, innumeræ similes locutiones docent. Vnde est illa Heliç, Quicunque 3.Reg.18.
exaudierit in igne, ipse erit deus, non enim tunc erit, sed tunc habebitur. Nam & si deus non exaudiret Heliam,
nihilominus esset deus. CAIETANVS. Occurrit ergo quæstio, quo pacto verba hæc iuramento firmata ve-
rificentur, cum certum fuerit illos exploratores non esse, etiam si frater minimus non venisset. Solutio est, quod
in textu Hebræo non habetur, exploratores estis, sed exploratores vos, & subauditur, habebimini ex vestro men-
dacio. Nam eo ipso quod obiectum illis fuerat esse eos exploratores, & ad obiectionem purgandam dixerant se
B habere fratrem minorem, si mentiti fuissent, reddidissent se suspectos quod exploratores essent, & sic verum iu-
rauit Ioseph, quod si non discerneretur per hoc veracitas eorum, haberentur ex proprio mendacio exploratores.
AVCTOR CATENAE. Mysticè autem adorauerunt fratres Ioseph, adorat Christum omnis cœtus san- Mysticè.
ctorum. Vel hoc in Iudæis in fine mundi implebitur, cum omnis Israël saluus fiet, etiam impletum est in sanctis
patribus, quorum corpus Christum adorat. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAE-
DICTIONIBVS DEI. Videns Ioseph fratres suos, agnouit eos, ipsi vero non cognouerunt illum. Hoc &
in domino nostro Iesu Christo impletum est, quod sui fratres non cognouerunt illũ. Si enim eum cognouissent,
nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Alienatus est Ioseph à fratribus suis, eisq; per interpretem dixit, Explo 1.Cor.2.
ratores estis, considerare vestigia huius terræ venistis. Hoc & noster Ioseph Christus dominus per interpretem
Petrum ait persequutoribus, Vos sanctum & iustum negastis, & principem vitæ æternæ interemistis. Vt explora- Act.2.& 5.
C tores non esse crederentur fratres Ioseph, adducere iubentur fratrem suum minimum. Si nostrum Beniamin iu-
niorem fratrem, quem requirit Ioseph noster Christus, aduertas, ipse est ille Paulus ex Saulo, ex tribu vt ipse di-
cit, Beniamin, qui se asserit minimum apostolorum. INTERLINEARIS. Dicat ergo Ioseph fratribus,
non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus, & Christus dicit Iudæis, non egrediemini de angu-
stia literæ, donec credat Paulus apostolorum minimus, tanquam abortiuus. Mittite (inquit) ex vobis vnum, & ad-
ducat eum. Hoc completum est, quando missus est Ananias discipulus ad baptizandum eum.

TRadidit ergo illos custodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & 3
uiuetis, deum enim timeo. Si pacifici estis, frater uester unus ligetur in carcere, uos autem abite, & fer-
te frumenta quæ emistis, in domos uestras, & fratrem uestrum minimum ad me adducite, ut possim ue-
stros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt ut dixerat, & locuti sunt ad inuicem, Merito hæc patimur,
D *quia peccauimus in fratrem nostrum, uidentes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus,*
idcirco uenit super nos ista tribulatio. E quibus unus Ruben ait, Nunquid non dixi uobis, nolite peccare in pue-
rum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret Ioseph, eo quod per in-
terpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper, & fleuit, & reuersus locutus est ad eos. Tollensque Si-
meon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias sin-
gulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in uia. Qui fecerunt ita.

CHRYSOSTOMVS. Vide autem quomodo ipsorum probat animum, & per ea quæ illis facit, suam erga 3
fratres declarat beneuolentiam. *Tradidit ergo* (inquit) *illos custodiæ tribus diebus.* AVCTOR CATENAE.
Simul omnes includit vni carceri, vt pariter agenda tractarent, mutuum affligerent se, sicut sese ad sui venditio-
E nem fuerant exhortati. Vt vel gustum illis rependeret anxietatum suarum, in quas se suo coniecerant odio. Idq;
diebus tantum tribus, ne patris solicitudinem augeret & angorem. An forte quia ter in ipsum deliquerãt fratres,
tractantes videlicet primo de ipsius morte, dein in cisternam proiicientes, demum Ismaëlitis vendentes, idcirco
eos diebus tribus carcerali custodiæ mancipauit, vt saltem in aliquo pœna, licet multæ misericordiæ admixta, cul
pæ responderet, iuxta illud, Pro mensura delicti, erit & plagarum modus? *Die autem tertio eductis de carcere, ait, Fa* Deut.25.
cite quæ dixi, & uiuetis, Deum enim timeo. Superfluit eductis de carcere, sed tantum est in Hebræo, & dixit eis Ioseph
in die tertio, Hoc facite, & viuetis, & cætera. Hoc est, acquiescite voluntati meæ, & fratrem vestrum minimum ad
me adducite, & non occidam vos tanquam exploratores, dei enim cultor sum, non idololatra, ideoq; tantum fa-
cinus nolo peragere. Mortem minatur, quo solicitius instent perficiendis. Deum timere se dicit, ne gratis affligē-
re eos, & per iniuriam videatur innoxios, & ne quid nimis, sed ad veritatis inuestigationem citius procedat.
Si pacifici estis, frater uester unus ligetur in carcere, uos autem abite, & ferte frumenta quæ emistis, in domos uestras, & fratrem ue-
F *strum minimum adducite, ut possim uestros probare sermones, & non moriamini.* CHRYSOSTOMVS. Considera saga-
citatem, volens suam erga illos beneuolentiã declarare, & patris penuriam consolari, deq; fratris veritate disce-
re, vno retento alios abire iussit. AVCTOR CATENAE. Si pacifici estis, pro quo Hebraicè est אִם כֵּנִים אַתֶּם
Im cenim atem, si recti vos, eadem enim est dictio, quæ & supra. Quod autẽ sequitur, Et ferte frumenta quæ emi-
stis, in domos vestras. In Hebræo scriptum est: הָבִיאוּ שֶׁבֶר רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם Habiu seber raabon batechem, Afferte fra-
ctionem, seu frumentum, vel emptionem famis domorum vestrarum, id est ad sedandam famem, vel ad expel-
lendam famem è domibus vestris. Est enim dictio seber, de qua etiam supradiximus. Septuaginta, καὶ ἀπαγάγετε
τὸν ἀγορασμὸν τῆς σιτοδοσίας ὑμῶν, Et adducite emptionem frumentationis vestræ. Chaldaica, Et afferte frumen-
tum quod defecit in domo vestra. Sed in his omnibus idem sensus qui in litera nostra. Deinde quod dicitur, Vt
possim vestros probare sermones, in Hebræo est וְיֵאָמְנוּ דִבְרֵיכֶם Veieámnu dibrechem, Et credentur verba vestra.
Ita & Septuaginta. Seu verificabuntur, sicut habet Chaldaica. Vnus vestrum (inquit) interim maneat clausus, vbi
vos nunc estis, vos autem alij ite, & inferte alimenta pro remedio famis vestræ in domos, quantum pro familia

Universidad de Deusto
Biblioteca

& domesticis indigetis. *Fecerunt*(inquit)*ut dixerat.* Consenserunt in Ioseph sententiam, vt eorum vnus vinctus remaneret, & alij cum frumentis proficiscerentur. CHRYSOSTOMVS. Sed vide nunc, quomodo conscientia eorum, incorruptus ille iudex aduersus eos insurgat, & nullo arguente, vel in medio quidpiam afferente, ipsi sui ipsorum accusatores fiant. *Et locuti sunt ad inuicem, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, uidentes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco uenit super nos ista tribulatio.* Ita enim se habet peccatum, quando consummatum est, & opere perfectum, tunc suæ absurditatis ostendit excellentiam. Et sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum sentit â vino damnum, postea autem sentit quantum sit damnum, ita & peccatum, donec consummetur, obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: Deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Enimuero & hæc videre licet, quod illa nunc in mentem veniunt, quæ fecerunt. Et cum de summa salutis periculũ immineret, tunc tandem confitentur quæ fecerant, & dicunt, Merito, In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quoniam despeximus afflictionem animæ eius. Non simpliciter, neque sine causa sustinemus, sed iuste & valde iuste pœnas luimus inhumanitatis & crudelitatis, quam erga fratrem nostrum declarauimus, quoniam despeximus afflictionem animæ eius. Quoniam(inquit)absque compassione eramus, & multam declarauimus cru delitatem, propterea nunc nobis eadem eueniunt, & propter hæc venit afflictio hæc super nos. Et hæc quidem illi inter se disserebant, putantes nihil horum audiuisse Ioseph. Nam quasi ignorans & nescius eorum linguam, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebantur, sibi interpretaretur, & ea quæ ille eis. AVCTOR CATENAE. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Hebraica litera tantum habet אבל אשמים אנחנו על אחינו Abal asemim anáhnu al ahinu, Profecto seu vere, culpati vel scelerati, aut rei, hoc est, delicto conuincti sumus, seu deliquimus in, vel propter fratrem nostrum. Chaldaica, Vere debitores sumus in fratrem nostrum. Septuaginta, *καὶ ἡμαρτίαις γὰρ ἐσμὲν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν*, Certe, in peccatis enim sumus pro fratre nostro. Vt primum igitur videmus manum dei super nos, primum occurrit maximum peccatum de quo sibi mens est maxime conscia, quo iugiter torquetur. Omnia enim tunc peccata confluere videtur, & comparere obtutibus conscientiæ, sic proprias fratrum conscientias priscum illud nephas communiter terret. Agnoscunt crimen, mutuum accusant, causam aspiciunt & fatentur, ob quam angorem præsentẽ sustinere cogantur. Quicquid per omne tempus mali occurrebat illis, proditionis illius peccato semper imputabant. Humiliantur igitur, & dei gratiam experiuntur, qui pro commisso crimine dolorem donat & resipiscentiam. *E quibus unus, Ruben ait, Nunquid non dixi uobis nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur.* INTERLINEARIS. Id est vindicta sanguinis fusi sumitur. CHRYSOSTOMVS. Nonne tunc(inquit)consulebam? nonne obsecrabam, ne quod peccatum in eum admitteretis? nam quantum ad propositum vestrum, occidistis, licet enim non per gulam gladium transmiseritis, barbaris tamen viris eum vendidistis, & difficiliorem ei viam excogitastis. Considera quantum sit à conscientia sua accusari, habere perpetuo vrgentem & clamantem, & scelus commemorantem. AVCTOR CATENAE. Ruben audacter criminatur, & accusat fratres alios, quia non consenserat in fratrem necandum, & statim doluerat distractum. Erat natu maior, quem cum audire noluissent dehortantem, nunc ferre coguntur improperantem flagitium. CHRYSOSTOMVS. Et hæc quidem audiit Ioseph, ipsi autem *Nesciebant quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loqueretur ad eos.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Græca & Hebraica exemplaria legitur, Ipsi autem ignorabant quia audit Ioseph, audit pro intelligit positum est. Nam voces audit vtiq; aure, etiam qui non intelligit linguam. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid est autem, quod cum inter se pœnitentes filij Israël, loquerentur de fratre suo Ioseph, quod cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quod se periclitari videbant, adiungit scriptura, & dicit, Ipsi ignorabãt, quod audiebat Ioseph, interpres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendum est, ideo eos putasse, quia ille non audierit, quod videbant interpretem qui inter illos erat, nihil ei dicere eorum quæ loquebantur, nec ob aliud adhibitum putabant interpretẽ, nisi quod eorum linguam ille nesciret, nec cura erat interpretis ea dicere illi à quo positus fuerat, quæ non ad illũ, sed inter se loquebantur. AVCTOR CATENAE. Hæc sententia docet, fratres Hebraica lingua loquutos, audiẽte eo qui intelligebat. Hic docemur lupum in fabula vereri, & syluas habere aures, summa cura frenare linguã, omnia tuta timere quẽ reum conscientia redarguit. Nihil enim tutum illi, qui sibi de crimine non cauet: Nihil opertum, quod non reueletur: Tacendũ in aulis principũ de omni periculoso actu. CHRYSOST. Sed non vltra ferre potuit Ioseph, natura fraterna & compassione eum arguente. *Auertitq; se parumper.* INTERLI. Quasi non intelligẽs linguam eorum. AVCTOR CA. Et quasi aliquid aliud acturus. *Et fleuit, & reuersus locutus est ad eos.* CHRYSO. Auersus ab eis, inquit, fleuit ne fieret illis manifestus. AVCTOR CATENAE. Ioseph affectus fletum extorquent, quos tum dissimulat vt potest. Fleuit autem Ioseph ex considerationc diuinæ prouidẽtiæ, & admiratione ipsius, collata in se beneficia dulci repetens memoria. Fleuit & ex fraterna compassione, vidẽs eos in magna constitutos angustia, vtpote quibus vexatio daret intellectum, vt peccatum in eum commissum ita ad memoriam reuocarent. *Tollensq; Simeon, & ligans illis præsentibus.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo omnia faciat, vt incutiat eis terror, vidẽtes vincula Pharaonis, vt certior redderetur, an cum fratre aliquã cõpassionem haberent. Omnia enim hæc facit probans eorum mentem, & scire volens num & contra Beniamin tales fuerint, propterea & Simeonẽ corã eis vinciri iubet, vt diligentes eos probet, vt sciret num quam dilectionẽ erga illũ haberent. Nã seueritas in illũ faciebat, vt citius Beniamin adducerẽt, & aliquãdo aduentu fratris liberaretur. THEODORETVS. Simeonem aũt in custodiam tradi iussit, propterea quod Ruben fratrem suum ad salutẽ Ioseph solicitũ & propensum, minime iuuerat. GENNADIVS. Vel ideo Simeonẽ in vincula cõiicit, vtpote post Ruben cæteris fratribus honoratiorẽ, vt hac ratiõe fratres sui, Beniamin adducere cogerẽtur. RABANVS. Sed quæritur cur Ioseph vir mitissimus fratres taliter afficere voluit in protelatione agnitionis suæ, cũ posset eis se innotescẽdo cito subuenire? Sed hoc nõ vltiõis causa fecit, vt vindicaret malũ quod sibi factũ fuerat, sed vt cognosceret vtrũ eodẽ stimulo fratrẽ vterinũ peremerãt, sicut ipsũ in exteras puincias vẽdiderãt. AVCTOR CA. Tollensq;

Tollensq; Simeon & ligans, id est ligari per ministros faciens. Austeritatem fingit, vt charitatem exprimat ampliorem. Durè affligit illos, fratrem eis aspicientibus alligando, vt illius liberationi diligentius incumberent, citiusq; cum fratre Beniamin adessent, & Pharaonis vincula magis formidarent. *Et iussit*(inquit)*ministris, ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in uia. Qui fecerunt ita.* CHRYSOSTOMVS. Vide quàm glorioſe eos remuneret, etiam inuitis eis benefacit, non frumentum solum dedit, sed & pecuniam. RVPERTVS. Quis hoc loco Ioseph manſuetudinis opera explicare poterit? Inter ipsa seueritatis acta vel dicta fleuit, & tandem cuncta quæ potuit bona pro malis reddidit. Non ignorabat rem fore difficilem, vt fratrem suum minimum adducerent, imò & idcirco ab illis exigebat, vt ex rei difficultate laborantes, merita sua perpenderent, vt iam cœperant, dicentes, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Qui & postmodum dicturi sunt, deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum. Nam sicut animam eius cruciauerunt & corpus, etenim humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertransiit animam eius, sic pius tortor & per triduum humiliauit in compedibus eorum pedes, & propter illum fratrem minimũ, sicut sequentia declarant, ferro transuerberauit animas eorum, vsque dum pietate superatus, reputaret diuino iudicio satisfactũ. Nam nisi ad hoc tenderet, poterat vtique primo intuitu fratrem se fratribus ostendere. Quo exemplo, hodiéque dignum est agere principes Christianos, erga fratres Christi Iudæos, id est non occidere eos auctoritate spiritus sancti per psalmistam ex persona eiusdem Christi protestante sic, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua. Non ergo illos occidere, sed ad cognitionem sui reatus hoc exemplo conuenit euocare. Nam sicut tunc adorauerunt illi principem Aegypti, nescientes esse Ioseph quem vendiderunt, sic hodie Iudæi Christianis principibus subiecti sunt, nescientes hoc modo se esse subiectos pedibus Christi, quem negantes patres eorum crucifixerũt. Igitur quemadmodum Ioseph illos in vltionem sui non occidit, sed pia tortura ad pœnitentiam compulit, vt dicerent, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, & cætera. Sic & hodie Christum nos vel omnes in quibus loquitur Christus, non decet vt captiuos, vinctosq; Christi Iudæos occidant, sed vt multum ad pœnitentiam compellant. Quod fructuosæ simulq; salubriter interdum à sanctis patribus actum est, scilicet vt patrimoniorum suorum rusticos Iudæos ad Christum venire minime consentientes, tanto pensionis onere grauarent, vt ex ipsa exactionis suæ pœna compellerentur ad fidem festinare, & è contrario, perductis ad Christi gratiam pensionis onera releuarent, quia & si ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizantur, Aut ipsos ergo (inquiunt)aut filios ipsorum lucrabuntur. AVCTOR CATENAE. Magnificè itaque interim illis vult consultum, frumento dato, pecunia reddita per ministrum, ignorantibus tamen, vt id illis denique cederet in metum, & vt dei circa illos iudicium impendens, formidarent vehementius, vbique & semper attoniti, donec redirent. Mysticè. INTERLINEARIS. Dicamus & aliquid mysticè. Merito hæc patimur. Hæc est quorundam Iudæorum confessio, amisso loco & gente, & apertis sacramentis quæ prius clausa erant in velamine literæ, de quibus legi- Threno. 3. dicens, Nunquid non dixi, nolite peccare in puerum, & cætera, Nicodemum & Ioseph significat, qui non consenserunt consilio & actibus Iudæorũ in morte Iesu. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Simeonem autem ligatum tribus vinculis negationis, quẽ timor ligauit, & amor soluit, possemus accipere Petrum. Sed melius per ipsum ligari & solui peccata cognoscimus, cui dictum est, Quæ- Matth. 16. cunque ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlo, & quæ solueris super terram, soluta erunt & in cœlo. AVCTOR CATENAE. Sed & in eo quod fratrũ vnus ligatur, alij cum frumento remittuntur, & minimus adduci iubetur, verus Iudæorum typus exprimitur, quorum alij retenti sunt in tenebris, & ligati vinculis peccatorum, Alij missi cum frumento verbi dei ad alios conuertendos. Minimus enim, id est Paulus postmodum adductus, ad preces beati Stephani(vt dicunt sancti)donatus ecclesiæ. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Et illi quidem argentum detulerunt, sed bonus Ioseph frumentum dedit, argentum reddidit. Non enim pecunia emitur Christus, sed gratia. Precium tuum fides est. Hac emuntur diuina mysteria. RABANVS. Fratres Ioseph dederunt pecuniam in emptione frumenti, sed eam accepto frumento receperũt, quia noster Ioseph nõ quærit nostra, sed nos. Gratis enim dat sua munera, & in nostra emptiõe nos ditiores facit.

Gene. 44.

Pſalm. 104.

Pſalm. 58.

VT illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertóque unus sacco, ut daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis, Reddita est mibi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuo, dixerunt, Quidnam est hoc quod fecit nobis deus? Veneruntque ad Iacob patrem suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes, Locutus est nobis dominus terræ dure, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respondimus, pacifici sumus, nec ullas mollimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus, unus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. Qui ait nobis, Sic probabo quod pacifici sitis. Fratrem uestrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus uestris necessaria sumite, & abite, fratremque uestrum minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis exploratores, & istum qui tenetur in uinculis, recipere possitis. Ac deinceps quæ uultis, emendi habeatis licentiam. 4

At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. RVPERTVS. Dimissi fratres, & quasi non dimissi, reuertuntur, nam eorum pedes quidem compedibus absoluti, sed animi cum Simeone vincti retinentur. Nesciebant aũt, quod eos dominus terrę diligeret, & idcirco ne exterriti non redirent ad eũ, vnũ ex eis in vinculis retinuisset. *Apertóque unus sacco, ut daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis, Reddita* 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuo, dixerunt, Quidnam est hoc, quod fecit nobis deus. G
CHRYSOSTOMVS. Iterum magis anxij facti sunt, suspicantes, ne & hoc augmentum eis esset criminũ, & à conscientia accusati, omnia tribuebant peccato, quod in Ioseph admiserant. AVCTOR CATENAE. & obstupefacti, turbatiq; mutuo. Hebraica verba sunt וַיֵּצֵא לִבָּם וַיֶּחֶרְדוּ אִישׁ אֶל אָחִיו Vaieze libbam vaiéherdu is el ahif, Et egressum est, seu euanuit cor eorum, & contremuerunt vir ad fratrem suum. Idiotismus est, pro destitui viribus, sicut & Germani dicunt, elapsum est illi cor, cum quis in magno discrimine, desperato est corde. Pro hoc autem apud Septuaginta est, καὶ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτῶν, Et obstupefactum est cor eorũ. Chaldaica, Et facti sunt quasi insani, & obstupuerunt ad inuicem. Examinantur igitur corda eorum ex pecuniæ aspectu, iterum sibi imminere manum dei sentiunt, & à folij sono exhorrescunt, deprehendendos se timent in tam publico malo. Quid hoc (inquiunt) sibi vult deus? Quid nobis malorum occurret? Non tamen redierunt statim, cunctabundi patri consulere cupientes esurienti, & fratri vincto, cum interim angustia non exuuntur quàm maxima. Sic deus multis modis vindicare legis suæ præuaricatores solet, sic semper præsumit sæua perturbata conscientia. Hoc ergo expauescamus, semper cauendo, ne vnquam tale flagitium designemus, vnde perpetuo remorsum conscientiæ ferre cogamur. Quidnam est hoc quod fecit nobis deus? efficiendo, vel permittendo. Sicut enim omnia in diuina prouidentia comprehenduntur, sic omne esse, & omnis actio est à deo, quantum ad id essentiæ, quod in eis consistit. H
Veneruntq; ad Iacob patrem suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes, Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. Non sufficit illis turbatio, nisi & patrem contristarent, vt suo tempore profusius lætaretur. Dixit nos exploratores terræ, habuit nos tales, æstimauit, & accusauit tanquam tales. *Cui respondimus, Pacifici sumus, nec ullas molimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus, unus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Repetitur nunc illa locutio quando narrant patri suo quæ eis acciderint in Aegypto, & quid dixerint ad Ioseph. Duodecim (inquiunt) sumus fratres filij patris nostri, vnus non est, pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan. Multa in his paucis verbis genera locutionum sunt, & illud quod pauloante memorauí, duodecim sumus, cum ipsi dicant vnus I
non est. Et filij sumus patris nostri, quasi possent esse filij non patris sui. Pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan, nec dixerunt est, quod maxime necessarium videtur, propter euangelistarum narrationes, quomodo cũ ea quæ dicta sunt, dicta esse narrantur, non omnino eodem modo repetuntur, cũ in diuersitate verborum, nihil sententiæ depereat veritatis. AVCTOR CATENAE. Pacifici sumus, nec vllas mollimur insidias. Hebraicè est כֵּנִים אֲנַחְנוּ לֹא הָיִינוּ מְרַגְּלִים Cenim anáhnu lo haiinu meraglim, Recti nos, non sumus exploratores. Eadem sunt verba, quæ & superius. Pluribus igitur verbis nituntur rem ordine gestam disserendo, vt tandem pater intelligat eos compulsos ad oblationem Beniamin, non potuisse effugere rem quam alioqui patri noscerent grauissimam, quid enim aliter dicere & agere, rebus sic stantibus, potuissent? *Qui ait nobis, Sic probabo quod pacifici sitis. Fratrem uestrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus uestris necessaria sumite, & abite.* Sic probabo quod pacifici sitis. Et hoc loco est dictio כֵּן cenim, id est recti, synceri vel veraces. Deinde quod sequitur. Et cibaria domibus vestris necessaria sumite, in Hebræo habetur וְאֶת רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם קְחוּ Veeth raabon bàtechem kehu, Et famẽ do- K
mibus vestris sumite. Famem hoc loco nominat scriptura cibum emptum, hoc est, remedium famis. Vt discamus idiotismos linguæ Hebraicæ, ne prorsus ad verbum capere illam vbique velimus indocti, & superstitiosi nimis. Alij, & frumentum ad expellendam famem domorum vestrarum capite. Nonnulli, alimenta pro domibus vestris tollite, verterunt. Septuaginta, τὸν δὲ ἀγορασμὸν τῆς σιτοδοσίας τοῦ οἴκου ὑμῶν, Emptionem frumẽtationis domus vestræ. Chaldaica, Et frumentum quod deficit in domo vestra, tollite. Sed & de hoc supra dictum est. *Fratremq; uestrum minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis exploratores, & istum qui tenetur in uinculis, recipere possitis, ac deinceps*
Vbi supra. *quæ uultis, emendi habeatis licentiam.* AVGVSTINVS. Quod dixerunt dictum sibi esse à Ioseph, & in terra mercamini, non inuenitur ab illo dictum. Sine mendacio autem dixerunt, quod ex verbis quæ dixerat, in eius voluntate cognouerant. Neque enim verba sunt necessaria nisi ad exprimendam, & in audientium noticiam perferendam quantum possumus, voluntatem. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, & terram negociabimini. Ponitur continens pro contento, terra pro contentis in terra Aegypti. AVCTOR CATENAE. Vt sciam L
quod non estis exploratores. Deficiunt post hæc verba tres dictiones, quæ huiusmodi sunt in Hebrẽo כִּי כֵנִים אַתֶּם chi ceni atam, Sed quod recti, synceri, vel veraces vos. Chaldaica, Sed quod recti estis, Septuaginta, ἐιρηνικοί, pacifici. Deinde quod sequitur, Et istum qui tenetur in vinculis, & cætera. Succinctius in Hebræo habetur אֶת אֲחִיכֶם אֶתֵּן לָכֶם וְאֶת הָאָרֶץ תִּסְחָרוּ Eth ahichem eten lachem veeth haárez tiscáru, Fratrem vestrũ dabo vobis, & in terra negociabimini. Sic & Chaldaica & Septuaginta. Adiiciebant autem hæc postrema verbis Ioseph fratres apud patrem persuadendum, ad permouendum ad filij dimissionem, vt sciret non periclitandum illum, sed se omnes, nisi fieret, quod vrgebant.

Mystice. AMBROSIVS. Sed & mystice. Portat frumentum hoc, id est Christum asinus ille immundus in lege, sed iam mundus per gratiam. ORDINARIA. Fratres Ioseph dant argentum, quia Iudæi conuersi dimittunt literam occidentem, & accipiunt spiritum viuificantem. Reperitur tamen argentum in ore saccorum, quia pro- M
pter fructum spiritualis intelligentiæ, non deseritur nitor eloquentiæ.

5 *His dictis cum frumenta effunderent, singuli reppererunt in ore saccorum ligatas pecunias. Exterritisq; simul omnibus, dixit pater Iacob, Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est super, Simeon tenetur in uinculis, & Beniamin auferetis. In me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben, Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi. Trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille, Non descendet (inquit) filius meus uobiscum, frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. Si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.*

His

A *His dictis cum frumenta effunderent, singuli reppererunt in ore saccorum ligatas pecunias.* CHRYSOSTOMVS. 5
Post narrationem illam tristem, cum euacuassent omnes saccos suos, inuenit vnusquisque pecuniam suam. AVCTOR CATENAE. His dictis cum frumenta effunderent, & cætera. Litera hæc tam in Hebræo, quàm in Chaldaica, & apud Septuaginta ita habetur. Et factum est ipsis effundentibus sacculos suos, ecce argentum ligatum vniusciuiusque viri erat in ore sacculi sui, & viderunt argentum ligatum ipsi & pater eorum, & timuerunt. Sed non est differentia in sententia cum Latina æditione. *Exterritisq; simul omnibus, dixit pater Iacob.* RVPERTVS. Stuporem siue terrorem simul omnibus adauxit, quod cum frumenta effunderent singuli, reppererunt in ore saccorum ligatas pecunias. Putauerunt enim contra se subtiliter agi, & deuoluendæ in eos calumniæ occa-
siones paratis artibus inquiri. Vnde & postmodum in Aegypto ad dispensatorem locuti sunt, Oramus domine Gene. 43
vt audias. Iam antè descẽdimus, vt emeremus escas. Quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus sacculos nostros, & inuenimus in ore saccorum pecuniam, quam nunc eodem pondere reportauimus. Non est
B in nostra conscientia, quis eã posuerit in marsupiis nostris. AVCTOR CATENAE. Territi ergo fratres, priorem iam perpessi austeritatem, formidabant duriora, sitam horribiliter institerant innocentibus. Ad dei iudicium trepidabant, de proditione fratris sibi anxie semper conscij. CHRYSOSTOMVS. Et vide oro iterum hic senem plorantem. Et quid nam dicit eis? *Absque liberis me esse fecistis.* RVPERTVS. Omnibus exterritis, additur ad cruciatum mentis eorum, & luctuosa patris querela dicentis, Absque liberis me esse fecistis. Pene quod sentiebat, edixit. Cur enim dicit, Absque liberis me esse fecistis, & continuo subiungit. *Ioseph non est super?* Quid aliud dicit, quàm absque Ioseph me esse fecistis? Simul quoniam & continuo prosequitur, *Simeon*
tenetur in uinculis, & Beniamin auferetis. Et de Ioseph conscientia reos torquebat, timere poterant, quod suspicaretur pater, quia Simeonẽ pro frumẽto vendidissent, & sic pecuniã reportassent, itẽq; malitiose Beniamin auferre vellent. CHRYSOSTOMVS. Non sufficit mihi (inquit) luctus Ioseph, sed adiecistis ei & Simeonem, &
C neque hic dolorum meorum finis est, sed & Beniamin accipere vultis. *In me hæc omnia mala reciderunt.* Suffi-
ciunt hæc verba, vt videatur quàm disrupta fuerint patris viscera, quia sibi omnis spes de Ioseph adempta erat, putabat enim eum à bestiis deuoratum, ita & neque de Simeone spem sibi pollicebatur, nunc quoque idem de Beniamin formidat. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta alia exẽplaria habetur, Super me facta sunt omnia ista, id est me miseria onerat. AVCTOR CATENAE. Simeon tenetur in vinculis. He-
braicè est וְשִׁמְעוֹן אֵינֶנּוּ Vesimon enẽnu, Et Simeon non, supple est. Sic Septuaginta habent. Chaldaica, Et Simeõ non est hic. Dicit igitur Iacob, Absque liberis me esse fecistis. Loquitur sanctus vir, eorum more qui res suas quàm maxime diligunt, puta filios vel pecuniam, quorum cum partem amiserint, ita conqueruntur ac dolent, quasi totum perdidissent. Et est hyperbolica locutio, quæ ex affectionis vehementia procedere solet. Sic ergo nonnihil Iacob suspicatur mali de filiis, quos nunc audit solicitare de abducendo Beniamin, qui iam Ioseph quoque amisec

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod idem est, interpretati sunt. In quo verissima sanctorum patrum veteris testamenti confessio ostenditur, G quod ante aduentum mediatoris dei & hominum saluatoris nostri Iesu Christi, nullus quamuis iustus, regnum cœlorum moriens ingrediebatur, sed ad lymbum patrum in inferno (quem Abrahæ sinum vocant) descendebat, nondum enim pretium sanguinis filij dei persolutum erat, qui æternitatis nobis aditum deuicta morte reserauit. Sic ergo Iacob erat in votis, sic statuerat se non dimissurum Bẽiamin, nolle per illum periclitari de vita sua, quan doquidem periculum filij formidabat maxime. Sed tamen postea dum Iacob se de vita ipsa sua, cum filij & suorum omnium periculo, ex famis magnitudine tentari ac premi cerneret, necessitate compulsus, prudens mutauit consilium.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMTERTIVM ARGVMENTVM. H

Redeunt fratres ad Ioseph cum Beniamin & muneribus. Educitur è carcere. Simeon stet seorsum Ioseph. Fratres cuncti simul epulantur cum eo.

CAPVT XLIII.

Lectio pri.

INterim fames omnem terram uehementer premebat. Consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos. Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas, Denunciauit nobis uir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, Non uidebitis faciem meam, nisi fratrem uestrum minimum adduxeritis uobiscum. Si ergo uis eum I *mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. Si autem non uis, non ibimus. Vir enim (ut sæpe diximus) denunciauit nobis, dicens, Non uidebitis faciem meam absque fratre uestro minimo. Dixit eis Israel, In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere uos fratrem. At illi responderũt, Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem, si pater uiueret, si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisscitatus. Numquid scire poteramus quod dicturus esset, adducite fratrem uestrum uobiscum? Iudas quoq; dixit patri suo, Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, & posimus uiuere, ne moriamur nos, & paruuli nostri. Ego suscipio puerum, de manu mea require illum. Nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si* K *non interceſsisset dilatio, iam uice altera uenissemus.*

I *Interim fames omnem terram uehementer premebat.* AVCTOR CATENAE. Vera Hebraica litera est: וְהָרָעָב כָּבֵד בָּאָרֶץ Veharaab cabed baárez, Et fames grauescebat, seu grauis in terra. Chaldaica, Prævalebat. Septuaginta, ἐφοίκωσεν ἐπὶ τῆς γῆς, Inualuit super terram, habent, sed idem sensus est cum Latina æditione. Dũ igitur adinuicem altercarentur Iacob & filij, an Beniamin cum illis in Aegyptum deberet descendere, interim (inquam) durabat & augebatur in dies maxima annonæ caritas, totamq; terram premebat. Locutio est, qua continens pro contento ponitur, hoc est, vniuersos terræ habitatores opprimebat & affligebat, omnisq; via prospiciendi tantæ familiæ præcludebatur sancto seni. *Consumptisq; cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos. Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum.* Pauxillum dixit, non multum, hoc est, quantum ad necessitatem sufficiat, non quantum ad abundantiam, vel ideo pauxillum, quia cito sperabat sanctus vir ostensurum deum pietatis viscera L in hominum genus, & fruges pro alimentis daturum. Distulit autem pater quãdiu potuit remissionem filiorum, ne Beniamin quoque dimittere cogeretur. Sed cessante alimento viro dei & toti familiæ, grauissime tentatur, cura enim alendæ prolis illi incumbebat, quantumlibet iam Iudas proprios haberet filios sicut & alij filij, omnes cõfugiebant ad patrem, remedium famis penes eum requirebant, quibus pro virili prouidit, exemplum patribus & filiis. Nihil enim proprium æstimabant, sed communi solicitudine sibi mutuum prouidebant, consilio patriarchę veterani & decrepiti. *Respondit Iudas, Denunciauit nobis uir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, Non uidebitis faciẽ meã, nisi fratrem uestrum minimũ adduxeritis uobiscũ. Si ergo uis eum mittere nobiscum pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: Si autem non uis, non ibimus. Vir enim (ut sæpe diximus) denunciauit nobis, dicens, Non uidebitis faciem meam absque fratre uestro minimo.* Abundant verba tria hæc (vt sæpe diximus) & ab interprete sunt addita. Ruben ante patrem orauerat, sed gratis, nunc Iudas illum aggreditur. Parati (inquit) sumus abire & obedire, communiq; familiæ nostræ consulere, sed nõ audemus comparere sine Beniamin, tantopere adiurati à viro, quæ promisimus sub pignore fratris interim cap- M ti, necesse est statuere. Sine periculo non descendemus absente hoc fratre nostro. CHRYSOSTOMVS. Angustiæ vndiq; erant Iacob, ideo plorans, *Dixit eis, In meã hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei & aliũ habere uos fratrẽ.* Cur me afflixistis? quare mihi horum malorum auctores facti estis? Nam si hoc nõ significassetis, nequaquam Simeone priuatus essem, nec illum à vobis requisiuisset. RVPERTVS. Magnarei difficultas, magna paterni animi angustia, grandis fraternæ conscientiæ pœna. Sed quid diutius quasi somno consopitus pater, gaudio foris præstolante, in profundo tristitiæ premitur? Oportet impleri & alterum somnium, quoniam iam vnum impletũ est. Oportet (inquam) quoniam manipuli fratrum iam manipulum Ioseph (vt supra dictum est) adorauerunt, & tempus est, vt sol & luna & stellæ vndecim adorent Ioseph. AVCTOR CATENAE. In meam hoc fecistis miseriam. Hebraica litera est לִמָּה הָרֵעֹתֶם לִי lama hareothem li, Quare malefecistis mihi, sic & Chaldaica, & Septuaginta. Sed idem est sensus. Quid ergo (inquit) opus erat renunciare illi de hoc fratre, quem haberetis domi? suspicione

A suspicione carere non potest, quod homini ignoto de fratre minimo mentionẽ fecistis, quasi hũc meũ charissimũ filium auellere volueritis, vos natu maiores istum iuniorem, adhuc materna æmulatione non nihil imbuti. Suspicabatur aliquã interceſsisse perfidiam in perditione Ioseph dudũ amissi. *At illi responderunt, Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem, si pater uiueret, si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat scisscitatus. Nunquid scire poteramus quod dicturus esset, adducite fratrem uestrum uobiscum?* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Græca & Hebraica exemplaria legitur, Interrogans interrogauit nos homo. Assidua est locutio in scripturis, interrogans interrogauit nos, aut interrogando interrogauit, & si qua similia. CHRYSOSTOMVS. Ne putes (inquiunt) sponte nos confessos esse viro, vt se habeant res nostræ. Quoniam enim quasi exploratores nos vinxit, interrogauit autem diligenter de rebus nostris, vt vere omnia testaremur, talia diximus. AVCTOR CATENAE. Excusant ergo simpliciter se fratres, nihil aliud loqui potuisse quàm dixerint, nec aliud egisse. Non (inquiunt) poteramus non respõdere de singulis interrogati à viro, nimirũ vera & sine B fraude, qua enim causa quæreret ignorabamus. Nihil minus expectabamus, quàm quod hunc tuum filium videre voluerit. Non temere quicquam diximus, nec promisimus. *Iudas quoque dixit patri suo, Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, & posimus uiuere, ne moriamur nos, & paruuli nostri.* CHRYSOSTOMVS. Meæ (inquit) fidei illum crecdito, vt accingamus nos itineri. Consumptis enim cibis, nulla nobis salutis spes erit, neque aliunde consuli nobis poterit. AVCTOR CATENAE. Ne moriamur nos, & paruuli nostri. Hebraicè est וְלֹא נָמוּת גַּם אֲנַחְנוּ גַּם אַתָּה גַּם טַפֵּנוּ Velo namuth gam anáhnu gam ata gam tappénu, Et non moriamur etiam nos, etiam tu, etiam paruuli nostri. Hebraica enim vox טַף taph, cœtum puerorum significat, deriuaturq; à taphah verbo, quod significat manus complodere in plateis, saltare & ludere, vt pueri faciunt. Ponitur etiam pro familia, vnde & Chaldaica hic habet, Et non moriemur, tam nos quàm tu, familia quoque nostra. Mirum autem quod Septuaginta ad vniuersam supellectilem retulerunt, καὶ ἡ ἀποσκευὴ ἡμῶν, Et substantia siue supellex nostra. In sequentibus quoque inue- C nies eos semper reddidisse supellectilem, quod erat infans. *Ego suscipio puerum, de manu mea require illum. Nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* CHRYSOSTOMVS. Ego ego accipio eum à te. Compassio quam exhibemus puero, nobis omnibus causa erit interitus. Fame enim peribimus, nisi eum nobiscum mittas. RVPERTVS. Et hanc spõsionem pater sapiens libentius accepit. Nam quod ante hunc dixerat Ruben, duos filios meos interfice si non reduxero eum tibi, nec suscepit pater, nec suscipere aut probare debuit. AVCTOR CATENAE. Ego suscipio puerum. Hebraicè est אֲנִכִי אֶעֶרְבֶּנּוּ Anochi eerbénnu, Ego in meam fidem suscipio illum, Sic habet & Chaldaica, siue vadem me offero pro eo. Alij, Ego fideiubebo illum, voluntq; verbum futurum esse propter literam א præpositam verbo עָרַב. Septuaginta vt in nostra æditione legunt, Iudas ergo suspicionem ex animo patris eximere volens, seipsum arrabonem & pignus constituit pro fratre reducendo, solicitus de nutrienda familia, quam præ aliis habuisse narratum est, ideoq; magis instat dimitti pro alimentis. Idipsum iam sæpe videntur monuisse patrem, sed amore Beniamin illum distulisse, donec cogeret D periculum, & extrema necessitas omnibus imminens. Peccator ero tibi omnibus diebus, indignationi tuæ obnoxius ero semper, & pœnæ quam inferre decreueris. *Si non interceſsisset dilatio, iam uice altera uenissemus.* Vulgaris loquendi modus in scriptura pulchre notandus. A prima solicitudine ad patrem facta de redeundo ad Aegyptum, vsque ad extremum necessitatis tempus tantum effluxerat moræ, quo poterant iste & redisse. Quæritur ergo moræ causam patrem fuisse, & famis quam patiantur.

AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Mysticè autem, Ecce quomodo tene- Mysticè. batur Beniamin iunior, & patrio adhuc adhærebat affectu. Tenebant quippe Paulum legis vincula, mos paternus. Fames inualescebat, quia sero veniebat. Intercedunt pro eo duo, Ruben & Iudas, hoc est, humilitas atque confessio. His vadibus apud patrem vtitur, his committitur, quorum vnus primitiuus, alius resuscitatus. Lex primitiua. euangelium resuscitatum.

E *IGitur Israel pater eorum dixit ad eos. Si sic necesse est, facite quod uultis. Sumite de optimis terræ* 2 *fructibus in uasis uestris, & deferte uiro munera, modicum resinæ & mellis & storacis, stactes & terebinthi & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte uobiscum, & illam quam inuenistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit. Sed & fratrem uestrum tollite, & ite ad uirum. Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem, & remittat uobiscum fratrem uestrum quem tenet in uinculis, & hunc Beniamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero.*

F *Igitur Israel pater eorum dixit ad eos, Si sic necesse est, facite quod uultis.* CHRYSOSTOMVS. Vide nunc 2 hic dilecte, quomodo famis necessitas, patris amorem vicerit. Videns enim quod non aliunde famis consolationem habere posset, & fames in dies magis & magis increscceret, Si sic necesse (inquit) est, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere nisi hunc acceperitis, ita fiat vt vultis, & ipsa necessitas cogit. AVCTOR CATENAE. Si sic necesse est, facite quod vultis. Optime sensum expressit interpres, sic enim habet & Chaldaica. Hebraica autem verba sunt אִם כֵּן אֲפוֹא זֹאת עֲשׂוּ Im cen epho zoth asu, Si ita nunc, hoc facite. Hebraismus est, pro si ita fieri oportet. Septuaginta & ipsi Hebraicum idioma retinuerunt, dicentes, εἰ οὕτως ἐστί, τοῦτο ποιήσατε, Si sic est, hoc facite, Consentit itaque pater famis necessitate compulsus, filiorum instantia, captiuitate Simeonis, & fide in deum, cuius hæc geri prouidentia credere debebat. CHRYSOSTOMVS. Si itaque sic est, & oportet hoc omnino fieri. *Sumite quoque de optimis terræ fructibus in uasis uestris, & deferte uiro munera, modicum resinæ.* CAIETANVS. Alij theriacam, alij balsamum, alij tremintinam interpretantur. AVCTOR CATENAE. Sumite de optimis terræ fructibus vel frugibus, vt alij habent codices. Sed Hebraicè est קְחוּ מִזִּמְרַת הָאָרֶץ Kehu mizimrath haárez, Sumite de laudibus terræ, & Hebraismus est, pro bonitate fructuum terræ, Idq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

demum quod vertit interpres, De optimis terræ fructibus. Sic & Chaldaica, Tollite de optimis terræ. Septuaginta autem, ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, Accipite de fructibus terræ. Est autem dictio זִמְרָת zimrath à zamar verbo, quod psallere & cantare significat, descendens, & pro laude, vel laudabili, seu optimo ponitur. *Et mellis & storacis.* CAIETANVS. Alij ceram, alij aromata intelligunt. AVCTOR CATENAE. Est enim נְכֹאת nechoth in Hebræo, quod propriè significat omnia aromatum genera. Septuaginta hoc interpretantur thymiama, Chaldaica, storacem, sicut & interpres Latinus qui superius trigesimoseptimo capitulo dictionem verterat aromata. *Stactes.* CAIETANVS. Alij castaneam, alij masticem, alij guttam, seu florem myrrhæ intelligunt. AVCTOR CATENAE. Nonnulli etiam glandem. Chaldaica hic nihil habet, Septuaginta, stacten. Quicquid sit, species est aromatica. *Et terebinthi.* CAIETANVS. Apud omnes loco terebinthi, Iego pineas, & his iunguntur amygdalæ, vt in vulgata etiam æditione habetur. *Et amygdalarum.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et deferte viro munera, aliquid resinæ & mellis & thymiama & stacten & terebynthum & nuces. Siue vt Aquila & Symmachus transtulerunt, amygdala. Idcirco hoc capitulum posuimus, vt sciamus vbi in nostris codicibus habetur thymiama, in Hebræo esse נְכֹאת nechoth, quod Aquila storacem transtulit, ex quo domus nechota, quæ in Esaia legitur, manifestissime cella thymiamatis, siue storacis intelligitur, quod in illa aromata diuersa sint condita. GRAECVS. De fructibus terræ ferte viro munera, quæ scilicet Aegyptus non habebat. Sunt autem, mel, resina, thymiama, stacte, terebinthus, nuces. Ac Madianitæ quidem filij Abraham nothi, tres species tantum adduxerunt cum Ioseph emerunt, filij vero Iacob, legitimum genus ab Abraham, omnia attulerunt. Minora enim nothis, plura legitimis iure debentur ac conueniunt. AVCTOR CATENAE. Et Terebinthi. Hebraicè est בָּטְנִים Batnim, quos fructus pineæ esse Hebræi asserunt. Chaldaica & Septuaginta simul cum interprete, Terebinthi dixerunt. Est autem Terebinthus vtilis in foliis, fructu & cortice, vt testatur Dioscorides. Nomina igitur sunt omnia hæc arborum aromaticarum, quarum lachrymæ fluentes, & fructus sunt precioſi, & nomine arborum intelliguntur lachrymæ ipsæ, vel fructus earum. Vel forte videtur Iacob filiis abituris arborum surculos de optimo & raro genere fructuum commisisse dono mittendos viro, quem callentissimum intelligeret agrorum cultorem, & fructuum terræ dispensatorem. Nulla enim tam fertilis regio, quæ non aliqua fructuum specie careat. Nec tam sterilis, quæ non pretiosis & raris abundet, vbi sane videtur sapientiæ diuinæ opera, passim natura prospiciente hominum necessitatibus, vt discursibus negociatorum, nisi vanitatis studio pollicerentur & auaritiæ siti, tantis non sit opus. *Pecuniam quoque duplicem sferte uobiscum, & etiam illam quam inueniſtis in sacculis reportate, ne forte errore factum sit.* Increuerat egestas, & argenti pretium ideo duplum capere monet, malens reddi nimium, quàm indigere. Argentum autem pecunia dicitur, in ore saccorum inuentum. Timuit pater alicuius impostura maleuoli suppositum ex odio, dicit autem forte errorem fuisse, omnia mitius interpretari solitus. *Sed & fratrem uestrum tollite*, Beniamin scilicet, *& ite ad uirum.* Non mirum si psalmista egregium illum Ioseph, virum nuncupet, cum adolescens esset, nempe à virtute, qua pene omni præditus fuit, dicens, Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph, cum sancta hæc scriptura virum quoque illum toties antonomasice appellet. *Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem, & remittat uobis cum fratrem uestrum quem tenet in uinculis, & hunc Beniamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo eximiam suam dilectionem declarat quam erga Ioseph habuit, vt ne quis existimet de Simeone, vel de Beniamin hoc esse dictum, Ego enim quasi filiis orber. Deus autem meus det vobis gratiam, & mittat fratrem vestrum illum vnum, & Beniamin. Nam licet illi (inquit) salui fuerint ego quasi liberis careram, orbus sum. Cogita hic, quomodo totus amori Ioseph deditus sit. Videns enim tantum chorum liberorum se circunstantem, absque filiis se esse putauit, quia illo priuatus erat. CAIETANVS. Aduersus potentiam præsidentis Aegypto inuocat confidenter deum, quatenus summe fortem ac victorem omnium, & animarum & corporum vires vincentem, ad flectendum animum præsidentis Aegypto erga filios ipsius Iacob.
AVCTOR CATENAE. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem. Hebraica sunt יִתֵּן לָכֶם רַחֲמִים לִפְנֵי הָאִישׁ Iten lachem rahamim liphne hais, Det vobis misericordias seu miserationes coram viro. Sic & Chaldaica. Septuaginta verò δώῃ χάριν, Det gratiam, dixerunt. Quæ idem sunt cum nostra æditione. Quod vero sequitur, Ego autem quasi orbatus absque liberis ero, Hebraicè est וַאֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי Vaani caaser sachólti sachalti, Et ego sicut orbatus sum, orbabor. Sic habet & Chaldaica. Quasi dicat, vt prius orbatus sum Ioseph vel Simeone, sic orbabor & Beniamin. Aut iuxta communem literam, vsque dum redeatis, solus, perinde atque ille qui est sine liberis, remanebo. Deus igitur (inquit) omnipotens omnium moderator, & corda regum dirigens, commisereatur angori nostro, & multam impartiatur gratiam, vt pariter omnes cum gaudio reuertamini. Obruit dominus mœrore magno amicum, vt profusius gratuletur. Dum maxime tentat, proxime speranda est consolatio.

Mysticè. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Mysticè autem, His deducitur sociis Beniamin iunior, & bonis odoribus comitatus aduenit, portans secum resinam, qua lapides marmorum connectuntur, eo quod prędicatione propria tanquam spiritali resina, viuos lapides etiam ipse connecteret, portans etiam mel, quo noxia vulneris interius exeduntur, sine aliqua acerbitate sectionis. Talis enim Pauli prædicatio, vt putrem aboleret affectum, corruptumq; euacuaret humorem, disputationis suæ aculeo, vrere magis ægra mentis viscera cupiens, quàm secare. Incensum orationis, & casiam & guttam sepulturæ insignia esse, Dauid propheta nos docuit, *Psalm. 44.* dicens, Myrrha & gutta & casia à vestimentis. Venit enim Paulus crucem domini prædicare, illicem semper virentem, & nuces quarum testa durior & fructus tenerior, meritoq; virga sacerdotalis Aaron nucina, & Hieremiæ baculus huiusmodi. Argentum quoque duplex non otiosa munera esse quis dubitet, cum & patriarchæ vita, & Apostoli sermo semper virescat in pectoribus singulorum, & eloquium sanctorum sicut argentum igne examinatum, præcepti salubris fulgore resplendeat? Nec immerito duplex argentum referunt, in quibus Pauli præfigurabatur aduentus, qui laborantes presbyteros in verbo atque doctrina, duplici honore donabat.

Tulerunt

A Vlerunt ergo uiri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin, descenderuntque in Aegyptum, & 3
steterunt coram Ioseph. Quos cum ille uidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ
dicens, Introduc uiros domum, & occide uictimas, & instrue conuiuium, quoniam hodie mecum sunt
comesturi meridie. Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum, & introduxit uiros domum. Ibique exterriti dixe-
runt mutuo, propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus, ut deuoluat in nos ca-
lumniam, & uiolenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad
dispensatorem, locuti sunt. Oramus domine ut audias nos. Iam ante descendimus ut emeremus escas, quibus
emptis cum uenissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum,
B quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis necessaria
sunt. Non est in nostra conscientia, quis posuerit eam in marsupiis nostris.

Tulerunt ergo uiri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin, descenderuntque in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph. 3
AVCTOR CATENAE. Interim Iacob omnium filiorum solatio (vt dixerat) destituitur, & duritiem præfecti illius attonitus operitur & sustinet. AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. In *Serm. 82.*
beato Iacob fratres charissimi, & in sancto filio eius Ioseph, qui diligenter attendit, rem nimis admirabilem deum fecisse cognoscit. Primum non credo fuisse sine causa, quod dominus qui se totiens dignatus fuerat ostendere beato Iacob, per tot annos noluit ei indicare quod Ioseph filius eius viueret, sed permisit eum longa afflictione consumi. Si hoc quispiam sine certa & euidenti ratione factum esse credit, vel hoc consideret, quod nec filius eius Ioseph in tam proximo positus, permissus sit ad patrem suum mittere, vt ei nunciaret quod non solum
C viueret, sed etiam in grandi honore floreret. Ab illo enim loco vbi erat beatus Iacob, vsque in Aegyptum vix errant trecenta miliaria. Vnde frequentissime & ex Aegypto in locis illis vbi Iacob erat, plurimi properabant, & ex illo loco ad Aegyptum infinitæ multitudines assidue confluebant. Sed forte aliquis dicit, quod beatus Ioseph paruulus exierit à patre suo, & ideo recordari eum non potuisse. Non ita est fratres charissimi. Puer enim erat sedecim annorum, & nulla ratione parentes suos poterat obliuisci. Nam & in tantum eos oblitus non erat, vt fratres suos vbi primum vidit agnosceret. Sed dicit aliquis, quod licentiam aut potentiam non habuerit mittendi ad patrem suum. Etiam si hoc quasi verisimile videatur, posteaquam de carcere deductus est, & dominus factus est in omni terra Aegypti, per illos septem annos fertilitatis, & illos duos qui transacti sunt tempore inopiæ, antequam fratres sui ad eum descenderent. Per istos (inquam) nouem annos in trecentis miliariis. Sine vlla dubitatione potuit mittere ad patrem suum, sed occulto iudicio hoc dominus fieri non permisit, in tantum vt nec tunc
D trem illorum in vinculis tenens, ad patrem suum eos cum grandi dolore redire iussit. Attendite adhuc ad aliud maius miraculum, & videte quomodo beatus Ioseph, qui patrem suum nouerat pro se intolerabilem amaritudinem sustinere, quasi paruum esset quod antè pertulerat, adhuc & Beniamin ei fecit auferri, quo facto vtique noue rat eum multiplicem passurum esse dolorem. Hæc omnia sine spiritussancti dispensatione facta fuisse non credo. Deus enim cuius iudicia plerunque sunt occulta, nunquam tamen iniusta, qui beato Iacob noluit indicare filium suum viuere, ille etiam sanctum Ioseph non permisit vt patri suo gloriam suam nunciaret, quinimmo adhuc Simeon in vinculis tenendo, Beniamin auferendo, ipsius patris sui angustias cumulauit. Hæc autem fratres charissimi si fideliter attendamus, cum grandi misericordia dominum fecisse cognoscimus. Ab initio enim mundi hoc deus in sanctis suis exercuit, quod in beato Iacob cum grandi pietate compleuit. Sed quare sit hoc factum diligenter attendite. Quanuis enim serui & amici dei capitalia crimina vitauerint, & multa bona opera fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, quia non mentitur ille qui dixit, Non est immunis à peccato, *Iob. 15. 1. Ioan. 1.*
E nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Et beatus Ioannes euangelista qui vtique meritis non erat inferior sancto Iacob, clamat & dicit, si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et illud quod alibi scriptum est, Iustus septies in die cadit, & resurgit. Quia ergo sine istis minimis *Prou. 24.*
peccatis Iacob esse non potuit, volens deus ipsa parua peccata in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet *Eccli. 21. Heb. 12.*
in eo quod ipse per spiritum sanctum dixit, vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et *Act. 14.*
illud, Flagellat deus omnem filiũ quem recipit. Et illud, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Vt ergo sanctum Iacob deus noster velut aurum purgatum in futuro iudicio præsentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorum absterſit, vt in eo ignis ille arbiter quod exureret, inuenire non posset. Hoc si diligenter attendimus, quod erga beatum Iacob deum fecisse credimus, hoc etiam Ioseph circa fratres suos exercuisse cognoscimus, qui vtique tam sanctus fuit, vt nunquam eos odio habere potuerit. Vnde credendum est, quod ideo eos
F tantis tribulationibus fatigauerit, vt illos ad confessionem criminis, & ad medicamentum pœnitentiæ prouocaret. Denique cum ingenti dolore dixerunt, se merito pati illa, quia peccassent in fratrem suum, videntes angustiam eius. Et quia sciebat beatus Ioseph, quod fratribus suis parricidij crimen sine grandi pœnitentia indulgeri non posset, & semel & secundo & tertio illos medicabili tribulatione, tanquam spiritali igne decoxit, non vt se vindicaret, sed vt illos corrigeret, & de tam graui crimine liberaret. Denique priusquam peccatum suum confiterentur, & crimen quod admiserant, mutua inter se castigatione consumerent, nec agnoscendum eis se dedit, nec pacis osculum eis indulsit. Cum verò illos pro peccato quod in ipso admiserant, humiliter videret afflictos, deosculatus est singulos, & per singulos fleuit, & pauentium colla pio oculorum rore perfundens, odium fratrum charitatis lachrymis abluebat. Quod ergo deus in beato Iacob fecit, & quod Ioseph erga fratres exercuit, hoc etiam & nos in illis qui in nobis peccauerunt debemus implere, & non ipsos, sed eorum peccata debemus odire, & ita velimus secundum culpæ merita durissima castigatione corripere, vt eos studeamus in veritate diligere. Hæc si facimus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Gala.6. cimus, impletur in nobis illud quod scriptum est, Inuicem onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ad G extremum, vt totum quod dixi breui sermone concludam, taliter indulgeamus eis qui in nobis peccauerunt, qualiter volumus vt nobis indulgeat deus, quotiens in illo peccamus. Hæc si facimus, securi possumus dicere. Matth.6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Quos cum ille uidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens, Introduc uiros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie.* CHRYSOSTOMVS. Et Beniamin inquit simul. Vidit Ioseph fratrem suum quem desiderabat. Vidit tam optatum, Vidit opere compleri sui studium. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Mecum enim manducabunt homines meridie panem. Quod dicit meridie, prandium significat quod fit medio die, hoc est enim meridies. CAIETANVS. Nulla fit in Hebræo mentio victimæ, sed perinde est ac si diceretur, occide occidenda. Quod ideo dixerim, ne fiat vis in verbo victimæ, & intelligatur sacrificium.

AVCTOR CATE. Et occide victimas Hebraicè est וּטְבֹחַ טָבֹחַ vtbóah tébah, Et occide occisionem, vel iugula iugulationem, vel mactando macta, siue occide victimam. Tabah enim etiam victimam significat. Est au- H tem hic verbum, & nomen ab eo deriuatum. Chaldaica autem & Septuaginta vt in nostra æditione habent. Mactare autem victimas est disponere carnes ad cibum, dispensare culinam. Quoniam (inquit) hodie mecum sunt comesturi meridie. Hinc clarum habemus, quod veteres non cœna tantum sero, vt quidam voluerunt, sed etiam prandio in die vtebantur. Familiariter autem seruo loquutus est Ioseph, non audientibus fratribus, ne amicum animum coniectarent, sed timeant magis. *Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum, & introduxit uiros domum. Ibique exterriti dixerunt mutuo, propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus, ut deuoluat in nos calumniam, &* Vbi supra. *uiolenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros.* AVGVSTINVS. Vel iuxta Græca exemplaria, vt accipiat nos in seruos, & asinos nostros. Non vtique subauduntur seruos. Nam quod Latini codices seruos habent, in Græcis παῖδας legitur, quod nullo modo asini possunt esse. Ergo asinos nostros tantummodo accipiat, subauditur.

CHRYSOSTOMVS. Et Ioseph quidem suam erga illos benignitatem declarans, omnia disponebat. Illi autem anxij fuerunt, suspicantes ne pecuniarum gratia pœnas luant, quod etiam in hoc male fecerint. AVCTOR I CATENAE. Ibique exterriti dixerunt mutuo. Clariora sunt hoc in loco Hebraica. וַיִּרְאוּ הָאֲנָשִׁים כִּי הוּבְאוּ בֵּית יוֹסֵף וַיֹּאמְרוּ Vaiiru haanasim chi hubu beth Ioseph, vaiómru, Et timuerunt viri eo quod introducti essent in domum Ioseph, & dixerunt. Sic & Caldaica. Quod vero sequitur, vt deuoluat in nos calumniã, & si sensum optimè assequatur interpres, Hebraica tamen verba sunt לְהִתְגַּלֵּל עָלֵינוּ וְלִהְתְנַפֵּל עָלֵינוּ Leithgolel alénu vlhithnappel alénu, vt voluat se super nos & irruat, seu iactet se in nos, Hoc est, occasionem quærat contra nos, & moueat calumniam, quo postea debachetur in nos, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros. Septuaginta τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἐπιθέσθαι ἡμῖν, vt calumnietur nos, & imponat nobis. Chaldaica vero, vt dominetur nostri, & quærat occasiones contra nos. Tales igitur impiorum conscientiæ sunt, vt etiam in prosperis expauescant, malorum enim cum sibi conscij sunt, bona etiam mala suspicantur, & quę aliis securitatem facerent & gaudium. Ad inuoluendum nos dicunt, & vt nos faciat cadere, vt obruat nos calumnia & potentia, & seruos suos per vim con- K stituat, hæc molitur. Sancti peccare quidem possunt, sed perpetuo pœnitent, deum semper timent, aduersa propter peccata à deo immissa longanimiter sustinent. Ideo si qui prætexere vellent patriarcharum peccata, illi vicissim resipiscentiæ & doloris recordentur perpetui, & vindictæ diuinæ in præsenti quoque seculo. *Quamobrem in ipsis fo-* *ribus accedentes ad dispensatorem, locuti sunt.* Non audent ingredi, dispensatorem adeunt, quem de casu pecuniæ informant, nihil in ea parte conscij, sed tamen ad omnia trepidantes, & dicunt. *Oramus domine ut audias nos. Iam antè descendimus ut emeremus escas, quibus emptis cum uenissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis necessaria sunt. Non est in conscientia nostra, quis posuerit eam in marsupiis nostris.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo calamitates mentem eorum fecerunt ad misericordiam promptiorem, & eos mansuetiores. AVCTOR CAT. Oramus domine vt audias nos. Sic & Chaldaica, sed Septuaginta tantum habent Δεόμεθα κύριε, Oramus domine. Verum in Hebræo sunt duæ duntaxat dictiones. בִּי אֲדֹנִי Bi adoni, eia domine. Bi enim vox est obsecrantis, & dicunt L nonnulli nõ inueniri nisi cum dictione adoni. Vertunt alij. Quæsumus domine mi. Simpliciter itaque, veraciter, breuiter, & timide sese de ignorantia excusant. Non opus habet innocentia prolixo sermone. Erant tunc viri boni, imponere nolebant, domino confidebant. Non est autem in conscientia nostra (inquiunt) pro non conscij sumus nobis, nec scimus quis pecuniam in sacculis posuerit.

Mysticè. AMBROSIVS. Mysticè vero, vidit fratres Ioseph, & Beniamin ex eadem matre natum, iam videntur Hebræi, & videntur à Christo, qui verus Ioseph est, quando cum Pauli veniũt typo, & loquitur illis mitia atque mansueta, vt pariter cibum sumant, supra autem quia sine Beniamin venerũt, agnoscebat quidem eos, sed ab his se auertebat, vt scriptum est. Et loquebatur his dura, quia ipsi non agnoscebant eum à quo agnoscebantur. Pauli igitur merito profecerunt, quem dominus Iesus tanquam iuniorem fratrem ex eadem matre generatum, amplius cæteris fratribus diligebat. Aduertant Iudæi quem dominum negauerunt, qui etiam crucifixus, ex synagoga tamen, tanquam ex eadem ortos parente, plus diligit, si vel sero cognoscant suæ salutis auctorem. Sed priorũ conscij de- M lictorum, non credunt tantam Christi esse misericordiam, vt donet peccatum, remittat iniuriam. Ideoque præfigurabantur in patriarchis quales essent futuri. Inuitabantur ad gratiam, ad salutaris mensę vocabantur conuiuiũ, & calumniam sibi parari, insidias fieri suspicabantur, & cœperunt ad hominem qui erat supra domũ, in ianua domus causam suam agere velle. Adhuc dubitant introire, & ex operibus suis malunt iustificari, qui causam suã volunt astruere, quàm gratiam accipere, & ideo in portis redarguuntur. Qui autem fructum vteri virginalis expectat, & hæreditatem domini, filij mercem negociatur non erubescit in porta, sed in exitu vitæ huius repellit inimicum, ne ad vlteriora properanti, conscius culpæ grauioris obsistat. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Secundo fratres Ioseph cum Beniamin veniunt, vt promiserant, secundo ex Iudæis tria milia veniunt ad Christum, subsequente minimo apostolorum Paulo.

At ille

A AT ille respondit, Pax uobiscum, nolite timere. Deus uester, & deus patris uestri dedit uobis thesauros in 4
saccis uestris. Nam pecuniam quam dedistis mihi probatã, ego habeo. Eduxitque ad eos Simeõ. Et introductis domum attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. Illi uero parabant
munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. Audierant enim quod ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus
est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis, & adorauerunt proni in terram. At
ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanus ne est pater uester senex, de quo dixeratis mihi? Ad-
huc uiuit? Qui responderunt, Sospes est seruus tuus pater noster. Adhuc uiuit, Et incuruati adorauerunt eum. At-
tollens autem oculos Ioseph, uidit Beniamin fratrem suum uterinum, & ait. Iste est frater uester paruulus de quo
B dixeratis mihi? Et rursum, Deus (inquit) misereatur tui fili mi. Festinauitque in domum, quia commota sunt uisce-
ra eius super fratre suo, & erumpebant, lachrymæ, & introiens cubiculum flenit.

At ille respondit, Pax uobiscum, nolite timere. Deus uester, & deus patris uestri dedit uobis thesauros in saccis uestris. Nam pe- 4
cuniam quam dedistis mihi probatam, ego habeo. CHRYSOSTOMVS. Ne timeatis, neque huius gratia anxij sitis. Nullum vobis inde crimen imponetur, pecuniam enim plene accepimus. Adeo putate hoc esse factum, & thesauros vobis in marsupiis vestris esse monstratos. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Græca exemplaria habetur, propitius vobis, nolite timere. In his verbis quibus dictum est, propitius vobis, duo verba sunt quæ subaudiuntur, & sit, & deus, plenum est enim, propitius sit vobis deus, quod in Græco vsitatissimum est.

IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod autem à præposito domus audiũt, deus
C vester, & deus patrum vestrorum dedit vobis thesauros in saccis vestris. Argentum autem vestrum probatum habeo, mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim quod & datur & non minuitur, quia & probatũ appellatum est, nimirum illud intelligitur, de quo alibi legimus, Eloquia domini, eloquia ca- Psalm.11.
sta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, id est perfecte. INTERLINEARIS. Non mentitur ergo sapiens dispensator, quia de pecunia verbi dei dicit. CAIETANVS. Deus vester, & deus patris vestri, & cætera. Iuxta Hebræum vtrobique est elohe. Diuinum enim nomen hoc in frequenti vsu erat, tam fidelium quàm idololatrarum, seu de deo vero siue de diis secundum opinionem esset sermo. AVCTOR CATENAE. Nam pecuniam quam dedistis mihi probatam, ego habeo. Sensus idem in Hebræo, sed verba alia, videlicet כַּסְפֵּיכֶם בָּא אֵלָי Caspechem ba elai, Argentum vestrum venit ad me. Sic est & in Chaldaica. Septuaginta fere vt in nostra æditione. Consecius ergo erat voluntatis domini sui domus dispensator, & gratiæ, qui vo-
D casset ad prandium. Consternatos intuebatur, luculenter deprehenderat synceritatem, qui pecuniam reportassent. Potuit instruxisse illũ Ioseph vnius dei esse cultores, sancti patris bonos filios, quos ob delictũ in se exerceri opor teret. Deus (inquit) quẽ colitis, qui vestra dispensat, ipse thesauro vos donauit occulto. Plene mihi satisfactum est, adnumerata mihi pecunia, quod fateor, solutionem suscepi, nihil debetis, nihil exigo, bono sitis animo, ex hoc autem loco habes, quod non mentitur quis cum mysticum aliquid dicit, licet superficietenus videatur falsum dicere, sicut nec beatus Laurẽtius de thesauris cœlestibus intelligẽs, licet is cui loqueretur, de terrenis intelligeret. Dispensatitia enim sunt huiusmodi dicta, non mendacia, à spiritusancto diuinitus inspirata. Vel pecuniam quam dedistis mihi probatam, ego habeo, id est vere habere me reputo. *Eduxitque ad eos Simeon.* Facto denique gratiam testatur & cõsolatur, Simeonem adducendo redemptum è vinculis. *Et introductis domum attulit aquam, & lauerunt*
pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo preces patris omnia eis prospera faciũt, & sicut ille eis apprecatus est, cum dixit, Deus patris mei gratiam vobis det, ita omnia facta sunt. Et præ-
fectus domus etiam ante aduentum Ioseph omnem eis benignitatem exhibuit. AVCTOR CATENAE.
E Non aliorum more mercatorum tractantur, sed festiuius & amicè suscipiuntur, etiam absente Ioseph, ne insolita beneficentia quouis modo admonerentur ad cogitandum de fratre. Quod autem aquam pro abluendis pedibus attulit, pietatem hanc à sancto Ioseph didicit dispensator, is enim Abraham, Loth, Isaac, cæterosque bonos auos suos Hebræos, circa pietatis opera, lotionemque pedum aduenarum atque hospitum, maxime intentos fuisse nouerat, ideoque & domesticos suos eadem agere docuerat. *Illi uero parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie.*
Audierant enim quod ibi comesturi essent panem. Parant munera, vt decenter offerant viro, sibi præter morem & spem
benefico. Omnibus modis testari cupiebant innocentiam, gratitudinem & obsequium. In eo autem quod dicit meridie, abstinentia notatur antiquorum, qui ante meridiem non comedebant, nec edendi horam prẽueniebant. Audierant enim quod ibi essent comesturi panem. Panis nomine omnis cibus intelligitur in scriptura, sicut alibi
legitur, Appone eis panem, & apposita est eis ciborum magna præparatio. *Igitur ingressus est Ioseph domum suam, ob-* 4.Reg.6.
F *tuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis, & adorauerunt proni in terram.* Ingresso intro Ioseph offerunt munera, versus terram sese inclinantes, prono vultu ad oram vestimenti se demittendo, quod est adorare, caput demitte-
re, & incuruare Hebræis. Duliam autem hanc appellant, quæ sublimibus personis reuerentia exhibetur. *At ille*
clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanus ne est pater uester senex de quo dixeratis mihi? Adhuc uiuit? AM-
BROSIVS. Ante conuiuium quanta dignatio, qui vsus istius sedulitatis & gratiæ? Morale mysterium. Adhuc de calumnia quam sibi à Ioseph fieri putabant, fratres suspecti erant. Ille inuitabat ad prandium, horum nutabat affectus, illius perseuerabat gratia. Primus appellat, primus interrogat, Rectè est pater vester senior? Superioris est inferiorem ad colloquium prouocare, dare sermonis fiduciam, quærere non solum de ipsis, sed etiam
de parentibus. AVCTOR CATENAE. At ille clementer resalutatis eis, Hebraicè est וַיִּשְׁאַל לָהֶם לְשָׁלוֹם vaisal lahem leſalom, Et interrogauit eos pro pace, vel de sanitate. Vtrunque enim significat salom. Chaldaica vero, & salutauit eos, habet. Septuaginta ἠρώτησε δὲ αὐτοὺς, πῶς ἔχετε, Interrogauit autem eos, quomodo habetis. Sic & quod sequitur, sanus ne est pater vester senex? in Hebræo scribitur הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם הַזָּקֵן. Hasalon abichem hazaken,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hazaken, nam & ſicut vertit interpres & Septuaginta,reddi poteſt, Et nunquid eſt pax patri veſtro ſeni? ſicut ha- G
bet Chaldaica.Præuenit itaque territos,quærendo de ſalute parentis ipſorum. Ante omnia patrem ſaluum audire
cupit,vt bonus filius. Senem nominat , cuius decrepitam ætatem non ignorabat. Ex memoria quærere ſe finxit,
non ex affectu.Ideo addit,quem dixeratis,ſcilicet vos habere. *Qui reſponderunt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter.*
Adhuc uiuit. Et incuruati adorauerunt eum. AMBROSIVS. Reſpondent illi iuxta noſtra exemplaria, Recte eſt
pater noſter, puer tuus. Ille ſeniorem dixit vt honoraret, illi puerum nominauerunt, vt deferrent humilitatis
obſequium, quod ſenectus honoratæ ſit dignitatis, pueritia autem ſubiecta videatur, & propior verecundiæ,
quàm ſuperbiæ. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Hic expreſſius oſtenditur pueri nomine
ſeruum ſolere ſignificari. Non enim in illo ſene poſſet hoc eſſe nomen ætatis. RVPERTVS. Et incuruati
adorauerunt eum. Igitur profectæ in Aegyptum ſtellæ vndecim,id eſt,fratres vniuerſi, adorant Ioſeph, munera
tenentes in manibus, modicum reſinæ & mellis & ſtoracis & ſtactis & terebinthi & amygdalarum. Sol autem,id
eſt,ipſe pater,& in eo maternus lunæ,id eſt,Rachelis affectus,ſol inquam,remanens,& corpore abſens, adorat ta- H
men cum dicit pro Beniamin , Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem , & remittat vobiſ-
cum fratrem veſtrum quem tenet,& hunc Beniamin. Vel certe tunc quoque iſte ſol, id eſt, pater Iacob, adorauit
Ioſeph, quando protinus reſalutatis fratribus clementer,mox vt dixit , ſaluus ne eſt pater veſter , de quo dixera-
tis mihi? Adhuc viuit? Illi reſponderunt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter , Adhuc viuit , & incuruati pro il-
lo adorauerunt , nimis ambitioſe ſupplicantes , vt ſenectutis eius intuitu illis eſſet propitius , cuius mentio-
nem facere ipſe dignaretur . Nam vbi in perſona ſua præſens pater ipſe adorauerit , ſicut iam longe ſuperius
dictum eſt , non inuenitur . Et notandum quanta fuerit in Ioſeph altitudo honoris , quanta maturitas vel
dignitas in illo cum ſpiritu manſuetudinis , quem pro vno dignationis ſuæ verbo quo dixerat,ſaluus ne eſt pa-
ter veſter , adhuc viuit , iterum adorauerunt incuruati . Bene ergo fratres viſuri eratis , quid illi pro futura eſ-
ſent ſomnia ſua. CAIETANVS. Qui reſponderunt , ſoſpes eſt ſeruus tuus pater noſter . Iuxta He- I
bræum legendum eſt , Pax ſeruo tuo patri noſtro , Adhuc viuit . Mos Hebræorum erat , ſub pacis nomine inter-
rogare & reſpondere de bonis alicuius , tanquam pax bona omnia comprehendat , in genere tamen . Et propte-
rea in ſpecie & quæritur & reſpondetur de vita. AVCTOR CATENAE. Qui reſponderunt , ſoſpes
eſt ſeruus tuus pater noſter . Eadem dictio eſt in Hebræo videlicet שלום ſalom . Vnde & Septuaginta , & in-
terpres , ſanus ſeu ſoſpes verterunt, Chaldaica verò , pax eſt ſeruo tuo patri noſtro,dixit. Adhuc viuit . Poſt hæc
verba,redundat aliquid in codicibus Græcis impreſſis,ſcilicet, καὶ εἶπε μ: εὐλογητὸς ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος τῷ θεῷ,Et ait,
Benedictus homo ille deo,quod Hebraicè non habetur,interiectumque ex alio quodam loco.Deſcribitur autem
toties adoratio illorum, vt promiſſionum dei veritas ſeculis commendetur . Seruum fatentur illius tam ſeipſos
quàm patrem ſuum.Diſcimus de promiſſis dei neutiquam dubitare,quãtumlibet fieri non poſſe ſenſus carnis re-
clamet. *Attollens autem Ioſeph oculos , uidit Beniamin fratrem ſuum uterinum , & ait , Iſte eſt frater ueſter paruulus , de quo*
dixeratis mihi? Et rurſum, Deus (inquit) *miſereatur tui fili mi.* AMBROSIVS. Reſpiciens autem oculis, vidit Ben K
iamin fratrem ſuum ex eadem matre.Morale eſt,vt quos diligimus,eos videamus præ cæteris,& quos animi in-
tentio habet priores,eos obtutus offendat oculorum . Siquidem plerunque circa alia mentis occupatione diſtri-
cti,quos habemus ante oculos,non videmus, ita duce animo dirigitur noſter aſpectus.Vidit igitur Beniamin fra
trem ſuum ſanctus Ioſeph quem tenebat animo,quem oculis requirebat . Quo abſente fratres pene non viderat,
nec ſolum vidiſſe contentus,quaſi neſciret interrogauit, omnibus modis quærens ignorari . Hic frater veſter eſt
adoleſcentior? Conſuetudo & gratia charitatis eſt,vt dilectos nobis non ſolum oculis,ſed etiam ſermone tenea-
mus.Agnouerat Ioſeph dilectum ſuum, ſed ideo interrogabat, vt quem tenebat animo , vox ſonaret. CHRY-
SOSTOMVS. Conſidera quantam fortitudinem præ ſe ferat,& adhuc ignorantiam ſimulet, vt poſſit habere
mentem eorum, quales ſe poſtea ſint habituri , & quomodo ſint affecti erga Beniamin. RVPERTVS. Iam
antè dictum fuerat,quia ſteterunt coram Ioſeph. Quos cum ille vidiſſet,& Beniamin ſimul,præcepit diſpenſato- L
ri domus ſuæ, dicens, Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium , quoniam mecum ſunt
comeſturi meridie. Quid ergo eſt quod quaſi nondum viderit,ita nunc dicitur,attollens autem oculos Ioſeph vi
dit Beniamin fratrem ſuum vterinum? niſi quia primum ita vidit vt diſſimularet, nunc autem ita vidit , vt ex
eius viſione denuntiationis ſuæ meminiſſe videretur,qua dixerat , non videbitis faciem meam abſque fratre ve-
ſtro minore.Necdum enim ſcire merebantur illi adorantes,quod inter ſumma regni negocia , princeps Aegypti
& dominus terræ, talium meminiſſe potuiſſet. CAIETANVS. Deus miſereatur tui fili mi . Hinc habetur
quod ætas Beniamin relata ad ætatem Ioſeph , erat filialis. AVCTOR CATENAE. Vidit Beniamin fra-
trem ſuum vterinum . Idem eſt quod dicitur in Hebræo בן אמו Ben immo,Filium matris ſuæ. Iſte eſt frater ve-
ſter paruulus de quo dixeratis mihi? Non autem expectat reſponſum fratrum de Beniamin , ſed pro abundantia
naturalis amoris anteuertit,ſalutat,gratiam imprecatur dei,qua maius bonum homini deſiderare optarèque non
poſſumus,deus inquiens,miſereatur tui fili mi . Filium nominat, non fratrem, affectum diſſimulans , vt exerceat M
magis nondum plene purgatos crimine proditionis in fratrem. RVPERTVS. Sed dum affectata auſterita-
te quaſi in alienos intenderet,rupit pietas iniuſſa,nimiumque vltronea præparatam fortitudinem pectoris,& diſ
ſimulandi virtus non fuit,& quaſi fugam iniens,feſtinauit in cubiculum,& plorauit,quia erumpebant lachrymæ,
& non poterat ſe continere.Victus itaque commotis viſceribus ſuis , & tumultuantibus lachrymis ceſſit , eaſque
quantum voluerunt,currere permiſit.Vnde ait, *Feſtinauitque in domum , quia commota ſunt uiſcera eius ſuper fratre ſuo,*
& erumpebant lachrymæ , & introiens cubiculum fleuit. CHRYSOSTOMVS. Quia enim vincebatur à natura
ſua , & conturbabantur viſcera eius , quæſiuit vt fleret . Et ingreſſus in promptuarium , fleuit illic. AMBRO-
SIVS. Grandis amoris aculei cito corda compungunt,niſi deſiderij frena laxentur. Vincebatur affectu Ioſeph,
differebatur conſilio,ratio cum amore certabat.Torquebantur autem viſcera eius,quia complectendi eius quem
deſiderabat, libertas differebatur . Fleuit igitur , vt amoris pij æſtus lachrymis temperaret. RABANVS. Et
introiens cubiculum fleuit. Affectus boni ſemper procliuus eſt ad pietatem . Vnde in Ioſeph virtutum poſſumus

A conſiderare copiam . Caſtus erat , cum ſpreuit impudicitiam dominæ . Sapiens, cum diligenti inquiſitione fra-
trum alios explorabat,qualiter ſentirent de fratre ſuo vterino . Iuſtus erat in adhibitione diſciplinæ delinquenti-
bus . Pius in conuerſione pœnitentium. AVCTOR CATENAE. Quia commota fuerant viſcera eius.
Idem eſt in Hebræo כי נכמרו רחמיו chi nichmeru rahamaf, Quoniam incaluerant ſeu commotæ erant miſera-
tiones eius, Vel accendebantur , aut inflammauerunt ſe pietates eius ſuper fratre ſuo . Septuaginta ἐταράχθη δὲ
Ἰωσὴφ, συνεστρέφετο γὰρ τὰ ἔντερα αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Turbatus eſt autem Ioſeph, reuoluta ſunt enim viſcera
eius ſuper fratre ſuo . Chaldaica, vt in Latina æditione . Iiſdem verbis ſcribitur tertio Regum tertio. Commota
ſunt viſcera eius ſuper filio occidendo à Salomone.Talis eſt miſericordia dei ad homines pios, qua maior expri-
mi non poſſit . Quod verò ſequitur, Et erumpebant lachrymæ, Hebraicè eſt ויבקש לבכות Vaibakes libcoth, Et
quæſiuit vt fleret.Sic & Septuagita.Chaldaica vero,Et volebat flere.Indulſit igitur dolori, & fletum ſibi permiſit,
ſed occulte vt potuit,ne agnoſceretur à fratribus ante tempus à domino conſtitutum.
B AMBROSIVS. Hæc moraliter . Myſticè autem , fratribus Ioſeph reſpondit maior domus. Et is quis ſit Myſticè.
intellige,cum legeris Moyſen, Fidelem in tota domo eius.Maiores enim domus,Moyſes,Petrus & Paulus,& cæ-
teri eius ſancti ſunt,Chriſtus autem ſolus eſt dominus,ſicut ſcriptum eſt, Quia Moyſes fidelis in tota domo eius
tanquam famulus,in teſtimonium eorum quæ dicenda eſſent,Chriſtus autem tanquam filius in domo ſua , quæ Heb.3.
domus nos ſumus,ſi libertatem & gloriam ſpei tenuerimus . Hic ergo maior domus reſpondit illis, Propitius ſit
vobis deus,nolite timere . Deus enim veſter, & deus patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in ſacculis veſtris.
Argentum veſtrum probum acceptum habeo . Illi enim dixerunt , Argentum vnius cuiuſque in ſacculis noſtris
inuenimus,ad pondus argentum noſtrum retulimus.O magna myſteria,& euidenter expreſſa.Hoc eſt dicere,cur
inflamini argentum vos habere veſtrum in ſacculis? ſæpius vſurpatis.Quid enim habetis quod non accepiſtis? Si
autem accepiſtis,quid gloriamini quaſi non acceperitis? Iam ſaturati eſtis,diuites facti eſtis,quia argentum habe 1.Cor.4.
re vos creditis , ſed argentum vobis deus patrum veſtrorum dedit.Ille deus veſter , ille patrum veſtrorum deus
C eſt,quem negaſtis. Sed ignoſcit, ſed indulget , ſed recipit,ſi reuertamini . Ipſe eſt qui veſtrum non quærit argen-
tum,ſuum donat . Ipſe vobis dedit argentum in ſacculis veſtris. Iam ſacculi veſtri argentum habent , qui lutum
habebant,& ideo veſter eſt qui dicit, Conſcidiſti ſaccum meum,& induiſti me lætitia. Lætitiæ munus eſt Chri-
ſtus,ipſe eſt argentum veſtrum, ipſe precium veſtrum . Non exigit à vobis dominus Ieſus frumenti ſui precium, Pſal.29.
non quærit veſtri pondus argenti. Argentum veſtrum reprobum eſt,argentum ſeculi non eſt bonum.Argentum
veſtrum probum acceptum habeo,hoc eſt,non illud materiale argentum,ſed ſpiritale.Argentum veſtrum habeo
hoc eſt,probum quod fida deuotione quaſi Iacob filij detuliſtis,quod ſine damno datur,& ſine vllo diſpendio nu
meratur,quandoquidem tali pretio detrimentum mortis excluditur, lucrum vitæ acquiritur . Parauerunt autem
munera, donec intraret Ioſeph meridie.Accelerauit meridiem fides Pauli . Antea cæcus erat, poſtea cœpit vide- Pſal.36.
re lumen iuſtitiæ,quoniam qui reuelat ad dominum viam ſuam, & ſperat in eum , dominus quoque educit tan-
D quam lumen iuſtitiam eius,& iudicium eius ſicut meridiem . Et Abrahæ quando deus apparuit ad ilicem Mam-
bræ,meridies erat,cui de præſentia domini lux æterna fulgebat. Meridies eſt,quando Ioſeph verus in domum ſu-
am intrat vt prandeat. Tunc enim plus dies lucet,quando ſacramenta celebramus . Et intulerunt, inquit, ei mu-
nera.Nos munera inferimus,ille inſtaurat conuiuium.Ille dicit,Apponite panes,quos ſoli Hebræi ſumunt,Aegy-
ptij manducare non poſſunt.Vidit autem Ioſeph Beniamin,vidit dominus Ieſus Paulum , oculi enim domini ſu-
per iuſtos , & dixit, Hic frater veſter eſt adoleſcentior? Adhuc adoleſcentior dicitur, qui nondum maturam in Pſal 33.
canicie fidei gerebat ætatem . Nondum in virum perfectum excreuerat, in illam ſicut ipſe ait , menſuram ætatis Ephe.4.
plenitudinis Chriſti . Denique adoleſcens legitur tantum ibi , vbi lapidantium ſtephanum veſtimenta ſeruabat.
Et ideo Philemonem non adoleſcentiæ ſuæ, ſed ſenectutis ſimilem eſſe cupit, vt ſcripſit, Magis obſecro , cum ſis
talis vt Paulus ſenex.Ideo adoleſcentiores viduas prædicat declinandas,non propter ætatem tantum, ſed propter 1.Timo.5.
quandam pubeſcentium delictorum laſciuiam,immaturitatemque virtutis. Cæterum maior in iuuene , quàm in
ſene laus caſtitatis eſt. Puto enim quod à vero non ſit alienum illud ſi intelligamus,quia cum hic Paulus hæreret,
E & horrore correptus, quod cæcitas accidiſſet ei , inciperet tamen appropinquare, dicendo , Domine quid me vis
facere? ideo adoleſcentior dicebatur à Chriſto,vt qui vocabatur ad gratiam,excuſaretur à culpa,quod ea lubricæ Act.9.
fuiſſet ætatis.Denique vidit eum Chriſtus,vbi lux circunfulſit eum . Et quia adoleſcentes magis metu,quàm ra-
tione vocantur à vitio,adhibuit ſtimulum, & miſeratus admonuit , ne aduerſus ſtimulum calcitraret . Turbatus
eſt autem ſicut vides in euãgelio, Quia turbauit ſe ſpiritu cum Lazarum reſuſcitaret,& ibi fleuit,vt prius lachry- Ioan.11.
mis ſuis mortui delicta lauaret. Sed intra ſe fleuit . Cæcitas Pauli, fletus eſt Chriſti. PROSPER DE PRO-
MISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Vidit Ioſeph Beniamin fratrem ſuum ex vna Cor.15.
matre , & lachrymatus eſt , vidit Ieſus Paulum ſæuientem in eccleſiam matrem , & miſeratus eſt . Idem enim
Paulus tanquam abortiuo ſibi dicit apparuiſſe Ieſum . Beniamin autem eo exitio natus eſt , vt matrem præcipi-
taret in mortem , vnde filius doloris dictus eſt . Dicit & Beniamin Paulus noſter , Non ſum dignus vocari a-
F poſtolus , quia perſequutus ſum eccleſiam dei.

RVrſumque lota facie egreſſus , continuit ſe , & ait , Ponite panes . Quibus appoſitis , ſeorſum Io-
ſeph , & ſeorſum fratribus , Aegyptiis quoque qui ueſcebantur ſimul , ſeorſum (illicitum eſt enim
Aegyptiis comedere cum Hebræis , & prophanum putant huiuſmodi conuiuium) ſederunt coram eo
primogenitus iuxta primogenita ſua , & minimus iuxta ætatem ſuam . Et mirabantur nimis , ſumptis partibus
quas ab eo acceperant . Maiorque pars uenit Beniamin , ita ut quinque partibus excederet . Biberuntque , & in-
ebriati ſunt cum eo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 AVCTOR CATENAE. Postquam affectui satis datum,& naturali pietati impensæ partes. *Rursum* (inquit) *lota facie,* ne scilicet lachrymosa deprehenderetur, *egressus, continuit se,* à fletu. Vel vt habet Chaldaica, confortatus est (nam & id significat verbum אִפַּק aphak) & suam demonstrauit benignitatem, dicens. *Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptiis quoque qui uescebantur simul, seorsum (illicitum enim est Aegyptiis comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiusmodi conuiuium.)* CHRYSOSTOMVS. Apposuerunt autem ei soli, vt pote regi & principi Aegypti, & illis qui cum illo erant, & Aegyptiis qui simul cœnabant cum eo, seorsum. Non enim possunt Aegyptij comedere cum Hebræis, abominatio enim sunt Aegyptiis. RABANVS. Seorsum appositi sunt cibi Ioseph, quasi aduenæ, seorsum fratribus, quasi exteris natione, Aegyptiis quoque seorsum, quasi indigenis, qui putabant prophanum esse cum peregrinis conuiuium. AVCTOR CATENAE. Et prophanum putant huiusmodi conuiuium. Hebraica veritas habet כִּי תוֹעֲבָה הוּא לְמִצְרַיִם Chi thoeba hi lemisraim, Quoniam abominatio erat Aegyptiis. Sic & Septuaginta. At Chaldaica longe diuersam assignat rationem, inquiens, Quoniam pecus quod Aegyptij colunt, Hebræi comedunt. Non autem scribitur fratres Ioseph subterfugisse commertium mensæ cum Aegyptiis, sed potius contra Aegyptij ab antiquo superstitionibus deditissimi, sese sanctiores, mundiores, sapientioresq; aliis iactabant, vnde & circuncisionem assumpserant, diuinationibus instabant, deos multos colebant, astrologiæ operam nauabant, ac externos quosque velut barbaros auersabantur, non dignati conuesci externis. Ioseph verò ad conuictum & conuersationem sese Aegyptiis accommodabat, quo lucraretur eos domino, & pararet eos fidelibus populis conuictores, donec deo placeret. Solent prophani abominari sacros, non vicissim vere sancti quemlibet spernunt, sed honore omnes præueniunt, bonitate sua malos vincunt, suntque tractabiles, & vt paruulus, fiunt omnia omnibus, vt omnes lucrentur, non tam sibi quàm domino. *Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis.* CHRYSOSTOMVS. Sederunt coram eo, qui primum secundum senium suum, & iunior secundum iuuentutem suam. Hoc illos in stuporem adduxit & valde dubio animo fuerunt, vnde nam ei cognitio tam variæ illorum ætatis? RVPERTVS. Quo igitur erat quisque natu prior, eo sedit & superior, & é contrario, quo erat quisque natu minor, eo sedit & inferior, summus sine dubio cunctorum & maximus, vt pote dominus domus, & conuiuij princeps, sedit ipse Ioseph, coram quo sederunt omnes, vt pote longe minores. Quid ergo sibi vult hoc loco ista scripturæ diligentia, cum præmisso, quia sederunt coram eo, addidit, primogenitus iuxta primogenita sua, nisi vt insinuaret iam ex tunc ipso vsu cessisse Ioseph primogenita? Sic enim & in Paralipomenon libro legitur, Quia cum violasset Ruben thorũ patris sui, data sunt primogenita eius, filiis Ioseph filij Israël, & non est reputatus ille in primogenitum. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt. Primogenita autem reputata sunt Ioseph. Etenim (quod primogeniti erat) accepit duplicia, dicente patre Iacob, Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. AVCTOR CATENAE. Et mirabantur nimis. Hebraicè plura sunt verba וַיִּתְמְהוּ הָאֲנָשִׁים אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ vaithmehu haanasim is el reéhu, Et admirati sunt viri vnusquisque cum proximo suo, vel vir ad socium suum, seu ad fratrem suum vt habent Septuaginta. Chaldaica, Et admirati sunt viri adinuicem. Ex ordine ergo sedere fecit fratres suos Ioseph ad mensam, siquidem omnes nouerat ex ætate quis cui præferretur ex prærogatiua natiuitatum. Cum enim maximarum tribuum patres & stipites dei prouidentia ordinati essent, non modica cura senij & natiuitatis ordinem obseruabant, referebat enim quo quis eorum ordine veteretur. Et admirati sunt viri vnusquisque ad proximum suum, quomodo Ioseph iuxta paternæ domus morem, sessionis ordinem conseruasset. CAIETANVS. Admiratio hæc videre meo non quadrat sessioni ordinatæ (quia non est admiratione digna) sed quadrat distributioni subiunctæ, qua Beniamin prælatus apparuit omnibus, vt stet litera. *Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant. Maiorque pars uenit Beniamin, ita ut quinque partibus excederet.* CHRYSOSTOMVS. Et cum daret omnibus partes, Beniamin septemplices dat. Et neque sic sentiunt quæ fiebant, sed putabant quodam euentu ab eo fieri, & quod adolescentiori, & inferiorem mensæ partem tenenti, daret. CAIETANVS. Interpres etiam expositoris officio fungitur summando. Sensus est, quod vel à mensa Ioseph, vel ex cibis oblatis coram Ioseph, primum distribuebantur alimenta aliis conuiuis, & disponente Ioseph effectum est, vt Beniamin qui vltimus sedebat, quinque portionibus excederet alios. AVCTOR CATE. Sumptis partibus quas ab eo acceperant. Locus hic ita habetur in Hebræo וַיִּשָּׂא מַשְׂאֹת מֵאֵת פָּנָיו אֲלֵהֶם vaisa masoth meeth panaf elehen, Et transmisit seu dedit portiones à facie sua illis. Id quod & Septuaginta clarius expresserunt, ἦραν δὲ μερίδας παρὰ προσώπου αὐτοῦ πρὸς αὐτούς, Tulerunt autem partes ab eo ad illos. Chaldaica, Et datæ sunt eis portiones à facie eius. Quod verò sequitur, Maiorque pars venit Beniamin, & cætera, Ita est in Hebræo וַתֵּרַב מַשְׂאֵת בִּנְיָמִן מַשְׂאֹת כָּל חָמֵשׁ יָדוֹת vatereb masath Biniamin mimasoth cullam hames iadoth, Et multiplicauit partem Beniamin præ partibus omnium eorum, quinque partes. Vel, Et multiplicata siue aucta est portio Beniamin præ omnium aliorum portionibus, quinque partibus. Septuaginta, ἐμεγαλύνθη δὲ ἡ μερὶς Βενιαμὶν παρὰ τὰς μερίδας πάντων πενταπλασίως πρὸς τὰς ἐκείνων, Magnificata est autem pars Beniamin præter partes omnium quincupliciter ad eas quæ illorum. Et Græcismus est. Nam quia iam dictum erat, præter partes omnium, potuit non dici, ad eas quæ illorum. Chaldaica, Et maior fuit portio Beniamin quincupliciter portionibus omnium. Cibi ergo insignis portio Ioseph præponebatur, dominorum more, qua gustata, sublata inde, diuisaque partitionibus, vnicuique fratrum portio proponebatur. Et maior erat portio Beniamin portionibus aliorum quinta parte. Voluit enim præhonorare germanum suum insigniori ferculo, qui inter eos contemptibilior haberetur, vltimusque recumbebat, tantoque minus amabatur à fratribus, quanto à patre omnibus charior haberetur. *Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.* HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Idioma linguæ Hebraicæ est, vt ebrietatem pro satietate ponat, sicut ibi, In stillicidiis eius inebriabitur germinans, haud dubium quin terra pluuiis irrigata. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, non propter illos filios Israël, sed propter Ioseph qui valde sapiens commendatur, sed hoc verbum & pro satietate solere poni in scripturis

aris, qui diligenter aduerterit, multis in locis inueniet. Vnde est illud, Visitasti terram, & inebriasti eam, multipli- Psal. 64.
casti ditare eam, eo quod in laude benedictionis hoc positum est, & donum dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare. Nam ita inebriari vt inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ vtile est, quoniam maiore quàm satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut vita inebriosorum, qui non satietate se replent, sed mergunt diluuio. CAIETANVS. Hyperbole ergo est, significans abundanter potos, non enim fas est credere, tot viros hospites honoratos à tanto domino, tam incontinentes coram eo fuisse, vt inebriarẽtur. AVCTOR CATENAE. Biberuntque, & inebriati sunt cum eo. Alacriter conuiuium peregerunt pariter, nihil minus cogitantes, quàm quæ timuerant anxiè, & statim passuri erant. Gaudebant se tanto exceptos conuiuio, quos fuerat nimium austerè aggressus antea.

AMBROSIVS. Sed & lauit mysticè faciem suam Ioseph, vbi Paulo lumen reparatur amissum. Lauit fa- Mysticè.
ciem suam Christus, vbi baptizatus est Saulus, per quem à pluribus videretur. Ideo in conuiuio pars eius quincupliciter maior effecta est, quod haberet superioribus anteferri, non solum mentis prudentia, sed etiam militia corporis, & gratia castitatis. GRAECVS. Maiorque pars venit Beniamin. Hoc dictum est aut propter ciuitatem Hierusalem, aut tanquam Pauli apostoli figura, qui plus omnibus laborauit. PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Munera dedit Ioseph fratribus suis, & noster Ioseph Christus dedit dona hominibus, cum sanctum spiritum dedit apostolis suis. Beniamin autem minori fratri ampliora Ioseph dedit, quàm fratribus munera. Hoc prædicat & Beniamin Paulus noster, plus (inquiens) omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum. AMBROSIVS. Biberunt autem & inebriati 1. Cor. 15.
sunt pariter cum eo. A principio fidei maior Paulo prærogatiua defertur de quo dictum est ad Ananiam, Vade quoniam vas electionis est mihi, ad sufferendum nomen meum coram gentibus. A principio inebriatur ebrietate, sed sobria, vt & ipse cum sanctis diceret, Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. AVCTOR CATENAE. Sed & admiratio omnium de quincuplici parte Beniamin, id nobis indicat, quod in principio conuersionis de Paulo scribitur, nempe hoc, stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis conualescebat & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. RVPERTVS. Vel aliter. Hoc conuiuium vt de illo quoque & nos aliquid secundum mysterium loquamur, recte cum Beniamin, id est, filio dextræ celebratum est, sic enim in fine mundi cum plenitudo Aegyptiorum, id est, gentium subintrauerit, fratres Iesu Christi, scilicet Iudæi, filio dextræ, id est, apostolicæ fidei, in conuiuio corporis & sanguinis eiusdem Christi fratris sui, fœderabuntur, & tunc reuera cum opulento fratre suo bibentes inebriabuntur. Hoc tantum interest, quod hic antequam cognoscerent fratrem suum, dicentem, Ego sum Ioseph, conuiuium factum est, illic autem prius oportebit Christum agnosci, & tunc demum eos prædicto eius conuiuio participari. Igitur Ioseph post carcerem primogenitus, in hoc etiam Christo assimilatur qui est primogenitus ex mortuis, & primogenitus in multis fratribus, & secundum renouationem orbis principium creaturæ dei, nouæ nanque creaturæ oportet subaudiri. Quod & euangelista Lucas considerans, cum de virgine Maria quæ nullum deinceps erat paritura, dixisset, Et peperit filium suum, statim adiecit Luc. 2.
primogenitum, quanquam & secundum diuinam generationem recte primogenitus debeat dici. Prius enim quàm aliquid crearet pater, illum genuit. Aegyptij autem & Hebræi quibus illicitum erat & prophanum pariter conuiuari, & tamen eadem domo, eodemque epulantur conuiuio, licet seorsum hi, & seorsum illi, Ioseph auctore vel principe conuiuij, duo parietes sunt, scilicet gentes & Iudæi, quos hactenus discordes, Christus in semetipso coniungit, & ad vnius fidei concordiam quandoque perducit.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVM QVARTVM ARGVMENTVM.

Ioseph absconso & deprehenso scypho in sacco Beniamin, arguit fratres furti. Iudas excusans, se facit obsidem pro Beniamin.

CAPVT XLIIII.

PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens, Imple saccos eorum frumento, Lectio pri.
quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Factumque est ita. Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant, & processerant paululum. Tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait, Surge (inquit) & persequere uiros, & apprehensis dicito, Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet. Pessimam rem fecistis.

CHRYSOSTOMVS. Vide iterum qualem artem excogitet, vt diligentissime mentem fratrum explo- i.
ret, quam erga fratrem suum Beniamin habeant. *Præcepit (inquit) Ioseph dispensatori domus suæ, dicens, Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci, scyphum autem meum argentum, & pretium*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera. Et pone argentum vniuscuiusque in ore sacculi, & condy meum argenetum mitte in sacculum iunioris. Pro sacculo, peronem vel follem in Hebræo habet. Pro condy, id est, poculo, quod etiam in Esaia legimus, Aquila Scyphum, Symmachus phialam transtulerunt. AVCTOR CATENAE. Tria per ordinem imperat Ioseph magistro domus, vt saccos fratrum impleat tritico, deinde vt pecunias singulorum ponat in summitate sacci vniuscuiusque, demum vt in sacco Beniamin vltra pretium, scyphum suum ponat argenteum. Adhuc ergo exercere pergit Ioseph fratres, & tentare si vere pœniteant de peccato in se commisso, & quo affectu ferantur in fratrem suum Beniamin & patrem. Subornat causam odij in fratrem, illudque exulcerat ob furtum, si quod esset in eorum pectoribus contra fratrem, propter quod ipsi periclitarentur quàm maxime, & inueterati odij signa erumperent acerbius, & patris dolori non tantopere præcauerent ex causa fratris, quem in manifesto facinore deprehensum sinerent quasi iuste periclitari. Quanto suos deus magis diligit, tanto magis tentat. Fidelibus post gaudia instant aduersa, & vini potatio vlciscitur amaritudine cordis. *Factumque est ita. Et orto mane, dimiſi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant, & proceſſerant paululum. Tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, Surge (inquit) perſequere uiros, & apprehenſis dicito, Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet. Peſſimam rem feciſtis.* CHRYSOSTOMVS. Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis poculum argenteum? Quare benefactori mala rependitis? Quare malitiam vestram eousque extenditis, vt ad eum quoque pertingeret, qui erga vos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti estis viri erga vos beneuolentiam? Quæ tanta malitia? quæ insania? Nescitis quod hoc sit vas, in quo auguratur mala quæ perfecistis? Malum est hoc opus vestrum, pernicioſum propoſitum, incondonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendens malitiam. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. De hoc augurio quod mandauit Ioseph per hominem suum fratribus dicendo, quæri solet, quid sibi velit. An quia non serio sed ioco dictum est, vt exitus docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia. Sed magis mouet, quid sibi velit ista actio Ioseph, qua fratres suos donec eis aperiret quis esset, totiens ludificauit, & tanta expectatione suspendit, quod licet tanto sit suauius cum legitur, quanto illis fit inopinatius cum quibus agitur, tamen sapientiæ illius grauitate, nisi magnum aliquid isto quasi ludo significaretur, nec ab illo fieret, nec ea scriptura contineret, in qua est tanta sanctitatis auctoritas, & prophetandorum tanta intentio futurorum, quam modo exequi exponendo non suscepimus, sed admonere tantum volumus quid hic oporteat inquiri. Non autem negligenter considerandum puto tantam miseriam in hac perturbatione fratrum suorum quos Ioseph quandiu voluit tenuit, & quanta voluit mora protraxit, non eos vtique faciens calamitosos, quando tantæ etiam ipsorum futuræ lætitiæ exitum cogitabat, & totum hoc quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur, tanquam non essent condignæ passiones eorum in toto illo tempore quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à se perditum esse arbitrabatur. GRAECVS. In quo augurari solet dominus meus. Non in poculo Ioseph vaticinabatur, sed ait, si poculum illud perdiderit, haud in bonum omen occipiet. CAIETANVS. Et apprehensis dicito, & cætera. Hinc apparet, quod comitatus armatorum multitudine, iuit iste magister domus Ioseph. Et in quo augurari solet. Duæ surgunt hinc quæstiones. Altera circa calumniam, quo pacto excusatur Ioseph à mortali peccato, imponendo crimen furti fratri. Altera circa fictum augurium, quo pacto excusatur Ioseph à mendacio pernicioso in seipsum, simulando se esse diuinatorem in vase argenteo, est enim hæc species diuinandi inexcusabilis. Solutio primæ quæstionis est, quod nulla fuit hic calumnia formaliter, hoc est, ex intentione calumniandi, vt clarè patet ex eo quod in fratris dilectissimi sacco poculum argenteum iussit poni. Intendebat enim Ioseph explorare an fratres sui paruifacerent seruitutem Beniamin. Calumnia autem materialiter duntaxat interuenit, quæ quia cognoscebatur quod in malum nullum Beniamin redundaret, vt pote infra breuissimum temporis spacium, imò fere statim veritate patefacta in lucem prodiens, à peccato contra bonum proximi manifestè excusatur, quanuis officiosum mendacium interueneri:. Secundæ autem quæstionis solutio est quod huiusmodi diuinationes tunc temporis infames non erant, sed honorabiles, & propterea non est aduersus famam propriam locutus Ioseph. Et quidem quod ipse esset diuinator, testatur interpretatio somniorum, vnde profitendo se diuinare, verum dicebat. De modo autem diuinandi, videlicet in poculo illo argenteo, an secundum veritatem excusabilis sit, nescio. Crediderim tamen excusabilem fuisse quemadmodum figuras astronomicas, nefas enim est intelligere, quod aliquod inexcusabile ex suo genere peccatum mortale, sibi ipsi imponeret Ioseph. Pessimam rem feciſtis. Iuxta Hebræum habetur, Male feciſtis, quod feciſtis. AVCTOR CATENAE. Iamque vrbem exierant, & processerant paululum. Idem est in Hebræo sub aliis verbis לֹא הֶחֱחִקוּ lo hirhiku, Non longe aberant, vel non elongati sunt, sic & Chaldaica, & Septuaginta. Quod verò sequitur, Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, non tot habentur verba in Hebræo codice, sed הֲלוֹא זֶה אֲשֶׁר יִשְׁתֶּה אֲדֹנִי בּוֹ Halo ze aſer iſte adoni bo, Nonne hic in quo bibit dominus meus? Chaldaica autem sicut & Latinus interpres declarans, addit calix, inquiens & ipsa, Nonne hic calix erat quo bibebat dominus meus? Antè quæ verba Septuaginta soli habent, ἵνατί ἐκλέψατέ μου τὸ κόνδυ τὸ ἀργυροῦν, Quare furati estis meum scyphum argenteum? A quibus forte interpres ipse hausit verba, Scyphus quem furati estis. Sed & quod sequitur, Et in quo augurari solet, Hebraicè legitur וְהוּא נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ vehu nahes ienahes bo, Et ipse augurio vel augurando auguratur in eo, Sic & Septuaginta. Quod ita intellexere nonnulli, Per hunc Scyphum dominus meus vos tentauit, vt sciret vtrum fures esletis vel ne. Vnde alij, Et ipse tentando tentat in eo, verterunt. Chaldaica autem aliud habet hoc in loco, Et ipse quærens quæsiuit eum, quasi dicat, magna solicitudine perquisiuit dominus scyphum ipsum, postquam fuit ablatus. Demum quod Latina æditio habet, Peſſimam rem feciſtis, Hebraicè legitur הֲרֵעֹתֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם Haréothem aſer asiſthem, Male feciſtis, quod feciſtis. Septuaginta πονηρὰ συνεπλέξασθε ἃ πεποιήκατε, Mala perfeciſtis, quæ feciſtis. Chaldaica, Malam rem feciſtis. Sed idem est cum Latina æditione. Quod si quis mentiendi exemplum hinc colligere

A ligere voluerit, fidei quoque & bonorum operum, beneficentiæ & indulgentiæ exempla non negligat.

PROSPER DE PROMISSIONIBVS ET PRAEDICTIONIBVS DEI. Mysticè autem, rursum iubet Ioseph saccos fratrum impleri frumentis & reddi pretia. Hoc & fratres nostri Ioseph clamant, accepisse gratiam pro gratia. Poculum suum Ioseph in sacco Beniamin clam iussit immitti, quod requisitum, cum fratres perturbaret suos, inuentum est in sacco Beniamin. Calix passionis Christi datus occulte per gratiã in corpore Pauli cognoscitur, quem prædicans, cum omnem synagogam perturbaret in dictis, inuentum etiam in sacco suo ipse fatetur, cum dicit, Ego enim stigmata domini Iesu Christi in corpore meo porto. *Myſticè.* *Gala. 6.*

B *Fecit ille ut iusserat, & apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderunt, Quare sic loquitur dominus noster, ut serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan, Et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum uel argentum? Apud quencunque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri. Qui dixit eis, Fiat iuxta uestram sententiam, apud quencunque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, uos autem eritis innoxij. Itaque festinato deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli. Quos scrutatus, incipiens à maiore usque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin. At illi sciſſis uestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum. Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (Necdum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.* 2

Fecit ille ut iusſerat, & apprehenſis per ordinem locutus eſt. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta alia exemplaria legitur, Inueniens autem eos dixit secundum verba hæc, potuit dicere, dixit eis verba hæc. An forte non locutionis genus est, sed interest etiam sapientiæ? Aliud est enim ipsa verba dicere, aliud secundum ipsa, vt quæcunque alia dicta fuerint, eadem sententia teneatur, quæ in illis verbis comprehensa est, hoc est, secũdum ipsa, etiam si non ipsa. Sed quia sequitur, illis respondentibus, Vt quid loquitur dominus secundum verba hæc? quæ vti que dicere debuerunt vsitato more, vt quid loquitur dominus verba hæc? constat esse locutionem. AVCTOR CATENAE. Obsequitur igitur domino suo in omnibus seruus, conscius probitatis illius, fortassisque totius tragœdiæ. *Qui reſponderunt, Quare ſic loquitur dominus noſter, ut ſerui tui tantum flagitij commiſerint?* CHRYSOSTOMVS. Quare (inquiunt) obiicis nobis hoc crimen, à quo omnino sumus immunes? Absit vt serui tui verbum hoc faciant, vt tale quid vnquam attentemus. AVGVSTINVS. Iuxta Septuaginta, Absit à pueris tuis facere secundum verbum hoc. Potuerunt dicere, absit à nobis, sed illa honorificentia est vsitata scripturis, sic dicere tãquam de aliis. Pueris autem, pro seruis dictum est. AVCTOR CATENAE. Vera Hebraica litera huiusmodi est hoc in loco חָלִילָה לַעֲבָדֶיךָ מֵעֲשׂוֹת כַּדָּבָר הַזֶּה halila laabadécha méasoth cadabar haze, Absit à seruis tuis vt faciant iuxta verbũ hoc. Chaldaica, Absit à seruis tuis facere hanc rem, sed idem sensus est cum litera nostra. Antè verba ei qui furti arguebat innocentes, sed consci innocentia, confidenter responderunt, primo simpliciter negantes, secundo persuadere innocentiam tentantes. *Pecuniam quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan. Et quomodo conſequens eſt ut furati ſimus de domo domini tui aurum uel argentum?* Tantum abest vt domi num tuum fraudare voluerimus, vt de remotiore nostra patria errorem commissum in pecunia, te teste, emendare studuerimus, sufficit nobis nostra pecunia, alienas diuitias non ambimus, cibum pro pecunia quærimus, quem sterili in nostra terra consequi non datur. Locus est à maiori. CHRYSOSTOMVS. Nam qui pecuniam duplicem attulimus, quo pacto furaremur argentum vel aurum? Quod si hoc putas, *Apud quemcunque fuerit inuẽtum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur.* Vt qui tale fecerit opus. *Et nos erimus ſerui domini noſtri.* Conscientiæ bonæ fiducia faciebat eos tam fideliter loqui. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Etiam hic παῖδες Græci habent, hoc est, pueri, quod tam assidue scriptura pro seruis ponit, vt difficile inueniatur non isto nomine appellare seruos. CAIETANVS. Innocentes offerunt facile seipsos ad maiores pœnas, si fontes inueniantur. AVCTOR CATENAE. Tota ergo fiducia recusant furtum, non dubitantes mortem, ac seruitutem morte grauiorem interponere, nihil minus cogitando, quàm secum inueniri posse quod non acceperant. *Qui dixit eis, ſiat iuxta ueſtram ſententiam, Apud quencunque fuerit inuentum, ipſe ſit ſeruus meus, uos autem eritis innoxij.* CAIETANVS. Instructus seruus à Ioseph, sententiam offerentium in parte approbat, videlicet quoad seruitutem furis. AVCTOR CATENAE. Figuram sermonis obscurat, quasi veritus mentiri contra innocentes, quasi dicat, Possem durius vobiscum agere iuxta verba vestra, sed remitto de sententia vestra, illumque solum seruitutis pœna inuoluam, quem ex vobis deprehendero sustulisse scyphum. *Itaque feſtinato deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli. Quos ſcrutatus, incipiens à maiore uſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin.* AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Incipiens à maiore vsque ad minimum. Per ordinem singulorum prius inspiciuntur sacculi. Docet te moralitatem scriptura diuina. Per ordinem & antè discubuerunt in conuiuio, contra eum primitiuus secundum ætatem. Vides quod seniori locus ille sit deferendus per ordinem? AVCTOR CATENAE. Nihil cunctantur, sed nec vlciscuntur calumniam, facti euidentia sese innoxios comprobare confidebant, disquisitionem singuli admittunt prompte, donec deuentum est ad innocentissimum omnium, sic solet imposturis degrauari, non alij quàm piissimi, longeque frequẽtius exponi maleuolorum dolis, quàm impij ac nebulones. Nulla tuta est innocentia, si res mendaciis & imposturis agi cœperit. CHRYSOSTOMVS. Inuenit ergo scyphum in sacco Beniamin. Hoc confudit eorum mentem, inquit enim, *At illi ſciſſis ueſtibus, oneratiſque rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum.* AVCTOR CATENAE. Hebræorum fuit mos, vt grauiter dolentes, vestimenta scinderent. Iam tunc apparuit emendatos fratres, & synceriore animo erga Beniamin esse, quàm fuerãt olim ad Ioseph, non irruunt in Beniamin, non credũt furatum eum, se potius accusant, dei super se iudicium perti- *Vbi ſupra.*

C D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

timescunt, iustè se talia pati confitentur, non excusant. Gratiam inquirunt cum iustitia, negocium patris agunt fideliter, pro eo tantum soliciti, non pro se veluti boni filij, id quod planè quàm maximè Ioseph placere potuit. Sic cum innocentes patimur, pristinorum peccatorum reminiscamur, & longe grauiora mala mereri, nos arbitremur ac plura, quàm vt sustinere condignam pœnam peccatis omnibus valeamus. *Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (Necdum enim de loco abierat) omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.* CHRYSOSTOMVS. G

Vides quotiens adorationem faciunt. AVCTOR CATENAE. Primusque Iudas cum fratribus. Abundat primus, Est enim in Hebræo וַיְבֹא יְהוּדָה וְאֶחָיו Vaiabo Iehuda veehaf, Et ingressus est Iudas & fratres eius. Sic etiam est apud omnes. Parui etiam refert quod apud nos est, Necdũ enim de loco abierat in Hebræo esse וְהוּא עוֹדֶנּוּ שָׁם vehu odènnu sam, Et ipse adhuc ibi, scilicet erat. Idem enim est, cum necdũ de loco abierat. Primus igitur nominatur Iudas cum esset quartus natu, habebat iam nepotes, spoponderat patri pro Beniamin, sapiẽtior erat, & ad loquendum paratior. Nondum loco abierat Ioseph, non dubitans cito tractandum negocium, quod seruo commiserat, reditum illorum operiebatur, & complendum somnium suum de adoratione omnium fratrum super terrã, H verbum enim domini sine impedimento profecit, omnibus completur modis.

Mystice. Vbi supra. AMBROSIVS. Et scyphus argẽteus soli sacco Beniamin inseritur. Nesciebat hoc ille. Fallebatur Paulus, sed vocabatur. Mittitur post eum mane. Nox enim præcesserat cæcitatis, dies fidei appropinquabat. Requiruntur autem sacculi singulorum, vt scias electum esse cœlesti iudicio. Discussit cæteros, hunc prætulit. In nullius alterius sacco scyphus argenteus inuentus est, nisi istius. Quid sibi vult, quod insertus est sacculo Ioseph scyphum misit, vt fratrem quem diligebat, pia fraude reuocaret. Sed refulgent mysteria diuina. Hoc inuenit in nobis Christus argẽtum, quod ipse donauerat. Habemus naturæ argentum, habemus & gratiæ. Natura est opus creatoris, gratia munus est redemptoris. Et si non possumus videre dona Christi, ille tamen donat & operatur occulte, & donat omnibus, sed seruare paucorum est, & non amittere. Non omnibus tamẽ donat omnia. Triticum multis datur, scyphus

Psal.115. vni, qui prophetico & sacerdotali donatur munere. Non enim omnes, sed propheta dicit, Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. In corpore igitur Pauli iam doctrinæ cœlestis eloquium refulgebat, cum esset I eruditus in lege. Sed quia adhuc iustitiæ dei subiectus non erat, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modium. Missus tamen Ananias qui benedictionem daret, manum imponeret, saccum solueret, sacco soluto reluxit argentum, & decidentibus squamis velut quibusdam sacci vinculis, statim vidit, Vinculum eius perfidia erat, absolutio eius fides facta est. Et ideo tanquam soluto sacco, hoc est, depositio legis velamine quod po

2.Cor.3. situm est supra cor Iudæorum, conuersus ad dominum, liber à nexu, adeptus gratiam libertatis, ait, Nos itaque reuelata facie gloriam dei speculantes, ad eandem imaginem reformamur. Soluto enim calciamento legis, nudo vestigio liberi sermonis euangelium prædicabat. Tenebant enim eum Iudæi, & impedire cupiebant, sed vbi in eius sacco argentum resplenduit, sciderunt vestimenta sua, & reuersi sunt retro. Libera ergo pro Christo paupere prædicatio, nudauit populum Iudæorum, & omnem eorum rescidit gratiam. Ideoque retro regressi sunt, qui ante se videre non poterant. Retro redeunt, qui Christum amittunt. Denique & in euangelio cum corriperent ad mor

Ioan.18. tem dominum Iesum, redeuntes retro ceciderunt in terram. Merito retro reuertebantur, qui in terrenam labem ab illa cœlesti gratia decidebant. K

3 *QVibus ille ait, cur sic agere voluistis? An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? cui Iudas. Quid respondebimus (inquit) domino meo, uel quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum. En omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus. Respondit Ioseph, Absit à me ut sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, uos autem abite liberi ad patrem uestrum. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, Oro domine audi me, Loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post Pharaonem dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem aut fratrem? & nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater se-* L *nex, & puer paruulus qui in senectute illius natus est, cuius uterinus frater est mortuus, & ipsum solum habet mater sua, pater uero tenerè diligit eum. Dixistique seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum, si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, Nisi uenerit frater uester minimus uobiscum, non uidebitis amplius faciem meam.*

3 *QVibus ille ait, cur sic agere voluistis? An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia?* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Non vacare arbitror quod secũdum aliam literam, non ait, auguror ego, sed auguratur homo qualis ego. Quod si locutionis genus est, in scripturæ corpore simile aliquid re periendũ est. THEODORVS. Hæc dicebat, non quod vaticinio atq; augurijs vteretur, sed quæ ad rem pro- M positam facerent, loqueretur. GRAECVS. An non nostis quod diuinãdo diuinatvir qui similis mei est? Hoc est, an ignoratis quod viri excellentes ac principes qualis ego sum, ex huiusmodi rerum amissione omina atq; auguria captare solent. INTERLINEARIS. Totiens autem fratribus obiecta accusatio, fraternæ venditionis expiatio est. Verba autẽ pro verberibus irrogat, ne remaneat impunitum fraternum scelus. RVPERTVS. Et augurari quidem gentilium est, & ex lege dei illicitum, attamen rem diuinam, id est, futurorum intelligẽtiam, qua gratia somniorum quoq; fidus erat interpres, verbo augurandi, rectè illum significasse non dubium est.

Quæst.95. art.7. THOMAS SECVNDA SECVNDAE. Quod Ioseph dicit non esse ei similem in scientia augurãdi, ioco dixit, non serio, referens forte hoc ad illud quod vulgus de eo opinabatur, & sic etiam dispensator eius locutus est. Vt autem sciatur materia hæc, Nota quod motus vel garritus auium, vel quæcunque dispositiones huiusmodi in rebus consideratæ, manifestum est, quod non sunt causa futurorum euentuum, vt ex eis aliqua futura cognoscantur, nec

A tur, nec cognosci possunt sicut ex causis. Relinquitur ergo, quod si ex eis aliqua futura cognoscantur, hoc erit in quantum sunt effectus aliquarum causarum quæ etiam sunt causantes, vel præcognoscentes futuros euentus. Causa autem operationum brutorum animalium, est instinctus quidam quo mouentur in motum naturæ, non enim habent dominium sui actus. Hic autem instinctus potest ex duplici causa procedere. Vnoquidem modo ex causa corporali. Cum enim bruta animalia non habeant nisi animam sensitiuam, cuius omnes potentiæ sunt actus corporalium organorum, subiacet eorum anima dispositioni continentium corporum, & primordialiter cœlestium, & ideo nihil prohibet aliquas earum operationes esse futurorum signa, inquantum conformantur dispositionibus corporum cœlestium & aëris continentis, ex qua proueniunt aliqui futuri euentus. In hoc tamen duo considerari oportet. Primum quidem, vt operationes huiusmodi non extendantur, nisi ad præcognoscenda futura, quę causantur per motus cœlestium corporum, vt supra dictum est. Secundo vt non extendantur nisi ad ea, quæ aliqualiter possunt ad huiusmodi animalia pertinere, consequuntur enim per cœlestia corpora cognitionem quan-

B dam naturalem & instinctum ad ea, quæ eorum vitæ sunt necessaria, sicut sunt immutationes quæ fiunt per pluuias, & ventos, & alia huiusmodi. Alio modo instinctus huiusmodi causantur ex causa spirituali, scilicet vel ex deo, vt patet in columba super Christum descendente, & in Coruo qui pauit Heliam, & in cete quod euomuit, & eiecit Ionam. Vel etiam ex Dæmonibus, qui vtũtur huiusmodi operationibus brutorum animalium ad implicãdos animos hominum vanis opinionibus. Et eadem ratio videtur esse de omnibus aliis huiusmodi præter quam de ominibus, quia verba humana quæ accipiuntur pro omine, non subduntur dispositioni stellarum, disponuntur tamen secundum diuinam prouidentiam & quandoque secundum dæmonum operationem. Sic ergo dicẽdum quod omnis huiusmodi diuinatio si extendatur vltra illud, ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ, vel diuinæ prouidentiæ, est superstitiosa & illicita, vnde dicitur Deute.18. Non inueniatur in te, qui obseruet augurium, secus si non extendatur vltra id, ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ suæ, nam consideC rare earum voces, & motus ad præcognoscenda illa, quæ ad eas pertinent, non est illicitum, puta si quis ex hoc quod cornicula frequenter crocitat, prædicat pluuiam cito esse futuram, & ita intelligitur Hieremiæ.8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Idem dicendum si non extendatur vltra illud, ad quod potest pertingere secundum ordinem diuinæ prouidentiæ, nam & Gedeon obseruauit recitationem & expositionem somnij, accipiens eam pro omine, quasi ordinatam ad suam instructionem à diuina prouidentia, vt habetur Iudic.7. Et similiter Eliezer seruus Abrahæ attendit verba puellæ oratione præmissa ad deum, vt legitur Gene.24. CAIETANVS. An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? Iuxta Hebræum habetur, An non nostis quod diuinando diuinat vir qui sicut ego? Non sunt verba præferentis se aliis, sed dicentis communem esse diuinationem sibi similibus. Modeste loquitur, quod principibus qualis est ipse, non deest diuinatio. Nec explicat an per se an per alios diuinent. Et quia diuinare nullum peccatum est, potest enim ex dono dei, & quandoque beneficio naturæ, sanctè fieri, ideo nihil illiciti

D de se profert Ioseph. AVCTOR CATENAE. Cur sic agere voluistis? Eadem est in Hebræo sententia sub verbis tamen aliis מָה הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם Ma hamaase haze aser asithem, Quod opus hoc quod fecistis? Chaldaica, Quid est hoc quod fecistis? Septuaginta, τί τὸ ῥῆγμα τοῦτο ἐποιήσατε, Quid rem hanc fecistis? Quod etiam sequitur, An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? Paulo diuersius ab Hebraico est הֲלוֹא יְדַעְתֶּם כִּי נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ אִישׁ אֲשֶׁר כָּמוֹנִי Halo iedaetem chi nahes ienahes is aser camóni, Nonne scitis quod augurio auguratur, seu diuinando diuinabit vir, qui sicut ego, vel similis mei? Septuaginta, ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι οἰωνισμῷ οἰωνιεῖται ὁ ἄνθρωπος, ὅμοιός μοι; Non scitis, quod augurio augurabitur homo qualis ego? Quasi dicat, Cogitandum vobis erat me à Pharaone ob secretorum cognitionem celebratum nomine & officio, etiam tam prauæ rei conscium futurum, ideoque à tanto flagitio designando vobis prospiciendum fuerat, quod facile discere posset & scire, quisquis mihi fuerit similis. Chaldaica, Nesciebatis quod inuestigans inue-

E stigaret vir sicut ego? Quibus verbis alter innuitur sensus, quasi diceret, abstinere debebatis ab hoc, cogitantes saltem, quod maxima vterer diligentia, sicut faciunt similes mei in perquirendis sibi furto ablatis.

Cui Iudas. Quid respondebimus (inquit) domino meo? uel quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere? Pro eo quod est, Aut iuste poterimus obtendere, Hebraicè est וּמָה נִּצְטַדָּק Vma niztaddak, Aut quo iustificabimur? Sic & Chaldaica & Septuaginta. Allegare quidem (inquit) innocentiam qua nobis conscij sumus, non audemus publice deprehensi, rectos nos probare non possumus, nec coram te iustificari, sic vndique concluſi. *Deus inuenit iniquitatem seruorum suorum.* CHRYSOSTOMVS. Iterum recordantur eorum quæ olim contra eum fecerunt. AVCTOR CATENAE. Iusto dei iudicio (ait) Propter aliqua occulta nostra delicta, quorum satisfactionem distulit vsque nunc, contingit nobis hæc vexatio. Interim vides quomodo non murmurat Iudas contra deum, non tuetur innocentiam, non impostura queritur subesse potuisse, Dei manum ferre consentit, peccatorum suorum meminit, vltionis iustitiam agnoscit. *En omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud*

F *quem inuentus est scyphus.* CHRYSOSTOMVS. AVCTOR CATENAE. Commiserationem extorquecum fratre in seruitutem subiiciunt. re aggreditur Iudas in causa desperata, culpam suscipiendo, & dignam pœnam. In qua quidem de se & fratribus exigenda seuerior est, quàm Ioseph, seipsum & fratres seruituti subdendo propter vnius accusationem. *Respondit Ioseph, Absit à me ut sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, uos autem abite liberi ad patrem uestrum.* CHRYSOSTOMVS. Vide quod timebat pater, hoc eis contigit, & in tam magnam deuenerunt turbationem, vt quid facerent nescirent. AVCTOR CATENAE. Qui furatus est scyphum. Pro hoc est in Hebræo הָאִישׁ אֲשֶׁר נִמְצָא הַגָּבִיעַ בְּיָדוֹ Hais aser nimza hagabiaa biiado, Vir in cuius manu inuentus est scyphus, Sic est in Chaldaica, sic & apud Septuaginta. In pœna exigenda apparet Ioseph remissior, vult suum quemque ferre peccatum, nec tantum accipit, quantum illi promiserant, sciebat enim eos nihil tale cogitasse, animum non verba pensat. Experiri autem eos voluit quo adhuc affectu in fratrem & patrem ferrentur, si possent illum periculo exponere, & relinquere in exilio, an emendatiores facti fuis-

 sent, dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent, dei super se iudicium sentientes, & si patrem grauare alterius quoque filij amissione æquanimiter ferre possent. *Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, Oro domine audi me, loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post Pharaonem dominus meus.* CHRYSOSTOMVS. Quia Iudas erat ille, qui & à patre eum acceperat, & dixerat, Nisi reduxero eum ad te, ero tibi obnoxius omnibus diebus. Idcirco & propior factus, diligenter narrat ei omnia, vt in commiserationem eo adducto, liberari faceret puerum. Appropinquauit autem (inquit) ei Iudas, & dixit, Oro domine, loquatur seruus tuus. Attende quomodo per omnia vt domino seruus loquitur, & in memoria habe somnia manipulorum, propter quæ maiorem erga eum inuidiam acuerat, & obstupesce omnipotentem dei sapientiam, quomodo tantis obstaculis in medio positis, omnia opere sunt impleta. CAIETANVS. Tu es enim post Pharaonem dominus meus. Iuxta Hebræum, Quia sicut tu, sicut Pharao. Ad captandam beneuolentiam æquat Ioseph Pharaoni, citra tamen adulationem, quia in negociis his eadem erat actio Ioseph & Pharaonis. Hunc loquendi modum ad significandam æqualitatem, habes in psalmo illo, Domine probasti me. AVCTOR CATE. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, Oro domine audi me, superfluunt dictiones, Confidenter, & audi me, est enim in Hebræo sicut in Chaldaica, Et accessit ad eum Iudas, & ait, obsecro domine mi vt loquatur, & cætera. In eo etiam quod sequitur, Tu es enim post Pharaonem dominus meus, sequutus est interpres Septuaginta, ὅτι σὺ εἶ, μετὰ φαραὼ κύριε, Quoniã tu es post Pharaonem domine. At Hebraicum aliquid maius habet כִּי כָמֹוךָ כְּפַרְעֹה Chi chamócha cepharo. Quia ita tu, sicut Pharao, Vel sicut tu, sic Pharao. Oratio igitur Iudæ supra modum elegans & artificiosa, non quidem arte, sed affectu & veritate ornata, & valida ad persuadendum. Cuius exordium situm in captatione beneuolentiæ, quum Ioseph interrupisset suis verbis, pergit tamen Iudas propius accedendo, vt familiarius alloquatur, liberiusque. Amabat vehementius patrem suum, obstrinxerat se pro Beniamin, fuerat prius causa venditionis Ioseph, quum eum Ruben eripere decreuisset, ideo nunc solicitius instat, & partes porrigit consultandi in malis, idque prudentissime. Amanter dominum appellat, orat vt audiat patienter, tantisperque ferat loquentem, donec causam omnium fratrum ex ordine recitandam cognoscat. Pharaoni comparat, benignitatis causa & clementiæ. Necessitas & fides accommodant artes loquendi, cum conscientia innocentiæ, & causæ probitate. *Interrogasti prius seruos tuos, Habetis patrẽ aut fratrem? & nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater senex, & puer parulus qui in senectute illius natus est, Cuius uterinus frater est mortuus, & ipsum solum habet mater sua, pater uero tenere diligit eum.* CHRYSOSTOMVS. Cuius vterinus frater est mortuus. Cogita hic quomodo se habuerit Ioseph hæc audiens. Quare autem & hic mentitur, sic dicens, Frater eius mortuus est, quanuis eum negociatoribus vendiderant: Verum quia sic patri persuaserunt quasi occisus esset, & à bestiis deuoratus. Aliter etiam. Quia non putauerunt eum potuisse ferre barbarorum seruitutem, & iam mortuum esse, & idcirco dicit, Frater eius mortuus est. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Multa in narratione Iudæ aliter dicta sunt quàm cum illis egerat Ioseph, quanuis apud eum loqueretur, vt omnino de illa insinuatione quod exploratores essent, nihil diceretur. Quod vtrum consulto tacitum sit, an & id fecerit perturbationis obliuio, non apparet. Nam & illud quod dixerunt se ab ipso Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autem illa interroganti respondisse, mirum si vel ad sententiam potest ista peruenire narratio, vt eam constet esse veracem, quanquam & si aliqua falsa in ea sint falli potius per obliuionem potuit, quàm auderet mentiri, apud eum præsertim, cui non sicut nescienti, sed etiã illa quæ nouerat eum scire, ad flectendam eius misericordiam, narrationi suæ inserebat. INTERLINEARIS. Et ipsum solum habet mater sua, quasi dicat, hic solus est superstes de matre sua, sic enim opinabantur. CAIETANVS. Iuxta Hebræum vero habetur, Et remansit ipse solus matri suæ. Quod ideo dixerim, ne fiat vis in verbo præsentis temporis, habet. AVCTOR CATE. Interrogasti prius seruos tuos. In Hebræo est אֲדֹנִי שָׁאַל אֶת עֲבָדָיו Adoni saal eth abadaf, Dominus meus interrogauit seruos suos. Sic & Chaldaica. At Septuaginta, σὺ ἠρώτησας. Tu interrogasti, habent, à quibus sumpsit interpres. Cuius vterinus frater mortuus est, Abundat, vterinus. Et ipsum solum habet mater sua, Hebraicè וְאָחִיו הוּא לְבַדּוֹ לְאִמּוֹ vaiuather hu lebado leimmo, Et remansit seu relictus est ipse solus matri suæ. Sic & Chaldaica, & Septuaginta. Pater vero tenere diligit eum. Superfluit tenere. Quædam itaque se dixisse ad Ioseph memorat Iudas, quę non dixerat, nec indigna ea fert Ioseph, qui boni consulebat verba anxij animi, nec ad viuum omnia excutienda putauit pius & prudens. An dicendum potius, omnia quæ hic refert Iudas, prius dicta, & multa alia gesta fuisse, sed Moysen omnia non scripsisse, iuxta illud, Multa alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc? Ioan. vlti. *Dixistique seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum.* Locutio est, pro diligenter considerabo eum. *Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum, si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, Nisi uenerit frater uester minimus uobiscum, non uidebitis amplius faciem meam.* Nisi venerit frater vester, & cætera, rectius descenderit redderetur. Est enim יָרַד Iarad verbum, quod descendere significat. Et ita in omnibus æditionibus habetur. Quanquam nec hoc scripsit supra Moyses dixisse Ioseph, sed tantum exploratores estis. Verùm potest esse (vt diximus) quod & hoc dixerit, & Moyses non scripserit.

4 VM ergo ascẽdissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire non possumus, si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul, alioquin illo absente, non audemus uidere faciem uiri. At ille respondit: Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea, egressus est unus, & dixistis, Bestia deuorauit eum, & hucusque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in uia contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima dependeat, uideritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem. & spopondi, dicens, Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio

A *sterio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.*

4 AVCTOR CATENAE. Prosequitur adhuc Iudas orationem suam, inquiens. *Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.* Seruat tam verecundiam quàm decorũ, alloquendo dominũ terræ nec audacter nec rustice, sed cum ordine & disciplina, vt decet prudentes & bonos viros, non nimium blandiendo & adulando, nec rusticiter inuehendo, sic enim vere pius nouit, quid cuiq;, & quantum debeat honoris, pro loci, temporis, personarum, & negocij qualitate. *Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul, alioquin illo absente, non audemus uidere faciem uiri.* Chaldaica, Hebræa, & Græca litera sic habent hoc in loco, Dixitque pater noster, Reuertimini, emite nobis modicum frumenti. Et diximus, Non possumus descendere, si ierit, vel fuerit frater
B noster minimus nobiscum, descendemus, quoniam non possumus videre faciem viri, si frater noster minimus, non ierit vel non fuerit nobiscum. Sed idem est cum Latina æditione. Causam igitur vult breuiter agere, quia animo, & ne grauet auditorem, ideo non omnia gesta recitat. Faciem autem viri, quod dicit, ad honorem pertinet & maiestatem Ioseph, quod minimum fratrem nominat, ad commiserationem. *At ille respondit, Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea.* CAIETANVS. Rachelem Antonomasice appellat Iacob vxorem suam, non solum quia magis dilecta fuerat, sed etiam quia sola electa ab ipso in vxorem. Liam enim præter intentionem habuerat, & aliæ famulæ erant quoad conditionem & officium. *Egressus est unus, & dixistis, Bestia deuorauit eum, & hucusque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in uia contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.* CHRYSOSTOMVS. Considera quomodo per excusationẽ Iudæ Ioseph omnia diligenter didicerit, quæ post suam venditionem egerint domi, & qualia patri de se narrauerint. CAIETANVS. Egressus est vnus, & di
C xistis. Iuxta Hebræum habetur, Et dixi, Bestia deuorauit eum. Vere enim ipse Iacob primus dixerat quod Ioseph raptus fuerat à fera. Et quia certitudinem non habebat mortis Ioseph, ideo subiungit, Et non vidi ipsum vsq; adhuc. Quod antiquus interpres transtulit, & hucusque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit. Iuxta Hebræum est, Et capietis etiam istum de cum facie mea, & occurret ipsi mors. Vt iam dictum est, timor magnus proferre facit euentum dubium quasi certum. Et est Hebraica phrasis, de cum facie mea, hoc est, de societate mea. Et deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Iuxta Hebræum habetur, In malo ad foueã. Perseuerantia enim mali vsque ad mortem prænarratur. AVCTOR CAT. Egressus est vnus. Deficit à me. Est enim in Hebræo מֵאִתִּי Méiti, id est, à me. Et dixistis, Bestia deuorauit eum, & hucusque non comparet. Loco horum est in Hebræo וְאָמַר אַךְ טָרֹף טֹרַף וְלֹא רְאִיתִיו עַד הֵנָּה vaomar ach taroph toraph, velo reithif ad hénna, Et dixi,
D seu & dictum est, Vere rapina raptus est, vel lacerando laceratus est, Aut occisione occisus est, Et non vidi eum vsque adhuc, siue vsque ad præsens. Sic habet & Chaldaica. Significat enim toraph, lacerari & discerpi dentibus bestiarum. Septuaginta, καὶ ἔπιπαι, ὅτι θηριόβρωτος γέγονεν, καὶ οὐκ εἶδόν μου ἀκτὴν ἄχρι νῦν, Et dixistis quod à bestia deuoratus est, & non vidi eum vsque nunc. Sequitur. Si tuleritis & istum. Deficit, à facie mea. Est enim in Hebræo מִפָּנַי Meim panai, A facie mea. Et locutio est Hebraica. Quod etiam sequitur, Et aliquid ei in via contigerit, Hebraicè legitur וְקִרְאוּ אסון vekaráhu ason, Et accidet ei mors siue periculum. Chaldaica legit mors, Septuaginta, μαλακία, id est, lãguor. Demum quod sequitur, Deducetis canos meos, seu caniciem meam cum mœrore ad inferos. Pro ad inferos, Hebraicè est שְׁאֹלָה seóla. Quod aliqui ad sepulchrum, alij ad foueam verterunt. De quo satis in superioribus dictum. Et dictum est itaque, seu dixi, bestia deuorauit eum, vt mendacium cautius cælaretur, ne ipsi fratres proditionem excusare voluisse videãtur, sed pater id suapte æstimatione cogitarit. Et accidet, inquit, ei incommodum siue mors. Assertiue loquitur, sic enim verisimile futurũ arbitrabatur, vt ambobus filiis destitutus, vim doloris senex calamitosus sufferre non posset. *Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima*
E *illius ex huius anima dependeat, uideritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Ad foueam. De sepulchro enim est sermo. Veruntamen rectè dicitur cum dolore, tristitia enim significatur, & non generico nomine malum vt prius. AVCTOR CATE. Cum anima illius ex huius anima dependeat. Sic etiam apud Septuaginta est. In Hebræo verò legitur וְנַפְשׁוֹ קְשׁוּרָה בְּנַפְשׁוֹ Venaphso kesura benaphso, Et anima eius ligata est cum anima ipsius. Chaldaica autem clarius locum exprimens, ait, Et anima eius est ei dilecta quasi anima sua. Vbi de vita corporali sermo est, quæ per animam significatur. Quod autem subiungitur, Et deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Eadem dictio שְׁאֹלָה seóla, posita est in Hebræo, quæ & ad inferos, & ad foueam, hoc est, sepulchrum redditur. Boni igitur filij molestissime ferrent patrem suum sine omni consolatione in tantis angustiis claudere diem extremum, quarum ipsi fuissent occasio. RVPERTVS. Secreta ergo paternæ domus, quæ ad testimonium ipsius Ioseph multum valebant, tali narratione exposuit, vt duorum causa fratrum, quorum alter ipse, & alter erat Beniamin, saxeis etiam
F pectoribus lachrymas gemitumque eliceret, tandémque suam ita concludit orationem. *Ego proprie seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi, dicẽs, Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrẽ meum omni tempore. Manebo itaq; seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta alia exemplaria habetur, Quomodo autem ascẽdam ad patrem cum puer non sit nobiscum, vt non videam mala quæ inuenient patrem meum? Hoc est, Quomodo ascendam vt videam? Nouo itaq; loquendi more id quod dixit ac si dixisset non. Sic enim vsitatus ordo iste verborum est, Non ascẽdam ad patrem cum puer non sit nobiscum, vt non videam mala quæ inuenient patrem meum. CHRYSOSTOMVS. Has promissiones (inquit Iudas) feci patri, vt puerum possim adducere, & implere quæ tibi videbantur, monstrarèque quàm vere dixerimus, & nullum mendacium à nobis sit prolatum. Nunc igitur manebo seruus pro puero, famulus domini, puer autem ascendat cum fratribus. Quomodo enim ascendemus ad patrem, cum non sit nobiscum puer? vt ne videam mala, quæ inuenient patrem meum? Confuderunt hæc Ioseph, & satis ei demonstrarunt, quod & patrem digne co-

serent,& fratrem multum amarent. RVPERTVS. Quid hoc ordine iustitiæ pulchrius, Nempe qui hic seruitio se addicit,ipse est cuius consilio in seruum venundatus est Ioseph.Sic enim supra habemus,quia dixit Iudas fratribus suis,Ecce Ismaëlitæ transeunt,venite, venundetur. Igitur & in hac similitudine doli, laus est viri glorioſi,quia per occasionem argenti sui,consultorem venditionis in hanc necessitatem compulit,vt optaret seruus fieri,& sic argenteos quos accepit vendito fratre, & per fratrum marsupia diuisit,insectatus est, vt aliud quidem pro alio argentum conscientiis eorum excuteret, attamen tali pœna non nihil macula illa reos liberaret. AVCTOR CATENAE. Ego proprie seruus tuus sim, & cætera. Tota hæc litera sic habetur in Hebræo & Græca æditione,vt in Chaldaica,videlicet,seruus enim tuus spopondit pro puero apud patrem meum,dicens, Si non reduxero eum tibi,eroque peccati reus in patrem meum omnibus diebus. Et nunc maneat obsecro seruus tuus pro puero in seruitute domini mei,& puer ascendat cum fratribus suis. Quomodo potero ascendere ad patrem meum,puero non existente mecum? ne videam malum quod inueniet patrem meum. Sed hæc sensum non mutant.Hic ergo scopum tangit orationis suæ Iudas. Cum enim sperare non posset omnes dimittendos fratres,esset autem seruanda æquitas, sese exponit periculo pro omnibus, & addicit seruituti, tantum vt iunior frater in gratiam patris reuertatur,& habeat ex charissima Rachele superstitem vel vnum filium,nam id patri promiserat sub pignore,quod nunc exhibere aliter non posset.Non igitur consultum est sese pignus locare pro quocunque, Salomone ab hoc sæpius dehortante:quod prouidentiæ dei ordinem nec impedire valemus, nec præscire quid crastina sit paritura dies. Quomodo enim (inquit) ascendam ad patrem meum,si puer non sit mecum? ne forte videam calamitatem quæ inueniet patrem meum.Longe mihi (ait) leuior erit quæcunque captiuitas, seruitus, & omne malum, quàm videre patris miseriam tam funestam. Hac itaque oratione sufficienter declarata dexteritate fratrum, obseruantia & amore ad patrem, fideque & charitate ad fratrem, tempus erat amoliendæ tentationis, & impartiendæ consolationis: tam fraternæ charitas, & patris reuerentia, peccatorum omnium abolitionem impetrauerant.

Mysticè. RVPERTVS. Mysticè autem,Quicquid hactenus in fratres suos egit Ioseph præsentialiter quidem illis aliquantula pœna fuit,sed reuera non tanquam augur, sed tanquam dei vates pro intuitu futurorum illa præsen-
Gene.50. tia gessit. Sciebat enim quod pro culpa suæ venditionis seruituri essent Aegyptiis in tribus generationibus suis, generatione autem quarta reuersuri,vnde & moriturus dixit fratribus suis, Post mortem meam visitabit vos deus,& ascendere faciet de terra ista,ad terram quam iurauit Abraham,Isaac,& Iacob,asportatev obiscum ossa mea
Exo.11. de loco isto.Sed & illud præscire poterat,quod educendi essent cum auro & argento, sicut scriptum est, Et dices
Gene.15. filiis Israël,vt postulet vir ab amicõ,& mulier à vicina sua,vasa argentea & aurea & vestes,& cætera. Nam & Abrahæ vtrunque prædixerat deus,Generatione autem quarta reuertentur huc,& gentem cui seruituri sunt,ego iudicabo, & post hæc exibunt cum magna substantia. Bene igitur in prophetia trium generationum seruiturarum in Aegypto, & expoliationis Aegyptiæ tribus fratres diebus in custodia tenuit Ioseph, & abeuntibus argenteum scyphum suum imposuit. Item in auspitio Aegyptiorum qui fugientem Israël persecuturi erant, misit executorem post illos, qui eos quasi ad iudicium cum nimia turbatione reuocaret,& sicut tandem cantaturi erant filij Is-
Exo.15. raël,dicentes, Cantemus domino,glorioſe enim magnificatus est,Ita rectè & ipse tristitiam fratrum inopinabili gaudio terminauit,dicendo,Ego sum Ioseph. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Aliter. Nolebant fratres Ioseph moraliter redire sine fratre, Mysticè autem sine Paulo reuerti. Quo amisso, asserebant in mœrorem deducendam parentis populi senectutem. Et ideo Iudas apud Ioseph remanere cupiebat, ne videret mala quæ inuenirent patrem suum, hoc est, iam præuidebat, & cauere cupiebat mala quæ ventura erant populo Iudæorum.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMQVINTVM ARGVMENTVM.

Ioseph se fratribus agnoscendum præbet, mittitque pro patre.

CAPVT XLV.

Lectio pri. *NOn se poterat ultra cohibere Ioseph multis coram astantibus, unde præcepit ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque uocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis, & dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph, adhuc pater meus uiuit? Non poterant respondere fratres, nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, Accedite (inquit) ad me. Et cum accessissent prope, Ego sum (ait) Ioseph frater uester, quem uendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neque uobis durum esse uideatur quod uendidistis me in his regionibus, Pro salute enim uestra misit me deus ante uos in Aegyptum. Biennium est enim quod cœpit fames in terra esse, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti. Præmisitque me deus ut reseruemini super terram, & escas ad uiuendum habere possitis. Non uestro consilio, sed dei uoluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum uniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Aegypti.*

I Homilia 15. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. In collo ecclesiæ, id est, in sacri eloquij prædicatione, quæ pro

A quæ pro sua munitione & altitudine, turri Dauid similis dicitur, mille clypei dependent, quia quot illic præceptа sunt, tot etiam pectoris nostri munimina. Ad seruandam forsan innocentiam etiam læsi à proximo, perdurare in humilitate festinamus? Abel ante oculos veniat, qui & occisus à fratre scribitur, & non legitur reluctatus. Mentis munditia etiam cum coniugali copula eligitur? Enoch debet imitari, qui & in coniugio positus ambulauit cum deo, & non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Præcepta dei festinamus præsenti vtilitati præponere? Noë ante oculos veniat, qui cura domestica postposita, ex iussione omnipotentis domini, per centum annos ad arcæ fabricam vixit occupatus. Subire obedientiæ virtutem nitimur? aspicere Abraham debemus, qui relicta domo, cognatione, patria, obediuit exire in locum quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit nesciens quo iret, qui paratus extitit, vt pro æterna hæreditate dilectum quem acceperat, occideret hæredem. Et quia vnicum domino offerre non distulit, vniuersam multitudinem gentium in semen ac cepit. Morum simplicitas placet? Isaac ad mentem veniat, quem in omnipotentis dei oculis vitæ suæ tran-
B quillitas ornauit. Laboriosa fortitudo vt obtinere debeat quæritur? Iacob ad memoriam deducatur, qui postquam sciuit fortiter seruire homini, ad eam quoque virtutem deductus est, vt non potuisset à luctante angelo superari. Conamur carnis illecebram vincere? Ioseph ad memoriam redeat, qui tentante se domina studuit carnis continentiam etiam cum vitæ periculo custodire. Vnde factum est, vt quia membra sua bene nouerat regere, regendæ quoque omni Aegypto præesset. Mansuetudinem atque patientiam obtinere quærimus? Moysen ante oculos deducamus, qui exceptis paruulis ac mulieribus, sexcenta milia armatorum regens, mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitabant super faciem orbis terræ. Rectitudinis zelo contra vitia accendimur? Phinees ante oculos deducatur, qui coëuntes gladio transfigens, castitati populum reddidit, & iram dei iratus placauit. De spe omnipotentis dei præsumere in dubiis quærimus? Iosue ad memoriam reuocemus, qui dum dubia certamina certa mente subiit, ad victoriam sine dubietate peruenit. Iam mentis inimici-
C tias punire cupimus, in benignitate animum dilatare? Samuel in cogitationem deducatur, qui de principatu deiectus à populo, cum idem populus peteret, vt pro eo domino preces effunderet, respondit dicens, Absit à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis quos aduersarios pertulerat vsque ad deiectionem, benignitatem gratiæ non reddidisset in prece. Qui rursus cum iubente domino mitteretur vt Dauid vngeret in regem, respondit, Quomodo vadam? inueniet enim me Saul, & occidet me. Et tamen quia iratum deum eidem Sauli cognouerat, in tanto se luctu afflixerat, vt ei per se dominus diceret. Quousque tu Saulem luges, cum ego illum abiecerim? Pensemus ergo, eius animum quantus ardor charitatis incenderat, qui & illum flebat, à quo timebat occidi. Cauere autem voluimus quem timemus? Solicita nobis mente pensandum est, ne si locum fortasse reperimus, malum pro malo reddamus ipsi quem fugimus. Dauid ergo ad memoriam redeat, qui persequentem se regem & inuenit vt potuisset occidere, & tamen in ipsa feriendi potestate positus, elegit bonum quod ipse deberet facere, non autem
D malum quod ille merebatur pati, dicens, Absit à me vt mittam manum meam in Christum domini. Et cum idem Saul post ab hostibus fuisset interemptus, eum quem persecutorem dum viueret pertulit, fleuit occisum. Errantibus huius mundi potentibus libere loqui decernimus? Ioannis auctoritas ad animum reducatur, qui Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occidi non timuit. Et quia Christus veritas, ipse ideo pro Christo, quia pro veritate animam posuit. Carnem iam nostram pro deo ponere in mortem festinamus? Petrus ad mentem veniat, qui inter flagella gaudet, qui cæsus principibus restitit, qui vitam suam pro vita despicit. Cum mortis appetitu disponimus aduersa contemnere? Paulus ante oculos deducatur, qui non solum alligari, sed & mori paratus pro Christo, non facit precioſiorem animam suam quàm se. Succendi cor nostrum igne charitatis quærimus? Ioannis verba pensemus, cuius omne quod loquitur, charitatis igne vaporatur. Quia ergo in voce sacri eloquij cuiuslibet quærimus munimen virtutis, inuenimus, mille clypei pendent ex ea, Omnis armatura fortium. Sed age nunc viri huius quem in manibus habemus, quique à fratribus vsque
E ad mortem læsus, in charitate perdurauit, historiam prosequamur. Ait ergo. *Non se poterat ultra cohibere Ioseph multis coram astantibus, unde præcepit ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque uocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis, & dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph, adhuc pater meus uiuit?* CHRYSOSTOMVS. Admirare hic & beati huius constantiam tantam, & quod sustinuerit hucusque simulationem, & quod conditionem suam non declarauerit, & illos plurimum obstupescere solemus, quomodo potuerint stare, vel os aperire postea, quo modo non auolarit ab eis anima, quomodo non obstupuerit tota eorum mens, quomodo non ceciderint in terram. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Tanta debet esse sacerdotibus dei atque doctoribus discretio, vt nec disciplina nimia, nec ipsa quoque misericordia sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur, is qui est culpabilis, in reatu grauius astringatur. Et rursus si culpa immoderate retinetur, tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga se
F nil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque prauis est asperitas in ostensione, charitas in mente, vt & dura. Ostensio delinquentem coërceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non omittat. Ecce dum loquor, Ioseph animum pulsat, vt ad ostendenda quæ dico, ipse testis veniat. Certe somnium quod de profectu suo viderat, fratribus narrans, per hoc quod innocenter retulit, malitiæ contra se stimulos excitauit. Ab eisdem fratribus Ismaëlitis est venditus, in Aegyptum ductus, mira omnipotentis domini dispensatione eidem Aegypto prælatus est. Cumque in terra Chanaan fames exurgeret, fratres ad Aegyptum venerunt. Ioseph prælatum Aegypto repererunt, eumque submissis ad terram ceruicibus adorauerunt. Et quia mutari dei consilium non valet, quem ideo vendiderant ne adorarent, adorauerunt quia vendiderunt. Tunc ipse vir dei, spiritu discretionis plenus, cognouit fratres, non cognitus. Sed memor culpæ, & remissor iniuriæ, mala fratrum nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare. Nam suspecta voce protinus dixit, Exploratores estis vos, vt videatis infirmiora terræ venistis, iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc. O iaculum in corde. Peregrini venerant, famis periculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genc. 43. riculum fugiebant, frumenta quæ quærebant non acceperant, & feriri se insuper iactatione criminis videbant. Inter hæc ducuntur ad carcerem, & post triduum adhuc in eadem asperitate terrentur. Iam reditur ad cor, iam culpæ memoria pulsat animum, atque inter se inuicem loquuntur, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, cum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit super nos ista tribulatio. In his autem cor Ioseph amore vincitur, secessum petit, soluit flendo quod pietati debuit. Seuerus ad fratres reuertitur, vt cruciatas eorum animas à culpa liberaret. Post hæc vnus

Genc. 44. religatur in vinculis, dimittuntur cæteri cum frumentis, vt vnus frater veniat, quem minimum habere se dixerant. Venit postmodum frater. Vincebat mentem pietas, cum frater innocens videretur, sed permanebat in ostensione asperitas, vt fratres noxij purgarentur. Frumenta dantur, scyphus in sacco iunioris fratris absconditur, furti post eos quæstio mouetur. Mittitur vt reducantur addicti, in seruitutem decernitur apud quem scyphus fuisset inuentus. In sacco vltimi fratris inuenitur. Tunc Beniamin reducitur, afflicti omnes fratres sequuntur. O tormenta misericordiæ. Cruciat & amat. Reuersi igitur, in terra cum lachrymis prostrati, veniam postulant. Memores enim quid de illo patri promiserant, mœrore intolerabili tabescebant. Tunc se vltra cohibere non valens pietas clausa prorupit ad medium, & excussit charitatis lachrymas de vultu seueritatis. Detersa & ira quæ apparebat, & non erat, ostensa misericordia quæ erat, & non apparebat. Sic vir sanctus facinus fratrum & dimisit & vindicauit. Sic in vigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus nec sine vltione pius existeret, nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpis & discrete nouerit parcere, & pie resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata vt nos corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt vt non dimittant. RVPERTVS. Postquam Ioseph bene accepit grandem esse vel fuisse pro se calamitatem patris, & eandem calamitatem ne innouaretur aut inualesceret, grandi curæ esset fratribus suis, non (inquit scriptura) poterat se vltra cohibere Ioseph. Venerat enim dolor quasi vsque ad partum, & virtus non erat parienti. Nam quomodo mulier grauida tristitiam habens quando imminet hora eius, tacet quidem, & silet quantum valet, & patiens est. Hora autem ipsa qua parturit, loquitur & erumpit, & clamat, neque se cohibere potest, quin dolori inualescenti clamando satisfaciat, sic ille qui hactenus se continuerat, vtcunque gemitus intercidens, & absconden-

Ser. de bea. Maria Magdalena. do deglutiens, ac violenta lachrymarum fluenta diuidens, hora qua os aperuit, dicturus, ego sum Ioseph, citius ac properantius erupit incondito clamore doloris turbo violentissimus, vocemque cum fletu in altum extulit, quam & foris audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis. Tandem dixit, Ego sum Ioseph, & quasi grandi pauoris fulmine excusso, fratres attonitos, & quasi amentes reddidit. Nec enim poterant respondere illi nimio terrore perterriti. Bene ergo præceperat vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus cognitioni mutuæ. Non enim alienis communicanda erat domestici notitia sceleris, neque sub eorum præsentia pius frater edicere voluit rem tantæ confusionis, quam ferre non potuerunt fratres, remotis etiam cunctis arbitris. Adhuc pater meus viuit? Quod vtique non vt sciret interrogando dixit, iam enim interrogauerat, & audierat quia viuit, sed dolenter admirando quod adhuc viueret, & nimis compatiendo, quod in luctu sui causa consenuisset, tanta calamitate oppressus, quantam vel ex eo coniicere potuit, quod Iudas nouissime narrans ita concluserat, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam. BERNARDVS IN SERMONIBVS. Cerne quomodo Ioseph totus misericordiæ & compassionis melle illitus erat. Veniunt fratres, non iam ante fratrem, sed ante dominum assistentes, conscij proditionis, homicidij rei, fratricidij successores. Videt eos Ioseph, & omnium iniuriarum immemor, dulcissimis fletibus inundatur, & pietatis adeps qui intus latitat, foras per oculos emanat. Fugit odium, nescit iram, tempus iracundiæ non reseruat, reddens bonum pro malo, pro crudelitate dulcedinem. AVCTOR CATENAE. Vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Sensum verborum expressit interpres, verba tamen ipsa paulo diuersa sunt in Hebræo וַיִּקְרָא הוֹצִיאוּ כָל אִישׁ מֵעָלָי וְלֹא עָמַד אִישׁ אִתּוֹ בְּהִתְוַדַּע יוֹסֵף אֶל אֶחָיו Vaikra hoziu col is mealai, velo amad is ito beithuaddaa Ioseph el ehaf, Et clamauit, Educite omnem virum à me, & non stetit vir secum, cum ostenderet vel manifestaret, vel cognoscendum præberet se Ioseph fratribus suis, Aut quando agnitus siue notus factus est fratribus suis. Est enim hic verbum יָדַע Iadaa quartæ coniugationis, quia scribitur cum he & tau in principio. Sic est & apud Septuaginta. Chaldaica, Et clamauit, Educite omnes homines à me, & nullus stetit cum eo, quando agnitus est Ioseph à fratribus suis. Deinde sequitur, Omnisque domus Pharaonis. Superfluit dictio omnis. Vt dicatur, Audiuitque domus Pharaonis. Vbi secundum aliquos, verbum audiuit, ponitur pro resciuit. Nec putamus necessarium, vt Hebraismum istum & alias consimiles orationes, aliter explicentur, quàm in Hebræo habeantur, cum nemo tam stupidus sit, qui per domum non intelligat homines qui versantur in domo. Ostensurus igitur Ioseph se fratribus suis, iubet exire cunctos, quo liberior exultatione mutua gestiendi licentia esset, & proditio fratrum non reuelaretur externis. Vocem autem ædidit cum fletu præ gaudio, commiseratione & admiratione prouidentiæ dei, quia scilicet fratres suos secum haberet, & patrem viuere audiret, adesset sibi benefaciendi illis & causa & opportunitas, domino omnia disponente. Pro nouitate autem inter homines de more, statim in aula regis diuulgatum est venisse Ioseph gratissimos hospites, vndecim fratres vnius patris adhuc viuentis incolumes filij, quibus duodecimus perditus vt putabatur, inuentus esset, & mortuus reuixisset, exul & seruus imperaret fœliciter. Et dixit Ioseph fratribus suis, Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit? His verbis & prodito nomine proprio sese indicat tunc, cum prius moribus & signis reuelasset se illis. Aegyptiis enim alio prius nomine notus erat. Iam patrem viuentem audierat, sed præ magnitudine filialis affectus denuo & iterum de patris salute quærens, & audire cupiens, quærit de patris fama gratissima quem diligebat, & à quo se tantopere diligi iam sæpe audierat. *Non poterant* (inquit) *respondere fratres, nimio terrore perterriti.* CHRYSOSTOMVS. Merito cogitantes quomodo eum affecerant, & qualis ipse erga se fuerat.

A se fuerat. Et cogitantes gloriam in qua constitutus erat, de sua salute (vt ita dicam) anxij erant. Propterea volens illos animare, *Clementer, Accedite* (inquit) *ad me*, ne elongetis vos. Ne cogitetis quod proprio consilio hæc contra me egeritis. Non est tanta vestra iniquitas contra me, sicut est diuinæ sapientiæ ineffabilis misericordia, vt huc aduenientes nunc temporis, & vobis & huic regioni possim suppeditare alimenta. RVPERTVS. Perterritis itaque nimio terrore, Accedite (inquit) ad me. Magna moderatio. Vbi dixit, Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuit? Quia nimis perterriti sunt, idcirco quasi impetum turbinis paulisper retinuit, consolatione interposita, dicendo, Accedite ad me, & hac illis inuitatione aliquantulum refocillatis, dictum repetiit, cursumq; expositionis suæ continuauit. Et tanta priorem austeritatem dulcedine ac lenitate superauit, vt merito etiam in hac parte Samaritano illi similis existimetur, qui reuera vulneribus, id est peccatis hominum, vinũ & oleum vt curarentur infudit. AVCTOR CATENAE. Dulciter igitur, familiariter, fraterneq; consolatur ac demulcet tanquam fratres, quos odisse non poterat, & quos pauore eximere iam volebat. Non (inquit) fu-

B gite, non expauescite, nil mali formidate, fiducialiter accedite fratrem conciliatum, benignum & beneficum. *Et cum acceßissent prope, Ego sum, ait, Ioseph frater uester, quem uendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neque uobis durum esse uideatur, quod uendidistis me in his regionibus.* Quod dicitur nolite pauere, proprie in Hebræo est אַל תֵּעָצְבוּ Al teázbu, Nolite contristari seu ne tristemini. Est enim עָצַב azab verbum, quod contristare, mœstum esse, & dolere significat. Quodq; sequitur, Neque vobis durum videatur, In Hebræo est וְאַל יִחַר בְּעֵינֵיכֶם Veal ihar béenechem, Neque indignemini, vel Et non sit ira in oculis vestris. Loco cuius Chaldaica habet, Neque displiceat in oculis vestris. Et Hebraismus est. Septuaginta vt in Latina æditione. Sed hæc omnia idem fere important. Ego (inquit) sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Non in Aegypto, Sed in Aegyptum dixit, quasi innuẽs, ad hoc me vendidisse vos scio, vt longe à terra Chanaan à mercatoribus Ismaëlitis in Aegyptum abducerer. Nemo id alius scire potuit, certum signum dabat, paruulum se fratrem distraxerant, vile mancipium prodiderant, quod nũc gloria & honore coronatum adorauerant, & diuinæ veritati testimonium perhibuerant. Nolite (inquit) contrista-

C ri, ne timeatis, ne perturbemini quod me vendidistis in istis regionibus. Dei nanque pauor & terror, illis præsertim in tali scelere non debuerat abesse. CHRYSOSTOMVS. Ne igitur sitis tristes, ne vos (inquit) hoc contristet, ne asperum vobis videatur quod factum est. Dei nanque dispensatione contigerunt hæc. *Pro salute enim uestra misit me deus ante uos in Aegyptum.* AVCTOR CATENAE. Abundat in Aegyptum. Quod autem dicitur pro salute, Hebraicè est לְמִחְיָה Lemihia, hoc est, pro viuificatione, seu sustentatione vitæ. Est enim Mihia denominatiuum à verbo viuere, quod viuificationem, nutrimentum, siue id quod ad vitam pertinet, aut id quod ad victum est necessarium, significat. Chaldaica, in sustentationem, Septuaginta εἰς ζωήν, In vitam dixerunt. Consolatur itaque eos ne timeant sibi ab indignatione sua, nec dei iram arbitrentur euentum venditionis, sed gratiam, quæ mala permittit propter bona. Peccatum illis ex animo remittit, & dispensationem dei circa famiD liam patris sui declarat. Ea se scilicet ratione venditum in Aegyptum, vt ibidem illis refugium salutis fieret, & vitæ subsidium. Si enim sine dei voluntate folium non cadit ab arbore, multo minus fratris ad regnum promotio, totq; populorum salus & prouisio. *Biennium est enim quod cœpit fames in terra esse, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti.* Spiritu prophetico certus erat de inedia prouinciarum, cuius non est inquirenda ratio euentu succedente, cum diuina tantum voluntas in causa fuerit. Biennio autem durauerat annonæ caritas, adhuc quinquennium duratura, in quo nec messis, nec alius prouentus notabilis esset futurus, non enim nihil crescebat, sed parum. Quod autem per parum est, pro nihilo reputatur. *Præmisitq; me deus, ut reseruemini super terrã, & escas ad uiuendum habere possitis.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et vt viuificem vos ad euasionem magnam. E magno periculo tantæ famis euasuros per ipsum prænunciat. AVCTOR CATENAE. Vt reseruemini super terram, & cætera. Sensum ex verbis posuit interpres, quæ huiusmodi sunt לָשׂוּם לָכֶם שְׁאֵרִית בָּאָרֶץ וּלְהַחֲיוֹת לָכֶם לִפְלֵיטָה גְּדֹלָה Lasum lachem seerith baarez vlhahaioth lachem liphleta gedola, Vt ponerem vobis reliquias in terra vel super terram, Et sustentarem seu viuificarem vos propter euasionem grandem, seu in

E magnam saluationem, Aut euasione magna. Hoc est, vt pararem quomodo remaneretis superstites in terra (scilicet per conseruationem escarum) & viuere vos facerem, vt mirabiliter euaderetis famis periculum, & ad alia etiã magna seruaremini. Chaldaica totum deo attribuit & non Ioseph, inquiens, Et misit me deus ante vos, vt ponaret vobis reliquias in terra, & vt sustentaret vos liberatione magna. Septuaginta ὑπολείπειν ὑμῖν κατάλειμμα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐκθρέψαι ὑμῖν κατάλειμμα μεγάλην, Vt relinquerentur vobis reliquiæ super terram, & enutrire vobis reliquias magnas. Dicat itaque Ioseph fratribus suis. Præordinauit deus prælationem meam in hoc, vt seruaretur semen vestrum, & non totum cessaret ob maximam famem, quam euincere magna esset saluatio, ex quo vestro semine maximus esset populus generandus. *Non uestro consilio, sed dei uoluntate huc missus sum.* RVPERTVS. Vestrum quippe fuit consilium, vt nihil mihi prodessent somnia mea, dei aũt voluntas, vt faceret quæ facta sunt. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo ipsemet, & iterum & tertio consolatur illos, dicens, ne sibi ipsis ascriberent causam sui ingressus in Aegyptum, sed deum hoc fecisse sciant, & ita se in hanc venisse gloriam. Sed

F dei inquit voluntate huc missus sum. *Qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum uniuersæ domus suæ, ac principem in omni terra Aegypti.* Illa (inquit) seruitus principatum mihi conciliauit, illa venditio in hanc me gloriam euexit, illa afflictio huius mihi honoris occasio fuit, illa inuidia hanc mihi claritudinem peperit. Hæc nos non solum audiamus, sed & imitemur, & ita solemur eos qui nos afflixere, non imputantes eis quæ in nos admiserunt, & omnia magna ferentes beneuolentia, sicut ille admirandus. RVPERTVS. Cum igitur hæc dicit, non culpam illorum nullam facit, sed pro conscientia animi timore perterritis, nec audentibus loqui, sceleris sui magnitudinem ad horam subtegere, vt sapiens medicus satagit. CAIETANVS. Qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & cætera. Superfluit dictio quasi. Et est sensus, quod deus distributor officiorum, posuit me in patrem Pharaonis, quoad officium gubernandi, voluit enim Pharao, vt Ioseph tanquam si esset pater eius, curam haberet domus & regni. Ita quod relatiue ad Pharaonem, fungebatur officio paterno, relatiue autem ad familiam Pharaonis, fungebatur officio domini, relatiue autem ad Aegyptum, fungebatur officio principis. AVCTOR CATENAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TENAE. Qui fecit me quasi patrem Pharaonis. Abundat in veritate dictio, quasi, Est enim in Hebræo & in G
Chaldaica, Et posuit me in patrem Pharaonis. Et capitur hic pater pro instructore & directore. Quodq; sequitur,
Et dominum vniuersæ domus eius, Chaldaica clarius exprimens, habet, Et in dominum omnibus viris domus
eius. Hebraicam enim locutionem aperit. Vestra quippe culpa (ait ille) venditus sum, sed prouidentia dei in Aegy
ptum missus sum. Prohibet peccare deus, Sed adeo bonus & omnipotens est, vt peccata nostra præordinet ad finē
bonum. Siquidem venditio illa, quantum ad actus substantiam, à deo fuit effectiue, à quo est omne esse, agere, &
posse. Obliquitas autem actionis, vt videlicet Ioseph moreretur & perderetur, à voluntate fratrum inordinata.
Deus autem recta intentione & salubri fine venditionem illam causauit, & fieri permisit, vt per exaltationem Io-
seph, Aegypto & terræ Chanaan subueniretur. Nec permisisset deus vēditionem illam fieri, nisi ex ea bonum hoc
elicere voluisset. Dicat igitur Ioseph, Peccatum vestrum punitum est fame, exilio, angustia, confusione, voluntas
autem dei perfecta est in illius gloriam & vestram salutem, vtque sim Pharaoni amicus necessarius, & saluator
regni illius, & benefactor gratissimus. Totum autem tribuit deo, & ordini prouidentiæ diuinæ, non propriæ sapi- H
entiæ vel virtuti. Et vt doceat, quacunque molitione humana, dei opus impediri non posse.
Mystice. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Et iussit omnes recedere, vt agnosceretur à fra-
Matth. 15. tribus. Hoc in typo factum est domini Iesu, qui non venerat sicut ipse ait, nisi ad oues quæ perierūt domus Israël.
Et emittens vocem cum fletu, Ego sum (inquit) Ioseph, adhuc pater meus viuit? Hoc est, expandit manus suas ad
populum non credentem & contradicentem, Non legatum neque nuncium quærens, sed ipse dominus saluum
Esa. 52. facere volens populum suum, Ego qui loquebar, ecce adsum (inquit) & palam factus sum non quærentibus me, ap
pareo his qui me non interrogabant. Quid igitur aliud tunc clamauit, nisi ego sum Iesus, cum à principibus Iu-
Matth. 26. dæorum interrogantibus, Tu es filius dei? responderet, Vos dicitis quod ego sum, Cum Pilato diceret, Tu dicis,
Ioan. 18. quia rex sum ego, in hoc natus sum, Cum principi sacerdotum dicenti, Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis
si tu es Christus filius dei, referret, Tu dixisti, Amen dico vobis, Amodo videbitis filium hominis sedentem ad I
dexteram virtutis, & venientem cum nubibus cœli. Hoc est ergo quod ait, Ego sum Ioseph, ego sum diuinæ po-
tentiæ. INTERLINEARIS. Sic & Iudæis diu Christum ignorantibus, circa finem mundi innotescens, ex-
hibebit se eis placitum, quem prius senserant iuste iratum. AMBROSIVS. Adhuc pater meus viuit? Hoc est,
ego patrem non nego, ego fratres agnosco, si aut vos fratrem, aut pater filium recognoscat. Adhuc ergo populus
meus viuit, de cuius populi familia fratrem mihi elegi? Accedite ad me, quia ego ad vos appropinquaui, & eousq;
appropinquaui, vt per carnis susceptionem facerem me vestræ consortem naturæ. Nolite vel participem fugere
vestræ societatis, si non agnoscitis auctorem salutis. Et accesserunt (inquit) ad illum. Et dixit, Ego sum Ioseph fra-
ter vester quem vos tradidistis in Aegyptum. Nunc ergo nolite mœsti esse, neque vobis durum videatur, quoniā
huc me vendidistis. Ad vitam enim vestram misit me deus ante vos. Quàm pia fraternitas, quàm dulcis germa-
nitas, vt etiam parricidale excusetur admissum, dicens diuinæ illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ,
quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, sed à domino missus sit ad vitam. Quid aliud habet illa K
domini nostri Iesu Christi qui fratres omnes pietate superauit, in cruce positi intercessio illa pro plebe dicentis,
Luc. 23. Pater ignosce illis, non enim sciunt, quid faciunt? Quid aliud illa appellatio sanctitatis in medio discipulorum
Luc. 24. dicentis, Pax vobis, ego sum, nolite timere? Et cum conturbati & conterriti existimarent se spiritum videre, ite-
rum dixit ad illos, Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte, ecce manus meas
& pedes meos, quia ego sum ipse. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habe-
re. Hæc ergo iam tunc futura posterioribus temporibus mysteria reuelata sunt. Denique ex ipsis exprimuntur ser
monibus, vt ipsum esse intelligamus, & qui antè in Ioseph, & postea in suo locutus est corpore, quandoquidem
nec verba mutauit. Ait enim tunc, Nolite mœsti esse. Et infra, Ascendite ad patrem meum, & dicite illi, Hæc di-
Matt. 28. cit filius tuus Ioseph. Fecit me deus dominum totius terræ Aegypti. Et in euangelio ait, Nolite timere. Ite nun-
ciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, & ibi me videbunt. Et infra ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo &
in terra, hoc est dicere, diuinæ hoc fuit dispensationis, vt acciperem potestatem, non acerbitatis humanæ. Non L
obiicit scelus, qui numerat præmium. Quod autem hic habetur, Ad vitam enim vestram misit me deus ante vos,
reddit in euangelio, dicens, Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Hæc
enim merces & vita sanctorum, quod etiam alios redemerunt. AVGVSTINVS IN QVAESTIONI-
BVS SVPER GENESIM. Quid est autem, quod iuxta alia exemplaria dicit Ioseph, Misit enim me deus
ante vos, remanere vestrum reliquias super terram, & enutrire vestrum reliquias, mirum est, hoc enim non vsq;-
quaq; consonat, vt reliquias accipiamus Iacob & filios eius, cum omnes sint incolumes. An forte illud significat
Roma. 11. alto secretoq; mysterio, quod ait Apostolus, Reliquiæ per electionem saluæ factæ sunt? Quia propheta prædixe-
Esa. 10. rat, Et si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Ad hoc enim occisus est Christus à
Iudæis, & traditus gentibus, tanquam Ioseph Aegyptiis à fratribus, vt & reliquiæ Israël saluæ fierent. Vnde dicit
Roma. 11. Apostolus, Nam & ego Israëlita sum, vt & plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, id est ex
reliquiis Israël secundum carnem, & plenitudine gentium quæ in fide Christi secundum spiritum sunt Israël. Aut M
si & genti illi Israëlitæ restat fidei plenitudo, ex qua erant reliquiæ, in quibus reliquiis tunc & apostoli salui facti
sunt, hoc significatur ea plenitudine liberationis Israël, qua per Moysen ex Aegypto liberati sunt. PROSPER
DE PROMISSIONIBVS ET BENEDICTIONIBVS DEI. Sed & cū iam vellet cognosci Io-
seph à fratribus suis, emisit vocem, dicens, Ego sum Ioseph frater vester, adhuc pater meus viuit? Et noster Io-
Psalm. 21. seph Christus, vt se ostenderet fratribus suis, dixit in psalmis, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, quos do-
cuit dicere, Pater noster qui es in cœlis. Dixit Ioseph fratribus suis, Nolite metuere, non vos huc me misistis, sed
Ioan. 3. deus ad vitam vestram. Dicit & de nostro Ioannes apostolus, Ad hoc enim misit deus filium suum in mundum,
Luc. 24. vt viuamus per eum. Et ipse in euangelio, Sic scriptum est, ait, & sic oportebat pati Christum, & introire in glo-
riam suam. RVPERTVS. Quod autem sequitur, Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum,
qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, Tale est ac si dicat Christus Iudæis. Non
vestro

A vestro consilio dicentium, ne forte veniant Romani, & tollant nostrum locum & gentem, sed dei voluntate mo Ioan. 2.
riturus eram pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi, congregarem in vnum. Ve-
strum enim consilium fuit, verbi gratia vt diceretis, Quando morietur, & peribit nomen eius. Dei autem volun-
tas, vt per passionem mortis, gloria & honore me coronaret, & constitueret super opera manuum suarum.

FEstinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph. Deus fecit me do- 2
minum uniuersæ terræ Aegypti. Descende ad me, ne moreris, & habitabis in terra Iessen. Erisque iu-
xta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, Et uniuersa quæ possides, ibique
te pascam. Adhuc enim quinque anni residui sunt famis, ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ pos-
sides. En oculi uestri & oculi fratris mei Beniamin uident quod os meum loquatur ad uos. Nunciate patri meo
B *uniuersam gloriam meam, & cuncta quæ uidistis in Aegypto. Festinate, & adducite eum ad me. Cumque ample-*
xatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit, illo quoque similiter flente super collum eius. Osculatusque
est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos.

CHRYSOSTOMVS. Igitur (inquit) vt credatis quod non vobis ascribam quæ contra me à vobis 2
facta, sed quod liberem vos criminibus, deo autem totum tribuam, qui illa ita dispensauit, vt præsentem glori-
am sic acquirerem, ideo, *Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph.* RVPER-
TVS. Qui sic iusto patris desiderio nunc festinat, quomodo tantas hactenus potuit perpeti moras? Videlicet
quia si patrem prius inuitasset, quàm congregatos ad se fratres suos omnes sub spe solidissima composuisset, gran
dem nimis in domo patris sui turbam concitasset. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Sic dicit filius
C tuus Ioseph. Non est enim filij mandata dare patri. AVCTOR CATENAE. Est siquidem in Hebræo
verbum אמר Amar, quod dicere significat. *Deus fecit me dominum uniuersæ terræ Aegypti.* Dominum Ioseph ter-
ræ Aegypti, intellige post Pharaonem. *Descende ad me ne moreris, & habitabis in terra Iessen.* HIERONYMVS
IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Alia litera, Descende ergo ad me, ne steteris, & habitabis in
terra Gosen Arabiæ. Hic Arabiæ additum est, in Hebræis enim voluminibus, non habetur. Vnde & error incre-
buit, quod terra Gosem in Arabia sit. Porro si (vt in nostris codicibus est) per extremum inscribitur Gosem, quod
mihi nequaquam placet, terram significat complutam. גשם Gosen enim in imbrem vertitur. CAIETANVS.
Corrupta est igitur dictio, legēdūq; est Ghosen. Hoc est enim nomē proprium illius terræ, & sic semel pro semper
corrige vbique inferius. AVCTOR CATENAE. Sic & de dictione Isai factum est. Nam vbicunque Iesse
apud nos reperitur, Hebraicè est Isai, pater scilicet Dauid. Eo quoque loco, Exiet virga de radice Iesse, dicendum
D est de radice Isai. Falluntur itaque qui putant patrem Dauid fuisse binominem, vocatumq; Isai, & Iesse, sed diuer
sè eo modo à Gręcis Latinisq; nuncupatur. Non autem in Arabia potest esse locus iste, cum ea posita sit trās mare
rubrum, interq; Aegyptum & Arabiam interiaceat sinus Arabicus. Vnde videtur esse in finibus Aegypti, terra sine
dubio pascualis, vtilis & optima, & regio non longe à regia residentia. Iterum ergo tentatur fides promissæ terrę,
cum Iacob illam exire præcipitur, quæ promissione dei illi tenebatur, & differtur adhuc magis completio boni
promissi, non tamen aufertur. Incipit itaque Ioseph bona pro malis reddere, domesticis prouidere, patrem velle
consolari, post absorptum tristitiis cor paternum immenso gaudio recreare, denique imperare fratribus & paren
ti, complere somnium, & commune gaudium toti familiæ instituere. *Erisq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum*
tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & uniuersa quæ possides, ibiq; te pascam. Adhuc enim quinque anni residui sunt famis, ne & tu per-
eas, & omnis domus tua, & omnia quæ possides. Pro pereas in Hebræo est תורש tiuares, id est depaupereris, hoc est, ne
paupertate vel inopia pereas. Chaldaica, Ne forte penuriam patiaris tu, & viri domus tuæ, & vniuersa quę habes.
E Septuaginta ἵνα μὴ ἐκτριβῇς, Vt non delearis. Omnium itaque necessariarum rerum suppetentiam deus Iacob pro-
miserat, sed pro bonitate sua mediis ad hoc vsus electis, peccato filiorum, venditione Ioseph, anxietate patris, Io-
seph captiuitate, glorificatione, fame, transmigratione, & cætera! Nihil ergo negligendum ob promissiones dei
quas futuras credimus. Ordinat deus sua opera in nobis, & nō sine nobis. Omnia tamē ipse operatur in omnibus.
En oculi uestri & oculi fratris mei Beniamin uident quod os meum loquatur ad uos. RVPERTVS. En (inquam) vt certi
vos ipsi certum facere patrem meum debeatis, oculi vestri & fratris mei Beniamin vident quod os meum loqua-
tur ad vos. CAIETANVS. Testes igitur ipsosmet profert ex eorum certa notitia, quod non per interpre-
tem, sed per seipsum loquatur Hebraicè, vt consueuerat loqui eisdem antequam venderetur, vt hinc certiores es-
sent, quod ipse esset Ioseph. AVCTOR CATENAE. Quod os meum loquatur ad vos. Ita est & Hebrai-
cè. At Chaldaica clarius exprimere volens quid his verbis innuat Ioseph, ait, Quod vestra lingua ego loquor vo-
biscum. Hoc est, ipsi aduertere potestis, quod sim frater vester, quia ego loquor vobiscum patria lingua absque in-
F terprete. Ac si dicat, si pater credere noluerit verbis vestris, qui me vendidistis, & nunc videtis, innocens tamen
frater meus vterinus testabitur omnia hæc me promisisse, & locutum fuisse hæc omnia. Vel os meum cuius fa-
ciem probe nostis, & oculos videtis, vt quin ego ipse sim, dubio non sit locus. *Nunciate patri meo uniuersam*
gloriam meam, & cuncta quæ uidistis in Aegypto. Hoc non ad sui gloriam dicit Ioseph, sed ad dei laudem, patrisq; læ-
titiam futuram, cum hæc audiet. *Festinate, & adducite eum ad me.* RVPERTVS. Tempore igitur opportuno
festinans Ioseph, dicite (inquit) patri mëo, quia quinque anni residui sunt famis, nunciate patri meo vniuersam
gloriam meam, & cuncta quæ vidistis, vt sit ex me vel gloria mea quod inuitet, sit ex metuendo famis periculo
quod impellat, & sic festinet. AVCTOR CATENAE. Multis verbis solatur consternatos adhuc fra-
tres & pauidos, præ admiratione, timore, & verecundia loqui nondum audentes. CHRYSOSTOMVS.
Postquam autem hæc omnia dixit, & satis eos consolatus est, & mandatum dedit, vt de rebus & statu suo patrem
certiorem redderent, statimq; adducerent, recidit in collum Beniamin fratris sui, & fleuit, vnde ait, *Cumque*
amplexatus

Universidad de Deusto Biblioteca

amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit, illo quoque similiter flente super collum eius. Osculatusq́; est Ioseph omnes G
Sermo.83. *fratres suos, & plorauit super singulos.* AVGVSTINVS IN SERMONIBVS DE TEMPORE. Mi-
rati estis castitatem Ioseph, aspicite nunc benignitatem. Ille pro odio reddit charitatem, & cum videret fratres
suos, imo inimicos ex fratribus, cumq́; ab eis agnosci vellet, dilectionis affectum pio dolore testatus est ad eos.
Osculabatur singulos, & per singulos flebat, & irriguis fletibus pauentium colla perfudit. Odium fratrum chari-
tatis lachrymis abluebat. Constat viuo patre atque mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur
illum in quo ad necem fuerat deiectus lacum, non cogitauit addictam pretio germanitatem, sed pro malis bona
restituens, iam tunc necdum data apostolica præcepta compleuit. Ergo beatus Ioseph cogitans verę charitatis dul
cedinem, venenũ inuidiæ quo fratres suos nouerat fuisse percussos, deo auxiliante sustulit de corde suo repellere.
CAIETANVS. In Hebræo non habetur, super singulos sed super eos. AVCTOR CATENAE. Est
enim dictio עֲלֵהֶם alehem, quæ super eos redditur. Et ita est in omnibus æditionibus. Frater itaque iunior omniũ
vterinus, pro scypho verecundior, maximeq́; consternatus erat, ideo illum familiarius & in primis consolatur fle H
tibus pietatis & gaudij. Interim & aliis astantibus, & quid loquantur vel agant nescientibus fratribus, rerum ni-
mirum nouitate perculsis, & criminis memoria perturbatis, reconciliationis perfectæ symbolum porrigit, frater-
num osculum & amabile, bona pro malis reddens, charitatem pro odio, & gloriosus miseros non spernit. Sic
itaque resumpto spiritu & fiducia, pauoréque discusso, certi de venia, loquendi animum resumpserunt.
Mysticè. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Illud autem aduerte, non otiose scriptum in Ge-
nesi, Et eris prope me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum. Hoc est enim quod dicit dominus in euangelio, Ecce
Mat.vltimo ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. AVCTOR CATENAE. Sed &
in eo quod ait Ioseph, En oculi vestri & oculi Beniamin vident quod os meum loquatur ad vos, verum domini-
Hebr.1. cæ incarnationis exprimitur sacramentum, de quo dicitur per Apostolum, Multifarie multisq́; modis olim deus
loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuer
sorum, per quem fecit & secula. Qui nempe dei filius, cum antea prophetarum ora consueuisset aperire, in carne I
veniens, os suum aperiens, & ore ad os loquens fratribus suis apostolis, sanctam suam dictauit legem. Quod &
sponsa in Canticis amoris eius igne succensa, dulci exoptabat alloquio, Osculetur (inquiens) me osculo oris sui.
Canti.1. Quasi diceret, veniat ipse, & trabea carnis indutus, præcepta vitæ & disciplinæ mellifluo ore suo, non iam per le-
gatum vel internuncium, mihi obseruanda commendet & assignet. Sed & in eo quod denunciare Iacob gloriam
suam fratres præcipiuntur, id nobis indicatur, quod apostoli & apostolici viri prædicant Christi gloriam inter
gentes. Nos nunc Iudæorum synagogæ illam prædicemus, vt descendant ipsi quoque ad Christum. AMBRO-
SIVS. Quàm euidens illud quoque mysterium, quod veluti completo omni mandato, fratrem suum comple
ctitur Beniamin, & cecidit super collum eius, sicut completo euangelio Christus Paulum amplectitur quibusdam
misericordiæ suæ brachiis, & interna opinione curuatum, velut à collo in cœlum erigit. Vnde & ille erectus à
Philipp.3. Christo, ait, Nostra autem conuersatio in cœlis est.
K

3 *Post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq́; est, & celebri sermone uulgatum in aula regis, uenerunt fra*
tres Ioseph. Et gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. Dixitque ad Ioseph, ut imperaret fratri-
bus suis, dicens, Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem uestrum & cogna-
tionem, & uenite ad me, & ego dabo uobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terræ. Præcipe etiam ut
tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum & coniugum. Et dicito, Tollite patrem
uestrum, & properate quantocyus uenientes, nec dimittatis quicquam de supellectili uestra, quia omnes opes Ae-
gypti uestræ erunt.

3 *Post quæ ausi sunt loqui ad eum.* CHRYSOSTOMVS. Denique post tantum colloquium, & lachry- L
mas, & consolationem, & consilium quod eis dedit Ioseph, vix potuerunt cum eo loqui fratres. *Auditumq́; est, &*
celebri sermone uulgatum in aula regis, uenerunt fratres Ioseph. Et gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. Exhilarauit (in-
quit) omnes agnitio fratrum Ioseph. AVCTOR CATENAE. Tam in Hebræo quàm in Chaldaica legi-
tur, Et vox seu rumor auditus est, in domo Pharaonis, Venerunt fratres Ioseph, & placuit in oculis Pharaonis, &
in oculis seruorum eius. Et Hebraismus est, Interpres autem à Septuaginta non dissentit, ἐχάρη δὲ φαραώ, Gauisus
est autem Pharao. Per omnem igitur regiam diuulgatus est fratrum Ioseph aduentus, & communi gaudio exce-
ptus, tam regis quàm aulicorum. Virtutis maximæ signum in Ioseph, qui inuidiam aulicorum superare potuerit
dexteritate sua, cum esset Hebræus & alienus. Domini gratia erat, qui corda regum & principum cum vult mu-
tat, ac dirigit quo illi placet. *Dixitq́; ad Ioseph ut imperaret fratribus suis, dicens, onerantes iumenta, ite in terram Chanaan,*
& tollite inde patrem uestrum & cognationem, & uenite ad me. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS
HEBRAICIS. Alia litera. Dixit autem Pharao ad Ioseph, dic fratribus tuis, hoc facite, onerate vehicula ve- M
stra, & ite in terram Chanaan. Pro vehiculis, quæ Septuaginta & Theodotion τὰ φορεῖα interpretati sunt, iumenta
reliqui transtulerunt. AVCTOR CATENAE. Pro eo quod apud nos est, & cognationem, in Hebræo scri
ptum est בָּתֵּיכֶם batechem, & domos vestras, quod Chaldaica clarius protulit, & homines domus vestræ. Septua-
ginta vero, τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, Substantias vestras dixerunt. Liberalitas autem regis describitur domino sic volen
te. Viaticum sumite, & quæ necessaria fuerint vobis eundo & redeundo pro omnibus, & donec parati ibidem fue
ritis ad iter, gratis & sine pecunia accipite omnia. Et tollite patrem vestrum, hoc est, afferte, adducite, & domos
vestras, id est familiam totam cum consanguineis. Omnibus enim Pharao intuitu Ioseph, de necessariis se proui-
surum, & honorifice spondet tractaturum. *Et ego dabo uobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terræ.*
In Hebræo proprie est טוּב אֶרֶץ Tub érez, Bonum terræ, vel vt habet Chaldaica, Optimã terram Aegypti. Quodq́;
apud

A apud nos est, Vt comedatis medullam terræ, in Hebræo est חֵלֶב héleb, quod pinguedinem, adipem, optimum vel
electum, siue medullam cuiuscunque rei significat. Chaldaica autem, Et comedetis bona terræ, Septuaginta, vt in
Latina æditione habent, videlicet τὸν μυελὸν τῆς γῆς, Medullam terræ. Quæ omnia idem sunt. Delicatiores autem
fructus, ac optimos è terra prouenientes cibos designat. Non quod tunc illis ius dederit in preciosissima quæque
Aegyptiorum ipse Pharao, sed sponte & liberaliter patri & fratribus ac propinquis propter Ioseph, regia munifi-
centia promittit bona. *Præcipe etiam* (inquit) *ut tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum &*
coniugum. CHRYSOSTOMVS. Vide & hic regem quomodo iam curam agit de aduentu Iacob.
AVCTOR CATENAE. Præcipe etiam. Hebraicè est וְאַתָּה צֻוֵּיתָה זֹאת עֲשׂוּ Veata zuuétha zoth asu, Et tu
iussus es, hoc facite. Vt scilicet loquaris cum fratribus tuis meo nomine in hunc modum, hoc facite, tollite plau-
stra, & cętera. Et est præteritum passiuum vocis piel, de ordine quiescentium in lamed he. He in fine otiose est ad-
iecta. Sed tam Septuaginta quàm Chaldaica habent præcipe, sicut & vulgata æditio. *Et dicito, tollite patrem ue-*
B *strum, & properate quantocyus uenientes.* Abundat, Et dicito. Sed & litera ipsa huiusmodi est וּנְשָׂאתֶם אֶת אֲבִיכֶם וּבָאתֶם
Vnsathem eth abichem vbathem, Et tollite patrem vestrum & venite, sic Chaldaica & Septuaginta. Vel, & leua-
bitis (scilicet supra currum) patrem vestrum, & venietis. Dei itaque prouidentia Iacob consolandus erat, fidei &
patientiæ exemplar, ideo rex regia liberalitate & gratia qua occulte à domino imbuebatur cor eius, patrem cum
filiis omnibus modis honorat, etiam vehiculis missis pro vxoribus & paruulis, gratioseq́; inuitat, cor enim regis
in manu domini. *Nec dimittatis quicquam de suppellectili uestra, quia omnes opes Aegypti uestræ erunt.* RVPERTVS.
Adiungit Pharao suas simul inuitationes, proferuntur opes Aegypti, & promittuntur ampliores, regiæ quoq́; mit
tuntur subuectiones paruulis & coniugibus transferendis, ne pater Iacob parũ confortetur, aut in aliquo dubitet.
CAIETANVS. Quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. Hoc non vsquequaque clare concordat cum He-
bræo, vbi habetur, Quia bonum omnis terrę Aegypti vobis ipsum. De rebus est sermo, & est sensus, quod propter
te consanguinei tui chari erunt omnibus, & communicabunt cum Aegyptiis in bonis omnibus. Putabat enim
C Pharao quod consanguinei Ioseph non essent seorsum victuri, sed miscendi cum Aegyptiis in omnibus & per
omnia, & propterea dixit intuitu Ioseph omnia Aegypti bona fore illis communia. AVCTOR CATENAE.
Nec dimittatis quicq̃ de supellectili vestra. Optime Hebraismum exposuit interpres, est enim וְעֵינְכֶם אַל תָּחֹס עַל
כְּלֵיכֶם Veénchem al tahos al chelechem, Et oculus vester non parcat, siue non misereatur super supellectilia ve-
stra, siue super vasa vestra. Hoc est, vasa vestra maiora vel minora non derelinquatis in terra Chanaan, sed addu-
cite cunctam supellectilem. Vel non tædeat aut pigeat vos relictæ supellectilis, quoniam apud me non deerunt
vobis huiusmodi. Chaldaica Hebraismum seruauit, habens, Et oculus vester non parcat supellectili vestræ, Sic
& Septuaginta. Quod vero sequitur, Quia omnes opes Aegypti vestræ erunt, pro opibus, in Hebræo טוּב כָּל tub
col, hoc est, Omne bonum terræ Aegypti vestrum erit. Septuaginta posuerunt in numero plurali, Omnia bona,
Chaldaica etiam, Quoniam optima totius terræ Aegypti vestra erunt. Cunctam ergo (inquit) supellectilem ve-
stram huc adducite, & in terram transmigrate, affatim enim hic suppeditabuntur commoda quæcunque vestris
D vsibus. Fidelium nanque est totus orbis, vt omnibus vtantur in gloriam dei.
AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Et gauisus est Pharao quod Ioseph agnouisset fra Mysticè.
tres suos. Vnde & diuulgata est vox in domo Pharaonis. Et hortatus est sanctum Ioseph, vt fratres suos inuitet vt
veniant cum patre, & mandat impleri eorum sarcinas tritico, & vehicula dari. Vnde hæc humanitas barbaro? nisi
illud ostenderetur magnum mysterium, quoniam non inuidet ecclesia cum redimuntur Iudæi, & populus chri-
stianus hac adiunctione lætatur, & quibus potest subsidiis iuuat, & mittit euangelizantes regnum dei, quo ma-
turius euocentur? RABANVS. Magna enim sine dubio deuotio est ecclesiæ gentium, quod Israëliticus po-
pulus ad fidem Christi veniat, qui si conuertantur, & fidei participes extiterint, promittit spirituales opes virtutũ,
& gratiam spiritus sancti, quam nemo qui perfecte accipit, indigentia boni laborabit. INTERLINEARIS.
Sed & typum gerit Pharao gentilis populi, qui gauisurus est in fine mundi de Iudaici populi conuersione. Impe-
rat autem Pharao fratres Ioseph onerare iumenta, Et Christus apostolis imperat euangelium infidelibus prædica-
E re. Sunt nanque iumenta figura gentilis populi, qui ignobilis, postea onus Christi sponte subiit. Quod autem iu-
betur ire in terram Chanaã, & patrẽ tollere & cognationem, perinde est ac si dicatur, inuitate ad fidem Iudæorum
perfidiam. Et quod eis dare promittit omnia bona Aegypti, & medullam terræ, copiam diuitiarum significat scri-
pturarum, quibus gentes abundant, & suauitatem spiritualis intelligentiæ, modo nihil de sua dimittant supelle-
ctili, hoc est, de veteri testamento.

Feceruntq́ue filij Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis 4
imperium, & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri iußit binas stolas. Beniamin uero dedit tre-
centos argenteos cum quinque stolis optimis, tantundem pecuniæ & uestium mittẽs patri suo, addens eis
F *asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Aegypti, & totidẽ asinas, triticũ in itinere, panesq́; portantes.*

Feceruntq́; filij Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. 4
HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS, Et dedit eis cibaria in via. Verbum ze-
da, quod hic omnes ore consono ἐπισιτισμόν, id est cibaria vel sitarcia interpretati sunt, in psalterio quoque habe
tur. Vbi enim nostri legunt, Viduam eius benedicẽs benedicam, licet in plerisq́; codicibus pro vidua, hoc est, pro
χήραν, nonnulli legunt θήραν, in Hebræo habet צֵידָה zeda, id est cibaria eius benedicens benedicam. Porro θήραν
venationem magis potest sonare quàm fruges, tãetsi moris sit Aegyptiorum θήραν etiam far vocare, quod nunc
corrupte atheran nuncupant. AVCTOR CATENAE. Hoc autem ideo fecit Ioseph, vt honoratiores re-
uerterentur ad patrem, & gloriæ filij sui Ioseph fidem facerent. *Singulis quoq́; proferri iußit binas stolas. Beniamin uero*
dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, tantundem pecuniæ & uestium mittens patri suo. RVPERTVS. Ab
hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouer. 25. Roma. 12.

hoc primum exemplo perfectæ charitatis profectum esse arbitramur dictum illud Sapientis, quo & Paulus vtitur G
Apostolus, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres
super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Hic enim inimicis suis qui inter comedendum vē
diderant eum (dictum est enim supra, Quia sedentes vt comederent panem, viderunt viatores Ismaëlitas venire
de Galaad, & dixerunt, Melius est vt venundetur Ismaëlitis) inimicis (inquam) suis, qui manducando esurientem
vendiderant, cibum dedit & potum, etenim cum eo (vt supradictum est) inebriati sunt, & eis à quibus tunica ta-
lari & polymita nudatus est, ecce binas singulis dedit stolas. AVCTOR CATENAE. Singulis quoque
proferri iussit binas stolas. Hebraicè est חֲלִפוֹת שְׂמָלֹת haliphoth semaloth, Mutatorias vestes. Chaldaica, Vnicuiq;
omnium dedit stolas, vt induerentur. Septuaginta ἱματίας στολάς, Duplices stolas. Quod vero sequitur, Beniamin
vero dedit trecentos argenteos cū quinque stolis optimis, Pro quinque stolis optimis in Hebræo est וְחָמֵשׁ חֲלִפוֹת
שְׂמָלֹת Vehames haliphoth semaloth, Et quinque mutatorias vestes. Sic & Septuaginta. At Chaldaica habet, &
quinque stolas indumenti. Demum quod dicitur, Tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, in Hebræo H
cum inferiori clausula copulatur, & non cum superiori, & legitur וְלַאֲבִיו שָׁלַח כָּזֹאת Vlabif salah cezoth, Et patri
suo misit sicut hoc. Et exponitur, iuxta hunc numerum qui sequitur, nempe asinos decem, & cætera, non autem
secundum numerum vestium & pecuniarum Beniamin largitarum. Et sic etiam est in Chaldaica habente, Patri
quoque suo similiter misit decem asinos oneratos, & cætera. Soli Septuaginta inquiunt, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀπέ-
στειλε κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ δέκα ὄνους, Et patri suo misit secundum ipsa, & decem asinos. Vbi verba, secundum ipsa, In-
terpres noster, tantundem pecuniæ & vestium vertit quæ Ioseph patri miserit, prout dederat Beniamin. Quam-
quam & Græca ipsa si hoc modo exponantur, Et patri eius misit eodem modo etiam decem asinos &c. non dis-
crepabunt ab Hebræo. Beniamin itaque vterinum fratrem & patri amantiorem, liberalius honorat Ioseph.

Addens eis asinos decem, qui subuecherent ex omnibus diuitiis Aegypti, & totidem asinas, triticum in itinere, panésque portantes.

Abundat, dictio, Addens, Et lege locum hunc vt supra ostensum est. Quod vero dicitur, ex omnibus diuitiis
Aegypti, Hebraicè est מִכֹּל טוּב מִצְרַיִם Nósim mitub misraim, ferētes de bono Aegypti, seu de optimo Aegyp- I
ti, id est rebus electis quæ erant in Aegypto. Septuaginta, ἀϊροντας ἀπὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν αὐγύπτ, Ferentes de o-
mnibus bonis Aegypti. Chaldaica, oneratos bonis Aegypti. Quod etiam subditur, Et totidem asinas triticum in
itinere, panesq; portantes, Deficit vna dictio, quæ est in Hebræo וּמָזוֹן Vmazon, id est nutrimentum, escam, alimen
tum, annonam, vel cibaria. Zun enim in lingua Chaldaica, à quo Mazon descendit verbale nomen, significat ve
sci vel nutriri. Legendum est ergo, Et decem asinas portantes frumentum & panes & cibaria patri suo in viam,
hoc est, vt haberet quod abundanter comederet pater in itinere, dum veniret ad eum. Sic habet & Chaldaica.
Septuaginta loco asinarum, habet ἡμιόνους, hoc est, mulas. Et desunt apud eos dictiones, frumentum & cibaria.
Necesse itaque erat euidentibus signis indicari dei circa Iacob & filios prouidentiam de ingredienda Aegypto,
& deserenda promissa illis terra Chanaan, quam idcirco reliquisset inuitus. Pro tanti filij gloria patrem voluit ho
norifice transferri simul cum tota familia quæ magna erat, filiorum, nepotum, seruorum, ancillarum, filiis filia- K
busq; abundantium, quorum omnium Iacob princeps erat, & ecclesiæ tantæ præpositus, quos omnes in timore
dei nutriebat. Ne putemus superfluum tot asinos & asinas onerari pro illis, qui statim profecturi erant, & eadem
via redituri ad Aegyptum.

Mysticè. INTERLINEARIS. Mysticè autem, dedit Ioseph fratribus cibaria in via, Et Christus fratribus suis apo-
stolis, & his qui euangelium annunciant, de euangelio viuere ordinauit. Singulis quoque proferri iussit binas sto
las, scientiam scilicet diuinitatis Christi & humanitatis prædicandam, & dilectionem dei & proximi. AM-
Vbi supra. BROSIVS. Habent & alij prædicatores gratiam suam, binas stolas accipiunt. Quas vtique illas dubitare non
Prouer. 31. debes, quia legisti de Sapientia dictum, Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Vna est mystica, moralis al
tera intelligentia. Sed & alligat Paulum in Beniamin, cum eius dicta depromit, cui trecentiaurei, & quinque sto-
læ diuersi coloris conferuntur à Christo. Trecentos aureos habet, qui crucem prædicat Christi. Ideoque ait, Neq;
1. Cor. 2. enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Et bene aureos accepit, quia L
non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus prædicabat. Quinque autem stolas accepit,
vel sapientiæ multiplices disciplinas, vel quod nullis sensuum corporalium captus illecebris, vbi alij periculum,
ille teneret victoriam, qui omnes voluptates carnis singulari continentia & virtute superaret, cuius ingenium
2. Cor. 12. studiumq; nulla corporis hebetaret infirmitas, qui cum esset in corpore, corpus se habere nesciret. Denique raptus
in paradisum, siue in corpore siue extra corpus nesciens, audiuit verba ineffabilia, quæ loqui homini non liceret.
2. Cor. 2. Qui postremum nihil terrenum oleret in terris, sicut ipse docet, dicens, Quia Christi bonus odor sumus deo in
his qui salui fiunt. Præcellit igitur Paulus, & eius exuberat portio. Sed non omnes apostoli, non omnes prophetæ,
non omnes pastores, non omnes virtutes, non omnes habent gratiam curationum, non omnes linguis loquun-
tur. Vbi ergo diuersa merita, diuersa & præmia. INTERLINEARIS. Sed & trecenti argentei dati Beniā-
min, scientiam Trinitatis quæ per Thau literam repræsentatur, significant. Pecuniæ vero tantundem & vestium M
per fratres patri missio, typus est, quod per apostolos mittitur Iudæis thesaurus fidei, & honestas morum.
Vbi supra. AMBROSIVS. Mittuntur ergo & patri munera, Filius honorat patrem, Christus populum suum inuitat pro-
missis, inuitat muneribus. Portant hæc munera asini illi inutiles & laborioſi antè, nunc vtiles, portant in typo
Christi munera, portaturi in euangelio munerum largitorem. INTERLINEARIS. Asini decem, docto-
res sunt ex gentibus, decalogi mandatis instructi, qui ex omnibus Aegypti diuitiis subuehunt, hoc est, omni ple-
nitudine scientiæ Iudæos imbuunt. Decem autem asinæ, triticum in itinere, panesq; portantes, pseudoapostolos
significare possunt, de quibus dicit Apostolus, Siue ex occasione, siue ex veritate annuncietur Christus. RV-
PERTVS. Porro finem cunctorum Christi mysteriorum quæ digitus dei in Ioseph prefigurauit, in hoc agno-
sci promptum est, quod non vnam tantum, sed singulis binas stolas largitus est. Et enim nunc quidem electorum
animæ vbi deposito carnis onere fœliciter lætantur, vna stola, id est sola suimet beatitudine perfruuntur, vbi au-
tem omnes resurrexerimus, quicunque immutabuntur, binas stolas singuli, id est animæ simul & corporis dupli-
catam

A catam gloriam obtinebimus. Proinde vsque ad hunc descensum in Aegyptum ab initio narrationis de isto beato
Ioseph, mysteria Christi secundum similitudinem eius spectata sint, nam ex hoc aliud principium sumitur, & sa-
cramentorum mirabilium series alia texitur, quæ iam in ecclesia Christi celebri collatione frequentata & nota,
secundum ordinem historiæ quam nouo retractatu recurrimus, speculari duce spiritu sancto conabimur.

Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait, Ne iracscamini in uia. Qui ascendentes ex Aegypto, ne- §
nerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob, & nunciauerunt ei, dicentes, Ioseph filius tuus uiuit,
& ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen
non credebat eis. Illi è contra referebant omnem ordinem rei. Cúmque uidisset plaustra & uniuersa quæ mise-
B *rat reuixit spiritus eius, & ait, Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus uiuit. Vadam, & uidebo illum an-*
tequam moriar.

Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait, ne iracscamini in uia. CHRYSOSTOMVS. Vide mentem § §
optimis moribus præditam, non solum ipse dimisit iram, & à criminibus liberauit, sed & ipsos admonet, ne ira-
scantur in via, neque inter se de factis contendant. Nam cum steterunt mane apud Ioseph, dicebant inter se, Me-
rito, in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quia despeximus eius afflictionem, & exrugens Ruben, di
cebat, Non dixi vobis, ne iniuria afficiatis filium, & non exaudistis me? Multo magis verisimile erat, quod in via
inter se rixaturi essent. Propterea comprimens eorum iram & contentionem mutuam, dicit, Ne iracscamini in
via, sed cogitate quod ego non habuerim pro crimine quæ in me admisistis, ipsi etiam vos beneuolentia vicissim
prosequamini. Quis pro dignitate admiraretur viri huius virtutem, qui nouæ legis philosophiam magna adim-
C pleuit diligentia? Et id quod Christus admonet discipulos, Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus Lucæ. 6.
vos, hoc ille & multo magis fecit. Neque enim solum tantam declarauit charitatem erga eos, qui se occidere vo-
lebant quantum in eis erat, sed omnia facit vt demonstraret eis, quod nihil in se peccarint. O sapientiæ excellen-
tiam, O beneuolentiæ coaceruationem, & dilectionis dei largitatem. Non vos (inquit) hæc mihi feciſtis, sed dei
erga me prouidentia hæc fieri fecit, vt mihi somniorum euentus concedatur. Itaque in afflictionibus & tentatio-
nibus esse, diuinæ prouidentiæ est, si sobrij simus, & bene nosmetipsos attendamus. Ne igitur in omnibus prospe-
ritatem & affluentiam inquiramus, sed & siue in prosperitate simus, siue in aduersitate, similiter gratias offera-
mus domino, vt visa gratitudine nostra, largiorem suam erga nos declaret prouidentiam. AMBROSIVS.
Et dixit illis Ioseph, Nolite iracsci in via. Quàm bene docet ab iracundia præcauendum, quod ea posset etiam amā
tes sui separare germanos, & maxime in via fugiendam esse discordiam, vbi ipse viandi comitatus debet esse in-
uiolabilis, & gratiæ habere consortium. AVCTOR CATENAE. Ne iracscamini in via. Sic habent & Se-
D ptuaginta. At Chaldaica, Ne contendatis (inquit) in via. Proprie autem רְגַז ragaz verbum, concuti, contremiscere,
inquietari, & ira moueri significat. Non solum igitur benignus Ioseph remisit peccatum in se, sed monet quoque
ne in via contendant ob facta pristina, sicut cœperant antè eo audiente. CHRYSOSTOMVS. Quis autem
fuisse à bestiis deuoratum, vt intellexit tenere imperium totius Aegypti, quomodo non præ magnitudine gau-
diorum mente excessit? Idem enim facere solet immodicum gaudium, quod excellens tristitia. Et videre licet
multos effundere lachrymas præ gaudio immenso, alios etiam sæpe obstupescere, quando fieri vident quæ nō ex-
pectauerant, & quos mortuos esse putabant, repente viuos conspiciunt. Sed vt manifestior fiat sermo noster, au-
diamus lecta. *Qui ascendentes* (inquit) *ex Aegypto, uenerunt in terram Chanaan ad patrem suum, & annunciauerunt ei dicen-* Homil. 25.
E *tes, Ioseph filius tuus uiuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti.* ORIGENES. Qui ascendentes ex Aegypto, ve
nerunt in terram Chanaan. Obseruandum nobis est scripturas sanctas legentibus, quomodo in singulis quibusq;
locis ascendere commemoratur, & descendere. Si enim diligentius consideremus, inueniemus quia nunquam se
re in sanctum quis locum dicitur descendisse, neque ad vituperabilem conscendisse memoratur. Quæ obserua-
tiones ostendunt scripturam diuinam non (vt plurimis videtur) inerudito & agresti sermone compositam, sed
secundum disciplinam diuinæ eruditionis aptatam, neque tantum historicis narrationibus, quantum rebus & sen
sibus mysticis seruientem inuenies. Ergo scriptum est eos, qui ex semine Abraham nascuntur, descendisse in Ae-
gyptum, & rursum filios Israël ascendisse de Aegypto. Denique & de ipso Abraham sic dicitur, Ascendit au-
tem Abraham de Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ eius erant, & Loth cum ipso in desertum. Tum de-
inde & de Isaac dicitur, quia apparuit ei dominus & dixit ei, Ne descendas in Aegyptum. Sed & Ismaëlitæ,
F qui portabant θυμιάματα & resinam & guttam, & ipsi ex semine Abraham erant, & in Aegyptum descende-
re referuntur, cum quibus Ioseph descendisse in Aegyptum dicitur, sed & post hæc videns (inquit) Iacob
quia est commertium frumenti in Aegypto, dixit ad filios suos, Vt quid desides estis? ecce audio quia est
frumentum in Aegypto, Descendite illuc, & emitte nobis escas, vt viuamus & non moriamur. Et paulo-
post, Descenderunt (inquit) fratres Ioseph in Aegyptum comparare frumentū. Sane cum detentus fuisset Simeon
in Aegypto, & nouem fratres eius dimissi reuerterentur ad patrem, non est scriptum quia ascenderunt ex Aegy-
pto, sed imponentes (inquit) frumentum super asinos suos, abierunt. Neque enim digne dicerentur ascendere, quo
rum frater vinctus tenebatur in Aegypto, cum quo & ipsi mente & animo soliciti, velut quibusdam charitatis
vinculis cruciabantur astricti. Cum autem recepto fratre, agnito Ioseph, sed & Beniamin in oculis eius oblato, cū
lætitia reuertuntur, tunc dicitur, Quia ascenderunt ex Aegypto, & venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem
suum. Tunc etiam, quando dicunt ad patrem, Quia Ioseph filius tuus viuit, & ipse principatum tenet & agit to-
tius terræ Aegypti. Necessario enim ab infimis & humilibus dicuntur ad ardua & excelsa conscendere, qui Ioseph
viuere

Universidad de Deusto Biblioteca

viuere nunciant,& principatum totius Aegypti gerere.Hæc interim ad præsens nobis occurrere de ascensione & G
descensione potuerunt.Ex quibus studiosi quique occasiones habere possunt,plura de scripturis sanctis pro huius-
modi assertione probamenta colligere. AVCTOR CATENAE. Non dubium autem quin læti & a-
lacres redierint , non tamen sine verecundia pro crimine patrato in fratrem, & prodito toti mundo.Interim ta-
men consolati ex ordine sapientiæ diuinę,quem immutabilem facto didicerant,qui tanta bona ex suo malo pro-
mouisset. *Quo audito* (inquit) *Iacob,quasi de graui somno euigilans,tamen non credebat eis.* CHRYSOSTOMVS.
Vides id quod dicebam,& incredibile ei visum esse,quod de Ioseph annunciabatur?& merito.Qui enim tunc at-
tulerant vestem sanguine hœdi inquinatã,& patri persuaserant,quod à bestiis esset deuoratus,nunc dicunt quod
viuat,& dominetur in tota Aegypto.Et turbata mente cogitabat apud se, quomodo rationi esset consentaneum.
Nam si verum hoc,quod prius dictum,quomodo hoc poterat credi? Sin autem hoc credendum & verum , illud
necessario fuerit mendacium.Turbauit autem eum maxime,quod à filiis antea audiuerat,& alia nunc ab eisdem H
disceret. RVPERTVS. Quomodo tantæ rei nuncium pater acciperet,compendio scriptura pulchre sic
expressit,vt nullo verborum circuitu melius explicari potuerit.Quasi de graui somno euigilans,inquit. Qualis e-
nim astat,qui de graui somno repente percitus euigilat? Attonitus vtique & stupidus,ad intelligendum vel respõ
dendum segnis & hebes,præ mortuis sensibus. CAIETANVS. Quo audito Iacob,quasi de graui somno,
& cætera.Iuxta Hebræum habetur,Et vacillauit vel & debilitatum est cor eius,quia vel quod non credidit eis.Du
plex potest esse sensus.Alter,vt dispositio cordis fuerit ratio non credendi, & secundum hunc sensum legendum
est,non quia,sed quod,significatur enim quod tanta fuit animi vacillatio , seu potius destitutio ex stupore rerum
auditarum,quod non credidit eis,Alter,quod incredulitas fuit ratio dispositionis animi.Et iuxta hunc sensum le
gendum est quia,significatur enim quod incredulitas fuit ratio vacillandi,seu potius debilioris animi.Vtriusque
autem remedium subiungitur,& quod credidit,& quod reuixit spiritus eius . Et ex hoc vltimo apparet quod di-
ctio ab aliquibus interpretata vacillauit,interpretanda potius est debilitatum est.Nam è regione illius scribitur & I
reuixit spiritus eius. AVCTOR CATENAE. Quo audito Iacob quasi de graui somno euigilans, tamen
non credebat eis.Hebraica litera est וַיָּפָג לִבּוֹ כִּי לֹא־הֶאֱמִין לָהֶם Vaiáphag libbo chi lo heemin lahem , significat au-
tem פוג phug,hæsitare,vacillare,& laxari.Vnde variis modis redditur locus iste, & vacillauit seu hæsitauit, id est
dubium erat vel laxatũ est,hoc est,dissolutum seu debilitatum est,aut elanguit cor eius,quia non credebat eis.Se-
ptuaginta autem & ipsi ad stuporem referunt,καὶ ἐξέστη τῇ διανοίᾳ Ἰακώβ,Et stupefactus est mente Iacob. Chaldai-
ca,Et erant verba hæc vacillantia in corde suo,quoniam non credebat eis.Quasi ergo obrutus cogitationibus,nõ
aduertit,sed vt auditu insolitum,impossibile,& maximum , hæsitauit & constitit secum Iacob,quasi somnium se
audire putans.Dudum enim illi filij contrarium persuaserant,à fera deuoratum dixerant, vel nunc mentiebãtur,
vel dudum fuerant mentiti. CHRYSOSTOMVS. Videntes igitur filij patris turbationem, & volentes ei
pluribus argumentis persuadere quod verum dicerent,locuti sunt ei omnia quæ à Ioseph dicta erant,& quæcun-
que dixerat eis,& postea protulerunt plaustra & dona,quæ à Ioseph missa erant.Vnde ait, *Illi econtra referebant* K
omnem ordinem rei. Vix autem faciebant fidem patri,non esse mentita quæ illi dicebant. AVCTOR CATE-
NAE. Consonat Hebraica litera Chaldaicæ, quæ ita habet hoc in loco, Et locuti sunt cum eo omnia verba Io-
seph,quæ locutus fuerat cum eis.Sed hæc idem in sententia sunt cum Latina æditione. *Cumq; uidisset*(inquit) *plau*
stra. CHRYSOSTOMVS. Quæ missa erant vt descenderent in Aegyptum. *Et uniuersa quæ miserat reuixit*
spiritus eius. ORIGENES. Quod in Latino dicitur resuscitatus est spiritus eius , in Græco ἀνεζωπύρησε scri-
ptum est,quod non tam resuscitare, quàm reaccendere(vt ita dicam)significat,& reignire . Quod dici solet, cum
forte in aliqua materia ignis eousque deficit , vt extingui videatur , & si forte fomentis adhibitis reparetur,reac-
census dicitur . Aut si lucernæ lumen eousque perueniat , vt putetur extingui , si forte infuso oleo resuscitetur,
licet minus polito sermone , reaccensa lucerna dicitur . Similiter & de lampade, vel aliis huiusmodi lumini-
bus appellabitur.Tale ergo aliquid & in Iacob indicare videbitur hic sermo, quod donec longe fuit ab Ioseph,&
non est ei annunciatum de vita eius , veluti defecerat in eo spiritus eius , & lumen quod in ipso fuit , fomentis L
deficientibus iam fuerat obscuratum . CHRYSOSTOMVS. Reexcitatus est (inquit) senex decre-
pitus , terram spectans . Quid est reuixit spiritus eius ? Quid est reexcitatus est ? Sicut ignis in ampulla quando
deficit olei alimonia , & iam extinguitur , si parum quis olei infuderit, repente quod extingui putabatur , &
clariorem emittit lucem , ita & senex ille præ tristitia iam extingui videbatur . Noluit enim (inquit) conso-
lationem accipere , dicens , Descendam lugens in infernum . Vbi autem cognouit quod viueret , & quod
dominaretur in tota Aegypto, & vidit plaustra , reaccensus est , & iuuenis ex sene factus . Deposuit mœroris
nebulam , dispulit cogitationum tempestatem , tranquillus postea fuit . Hæc autem omnia deus dispensabat , vt
iustus horum laborum consolationem inueniret,& particeps fieret fœlicitatis pueri,& prçterea vt somnium im-
pleretur,id quod ipse interpretatus erat,dicens, Nunquid veniemus ego & mater tua,& fratres tui,vt adoremus
te? RVPERTVS. Reuixit ergo(dixit) spiritus eius,id est discernendi facultatem accepit , vt multitudinem
gaudiorum suorum accipere posset,& rationem habere cum eis sciret,quorum repentinus aduentus,imparatum, M
nihilq; tale opinantem animum, magna inundatione oppressisset. Sed nec hoc quidem otiose relinquendum est,
quod non animum,sed spiritum,tanquam meliorem sui partem , resuscitatum esse dicit. Splendor etenim lucis
qui erat in eo,etiam si extinctus penitus non est , tunc cum obtulerunt filij eius tunicam Ioseph , hœdi sanguine
maculatam, & mendacio eorum decipi potuit,ita vt scinderet vestimenta sua,& poneret saccum super lumbum
suum,& lugeret filium suum,nec vellet omnino consolari, sed diceret,Quia descendamad filium meum lugens
in infernum.Tunc etiam si(sicut diximus)non erat penitus extinctum in eo lumen,maxima tamen ex parte fu-
erat obscuratum,quod decipi potuit,quod vestimenta scindere , quod implorare mortem quod in infernum cu-
peret lugendo descendere.Propter hæc quoque nunc resuscitatur,& reuiuiscit spiritus eius, quia consequens erat,
vt lumen quod in eo obscurauerat fraus mẽdacij, reaccẽderet veritas auditus. AVCTOR CATENAE.
Cumq; vidisset plaustra,& vniuersa quæ miserat. Abundat, & vniuersa . Deficiunt autem aliquæ dictiones , quæ
huiusmodi

A huiusmodi sunt in Hebræo :יוֹסֵף לָשֵׂאת אֹתוֹ Ioseph laseth otho,Vt dicatur,Et vidit plaustra quæ miserat Ioseph,
vt portarent eum.Quod vero sequitur.Reuixit spiritus eius,Hebraicè est.וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב אֲבִיהֶם Vatehi rúach Ia-
akob abihem,Et reuixit seu viuificatus est spiritus Iacob patris eorum. Sic & Septuaginta. Chaldaica vero longe
aliter,Et requieuit spiritus sanctus super Iacob patrem suum.Pluribus igitur argumentis turbato patri quod verũ
erat tardius persuadent, donec etiam currus & quadrigas protulerunt, quæ prius nunquam visa, nec interim pa-
rasse filios verisimile. Amplissimarum opum indicium præseferebant,sicq; paulatim visis tot testimoniis magni-
ficis,credidit,& reuixit spiritus eius,id est, de vehementi desolatione ac prostratione, quæ mortis sunt imagines,
ad viuacitatem & iucunditatem reuersus est. CHRYSOSTOMVS. Credidit ergo Iacob dictis atque factis
filiorum, *Et ait,Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus uiuit,uadam & uidebo eum antequam moriar.* Magna sunt mihi (in-
quit) & excedunt omnem cogitationem,& obscurant omnem humanam lætitiam.Si adhuc Ioseph filius meus vi
uit,ibo,& videbo eum.Festinemus igitur,vt eius colloquio potiar priusquam moriar . Nunc (inquit) iuuenis ille
B erexit mentem,& fugauit senectutis infirmitatem,& roborauit rationem . Quod & si colloqui contingat, perfe-
ctam lætitiam assequutus moriar. CAIETANVS. Iuxta Hebręum habetur,pro sufficit mihi,Multũ est.Ad-
uerbium est,significans plusquam sufficit,nec additur pronomen aliquod,sed significatur plusquam id quod suffi-
ceret euenisse. AVCTOR CATENAE. Est enim Hebraica litera :רַב עוֹד יוֹסֵף בְּנִי חָי Rab od Ioseph beni
hai,Multum adhuc Ioseph filius meus viuit,Quod Chaldaica clarius exprimens,ait,Magnum gaudium est mihi
Ioseph filio meo adhuc viuente.Septuaginta μέγα μοι ἐστὶν εἰ ἔτι ὁ υἱός μου Ἰωσὴφ ζῇ,Magnum mihi est, si adhuc filius
meus Ioseph viuit.Dicat igitur senex Iacob,Abunde sufficit mihi pro longi mei mœroris consolatione,ex omni-
bus quæ in hac vita deinceps desidero,gaudium maius non cupio,quàm vt filius meus Ioseph adhuc viuat, si alia
omnia desint,si in aliis omnibus subesset fraus vel impostura,nunc ibo festinus,vt colloquio & amplexibus illius
fruar decrepitus,antequam moriar.Discimus ex his omnibus,fidem in verba dei promittentis bona credentibus,
post tristitias fidelium esse gaudia speranda, obsequium, nutrimentum,solatium, & reuerentiam ad parentes,re-
C conciliationem in eos qui nobis malefaciunt,& ad mortem etiam persequuntur,& miris inuoluunt miseriis, pro
beneficiis gratitudinem,honorem deferendum virtuti,pacem fraternam,mala obliuioni tradenda.
AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Proficiscentibus fratribus ait Ioseph,ne irascimi- Mysticè.
ni in via,quid quęso aliud ait dominus Iesus ex hoc corpore recessurus,cum discipulos dimitteret suos nisi ne ira-
scerentur in via,dicens,Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis? Vbi enim pax est,iracundia locum non ha Ioan.14.
bet,ablegatur discordia,fugatur dissensio.Hoc est ergo quod ait, Pacem meã do vobis,id est, nolite irasci in via.
Et vide ne in hac via dicat,id est,in hoc cursu totius vitæ indignationem cauendam , quod ira sæpe etiam inno-
centes in crimen abducat , quia dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coërcere peccatum , grauiora
peccata committimus.Ideo Apostolus ait,Non vos ipsos vindicantes charissimi,sed date locum iræ,hoc est,decli Roma.12.
nemus eam,ne nos illa corripiat.Vnde dominus Iesus dimittens ad euangelizandum discipulos,misit eos sine au
D ro, sine argento, sine pecunia, sine virga, vt & incentiua litis , & instrumenta eriperet vltionis. INTERLI-
NEARIS. Vel ne irascimini in via,perinde est ac si Christus dicat apostolis,Nolite contendere de temporali-
bus. AMBROSIVS. Et ascenderunt (inquit) de Aegypto,& venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem
suum.Et nunciauerunt illi,dicentes, Quia Ioseph filius tuus viuit,& ipse est princeps totius terræ Aegypti. Quid
est terra Chanaan quæ nutabat?Quid igitur tam euidens,quàm apostolorum tempora designari?Quibus ingressis
Iudæorum synagogas nutantes,domini Iesu potentiam prædicabant,sicut habemus in Actis apostolorum,dicen- Act.2.
te Petro, Hunc ergo Iesum resuscitauit deus, cuius nos testes sumus . Dextera igitur dei exaltatus, repromissione
spiritus sancti accepta à patre , effudit hoc donum quod vos videtis. INTERLINEARIS. Ioseph ergo fi-
lius tuus viuit,& ipse dominatur in omni terra Aegypti,est, Christus incarnatus est,surrexit à mortuis, & domi-
nus est orbis terrarum. AMBROSIVS. Aduertimus certe , quomodo & viuere eum, & terræ totius
principem dicit,quia aperiens horrea sua,spiritalis gratiæ donat omnibus vbertatem. Hæc dicebant Apostoli,sed
Iudæi non credebant , sed iniiciebant manus in eos,sed tradebant in custodiam prædicatores salutis . Vnde & de
E Iacob scriptum est,Expauit mente,non enim credebat eis.Expauit affectu plebis incredulæ,sed posteaquam Chri
sti gesta cognouit,tantis beneficiis & operibus delinitus,resumpsit spiritum,dicens,Magnum mihi est,si adhuc fi
lius meus Ioseph viuit,ibo,& videbo eum priusquam moriar.Primum & maximum fidei fundamentum in resur
rectionem Christi credere.Quicunque enim crediderit resuscitatum,festinus requirit, deuotus accipit, & intima
deum mente veneratur . Credit enim quod ipse non moriatur, si credat in resurrectionis auctorem . ISIDO-
RVS. Quàm bene igitur his verbis Iudaicus ille populus cõuersus exprimitur,qui Christi audito aduentu,dum
à filiis suis,Petro,Paulo,Ioanne,& reliquis apostolis ad gratiã fidei vocaretur, quasi à torpore carnalis vitæ euigi
lans ad primam suasionem nõ credidit,sed cum agnouisset euangelij plenitudinem, & charismatum distributio-
nem,qui per longam cæcitatem quasi mortuus fuerat,fide resurrectionis Christi viuificatus est. ORIGENES.
Sed & ad mores nostros informandos dicamus , quod si potuisset vinci Ioseph à libidine, & peccasset cum vxo-
F re domini sui , non puto quod hoc à patriarchis nunciatum de eo fuisset patri eius Iacob , quia filius eius viueret.
Hoc enim si fecisset,sine dubio non viuebat.Anima enim quæ peccat,ipsa moritur.Sed & Susanna eadem docet,
cum dicit,Angustiæ mihi sunt vndique,si enim hoc fecero (id est,si peccauero) mors mihi est,& si non fecero,nõ
effugiam manus vestras.Vides ergo & ipsam, mortem in peccato posuisse? Sed & ad primum hominẽ à deo pro-
lata sententia eadem continet,cum dicit,Qua die manducaueritis ex eo,morte moriemini. Statim nanq; vt præ-
uaricatus est mandatum,mortuus est.Mortua est enim anima quę peccauit,& arguitur serpens fefelisse qui dixit,
non morte moriemini.Sed & in nobis calcare libidinem,fugere luxuriam,omnesq; voluptates corporis premere
& frenare,hoc est,principatum gerere totius Agypti,& hoc est quod apud Israël magnum ducitur,& in admira-
tione habetur.Si quis vero est,qui aliqua quidem vitia corporis subiuget,aliis vero cædat & subiaceat, de isto nõ
integre dicitur,quia principatum agit totius terræ Aegypti,sed vnius forte, aut duarum, aut trium ciuitatum vi-
debitur gerere principatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMSEXTVM ARGVMENTVM. G

Iacob pergit in Aegyptum ad Ioseph. Genealogia Iacob. Ioseph occurrit patri.

CAPVT XLVI.

Lectio pri.

PRofectusque Israel cum omnibus quæ habebat, uenit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi uictimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per uisionem nocte uocantem se & dicentem sibi, Iacob Iacob. Cui respondit, Ecce adsum. Ait illi deus, Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descen H
dam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manus suas su
per oculos tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramenti, tulerunt; eum filij cum paruulis & uxo-
ribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, & omnia quæ possede-
rat in terra Chanaan. Venitque in Aegyptum cum omni semine suo, filij eius & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies.

1 CHRYSOSTOMVS. Nihil moratus senex, itineri se accinxit, festinans & vrgens vt videret tam desideratam filium, & ante tot annos mortuum, & vt putabat, factum cibum bestiarum, nunc regem Aegypti factum. Ait ergo. *Profectusq; Israel cum omnibus quæ habebat, uenit ad puteum iuramenti.* RVPERTVS. Puteus iuramenti, superius habemus vnde cognominatus sit, scilicet ex eo quod Abraham & Abimelech fœdus percusserunt, ille lo- I
Gen.21. cus nanque idcirco vocatus fuit Bersabee, quia ibi vterque iurauit. CAIETANVS. In hoc etiam loco Isaac & Abimelech inierunt fœdus, Geneſis vigesimosexto. Habitauit enim ibidem tam Abraham quàm Isaac, & vterq; inuocauit ibi nomen dei. Et Isaac ædificauit ibidem altare domino, propter quod mentio fit Isaac. Adhuc enim altare ædificatum ab Isaac forte tunc erat, & super illud sacrificauit Iacob. AVCTOR CATENAE. Non dubitauit autem Iacob se credere filio, in Aegyptum vocanti, cum quo gratiam dei spectabat: reipsa admonebatur mutare sedem, famem fugere, pro tanta familia deum non tentare cuius beneficium clare cernebat oblatum, non tamen egreditur absque dei consilio: & sine præuia oratione. Ad locum diuinarum reuelationum pergit, ad fontem Abrahæ, Agar, Abimelech & Isaac, vbi Abraham aram primus erexerat, promissionesq; susceperat. *Et mactatis ibi uictimis deo patris sui Isaac.* CHRYSOSTOMVS. Preces quibus gratias agebat, obtulit domino, & sacrificauit sacrificium deo patris sui Isaac. Hæc audientes, discamus quando quid facturi, vel negotium aliquod cœ- K
pturi, vel peregrinationem suscepturi sumus, vt offeramus domino sacrificium precum, & eius adiutorium inuocemus, & sic institutum aggrediamur, imitantes illorum iustorum pietatem. Sacrificauit sacrificium deo patris sui Isaac. Hic discamus, quod vestigia patris sui sequutus sit, & hoc in cultu diuino declarauerit, sicut Isaac. Et quia suam gratitudinem prius per gratiarum actionem ostendit, statim subsequuta sunt etiam ea quæ supernæ gratiæ fuerunt. Nam quia videbat secundum itineris spatium, & cogitabat suam decrepitam ætatem verebatur ne morte præoccupatus, à colloquio & aspectu filij destitueretur, precatur dominum, vt tantum sibi vitæ mensuram concedat, vt perfecta voluptate fruatur. AVCTOR CATENAE. Quod est in Hebræo וַיִּזְבַּח זְבָחִים Vaizbah zebahim, alij non incongrue verterunt, Et sacrificauit sacrificia. Hoc enim modo Septuaginta, Chaldaica vero, Et immolauit ibi victimas, dixerunt. Et constat ex vi tam verbi quàm nominis ab eo deriuati, vtroque modo reddi posse. In Bersabee ergo sacrificia offert multa patriarcha, pro multa familia, omnium rerum creatori, in quem patres sui crediderunt, à quo solo dirigi expectabant in agendis, apud quem iam viuebant Abraham & Isaac. CHRYSOSTOMVS. Sed vide, quomodo bonus dominus multis argumentis iustum L
securum reddat. *Audiuit* (inquit) *eum per uisionem nocte uocantem se.* INTERLINEARIS. Merito in loco pacis & concordiæ videtur deus, quia illic mandauit deus benedictionem. CAIETANVS. Apparitionem autem in somnis intelligo. Et est hæc septima diuina visio ad Iacob. AVCTOR CATENAE. Interdiu enim sensus impediuntur externis occupationibus, noctu sunt capaciores apparitionum diuinarum. *Et dicentem sibi, Iacob Iacob.* CAIETANVS. Hebræorũ est, duplicare nomen ad exprimendum magnitudinem affectus. AVCTOR CATENAE. Vel bis nominat, læta renunciaturus, & vt attendat diligentius & vberius consoletur. Simile habes primo Regum tertio, Samuel Samuel. *Cui respondit, Ecce adsum.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Ecce ego. Promptitudinis est. AVCTOR CATENAE. Statim acquieſcit, subiicit, atque totum se deo impendit. *Ait illi deus, Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gen-*
tem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manus suas super o- M
culos tuos. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo ea quæ iustus ille desiderabat, ea illi deus pollicetur, imò & multo maiora. Liberalitate enim sua nostras petitiones transcendit, seruans solitam suam misericordiam. Ne timeas (inquit) descendere in Aegyptum. Quoniam anxius erat obuiæ prolixitatem, ideo dicit, Ne respicias ad infirmitatem senectutis, in gentem enim magnam faciam te illic, & descendam tecum in Aegyptum, ego te comitabor, & omnia tua prospera reddam. Aduerte quomodo verba humilitati nostræ attemperet. Quid hoc beatius fuerit, quàm deum ipsum habere comitem itineris? Sequitur postea consolatio, qua plurimum indigebat senex. Et Ioseph (inquit) imponet manus super oculos tuos. Ille dilectus tuus, ipse te fouebit, & manus imponet super oculos tuos. RVPERTVS. Noli (inquit) timere, & descende in Aegyptum. Pater ex hoc quia Iacob in Aegyptum descendere timebat, alioquin frustra diceret ei deus, Noli timere. Et forte idcirco timebat, quia difficilem fore reditum non ignorabat. Nam præter hoc quod propheta erat, sicut de illo & patribus eius ex
Psalm.104. persona dei psalmus dicit, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, illud quoque timorem

A timorem hunc illi incutere poterat, quod ad Abraham sopore & horrore magno & tenebroso oppressum, deus locutus est, scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos ser- Gen.15.
uituti, & affligent quadringentis annis. Nam & hoc dictum fuisse sciebat, & Aegyptios gentem illam fore existimabat, præsertim quia magnus & tenebrosus horror domesticæ iam malitiæ præcesserat. Timenti igitur consolatio diuina fiduciam subministrat, Noli timere (inquiens) & descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Summa autem consolationis hæc est, Ioseph quoque manum ponet super oculos tuos. Hoc enim pro maximo habens, postmodum dicit Ia-
B cob, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. CAIETANVS. Ego sum fortissimus deus patris tui. Fortitudine quidem opus erat ad assistendum Iacob peregrinanti. Esse autem ipsum deum cultum ab Isaac (hoc est, deum verum) manifestari oportuit, tum ne illusio dæmoniaca putaretur, tum ne contraria promissis Isaac timerentur. Vnde & subiungitur, Noli timere descendere in Aegyptum. Ecce necessaria fortitudo contra timorem. Timebat enim Iacob euenturum malum à descensu in Aegyptum, malum videlicet seruitutis & oppressionis, dispersionis, seu diminutionis. Contra quæ mala promittit deus, Quia in gentem magnam faciam te ibi. Prima timoris materia insinuatur, minus augmentum gentis suæ in Aegypto, eo quod in terra Chanaan pollicita fuerat magnitudo gentis eius. Impleta sunt autem diuina hæc verba, Quandoquidem in Aegypto & numero & potentia diuina magnificata est gens Iacob. Et ego inde adducam te reuertentem. Iuxta Hebræum, Et ego faciam ascendere te etiam ascendẽdo. Secunda timoris materia insinuatur, desertio diuina, ne deus desereret quo ad specialem gratiam gentem suam in huiusmodi peregrinatione. Promittit se deus specialem comitem, ita quod cum Iacob descendente descendet, & cum ascendente, redeundo ascendet. Verificatum autem est hoc in exitu Israël de Aegypto tempore Moysi. Et Ioseph ponet manum super oculos tuos. Tertia timoris materia insinuatur, propria persona ipsius Iacob. Timebat enim mori in via, & propterea promittitur ei quod Ioseph teget oculos eius iuxta morem antiquorum. AVCTOR CATENAE. Noli timere, sed descende
C in Aegyptum. Amicum valde fuit Latino interpreti verbum noli. Vnde sæpe ex sua officina illud ponit, veluti hoc loco, scribitur enim Hebraicè אַל תִּירָא מֵרְדָה מִצְרַיְמָה Al tira merada misraima, Ne timeas descendere in Aegyptum. Sic est apud omnes. Verum hoc sensum non mutat. Deinde in eo quod sequitur, Et ego inde adducam te reuertentem, Optime interpres Hebraicorum verborum sensum expressit, sunt enim וְאָנֹכִי אַעֲלְךָ גַם עָלֹה Veanochi áalcha gam alo, Et ego ascendere te faciam etiam ascendendo. Estq; Hebraismus. Septuaginta, καὶ ἐγὼ ἀναβιβάσω σε ἐκεῖ πάλιν, Et ego reducam te in finem. Chaldaica, Ego quoque inde ascendere te faciam. Dicit itaque deus, Ego sum in quem tui patres sperauerunt, quibus benefeci, promisi immensa, & statuam præter quem tui posteri nullum sciant, sed solum diligant, atque colant. Perge quo vocaris in Aegyptum, nam ibi de lumbis tuis multitudo magna progressura est. Iterum promittit in futurum tempus, vt fides exerceatur & crescat, qua delectatur deus, pro obsequio amplissimo amplectitur, & ad iustitiam imputat. Ego descendam tecum, & cætera.
D Vbicunque fueris (inquit) ex me pendens, illic seruabo, consolabor, augebo, benefaciam, tibi (inquam) & omnibus tuis. Adero descendenti nunc, simul quoque suo tempore in posteris in magna gloria reascensuris. Vel curabo vt in terra tibi & semini tuo promissa, sepeliaris. Ioseph quoque filius tuus morienti tibi officiosus & pie adest, quem te præcessisse ad mortem dolueras tantopere, ipse sepulturæ tuæ curator erit, non tu illius. Vel (vt dictum est) morem antiquorum tangit, quo qui magis defunctum diligebat, magisq; ab eo diligebatur, oculos eius claudebat in morte. CHRYSOSTOMVS. Gaudens itaque, & totus securus, iter ingredi cœpit. Cogita hic obsecro iustum, quàm iucundum fecerit iter, acceptis tam certis dei promissionibus. *Surrexit* ergo (inquit) *Iacob à puteo iuramenti, tulerunt; eum filij cum paruulis & uxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, & omnia quæ possederat in terra Chanaan.* RVPERTVS. Quanquam ergo timuerit posteris suis, deo tamen confortante, hoc melius sibi & optabilius arbitratus est, vt super oculos suos manum poneret Ioseph, Vnde & dicebat, Sufficit mihi si Ioseph filius meus viuat. AVCTOR CATENAE. Et omnia quæ possederat in terra Cha-
E naan. Breuibus verbis summauit interpres quod in Hebræo longioribus habetur וַיִּקְחוּ אֶת מִקְנֵיהֶם וְאֶת רְכוּשָׁם אֲשֶׁר רָכְשׁוּ בְּאֶרֶץ כְּנָעַן Vaikhu eth miknehem veeth rechusam aser rachsu beérez Chenáam, Et acceperunt seu adduxerunt pecora seu greges suos, & substantiam suam quam possederant vel acquisierant in terra Chanaan. Sic & Chaldaica, Septuaginta, καὶ ἀνέλαβον τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, καὶ πᾶσαν τὴν κτῆσιν, ἣν ἐκτήσαντο ἐν γῇ Χαναάν, Et tulerunt substantias eorum, & omnem possessionem quam possederunt in terra Chanaan. Honorifice quidem Aegyptum ingreditur, suo tempore longe maiori honore & numero regressurus. Sed & omnia tulerunt secum filij Iacob quæ in terra Chanaan possederunt, hoc est, seruos & ancillas, animalia, argentum, aurum, supellectilem, pro tot personis bona mobilia, ad mandatum domini in Aegypto habituri. Certi quidem de possessione terræ Chanaan possidenda illis, quomodo autem, & quando id fieret, domino committebant dispensandum. *Venitq; in Aegyptum cum omni semine suo, filij eius & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies.* AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta alia exemplaria est, Intrauit in Aegyptum Iacob & omne
F semen eius, filij & filij filiorum eius, filiæ & filiæ filiarum eius cum eo. Quærendum quomodo dicat filias & filias filiarum eius, cum filiam vnam legatur habuisse? Superius autem dixeramus, filias eius accipi posse neptes eius, sicut filij Israel omnes dicuntur etiam vniuersus populus ab illo propagatus. Sed nunc cum dicit, filias filiarum, propter vnam Dinam pluralis numerus pro singulari positus est. Sicut etiam pro plurali singularis solet, nisi nurus eius quisque asserat filias eius potuisse appellari. AVCTOR CATENAE. Summat more suo interpres verba Hebraica quæ longiora sunt, sicut habetur & in Chaldaica, Et venerunt Iacob & omnes filij eius, seu vniuersum semen eius cum eo in Aegyptum, tam filij sui quàm filij filiorum suorum cum eo. Filias quoque suas & filias filiorum suorum, & omnem progeniem suam adduxit, seu venire fecit secum in Aegyptum. Quæ omnia idem in effectu dicunt cum Latina æditione. Semen igitur Iacob dicuntur filij & nepotes, nam quod ij sint, scriptura mox exponit, dicens, Filij eius, &c. &, id est, cuncta simul progenies.

Mysticè. AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Mysticè autem, eleuans se Israël venit ad puteum iuramenti,

Universidad de Deusto Biblioteca

iuramenti, & immolauit hostiam deo patris sui Isaac. Merito eleuatur, qui festinat ad Christum, fides præcedit G
deuotionem. Prius se eleuauit, postea immolauit. Ille enim bene immolat, qui cognitionem diuinitatis inuesti-
gauerit. Dixit autem deus ad Israël in visu nocte, dicens, Iacob Iacob. Qui dixit, Quid est? Et dominus ait, Ego
sum deus patrum tuorum. Noli timere, descende in Aegyptum. In gentem enim magnam faciam te ibi. Ego de-
scendam tecum in Aegyptum, & ego deducam te in perpetuum. Quemadmodũ quæ ipsi legunt non intelligunt,
& Moysen quem laudant abnegant, cum eius scripturis credere nolunt. Quid euidentius quàm quod hoc loco
inuitantur, vt ad ecclesiam dei transeant, & qui antè intra Iudææ terminos coartabantur angustos, ad populum
Psal.18. dei migrent, qui ex toto orbe ex omnibus nationibus congregatus, in magnam factus est gentem? Denique in o-
mnem terram exiuit sonus eorum. Vocatur ergo à filiis suis Iacob, id est, à Petro, Paulo, Ioanne, populus Iudæo-
rum inuitatur ad gratiam. Ipse quoque deus noster proprio eum hortatur oraculo, spondet ei profectum fidei, mu
neris sui fructum, dicens ei, Ioseph mittet manus super oculos tuos. Non vtique sanctus patriarcha solicitus erat
à quo ei oculi clauderentur, licet etiam intellectu simplici, moralis exprimitur affectus. Nam si eos quos diligi- H
mus, cupimus frequenter amplecti, quanto magis recessuri ex hoc corpore, ipso charorum pignorum tactu dele-
ctamur extremo, & hoc mulcemur viatico? Tamen mysticè licet nobis intelligere, quod postea cogniturus deum
sit populus Iudæorum. Hoc est enim mysterium, quod verus Ioseph immittet manus super oculos eius, vt qui nõ
videbat antè, iam videat. Veni ad euangelium, lege quemadmodum cæcus ille sanatus sit, cui Iesus manum im-
posuit, & eius abstulit cæcitatem. Non enim morituris Christus manum imponit, sed victuris, aut si morituris,
recte, quia prius morimur, vt reuiuiscamus. Non enim possumus deo viuere, nisi peccato antè moriamur. ORI-
Vbi supra. GENES. Sed & alio sensu dignum videtur intueri & prospicere, quæ ad Iacob deus loquatur, & quomodo
eum velut ad quosdam agones proficiscentem corroborans & cohortans, mittat ad Aegyptum. Ait enim, Noli
timere descendere in Aegyptum, hoc est dicere, congressurus aduersus principatus & potestates, & aduersus mun
di huius (qui figuraliter Aegyptus appellatur) rectores tenebrarum harum noli timere, noli trepidare. Quod si & I
causam scire vis quare timere non debeas, audi promissionem meam. In gentem enim magnam faciam te ibi, &
descendam tecum in Aegyptum, & ego te reuocabo inde in finem. Non ergo timet descendere in Aegyptum, nõ
timet agones huius mundi, & obsistentium dæmonum subire certamina, cum quo in agones descenderit deus.
Denique audi Apostolum dicentem, Amplius (inquit) ego quàm omnes illi laboraui, non autem ego, sed gratia
dei mecum. Sed cum Hierosolymis aduersus eum commota fuisset seditio, & agonem clarissimum pro verbo &
prædicatione domini desudaret, astitit ei dominus, & dixit eadem, quæ nunc dicuntur ad Israël. Noli (inquit) ti-
mere Paule, quia sicut testificatus es de me Hierosolymis, ita te oportet & Romæ testimonium dare. Verum ego
amplius adhuc aliquid hoc in loco arbitror latere mysterij. Mouet enim me quod dixit, In gentem magnam faciã
te, & descendam tecum in Aegyptum, & deinde reuocabo te in finem. Quis est iste qui factus est in gentem ma-
gnam in Aegypto, & in fine reuocatus est? Quantum ad Iacob illum spectat de quo dici putatur, non videbitur
esse verum, non enim in finem reuocatus est ex Aegypto, quippe qui defunctus in Aegypto est. Absurdum autem K
erit, si quis in eo reuocatum dicit à deo Iacob, quia corpus eius reportatum est, quod si recipiatur, non erit verum,
quia deus non est mortuorum, sed viuorum. Non enim conuenit hæc de corpore mortuo intelligi, sed super vi-
uos, & vigentibus approbari. Videamus ergo domini descensum in hunc mundum, & in gentem magnam, hoc
est, in ecclesiam ex gentibus factum, consummatisq; omnibus ad patrem regressum. In hoc itaque verius quàm in
Iacob adimplebitur quod dictum est, Quia reuocabo te inde in fine. Sed & vnusquisque nostrum eodem ordine
atque eadem via Aegyptũ & agones ingreditur, & si mereatur vt deus semper maneat cum eo, faciet eum in gen-
tem magnam. Magna enim gens, est virtutum numerus, & iustitiæ multitudo, in qua sancti quique multiplicari
dicuntur & crescere. Completur in eo etiam illud quod dictum est, Quia reuocabo te inde in finem. Finis enim
perfectio rerum, & virtutum cõsummatio ponitur. Hoc est ergo, reuocabo te inde in finem, velut si diceret, quo-
niam certamen bonum certasti, fidem seruasti, cursum consummasti, reuocabo te iam de hoc mundo ad beatitu-
dinem futuram, ad perfectionem vitæ æternę, ad iustitię coronam, quam reddet dominus in finem seculorum o-
mnibus qui diligunt eum, Ioseph quoq; ponet manum suam super oculos tuos. Verus enim Ioseph, dominus & L
saluator noster, sicut corporalem manum suam posuit super oculos cæci nati, & reddidit ei visum quem perdide
rat, ita etiam spiritales manus suas posuit super oculos legis, qui per corporalem intelligentiam scribarũ & pha-
risæorum fuerant excæcati, & reddidit ei visum, vt his quibus aperit dominus scripturas, spiritalis in lege visus &
intellectus appareat. Atq; vtinam & nobis iniiciat dominus Iesus manus suas super oculos, vt incipiamus & nos
respicere, non ea quæ videntur, sed quæ non videntur, & aperiat nobis illos oculos, qui non intuentur præsentia,
sed futura, & reuelet nobis cordis aspectum, quo deus videtur in spiritu.

2 *HAec sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingreßi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primoge-
nitus Ruben. Filij Ruben, Enoch & Phalu & Esron & Charmi. Filij Simeon, Iamuel & Iamin & Abod
& Iachin & Saber & Saul filius Chananitidis. Filij Leui, Gerson & Chaath, & Merari. Flij Iuda,* M
*Her & Onan & Sela & Phares & Zara. Mortui autem sunt Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt
filij Phares, Esron & Amul. Filij Isachar, Thola & Phua & Iob & Semron. Filij Zabulon, Sareth & Helon &
Iabelel. Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ, cum Dina filia sua. Omnes animæ filiorum eius & fi-
liarum, triginta tres. Filij Gad, Sephon & Aggi & Esebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. Filij Aser,
Iemna & Iesua & Iesui & Beria. Sara quoque soror eorum. Filij Beria, Heber & Melchiel. Hi filij Zelphæ
quam dedit Laban Liæ filiæ suæ, & hos genuit Iacob, sedecim animas. Filij Rachel uxoris Iacob, Ioseph &
Beniamin. Natique sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Asseneth filia Phutipharis sacerdotis He-
liopoleos,*

A *liopoleos, Manasses & Ephraim. Filij Beniamin, Bela & Bechor, & Asbel & Gera & Naaman & Echi &
Ros & Mophim, & Ophim & Ared. Hi filij Rachel, quos genuit Iacob. Omnes animæ quatuordecim. Filij Dan,
Husin filij Neptalim, Iasiel & Guni & Ieser & Salem. Hi filij Balæ quam dedit Laban Racheli filiæ suæ, &
hos genuit Iacob, omnes animæ septem. Cunctæq; animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egres-
sæ sunt de fœmore illius, absque uxoribus filiorum eius, sexaginta sex. Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in ter-
ra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta.*

Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. AVCTOR 2
CATENAE. Maximarum tribuum & familiarum principes futuri, tam diligenter ex nomine describuntur, ad
B posteritatis memoriam, ad dei gloriam, qui post non ita multos annos hoc semen in paucis eatenus auxit, vt ne-
mo satis admirari possit. Considerandum autem, quod personarum aliquæ quæ hic recensentur, alibi in scriptura
aliis nuncupantur nominibus, cuius ratio posita est supra, cum de filiis Esau loqueremur. *Filij Ruben, Enoch &
Phallu & Esron & Charmi. Filij Simeon, Iamuel & Iamin & Abod & Iachin & Saber & Saul filius Chananitidis.* Nominatur
hic filius Chananææ, quasi aliorum filiorum Iacob vxores Chananææ non fuerint, cum tamen etiam Iudas Cha-
nanæam habuisse testatum sit capitulo tricesimo octauo. *Filij Leui, Gerson & Chaath & Merari. Filij Iuda, Her & Onan
& Sela & Phares & Zara. Mortui autem sunt Her & Onan in terra Chanaan. Natiq; sunt filij Phares, Esron & Amul. Filij Isachar,
Thola & Phua & Iob & Semron. Filij Zabulon, Sareth & Aelon & Iahele. Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina
filia sua. Omnes animæ filiorum eius & filiarum triginta tres.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONI. SVPER
GENESIM. Nunquid istæ omnes triginta tres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt? Sex vtique filij
& vna filia, ex quibus neptes commemoratæ sunt. Si ergo de vno Beniamin quæstio nata fuerat, quando numera-
C tis duodecim filiis Iacob, & nominatim commemoratis dictum est, hi filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopota-
mia Syriæ quanto maior nunc quæstio est, quomodo triginta tres animæ ex Lia in Mesopotamia Syrię natæ sunt,
nisi quia illa locutio confirmatur, tanquam ibi omnes ortæ sint, quorũ parentes ibi orti sunt. Deinde & illud iam
non dubium est, in vna filia filias nominari, plurali numero pro singulari posito. CAIETANVS. Hi filij
Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ. Iuxta Hebræum habetur, in Padan Aram, & Dinam filiam suam. Relati-
uum quos, non refert omnes numeratos, sed sex filios Liæ. Omnes animæ filiorum eius & filiarum eius triginta
tres. Occurrit hic quæstio, quo pacto verificatur litera hæc. Et est ratio dubij: quia litera clare sonat vtriusque sexus
genitos ex Lia esse triginta tres: supputãdo autem nominatos in litera, perspicuum est quod sunt triginta quatuor
comprehendendo duos defunctos filios Iudæ nominatos in litera: vel sunt triginta duo exclusis defunctis. Nec po
test dici quod non supputatur Dina, ac per hoc cum defunctis sunt triginta tres filij Liæ, tum quia expresse dici-
D tur filiorum & filiarum, tum quia inferius clare supputatur fœmina inter filios Aser, summando animas sexde-
cim: vt patet supputando. Solutio est, quod verba ista non sunt intelligenda vt sonant sola, sed vt pendẽt ex an-
tecedentibus. Habent autem pro antecedentibus, Et hæc sunt nomina filiorum Israël qui ingressi sunt in Aegy-
ptum, Iacob & filij eius. Nã quatenus hæc verba pendent ex illo antecedente, qui ingressi sunt in Aegyptum, exclu
dunt duos illos defunctos: & quatenus pendent ex illo antecedente, Iacob & filij eius, Comprehendunt Iacob. Et
sic optime summatum est triginta tres. Adiunctus enim Iacob triginta duobus filiis viuis ex Lia, efficit summam
triginta trium. Nec oportuit repetere Iacob: sed ex eo quod semel in principio proponendo hæc sunt nomina fi-
liorum, explicauerat in hac supputatione comprehendi Iacob, subiungendo, Iacob & filij eius, subintelligi voluit
in hac summa primogenitorum filiorum ac filiarum comprehendi Iacob. AVCTOR CATENAE. Com
puta diligenter hos omnes enumeratos, & exclusis Her & Onan filiis Iudæ in terra Chanaan mortuis, Dina etiam
inclusa, non inuenies hos filios Liæ excedere numerum trigintatrium, qui ingressi sunt terram Aegypti cum Ia-
cob patre suo. Alij Iacob dimittunt, & loco eius annumerant personam vnam natam in Aegypto, nempe Iocha-
E bed filiam Leui & matrem Moysi. Sed & cum dicitur filiarum, cum vnam tantum exprimat Dinam, plurali nu-
mero pro singulari posito, vt scripturarum moris est, ob id trigintatrium numerus non ampliatur. Et verisimile
quidem est multas generatas filias, & non solum filios. Dina vero sola velut famosa in illis, proponitur specu-
lum curiositatis & infamiæ virginibus. Numerantur autem ex ordine matrum filij & nepotes, & ideo prius Liæ
ponuntur liberi, quia prius illam habuit Iacob coniugem. *Filij Gad, Sephon & Aggi & Esebon & Suni & Heri & Aro-
di & Areli. Filij Aser, Iemna & Iesua & Iesui & Beria. Sara quoque soror eorum. Filij Beria, Heber & Melchiel. Hi filij Zelphæ quã
dedit Laban Liæ filiæ suæ, & hos genuit Iacob sedecim animas.* Nominatur secundo loco filij Zelphæ ancillæ Liæ, sede-
cim, annumerando filiam Saram. *Filij Rachel uxoris Iacob, Ioseph & Beniamin.* Hæc tantum vxor Iacob dicitur,
quia in eam primo consenserat, plus amauerat, primo pro ipsa seruierat, primum nuptui acceperat, vt putabat.
Aliæ tres etiam vxores erant, sed minus reputatæ, & præter illius institutum, qui Rachele sola contentus fuisset,
F nisi domino aliud placuisset. *Natique sunt Ioseph filij in terra Aegypti quos genuit ei Asseneth filia Phutipharis sacerdotis
Heliopoleos, Manasses & Ephraim.* Obiter filij Ioseph nati in Aegypto scribuntur cum aliis filiis Iacob, vt numerus
filiorum omnium habeatur. Non tamen inter sexaginta sex comprehenduntur, sed inter septuaginta, qui primum
Aegyptum inhabitare cœperint de filiis Iacob. *Filij Beniamin Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi &
Ros & Mophim & Ophim & Ared.* GRAECVS. Ros filius Beniamin, à quo Romani nomen acceperunt. Vt for
tasse ex hac causa Paulus de tribu Beniamin dixerit, Ego autem natus sum, scilicet ciuis Romanus. *Hi filij Rachel
quos genuit Iacob, omnes animæ quatuordecim.* AVCTOR CATENAE. Numerantur filij cum nepotibus qua-
tuordecim ipsi Rachel. At Septuaginta qui maxime in his numeris recensendis diuersissimi inueniuntur, habent
πᾶσαι ψυχαὶ δεκαοκτώ, Omnes animæ decem & octo, cum Hebraicè sit: אַרְבָּעָה עָשָׂר Arbaa asar, Quatuordecim.
*Filij Dan, Husin. Filij Neptalim, Iasiel & Guni & Ieser & Salem. Hi filij Balæ quam dedit Laban Racheli filiæ suæ, & hos genuit Ia-
cob, omnes animæ septem.* Hic dicitur vnus tantum filius ipsius Dan, pluraliter filij, vt idioma notemus. Balæ ergo
filij septem fuerunt. *Cunctæq; animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de fœmore illius, absque uxoribus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

filiorum eius, sexaginta sex. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. G
Quod dicit scriptura tot aut tot animas exisse de fœmoribus Iacob, vel Zelpham aut Rachel tot animas peperisse, videndum est quid hinc respondeatur eis qui hoc testimonio confirmare nituntur, à parentibus simul animas cum corporibus prorogari. Animas enim dictas pro hominibus, à parte totum significante locutione, nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem ex qua totum commemoratum est, hoc est, animam, cuius nomine totus homo significatus est, alienemus ab eo quod dictum est, exierunt de fœmoribus eius, vt carnes tantum ex illo natas quanuis solæ animæ nominentur, accipiamus, quærendi sunt locutionum modi secundum scripturas. CAIETANVS. Animas cum audis egressas de fœmore, reuoca ad memoriam, quod Hebraica consuetudine nomine animæ intelligitur vita, quæ consistit in hoc, quod corpus animatur à spiritu viuificante ipsum. Et in idem redit dicere anima quatenus anima, & vita, quoniam quandiu animatio est, vita hominis est, & quandiu vita hominis est, animatio est, anima formaliter est anima. Egressæ itaque animæ quatenus animæ, de fœmore Iacob, verissime ac philosophicè dicuntur, quoniam vita hominis, quoniam homo compositus ex anima & corpore, produ- H
citur à patre suo, vndecunq; veniat res illa quæ est anima. Præter vxores filiorũ eius sexaginta sex. Sub hac summa non comprehendi Iacob. Textus ipse manifestat, dicendo quæ ingressæ sunt cum Iacob, & egressæ sunt de fœmore illius. Ex hoc enim quod dicit, egressus de fœmore Iacob, & venientes cum ipso, excluditur ipse, excluduntur duo defuncti, & excluduntur demum Ioseph & duo filij eius, & sic verificatur summa venientium cum Iacob filiorum & filiarum sexaginta sex. *Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta.* HIERONYMVS DE HEBRAICIS QVAESTIONIBVS. Iuxta Septuaginta, Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouẽ. Omnes ergo animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob Aegyptum, septuaginta quinque. Quod excepto Ioseph & filiis eius, sexaginta sex animę quæ egressæ sunt de fœmoribus Iacob introierunt Aegyptum, nulla dubitatio est. Ita enim & paulatim per singulos supputatus numerus approbat, & in Hebræis voluminibus inuenitur. Hoc autem quod in Septuaginta legi- I
mus, Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouem, sciamus in Hebræo pro nouem, esse duas. Ephraim quippe & Manasse, antequam Iacob intraret in Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt de Asseneth filia Phutipharis in Aegypto. Sed & illud quod apud eosdem Septuaginta supra legimus, Facti sunt autem filij Manasse quos genuit ei concubina Syra, Machir, & Machir genuit Galaad. Filij autem Ephraim fratris Manasse, Suthalaam, Ethaam. Filij vero Suthalaam, Edom, additum est, siquidem id quod postea legimus, quasi per anticipationem factum esse describitur. Neque enim illo tempore quo ingressus est Iacob Aegyptum, eius ætatis erant Ephraim & Manasse, vt filios generare potuerint. Ex quo manifestum est omnes animas, quæ ingressæ sunt Aegyptum de fœmoribus Iacob, fuisse septuaginta, dum sexaginta sex postea ingressæ sunt, & repererunt in Aegypto tres animas, Ioseph scilicet cum duobus filiis eius. Septuagesimus autem ipse fuerit Iacob. Hanc rem ne videa-
Deut 10. mur aduersus scripturæ auctoritatẽ loqui, etiam Septuaginta interpretes in Deuteronomio transtulerunt, quod in septuaginta animabus ingressus est Iacob in Aegyptum. Si quis igitur nostræ sententię refragatur. Scripturam in- K
ter se contrariam faciet. Ipsi enim Septuaginta interpretes, qui hic septuagintaquinque animas per προλαμβ., cum
Act. 7. Ioseph & posteris suis Aegyptum ingressas esse dixerunt, in Deuteronomio septuaginta tantum intrasse memorant. Quod si econtrario nobis id opponitur, quomodo in Actibus apostolorum, in concione Stephani dicatur ad populum, septuagintaquinque animas ingressas esse Aegyptum, facilis excusatio est. Non enim debuit sanctus Lucas qui ipsius historiæ scriptor est, in gentes Actuum apostolorum volumen emittens, contrarium aliquid scribere aduersus eam scripturam, quę iam fuerat gentib⁹ diuulgata. Et vtique maioris opinionis illo duntaxat tempore Septuaginta interpretum habebatur auctoritas, quàm Lucæ, qui ignotus, & non magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obseruandum, quod vbicunque sancti apostoli, aut apostolici viri loquuntur ad populos, his plerunq; testimoniis vtuntur, quæ iam fuerant in gentibus diuulgata, licet plerisq; tradant Lucã euangelistam, vt proselytum Hebræas literas ignorasse. AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed nec Septuaginta Interpretes mihi in hoc videtur errasse, qui propter aliquam mysticã L
significationem quadã velut prophetica libertate hunc numerum septuagintaquinque complere voluerunt, si ad-
Cap. 40. huc viuente Iacob illi ex duobus filiis Manasse & Effrem propagati sunt, quos eidem numero domus Iacob aggregandos iudicauerunt. IDEM DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Illud autẽ est, quod fallit minus ista diligenter intuentes, quoniã scriptum est, Hæc autem nomina filiorum Israël, qui intrauerunt Aegyptum simul cum Iacob patre suo. Hoc enim dictum est, quia simul cum illo computãtur septuagintaquinque animæ, non quia simul iam erant omnes, quãdo Aegyptum ingressus est ipse, sed totum tempus habetur eius ingressus, quo vixit Ioseph, per quem videtur ingressus. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed & quomodo impleri potuit, vt tot nepotes susciperet Iacob antequam intraret Aegyptum, etiam de Beniamin qui illa ætate venit ad fratrem, qui omnes adnumerantur sexagintasex hominibus, cum quibus Iacob in Aegyptum etiam secundum Hebraicã veritatem perhibetur intrasse, inuenire valde difficile est. Nescio autem vtrum possint cuncta ad literam conuenire, præcipue in numeris, quos esse in scripturis sacratissimos, M
& mysteriorum plenissimos, ex quibusdam quos inde nosse potuimus, dignissime credimus. CHRYSOSTOMVS. Quare autem scriptura numerum tanta diligentia annotauit? Vt scire possimus, quomodo dei prædictio impleta sit, dicens, In gentem magnam faciam te illic. Nam ex his paucis animabus in sexcenta milia genus Israël propagatum est. Vidisti quomodo non frustra neque temere numerum eorum, qui in Aegyptum descenderunt nos docuerit, sed vt scire possimus quod multi ex tam paucis facti sint, & diuinis promissionibus ne minus credamus. Nam quando cogitas quod post mortem Iacob & Ioseph tanta machinatione vsus Aegyptiorum rex, vt numerum eorum minueret & paruum faceret, ne in tantam propagaretur multitudinem, nihil potuerit, sed magis & magis creuerit populus, admirare & stupesce misericordiã dei, & quod non sit possibile cassare quæ ipse arbitratus fuerit, etiam si infinita machinẽtur alij. GRAECVS. Opportune igitur Moyses enumerat eos qui in Aegyptum descenderunt, vt cum egredientes ex Aegypto enumerauerit, illorum copia ex potentia dei appareat.

GREGOR.

A GREGORIVS III. MORALIVM. Sæpe scriptura sacra sic totum pro parte, sicut pro toto partem po- Cap. 9.
nere consueuit. Pro toto enim partem loquitur: sicut Iacob familiam describens, dicit: Intrauit Iacob in Aegyptũ cum animabus septuaginta. Quæ nimirum cum animas memorat, constat quia intrantium & corpora comprehendit. Rursum totum pro parte insinuat: sicut ad monumentum Maria queritur, dicens: Tulerunt dominum de Ioan. 20.
monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Solum quippe corpus domini quæsitura venerat, & quasi totum simul dominum sublatum deplorat. CAIETANVS. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuerunt septuaginta. Non meminit in hac summa filiorum, nec meminit venientium cum Iacob, sed domus Iacob ductæ in Aegyptum, ad comprehendendum tum ipsum Iacob qui erat paterfamilias, tum Ioseph qui ductus fuerat prius in Aegyptum, & consequenter filios eius, qui erant pars domus Iacob ductæ in Aegyptum diuerso tempore, & diuersis modis. AVCTOR CATENAE. Omnes animæ, & cætera, fuere septuaginta.
Sic est in Chaldaica, sic etiam in Hebræo, videlicet שִׁבְעִים Sibim, Septuaginta. Summa ergo summarum fit septua-
B ginta animæ, Iacob videlicet, Ioseph, & duobus filiis eius computatis. Eorum autem qui ingressi sunt cum Iacob Aegyptum, fuit sexagintasex animarũ numerus. Nam cum eo tunc nec Ioseph, nec filij eius ingressi sunt. Simpliciter itaque tam hic quàm alibi, scriptura accipienda est, non logico modo, sed communi & populari vsu. Odit spiritus sanctus curiosos, simplices autem diligit ac illustrat. Sed obstat quod Septuaginta interpretes huic numero addunt quinque, est enim apud eos septuagintaquinque. Quæ loci solutio planior & verior est, quàm vt dicamus, Lucam cum gentibus scriberet approbare potius voluisse ædditionem Septuaginta quę vbiq; erat receptissima, & maximæ veneration habita, dato quod ab Hebraica veritate paulisper dissentire videretur, quàm improbare, aliter citando testimonium quàm in illis haberetur. Nam si hæc fuit ratio cur septuagintaquinque scripserit, dicatur obsecro, cũm sciret eosdem Septuaginta recte in Deuteronomio numerũ reddidisse, videlicet in animabus septuaginta, cur maluit sacræ scriptor historiæ falsam Septuaginta interpretum, quàm veram approbare ædi-
C tionem: præsertim cum ipso sanctissimo patre Hieronymo in Apologia contra Russinum teste, vbicunque Septuaginta interpretes ab Hebræo non discordant, ibi apostoli & euangelistæ de interpretatione eorum exempla sumpserint, vbi vero discrepant, id posuerint in Græco, quod apud Hebræos didicerunt. Vt autem in summã conueniant Septuaginta cũ Hebræis & Latinis, aduerte quòd filij Iacob ex Lia sunt triginta tres præter Her & Onan mortuos in Chanaan. Hebræi autem habent triginta duo, quibus connumerant Iocabed filiam Lem & matrem Moysi & Aaronis natam in Aegypto, & fiunt triginta tres. Flij vero Iacob ex Zelpha cum Sara filia Asser sunt sedecim. At filij Iacob ex Rachele cum Ioseph & filiis eius sunt quatuordecim. Porro filij Iacob ex Bala ancilla Rachelis sunt septem. Qui simul iuncti sunt septuaginta. Quibus Septuaginta interpretes addunt filios filiorũ Ioseph,
& fiunt septuagintaquinque. Mystice.
AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Descendunt igitur in Aegyptum septuaginta a-
nimæ, sicut scriptum est, Et hoc est mystice numero remissionis, quia post tantam duritiam, post tanta peccata haberentur indigni nisi donaretur his remissio peccatorum.
D

MIsit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph, ut nunciaret ei, & ille occurreret in Gessen. Quò cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo ascendit obuiam patri ad eundem locum. Vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitque pater ad Ioseph, Iam lætus moriar, quia uidi faciẽ tuam, & superstitem te relinquo. At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui. Ascendam, & nunciabo Pharaoni, dicamque ei. Fratres mei, & domus patris mei qui erant in terra Chanaan, uenerunt ad me, & sunt uiri pastores ouium, curamque habent alendorum gregum. Pecora sua & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, & adduxerunt secum. Cumque uocauerit uos, & dixerit, quod est opus uestrum, respondebitis, Viri
E *pastores sumus serui tui, ab infantia nostra usque in præsens, & nos & patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.*

CHRYSOSTOMVS. Videamus contextum totum, vt scias quomodo Ioseph occurrerit Iacob. *Misit autem* (inquit) *Iudam ante se ad Ioseph, ut nunciaret ei.* GRAECVS. Ea causa id fecit, quia prudentiam Iudæ filij iam expertus erat, cum excusationem ageret de adducendo Beniamin ad Ioseph, & quia venditionem, non mortem Ioseph consuluerat. AVCTOR CATENAE. Misit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph, vt nunciaret ei. Prout nũciaret ei, in Hebræo est לְהוֹרֹת לְפָנָיו גֹּשְׁנָה Lehoroth lepanaf Góshna. Et radix verbi est יָרָה iara quod proprie est immittere, docere, siue ostendere. Vertitur ergo secundum aliquos, Vt dirigeret faciem suam in Gosen,
Vel, Vt significaret ante illum in Gosen, hoc est, aduentum patris subsequentem. Quod idem est cum Latina ædi-
F tione. Alij, Ad preparandum ante se Gosen, cui sensui etiam Chaldaica fauet æditio, inquiens, Vt præpararet ante se locum, scilicet in Gosen. Sunt etiam qui ad ostendendum ante se in Gosen, verterunt. Septuaginta hic nihil habent. *Et ille occurreret in Gessen.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta legitur, vt occurreret ei ad vrbem Heroum in terram Rameſſe. Iu Hebræo autem nec vrbem habet Heroum, nec terram Rameſſe, sed tantummodo Gosen. Nonnulli Iudæorum asserunt Gosen nunc Thebaidem vocari. Et id quod postea sequitur, Dedit eis vt possiderent optimam terram Aegypti in Rameſſe, pagum Arsenoiten sic olim vocatum autumant. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS GENESIS. Nescio autem vtrum Heroum nomen facile in scripturis reperiatur. GRAECVS. Sed est Gosen, quam Heroum vrbem Septuaginta appellant, cuius Manethon historicus auctore Iosepho, mentionem facit. AVCTOR CATENAE. Quod dicitur, Et ille occurreret in Gessen, Hebraicè est וַיָּבֹאוּ אַרְצָה גֹּשֶׁן Vaiabóu árza Gosen, Venerunt in terram Gosen, nempe Iacob & filij eius. Chaldaica vero, Et venit in teram Gessen habet, quod tam

ad Iudam præmissum, quàm ad patrem Iacob referri potest. *Quò cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascẽdit obuiam* G *patri ad eundem locum.* Superfluit, Quo cum peruenissẽt, & tam in Hebræo quàm in Chaldaica legitur, Et iunxit Ioseph currum suum, & ascendit in occursum Israël patris sui in Gessen. Sic & Septuaginta, nisi quod loco Gessen habent, καθ' ἡρώων πόλιν, Ad Heroum ciuitatem. Ioseph ergo senium parentis non spreuit, nec imperij fastu superbiuit, sed boni filij officium obiuit, curru obuiã factus, pro more illius temporis & terræ. *Videnſq; eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* CHRYSOSTOMVS. Hoc erat id quod initio dicebam, quod sæpe ingens voluptas profundere lachrymas facit. Recidit (inquit) in collum eius, & fleuit fletu, non dixit hoc simpliciter, sed fletu magno. Statim enim in mentem sibi venerunt, quæ interim patri propter se acciderant, & cogitans tam prolixum interceſſisse tempus, & quod præter omnem expectationem & ipse patrem, & pater se videret, fontes emisit lachrymarum, simul & magnam declarans lætitiam, & gratias agens pro benefactis. AVCTOR CATENAE. Et inter amplexus fleuit. Hebraicè est: וַיִּבְךְּ עַל צַוָּארָיו עֽוֹד Vaiébche al zauaraf od, Et fleuit super collum eius diu vel amplius, aut adhuc, hoc est, plurimum, & largo fletu amoris & pietatis. Quod Septua- H
ginta clarius expresserunt, καὶ ἔκλαυσεν κλαυθμῷ πολείονι, Et fleuit fletu multo. Chaldaica, Et insuper fleuit super collum eius. *Dixitq; pater ad Ioseph, Iam lætus moriar, quia uidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.* CHRYSOSTOMVS. Votorum (inquit) compos factus sum, assequutus sum quod nunquam expectaui, euenerunt mihi, quæ nunquam sperata. Reliquum contentus sum vita. Vidi enim quem desideraui, & sufficit mihi ad lætitiam omnem vidisse quod tu adhuc viuis qui pridem mortuus, & à bestiis deuoratus es habitus. Paterna vox & plena dilectione, satisq; affectionem animæ eius declarans. GRAECVS. Ex nunc (inquit) ego moriar, quia vidi te. Hoc ait quia dictum erat ei à domino, Ipse imponet manus suas super oculos tuos. CAIETANVS. Et superstitem te relinquo. Iuxta Hebraum habetur, quia adhuc tu viuis. Nullus de futura successione est sermo, sed quia vidit eum viuum. AVCTOR CATENAE. Iam lætus moriar, Hebraicé est אָמוּתָה הַפָּעַם A- I
mútha hapáam, Moriar nunc. Septuaginta, ἀποθανοῦμαι ἀπὸ τοῦ νῦν, Moriar ex nunc. Chaldaica vero clarius reddit, Quanuis nunc morerer, iam consolatus essem, postquam vidi faciem tuam. In quem sensum venit & interpres. Quod autem subditur, Et superstitem te relinquo, in Hebræo legitur: כִּי עוֹדְךָ חָי Chi ódcha hai, Quoniam adhuc tu viuis. Sic & Chaldaica, sic & Septuaginta, ἔτι γὰρ σὺ ζῇς, Adhuc enim tu viuis, ne ad mortem ipsius Iacob id referamus. *At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui. Ascendam, & nunciabo Pharaoni, dicamq; ei, Fratres mei, & domus patris mei qui erant in terra Chanaan, uenerunt ad me, & sunt uiri pastores ouium, curamq; habent alendorum gregum. Pecora sua & armenta, & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. Cumq; uocauerit uos & dixerit, quod est opus uestrum. Respondebitis, Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra usque in præsens, & nos & patres nostri.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Commendatur in patriarchis, quod pecorum nutritores erant à pueritia sua, & à parentibus suis. Et merito, nam hæc est sine vlla dubitatione iusta seruitus, & iusta dominatio, cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictum
Gene.1. est cum crearetur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium K
maris & volatilium cœli, & omnium pecorum quæ sunt super terram. Vbi insinuatur rationem debere dominari irrationabili vitæ. Seruum autem hominem homini, vel iniquitas vel aduersitas fecit. Iniquitas quidem, sicut
Gene.9. dictum est, Maledictus Chanaan, erit seruus fratribus suis. Aduersitas vero, sicut accidit ipsi Ioseph, vt venditus à fratribus seruus alienigenæ fieret. Itaque primos seruos quibus hoc nomen in Latina lingua inditum est, bella fecerunt. Qui enim homo ab homine superatus, iure belli posset occidi, quia seruatus, est seruus appellatus, inde & mancipia, quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in hominibus, vt seruiant fœminæ viris, & filij parentibus, quia & illic iustitia est hæc, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione. Quod cum in hoc seculo per iniquitatem hominum perturbatur, vel per naturarum carnalium diuersitatem, ferunt iusti temporalem peruersitatem, in finem habituri ordinatissimam & sempiternam fœlicitatem. AVCTOR CATENAE. Curamq; habent alendorum gregum, Hebraicè est כִּי אַנְשֵׁי מִקְנֶה הָיוּ Chi anse mikne haiu, Quoniam viri gregum siue L
gregarij fuerunt, siue sunt. Eandemq; vult Ioseph fratres responsionem dare Pharaoni in sequentibus. Septuaginta ἄνδρες γὰρ κτηνοτρόφοι ἐσμέν, Viri enim pecoris nutritores sunt, Chaldaica, Quia possessores gregum fuerunt. Sed hæc idem sunt cum Latina æditione. Solicitus ergo Ioseph de pace suorum, & vt non otiosi essent, sed tali exercitio instarẽt, quo facile possent multi viuere, prouidit illis terrã aptam nutriendis pecoribus. *Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptij oẽs pastores ouium.* CHRYSOSTO. Vide prudentiam, & quale consilium eis det, non simpliciter neque fortuito hæc inducens, sed volens eos simul in maiori securitate & abundantia agere, neque commercium habere cum Aegyptiis. Nam quia illi abominabantur & contemnebant pastoritiam agentes vitam, vtpote ipsi disciplinis Aegyptiorum vacantes, propterea admonet studiũ suum prætexere, vt sic rationabili & honesta occasione, optima terræ portio eis segregetur, quo in summa tranquillitate & abundantia viuere possint. RVPERTVS. Quia detestantur (iuquit) Aegyptij omnes pastores ouium, videlicet quia superbiunt in equis & curribus plus cæteris gentibus, & ob hoc humile pastorum opus ve- M
lut ignominiam despiciunt & detestantur. CAIETANVS. Duo ergo simul procurat bona Ioseph. Alterum vt habitent in terra feraci herbarum ad victum animalium, Alterum vt seorsum ab Aegyptiis habitantes, vitent signa despectionum. Ex eo enim quod apud Aegyptios abominabiles erant pastores ouium, si mixti fuissent cum Aegyptiis, multa subsequuta fuissent abominationis signa, quæ seorsum habitando euitabantur. AVCTOR CATENAE. Hæc autem dicetis. Abundant apud Hebræos omnia hæc, sed tantum est, Vt habitetis in terra Gosen. Quod autem sequitur, Quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium, In Hebræo est תּוֹעֲבַת toabath, id est, abominatio vel detestatio. Descenditq; à thaab, quod abominari seu detestari significat. Tam autem Chaldaica quàm Septuaginta abominationis vtuntur vocabulo. Et hunc etiam potest habere sensum, execrantur Aegyptij omnes illos qui mactant animalia, & vescuntur carnibus eorum cum ipsi à talium vsu abstineant, & quia nonnulla ex eis pro diis colunt. Viuendi ergo lex antiqua & iusta, facilis, sine luxu ac libidine, in cibo, veste,

A cibo, veste, domibus, pastorum est, quos abominantur Aegyptij luxui dediti, ideoque regibus seruire coacti sunt. Agricolæ ergo & pastores, nobilissimum apud veteres hominum genus, extiterunt. Mystice.
AMBROSIVS DE IOSEPH PATRIARCHA. Dicamus & aliquid mysticè. Occurrit Ioseph Iudas, hoc est, confessor erroris, ore enim confessio fit ad salutem. Hunc sui venturus Iudæorum populus prænuncium mittit. Ideo & Ioseph verus, id est, arbiter & interpres diuinitatis occurrit, quia præcedit iam confessio, quos antea perfidia possidebat. Interpres enim diuinitatis est Christus, quia deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Hic senilis iam ætatis, & festum suscipiet vltimis temporibus populum Iudæorum, non secundum illius merita, sed secundum electionem suæ gratiæ, & imponet manum super oculos eius, vt cæcitatem auferat. Cuius ideo distulit sanitatem, vt posterius crederet, qui ante non puta- Romo.11.
uit esse credendum, & prærogatiuam superioris dilectionis amitteret. Vnde & Apostolus ait, Quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Gesta igitur patriar-
B charum, futurorum mysteria sunt. Denique ipse Iacob ait ad filios suos, Congregamini, vt annunciem vobis quæ occursura sunt vobis in nouissimis diebus. Congregamini, & audite Israël patrem vestrum. RVPERTVS. Sed & hoc miræ pietatis dictum, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo, de ore patris huius arripientes, dicamus omnes, dicamus singuli vero Ioseph, id est, domino nostro dei filio, qui vere saluator mundi est. Quando (inquam) christiane defungeris, imò & dum viuis, quia moriturus es, dic 1.Cor.13.
vnico dei patris filio, saluatori tuo, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, & in hora qua quisque nostrum moritur, superstitem illum relinquimus, qui solus, quod nos non possumus, in quo nos deficimus, depositis corporibus, & de animabus nostris curare sit idoneus. Ille nanq; nobis superstes est, vt causam nostram emendet, qui idcirco mortuus est, vt ani-
mas nostras viuificaret, & idcirco resurrexit, vt corpora nostra resuscitaret & ad dexteram suam in cœlestibus in Iob.19.
C corpore & anima quemq; nostrum constitueret. Scio enim (inquit) beatus Iob, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum. Et ille locutus est ad fratres suos, & ad omnẽ domum patris sui, Ascendam, & nunciabo Pharaoni dicámq; ei, Fratres mei, & domus patris mei venerunt ad me, & sunt viri pastores ouium, &c. Sanctum peregrinorum studium, deo peregrinantiũ scripturæ locus exprimit, scilicet quod hominibus, non solum non placere, sed etiam displicere quæsierunt, & quod vere non hic manentẽ habentes ciuitatem, futuram & manentẽ inquirere studuerunt. EVCHE- Hebr.13.
RIVS. Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen. Hæc interpretatur propinquitas vel proximitas. Per quod ostenditur, quia etiam si in Aegypto habitat Israël, non tamen longe est à deo, sed proximus est ei & coniunctus, sicut etiam ipse dicit. Quia ego descendam tecum in Aegyptum, & ero tecum. Et nos ergo etiam si videamur in Aegyptum descendisse, etiam si in carne positi agones mundi huius & certamina sustinemus, etiam si inter eos habitamus qui deseruiunt Pharaoni, tamen prope deum sumus, si in mandatorum e-
D ius meditatione versamur, & præcepta eius ac iudicia perquirimus, hoc est enim esse prope deum, semper quæ dei sunt cogitare, quæ dei sunt quærere, & deus semper erit nobiscum. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Abominatio est enim Aegyptiis omnis pastor ouium, Merito Aegyptiis, in quibus figura est præsentis seculi, in quo abundat iniquitas, abominatio est omnis pastor pecorum, Abominatio est enim iniquo vir iustus.

IN CAPVT

Universidad de Deusto Biblioteca

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMSEPTIMVM ARGVMENTVM. G
Iacob introducitur ad Pharaonem. Datur ei terra Gessen. Adiurat filium de sepultura.

CAPVT XLVII.

Lectio pri.
*INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorũ & ar-
menta, & cuncta quæ possidẽt, uenerũt de terra Chanaan, & ecce cõsistunt in terra Gessen.
Extremos quoq; fratrũ suorũ quinq; uiros statuit corã rege, Quos ille interrogauit, Quid
habetis operis? Respõderũt, Pastores ouiũ sumus serui tui, & nos & patres nostri. Ad pere-
grinandũ in terrã tuã uenimus, quoniã nõ est herba gregibus seruorũ tuorũ, ingrauescẽte fa
me in terra Chanaã. Petimusq; ut esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaq; rex
ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui uenerũt ad te. Terra Aegypti in cõspectu tuo est, in optimo loco fac eos habita- H
re, & trade eis terrã Gessen. Quod si nosti in eis esse uiros industrios, cõstitue illos magistros pecorũ meorũ.*

1 *Ingressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorũ & armenta, & cuncta quæ possident, uenerunt
de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Gessen.* AVCTOR CATENAE. Ingreditur libere ad Pharaonẽ Io-
seph secundus post regem, & velut pater regni. Recitat diuitias suorum qui aduenerint, ne grauamen patriæ sua
paupertate importare viderentur. Diu dicit mansuros, ciues regni futuros, nõ peregrinos. Ideo autẽ præcipue oues
& armenta commemorat, vt ad ea alenda detur fratribus terra Gessen, quæ apta erat alendis pecoribus. *Extre-
mos quoq; fratrum suorum quinq; uiros statuit coram rege.* CAIETANVS. Sensus est ambiguus, crediderim tamen
ego maiores ex singulis vxoribus patris quatuor cum Iuda fratre assumptos fuisse, & appellatos de extremo, hoc
est, de extremitatibus primis cuiusq; vxoris. AVCTOR CATENAE. Dictio מִקְצֵה mikze, ab aliquibus, De
extremis vel de extremitate reddita est. Nõ ergo omnes fratres accepit secũ ad regem primo ingressurus, sed quos- I
dam, quinq; scilicet extremos. Et quia extremitas alicuius rei dupliciter accipi solet, vel à superiori, vel ab inferio-
ri parte, etiã hic extremos fratrũ duplici intellige sensu, vel seniores, vel natu minores. Et (si quid affectib⁹ permit
tendũ est & aulicis) de extremis dicem⁹, hoc est, auctoritate spectabiliorib⁹. Quanquã non desint qui de abiectio-
ribus intelligãt aspectu & persona, ne si robustiores adduxisset, illos Pharao in militiã traxisset. *Quos ille interroga
uit, Quid habetis operis? Responderunt, Pastores ouiũ sumus serui tui, nos & patres nostri.* CHRYSOSTO. Sicut cõsuluerat
Ieseph, ita respõsum dederũt fratres Pharaoni. AVCTOR CAT. Potuit Ioseph respõdisse pro fratrib⁹, sed pro
se quemq;, vel vnũ pro omnib⁹ respõdere voluit, vt fuerãt interrogati, nõ enim stupidi erant, & loquẽdi imperiti.
Respõdent autẽ instructi à fratre, & vere, Pastores gregũ serui tui, tam nos q̃ patres nostri. Stabiles diuitiæ sunt &
fœliciores, quę pecorib⁹ alendis parãtur. *Ad peregrinandum in terrã tuam uenimus.* More suo fugit interpres repetitio-
nem, Hebræo propriã idiomati, Est enim hic וַיֹּאמְרוּ אֶל פַּרְעֹה Vaiómru el Paro, Et dixerunt ad Pharaonẽ. Quod
vero sequitur, Ad peregrinandũ in terram tuã venimus, in Hebræo est לָגוּר Lágur, quod & ad peregrinãdũ, & ad K
habitandũ (vt & Chaldaica & Septuaginta dixerũt) verti potest. גוּר Gur enim vtrunq; significat. Deinde habita-
tionis seu peregrinationis huius causa subitur, *Quoniã* (inquiunt) *nõ est herba gregibus seruorũ tuorũ ingrauescẽte fame in
terra Chanaan.* AVGVST. IN QVAEST. SVPER GEN. Quæri potest, si fame pascua defecerãt in terra
Chanaan, cur in Aegypto nõ defecerãt, eadẽ tunc fame vbiq; inualescẽte, præsertim cũ terra illa pluuiis nõ irrigetr?
An sicut perhibet ab eis qui loca sciũt, in multis Aegypti paludib⁹ poterãt pascua nõ deesse, etiã cũ fames esset fru
mentorũ, quæ solent Nili fluminis inũdatione prouenire? Magis enim dicũtur paludes illę feracia pascua gignere,
quãdo aqua Nili min⁹ excrescit. AVCTOR CAT. Quoniã nõ est herba gregibus seruorũ tuorũ. Verbũ מִרְעֶה
Mire, rectius pastus vel pascua, quàm herba redditur, vt est in aliis æditionibus. Sed sensum verbi posuit interpres.
Quod etiã sequit, Ingrauescente fame, Hebraicè legitur כִּי כָבֵד הָרָעָב Chi chabed háraab, Quoniã grauis fames.
Chaldaica, Quia valida fames in terra Chanaan. Septuaginta ἐνίσχυσε γὰρ ὁ λιμὸς ἐν γῇ χαναάν, Inualuit enim fames L
in terra Chanaã, Modeste aũt veritatẽ dicũt, nec verecũdãtur de indigẽtia pro aïalibus, quæ cœli inclemẽtia, & ter
ræ ariditate proueniebat, nõ eorũ ignauia. *Petimusq; ut esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen.* Orãt vt sine grauamine
ciuiũ, & ad pecorũ fomẽta habẽda, in terra pascuali habitare ipsis liceat. *Dixit itaq; rex ad Ioseph, Pater tuus & fratres
Vbi supra. tui uenerũt ad te. Terra Aegypti in cõspectu tuo est in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terrã Gessen.* AVGVST. Hęc re-
petitio nõ potest misceri, ad quã sæpe obscure per recapitulationẽ reditur, sed oĩno aperta est. Iã enim dixerat scri-
ptura, qũo venerũt ad Pharaonẽ fratres Ioseph, & quid eis dixerit, vel ab eis audierit vt inde cõtexeret narrationẽ
ab his verbis, quę soli Ioseph Pharao dixit, quorum omniũ in codicib⁹ Græcis qui à diligẽtiorib⁹ cõscripti sũt, quę-
dã obeliscos habẽt, & significant ea quę in Hebręo nõ inueniũtur, & in Septuaginta inueniũtur, quędã asteriscos,
quib⁹ ea significãtur quę habent Hebręi, nec habẽt Septuaginta. AVCTOR CAT. Terra Aegypti in cõspectu
tuo est, &c. id est, sicut aperte eã intueris, sic libere cõcede eis habitationẽ vbicũq; volueris. Magna gratia regis ad
Ioseph, qua liberũ illi facit quacũq; in terra habitandi sine exceptiõe, quasi dicat, ad nutũ tuũ exposita est tibi tota M
regio, imò regnũ Aegypti, non solum Gessen regio, sed optima quæq; qualis est Gessen. CHRYSOSTO. Cæte-
rũ Pharao declarãs maiorẽ erga Ioseph beneuolentiã, dicit, *Quod si nosti in eis esse uiros industrios, cõstitue illos magistros
pecorũ meorũ.* AVCTOR CAT. Quod est apud nos viros industrios, Hebraicè est אַנְשֵׁי חַיִל Anse háil, Viros for
titudinis vel robustos. Chaldaica viros fortes legit, Septuaginta ἄνδρες δυνατοί, Viri potẽtes. Sed hoc parũ est. Vo-
luit igitur Pharao fratres Ioseph armẽtis regiis pręficere. Quod olim in familiis regũ magni officij loco ducebatur,
cũ pastores omniũ hominum vtilissimi sint, nobile artificium, sicut & agricultura.

3 *POst hæc introduxit Ioseph patrẽ suũ ad regẽ, & statuit eũ corã eo. Qui benedicẽs illi, & interrogatus
ab eo. Quot sũt dies annorũ uitæ tuæ? Respõdit, Dies pegrinatiõis uitæ meæ cẽtũ trigĩta annorũ sũt, parui
& mali, & nõ puenerũt usq; ad dies patrũ meorũ quib⁹ pegrinati sũt. Et benedicto rege, egress⁹ est foras.
Ioseph uero patri & fratrib⁹ suis dedit possessionẽ in Aegypto ĩ optĩo terræ loco Ramesses, ut pceperat Pharao,
& alebat*

A *& alebat eos, oẽmq; domũ patris sui, pbẽs cibaria singulis. In toto enĩ orbe panis deerat, & oppsserat fames terrã
maxĩe Aegypti & Chanaã. E quibus oẽm pecuniã cõgregauit pro uẽditiõe frumẽti, & intulit eã in ærariũ regis.*

Post hæc introduxit Ioseph patrem suũ ad regem, & statuit eum corã eo. AVCTOR CAT. Spectabilẽ senẽ patrẽ suũ
Ioseph statuit ante Pharaonẽ, pastorẽ ouiũ, vnde nõ erubuit, sed vt bon⁹ fili⁹ gloriari voluit corã rege, secus facies
atq; hi qui puecti ad honores, erubescũt de pgenitorib⁹. *Qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorũ uitæ
tuæ?* CHRYSOSTO. Quoniã vidit senẽ Pharao, pfundissimæ senectutis, quęrit annorũ numerũ. CAIET.
Qui benedicẽs illi. Clarius apud Hebræũ, Et benedixit Iacob Pharaonẽ, benedictiõe laudis & imprecatiõis. Dixitq;
Pharao ad Iacob, Quot sunt, &c. AVCTOR CAT. Sic quippe est & in omnib⁹ æditionib⁹. Benedixit aũt Ia
cob regi, hoc est, gratias egit, salutauit vt decuit, gratũ se exhibuit tã benefico & magnifico ręgi. RVPERT. Sed
nũquid nil aliud rex sapiẽs locut⁹ est cũ venerabili sene, nisi quod interrogauit eũ, quot sunt dies vitę tuę? sed pfe-
B cto solũ hoc scribi dignũ fuit ppter memorabile respõsum, dicẽtis. *Respõdit* (inquit) *Dies peregrinatiõis uitæ meæ centũ
triginta annorũ sunt, parui & mali, & nõ peruenerũt usq; ad dies patrũ meorũ quibus peregrinati sũt.* AVGVS. IN QVAES.
SVPER GE. Quid est quod dixit Iacob Pharaõi. Dies annorũ vitę meę quos incolo. Sic enĩ habẽt Gręci, quod
Latini habẽt ago vel habeo, vel siquid aliud? Vtrũ ergo ideo dixit, quos incolo, quia in terra natus est, quã nõdũ po
pul⁹ diuina pmissione hęreditatis acceperat, & ibi vitã ducẽs, vtiq; in aliena terra erat, nõ solũ quãdo pegrinabat,
sicut in Mesopotamia, verũ etiã quãdo ibi erat, vbi nat⁹ est? An potius secũdũ id accipiendũ est, quod ait Apostol⁹, 2.Cor.5.
Quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à dño? Secũdũ hoc & illud in psalmo dictũ intelligit, Inqlinus ego sum Psal.38.
in terra, & pegrinus sicut oẽs patres mei. Nã iterũ dicit de ipsis dieb⁹ vitæ suæ, Nõ puenerũt in dies annorũ vitæ pa
trũ meorũ, quos dies incoluerũt. Nõ enĩ hic aliud voluit intelligi, q̃ id quod Latini codices habẽt, vixerũt, ac p hoc
significauit hãc vitã incolatũ esse super terrã, id est, peregrinationis habitationẽ. Sed credo sanctis hoc cõuenire,
qb⁹ aliã patriã æternã dominus pollicet. Vnde vidẽdũ est, quẽadmodũ dictũ est de impiis, Incolẽt & abscõdẽt, ipsi Psal.55.
C calcaneũ meũ obseruabũt. De his enim cõuenĩetius accipit, qui vt abscõdant incolũt, id est, vt insidiẽtur filiis, non
manẽt in domo in æternũ. IDEM DE LOCVT. SVPER GE. Quod aũt subiungit Iacob secundũ alia
exẽplaria, Pusilli & maligni fuerũt dies annorũ vitæ meæ. Pusillos pro paucis positũ est. Neq; enim vitæ alicuius, q̃
cæterorũ dies possunt esse horarũ spatio breuiores. Hoc autẽ Iacob ex cõparatiõe dixit vitæ maiorũ suorũ. Nã vtiq;
centũ triginta annos quos ille iam agebat, nemo nũc viuit. CHRYSOSTO. Et dixit Iacob, Dies annorũ vitę
meæ, quib⁹ peregrinatus sum. Vide qũo omnes iusti in hac vita ita affecti sunt. Audies enim & Dauid post hæc di
centẽ, Quia peregrin⁹ ego sum & aduena, hic dicit, Dies annorum vitę meæ, quibus peregrinus sum. Propterea & Psal.38.
Paulus dicebat de iustis illis, quod confitebãtur quasi peregrini & aduenæ sint super terrã. Dies (inquit) annorũ vi- Heb.11.
tæ meæ, centũ triginta anni, pauci & mali fuerũt, & nõ peruenerũt ad dies annorũ vitæ patrũ meorũ. Quibus dieb⁹
(inquit) peregrinus fui, pauci & mali fuerũt. Significat hic annos seruitutis, quã sustinuit apud Laban ppter fugã,
quã propter fratrẽ fecit, deinde post reditũ ab eo loco, luctũ quẽ tanto tẽpore habuit, & ppter mortẽ Ioseph, & alias
D miserias. Quantũ enim timorẽ eum habuisse putas, quãdo propter sororẽ Simeon & Leui omnes ciuitatis viros
occiderũt, & omnes qui in Sichimis erãt, captiuos duxerũt? Dicebat enim & tunc, indicans animi angorẽ in quo
erat, Inuidiosum me fecistis, ita vt malus sim inter habitantes terrã. Ego autem in paruo numero sum, & congre-
gati super me, perdent me, & exculcabor & ego & domus mea. Propterea dicit, pauci & mali sunt dies annorũ vi-
tæ meæ. EVCHERIVS. Dies annorũ vitæ meæ pauci & mali. Discimus nõ tam seculum ipsum, quod die &
nocte annis currit & mensibus, appellari malum, q̃ ea quæ in seculo fiunt. Quomodo sufficere dicitur diei malitia
sua, ita & dies Iacob modici dicũtur esse & mali, eo quod ea quę sustinuit, per varia eũ exercuerũt tentamẽta, vn-
de & Ioãnes ait, Mundus in maligno positus est, nõ quod mundus ipse sit malus, sed quod mala in mũdo fiant ab
hominibus. RVPERTVS. Dies peregrinationis vitæ meæ, &c. Vltro peregrinũ se confessus est, & hanc vitã
miserã peregrinationem dicere maluit, melioris vitæ vel patriæ ciuis, id est, cœlestis. Eo sensu percunctationẽ re-
gis vera correctione suppleuit, cũ dicente illo, Quot sunt dies vitæ tuæ? Respondit, dies peregrinationis vitę meę,
E parui sunt & mali: Paruos videlicet dies suos pro humili cõscientia dixit, malos pro continuatione tribulationis.
Parumq; illi visum est, quod peregrinũ se confessus est, nisi etiam patres suos peregrinos fuisse assereret. Nam pro-
tinus subiungit, Et nõ peruenerunt vsq; ad dies patrũ meorum quibus peregrinati sunt. Adeo hominibus placere,
vel ad pompã secularium tam pater q̃ filius se extendere dedignati sunt. Bene ergo Apostolus in laudẽ fidei patrũ Ibidem.
istorum inter cætera dicit, Et cõfitentes quod hospites & peregrini super terrã. Eorum cõfessio nusquã clarior aut
certior inuenitur quàm hoc loco, vbi peregrinus iste in aula regis, nõ oblitus patriæ cœlestis, vltro se peregrinum
confitetur. Porro quod dicit, centum & triginta annorũ sunt dies peregrinationis meæ, facilem pandit aditum ad
inuestigandũ quoto ætatis ipsius anno, Ioseph natus sit. Imò & quoto ætatis anno vxores Liam & Rachel sororem Gene.26.
eius acceperit. Nã & de fratre eius Esau superius scriptura dixit, quod quadragenarius vxores duxit, & de Isaac pa Gene.25.
tre eius, quia cum quadraginta esset annorũ, Rebeccam vxorẽ acceperit, & quia sexagenarius erat quãdo nati sunt
F paruuli, de isto autẽ non est dictum, qua ætate vxorẽ acceperit. Centũ ergo & triginta annorũ cum se esse dixerit,
Ioseph autẽ triginta annorũ fuerit quãdo stetit in conspectu Pharaonis regis, & exinde septem fertilitatis anni, cũ
biẽnio subsecutæ famis effluxerint, qui sunt simul ætatis Ioseph trigintanouẽ anni, cõstat proculdubio quod na- Gene.41.
to Ioseph, Iacob nonagenarius extiterit. Cui ætati quatuordecim annos adime, qũibus Laban pro filiabus serui-
uit, & manifestè liquet, quia iam septuaginta sex annorum erat, quando præcepto patris peregre profectus, vxo-
res accepit. Viginti nanque annis seruiuit, quorum sex posteriores natum fuisse Ioseph, qui legit intelligit. Na-
to quippe Ioseph cum dixisset Iacob socero suo, Dimitte me vt reuertar in terram & ad patriam meam, tunc de- Gene.30.
mum conuentione iterata, qui pro filiabus quatuordecim annis seruierat, addidit vt seruiret annis sex.
CAIETANVS. Dies peregrinationis vitæ meæ. Non desunt censentes tam hic quàm inferius, interpretan-
dum esse habitationis vel potius habitationum mearum, vitam enim addidit interpres. Vtraque autem significa-
tio verificatur ex parte rei, nam & multas habitationes, & multas peregrinationes subierat, idémque euenerat pa
tribus

Universidad de Deusto Biblioteca

tribus eius Abrahæ & Isaac. Centum triginta annorum sunt. Hinc apparet quod Ioseph qui fere quadragenarius G
tunc erat, natus est non ante nonagesimum annum patris, & septuaginta annorũ erat Iacob, quando iuit in Me-
sopotamiam,nam viginti annis ibidem moratus est,& nato Ioseph rediit in terram Chanaan.Parui & mali. Hoc
est,tum mali,tum pauci. Et malum quidem pœnæ non aliter explicat quàm peregrinatione,paucitatem vero ma-
nifestat,quia non attingunt ad annos patrum suorum. Quod si diligentius fuerit perspectum, ad paucitatē & ma
litia spectat,nam sensus est,quod citius senuit quàm patres sui, hoc enim non solum paucitatem, sed dispositio-
nem minus bonam annorũ (vtpote degenerem) arguit. AVCTOR CATENAE. Dies peregrinationis vitę
meæ.Hebraicè est יְמֵי שְׁנֵי מְגוּרַי Ieme sene megurai,Dies annorum peregrinationum mearum.Sed Chaldaica mo
re nostræ æditionis habet, Anni vitæ peregrinatiõis meæ. Septuaginta αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου, ἃς παροικῶ,
Dies annorum vitæ meæ quos peregrinor.Deinde quod sequitur,sunt parui & mali,In Hebręo legitur מְעַט וְרָעִים
הָיוּ יְמֵי שְׁנֵי חַיַּי Meat veraim haiu ieme sene haiai.Pauci & mali ipsi siue fuerunt,dies annorum vitæ meæ. Sic ad
verbum & Septuaginta.Chaldaica vt in nostra æditione.Demum quod est, Et non peruenerunt vsque ad dies pa H
trum meorum quibus peregrinati sunt. In Hebhræo est: וְלֹא הִשִּׂיגוּ אֶת יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אֲבֹתַי בִּימֵי מְגוּרֵיהֶם Velo hissi-
gu eth ieme sene haie abóthai bime megurehem, Et non attigerunt siue non apprehenderunt, aut non sunt asse-
quuti dies annorum vitę patrum meorum in diebus peregrinationum suarum,hoc est,quibus peregrinati sunt.Sic
fere & Septuaginta. Chaldaica , Et non attigerunt vsque ad dies vitæ patrum meorum in diebus peregrinationis
suæ.Quæ tamen omnia sensum communis æditionis non immutant,sed eum clariorem reddunt. Senem itaque
percunctatur rex de numero annorum vitę.Omnis patriarcharum vita peregrinatio est super terram,aliam enim
promissam perpetuo vitam perquirunt, in hac vita præter animam suam nihil possident, fide futurorum susten-
tantur.Breuiatur in primis vita maiorum,Abraham omnibus maioribus suis iunior obiit, qui vixit centũ septua-
ginta quinque annis,Isaac vero centum octoginta,Iacob centum quadraginta septem. Paucos dicit & malos,du-
ram enim seruiuit seruitutem viginti annis cum Laban.Anxius ob fratrem,luctuosus propter filium,confusus ob I
Dinam,timidus propter crudelitatem vltionis, propter famem in tanta familia semper peregrinus, etiam in vlti-
ma tam graui ætate.Multæ enim tribulationes iustorum,& de omnibus his liberat eos dominus.Sic ergo dies Ia-
cob parui & mali intelliguntur:parui,quia breues respectu præcedentium patrum:mali autem , quia pœnis refer-
ti.Quæ duo frequenter in scripturis à sanctis patribus coniunguntur,Vnde & Iob quartodecimo dicitur, Homo
natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis miseriis. *Et benedicto rege,egressus est foras.* Id est, salu-
tato rege exiuit.Hic enim benedicere,est valedicere, omnia læta imprecari & prospera. *Ioseph uero patri & fratri-*
bus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo terræ loco Ramesses,ut præceperat Pharrao. HIERONYMVS DE LO-
CIS HEBRAICIS. Ramesse vrbs est quam ædificauerunt filij Israël in Aegypto , olim autem & vniuersa
prouincia sic vocabatur,in qua habitauit Iacob vna cum liberis suis. AVGVSTINVS IN QVAESTIO-
NIBVS SVPER GENESIM. Quærendum autem vtrum terra Ramessem ipsa sit Gessen . Ipsam enim
petierant, & ipsam eis Pharao dari præceperat. INTERLINEARIS. Est autem Ramesse pars Thebaidis. K
CAIETANVS. Partem autem hanc intelligo meliorem terræ Gosen. AVCTOR CATENAE. Ioseph
vero patri & fratribus,& cætera.Vera Hebraica Græca & Chaldaica litera est huiusmodi, Et collocauit seu habi-
tare fecit Ioseph patrem suum & fratres suos,& dedit eis possessionem in terra Aegypti, in meliori seu optimo lo
Psal.104. co terræ,in terra Ramesses. RVPERTVS. Intrauit igitur Israël in Aegyptum , & Iacob accola fuit in terra
Cham,id est,in eadem Aegypto.Aegyptij nanque ab vno de posteris Cham,scilicet Mesraim exorti sunt.Atten-
damus autem quid deinceps actum sit. *Et alebat (* inquit *) eos,omnemq́; domum patris sui , præbens cibaria singulis.*
AVGVSTINVS IN QVAEST. ET LOCVTIO. SVPER GENESIM. Et metiebatur (inquit
alia litera) triticum patri suo Ioseph secundum corpus, id est, secundum mensuram corporum . Per corpus ete-
nim,numerũ corporum,per numerũ corporũ, numerum hominũ significat. Et tamen cum pater nec quando vi-
dit,adorauit,nec quando ab illo triticum accipiebat . Quomodo ergo somnium Ioseph modo impletum putabi- L
mus,& non potius maioris rei contineri prophetiam. CHRYSOSTOMVS. Et frumentum metiebatur Io
seph & fratribus suis , & omni domui patris sui frumentum secundum corpus . Hoc erat quod dicebat fratribus,
quod misit me deus ante vos,vt relinqueretur vobis portio super terram,& quod in vitã misit me deus ante vos.
Frumentum metiebatur eis secundum corpus.Quid est secundum corpus? quantum sufficiebat vnicuique. Mos
enim est scripturæ,aliquando ab anima totum hominem nominare,aliquando à corpore . Et sicut superius dice-
bat , In septuagintaquinque animabus descendit Iacob in Aegyptum, vt dicat septuagintaquinque viros & mu-
lieres,sic & hic pro singulis hominibus . Et tota quidem Aegyptus & Chananæorum regio fame laborabant, ipsi
autem prospere agebant , habentes quasi ex fontibus profluentia frumenta . CAIETANVS. Quod dicitur
prębens cibaria singulis,iuxta Hebręum habetur,Pane ori paruuli,seu iuxta morem puerorum.Et est sensus,quod
pauit domum patris sui pane,tanquam dando ori paruulorum,hoc est,sine pretio, sine eorum labore,quemadmo
dum alimus paruulos. AVCTOR CATENAE. Præbens cibaria singulis.Hebraicè est:לֶחֶם לְפִי הַטָּף Le- M
hem lephi hataph,Pane ad os paruuli. Alij, Pane iuxta paruulos, vel iuxta familiam singulorum. Alij, Pane sicut
paruulos,Nonnulli,Ac si adhuc essent paruuli,verterunt.Chaldaica,Prębens panem iuxta familiam vniuscuiusq;,
dixit.Quæ omnia idem sunt cum æditione Latina. Prouidit ergo suis Ioseph meliori modo quo potuit, qui enim
propriæ domui non est fidelis,cui fidus existimabitur?erit enim infideli deterior. Totam familiã nutriuit Ioseph,
cibo dato sufficienter iuxta necessitatem & numerum omnium personarum. *In toto enim orbe panis deerat, & op-*
presserat fames terram,maxime Aegypti & Chanaan. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS
SVPER GENESIM. Terram posuit pro hominibus qui erant in terra. CHRYSOSTO-
MVS. Vide ineffabilem dei solicitudinem & prouidentiam , quomodo antea quàm incrudesceret fa-
mes , iustum in Aegyptum deduxerit, ne quam sentiret angustiam , quæ ventura erat in Chanaan.
AVCTOR CATENAE. In toto enim orbe panis deerat. In Hebræo est וְלֶחֶם אֵין בְּכָל הָאָרֶץ Veléhem en
becol haárez,Et panis non (supple erat) in vniuersa terra.Chaldaica, Neque erat panis in vniuersa terra. Septua-
ginta

A ginta loco panis,habent σῖτον, hoc est triticum. Et quod sequitur, Et oppresserat fames terram, maxime Aegy-
pti & Chanaan.In Hebræo est: כִּי כָבֵד הָרָעָב מְאֹד וַתֵּלַהּ אֶרֶץ מִצְרַיִם וְאֶרֶץ כְּנַעַן מִפְּנֵי הָרָעָב Chi chabed háraab meod
vatéla érez mizráim veérez cenáan mipene háraab , Quia grauis fames multum , & deficiebat seu fatigabatur,
aut laborabat, vel affligebatur terra Aegypti , & terra Chanaan à facie famis , seu propter famem. Clarius autem
Chaldaica, Quoniam præualuerat fames nimis, & deficiebat populus terræ Aegypti , & populus terræ Chanaan
propter famem . Sic fere & Septuaginta . Sed eruditus interpres breuitati studens , hæc omnia in pauciora verba
redegit, eundem tamen tenens sensum. Hoc autem quod dicitur in tota terra panis deerat , & cætera, potuit per
hyperbolen & synechdochen dici , communi enim loquendi modo scriptura frequenter vtitur , forte nanque in
Aegypto & circumiacentibus regnis fuit sterilitas, non tamen in Græcia , Gallia, vel Italia. *E quibus omnem pe-*
cuniam congregauit pro uenditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. AVGVSTINVS IN QVAESTIO-
NIBVS SVPER GENESIM. Pertinuit ad scripturam in hac etiam re commendare fidem famuli dei.
B CHRYSOSTOMVS. Congregauit (inquit) Ioseph , omnem pecuniam tam eorum qui erant in Aegypto,
quàm eorum qui erant in Chanaan & illam importauit in domum Pharaonis. AVCTOR CATENAE.
E quibus omnem pecuniam, & cætera. Tam Hebraica quàm Græca & Chaldaica litera sic habent, Et congrega-
uit Ioseph omne argentum quod inuentum est in terra Aegypti & in terra Chanaan , & pro frumento seu ali-
mento quod ipsi ementes vel emebant , & intulit Ioseph argentum in domum Pharaonis . Quod non est aliud,
quàm quod habetur in litera nostra . Præstabat igitur se regi suo fidelem seruum & œconomum Ioseph de rebus
sibi commissis,quas non vt proprias dispensauit,sed prout decebat fidelem dispensatorem tanquam alienas ven-
dere debebat,non donare,sine domini rerum voluntate.
RVPERTVS. Sed ex responsione sancti viri regi facta , vetus pastoribus ouium spiritualium , & omnibus Mysticè.
qui cœlestem patriam inquirunt , propositum est exemplum , vt humilitate gloriosa contenti , vanam & inopem
despiciant altitudinem seculi, dicantq; vbicunque equitantes Aegyptios viderint, Hi in curribus,hi in equis,nos Psal.19.
C autem in nomine domini dei nostri inuocabimus, dicant coram terrenæ patriæ ciuibus aut regibus , Non habe- Heb.13.
mus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. EVCHERIVS. Sicut autem tradidit Ioseph patri
& fratribus possessionem in Aegypto in optimo terræ solo, præbens eis cibaria, quia fames inualuerat , sic & do-
minus eligens terram meliorem , parentibus, id est, prophetis & patriarchis , ex quibus secundum carnem nasci
dignatus est , siue omnibus sanctis , de quibus in euangelio dicit , Hi sunt fratres mei , qui faciunt voluntatem Luc.8.
meam. His igitur dat terram, scilicet repromissionis regni dei,de qua dicit Propheta, Credo videre bona domi- Psal.26.
ni in terra viuentium.

CVmque defecisset emptoribus pretium , uenit cuncta Aegyptus ad Ioseph , dicens , Da nobis panes. 3
Quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille respondit, Adducite pecora uestra , & da-
D *bo uobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quæ cum adduxissent , dedit eis alimenta pro equis &*
ouibus & bobus & asinis , sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum . Venerunt quoque anno se-
cundo, & dixerunt ei, Non cælamus domino nostro , quod deficiente pecunia pecora simul defecerunt , nec clam
te est, quod absque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te uidente? Et nos & terra nostra tui
erimus , Eme nos in seruitutem regiam , & præbe semina , ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.
Emit ergo Ioseph omnem terram Aegypti uendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Sub-
iecitque eam Pharaoni , & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti usque ad extremos fines eius,
præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis,quibus & statuta cibaria ex borreis publicis præbe-
E *bantur, & idcirco non sunt compulsi uendere possessiones suas.*

Cumq; defecisset emptoribus pretium uenit cuncta Aegyptus ad Ioseph , dicens , Da nobis panes . Quare morimur , te uidente ? 3
AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Per panes triticum significat, lo
cutione per id quod efficitur,id quod efficit.Sic & per totam Aegyptum omnes Aegypti habitatores, hyperboli-
ce tamen. CHRYSOSTOMVS. Non sunt nobis (inquiunt) plures pecuniæ vt emamus,& ideo fame peri-
mus . Ne igitur despicias nos , qui à fame ita infestamur , sed præbe nobis panes vt viuamus , & ne moriamur.
AVCTOR CATENAE. Cumque defecisset emptoribus pretium,plura verba sunt in Hebraica litera & apud
Septuaginta,ac prout in Chaldaica, videlicet, Consummatúmque est argentum de terra Aegypti,& de terra Cha
naan.Satius igitur erat carere pecunia , quàm pane.In tanta rerum angustia non suffecisset frumentum donatum
F sponte & sine parsimonia vel difficultate,sed venditum pro populi insolentia consueta. *Quibus ille respondit, Ad-*
ducite pecora uestra, & dabo uobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quarto forte & quinto anno sterilitatis,cum pa-
rum crescebat & quasi nihil, comederunt pro argento donec deficeret, & tunc videlicet in sexto anno, venerunt
ad Ioseph pro pane. *Quæ cum adduxissent,dedit eis alimenta pro equis & ouibus & bobus & asinis . Sustentauitq; eos illo anno*
pro commutatione pecorum. Aegyptij non inuocauerunt deum,sed regem.Ridiculi ipsorum dij pariter dormiebãt,
& præstabant nihil tam diligenter culti. Deo credentibus Israëlitis nihil defuit . Aegyptij sua libertate abusi fue-
rant,seruitutem demeruerant maxima superstitione sua & idololatria, per quam omnia corrupta erant . Nec ta-
men legimus Ioseph pretium auxisse tritici,& auaritiæ tendiculis vsum, sed contractibus licitis iure gentiũ, quia
etiam gratiam maiorē populus non meruerat. *Venerunt quoq; anno secundo , & dixerunt ei, Non cælamus domino nostro*
quod deficiente pecunia pecora simul defecerunt,nec clam te est,quod absque corporibus & terra nihil habeamus. CAIETANVS.
Non à principio sterilitatis secundus supputatur annus, cũ anno secundo sterilitatis Ioseph venderet alienigenis,
vt superius patet.Sed annus secundus à defectu pecunię supputatur.A pecunię siquidē defectu,primus annus fuit,
quo com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo commutatione pecorum Ioseph aluit Aegyptum, secundus autem est iste, quo nec pecora Agyptij habebant. G
AVCTOR CATENAE. Venerunt quoque anno secundo. Deficiunt ante hæc verba iuxta omnes æditiones, Et completus est annus ille, de quo scilicet antea locutus fuerat. Quod autem sequitur, Non cęlamus domino nostro, in Hebræo est לֹא נְכַחֵד Lo nechahed, Non cęlabimus. Chaldaica autem posuit in præterito, Nō cęlauimus. Duplicis autem significationis est verbum כָּחַד Chahad, nam & cęlare & extirpare denotat, atque hinc factum est, vt in alium sensum verterint Septuaginta, μή ποτε ἐκτριβῶμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, Ne forte deleamur à domino nostro, Vel nunquid abscindemur à domino nostro? Sed clarum est, hunc locum intelligendum sicut Chaldaica & Latinus interpres intellexerunt. Sequitur vero, Quod deficiente pecunia pecora simul defecerunt, in Hebræo est כִּי אִם תַּם הַכֶּסֶף וּמִקְנֵה הַבְּהֵמָה אֶל אֲדֹנִי Chi im tam haceseph vmikne habehema el adoni, Quod si defecit pecunia, & grex iumentorum, seu armentum pecorum domino meo, supple defecit, omnia enim hæc domino meo pro pane dedimus. Septuaginta εἰ γὰρ ἐκλέλοιπε τὸ ἀργύριον, καὶ τὰ ὑπάρχοντα, καὶ τὰ κτήνη πρός σε τὸν κύριον ἡμῶν, Si enim defecit argentum, & substantia, & pecora ad te dominum meum. Chaldaica longe clarius locum H
legit, Cum defecit argentum, pecora quoque adduximus ad dominum nostrum. Demum quod sequitur, Nec clam te est, quod absque corporibus, & cætera, tam in Hebraica quàm Græca litera, vt in Chaldaica legitur, & nihil remanet coram domino nostro nisi corpora nostra, & terra nostra. Finitus igitur hoc pacto est annus quintus & sextus. Anno autem secundo venerunt ad Ioseph, non ab exordio famis, sed anno sequente venditionem pecorum, forte in principio anni septimi sterilitatis. *Cur ergo morimur te uidente? Et nos & terra nostra tui erimus. Eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore terra redigatur in solitudinem.* Cur ergo morimur te vidente? & nos, & cætera. Vera litera tam in Hebræo quàm in Græco est vt in Chaldaica, Quare moriemur coram te, tam nos quàm terra nostra? Eme nos & terram nostram pro pane, & erimus nos & terra nostra seruientes Pharaoni, & præbe semina, & viuemus, & non moriemur, & terra non desolabitur. Sed non deuiant hæc à sensu literæ nostræ. Dicant igitur Aegyptij Ioseph, Iam nostra omnia vendidimus, nihil restat præter corpora & terI
ram. Maxima impiorum fames describitur, vt gratia dei erga fideles clarius elucescat, & Ioseph prouidentia, qui domino dirigente vitæ illorum prouidit, & dignum seruitute populum regi sine gladio & sanguine subiugauit. Nimio forte luxu & rerum abundantia abusi fuerant, cum non sit communiter terra Aegypti aliqua vspiam fertilior, verum imperscrutabilia iudicia dei. *Emit ergo Ioseph omnem terram Aegypti, uendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis.* CHRYSOSTOMVS. Seipsos in seruitutem Aegyptij subiecerunt, & terram vendiderunt, ita vt ali possent, tanta famis necessitas facta est. RABANVS. Nec iniustitiæ vel iniquitatis arguitur Ioseph, cum etiam fidelitas eius inde commendetur, quia nullius personæ gratiam suscepit, sed iuxta emptoris pretium æquo libramine stipem regiam indigentibus compensauit. *Subiecitq; eam Pharaoni.* AVGVSTIPsalm.118. NVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Alia litera habet, Et facta est terra Pharaoni. Non ait Pharaonis. Amat sic loqui scriptura, sicut in psalmo dictum est, Et custodiui legem tuam, hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui. De lege dei dixit, Hæc facta est mihi, id est, in meam vtilitatem. AVK
CTOR CATENAE. Subiecitq; eam Pharaoni. In Hebræo est וְהָעָרִים הֶעֱבִיר אֹתוֹ לְמִצְרַיִם Vatei haarez lepharo, Et fuit terra Pharaoni, id est cessit in possessionem Pharaonis. Quod tamen idem est cum litera nostra. Dixerit quispiam, Videtur Ioseph fecisse contra illud Leuitici vigesimoquinto, vbi dicitur, Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis, Vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Cui respondemus, Non fecisse Ioseph contra legem istam, quia nondum data erat. Præterea terra Aegypti de qua hic habetur sermo, non fuit de terra filiis Israël promissa, quæ vendi nisi sub conditione prohibetur. Demum non fecit hoc Ioseph cupiditate, sed quia domino fidelis erat, nam & postquam omnia emerat, omnibus prouidebat. Subiecit igitur terram Aegypti Pharaoni, *Et cunctos populos eius, à nouissimis ter*Homil.16. *minis Aegypti usque ad extremos fines terræ.* ORIGENES. Si quis forte dicat nobis, quomodo per Ioseph omnis terra in possessionem traditur Pharaoni, & cum hominum seruitus ex peccati conditione suscepta sit, quomo
do per sanctum virum in seruitutem omnis terra addicitur Pharaoni? Possumus ad hæc respondere, quia ipsæ scriL
pturæ sermo excusat sancti viri ministerium, cum dicit quia semetipsos vendiderunt Aegyptij, & possessiones suas. Non ergo ad dispensantem culpa reflectitur, vbi digna dispensatorum meritis prouidentur. Inuenies enim tale aliquid & à Paulo fieri, cum ab eo is qui semetipsum pro fœditate actuum consortio sanctorum fecit indignum, traditur Satanæ, vt discat non blasphemare. In quo vtique nemo dixerit Paulum durè egisse, qui hominem de ecclesia eiecit, & Satanæ tradidit. Sed in illum sine dubio culpa refertur, qui pro actibus suis meruit vt non ei esset in ecclesia locus, sed Satanæ consortio mereretur adiungi. Ita ergo & Ioseph, cum nihil Hebrææ libertatis, nihil Israëliticæ nobilitatis in Aegyptiis præuidisset, digna seruitia digno dominatui sociauit. Ego etiam amplius aliquid dico. Inuenies & in diuinis dispensationibus tale aliquid gestum, in eo quod dicit Moyses, Cum diuideret excelsus gentes, & distingueret fines gentium, secundum numerum angelorum dei, posuit eas, & facta est pars domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Israël. Vides ergo quoniam pro meritis vnicuique genti angeloMM
rum statuitur principatus. Pars autem domini, gens efficitur Israël. RVPERTVS. Hos habuit effectus illud quod vocauit dominus famem super terram, & ad hoc vocatio eius profecit, vt & Israël intraret Aegyptum, & in seruitutem redigeretur superbia Aegyptiorum, quam & scriptura paulo supra denotauit dicendo, quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. Proinde sapientibus quoque qui nitore gaudent eloquij, placeat & illud,
Psalm.104. quod metonymice Psalmista dixit, Et vocauit famem. Bene ergo tanquam strenuus lictor astitit vocanti, & voluntatem fecit imperantis, cum duos reos veluti vno carcere artauit, & alter scilicet Israël, qui fratrem suum vendidit, flagellatus generatione quarta solueretur ad gloriam, alter, id est, Aegyptius populus superbiens in curribus & equis, educeretur ad pœnam. CAIETANVS. Quod dicitur hic, etiam cunctos populos eius, à nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos fines eius. Iuxta Hebræum habetur, Et populum transire fecit ad ciuitates de vna extremitate termini Aegypti vsque ad extremitatē eius. Sonat litera, quod Ioseph in signū tum seruitutis Aegyptiorum, tum proprietatis terrę acquisitæ Pharaoni, migrare fecit populos de territorio vnius ciuitatis

A tatis ad territorium alterius, vt sic profiteretur tali facto se esse seruos Pharaonis, & non solum subditos illi. AVCTOR CATENAE. Et cunctos populos eius. Pro his verbis est in Hebræo וְאֶת הָעָם הֶעֱבִיר אֹתוֹ לֶעָרִים Veeth haam heebir otho learim, Et populum transire seu migrare fecit eum in ciuitates, seu ad vrbes. Chaldaica, Populum autem transtulit de ciuitate in ciuitatem, scilicet hos illuc, & illos huc vicissim transmigrare faciendo, vt mutarent domicilia. Septuaginta vero καὶ τὸν λαὸν κατεδουλώσατο ἑαυτῷ εἰς παῖδας, Et populum subiecit sibi (videlicet Pharaoni) in seruos. Quod licet verum sit, non tamen Hebraicus exprimitur sensus. Transtulit ergo populum rex Aegypti in vrbes, vbi magis sibi subiicerentur in seruos, & nihil habere in agris proprij manifeste profiterentur. Ideoque dicitur Aegyptus domus seruitutis, quia omnes Aegyptij serui sunt domini regis. *Præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis. Quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compuB
si uendere possessiones suas.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta Græca exemplaria legitur, Præter terram sacerdotum solum, non possedit hanc Ioseph. Quasi dixisset, præter terram sacerdotalem tantum, omnem terrā possedit Ioseph. CHRYSOSTOMVS. Vide quantus intellectus, & quanta sapientia Ioseph fuerit. Illos neque famem experiri permisit, & omnem terram acquisiuit Pharaoni. INTERLINEARIS. Hinc habemus exemplum, quod possessiones ecclesiæ distrahi non debent, cum à regibus deo sunt mancipatæ, & ideo in nullius bonis computandæ. ORIGENES. Mihi autem per hoc nequiores esse cæteris ostenduntur sacerdotes Aegyptij, qui pro nimia familiaritate quæ erat eis cum Pharaone, nihil immutationis recipiunt, sed permanent in mala possessione, & sicut his qui in fide & sanctitate profecerant, dicit dominus, Iam non dico vos seruos, sed amicos, ita dicit & istis Pharao, tanquam qui ad summum gradum nequitiæ, & ad sacerdotium perditionis ascenderint, iam non dico vos seruos, sed amicos. Denique vis scire quid interfit inter sacerdotes dei & sacerdotes Pharaonis? Pharao concedit terram sacerdotibus suis, dominus autem sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis, Ego sum pars vestra. Obseruate ergo qui hæc legitis, omnes domini sacerdotes, & videte quæ sit differentia sacerdotum, ne forte qui partem habent in terC
ra, & terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam domini, quàm Pharaonis sacerdotes esse videantur. Ille est enim qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum, & exercere agri, non animæ culturam, ruri, & non legibus operam dare. Christus autem dominus noster sacerdotibus suis quid præcipiat audiamus, Qui non (inquit) renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Contremisco hæc dicens, meus enim primo omnium, meus (inquam) ipse accusator existo, meas condemnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum, quem viderit aliquid possidentem, & eum qui non renunciat omnibus quæ possidet. Et quid agimus? Quomodo hæc aut ipsi legimus, aut populis prædicamus, qui non solum non renunciamus his quæ possidemus, sed acquirere volumus ea quæ nunquam habuimus, antequam veniremus ad Christum? Nunquid nam quia nos redarguit conscientia, tegere & non proferre quæ scripta sunt possumus? nolo duplicati criminis fieri reus. Confiteor palam, & populo audiente confiteor, hæc scripta esse, etiam si nondum implesse me noui. Sed ex hoc saltem commoniti festinemus implere, festinemus transire à sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena posD
sessio est, ad sacerdotes dei, quibus in terra pars non est, quibus portio dominus est. Talis enim erat & ille qui dicebat, Tanquam egentes, multos autem locupletantes. Vt nihil habentes, & omnia possidentes. Paulus hic est, qui in talibus gloriatur. Vis audire quid etiam Petrus de se ipso pronunciet? Audite eum cum Ioanne pariter profitentem, & dicentem, Aurum & argentum non habeo, sed quod habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi surge & ambula. Vides sacerdotum Christi diuitias? Vides nihil habentes, quanta & qualia largiuntur? Istas opes largiri non potest terrena possessio. CAIETANVS. Præter terram sacerdotum, & cætera. Hinc apparet integritas Pharaonis, quod nec in tanta penuria subtraxit solita alimenta sacerdotibus, qui diuino cultui erant addicti, & speculatiuis scientiis intenti erant, vt in proœmio metaphysicæ Aristoteles refert. AVCTOR CATENAE. Præter terram sacerdotum, & cætera. Tota hæc litera aliter habetur in Hebræo & in Chaldaica, videlicet, Sed terram sacerdotum non emit, quoniam portio dabatur, seu constitutum sacerdotibus à Pharaone, & comedebant portionem suam, seu constitutum suum, quam seu quod dabat eis Pharao, propterea non vendiderunt
E terras suas. Sic fere & Septuaginta, nisi quod loco portionis, dixerunt δόματα καὶ δόσιν, dona & donationem. Sed hæc non deuiant à sensu communis æditionis. Discimus hic, lege naturæ & iure gentium, non solum sacris literis veteris & noui testamenti, vt populo ministrantes sacras & vtiles doctrinas fidei & morum, viciſſim percipiant temporalia ad necessaria vitæ & familiæ, & vt commodius instent studio rerum vtilium.
Mystice. INTERLINEARIS. Spiritaliter autem pecora pro frumentis damus, cum bestiales motus à nobis amputamus, vt verbo veritatis vberius vacemus. ORIGENES. Secundum autem scripturæ huius fidem nullus Aegyptius liber. Pharao enim populum sibi in seruitutem redegit, nec aliquem intra Aegyptiorum fines liberum dereliquit, sed in omni terra Aegypti adempta libertas est. Et propterea forte scriptum est, Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Facta est ergo Aegyptus domus seruitutis (& quod est infœlicius) voluntariæ seruitutis. Nam de Hebræis quanuis legatur quia in seruitutem redacti sint, &
F quia iugum dominationis (erepta libertate) pertulerint, violenter tamen ad hoc memorantur addicti. Scriptum est enim, Quia Aegyptij abominabantur filios Israel, & per potentiam opprimebant eos violenter, & affligebant vitam eorum in operibus duris, luto, & latere, & omnibus operibus quæ erant in campis, in quibus omnibus in seruitutem eos redigebant cum vi. Intende ergo diligentius quomodo Hebræi scribuntur violenter in seruitutem redacti, quibus naturalis inerat libertas, quæ non eis facile, vel per deceptionem aliquam, sed cum vi extorqueba-
tur. Pharao vero Aegyptium populum facile sibi in seruitutē redegit, nec scribitur quia cum vi hoc fecerit. Proclines enim sunt Aegyptij ad degenerem vitam, & cito ad omnem famulatum decidunt vitiorum. Respice ad originem generis, & inuenies quod pater eorum Chaim, qui nuditatē riserat patris, huiusce modi sententiam meruit, vt filius eius Chanaan seruus esset fratribus suis, quo in eo nequitiam morum argueret conditio seruitutis. Non ergo immerito ignobilitatem generis decolor posteritas imitatur. Hebræi vero etiam si in seruitutem redigantur, etiam si tyrannidem patiantur ab Aegyptiis, violenter & necessitate patiuntur. Idcirco ergo liberantur de domo seruitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo seruitutis,& ad libertatem pristinam quam inuiti amiserant,reuocantur.Denique etiam diuinis legibus cauetur, vt si forte emerit quis Hebræum puerum,non eum perpetua seruitute possideat,sed sex annis seruiat ei, septimo vero anno exeat liber.De Aegyptiis nihil tale censetur,nec vsquā diuina lex curam gerit libertatis Aegyptiorum,qui eam sponte perdiderant,sed æterno eos conditionis iugo ac seruituti perpetuæ derelinquit. Hæc ergo si intelligamus spiritaliter, quæ sit Aegyptiorum seruitus agnoscimus, quia seruire Aegyptiis non est aliud, quàm obnoxium esse carnalibus vitiis, & dæmonibus esse subiectum. In quod vtique vnumquemque non extrinsecus illata necessitas cogit,sed segnitia animi,& libido ac voluptas corporis subigit,cui se animus per socordiā subdit. Qui vero libertatis animæ curam gerit,& dignitatem mentis cœlesti cogitatione nobilitat, iste ex filiis Israël est, qui etiam si violenter opprimantur ad tempus,non tamen libertatem suam in perpetuum perdit. Denique & saluator de libertate & seruitute in euangelio disserens, ita loquitur, Omnis (inquit) qui peccat seruus est peccati. Et iterum dicit,Si manseritis in verbo meo,agnoscetis veritatem,& veritas liberos faciet vos. RABANVS. Venderunt ergo Aegyptij semetipsos Pharaoni,nec dispensatoris culpa est,vbi digna repensantur pro meritis. Hominis enim voluntas est iniqua,cum amās terrena,despicit cœlestia,& propter auaritiam se subiicit diabolo. Dei autem permissio est iusta,cum eum qui spernens meliora,eligit peiora,dimittit arbitrio suo vt cadat,& in desideriis infimorum subruatur.Sed & emptio Ioseph qui frugibus emit terram Aegypti, significat Christum doctrina sua & sanguinis pretio vniuersum mundum redimere. Quod autem terra sacerdotum vendita non est, significat terram ecclesiæ in qua veri sunt sacerdotes,liberam esse à censu mundiali,quæ à verbo diuino indesinenter pascitur,nec damnum famis spiritualis vllum sustinebit.

9

H

4 DIxit ergo Ioseph ad populos,*En ut cernitis,& uos & terram uestram Pharao possidet. Accipite semina,& serite agros,ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto uobis in sementem, & in cibum familiis & liberis uestris. Qui responderunt,Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster,& læti seruiemus regi. Ex eo tempore usque in præsentem diem in uniuersa terra Aegypti,regibus quinta pars soluitur,& factum est quasi in legem,absque terra sacerdotali,quæ libera ab hac conditione fuit.*

I

4 CHRYSOSTO. Postquā autem Aegyptij omnes in seruitutē fuerunt subiecti,vide obsecro hic iterum eximiam diligentiam & prouidentiā,quā erga illos habet. *Dixit ergo Ioseph ad populos,En ut cernitis,& uos & terram uestram Pharao possidet. Accipite semina,& serite agros,ut fruges habere possitis.* AVCTOR CATE. Hebraica Græca & Chaldaica litera habet,Ecce enim vos hodie & terram vestram Pharaoni,ecce do vobis sementem,& seminabitis terram.Quod vero sequitur,Vt fruges habere possitis,iungitur cum sequenti clausula,vt mox dicetur.Constat septimo anno famis hæc dicta & acta,quandoquidem octauo anno cessauit fames,rediit fertilitas. Verbo dei propheta credidit,& in fide seminare populo mandauit. *Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto uobis in sementem,& in cibum familiis & liberis uestris.* CHRYSOSTOMVS. Magna liberalitas,ingens prouidētia,ineffabilis solicitudo.Nam quia vidit eos constrictos nimia penuria,cogitans quantum laborem & ærumnositatem sustinere cogantur colendo terram,dicit,Semen vobis ego suppeditabo,vos autem omnē aliam curam exhibete. Et si fuerint vobis prouentus,dabitis partem vnam,quatuor autem vestræ erunt,& merces laborum,& alimoniæ sumptus. RVPERTVS. Tanquam diceret,Vobis possessiones vendentibus & dicentibus,eme nos in seruitutem regiam,non mittam super vos aliud pondus,veruntamen id quod cœpistis tenete æqua conditione. Quinta pars fructuum per septem fertilitatis annos de cunctis regionibus sub curam & custodiam Pharaonis recondita est,pro salute vestra. Quintam ergo deinceps partem regi dabitis, cui vos in seruitutem venditis. AVCTOR CATENAE. Quintam partem regi,&c. Præcedunt in Hebræo hæc verba וְהָיָה בְּתְבוּאֹת Vehaia batebuth,Et erit ē frugibus,siue in prouentibus,hoc est, cū messis tempus aduenerit, & agri reditus suos tulerint, dabitis quintam partem Pharaoni.Chaldaica more suo clarius,Et erit cum produxerit fructus (scilicet terra de qua supra) dabitis quintam partem Pharaoni,quatuor autem partes erunt vobis in semētem agrorum, & vt comedatis vos, & homines domus vestræ,& in cibum familiæ vestræ.Vidisti liberalitatem:Cum aliquibus in locis coloni vix quintam partem habeant,& in locis non multum fertilibus mediam,terra autem Aegypti sit admodum ferax, & paruo labore colatur, quatuor tamen Aegyptiis fructuum partes relaxat. *Qui responderunt,Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster,& læti seruiemus regi.* RVPERTVS. Et quidem quia superborum tunc seruicibus victrix fames insederat, læti susceperunt conditionem seruitutis, dicentes, Salus nostra in manu tua est,respiciat nos tātum dominus noster,& læti seruiemus regi. Verum vbi rediuua saturitas famem depulit, pariter & superbia reuixit.Et fortassis inde inimici filiis Israël facti sunt,& inde versum est cor eorum vt odirent populum domini,& dolos facerent in seruos eius, quia quos tempore famis subiicientes se regiæ seruituti susciperis & pascens,dictus est saluator mundi,tempore saturitatis à posteris eorū qui se vendiderant, odio cœpit hāberi memoria eius,tanquam fuisset perditor libertatis. CAIETANVS. Quod hic dicitur,Salus nostra in manu tua est, iuxta Hebræum habetur,Viuificasti nos. Agnitio est beneficij tum recepti tum oblati. Non paruum enim est beneficium,offerre colendum agrum pro quinta duntaxat parte. AVCTOR CATENAE. Qui responderunt, Salus nostra in manu tua,& cætera.Omnes æditiones ita legunt,Viuificasti nos,inuenimus siue inueniamus gratiam in oculis domini nostri,& erimus serui Pharaonis.Septuaginta etiam ipsi ad Hebraicam scripturam loquuntur,σέσωκας ἡμᾶς,seruasti nos,beasti nos.Tua ergo (dicunt Aegyptij) prouidētia viuere possumus,& quod viuamus nunc,ex eadem est.A te hucusq; nutriti sumus,egisti nobiscum pro necessitate nostra,seruasti nos. Itidem in posterum facito misertus nostri,nos autem posthac erimus serui Pharaonis,rege nos,obediemus ei, alium saluatorem,dominum & gubernatorem nescimus. *Ex eo tempore usque in præsentem diem in uniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM.

K

L

M

AGENESIM. Alia habent exemplaria, Et posuit illis Ioseph in præceptum vsque in hodiernum diem in terra Aegypti, vt præstent quintas Pharaoni. Hinc intelligitur Pharaonis nomen potestatis fuisse regalis, quod dixit vsque in hodiernum diem.Non enim illi qui tunc fuit,præstare poterant Aegyptij vsque ad illum diem quo ista scribebantur,quando ille non iam viuebat. AVCTOR CATENAE. Ex eo tempore, & cætera. Chaldaica cui & Hebraica veritas consentit, ita legit hunc locum, Et posuit illud Ioseph in statutum vsque in præsentem diem super terram Aegypti,quod darent quintam partem Pharaoni. Quod autem secundum communem diciture literam,quasi in legem,quasi veritatem,non similitudinem tantum dicit,iuxta illud Ioannis primo,Vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis. *Absque terra sacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit.* CHRYSOSTOMVS. Audiant qui nunc viuunt, quantam olim sacerdotum idolorum curam habuerint, & discant, vt vel saltem parem habeant honorem his quibus omnium dei ministerium creditum, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi, & tantam idolorum curam habentes, quia ex hoc putabant idola magis coli, si ita eorum ministros colerent, quanta non condemnatione digni, qui nunc imminuunt quod ad illorum spectat cultum? An nescitis, quod honor ad deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias eum, cui honor confertur. Non enim propter illum debes quod tuum est facere, sed propter illum cuius sacerdos est, vt & ab illo retributiones vbertim accipias. Propter quod & dicebat, Qui fecerit vni horum, & mihi fecit, & qui accipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem & prophetæ accipiet. Num à dignitate vel vtilitate ministrorum tibi retribuet dominus? Ob alacritatem tuam, vel coronat, vel condemnat. Et sicut honor qui propter ipsum impenditur, multum parit fiduciæ (propria enim sibi facit deus quæ in seruos suos collocantur) ita & illorum contemptus multam è supernis pœnam nobis deferet. Igitur sicut suum esse honorem, ita & contemptum dicit, id quod scientes, nunquam negligamus cultum, qui sacerdotibus dei debetur. Et hæc dico, non tantam illorum rationem habens, quantam vestræ charitatis, cupiens vos in omnibus lucrifacere. Quid enim tantum das, quantum accipis à domino? Quantum autem cultum affers? Attamen & pro illo vili, & in eum qui in præsenti vita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hæc mente versemus, & properemus ad eorum obsequia, non attendentes sumptum, sed lucrum & accessionem quæ inde nascuntur.Nam si videntes viri alicuius seculari dignitate insignis familiarem, operam damus, vt quantum possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quod quæ illi fiunt, eius domino accedant, & quod ille familiaris, vbi significarit patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet, multo magis hoc erit apud vniuersorum dominum. Nam si quis in vulgarem aliquem & abiectum benignitatem, & compassionem aliquam declararit, dominus quæ fiunt sibi propria faciens, promittit se in regnum introducturum eos qui aliquid boni illi fecerint, & dicturum, Venite benedicti patris mei, quia esuriui, & dedisti mihi quod comederem, multo magis eos qui propter deum affliguntur, & sacerdotio insigniti sunt, si quis obseruauerit, non solum parem assequetur retributionem, sed multipliciter maiorem, misericorde deo ex abundantia misericordiæ semper ea quæ à nobis fiunt, vincente. Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorum errorem adhuc tantum cultum exhibent illorum famulis, sed quantum distat error & veritas, tantum distant & illorum & dei sacerdotes.Tam excellentem igitur eis honorem impendere debemus,vt multo plures è supernis nobis retributiones accrescant. THEODORETVS. Sacerdotum terram Ioseph à tributo immunem esse voluit, quo quidem honore viuentis ac veri dei sacerdotes non funguntur, impij vero ita deos suos honorant. AVCTOR CATENAE. Absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Eadem sententia est sub aliis verbis in Hebræo & Chaldaica, videlicet, Sola enim terra sacerdotum non fuit, vel non facta est Pharaoni.Sic fere & Septuaginta.

B

C

D

Matt. 25. Matt. 10.

Matth. 25.

RABANVS ET INTERLINEARIS. Mystice autem cum ait, Accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis,id nobis indicat,quod serui facti, id est plene deo subditi, frumenta ad semen accipimus, quia verbum dei proximis prædicare libere possumus. Semen enim est verbum dei, agri corpora, quæ vomere euangelico exarata, & semine spirituali seminata, virtutum fructum germinant. Quinta pars quæ regi dabatur, quinque sensuum census qui Christo regi soluendus. Tunc nempe quintam partem damus, cum pro moderatione quinque sensuum deo famulamur. Quatuor reliquæ in sementem & cibos possessoribus permittuntur,quia actualis vitæ vsus vnicuique conceditur, vt seminet virtutum opera, & fructus iustitiæ metat in vitam æternam, quod à saluatore nostro veraciter nobis tribuitur, Vnde Ioseph Aegyptij dicunt, Salus nostra in manu tua est, quia manifestum est quod salus mūdi in Christi potestate cōstituta est. GREGORIVS VI. MORALIVM. Sed & ille bene loquendi facundiam accipit,qui sinū cordis ad perfecte viuendi studia extendit. Nec conscientia loquentem præpedit,cum vita linguā antecedit.Hinc est quod Aegyptij seruitio publico Ioseph dispensante subiecti, cum iuri regis semetipsos tradentes humiliant,frumenta etiam ad semen reportant frugem quippe ad esum etiam liberi accipimus,cum & sacro eloquio pascimur,& tamen ad quædam quæ in hoc mūdo appetimus, in no stris voluptatib⁹ vacamus.Sed serui facti,& ad semē frumēta percipimus,quia dū plene deo subdimur,etiā verbo prædicationis replemur. ORIGENES. Dicamus & aliter.Cōtulimus sacerdotes sacerdotibus,nūc & populum Aegyptium populo Israëlitico conferamus.Dicitur enim in consequentibus,quia post famem & seruitutem populus Aegyptius quintam partem offerat Pharaoni,è contrario vero Israëliticus populus decimas offerat sacerdotibus.Vide & in hoc scripturam diuinam ingenti ratione subnixam, vide Aegyptium populum quinario numero tributa pendentem.Quinque enim sensus corporei designantur, quibus carnalis populus deseruit, semper enim Aegyptij visibilibus rebus & corporalibus obsequuntur. At vero Israëliticus populus honorat decadem, perfectionis numerum. Decem enim verba legis accepit, & decalogi virtute instructus, ignota mundo huic sacramenta largitione diuina suscepit.Sed & in nouo testamento similiter venerabilis est denarius numerus, sicut & fructus spiritus denis exponitur geminare virtutibus, & seruus fidelis de negociationibus sui lucri decē mnas offert domino,& decem ciuitatum accipit potestatem. Verum quia vnus est auctor omnium, & fons & initium vnus est Christus,idcirco populus decimas quidem-ministris & sacerdotibus præstat, primogenita vero offert

E

F

Mystice. Cap. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primogenito omnis creaturæ,& initia initio omnium,de quo scriptum est,Qui est initium,primogenitus omnis G
creaturæ.Vide ergo ex his omnibus differentiam populi Aegyptiorum, & populi Israël, & differentiam sacerdotum Pharaonis,& sacerdotum domini, & discutiens temetipsum, peruide de quo populo sis,& cuius ordinis sacerdotium teneas. Si adhuc carnalibus sensibus seruis, si adhuc quinario numero vectigal exsoluis,& respicis ea quæ visibilia & temporalia sunt,& non ea quæ inuisibilia & æterna,de Aegyptio populo te esse cognosce. Si vero decalogum legis,& decadem noui testamenti quæ supra exposuimus,semper ante oculos habeas, & de his decimas offers,& primogenita sensus tui in fide immolas primogenito ex mortuis,& initia tua refers ad initium omnium, verus Israëlita es in quo dolus non est.

5 *HAbitauit ergo Israel in Aegypto,id est in terra Gessen,& possedit eam,auctusque est & multiplicatus nimis, & uixit in ea decem & septem annis. Factique sunt omnes dies uitæ illius centum quadraginta* H
septem annorum.Cumque appropinquare cerneret diem mortis suæ,uocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum.Si inueni gratiam in conspectu tuo,pone manum tuam sub fœmore meo, & facies mihi misericordiam & ueritatem,ut non sepelias me in Aegypto,sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorũ meorum.Cui respondit Ioseph, ego faciam quod iussisti. Et ille,Iura ergo(inquit)mihi. Quo iurante, adorauit Israel dominum conuersus ad lectuli caput.

5 *Habitauit autem Israel in Aegypto, id est, in terra Gessen.* AVCTOR CATENAE. Hinc clare patet, quod locus Rameses datus Iacob & filiis a Ioseph, fuit in terra Gessen, vtpote Aegypti regio optima. *Et possedit eam.* CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Et possessiones fecerunt in ea. Colendo enim incultos agros, proprios reddiderunt. AVCTOR CATENAE. Et possedit eam. Hebraice est וַיֵּאָחֻזוּ בָהּ Vaieahazu ba. Verbum autem אָחַז Ahaz, apprehendere, tenere, & possidere significat. Vnde aliqui, Et apprehenderunt in ea, id est possederunt filij eius, Alij, Detenti sunt in ea, verterunt, id est manserunt in ea. Chaldaica, Et possederunt eam, Septuaginta, καὶ ἐκληρονομήσαν ἐν αὐτῇ, Et habuerunt hæreditates in ea. Illa ergo vtebantur ad pecorum pasturam, facile & suauiter in ea viuentes sine defectu victus & amictus, quibus contenti esse didicerant à suis maioribus. *Auctusq; est & multiplicatus nimis, & uixit in ea decem, & septem annis.* CHRYSOSTOMVS. Erat enim & hæc promissio dei ei facta, Faciam te illic in gentem magnam. GRAECVS. Notandum, quia in diuinis scripturis nunquam de impiis dicitur aucti sunt. AVCTOR CATENAE. Verba Hebraica וַיִּפְרוּ & וַיִּרְבּוּ Vaiphru & Vairbu, pluralis sunt numeri,& tam ad Iacob, quàm ad omnes filios Israel refertur. Vnde magis proprie, Aucti & multiplicati sunt valde, verti potest,sicut & Septuaginta reddiderunt.Chaldaica quoque,Et multiplicati sunt, & creuerunt nimis. Tam ergo in K
temporalibus quàm spiritualibus bonis, necnon filiorum & nepotum prole auctum & multiplicatum intellige Israëlem in Aegypto. *Factiq; sunt omnes dies uitæ illius, centum quadraginta septem annorum.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Vel iuxta aliam literam. Et fuerunt dies Iacob annorum vitæ eius, & cætera. Dies annorum sæpe dicit scriptura,cum semel posset annos dicere. CHRYSOSTOMVS. Propterea deus dimensus est ei hoc tempus vitæ,vt consolatione magna accepta hinc migraret. Vestram autem charitatem hic rogauerimus, vt diligenter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuæ memoriæ commendetis, continuòque in mente vestra versantes & cogitantes, quantam patientiam iusti sustinuerint, quamq; longanimitatem & fidem in promissionibus dei habuerint, non animo fluctuantes propterea quæ post promissiones euenichant, sed fidentes eius qui promiserat virtuti, & propterea probati fuerint. Ecce enim & iustus ille, postquam tot annis Ioseph luxit quasi mortuum, vidit regnum Aegypti tenere, Et admirabilis Ioseph post seruitutem, post carcerem, post
alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regni suscepit. Et si accedere volumus ad eas, quæ in sacra hi- L
storia continentur historias, inueniemus omnes virtute præditos per tentationes ingressos, & sic magnam à deo assequutos gratiam, quam si & nos conciliare nobis volumus, ne simus tristes in tentationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt, sed magis gaudeamus & lætemur, scientes quod hac ratione potissimum diuina prouidentia fruamur, si cum gratiarum actione omnia fere meditemur. AVCTOR CATENAE. Annis autem paucioribus vixit Iacob quàm patres sui, senior tamen factus filiis suis. Vt videamus mundum paulatim deficere & senescere, ac prope interitum ire, iuxta corporis habitudinem. CHRYSOSTOMVS. Sed age iam finem imponamus narrationi & historiæ Iacob, & videamus quæ nam sunt illa quæ iam moriturus disponat & ordinat. Verum nullus ad præsentium rerum statum spectet, ac talia exigat ab eis qui tunc fuerunt iusti, qualia nunc in vita sapientiæ studiosa præstare conuenit, sed secundum tempora & res iudicet. Hæc autem dedita opera prius dixerim, propter ea quæ de patriarcha Iacob dicentur. Qualia autem sunt illa audiamus. *Cumq; appropinquare cerneret diem mortis suæ, uocauit filium suum* M
Ioseph, & dixit ad eum. Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub fœmore meo, & facies mihi misericordiam & ueritatem. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Moriturus Iacob filium ea iuratione constringit, qua seruum constrinxit Abraham. Ille mandans vnde vxor ducatur filio suo, iste sepulturam commendans corporis sui. In vtraque tamen causa nominata sunt duo illa, quæ magni habenda atque pendenda sunt in scripturis omnibus quacunque dispersa leguntur, misericordia & iustitia, vel misericordia & iudicium, vel misericordia & veritas, quandoquidem in quodam loco scrip-
Psalm. 24. tum est, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Ita hæc duo multum commendata, multum consideranda sunt. Seruus autem Abraham dixerat, Si facitis in dominum meum misericordiam & iustitiam, sicut & iste filio suo dixit, vt facias in me misericordiam & veritatem. CAIETANVS. Ad instar ergo Abraham iuramentum exigit subtus fœmur, in quo est pars generatiua, more (vt suspicor) antiquorum

A rum, principium seruandæ speciei humanæ magnipendentium, tanquam iurando per conseruationem generis humani, quod est maximum bonum hominum in hoc mundo. Et facies mihi misericordiam & veritatem. Iuxta Hebræum habetur, gratiam & veritatem. Gratiam quidem in promittendo, veritatem autem in exequendo. AVCTOR CATENAE. Dictio חֶסֶד héséd, tam gratiam quàm misericordiam significat, vnde non incongrue vertit misericordiam interpres, sic enim habet & Septuaginta & Chaldaica. Pone itaque (ait patriarcha) manum sub fœmore meo. Hebraismus est pro iurare. Iurabant autem patres manu sub fœmore posita, quod illis in locis genitalibus esset signum sacrum diuini fœderis, quasi iuraturi per fidem in Christum ex eorum semine generandum.Et facies mihi misericordiam & veritatem, id est misericorditer & iuste mecum ages. *Vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de hac terra, condasq; in sepulchro maiorum meorum.* CHRYSOSTOMVS. Multi abiectioris animi, quando à nobis admonentur ne magnam curam sepulturæ habeant, neque rem multo studio dignam arbitrentur, ab
B aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci, hanc nobis prætexunt historiam, dicentes, etiam patriarcham huius rei tantam fecisse curam. Verum primum quidem, sicut dixi, cogitare oportet, quod non tanta tunc exigebatur philosophia, quanta ab his, qui nunc viuunt: deinde quod & patriarcha hoc non simpliciter voluerit fieri, sed spem bonam illam pollicens, quod & sui vel sero aliquando redituri essent in terram promissionis. Et quod ob hanc causam hoc præceperit, manifestius nos docet illius puer, dicens, Vi- Gene.50.
sitando visitabit vos deus, & simul feretis ossa mea hinc. Quia enim oculis fidei futura præuidebant, audi il- Heb.11.
lum iam vocare mortem suam dormitionem, dicit enim, Dormiam cum patribus meis. Propterea & Paulus dicebat, Iuxta fidem mortui sunt hi omnes,non accepta promissione, sed procul eam viderunt & salutauerunt, quomodo oculis fidei futura videbant. Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentum, sed & à tempore,& à præuidendo futurum reditum, omni culpa excuset iustum. Nam quæ ad sapientiorem vitam attinent, post aduentum Christi aucta sunt. Merito quis reprehenderit eum, cui talia sunt curæ. Ne dicat quis miserum
C in alieno solo vitam finientem, neque eum qui in solitudine ex hac vita decedit. Neque enim ille dignus vt miser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiam super lectum, etiam si præsentibus amicis omnibus spiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa verba ridiculáque, & insipientiæ plena dicat aliquis, quod ille cane vilius est mortuus, nullo familiarium præsente, neque sepulturæ & funus ei contigerunt, sed collectitia stipe iusta facta sunt. Non est hoc ô homo, cane ignominiosius mortuum esse. Quod enim ille damni sensit? Sed si caret virtutis amictu se tegente. Nam quod hoc non offendat iustum virtute præditum, discе, quia plerique iustorum, prophetas dico & apostolos, vbi siti sint,paucis exceptis ignoramus. Et alij quidem capite truncati, alij lapidati, mortui sunt, & alij innumeris & variis pœnis seipsos exposuerunt propter pietatem, omnes propter Chri-
stum martyres facti sunt, & nullus de illis dicere ausus fuerit, quod ignominiosa sit eorum mors, sed sequetur Psalm.115.
diuinam scripturam dicentem, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et sicut mortem sanctorum
D preciosam vocauit, audi quomodo & mortem peccatorum malam vocet. Mors enim(inquit) peccatorum ma- Psalm.33.
la. Atque etiam si domi suæ moriantur, & muliere & filiis præsentibus, & familiaribus & notis astantibus, virtute autem careant, mala horum mors est. Sic & si in aliena terra, & si super pauimentum quis iacens, & quid dico, si in aliena? etiam si in latrones incidat, etiam si à bestiis deuoretur, virtute autem præditus sit, preciosa eius mors erit. Dic enim obsecro, Zachariæ filius nonne decollatus est? Stephanus autem primus martyrij co- Matt.14. & Mar.6. & Actuum.7.
rona redimitus,nonne lapidatus vitam finiuit? Paulus autem & Petrus, nonne ille quidem capite truncatus,hic autem modo contrario quàm dominus crucifixus, ita hac vita excessit? Nonne propter hoc magis in toto mundo celebrantur & prædicantur? Hæc autem omnia cogitantes,neque eos qui in aliena terra moriuntur, miseros dicamus, neque domi suæ morientes beatos prædicemus. Sed diuinæ scripturæ canonem sequentes, & claros virtutibus hinc migrantes, beatos dicamus, & eos qui in peccatis moriuntur, miseros prædicemus. Sicut enim qui virtute præditus in meliorem vitam transit, accipiens laborum suorum præmia, ita & qui ea caret, initia & præambula suppliciorum iam accipit, & ab ipso factorum pœnæ exiguntur malis incurabilibus penitus obnoxio.
Ideo oportet hæc cogitantes virtutum habere curam, & in præsenti vita quasi in palæstra certare, vt cum solu-
E tum fuerit theatrum,splendida redimiri corona queamus, ne stulte pœnitentes inueniamur.Quandiu enim durat certamen, possibile est(si voluerimus & desidiam excutere, & virtutem exercere)metam & propositam assequi coronam. THEODORETVS. Vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis. Nec quia sepulchri cura ei sit, hoc dixit, sed vt genus suum consoletur, omnèsque doceat, quod dominus deus illos ex Aegypto transferet, terrámque patribus promissam illis dabit. INTERLINEARIS. Ad excitandam igitur memoriam filiorum, diligenter commendatur sepultura patrum. RVPERTVS. Quid autem patriarcha tantus, ciuis cœli, cui viuenti totus mundus exilium fuit, tantopere de corpore suo curauit,& serio scire voluit, quo loco puluis in puluerem, & cinis reuerteretur in cinerem? Videlicet quia terra repromissionis domini erat dei, dicentis, verbi gratia, terram in qua dormis, dabo tibi, & semini tuo, & his similia, quæ tam il-
F li, quàm etiam patribus suis de terra illa locutus est deus, & repromisit. Donum autem dei qualecunque sit, siue magnum siue paruum, siue cœleste siue terrenum, pro honore vel charitate dantis preciosum est,& esse debet in oculis sapientis. Si ergo moriturus continuo promissiones terræ quas acceperat, tanta cum gratiarum actione veneratus est, vt saltem mortuo corpore illam tenere cuperet, quanto magis viui possessores curare debuerunt sic in ea viuere, vt non iratus deus donum suum ingratis rursus auferret? CAIETANVS. Naturalis quoque affectus ad societatem suorum, fultus affectu ad proprium solum diuina largitate concessum in perpetuum, mouit Iacob ad hoc, vt sepeliretur in sepulchro Abraham & Isaac. AVCTOR CATENAE. Nolebat igitur sanctus vir extra promissam terram sepeliri, sed filiis suis omnibus testamentum & monimentum esse in terra sancta, ad sequendum eius vestigia, & colendum vnum verum deum, creatorem omnium, quem patres credidissent. Neue posteri eius nimium terram Aegypti diligerent, si illic patriarcham suum sepultum recordarentur, ob idque minus ardenter ad terrram promissionis ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinendam anhelarent. Notandum autem, quod sancti dormiunt secundum corpus in puluere, non sunt deo G
mortui, Deus est enim viuorum, nõ mortuorum, certissime resurrecturi ad vitam immortalem & fœlicissimam.
Cui respondit Ioseph, Ego faciam quod iussisti. Et ille, Iura (inquit) ergo mihi. RVPERTVS. Ergo ne de obedientia filij
pater diffisus est, nec aliter securus esse potuit, nisi iurasset? Non vtique sic, sed rationẽ in ore ponere voluit, quam
in transferendo patrem haberet coram Pharaone & seruis eius, compendio dicens, pater enim meus adiurauit
me, suspicionemq; fugeret, ne alienum ab amore terræ Aegyptiæ videretur animum gerere. *Quo iurante, adorauit Israel dominum conuersus ad lectuli caput.* HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS.
Alia litera habet, Et adorauit Israël contra summitatem virgæ eius. Et in hoc loco quidam frustra simulant ado-
rasse Iacob summitatem sceptri Ioseph, quod videlicet honorans filium, potestatem eius adorauerit, cum in He-
bræo multo aliter legatur. Et adorauit (inquit) Israël ad caput lectuli, quod scilicet postquam ei iurauerat filius, se-
curus de petitione quam rogauerat, adorauerit deum contra caput lectuli sui. Sanctus quippe & deo deditus vir,
oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem H
esset paratus. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod habent
aliqui Latini codices, Et adorauit super caput virgæ eius, nonnulli codices emendatius habent, Adorauit super
caput virgæ suæ, vel in capite virgæ suæ, siue in cacumine vel super cacumen. Fallit enim eos verbum Græcum
quod eisdem literis scribitur, siue eius siue suæ, sed accentus dispares sunt, & ab eis, qui ista nouerunt, in codicibus
non contemnuntur. Valent enim ad magnam discretionem, quanuis & vnam plus literam habere posset, si esset
suæ, & non esset, αὐτῶ, sed ἑαυτῆ. Ac per hoc merito quæritur, quid sit quod dictũ est, Nam facile intelligeretur se-
nem qui virgam ferebat eo more, quo illa ætas baculum solet, vt se inclinauit ad deum adorandum, id vtique fe-
cerit super cacumen virgæ suæ, quam sic ferebat, vt super eam caput inclinando adoraret deum. Quid est ergo,
Adorauit super cacumen virgæ eius, id est filij sui Ioseph? An forte tulerat ab eo virgam, quando ei iurabat idem
filius, & dum eam tenet post verba iurantis, nondum illa reddita, mox adorauit deum? Non enim pudebat eum I
ferre tantisper insigne potestatis filij sui, vbi figura magnæ rei futuræ præsignabatur. Quanuis in Hebræo facilli-
ma huius quæstionis absolutio esse dicatur, vbi scriptum perhibent, Et adorauit Israël ad caput lecti, in quo vtique
senex iacebat, & sic positum habebat, vt in eo sine labore quando vellet, oraret, nec ideo tamen quod Septuagin-
ta interpretati sunt, nullum vel leuem sensum habere putandum est. CHRYSOSTOMVS. Iura mi-
hi, & iurauit ei. Adorauit (inquit) Israël ad fastigium virgæ illius, Vide senem, decrepitum, patriarcham, adoratio-
ne honorem Ioseph declarare, & reipsa implere visionis euentum. Quando enim narrauit Ioseph visionem, dixit,
Nunquid ego & mater tua, veniemus, & adorabimus te super terram? Sed forte dixerit aliquis, Et quomodo im-
pletum somnium in matre, quæ iam antè defuncta erat, & filium non adorauit? Perpetuus scripturæ mos est, à ma-
Gene. 2. gis principali totum significare. Quoniam igitur caput mulieris vir, erunt enim (inquit) duo in carnem vnam, cũ
adorauit caput, manifestum quod corpus totum hac ratione attigit. Multo magis illa, nisi ex hac vita prærepta
Heb. 11. fuisset, hoc fecisset. Et adorauit (inquit) ad fastigium virgæ eius. Propterea & Paulus dicebat, Fide Iacob moriens, K
singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit fastigium illius. Vides quod istuc ipsum fides faciebat, prævidens fu-
turum, quod regij generis futurus esset is, qui ex semine illius natus? GRAECVS. Adorauit Israël dominum.
Septuaginta vero, Adorauit super summum virgæ suæ, quam lectionem adducit Apostolus Hebræorum vndecimo. GENNADIVS. Iacob gratias deo acturus, vt reuerenter quantum poterat, deum adoraret, summo
baculi sui innixus ac requiescens, non virgam, sed deum adorauit, quemadmodum & de Dauid scriptum est, Et
adorauit rex Dauid in lectulo suo. Sed & alia litera habet, Iacob inclinato capite super summum virgæ, deum a-
dorauit. DIODORVS. Iacob vtpote senex baculum tenebat. An vero ipse Iacob iam senio confectus, & qui
non facile sese mouere posset, baculi summitate tetigit Ioseph, eamq; partem qua eum tetigerat, osculatus est, Vel
ipse Ioseph adorato patre tetigit baculi summum? RVPERTVS. Quo iurante adorauit Israël dominum,
conuersus ad lectuli caput. Scilicet quia postquam iurauit filius, iam de effectu petitionis erat securus. CAIE- L
TANVS. Senex igitur in lectulo iacens, super caput lectuli se incuruauit, vel iuxta lectulum sedens, surrexit,
& non incuruauit se super terram, quoniam difficile hoc erat seni, sed incuruauit se super caput lectuli, gratias a-
gens deo. AVCTOR CATENAE. Adorauit Israël dominũ cõuersus ad lectuli caput. Hebraica litera est hu
iusmodi hoc in loco וַיִּשְׁתַּחוּ יִשְׂרָאֵל עַל רֹאשׁ הַמִּטָּה Vaistáhu Israël al ros hamitta, & humiliauit seu inclinauit se Is-
raël, ad vel super, vel versus caput lectuli. Hoc est, senex sanctus demisit emortuum corpus ad caput lecti. Alij vt
Latinus interpres & Chaldaica verterunt, videlicet, Et adorauit Israël ad caput lecti, nempe deum. At Septuagin
ta hoc in loco æquiuocatione verbi alium sensum sequuti sunt. Nam eadem dictio, sine punctorum distinctione,
& lectum & baculum significat, at si punctis distinguatur, mox nihil remanet ambiguum. Hoc autem modo scri
bitur prima מִטָּה mitta, id est lectus, secunda vero מַטֶּה matte, baculus. Igitur pro eo quod erat vertendum, ad ca-
put lecti, ipsi ad caput virgæ interpretati sunt, quod quàm diuersum sit, & non intelligibile, satis est clarum. Essetq; M
id mirum, nisi infinita alia huiusmodi occurrerent. Sic ergo apud eos legimus, καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, Et adorauit Israël ad summum virgæ eius, Quod interpretes Græci exponunt prout possunt. Sed le-
gendum vt vertit Latinus interpres, ex eo quoque manifestum est, quod Symmachus hunc locum sic interpreta-
tus est, καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς κλίνης, Et adorauit Israël ad caput lecti. Regum quoque secun-
do bene, & vt est legendum, consimilem locum reddiderunt. Septuaginta, vbi scribitur adorasse Dauid ad caput
lecti, aut in lecto suo, quod & Septuaginta interpretati sunt, καὶ προσεκύνησεν Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ, Et adorauit Dauid rex super lectum suum. Laudauit ergo Israël dominum, & adorauit pro beneficiis tantis, Do-
mino commendauit posteritatem suam, lætabatur de fine vitæ suæ appropinquante, quicquid boni egerat, domi
no referebat acceptum.
Mystice. ORIGENES. Videamus modo quid dicit Moyses. Et habitauit (inquit) Israël in Aegypto, in terra Gessen.
Interpretatur autem Gessen, proximitas vel propinquitas. Per quod ostenditur, quia etiam si in Aegypto habitat
Israël, non tamen longe est à deo, sed proximus est ei, & coniunctus, sicut etiam ipse dicit, Quia ego descendam

tecum

A tecum in Aegyptum, & ego ero tecum. Et nos ergo etiam si videmur in Aegyptum descendisse, etiam si in car-
ne positi agones mundi huius, & certamina sustinemus, & si inter eos habitamus, qui deseruiunt Pharaoni, tamen
si prope deum simus, si in mãdatorum eius meditatione versemur, & præcepta eius, ac iudicia perquiramus (Hoc
est enim prope esse deo, semper quæ dei sunt cogitare, quæ dei sunt quærere) & deus semper erit nobiscum.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quid sibi autem velit à tan-
to viro tam solicita corporis commendatio, vt non in Aegypto sepeliatur, sed in terra Chanaã iuxta patres suos,
mirum videtur, & quasi absurdum, nec conueniens tantæ excellentiæ mentis propheticæ, si hoc ex hominum cõ-
suetudine metiamur. Si autem in his omnibus sacramenta quærantur, maioris admirationis gaudium ipsi qui in-
uenerit, orietur. Cadaueribus quippe mortuorum peccata significari in lege, non dubium est, cum iubentur homi- Eccli. 34.
nes post eorum contrectationem, siue qualemcunque contactum, tanquam ab immunditia purificari. Et hinc il-
la sententia ducta est, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiu-
B nat super peccata sua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorum remissionem significat Psalm. 31.
peccatorum, eo pertinens quod dictum est, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
Vbi ergo sepelienda erant hoc significantia cadauera patriarcharum, nisi in ea terra vbi ille crucifixus est, cuius
sanguine facta remissio peccatorum est? Mortibus enim patriarcharum peccata hominum figurata sunt. Dicunt
autem ab eo loco quod Abrahemium vocatur, vbi sunt ista corpora, abesse locum vbi crucifixus est dominus, fe-
re triginta milibus passuum, vt etiam ipse numerus significare intelligatur, quia in baptismo apparuit fere trigin-
ta annorum, & si quid aliud de re tanta vel hoc modo vel sublimius intelligi potest, dum tamen non frustra arbi-
tremur, tales ac tantos homines dei tantam gessisse curam pro sepeliendis corporibus suis, cum sit atque esse de-
beat fidelibus ista securitas, vbicunque corpora eorum sepeliantur, vel insepulta etiam inimicorum rabie relin-
quantur, aut pro eorum libidine dilacerata absumantur, nõ ideo vel minus integra, vel minus glorioſa in eorum
resurrectione futura. INTERLINEARIS. In Aegypto autem sepelitur, qui in profundo malorum demer
C gitur. RVPERTVS. Quod autem tanta solicitudine de transferendo corpore suo cum filio egit patri-
archa, exemplum viuis mortuus dedit, vt in spe patriæ cœlestis pignus amarent, requiem æternæ hæreditatis.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMOCTAVVM ARGVMENTVM.

Iacob ægrotat. Adoptat sibi Ephraim, & Manassem filios Ioseph, eisq; benedicit.

CAPVT XLVIII.

D

Lectio pri.

His itaque transactis nunciatum est Ioseph quod ægrotaret pater suus. Qui assumptis duo-
bus filiis Manasse & Effraim, ire perrexit. Dictumque est seni, Ecce filius tuus Ioseph ue-
nit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph, ait, Deus omnipotens
apparuit mihi in Luza quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait, Ego te augebo
& multiplicabo, & faciam te in turbas populorum, daboque tibi terram hanc, & semini tuo
post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra Aegypti
antequam huc uenirem ad te, mei erunt, Effraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon re-
E putabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum uocabuntur in pos
sessionibus suis. Mihi enim quando ueniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itI-
nere. Eratque uernum tempus. Et ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta uiam Ephratæ, quæ alio nomine
appellatur Bethlehem.

His itaque transactis nunciatum est Ioseph quod ægrotaret pater suus. AVGVSTINVS IN LO- I
CVTIONIBVS GENESIS. Quod scriptum est in Septuaginta, Nunciatum est Ioseph
quia pater tuus turbatur, Aliqui codices habent, vexatur, aliqui extenuatur, & aliud alij, sicut interpretari La-
tini potuerunt quod Græcè scriptum est ἠσθένησεν. Ideo autem turbatur accommodatius dici videtur, quia
hoc dici solet de iis qui afflictione corporis morte propinquante iactantur. AVCTOR CATENAE.
F His itaque transactis. Apud omnes æditiones legitur. Et factum est post verba hæc. Sed idem sensus est cum lite-
ra nostra. Sequitur, Nunciatum est Ioseph quod ægrotaret pater eius. Non dissentit ab Hebraico חָלָה hole, Ae-
grotaret, Sic & Chaldaica. At non satis forte explicauerunt Septuaginta vertentes ἠσθένησεν, perturbatur, mole-
statur, cum ad corporis morbum tantum sit referendum. *Qui assumptis duobus filiis, Manasse & Effraim, ire perrexit*
HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Et ex hoc loco illud quod supra dixi-
mus demonstratur, quia Ioseph ad id locorum duos tantum filios habuerit, Ephraim & Manassen. Si enim post
multos annos moriente Iacob patre suo, duos tantummodo filios duxit ad benedictionem, vtique illo tempore
cum filij eius generare non quiuerant, paruuli atque lactentes, in ingressu patris & fratrum, nepotes ex eis habere
non potuit. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Primum om
nium quantam discimus parentibus referre reuerentiam, cum legimus, Quoniam qui benedicebatur à patre, be-
nedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat: Ideo hanc parentibus gratiam donauit deus, vt filiorum pie-

Universidad de Deusto Biblioteca

tas prouocetur.Prærogatiua igitur parentum,disciplina est filiorum.Honora ergo patrem, vt benedicat te.Hono G
ret pius patrem propter gratiam,ingratus propter timorem. Etsi pauper est, & non habet diuitiarum copias quas
relinquat filiis,habet tamen vltimæ benedictionis hæreditatem,quas sanctificationis opes successoribus largiatur.
Et multo plus est beatum , quàm diuitem fieri . Ideoque & Ioseph festinabat à patre sumere benedictionem.
RVPERTVS. Qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim , ire perrexit, id est ire properauit, & eo totus
intendit ad accipiendas partes de diuitiis paternis,ad videndos thesauros benedictionis, quos pater thesaurizauit
filiis suis.Idcirco filios suos secum assumpsit,Manassen & Ephraim. AVCTOR CATENAE. Qui assum
ptis duobus filiis Manasse & Ephraim,ire perrexit.Et si abundent duæ hæ dictiones,ire perrexit,habeaturq; in He
bræo & Chaldaica duntaxat,& tulit duos filios secum,Manassen & Ephraim, necessario quasi ita dicere compul-
sus fuit interpres,Septuaginta imitatus,qui etiam habent ἦλθε πρὸς ἰακώβ, Venit ad Iacob. *Dictumq; est Seni , Ec-*
ce filius tuus Ioseph uenit ad te.Qui confortatus sedit in lectulo. HIERONYMVS. Causam cur Septuaginta
interpretes idem verbum aliter & aliter ædiderint, nescio, hoc vnum audacter dico , quod ipsum verbum מטה H
mitta,quod hic in lectulũ transtulerunt,supra vbi diximus,adorasse Iacob,virgam potius quàm lectulũ nomina-
uerunt. CHRYSOSTOMVS. Vides quomodo amor erga filium senem firmabat,& alacritas vince-
bat infirmitatem? Audita enim illius præsentia , sedit super lectum , & vt vidit illum , paternam dilectionem ei
exhibet . Et quia moriturus erat , benedictione sua firmat pueros,maximas has facultates relinquens , & diuitias
quæ nunquam absumi poterant . RVPERTVS. Qui confortatus sedit in lectulo . Quanuis intelligi
recte valeat , quod ob aduentum filij quem diligebat , confortatus sit gaudio sicut dudum dixerat , Iam læ-
tus moriar quia vidi faciem tuam , & superstitem te relinquo , tamen & hoc sciendum , quia sancto pro-
phetiæ spiritu super eum irruente , confortatus est . Vnde enim fiduciam vel auctoritatem habere pote-
rat , vt diceret , & iste quidem erit in populos , & multiplicabitur , sed frater eius iunior maior erit illo ,
& his similia , nisi quia virtute prophetici spiritus inualuerat ? Confortatus igitur à deo mente est , qui æ- I
grotabat corpore , ita vt corpus quoque fessum alleuiaretur mentis alacritate , & cuius oculi corporei cali-
gauerant præ nimia senectute , nec clare videre poterat , interioris eius hominis acies clarificata est , vt
ventura nunciaret , & possidendam hæreditate benedictionem daret . AVCTOR CATENAE.
Visitat ergo atque honorat Ioseph patrem infirmum, simul atque benedictionem pro filiis implorat patrum mo
re , ne post illius obitum minores reputarentur filij sui tanquam in Aegypto geniti , aliorum fratrum filiis , cum
potius ad beneficia parentis sui hi duo filij iustius viderentur præ aliis honorandi , Annunciatur itaque veniens
patri suo,qui supra vires quippiam moliendo,sese in lectulo erigit,ad filij aduentum vt potuit assurgendo . Mo-
ralis locus,quo infirmos visitare,& maxime domesticos edocemur,vnde & scriptum est,Fili suscipe senectam pa
Eccli. 3. tris tui,& ne contristes eum in vita illius,etsi defecerit sensu,veniam da,& ne spernas eum in tua virtute. Et non
desis plorãtibus in consolatione,cum lugẽtibus ambula,non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectio-
ne firmaberis. *Et ingresso ad se Ioseph, ait, Deus omnipotens apparuit mihi in Luza,quæ est in terra Chanaan,benedixitq; mihi,*
Eccli. 7. *& ait,Ego te augebo & multiplicabo,& faciam te in turbas populorum.* AVGVSTINVS IN QVAESTIONI- K
BVS SVPER GENESIM. Etiam hiccommemorans Iacob promissiones erga se factas, dicit sibi dictum,
Faciam te in congregationes gentium, seu in turbas populorum. Quibus verbis magis fidelium vocationem si-
gnificat,quàm carnalis generis propagationem. CHRYSOSTOMVS. Et vide quomodo incipit.
Primum narrat beneuolentiam quæ sibi à deo facta erat,& tunc benedictiones in filios facit, & dicit, Deus meus
apparuit mihi in Luza,in terra Chanaan,& benedixit mihi,& dixit,Ego crescere te faciam,& multiplicabo te,&
faciam te in congregationem gentium.Pronũciauit(inquit) mihi deus quando in Luza à me visus est,in tantum
multiplicaturum semen meum,vt congregationes gentium fiant ex eo. RVPERTVS. Vnde habeat dan-
dæ benedictionis ius aut officium,prælocutus est.Non dixit , pater meus Isaac benedixit , quanuis & hoc factum
sit,sed deus omnipotens (inquit) benedixit mihi , quia benedictio non hominis est sed dei,& tunc valet hominis
benedictio,cum ex deo procedit,vel confirmatur testimonio dei.Dicat quis,Cur Abraham moriturus non Isaac
benedixit? Videlicet quia Isaac iam ex quo in holocaustum deo oblatus est , benedictionem hæreditate possedit, L
neque opus fuit illum sermone consecrari, qui re ipsa in typum saluatoris sanctum sacrificium & hostia viua esse
meruit.Item si quærat quis,cur non Isaac duos tantum habens filios,vtrunque benedixerit,cum Israel plures ha-
bens,singulos benedixerit benedictionibus propriis? Facilis responsio est,quia duo filij Isaac in duos erant popu-
los diuidendi,sicut oraculum diuinum prædixerat illi , vel Rebeccæ matri , plures autem filij Iacob vna gens &
vnus populus in vnitate paternæ fidei deum verum & viuum hæreditate possessuri, vel ab ipso erant possidendi.
Post istos patriarchas tres in quibus omnipotens trinitas inuocanda est,deus Abraham,deus Isaac,& deus Iacob,
iam non inuenitur eodem successionis ordine,cum potestate benedictio carnalibus filiis data esse, sed per sacer-
dotum ministerium deinceps ex lege Moysi in populum communiter exorata est,effectu non semper vel vbique
prosequente.Deus ergo,inquit,omnipotẽs apparuit mihi in Luza,benedixitq; mihi, & cætera vt supra.Quorsum
istud? Videlicet vt recogites & scias,quia paternę fidei meritis actum est quatenus dicere posses,obliuisci me fecit
deus omnium laborum meorum,& domum patris mei,& ob hoc vocares nomen primogeniti tui Manasse.Iteq; M
crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ,& ob hoc vocares nomen secundi Effraim. Nam ex eo quod mi-
hi sponte peregrinãti benedixit deus,& ita dixit, Ego te augebo & multiplicabo,& faciam in turbas populorum,
ex eo(inquam)tu quoque non inuitus exul,& in seruum venundatus, in laboribus tuis, & in terra paupertatis tuæ
creuisti.Hanc enim opem cœlestem non vos filij parentibus, sed nos parentes Abraham , Isaac & Iacob vobis fi-
liis thesaurizauimus. *Daboq; tibi terram hanc,& semini tuo post te in possessionem sempiternam.* AVCTOR CATE-
NAE. In possessionem sempiternam,sic & Septuaginta. Chaldaica in possessionem æternam. Hebraicè vero est:
אֲחֻזַּת עוֹלָם Ahuzath olam,In apprehensionem seu possessionem seculi,hoc est ad longum tempus. Non enim si-
gnificat olam semper tempus perpetuum, sed iam de hoc satis alias dictum. Supra capitulo vigesimooctauo hæc
omnia Israeli à deo dicta fuisse narrantur.Sicq; totam summam testamenti proponit, & filio moriturus refricat,
vt

A vt videat de domini voluntate esse, quæ sit facturus cum filiis ipsius Ioseph, ac tanquam testamento suo ordina-
turus.Docet autem vel maxime exemplo suo sperare in dominum,& credere promissis dei, etiam si diu differan
tur.Terra autem promittitur hæreditas sempiterna iuxta semen corporeum, hoc est,longo tempore , non autem
in tempus perpetuum,sed longe completius & fœlicius post Christum, quãdo omnis terra erit possessio fidelium,
imò omnis creatura.Alioqui breui tempore terram suam possederunt Israelitæ,cum promissiones dei non restrin
gendæ sint sed amplificandæ.Longe enim plura exhibere consueuit bonitas dei,quàm promittat. *Duo ergo filij*
tui qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam huc uenirem ad te,mei erunt, Effraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabun
tur mihi.Reliquos autem quos genueris post eos,tui erunt,& nomine fratrum suorum uocabuntur in possessionibus suis. HIERO- Vbi supra.
NYMVS. Si quis ambigebat,quod Septuaginta animæ introissent Aegyptum filiorum Israël, & quod Ioseph
eo tempore quo ingressus est Iacob,non nouem, sed duos tantum filios habuerit , præsenti capitulo confirmatur.
Siquidem ipse Iacob loquitur,duos eum filios habuisse non nouem.Quod autem dicit Ephraim & Manasse sicut
B Ruben & Simeon erunt mihi,illud significat, sicut Ruben & Simeon duæ tribus erunt , & ex suis vocabulis ap-
pellabuntur,Sic Effraim & Manasse duæ tribus erunt, duosq; populos procreabunt,& sic hæreditabunt repromis-
sionis terram,sicut & filij mei.Reliquos autem (ait)filios quos post mortem meam genueris , ostendens necdum
illo tempore procreatos , tui erunt, In nomine fratrum suorum vocabuntur in hæreditatem suam . Non(inquit)
accipient separatim terram,nec funiculos proprios habebunt, vt reliquæ tribus , sed in tribubus Ephraim & Ma-
nasse,quasi appendices populi commiscebuntur. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Sed & aliter.Fallit legentes aliquando, vt existiment ita dictum tanquã si alios genuisset Ioseph,
istorum nominibus eos Iacob appellari præciperet,quod non ita est. Verborũ quippe ordo contexitur,Nũc ergo
filij tui duo,qui facti sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te venirem in Aegyptũ,mei sunt, Effrẽ & Manasses,
tanquam Ruben & Simeon erunt mihi , in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus eorum, Hoc est,
C simul hæreditatem capient cum fratribus suis,vt simul vocentur filij Israël.Duæ quippe ipsæ tribus adiunctę sunt,
vt excepta tribu Leui,quæ sacerdotalis fuit,duodecim essent quæ terram diuiderent, & decimas præberent. Illud
aũt interpositum est, quod de aliis filiis Ioseph si nascerentur,dixit. CYRILLVS. Sed & Effraim iam nunc
nominat ante Manassen,iterum primogenitorum ius infringendo,spiritum carni præfert.Et notandum primo-
genitis minores natu à deo in diuinis scripturis præferri.Nam Abel Cain prælatus est,& Sem ipsi Iaphet, & Isaac
Ismaëli,& Iacob ipsi Esau,& Ioseph ipsis Ruben & Iudæ, & Ephraim Manasse, & Moyses Aaroni, & Dauid fra-
tribus suis. CHRYSOSTOMVS. Nunc igitur duo illi filij qui nati sunt tibi in Aegypto , mei sunt,
Ephraim & Manasses,sicut Ruben & Simeon erunt mei.Hos(inquit)quos habuisti ante aduentum meum, ego in
meorum filiorum numerum allegam,& his qui ex me nati sunt , similem à me benedictionem accipient . Quos-
cunque autem postea genueris , ij tui erunt , in nomine fratrum suorum vocabuntur in illorum sortibus. RV-
PERTVS. Ac si dicat, Quoniam ego antequam huc venirem,absens tibi profeci , etiam in magnis doloribus
D situs,paterna pro te gratia decertauit,tuamq; salutem parturiuit,in qua & duos filios procreasti, iure ipsi filij, mei
erunt,sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. INTERLINEARIS. Id est filij Israël vocabuntur.
CAIETANVS. Ordinauit Iacob vt Ephraim & Manasse in diuisione terræ Chanaan haberentur sicut alij fi-
lij ipsius Iacob,vt scilicet succederẽt tanquam filij Iacob,& essent capita tribuum, & ipsorum nominibus compre
henderentur,non solum ipsorum filij,sed etiam ipsorum fratres post eos nati.Modusvero quo fratres & Ephraim
& Manasse distribuendi erant,videlicet qui sub nomine Ephraim , & qui sub nomine Manasse comprehendendi
erant,relinquitur posteris diffiniendus. AVCTOR CATENAE. Non dicit,filij quos genuisti, sed qui tibi
geniti sunt, Donum enim dei sunt filij, & non in generantium potestate . Notanter autem eos vult, qui ante ad-
uentum Iacob in Aegyptum geniti sunt,alios enim filios non dignatur hoc honore . Quos vero (inquit) genuisti
vel generabis post hos duos,tui erunt, non locum habebunt inter filios meos, non inter duodecim censebuntur.
E Tuæ erunt duæ tribus,duplex portio.Cum cæteri fratres singuli singulas faciant tribus,cęteri filij tui vocabuntur
nomine fratrum suorum de tribu Ephraim vel Manasse. RVPERTVS. Quam autem ob causam mihi re-
putabuntur,& mei erunt? *Mihi enim*(inquit)*quando ueniebam de Mesopotamia , mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso*
itinere.Eratq; uernum tempus. Et ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta uiam Ephratæ , quæ alio nomine appellatur Bethlehẽ.
Mihi,inquit,id est in meum detrimentum,vel dum parit mihi filium,mortua est mater tua Rachel quam ego di
ligebam,& ex qua filios adhuc suscipere optabam,eratq; vernum tempus,subauditur mihi, & ingrediebar Ephra
tam,quod interpretatur frugifera,videlicet cum illa post hyemem sterilitatis,optato partu floresceret,& frugife-
ra mihi esse inciperet.Idcirco hi duo filij tui,mei erunt,vt mortuę coniugi semen suscitẽ,& suppleam adoptione,
quod minus habuit naturali generatione. Quod pro magno id acceperit Ioseph, scilicet vt duo filij sui principes
& capita tribuum fierent in Israël,illud indicat, quod cum tulisset eosdẽ filios suos de gremio patris deosculantis,
& circumplectentis eos, adorauit pronus in terram. CAIETANVS. Eratq; vernum tempus,& cætera.
F In capitulo trigesimoquinto habita sunt eadem verba , vbi dictum est non fieri mentionem verni temporis , sed
spatij terræ,nam iuxta Hebræum habetur,In adhuc sicut prandium terræ veniendo Ephratam. Locus mortis Ra
chel describitur,distans à Bethlehem quantum durãte prandio itineris fieri consueuit. Et sepeliui eam iuxta vi-
am,& cætera.Consentaneum rationi est,vt Iacob exacto à Ioseph iuramento quod sepeliret eum in sepulchro pa
trum suorum,cogitauerit vel audiuerit rationem Ioseph contra eum , quod matrem ipsius Ioseph non sepelierit
Iacob in sepulchro maiorum Abrahæ & Isaac,Saræ & Rebeccæ,tanquam minor cura fuerit Rachelis , & tam so-
licitus sit de sepulchro suo,huic(inquam) obiectioni respondere intendit,tum excusando se,quod erat in itinere,
tum commemorando , quod ædificauit Racheli titulum perpetuum in eadem patria in loco patulo euntibus in
Bethlehem,& valde prope ipsam ciuitatem. AVCTOR CATENAE. Eratq; vernum tempus.Et ingredie-
bar Ephratam.Iuxta Hebræum est, בְּעוֹד כִּבְרַת אֶרֶץ לָבֹא אֶפְרָתָה Beod chibrath érez labo Ephráta,Cum adhuc sta-
dium vel miliare terræ adueniendum in Ephrata.Aut,in vltra sicut distantia terræ ad veniendum ad Ephrata,id
est cum adhuc restarem spacium aliquantum in Ephrata,& idem est cum superiori.Alij,Cum dat cibum terra,si-

Universidad de Deusto Biblioteca

ue quando gignit terra,hoc est in vere,sicut interpres transtulit, verterunt. Chaldaica quoque in hunc eundem G
sensum,Cum adhuc esset spacium terræ vt ingrederer Ephratam. Septuaginta diuersissime reddiderunt, videli-
cet, ἐγγίζοντός μου κατὰ τὸν ἱππόδρομον χαβραθὰ τῆς γῆς, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν Ἐφραθά, Appropinquante me secundum hip
podromum Chabratha terræ,antequam venirem Ephrata,Quorum verborum sensus difficilime erui potest.Sed
ne idem bis repetatur,recurre retro ad capitulum trigesimum quintum,& vide quæ ibi dicuntur circa literam hu
iusmodi.Cum redirem itaque(ait Iacob)ad patrem de Mesopotamia, mortua est super me vel iuxta me Rachel,
magno meo incommodo & dolore,sed tamen in terra Chanaam, iuxta Bethlehem, vbi & eam sepelire coactus
sum,impeditus itinere & familia,& transferre eam in patrium sepulchrum non potuerim.Solicitus fuit Iacob de
honore Ioseph & filiorum eius,cuius mater quum non esset sepulta cum maioribus,& ipse fratribus exosus fuis-
set,& filios in Aegypto genuisset, timuit minoris existimandam Ioseph posteritatem, ex qua duas tribus habere
volebat,& Beniamin tertiam de Rachel.

Mysticè. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Mysticè autem filios suos H
obtulit Ioseph Manassen & Ephren quos benediceret Iacob, vt quia duodecim habebat filios, & tertius decimus
erat futurus Paulus apostolus,quasi posterior electus,tertia decima tribus de Manasse & Ephren nepotibus sancti-
ficaretur in vtrunque diuisa,quo Paulus non extra paternarum numerum tribuum inueniretur,qui veteris testa-
menti & noui egregius prædicator, paternæ benedictionis hæreditatem sibi quoq; facile profecisse comprobaret.
AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod vero Iacob filio suo Ioseph
tanquam nescienti voluit indicare, vbi & quando sepelierit matrem eius, cum & ipse simul fuerit cum fratribus
suis, sed etsi erat tam paruus ætate, vt illud vel curare vel omnino retinere non posset, quæ res modo compulit
dici? Nisi forte ad rem pertinuit commemorare ibi sepultam matrem Ioseph, vbi Christus fuerat nasciturus.

2 *Videns autem filios eius, dixit ad eum, Qui sunt isti?* Respondit, *Filij mei sunt, quos donauit mihi deus in* I
hoc loco, Adduc *(inquit)eos ad me,ut benedicam illis.* Oculi *enim* I*sraël caligabāt præ nimia senectute,*
& clare uidere non poterat. Applicitosque *ad se,deosculatus & circumplexus eos, dixit ad Ioseph fili-*
um suum. Non *sum fraudatus aspectu tuo,insuper ostendit mihi deus semen tuum. Cumque tulisset eos Ioseph de*
gremio patris,adorauit pronus in terram. Et *posuit* Ephraim *ad dextram suam, id est ad sinistram* Israel,*Ma-*
nassen uero in sinistra sua,ad dexteram scilicet patris,applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dex-
teram, posuit super caput Ephraim *iunioris fratris, sinistram autem super caput* Manaße*, qui maior natu*
*erat,commutans manus.*Benedixitque Iacob *Ioseph,& ait? Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei,* A-
braham & I*saac,deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem,Angelus qui eruit me de cun-* K
ctis malis,benedicat pueris istis,& inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham
& I*saac,& crescant in multitudinem super terram.*

2 *Videns autem filios eius,dixit ad eum, Qui sunt isti?* AVCTOR CATENAE. Cæcutiebat Iacob,& Ioseph
non solitariũ videbat quasi per nebulã, non internoscens qui essent,ideo quærit,qui sint,cui Ioseph. *Respondit,*
Filij mei sunt,quos donauit mihi deus in hoc loco. Ecce quomodo fideles semper domini recordantur,omnia illi accepta
referũt maxime autem beneficium prolis. *Adduc* (inquit)*eos ad me,ut benedicam illis.* CHRYSOSTOMVS.
Vide obsecro senem,quomodo festinat & vrget,vt benedicat filios Ioseph. AVCTOR CATENAE.
Intelligebat enim desiderium eius pater, & eum præ aliis fratribus benedicere volebat cum nepotibus suis.
Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute,& clare uidere non poterat. Parum est quod apud omnes æditiones ita
legitur hæc litera,Oculi autem Israel grauati erant præ senectute, & non poterat videre. Est enim verbum כָּבְדוּ
cabdu,quod rectius grauati erant,quàm caligabant transfertur.Sed hoc sensum latinæ literæ non immutat. Ocu L
lis autem carnis cæcutiebat,sed spiritualibus oculis futura in longinquum præuidebat, vno sensu adempto, altero
melior reddebatur. *Applicitosq; ad se deosculatus & circumplexus eos,dixit ad Ioseph filium suum,Non sum fraudatus aspectu*
tuo, insuper ostendit mihi deus semen tuum. CHRYSOSTOMVS. Magna mihi (inquit) præstitit dei mise-
ricordia, & plura quàm expectaui. Non enim solum non sum priuatus facie tua, sed etiam vidi eos qui ex te
nati sunt. AVCTOR CA. Non sum fraudatus aspectu tuo:A Septuaginta interpretibus, hoc desumptum
est,habentibus Ἰδοὺ τοῦ προσώπου σου οὐκ ἐστερήθην Ecce facie tua non sum priuatus. At in Hebræo alter est sensus רְאֹה
פָנֶיךָ לֹא פִלָּלְתִּי Reo phanecha lo phillalti, Videre faciem tuam non arbitratus sum,vel non iudicaui,hoc est,non
feci tale iudicium apud me, quod vnquam te visurus essem, & ne dum te nunc video, sed etiam semen tuum.
Chaldaica, Nunquam putaui videre faciem tuam.Phalal enim verbum, iudicare arbitrari & putare significat.Ta
ctu denique consolabatur sanctus senex,qui visu non poterat. Osculatur & amplectitur nepotes suos,affectu na-
turæ non improbo,si metu dei & fide reguletur.Desiderabam (inquit) vehementer,& tamen non iudicabam pos- M
se fieri,sed desperabam videre faciem tuam.Nunc autem non solum te videre contigit,sed liberos quoque te su-
perstite. *Cunque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram.* CHRYSOSTOMVS. Vel iuxta
aliam literam,Et eduxit eos Ioseph à genibus eius, & adorauerunt eum in faciem super terram. Vide quomodo
& pueros statim ab initio debitum seni honorem reddere docuit. CAIETANVS. Adorauit pronus in ter-
ram.Senectus & ægritudo Iacob prohibent hoc intelligi de eo,quo fit vt intelligamus Ioseph hunc honorem ex-
hibuisse patri, vt incuruauerit se facie ad terram vsque,magnipendendo beneficium benedictionis filiorum, pa-
tri enim volenti benedicere pueros,hunc honorem exhibuit. AVCTOR CATENAE. Auus Iacob pueros
nepotes suos complexus fuerat gremio, & sedendo exosculatus amanter fouebat in sinu,amoris sui monumen-
tum deferebat proximus morti.Quos Ioseph eximebat è sinu patris,vt ordinate applicaret ambos patri veluti sup
plices futuros,& genibus flexis secum illum adoraturos, audituros domini voluntatem ab ore sancti senis & pa-
triarchæ

A triarchæ,cui honorem habebant,cuius essent memoriã habituri donec viuerent. *Et posuit Ephraim ad dexteram su-*
am,id est,ad sinistram Israel, Manaßem uero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Volebat
primogenitum Manassen,impositione manus dextræ aui benedici,id quod iuxta sensum humanum iustum vide
batur,sed consilio domini aliud dispensandum erat, qui non secundum carnem iudicat, qui personarum acce-
ptionem & carnis affectus vbique & semper humiliari ac moderari docet, pendere autem à veritate & domini
voluntate,qui infirma mundi eligit,vt fortia confundat. *Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Effraim*
iunioris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus. EVSEBIVS. Ephraim
Manasse præfertur, quia ipsius regnum super decem tribus exsurrexit, & ipse accepit sichima, quæ Iacob Ioseph
filio promiserat,ita vt Ephraim vtramque dextram,patris scilicet atque aui habuerit. CHRYSOSTOMVS.
Vide obsecro,hic iustum corporis oculos præ senectute nunc infirmos habere,mentis autem oculis valere,& fide
præuidere futura.Neque enim tulit Ioseph,sed mutatis manibus benedicens,dignitatem iuniori contulit, præfe-
B rens Manassi Ephraim. CAIETANVS. Commutans manus. Iuxta Hebræum habetur verbum ab intelle-
ctu ductum quo caremus, ac si diceremus, intellectualiter agens manus suas, ad significandum quod ex interna
intelligentia profecta est huiusmodi dispositio manuum. Commutans manus, Iuxta sententiæ consequentiam
reddiderunt interpretes,manuum cancellatura vsum sanctum patriarcham,id quod res erat. AVCTOR CA
TENAE. Est verò Hebraica litera huiusmodi שִׂכֵּל אֶת יָדָיו כִּי מְנַשֶּׁה הַבְּכוֹר Sicel eth iadaf chi Menasse habe
chor. Significat autem sachal,intelligere,prudenter agere,aspicere & superponere,scilicet in modum crucis.Vn-
de sic verti potest,prudenter dirigens,vel aduertens manus suas, hoc est, sciens sic disposuit manus suas, & non
ignorans,quod Manasses primogenitus.Quasi diceret, Circunspecte & de industria speciali aliquid manibus in-
dicabat & moliebatur,perinde ac si manus eius intelligerẽt quod ipse facere volebat.Alij,Intelligere fecit manus
suas,quod Manasses foret primogenitus.Alij,Intellexit eum manibus suis quod Manasse maior,verterunt. Chal-
C daica,Docuit manus suas,quanuis Manasses erat primogenitus,Septuaginta vt in nostra æditione, ἐνάλλαξας τὰς
χεῖρας, Commutans manus.Transuersis ergo manibus commutabat benedictiones, hic enim Manasses ius suum
perdidit,domino sic ordinante in mysterio. *Benedixitq; Iacob Ioseph.* CAIETANVS. Intellige benedictio-
nem Ephraim & Manasse appellari benedictionem Ioseph,quia loco Ioseph surrogabantur,vt Ioseph constitue-
ret duas tribus, Ioseph ergo benedicebatur in illis. AVCTOR CATENAE. Benedixitque Iacob Ioseph.
In Hebræo est וַיְבָרֶךְ אֶת יוֹסֵף Vaibárech eth Ioseph,Et benedixit (supple Iacob) Ioseph,in filiis quippe patrem be-
nedixit,iuxta illud,Mortuus est enim pater,& quasi non mortuus,& cætera. *Et ait, Deus in cuius conspectu ambula-*
uerunt patres mei Abraham & Isaac. CHRYSOSTOMVS. Vel deus cui placuerunt patres mei. Attende mo-
destiam Iacob,vide animam piam & religiosam, non audebat dicere, Deus cui bene placui, sed quid? Cui bene
placuerunt patres mei. Vidisti animam gratam? quanuis paulo antea narrans dicebat, In Luza apparuit mihi, &
promisit daturum se mihi & semini meo omnem terram,& in congregationes gentium facturum semen meum,
D & tam euidentia habens indicia diuinæ erga se beniuolentiæ,adhuc tamen humiliatam habuit mentem.Et dicit,
Deus cui bene placuerunt patres mei coram ipso, Abraham & Isaac. AVCTOR CATENAE. Ambulare
coram deo,est placere illi,voluntatem dei perficere,totum ex illius nutu pendere. Et demum quod Chaldaica æ-
ditio dixit hoc in loco,seruire ei.Non suo ergo nomine benedicit,sed dei,cuius inuocat bonitatem,nihil de se bo
ni præsumit,Deo honorem tribuit,& iustitiam patribus suis,non sibi. *Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in*
præsentem diem. CHRYSOSTOMVS. Accipe & ex hoc excellentem eius gratitudinem. Non dicit propri-
am virtutem,sed ea quæ sibi à deo fuerunt facta.Qui pascit me de vtero matris meæ,à iuuentute mea vsque in di-
em hanc.Ipse enim (inquit) est,qui ab initio vsque ad præsens res meas dispensauit, & moderatus est. Ita & prius
dicebat, In virga mea hac transiui Iordanem,& ecce factus sum in duo castra. Et nunc iterum aliis verbis dicit,
Qui pascit me à iuuentute mea vsque in diem hunc. CAIETANVS. Deus qui pascit me ab adolescentia
mea,Iuxta Hebræum habetur,Deus pascens me ex quo ego vsque in præsentem diem. Plus significatur quàm a-
E dolescentia,significatur enim totum tempus ex quo fuit ipse Iacob vsque in præsentem diem. Et hoc beneficium
agnoscit à deo gubernatore omnium. AVCTOR CATENAE. Dictionem מְעוֹדִי Meodi,quæ proprie ex
quo me significat,verterunt aliqui,Ex quo ego sum,alij,à tempore præcedenti,nonnulli,quandiu fui,Septuagin-
ta ἐκ νεότητός μου, A iuuentute mea.Chaldaica,Deus qui pauit me à natiuitate mea vsque in diem hanc.Sed vnus
omnium sensus est.Hoc est,Deus qui nutriuit me,quandiu fui vsque in hanc diem,qui pastor meus,cuius ego o-
uis,sequens quo mihi præierit,duxerit,simplex,obediens,tacens,patiens. *Angelus qui eruit me de cunctis malis.*
CHRYSOSTOMVS. Gratæ animæ ac piæ,& bene memoris beneficiorum dei verba. Ille (inquit) cui patres
mei bene placuerunt, qui me à iuuentute mea vsque in præsentem diem educauit, qui me ab initio ab omnibus
malis liberauit, qui tantam erga me declarauit prouidentiam. CYRILLVS. Iacob pueros benedicens,
Deum & patrem,& nutrientem se,& angelum liberantem nominat. Illum nempe angelum, qui angelus magni
F consilij ab Esaia dicitur,quia omnis benedictio,omnis gratia, non aliter quam à deo per Iesum Christum in ho-
mines descendit. GRAECVS. In veteri testamento sancti angelos comites habebant, in nouo autem omnis
christianus. CAIETANVS. Angelus qui eruit me de cunctis malis.Iuxta Hebræum habetur præsentis tem
poris,eruens me de omni malo.Ad significandum enim perseuerantiam angelicæ custodiæ, vtitur tempore præ-
senti. AVCTOR CATENAE. Considerandum quod dictio הַגֹּאֵל Hagoel, vel redimens, vel qui rede-
mit,proprie reddi potest,quo loquendi modo clarissime filius dei,mundi generalis redemptor denotatur.Et si di-
ligenter aduerteris,tacite propheta domini sanctissimam inuocat Trinitatem, patrem scilicet, & spiritum san-
ctum sub nomine dei bis repetiti vnigenitum vero dei filium sub nomine angeli.Angelum ergo intelligit redem
ptorem,verbum diuinum,saluatorem nostrum,vel auxilij,dispensationisque diuinæ ministrum.Ipse(inquam)ille
Benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in mul-
titudine super terram. AVGVSTINVS DE LOCVTIONIBVS IN GENESIM. Notandum ex hoc
loco, non solum exauditionem, sed etiam inuocationem dici aliquando quæ non dei, sed hominum sint.

CHRYSOSTOMVS

CHRYSOSTOMVS. Vidisti simul & intelligentiam & modestiam? Intelligentiam quidem, quia fidei oculis prævidens, Ephraim prætulit Manasse: modestiam vero, quia nusquam suæ virtutis memoriam facit, sed ex probata patrum vita, & ex beneficiis in se collatis, filios benedicit. CAIETANVS. Sciebat Iacob promissiones diuinas terminatas in tertio patre, hoc est, ipso Iacob post Abraham & Isaac, & istorum trium nomina tanquam patrum communium vniuersi Israelis, & tanquam quibus promissio facta est diuina de terra promissionis & de Messia, in magnum fauorem ac patrocinium inuocanda esse à populo Israel. Vnde Moyses placaturus iram dei, orauit, Recordare Abraham, Isaac, & Iacob. Et propterea inter bona quæ imprecatur benedicendo filiis Ioseph, supputat inuocationem Abrahæ, Isaac, & Iacob super eos. AVCTOR CATENAE. Et crescãt in multitudinem super terram. Hebraica litera est, וְיִדְגּוּ לָרֹב בְּקֶרֶב הָאָרֶץ Veidgu larob bekêreb haárez. Sciendũ vero דָּגָה daga verbum, crescere & multiplicari significare, nec id tantum, sed & in modum piscium augeri, crescunt enim pisces in maximo numero, & oua eorum mirum in modũ fertilia sunt. Sic igitur redditur locus iste, Et augescant seu crescant, vel multiplicentur in multitudinem in medio terræ. Sic & Septuaginta. Alij vero, Et instar piscium sint in multitudinem in medio terræ, verterunt. Cui sensui fauet & Chaldaica, habens, Et quasi pisces maris multiplicentur inter filios hominum super terram. Benedictio ergo illa tam temporalium quàm spiritualium est affluentia bonorum, & augeantur numero & merito præ aliis, vocentur filij Iacob, Abrahæ, & Isaac adoptiui, fidei & longanimitatis eorum sint hæredes, duplici in terra promissionis portione donandi, instar piscium qui in maximo numero crescunt, ad infinitam progerminentur multitudinem, hoc enim (vt diximus) Hebraica indicant.

Mystice. CYRILLVS. Mystice autem quod Iacob filios Ioseph à patre admotos osculatus est ac complexus, figura fuit, Deum filios Christi ex gentibus genitos, osculo ac complexu suscepturum, à Christo patri applicatos, quia per Christum nos qui longe eramus, prope facti sumus. Et per ipsum, non per angelos, aut Moysen, aut prophetas, accessum ad deum habemus, vt ait Apostolus. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Quàm præclara & in hoc mysteria, quod sumens Ioseph filios suos quos susceperat in Aegypto, Effren ad dexteram suam, ad sinistram autem Israël patris sui, Manassen autem ad sinistram suam, ad dexteram autem Israël, applicuit eos ante patrem. Extendens autem Israël manum dexteram, imposuit super caput Effren, qui erat iunior, & stabat à sinistra aui, & sinistram suam posuit super caput Manassen, qui erat ad dexteram, & ita immutatis manibus benedixit eos. In quo & Ioseph naturæ ordinem seruauit, vt seniori filio plus deferret, sicut Isaac quoque in Esau priorem filium benedictionem præferre cupiebat. Sed minorem filium in typo iunioris populi credidit præferendum, sicut erat ipse à matre prælatus. Denique Manasses ex obliuione, Latina interpretatione signatur, eo quod populus Iudæorum oblitus est deum suum qui fecit eum. Et quicunque ex ea plebe crediderit, tanquam ex obliuione reuocatur. Effren autem fœcunditatem fidei interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrem, sicut ait ipse Ioseph, dicens, Quia auxit me deus in terra humilitatis meæ. Quod proprium est populi iunioris, qui corpus est Christi, augens patrem, & deum proprium non relinquens. CYRILLVS. Præfertur Ephraim Manasse, hoc est, gentes Iudæis, qui aduersus seruatorem impie egerunt, atque nouissimi fiunt primi, & primi nouissimi. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Sicut autem duo Isaac filij, Esau & Iacob, figuram præbuerunt duorum populorum in Iudæis & Christianis, quãuis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Iudæi venerint ex semine Esau, sed Idumæi, nec christianæ gentes de Iacob, sed potius Iudæi. Ad hoc enim tantum figura valuit, quod dictum est, Maior seruiet minori, ita factum est etiam in duobus filiis Ioseph. Nam maior gessit typum Iudæorum, christianorum autem minor. ISIDORVS. Ioseph quidem Ephraim ad sinistram, Manassen ad dexteram constituit. At Iacob cancellatis manibus crucis mysterium præfigurans, transtata in minorem dextera, in maiorem sinistra figuraliter supposuit, vt crucis similitudo super capita eorum denotata, Iudæis scandalum, Christianis futuram gloriam præsignaret, & seniorem per crucis mysterium, sinistrum futurum de dextro, & iuniorẽ de sinistro dextrum, quia Iudæis in nostra deserta labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus. Talique sacramento maiori populo Iudæorum, præpositus est minor populus gentium. RVPERTVS. Sine dubio transpositio manuum crucis expressit figuram. Nunquid in eo sic manus commutando casu crucem figurauit? Nunquid non poterat eadem ratione data, Manassen ad dextram, Effraim vero ad sinistram suam posuisse? Poterat plane, sed propheta erat, & prophetico spiritu sciebat, quod per crucem componenda erat benedictio, quam venturus legislator daret, vel qua in illo semine Abrahæ benedicerentur omnes gentes. Qui enim postmodum de illo qui mittendus erat, & qui expectatio gentium futurus erat, id est, de Christo dixit, Lauabit vino stolam suam, & sanguine vuæ pallium suum, nescire poterat quali torculari ipsa vua premenda, vel ipsum vinum foret extorquendum? Igitur tanquam propheta simul & patriarcha, quomodo verbis verum prophetare potuit, dicendo, & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior, maior erit illo, sic & manuum positione crucem Christi præfigurare sciuit, per quam priori iunior, id est, Iudaico præferendus erat populus gentilis. AVCTOR CATENAE. Sic igitur filij Israël secundum spiritum, dextera domini benedicuntur, filij autem carnis Iudæi, benedictionem cedunt illis, velint nolint, quia sic domino placuit. Dominus est enim, quod vult facit, & sancte facit.

Cap. 42.

Gene. 49.

3 *Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit. Et apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitque ad patrem, Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi scio, & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo, & semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Israel atque dicetur, Faciat tibi deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filium suum, En ego morior, & erit deus uobiscum reducetque uos ad*

A *uos ad terram patrum uestrorum. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.*

3 CHRYSOSTOMVS. Verum Iacob prævidens futura, ita illos benedixit. *Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit. Et apprehensam manum patris, leuare conatus est, & transferre super caput Manasse.* AVCTOR CATENAE. Grauiter accepit. Hebraica litera est וַיַּרְא בְּעֵינָיו Vaiéraa beenaf, Displicuit seu male visum est in oculis eius. Hebraismus est, pro eo quod Latina æditio dixit, Grauiter accepit, Et Septuaginta βαρὺ ἔφερεν κατ' ὄψιν, Graue illi visum est. Ioseph itaque ignarus prouidentiæ dei, errorem quem putabat, cupiens corrigere, sanctus quidem vir, propheta, & à puero spiritu sancto plenus, hoc tamen ignorans, sensu carnis permotus, iniuriam (vt videbatur) primogenito illatam impedire, manusque senis commutare tentabat, Manasse dextera manu eiusdem benedici cupiens. *Dixitque ad patrem, Non ita conuenit pater,*

B *quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius.* AVGVSTINVS DE LOCVTIONIBVS IN GENESIM. Hic enim primitiuus minus habet est, secundum codices Græcos. AVCTOR CATENAE. Errorem putans, verbis inhortatur patrem Ioseph, ac commonefacit iuris naturalis, indicans cæcutienti quis esset primogenitus, si pater ignoraret. Discimus ex hoc loco, spiritum prophetiæ non semper prophetarum mentes irradiare, nam quod hic Iacob reuelauit, cælauit Ioseph. Sic & Heliseus homo dei dixit ad Giezi puerum suum de Sunamitide hospita sua, Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus cælauit à me, & non indicauit mihi. Quod deus omnipotens ex magnæ pietatis gratia disponit. Nam dum prophetiæ spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celsitudinem, & custodit in humilitate. *Qui re-*

4.Reg.4.

nuens ait, Scio fili mi scio, Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo, & semen eius crescet in gentes. CHRYSOSTOMVS. Ne putes me (inquit) simplici quodam euentu hoc fecisse, vel per ignorantiam. Scio enim, & prævidens futura, ita ei benedictionem faciam. Nam licet natura dignitatem habeat Ma-

C nasses, sed iuuenis ille maior erit eo, & semen eius in multitudinem gentium. Hoc autem totum factum est, quia huic regnum demonstrabatur, propterea prædicens futura, sic eum benedicit. GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Discimus ex hoc loco quod aliquando prophetiæ spiritus ex præsenti pariter & ex futuro prophetantis animum tangit, dum Iacob & ventura nunciabat, & eos quos corporeis oculis videre non poterat, ante se positos, per spiritum discernebat. Sic Ahiæ prophetæ animum prophetiæ spiritus & ex præsenti atque ex futuro tetigerat: cum caligantibus oculis eam quæ se esse aliam simulabat: & vxorem Hieroboam esse cognouit: &

Homi. pri.

3.Reg.14.

quicquid ei futurum esset aperuit, dicens: Ingredere vxor Hieroboam, quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te, durus nuncius. Vade, & dic Hieroboam: Hæc dicit dominus deus Israël: Quia operatus es male

D super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares: me autem proiecisti post corpus tuum: idcirco ego inducam mala super domum Hieroboam. Ex præsenti ergo atque ex futuro pariter prophetantis animus tactus fuerat: qui & ingredientem deprehendere potuit, & ei ventura nunciare. CAIETANVS. Sed frater eius iunior maior erit illo, & cætera. Probauit rei euentus hoc, nam de tribu Ephraim fuit Iosue primus dux populi post Moysen, fuerunt & primi reges Israël post Salomonem, maxime multiplicatio tribus Ephraim clare patet in libro Iosue. AVCTOR CATENAE. Et semen illius crescet in gentes. Hebraica proprie sic habent, וְזַרְעוֹ יִהְיֶה מְלֹא הַגּוֹיִם Vezaro ihie melo hagoim, Et semen eius erit plenitudo gentium. Alij, Et semen eius implebit nationes, dixerunt. Septuaginta, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν, Et semen eius erit in multitudinem gentium. Chaldaica, Et filij sui erunt dominantes in populis. Amantes ergo & mansuete senex docet domini voluntatem circa filios, facti rationem reddit, nihil temere actum ostendit. Manebat tribum Ephraim honor regni, & decem tribuum potentatus, fuit enim de eadem tribu Hieroboam, & multi eius posteri, numero virorum semper superiores tribu Manasse. *Benedixitque eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Israel, atque dicetur, Faciat tibi deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.*

E CHRYSOSTOMVS. Iuxta nostra exemplaria, In vobis benedicetur Israël perdicentes, Faciat te deus sicut Ephraim & Manasse. Ita (inquit) ambo erunt glorioſi, vt omnes qui precantur, iuxta illorum precentur gloriam, attamen prior erit Ephraim Manasse. Vide quomodo gratia prædicit futura, & prophetico afflatus spiritu pueris Ioseph benedixit. Et quod tantis temporibus aberat, tanquam præsens & ante oculos situm viderit. Hoc enim modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil amplius præterquam visibilia spectare possunt, ita & oculi fidei non quæ videntur spectant, sed illa vident quæ multo post futura sunt. Et hoc manifestius scietis ex benedictionibus quas suis filiis dat. Illud autem obsecrauerim vestram charitatem, vt imitemini iustum hunc, & tales hæreditates filiis vestris relinquatis, quæ à nullo vnquam damnum accipere possint. Diuitiæ enim sæpe etiam accipientibus perniciem pepererunt, & insidias & multa pericula, hic autem nihil talium suspicari poterit vnquam. Thesaurus enim est, qui nunquam valet consumi. Thesaurus non hominum dolis, nec latronum insidiis,

F non famulorum malitia, non alio quopiam imminui valens, perpetuo manet, spiritualis enim est, humanis non cedens insidiis, sed cum his qui illum accipiunt, & sobrij esse volunt, ac prudentes, in futuram vitam migrabit, & eis æterna præparabit tabernacula. CAIETANVS. Benedixitque eis in ipso tempore, dicens, In te benedicetur Israël. Antecedentia & sequentia pluralis numeri insinuant, quod pronomen te, demonstrat Ioseph, qui in filiis benedicebatur. Nec legendum est, benedicetur, sed benedicet. Est enim sensus, quod populus Israël imprecando bona alicui, imprecabuntur ad instar beatitudinum Ioseph, exercet enim verba imprecatoria, subiungens, Faciat tibi deus sicut Ephraim & Manasse. Ecce imprecatio bonorum ad instar Ioseph in filiis suis Ephraim & Manasse, surrogatis loco ipsius. Constituitque Ephraim ante Manassen scripsit hoc Moyses, manifestando quod non casu sed ex dispositione patriarchæ Iacob, prælatus est Ephraim Manasse. AVCTOR CATE. Benedixitque eis in tempore illo. Rectius vertitur in die illo, sicut est in omnibus æditionibus. Est enim in Hebræo בְּיוֹם הַהוּא Baion hahu, In die illo. Quod etiam sequitur, In te benedicetur Israël, atque dicetur, in Hebræo legitur בְּךָ יְבָרֵךְ יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר Becha iebarech Israël lemor, In te benedicet Israël, dicendo: Et est sensus, Qui

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt futuri, Benedicent filiis suis in te,dicentes,ponat te deus sicut Ephraim,sic enim legi debet,non faciat, cum G
in Hebræo sit יְשִׂם Iesimcha,ponat te. Septuaginta, ἐν ὑμῖν εὐλογηθήσεται Ισραὴλ, λέγοντες, In vobis benedicetur Israël, dicentes.Chaldaica vt in litera nostra,In te benedicetur Israël,dicens ponat te,& cætera.Constituitque Ephraim ante Manassen, hoc est, præposuit tanquam primogenitum . Et sic deinceps primum locum habuit in situatione tabernaculorum, in mutatione eorum , in primitiarum oblatione, & dignitatibus aliis primogenito debitis, quæ in sequentibus manifestabuntur . Sequitur, *Et ait ad Ioseph filium suum , En ego morior , & erit deus uobiscum , reducetque uos ad terram patrum uestrorum.* CHRYSOSTOMVS. Postquam filios benedixit , & futura præuidens, iuniorem præposuit seniori, volens persuadere Ioseph, quod non simpliciter neque temere hoc fecisset,sed prædicens futura,prædicit ei & suam mortem,& quod rediturí sint ex aliena terra in terram Chanaan , in terram patrum suorum,& bonam eis spem auget,ita vt expectatione alleuientur . Nam spes bona, huius vitæ labores semper imminuit. AVCTOR CATENAE. Profitetur etiam Iacob fidem suam in deum , non graduatim moritur, informat filios vt credant promissionibus domini, vt domino semper fidant. *Do tibi partem unã extra fratres tuos , quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.* H
HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta aliam literam, Et ego dedi tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam accepi de manu Amorræorum in gladio meo & sagitta.Sichima iuxta Græcam & Latinam consuetudinem declinata est. Alioquin Hebraicè Sichem dicitur,vt Ioannes quoque euangelista testatur,& est nunc Neapolis vrbs Samaritanorum.Quia igitur Sichem lingua Hebræa transfertur in humerum, pulchre alluśit ad nomen, dicens: Et ego dabo tibi humerum vnum.Pro præcipuo enim,id est, ἐξαίρετον, vnum scribitur in Hebræo . Quod autem dicit se eam in arcu & gladio possedisse,arcum hic & gladium , iustitiam vocat,per quam meruit peregrinus & aduena,interfecto Sichem & Emor de periculo liberari. Timuit enim vt supra legimus,ne vicina oppida atque castella ob euersionem fœderatę vrbis aduersus se consurgerent, & dominus non dedit eis vt nocerent illi . Vel certe sic intelligendum,dabo tibi Sichimam quam emi in fortitudine mea,hoc est,in pecunia quam multo labore & sudore acquisiui.Quod autem ait,Super fratres tuos,ostendit absque sorte dedisse eam tribui Ioseph.Siquidem I
eodem loco sepultus est Ioseph , & mausoleum eius ibi hodiéque cernitur. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod Sichimam dicit Iacob præcipuam dare filio suo Ioseph,& addit quod eam possederit in gladio suo & arcu, Quæri potest, quemadmodum valeat ad literam conuenire . Emit enim centum agnis possessionem illam , non cœpit iure victoriæ bellicæ . An quia Salem ciuitatem Sichimorum filij eius expugnauerunt , vt iure belli potuit eius fieri,& iustum bellum cum eis gestum videatur , quia tantam priores iniuriam fecerunt in eius filia contaminanda ? Cur non ergo illis terram illam dedit,qui hoc perpetrauerunt,hoc est,maioribus filiis suis ? Deinde si modo ex illa victoria glorians,dat eam terram filio suo Ioseph , cur ei displicuerunt tunc filij,qui hoc commiserunt ? Cur denique etiám nunc,cum eos benediceret, exprobrando id commemorauit in factis eorum ? EVSEBIVS. Non approbat Iacob facinus Simeon & Leui,sed quia quod patris est,filiorum dicitur,& è contra,Ideo Sichimitarum occisionem sibi ascribit. CHRYSOSTOMVS.
Ego autem do tibi Sichima electa præ fratribus tuis , quæ accepi in gladio meo & arcu , quasi per hoc declarans, K
Hoc omnino erit,& iuxta meam promissionem redibitis,& in hæreditatem possidebitis terram patrum vestrorum . Quia & Sichimorum ciuitatem tibi do hæreditatem electam præ fratribus tuis , quam accepi de manu Amorræorum in gladio meo & arcu.Quid nam hoc est ? Quæ à Simeone & Leui facta,in personam propriam trãsfert,& propter hoc dicit,Quæ accepi in gladio meo & arcu. Sed hic opportune quæsierit quisquam. Et quare hoc facinus suum facit,cum postea testaturus accusatione clare scripta eos arguat ? num secum pugnat iustus ? monstrans mansuetudinem mentis suæ, Et quod præter suæ mentis sententiam hoc factum sit . Non solum enim non probat factum,sed & arguit,propterea volens monstrare suam erga Ioseph dilectionem , ei concedit sichima , & dicit, Quæ accepi in gladio meo & arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in sua tamen potestate positum erat . Si enim filiorum dominus pater, multo magis eorum quæ à filiis possidentur, si autem dominus, & cui volebat dare poterat. Itaque declarare volens suam erga Ioseph beneuolentiam, non solum Ephraim & Manassen benedi- L
xit,sed & Sichimam electam hęreditatem reliquit filio. CAIETANVS. Do tibi partem vnam supra fratres tuos quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Hebraica dictio interpretata partem,& est nomen proprium loci Sichem,& est nomen appellatiuum, significans partem . Quod autem in præsenti litera sit nomen appellatiuum, testatur adiectiuum vnam. Aequiuocatio itaque nominis, occasio fuit vt textus iste exponeretur de Sichem. Duo itaque ex textu isto relinquuntur ambigua, alterum , quis sit ager iste,alterum , quando quaue ratione Iacob acquisiuerit agrum illum iure belli de manu Amorræi. Et prima quidem quæstio est aliqualiter nota ex euangelio Ioannis capitulo quarto, vbi dicitur,quod prædium datum Ioseph à Iacob erat in Samaria prope ciuitatem Sichar. Secundæ autem quæstionis nullam penitus notitiam habeo,quia nullibi legi Iacob pugnasse cum Amorræis. Sed & hæc litera insinuat multas res gestas à patriarchis tacitas fuisse à Moyse . Significantius autem dixi cum Amorræis, ad excludendum insultum aduersus Sichimitas factum,non à Iacob, sed à filiis eius, quandoquidem Sichimitæ non Amorræi, sed Euæi erant,vt superius in trigesimo quarto capitulo patet. AVCTOR M
CATENAE. Do tibi partem vnam,Hic quoque Septuaginta nominis similitudine ducti, sensum alium protulerunt. Nam שֶׁכֶם Sechem,& partem significat,& locus est, cuius frequens mentio in his literis fit,at hic partem significat,eo quod Hebraicè legimus נָתַתִּי לְךָ שֶׁכֶם אַחַד Nathâti lecha sechem ahad,Dedi tibi partem vnam. Neque enim vnam additum fuisset,si de loco scriberetur.Græcè sic legitur, ἐγὼ δέ δίδωμί σοι σίκιμα ἐξαίρετον, Ego autem do tibi Sichimam præcipuam. Licet quidam Hebræi hanc partem Sichem esse asserant , quam ob constupratam Dinam acquisierit.Quod si ita est, Potuit esse quod doluerit quidem Iacob in initiis crudelem stragem, sed videns postea domini voluntatem,consenserit,cuius gratia aduersarij reprimebantur, & Iacob vel inuiti habitare permiserunt. Et verum quidem est quod terram hanc habuerunt posteri Ioseph in diuisione terræ promissionis,vt patet Iosue 17. Vnde ait Psalmista, Partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor , Meus est Galaad, & meus est Manasse , Effraim fortitudo capitis mei. Porro non prætereundum , quod vbi apud nos, Septuaginta

A Septuaginta & Hebræum dicitur, Quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo, Chaldaica more suo dificilium enodatrix locorum,legit, Quam tuli de manu Amorræi oratione mea & deprecatione mea . Non enim legitur aliquando bellasse Iacob,aut gladio & arcu in præliis vsus fuisse , sed arma illius fortia contra omnes sibi aduersantes,orationes & deprecationes assiduæ extiterunt.
AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Denique totum hoc spiri- Mystice.
taliter de populis christianorum & Iudæorum esse mysterium senior declarauit.Nam cum filius putaret eum errasse vitio hebetioris aspectus,conuertere voluit manus eius,dicens,Non sic pater, hic enim primitiuus est . Impone dexteram super caput eius.Sed noluit,& dixit, Scio fili scio . Et hic erit in populum , & hic exaltabitur , sed frater eius iunior maior illo erit , & semen illius erit multitudo gentium . Denique præferendum Effrem seniori germano,etiam benedictionis serie prophetauit,dicés, In vobis benedicetur Israël dicentibus, Faciat vobis deus
B sicut Effrem & Manasse. Et ideo cum essent nepotes,in locum filiorum sunt adoptati , vt non essent auitæ benedictionis expertes. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Scio fili mi scio,& hic erit in populum,& hic exaltabitur,sed frater eius iunior,maior illo erit, & semen eius erit in multitudine gentium.Hactenus de Christo accipiendum est,quatenus etiam de ipso Iacob,& fratre eius dictum est, quia maior seruiet minori.Secundum hoc enim significauit aliquid,prophetice hoc faciendo Israël,quod populus posterior per Christum futurus regeneratione spiritali,superaturus erat populum priorem,de carnali patrum gene- Vbi supra.
ratione gloriantem. AVGVSTINVS DECIMOSEXTO DE CIVITATE DEI. Etiam hic
duo illa promissa demonstrat , nam ille in populum , iste in multitudinem gentium . Quid euidentius quam his duabus promissionibus contineri populum Israëlitarum,orbémque terrarum in semine Abrahæ,illum secundum carnem,istum secundum fidem? IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Proculdubio autem & in eo quod dat Iacob Sichimam præcipuam Ioseph filio suo , aliquod latet propheticum sacramentum,quia & Ioseph quadam præcipua significatione Christum præfigurauit,& ei datur illa terra , vbi dispersi-
C derat obruendo deos alienos Iacob,vt Christus intelligatur possessurus gentes,diis patrum suorum renuncian- I
tes,& credentes in eum. EVCHERIVS. Hæredem ergo bonorum operum sanctum Ioseph præ cæteris elegit,cuius opera fratres æquare non poterant,& ideo locum stupris & flagitiis vacantem,ad incolatum sanctorum verbis cœlestibus,& gladio capiens spiritali , vt vbi habitatores antea lasciuiæ , & principes luxuriæ versabantur, vbi fuerunt incentiua libidinis & fomenta nequitiæ, ibi nunc sancti sacerdotes magisteria doceant castitatis , & plurima virginalis integritatis exempla,quodam supernæ lucis fulgore resplendeant. APOLLINARIVS.
Patres cum è vita excedunt,bona sibi data ad posteros suos transmittunt,ita & Christus bona sua. BERNAR-
DVS IN SENTENTIIS. An pars tua sumus nos domine Iesu , quam tulisti de manu Amorræi in gla-
dio & arcu tuo? Gladius tuus,sermo viuus & efficax, arcus tuus,incarnatio tua . Ibi enim velut curuato sapientiæ
ligno,& pie quodammodo flexa diuinitate , neruus carnis vehementer extensus , & humanitas ineffabiliter au-
D cta cognoscitur . Pars ergo tua sumus, & populus acquisitionis tuæ , quem acquisisti verbo prædicationis, & mysterio incarnationis.

IN CAPVT GENESEOS QVADRAGESIMVMNONVM ARGVMENTVM.

Iacob benedicit siue prædicit filiis suis quid euenturum sit eis . Eligit sibi sepulturam . Moritur.

CAPVT XLIX.

E
VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis. *Congregamini , ut annunciem quæ uentura* Lectio pri.
sunt uobis in diebus nouissimis . Congregamini & audite filij Iacob , audite Israel patrem uestrum.

ORIGENES. Sciendum est primo,quod in singulis quibusque locis vbi scriptu- 1 Homi.17.
ra de duodecim patriarchis commemorat,multa sit in ipsa ordinis conscriptione diuersitas.Alius ordo est in ipsa eorum natiuitate conscriptus,alius cum terram Aegyptiyna cum patre suo Israël & sobole posteritatis referuntur intrare. Alius nunc cum benedictiones o-
F bituri parentis excipiunt,alius cum egressæ de Aegypto tribus,vel cum in deserto commemorantur aliquid age- re,vel terram repromissionis ingressæ,in monte Gebal pro benedictionibus & maledictionibus statuuntur. Alius etiam cum diuisionem terræ hæreditatis sorte suscipiunt . Et in tantum ordo iste variatur , vt interdum quidam ex ipsis,nec ascripti inueniantur in numero. Quod vtique certum est non absque aliqua ratione variari,& extare causas probabiles quibus in alio loco ille,in alio vero alius præferatur.Sed de his nobis nunc propositum non est, nisi ea tantummodo prout deus dederit explicare , quæ in benedictionibus quas mortis tempore à patre suscipiunt,continentur.Quæ quidem benedictiones ex eo fortasse solummodo appellari potuerunt,quod in nouissimis dicitur,Et hæc locutus est pater eorum,& benedixit illos,vnumquemque secundum benedictionem suam benedixit illos.Cæterum in initiis vbi conuocat eos pater,non quasi ad benedictionem conuocat,sed ita scriptum est, Vocauit autem Iacob filios suos,& dixit,Congregamini vt annunciem vobis quæ occurśurá sunt vobis in nouissimis diebus.Quod vtique magis prophetiam significat,per quam quæ eis euentura sunt præsignantur.In ipso autem

tem corpore & serie verborum,neque benedictiones tantum,neque futurorum sola prænunciatio,quantum mo- G
res vel propositum eorum,vel etiam quædam ab eis gesta notabiliter arguuntur.Quæ res nobis tripartitam expla
nationis materiam subiicit,ita vt benedictiones historiæ locum seruẽt, prophetia verò mysticum atque dogma-
ticum.Quorum correptio & obiurgatio,moralem dirigat stilum. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS
SVPER GENESIM. In benedictionibus Iacob historia tenenda,& allegoria inuestigãda.Historia de diui-
sione terræ promissionis,quæ diuidenda erat nepotibus eorum.Allegoria de Christo & ecclesia,quæ in nouissimis
temporibus reuelanda.Sed prius historiæ fundamenta sunt ponenda,vt aptius allegoriæ culmen priori structuræ
superponatur.Dicit ergo, *Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis. Congregamini ut annunciem quæ uentura sunt uobis in*
diebus nouissimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. ORIGENES. Fortasse requiras,
quare filij Iacob dicuntur qui conueniunt,Israël verò dicitur,qui benedicit eos.Vide ne forte hoc indicetur,quod
illi nondum eo vsque profecerant,vt Israël meritis æquarentur,& ideo illi filij Iacob dicuntur tanquam inferio-
res,ille vero qui iam perfectus erat, & benedictiones futurorum consciusdabat, Israël appellatur. AMBRO-
SIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Superiori benedictione celebrata, vo- H
cauit etiam filios suos. Et qui antè iuniorem seniori prætulerat, cœpit à primo, vt in illo mysterij præferret gra-
tiam,in hoc ordinem seruaret ætatis. Simul quia antè in duobus benedixerat vniuersos cum omni posteritate &
progenie futurorum,ne aut superflua videretur plebis iterata benedictio,aut prior æstimaretur infirma. Merito-
que repetitam magis annunciationem eorum quæ posterioribus essent euentura temporibus, quam benedictio-
nem conferre se dicit. CHRYSOSTOMVS. Vide iusti intelligentiam,quia præsciebat mortis tempus,vo-
cauit filios suos ad se,& dicit,Congregamini,& audite Israël patrem vestrum.Venite (inquit)& discite à me,non
præterita,non quæ post paruum tempus euentura,sed quod accidet in vltimis diebus.Et hęc vobis non à memet-
ipso annuncio, sed afflatus à spiritu, & idcirco quæ multis postea generationibus contingent,prædico. Etenim è
vita hac migraturus, volo vnicuique vestrum quasi in titulo & columna ærea memoriam insculpere. Considera
autem iustum,quomodo congregatis pueris,natiuitatis seruato ordine,vnicuique congruam det vel maledictio- I
nem vel benedictionem, & in hoc monstrans suæ virtutis eminentiam, incipiat à primo. INTERLINEA-
RIS. Propheticè autem se loqui insinuat vel significat.Licet enim hoc ad diuisionem terræ Chanaan pertine-
at,spiritualiter tamen ad Christum qui in fine seculi venit, referenda sunt. RVPERTVS. Vocauit (inquit)
filios suos.Vocatio hæc non vt simplex litera resonat,nec solum duodecim homines inuitat,sed vniuersos qui se
agnoscunt vel profitentur esse filios Iacob,conuenit & congregat.Et profecto quicunque sumus ex fide patris hu
ius,quicunque deum Abraham,deum Isaac,& deum Iacob,in veritate confitemur & colimus, filios nos esse Ia-
cob & fideliter agnoscimus,& veraciter dicimus.Nos igitur inuitat pater Iacob tuba prophetica,cum dicit,Con-
gregamini vt annunciem quæ ventura sunt vobis nouissimis diebus.Iterumque personat ac dicit, Congregami-
ni, videlicet vt & corporibus congregemur in eisdem parietibus,in eadem domo dei,in eadem schola Christi, &
quod magis expedit,mentibus congregemur in vnitate fidei,in societate spiritus, in vinculo pacis. Tandemque K
congeminat,quo attentum faciat auditorem,audite (inquiens) filij Iacob,audite Israël patrem vestrum. Non e-
nim vnus corporis auditus satis est,sed alium quoque,id est,interioris hominis auditum adhiberi oportet,vbi spi
ritus loquitur,& annunciat quæ ventura sunt.Itaque tanquam filij in domo patris,sub fidei magisterio,morũm-
que disciplina eruditi,audiamus his diebus nouissimis quæ tunc ventura erant,nunc autem iam venerunt, & fa-
cta sunt diebus istis,diebus vtique nouissimis,testante Paulo quia nos sumus,in quos fines seculorum deuenerũt,
1.Cor.10. & Ioanne dicente,Filioli nunc nouissima hora est. CAIETANVS. Vt annunciem quæ ventura sunt vobis
1.Ioan.2. in diebus nouissimis. Non significatur mensura omnium quæ prænunciauit Iacob, sed mensura præcipuorum.
Non est sensus,vt annunciem quæ ventura sunt duntaxat in fine dierum, sed vt etiam quæ ventura sunt in fine
dierum annumerem.Et hæc erant præcipua,quia erant conditiones Messiæ venturi in fine dierum, simpliciter &
absolute in secundo aduentu,relatiue autem ad leges etiam in primo aduentu,nam vltima lex est Christi,& cum
Christus gloriose aduenier,finis erit mundi istius. AVCTOR CATENAE. Iacob ergo proximo sibi mor-
tem imminere cernens,integer sensu & spiritu,singulis suis filiis vt memoriale quoddam commendans,quasi ti- L
tulum vice testamenti erexit vel statuam,ex qua patris sui vltima verba legendo, futurorum fide conseruarentur
in cultu dei,certi de promissionibus ipsius complendis suis temporibus. Congregamini (inquit) vt indicem vo-
bis futura posterioribus temporibus,pariter audite quæ vobis vel bona vel mala prædicam,vt discatis prouiden-
tiam dei circa vos, & eum timeatis,ametis,audiatis, quem animaduertistis fuisse hactenus directorem meum,
quo reuelante hæc didici & volente,qui sua prouidentia omnia dirigit ac dispensat, solusque futura contingen-
tia nouit,ipsius reuelatione edoctus,futura vobis nunc prædico. In posterioribus (inquit) diebus, quædam enim
contigerunt post promissionis terram iam possessam,quædam Christi mysterium indicant, cuius dies in scriptu-
ris dicũtur etiam Iudæis nouissimi,vel postremi,aut certe posteriores.Congregamini, & audite filij Iacob, audi-
te ad Israël patrem vestrum.Prouocat ad attentionem,ne obliuiscantur aliquando,& pro more carminis ad me-
moriæ iuuamentum repetitionibus vtitur,vt benedictionem paternam tanquam hæreditariam possessionem cor- M
de filiali percipiant,à venerabili suo tanto patre prænunciatam,velut cuique vltima verba,vt solent parentes cir-
cunstantibus filiis singulis loqui, & monimentum voluntatis vltimæ testari, & præcepta quædam singulis dare,
pro cuiusque captu & genio memoriter conseruanda.

2 *RVben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Prior in donis, maior in im-*
perio. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

2 HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Iuxta Septuaginta inter-
pretes,Ruben primogenitus meus,tu fortitudo mea,& principium filiorum meorum,durus ad ferendum,& du-
rus

A rus procacitate & iniuria,sicut aqua non ebullias.Ascendisti enim super lectulum patris tui, & tunc violasti stra-
tum meum,cum ascendisti.In Hebræo ita scriptum est,Ruben primogenitus meus,fortitudo mea, & capitulum
in liberis meis.Maior ad portandum,& maior robore.Effusus es sicut aqua,ne adiicias.Ascendisti enim cubile pa
tris tui,& contaminasti stratum in ascensu.Est autem sensus hic.Tu es primogenitus meus,maior in liberis,& fe-
debas iuxta ordinem natiuitatis tuæ,& hæreditatem quæ primogenitis iure debebatur,sacerdotium scilicet & re-
gnum accipere,hoc quippe in portando onere & prævalido robore demonstratur. Verum quia peccasti, & quasi
aqua quæ vasculo non tenetur,voluptatis effusus es impetu,idcirco præcipio tibi,vt vltra non pecces,sisque in fra
trum numero,pœnam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti. ORIGENES. Incestus er-
go historia neminem latet,quomodo Ruben concubinam patris ferbuerit flamma libidinis, & paternum macu-
lauerit thorum. Sed quod in initiis laudis ei aliquid videtur ascribere, dicens, tu virtus mea, idcirco fit, vt gra-
uius notetur in crimine,qui cum virtus patris haberetur, & initium filiorum, nescit seruare reuerentiam patri.
B Quale est & illud quod dicitur per prophetam, Ego te plantaui vineam fructiferam, totam feracem, quomodo
conuersa es in amaritudine vitis alienæ? CHRYSOSTOMVS. Ruben (inquit) primogenitus fortitudo
mea,& principium filiorum meorum.Durus ad ferendum,durus & pertinax.Vide quanta sapientia iusti. Volens
enim accusationem magis intendi,prius dixit priuilegia ei à natura concessa, & dignitatem quam tenebat, quod
principium filiorum,& primogenituræ honore clarus sit,& postea voluntatis peccata illius quasi in ænea colum-
na inscribit,monstrans quod nihil proderint nobis ea quæ à natura insunt,nisi & voluntatis bona opera sequan-
tur,hæc enim sunt,quæ & laudem habent & vitium. Durus (inquit) ad ferendum,durus & peruicax. Naturæ (in-
quit) dignitatem tibi datam amisisti propria tua temeritate. Deinde & speciem peccati bene scriptam relinquit,
ita vt illum ita esse redargutum,& posteris magna sit eruditio,ne similia attentent.Contumelia affecisti, sicut a-
qua non efferuescas.Ascendisti enim (inquit) super lectum patris tui, tunc polluisti stratum, quod ascendisti. Si-
gnificat concubitum eius cum Bala.Vide quomodo per sapientiam à spiritu sancto sibi datam,prius dixit id quod Leuit.18.
C postea Moyses inter leges recensiturus erat,non licere cum eadem muliere patrem & filium rem habere.Et nunc
ob hoc ipsum filium corripit,& sic prohibet.Polluisti (inquit) stratum, & ascendisti super lectum patris tui. Rem
peruersam fecisti. Propter hoc quod ita me contumelia affecisti, sicut aqua non efferuescas. Inutilis (inquit) erit
ille conatus tuus,quod neque patrem reueritus,polluere eius lectum ausus fuisti.Vt igitur nunc in sequentibus ge
nerationibus talia nemo imitetur,reprehensionem spiritus sanctus ordinauit, vt literis commendaretur hæc ac-
cusatio,& omnes qui audiant,erudiantur,sciantque manifeste,quod nihil prosit dignitas naturæ concessa,nisi &
voluntatis accedant ornamenta. THEODORETVS. Verba Iacob ad filios, tam imprecationes aut bene-
dictiones,quàm prædictiones censenda sunt. Accusat ergo insolentiam atque audaciam Ruben,eique ob perpe-
tratum scelus paucitatem filiorum ac posterorum imprecatur, DIODORVS. Quærendum est autem, cur
Iacob patriarcha dicente aduersus Ruben, Non crescas,Tribus tamen Ruben creuerit,primæque ante alias Tri-
bus sors in terra promissionis obtigerit,sicque prædictio Iacob videtur falsa. An forte dicendum id euenisse, quia
D Moyses cum iam moriturus Israëlis Tribubus benediceret, Ruben benedicens ait, Viuat Ruben, & non moria-
tur? Iacob enim iure Ruben dixit,non crescas,quare? quia ascendisti cubile patris tui.Moyses vero Ruben bene-
dixit,quia pius erga fratrem suum Ioseph extiterat,dicens,Ne effundatis sanguinem eius.Et cum puerum Ioseph
in cisternam proiectum non inuenisset, scissis vestimentis suis clamabat, Puer non comparet, & ego quo ibo?
Itaque prædictionem Iacob similem Ionæ dicemus fuisse, Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. EVSEBI-
VS. Ne ebullias vt aqua,hoc est,ne extollaris, ne efferaris in multitudinem, velut aqua ebulliens, ac feruens.
Hanc autem imprecationem postea Moyses soluit. GENNADIVS. Sed & aliter.Quod dictum à Iacob ad
Ruben,vt aqua ne ebullias,idem est ac si diceret,Peccatum tuum quod in patrem perpetrasti,non sit tibi in frau-
dem,ita vt virtus tua genitiua frigescat,vt filios procreare non possis,quemadmodum aqua ab igne separata fri-
gescit,sed propter pietatem qua fratrem tuum Ioseph prosequutus es,Tribus ex te nascatur & multiplicetur.
E ALBINVS. Principium autem doloris sic vocat Ruben,quia talis est omnis primogenitus,eo quod prò eo pri vbi supra.
mum commouentur viscera parentum. RVPERTVS. Vel aliter,Duobus præmissis,Tu fortitudo mea, tu
principium doloris mei,duo subiuncta respondent.Vnde enim tu fortitudo mea? Ex eo videlicet,quia prior in
donis,maior in imperio.Vnde principium doloris mei? Ex eo quia effusus es sicut aqua, ascendendo cubile pa-
tris tui.Hoc enim principium doloris eius extitit,non quod in nullo antè doluerit,sed quia verus dolor de plaga
peccati primum in domo eius de isto accidit,deinde incremẽtum accepit de venditione filij. CAIETANVS.
Ruben primogenitus meus,tu fortitudo mea,& principium doloris mei.Iuxta Hebræum habetur, & principium
roboris mei.Conditiones Ruben primogeniti supputat.Quarum prima est,esse patri tanquam fortitudinem. Pri
mogeniti siquidem est sumere arma & pugnare pro patre, & propterea appellatur fortitudo patris. Relatiue au-
tem ad fratres,idem primogenitus est principium roboris paterni,quia ipse est dux aliorum,& à duce pendet ro-
bur totius exercitus.Prior in donis,maior imperio.Paraphrasis est hæc,non interpretatio.Obscuritas Hebraica im
F pulit interpretem ad hoc.Potius itaque iuxta Hebræum legendum est,Excellentia alta,& excellentia fortis. Cum
supputasset duas conditiones sui primogeniti penes fortitudinem,supputat duas alias penes excellentiam, dicen-
do,quod superioritas eius,non est superioritas ima,sed celsa,vt pote præstans tantæ multitudini, tot principibus
populi Israël,& quemadmodum non est humilis,sed celsa huiusmodi excellentia, quæ meliori vocabulo appella-
retur superbia,nisi vsus christianus intelligeret nomine superbiæ,vitium,ita non est debilis,sed fortis,vt pote ful
ta præsidio tanti populi.Effusus es sicut aqua.Iuxta Hebræum, Festinatio siue eruptio sicut aquæ. Quinta condi-
tio primogeniti ad actionem spectat, quod impetus eius est sicut impetus aquarum festinantium. Consentanea
est siquidem huiusmodi actio tot prærogatiuis antedictis,nam ex tali tantaque fortitudine atque superbia, impe-
tus debet emanare,cui nullus possit resistere, ad similitudinem impetus aquarum festinantium. In primogenito
enim descripsit Iacob robur populi sui, quod suapte natura futurum erat sub Ruben primogenito duce. Non
crescas,

Universidad de Desarrollo
Biblioteca

crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Iuxta Hebræum habetur dictio, non plus habebis. Aduersatiua est oratio, G
tollens à Ruben id pluris quod habebat quàm alij. Et est sensus, quod quanuis tibi primogenito meo deberentur
iure primogeniti hæc quinque quibus præstares reliquis fratribus tuis, non tamen habebis illa, non tamen præsta-
bis fratribus tuis. Et ratio redditur ex incestu patrato, cognoscendo vxorem paternam. Et maculasti stratum eius.
Iuxta Hebræum duæ sunt orationes. Tunc polluisti, Lectum meum ascendit. Prima oratio continuatur cum præ-
cedentibus, alloquendo ipsum Ruben ad manifestandum eidem crimen proprium quo polluit patrem, contra
prima præcepta iuris naturæ agens. Primum enim præceptum naturalis iuris erga alterum hominem, est hono-
rare parentes. Altera verò oratio dirigitur ad filios omnes congregatos. Perinde ac si dixisset, non miremini quod
priuo Ruben primogenitura, quia peccatum eius contra me meretur hoc, nam stratum meum ascendit. AV-
CTOR CATENAE. Et principium doloris mei. Hebraicè est רֵאשִׁית אוֹנִי Veresith oni, Et principium do
loris mei, vel fortitudinis aut roboris mei. אוֹן On enim vtrunque significat, & dicunt Hebræi significare hoc in
loco fortitudinem. Quem sensum approbat & Chaldaica, habens, Tu robur meum, & principium fortitudinis H
meæ. Est enim primogenitus indicium roboris & principium fortitudinis patris. Deinde quod sequitur, Prior in
donis, maior in imperio, in Hebræo est יֶתֶר שְׂאֵת וְיֶתֶר עֹז Iéther seeth veiéther az, Excellentia dignitatis vel am-
plitudinis, aut sublimitatis, & excellentia fortitudinis vel imperij. עֹז Az enim vtrunque significat, fortitudinem
scilicet & imperium. Et hic sensus non valde distat à litera nostra, prosequitur enim Iacob filium commendare
ex huiusmodi prærogatiuis. Alij, Excessus portandi, & excessus roboris, verterunt. Quæ verba obscurissima sunt,
& ad varia torqueri possunt, sicut & verba prophetarum. At Chaldaica claritatis mater, mirum in modum dilu-
cida reddit verba hæc, inquiens, Tu accepturus eras partes tres, primogenituram scilicet & sacerdotium & re-
gnum. Quasi explicet quo modo erat futurus prior in donis, & maior in imperio, siue excellens sublimitate, &
excellens fortitudine, si non peccasset. Quod verò dicitur, Effusus es sicut aqua, Hebraicè legitur פַּזְתָּ כַּמַּיִם Pá-
haz camáim, Festinatio (scilicet tua) sicut aqua, id est, velut aqua festinat in præceps, sic tu egisti temere & festi-
nanter. Forte & Septuaginta hunc intellectum sequuti sunt, dum vertunt, ἐξύβρισας, ὡσ ὕδωρ, Iniuriam fecisti I
sicut aqua, impetum atque æstum libidinis quo insaniuit Ruben cum patris cubile ascendit, furori aquarum
comparare volentes, quod non abest à vero. Potest etiam ita legi, ἐξύβρισας, ὃς ὕδωρ καὶ ἐκζήτησε, Vt dicatur, Lasci-
uisti, sicut aqua non efferueas. Alij, Leuis vt aqua, verterunt. Quasi dicat, Fuisti tam mobilis ex mala illa tua in-
clinatione, quasi aqua leuis quæ se continere non valet, & ideo non venies ad dignitatem regiam, & cætera. Po-
test etiam reddi vt est in nostra litera, Effusus es sicut aqua, hoc est, euanuisti, in nihilum redactus es propter sce-
lus tuum, quod & Chaldaica probat, legens, Sed quia sequutus es voluntatem tuam sicut aqua effusa. Quod e-
tiam sequitur, Non crescas, ibi est אַל תּוֹתַר Al tothar. Est autem Iathar verbum, quod excellere, vel excel-
lentem esse denotat. Vnde vertitur, Non excelles, id est, non habebis excellentiam quæ tibi debebatur vt pri-
mogenito super fratres tuos. Alij, Non superexaltaberis, dixerunt, sed idem est, & etiam cum eo quod Latina
litera habet, Non crescas. Chaldaica clarius, Non proficies, neque accipies portionem super excrescentem.
Demum quod legitur, Et maculasti stratum eius, Hebraicè est אָז חִלַּלְתָּ יְצוּעִי עָלָה Az hillálta iezui ala. Tunc K
violasti, stratum meum maculatum, seu profanatum est, Vel, Tunc polluisti, stratus meus excisus fuit, Aut,
Tunc vituperasti, stratum meum ascendit, Quasi hæc postrema verba diceret Iacob ad alios fratres Ruben,
suggillans eum. Capiunt hic nonnulli verbum עָלָה ala, pro recedere, & dicunt, Ab illo die quo hunc pol-
luisti, stratum meum esse desiit: Ac si dicat, postquam tu cum Bala concubuisti, ego nunquam cum illa dor-
miui. Chaldaica, Tunc fili mi violasti, quando ascendisti stratum meum, Et tunc litera est valde plana. Di-
cat igitur sanctus senex filio suo, Tu quidem Ruben primogenitus meus es, naturali iure priuilegiatus, maxi-
mus fratrum & primus, regnum & sacerdotium tuum erat, Septuagenarius te generaui, & robur naturæ meæ
tunc primum innotuit. Et tu pari modo robur meum esse debebas, sed dolor fuisti, imò initium doloris, vnde
gaudendum erat, inde dolorum mihi multiplex causa prodiit. Sicut donatione maior, ita cunctis fratribus su-
perior & præcipuus esse debueras, nullusque tibi ex eis æqualis existere. Talis (inquam) natus fueras, sed assi- L
milatus es aquæ cum impetu erumpenti, & sine iudicio temere defluxisti, quo libidinis impetus & vilitas te
præcipitauit, contra naturam ac honestatem, probro afficiendo me & familiam meam. Non prior eris, non
præcipuus, non primas fratrum tenebis, quia vxorem patris tui nepharie polluisti. Verecunde non coitum di-
xit, nec compressionem, sed cubile & stratum contra publicam honestatem, quæ tunc etiam ante legem datam
seruabatur. Iure igitur ius tibi primogenituræ adimitur, Iudæis tradendum, sacerdotium verò leuitis. Duplex au-
tem portio, Ioseph filiis in Aegypto genitis.

Mystice. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Nonne redargui magis quàm benedici videtur Ruben? Et ideo prophetia magis quàm benedictio est. Prophetia enim annunciatio futurorum est, benedictio autem sanctificationis & gratiarum votiua collatio. Et Iudæi putabant, quia hæc se-
nex ad filium Ruben dicat, quia cum Bala concubina patris concubuit, & thorum patrium polluit, sed facile
refelluntur. Hoc enim erat ante gestum. Iacob autem quæ ventura essent in nouissimis diebus, non ea quæ M
gesta erant, spondet se esse dicturum. Ergo patriarchæ sibi congruit & constat sententia, qui videns perse-
quentibus Iudæis futuram domini passionem, execratur immanem primogenitæ plebis audaciam, quæ incre-
dula, nec dei legi subdita, & iugum Christi dura nescians portare ceruice, auctorem vitæ non solum scelere
necis, sed etiam sacrilegæ insultationis affecit iniuria. Non efferueas (inquit) sicut aqua, ne in maiorem pro-
rumpat amentiam, & feruor furoris atque insaniæ, non sinat resipiscere peccatores, sed agant pœnitentiam
peccatorum, quoniam durus ascendit populus cubile patris, & thorum polluit sanctum, hoc est, carnem do-
mini Iesu conditoris nostri, patibulo affigens crucis, in qua velut in quodam cubili & patrio thoro, sancti e-
ius salutari refectione requiescunt. Quis igitur abnuat de populo dictum, cum populo hæc vniuersa conueni-
ant? Ipse enim dictus est primogenitus Israël, ipse duræ esse ceruicis. De ipso dixit Moyses, Vos autem popu-
Exod. 32 & 33. lus duræ ceruicis estis. Et reuera quis tam durus & temerarius & contumeliosus, quàm populus Iudæorum,

qui

A qui dominum Iesum per quem viderant mortuos suscitatos, cæcos illuminatos, flagellis verberauerunt, clauis
confixerunt, cum diuina eius opera negare non possent? HIPPOLYTVS EPISCOPVS VRBIS
ROMAE. Primus populus ex circuncisione fortitudo mea, & principium filiorum meorum, quemadmodum
promisit deus Abraham & semini eius. Durus ad ferendum, quia populus Israël duræ ceruicis fuit ad obtempe-
randum deo, & ad inferendum violentas manus in dominum seruatorem. Iniuriam fecisti, quia iniuriam filio
inferendo, patrem quoque deum iniuria affecit. Ne ebullias. Hoc ad consolationem Ruben dictum est, hoc est,
non sicut aqua ebulliens omnino effundaris, & effusus intereas. Qui ascendisti cubile patris tui. Quia Iudaicus
populus in nouissimis temporibus cubili patris insidiabitur, hoc est, sponsæ ecclesiæ, vt eam corrumpat, quod in
hodiernum vsque diem facit. CYRILLVS. Vel ne ebullias, hoc est, ne efferaris & crescas in multitudi-
nem, qui enim ex genere Israël sunt, si cum gentilibus qui fidem Christi amplexati sunt conferantur, paucissi-
mi, & qui facile numerari possint, inuenientur. EVCHERIVS ET ISIDORVS. Ruben ergo prio-
B ris populi Iudæorum ostendit personam, cui à domino per Prophetam dicitur, Israël primogenitus meus. Ete-
nim iuxta quod primogenitis debebatur, ipsius erat accipere sacerdotium & regnum. Additur, tu virtus mea,
quoniam ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus dei, qui est Christus, aduenit. Quomodo autem ipse
sit principium dolorum, nisi dum patri deo semper irrogat iniurias, conuertens ad eum dorsum non faciem. Iste
prior in donis, quia primum ipsi credita sunt eloquia dei, & legislatio, & testamentum siue promissio. Maior in
imperio, vtique pro magnitudine virium, quia copiosius cæteris idem populus regnauit. Effusus est autem sicut
aqua, peccando in Christo quasi aqua quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus est impetu, & idcirco addit,
Vltra non crescas, quia postquam dispersus est in vniuersum orbem, valde imminutus atque abbreuiatus est. Sed
quare talia meruit, subiicit, quia ascendisti cubile patris tui, prædicit passionem domini, & primogenitæ plebis
audaciam, quando corpus dominicum in quo plenitudo diuinitatis requiescebat, raptum in cruce suspendit, &
ferro commaculauit. Et stratum eius maculasti, dicendo Samaritanum, dæmonium habere, edacem, vini pota-
C torem, meretricum & publicanorum amicum. RVPERTVS. Verum & hunc Ruben similis est quicunque
thorum dei patris, id est, plebis eius regnum adulterino introitu ascendit, scilicet non audientium salutem siue
profectum, sed gloriæ suæ quærendo voluptatem, quemadmodum iste ascendendo patris sui cubile, non exinde
generare sobolem, sed proprij corporis quæsiuit explere libidinem. Sic & ante Christi aduentum Pharisæi, Sad-
ducæi, Samaritæ, cæteriq; temporis illius hæretici, vel hæreseum auctores, thorum dei patris, id est, sanctæ legis
scripturam, violenter ascendentes, plebem eius iniquo semine corruperunt, & post Christi aduentum Che-
rinthus, Marcion, atque Hebion, cæteriq; hæresiarchæ thorum eiusdem Christi, id est, doctrinam euangelij,
non vocati, ascendentes suis quiq; locis, vel temporibus, plebem eius peruersa doctrina commaculauerunt. Vn-
de sciendum, quod non libera, sed ancilla, non vxor legitima fuit quam adulterauit Ruben, & dicta est Bala,
quod interpretatur inueterata. Denique & quæcunque plebs siue quæcunque anima libera, vel Christi vxor est le-
gitima, vero amore Christum diligens, adulterium non recipit, incestum non admittit, quæ autem ancilla est,
D non habens spiritum domini in quo est libertas, quæ inueterata est, & ambulat in vetustate peccati, cito adulte-
ro succumbit, facile hæretico consentit. Talium iniquo cœtui spiritus dicit, Tu primogenitus meus, tu fortitu-
do mea, grauissima ironia pro arrogantia vel præsumptione eius dici recte intelligitur, quia sic illi videtur, sic
prædicat, sic de se arbitratur. Dicit enim, Quod ego do, sanctum est, quod ego baptizo, quod ego consecro, ple-
num atque perfectum est, apud me solum veritatis fortitudo est. Quod autem ex repugnanti additur, & princi-
pium doloris mei, vera patris conquestio est, quia reuera sub lingua eius labor & dolor, quia concepit dolorem
& peperit iniquitatem. Cur enim pater tales non vocet principes doloris siue laboris sui? Etenim per prophetam
illis dicit, Si affliget homo deum, quia vos configitis me? & dixistis, in quo confiximus te? In decimis & in pri- Malach.3.
mitiuis, in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Item laborare fecistis dominum in sermo- Malach.2.
nibus vestris. Et dixistis, in quo fecimus eum laborare? & cætera. Et hic ergo tanquam dicat patri adulter hæreti-
cus, In quo ego principium doloris tui? Effusus es (inquit) sicut aqua, videlicet per oris tui incontinentiam. In- Hier.2.
E continenter enim & sine discretione fluunt hæretici verbis aquaticis. Sunt enim cisternæ veteres, quæ non va-
lent continere aquas. ORIGENES. Sed & moralis nobis in hoc ita tractabitur locus. Ruben interpretatus
est à maioribus, filius qui videtur, hoc est, visibilis & carnalis, ipse credo de quo dicit Apostolus, Primus homo
de terra terrenus. Et alibi, si enim is qui videtur noster homo corrumpitur, sed qui intra est renouatur, hunc eun-
dem qui videtur exteriorem hominem appellans. Et iterum dicit, Quia non primo quod spiritale est, sed quod
animale. Primo ergo omnis homo in hoc mundo carnaliter viuit, & secundum carnem mouetur. Et prius est
carnalis motus in concupiscentia libidinis, qui cum primæ iuuentutis tempus obsederit, durum & temerarium,
simul & lasciuum iuuenem reddit, ascendentem etiam super cubile patris, & polluentem thorum paternum, id
est, etiam præcepta & monita naturalis legis, quæ in nobis est, & nunc patrius thorus dicitur, præuaricantem.
Est enim intra nos lex quædã naturalis, quæ arguit vnumquemq; peccantem, & malum ei esse suggerit quod de-
F linquit. Cubile ergo legis huius temerat, ac sedem secreti eius maculat, qui præceps & infrenis fertur ad vitia.
BERNARDVS IN SERMONIBVS. Rubea etiam & sanguinea carnalis concupiscentia est, quæ tunc Ser. de trip. gen. cog.
cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingre-
ditur, & polluit praua delectatione. Bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipso
nimirum initio vitæ nostræ in nobis pullulat, cum cætera vitia processu temporis ex malitia mundi huius, va-
riisq; occasionibus contrahantur. Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus appetitum, vt quàm
cito cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur, sed sub nobis sit, quemadmodum dicit scri- Gene.4.
ptura, Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

3 *Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non ueniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.* G

3 CHRYSOSTOMVS. Quia satis traduxerat nefarium opus Ruben, venit ad Simeonem & Leui, & ait. *Simeon & Leui fratres,* & cætera. HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta, Simeon & Leui fratres, consummauerunt iniquitatem adinuentionis suæ, in consilium eorum non veniat anima mea, & in congregatione eorum non æmuletur iecur meum, quia in furore suo interfecerunt homines, & in desiderio suo subneruauerunt taurum. Necessitate compellimur iuxta propositum operis longius ea repetere, quæ ab Hebræa veritate discordant. Legitur enim ibi, Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis arma eorum. In arcanum eorum ne intret anima mea, & in conuentu eorum ne dissoluatur gloria mea, quia in furore suo interfecerunt virum, & in libidine sua suffoderunt murum. Significat autem non sui consilij fuisse, quod Sichem & Emor fœderatos viros interfecerint, contraque ius pacis & amicitiarum, sanguinem fuderint innocentem, & quasi quodam furore, sic crudelitate rapti, muros hospitæ urbis euerterint. Vnde sequitur & dicit, Maledictus furor eorum, quia procax, & ira eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Leui enim hæreditatem propriam non accepit, sed in omnibus sceptris paucas vrbes ad habitandum habuit. De Simeon vero in libro Iesu scriptum est, quod & ipse proprium funiculum non fuerit consequutus, sed de tribu Iuda quiddam acceperit. In Paralipomenis autem manifestius scribitur, quod cum multiplicatus fuisset, & non haberet possessionis locum, exierit in desertum. CHRYSOSTOMVS. Compleuerunt (inquit) iniustitiam ex voluntate sua, contentio sua, quam propter sororem suam declararunt, eos impulit. Deinde declarans quod se ignaro rem fecerint, dicit, In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non firmentur iecora mea. Absit (inquit) vt communicem eorum sententiæ, & obsequar eis in his quæ iniuste egerunt. Quia in furore suo occiderunt homines. Irrationabilis (inquit) fuit eorum indignatio. Nam licet peccarat Sichem, attamen non oportebat tantam stragem facere, & omnes perdere. Et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum. Filium Emor hic significat. Nam quia in florenti ætate erat, taurum eum nominauit. Deinde vt dixit quæ fecerant, etiam maledictionem apponit, & dicit, Maledictus furor & impostura eorum, quia pertinax, & ira eorum, quia obdurata est, dolum significat quo illos circunuenerunt. Pertinax dicitur furor eorum, temerarius, impetuosus, ratione carens. Et ira eorum, quia obdurata est. Quando enim Sichimitæ putauerunt eos sibi valde amicos, tunc graui ira & bello eos oppresserunt. Et dicto eorum peccato, dicit & supplicium quod luituri erant. Partiar eos in Iacob, & disseminabo eos in Israël. Vbique (inquit) dispersi erunt, vt istuc ipsum manifestum fiat, quod propter facinus commissum, hoc illi passi fuerint. APOLLINARIVS. Iacob quidem Simeoni ac Leui diras atque execrationes imposuit, Moyses verò propter sacerdotij dignitatem, Leui à maledicto absoluit, Simeonem silentio prætериens, ac deo iudicandum relinquens. APOLLINARIVS ALTER. Moyses maledictionem Iacob in Leui, in benedictionem reuocauit, propter zelum tribus Leuiticæ erga deum. Simeonem verò à maledictione non absoluit, ideoque tribus Simeon exigua numero fuit. CAIETANVS. Simeon & Leui fratres. Simul istorum duorum causa agitur, propter eorum vnanimitatem ad malum, propter quod & appellantur fratres, non tam carne, quàm consilio & animo. Vasa iniquitatis bellantia. Iuxta Hebræum habetur, Vasa iniquitatis, arma eorum. Quanuis legi possit habitationes eorum. Hebræo more vasis nomine intelligitur omne instrumentum. Et est planus sensus, quod arma eorum sunt eis instrumenta ad faciendum iniuriam. In consilium eorum ne veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea. Iuxta Hebræum pulchrius habetur, In secretum eorum non veni anima mea, in cœtu eorum non i solus honor meus. Duo crimina leguntur patrata à Simeone & Leui. Alterum aduersus Sichimitas, & ratione huius dicitur, in secretum eorum non veni anima mea. Apostrophando ad propriam vitam Iacob, declarat crimen filiorum, videlicet quod in occultum dolum machinantium aduersus Sichimitas incidit vita Sichimitarum, vt clare superius patet capite trigesimoquarto. Alterum aduersus Ioseph. Et quanuis non sit aperte scriptum quod Simeon & Leui fuerint capita aduersus Ioseph, coniectura tamen eius rei habetur ex eo quod fratribus Ioseph in Aegypto angustatis à Ioseph tanquam exploratoribus, & existimantibus ac dicentibus quod propter iniuriam illatam Ioseph hoc paterentur, reliquerunt Simeonem tanquam obsidem in vinculis. Hinc enim coniicitur quod Simeon fuerit caput iniuriæ aduersus Ioseph. Et quia huiusmodi iniuria ex inuidia honoris & gloriæ Ioseph processerat, & ipsi capita cœtus fuerant (Nam Ruben primogenitus contradixit, & Simeon & Leui maiores cæteris erant) ideo Iacob apostrophando ad honorem proprium, manifestat huiusmodi crimen eorum, dicens, In cœtum eorum ô honor meus non i solus, quemadmodum solus iuit honor Ioseph in cœtum eorum. Et appellatur cœtus eorum, quia ipsi dixerant, ecce somniator venit, venite occidamus eum. Quia in furore suo occiderunt virum. Ad primum crimen hoc spectat, & Hebræo more multitudinem virorum appellat virum. Occiderunt enim omnes viros Sichem. Et in voluntate sua suffoderunt murum. Iuxta Hebræum habetur, & in voluntate sua euulserunt bouem. Ad alterum crimen hoc respicit. Et sub bouis metaphora Ioseph significat, tanquam inter animalia magna vtilissimum omnium. Ipsum enim è domo & terra sua euulserant, vendẽdo Ismaëlitis euntibus in Aegyptum. Maledictus furor eorum, quia pertinax. Iuxta Hebræum habetur, Quia fortis. Primi criminis maliciam detestatur, quia fortis fuit ad exequendum tantum malum, & indignatio eorum, quia dura. Siue iram siue indignationem legas, in idem redit. Duricia enim Simeonis & Leui increpatur, quod Ruben suadente nolite peccare in puerum, non acquieuit indignatus animus eorum aduersus innocentem fratrem. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Pœna hæc quo ad tribum Leui adimpleta manifeste est. Quo ad tribum vero Simeonis non tam perspicua est, quoniam nusquam legitur sparsa inter

A inter alias tribus, sed tantummodo quod sortem non habuit in distributione terræ promissionis, sed in sortem Iudæ recepta est. Aiunt tamen Hebræi verificari hanc prophetiam Iacob, eo quod omnes fere pædagogi, & simiter omnes scriptores in singulis tribubus, erant de tribu Simeonis. AVCTOR CATENAE. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. Pro vasa iniquitatis bellantia, in Hebræo est כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. Pro vasa iniquitatis bellantia, in Hebræo est כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם Chele hamas mecherothehem. Pro quo sciendum, dictionem Mechera, secundum Hebræos habitationem significare. Potest etiam denotare arma vel gladium. Nam in lingua Græca Machæra, idem est quod gladius. Lingua autem Hebraica (Hieronymo viro doctissimo teste) est matrix omnium linguarum. Sic igitur diuersimode redditus est is locus. Dixerunt enim aliqui, Vasa seu arma (vtrunque enim significat chele) iniquitatis seu violentiæ, vel malefacti habitatio, vel habitationes eorum. Quod exponens Chaldaicus interpres, ita transtulit, scilicet, Simeon & Leui fratres, viri fortissimi in terra peregrinationis suæ fecerunt fortitudinem. Alij, Vasa iniquitatis, machæræ seu gladij eorum. Et tunc hic erit sensus, quod arma eorum, sunt violenta & iniqua. Et ita appellari propter cædem Sichimorum clarum est omnibus. Nonnulli, Vasa iniu- B riæ cognatio eorum, Quasi dicat, Indoles eorum est ad inferendas iniurias ac violentias aliis. Septuaginta penitus diuersum habent, συντέλεσαν ἀδικίαν ἐξαιρέσεως αὐτῶν, Consummauerunt iniquitatem propositi sui. Forte ad finem gestorum per eos aspexerunt tantum. Quod verò sequitur, In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, Pro, in consilium, Hebraicè est בְּסֹדָם Besodam, quod tam in consilium, quàm in arcanum, siue secretum reddi potest. Et pro, Non sit gloria mea, in Hebræo est אַל תֵּחַד כְּבֹדִי Al tehad cebodi, Non vniatur (id est non conueniat) gloria mea. Est enim verbum Iahad, quod vnire, & vnicum facere significat. Sic & Chaldaica, In secreto eorum non fuit anima mea, & in congregatione eorum non conueniat gloria mea. Verum quia dictio chabed, significat etiam iecur, dixerunt hic Septuaginta, καὶ ἐπὶ τῇ συσσάρκῳ αὐτῶν μὴ ἐχείσω τὰ ἥπατά μου, Et in cœtu illorum non contendant iecora mea. Et idem est sensus. Deinde quod subditur, Et in voluntate sua suffoderunt murum, Pro quo in Hebræo C est עִקְּרוּ שׁוֹר ikeru sor, Et suffoderunt murum, prout habet & Chaldaica, Et in voluntate suffoderunt murum inimicorum. Etiam subneruauerunt bouem seu taurum, verti potest. Sor enim, & murum & taurum, & verbum akar, suffodere & eneruare significant. Sic & Septuaginta, καὶ ἐν τῇ ἐπιδυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον, Et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum. Quod duplici modo intelligitur, aut de vltione adolescentis Sichem qui vitiauit Dinam sororem eorum, & destructione oppidi Emor, vel de ipso Ioseph quem interficere statuerunt, & postea vendiderunt. Vt idem ipse, vir dicatur à virtute, & bos siue taurus propter pulchritudinem, iuxta illud, Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. Dicat igitur de his duobus filiis Deut.33. sanctus patriarcha, Filij mei Simeon & Leui, violenti sunt & iniqui, quia contra fœdus & initam amicitiam prostrauerunt Sichimitas. Contra Ioseph quoque ipsi duo præ aliis fratribus machinati sunt occisionem (Ruben enim voluit eripuisse, Iudas allegauit carnalem fraternitatem, occisionem ferre non poterat, Filij Balæ & Zelphæ ex familiaritate minus indignabantur, æque spreti ab aliis. Restat ergo hos duos præ aliis vasa dici D violentiæ iuxta familias suas,) Ipsi igitur instrumenta sunt iniquitatem continentia, sicut vas liquorem, ad faciendum & gerendum bellum etiam iniustum. Mens ergo mea (inquit) ab eorum secreto abhorret consilio, quo huiusmodi facinora pertractauerunt, nunquam glorier de eorum sententia, sicut ipsi impie gloriati sunt, iuxta illud, Qui gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Non periclitetur fama mea ex eorum consortio, ne vnquam cum illis cuiquam videar violentus. Quantum enim in eis fuit, Ioseph occiderunt, Sichimitas autem interfecerunt, & vrbem eorum diruerunt. Maledictus furor eorum, quia fortis odio, nimium nanque excesserunt exarseruntque inuidia. Et indignatio eorum, quia dura in bonorum hominum necem, eximiam enim perniciem machinati sunt. Propter ergo hæc omnia, Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël, quoniam proprias possessiones non habebunt, sed per alias spargentur. Leuitæ in tota, Simeon partim in tribu Iuda. Iudæi etiam dicunt, non esse pauperem scribam vel pedagogum, nisi de tribu Simeon.

E HIERONYMVS. Quidam propheticè interfectos homines, Apostolos, & subneruatum taurum à pharisæis, Christum interpetrantur. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Quam interpetrationem pulcherrimam deriuant Iudæi vt arbitrantur, quia propterea arguat filios Iacob, quia propter stuprum sororis, Sichimas isti duo præ cæteris fratribus vltum ire cupientes, simulauerunt cum ipsis inire velle se gratiam, & ideo oportere circuncidi eos suaserunt illis, vt religione concordi pax inter eos, & recipiendæ affinitatis societas formaretur, sed circuncisos adorti, recentibus adhuc vulneribus & inualidis viribus, quas dolor soluerat fractas, die superuenientes tertio necauerunt. Ideo & fortassis isti duo vltores præ cæteris, quia scribarum & sacerdotum auctores sunt. Nulli enim magis quàm sapientes & sacerdotes debent castimoniam vindicare. Sed in hoc quoque errant Iudæi. Isti enim causas doloris sui præstiterunt patri, asserentes se in illa licet ætate iuuenili, vindices læsæ fuisse pietatis, & violatæ castitatis F vltores. Quod vtique sanctus condemnare non poterat, quia non passi sunt inultam sororem suam loco meretricis esse, quæ & virginitatem amiserat, & vindictæ solatium non habebat, maxime cum ipse sic factum probauerit, vt Sichimam posset in morte, donarétque eam filio suo dilectissimo Ioseph, dicens ad eum, Do tibi Sichimam præcipuam super omnes fratres tuos, quam accepi de manibus Amorræorum in machæra mea & arcu. Quod factum negari non potest. At nos verius prædici putamus, Quod scribis & pontificibus auctoribus, & principe sacerdotum Caipha pariter sæuiente, in dominum nostrum commissum euangelij scriptum declarauit. Et ideo sanctus propheta hoc in loco refugit tanti sceleris participatum, ne per successionem generis, auderent tanti patriarchæ sibi arrogare consortium. Contestatur itaque iustus, & abdicat posteritatem, quæ patrium non seruaret affectum, & quia præuidit flagitium, perhorrescit consilij cõtagium. Tribus igitur sunt quæ designantur nominibus patriarcharum, quia de tribu Simeon scribæ sunt, de tribu Leui principes sacerdotum, qui perfecerunt nequitiam suam in domini passione, mensuram omnem paternæ impietatis implentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipsi consilium cogitauerunt aduersus dominum Iesum vt occiderent eum, sicut Esaias dicit, Væ animæ ipsorum, quia cogitauerunt consilium malum aduersum se, dicentes, Alligemus iustum, quia inutilis est nobis. G
Esaiæ.3. Ipsi occiderunt prophetas & apostolos, annunciantes domini Saluatoris aduentum, passionis & resurrectionis gloriam prædicantes. Ipsi postea in sua cupiditate terrena flagitia desiderabant, diuina consortia refugientes, corporis castimoniam, sobrietatem mentis, contemptum pecuniæ, lucrum gratiæ. Subneruauerunt autem taurum, illum videlicet cornua producentem & vngulas, quem vident pauperes & lætantur, quoniam verbum dei exaltauit cornu populi sui, quo & inimicos repulit, & præmium coronæ cœlestis emeruit. Hic est taurus, quo ecclesia figuratur in luna, tunc plenior cum velut cornibus nexa taurinis, spatium totius orbis includit. Tamen prophetiæ huic videtur etiam gratiam benedictionis adiungere. Nam & ad primogenitum Ruben dicendo, Non efferueas vt aqua, peccatum statuit, quia aqua mundare magis delicta, mentésque nostras ab omni solet vitiorum feruore reuocare. Et iterum dicendo ad Simeon & Leui, Diuidam vos in Iacob, & dispergam in Israël, Ostendit gentium congregatione redimendos. Percusso enim pastore, grex ille dispersus est, H
qui fuerat antè collectus, vt qui non erat, introiret, & sic omnis Israël saluus fieret. Et maxime propter tribum Leui debemus hoc credere, quia ex ea tribu dominus Iesus videtur secundum corporis susceptionem genus ducere. Ex qua tribu sunt sacerdotes, Leui & Nathan, quos sanctus Lucas in euangelij libro quem ipse scripsit,
Psal.109. inter maiores domini computauit. Sacerdos enim patris, & princeps omnium sacerdotum, sicut scriptum
Deut.33. est, Tu es sacerdos in æternum, sacerdotalis originis successionem debuit vendicare. Vnde & Moyses benedixit hanc tribum, dicens, Date Leui sortem suffragij eius, & veritatem eius viro sancto. Benedixit etiam Moyses tribum Ruben, sicut habes scriptum, Viuat Ruben, & non moriatur, & sit multus in numero. Neque enim benedixisset, si secundum patriarchæ sententiam benedictione scisset indignos. Certe quod strictim ille præteriit, iste compleuit. CYRILLVS. Ex Simeon ergo scribæ, è Leui sacerdotes originem ducunt, qui communi sententia Christum interfecerunt. GRAECVS. Quia in furore suo interfecerunt homines, & in desiderio suo subneruauerunt taurum. Iudæi enim eos qui in Christum credebant, morti tradiderunt. I
Taurum vero animal robustum, purum, sacrificiis accommodatissimum, hoc est, Christum dominum virtutum, qui peccatum non fecit, qui seipsum hostiam deo obtulit, non occiderunt, quia à morte Christus detineri non potuit, sed tantummodo eum in cruce subneruauerunt, quia sacratissima eius ossa ac neruos transfoderunt. ORIGENES. Spiritalis ergo de his explanatio, talis etiam mihi posse videtur aptari, quod Simeon & Leui scribarum & pharisæorum Iudaici populi possint ferre personam, de quibus dictum est, Quia consilium fecerunt scribæ & Pharisæi vt Iesum dolo tenerent. De quo consilio dicit sanctus qui mente deum videbat, In consilium eorum non introeat anima mea. Falsis testibus adhibitis condemnabant Iesum. Non (inquit) in consilio eorum innitantur viscera mea. Non tibi hoc videtur dicere, mundus ego sum à sanguine iusti huius, mundus ego sum à sententia quam decernitis aduersus innocentem? Quia in ira sua (inquit) occiderunt homines, & in cupiditate sua subneruauerunt taurum. Requiro quos homines occiderunt, cum certum sit ante passionem domini neminem credentium esse punitum, ni forte quis ipsis ascribat etiam sanguinem prophe- K
tarum, quia vt dicit dominus, A sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, omnis qui effusus est sanguis iustorum, ab ista generatione requiritur. Sed videamus ne forte & illos homines occiderint, quos persuaserunt clamare, Sanguis illius super nos, & super filios nostros. Et in cupiditate sua subneruauerunt taurum. Taurum appellari filium dei legimus in scripturarum figuris, nimirum in euangelio vbi scriptum est ex persona filij senioris, dicentis ad patrem, Ego semper tecum fui, & mandatum tuum nunquam præteriui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer. Cum autem venit filius tuus hic iunior, qui dilapidauit omnem substantiam suam, occidisti ei vitulum saginatum. Istum ergo taurum siue vitulum, consilio suo scribæ & pharisæi subneruasse dicuntur, quorum maledictus furor, quia temerarius est, & ira illorum, quia indurata est. Diuidam illos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Videndum est ne forte diuisio ista quæ hic commemoratur, talis sit, qualis & illa de qua in euangelio dicitur, quia cum venerit dominus serui illius, diuidet eum, partémque illius cum infidelibus ponet. Vel certe vt audiui quendam ex sanctis patribus differentem, quia L
diuisio simul & dispersio nominatur, pro eo quod nonnulli ex ipsis domino crediderunt, & alij in infidelitate permanserunt, diuisi dicantur hi qui ab eis separantur, & veniunt ad fidem, & dispersi hi, quorum patria templumque subuersum est, & totum per orbem terræ incredulum dispergitur genus. EVCHERIVS ET ISIDORVS. Nouissimis igitur temporibus Iudæi occiderunt virum, id est, Christum, de quo dicitur, Ecce vir, Oriens nomen eius. Et iterum, Fœmina circundabit virum. Suffoderunt etiam murum, id est, spiritalem illum fortissimum murum, & propugnaculum quod custodit Israël, templumque corporis eius, quod quadraginta sex diebus ædificatum est in vtero virginis, clauis & lancea confoderunt. Maledictus furor eorum, quia pertinax, cum furore accensi, ad tantum scelus properauerunt, vt Christum Pilato offerrent, dicentes, Crucifige crucifige eum. Et indignatio eorum, quia dura, dum Barabam latronem peterent, & principem vitæ crucifigendum postularent, ac instantibus vocibus succlamarent, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. RVPERTVS. Hoc in vltionem furoris eorum M
& indignationis duræ sic dixit. Iacob nanque vel Israël ipsi esse desierunt, & gentes per fidem hoc nomen hæreditauerunt. Cur autem nolit eos occidere, sed diuidere ac dispergere, Psalmista in persona eius edicit, vbi præ-
Psal.58. missio, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, continuo subiungit, Nequando obliuiscătur populi mei. Et ait, Disperge eos in virtute tua. ORIGENES. Videtur autem & per tres istos filios, tripartitus iste motus totius animæ designari. In quibus Ruben seruat primam notam sanguinis cum macula effusi. Secundam iræ vel furoris speciem tenet Simeon, qui & ipse ex furoris eius demonstratur opprobrio. Tertiam formam motus irrationalis tenet Leui, quippe cui etiam legem seruare permissum est. Has ergo tres species videtur mihi omnis prope anima quæ in hunc mundum venit, primis motibus culpabiliter agere, vsquequo peccatorum vitiis prægrauatâ,

A prægrauata, & malorum societate fessa, ad locum possit pœnitentiæ peruenire.

IVda te laudabunt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris 4
tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem O fili mi asinam suam. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores.

Iuda te laudabunt fratres tui. HIERONYMVS DE QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Quia 4
B Iuda confessio siue laus interpretatur, consequenter scribitur, Iuda tibi confitebuntur fratres tui, vel te laudabunt fratres tui. THEODORETVS. Iudam hoc loco tribum Iuda intelligi datur. Regia enim hæc tribus fuit. Primum quidem ob Dauid regem, tum ob eos qui è Dauide orti sunt, tum etiam quia omnium tribuum potentissima & numerosissima fuit. Nam & cum Dauid recenseri populum iussisset, & cum in deserto à Moyse tribus numeratæ essent, tribus Iuda cæteris numerosior fuit. GENNADIVS. Vel te laudabunt fratres tui, hoc est, cognatorum & alienigenarum principatum obtinebis, erisque apud omnes in honore ac laude. GRAECVS. Primus ergo omnium fratrum Iudas benedictionem accepit, per quod insinuatur, primogenituram ad illum pertinere. CAIETANVS. Alludit igitur Iacob ad nomen Iudæ, sonat enim confessionem laudis. Ac si apertius dixisset, merito tu diceris Iuda, merito à laude nomen habes, quia laudabunt te fratres tui. Et hoc pluries fuit adimpletum, nam & in exitu Israël de Aegypto fuit Iuda sanctificatio eius, & post mortem Iosue.
C Iuda ascendit ante fratres suos. AVCTOR CATENAE. Iuda te laudabunt fratres tui. Deficit pronomen tu, Est enim in Hebræo יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ Iehuda ata iodúcha achécha, Iuda tu, laudabunt te, seu confitebuntur tibi fratres tui. Vtrunque enim lada verbum significat, & idem est hoc in loco, hoc est, celebrabunt te, tanquam qui regia dignus es corona. Septuaginta vt in nostra æditione. At Chaldaica plura habet verba, videlicet, Iuda laudabo te, & non es confusus, te laudabunt fratres tui. Iudas ergo (inquit) es tu, præstantior laude, gratia & gloria, multitudine, dignitate, præ aliis beatior futurus. Laudabunt te fratres tui, secundum nomen tuum erit & laus tua. Celebrabunt, confitebuntur, & laudabunt te omnes aliæ tribus. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.* Chaldaica apertius. Manus tua prævalebit contra inimicos tuos, dispergentur hostes tui, conuertentur retrorsum in conspectu tuo. Continua (ait) bella geres cum hostibus, & semper prævalebis, in expugnatione impiorum primus eris, & fortior sub & post Iosue. Iudas enim primus ascendit contra aduersarios Israëlis, Dauid & Salomon hostes domuerunt, & post illos, reges Iuda longo tempore. *Adorabunt te filij patris*
D *tui.* HIERONYMVS. Iuxta literam prophetatur, quod reges ex Iuda per Dauid stirpem generentur, & quod adorent eum omnes tribus. Non enim ait, filij matris tuæ, sed filij patris tui. CAIETANVS. Vtrunque horum impletum esse liquet tempore Dauidis, qui fuit de tribu Iuda, ipse enim domuit hostes Israël, & adoratus est ab vniuersis tribubus Israël, vt pote rex omnium. AVCTOR CATENAE. Verbum יְהוּדָה Istachauu, tam adorabunt, quàm incuruabuntur, seu humiliabuntur reddi potest. Chaldaica, Et prævenient supplantes te filij patris tui. Omnes igitur aliæ tribus te venerabuntur, & dictis parebunt. *Catulus leonis Iuda.*
CAIETANVS. Iuxta Hebræum nullum signum genitiui casus habetur, & legendum censent, Catulus leo Iudas. Vt duo describantur status Dauidis, alter catuli, alter leonis. Iuda enim in Dauide prius fuit velut pullus leonis, videlicet ante bellum motum ab Ammonitis, postea fuit velut leo, vt patet legenti gesta scripta in libris Regum. AVCTOR CATENAE. Catulus leonis Iuda. In Hebræo est גּוּר אַרְיֵה יְהוּדָה Gur arie Ie-
E huda, Quod tam catulus leo Iuda, quam catulus leonis Iuda, reddi potest. Septuaginta vt est in nostra æditione habent. Chaldaica autem declarare volens quid hæc significent, ait, Dominium erit ei in principio, sed in fine magnificabitur regnum domus Iuda. Quia igitur tribus hæc semper fuit fortior & constantior, à Caleb & Dauide, contra aduersarios populi dei potenter bella gerendo & triumphando, nemoque eam iritare aut excitare ausus fuit, ideo, catulus leonis dicta est. An forte de capite regni prophetia est, Dauid enim cum esset fratrum omnium minimus, in regem Israël inunctus est, vt habes primo Regum sextodecimo? *Ad prædam fili mi ascendisti.* HIERONYMVS. Quod dicitur apud Septuaginta, Ex germine fili mi, in Hebræo habet, de captiuitate fili mi ascendisti, vt ostenderet eum captiuos populos esse ducturum. GENNADIVS. E germine fili mi ascendisti, hoc est, auctus es & exaltatus, tanquam ex bona quadam radice mea truncus floridus. DIODORVS. Tribum Iuda leoni comparat ob fortitudinem, Germini, quia breui tempore magnum multitudinis incrementum accepit. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, A præda fili mi ascendisti. Dictio interpre-
F tata præda, plusquam prædam significat, nam significat prædationem more lupino. Dixerat de Iuda, quod catulus & quod leo, manifestat consequèter modum, quo ex pullo emersit leo. Et ad literam impletum hoc legimus libro secundo Regum post iniuriam ab Ammonitis illatam legatis Dauidis. Exinde enim debellauit Dauid tot nationes auxiliantes Ammonitis, subegit Syriam & tot regna, vt ex leunculo factus fuerit leo, & sic ex huiusmodi bello quod in litera vocatur præda, ascendit Dauid, excelsus rex factus. AVCTOR CATENAE. Ad prædam fili mi ascendisti. Dictio מִטֶּרֶף Mitèreph, rectius è vel à præda, quàm ad prædam redderetur. Et secundum aliquos sensus est, De raptu te exemisti, & immunis fuisti. Quod Chaldaica interpretans, ait, Quoniam de Iudicio mortis fili mi animam tuam abstulisti. Et aperta de Christi resurrectione est prophetia, cuius sanctissima anima post triduum ab inferis de morte victrix ascendit. Sed quoniam Taraph palmitem siue ramum, aut surculum quandoque significat, ideo Septuaginta verterunt, ἐκ βλαστοῦ ἀνέβης, Ex germine ascendisti. Sed literæ contextus ostendit de præda sermonem esse, cum Leoni Iuda comparetur. Dicit ergo Iacob ad Iudam, Inualuisti tantopere contra hostes, vt nullus tibi restiterit, sed crebris victoriis glorioſus factus sis, semper cum prædis & ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stium captiuis cum gloria rediens à bello. Ascendisti etiam toto orbi spectabilis factus, sapientia, diuitiis, pace, & fama, tempore Salomonis. Qui autem prædam Dauid scire voluerit, videat primum librum Regum capite trigesimo, quando milites eius dixerunt, Hæc est præda Dauid. Deinde legat secundum Regum capite duodecimo, quando populum Ammon captiuum abduxit, serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitq; cultris, & transduxit in typo laterum, & sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon. *Requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna.* GENNADIVS. Secundum aliam literam, Dormisti vt leo, & sicut catulus leonis. Explicatio est, vt illud, Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Dormisti ergo vt leo, ob firmam & stabilem Iudæ in terra promissionis habitationem. DIODORVS. Vel dormisti, hoc est, ob hæreditatem quæ tibi obtigit, à tam longis laboribus, requieuisti, ac velut somnum cœpisti. Vt leo, quia dilatata est, & hostibus suis terrori fuit hæc tribus. CAIETANVS. Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Iuxta Hebræum habetur, Genuflexit, accubuit sicut leo, & sicut catulus. Vtrunque similiter statum, videlicet leunculi & leonis describit. Nam planus sensus literæ est, quod in vtroque statu quantum fuit ex parte sua, fuit pacificus, ne intelligeres quod ex bellica præda per fas & nefas ascenderit. Pacificus enim significatur quantum ex parte eius, tum flexione genuum (quæ est imperfecta quies quadrupedum) tum accubitu, quæ quies perfecta est eorundem. Adimpletumque vtrunque legimus. Nam & Dauid tanquam leunculus quiescebat, nec aliquid moliebatur mali, legatos mittens consolatorios ad regem Ammonitarum, & postquam tot regna vicit, quieuit vt leo. Et assimilatur quies vtriusque status quieti leoninæ, quia quiescebat securus & fortis. Et dicuntur hæc ad commendandum regnum Iudæ, quod non augebatur cupiditate propagandi imperij, sed quantum in eo erat, quiescebat. AVCTOR CATENAE. Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna. Dictiones כָּרַע caraa & רָבַץ rabaz, magis proprie redduntur, Genuflexit, accubuit vt leo, & quasi leæna. Chaldaica, Requiescet & habitabit in fortitudine quasi leo, & quasi leæna. Pacifice (inquit) regnabit nemine prævalente, sicut aliæ quæcunque bestiæ leonem inuadere non audent, & multo minus leænam natura ferociorem. Vel quasi leæna dicit, quia fortissimam prolem genuit Salomonem. Eatenus autem gloriosa fuit hæc tribus, vt post reditum quoque Babylonicum totius gentis cognominationem obtinuerit, non enim Israëlitæ dicti sunt postea, sed Iudæi, Christi tamen occisio famam omnium fœdauit. Hoc itaque regnum Iuda diuina protectione diutius pacifice permansit in gloria. *Quis suscitabit eum?* GENNADIVS. Quia tribus Iuda vt plurimum tanquam fere nihil ab aduersariis passa permansit, aliis bello subactis, aut in seruitutem abductis. CAIETANVS. Quis suscitabit eum? proculdubio à quiete incuruationis & accubitus? quasi dicat, nullus sapiens, ex quo quiescit securus & fortis vt leo, seu vt pullus leonis. Experientia testata est, quod rex Ammonitarum qui fecit surgere Dauid quiescentem leunculum, pœnas dedit propriæ desolationis. AVCTOR CATENAE. Quis suscitabit eum? Quasi dicat, nemo poterit interrumpere quietem regni eius. Ita intellexit & Chaldaica, habens, Neque erit regnum quod commoueat eum. Nemo igitur regum suis viribus illi prævalere potuisset, nisi peccatis suis dominum illius protectorem alienassent, multipliciter offendendo, & tempus suæ visitationis ignorando. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* GREGORIVS SVPER EZECHIELEM. Sciendum quia prophetiæ tempora inuicem sibi concinunt ad probationem, vt aliquando ex futuris præterita, aliquando vero ex præteritis probentur futura. Dixerat enim Moyses, In principio creauit deus cœlum & terram, sed quis crederet quia verum de præterito diceret, si de futuro etiam aliquid non dixisset? In ipsius etenim libri fine, in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetiæ per Iacob vocem de venturis permiscuit, dicens, Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Qui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat, ei quem ducebat populo prophetauit, dicens, Prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris, tanquam meipsum audietis. Erit autem, quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo. Cur ergo præteritis ventura permiscuit, nisi vt dum implentur ea quæ de futuro prædiceret, ostenderet etiam quia de præterito vera dixisset? Quia itaque docuimus qualiter ex futuro Prophetiæ probentur præterita, restat nunc vt adhuc de sacris eloquiis ostendamus quomodo in ipso prophetiæ spiritu, ex præteritis probentur futura. Certe rex Babylonicus cum somnium vidisset, misit ad magos & hariolos, omnesque sapientes Babyloniæ conuocauit, nec ab eis solummodo interpretationem somnij, sed etiam somnium quæsiuit, vt nimirum ex præterito colligeret, si quid in eorum responsionibus de venturo certum tenerent. Qui cum dicere nulla potuissent, Daniel deductus ad medium est, qui de interpretatione somnij, & de narratione requisitus, non solum hoc respondit quod interrogatus est, sed ipsam somnij originem replicauit, dicens, Tu rex cœpisti cogitare in stratu tuo quid esset futurum post hæc. Et paulo post, Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis, & cætera. Cuius videlicet somnij mox vt ordinem dixit, quicquid ex eodem venturum sequebatur, aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetiæ. Acogitationibus venit ad somnium, à somnio peruenit ad futura. Qui ergo ipsam (vt ita dicam) radicem somnij protulit, profecto ex præteritis probauit, quod vera essent quæ de futuris diceret. Prophetia autem præsentis temporis, nec præteriti attestatione indiget, nec futuri, quia cum res occulta per prophetiæ verba detegitur, veritati illius res ipsa quæ ostenditur, attestatur. DIODORVS. Iuda, tribus Iudæ, Principes siue duces, reges, expectatio gentium, dominus noster. Sed quid dicemus? Neque enim reges ex tribu Iuda vsque ad aduentum domini extiterunt. Ita ergo accipiendum est. Non deficiet dux de Iuda, hoc est, tribus Iuda vsque ad seruatorem princeps ac maior cæteris tribubus perseuerabit. Nam & Aquila transtulit, Non deficiet sceptrum de Iuda. Cæterum in tribu Iuda templum & arca & cultus dei permansit, donec vnà cum reliquis à Romanorum exercitu in captiuitatem ducta est. Aliter quærendum est, quomodo recte intelligi possit, Non deficiet princeps de Iuda. Principes enim Iudæorum ex aliis quoque tribubus extitisse manifestum est. Moyses enim & Heli, è tribu Leui fuerunt. Iesus Naue & Debbora, è tribu Ephraim, Barach & Neptalim, Gedeon ex tribu Manasse, Saul ex Beniamin. GRAECVS. Iudæi qui ex semine Israël nati sunt, principes ac duces fuere, donec

Homi.1. Genc.1. Deut.18. Dan.2.

donec Herodes Antipatri filius, Palæstinus genere, tetrarcha nominatus est. EVCHERIVS. Hic locus manifestissime ad Iudam refertur. Tandiu enim fuit ex semine eius apud Iudæos intemerata successio regni, donec Christus ad redemptionem mundi ex Virgine nasceretur. Probant hoc historiæ Iudæorum, quibus ostenditur primum alienigenam regem in gente Iudæorum fuisse Herodem, quo tempore natus est Christus. Quod si putant Iudæi non venisse Christum, ergo de tribu Iuda vsque hodie Iudæorum permanet regnum. Itaque non defuit vel dux vel princeps de semine Iuda, donec veniret cui repositum est. Sed quia non solum Iudæis profuit qui mittendus erat, ideo sequitur, Et ipse erit expectatio gentium. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod ergo ait, Non auferetur sceptrum de Iuda, & cætera. Significat quod non deficerent principes de tribu Iuda vsque ad tempus, quo natus est Christus, qui missus à patre, expectatio est gentium. INTERLINEARIS. Id est, salus à gentibus expectata. AVCTOR CATENAE. Non auferetur sceptrum de Iuda, Hebraicè est לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה Lo iasur sébet mihuda, Non auferetur vel non cessabit, aut non recedet sceptrum vel virga (scilicet regia) de Iuda. Quod Septuaginta clarius explicant, οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, Non cessabit, non deficiet princeps ex Iuda. Nam per sceptrum siue virgam nil aliud intelligitur, & tam Hebræi quàm christiani regnum & imperium significare consentiunt. Sed & Chaldaica id aperte demonstrat, inquiens, Non auferetur habens principatum à domo Iuda. Et dux de fœmore eius. In Hebræo וּמְחֹקֵק מִבֵּין רַגְלָיו Vmhokek miben raglaf, Est autem חָקַק hakak, decernere, statuere, præcipere, leges condere, & describere. A quo venit dictio mehokek, id est, legislator, doctor, dux, princeps, præceptor, rerum agendarum descriptor, & scriba. Vnde sic redditur locus, Et præceptor aut scriba, vel legislator de medio pedum eius, siue de inter pedes eius, hoc est, præcipiens, describens, ordinans, instituens, videlicet præcepta decreta ac leges. Cunque hoc proprie principum ac maximorum virorum sit, ideo ducem vertit interpres, sicut & Septuaginta, ἡγούμενον. Duo vero hæc regnum efficiunt, scilicet sceptrum, & legum condendarum potestas. Quamobrem eundem intelligimus hunc quem & superius, aut duo, per quæ regnum efficiatur. Quomodo vero non deficiet de medio pedum, siue de inter pedes eius? Interpres & ante eum. Septuaginta vindentur totum ex parte accepisse, vt pedes eis significarent fœmur, vnde fit procreatio. Alij, quia is mos est scriptorum & sapientum, vt inter & iuxta principum & regum pedes sedeant. Alij, quod locutio sit Hebraica, vt non pedes ipsi intelligantur, sed aduerbij vice sumatur, pro eo quod est de medio eius, & quasi ex eius domo, siue natione aut ex ipso. Chaldaica vero hoc in loco habet, Neque scriba à filiis filiorum eius. Et per scribam iudiciariam designat potestatem, à legibus describendis dictam. Donec veniat qui mittendus est. Hebraicè est dictio שִׁילֹה Silo. Pro quo sciendum dictionem hanc à שָׁלַח Salah verbo deduci, quod est mittere, quasi שִׁילוֹחַ Siloah, & recte, Donec veniat qui mittendus est, transfertur, vt fecit interpres. Septuaginta ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, Donec veniant reposita ei, Vel secundum alios codices, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, Donec veniat cui repositum est. Alij dictionem Hebraicam intactam reliquerunt, & in Latino, donec veniat Silo, dixerunt. Nonnulli, Donec veniat Messias verterunt. In hac enim vna voce tot tamque varia ab Hebræis, & Latinis, simul & Græcis proferuntur, vt omnem pene mentem possint confundere. Tam varia affertur eius vocis significatio, vt nulla additio cum altera consentiat. Dimissis ergo omnibus fabulis & delyramentis Hebræorum, & extortis expositionibus, clarum esse cognoscimus, hunc locum de Messia esse intelligendum, adiuuante nos additione Chaldaica, quæ solet esse tanquam asylum Hebræis, quo confugiant, vbi aliquid obscurum & senticosum occurrit. Quæ siquid in diuinis libris propter prophetiam, aut seriem Hebraicum, minus clarum dictum fuerit, apertissime explicat. Ea itaque hoc loco habet, Donec veniat Messias cuius est regnum. Mutauitque Silo in Messiam, eius siquidem regnum est. Omnes enim reges Israël Messiæ vocabantur, sed vnus κατ' ἐξοχήν, Messias nihilo addito vocatur. Hoc stante fundamento, omnes additiones idem significare videntur, nam & donec veniat qui mittendus est, Messiam innuit, is enim solus à patre pro omnium salute in terras mittendus expectabatur, iuxta illud, Obsecro domine, mitte quem missurus es, &, Donec veniat cui repositum est, vel veniant reposita ei, itidem Messiam sonat, ipsi enim regnum illud perenne repositum paratumque erat. Reposita enim dicuntur ea, quæ opportuno tempore proferenda sunt. Decretum & Silo quod abundantiam sonat & pacem, idem etiam, nam per eum bonorum omnium spiritualium abundantia, ac reconciliatio cum deo reddita hominibus. Ita & Siloah aut Saliah, quæ voces missum exprimunt, idem denotant, & Christum dominum missum à patre in similitudinem carnis peccati vt nos à funesta morte liberaret, quam per peccatum Adæ omne genus humanum contraxerat, profitentur. Inuenimus etiam in libris Hebræorum Messiam appellari Saliah, id est, missum, siue missionem. Id quoque quod sequitur, Et ipse erit expectatio gentium, in Hebræo legitur וְלוֹ יִקְהַת עַמִּים Velo ikehath ammim, Et ei aggregatio populorum, Aut, Ad illum Aggregabuntur populi, Alij, Et ipsi erit auscultatio, vel obedientia populorum, id est, ipsi populi obedient, verterunt. Quem sensum & Chaldaica sequitur, habens, Et ei obedient populi. Est etiam יִקְהַת ikeha, expectatio, Vnde & sicut in litera nostra est, cui & Septuaginta consonant, recte reddi potest. Quæ tamen omnia in idem tendunt. Omnes enim Messiæ obtemperaturi erant, & ad ipsum colligendi. Dicat ergo Iacob, Non recedet potestas regia, princeps, dominus, & legislator de domo Dauid, & de filiis filiorum eius vsque in seculum, quousque veniat Messias, cuius est regnum, eique obedientiam præstabunt gentes. Messias enim etiam Iudæis expectatur, auctor fœlicitatis, abundantiæ & bonorum omnium summa. Habuit igitur tribus Iuda semper primatum regni, doctrinæ legis, templum & sacerdotium, Scribas & doctores, Iudices ac duces, Rectoresque populi vsque ad Herodem Ascalonitam, qui abstulit illis regnum & arrogauit sibi, cum Iudæus non esset, quem alius Herodes secutus Antipater, perdidit illorum Sanhedrim, hoc est, ordinarios iudices, populi ac legis interpretes, & auctoritatem puniendi legis transgressores. Idque quadraginta duobus annis ante templi secundi destructionem, tempore Christi domini. Igitur dubium non est hanc de Christo prophetiam completam tunc esse, cum Christus dominus & Messias apparuit, Saluator fidelium, desideratus cunctis gentibus, desiderium collium æternorum, Patriarcharum scopus, & semen ab initio mundi promissum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum, Leo de tribu Iuda, filius Dauid, omnium bonorum summa, fidelium vnicus redemptor redemptione G
perfecta, & collector credentium deo, & vere deum colentium in spiritu & veritate, in vnitatem ecclesiæ fidei & charitatis, cui gentes obedient, credent, & adhærebunt. CAIETANVS. Quod enim ad literam aduentus Messiæ hic describatur, non solum Targum, sed subiuncta testantur, Et ipsi congregatio populorum, testatur & contextus præcedentium & sequentium. Discurre & discute expositiones omnes tam Hebræorum quàm aliorum, & nullam inuenies quadrare præmissis verbis, non auferetur virga de Iuda, nisi hanc, non auferetur penitus principatus ex tribu Iudæ, vsque quo veniat Messias. Ablatus siquidem est antè, sed non penitus, impeditus est ad tempus, sed non totaliter desiit, remansit siquidem semper certitudo nascituri Messiæ de tribu Iudæ. Hoc itaque singularissime prophetatur de principatu Iudæ ad differentiam reliquarum tribuum, quod in reliquis tribubus defectus principatus, potest esse defectus penitus, ita quod in æternum non redibit principatus, in tribu vero Iudæ quicunque & quotcunque accidant defectus principatus, siue regij siue ducalis, & cætera, nunquam auferetur penitus principatus Iudæ, quousque veniat Messias de tri- H
bu Iudæ. *Ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem fili mi asinam suam.* HIERONYMVS. Iuxta Septuaginta, Alligans ad vitem pullum suum, & funiculo pullum asinę. In Hebræo ita habet, Alligans ad vitem pullum suum, & in Sorek fili mi asinam suam. Quod videlicet pullum asinæ, cui supersedit Iesus, hoc est, gentilium populum vineæ Apostolorum, qui ex Iudæis sunt, copulauerit. Et ad Sorek, id est, electam vitem alligauerit asinam cui supersedit, Ecclesiam ex nationibus congregatam. Quod autem dicit fili mi, Apostrophen ad ipsum Iudam facit, quod Christus sit hæc vniuersa facturus. Sed & hoc sciendum, quod vbi nos legimus, Alligans ad vitem pullum suum, pro pullo in Hebræo possit legi, Vrbem suam, iuxta eundem sensum aliis verbis ecclesia demonstrata, de qua alibi scriptum est, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. HIPPOLYTVS EPISCOPVS VRBIS ROMAE. Christus vitis vera populum ex gentibus sibi alligauit, Iudaicum verò pampino vi- I
tis, hoc est, legis vetustati addixit. EVSEBIVS. Vel pullum intelligere debemus Apostolorum & discipulorum chorum, Vineam verò, diuinam atque inuisibilem domini virtutem, de qua ipse dicebat, Ego sum vitis vera. Pampinum vitis, dei verbi doctrinam, ad quam pullum asinæ, hoc est, Ecclesiam ex gentibus, veluti apostolorum pullum alligauit. GENNADIVS. Quod in euangeliis Christum fecisse legimus. DIODORVS. Ligans ad vitem, & cætera. Quidam id à Iacob dictum fuisse volunt, quia dominus discipulos misit vt pullum alligatum adducerent, super quem & sederit. Alij (quod verius mihi videtur) vitem populum Israëliticum intelligunt, Vinea enim domini Sabbaoth, domus Israël est. Asinam verò & pullum, gentes iumentis insipientibus similes, quas dominus viti huic, hoc est, Iudaicæ genti copulauit. Alij rursus dicunt, hoc loco vim dominicæ doctrinæ significari, vt quemadmodum dominus adeo mitis ac mansuetus erat, vt de eo scriptum sit, Non contendet neque clamabit, & cætera, ita gentes efferas atque agrestes per euangelicam fidem mansuetas redderet, vt vitem cui alligatæ erant præ mansuetudi- K
ne minime læderent. Sciendum tamen, historicum sensum allegorico præferendum esse. CAIETANVS. Ligans ad vineam pullum suum, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Ligans ad vitem pullum suum, & ad bonum vitis filium asinæ suæ. Officia Messiæ manifestat, explanando quod dixerat, & ipsi congregatio populorum, de populo nanque ethnico dicit, Ligans ad vitem, pullum suum. Indomito pullo indeterminatæ speciei quadrupedum assimilatur populus qui vocatur gentilis, eo quod à diuinæ legis iugo alienus fuerat, & hunc Messias ad se traxit, alligando ipsum non ferro non quercui, sed viti, hoc est, sibi ipsi, dicenti, ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, vt non violenta, sed libera vincula intelligeremus. Populum verò Iudæorum assimilauit propheta filio asinæ, quia illa portio Iudæorum quæ adhæsit Messiæ, filius asinæ onus legis portantis, non ipsa asina fuit. Et apte alligatus describitur meliori parti vitis, quoniam primi ecclesiæ christianæ patres Iudæi, iuncti sunt Christo potioribus donis. AVCTOR CATENAE. Ligans ad vineam, & cætera. In Hebræo est אֹסְרִי לַגֶּפֶן עִירֹה וְלַשֹּׂרֵקָה בְּנִי אֲתֹנוֹ Osri lagéphen iro velasóreka be- L
ni athono. Sciendum vero, Gephen proprie vitem significare, sed in litera nostra poni quandoque pro vinea. Sorek autem vitis est electa & optima, aut propago optima & fructuosa. Sic ergo vertitur hic locus, Ligans ad vitem seu vineam pullum suum, & ad palmitem seu propaginem fili mi asinam suam, vel filium asinæ suæ. In dictione autem osri, iod finale est omnino ociosum, sicut & in multis aliis inuenitur locis. Porro in dictione iro, he ponitur loco vau relatiui. De Iuda igitur principale præconium non erat tacendum, benedictio scilicet omnium gentium Christus, de tribu Iuda per Dauid generandus. Admiscentur tamen etiam nunc temporalia bona illi tribui ad futura, & dicit, Ligans ad vitem, & cætera. Cuius loci hæc est sententia. Terra Iuda, siue sors quæ illi obueniet, erit tam ferax vini, vt vir aliquis possit ligare asinum suum ad vitem vnam, & ex eius fructu onerare asinum. Et in summa tantæ fertilitatis terra, tribus Iuda donabitur, vt vini & frumentorum copia mirabilis vix enumerari possit cum pace & alacritate. Securus enim & absque timore Iudas habitabit. At Chaldaica alio modo locum hunc reddit, totumque etiam ipsa ad fœlicia Messiæ M
tempora refert, inquiens, Habitabit Israël in circuitu ciuitatis suæ, populi ædificabunt templum eius, eruntq; iusti in circuitu eius, & factores legis in doctrina eius. *Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum.* DIODORVS. Non solum agrestia iumenta mansuefaciet, sed etiam per contraria contraria potenter efficiet. Vestimenta enim vino maculari solent. Sed quemadmodum luto oculos sanauit atque aperuit, & morte sua non morti vim addidit, sed mortem extinxit, ita vino vestimenta lauabit. Si quis vero sanguinem vuæ ad seruatoris mysticum sanguinem, & stolam ad dominicã carnem referret, illius sensus tanquam pius non aspernandus esset. GENNADIVS. Vinum igitur inficit vestes, & morte corpora intereunt, passio tamen domini admirabiliter contrarium effecit. Dominus enim per mortem suam & sanguinis effusionem, glorioſior ac longe pulchrior exurrexit. HIPPOLYTVS. Vel lauabit in vino stolam suam, hoc est, per spiritum sanctum & verbum veritatis purgabit carnem. Et in sanguine vuæ, id est carne sua quæ crucis torculari pressa sanguinem fudit, omnes ex

gentibus

Vbi supra.

Zach. 9. & Matth. 21. & Luc. 19. & Ioan. 12.

Matth. 5. Psal. 45.

A gentibus vocatos purificabit. GRAECVS. Scriptum est in Apocalypsi, Qui lauit nos in sanguine suo, Et dealbauerunt stolas suas in sanguine agni. Quia & tribus pueris ignis ros fuit, & Danieli leones mãsuetissimi fuerũt. CYRILLVS. Lauabit in vino, & cætera. Nam & rubra vestimenta sua Christus ascendens ostendit supernis virtutibus, ac veluti vino nouo rubricata. CAIETANVS. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuę pallium suum. Iuxta Hebræum habetur in præterito, lauit. Manifestata siquidem extensione Messiæ per vincula liberа fidei spei ac dilectionis ad gentiles & Iudæos, manifestat modum quo Messias his liberis vinculis ligabit vtrosque. Mysterium enim passionis ac mortis eius describitur, quo consummato (& ideo in præterito scripto) deuinxit sibi Messias liberis vinculis Iudæos & Gentiles. Sub specie autem ablutionis propriarum vestium in vino rubro, prophetatur mysterium mortis Messiæ, ad significandum sanguineam mortem ex amore. Vinum enim causam amoris esse testatur lætificatio cordis. Ita quod huiusmodi mors non tam fuit mors, quàm fuit ablutio
B uis enim Messias potuisset aliter reddere se immortalem & impassibilem, maluit tamen merito crucis id acquirere. AVCTOR CATENAE. Pro lauabit in Hebræo est כִּבֵּס cibbes, id est lauit, ponitur̃q; præteritum pro futuro propter prophetiæ certitudinem. Et pro vuæ עֲנָבִים anabim, id est vuarum. Quod vero dicitur pallium suũ. Hebraicè est סוּתֹה sutho, opertorium seu pallium. Quæ dictio suth, solum inuenitur in hoc loco. Septuaginta habent vt in litera nostra. Prosequitur itaque adhuc Iacob bona temporalia terræ Chanaan, Et tanta erit (inquit) vini abundantia, vt possint lauare in eo vestimenta sua, Sanguine autem vuarum illud idem vinum intelligitur. Hyperbole est, communis figura in prophetiis. Chaldaica vero aliter legit, Purpura optima erit vestimentum illius, operimẽtum eius erit sericeum, tinctũ coccino variisq; coloribus. Alluſit etenim & ipsa ad Messiæ passionem & incarnationem, iuxta prophetæ vnius vaticinium, Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Item & alterius, Myrrha & gutta & cassia à vestimentis tuis à domibus eburneis, & cætera. *Pulchriores*
C *res sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores.* DIODORVS. Secundum aliam literam, Iucundi oculi eius à vino, id est plusquam vinum, quod lætificat cor hominis. Et dentes lacte candidiores, quia doctrina domini nihil purius, nihil candidius dici potest. Porro dentes verba significant, vt illud, Dentes eorum arma & sagittæ. CYRILLVS. Vel per id iucunditatem atque hilaritatem diuinitatis Christi ostendit. Vinum enim lætificat cor hominis. Candidi dentes signant verborum Christi candorem ac puritatem. Quodcunque enim loquitur, admiratione dignum est, & in auditorum animis splendorem quendam gignit. HIPPOLYTVS. Nam Christi verba credentibus, per gratiam eius lucida sunt. CYRILLVS. Vel candore dentium, puritatem mystici alimenti designat. CAIETANVS. Pulchriores sunt oculi eius, & cætera. Iuxta Hebræum habetur, Rubor oculorum à vino, & candor dentium à lacte. Testatur Ioannes in Apocalypsi oculos Iesu esse spiritus eius missos in vniuersam terram. Similes itaque Messię sanguine abluto describuntur spiritus apostolorum & aliorum
D sio enim Christi ratio est patiendi spiritualibus christianis. Candor vero dentium (ad comedendum & loquendum seruientium) candor est notitiæ, qua spiritales viri aluntur, quaue docendo alios saluant. Et hic candor à lacte procedit, quia quemadmodum lac datur infantibus absque eorum labore ex materni officij amore, ita notitia fidei ex diuinæ reuelationis lacte solis infantibus absque eorum studio ac merito communicatur, dicente domino Iesu ad patrem, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Feruor itaque spiritus ad patiendum, & candor veritatis christianæ fidei describuntur in membris Christi. Ad quæ duo quæcunque sunt christianæ religionis, reducuntur. AVCTOR CATENAE. Pulchriores sunt oculi eius vino. Hebraicè est חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיַּיִן וְלֶבֶן שִׁנַּיִם מֵחָלָב hachlili enáim miiain vlben sinnaim mehalab, Rubuerunt oculi eius à vino, & albi dentes à lacte. Alij, Rubicundior oculis vino, & candidior dentes lacte. Nõnulli P, ulcher oculis plus vino, & albus dentibus plus lacte, verterunt. Alij vt in litera nostra, & pulchriores intelligunt, id est colore illustriores, Septuaginta etiam ipsi comparatiue verterunt. Est autem dictio hachlil pulchrum, nec alibi inuenitur quàm
E hoc in loco, & vltimum iod in litera omnino videtur otiosum esse. Rubescent (inquit) oculi virorum Iuda ab ipso vino, quod terra tam largiter illis proferet, quin & lactis in ea sorte tanta erit copia, vt dentes ipsi ex eius frequenti esu sint albicaturi. Aut iucundiores oculi præ vino, hilaritatem cordis humani indicant, impedimentumq; tristitię, ac perpetuum gaudium. Et candor dentium præ lacte, hoc est cibo naturali & commodo satiabitur, quisquis in Iudæa fidelium habitauerit. Chaldaica etiam ipsa, ad abundantiam temporalium sub rege Messia omnia hæc refert, & ait, Montes eius rubicundiores erunt in vineis suis, distillabunt colles eius vinum, dealbabuntur cãpi eius frumento, & gregibus ouium. Et hæc secundum literam, nunc autem ad sacratiorem intelligentiam veniamus. *Mystice.*

AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Quia per admixtionem
F generis, Iuda & Leui tribus iunctæ sunt, ideo Matthæus ex tribu Iuda descripsit domini nostri familiam. Et Apostolus ait, Quoniam de Iuda ortus est dominus noster. Vt ex tribu Leui sacerdotalis & plena sanctitatis annumeraretur hæreditas, Ex tribu autẽ Iuda ex qua Dauid & Salomon & reliqui reges fuerunt, regalis successionis splendor refulgeat, vt idem rex & sacerdos scripturarum testimonio demonstretur. Meritoq; se circa gratiam Iudæ lacob sanctus effudit, dicens, Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Et ad Iudam quidem patriarcham dirigi videtur alloquium, sed Iuda ille posterior verus confessor exprimitur, qui ex ea tribu natus est, qui solus laudatur à fratribus, de quibus dicit, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Dominus *Psalm. 21.*
per naturam, frater per gratiam, cuius manus quas expandit ad populum non credentem, super dorsum inimicorum. Hisdem enim manibus, atque eadem passione suos texit, & subiugauit aduersarias potestates, omnesq; fidei & pietatis exortes subditos sibi fecit. Et dominaberis inimicorum tuorum, quos inimicos sua malitia fecit, non Christi voluntas. In quo magna gratia domini. Etenim spiritales nequitiæ quæ ante ceruicem nostram iugo soleбant captiuitatis inflectere, ita vt Dauid ipse manus quodammodo triumphantium sentire se scriberet, dicens, *Psalm. 138.*
Super dorsum meum fabricauerunt peccatores, ipsæ nunc subditæ triumpho Christi & quibusdam manibus eius,

id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est factis operibusq; subiectæ, perpetuæ subeunt captiuitatis ærumnam. Ipse vtique qui adoratur à filiis patris G
suí, quando adoratur à nobis, quibus ipse permisit vt patrẽ vocemus, cuius seruum esse virtutis est. Catulus Leo-
nis Iuda. Nonne euidenter & patrem expressit, & filium declarauit? Quid tam euidẽs, quo vnius naturæ filius dei
cum patre esse doceatur? Leo ille, hic catulus leonis. Vili comparatione eiusdem naturæ ac potentiæ vnitas intel-
ligitur. Rex ex rege processit, fortis ex forte. Et quia futuros præuidebat, qui filium assererent iunioris ætatis, oc-
currit hic, subiiciens, Ex germine mihi ascendisti, recumbens dormisti vt leo, & tanquam catulus. Et alibi habes,
Apoca. 5. Quia ipse est leo de tribu Iuda. Ergo quia catulum dixerat, bene statim leonem posuit, hoc est dicere, Non capi-
antur aures vestræ quia catulum audierunt, filium expressi, non dixi minorem. Et ipse est leo sicut pater. Audiant,
quia & leonem & catulum appellauit, leonem quasi perfectæ plenæq; virtutis, catulum quasi filium, ne quis cum
audiret, æqualem patri non putaret filium. Non sic laudatur filius, vt separetur à patre. Ille probat æqualem, qui fi-
lium confitetur. Mirifice autem & incarnationem eius expressit, dicens, Ex germine mihi ascendisti, eo quod tan
quam frutex terræ in aluo Virginis germinauit, & vt flos boni odoris ad redemptionem mundi totius maternis H
Esaiæ. 11. visceribus in splendore nouæ lucis emissus ascenderet, sicut Esaias dicit, Exiet virga de radice Iesse, & flos de ra-
dice eius ascendet. Radix, familia Iudæorum, virga, Maria, flos Mariæ, Christus est, qui fœtorem mundanæ collu-
tionis aboleuit, odorem vitæ æternæ infudit. Habes ergo incarnationem, accipe passionem. Recumbens (inquit)
Psalm. 3. dormisti vt leo, quando iacuit in sepulchro, velut quodam corporis sui somno quietus, sicut ipse ait, Ego dormi-
ui, & requieui, & surrexi, quoniam dominus suscepit me. Vnde & Iacob ait, Quis suscitabit eum? hoc est, quem
dominus suscipiet. Quis est alius qui resuscitet, nisi ipse se sua patrisq; resuscitet potestate? Video natum auctori-
tate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria. Qui omnia suo fecit, arbi
trio, cuius alterius vt resurgat, egebit auxilii? Ipse igitur resurrectionis suæ auctor est, qui mortis est arbiter, qui
expectatur à gentibus. Et ideo donec ille veniat, non deficiet dux ex Iuda, vt vsque ad eius ortum regalis succes-
sionis fides incorrupta seruetur. Postea enim per Herodem adulterata successio prærogatiuam dignitatis amisit.
Etenim quia verum regem negauerunt, falsos habere cœperunt. Ergo hoc dicit patriarcha. Seruabitur in iudici- I
bus vel regibus Iudæorum, intemeratæ successionis hæreditas ducta per reges, donec veniat cui repositum est, vt
ecclesiam dei congreget ex conuentu nationum omnium, ex gentilium deuotione populorum, hoc est, ipsum
manet, ipsi debitum seruatur, ipsi tantæ gratiæ prærogatiua defertur. Et ipse est expectatio gentium. Plus dixit
Exo. 3. quàm si dixisset, ipsum expectant gentes, eo quod omnis spes ecclesiæ in ipso recumbat. Ideo dicitur Moysi, Solue
calciamentum pedum tuorum, ne ipse sponsus ecclesiæ crederetur, qui dux plebis eligebatur. Ideo soluit calcia-
Lucæ. 3. mentum suum Iesus Naue, vt venturo tanti muneris gratiam & ipse seruaret. Ideo dicit Ioannes, Post me venit
Ioan. 3. vir, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. Ideo dicit, Qui habet sponsam, sponsus est,
amicus autem sponsi qui stat & audit eum, & gaudio gaudet, hoc est, ipse solus vir est ecclesiæ, hic est expectatio
gentium, huic deferentes copulæ gratiam nuptialis, calciamentum suum soluerunt prophetæ. Hic sponsus est, ego
amicus sponsi, gaudeo quia venit, quia vocem audio nuptialem, quia iam non dura peccatorum supplicia, dura K
legis tormenta, sed remissionem criminum, vocem lætitiæ, sonum iocunditatis, exultationem festi nuptialis au-
dimus. Hic est ille alligans ad vitem asinum suum, & cilicio pullum asinæ suæ, vt feruorem spiritus sancti habeat
congregatio nationum, antè remissa & negligens, sed iam deuota per Christum, & viti illi perpetuæ, hoc est,
Ioan. 15. domino Iesu qui ait, Ego sum vitis, pater meus agricola, velut fructuosi palmites quibusdam inexolubilibus vin-
culis fidei alligemur. Hoc est illud mysterium, quod pullum asinæ solui iussit in euangelio, & ipse dominus Iesus
sedit super eum, vt alligatus ad vitem, perpetua sanctorum suauitate requiesceret. Lauit (inquit) in vino stolam
suam. Bona stola est caro Christi, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta suscepit, omnium errores texit.
Bona stola quæ vniuersos induit veste iocunditatis. Lauit hanc stolam in vino, quando cum baptizaretur in Ior
dane, descendit spiritus sanctus sicut columba, & mansit super eum. Quo significatur, quod plenitudo spiritus san
Luc. 4. cti individua in eo fuerit, nec recesserit. Vnde & euangelista ait, quia plenus spiritu sancto dominus Iesus regres
sus est ab Iordane. Lauit ergo Iesus stolam suam, non vt suam quæ non erat, sed vt nostram quæ erat, sordem ab- L
lueret. Denique ait, Et in sanguine vuæ anaboladium suum, hoc est, in passione corporis sui diluit gentes suo san-
guine. Etenim verbi anaboladium, gentes sunt, sicut scriptum est, Viuo ego dicit dominus, nisi omnes eos induã
Psalm. 101. sicut vestimentum. Et alibi, Sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Non ergo sanguine proprio sua peccata
quæ non erant, sed nostra quæ fecimus, delicta mundauit. Et bene vuam dixit, quia sicut vua pependit in ligno.
Ipse est vitis, ipse vua. Vitis ligno adhærens, vua, quia lancea militis apertum latus emisit aquam & sanguinem.
Ioan. 19. Sic enim dixit Ioannes, Quia exiuit de eo aqua & sanguis. Aqua ad lauacrũ, sanguis ad pretium. Aqua nos abluit,
sanguis redemit. Et ideo ait propheta, Hilares oculi eius vino, & dentes candidiores q̃ lac, significans prophetas
& apostolos. Alij enim sicut oculi Christi præuiderunt & annunciauerunt eius aduentum, de quibus ipse dicit,
Ioan. 8. Abraham diem meum vidit & gauisus est. Et vnus de prophetis dicit, Vidi dominum sabaoth, quem videntes
spiritali lætitia complebantur. Alij vero, hoc est, Apostoli, quos dominus à peccatorum labe mundauit, super lac
candidiores facti sunt, quos macula nulla postea fuscauit. Etenim lac temporale est, gratia autem apostolorum M
perpetua manet, qui nobis spiritalia illa atque cœlestia conficientes alimenta, mentis internæ viscera saginarunt.
Sunt etiam qui mandata domini lucida, quæ diuino ore deprompta sunt, sicut lac nobis facta arbitrentur, quibus
nutriti, ad panis cœlestis peruenimus alimoniam. Vnde & Paulus ait, Lac vobis potum dedi non escam. Necdum
1. Cor. 3. enim poteratis. Corinthios in principio fidei potu lactis imbuit. Sancti illi quorum fides annunciatur in vniuer-
so mundo, tanquam ablactati, esca solidiore firmantur. AVGVSTINVS XVI. DE CIVITATE DEI.
Cap. 41. Hic ergo & mors Christi prædicta est verbo dormitionis, & non necessitas, sed potestas in morte, nomine leo-
nis. Quam potestatem in euangelio ipse prædicat, dicens, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potesta-
tem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit à me, sed ego eam pono à memetipso, & iterum sumo eam. Sic
leo fremuit, sic quod dixit impleuit. Ad eam nanque pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctum
est, Quis suscitabit eum? hoc est, quia nullus hominũ nisi se ipse suscitauit, qui etiam de corpore suo dixit, Soluite tem-

A te templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Ipsum autem genus mortis, hoc est, sublimitas crucis in vno ver-
bo intelligitur, quod ait, ascendisti. Quod vero addidit, Recumbens dormisti, Euangelista exponit, vbi dicit, Et
inclinato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & vnde illum
nullus hominum, sicut prophetæ aliquos, vel sicut ipse alios suscitauit, sed sicut à somno ipse surrexit. Stola porro
eius quam lauat in vino, id est mundat à peccatis in sanguine suo, cuius sanguinis sacramentum baptizati sciunt,
vnde & adiungit, Et in sanguine vuæ amictum suum, quod est nisi ecclesia? Et fului oculi eius à vino, spiritales
eius, inebriati poculo eius. De quo canit psalmus, Et calix eius inebrians, quàm præclarus est. Et dentes eius candi
diores lacte, quod potant apud Apostolum paruuli, verba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo. Ipse igi
tur est, in quo repolita erant promissa Iudæ, quæ donec venirent, nunquam principes, hoc est reges Israël ab illa
stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium, quod clarius est videndo, quàm sit exponendo. CHRYSO-
STOMVS. Benedictio quæ Iudæ data, mystica est, præsignans omnia quæ ad Christum attinent. Iuda (in-
B quit) te laudarunt fratres tui. Quia enim ex hac tribu apparituru erat Christus iuxta dispensationis rationem,
propterea spiritu sancto afflatus Iacob, prædicit per ea quæ in Iudam dicuntur, non solum descensum domini ad
homines, sed & sacramentum, & crucem, & sepulturam, & resurrectionem, & vt semel dicam, omnia. Iuda enim
dicit, te laudarunt fratres tui. Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum, & adorabunt te filij patris tui. Quibus de-
clarat quod subiiciendi illi essent. Catulus leonis Iuda. De germine fili mi ascendisti. Regnum eius prædicit. Sem
per enim scripturæ mos est, per figuram huius animalis, regiam auctoritatem insinuare. Recubuisti & dormiisti
vt leo, & sicut catulus. Quis excitabit eum. Crucem & sepulturam hic significat. Quis excitabit (inquit) eum? Sicut Ioan. 10.
enim leonem vel catulũ nullus audet excitare, ita dormiuisti vt leo, & vt catulus. Quis excitabit eum? Ipse enim
est qui dicit, Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo iterum recipere eam. Postea & tem-
pus quoque manifeste declarat, quo aduenturus sit Christus. Non deficiet (inquit) princeps de Iuda, neque dux de
fœmore eius, donec veniant reposita ei, & ipse erit expectatio gentium. Tandiu (inquit) durabunt Iudaica, & prin
C cipes Iudæorum, quoad ille venerit. Et benedixit, quoad ille veniat, cui repositum est, quasi dicat, illi cui præpara-
tum est regnum, propterea ipse est expectatio gentium. Vide quomodo iam dicit etiam gentes esse saluandas. Et
ipse erit (inquit) expectatio gentium, huius aduentum gentes expectant. Ligans ad vitem asinam suam, & ad pal-
mitem filium asinæ suæ. Per pullum iterum gentium significat adductionem. Nam quia asinus immundum erat
animal, propterea dicit, Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducentur, quasi quis ad palmitem vitis asi-
num alliget, simul insinuans & potestatis excellentiam, & gentium obedientiam. Magnæ enim mansuetudinis
est, quod asinus sustinet se ad palmitem vitis ligari. Viti autem suam doctrinam cõparat, Ego enim sum (inquit) Ioan. 15.
vitis vera, & pater meus agricola. Palmites autem vocauit teneritudinem præceptorum, & facilitatem legis feren
dæ, & iam præsignat gentes magis credulas fore quàm Iudæos. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ
amictum suum. Vide quomodo nobis totum sacramentum insinuauit. Sciunt qui initiati sunt, quod dictum est,
D Lauabit in vino stolam suam. Stolam puto corpus dici, quod propter dispensationem ferre dignatus est. Deinde
vt diligenter discas vinum, quod appellauit, subdit, Et in sanguine vuæ amictum suũ. Vide quomodo sanguinis
nomine crucem nobis & occisionem significet, & omnem sacramentorum dispensationem. Iucundiores oculi
eius vino, & candidiores dentes eius quàm lac. Hic gloriam nobis demonstrare vult per metaphoram vini & o-
culorum. Et candidiores dentes eius quàm lac, iustitiam signat, & claritatem iudicis. Nam per dentes & lac, nihil
aliud significare vult, quàm fore candidum & manifestum iudicium, vt est lactis & dentium qualitas. THEO-
DORETVS. Rectius ergo hæc omnia domino Iesu Christo conueniunt, qui à germine ascendit, vt ait patri-
archa Iacob, & iuxta Esaiam prophetam, Exiet virga de radice Iesse. CYRILLVS. Dominus nanque noster
tanquam è germine & radice generosa, è sancta virgine productus est. Ipse est virga virtutis, quam nobis ex Sion
deus pater misit. Ipse est baculus, qui omnes consolatur, Virga æquitatis, virga regni, quæ recte & mansuete san-
ctos regit, rebelles vero ac contumaces tanquam vas figuli conteret. Ipse est virga Aaron, cuius locus est taber-
E naculum illud diuinum, quę in sancta sanctorum reposita est, quæ germinauit nuces, quod resurrectionis signum
est, vigilantiam enim nucis lignum quodammodo facit. Dormisti vt leo, hoc est, non inuoluntariam mortem
sustinuit, sed vt potens leo aduersarios perterrefaceret, paulisper in cruce dormiuit. GREGORIVS IN Psal. Domi-
SEPTEM PSALMOS POENITENTIALES. Sed qui dormiuit in morte, vigilauit in resurrectione. ne exaudi.
Hinc nanque ait, Ego dormiui, & somnum cepi & resurrexi. Hinc Iacob hic ait, Catulus leonis Iuda, ad prædam Psalm. 3.
fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, Quis suscitabit eum? Quis est iste catulus leonis, ni
si ille de quo in Apocalypsi ad Ioannem dicitur, Vicit leo de tribu Iuda? Qui ad prædam ascendit, quia fortem ar Apoca. 5.
matum fortior superueniens expugnauit. Arma eius abstulit, quia iure illo quod in hominibus habere videbatur,
eum priuauit. Ille enim dum ambiit illicita, perdidit acquisita. Spolia quoque eius distribuit, quia vasa iræ fecit va
sa misericordiæ. Hinc ergo leo acquiescens accubuit, quia mortem sponte subiuit, sed nullus eum suscitauit, quia Cap. 28.
per diuinitatis suæ potẽtiam ipse à mortuis resurrexit. IDEM XV. MORALIVM. Vel, quis suscitabit eũ?
F Quis nisi deus? Aliquando enim in scriptura sacra cum interrogando quis ponitur, omnipotens designatur. Sicut
cum dicitur Iob vigesimoseptimo, Quis arguet coram eo viam eius? Quis etenim, nisi deus, cuius adiutorio ele-
cti vt resistere valeant, fulciuntur? Cum ergo dicitur, quis suscitabit eum? deus intelligitur, de quo per Paulum Gala. 1.
dicitur, Quem deus suscitauit à mortuis. GREGORIVS DECIMOOCTAVO MORALIVM. Cap. 22.
Et quia ecclesia est corpus domini, ipse etiam dominus leo vocatur ex se, Leæna vero vocatur ex corpore.
EVCHERIVS. Sed & quod ad prædam fili mi, ait, ascendisti, perinde est ac si dicat, ascendens in crucem, ca-
ptiuos populos redemisti, & quos ille leo contrarius inuaserat, tu moriens eripuisti. HIERONYMVS. De-
nique rediens ab inferis, ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem. Siue quod melius putamus, captiui-
tas passionem, ascensus resurrectionem significat. EVCHERIVS. Vel quod secundum aliam literam dici-
tur, dormisti vt catulus leonis, hoc est, quia inde mortuus, vnde natus. Aiunt physici, quod catulus leonis cum fu
erit natus, tribus diebus dormit & tribus noctibus. Tunc deinde patris fremitu tremefactus cubilis locus, excitat
dormien

Universidad de Deusto
Biblioteca

dormientem.Christus quoque in cubili sepulchri tribus diebus & tribus noctibus iacēs,somnium mortis implevit. Bene ergo Christus vt leo requieuit, qui non solum mortis acerbitatem, sed imperium vicit, & vt catulus leonis,quia tertia die resurrexit. GRAECVS. Quis ergo suscitabit eum? Cum admiratione dictum est,Quis suscitabit dominum à mortuis? Quis alius nisi pater domini? THEODORETVS. Ipse ergo vt leo terribilis dormiuit in cruce, terribilis (inquam) morti & diabolo. Qui Christus rectè & leo & catulus leonis dicitur, quia & rex, & regis filius fuit, quemadmodum & deus,& dei filius.Et ipse seipsum à somno mortis excitauit,vt antea prædixerat, Soluite templum hoc, & cætera. Et quoniam ait, Non deficiet dux de Iuda,ac dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium, manifestè aduentum domini prædicit. Defecerunt enim Iudæorum non reges tantum, sed & sacerdotes & prophetæ. Seruatore nanque nostro iam nascituro, alienigenæ reges Iudæorum regnum obtinuerunt, vt æternus declararetur rex, gentium expectatio, iuxta datam à deo patriarchis vniuersorum promissionem. Etenim & Abraham & Isaac & Iacob promisit vniuersorum deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Hanc autem hoc loco Iacob Iudam benedicens ostendit, Non deficiet, & cætera. Deinde ex Iudæis & gentibus conflatum populum signat,cum ait,Ligans ad vitem pullum suum,& cætera.Israëlem vero vitem appellari omnes prophetæ satis docent.Nam & Dauid ait, Vineam ex Aegypto transtulisti,& cætera. Et Esaias,Vinea facta est dilecto meo, & cætera.Et Hieremias,Ego te plantaui vineam electam,& cætera.Et per legislatorem ait dominus, De vinea Sodomorum. Et dominus in sacris euangeliis,Homo quidam plantauit vineam,& cætera.Pullum vero populum ex gentibus vocat, vtpote indomitum & domitore carentem.Quod & dominus indicauit, dicēs apostolis, Super quem nullus hominum sedit.Neque enim patriarcha,neque legislator,neq; propheta salutis gentium curam habuit, apostoli vero iussi docere omnes gentes,& baptizare eas in nomine patris & filij & spiritus sancti, asellum soluerunt, hoc est,humanā naturam peccatorum catenis deuinctam. Soluerunt autem & pullum, hoc est, populum ex hac natura prognatum,& impositis super eum propriis vestimentis, hoc est, gratia quam consecuti erant(quotquot enim in Christū baptizati sunt,Christum induerunt) & obedientem pullum ostenderunt. Et super eum dominum Christū sedere fecerunt, & viti eum alligauerunt,hoc est,sibi ipsis. Ex Iudæis nanque nati sunt, non solum apostoli, sed & septuaginta discipuli, & tria illa milia quæ in suam sagenam apostolorum princeps traxit, & quinque milia, & illæ myriades hominum credentium,de quibus in Actis apostolorum ait Iacobus beatissimum ad Paulum,Vides frater quot milia hominum, & cætera. EVCHERIVS. Vel ad vitem alligauit dominus asinam cui supersedit,id est corpori suo vniuit & applicauit ecclesiam ex gentibus congregatam,in vinculo charitatis,& disciplinę euangelicæ nexu,vt de imitatione illius viuens,efficiatur hæres dei,cohæres autem Christi. Alij hanc asinam synagogam interpretantur,tardigradam scilicet,& graui legis pondere oppressam. THEODORETVS. Postremo patriarcha Iacob passionem domini prædicit,Lauans(inquit)in vino stolam suam, & in sanguine vuæ vestem suam.Et corpus quidem domini stolam vocat, sanguinem vinum, quia & mysticum vinum sanguinem dominus vocat, & beato Ioanne euangelista docente didicimus, ex latere domini fluxisse sanguinem & aquam. Hi sunt riui qui de corpore domini fluxerunt,de quibus Iacob modo ait,Lauans in vino,& cætera. Mos est nanq; sacræscripturæ vino vltionem assimilare,Vt illud,Calix in manu domini,quia dominus quos vult vlciscitur, & punit.Hoc igitur loco passionem domini & mortem vinum vocans,rectè ait,Lauās,vel lauabit in sanguine vuæ stolam suam,vt clarius mortem domini significaret. Stolam itaq; formam serui assumptam vocat. Manifestum vero est vino vestem minime lauari, sed potius violari, sed quia mors cæteris quidem hominibus vitæ depositio esse solet,domino vero non vitę depositio,sed ad immortalem ac beatam vitam transitus ac mutatio fuit,ad quā post resurrectionem transmigrauit,ideo ait, Lauabit,hoc est,passio non erit illi ad pœnam atque vltionem,sed ex ipsa passione,& gloriosior & immortalis euadet.Idemq; aliter significauit,dicens,Iucundi oculi eius à vino,id est propter vinum.Nam quia ij qui multo vino vtuntur,subsanguineos oculos habere consueuerunt,vt ostendat dominum per passionem ac mortem mutationem quandam sensurum,sed in melius ait, Iucundi oculi eius à vino, & dentes eius lacte candidiores.Pro toto partem hic posuit, id est totus erit post mortem gloriosus ac candidus, & sicut dentes candidi labris teguntur,aperto autem ore deteguntur,ita candor gloriæ domini qui ante mortem tectus erat,post resurrectionem omnibus apparuit. Vel quia saluatoris passio exultatio est mundi, ita enim passio domini appellatur,vt cum ait,Pater transeat à me calix iste, Et potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Iucunditatem atque oculorum lætitiam quæ passionem ac resurrectionem dominicam secuta est,indicat,dicens, Iucundi oculi eius à vino. Claritatem autem euangelicæ atque apostolicæ doctrinæ dentibus lacte candidioribus assimilauit. EVCHERIVS. Vel aliter. Pulchriores sunt oculi eius vino. Oculi Christi apostoli sunt & euangelistæ,qui scientiæ lumen vniuerso corpori ecclesiæ præstant.Ii pulchriores vino probantur,quia eorum doctrina austeritatem vini veteris exuperat,id est priscæ legis traditionem.Euangelica enim præcepta longe clariora sunt,quàm veteris testamenti mandata.Et dentes lacte candidiores.Dentes prædicatores sunt sancti,qui præcidunt ab erroribus homines,& eos quasi comminuendo, in Christi corpore transferunt. Nomine autem lactis, doctrina legis significatur,quæ carnalem populum tanquam paruulos loco lactis alebat. Quibus quidem candidiores effecti sunt doctores ecclesiæ,quia fortem & solidum cibum verbi mandunt atque distribuunt. De quibus dicit in epistola ad Hebræos Apostolus,Perfectorum autem est solidus cibus.Et bene candidiores lacte dentes dicit,Omnes enim qui perfecti sunt,& qui scripturarum cibos explanantes, subtilem & minutum intellectum, qui spiritalis dicitur,corpori subministrant,candidi esse debent & puri,atq; ab omni macula liberi. RVPERTVS. Iuda te laudabunt fratres tui.Hic os suum latius aperuit Iacob,spiritumq; attraxit,& clarius edixit,quod gaudenter totus exaudiret orbis.Iuda(inquit)te laudabunt fratres tui.Constat quidē, quia de tribu Iuda reges extiterunt, at illi præter Dauid Ezechiam & Iosiam, omnes peccauerunt, neque adeo fortes fuerunt, vt merito in laudem fortitudinis eorum tantus patriarcha tantopere dilatare debuerit os suum.Vnus igitur de omnibus electus sit rex Christus,in quem ista rectè dicantur.Iuda,quippe,quod interpretatur confessio,ipse est nostræ confessionis princeps & auctor,sine quo non erat nobis confiteri, sine quo non fieret quod scriptum est. Illuc enim ascenderunt

Psalm.121.

tribus

A tribus domini,testimonium Israël ad confitendum nomini domini. Neque transiret quisquam in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei,in voce exultationis & confessionis.Iuda ergo te laudabunt.Te inquam ô Christe confitebuntur fratres tui, & laudabunt & prædicabunt te omnes filij dei, & pro hoc ipso etiam laudabunt te,quod sunt fratres tui,quod nominantur,& sunt filij dei viuentis.Nam nisi per te recepti,& per te fuissent adoptati,essent semper vt erant,omnes inimici, omnes filij mortis, filij iræ,filij diaboli. Iure ergo te laudabunt. Quomodo laudabunt? Quid laudantes clamabunt? Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.Hoc vere laudabile,hoc laude canora dignum est,quia vera fortitudo,quia gloriosa victoria est. Ad quid enim manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum? Videlicet ad hoc,vt depressi & incuruati,aut te adorent,aut expellantur de finibus tuis,claudendi carceribus in vinculis sempiternis.Pro meliori parte victoriæ continuo subiungit,Adorabunt te filij patris tui.Qui inimici tui,ipsi filij patris tui,sed prius secūdum meritum suum inimici, postea per gratiam

B tuam filij patris tui.Ad hoc manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, vt adorent te illi,& reconcilientur tibi,fiantq; ex inimicis fratres tui,fiāt filij patris tui. Ita mirabiliter deducet te dextera tua,ceruicibus inimicorum tuorum impressa,ita populi sub te cadent in corda inimicorum regis,facti sedes tua deus in seculum seculi.Nam quia deus es tu,idcirco parum dictum erat,te laudabunt fratres tui,suppletum ergo est,dicendo, Adorabunt te filij patris tui.Quæ autem causa vel materia laudis,aut vnde tibi dignitas adorandæ maiestatis? Ait,Catulus leonis Iuda,ad prędam fili mi ascendisti.Quia catulus leonis tu es,id est filius dei fortissimi,cunctarumq; fortitudinum & virtutum principis, idcirco adorabunt te filij patris tui, & quia tu ad prædam fili mi ascendisti, & infernum debellasti,idcirco iure te laudabunt fratres tui. Quanuis enim dicantur & sint fratres tui, vel filij patris tui, non tamen vt tu catulus, sic & ipsi dici, vel esse possunt catuli leonis. Non enim natura sed adoptione sunt filij dei, patris tui,vnde & præter te fili mi,nullus ad prædam ascendere,nullus infernum spoliare potuit.Tu solus prædator mortis,requiescens accubuisti vt leo,& quasi leæna.Hoc mirabile est. Requiescens,id est moriens, accubuisti vt leo,nec enim moriendo defecisti, aut imminuta est fortitudo tua. Nec vero tantum vt leo apertis accubuisti

C oculis,sed & quasi leæna, quam vt sæuiant, grandis agit amor, & affectus grandis erga fœtus suos esurientes,ad prædam excitat. Accelerasti enim spolia detrahere, festinasti prædari,vt ad catulos,id est apostolos tuos magnæ prædæ gaudium,magnum reportares triumphū resurrectioni. Quis suscitabit eum? Hactenus prona mente blandientis affectu loquebatur pater ad illum principem fortitudinis,suum secundum carnem filium,nunc tota irruente admiratione,quasi astantem circunspicit orbem vniuersum,& dicit interrogans, vt interrogando totum in admirationem excitet genus humanum.Quis suscitabit eum?Et recte nos quoque de præterito dicamus,Quis suscitauit eum?Helias viduæ filium suscitauit.Ipse Lazarum suscitauit.Ipsum quis suscitauit? Quis spiritum eius adiuuit?Ipse nempe nullo indigens, proprio rugitu euigilauit, potestatem enim habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.Iam quasi quæreretur,quando ille veniet,& quod signum temporis aduentus eius, respondit,Non auferetur sceptrum de Iuda,& dux de fœmore eius,donec veniat qui mittēdus est, & ipse erit expectatio

D gentium.Hoc omni homini oculos habenti certum & præclarum est.Quando enim vel ex quo ablatum est sceptrum de Iuda,& dux de fœmore eius? Videlicet ex tunc,quando regnum Iudæorum Romanis tradentibus adeptus est Herodes alienigena,patre Idumæo,matre ortus Arabica.Et quidem reges iamdudū defecerant à tempore captiuitatis Babyloniæ,duces tamen qui essent de gente illa, perseueranerunt vsque ad contentiones Hircani & Aristoboli,qui ex commixtis tribubus, sacerdotali scilicet & regia orti, regnum & sacerdotium discordibus sibi diuidentes animis,contendendo, & inuicem pugnando, tandem occasionem porrexere Romanæ potestati, locūq; aperuerūt alienigenæ Herodi.Ita paulatim deficiente & claudicāte fœmore Iudæ,tandē potestas omnis ab eo sublata est.Vnde prudenter non tantum dictum est,Non auferetur sceptrū de Iuda, sed additum est,& dux de fœmore eius.Tunc ergo primum sublatum est sceptrum de Iuda, quando tulit illud Herodes, qui vtique Iudæus non erat.Quis autem nesciat,quia tunc venit qui mittendus erat? Tunc enim Iesus Christus dei filius in Bethlehē Iudæ de Virgine nasci dignatus est.Cum ergo dicit, Non auferetur sceptrum de Iuda,& cætera,firmum sermonem propheticum prophetarum sanctissimus tāquam lucernam lucentem in caliginoso loco extollit,vt sciat

E inquisitor regni dei,quando vel ex quo certus esse debeat de aduentu eius,quem laudare & adorare habeant omnes fratres eius,cuncti filij patris eius.Huic lucernæ, huic prophetico sermoni,Simeon senex,homo iustus & timoratus,in spiritu sancto attendens, cum sciret & videret regnante alienigena, ablatum esse sceptrum de Iuda, & ducem de fœmoribus eius, intellexit tempus esse vt veniret qui mittendus erat, & idcirco ad ianuas cœlorum vnde venturum illum sperabat,tandiu suspensa prece pulsauit, donec responsum acciperet à spiritusancto, non visurum se mortem nisi prius videret Christum dominum.Et vidit,& sicut legebat in hoc scripturæ loco, & ipse erit expectatio gentium,ita credidit,& confessus est eum esse lumen ad reuelationem gentium. Vnde autem scire poterat ipse pater Israël,vt diceret,& ipse erit expectatio gentium? Ex deo videlicet, non solum quia propheta erat,sed & quia sic ad Abraham deus locutus est, In semine tuo benedicētur oēs gentes.Qualis vero sit expectatio gentium, subsequenter notis nominibus, & clara similitudine propheticum hoc declarat oraculum. Ligans ad

F vineam pullum suum,& ad vitem ô fili mi asinam suam. Quanto affectu, cum de tertia persona loquatur, apostrophan faciat ad secundam,dicendo ô fili mi, nulla valet lingua verbis consequi, vix vlla valet mens persentiscere benigna vena charitatis.Ligans(inquit)ad vineam pullū suum,& ad vitem ô fili mi asinā suam. Pullum asinæ nouimus,cui superfedit dominus Iesus,hoc est,gentilium populum, quem vtique tunc ad vineam suam alligauit,quando apostolicæ ecclesiæ,quæ ex Iudæis est,illum gratia sua copulauit.Quod per pullum,idem per asinā, & quod per vitem,idem intelligimus per vineam.Vna vitis,vel vna est vinea omnium electorum, ab initio seculi vsque ad apostolicam fidem,vna cum capite suo Christo ecclesia. De semetipso caput Christus dicit, Ego sum vitis,& pater meus agricola est.De ecclesia,quæ est corpus eius,Prophetia dicit, Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei,vineæ suæ.Vinea facta est dilecto meo,in cornu filio olei,& cætera. Ad hanc vitem, ad hanc vineā nos gentes Christum expectantes,donec illum facie ad faciem videamus, nunc interim ligati sumus, tanquam pullus vel asina,cui animali rectè comparatur gentilitas,propter antiqua stultitiæ onera,ligati(inquam)sumus ad

huiusmodi

Psal. 44.

Esaiæ. 8.

3.Reg.17. Ioan.11. Esaiæ.40. Ioan.10.

Matth.2. Luc.2. 2.Pet.1.

Luc.2.

Gene.22.

Ioan.15. Esaiæ.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi vineam, scilicet vt post paleas asinorum pabulum, botrum manducemus suauissimum, & in spiritu- G
sancto scripturarum vinum bibamus optimum. De quo protinus subditur, Lauabit vino stolam suam, & sanguine vuę pallium suum. Idcirco ergo ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam, vt lauet vino stolã suam, & sanguine vuę pallium suum. Nihil verius. Quod per pullum & asinam, idem per pallium & stolam, id est vnam eandemq; intellige ecclesiam. Nam vna eademq; gentilitas, antequam lauacro isto renascereturasina vel
Psalm. 132. pullus petulcus erat. Postquam vero lauit eam Christus, stola vel pallium eius est, de quo in psalmo dicitur, Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Lauabit ergo in vino stolam suam, & sanguine vuæ pallium suum, id est emundabit spiritu sancto ecclesiam suam, &
Ephe. 5. sanguine passionis fidelem populũ suum. Vua enim ipse est, de quo in Canticis canticorũ sponsa dicit, Botrus cypri dilectus meus mihi. Hęc vua, siue hic botrus torculari crucis expressus, sanguinem suum fudit, & spiritum sanctum dedit, vnde & lauit stolam suam, id est mundauit ecclesiam suam, vt exhiberet sibi sponsam gloriosam,
non habentem maculam aut rugam. Pulchritudinem vero huius propheticæ laudis, spiritus sanctus ita cõcludit, H
Zacha. 3. 4. Apoca. 5. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Oculi huius pulcherrimi septem esse, & in Zacharia propheta, & in Apocalypsi Ioannis legimus, qui sunt (inquit) dei septem spiritus missi in omnem terram. Primo vinum hoc loco, vetustam legimus austeritatem legis, sicut mustum aliis scripturæ locis nouam euangelicæ gratiæ significare doctrinam. Constat autem, quia septiformis gratia spiritus sancti quam accepimus ex gratia euangelij, vetustate legis pulchrior atque dulcior est. Dentes quoque hi sunt, qui in corpore eius (quod est ecclesia) fortes sunt ad capiendum solidum cibum. Et hi profecto lacte candidiores, id est illis quibus pro infantia sensuum, lacte literæ opus est, sanctiores atque pulchriores sunt. Dicat itaque, Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. ORIGENES. Verum quoniam diuina scriptura non solum sacramentorum debet scientiam continere, verum etiam mores gestáque informare discentium, sic enim & sapientia per Salomonem dicit, Describe hæc tibi dupliciter, & tripliciter in corde tuo, & arca quæ construebatur à Noë, bicamerata & tricamerata fieri iubetur, conemur & nos posteaquam dupliciter ista prout potuimus I
sentire descripsimus, id est secundum historiam, & secundum mysticum intellectum, nunc in quantum recipere locus potest, etiam moralem in eo discutere sermonem, vt scripturarum studiosi, non solum quid in aliis, vel ab aliis gestum sit, sed etiam ipsi intra se quid gerere debeant doceantur. Iudas confessio interpretatur. Qui ergo vel peccata sua confessus, pœnitentiam gerit, vel Christum in persecutione coram hominibus cõfitetur, collaudatur à fratribus suis. Lætitia enim & gaudium est angelis in cœlo super vnum peccatorem pœnitentiam agentem. Ab ipsis ergo tanquam à fratribus (vnius enim & creatoris & patris, filij sunt & homines & angeli) collaudantur. Verum is qui confitetur dominum Iesum, quia in spiritusancto confitetur, manus eius super dorsum inimicorum efficiuntur. Qui enim antè exhibuerat membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, nunc ea exhibens seruire iustitiæ in sanctificationem, iam fugientium se inimicorum suorum, id est dæmonũ terga vexat & cædit. Sic enim
pugnat non quasi aërem cædens, sed dæmones fugans, quiq; ob nimios profectus velut dei iam in se participium K
habens, etiam adorari dicitur à filiis patris sui. Filios patris sui, quasi in morali loco possumus intelligere minoris meriti fideles, qui in eo maiores quosque & perfectiores adorant, quod eorum opera humiles ac subiecti veneran tur & laudant. Vnde ad ecclesiam dicitur, Adorabunt vestigia pedum tuorum. Et hæc quidem patriarcha Iacob cum Iudam beneficeret, dixit, Prosequamur nunc reliqua.

5 *Abulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens usque ad Sidonem.*

5 HIERONYMVS DE LOCIS HEBRAICIS. Sidon vrbs Phœnices insignis, olim Chananæorũ terminus ad aquilonem respiciens, & postea regionis Iudææ. Cecidit autem in sortem tribus aser, sed non eã pos sedit, quia hostes nequaquam valuit expellere. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & huic prædicit, vbi domicilium habiturus sit, & quod vsq; ad Sidonem extendetur. APOLLINARIVS. Hũc etiã cum Moy- L
ses benediceret, ait, Lætabitur Zabulon, &c. Quia tribui eius bonorum copia tum è terra, tum è mari suppetebat. CAIETANVS. Sors prophetatur Zabulon futura in mari mediterraneo cum multis portubus iuxta Sidonẽ. AVCTOR CATENAE. Pertingens vsque ad Sidonem. Hebraicè est וְיַרְכָתוֹ עַל צִידֹן Veiarcatho al Zidon, Et latus eius siue regio, vel plaga eius, aut terminus eius vsque ad Sidonẽ. Chaldaica totum locum hunc sic legit, Zabulon iuxta portum maris habitabit, & ipse subiiciet prouincias nauibus, & bona maris comedet, & terminus erit pertingens vsque ad Sidonem.

Mysticè. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Ipsa nominis interpretatio meliora promittit, eo quod Latina expressio liberationem significet à nocturnis, quod est vtique bonum, & eius qui sperat in pennis domini, quem circundat veritas eius, ne timeat à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris. Hic ergo Zabulõ iuxta mare (inquit) habitabit, vt videat aliorum naufragia, ipse immunis pe- M
riculi, & spectet alios fluctuantes in freto huius mundi, qui circunferantur omni vento doctrinæ, ipse fidei radice immobilis perseuerans, sicut est sacrosancta ecclesia, radicata atq; fundata in fide, spectans hæreticorũ procellas, & naufragia Iudæorum, quoniã gubernatorem quẽ habuerant abnegarunt. Circa fluctus itaq; habitat, non fluctibus commouetur, magisq; ad subueniendum parat aquam periculo obnoxiam, vt si qui tempestatibus acti gratibus confugere ad portum velint, præsto sit ecclesia tanquã portus salutis, quæ expansis brachiis in gremiũ tranquillitatis suæ vocet periclitantes, locũ fide stationis ostẽdes. Ecclesiæ igitur in hoc seculo tanq̃ portus maritimi p littora diffusa occurrunt laborantibus, dicẽtes esse credentibus refugium præparatum, quo ventis quassata nauigia possint subducere. In his ecclesiis sunt principes Zabulon & principes Neptalim, sicut docet sexagesimus septimus
Psalm 67. psalmus, quorũ alij liberatores sunt à tempestate nocturna, clamantes, Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & in-
Roma. 13. duamur arma lucis. Alij sunt latitudinis apostolicæ, qui possunt dicere, Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor
1. Cor. 6. nostrum dilatatum est. Ipsi sunt isti, qui cum essent in tenebris, lucẽ viderunt magnam, sicut propheta testatur, dicens,

Esaiæ. 9. A cens, Regio Zabulon & regio Neptalim, via maris trans Iordanem, populus qui sedebat in tenebris, viderunt lucem magnam, qui sedebant in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exploratores igitur secus accessus nauium posuit dominus deus noster, patriarchæ huius hæredes, cuius cura peruigil, & spiritalis successio pertendit vsque ad Sidonem, hoc est, vsq; ad gentes peruenit, vt domini misericordia peccata abluat nationum. Sidon enim primitiuus est filius Cham, illius vtiq;, qui propter irreuerentiam paternæ pietatis maledictione damnatus est. Patris ergo liberatio nocturna, tanquam in excubiis posita propugnaculi spiritalis, ne quis scopulosa vitæ huius itinera possit incedere, pertendit vsque ad grauissimorum criminum peccatores, & Sidones ipsos, qui antè superstitione vehementi venatores scelerum nuncupabantur, & vt interpretatio docet, soluta hæreditate maledicti donat, atq; hæreditate benedictionis absoluat, vt vbi maior natus erat, ibi nunc vberior sit gratia. ALBINVS IN QVAESTIONIBVS. Hinc est, quod etiam in euangelio ex hac terra apostolos aliquos assumptos, & Hiere. 16.
B ipsis locis dominum sæpe docuisse legimus. De quibus quidem apostolis dicitur per prophetam, Mittam venatores multos, & venabuntur vos. HIPPOLYTVS. Vel aliter. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsque ad Sidonem. Hoc vocationem gẽtium manifestè declarat, quoniam in omnem terram ac mare exibit Christi verbum ac gratia, quod ex euangelio manifestum fit, cum ait. Terra Zabulon, &c. INTERLINEARIS. Potest Zabulon, habitaculum quoq; fortitudinis interpretari, & hæc est ecclesia ad tolerandum fortissima.

Sachar asinus fortis, accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, 6
& supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens.

C HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta. Isachar bonum de- 6
siderauit, requiescens inter medios cleros, & videns requiem, quia bona est, & terram, quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola. In Hebræo ita scriptum est, Isachar asinus osseus, recumbens in terminis, & videns requiem, quia bona est, & terram, quia pulchra est, inclinauit humerum suũ ad portandum, & factus est in tributum seruiens. Quia supra de Zabulõ dixerat, quod maris magni esset littora possessurus, Sidonem quoq; & reliquas Phœnices vrbes cõtingeret, nunc ad mediterraneam prouinciam redit, & Isachar quia iuxta Neptalim pulcherrimam in Galilæa regionem possessurus est, benedictione sua habitatorem facit. Asinũ autem osseum vocat, & humerum ad portandum deditum, quia in labore terræ, & vehendis ad mare oneribus, quæ in suis finibus nascebantur, plurimum laboraret, regibus quoque tributa comportans. Aiunt Hebræi per metapho ram significari, quod scripturas sanctas die & nocte meditans, studium suum dederit ad laborandum, & ideo ei omnes tribus seruiunt, quasi magistro dona portantes. CHRYSOSTOMVS. Laudat hunc quod ope-
D rationem terræ elegerit, & hanc omnibus aliis prætulerit. CAIETANVS. De hoc sola ea dicuntur quę quadrant asino osseo, videlicet quod non vagus extra confinia, sed iudicauit quietem intra confinia esse expediente, & terram benignam cultoribus, & propterea summisit ossa sua laboribus agriculturæ, & inde secutum est, quod sit magis grauatus tributis. Morale apparet hoc esse principibus, vt cultores feracis regionis plus fructuum terræ percipientes, plus grauent. Assimilatur autem asino osseo, asino quidem propter ruditatem ingenij, contenti labo rioſæ seruitutis statu, osseo autem propter magnitudinem roboris corporei ad sustinendum. AVCTOR CA. Isachar asinus fortis. In Hebræo est חֲמֹר גָּרֶם Hamor gárem, Asinus osseus, durus siue fortis. At mirum quomodo Septuaginta τὸ καλὸν ἔσται, ὅτι μισθὸς, pulchrum desiderauit, verterunt asinum fortẽ. Et forte deuiatio fuit, quia vt sæpe testati sumus, r, & d, apud Hebræos eandem pene habent formam, nec facile distinguuntur. Itaque alteram pro altera litera scriptam repererunt, vt non חֲמֹר hamor, id est asinum, sed חָמַד hamad, id est concupiuit, haberent. In
E secunda quoq; dictione, huiusmodi quædam etiam ratio est. Sed dictionem הַמַּשְׂפְּתָיִם Hámispetháim, id est terminos, aliqui sarcinas verterunt, Quasi dicat, Asinus laboris patiens, qui inter duas sarcinas, ex vtroq; latere sibi impositas, & cubare & surgere valet. Sed & dictio נָעֳמָה Naéma, quam in optimã vertit interpres, recti⁹ pulchra, vel decora redditur. Septuaginta, ὅτι πίων, Quod pinguis dixerunt. Demum quod legitur, Tributis seruiens, non dissentit ab Hebraico לָמַס עֹבֵד lemas obed, Tributo seruiens. Verum tributum pro labore sumpserunt. Septuagin ta, vertuntq;, καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός, Et factus est vir agricola. Quod valde ab Hebræo deuiat. Totum autem locũ sic legit Chaldaica, Isachar diues in substantia, & possessio eius erit inter terminos. Et vidit partẽ suam quod erat bona, & terram quia fructifera, & subiiciet prouincias populorum, & dispersabit habitatores earũ, & qui relicti fue- 1. Para. 7.
rint in eis, erunt ei seruientes & tributarij. Asinus igitur fortis Isachar dicitur, quia in libro Paralipomenon scribuntur fuisse de illa tribu fortissimi viri vigintiduo milia, de stirpe Thola filij Ozi triginta sex milia illorũ fratres de Isachar robustissimi ad pugnandum octoginta septem milia. Termini autem inter quos accubans dicitur Isa-
F char, littora duo sunt maris magni, id est mediterranei, & maris Galilæi, Vel maritima & mõtana, inter quæ eius sita dicebatur habitatio. Vidit requiem, &c. Ex terra (inquit) nutriuit se, & sapientiæ vacauit præ aliis tribubus. Eligẽtes seruire tributis regum, magis q̃ sectari bella, quorũ ducẽti viri eruditi, qui nouerãt singula tẽpora ad præciendũ quid facere deberet Israel, veniebãt ad Dauid cum exaltaretur in regnũ, primo Paralipomenon capite. xij. Mysticè.
AMBROSIVS. Isachar merces dicitur, & ideo refertur ad Christũ, qui est merces nostra, quod eũ nobis ad Psalm. 126.
spem salutis æternæ, nõ auro, nõ argento, sed fide & deuotione mercemur. Vnde & Dauid de ipso dicit, Ecce hæreditas domini filij merces fructus vẽtris. Et ideo dicit Moyses, Merces circa mare inhabitantiũ. Hic est qui bonũ cõcupiuit ab initio, & quod malũ est desiderare nesciuit. De quo Esaias ait. Prius q̃ sciat puer vocare patrẽ aut ma Esa. 8.
trẽ, nõ credidit malitiæ, eligens quod bonũ est. Requieuit inter sortes veteris vel noui testamẽti, vel in medio prophetarũ. Ideoq; inter Moysen & Heliã medius apparuit, vt ostẽderet nobis quod in eorũ sermonib⁹ requiẽ habeat, per quos pleriq; peccatis renũciãtes, credũt in deũ viuũ, vel quod ipsi sint testes resurrectionis eius & beatę quietis. Itaq; vt ad resurrectiõis suæ gratiã vocaret gẽtes (ipsa est enim pinguis & fertilis terra, quę fructꝰ generat æternos,

fructus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructus centesimos ac sexagesimos, Subiecit humerũ suum ad laborandũ, subiiciens se cruci, vt nostra peccata por G
Esaiæ.9. taret. Ideoq; dicit Propheta, Cuius principatus super humerũ eius, hoc est, super corporis passionem diuinitatis po
testas, vel crux supereminens corpori. Supposuit ergo humerũ incumbens aratro, omnibus subeundis contume
liis patiens, ita subiectus labori, vt vulneraretur propter iniquitates nostras, vt infirmaretur propter peccata no
stra. Et factus est agricola, sciens terrã suam bono seminare frumento, & fructiferas arbores alta radice plantare.
HIPPOLYTVS. Vel Isachar apostolorum Christi figura est, qui legalem vitam atq; instituta relinquentes,
Christũ secuti sunt. Terra autem Isachar pinguis est, quia caro domini quã apostoli coluerunt, fluit lacte & melle.
Accubans inter terminos. Qui decalogi præcepta ita sequũtur, vt tamen euangelicã doctrinam non omittant, hi
accubant ac cõquiescunt inter terminos, dicentes cum domino, Nõ veni soluere legem, sed adimplere. Vidit ter
ram quia pinguis, &c. Hoc beati fecerunt apostoli, qui accepta virtute à domino, humeros suos ad prædicationis
labores supposuerũt, & dei agricolæ facti, terram, hoc est, mortalium hominũ corda excoluerunt. CYRILLVS. H
Sed & aliter, Isachar merces interpretatur. Quæ nam igitur hæc merces dicenda est, nisi hæreditas gentiũ, de qua
dictum est, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam? Et alibi, Ecce hæreditas domini, filij merces fructus
Cap.17. ventris. GREGORIVS PRIMO MORALIVM. Et quia vocatæ plebes gentiliũ, dum ad requiem ve
nire desiderant, cuncta mandatorũ onera libenter portant, Ideo Iacob filios alloquens prophetica hoc studuit vo
ce signare, dicẽs, Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. Inter terminos nanq; accubare est, præstolato mun
di fine requiescere, nihilq; de his quæ nunc in medio versantur, quærere, sed vltima desiderare. Fortisq; asinus re
quiem ac terram optimã videt, cum simplex gentilitas, idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternæ vitæ
patriam tendit. Quẽ ad portandũ onus humerũ supponit, quia conspecta superna requie, præceptis etiam grauibus
in operatione se subiicit, & quicquid intolerabile pusillanimitas asserit, hoc ei leue ac facile spes remunerationis
ostendit. EVCHERIVS ET ISIDORVS. Isachar igitur populus est gentiũ, qui ideo merces dicitur, I
quia eum Christus sanguine suo emit. Is & asinus est, quia ante eius vocationẽ brutus erat & luxuriosus, nulla ra
tione domitus, sed post fortis effectus, saluatori nostro mentis occulta subigens, ac redẽptoris dominio colla sub
iiciendo, iugum disciplinæ euangelicæ perferens. Accubans autẽ inter terminos huius vitæ, vidit requiem æternę,
quia bona, & terram viuentiũ, quod optima, supposuit humerũ ad portandum, nanq; (vt dictum est) qui ad pro
missam requiem peruenire desiderat, mandatorũ onera libenter portat. Ideo factus est tributis seruiens, hoc est,
regi & Christo suo fidei dona, operũmque bonorum munera offerens.

7 *Dan iudicabit populũ suum sicut & alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, mor-*
dens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine.

7 HIERONYMVS IN QVAESTIONIBVS HEBRAICIS. Dan iudicabit populũ suum sicut vnũ K
de sceptris Israël. Fiat Dan coluber in via, regulus in semita, mordens vngulas equi, & cadet ascensor eius retror
sum. Saluatorem tuũ expectabo domine. Sampson iudex Israël, de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit. Nunc videns in
spiritu comam nutrire Sampson Nazaræũ tuum, cæsis hostibus triumphare, quod in similitudinẽ colubri regulique
obsidentis vias, nullũ per terram Israël transire permittat, sed etiã si quis temerarius virtute sua, quasi equi veloci
tate confisus, eam voluerit prædonis more populari, effugere non valebit. Totũ autem per metaphoram serpentis
& equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazarẽũ tuum, quod & ipse propter meretricem mortuus est, & mo
riens nostros occidit inimicos, putaui ô deus ipsum esse Christũ filium tuũ, verũ quia mortuus est, & nõ resurrexit,
& rursus captiuus ductus est Israël, alius mihi saluator mũdi, & mei generis præstolandus est, vt veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gẽtium. EVSEBIVS EMESENVS. Dan iudicabit, &c. Hoc ergo ad Sam
psonem refertur, qui ita facile duodecim tribubus sicut vni præfuit. Fiat ipsi Dan serpens, &c. id est, quemadmodũ
calcaneo equi à serpente in via morso, necesse est vt ascensor retro cadat, nullamq; spem nisi in dei ope atq; auxilio L
habeat, eadem ratione Sampson à Dalida tanquam serpente morsus corruit, atq; vna cum eo populus Israël, qui à
Sampsone veluti equus ferebatur, donec iterũ diuina virtute corroboratus, vltionẽ de Philistinis iure ac merito
sumpsit. AMBROSIVS. Dan iudicabit populũ suum tanquã vna tribus Israël. Et factus est Dan ipse serpens
in via sedens, & in semita mordens calcaneũ equi, & cadet eques retrorsum, salutem expectans à domino simplex
quidẽ intellectus hoc habet, quod etiã Dan tribus iudicem dederit in Israël. Etenim post Iesum Naue iudices fue
runt plebis de diuersis tribubus. Fuit autẽ & Sampson de tribu Dan, & iudicauit Israël viginti annis. Sed nõ hunc
prophetia significat, sed antichristũ, qui futurus est ex tribu Dan. Sæuus iudex & tyrannus immanis, iudicabit po
pulum suũ. Tanquam serpens in via sedens, deiicere tentabit eos qui viam ambulant veritatis supplãtare cupiens
veritatẽ. Hoc est enim mordere equi calcaneũ, vt veneni suffusione equus saucius, & vulneratus dente serpentis,
leuet calcaneũ suum. Sicut Iudas proditor tẽtatus à diabolo, super dominũ Iesum leuauit calcaneũ suum, vt deii
ceret equitẽ, qui se deiecit, vt omnes leuaret. Cecidit igitur nõ prostratus in faciẽ, quasi dormitans, sed retrorsum,
vt à superioribus ad priora se extendens, à domino expectaret salutem. Sciebat enim se resuscitandum, & ideo M
iacentem Adam expectabat erigere. Vnde nos cum bene in via currimus, caueamus, necubi serpens lateat in
semita, & subruat vestigium equi, hoc est, corporis nostri, & deiiciat subito equitem dormientem. Nam si
vigilamus, cauere debemus aliquatenus, & morsus declinare serpentis. Non ergo nos opprimat somnus negli
Psalm.75. gentiæ, somnus seculi, non oppimat diuitiarum somnus, ne de nobis dicatur, Obdormierunt somnum suum, &
nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum. Sed sunt & equites dormientes, de quibus scriptum est, Dormierunt qui
ascenderunt equos. Si auaritia pectus tuum vulneret, si libido inflammet, dormis eques, & ideo corpus tuum, hoc
est, equum tuum non potes refrenare. Vigila ergo, vt etiam si deiectus fueris, hoc est, mortuus fueris, non obdor
mias. Qui enim obdormiunt somnum suum, nihil inueniunt. Tu autem expecta salutem à domino venturam,
respice, vt gratiam resurrectionis inuenias. Dormiebat Iudas, denique verba Christi non audiebat. Dormiebat Iu
das equidem somnum diuitiarum, qui mercedem de proditione quærebat. Vidit eum dormientem diabolus, &

oppressum

A oppressum auaritiæ somno graui, misit se in cor eius, vulnerauit eum, deiecit equitẽ quẽ separauit à Christo. Hanc
tribũ benedixit Moyses, dicens, Dan catulus leonis, & effugiet ex Basan, hoc est, ex confusione. Vnde secundũ Græ Deuter.33.
cum magis intelligere debemus ex quo Latinus transtulit, quod Dan ipse factus sit serpens in via sedens. Dan iu
diciũ interpretatur. Et ideo graue iudicij periculũ tribus ista subiit, cui serpens illapsus antichristus est, qui corren
tem suis sauciaret venenis. Sed tamen ipsa tribus liberabitur à cõfusione, cum fuerit confessa equitẽ resurgentem
qui ait, Qui me confessus fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eum corã patre meo, qui est in cœlis. CHRYSOSTOMVS. Lucæ 12.
me cõfusus fuerit corã hominibus, confundã & ego eum corã patre meo qui in cœlis est. Qui autem
Dignũ vt quis admiretur & obstupescat, quomodo oculis spiritus omnia prævidens, filiis suis prænũciauerit quid
vnicuiq; euenturũ sit, etiam post multũ temporis. THEODORETVS. In Dan quidã ea quę ad Sampsonem
attinent, nam ille ex ea tribu fuit, & cũ iudicibus numeratus est, ideoq; dictũ est, Dan iudicabit populũ suum, Nõ-
B nulli autẽ ea quæ circa vrbem Lais gesta sunt intelligi volunt, nam ex hac tribu quidã impetu facto & structis in-
sidiis, vrbem quæ nunc Paneas dicitur occuparũt, eamq; à suo nomine Dan vocitauerũt. Ego vero in eam senten-
tiam venio, vt existimem spiritũ sanctum ea quæ ad saluatorẽ nostrum pertinent vaticinari, atq; hoc loco antichri
stum prædixisse, quę enim scripta sunt, illi maxime cõueniunt, Dan iudicabit, &c. Quemadmodũ enim ex tribu Iu
da seruator noster germinans, terrarũ orbem seruabit, ita ex tribu Dan exitialis ille serpẽs egredietur, hoc enim ait,
Fiat Dan coluber, &c. Nam quia variis atq; omnigenis decipulis & circunuẽtionibus vsus, quotquot poterit ad æ-
ternam mortẽ venari tentabit, recte illũ serpenti iuxta viam latitanti comparauit. Equũ vero ipsum corpus voca-
uit, ascensorẽ animam ipsam. Retro autẽ cadere, est mortẽ subire. Per calcaneum vero fallaciã significat. Antichri Cap.18.
stus nanq; alios decipiet, aliis diuersa tormẽta illaturus est. GREGORIVS XXXI. MORALIVM. Nõ-
nulli ergo de tribu Dan venire antichristũ ferunt, pro eo quod hoc loco Dan, & coluber asseritur, & mordẽs. Vn-
de & nõ immerito dum Israëliticus populus terras in partitionem castrorũ susciperet, primus Dan ad Aquilonẽ Esaiæ 14.
castrametatus est, illũ scilicet signans, qui in corde suo dixerat, sedebo in monte testamẽti, in lateribus aquilonis, Hiere.8.
C ascendam super altitudinẽ nubium, similis ero altissimo, De quo & per prophetã dicitur, A Dan auditus est fre-
mitus equorũ eius. Qui non solũ coluber, sed & cerastes vocatur, κέρατα enim Græce, cornua dicũtur, serpensq; hic
cornutus esse perhibetur, per quẽ digne antichristi aduentus asseritur, quia cõtra vitam fideliũ cum morsu pestifę
ræ prędicationis, armatur etiã cornibus potestatis. Quis autẽ nesciat semitam angustiorẽ esse, quàm viam? Fiat er-
go Dan coluber in via, quia in præsentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur,
sed in via mordet, quia eos quibus libertatẽ tribuit, erroris sui veneno cõsumit. Fit cerastes in semita, quia quos fi-
deles reperit, & sese ad præcepti cœlestis angusta itinera cõstringentes, non solũ nequitia callidę persuasionis im-
petit, sed etiã terrore potestatis premit, & in persecutionis languore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cor-
nua potestatis. Quo in loco equus hunc mundũ insinuat, qui per elationẽ suam, in cursu labentium temporũ spu-
mat, & quia antichristus extrema mundi apprehẽdere nititur, cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur. Vn-
D gulas quippe equi mordere, est extrema seculi feriendo contingere, vt cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est, Act.9.
quisquis extollitur in dignitatib⁹ mundi. Qui retro cadere dicitur & non in faciẽ, sicut Saulus cecidisse memorat.
In faciẽ enim cadere est, in hac vita suas vnũquemq; culpas agnoscere, easq; pœnitẽdo deflere. Retro vero, quo nõ
videtur, cadere, est ex hac vita repente decedere, & ad quæ supplicia ducatur ignorare. Et quia Iudæa erroris sui la
queis capta, pro Christo antichristũ expectat, bene Iacob eodẽ loco repẽte in electorũ voce cõuersus est, dicens, Sa
lutare tuũ expectabo domine, id est, nõ sicut infidelem antichristũ, sed eum qui in redemptionẽ nostram venturus Homilia 8.
est, verũ credendo fideliter Christum. IDEM SVPER EZECHIELEM. Quod enim salutare dicimus
Latine, hoc verbo Hebraico Iesus dicit. In quo verbo beati Iacob mens ostẽditur, quomodo Iesu desiderio arde-
bat, quẽ se moriens expectare perhibebat. ISIDORVS. Quidã autẽ hęc omnia de Iuda proditore dicta pronũ
ciant. INTERLINEARIS. Ipse enim iudicabit populũ suum sicut alia tribus in Israël, quia plenã habuit
sicut alij discipuli apostolatus potestatẽ. Ipse etiã dolo & malitia serpẽs cornutus, saluatori insidiatus est, & eũ tra-
E didit osculo proditionis. ISIDORVS. Equitẽ autem & equum, dominũ cum carne susceptam intelligũt, Qui
retrorsum cecidit, quia in terrã reuersus vnde sumptus. Sed quia die tertia resurrexit, ait, Salutare tuũ expectabo
domine, sicut per Dauid dicit, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre cor-
ruptionem. AVCTOR CAT. Dan iudicabit populũ suum sicut & alia tribus in Israël, Pro sicut & alia, est
in Hebræo כְּאַחַר ceahad, id est Sicut vna. Sic & Septuaginta ὡσεὶ μία, Sicut & vna. Pro dictione etiã, vngulas,
rectius calcaneos, ponere, est enim ibi עָקֵב ikebe, calcaneos. Et prout cadat, & cecidit. Est enim ibi יִפֹּל Vaipol.
Quod aũt subditur, Salutare tuũ expectabo domine, Hebraicè est: לִישׁוּעָתְךָ קִוִּיתִי יְהוָה Lisuathcha kiuithi adonai,
In salute tua speraui domine, Alij, Saluationẽ tuam expectabo domine, Alij, Salutẽ tuam expectaui domine, ver-
terunt. קָוָה Kaua enim, & sperare & expectare significat. Et moris est etiã Hebræorum, præteritũ ponere pro futu-
ro. Vnde quælibet versio stare potest. At Septuaginta hanc sententiã non ad Iacob, sed ipsum equitẽ referunt, red
dentes, Ὁ ὑποστὰς ὁ ἵππευς εἰς τὰ ὀπίσω, τὴν σωτηρίαν προῃρημένων κυρίε, Et cadet eques retrorsum, salutẽ expectans do-
F mini, Quod certe valde recedit ab Hebræo. Sed quomodo intelligat tota hæc litera, clare & dilucide ostẽdit Chal
daica, vt nullus deinceps remaneat scrupulus, habet enim illa, Erit vir qui cõsurget, & eligetur de domo Dan cu-
ius timor irruet super populos, & percutiet fortiter Philistæos, quasi coluber aspis insidiabitur iuxta semitã, interfi
ciet robustos in castris Philistinorũ, equites cum peditibus, eneruabit equos & quadrigas, & deiiciet ascẽsores eorũ
retrorsum. Salutare tuũ expecto domine. Dixit pater noster Iacob. Nõ expecto salutare Gedeon filij Ioas, quæ est
salus tẽporalis, neq; salutare Sampson filij Manue, quæ est salus transitoria, sed expecto redẽptionẽ Christi filij Da
uid, qui venturus est ad accersiendum sibi filios Israël, cuius redemptionem desiderat anima mea. Hęc quidẽ illa. Mystice.
CYRILLVS. Sed & secundũ alterum sensum, quia Dan iudicẽ vel iudicium significat, cui à Christo promissum est, Se-
apostolorũ chorum intelligi datur, qui factus est princeps omniũ credentium, & cui à Christo promissum est,
debitis & vos iudicantes duodecim tribus Israël. HIPPOLYTVS. Ascensor autẽ equi, Christus dominus,
calcaneus, quia in nouissimis diebus natus est. Cadit retro, per mortem, insidiator, populus Iudæus.

Universidad de Deusto Biblioteca

8 *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.* G

8 HIERONYMVS. Gad latrũculus latrocinabitur eum, & ipſe latrocinabitur plantã. Iuxta Hebræũ interpretati ſum⁹, ſed vbi nos latrunculũ poſuimus, ibi ſcriptũ eſt גדוד gedud, vt ad Gad nomẽ alluderet, qui ſignificãtius ἔυζωνος, id eſt, accinctus ſiue expeditus exprimi poteſt. Totũ autẽ illud eſt, quod ante Rubẽ & dimidiã tribũ Manaſſe, ad filios quos trans Iordanẽ in poſſeſſione dimiſerat, poſt annos quatuordecim reuertẽs, prçliũ aduerſum eos gentiũ vicinarũ grãde repererit, & victis hoſtib⁹ fortiter dimicarit. Lege librũ Ieſu Naue, & Paralipomenon. (Vbi ſupra. Ioſue 13. 1.Paralip.5.) THEODOR. Aliter. De Gad prædixit latronũ inſultus atq; inſidias quas paſſurus erat. Hoc eſt em̃ quod ait, tentatio tentabit eũ. Simulq; ipſius Gad victoriã prænũciat, cũ ait, Ipſe aũt tentabit eũ iuxta pedes. CAIETANVS. Iuxta Hebrçũ habetur, Gad cõgregationẽ congregabit ipſe, & ipſe cõgregabit calcẽ. Dictio Hebraica ter repetita, ſignificat cõgregationẽ ad pugnandũ vel ad latrocinandũ. Et deſcribitur nõ ſolũ primo cõgregatio ad bellũ, ſed etiã cõgregator reliquiarũ quç per finẽ ſeu calcem ſignificãtur. Nec occurrit magis cõgrua verificatio huius prophetiæ, quã in Iepte qui fuit cõgregator latronũ & militũ aduerſus Ammonitas, & demũ Galaditas tanq̃ calcem cõgregauit ad Ephraim inſurgentẽ contra eũ, & fuit filius Galaad, qui fuit ex tribu Gad, vt patet primo Paralip. quinto. H AVCTOR CAT. Quot ſunt æditiones, tot ſunt lecturæ huius loci, & ideo, obſcuriſſim⁹ eſt. Oĩs autẽ ea diuerſitas accidit ex multiplici ſignificatiõe dictionũ. Nã primũ dictio גדד Gadad, accingere ſe ad præliũ, expedire ſe, copulare vel colligere exercitũ, incidere vel cõcidere, aut dilacerare ſignificat. Et inde Gedud deſcendit, id eſt, accinctus vel expeditus, ſcilicet ad præliũ, vel latro ſiue latrũculus, aut turma vel exercit⁹, ſiue cuneus qui aliquod robur penetrare poteſt. Dictio enim עקב akeb, calcaneũ denotat, plãtã, ſcilicet pedis, aut veſtigiũ, ſed & poſteriorẽ ſeu extremã partem vel finẽ alicuius rei, ſicut plãta eſt extrema pars corporis. His præmiſſis, ſic legitur in Hebræo locus: גד גדוד יגודנו והוא יגד עקב Gad gedud iegudẽnnu, vehu iagud akeb, Gad exercit⁹ deducet eũ, & ipſe cũ exercitu ſuo reuertetur retrorſũ. Vel, Gad accinct⁹ ducet exercitũ, & ipſe reducet, vel & ipſe expedietur, aut expugnabit calcaneũ. Aut, Gad exercitũ ſuccidet, & ipſe ſuccidet calcaneũ. Siue turma militũ circũdabit eũ, ipſe vero I oppugnabit calcaneũ. Sed & ꝑut eſt in litera noſtra recte verti poteſt. Septuagĩta γὰδ πειρατήριον πειρατεύσει αὐτ̀, αὐτὸς δὲ πειρατεύσει αὐτὸν κατὰ πόδας, Gad tẽtatio tentabit eũ, ipſe autẽ tentabit eũ iuxta pedes. Vel pedetẽtim. Gad itaq; (inquit) accinctus præliabitur ante eũ, ſcilicet Dan, & alias trib⁹ in trãſitu Iordanis. Et ipſe accingetur retrorſum, hoc eſt, poſt obtentã ꝓmiſſionis terrã pro fratrib⁹, integro numero militũ eo quod null⁹ occubuerit ex ſuis, redibit ad filios, quos trãs Iordanẽ reliquit. Nã Gad & Rubẽ & dimidia trib⁹ Manaſſe, relictis vxorib⁹ & paruulis vltra Iordanẽ in terra ſibi data, prçcedebãt Iſraël armati in terra ꝓmiſſionis, vt habetur Numeri 22. Sed obtẽta ꝓmiſſionis terra, reuertẽs hæc trib⁹, vicinas gẽtes cõtra ſuos trãs Iordanẽ prçliãtes fortiter ſtrauit, Ioſue 22. Hoc ergo ita futurum in ſpiritu præuidit hoc in loco Iacob. Quod autẽ hic verus hui⁹ literæ ſit intellectus, cõſtat ex Chaldaica æditione, quç difficultates omnes enodat, ita habente, Caſtra armatorũ de domo Gad tranſibunt Iordanem ad prælium coram fratribus ſuis, & cum multa ſubſtantia reuertentur in terram ſuam.

Myſticè. AMBROSIVS. Cæterũ ſecundũ altiorẽ & ſacratiorẽ intellectũ Gad tentatio. Tentauit eũ & ipſe, tentauit eũ K ſecus pedes. Tẽtatio eſt cõgregatio & aſtutia ſcribarũ & ſacerdotũ, qui dominũ de tributo Cçſaris, & de Ioãnis baptiſmate (vt docuit ſcriptura) tentabãt, quib⁹ dñs Ieſus in ſua iuſtitia tẽtamentũ retorſit, ſecus pedes, hoc eſt, cõtinuo, ſine vlla deliberatiõe referens, quo tentãtes magis ipſe cõcluderet. Dicẽtibus enim, In qua poteſtate hçc facis, (Matth.21.) nõ ad quæſita reſpõdit, ſed etiã ipſe ꝓpoſuit dicẽs, Interrogabo & ego vos vnũ verbũ, quod ſi dixeritis mihi, & ego (Matth.22.) vobis dicã in qua poteſtate hçc facio. Iterũ dicẽtib⁹, Licet tributũ dare Cçſari an nõ, ait, Quid me tẽtatis hypocritç? Oſtẽdite mihi numiſma cẽſus. Et offerẽtes iterũ interrogauit, Cui⁹ eſt imago & ſuperſcriptio? Dicũt ei, Cçſaris. Vbi igitur eos ligauit ipſorũ ſermonib⁹, ipſorũ obligatiõe cõſtrinxit, tũc ait illis, Reddite quæ ſũt Cçſaris, Cçſari, & quæ ſũt dei, deo, vt cõtra verba ſua venire nõ poſſẽt. Deniq; mirati abierũt ab eo, Sed nõ eſt mirũ ſi ſec⁹ pedes reſpõdebat, q ante pedes videbat. (Deute.33.) Expoſuit Moyſes euidẽter hãc ꝓphetiã Iacob ſancti eſſe de Chriſto. Sic enim ait, Bndict⁹ qui ampliauit Gad. Sicut leo requieuit, cõfringẽs brachia & principes, & vidit ab initio ſuo, quia ibi diuiſa eſt terra principũ collectorũ ſimul cũ principib⁹ populorũ. L Iuſtitiã fecit dñs, & iudiciũ in Iſraël. Agnoſcim⁹ itaq; quis requieuerit ſicut leo, cõfregerit brachia potẽtiũ, quis ab initio diuiſiões tẽtationũ vidit. Ibi igitur hiatus eſt terrç, qui abſorbeat calũniãtes, vbi tẽtatio perfidorũ eſt. EVCHERIVS, ISIDO. ET INTERLI. Dicamus etiã aliter, Gad antè & retro accinct⁹ ad præliandũ, Chriſti dñi perſonã exprimit, q antè & retro cõtra antichriſtũ prçliabitur gladio verbi dei, (Matth.10.) de quo ipſe ait, Nõ veni mittere pacẽ in terrã, ſed gladiũ, quo inimicos diuiſit, id eſt, filiũ à patre, filiã à matre, nurũ à ſocru, & de quo etiã ait Propheta, Accingere gladio tuo ſup fœmur tuũ potẽtiſſime. Ante ergo pugnabit occulto aduẽtu humilitatis, poſt manifeſtata gloria maieſtatis. Quod autẽ ait, Et ipſe accingetur retrorſum, claritas domini noſtri in ſecundo eius aduẽtu oſtenditur, quia cũ venerit antichriſtus eidem occurret retrorſum, id eſt, poſt eius veſtigia. Chriſtus enim celeri aduẽtu progrediens, interficiet eũ gladio oris ſui. Vnde & bene idẽ Gad latrunculus interpretaẗ, eo quod poſterius, id eſt, ſecus pedes, quaſi latrũculus rapido atq; improuiſo aduẽtu, ſicut fur in nocte, cõtra apertã antichriſti oppugnationẽ exiliat. Chriſtus ergo merito poſt prædictionẽ de M antichriſto in perſona Dan factã in Gad antè & retro præliaturus cõtra eũ modo deſcribiẗ. Demõſtrat & Moyſes aperte, prophetiã patriarchæ huius ſpecialiter pertinere ad Chriſtũ. Sic enim ait, Benedictus (inquit) in latitudine Gad. Quaſi leo requieuit, cœpitq; brachiũ & verticẽ, & vidit principatũ ſuũ. Agnoſcant itaq;, Quis requieuerit ſicut leo, niſi Chriſtus in ſepulchro ſuo? Quis cõfregerit verticẽ brachiaq; potentiũ, niſi redẽptor noſter, qui humiliauit virtutẽ & ſuperbiã excelſorũ? Quis viderit principatũ ſuũ, niſi ille cui datus eſt principatus & honor & regnũ? RVPERTVS. Sed & aliter. Sẽſus Iudaicus ſuper hoc loco aridus nimis eſt & exiguus, nec ad nouiſſimos dies iſtos pertinet, de quib⁹ ſicut in initio ꝓfitetur pater Iſraël, hæc omnis enũciatio eſt. Igitur altius hoc indagandũ eſt. Etenim duob⁹ adhuc modis intelligi poteſt. Gad accinctus præliabiẗ ante populũ ſuũ, Qui præliatur quidẽ ante eum trans Iordanẽ, myſticè Iudaicus popul⁹ eſt, nos autẽ populus ille ſumus, ante quẽ iſte accinctus præliatur. Arma ei⁹ ſacri codices ſunt, quib⁹ accinctus quidẽ, ſed retrorſum tantũ, & nõ antè accinctus eſt, nec enim arma ſua ipſe videt, id eſt, ipſas nõ intelligit ſcripturas, quib⁹ ante nos pro veritate dimicat, noſq; adiuuat, dũ libros per orbẽ baiu

lat, ex

A lat, ex quibus vera, & nõ à nobis eſſe cõficta probamus, quç de Chriſto prædicamus prophetarũ teſtimonia. Aliter, quoniã hæ non ſolũ propheticæ futurorũ annunciationes, ſed & tã de præſentib⁹ q̃ de futuris paternæ inſtitutiões ſunt, ſic enim poſtmodũ ſcriptura dicit, Finitiſq; mandatis, quib⁹ filios inſtituebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit, licet & in bono accipere, vt ſit dictũ, Gad tũc ritè obſeruabit nomẽ ſuũ, ſi accinctus prælietur ante populũ ſuũ, accinctus retrorſum, id eſt, de futuro cautus & ꝓuidens. Præliũ autẽ ad quod filios inſtituere deceat virũ ſanctũ, talis cauſæ eſſe decet, qualẽ ob cauſam. Verbi gratia. Qualia Machabçi fratres præliati ſunt, imò vt ad euangelicam feramur perfectionẽ, talia debent eſſe prçlia eorũ qui veraciter accincti ſunt, qualiũ victorias honorãtes predicamus in eis, qui pro teſtamẽto dei ſua corpora tradiderũt, & moriendo, q̃ occidendo vincere maluerunt.

9 *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.*

THEODORETVS. Frugiferã prophetat Aſer futurã poſſeſſionẽ. GRAECVS. Sortita enim 9 eſt tribus hæc hæreditatẽ circa Sidonẽ ac Ptolemaida, regionẽ frumẽti fertilẽ. RVPERTVS. Aſer B beatus interpretatur. Bene ergo alluſit ad nomẽ eius, dicẽdo, pinguis panis eius. Pinguedo nanq; vel abũdantia panis, quædã beatitudo eſt vulgi iudicio. (Pſal.143.) Vnde pſal. Beatũ (inquit) dixerunt populũ cui hæc ſunt, ſcilicet prõptuaria plena eructãtia ex hoc in illud, oues fœtoſæ abũdantes in egreſſib⁹ ſuis, boues eorũ craſſæ. Et hac beatitudine ſua præbebit (inquit) delitias regib⁹, delitioſa nanq; eſt regib⁹ populi ſeruitus, vbi pinguis eſt panis eius. CAIETA. Sentẽtia clara eſt, intelligẽdo per panẽ vniuerſum alimentũ. Laudatur enim & à bonitate, & à delitiis ſors terræ eius. AVCTOR CATE. Aſer pinguis panis eius. Hebraicè eſt מאשר Meaſer, De aſer. Vt ſubintelligaẗ, hoc dico, quod pinguis erit panis eius. Poteſt etiã eſſe literalis adiectio mem illud quod præmittiẗ, & nihil ſignificet. Quod aũt ſubditur, Et præbebit delitias regib⁹, ꝑ regibus eſt in Hebræo מלך Melech, id eſt regis, vel regias. Apud Septuaginta δώσει τροφὴν ἄρχουσι, Dabit cibũ principib⁹. Chaldaica, Terra Aſer optima erit, & ipſe enutrietur delitiis regum. Fertilitas gitur terræ tribus Aſer deſignatur, in qua delicatiores quidem fructus creſcebant, qui in de- C litiis ſumebantur à magnatibus, & inde frumentabantur.

(Myſticè.) AMBROSIVS. Hæc aũt iuxta literã, Verũ ſecundũ ſpiritũ, Aſer pinguis eius panis & ipſe dabit eſcã principibus. Aſer interpretatione Latina ſignificat diuitias. Quis igitur diues, niſi vbi altitudo diuitiarũ eſt, ſapientiç & ſciẽtiç? Quis diues niſi domin⁹ Ieſus, qui abũdat ſemper & nunq̃ deficit? pauper venit in hũc mundũ, & oĩbus abundauit, vniuerſos repleuit. Quãtus eſt in diuitiis, qui paupertate ſua oẽs diuites fecit? Sed pauper ꝓpter nos, diues cũ patre. (2.Cor.8.) Paup ille, vt nos ab inopia vẽdicaret, ſicut Apoſt. docet, dicẽs, Quia ꝓpter vos paup fact⁹ eſt cũ diues eſſet, vt illi⁹ inopia vos ditaremini. Cui⁹ inopia ditat, ſanat fimbria, fames ſatiat, mors viuificat, ſepultura reſuſcitat. Hic ergo diues eſt theſaurus, hui⁹ pinguis panis, quẽ qui mãducauerit, eſurire nõ poterit. Hũc panẽ dedit apoſtolis, vt diuideret populo credẽtiũ, hodieq; dat nobis eũ, quẽ ipſe quotidie ſacerdos cõſecrat verbis ſuis. Hic ergo panis fact⁹ eſt eſca ſanctorũ. (Ioan.6.) Poſſumus & ipſũ dominũ accipere, qui ſuã carnẽ nobis dedit, ſicut ipſe ait, Ego ſũ panis vitæ. Patres veſtri mãducauerũt mãna in deſerto, & mortui ſũt, hic eſt autẽ panis qui de cœlo deſcẽdit, vt ſi quis ex eo mã- D ducauerit, nõ moriatur. Et ne quis putaret quia de hac morte dicit, quæ per animæ & corporis ſeceſſionẽ venit, & iure dubitet, cũ ſciat ſanctos apoſt. hac morte eſſe defunctos, addidit, Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc, viuet in æternũ, hoc eſt, nõ de tẽporali vita dixi ſupra, nec de morte iſti⁹ vitæ, qua etiã ſi qs mortuus fuerit, tñ ſi panẽ meũ acceperit, viuet in çternũ. Ille em̃ accipit, qui ſeipſũ ꝓbat, qui aũt accipit, nõ moritur pctõris morte, quia panis hic remiſſio peccatorũ eſt. CYRIL. Aſer igitur diuitias ſignificat. Quis autẽ recti⁹ intelligi poteſt quã ille in quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiç & ſciẽtiç abſcõditi, hoc eſt Chriſt⁹? Theſaurus quidẽ in agro abſcõditus, & pretioſũ margaritũ, ille de quo dictũ, Diuitiæ & gloria mecũ ſunt, qui nobiſcũ pauper fact⁹ eſt, vt illius pauptate diuites efficeremur. Ipſe eſt panis pinguis, qui mẽtes fideliũ impinguat, atq; inhabitat per ſpiritũ ſanctũ. Ipſe dat cibos regib⁹, qui paſcit thronos, poteſtates, virtutes, angelos atq; archãgelos, oẽm deniq; ſanctã ac ratione prçditã creaturã. HIPPOL. Sed & Aſer figura eſt vocationis noſtrç. Pinguis em̃ panis cui⁹ eſt? nõne cre- E dẽtiũ? Sicut ipſe ait, Ego ſũ panis viuus qui de cœlo deſcẽdi. Et quis ali⁹ prçbebit cibũ ac delitias regib⁹, niſi ille qui paſcit patriarchas, reges, ꝓphetas, ac principes credẽtiũ apoſtolos? EVCHERIVS ET INTERLIN. Aſer igitur cui⁹ nomẽ delitias ſiue diuitias ſignificat, Chriſt⁹ eſt, cui⁹ eſt altitudo ſapiẽtiç & ſciẽtiç, cui⁹ panis pinguis factus eſt, caro ſcilicet ei⁹, quæ eſt eſca ſancta ſanctorũ, quã quiſquis mãducat, viuet ĩ æternũ. Iſte etiã præbet delitias ſapiẽtiæ, gratiæ, virtutũ, & verbi dei, regib⁹, id eſt, qui ſenſus ꝓprios bene regũt, qui dñantur vitiorũ ſuorũ, qui caſtigãt corpora ſua, & aĩæ ſuæ in ſeruitute ſubiiciũt. RVPERT. Vere iſtis dieb⁹ nouiſſimis, de quib⁹ ſe annũciare pollicetur Iacob, vere (inquã) Aſer, id eſt beatus populus, cuius eſt dominus deus ipſe pinguis panis eius, qui deſcendit de cœlo, & dat vitã mundo. Præbebit ergo delitias regibus Aſer, qui huius panis pinguedine perfruitur, id eſt, eis qui ſemetipſos ſtudent regere, vt ſint digni menſa regalis curiæ, delitias præbebit vitalis alimoniæ, ſiue eucharistiam porrigendo, ſiue pinguem medullam ſcripturarum exponendo. 10

F *Neptalim ceruus emiſſus, dans eloquia pulchritudinis.*

HIERONY. Iuxta Septuaginta. Neptalim virgultũ reſolutũ, dãs in generatiõe pulchritudinẽ. In He- 10 bræo ita ſcriptũ eſt, Neptalim ager irriguus, dãs eloquia pulchritudinis. Signãs quod aquæ calidæ in ipſa naſcũtur tribu, ſiue quod ſuper lacũ Geneſareth, & fluẽto Iordanis irrigua ſit. Hebræi autẽ volũt ꝓpter Tyberiadẽ quæ legis videbatur habere notitiã, agrũ irriguũ & eloquia pulchritudinis ꝓphetari. Portò vbi nos agrũ irriguũ, & Septuaginta, στέλεχος ἀνειμένον, id eſt, Virgultũ reſolutũ poſuerũt, in Hebræo legitur, אילה שלחה Aiala ſeluha, quod poteſt ceruus emiſſus trãſferri, ꝓpter tẽporaneas fruges velocitatẽ terræ vberioris oſtendẽs. Sed melius ſi ad doctrinã ſaluatoris cũcta referamus, quod ibi vel maxime docuerit, vt in euãgelio quoq; ſcriptũ eſt. AMBROS. Aliter, Neptalim vitis remiſſa, porrigens in germine decorẽ. Sarmentũ vitis aliud amputatur quod videtur inutile ne caſſa vitis ſarmẽtorũ exultatiõe luxuriet, & aliud pauliſper reciditur ac remittitur, vt fructũ afferat, cuius decus in generatiõe porrigitur, quia dũ ad ſuperna ſe ſubrigit, vitẽ amplectitur, & ad verticẽ aſcẽdens, iugi quædam colla vitium pretioſi palmitis veſtit monili. Eſt & ille decorus in generatione, quia plenis palmitib⁹ multus fru-

ctus ex-

ctus exundat. THEODOR. Per hæc aũt ipsius Neptalim multitudinis ꝓphetatur incrementũ. CAIETAN. G
Iuxta Hebræũ aliter legitur, hoc est, Neptalim cerua emissa, dans dicta pulchritudinis. Nõ occurrit magis certa, ac magis quadrãs metaphoræ huic res gesta, q̃ historia Barac de tribu Neptalim scripta Iudicum 4. Assimilatur enim missę cerue Neptalim in Barac, eo qd cũ mitteretur dux prælij, noluit sine Debbora ꝓficisci, timid⁹ vt cerua. Dicta aũt pulchritudinis ad cãticũ qd cũ Debbora cecinit spectãt. AVCTOR CATE. Neptalim ceru⁹ emiss⁹. Parui refert quod in Hebræo est cerua emissa. At Septuagita (vt supradictũ est) lõge dissonãt, & dissonãtia accidit ex eo quod sæpi⁹ testati sumus, nã nõ erãt tũc sacrę literæ pũctis distinctæ. Itaq; vox ambigua poterat ad varia significata torqueri. Et cõiter exponit hæc litera de Barac & cãtico Debboræ post prælium Israëlis cõtra Sisarã p mille viros de tribu Neptalim peractũ ipso duce. Chaldaica vero totũ ad fertilitatẽ terrę Neptalim referre videtur, ita inquiens, Neptalim in terra optima cadet sors eius, & possessio eius erit faciens fructus, laudabunt & benedicent super eos.

Mysticè. AMBROS. Decorũ quod supradictũ est, sed multo illud pulchrius, quod hærentẽ palmitẽ vitis significat spi- H
ritalis, cuius nos sarmẽtũ sumus, & fructũ afferre possumus, si maneam⁹ in vite, sin aũt, præcidimur. Sãctus patri-
Deute. 33. archa Neptalim erat palmes abũdãs. Vnde Moyses dicit, Neptalim satietas accipiẽtiũ, replebitur benedictiõe à do-
mino, mare & Affricũ possidebit, exponẽs hoc quod Iacob dixerat, qd sit vitis remissa per fidei gratiã, hoc est, vin
culis mortis exut⁹, in quo significatur popul⁹ dei ad libertatẽ fidei, & vbertatẽ vocat⁹ gratiæ, toto orbe diffusus, qui
iugũ Christi bono fructu vestiat, & lingua veræ illi⁹ vitis, hoc est, mysteria dñicæ crucis ambiat, nec timeat cõfes-
sionis ei⁹ periculũ, sed magis etiã in ꝑsecutionibus positus, Christi noïe glorietur. Hic est vere remissus à vinculis,
Malach. 4. qui nullo nexu formidinis alligetur. Vnde ꝓpheta dicit, Exibũt & trepidabũt, sicut vituli resoluti vinculis. Ideoq;
in germine suo decorẽ porrigit, quia in loco pascuæ collocat⁹, & sup aquã refectiõis educatus, p sacramẽta regene
rationis suæ, germinat bonũ verbi decorẽ, & assumitur in illã pulcherrimã Christi gratiã, qui potest venustatẽ tui
decoris augere. Deniq; super oẽs decor⁹, quod habet donat, quia nemo potest donare quod nõ habet. Ideoq; dictũ
Psalm. 92. est, Dñs regnauit, decorẽ induit. Induit eũ decorẽ, ecclesiæ gratiã, quæ in illo lauacro deponẽs fœditatẽ oĩum deli I
ctorũ, splendore gratiæ cœlestis enituit. Ideoq; sponsus de ea dicit, Quæ nã est hæc prospiciens tanq̃ diluculũ, electa
sicut sol, speciosa sicut luna, mirabilis sicut ornatus? EVCHER. Sed aliter. Neptalim qui interpretatur latitudo,
apostolos & prædicatores significat, quorũ doctrina in latitudine toti⁹ mũdi diffusa est. Ex hac enim tribu fuerũt.
apostoli, qui sunt principes & duces ecclesiarũ, & principes Zabulon & principes Neptalim, qui sine dubio ad per
sonã referuntur apostolorũ. Ipsi sunt filij excussorũ, id est, prophetarũ, qui in manu potentis dei positi sunt, & tanq̃
sagittæ excussæ peruenerũt vsq; ad fines terræ. Vnde & bene hic Neptalim ceru⁹ emissus scribitur, quia nimirũ apo
stoli siue prædicatores euãgelij, veloci saltu exiliẽtes, more ceruorũ transcẽdunt implicamẽta seculi hui⁹, sicq; ex-
celsa & sublimia meditãtes, dant eloquia pulchritudinis, id est prædicant, cunctis gẽtibus doctrinã dñi saluatoris
RVPERT. Aliter etiã sensus hoc in loco super tẽporaneis frugib⁹ & velocitate terræ vberioris, nõ magni põde-
ris est, vnde melius cũcta ad saluatorẽ referẽda sunt, eo quod (sicut iam supradictũ est) ibi vel maxime prędicaue-
Psal. 44. rit, dãs eloquia pulchritudinis, quippe cui verissime dictũ est, Speciosus forma præ filiis hoĩm, diffusa est gratia in K
Cant. 2. labiis tuis, & tanq̃ ceruus emissus currẽdo, rem oẽm breui tẽpore cõfecerit. Vnde illi in Canticis canticorũ sponsa
dicit, Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ hinnuloq; ceruorũ super mõtes Bethel. Aliter. Neptalim ceruus e-
missus, dãs eloquia pulchritudinis. Ac si dicat, Qui dignus est hoc noïe censeri, quod interpretatur latitudo, opor
tet vt dilatato corde tanquã ceru⁹ emissus currat viã mandatorũ dei, detq; eloquia pulchritudinis, quẽadmodum
2. Cor. 6. ceruus ille, qui in emissione sua currẽs, & stationis impatiẽs, dicit, Os nostrũ patet ad vos ô Corinthij, cor nostrũ di
latatũ est. Nõ angustiamini in nobis. Hęc & huiusmodi eloquia charitatis, eloquia sũt pulchritudinis, qualia quis-
quis dat, iure dicitur Neptalim, quia profecto cor eius charitas dilatauit, quæ vera nitet pulchritudine eloquij.

II *Filius accrescẽs Ioseph, filius accrescẽs & decorus aspectu. Filiæ discurrerũt super murũ, sed exasperauerũt eũ, & iurgati sunt, inuiderũtq; illi habẽtes iacula. Sedit in forti arcus ei⁹ & dissoluta sunt uincula brachiorũ & manuũ illius ꝑ manus potẽtis Iacob. Inde pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui* L
*erit, adiutor tuus, & oĩpotẽs benedicet tibi benedictiõib⁹ cœli desup, benedictiõib⁹ abyssi iacẽtis deorsum, benedi-
ctionibus uberũ & uuluæ. Benedictiones patris tui cõfortatæ sunt benedictionibus patrũ eius, donec ueniret desi-
derium collium æternorum. Fiant in capite Ioseph & in uertice Nazaræi inter fratres suos.*

II AMBROS. DE BENEDICT. PATRIARCH. Nũc vt tãquã epilogo quodã cõcludam⁹ historiã, sicut
& scriptura diuina cõclusit, ꝓphetiã sancti Iacob, de sancti Ioseph noïe digeram⁹. RVPER. In quo iterũ latius
vt in Iuda, pater suos pãdit affect⁹, maxime ꝑpter Christũ, quẽ per ꝓphetiæ spiritũ & de illo nasciturũ, & in isto vi
debat fuisse præsignatũ. *Filius* ergo (inquit) *accrescẽs Ioseph, filius accrescẽs & decorus aspectu. Filiæ discurrerũt super murum,
sed exasperauerũt eũ, & iurgati sunt, inuiderũtq; illi habẽtes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt uincula brachiorũ & ma
nuũ illius per manus potẽtis Iacob. Inde pastor egressus est, lapis Israel.* HIERO. IN QVAE. HE. Fili⁹ auct⁹ Ioseph, fili⁹ M
auct⁹, sup fontẽ filiæ, gradu cõposito incedẽtes sup murũ. Et exacerbauerũt eũ, & cõtẽderũt, & irascebãtur aduersus eũ
habẽtes sagittas. Sedit in forti arc⁹ ei⁹ & dirrupta sũt vícula manuũ ei⁹, à manib⁹ fortis Iacob, inde pascẽt lapis Is-
raël à deo patris tui, & reliqua. Quia LXX. interpretes í plerisq; dissentiũt, ꝓ interpretatiõe eorũ, vt in Hebręo habeẽ
expressim⁹. Et est sẽsus capituli. O Ioseph, q ideo sic vocaris, qa adauxit te mihi de⁹, siue quia inter fratres tuos ma
ior futur⁹es, fortissima siquidẽ fuit trib⁹ Ephraim, vt in Regnorũ & Paralipomenon libris legim⁹. O (inquã) fili
mi Ioseph, qui tã pulcher es, vt te tota de muris & turrib⁹ ac fenestris, puellarũ Aegypti turba ꝓspectet, inuiderũt
tibi, & te ad iracũdiã ꝓuocauerũt te fratres tui, habẽtes liuoris sagittas, & zeli iaculis vulnerati. Verũ tu arcũ tuũ &
arma pugnãdi posuisti in deo, qui fortis est ꝓpugnator, & vincula tua quib⁹te fratres ligauerũt, ab ipso soluta sunt
& dirupta, vt ex tuo semine trib⁹ nascaẽ Ephraim, fortis & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta, imperãs quoq;
decẽ tribub⁹ Israël. THEODOR. Primũ ergo aduersus Ioseph inuidiã fratrum atq; insidias notat, deinde di-
uinam

A uinam erga Ioseph curã laudat, per quã aduersarios suos fœliciter superauit, deo ꝑ ipso bellũ gerẽte. CHRYSO.
Ioseph fili⁹ auctus & amabilis, Ioseph fili⁹ auctus, filius meus iunior, inuidiosus factus ab ipsis initiis, quẽ consilio
cõmunicato cõuitiis incesserũt. Fratrũ significat cõspiratiõnẽ cõtra eũ. Et id quod supra dicebat scriptura, quod cri
mine malo detulerãt Ioseph apud patrẽ suũ, hoc iste dicit. Quẽ cõicato cõsilio cõuitiis incesserũt. Et insidiati sunt ei
viri sagittationũ. Sanguinariũ illorũ significat animũ. Et cõtrita sunt cũ fortitudine tela eorũ. Vide qũo postq̃ di-
xit ea quæ cõtra Ioseph attentarũt, dicit & quæ eis cõtigerũt. Cõtriti em̃ (inquit) arcus eorũ, & dissoluti sunt nerui
brachiorũ manuũ eorũ, quasi diceret, Ipsi em̃ te occidere conati sunt, & quãtũ ex ipsis pẽdebat, cõplessent, sed & ar-
cus eorũ cõtriuisti, & dissoluti sunt eorũ nerui. Sic enim eis accidit, quãdo audierũt Ioseph dicẽtẽ, Ego sum frater
vester Ioseph, quẽ vendidistis in Aegyptũ. Tũc enim, tũc maxime soluti sunt nerui eorũ per manũ potentis Iacob.
INTERLIN. Accrescẽs autẽ dictus est Ioseph, virtute & dignitate seculi. Filiæ autẽ discurrẽtes per murũ, Aegy
ptiorũ mulieres sunt, desiderantes videre pulchritudinem Ioseph. Et hinc cõicitur quãta fuerit pulchritudo eius,
B quã fœminę quarũ est pręcipue pulchritudo, admirãtur. Exasperauerũt Ioseph fratres, quãdo dixerũt, Nunquid rex
noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? & iurgati sunt ꝓpter somnia, inuideruntq; illi sauciati odio, nihilq; pacifi-
ce ei poterant loqui. RVPER. Ait igitur Iacob, filius accrescẽs Ioseph, subauditur nomine, Ioseph nanq; accre-
scens, siue adauctus interpretatur, accrescẽs subauditur etiã effectu, creuit enim in terra paupertatis suę, & magnus
vehementer est effectus. Et decorus (inquit) aspectu? Quis hoc diffamauit? aut vnde hoc sancto patri intimatũ fuit,
quod filius suus decorus esset aspectu? Ait, Filiæ discurrerũt super murũ. Nisi filiæ vagæ ac petulantes discurrentes
super murũ, iniecissent oculos in eum, dixissentq;, dormi nobiscũ, non adeo memoriæ datum fuisset, eum aspectu
fuisse decorũ. Nunc autẽ quia decor aspectus eius, causa certaminis & vinculorũ, magnæq; fuit victoriæ occasio,
digne scitur, & prædicatur filius fuisse decorus aspectu. Dicendo filiæ discurrerunt, pluralem pro singulari posuit,
quod frequens & vsitatũ est in scripturis, vt plus enuncietur ob amplificationẽ rei, qui tropus dicitur synecdoche.
C Vna nanq;, scilicet domina ipsi⁹, filia magis dicẽda q̃ materfamilias, iniecisse in eũ legitur oculos suos, filia (inquã) Prou. 7.
stulta & incõstodita, cuius & incõtinentia denotatur dicendo, discurrerunt super murũ. Qualis apud Salomonem
describitur, Garula & vaga, quietis impatiens, nec valẽs in domo cõsistere pedibus suis, nũc foris, nunc in plateis,
nũc iuxta angulos insidians, apprehẽsumq; deosculatur iuuenẽ, & procaci vultu blãditur dicẽs, Intexui fumib⁹ le-
ctum meũ, straui tapetibus pictis ex Aegypto, asperſi cubile meũ myrrha & aloe & cynamomo, nõ est vir in domo
mea, abiit via lõgissima. Hæc & his similia dixit, sed filius accrescẽs & decorus aspectu, nõ attendit verbis oris ei⁹,
nec abstracta est mens eius in viis illi⁹, nec decept⁹ est in semitis ei⁹. Talis est fili⁹ Ioseph. Sed exasperauerũt eũ, &
iurgati sunt, inuideruntq; illi habẽtes iacula, subauditur fratres. In quo exasperauerũt, aut in quo iurgati sunt? In
eo videlicet, quod videtes quod à patre plus cũctis fratrib⁹ amaretur, oderant eũ, nec poterãt ei quicq̃ pacifice lo-
qui. Ergo iurgabant, & iurgãdo exasperabãt eũ, quia dictãte odio nõ poterãt quicquã pacifice, nõ poterãt quicquã
D sine iurgio loqui. Habẽtes itaq; iacula, scilicet in ore suo, dẽtes quippe eorũ arma fuerũt & sagittę, dicentiũ, Venite, Psal. 56.
occidamus, venite venũdemus eum, inuiderunt, & inuidiã suam opere cõpleuerunt. Sed quid deinde? Sedit in for
ti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorũ eius, & manuũ illi⁹ per manus potẽtis Iacob. Illi inuiderũt haben-
tes liuoris sagittas, & zeli sui iaculis ipsi vulnerati, verũ hic arcũ suũ, & arma pugnandi in deo posuit, qui ab oĩbus
eũ eruit malis. Quod aũt ait, inde pastor egressus est, lapis Israël, regię tribus pater Ephraim significatur de Ioseph
natus. Lapis, id est, fortitudo Israël. Aliter, Ipse Ioseph pastor, cũ dicit, ego pascã vos, & paruulos vestros, qui tẽpore
famis vigilãtissima pastoris cura multos pasceret populos, inde, scilicet de vinculis brachiorũ & manuũ suarũ, e-
gressus est per manũ potẽtis dei Iacob, & ipse lapis, id est fulcimẽtũ est Israël. CAIET. Filius crescẽs Ioseph, fili⁹
crescẽs. Ad nomẽ Ioseph alludit. Et decor⁹ aspectu. Iuxta Hebræũ habeẽ, sup fontẽ vel super oculũ. Et iudicio meo
iungẽda est hæc particula nõ cũ præcedẽtib⁹, sed cũ subsequẽtib⁹. Ita quod prius cõmẽdauerit Ioseph de augmẽto,
E cõduplicãdo fili⁹ crescẽs, eo quod & creuerit sibi, & creuerit domui vniuersæ Iacob, & postea laudet ipsi⁹ pulchri-
tudinẽ, describẽdo cõcursũ mulierũ ad aspiciẽdũ Ioseph, cõcursũ aũt super murũ ad aspiciẽdũ trãseũtẽ. Vel super fõ
tẽ ad aspiciẽdũ comedẽtẽ æstiuo tẽpore in aliquo loco amœno, vt mos est principũ. Ita quod litera sit. Super fontẽ
filiæ incesserũt super murũ. Et si legatur super oculũ, sententia in idẽ redit, significãdo loca vnde ꝑspicere possent Io
seph. Sed exasperauerũt eũ, & iurgati sunt, inuiderũtq; illi habẽtes iacula. Iuxta Hebraũ habetur, & amaricauerunt
eũ, & sagittauerũt, & oderũt eũ sagittarij. Res gesta in Aegypto aduersus Ioseph ab hero & hera ipsi⁹ Ioseph, sum-
marie tãgitur. Vterq; herus sub metaphora principaliũ sagittariorũ describitur, quia reuera ipsi fuerũt principia af-
flictionũ Ioseph in carcere, & ipsi amarã reddiderũt vitã ei⁹. Oderũt eũ volẽdo ei malũ carceris, & sagittauerũt eũ,
sagittis infamiæ & cruciat⁹. Sedit in forti arc⁹ eius, & dissoluta sunt vincula brachiorũ & manuũ illi⁹ p manus po
tẽtis Iacob. Iuxta Hebraũ habetur, Et sedit in fortitudine arcus ei⁹, & aurata sunt brachia manuũ eius de manib⁹
potẽtis Iacob. E regione sagittariorũ locat fortitudinẽ Ioseph sub specie arc⁹, significãdo quod illi quidẽ sagittarij
sagittis appetierũt eũ, sed ipse fortiter restitit arcu suo, ita quod immot⁹ est anim⁹ eius tẽdens ad bonũ. Huiusmo-
F di enim arcu pugnauit cũ domina sua, & inde secutũ est quod brachia illi⁹ auro ornata sunt. Nã ex cõstantia virtu
tis suæ meruit exaltari à Pharaone. Tũc enim ornat⁹ est auro. Et quia hĩmoi exaltatio ꝑfecta est ex ope diuinæ po-
tentiæ, ideo dicitur decorata fuisse brachia illius de manibus (hoc est ab operibus) potentis dei Iacob. Ex eo enim
quod ad saluandũ domũ Iacob exaltatus Ioseph est à deo, ideo dicitur de manu potẽtis Iacob, ac si apertius dixis-
set quod à potentia saluatrice Iacob exaltat⁹ est Ioseph. Inde pastor egressus est lapis Israël. Duo officia Ioseph de-
clarãtur subsequuta. Alterũ, quo pauit domũ Israël, imò vniuersam Aegyptũ. Alterũ quo fuit firmitas ac velut la-
pis, firmamẽtũ sustentans domũ Israël. Nec est in Hebręo egressus est, sed sine verbo aliquo habetur, inde pascẽs la
pis Israël, hoc est, ex illa diuina opatiõe cõstitut⁹ est Ioseph lapis Israęl pascẽdo. Sic enĩ sustẽtauit domũ Israël. AV
CTOR CA. Fili⁹ accrescẽs Ioseph, &c. Hebraica ita legũtur: בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בֵּן פֹּרָת עֲלֵי עָיִן Ben porath Ioseph ben
porath ale ain, Filius accrescens seu fructifer Ioseph, filius accrescens aut fructifer super aut iuxta fontem, vel ocu
lum. Vtrunq; enim significat ain. Sed Hebræi aliqui dicunt hic significare fontem, vt dicat Iacob eum crescere ac
prosluere ad similitudinẽ fontis, siue etiã plusquã fontẽ. Alij autẽ, pro super siue iuxta, posuerũt, rami fõtis. Etenim

Universidad de Deusto Biblioteca

dictio עָלֵי ale,etiã pluralis eſſe poteſt ab עָלֶה ale,quod ramũ ſiue frondem aut foliũ denotat. Quaſi diceret, Filius G
ramoſæ arboris iuxta fontẽ. Arbor enim iuxta fõtẽ plãtata gratiſſima eſt. Alij, filius decoris Ioſeph,filius decoris
ſup oculũ,verterũt,vt eiꝰ pulchritudinẽ deſignet admirabilẽ.LXX. ζηλωτὸς dixerũt.i.amabilis,deſiderabilis. Quod
aũt addũt, υἱός μου νεώτερος, Filiꝰ meꝰ iunior,redũdat.Chaldaica aũt ſic legit locũ,Filiꝰ accreſcẽs Ioſeph,filiꝰ q̃ bñdi
cet quaſi vitis quæ plãtata eſt iuxta fontẽ aquarũ, Et ad ꝑlis multiplicationẽ aptare videtur omnia hæc.Pro eo aũt
quod dicitur,Filiæ diſcurrerunt ſuper murũ vt ſcilicet eius pulchritudinẽ cõteplarẽtur,Hebraicè eſt, צָעֲדָה zaada,
quod rectius incedebãt,ſeu deãbulabãt,verteretur. Ecce aũt hic & alia maxima Septuaginta ab Hebraica veritate
deuiatio.Nã hoc reddiderũt, πρός με ἀνάστρεψον, Ad me reuertere vel cõuertere.Eſt aũt eadẽ huius varietatis ratio
quã ſæpe attulimus, literarũ videlicet Hebraicarũ ſimilitudo, ac dictionũ,cũ præſertim ſine pũctis ſcribũtur.Cũq;
tã multa eiuſmodi reperiant̃,admirari iã deſinemꝰ.Sed & Chaldaica aliũ ſenſum hic habet, & fœcũditatẽ Ioſeph
de qua dixerat,adhuc ꝓſequit̃,inquiẽs,Duæ tribꝰ egrediẽt̃ de filiis ſuis,ſuſcipiẽtq; partẽ & hæreditatẽ ſuã.Porro ꝙ
apud nos eſt,ſed exaſperauerũt eũ,& iurgati ſunt,in Hebræo eſt וַיְמָרְרֻהוּ וָרֹבּוּ Vaimararũhu varóbbu, Sed exacer- H
bauerũt ſiue amaricauerunt eũ,& iaculati ſunt, ſeu iaculis cõfoderũt illũ.Et id etiã quod vertit litera noſtra. LXX.
εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδόρουν,In quẽ cõſulẽtes cõuiciati ſunt,Chaldaica,Et coanguſtiauerũt eũ,& vlti ſunt in eũ.
Quod vero ſubdit̃,Inuiderũtq; illi habẽtes iacula,Iuxta Hebræũ eſt: וַיִּשְׂטְמֻהוּ בַּעֲלֵי חִצִּים Vaiſtemúhu baale hizim,
Et aduerſati ſunt ei dñi,ſiue magiſtri ſagittarũ,vel ſagittarij,Septuaginta, καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ κύριοι τοξευμάτων,Et inſi-
diati ſunt ei domini ſagittationũ.Chaldaica vero, Et exaſperauerũt eum viri fortiſſimi, viri diſſentionum.Sed &
quod ſequitur,Sedit in forti ſeu fortitudine arcus eius,non diſſentit ab Hebræo,loco cuius eſt apud Septuaginta,
καὶ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν,Et contriti ſunt in fortitudine arcus eorũ.Eſt autẽ penitus diuerſum,nã He-
bræũ loquitur de arcu Ioſeph,ipſi vero de arcubus ſagittariorum.Chaldaica,Et cõpleta eſt in eis ꝓphetia,eo quod
obſeruauit legẽ in occulto,propoſuitq; cõſtantẽ ſpem ſuã.Id vero quod ſequit̃, Et diſſoluta ſunt vincula brachio-
rũ & manuũ eius,in Hebræo eſt וַיָּפֹזּוּ זְרֹעֵי יָדָיו Vaiaphózu zeroe iadaf, Et fortificata ſeu roborata ſunt brachia ma-
nuũ eius.Vel vt in litera noſtra,Vt tamen per id ſignificetur fortificari & roborari.Licet & de liberatione illius à I
carceribus,vbi erat vinctus,ac promotione in regnum,non inconuenienter poſſet intelligi.Alij vero verterũt ſic,
Et deaurata ſunt brachia manuũ eius,ſcilicet ꝓpter ornamẽta aurea quæ in manibus & brachiis portabat. Nã פָּז
paz,aurũ ſiue obrizũ ſignificat.Cui ſenſui fauet & Chaldaica,Tunc poſitũ eſt aurũ optimũ ſuper brachia eiꝰ.LXX.
καὶ ἐξελύθη τὰ νεῦρα βραχιόνων χειρῶν αὐτῶν, Et diſſoluti ſunt nerui brachiorũ manuũ eorum.Quo fit,vt nec hic He
braica aſſequant̃.Laudat̃ enim Ioſeph fortitudo,ſicut hic paſſim videre licet,Demũ quod dicit̃,Inde paſtor egreſ-
ſus eſt,lapis Iſraël,In Hebręo legit̃: מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל Miſam roe ébẽ Iſraël,Inde paſtor lapis Iſraël,ſcilicet factꝰ
eſt in Aegypto. Poſtq̃ eñ multa perpeſſus fuerat, & variis petitus iaculis,a fratribus & vxore dñi ſui in Aegypto,
manſit animus eius conſtans & immobilis,quo factũ eſt,vt poteſtas illi traderetur à magnifico deo Iacob,fieretq;
paſtor,& pater totius Aegypti,lapis ille immobilis Iſraël. Alij reddunt,Inde paſcẽs lapidẽ Iſraẽlẽ ſeu Iſraëlis,Hoc
eſt,vniuerſũ corpus ſeu cõgregationẽ Iſraëlis,quorũ paſtor factus eſt Ioſeph.Alij,Deinde rector petræ Iſraël, ver- K
terũt.Deniq; nõnulli,Inde paſcit lapis Iſraël,Et ad deũ cunctipotẽtẽ referũt qui paſcat,& ſit lapis Iſraël.LXX.ἐκεῖθεν
ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ παρὰ θεοῦ τοῦ πατρός σου,Inde corroborator Iſraël à deo patre tuo,ſeu patris tui.Chaldaica,Corro-
borauit & cõfirmauit regnũ eius,quod fuit ei datũ à facie dei fortiſſimi Iacob,cuius verbo gubernantur patres &
filij tribuũ Iſrael.Dicat igitur Iacob de dilecto filio Ioſeph,Filius augmẽti Ioſeph,filiꝰ augmẽti,ſecũdũ nomen ſuũ
numero & maieſtate creſcet præ aliis.Proſperitate eñ creuit ſemp dño ꝓmouẽte præ cęteris,deniq; facie gratioſus
& decorus forma.Vnde & filiæ incedebãt ſup murũ ad contẽplandũ ſi qñ ꝓceſſiſſet in publicũ, & ob illius inſignẽ
pulchritudinẽ intuendã accurrebãt oẽs, totus eñ amabilis erat à pueritia. Quantũlibet tñ elegãs eſſet & pulcher,
tñ à fratribus ſuis amaro animo perſecutionẽ paſſus eſt. Cõtenderũt cũ eo donec vẽderẽt in ſeruitutẽ,nec poterãt
ei quicq̃ pacifice loqui,facto deniq; iniuriã intulerũt,exteris illũ vendendo, parati etiã occidere,ſi dñs permiſiſſet.
Sed virtus vincendi aduerſitates,libidines,factiones,captiuitatẽ, dono dei ſecũ perſtitit.Fortitudo credentiũ dñs
eſt,arma militię noſtræ nõ carnalia ſunt,ſed potẽtia deo.Virtute ergo dei omnipotentis vicit mala,& vitę ac mo L
Pſalm.104. rũ innocẽtia euaſit aduerſa.Nã ſcriptum eſt,Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius,&c.Ac paulopoſt, Miſit rex &
ſoluit eũ,princeps populorũ & dimiſit eũ,&c.Inde paſtor lapis Iſraël,ab eodẽ forti Iacob,id eſt ab omnipotẽte deo
cõtigit mihi victus,& vitæ neceſſaria pro me & meis.Is lapis meus eſt,& omniũ qui mei ſunt ſecundũ fidẽ Iſraël,
ſup quo fidũt,& ſpe certa fundãtur.Ex quo habes deũ appellatũ lapidẽ Iſraël,quod eorũ ſit fortitudo & virtus,quę
Græcè ἰσχὺς vocat̃. *Deus patris tui erit adiutor tuus.* THEODORETVS. Hanc diuinã erga ſe curã meruiſſe ait
ob propriã erga parentes ſuos curã ac diligentiã. Nã etſi mater eius per id tẽpus mortua eſſet,cũ ægrotaret in Ae-
gypto,illi tamen ſi adhuc ſuperſtes fuiſſet, eandẽ cũ Iacob gratiã rependiſſet. CHRYSOST. Vide germanam
iuſti erga dominum dilectionẽ,quomodo orbis dominum, ſuum ſolius deum eſſe dicat, non concludens eius do
minium,neq; priuans eum poteſtate vniuerſali, ſed ſuum declarans amorẽ. CAIETANVS. Deus patris tui
erit adiutor tuus. Iuxta Hebræum habetur, Ab El patris tui, & auxiliabitur tibi. Dixerat inde paſcens lapis Iſraël,
proſequitur manifeſtando illam particulã inde,dupliciter.Primum exponendo,inde,hoc eſt, ab el patris tui.Di- M
uinum nomen eſt el,ſignificans deum quatenus fortem,vt ab eadem diuina fortitudine quæ ſeruauit patrem, in-
telligatur prodiſſe Ioſeph lapis Iſraël.Prophetat autem quod illemet deus fortis adiuuabit Ioſeph,vt manifeſtetur
beneficus nõ ſolum domui Iſraël,ſed etiam ipſi Ioſeph. AVCTOR CATENAE. Deus patris tui erit adiutor
tuus.Hebraicè eſt מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ Meel abícha veiaezerẽcha, A deo patris tui, intelligẽdum eſt,factum eſt iſtud,
& adiuuit ſeu adiuuabit te.Septuaginta, παρὰ θεοῦ τοῦ πατρός σου, καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ θεὸς ὁ ἐμός, A deo patris tui, &
adiuuit te deus meus.Chaldaica,Verbũ dei patris tui erit in adiutorium tuum. Illius(inquit)auxilio ſemper ſub-
ſiſtes, aduerſa omnia vinces. THEODORETVS. Deinceps filio ſuo illuſtrem gloriam ac potentiam preca-
tur,dicens, *Et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, & benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus*
uberum & uuluæ. INTERLINEARIS. Benedictionibus cœli benedicet tibi deus omnipotens, id eſt tẽperie
& ꝓuẽtu aëris,& benedictionibus abyſſi iacentis deorſum,id eſt fertilitate terrę.Bñdictiõibus vberũ & vuluæ,hoc
eſt

A eſt,multiplicatione ſtirpis maximæ,quod propter Ephraim dictũ eſt,cuius magnitudo magna nimis. CAIET.
Et omnipotens benedicet tibi.Iuxta Hebræum habetur, Et à victore,& benedicet te.Secundo exponit,inde, hoc
eſt,& à victore.Eſt quoque hoc nomen dei,ex quo omnipotẽs dicitur, eo quod vincit naturas ac vires omnium.
Et vere à victore prodiit paſcens lapis Iſraël , quandoquidem vicit & facta à fratribus , & facta ab heris aduerſus
Ioſeph. Similiterq; prophetatur quod deus victor omnium benedicet Ioſeph.Benedictionibus cœli deſuper. Ap-
pellatione cœlorum Hebręo more comprehenditur etiam aër,verum adiungendo deſuper,explicatur vniuerſitas
ſuperiorum corporum,incipiendo ab aëre vſq; ad ſupremũ cœlum.Ita quod benedictiones cœlorũ deſuper, cõpre
hendũt beneficia ex vniuerſis corporibus ſuperioribus prouenientia.Benedictionibus abyſſi iacentis deorſum.Cũ
abyſſus immenſæ aquæ nomẽ ſit,appellatione abyſſi iacentis deorſum,vel intellexit iuxta vulgarẽ loquẽdi modũ,
aquas alterius hemiſphęrij antipodis nobis,vel infra terrã exiſtimatã abyſſum, vnde prodeũt flumina.Et hoc põt
ſane intelligi,intelligẽdo abyſſum indefeſſam virtutẽ naturaliter generatiuã aquarũ intra viſcera terrę. Vtro mo-
B do intelligas,nihil refert, quoniã intendit cõprehendere beneficia prouenientia ex omnibus corporibus inferio-
ribus.Et quia aquas locat ſub terra,prima expoſitio magis quadrat. Luſtratis aũt tanq̃ per lineã rectã ſupremis &
infimis corporibus vniuerſis,ad collateralia benedictiões vertit,& beneficia virtutis generatiuæ in vulua, & vir-
tutis nutritiuæ in vberibus cõprehẽdit. AVCTOR CA. Et omnipotens benedicet tibi. Hebraicè eſt וְאֵת שַׁדַּי
וִיבָרְכֶךָּ Veeth ſaddai vibarachecha,Et cũ omnipotẽte(ſubaudi,fuit cor tuũ,vt nõ audires verba dominæ tuę)Et be
nedicet tibi.Alij,Et à deo oĩpotẽte erit benedictio tua,verterũt.Et totũ hũc verborũ cõtextũ ita intelligunt,A deo
patris tui,qui & auxiliabitur tibi,& ab omnipotẽte erit benedictio tua,Hoc eſt,Nõ ego te benedico, ſed omnipo
tens & clemẽtiſſimus dominus.Chaldaica fere vt in litera noſtra,Et omnipotẽs benedicat tibi.Septuaginta, καὶ εὐ-
λόγησέ σε,Et benedixit tibi.Copulantq; cũ ſuperiori clauſula,Et adiuuit te deus meus.Pro eo aũt quod nos legimꝰ
iuxta Hebręũ,benedictiõibus abyſſi iacẽtis deorſum,vel cubãtis ſubtus, vel infra,illi, γῆς ἐχούσης πάντα dixerũt,id
C eſt terrę habẽtis omnia,cũ tamẽ aliud ſit abyſſus quã terra omnia cõtinẽs,licet & Chaldaica æditio in hoc eis ad-
ſtipuletur,vt mox videbimus, Alibi tamẽ תְּהוֹם teõ,abyſſum interpretati ſunt.Chaldaica vero declarare volẽs qua
les intelligãtur benedictiones iſtæ,ait,Benedictionibus roris qui deſcẽdit de cœlo deſuꝑ, benedictiõibꝰ quæ aſcen
dunt de profundis terræ deorſum,benedictionibus patris tui & matris tuæ. Quicquid itaq; hoĩes deſiderare poſ-
ſunt,affatim tibi miniſtrabit deus,& proderit,obruet te omnibus beneficiis,influẽtia cœli,fœcunditate terrę,pro-
liũ copia,& nutrimẽtũ vbertim ſufficiet filiis & gregibus,vt nullo indigeas,ſed copioſe diteris. *Benedictiones patris*
tui cõfortatæ ſunt benedictionibus patrũ eius,donec ueniret deſideriũ colliũ æternorũ. CHRYSO. Alia litera, Cõfortatus
es benedictiõibus mõtiũ firmorũ,& deſiderabilibus cumulorũ æternorũ.Per cumulos ęternos, gloriã & maieſtatẽ
& regnũ Aegypti,per mõtes & cumulos,ſublimitatẽ & fortitudinẽ deſignãs,& in ſummũ faſtigiũ principatꝰ eue-
ctũ eſſe hic innuat. RVPER. Tanq̃ quæreretur ab ipſo,vnde ſcierit vt diceret,Deus omnipotẽs benedicet ti
bi benedictionibus his,atq; illis cõtinuo ſubiunxit,Benedictiones patris tui cõfortatę benedictionibus patrũ eius.
D Ac ſi dicat,Benedictionibus Iſaac patris mei,ſiue Abrahã,benedictiones iſtę,quibus nunc ego Iſrael pater tuus be
nedico te,vtiq; ita confortatæ ſunt,vt nõ dubiũ finẽ vel incertũ habeãt effectũ.Benedictiõibus(inq̃)Abraham ſiue
Iſaac,per quos ad me patrẽ tuũ benedicẽdi ius atq; facultas ex deo hæreditaria gratia manauit, benedictiões meæ
tãdiu fortes eſſe,tãdiu cõſiſtere iuſſæ ſunt,donec veniat deſideriũ colliũ æternorũ,id eſt Chriſtus deſiderabilis ex-
pectatio omniũ iuſtorũ.Adeo valẽt & fortes ſunt,vt ſecundũ illas non ſolum tuę poſteritatis incremẽtũ,ſed & il-
lud venire debeat,& impleri ſanctorũ omniũ deſideriũ,in quo oẽs gẽtes ſecundum benedictiões patris mei Abra
hã benedicendæ ſunt. CAIET. Benedictiones patris tui,&c.Iuxta Hebræũ habetur,Benedictiones patris tui
fortes fuerũt ſupra benedictiones genitorũ meorũ vſq; ad deſideriũ colliũ æternorũ. Manifeſtat ipſemet Iacob be
neficiũ maius ſuarũ quas cõfert Ioſeph benedictionũ,relatiue ad benedictiões collatas ſibi à patribus ſuis. Vbi ad-
uerte quod cõferẽdo benedictiones benedictionibus,inuenitur quod citra ſpectãtia ad Meſſiã, benedictiones col
latæ à Iacob Ioſeph fortiores ſunt benedictiõibus collatis Iacob à patribus ſuis,vt patet intuẽdo & diſcutiẽdo eas.
E Et hoc eſt quod manifeſtat Iacob ipſi Ioſeph,dicẽdo,quod benedictiões patris tui(hoc eſt, collatę à patre tuo tibi)
fortes fuerũt ſupra benedictiones genitorũ meorũ collatas mihi vſq; ad deſideriũ (excluſiue intelligitur vſq; , hoc
eſt,citra deſideriũ)colliũ æternorũ,hoc eſt,citra partũ Meſſiæ deſiderati ab æternis collibꝰ, ab æternis celſitudini-
bus hominũ.Solis enim excelſis animis ad æternitatẽ inhiantibus,notus tunc erat explicite & deſideratus aduẽtꝰ
Meſſiæ. AVCTOR CA. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrũ eius,pro cõfortatæ
ſunt benedictionibus patrũ eius,eſt in Hebræo גָּבְרוּ עַל בִּרְכֹת הוֹרַי Gábru al birchoth horai, Cõfortatę ſũt ſiue prę-
ualuerũt,aut roboratę,ſiue fortes factæ ſunt,ſuper benedictiones genitorũ vel progenitorũ, aut auorũ meorũ,Vel
ſecundũ alios,matrũ,vel vtero geſtãtiũ.Eſt enim הוֹרַי horai,dictio ab הָרָה hara,quod eſt cõcipere deducta,& oĩa
hæc ſignificare poteſt.Quod exponens Chaldaica,ait, Benedictiões patris tui addẽtur ſuper benedictiões quibus
benedixerunt me patres mei.Quaſi non dicat patriarcha quod ſint hæ benedictiões maiores vel fortiores illis,ſed
quod addẽtur & apponẽtur eis.Apud Septuaginta, εὐλογίας πατρός σου, καὶ μητρός σου ὑπερίσχυσεν ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων
F μονίμων.Benedictiones patris tui & matris tuæ,confortatus eſt ſuper benedictiones mõtiũ ſtabiliũ.Et ſatis obſcu-
rus eſt verborum intellectus.Quod vero ſequitur,Donec veniret deſideriũ collium æternorum,Hebraicè legitur
עַד תַּאֲוַת גִּבְעֹת עוֹלָם Ad taauath giboth olã, Vſq; ad deſideriũ colliũ æternorũ,ſiue vſq; ad terminũ colliũ mũdi.Vt
ſit ſenſus, Durabũt hæ benedictiones donec veniat Meſſias,vel omni tẽpore quo ſteterit terminus colliũ mundi,
hoc eſt,perpetuo,Chaldaica vero ad benedictiones de quibus dixerat refert,inquiẽs, Quas optauerunt principes
qui à ſeculo fuerũt.Et de benedictionibus Meſſię dubiũ non eſt intelligi.Septuaginta, καὶ ἐπ᾽ εὐλογίαις θινῶν αἰωνίων,
Et in benedictionibus colliũ æternorũ,ſupple confortatus eſt vt dicant,Confortatus eſt ſuper benedictiõe mõtiũ
ſtabiliũ,& in benedictionibus colliũ æternorum.Vbi hi quoque de benedictionibus Meſſiæ loquuntur.Quicquid
igitur bonorũ dominus deus meus promiſit omnibus progenitoribus meis, & mihi patri tuo, fideliter ſtatuet ac
cõplebit,multoq; plura addet,ac omniũ patriarcharũ deſideria pleniſſime cõſummabit,pręſtabit lõge meliora quã
aliquis ignarus cõſiliorũ diuinorũ imaginari vel deſiderare poſſit,quale etiã eſt ipſius Meſſiæ aduẽtus, ſanctorum

 omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

omniũ scopus,& gẽtiũ desideratus.Quis enim tantã Israëlitarũ gloriã ac dignitatẽ çtimare potuisset,quam tot iã G
annorũ milibus patriarchæ sancti habuerunt in omnibus nationũ angulis propter fidẽ suã in deũ verum & vnicũ?
Quis credidisset omnipotentẽ deũ de illorũ fuisse semine corporaliter ganerandũ? Quis omniũ gentium benedi-
ctionẽ in Israëlis semine,per Messiã disseminandã in totũ orbẽ,imaginari potuisset? *Fiãt in capite Ioseph,& in uerti-*
ce Nazaræi inter fratres suos. RVPER. Oẽs hæ benedictiones,cõfortatę & veritatis firmamento subnixæ, fiãt,id
est veniant & cõpleãtur in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Quod dixerat,in capite Ioseph,
repetiuit dicẽdo,& in vertice Nazaræi inter fratres suos,scilicet alludens intõsis quondã eius capillis, quos longa
carceris custodia nutriuit,quia videlicet Nazarçorũ est pro voto seruare crines, & hoc illi pro Nazaræo,id est cõ
secrato rectè imputari debet,quia pro sacra castitate hoc passus est. CAIETA. Fiãt in capite Ioseph, &c.Iuxta
Hebræũ habetur,Erunt capiti Ioseph,& vertici coronatiõis fratrũ eius.Regia dignitas futura in tribu Ioseph pro-
phetatur. Veruntamen ex ipso loquendi modo insinuatur, quod filij Ioseph erunt pars coronæ fratrum eius, non
integra corona,quia filij Ioseph nunquam fuerunt reges super vniuersum Israël,sed de corona regni partem acce
perunt,diuisa corona in duo regna, vt patet in libro Regum. AVCTOR CA. Fiant in capite Ioseph. Parui H
refert quod pro fiant,in Hebræo est תִּהְיֶינָה tihiẽna,id est erunt.Et pro eo quod apud nos legitur,& in vertice Naza
ræi inter fratres suos,ibi est: נְזִיר אֲחָיו Nesir chaf,Nazaræi fratrũ eius siue suorum. Et est sensus, Erũt omnes bene-
dictiones supradictę super caput Ioseph,& super verticem illius qui est Nezer,id est corona fratrum suorum,aut
qui est veluti nezer, id est seiunctus & separatus à fratribus suis, ac deo consecratus.Vtrunque enim significat di-
ctio nezer . Septuaginta καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὧν ἡγιάσατο ἀδελφῶν, Et super verticem quibus præfuit fratrum. Sed hoc
Hebraicum sensum non reddit. Chaldaica, Erunt omnes istæ benedictiones super caput Ioseph, & super virum
qui segregatus fuit à fratribus suis, hoc est, ipsum eundem Ioseph, Replicatio enim est,Hebraici idiomatis ger-
mana. Vel quod est melius, super caput Ioseph, hoc est, messiæ venturi. Ipse enim verus Nazaræus est frater eo-
rum,segregatus à peccatoribus, à deo fidelibus omnibus consecratio & sanctitas factus atque iustitia , caput Io-
seph, & vertex omnium fidelium ecclesiæ dei,in quo vniuntur,& velut multa membra in vnũ corpus coagmen- I
tantur per spiritum sanctum,omnes filij fidei Abraham,Isaac,& Iacob,aliquando pariter beatificandi. Hæc sum-
ma omnium benedictionum, hæc hæreditas promissa fidelibus, præmium fidei & charitatis in deum.

Mysticè. AMBRO. DE BENEDIC. PATRIARCHA. Quę causa est quod sup oẽs filios Ioseph vberius prosecu-
tus est pater,nisi quia præfigurata in eo iã Christi videbat mysteria? Vnde benedicẽs illũ magis qui expectabatur,q̃
illũ qui videbatur,ait,Filius ampliandus meus Ioseph.Quis est ampliandus nisi Christus,cuius gratia semper au-
Ioan.3. getur,& finẽ processus sui non habet gloria? De quo & Ioannes dicit,Illũ oportet crescere,me aũt minorari, quia
per illius illud salutare perfectumq; nomen,cumulata est in hoc mundo, & abundauit gratia.Filius meus ampli-
andus.Et ideo quia videbant eum crescere fratres,& inuidere cœperunt.Intelligibilis aũt Ioseph,& zelũ incidit ab
Matth. 15. his quos magis fouebat.Deniq; dicebat,Nõ veni nisi ad oues perditas domus Israël.Et illi dicebant. Nescimus vn
Ioan.9. de sit.Ille curabat eos,& illi negabant eũ.Filius(inquit)meus adolescẽtior.Reuera adolescentior,qui erat pene vl- K
timus natorũ.Deniq; & scriptura dicit,Amabat eũ Iacob,qa filiº erat senectutis illiº.Quod etiã ad Christũ refert.
Senescẽti enim mũdo,& iã occidẽti,illucescẽs dei filiº p Marię Virginis partũ,sero aduenit,quasi filiº senectutis,
secundũ sacramentũ susceptі corporis,qui erat ante secula semper apud patrẽ.Vnde dicit ad eũ pater,Ad me reuer
tere,vocans eũ ad cœlũ de terris,quẽ propter nostrã salutẽ miserat.Itaq; resuscitans filiũ suum vnigenitũ, euacua-
uit consiliũ maledicentiũ.Vnde & Esaias dicit,Vanũ consiliũ spiritus vestri.Et conuitia quę quasi iaculãtes sagit-
tas dirigebant,soluit omnia,cõtriuit eorũ potentiã,qui in suis virtutibus,& non in deo cõfidẽtes erãt. EVCHE.
Vel hæc prophetia post passionẽ domini paternæ vocis imaginem prætulit,qua redeũtem in cœlum post victoriã
Christũ,pater alloquitur,dicens,Filius accrescens Ioseph,filius accrescẽs,vtiq; in gentibus,quia cũ ob incredulita-
tẽ synagogę populũ reliquisset,innumerã sibi plebẽ ecclesię ex omnibus gentibus ampliauit.Quod & Dauid ceci-
Psalm. 21. nit,dicens, Reminiscẽtur, & conuertentur ad dominũ vniuersi fines terræ. HIPPOLYTVS. Christi enim
gloria in immensum creuit,ac dilatata est toto orbe terrarũ, & vna cũ deo patre cognitus est vniuersorũ effector L
ac deus. EVCHERIVS. Filius accrescens & decorus aspectu.Oẽs enim superat illius pulchritudo,iuxta quod
Psalm. 44. & Psalmista de illo testatur,dicens,Speciosus forma præ filiis hominũ.Filiæ discurrerunt super murũ,id est gẽtes
vel ecclesiæ quæ crediderunt in Christũ.Hæ super soliditatẽ fidei quasi super murũ,amore pulchritudinis Christi
accensæ,discurrerũt,vt verũ sponsum per cõtẽplationẽ aspiciant,& osculo charitatis illi copulẽtur atq; adhæreãt.
Sed obiurgati sunt eũ,qñ falsis testimoniis calũniãtes, sanctũ domini opprimere synagogæ populi cogitauerunt,
inuideruntq; illi habentes iacula. Neq; enim quisquã in Ioseph coniecit sagittã, vel aliquod vulneris telũ,sed hoc
specialiter euenit in Christo.Sedit in forti arcº eius,Christus enim arcũ suũ,hoc est,spem pugnandi & vincẽdi in
patre posuit,cuiº virtute euertitur oĩs nequitia perfidorũ.Et dissoluta sũt vincula brachiorũ eiº,quibº fratres, hoc
est,Iudæi eũ vinctũ Põtio Pilato tradiderũt,vel quibus eũ suspensum ligno crucifixerũt. Recisa enim sunt per ma
nus omnipotẽtis Iacob,hoc est, per manũ omnipotẽtis dei Iacob.Ex cuius ore ipse Christº bonus pastor egressus
est,lapis & firmitas credentiũ in Israël. RVPER. Hoc ad mysteriũ magis accedit, quia videlicet pastor bonus, M
cuius hic in typũ præcessit,de vinculis mortis egressus est,per manũ potẽtis dei patris,qui est deus Iacob, factusq;
Act.2. est in caput anguli lapis Israel,egressus de vinculis suis,quẽ deº suscitauit solutis doloribº inferni,iuxta quod im-
Psalm. 117. possibile erat teneri illũ ab eo.Lapis(inquã)Israel,lapis ãgularis,quẽ reprobauerũt ædificãtes. AMBR. Ille(inqt)
qui prçualuit à deo Israël patri tuo,& adiuuit te deº meº.Vel deº patris tui erit adiutor tuº.Quis est qui cõfortauit
Israël,Et adiuuit filiũ,nisi solº deº pater qui dixit,Iacob puer meº,suscipiã eũ,Israel electº meº suscipiat eũ aĩa mea?
Et omnipotẽs benedicet tibi,benedictiõibus cœli desuper,benedictiõibº abyssi iacẽtis deorsũ. Oia eñ subiecit ei,
cœlestia,sicut benedictionẽ cœli,& terrena,sicut benedictionẽ terræ,vel abyssi iacẽtis deorsũ,vt & hoĩbus & ange
lis omnibus dominaretur.Benedictiõibº vberũ,id est duorũ testamẽtorũ,quorũ altero nũciatus est,altero demon
stratus.Et bene vberũ,quoniã velut quodã nos spiritali lacte nutritos educauit,& obtulit deo filios.Vel Marię di
cit vbera,quæ vere benedicta erãt,quibº sancta Virgo populo domini potũ lactis immulsit.Vnde & illa mulier in
euangelio

A euãgelio ait, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Vel secũdum aliam literam,benedictione vuluæ Luc.12.
patris tui & matris . Si vuluam solam Mariæ volumus intelligere, cur vtrunq; benedictione coniunxerit,latebit
causa. Potuit enim dicere de sola vulua matris.Sed pulchrius arbitror, vt secundum spiritale mysteriũ intelliga-
mus vtramq; generationẽ domini Iesu,& secundum diuinitatẽ & secũdum carnem,qui ante secula est generatus
ex patre.Vnde & pater ait,Eructauit cor meum verbum bonum, eo quod ex illa intima, eo quod irreprehensibili Psal. 44.
patris processit substantia,& in ipso est semper.Vnde & euangelista ait,Deum nemo vidit vnquã,nisi vnigenitus Ioan.1.
filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Sicut ergo sinus patris spiritalis, intelligitur intimum quoddã paternæ
charitatis naturæq; secretum,in quo semper est filius,ita etiam patris spiritalis est vulua,interioris arcanũ,de quo
tanquam ex genitali aluo processit filius.Deniq; diuerse legimus,nunc vuluam patris,nunc cor eius quo verbum
eructauit,nunc os eius,ex quo iustitia processit,ex quo prodiuit sapientia,sicut ipse ait,Ex ore altissimi prodiui.Ita Eccli. 24.
cum vnum non definitur,& vnum omnia sonant,spiritale magis mysterium generationis paternæ,quàm mẽbrũ
B aliquot corporale significat.Sed sicut illam ex patre generationẽ intelligimus,ita etiam ad consummationẽ fidei
generationem Mariæ intelligamus,quando benedicitur vulua matris,illa vtiq; Mariæ virginalis,quæ nobis ædi- Hiere.1.
dit dominum Iesum.De quo partu dicit dominus per Hieremiã prophetã,Priusquam te formarem in vtero no-
ui te,& priusquam exires de vulua matris sanctificaui te. Geminam igitur propheta in Christo substantiã decla-
rauit,diuinitatis & carnis,alteram ex patre,alteram ex Virgine,ita tamen vt non exors suæ esset diuinitatis , cum
ex Virgine nasceretur,& esset in corpore. HIPPOLYTVS. Christus igitur dominus noster propter nos ho-
mo factus,benedictionibus cœli & terræ,& vberum benedictus est,quia & ex deo patre vnicus natus est,& ex san
cta Virgine æditus est,cuius etiam vbera sugere dignatus est. AMBRO. Vnde & cõualuit super oẽs montes,
& desideria colliũ æternorum.Super omnes enim illos sublimis meriti viros, patriarchas & prophetas & aposto-
los,sed etiã vltra solẽ,lunã, archangelos, tanquã cœli lumẽ emicuit,sicut ipse ait,Non est discipulus super magi- Luc.6.
strũ,nec seruus super dominũ.Quis enim illorum fuit,cui subiecta essent omnia,quibus ipse donauit quod erant? 1.Cor.11.
C In quo benedicuntur omnes sancti eius,quia ipse est super capita omnium caput. Caput enim mulieris vir,caput
viri Christus,Et super vertices montiũ,quia ipse est super eminens vertex vniuersorũ.Sed iustorum est vertex al-
tissimus,quos fratres vocauit,acquisitos per gratiã,& quoddã regenerationis cõsortiũ. Vnde ex fratribus Ioseph,
illos magis fratres intelligimus,de quibº dicit in psalmo,Narrabo nomẽ tuũ,fratribus meis, in medio ecclesię lau Psalm.21.
dabo te. EVCHERIVS. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum tuorũ . Benedi-
ctiones(inquit)patris tui cœlestis,quæ datæ sunt tibi à sũmo cœli & abyssi,confortatę sunt,id est prçualuere bene-
dictionibus patrum tuorum.Vltra enim omne sanctorum meritũ prophetarũ siue patriarcharum cõualuit bene-
dictio omnipotentis patris in filium, ita vt nullus ei sanctorũ æquetur.Donec veniat desideriũ collium æternorũ.
Colles isti,sancti sunt qui Christi aduẽtum prophetantes, magno cũ desiderio incarnationẽ eius expectauerũt, de Luc.10
quibus dominus dicit,Quia multi iusti & prophetæ cupierunt videre quæ videtis.Hi ergo sancti dicti sunt,colles
D propter excellentiam sanctitatis. Qui etiam æterni vocantur,quia vitam consequuntur æternã, nec intereũt cum
mũdo,sed esse creduntur æterni.Fiant in capite Ioseph, omnes scilicet istæ benedictiones super caput Christi po- Matth.2.
nũtur,quas incarnatus accepit.Et super verticem Nazarçi,de quo scriptũ est,Quoniã Nazarçusvocabitur,hoc est
sanctus dei.Inter fratres suos,qª ipse est caput oĩm,eminẽs vniuersorũ sanctorũ,quos & fratres vocat in psalmis.
RVPER. Porro Nazaræus reuera dominus noster Iesus Christus inter fratres suos est, sanctus quippe sanctorũ
est,cuius in vertice vniuersæ complentur benedictiones patris sui,benedictionibus cœli desuper,benedictionibus Philip.2.
abyssi iacentis deorsum,benedictionibus vberũ,& vuluæ,id est iugiter parientis & lactãtis ecclesiæ, vt in nomine
Iesu omne genu flectatur,cœlestium,terrestrium,& infernorum.De isto nãq;,siue de capite eius propheta dicit in Psalm.20.
psalmo,Quoniã præueneristi eũ in benedictionibus dulcedinis , posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Beniamin lupus rapax,mane comedet prædam ,& uespere diuidet spolia. 12

E BEniamin lupus rapax, HIERONYMVS IN QVAEST. HEBRAICIS. Iuxta Septuaginta Beniamin lupus rapax,
mane comedet adhuc,& ad vesperã dabit escã.Hoc ita Hebræi edisserunt. Altare in quo immolabantur
hostiæ,& victimarũ sanguis ad basem illius fundebatur,in parte tribus Beniamin fuit.Hoc(inquiunt)ergo signifi
cat,quod sacerdotes mane immolant hostias, & ad vesperam diuidunt ea quæ sibi à populo ex lege collata sunt.
Lupum sanguinariũ,lupum voracẽ super altaris interpretatione ponẽtes,& spoliorum diuisionẽ super sacerdoti-
bus,qui seruientes altari,viuunt de altari. THEODORETVS AC GENNADIVS. Vel hoc de tota tribu
Bẽiamin accipitur,quæ ob scelus in Galilæa propter cõstuprationẽ vxoris Leuitæ commissum, duobus præliis cũ
cæteris tribubus fœliciter bellum gessit,tertio demum succubuit,atque internetioni data est,præter paucos quos-
dã,qui misericordia digni habiti sunt.Ita vt mane,id est prius rapuerit prædam,vespere vero, hoc est,vltimo præ
lio in spolium cæteris tribubus facta sit.Tametsi aliter quoq; intelligi possit.Nẽpe tribũ Bẽiamin vna cũ tribu Iu-
da multos annos fœliciter regnasse,atq; de hostibus suis spolia ac prędas reportasse,ad vesperã vero,hoc est tandẽ
F in ditionẽ hostiũ capta ac diruta Hierusalẽ,redactã esse. CHRYSO. Et hic ergo præsignat quod lõgo post tẽ-
pore futurũ erat,& quod grassaturus esset sicut lupus,rapiens,occidẽs,& innumera mala faciẽs. CAIETANVS.
Non occurrit consonantior verificatio,quàm in Saule primo rege de tribu Beniamin.Peccatũ enim eius quo re-
pbatus est à regno, prophetatur,nã iussus vt non parceret rebus Amalech,versus est ad prædam,vt dicitur primo
Regum. xv. Et licet pretiosa quæq; spolia diuiserit, perspicacius tamen intelligimus prophetari , quod Beniamin
in Saũle rege futurus erat matutinus ad prędam(hoc est,ad superandum inimicos populi Israel)sed tardus ad di-
uidẽdũ spolia suis,quia acquirere sciuit, sed cõseruare regnũ suis nescIuit,vt rei probauit euẽtus.Persequẽdo enim
Dauid,extulit illum in opinione hominũ,& occasionẽ illi dedit cõgregãdi viros,& sic paulatim crescẽdi in regẽ,
ipseq; superbiendo meruit deiici regno à deo. AVCTOR CA. Alij quæ hic dicuntur,ad Mardochæum &
Hester qui fuerũt de tribu Beniamin referũt.Sed quis verus sit loci intellectº,Chaldaica patẽter edisserit, inquiẽs,
In terra Beniamin habitabit tẽpli maiestas,& in possessione eius ædificabitur sanctuariũ. Mane & vespere offeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdotes oblationes, & in tẽpore vespertino diuident residuũ portionũ suarũ, de reliquis quæ sanctificata sunt. G

Mystice. HIERONYMVS. Verum quod ad mysticum sensum pertinet, De Paulo apostolo manifestissima prophetia est, quod in adolescentia sua persecutus ecclesiam, in senectute prædicator euangelij fuerit. AMBROSIVS DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM. Plurimos lupos habet diabolus, quos ad Christi oues dirigit, & ideo intelligibilis Ioseph vt oues seruaret suas, ipsum inimicum venientem ad diripiendas oues rapuit lupum Paulum, faciens ex persecutore doctorem, De quo dicit Iacob, Bẽiamin lupus rapax, mane edet adhuc, & ad vesperum diuidit escam principibus. Lupus erat cum dispergeret & deuoraret oues ecclesiæ. Sed qui lupus venerat, pastor est factus. Lupus erat cum Saulus erat, quãdo intrabat in domos, & viros ac mulieres trahebat in carcerem. Lupus erat quando spirans minas & homicidia in discipulos domini, petebat epistolas à principe sacerdotum, vt inuaderet seruos Christi. Quem tanquam lupum nocturnis tenebris oberrantẽ, offusa Iesus luce cæcauit. Ideo Rachel cum pareret Beniamin, vocauit nomen eius filius doloris mei, futurum prophetans ex ea tribu Paulum, qui affligeret filios ecclesiæ persecutionis suę tempore, & graui matrem dolore vexaret. Sed tamen idem H
postea principibus escam posteriore diuisit tempore, euangelizans gentibus dei verbum, & plurimum ad fidem prouocans, qui eo disputante, sicut legatus Pauli proconsulis, & Publius princeps, domini gratiam receperunt. Pul-
Deut.33. chre etiam Moyses cum benediceret Beniamin tribum, dixit, Dilectus à domino, habitabit fidens, & deus obumbrabit super eum omnibus diebus, & inter humeros requiescet dilectus à domino. Qui etiã vas electionis est factus. Neq; enim aliter nisi domini est miseratione & amore conuersus. Vnde & ipse nihil merito tribuens suo, sed totum deferens Christo, ait, Ego enim sum minimus apostolorũ, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam
Lucæ.1. persecutus sum ecclesiã dei. Gratia aũt dei sum id quod sum, & gratia eius egena in me nó fuit. Habitabit fidẽs in domo, quam antè vastabat, habitabit in tabernaculis Christi, qui antè sicut lupus errabat in syluis. Et deus obũbrauit super eũ, quando visus est ei Christus. Qui licet apertis oculis videret nihil, tamen Christũ videbat. Et merito vi-
debat præsentẽ, quẽ etiã audiebat loquentẽ. Non cæcitatis est obũbratio ista, sed gratiæ. Deniq; Mariæ dicitur, Spi- I
ritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Et inter humeros requiescet, hoc est, inter bonos
actus, & opera pretiosa. Nã & supra habes, quod Isachar suppositum humerum suum ad laborandũ, & factus est vir
1.Corin.3. agricola. Quẽ Paulus imitatus, posuit fidei nouella plãtaria, ideoq; quasi bonꝰ agricola dixit, Ego plãtaui, Apollo rigauit. THEODORETVS ET APOLLINARIS. Hoc ergo recte & conuenienter ad Paulũ apostolũ referri potest, qui prius ecclesiam vastauit, postea vero spiritualiũ hostiũ spolia diuisit ad totius ecclesię ministeria, homines scilicet, quos ex diabolica potestate per prædicationem verbi liberauit, Vel spirituale cibũ, hoc est, sacræ legis doctrinã orbi terrarũ distribuit. RVPER. Beniamin lupus rapax, &c. Elegantissima transfigurationum proprietas. Catulus leonis Iuda, Beniamin autem lupus rapax. Ille rex, iste armiger. Ille expectatio gentiũ, iste vo-
Romã.11. cator gentiũ. Manifesta quippe de Paulo apostolo prophetia est. Quemadmodum Iuda Christus, quia de tribu Iuda erat nasciturus, sic Beniamin Paulus, quia de tribu Beniamin erat assumendus. Ipse enim dicit, Nã & ego Israëlita sum, ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin. Itẽ si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circuncisus K
octaua die, ex genere Israël, de tribu Bẽiamin. Beniamin lupus rapax. Hoc certe malum erat, sed audi quod sequitur, Mane comedet prædã, & vespere diuidet spolia. Si malũ erat, lupũ rapacẽ esse, & mane prædã comedere, bonũ sit vespere spolia diuidere. Mane lupus rapax prædã comedebat, nã in adolescẽtia persecutor & blasphemus &
1.ad Tim.1. cõtumeliosus, quoscũq; inuenire poterat huius vię viros ac mulieres, vinctos ad principes perducebat. Sed vespe-
Act.9. re, id est vsq; ad finẽ vitæ suę diuisit spolia, sacra scilicet euãgelicæ prędicationis eloquia, de quibus psalmista, Læ-
Psalm.118. tabor (inquit) ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. AVCTOR CA. De tota ergo tribu Bẽiamin celebrior persona nõ est nata, nec in veris laudibus gloriosior, nec laboriosior in gloriã dei, nec quispiã fœlicitatẽ verã fratrũ suorũ ardẽtior zelatus est, nec magnificẽtior præco gratiæ dei per Christũ in toto mũdo, quàm vnicus ille de tribu Bẽiamin sanctus Paulus apostolus, omniũ gentiũ doctor & electionis vas, qui benedictionẽ omnium gentiũ, & verã iustitiã strenuissime prædicauit, & prædicare scriptis nõ cessat. Qui nisi fuisset, frustra filij Bẽiamin
omnes in hoc seculo vixisse viderẽtur. Quorũ Bẽiamitarũ vnica gloria fuit, vt Paulũ æderẽt. Qui vt lupus rapuit L
fideles ad prædã, & persecutus est ecclesiã dei, veluti Dauidẽ Saulus rex primꝰ de tribu Bẽiamin. Postea resipiscẽs, ex Saulo Paulus factus & nominatus, Christũ in se loquẽtẽ toti mũdo manifestauit, & esca veritatis, & verbo euã-
gelij famelicas gentes domino iubente per gratiam, quam in illo non vacuam nutriuit, hactenus fœliciter pauit. EVCHERIVS. Legimus quendã ex doctoribus ad vrbẽ Hierusalẽ ea quæ de Beniamin scripta sunt referentẽ. Beniamin (inquit) filius doloris interpretatur. Hic sorte hęreditatis eum locũ accepit, in quo terrena est Hierusalẽ, quæ nũc propter incredulitatẽ abiecta est atq; repulsa. Hæc enim in filiis suis sub persona Bẽiamin designatur. Nã sicut Beniamin vltimã consequutus est benedictionẽ, ita & idẽ populus vltimus est saluandus, postea quàm plenitudo gentiũ introierit. Dicit enim, Bẽiamin lupus rapax, lupus scilicet, quia ipse populus effudit sanguinẽ prophetarũ atq; iustorũ, rapax autem propter auiditatẽ dicitur. Ex multa enim fame verbi dei & inedia, veniet rapax, quia & ipse violẽter diripiet regnum dei. Hic aũt mane comedet prædam. Mane illud tempus creditur significari, quo legem accepit, tunc enim primò quædam illuminatio scientiæ mundo data est. Comedet autẽ mane, quia le M
gẽ quam mane accepit, edit adhuc, meditatur & legit, sequensq; legis iustitiam, in legem fidei non peruenit. Ad vesperã autem diuidet spolia. Vespere erit illud tempus nouissimum, quo conuertetur. Tunc diuidet spolia, id est tunc intelliget diuidendã esse literã à spiritu, & tunc cognoscet, quia litera occidit, spiritus autẽ viuificat. Quia ergo iam per gratiam domini illuminatus, incipit legis spiritalia à carnalibus diuidere & separare, ideo dicitur, ad vesperã diuidet spolia, siue escam, id quod tota die in lege meditans, antè non fecit. AVCTOR CATENAE. In huius autẽ capitis expositione, siue ex his quæ diximus, siue ex his quæ omisimus, sequatur quisque quod illum docebit vnctio spiritus sancti, dũmodo sacratissimæ fidei contraria non inducat. Non est in his difficillimis locis proteruiter insistendum, cum spiritus dei clarius hæc explicare noluerit. Videtur enim voluisse deus Iacob filios in ænigmatum horum obscuritatibus exerceri in sui memoriam & dei gloriam, cuius beneficia nullus sufficienter poterit explicare, nec quibuscunque sermonibus vnquam assequi pro dignitate rerum.

Omnes

13

A *Omnes hi in tribubus Israel duodecim.*

RVPERT. Subauditur patres & principes fũt, id est, de singulis horũ singulæ tribꝰ exortæ & denomi- 13
natæ sunt, & sunt tribꝰ duodecim. At verò istis Ephraim & Manasses appositi fũt, dicẽte patre ad Ioseph,
Duo igitur fili tui, qui nati sunt in terra Aegypti, anteq; venirẽ huc ad te, mei erũt, Ephraim & Manasses, sicut Ru-
ben & Simeon reputabũtur mihi. Cur ergo non iam quatuordecim, sed tãtummodo duodecim computãtur tribꝰ
Israël: sed sciẽdum quod vbi Simeó & Leui numerãtur, scilicet in propria generatione carnis, Ephraim & Manas-
ses, qui adoptiui filij sunt, numerari non possunt. Et ẽcõtrario, vbi Ephraim & Manasses inserũtur, videlicet in pos-
sessionibus, propriisq; tribuum singularium funiculis, Simeon & Leui relicti sunt. Isti enim proprios (vt superiꝰ iã
dictum est) funiculos non cõsecuti sunt, sed in omnibus sceptri, paucas vrbes habuerũt, iuxta patris prophetiã di-
centis, Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël. Itaq; quocunq; respicias, siue ad funiculos distributionis, A poc.7.
siue ad proprietatem generantis, duodecim tantummodo sunt tribus Israël. In Apocalypsi autem Ioãnis, Dan qui
B natus fuit filius Israël, relinquitur, & qui adoptatus fuit Manasses assumitur. Itemq; Ruben qui natus fuit, licet par-
uus numero, assumitur, & Ephraim adoptatus, quãuis multiplex relinquitur, ad infinuãdum videlicet, quod ad cõ
sequẽdam hæreditatem pro qua signamur in frontibus nostris signaculo dei viui, neq; soli nati, neq; soli adoptati
filij Israël, id est, neq; soli qui ex Iudæis, neq; soli qui ex Græcis, sed communiter tam ex his quàm ex illis assumũ-
tur vel reprobantur, quos vel fides cõmendauerit, vel infidelitas reprobabiles fecerit. EVCHERIVS. Quæ-
ritur etiam de Iacob, cur omnes quos de liberis & ancillis genuit, æquali honore filios & hæredes constituerit? nisi
vt ostenderet, quod Christus dominus omnibus gẽtibus quæ per fidem corpori eius conciliãtur, cũctos pari hono-
re & gloria habens, cœlestia præmia largiatur, nec est distinctio, Iudæus an Græcus, Barbarus an Scytha, seruus an
liber sit, quia per omnia & in omnibus Christus est. Propterea enim figuram serui saluator noster & dominus in-
duit, & pro libero & pro seruo seruiuit, vt omnibus credentibus in se, æquale donum bonorum cœlestium largia-
C tur, nec præferatur apud illum, qui secũdum carnem nobilior sit. Quicunq; enim fidem domini promerẽtur, nul- Ioan.2.
lis maculis carnalis natiuitatis obfuscãtur. Nam & hoc ita futurum etiam per prophetam promittitur, dicẽte do-
mino, Erit in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem. CAIETANVS. Omnes hi
in tribubus Israël duodecim. Subiunxit hoc Moyses ad significãdum benedictiones has, dicta hæc à Iacob, referri
ad ipsas tribus duodecim. AVCTOR CAT. Parũ est quod in Hebræo legitur, Omnes hę tribus Israël duo-
decim. Hos igitur habuit patriarchas duodecim gens Israëlitica, & has futurorum prænũciationes ac benedictio-
nes accepit à patre eorum Iacob.

D *Hæc locutus est eis pater suus benedixitq; singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens. Ego* 14
congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephrõ
Hethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in pos-
sessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum, & Saram uxorem eius. Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua.
Ibi & Lia condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & o-
biit, appositusque est ad populum suum.

Hæc locutus est eis pater suus benedixitq; singulis benedictionibus propriis. CHRYSOSTOMVS. Quoniam om- 14
nibus filiis congruas benedictiones prælignauit, Et benedixit (inquit) singulis iuxta benedictionem suam qua be-
nedixerat eis, hoc est, vnicuiq; prædicebat quæ decebat, & quæ in vnaquaq; tribu euentura prędixit. CAIETA-
NVS. Ne intelligeres Iacob aliter benedixisse filiis quàm scriptũ est, explicauit Moyses, quod quilibet filius est
benedictus, sicut exigebat singulorum benedictio. Vt hinc intelligerem, quod etiam illa quæ mala sunt (puta Si-
E meon & Leui vasa iniquitatis, & alia similia mala culpæ vel pœnæ) sunt dicta benedicẽdo. Nam & arguere & puni
re & præmonere, aliena non sunt à paternis benedictionibus. AVCTOR CATE. Hæc locutus est eis pater
suus, Benedixitq; singulis benedictionibus propriis. Idem dicitur in omnibus aliis æditionibus, Et hoc est quod lo
cutus est eis pater eorum, & benedixit eis, iuxta benedictionem vniuscuiusq; benedixit eis. Non quod bona singu
lis dixerit, sed quia bene & prophetice dixerit omnia, cuilibet proprium memoriale commendans discutiendum,
& velut statuam contemplandum in posteris generationibus. Vel quia maxima in parte benedixit, aut quia hæc
quæ dixit, loco fuere benedictionis, seu demum quia forsitan præter hæc singulis benedixerit benedictionibus propriis, cur de sacerdotio Aarõ in
PERTVS. Sed iterum quæritur, cum singulis benedixerit benedictionibus propriis, cur de sacerdotio Aarõ in
tribu Leui, quod in illa gente sanctissimum atq; celeberrimum fuit, nullam mentionem fecerit? Nam & si recte
dixit, Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellãtia, in consiliũ eorum ne veniat anima mea, & in cœtum illorũ
non sit gloria mea, quia in furore suo occiderũt virum, & in volũtate sua suffoderunt murum, & cæt. attamen filij Exo.32.
F Leui postea in vltionẽ vituli laudabiliter arma corripuerũt, & proinde illis dictum est, Cõsecrastis manus vestras
hodie domino, vnusquisq; in filio & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Hoc ergo quæritur, cur illud sacerdotiũ
in benedictionibus suis pater omiserit, nullamq; Leuitici prædicauerit laudem ministerij? Ad quod primo dicẽdũ,
quia de nouissimis diebus se annũciare professus est, illud autem sacerdotium, siue ille Leuiticus ordo, ad istos no
uissimos dies, ad istos fines seculorum non pertinet. Deinde & hoc sciendum, quia sacerdotium Aaron nõ pro be
nedictione datum, sed pro significatione benedictionis fuit concessum. Nec illa sacrificia taurorum aut catulorũ,
seu arietum & hircorum, à deo iussa fuere, sed permissa, sicut & prophetæ testantur. Cæterum verum sacerdotium Hiere.7.
secundum ordinem Melchisedech, in tribu Iuda Christo fuit repositum dicente Dauid, Iurauit dominus, & non
pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Et si recte prospicias, hic idem pater
in benedictionibus Iudæ de isto non tacuit, dicendo, Lauabit vino stolam suam, & sanguine vuæ pallium suum.
Lauare quippe vino stolam, & sanguine vuæ pallium suum, idest dare pœnitentiam & remissionem peccatorũ per
sanguinem suum, veri & vnici sacerdotis officium est. CHRYSOSTOMVS. Postquam autem ordinauit

ea quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ à spiritu sancto præsignata, *Præcepit eis, dicens. Ego congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis.* Vi G
de quomodo propter visitationem hanc, maximam eis consolationẽ afferat. Considerabant enim quod iustus hoc
non mandasset, nisi omnino sciuisset reditum suum futurũ, & liberãdos se à seruitute Aegypti. RVPERTVS.
Sane quod dicit, Ego congregor ad populum meum, id est, descendo ad inferos, vbi saluatorẽ qui mittendus est,
qui & erit expectatio gẽtium, vniuersus expectat donec veniat, populus sanctorum. De cura vero quam habet se-
peliendi corporis sui, iam superius dictum est. AVCTOR CAT. Ego (inquit) apponor ad populum meum.
Collocabit me dominus nunc ad sortem electorum suorum, ad cõsortium sanctorum patrum meorum ex mise-
ricordia sua, iuxta animam quam desursum accepi, iuxta corpus vero meum cupio cum maiorum meorum reli-
quiis sepeliri. CHRYSOSTOMVS. Postea quoq; locum dicit, *In spelunca* (inquit) *duplici, quæ est in agro Ephrõ*
Hethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt
eum, & Saram uxorem eius. Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua. Ibi & Lia condita iacet. AVCTOR CAT. In-
terpres doctus consulto fugit solitas Hebraicæ literæ repetitiones, sic enim est ibi sicut & in Chaldaica, nempe, In H
spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi, in spelũca duplici quæ est in agro, qui est cõtra faciem Mambre
in terra Chanaan, quem agrum emit Abraham ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierũt Abra-
ham, & Saram vxorem eius. Ibi sepelierũt Isaac, & Rebeccam vxorem eius. Ibiq; sepeliui Liam. Emptio agri & spe
luncæ quæ in eo est, à filiis Heth. Hæc illa. Sed in sensu nõ differũt hæc à litera nostra. De Lia itaq; dicit quod à se-
ipso Iacob sepulta fuerit, nõ autem quod ab aliis id factum sit, quam quadragesimo quarto vitæ suæ anno scribũt
Hebræi mortuam esse. Emptio autem agri & speluncæ, & tam diligens monumẽti descriptio, commẽdat patriar-
charum filiis memoriam pristinæ eorum paupertatis, qui nihil viuentes in hoc mundo possederunt, præter vnicũ
locum sepulchri, & eum deniq; redemptum pecunia ab exteris, firmissime tamen credidisse promissionibus dei, vt
illius quoq; filij similiter credãt verbo dei, & fœlices sint. Sin autem post præstita tãta beneficia ab ipsis visa & ac-
cepta, illi se benefico domino deo Abraham, Isaac, & Iacob credere toto corde noluerint, & obedire recusauerint, I
sit illis in perpetuum infidelitatis monimentum, & iusti iudicij diuini contra illos toto orbe fidelibus in testimo-
nium. *Finitisq; mandatis quibus filios instruebat.* Notatur ex textu, Iacob patriarchã omnia prædicta in lectulo se-
dentẽ integro sensu & intellectu, perfecta fide, filiis præcepisse. *Collegit pedes suos super lectulum, & obiit.* CHRY
SOSTOMVS. Vide mortem iusti etiam magno miraculo plenam. Nam postquam imperauit pueris suis, ait,
Subleuauit pedes in lectum suum, quasi cum voluptate rem aggrederetur. Ita impletis omnibus pedes sustulit, hoc
est, planos & rectos fecit & extendit, & obiit, hoc est, finiuit vitam. AVCTOR CAT. Viam vniuersę carnis
fœliciter migrauit. Defecit enim recedente spiritu, & mortalis homo mortuus est. *Appositusq; est ad populum suum.*
AVGVSTINVS DE QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Videndum quomodo dicant scri-
pturæ, quod assidue dicunt de mortuis. Et appositus est ad patres suos. Vel appositus est ad populum suum. Ecce e-
nim de Iacob dicitur iam quidem mortuo, sed nõdum sepulto, & ad quem populum apponatur nõ in promptu est
videre. Ex illo enim populus prior nascitur, qui dictus est populus Israël, qui verò eum præcesserunt, tam pauci iu- K
sti nominantur, vt eos populum appellare cunctemur. Nam si dictum esset, appositus est ad patres suos, nulla quę-
stio fieret. An forte populus est, nõ solum hominum sanctorum, verum & angelorum, populus ciuitatis illius, vn-
Heb.12. de dicitur ad Hebræos, sed accessistis ad mõtem Sion, & ad ciuitatẽ dei Hierusalem, & ad milia angelorũ exultã-
tium? Huic populo apponuntur, qui post hanc vitam placentes deo fiunt. Tunc enim dicuntur apponi, quãdo nul
la iam remanet solicitudo tentationum, & periculum peccatorum. Quod intuens ait scriptura, Ante mortem ne
Eccli.2. laudes quenquam. THEODORETVS. Quod dictum est, Et appositus est ad populum suum, resurrectionis
spem declarat. Si enim omnino interirent, nec ad alium populum transirent, nunquam dixisset, Appositus est ad
populum suum. Quod etiam Abraham à domino dictum est, Tu autem ibis ad patres tuos. Hinc & domin⁹ Sad-
ducæorum incredulitatem arguit, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, & cæt. CAIETANVS.
Clarum est autem quod de Iacob secundũ animam dicit Moyses, & aggregatus est ad populos suos. Nam de mor-
tuo & non sepulto manifeste loquitur, immortalitatem animæ per hoc manifestans. AVCTOR CATE. L
Non ergo ob corporis sui sepulturam ad corpora maiorum, sed ob translationem immortalis animæ ad sortẽ ele-
ctorum, sic dictum est. Quam omnes à condito mundo fideles patres firmissime & celebriter crediderunt, & pau
ci sapientum etiam infidelium negarunt, qui tamen deum aliquem credidissent.

IN CAPVT GENESEOS QVINQVAGESIMVM ARGVMENTVM.

Sepelitur Iacob. Celebrantur exequiæ. Ioseph fratribus iniuriam remittit. Moritur. M

CAPVT L.

Lectio pri. *QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum. Præcepitque seruis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum Aegyptus Septuaginta diebus.*

I *Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.* CHRYSOSTOMVS. Vidisti pueri dilectionem? vidisti ignitam charitatem? Et post animæ recessum recidit Io-
seph super facię eius, & osculatus est, & fleuit super eo. AVCTOR CAT. Græca & Hebraica litera ac Chal-
daica

A daica æditio ita habẽt. Et ruit, seu iactauit se Ioseph super faciem patris sui, & fleuit super eum, & osculãtus est eũ.
Sed hoc idem cum litera nostra. Affectu itaq; carnis permouetur filius in patrem demortuum, nõ irrationabili plã
ctu, vltimum osculum cum fletu imprimendo. *Præcepitq; seruis suis medicis, ut aromatibus condirent eum.* AVGV-
STINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod scriptum est secũdum aliam literam,
Dixit Ioseph seruis suis sepultoribus, vt sepelirent patrem eius, nõ inuenit lingua latina quemadmodum appella-
ret, ἐνταφιάσαι. Non enim ipsi sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum, quod non est Græcè ἐνταφία-
σαι, sed θάπτειν. Illi ergo ἐνταφιάσαι id agunt, quod exhibetur corporibus humanis, vel condiendo vel siccando, vel
inuoluendo & alligando, in quo opere maxime Aegyptiorum cura præcellit. CHRYSOSTOMVS. His fa-
ctis, Ioseph quæ à patre mandata erant, exequi curauit. Et mox mandauit pollinctoribus, vt aromatibus ad sepul-
turam condirent patrem. RVPERTVS. Hanc omnem curam pro mortuo habitam, quod patri filius pias
impendit lachrymas, quod præcepit seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem, quod celebratis exequiis
B planctu magno atque vehementi sepeliuit eum in terra Chanaan, in spelunca duplici, quam emerat Abraham
cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo, contra faciem Mambre, Hæc (inquam) omnia paternæ
curæ officia, à Ioseph exhibenda, diuinum oraculum breui consolationis responso promiserat ipsi Iacob. Ioseph
quoque (inquiens) ponet manum suam super oculos tuos. Quod ille pro magno accipiens, Iam lætus (inquit) mo
riar quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. AVCTOR CATENAE. Præcepitque seruis suis
medicis, vt aromatibus condirent patrem. Nihil dissentit ab Hebraico עַבְּרָיו אֶת הָרֹפְאִים Abadaf eth haróphim,
Seruis suis medicis. Verbum autem חָנַט hanat, quod sequitur, significat facere pigmentum ex speciebus aro-
maticis, quo defunctorum corpora inuncta, incorrupta maneant multo tempore. Chaldaica, Et præcepit Ioseph
seruis suis medicis, vt condirent patrem suum. At Septuaginta, τοῖς ἐνταφιασταῖς, ἐνταφιάσαι τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ, Seruis suis funeratoribus, funerare patrem suum. Sed qui cadauera sepeliunt, non dicuntur Hebrai-
cè rophim, licet dictio rephaim, etiam mortuos siue interfectos significet. Verum non inconuenit hoc in loco,
C per medicos intelligere pollinctores, qui curandis funeribus præerant, more non tam Iudaico, quàm Aegyptia-
co corpora aromatibus condiendo, ita putrefactioni medentes in testimonium fidei resurrectionis. *Quibus iussa*
complentibus, transierunt quadraginta dies. AVGVSTINVS. Quod ergo iuxta aliam literam dicit, etiam se-
pelierunt, curauerunt, intelligere debemus. Et quod dicit quadraginta dies sepulturæ, ipsius curationis accipien-
dæ sunt. Sepultus enim ille non est, nisi vbi se mãdauerat sepeliri. IDEM IN QVAESTIONIBVS SV-
PER GENESIM. Dies hi quadraginta, quos commemorat scriptura, forte significant aliquid pœnitentiæ,
qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam quadraginta dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moyses &
Helias, & ipse dominus iciunauit, & ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorum quadragesimam vocat. Vnde &
in Hebræo de Niniuitis apud Ionam prophetam scriptum perhibent, Quadraginta dies, & Niniue euertitur, vt Ion.3.
per tot dies accommodatos videlicet humiliationi pœnitentium, intelligatur in ieiuniis sua defleuisse peccata, &
impetrasse misericordiam dei. Nec tamen putandum est istum numerum luctui pœnitentium tantummodo con
D uenire, alioquin non quadraginta dies fecisset dominus cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis
& exiens, mãducans & bibens, qui dies vtique magnæ lætitiæ fuerunt. AVCTOR CATENAE. Quibus
iussa explentibus. In Hebræo est וַיִּחַנְּטוּ הָרֹפְאִים אֶת יִשְׂרָאֵל Vaiahantu haróphim eth Israël. Et condiuerunt seu a-
romatizauerunt, seu (vt magis proprie dicatur) myrrhauerunt medici Israëlem, sic & Chaldaica. Septuaginta ve
rò καὶ ἐνταφίασαν δὲ ἐνταφιασταὶ τὸν Ἰσραήλ, Et funerauerunt funeratores Israël. Quod vt diuus Augustinus intel-
ligit, accipiendum est. Porro quod sequitur, Transierunt quadraginta dies, Hebraicè est וַיִּמְלְאוּ לוֹ Vaim leu lo,
Et impleti sunt ei quadraginta dies, vel secundum Septuaginta interpretes, καὶ ἐνεπλήσθησαν αὐτοῦ παραγάκοντα ἡ-
μέρας. Et impleuerunt eius quadraginta dies. *Iste quippe mos erat cadauerum conditorum.* Pro hoc sic est in Hebræo
כִּי כֵן יִמְלְאוּ יְמֵי חַנֻּטִים Chi chem imleu ieme hahanutim, Quoniam sic implebantur dies conditorum seu myr-
rhatorum. Et idem est in effectu cum litera nostra. Chaldaica, Et expletis quadraginta diebus quibus comple-
E bantur dies conditorum. Septuaginta verò, οὕτως γὰρ ἀριθμοῦνται αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς, Sic enim numerantur dies
sepulturæ. Quod etiam intellige vt supra, videlicet vt quadraginta diebus curaretur corpus mortuum. *Fleuit-*
que eum Aegyptus septuaginta diebus. GRAECVS. Vide Aegyptios septuaginta diebus mortem Iacob fleuisse,
Iudæos verò mortem Aaronis & Moysi triginta tantum diebus. STRABVS. Ethnici nouem diebus mor-
tuos flebant. Vnde & Nouendial nona dies vocabatur. Verum quando sepeliebantur dei cultores, septem diebus
exequias celebrabant. Vnde luctus mortui, septem dies, luctus autem fatui, omne tempus vitæ eius. Septenarius Eccli.22.
enim requiem significat. Vnde septima dies sabbatum, id est, requies dicitur. Celebrant ergo septimam diem
mortuorum, optantes illos cum domino requiescere à laboribus præsentis vitæ. Hinc ergo dicitur, fleuit eum
Aegyptus septuaginta diebus, qui est decuplatus septenarius. Septies enim deni, septuaginta sunt. Potest etiam
dici, quia sicut tertia dies mortui agitur à fidelibus, vt anima quæ est triplicis naturæ requiescat, ita septimus di-
es celebratur, vt anima corpori reconcilietur, quæ carne illiciente peccauit. In septenario enim tria sunt & qua-
F tuor, ternarius pertinet ad animam, quæ irascibilis & concupiscibilis & rationalis est. Quaternarius ad corpus,
quod quatuor constat elementis. RVPERTVS. Porro quod fleuit eum Aegyptus septuaginta diebus, non
imitandum exemplum est eis, qui se peregrinos & hospites super terram esse profitentur, qui hic manentem non
habent ciuitatem, sed futuram inquirunt. Nam quod filij quoque Israël Moysen & Aaron tricenis diebus fleuis- Num.20.
se dicuntur in scripturis, hoc ex Aegyptia consuetudine populo nondum erudito supererat, deinceps quippe me- Deut.v.ii.
lioribus paulatim assuefactus, ab illa superstitione desciuit, scriptura dicente, Modicum plora super mortuum, Eccli 22.
sciens quoniam requieuit. Planctus autem, aut fletus in huiusmodi, non semper proprie dicitur, sunt nanque
& ludi funerei, qui planctus nomine significantur. Cæterum veri tantum planctus, & veri fletus viris dignis Eccli.38.
mediocriter exhiberi conceduntur. Vnde & quidam sapiens dicit, Fili, in mortuum produc lachrymas, & qua-
si dira passus incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius, &
fac luctum secundum meritum eius, vno die vel duobus. AVCTOR CATENAE. Quadraginta igitur
dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies curatum est corpus, & septuaginta illum fleuerunt Aegyptij, superstitiosiores nimirum circa defunctorum G
corpora, quibus illorum præses detulit, ne vel patrem videretur amasse tepidius, & ne publicos illis mores in-
fringeret, quos velut ceremoniales salua veritate seruare possent, & fidem resurrectionis carnis humanæ signifi-
cabant fidelibus.

2 ET expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis. Si inueni gratiam in conspe-
ctu uestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior. In
sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem
meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es.

H
2 *Et expleto luctu tempore, Locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis dicens.* CHRYSOSTOMVS. Postquam iu
sta omnia persoluta sunt, significauit Pharaoni & his qui cum eo erant, quæ illi pater adhuc viuus demandarat.
RVPERTVS. Non quidem Ioseph vir sapiens Aegyptios conduxit aut postulauit, vt flerent patrem, sed dum
aliquid intendit, hoc etiam ex abundanti sibimet sponte occurrere permisit. Quid enim intendit, dicendo ad fa
miliam Pharaonis, Hoc vtique vt in transferendo patrem vitaret inuidiam, præcludendo os obloquentium, qui
forte dicerent, quia non diligit terram nostram. Nec frustrata est eius humilitatis prouidentia, non solum enim
hanc inuidiam, non solum iram Pharaonis euasit, sed ita omnes in gratiam eius sunt locuti, vt insuper irent cum
eo omnes ad sepeliendum patrem eius. Igitur sicut prudenter beneuolentiam quæsiuit, sic & exequias Aegyptias
Psalm.119. sapienter admittere debuit nihil nocituras sancto proposito peregrinationis, in qua illud potius flendum est, quia
incolatus suus prolongatur eis à quibus melior patria, melior ciuitas speratur. AVCTOR CATENAE. I
Secundus à rege intercessores mittit, ne vel funestus regem accederet, velut nihil per audaciam præsumere vi-
deretur, vel vt fauorem experiretur aulicorum in externum se hominem, quandoquidem difficile impetrandam
translationem putauit corporis, quod forte Pharao ob honorem filij, & sanctitatem patris condi voluisset in lo-
co aliquo Aegypti honorabili, denique sic se facturum receperat, & patri iurauerat. Dicit ergo. *Si inueni gratiam
in conspectu uestro, loquimini in auribus Pharaonis.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER
GENESIM. Loquimini in auribus Pharaonis, locutio est vsitata in scripturis. *Eo quod pater meus adiurauerit
me, dicens, En morior. In sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me.* AVGVSTINVS IN QVAE-
STIONIBVS SVPER GENESIM. Quæri potest quomodo verum sit, cum hæc verba patris eius quan-
do de sua sepultura mandauit, non legantur? Sed ad sententiam verba referre debemus, sicut in aliis supra simi-
liter iteratis verbis vel narrationibus admonuimus. Voluntati enim enunciandæ, & in notitiam perferendæ, o-
portet verba seruire. Fodisse autem sibi Iacob sepulchrum, nusquam superius in scripturis legitur, sed nisi fieret K
cum in eisdem terris esset, modo non diceretur. AVCTOR CATENAE. Vel fodisse dixit, hoc est, ada-
ptasse & resarcisse speluncam duplicem, vel duplicis agri sui. *Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuer-
tar.* CHRYSOSTOMVS. Aequum est (inquit) vt quæ ab eo præcepta impleam. Vbi igitur ea fecero quæ
iusserit, redibo. AVCTOR CATENAE. Regi metum adimit de non redeundo, nam reuerti volebat.
Nondum enim peccata, Amorræorum completa fuerant, nondum Aegyptiorum seueritas cœperat, nondum fi-
lij Israël creuerant, & exercitati fuerant ad gratius dei bonitatem percipiendam. CHRYSOSTOMVS.
Hæc vt audiuit, permisit. *Dixitque ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.* AVGVSTINVS
IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM. Etiam si per potentes illos per quos Ioseph mandaue-
Matth.8. rat, Pharao dixit quod perferrent ad Ioseph, non vtique dixit nisi ipsi Ioseph. Vnde illud est in euangelio, quod
Luc.7. vnus euangelistarum dicit Centurionem venisse ad dominum, & dixisse illi, puer meus iacet in domo paraly-
ticus. Alius autem totum diligentius narrans, amicos eum ad dominum misisse commemorat, qui hoc ei dice-
ret. In quibus amicis vtique ipse venit, cuius in eis voluntas præsens fuit. Vnde est, Qui vos recipit me reci- L
pit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. AVCTOR CATENAE. Sic igitur non obseruare iura-
mentum. Ethnico quoque regi irreligiosum videbatur, vltima voluntate fraudare patrem, & extra paratam se-
pulturam recondi tantum virum.

3 QVo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti,
domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, absque armentis, quæ dereliquerunt
in terra Gessen. Habuit quoque in comitatu currus & equites, & facta est turba non modica. Vene-
runtque ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem, ubi celebrantes exequias planctu magno atque uehemen
ti, impleuerunt septem dies. Quod cum uidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, Planctus magnus est
iste Aegyptiis. Et iccirco uocatum est nomen loci illius, Planctus Aegypti. M

3 *Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti.* CHRYSOSTO-
MVS. Vide quantum officium declarent Aegyptij in honorem Ioseph. AVCTOR CATE. In Chaldai-
ca æditione Hebraicæ veritati conformi, sic legitur hæc litera, Ascenditque Ioseph vt sepeliret patrem suum, &
ascenderunt cum eo omnes serui Pharaonis seniores domus suæ, & omnes senes terræ Aegypti. Sic & Septua-
ginta. Sed non dissentit à litera nostra, in qua breuitati studuit eruditus interpres. *Domus Ioseph cum fratribus suis,
absque paruulis & gregibus, absque armentis, quæ dereliquerunt in terra Gessen.* Post verba illa, Domus Ioseph cum fra-
tribus suis, sunt in Hebræo duæ dictiones וּבֵית אָבִיו vbeth abif, Et domus patris sui. Non poterant ergo in hono
re parentis minores se exhibere filij ac nepotes, quem videbant tanta ambitione ab Aegyptiorum primoribus ex-
cultum

A cultum, ideo omnes pariter aderant, & tanto itinere sequebantur funus. *Habuit quoque in comitatu currus & equi-
tes, & facta est turba non modica. Veneruntque ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem.* HIERONYMVS DE LO-
CIS HEBRAICIS. Area Atad, locus trans Iordanem, in quo planxerunt quondam Iacob, tertio ab Hie-
rico lapide, duobus milibus ab Iordane, qui nunc vocatur Betagla, quod interpretatur locus Gyri, eo quod ibi mo
re plangentium circumierunt in funere Iacob. AVGVSTINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER
GENESIM. Quid sibi vult quod cum pergerent ad sepeliendum Iacob, scriptura dicit, Et aduenerunt ad A-
ream Achad, quæ est trans Iordanem. Prætergressi sunt enim locum in quo erat mortuus sepeliendus, milia sicut
perhibent qui nouerunt, plusquam quinquaginta, tantum quippe spacij est plus minus, ab eo loco vbi sepulti sunt
patriarchæ, in quibus & Iacob, vsque ad hunc locum, quo eos aduenisse narratur. Nam post factum ibi luctum &
planctum magnum, redierunt ad locum quem præterierant rursus Iordane traiecto. Nisi forte quis dicat, aliquo-
rum hostium vitandorum causa per eremum eosvenisse cum corpore, qua via etiam populus Israël ductus est per
B Moysen ab Aegypto liberatus. Isto quippe itinere vt plurimum circumitur, & per Iordanem venitur ad Mam-
bram, vbi sunt corpora patriarcharum, id est, ad terram Chanaan. Sed quomodo factum sit, vt trans illa loca ad
orientem versus tantum iretur, & inde ad ea per Iordanem veniretur, significationis causa factum esse creden-
dum est, quod per Iordanem venturus erat ad eas terras postea Israël in filiis suis. ORDINARIA. Vel quia
in hoc loco postea multitudo filiorum Israël murmurans contra dominum diuino igne consumpta est, tanto lu-
ctu non tam mors Iacob, quàm ruina populi futura lugebatur. AVCTOR CATENAE. Chaldaica. Ascen
deruntque cum eo currus & equites, eratque turba magna nimis. Et venerunt vsque ad aream Atad, quæ est vltra
Iordanem. Sic & Hebraica & Septuaginta, sed non variant in sensu à Latina litera. Plerique autem ex Hebræis ac
cipiunt Atad appellatiue pro spinis quę vulgo vocantur carduus. Nam & tribulum & rhamnum & spinam etiam
significat אָטָד Atad. Obsidebat enim horreum illud arbor quædam spinosa, quæ locum illum insignem reddidit.
C Notandumque errorem esse in aliquibus codicibus Latinis, in quibus pro Atad, legitur Achad. *Vbi celebrantes
exequias planctu magno atque uehementi, impleuerunt septem dies.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SV
PER GENESIM. Quod alia litera habet, Planxerunt eum planctum magnum & validum, non autem plan
xerunt planctu, locutio est in Latina lingua non ignota, sicut dicitur seruitutem seruiuit, militiam militauit, &
similia. IDEM IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Quod verò luctum fecit patri se-
ptem dies, Nescio vtrum inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod a-
pud Latinos Nouendial appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui christianorum
istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gentilium consuetudine, septimus verò dies auctorita-
tem in scripturis habet. Vnde alio loco scriptum est, Luctus mortui septem dierum, fatui autem omnes dies vitæ Eccli.22.
eius. Septenarius autem numerus propter sabbati sacramentum præcipue quietis indicium est, vnde merito mor-
tuis tanquam requiescentibus exhibetur. Quem tamen numerum in luctu Iacob decuplauerunt Aegyptij, qui
D eum septuaginta diebus luxerunt. AVCTOR CATENAE. Vbi celebrantes exequias, & cætera. Hebraica
litera & Chaldaica æditio ita habent, Et planxerunt ibi planctum magnum, atque vehementem nimis. Et fecit
patri suo luctum septem diebus, Ita & septuaginta. Et per hunc luctum intelligunt aliqui celebrationem exe-
quiarum, vnde & interpres noster transtulit, Vbi celebrantes exequias. Manifestum autem fit hoc facto, ipsum Ia-
cob humanissime conuersatum fuisse cum Aegyptiis, quos & sibi deuinxerat beneficiis & officiis, non minus tota
illa familia, pacifica cohabitatione animos sibi conciliauerat Aegyptiorum, & in primis Ioseph preciosus illis erat
& acceptissimus, vt sic non fictè, sed verè plangerent demortuum, quem tantopere desiderabant. *Quod cum uidis-
sent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, planctus magnus est iste Aegyptiis. Et iccirco appellauerunt nomen loci illius, planctus Ae-
gypti.* CHRYSOSTOMVS. Verum tu hæc audiens dilecte, ne simpliciter prætercurre, sed tempus cogita,
quo facta sunt, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum enim fuerunt portæ inferni confractæ, neque inferni vin-
E cula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant. Nunc autem
propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus & consummatio, & quies, & certa multaque sunt resurrectio-
nis indicia, quasi de vita in vitam transferendi, sic exultemus & lætemur. Et quid dico de vita in vitam? de dete-
riori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cœlestem. AVCTOR CATENAE. Et hic pau-
lum in verbis, sed non in sensu variant Hebraica & Chaldaica, habent enim, Et vidit habitator terræ Chanaan lu
ctum qui fiebat in loco areæ Atad, & dixerunt, luctus vehemens est iste Aegyptiis. Et idcirco vocatum est nomen
eius, luctus Aegypti, qui est trans Iordanem. Sic fere & Septuaginta. Vidit autem habitator, dixit, pro habitatores,
numerumque posuit pro numero.

F ECerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis, & portãtes eum in terra Chanaan, sepelierunt eum in spe 4
lunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra fa
ciem Mambre. Reuersusque est Ioseph in Aegyptũ cum fratribus suis & omni comitatu, sepulto patre.

AVCTOR CATENAE. Boni filij mandata patris circa sepulturam corporis pie adimpleuerunt, & o- 4
mnibus expletis, admodum longo itinere redierunt ad Aegyptum, nondum enim erat tempus possidendi promis
sam patribus terram.

VIdo mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes, ne forte memor sit iniuriæ quam passus est, & 5
reddat nobis omne malum quod fecimus, mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis antequã mo
reretur, ut hæc tibi uerbis illius diceremus. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati
atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoq; oramus, ut seruis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Qui-
bus auditis fleuit Ioseph. Veneruntque ad eum fratres sui, & proni adorãtes in terram, dixerũt, Serui tui sumus.

CHRYSO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 CHRYSOSTOMVS. Vide consequenter fratrum Ioseph timorem hic,& terrorem eorum mentem cō- G
cutientem. *Quo mortuo* (inquit) *timentes fratres eius,& mutuo colloquentes,ne forte memor sit iniuriæ quam passus est, reddat nobis omne malum quod fecimus.* AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS SVPER GENESIM.
Iuxta Septuaginta,Et redditione reddet nobis omnia mala quæ ostendimus ei. Ex hac locutione ait & apostolus,
1.ad Tim.4 Alexander ærarius multa mala mihi ostēdit. Ostendimus enim dictum est,vel ostendit,pro eo quod est fecimus vel fecit. CHRYSOSTOMVS. Terror validus eorum mentem perculerat,& à conscientia stimulati, nesci
uerunt quid facerent,propterea dicit,Cum vidissent patris mortem, ne dignam de se pœnam sumeret Ioseph ob
ea quæ in illum peccauerunt,quæ sequuntur,fecerunt. AVCTOR CAT. Quo mortuo,timētes fratres eius,
& mutuo colloquentes. Pro hoc est in Hebræo & in Chaldaica,videruntque fratres Ioseph quod mortuus esset pa
ter eorum,& dixerunt. Sic est & apud Septuaginta. Quod verò sequitur,Ne forte memor sit iniuriæ quam passus
est,in Hebræo legitur לוּ יִשְׂטְמֵנוּ יוֹסֵף lu istemēnu Ioseph,Forte comminatus sit,vel aduersabitur, aut minabitur
nobis,siue odio habebit nos Ioseph. Chaldaica,Forte obseruabit nobis Ioseph inimicitiam. Est enim verbum שָׂטַם H
satam,quod odire,odium habere,& comminari denotat. Septuaginta vt apud nos. Demum pro eo quod in no
stra litera est,Et reddat nobis omne malum quod fecimus, in Hebræo legitur & in Chaldaica, Et reddendo red
det omne malum quod tribuimus,vel retribuimus,aut reddidimus ei. Sed hoc idem est quod in litera nostra. Nō
dum ergo prorsus quietæ erant illorum conscientiæ de proditione fratris, patre superstite minus timebant, cuius
patrocinio se contra fratrem tutiores putabant,quo defuncto metuunt, Ideoque *mandauerunt ei, dicentes. Pater tuus*
præcepit nobis antequam moreretur,ut hæc tibi uerbis illius diceremus. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum,& peccati at
que malitiæ quam exercuerunt in te. CHRYSOSTOMVS. Vide iterum quomodo ipsi accusatores sui ipsorum
sint. Vide quanta est conscientiæ reprehensio. Et omnino scitis,quod iniustitiam & peccatum operati estis, quod
mala ei exhibuistis. AVCTOR CATENAE. Mandauerunt ei dicentes,capitur hic,sicut & in aliis quibus
dam locis צִוָּה ziua,pro שָׁלַח salah,id est,misit,vt & ibi,Et præcepit eis ad filios Israël,hoc est,cum mandatis mi- I
sit eos ad filios Israël, & cætera. Vt hæc tibi verbis illius diceremus. Pro hoc in Hebræo est כֹּה תֹאמְרוּ לְיוֹסֵף Co
thómru le Ioseph,Sic dicetis Ioseph. Ita & Chaldaica & Septuaginta. Pro etiam quod sequitur,Obsecro vt obliuis
caris sceleris,est שָׂא Sa,hoc est,Dimitte scelus fratrum tuorum. Demum quod dicitur,Et malitiæ quam exercue
runt in te. Hebræum & Chaldaica legunt,Quia malum retribuerunt tibi. Septuaginta ὅτι ποιοῦσά σοι ἐνεδείξαντο,
Quia mala tibi ostenderunt,hoc est,fecerunt. Forte autem videntur patris finxisse verba, licet non dubitauerint
voluisse id patrem,sed pro Ioseph dexteritate & mansuetudine nihil tale necessarium credidisse. Melior enim illi
de filio existimatio erat, quam vt se vindicaturum formidaret de fratrum iamdudum commisso crimine, quod
scierat diuina prouidentia contigisse in totius gentis suæ bonum. *Nos quoque oramus,ut seruis dei patris tui dimittas*
iniquitatem hanc. AVGVSTINVS IN LOCVTIONIBVS. Iuxta Septuaginta legitur, Accipe iniqui-
tatem seruorum dei patris tui. Noua locutio est,accipe iniquitatem, pro ignosce, aut remitte,aut obliuiscere, sed
puto inde esse dictum accipe,ac si diceretur,æquo animo accipe, hoc est, noli indigne ferre. CHRYSOSTO- K
MVS. Vide quomodo nullo cogente sui peccati sunt testes, & dicunt, Dixit pater tuus, dimitte eos, quia mala
tibi exhibuerunt, & accipe iniustitiam seruorum dei patris tui. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur,
Et nunc parce obsecro rebellioni seruorum dei patris tui. Exaggerant crimen,tanquam rebellionem à diuina or-
dinatione de principatu Ioseph inuiso. Accumulant loca ex parte seruitutis eorum deo,non cuicunque, Sed deo
patris Ioseph,vt intuitu dei & patris parcat sectatoribus patris. AVCTOR CATENAE. Nos quoque ora-
mus,& cætera. Idem est in Hebræo & Chaldaica,Et nunc dimitte obsecro delicta, siue iniquitatem seruorum dei
patris tui. Orant ergo fratrem,vt cum iam sint omnipotentis dei serui,cui etiam pater suus seruierit, illius intuitu
& reuerentia offensam eis remittat,& pœnam tanto peccato condignam. Secundum autem alios codices dimitti
petunt iniquitatem hanc patri suo seruo dei, hoc est, illis propter merita patris in Ioseph. CHRYSOSTO-
MVS. Sed beatus & totus virtutibus clarus,in tantum modestus fuit,ne permitteret illos facere vllam memo- L
riam eorum quæ in se fecerant,quia & ad verba eorum confusus est,nam sequitur. *Quibus auditis fleuit Ioseph.*
RVPERTVS. Ingenitæ clementiæ laus est,quod auditis verbis fratrum suorum,Nos quoque oramus, vt ser-
uo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc,fleuit Ioseph. Sanctissimum & optimum donationis vel remissionis
genus est hoc,vbi illis qui peccauerunt, non flentibus, sed tantummodo confitentibus, solus ille flet, qui peccatis
offensus indulget,& adorantibus pro indulgentia pias quoque reddit lachrymas cum venia. AVCTOR CA
TENAE. Quibus auditis fleuit Ioseph. Iuxta Hebræum est וַיִּבְךְּ יוֹסֵף בְּדַבְּרָם אֵלָיו Vaiébche Ioseph bedabberam
elaf, Et fleuit Ioseph cum loquerentur cum eo,siue ad eum,sic & Chaldaica. Septuaginta etiam καὶ ἔκλαυσεν Ἰωσὴφ, λαλούντων αὐτῶν πρὸς αὐτόν, Et fleuit Ioseph loquentibus illis ad eum. Nihil itaque minus in mentem vene-
rat viro sancto,quàm vindicare se de illis quos iamdudum satis afflixerat,interimque salutem impartitus benefe-
cerat ex animo,ac in prouidentiam dei opus coniecerat. *Veneruntque ad eum fratres sui,& proni adorantes in terram,*
Vbi supra. *dixerunt,Serui tui sumus.* AVGVSTINVS. Non iterum venerunt,sed quod dictum fuit, iterum dictum est, M
solet hoc facere scriptura. CHRYSOSTOMVS. Vide quantum valeat virtus,quàm valida & inexpugna-
bilis,& quanta malitiæ infirmitas. Ecce enim ille,qui hæc quidem passus est,regnat. Qui autem ita afflixerunt fra
trem,famuli eius esse orant,quem in seruitutem exposuerūt. AVCTOR CATENAE. Omnibus ergo mo
dis gratiam fratris implorant,adorando,& sese totos dicando illis,vt illorum opera tanquam seruorum vteretur,
tantum autem iniuriæ obliuiscerētur.

6 *Vibus ille respondit,Nolite timere, num dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum,*
sed deus uertit illud in bonum,ut exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis,& saluos faceret multos
populos. Nolite timere,ego pascam uos & paruulos uestros. Consolatusque est eos,& blande ac leniter
est locutus,& habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui.

CHRYSO-

A CHRYSOSTOMVS. Verum tu vide clementiam Ioseph in fratres, non recordantis iniuriarum, & quo- 6
modo omnibus modis eos consolari velit, & eis persuadere, quasi nihil in se peccauerint. Dicit ergo scriptura.
Quibus ille respondit. Nolite timere. Num dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum,sed deus uertit illud in bonum
ut exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis,& saluos faceret multos populos. Alia litera, Ne timeatis,dei enim sum ego.
Ac si dicat,dominum meum imitar,& beneficia rependere studeo his qui irreparabilia contra me fecerunt,dei e-
nim sum ego. Deinde cum monstrasset,quanta eum deus benevolentia prosequutus esset, dicit, Vos mala mente
hæc contra me fecistis,deus autem in bonum mihi omnia vertit. Idcirco & Paulus dicebat, Diligentibus deum o- Rom.8.
mnia cooperantur in bonum. Omnia (inquit) quid est omnia? Et quæ contristant, & quæ non contristant
in bonum mutat. Hoc vtique & in iusto factum est. Nam quæ à fratribus facta sunt, ea maxime regnum con-
ciliarunt propter omnipotentem dei sapientiam, quæ omnia mala in bonum commutat. Vt pascatur (inquit)
populus multus. Non solum vestra causa hæc in bonum vertit, sed vt & omnis ille populus pasci possit. RV-
B PERTVS. Attamen vbi mulcet pietas, illic pariter pungit veritas,ne sic de remissione eius qui læsus est,fratres
gaudeant, quatenus à solicitudine iudicij dei mentis oculos claudant. Nolite (inquit) timere. Num dei possumus
resistere voluntati? Hoc plane pietatis est. Vos cogitastis de me malum,& deus vertit illud in bonum,vt exal. me
si.imp.cer.& sal.fa.mul.populos. Hoc asperæ veritatis est. Vtile omnibus qui præsunt hinc exemplum sumendum
est, vt cito quidem in se peccantibus dimittant, & insuper bona pro malis retribuant, sed de dei iudicio pecca-
tores nimium securos esse non sinant. CAIETANVS. Iuxta Hebræum habetur, Quod si loco elohim ego?
Sensus intentus est, quia ego partes dei ago. Rationem enim reddit quare non timeant quia è regione dispo-
nentibus vobis & deo (vobis quidem aduersum me malum, deo vero pro me bonum ad communem salutem)
ego partes dei sequor, & ad id quod deus fecit, attendo, non ad id quod fecistis vos. Ne autem arrogans vi-
deretur, noluit asserere quia loco dei ego,seu quia vice dei ego,sed moderatus est sermonē suum,dicendo, quod
si loco dei ego? quasi ingerendo, quid diceretis, si ego vices dei ago? modestè per hoc significans se partes dei a-
C gere. AVCTOR CATENAE. Num dei possumus resistere voluntati? Hebraicè est כִּי תַחַת אֱלֹהִים אָנִי
Chi hathàhath elohim àni, Quoniam nónne sub deo ego? Quasi dicat, si deus qui dominus est, ignoscit delinquen
tibus, quanto magis ego seruus eius sub illius potestate constitutus, ignoscere vobis debeo? Eoq; magis, quo vestrū
malum consilium ille in generale bonum vertit. Isq; germanus videtur esse huius literæ intellectus. Alij, Quod si
in loco dei ego? verterūt. Huncq; esse dicunt sensum, An sum ego deus, vt debeam ignoscere, & vos à me veniam
petere? petite à deo,& ipse vobis veniam dabit, non autem à me. Alij, Num pro deo ego sum, vel vice dei, aut loco
dei? Num deus (inquit) ego sum, qui possim vobis detrimentum, aut emolumentum afferre, qui possim cursum
mundi & ordinem eius inuertere? Duodecim sunt horæ diei, pariterq; duodecim noctis. Duodecim sunt signa
cœlestia, & duodecim menses in anno, & multa in illis contingunt præter voluntatem hominis, sed non dei. Et
vos quidem cogitastis me perdere, sed deus aliud disposuit, nam ne vos periretis, me seruauit, id quod probat dies
hæc. Potest etiam verti secundum communē translationem. Num dei possumus resistere voluntati? Pro quo scien Esa.46.
D dum, quod voluntas dei, est ipsemet deus, nam quicquid est in deo, deus est, cum ergo ipse sit omnipotens & infal Hiere.49.
libilis, & eius voluntas beatissima, semper infallibiliterq; impletur, sicut per Esaiam testatur dominus, Consilium
meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Atq; per Hieremiam, Quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? signis
autem diuinæ voluntatis, scilicet præcepto, prohibitioni consiliis, iniqui resistunt, & contraria faciunt. Quanuis er
go Ioseph venditio non fuerit à diuina voluntate, nec placita deo, inquantū iniqua, & à voluntate fratrum per-
uersa, inquantum tamen actus fuit & opus ac via & dispositio ad bona plurima, quæ ex ea elicere decreuit domi-
nus, fuit à deo, & placuit voluntati ipsius, nec potuit quis dei propositum impedire. Fratres tamen ipsi potuerunt,
imò & debuerunt venditionem illam iniustam, vt huiusmodi euitare. Chaldaica alio modo locum legit, videli-
cet, Dixitq; eis Ioseph, ne timeatis, quoniam ego timeo à facie dei. Vt sit sensus, nullum se eis propter hoc pecca-
tum allaturum incommodum, quia deum ipse timeret. Septuaginta forte in hunc sensum & ipsi, Τί δὲ θεὸς εἰμὶ ἐγώ,
Dei enim sum ego, hoc est, dei ego seruus, & illum timeo, propterea vos timere non debetis. Quod vero sequi-
E tur, Vt exaltaret me sicut in præsentiarum cernitis, in Hebræo legitur: לְמַעַן עֲשֹׂה כַּיּוֹם הַזֶּה Lemáan aśo caiom ha-
ze, Vt faceret sicut in die hac. Sic & Chaldaica, Septuaginta ὅπως ἂρ γένηται ὡς σήμερον, Vt fieret sicut hodie. Sed in-
terpres secutus est verborum sensum. Dicat ergo Ioseph, Vestrum quidem fuit peccare in fratrem, Dei autē pro-
spicere electis, etiam peccatoribus, vt nunc videre licet. Occasionem enim præbuistis vestro peccato, occidere me
volentes, vt viuificarentur multi populi, non vos soli. Locus clarissimus de prouidentia dei, qui peccatis homi-
num & quibuscunque malis abutitur in gloriam suam & fidelium bonum. *Nolite timere, ego pascam uos & paruu-*
los uestros. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur (inquit) timetis? ego suppeditabo alimenta vobis, & omnibus
qui vobiscum sunt. AVCTOR CATENAE. Vide iusti liberalitatem, vide benignitatem, dei largitatem
copiose æmulantem, qui dat affluenter, & supra quàm petamus. Fratres veniam precabantur duntaxat à Ioseph,
ille autem non tantum remittit offensam, sed insuper escas & necessaria quæcunque illis ac toti cognationi polli-
F cetur. *Consolatusq; est eos,& blande ac leniter est locutus,& habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui.* CHRYSO-
STOMVS. Et consolatus est eos, & locutus est in cor eorum. Non simpliciter eos rogauit, sed tanto vsus est
officio, vt eis omnem tristitiam è corde eximeret. AVCTOR CATENAE. Pro eo quod apud nos est, Et
blandè & leniter est locutus in Hebræo legitur: וַיְדַבֵּר עַל לִבָּם Vaidabber al libbam, Et locutus est ad cor eorum.
Sic & Septuaginta, Chaldaica etiam, Et locutus est consolationem ad cor eorum. Ad cor enim loqui, est familia-
riter consolari, & timorem eximere, id quod eleganter interpres sua erudita indicat translatione. Consolatus (in-
quit) est eos, & blandè ac leniter est locutus. Abstulit enim formidinem, præstitit fiduciam & securitatem, ne vn-
quam de hac re quicquam timerent. Alij, Et locutus est super corda eorum, verterunt, id est, iuxta desiderium eo-
rum, & in idem recidit.

Vixit

7 Vixítque centum decem annis, & uidit Effraim filios usque ad tertiam generationem. Filij quoq; Machir G
filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis. Post mortem me-
am deus uisitabit uos, & ascendere uos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, &
Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus uisitabit uos, asportate ossa mea uobiscum de loco isto, mor-
tuus est, expletis centum decem uitæ suæ annis, & conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aygypto.

7 *Vixitq; centum decem annis, & uidit Effraim filios usque ad tertiam generationem.* RVPERTVS. Ad fortitudi-
nem paternarum benedictionum, inter quas & benedictiones edixit vberum & vuluæ, & de quibus ait, Benedi-
ctiones patris tui confortatæ sunt, hoc referri debet, quod vidit citam Effraim progeniem vsque ad tertiam, &
quod *Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph.* Id est quod natos filios Machir nutritio affectu ge- H
stauit in genibus suis proauus Ioseph. Sic & illud matris eius Rachelis dictum accipiendum est, Ingredere ad fa-
mulam meam, vt pariat super genua mea, id est vt quod pepererit illa, ego adoptatum gestem sicut mater super
genua mea. AVCTOR CATENAE. Pro eo quod apud nos est, Vsque ad tertiam generationem, in He-
bræo est בְּנֵי שִׁלֵּשִׁים Bene sillesim, Filios tertios, quod idem est cum tertia generatione. Quod vero dicitur. Filij
quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph, pro nati sunt, Chaldaica posuit, Quos nutriuit Ioseph,
declarans quomodo intelligatur verbum nati sunt in genibus. Et quod Septuaginta dixerunt, ἐτέχθησαν ἐπὶ μη-
ρῶν Ἰωσήφ, Nati sunt in fœmoribus Ioseph. Prosperitas itaque Ioseph in posteris notatur, quia scilicet viderit nepo
tum filios, de Effraim triplices, de Manasse duplices, ne gratis quispiam Iacob crederet vnum alteri voluisse præ-
ferre, cum benediceret filiis Ioseph. Nati autem dicuntur super genua vel in genibus. Locutio est Hebraica, hoc
est, amanter suscepti, & plausibiliter in sinum repositi, cum gaudio tractati, recenter geniti. Sic enim patribus de
filiorum natiuitate applaudere solent matres. Cæterum in eo quod vixisse dicit Ioseph centum & decem annis, I
aduertere licet quomodo iterum abbreuietur notabiliter ætas hominum à proauo Ioseph vsque ad illum. Nul-
lus enim maiorum suorum breuius vixisse legitur, & post illum pauci diutius superfuisse leguntur. AVGV-
STINVS IN QVAESTIONIBVS SVPER GENESIM. Sed cum hos filios filiorum, vel ne-
potes filiorum dicat scriptura Ioseph viuendo vidisse, quomodo eos iungit secundum Septuaginta interpretum
translationem, illis septuagintaquinque hominibus, cum quibus Iacob Aegyptum dicit intrasse, quandoquidem
Ioseph senescendo peruenit vt eos natos videret. Iacob autem cum ingressus est in Aegyptum, iuuenis erat Ioseph,
& eum pater moriens quinquagesimum & sextum fere ætatis annum agentem reliquit. Vnde constat certi my-
sterij causa illum numerum, id est septuagenarium & quinarium scripturam commemorare voluisse. Si autem
quisquam exigit quomodo etiam secundum historiæ fidem verum sit Iacob cum septuagintaquinque animabus
in Aegyptum intrasse, non illo vno die quo venit, eius ingressum oportet intelligi, sed quia in filiis suis plerumq; K
appellatur Iacob, hoc est, in posteris suis, & per Ioseph eum constat in Aegyptum intrasse, Introitus eius ac-
cipiendus est, quandiu vixit Ioseph, per quem factum est vt intraret. Toto quippe illo tempore nasci & viuere po-
tuerunt omnes qui connumerabantur, vt septuagintaquinque animæ compleantur vsque ad nepotes Beniamin.
Gene.35. Sicut enim dicit, Hi filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, loquens etiam de iis qui non erant
nati, quia illic parentes eorum, ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos, quoniam causa qua nasce-
rentur ibi nata est, id est parentes eorum quos Lia ibi pepererat, ita quoniam causam intrandi in Aegyptum Ia-
cob in Ioseph habuit, totum tempus quo in Aegypto vixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptum per suam
progeniem, quæ illo viuo propagabatur, per quem factum est vt ingrederetur. *Quibus transactis locutus est fratri-
bus suis. Post mortem meam deus uisitabit uos, & ascendere uos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob.*
AVCTOR CATENAE. Quibus transactis locutus est fratribus suis. Post mortem meam, & cætera. In He-
bræo & Chaldaica est, Dixitq; Ioseph fratribus suis. Ego morior. Sic & Septuaginta. Sed erudite de suo apposuit L
interpres, Quibus transactis, neque hic dixit, cum his quæ præcesserunt vno eodemq; dicta fuisse tempore credan
tur. Multi siquidem anni post mortem patris præteriere, quibus hæc dicta sunt, superiora vero statim post mortẽ
eius. Nil autem certius morte malorum omnium fine, quàm sancti neutiquam exhorrent, sed ad domini volun-
tatem dissolui cupiunt, & transmutare in melius fœliciter, non perdere vitam. Consolatur ergo fratres & filios, &
fidem in promissa dei inculcat sedulo, vt non diffidant veritati dei, & longanimiter ferant salutis aduentum. Sic
enim deus suspensos semper facit fideles, vt illius verbo credentes salui fiant. Vsitatio autem hæc, & ascensio fi-
liorum Israël, non fuit facta tempore vitę fratrum Ioseph, quibus cum nunc loquebatur, sed eorum posterorum.
Cumq; adiurasset eos atque dixisset, deus uisitabit uos, asportate ossa mea uobiscum de loco isto, mortuus est, expletis centum decem uitæ suæ annis. CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo & ille eadem quæ pater, curat, volens vt simul auferren
tur inde ossa, quo magis eorum confirmaretur mens, & bonam spem haberent de reditu suo. Prius hoc designat
quod redituri essent, & tunc dicit, simul feretis ossa mea hinc vobiscum. Hoc autem faciebat non tantum etiam M
hic, duo enim agebat, vnum, ne Aegyptij memores beneficiorum eius, cum pro more suo facile ex hominibus
deos appellent, corpus iusti haberent in impietatis occasionem. Alterum, vt securi & certi omnino sint se reditu-
ros. Nam nisi hoc firmatum fuisset, non iussisset vt secum reciperent ossa. Et videre licebat rem nouam & admi-
rabilem, eum qui omnem Israel in Aegypto pascebat, illum & ducem reditus, & in terram Israël inducentem. Et
mortuus est (inquit) Ioseph annos habens centũ & decem. Quare nobis & illius annos significauit? Vt discas quot
annis Aegypti principatum tenuerit. Septem & decem annorum erat, cum veniret in Aegyptum, & triginta an-
norum factus comparauit coram Pharaone, & diiudicauit insomnia. Deinde octoginta annis præfuit toti terræ
Aegypti. Vidisti quomodo maiora sint præmia quàm labores, retributionesq; multipliciores? Tredecim annis cer
tauit in tentationibus, ferens seruitutem, & calumniam illam impiam, & afflictionem in carcere. Et quia genero-
se & cum gratiarum actione tulit omnia propterea larga præmia accepit etiam in hac vita. Considera enim quod
pro breui illo tempore, quo seruitutem & carcerem sustinuit, octoginta annis regnum administrauerit. Et quod
fide

A fide omnia disposuerit, & propter hoc etiam de transuectione ossium mandarit, audi Paulum dicentem, Fide Io- Heb.11.
seph moriens, de egressione filiorum Israel meminit. Et non fuit his contentus, sed vt discas causam, propter quâ
iniunxit ossium transuectionem, dicit, & de ossibus suis mandauit. Omnes igitur magna solicitudine curaq; sin-
gulari operam demus, vt memores simus dictorum, & imitemur iustorum illorum virtutem, & iniuriæ obliuio-
nem erga eos qui nos iniuria affecerunt, clementiámque in eos qui nos calumniantur seruemus. Hinc enim &
iustus ille tantam sibi dei gratiam conciliauit. RVPERTVS. Asportate vobiscum ossa mea de loco isto.
Hoc fecit Moyses, sicut scriptum est in Exodo. Non tamen eodem sepulchro cum patribus suis Abraham, Isaac,
& Iacob, conditus est in Hebron, sed in Sichem quam vt supra dictum est, dedit Iacob absque sorte tribui Ioseph,
& ibi mausoleum eius vsque hodie monstratur. AVCTOR CATENAE. Septuaginta vero interpretes
expresse ponunt quando ea ossa essent efferenda, ᾧ γὰρ ἐπισκοπῇ ἢ ἐπισκέψεται ὑμᾶς ὁ θεός, καὶ συναναίσετε τὰ ὀστᾶ μου,
In visitatione, qua visitabit vos deus, & simul portabitis ossa mea. Ossa igitur sua commendat transferenda in
B terram promissam, quasi certo prædicendo illis exitum de Aegypto, illúmque in diem & annos ab ipsis expectan
dum docet, & de prorogatione nihil cunctari. Sed firma fide promissiones reddendas credere mandat, vult enim
deus suos semper suspensos esse ad ipsius benignitatem, semper sperare meliora. Sicut & Christus aduẽtum suum
prædixit, & voluit in tempora præstolari, donec sine dubio eueniat, veluti de Aegyptiaca captiuitate liberatio,
post multos quidem annos contigit, quam impossibile erat omitti. *Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in
Aegypto.* CAIETANVS. Et quanuis non exprimatur materia, in marmorea tamen, vt creditur, fuit.
AVCTOR CATENAE. Ideo autem aromatibus conditum corpus eius scribitur, & in arcam depositum,
non terræ defossum, vt præsto semper esset exituris, & illud ad voluntatem Ioseph prout à deo promissionem ac-
ceperat, translaturis.
RABANVS. Quod autem Ioseph sicut pater eius Iacob, terram promissionis desiderarit, & incolatum Mystice.
terræ Aegypti detestatus sit, nos moraliter instruit, vt quandiu sumus in hoc mundo, terram promissionis, id est,
viuentium, semper desideremus, & ibi requiescere optemus. Quod bene fit, si numerum annorum Ioseph mori-
C bus imitemur. Centum enim & decem vitæ annis expletis mortuus est. Et nos studeamus per Decalogi obseruan-
tiam, ad æternam beatitudinem quam centenarius significat numerus, peruenire. Conditus quoque est ipse Ioseph
aromatibus, & repositus in loculo in Aegypto. Loculus est vas repositorium vbi aliquid ad conseruandum com-
mendatur. Fœlix illa anima, quæ virtutum aromatibus condita, in loculo corporis degens, quotidie proficiendo
perenni vitæ reseruatur. Sine dubio si tali condimento condita, in fide, spe & charitate custodita fuerit, per grã-
tiam Christi ad diuinæ contemplationis speciem peruenire merebitur, cuius adoptio perfecta est lætitia. Quam
psalmista oculis fidei aspiciens, ait, Adimplebis me domine lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua Psalm.10.
vsque in finem. Quod nobis præstare dignetur ipse dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & spiritusancto
viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Finis Catenæ in Genesim Aloisio Lippomano episcopo Metonensi coadiutoreq; Veronensi authore.

Index quaternionum

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z A B C D E F G H I K L
M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH.

Omnes sunt quaterniones præter HH *quinternionem.*

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard anno domini

MDXLVI.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca